Nº 1700.

IG 119/87

Digitized by Google

JOHANNIS MOLLERI
FLENSBURGENSIS

CIMBRIA LITERATA.

TOMUS TERTIUS,

Qvadraginta ſex inſignium SCRIPTORUM, partim INDIGENARUM, partim ADOPTIVORUM Hiſtorias longiores exhibens.

ADALDAGUS

(qvi *Adeltac* in Synodi Romanæ, A. 963. habitæ, Actis (1.), Etheldagus a Dithmarſo Mersburgenſi L. 2. Chron. p. m. 340. Ed. Leibnit., & *Adalgagus*, in Concilii Engelheimenſis, A. 948. coacti, Subſcriptionibus (2.), ac Presbyteri Bremenſis Anonymi *Continuatione Chronici Slavorum Helmoldini* (3.), appellatur, perperam autem Hier. Henningio (4.) & Andr. Angelo (5.) audit *Adelgerius*), *genere*, uti M. Adamus Bremenſis (6.) eumqve ſecuti Alb. Stadenſis ad A. 936., Henr. Woltherus (7.) Anon. Aut. Hiſt. Archiepp. Brem. c. 12., p. m. 74. & Alb. Krantzius (8.), teſtantur, fuit *Illuſtris*, Adelvardiqve, Epiſcopi Verdenſis, Doctrina, Vitæ Sanctitate, ac Miraculis, Inclyti, Conſangvineus & Diſcipulus. Genti Meinſtorfiæ, ſive Meiendorfiæ, inter Nobiles atqve illuſtres Holſaticas facile antiqviſſimæ, eum, una cum Adelvardo Conſangvineo, Udone item I., Eridago, Ludolfo & Udone II., Comitibus Holſatiæ Vetuſtiſſimis, Eridago & Adalgario, Eccleſiæ Hamburgenſis ante ipſum Præſulibus, & Clemente II., Pontifice Romano, Traditionem Πατροπαράδοτον, & Henr. Ranzovii, Proregis Cimbrici, hujus Patroni, autoritatem ſecuti, vindicant Hier. Henningius (9.), Andr. Angelus (10.), Joh. Adolphus Cypræus (11.), & Caſp. Dancwerthius (12.), Hiſtorici Rerum Cimbricarum haud ignobiles. Qvos inter Dancwerthius (13.), ſuis juſto forte audacius fiſus conjecturis, Patrem ejus fuiſſe credit Ludolphi, Comitis Holſatici, A. 876. a Danis occiſi, Filium & Succeſſorem, Patruum autem Adelvardum, Epiſcopum Verdenſem, qvem & Præceptorem Noſter, uti ſupra jam monitum, in adoleſcentia habuit. Adultior, in Æde Civitatis Hildeſienſis Cathedrali (e cujus Choro ad Cathedram eum Hamburgenſem eſſe translatum, Adamus Bremenſis, Alb. Stadenſis, Anonymus *l. c.* & Alb. Krantzius (14.) teſtantur), Dignitatem Canonici (15.), imo, ſi Henr. Woltherum (16.) audias, etiam Præpoſiti, obtinuit Eccleſiaſticam, Ottoniqve Magno, ſive Primo, Imperatori Romano, Doctrinam ſuam atqve Mores ita approbavit, ut Cubicularium (17.) ſuum ac Cancellarium, ſive Secretarium præcipuum (18.), eum deligeret, imo, ſi Bernh. Mallincrotii, an Cancellarium egerit, immerito, eo qvod nulla illius mentio in Diplomatis occurrat Ottonianis (qvæ tamen *ad nutum ejus eſſe diſpoſita* Ad. Bremenſis (19.), ab ipſo autem *concepta & facta* Krantzius (20.) diſerte affirmat), dubitantis (21.), ſeqvaris ſententiam, Dancwerthii etiam calculo approbatam (22.), gradu dignatus ſubliniori, rerum ſummæ, tanqvam Conſilii Sanctioris Directorem, A. 936. ſub ipſa Imperii initia, præficeret. Hac in ſtatione, non Ottonii ſolum Primo, ad A. usqve fatalem 973., ſed Succeſſoribus etiam ὁμωνύμοις, Ottoni II. (ab A. 973.) & III. (ab A. 983.), per luſtra decem, & qvod excurrit, fideliſſime inſerviit, tribusqve Auguſtis adeo viciſſim, Adamo (23.) Alb. Stadenſi ad A. 936. & 984. & Krantzio (24.) teſtibus, *charus fuit & familiaris, pro Virtutum merito & Doctrinæ Magiſterio, ut a Latere eorum vix aut raro divelleretur, raraqve eſſent in magnis negotia, qvæ ſine ipſius interpoſito conſilio tranſigerentur.* Adjecta eſt Aulicæ iſti Dignitati ab Ottone Magno, eodem A. 936. (qvo Imperium etiam ipſemet auſpicabatur), Eccleſiaſtica non minus ſublimis, Archiepiſcopatus ſcilicet Hamburgenſis atqve Bremenſis, qvem, Unnonis, Anteceſſoris ſui, in Svecia eodem Anno extincti, morte vacantem, Adelvardi, Præſulis Verdenſis, ſibi cognati, commendatione, Pedo ab Imperatore, & Pallio a Leone VII., Papa, acceptis, eſt conſecutus, nec multo poſt ab Antiſtite Moguntino inauguratus (25.). Joh. Svaningius Junior, qvi (26.) A. 935. Archiepiſcopum eum evaſiſſe perhibet, Parachroniſmi reatum, cum Unno, Noſtri Anteceſſor, Anno demum ſeqv. 936. deceſſerit, vix effugiet, niſi illorum accedat Opinioni, qvi, Unnonem, e Provincia ſua in Sveciam abiturum, mortemqve ſibi in Itinere iſto longinqvo imminere præſagientem, Archiepiſcopatum Adaldago, in Coadjutorem electo, *Fratrum Voluntate*, ante diſceſſum, *commiſiſſe*, perhibent, a Krantzio (27.) memoratæ qvidem, ſed, qvod *neqve veriſimilis, neqve Sacris Canonibus ſit conſona*, exploſæ. Archiepiſcopatui jam admotus, Aulam nihilominus Ottonum, a latere eum ſuo, uti jam dictum, raro divelli paſſorum, Cæſaream, Comes illorum in Itineribus & Expeditionibus plerisqve individuus, ſectari perrexit, duriori idcirco ab Ott. Weſſelovio, neglecti eum Muneris Sacri, & Parochiæ novo exemplo aliis demandatæ, inſimulare haud verito, notatus cenſura (28.),

ſed

(1.) apud Baronium, *T. X Annal. Eccl., ad A. 963., n. 12.* (2.) in Jac. Sirmondi *T. III. Concil Gallic. p. 585.* (3.) *c. 11., p. 18. 19., in G. G. Leibnitii Tomo I. Acceſſ. Hiſtoricarum.* (4.) *in Genealogiis Familiarum Nobilium Saxonicarum, qvæ Epiſcopos protulerunt, fol. 5.* Errorem Henningii obelo notat Lambecius *in Append. Chronol. Libri II. Rer. Hamb. p. 452.* (5.) *P. I.* der Holſteiniſchen Adel-*Chronica, p. 73. 74. 76.* (6.) *L. II. Hiſt. Eccl. Hamb. & Brem., c. 1., p. m. 41.* (7.) *in Chronico Archiepiſcc. Brem., p. 28. & ſqq., Tomo III. Rer. Germ. Henr. Meibomii.* (8.) *L. 2. Metropoleos, c. 16., p. 171.* (9.) *l. c.* caſtigatus a Lambec. *l. c.* (10.) *l. c.* (11.) *in Annalibus Epiſcc. Sleſvic., Lib. I., p. 47. 57. 69.* (12.) *in Chorograph. Cimbr. P. III., c. 2., p. 173. 174., & c. 13. p. 265.* (13.) *l. c. p. 173. 174.* (14.) *locis citatis.* (15.) V. Cypræum *l. c. p. 57.* Joh. Meſſenii *Chronicon Epiſcoporum Sveciæ, c. 2., p. 12.*, & Catal. Canonic. Hildeſ., in Leibnitii *Scr. rer. Brunſv. p. 769.* (16.) *loco num. 7. citato, p. 29.* (17.) V. Cypræum *l. c. p. 57.* (18.) V. Krantzium, Cypræum, Angelum & Meſſenium, *locis citatis*, & *Saxoniam* Krantzii *L. 4. c. 23.* (19.) *L. 2., c. 14., p. 52.* (20.) *L. 4. Sax. c. 23.*, & *L. 3. Metrop., c. 38., p. 204.* (21.) *in Tr. de Archi-Cancellariis S. R. I. p. 50. 51.* (22.) *P. III. Chorogr. Cimbr., c. 13., p. 265.* (23.) *L. 2. Hiſt. Eccl. c. 1., p. 42., & c. 14. p. 52.* (24.) *L. 3. Metrop. c. 16., p. 172., c. 38. p. 204.*, & *L. 4. Saxon. c. 23.* (25.) V. M. Adami Bremenſis *L. 2. Hiſt. Eccl., c. 1., p. 41.*, Alb. Stad. *Chron. f. 35. a. 103. b.*, Anonymum *l. c.*, Krantzii *L. 3. Metrop. c. 16., p. 171.*, Pet. Lambecii *Origines Hamburgenſes p. 30.*, Har. Huitfeldii *P. I. Chronici Daniæ Danici p. 40.*, Steph. Joh. Stephanii *Notas ad Sax. Grammaticum p. 207.*, Joh. Meſſenium *l. c. p. 12. 13.*, alioſqve plures. Ob primam Miſſam pro anima Henrici Aucupis Imp., Viduæ ejus Mathildis poſtulatu, decantatam, hujus commendatione, ab Ottone M. Filio Archiepiſcopatum Hamb. ei eſſe collatum, teſtatur Autor Vitæ Mathildis, c. 2., in Scr. R. Brunſv. Leibnit p. 196. (26.) *in Prolegomenis Chronol. Danicæ p. 23., & in ipſa Chronol. p. 67.* (27.) *L. 3. Metrop., c. 16., p. 171.* (28.) *in Or. de Natalibus & Incremento Religionis in Rep. Bremenſi, p. 15.*, cujus verba inferius recitabuntur.

ſed ab Adamo Bremenſi (29.) Alb. Stadenſi ad A. 936. & Krantzio, hunc verbotenus exſcribente (30.), ſeqventi excuſatus ac defenſus Apologemate: *Ottonis I. ita uſus eſt familiaritate, qvod a latere ejus raro unqvam divelleretur. Nunqvam tamen aut neceſſitati Parochiæ defuit, aut Legationis ſuæ* (ſacræ ſcilicet ad Populos Boreales convertendos) *curam poſthabuit. Qvinimo victorioſi & juſtiſſimi Regis Animum, in omnibus, qvæ Dei ſunt, paratum cernens, ſtudium ejus ad converſionem Paganorum incitare non ceſſavit: qvod etiam pro ſententia ita evenit, Deo cooperante, & piiſſimi Regis dexteram in omnibus corroborante.* Prima, inter Illuſtriores Ottonis Magni, qvibus Noſter interfuit, Expeditiones, fuit Danica, A. 946. (juxta Calculum Joh. Ad. Cypræi (31.) accuratum, qvem Joh. Svaningii Jun. (32.) Annum 938., & Har. Huitfeldii (33.) A. 948. Baronii item & Calviſii A. 949. ſubſtituentis, Parachroniſmis præfero erroneis), adverſus Haraldum VI., ſive Blaatand, Gentis hujus Arctoæ Regem, ob Legatos ſuos, & Marchionem Cæſareum Militesqve Præſidiarios Sleſvicenſes, occiſos, ſucceſſu adeo felici ſuſcepta (34.), ut Haraldus, ab Imperatore ſuperatus, Sacris ſe Chriſtianis initiari, &, cum Uxore Gunilda, Filioqve Svenottone, in Rivo Præfecturæ Flensburgenſis Hilligbeccenſi, vel a Poppone (pro qvo Huitfeldius (35.) militat) Θαυμαϊέργῳ, Ottonem itidem comitato, vel a Noſtro (cui Presbyrer, qvi Helmoldum continuavit, Bremenſis (36.), And. Angelus (37.) & Cypræus (38.), favent) Adaldago, Undis Luſtralibus paſſus ſit expiari. In eadem Expeditione, Anno Archiepiſcopatus Adaldagi Duodecimo (qvi Æræ Chriſtianæ fuit vel 946., juxta Joh. Svaningii Jun. (39.), vel 948., juxta Alb. Stadenſis, Snorronis Sturleſonii (40.), P. Lambecii & Claud. Öhrnhiälmii (41.) Calculum, uti fuſius a nobis, *P. II. Iſag. ad Hiſt. Cimbr.* (42.), Erroribus aliorum ſimul notatis, eſt oſtenſum), Ottonis hortatu ac auſpiciis, tres in Jutia, ac Ducatu Sleſvicenſi, Epiſcopatus ab Haraldo ſunt erecti, & Sedi Metropolitanæ Hamburgenſi ſubjecti, Sleſvicenſis ſcilicet (cujus Præſulibus ipſe etiam Adaldagus, in Catalogo qvodam Vetuſtiſſimo, obſervante J. Ad. Cypræo (43.), ſed perperam, accenſetur), Ripenſis & Aarhuſienſis. Sleſvicenſi Noſter Haraldum, Ripenſi Liefdagum, Aarhuſienſi Reginbrandum, præfecit, Tribusqve hiſce primis Sedis atqve Eccleſiæ ſuæ, hactenus prærogativa iſta deſtitutæ, ſed ſtudio ſuo illa beatæ, Suffraganeis (44.), ad Concilium Engelheimenſe, a Ludovico IV., R. Galliæ, A. 948. convocatum, ſecum paulo poſt profectis (45.), reliqvarum etiam Eccleſiarum, in Fionia, Seelandia, Scania & Svecia, Borealium Ephoriam felici ſucceſſu demandavit, & Exemptionem poſtmodum Ditionum atqve Subditorum Epiſcopalium ab omni Dominio ac Jurisdictione Seculari, ſive Laica, A. 965., ab Ottone Magno (cujus Diploma Argumenti hujus, Magdeburgi ſcriptum, hodienum ſupereſt (46.)), impetravit. De hac trium in Regno Danico Epiſcopatuum fundatione, & facta per iſtos Pomoeriorum Chriſtianiſmi pariter atqve Sedis Metropolitanæ Hamburgenſis in Septentrionem extenſione (47.), Agapetus II., Pontifex Romanus, Adaldago, Epiſtola peculiari eſt gratulatus, eidemqve, confirmatis ſimul omnibus, qvæ Eccleſiæ Hamburgenſis ac Bremenſis a Prædeceſſoribus ſuis, Gregorioqve imprimis IV., Nicolao I. & Sergio III, obtinuerant, Privilegiis, poteſtatem Epiſcopos in Daniam, ac Tractus Boreales reliqvos, ablegandi, atqve vice ſua inaugurandi, largitus (48.). Poteſtate ſibi conceſſa haud ſegniter uſus Adaldagus, in Daniam, Titulo ornatos Epiſcopali, miſit, & Triumviris ante laudatis Συνέργυς dedit aut Succeſſores, Harig, Stercolfum, Folcbrechtum, Adelbertum, Merham, *alioſqve* complures. Qvos inter, ab Adamo Bremenſi (49.), Alb. Stad., ad A. 984., & Alb. Krantzio (50.), ſine Dioeceſium, qvibus deſtinati ſunt, mentione, & Nominibus haud leviter corruptis, enumeratos, *Harig* (ſive Ericus) & *Merha* (ſive Marco) Sleſvicenſi, *Folcbrecht* autem (i. e. Fulbertus, Ripenſi, Doctores, uti alibi jam monuimus (51.), obtigerunt Eccleſiæ, & falſo proinde, una cum Stercolfo & Adelberto, imo etiam Triumviris aliqvoties jam memoratis, Haraldo, Liefdago & Reginbrando, Sveciæ a Joh. Meſſenio (52.) vindicantur. In Daniam etiam a Noſtro ablegati ſunt, teſte Saxone Grammatico (53.), Poppo ὁ Θαυμαϊέργος, Præſul Aarhuſienſis, & Gerbrandus, primus Epiſc. Roeskildenſis, ab Adamo & Krantzio præteriti; in Norwegiam Poppo, qvem Cypræus memorat (54.), a Danorum forte Apoſtolo haud diverſus, in Sveciam vero Odincarus Senior, Familia apud Danos ortus nobili, ſummiſqve ab Adamo, Alb. Stadenſi, & Krantzio ornatus laudibus. Præter Epiſcopatus Danicos, Metropoli ſuæ Hamburgenſi Adaldagus, poſt Gentem Slavorum Ottonis M. armis ſuperatam, ac a ſe, Imperatorem in iſta etiam Expeditione ſecuto, Chriſtianorum Sacris initiatam (55.), beneficio ejusdem, circa A. 967., ſubjecit Aldenburgenſem in Wagria vicina, Slavis tunc habitata, ſuaqve ſitum Dioeceſi, eidemqve proinde haud immerito, licet Eccleſiæ Slavorum Metropolitanæ Magdeburgenſi, recens fundatæ, ejuſqve Archiepiſcopo Adelberto, initio eſſet deſtinatus, relictum. Huic primum Noſter Epiſcopum præfecit, ſi Adamum Bremenſem & Alb. Stad. audias, Edvardum, ſi vero Helmoldum, Alb. Krummendikium, Krantzium, alioſqve complures, Marconem (Sleſvicenſis etiam ſimul Eccleſiæ Præſulem) (56.), illisqve defunctis Wagonem deinde & Eziconem ſubſtituit (57.). Bruno, Archiepiſcopus Colonienſis, Ottonis Magni Imperatoris Filius, Metropoleos Hamburgenſis, tot brevi nactæ Suffraganeos, Incrementa minus æqvis intuens oculis, Litem de Jurisdictione in Epiſcopatum, qvi ſuis olim Prædeceſſoribus ſubjectus fuerat, Bremenſem antiqvam Adaldago qvidem denuo movebat, ſed, cum nec Pontifici, nec Parenti Auguſto, Cauſam ſuam ac Molitiones approbari animadverteret, in gratiam cum illo rediit, lubenſqve eſt profeſſus, *Hammaburgenſem Eccleſiam, qvæ in tanto Gentilium periculo conſtituta ſit, non debere lædi ab aliqvo, verum dignam eſſe, qvæ omni Conſolationis amore foveatur, & ab omnibus ubiqve Eccleſiis celebretur.* Tantumqve abſuit, ut Otto Magnus Filii in hoc

Certamine

(29.) *L. 2. Hiſt. Eccl., c. 1., p. 42.* (30.) *L. 3. Metrop., c. 16., p. 172.* (31.) *in Annal. Epiſcc. Sleſvic., Lib. 1., p. 54.* (32.) *in Chronol. Dan. p. 67.* (33.) *T. I. Chronici Dan. p. 40.* (34.) V. de illa M. Adami Bremenſis *L. 2. Hiſt. Eccl., c. 2., p. 42. 43.* Alb. Stad. *ad A. 948.*, Krantzii *L. 3. Metrop. c. 16., p. 172. 173.*, Cypræum *l. c., p. 45-55.*, Huitfeldium *l. c. p. 49.*, Lambecii *Orig. Hamb. p. 30.*, T. Arnkielii Cimbr. Heidenbekehrung *L. 4. c. 10. p. 194-198.* (35.) *in Chronico Epiſcc. Daniæ p. 4. 7. 16.* Conſ. *P. II. Iſag. ad Hiſt. Cimbr., c. 3., §. 14., p. 70. 71.* (36.) *loco num. 3. citato, p. 18.* (37.) *P. I.* der Holſtein. Adel-*Chronica, p. 74.* (38.) *l. c. p. 54.* (39.) *in Proleg. Chronol. Dan. p. 23.* (40.) *T. I. Chron. Regum Norwag., P. VI., c. 22., p. 221. 222. Edit. Peringskiold.* (41.) *L. 2. Hiſtoriæ Sveonum & Goth. Eccl., c. 4., p. 125.* (42.) *c. 3., §. 13. p. 66-70., & in Addendis p. 644.* (43.) *l. c. Lib. I., c. 12., p. 71.* (44.) V. M. Ad. Brem. *H. E., L. 2., c. 1., p. 41.*, Helmoldi *Chron. Slav., L. I., c. 9., p. 27.*, Alb. Stad. *l. c.*, & Krantz. *Metrop. L. 3. c. 26. & 29., p. 188. 191.* (45.) V. Acta Concilii, in Jac. Sirmondi *T. III. Concill. Gallic., p. 585.*, Cæſ. Baronii *T. X. Annal., ad A. 948., n. 3., p. 753.*, & *Iſagogen* meam *ad Hiſt. Cimbr., P. II., c. 3., §. 13., p. 67. 68.* (46.) Legitur illud in Lambecii *Append. Origg. Hamburg., p. 141. 142.*, Joh. Joach. Maderi *Append. Diplomatica ad M. Ad. Brem. H. E. p. 208. 209.*, & *T. I. Rer. Germ.* H. Meibomii Jun. *p. 749.* (47.) Plura de illa V. apud M. Ad. Brem. *L. 2., c. 1. & 2., p. 42. 43.*, Helmoldum *l. c.*, Saxonem Grammaticum *L. 10. Hiſt. Dan. p. 189. Edit. Stephan.* Alb. Stad. ad A. 948., Krantzium *L. 3. Metrop., c. 16. 17. 26., p. 172. 173. 174. 187.*, Har. Huitfeldium *T. I. Chron. Dan. p. 49. 51.*, Joh. Ad. Cypræum *L. I. Annal. Epiſcc. Sleſv. p. 55. 56. 57. 68. 69.*, P. Lambecium *in Origg. Hamb. p. 30.*, Caſp. Danewerthium *P. III. Chorogr. Cimbr., c. 13., p. 265.*, Cl. Oehrnhiälmium *l. c.*, & in *Iſagoges* meæ locis paulo ante allegatis. (48.) V. M. Ad. Brem. *L. 2., c. 2., p. 43.*, Alb. Stad., *l. c.* Krantzium *l. c. L. 3., c. 17., p. 173. 174.*, Huitfeldium *l. c. p. 49.*, *Cypræum l. c. p. 56.*, Joh. Meſſenii *Chron. Epiſcc. Svec., c. 2., p. 12.*, & Joh. Conr. Dieterici *Breviarium Pontiff. Rom. p. 183.* (49.) *L. 2., c. 16., p. 53. 54.* (50.) *L. 3. Metrop. c. 38., p. 204. 205.* Conſ. Huitfeldium *l. c. p. 51.*, Cypræum *l. c. p. 47. 56. 69. 71. 72.*, & Sax. Grammat. *l. c.* (51.) *P. II. Iſag. ad Hiſt. Cimbr., c. 3., §. 13., p. 68. 69.* (52.) *l. c. p. 12. 13.* (53.) *l. c. p. 180.* Conſ. de Poppone Cypræum *L. 1. p. 78.* (54.) *L. 1. p. 46.* (55.) V. A. Brem. *L. 2. c. 10., p. 40.*, & Krantzium *L. 3. Metrop. c. 29., p. 191.* (56.) V. M. Ad. Brem., *L. 2. c. 8., p. 47. 48., & c. 17. p. 54.*, Alb. Stad. *ad A. 971.* Helmoldum *L. 1. Chron. Slav. c. 11., p. 30., & c. 12., p. 33.*, Alb. Krummendikii *Chron. Epiſcc. Lubec.*, *T. II. R. Germ. H. Meibomii p. 393.*, *hujusqve Notulas p. 412.*, Krantzii *L. 3. Metrop. c. 26. & 29., p. 188. 191.*, Huitfeldii *T. I. Chron. Dan. p. 51.* (57.) V. Ad. Brem. *L. 2., c. 17., p. 54.*, Krantzii *L. 3. Metrop. c. 38. & 39. p. 202. 206.*, & Huitfeldium *l. c.*

Certamine partibus accederet, ut potius Erponem, Adaldagi Diaconum, & fidum adverſus Brunonem Synaſpiſten, Epiſcopatui Verdenſi, Clericoſqve ejusdem, qvi Danis & Slavis convertendis operam impenderant ſedulam, alios Cathedris itidem Sacris diverſis, benigne admoveret (58.). Poſt Expeditiones Ottonis Danicam & Slavicam, de Italica etiam dicendum, A. 961., ad Berengarium Tyrannum, & Johannem XII. Pontificem, Aſſeclam illius, compeſcendos, ſuſcepta, in qva Noſter Domini ſui Comes individuus, & Adminiſter rerum omnium præcipuus, integro fuit qvinqvennio (59.). In hac A. 962. Diploma Imperatoris, qvo is Johanni XII., & Eccleſiæ Romanæ, Jura ſua confirmavit, loco ab Ottone proximo, & inter Epiſcopos Comitesqve primo, ſuo, tanqvam Teſtis, corroboravit Chirographo (60.), A. 963. autem Synodo Romanæ, in qva Johanni, ob perfidiam Sede Pontificia deturbato, Leo VIII. ab Imperatore datus eſt Succeſſor, interfuit (61.). Cum qvinqvennio in Italia hæſiſſet integro, Populus Diœceſeos utriusqve, Hamburgenſis & Bremenſis, diuturnam Præſulis ſui ægre ferens abſentiam, Nuncus pariter atqve Literis, metum periculorum Eccleſiæ imminentium incutientibus, ut Gregem ſibi commiſſum reviſeret, poſtulavit (62.). Noſter, juſtis hiſce ſuorum deſideriis obſecutus, Imperatori, miſſione ab illo impetrata, Wormatiæ, M. Febr. A. 965., valedixit, juſſuqve ejusdem Benedictum V., AntiPapam, a Romanis A. præced. 964., M. Majo, electum, ac Leoni VIII., Pontifici Legitimo, oppoſitum, ab Ottone autem, Menſe ſeqventi, manu armata exautoratum, Hamburgam ſecum, ut iſtic exularet, captivum abduxit, eoqve delatus, & a Populo univerſo, tridui iter, ut ipſi occurreret, ingreſſo, cupide, non ſine lacrymis, gaudii, ex Antiſtitis reditu concepti, teſtibus, exceptus (63.), ad mortem usqve (qva paulo poſt, IV. Non. Jul. A. 965., Benedictus deceſſit), in ſuo retinuit Comitatu, & benignitate ſingulari eſt proſecutus (64.). Redux in Diœceſin ſuam, Reliqvias Sanctorum Martyrum, Qviriaci ſc., Victoris, Cæſarii Diaconi & Coronæ, Cantianorum, Felicis, Feliciani, Secundi (Ducis Legionis Thebææ), Coſmæ & Damiani, qvas, ſuperſtitione ævo ſuo familiari, Romæ ſollicite collegerat, & ſecum inde aſportaverat, partim Parochiis Archiepiſcopatus ſui potioribus, ac Eccleſiæ, cujus, Wolthero teſte, Præpoſitus erat, Hildeſienſi, partim Cœnobiis duobus, a ſe recens fundatis, Heslingenſi ſcilicet S. Viti, in Inſula Ochſenwerderana, Virgineo (a Wendilgardi, Virgine Nobiliſſima, toto ſuo patrimonio, Hattonis Parentis Conſenſu accedente, dotato, Zevenamqve deinde, in Archiepiſcopatu ſitam Bremenſi, A. 1136. tranſlato), & Repesholtenſi Canonicorum, in Ruſtringia ſive Butjadia Friſica, S. Mauritio ſacro, Matronarumqve Nobilium, Reingerdis & Wendelæ, benignitati ſua debenti Exordia, diſtribuit (65.). Reliqvo Vitæ & Archiepiſcopatus tempore univerſo, de Diœceſeos ſuæ Incremento, & Eccleſiarum Dignitate ac Reditibus augendis, perpetuo, ſive Hamburgi & Bremæ ſubſiſteret, ſive Ottonum Auguſtorum Aulas ac Caſtra ſeqveretur, fuit ſollicitus. Non enim ſolummodo, uti ſupra jam narratum, Eccleſiæ Metropolitanæ Hamburgenſi primus Epiſcopos acqviſivit Suffraganeos, Bremenſem autem a nexu, qvo Colonienſibus antehac Archiepiſcopis devincta fuerat, liberavit, ſed Utriusqve etiam Ditionem, paucas hactenus Villas Agrosqve complexam, Urbium etiam & Arcium, imo integrorum Comitatuum & Regionum ab Ottonibus Auguſtis impetratarum, acceſſione auxit, Jureqve pleni in ſingulas Dominii, & omnimoda Subditorum a Magiſtratuum Politicorum Jurisdictione atqve Exactionibus Immunitate, ab iisdem conceſſis, ſplendidiorem reddidit (66.). Civitatem imprimis Bremenſem, ſive ſub ipſum Epiſcopatus initium, teſtibus, qvorum verbis hic utor, M. Adamo (67.) Alb. Stad. ad A. 936. Anonymo l. c., & Krantzio (68.), ſive potius A. demum 966., qvo Ottonis I. Diploma huc ſpectans, ac infra allegandum, IV. Id. Aug. Martisburgi eſt exaratum, *longo prius tempore poteſtatibus & judiciaria manu* (Comitum ac Legatorum Imperatoris) *oppreſſam, præcepto Regis abſolvit, &, inſtar reliqvarum Urbium* (Epiſcopalium), *immunitate, ſimulqve Libertate, fecit donari*, h. e., uti Herm. Conringius (69.) & Pet. Lambecius (70.) verba Adami pariter atqve Diplomatis accurate interpretantur, Jurisdictionem Oppidi Civilem, qvam antea Legati & Comites, nimio in Incolas rigore uſi, vice Imperatoris obtinuerant, ab Ottone, una cum omni Proventu Monetæ, Telonei, Banni, aliarumq; Fiſci Imperatorii Rerum & Jurium, ſibi, ac Succeſſoribus, impetravit, atqve ita Urbem, Imperio Seculari duriori liberatam, Epiſcopali longe mitiori (qvod a Libertate haud differre tunc credebatur) aſſeruit. Xenodochii etiam Bremenſis curam, exemplo laude digno, gerens ſingularem, longe illud majoribus, qvam Anteceſſores, auxit Reditibus, ac, præter Hoſpites qvotidianos, XXIV. in eo Pauperes cibari curavit, adminiſtro hac in re uſus (71.) Libentio Homine Italo, e patria abductum, qvod Morum Vitæqve honeſtate ſibi eſſet ſimillimus, Succeſſorem deinde ſuum in Archiepiſcopatu & moribundus deſignavit, &, conſenſu Ottonis III. Imp., ac Johannis XV. Pontificis, accedente, mortuus obtinuit (72.). Proclive autem fuit de diœceſi ſua gemina bene mereri Præſuli huic grandævo, Archiepiſcopatu per Annos 54., juxta Adamum (73.) Alb. Stad. ad A. 936. & 988., Anon. Aut. Hiſt. Archiepp. Brem., n. 12., Woltherum (74.) & Krantzium (75.), ſive potius 53., juxta accuratiorem aliorum calculum, (76.) functo, &, præter Imperatorum Gratiam, ſummamqve in Germania univerſa Autoritatem, Vicinia etiam, poſt Danos Chriſtianiſmo imbutos, pacata, & temporum perpetua fere (ſi annos vitæ ultimos, Danorum & a Chriſto, & a Rege ſuo Haraldo, ad Filium ejus degenerem, Svenottonem, defectione funeſta infames (77.), excipias) felicitate, gaviſo, ac illa proinde, uti recte Adamus Bremenſis obſervat, *in gaudio metenti, qvæ Anteceſſores in lacrymis ſeminaverant.* (78.) Obiit tandem Antiſtes hic longævus, ob Doctrinam, Sanctitatem, & Zelum in Religione

(58.) De hac cum Brunone Colonienſi Controverſia V. M. Adamum Bremenſem *Lib. 2. Hiſt. Eccl.*, *c. 3.*, *p. 44.*; Alb. Krantzii *Lib. 3. Metropoleos*, *c. 17.*, *p. 174. 175.*, Har. Huitfeldii *T. I. Chronici Danici*, *p. 49. 50.*, & Caſp. Danckwerthii *P. III. Chorogr. Cimbr.*, *c. 13.*, *p. 265.*, it. Alb. Stadenſis *Chronicon, ad A. 948.*, *f. 106. a. b.* (59.) V. M. Ad. Brem. *L. 2.*, *c. 5.*, *p. 45. 46.*, Alb. Stad. A. 961., Krantzii *L. 3. Metrop.*, *c. 20.*, *p. 178. 179.*, & Lambecii *Origg. Hamb. p. 36.* (60) V. Baronium *T. X. Annal.*, *ad A. 962.*, *n. 11.*, *p. 783.* (61.) V. Acta Synodi, apud Baronium *T. X.*, *ad A. 963.*, *num. 12.* (62.) V. M. Ad. Brem. *L. 2*, *c. 5.*, *p. 46.*, & Krantzium *L. 3. Metrop.*, *c. 20.*, *p. 179.*, it. Alb. Stad. *in Chron.*, *ad A. 961.* (63) V. M. Ad. Brem. *L. 2. c. 5.*, *p. 46.*, & Anonymi *Hiſt. Archiepp. Brem.*, *n. 12.*, *inter Scr. Lindebrog. p. 74.* (64.) V. de reditu Adaldagi, & Exilio Benedicti V., eum comitati, Hamburgenſi, M. Ad. Brem. *L. 2.*, *c. 6.*, *p. 46.* Alb. Stadenſis *Chronicon, ad A. 961.*, Anon. *l. c.* Autoris Incerti *Narrationem de Bened. V. Papa, Hamburgum deportato (inter Erp. Lindebrogii Scriptores R. Septentr. p. 133. & 134)*, Anonymi *Annales Slavicos, ab eodem Lindebrogio editos, ad A. 961.*, Henr. Woltheri (fabuloſa plurima admiſcentis) *Chron. Archiepp. Brem. (T. II. R. Germ. H. Meibomii p. 29.*, Alb. Krantzii *L. 3. Metrop. c. 20-23.*, *p. 178-185.*, Pet. Lambecii *Origg. Hamb. p. 36-39.*, C. Danckwerthii *P. III. Chorogr. Cimbr.*, *c. 13.*, *p. 265.*, G. Calixti *Tr. de Conjugio Clericorum p. 374-378.*, imprimis autem Ott. Sperlingii Jun. *Diſſ. de Monumento Hamburgenſi Benedictino*, Kilonii A. 1675. editam. (65.) V. M. Ad. Brem. *L. 2.*, *c. 6.*, *p. 46. 47.*, Alb. Stad. *ad A. 961.*, Henr. Woltherum *l. c. p. 29. 30*, Anon. *l. c.*, Krantzii *L. 3. Metrop.*, *c. 23.*, *p. 185.*, Hier. Henningium, *loco num. 5. allegato*, & Danckwerthium *l. c. p. 265.* (66) V. Ottonum I. & II. Diplomata V. hujus Argumenti, qvæ ſuperſunt, ab Adaldago impetrata, infra enumeranda, & Pet. Lambecii *Origg. Hamburg. p. 31.* (67.) *L. 2.*, *c. 1.*, *p. 41. 42.* (68) *L. 3. Metrop. c. 16.*, *p. 171. 172.* (69.) *in Exerc. de Urbibus Germanicis*, *§. 113.* (70.) *l. c. p. 31. 32. 33.* (71.) V. M. Ad. Brem. *L. 2.*, *c. 7.*, *p. 47.*, Anon. *l. c.* & Krantzii *L. 3. Metrop.*, *c. 23.*, *p. 185.*, it. Alb. Stad. *ad A. 961.* (72.) V. M. Ad. Brem. *L. 2.*, *c. 7. & 20.*, *p. 47. 55. 56.*, Krantzium *l. c.*, *L. 3. c. 23. & 42.*, *p. 185. 210.*, Har. Huitfeldii *P. I. Chron. Dan.*, *p. 55.*, Lambecium *l. c. p. 41.*, & Danckwerthium *l. c. p. 265.* (73.) *L. 2.*, *c. 1 & 19.*, *p. 41. 55.* (74.) *l. c. p. 30.* (75) *L. 3. Metrop. c. 28. & 39.*, *p. 204. 207.* (76.) Lambecius, in Auctario L. I. Rer. Hamb., IIdo adjecto, p. 502. LII. tantum Annis eum Eccleſiam rexiſſe, Locaqve Adami Bremenſis LIV., & Baronii LIII. illi attribuentium, emendanda eſſe, audacter contendit. (77.) V. M. Ad. Brem. *L. 2.*, *c. 19. & 19.*, *p. 54. 55.*, Krantzii *L. 3. Metrop. c. 39.*, *p. 205. 206.*, & Huitfeldii *T. I. Chron. Dan. p. 52.* (78.) V. M. Ad. Brem. *L. 2.*, *c. 1. & 19.*, *p. 42. 55.*, & Krantzii *L. 3. Metrop.*, *c. 16. & 39.*, *p. 172. 207.*

one Chriſtiana propaganda ſingularem, ab Adamo, aliiſqve Biographis, ſummopere commendatus, imo Θαυματουργος etiam, juxta Henr. Woltherum (qvi *Operatorem* cum *Miraculorum operatione valde carum* appellat,) inclytus (79.), 4. Kal. Maji, ſive d. 28. Apr. (qvo Memoria ejus, in Æde Hamburgenſium Cathedrali, qvotannis olim eſt celebrata (80.)), Anno Æræ Chriſtianæ 988. (81.), neutiqvam vero 987., qvem Joh. Meſſenius (82.), aut 989., qvem Ad. Tratſigerus (83.), in hujus locum, perperam ſubſtituit, & Cathedram Libentio ſucceſſori, Corporis autem Exuvias Ædi Cathedrali Bremenſi (84.), reliqvit.

Vitæ ejus Hiſtoriam prolixius aliis expoſuerunt, nobiſqve, in eadem contexenda, præcipuo fuere adjumento:

1. M. ADAMUS BREMENSIS, *L. 2. Hiſt. Eccl. Hamb. & Brem., c. 1-9. 14-20., pag. 41-48. 52-55., Edit. Maderianæ*, & ALB. STADENSIS, in Chronico, ad A. 936. 948. 961. 971. 984. 988.
2. HENR. WOLTHERUS, *in Chronico Archiepp. Bremenſium, Tom. II. Rer. German. Henr. Meibomii Junioris edito, p. 28. 29. 30.* & ANONYMUS Autor *Hiſtoriæ* Archiepp. Brem., num 12., inter Scriptt. Lindebrogianos, p.m. 74.
3. ALB. KRANTZIUS, *L. 3. Metropoleos, c. 16. 17. 20. 23. 26. 29. 38. 39.*
4. HIER. HENNINGIUS, *in Genealogiis Nobilium Familiarum Saxonicarum, quæ Epiſcopos protulerunt, Fol. 8.*, & ANDR. ANGELUS Lib. I. der Holſtein Adel-Chronica p. 73. 74. 75. 80.
5. HAR. HUITFELDIUS, *T. I. Chronici Rerum Danicarum Danici, p. 48-52. 55.*
6. JOH. MESSENIUS, *in Chronico Epiſcoporum Sveciæ, c. 2, p. 12. 13.*
7. CASP. DANCKWERTHIUS, *P. III. Chorogr. Cimbr., c. 2., p. 173. 174., & c. 13., p. 265.*
8. PET. LAMBECIUS, *in Originibus Hamburgenſibus, p. 30-33. 36. 37. 38. 41., & in Append. Libri II. Rer. Hamb. p. 452-502.*
9. CLAUD. ÖHRNHIÄLMIUS, *L. 2. Hiſtoriæ Sveonum Gothorumqve Eccleſiaſticæ, c. 4., p. 122-131.*

Conferri etiam de illo poſſunt, præter Autores alios, Veteres pariter atqve recentes, in ipſa Biographia jam allegatos, JOH. PETERSEN *in Chronico Holſatico p. 7. 80.*, HENR. PANTALEON, *P. II. Proſopograph. p. 81.*, CÆS. BARONIUS, *T. X. Annal. Eccles., ad A. 936., n. 9., p. 725., ad A. 948., n. 3., p. 753., ad A. 962., n. 11., p. 783., ad A. 963., n. 12., & ad A. 988., n. 1., p. 879. CHRONICON* Incerti *SLAVICUM* prius, ab Erp. Lindebrogio inter *Rerum Germ. Septentr. Scriptores editum, c. 6. 7. 8. 9. 11., p. 191. 192.*, CHRISTOPH. HENDREICHIUS *in Pandect. Brandeb. p. 36.*, JOH. FRANC. BUDDÆUS *T. I. Lexici Hiſtorici p. 29.*, JONAS ab ELVERFELD *in Tr. de Holſatia, Cl. II., lit. L. 5. a. b. L. b. a.*, AD. HENR. LACMANNUS *in Or. de Meritis Ord. Eqv. Cimbrici in rem Chriſtianam p. 4. 5. 6. 25.*

ELOGIA.

M. ADAMUS BREMENSIS ita de illo, *l. c., L. 2., c. 1., p. 41.: Iſte eſt, qvi nobis Rempublicam reſtituit. Genere Illuſtris, ætate juvenis, ſpecie decorus, morumqve probitate ſpecioſior.* & *L. 2., c. 3., p. 44.: Nempe ſtudium Patris Adaldagi totum in Converſione fuit Gentium, in exaltatione Eccleſiarum, in Salute Animarum; pro cujus rei Magiſterio meruit Vir Deo & Hominibus dilectus, ut omnibus in veneratione haberetur, etiam Inimicis.* Utrumqve Elogium exſcribendo ſuum fecit ALBERTUS STADENSIS, *in Chronico, ad A. 936., f. 103. b., & ad A. 948. f. 106. b.*, nec non ANONYMUS in Hiſtor. Archiepp. Brem., c. 12., in Scr. Lindebr. p. 74.

HENR. WOLTHERUS *l. c. p. 28.* ita: *Ille eſt, qvi auxit commune Bonum. Fuit enim nobilis Parentelæ, & juvenis annis, pulcher facie, pulchrior ſapientia & moribus. -- Vita probata fuit, & optima fama fidem habuit: in palatio Imperatoris Romanorum valde notus, qvi etiam in doctrina, & miraculorum operatione, Operator extitit valde carus.*

ALB. KRANTZIUS, *l. 3. Metrop. c. 16., p. 171., & c. 17., p. 175.*, iisdem, qvibus ſupra Adamus, verbis, leviter hinc inde mutatis, eum commendat. *cap.* autem *23., p. 185., Pontificem ſanctum & vigilantiſſimum* appellat.

HIER. HENNINGIUS, *l. c. fol. 8.*, hoc Poetæ Anonymi Antiqvi Tetraſtichon, ad Nomen ejus alludens, exhibet:

Nobilis eſſe volens veſtigia certa ſeqvatur
Semper Adelgari (85.); nomine certus enim eſt.
Nobilitatis habens nomen, re nobilitatem
Majorem exhibuit; Nobilis ergo manet.

HAR. HUITFELDIO (*l. c. p. 50.*), Adami Verba, Danice reddita, ſua facienti, audit En ſin Mand, Gud og Menniſken behagelig etc.

JOH. MESSENIO (*l. c., c. 2., p. 12.*) *Vir Nobilitate generis, & Corporis Animiqve pulchritudine, ſicut etiam familiaritate Ottonis I., admodum inſignis.*

PET. LAMBECIO (*l. c. p. 30.*) *Vir pietate pariter atqve Generis Nobilitate illuſtris.*

CENSURA.

OTTO WESELOVIUS, Bremenſis, *in Orat. de Religionis in Republica Bremenſi Natalibus & Incremento*, Bremæ A. 1662. in 4to edita, *p. 15.*, ita de Noſtro: *Nihil eſt, qvod in Adaldago laudibus non evehatur; ſi vero demas iſta, qvæ Jurisdictioni ſuæ Eccleſiaſticæ per univerſum Septentrionem, Immunitatiqve & Splendori Eccleſiæ ſuæ, adjecit, per Ottones Imperatores, qvorum Aulam adeo ſectabatur, ut Parochiam novo exemplo aliis demandaret, ſi, inqvam, hos Colores Pallio Epiſcopali demas, paucis ſane ornatum erit Virtutibus.*

SCRIPTA.

Diploma ejus de Reliqviis qvibusdam, Monaſterio Buccenſi a ſe donatis, Decimis item & Prædiis, ſua eidem Autoritate reſtitutis, pene integrum exhibetur ab Henr. Wolthero, *in Chronico Archiepp. Brem.* (*T. II. Rer. Germ. Henr. Meibomii Jun.*), *p. 29.*

Diplomata etiam Ottonum I. II. & III., Imperatorum Romanorum, magnam partem ab Adaldago, illorum Cancellario, eſſe conſcripta, ac a nobis proinde eidem recte vindicari, Adami Bremenſis Verba (*L. 2. Hiſt. Eccl., c. 14., p. 52.*) oſtendunt ſeqventia: *His tribus, æqve fortiſſimis ac juſtiſſimis Imperatoribus, tam charus & familiaris erat Præſul Adaldagus, pro Virtutum Merito & Doctrinæ Magiſterio, ut a latere eorum vix aut raro divelleretur, ſicut Præcepta Imperatorum, ad nutum Archiepiſcopi diſpoſita oſtendunt. In qvibus etiam hoc eſt notandum, qvod Tertius Otto, in Wildashuſen conſiſtens, præcepta fecit.* Gemina his habet Alb. Krantzius *L. 4. Saxoniæ c. 23.: Adaldagus qvoqve, Pontifex Hamburgenſis, ad hæc uſqve tempora pervenit, Vir grandævus, & qvi, per Annos qvinqvaginta, trium Ottonum Curias ſeqveretur, Cancellariam adminiſtraret, & multa, qvæ exſtant, Imperatorum nominibus, Decreta & Conſtitutiones conceperit.* Nec non *L. 3. Metrop., c. 38., p. 204.: Adaldagus, Archiep. Hamb., pervenit ad tempora Ottonis Tertii,*

(79.) V. Woltherum *l. c. p. 29. 32.* (80.) teſte *Libro MS. Memoriarum Ædis Cathedr. Hamburgenſis.* (81.) V. M. Ad. Brem. *L. 2., c. 10., p. 55.*, Alb. Stad. ad h. a., Anonymi *Annales Slavicos, a Lindebrogio editos, ad A. 988., p. 253. Chronographum Saxonem*, a Leibnitio *T. I. Acceſſ. Hiſtor.* editum, *p. 222.*, Henr. Woltherum *l. c. p. 30.* (ubi, incuria Typographi, Annus 88[illegible]. in Textum irrepſit), Krantzii *L. 3. Metrop., c. 39. p. 207.*, Baronii *T. X. Annal., ad A. [illegible], n. 1., p. 879.*, Huitfeldium *l. c. p. 55.*, alioſqve Recentiores. (82.) *in Chronico Epiſcc. Sveciæ, c. 2. p. 13.* (83.) *in Chron. Hamburg. MS.* (84.) V. M. Ad. Brem. *L. 2. c. 19., p. 55.*, H. Woltherum *l. c. p. 32.*, ac Hier. Henningium *l. c. fol. 8.* (85.) Ita noſter ab Henningio, & aliis, vocatur.

Tertii, qvi in Wildeshuſen conſiſtens, Oppido Bremenſis Ditionis, Præcepta fecit, qvæ exſtant, Imperialia. Superſunt autem hodienum haud pauca, iſtiusmodi Ottonum Diplomata, v. g.

1. Diplomatum Ottonis I. Tres Decades, ab. Henr. Meibomio Seniore Witichindi, Monachi, Corbejenſis, *Annalium Saxonicorum Libris Tribus*, a ſe Francofurti A. 1621. in fol. editis, ſubjunctæ, &, cum iisdem, *Tomo I. Rer. German.* Henr. Meibomii Jun. (qvi Notas ad potiora adjecit), Helmſtadii A. 1688. in fol. impreſſo, *p. 738-754.*, recuſæ.
2. Nova Diplomatum Ottonis I. qvamplurimorum, hactenus ἀνεκδότων, Collectio, e Muſeo M. Joh. Gottfr. Olearii, Theologi Saxo-Halenſis, a Caſp. Sagittario, Prof. Jenenſi, publicata, & *Antiqvitatibus Archiepiſcopatus Magdeburgenſis*, Jenæ A. 1684. in 4to excuſis, adjecta.
3. Qvinqve Diplomata Ottonum I. & II., Dioeceſi Archiepiſcopatus Hamburgo-Bremenſis conceſſa, & ab Adaldago ipſo impetrata, junctim exhibentur in Erp. Lindebrogii *Syntagmate Scriptorum Rer. Germ. Septentr.*, *p. 130. 131. 132.*, *Edit. noviſſimæ Anni 1706. Hamburgenſis.*
   α. Ottonis I. de Libertate Eccleſiæ Hamburgenſis, ſcriptum in Werlaha XI. Kal. Jul. A. 937.; in Henr. Meibomii Sen. *Append. Diplomatum Ottonis, Witichindo adjecta, num 2.*, H. Meibomii Jun. *T. I. Rer. Germ. p. 739.*, P. Lambecii *Append. Diplomatica Originum Hamburgenſium, p. 138. 139. 140.* & J. Joach. Maderi *Append. Diplomatica ad M. Adam. Brem. Hiſt. Eccl., p. 205. 206. 207.*
   β. Ejusd. de Confirmatione Bonorum Bremæ, Birſinen, Ramaslo, Buckin, ad Eccleſiam Hamburgenſem pertinentium, ſcriptum in Walahuſen VI. Id. Aug. A. 937. (non vero 907., qvod ſphalma eſt Typographi *T. I. Rer. Germ. Meibom. p. 740.*); apud H. Meibom. Sen. *l. c., num. 3.*, H. Meibom. Jun. *l. c. p. 740.*, & Maderum *l. c. pag. 207. 208.*
   γ. Ejusd. de Eccleſiis Danicis, Hamburgenſi ſuffragantibus, ſcriptum, Magdeburgi VI. Kal. Jul. A. 965., ap. H. Meibom. Sen., *num. 22.*, H. Meibom. Jun. *p. 749.*, Lambec. *p. 141. 142.*, & Maderum *p. 208. 209.*
   δ. Ejusd. de Urbe Bremenſi, & Imperio Archiepiſcopi Hamburgenſis in eandem, ſcriptum Merſburgi 4. Id. Aug. A. 966.; ap. H. Meibom. Sen., *num. 26.*, H. Meibom. Jun. *p. 750. 751.*, Lambec. *p. 142. 143.*, & Maderum *p. 210. 211.*
   ε. Ottonis II. de Libertate Bonorum Eccleſiæ Hamburgenſis, ſcriptum Veronæ VI. Kal. Nov. A. 967.; ap. Lambec. *p. 144. 145.*, & Maderum *p. 211. 212.*
4. Ottonum I. & II. Conſtitutio de Regalibus, B. Petro conceſſis, A. 962. lata, apud Melch. Goldaſtum P. II. Conſtitt. p. 44. Ottonis III. Conſtitutio de Patrimonio D. Petri, Comm. eleganti illuſtrata a Marqv. Frehero. V. de his Mich. Hertzii *P. III. Biblioth. German.*, *lit. C. 3. b. C. 4. a.*
5. Duo Alia Ottonis II. (1. de Electione Epiſcopi & Libertate Monaſteriorum, Magdeburgi V. Kal. Oct. A. 974. 2. de Conſtructione Monaſterii Ripesholtenſis, Veronæ V. Id. Jun. A. 973. ſcriptum), ac totidem Ottonis III. (1. de Libertate Monaſterii Ripesholtenſis, Wildeshuſii XIII. Kal. Apr. A. 988., 2. de Libertate Monaſteriorum Daniæ, ibidem XV. Kal. Apr. A. 988. exaratum), ab Adaldago itidem impetrata, qvæ in eodem Syntagmate Lindebr., *p. 132. 133. 134.*, leguntur.

Adelagi, Bremenſis, Archiepiſcopi, Epiſtola Conſolatoria ad Flodoardum, Canonicum Rhemenſem, Hiſtoriæ Eccleſiæ Rhemenſis Scriptorem, qvam *Tomo XVII. Bibliothecæ Patrum Maximæ Lugdunenſis*, f. 503. A. 1677. prodiiſſe Thom. Ittigius, *in Tr. de Bibliothecis Patrum p. 521.*, & J. Gottfr. Olearius *T. I. Bibl. Scr. Eccl. p. 8.*, perhibet, Noſtro etiam haud dubie debetur.

ADALGARIUS

(*Aldegarius* ab Anonymo *Chronici Saxonum* Vernaculi, Moguntiæ A. 1492. excuſi, Autore, *Allegarius* autem a Presbytero, qvi *Chronicon Slavorum* continuavit Helmoldinum, Bremenſi (1.) appellatus) ex Familia Meinſtorfiorum Nobili, & inter Cimbros noſtrates antiqviſſima, ortus eſſe ab Andr. Angelo (2.), Traditionem vetuſtam (de qva in Clementis II., Pontificis Romani, qvi eidem ab iſta vindicatur, Elogio, plura dicemus), fidemqve Henr. Ranzovii, Proregis Cimbrici, ſecuto, perhibetur. Juvenis genus vitæ religioſæ Monaſticum, in Cœnobio Weſtphaliæ Corbejenſi Benedictino, amplexus (3.), inter Cœnobitas iſtius, Warino, Abbate ſecundo (4.), hujusqve ab A. 857. Succeſſore, Adalgario, fratre ſuo cognomine (5.), illud gubernantibus, doctrina pariter atqve morum ſanctitate inclaruit, & Diaconi gradum (6.) promeruit. Qvæ ejus dotes atqve virtutes cum Remberto, Eccleſiarum Hamburgenſis & Bremenſis Archiepiſcopo recens conſtituto, & ordinem ſimul Benedictinum, ut Voto ſatisfaceret, Corbejæ ingreſſo, A. 866. innotuiſſent, a Fratre ipſum, qvem modo laudavimus, ὁμωνύμῳ, comitem peregrinationis in Septentrionem Apoſtolicæ, ac laborum ſacrorum ſocium, ſibi adjungi petiit, ut, aſſiduæ ejus converſationis ope, Monaſticis extra Cœnobium facilius aſſveſceret Inſtitutis atqve Exercitiis (7.), ac deſiderio potitus *Sacellanum* ſuum, ex Chr Franc. Paulini (8.) conjectura, creavit. Adeo autem Noſter Præſuli eximio vitam ſuam, mores, ac in Officio ſacro dexteritatem, approbavit, ut morbo idem atqve ſenio confectus, impetratis Abbatis Monachorumqve Corbejenſium aſſenſu, ac Sacræ Synodi approbatione, Ludovicum II., Regem Germaniæ, ejusqve Filios, ut illum ſibi ſuperſtiti Coadjutorem, defuncto autem ſucceſſorem, deſignarent, ac Regiæ inſuper ſuæ Conſiliariis adſcriberent, exoraverit (9.). In ipſo Archiepiſcopatu Remberto noſter ſucceſſit Anno illius emortuali 888., qvo illum deceſſiſſe, contra Har. Huitfeldium (10.) Annum 891., & Claud. Arrhenium (11.), ſeqventem 892. ſubſtituentem, ex Veterum conſenſu, *in Iſagoge ad Hiſt. Cimbricam* (12.), jam oſtendimus, & fuſius, in ejus Elogio, ſuo loco, demonſtrabimus. Levior ac tolerabilior eſt Parachroniſmus Joh. Meſſenii (13.), ad A. 889. initium Archiepiſcopatus Noſtri referentis. Pallium Archiepiſcopale a Stephano, Pontifice Romano (Qvinto hujus nominis, uti recte Pet. Lambecius (14.) perhibet, qvem Sextum, Alb. Krantzius

(1.) *c. 5.* (*T. I. Acceſſionum Hiſtoricarum G. G. Leibnitii*) *p. 17.* (2.) *L. I.* der Holſteiniſchen Adel-Chronica *p. 35.* Conſentit Hier. Henningius *in Opp. Geneal.*, diſſentiente Lambecio *L. 2. R. H.*, *in App. p. 452.* (3.) V. M. Adami, Bremenſis Canonici, *Hiſt. Eccl. Hamburg. & Brem.*, *L. I.*, *c. 39.*, *p. 33. edit. Maderianæ*, Alb. Krantzii *L. 2. Metropoleos c. 19.*, & Chr. Franc Paulini *Theatrum Virorum Illuſtrium Corbejæ Saxonicæ*, *c. 4.*, *p. 25.* (4.) V. *Catal. Monachorum Corbejenſium*, in Pet. Viſſelbecii *Chronico Huxarienſi*, Chr. Franc. Paulini *Syntagmati Rerum & Antiqq. Germanicarum* A. 1698. inſerto, *p. 26-45.*, obvium. (5.) V. de illo Anonymi *Annales Corbejenſes*, in Paulini *Syntagmate* modo citato, *p. 372. 373.*, Joh. Letzneri *Chronicon Corbejenſe* Germanicum, Hildeſiæ A. 1604. editum, *c. 26.*, *fol. 79. 80.*, & *Homonymoſcopiam* noſtram, *P. I.*, *c. 5.*, *§. 5.*, *p. 128.* (6.) V. M. Ad. Brem. *l. c.*, *L. I.*, *c. 39.*, *p. 33.* (7.) V. Vitam Remberti (de qva infra fuſe dicetur) *c. 12.*, M. Ad. Brem. *L. I. c. 32. & 39.*, *p. 28. 33.*, Anonymi *Annales Corbejenſes l. c.*, *p. 372.*, Alb. Stad. *Chronicon, ad A. 855.*, *Anonymi Hiſt. Archiepp. Brem.*, *n. 56.*, *inter Scriptt. Lindebr. p. 71. 72.*, Henr. Woltheri *Chronicon Archiepp. Brem.* (*T. II. Rer. German. H. Meibomii Jun.*) *p. 26.*, Alb. Krantzii *Metrop. L. 2.*, *c. 2. & 15.* (8.) *in Theatro Vir. Illuſtr. Corbejæ Saxon.*, *c. 3.*, *p. 23.* (9.) V. *Vitam Remberti c. 22.*, M. Ad. Brem. *L. I.*, *c. 38. & 39.*, *p. 32. 33.*, Alb. Stad. *ad A. 887.*, Krantzium *l. c.*, *L. 2.*, *c. 11. & 10.*, Franc. Harzi *Vitas SS. p. 140.*, & Caſp. Danckwerthii *P. III. Chorogr. Cimbr.*, *c. 13.*, *p. 264.* (10.) *P. I. Chronici Danici p. 38.* (11.) *L. I. Hiſtoriæ Sveonum Gothorumqve Eccleſiaſticæ*, *c. 24.*, *p. 90. 91. 92.* (12.) *in Addendis Part. Secundæ*, *p. 218-222.* (13.) *in Chronico Epiſcoporum Sveciæ*, *c. 2.*, *p. m. 10.* (14.) *in Originibus Hamburgenſibus p. 27.*

Krantzius & Chr. Franc. Paulinus perperam appellant (15.), Ferulam autem Paſtoralem, ceu Signum Infeudationis, ab Arnulpho Imperatore, obtinuit, & a Lindroldo, Archiepiſcopo Moguntino, eſt conſecratus (16.). Annis 20., teſtibus Adamo Bremenſi, Alb. Stadenſi, Anonymo & Krantzio (17.) (non 19., uti Arrhenius, Novator Svecicus (18.), Sergii III. Diploma, qvo Hogero, noſtri Succeſſori, Pallium contulit, incaſſum pro Calculo ſuo muſteo allegans, *arbitratur*), Eccleſiæ utriqve, Hamburgenſi & Bremenſi, præfuit, & temporibus qvidem, ob Gentium Borealium, Germaniam & vicinas regiones devaſtantium, Expeditiones, difficillimis, nec curam tamen Sacræ ad illas convertendas Legationis, Præſulibus Hamburgenſibus Autoritate tam Cæſarea, qvam Pontificia demandatæ, gerere neglexit. Anteceſſorum enim exemplo Presbyteris qvibusdam munus Danis ac Sveonibus doctrinam inculcandi Chriſtianam commiſit (19.), & ita abſens *Vineam apud hos Dominicam*, uti Meſſenius (20.) loqvi amat, *per Vicarios ſtrenue excoluit*. Claud. Arrhenius, *nullos ab eo in Septentrionem Doctores eſſe miſſos* contendens (21.), Krantzio temere litem movet, & Adamum Bremenſem fruſtra in partes ſuas pertrahere conatur. Is enim (22.) Epiſcopos tantum gentibus Arctois a noſtro præfectos eſſe inficiatur, Presbyteros autem ad eas ablegatos eſſe agnoſcit, *ſed qvos Vaſtatio Barbarica vix inter ſe morari conſenſerit*. Qvod etiam Caſp. Dancwerthio noſtro (23.) haud probabile videtur. Anno Archiepiſcopatus Septimo, litem de Eccleſia Bremenſi, Colonienſis olim ſuffraganea, ſed a Ludovico, Germaniæ Rege, ac Nicolao I., Pontifice, in gratiam Anſgarii Hamburgo exulis, hujus Juriſdictioni ſubtracta, & Hamburgenſi adjuncta (24.), Adalgario movit Hermannus, Archiepiſcopus Colonienſis, ſuæqve illam ſedi poſtliminio, nec incaſſum, vindicare eſt conatus (25.). Licet enim Noſter, in judicium ſæpius vocatus, illi, cauſæ fiducia, prompte ſe ſiſteret, &, Lambecio (26.) teſte, ad Formoſum Papam provocaret, in Synodo tamen Triburiæ (qvam nunc Friburgum vocari Krantzius (27.), cum Augusta Trevirorum eandem eſſe, Huitfeldius (28.), dudum autem interiiſſe, & ad Rheni ac Mœni alveos confluentes, in ſolo Germanico, fuiſſe ſitam, Dancwerthius (29.) cum Lambecio exiſtimat) A. 895., Formoſi auſpiciis, congregata, alium res, qvam ſperaverat, eventum habuit. In hoc enim, cujus Hatto, Antiſtes Moguntinus Præſes fuit, Concilio, Formoſo pariter atqve Arnolpho Imperatore Colonienſi faventibus, & Decreta Patrum iniqva approbantibus, Adalgarius cauſa cecidit, & Archiepiſcopi Colonienſis, qvoad Epiſcopatum Bremenſem, denuo juſſus eſſe Suffraganeus, Ultimum, inter Præſules congregatos, & in Subſelliis, & in Subſcriptione, locum obtinuit, ac (qvæ Adami Bremenſis eſt phraſis) *in Cauda Concilii eſt poſitus*: Privilegia autem, qvibus Eccleſiæ Bremenſi exemptio antehac a Ludovico, Germaniæ Rege, & Nicolao Pontifice, conceſſa erat, contraria rejecta ſunt & abolita (30.). Omnium oculos in Synodo hac in ſe convertiſſe, ſua de Lite iſta diſceptatione publica, ab Adamo, Alb. Stadenſi & Krantzio (31.) perhibentur Doctores duo, Adolinus Colonienſium, & Widgerus, Hamburgenſium & Bremenſium Promachus, e qvibus poſterior victus, & die ſeqventi mortuus, ſiniſtris multorum occaſionem haud dubie præbuit ſermonibus. Merito autem, cum Alb. Krantzio (32.) miramur, Formoſum Pontificem, qvi ſuis ad Adalgarium Literis Triburienſis Synodi Decreta confirmaſſe traditur, in iis (33.) alia omnia, de Lite hac, & narrare, & ſancire, majorem, Krantzio judice, fidem, qvam omnes Hiſtoricorum Relationes, promerentia. Nulla is facta Concilii Triburienſis, aut Canonum ejus mentione, noſtro, qvod Romam citatus, nec ipſemet, nec per alios, comparuerit, indignatur, Archiepiſcopum Moguntinum, juſſu ſuo, omnes Diœceſeos Colonienſis Epiſcopos, Francofordiam convocatos, de controverſia hac eſſe ſciſcitatum, & unanimi cunctorum reſponſo, qvod Bremenſes Epiſcopi hactenus Antiſtiti Colonienſi perpetuo fuerint ſubjecti, edoctum, ſignificat, ac tandem *arctatum ſe eſſe* præfatus, *hinc, ne Colonienſis Eccleſia juſtitiam perderet, inde, ne Hamburgenſis Eccleſia, ad gentium vocationem inſtituta, ſubſidio deſtituta deficeret*, ſeqventem fert ſententiam: *Diſpenſative cenſuimus, qvatenus, qvoad usqve, divina ſuffragante gratia, præfata Hamburgenſis Eccleſia in tantum dilatetur, ut Epiſcopia inſtituere valeat, jam memoratam Bremenſem Eccleſiam ad ſubſidium habeat, &c., qvoties in magnis & præneceſſariis Canonicis negotiis oportuerit, non ſubjectione aliqva, ſed affectu fraternæ charitatis, Hamburgenſis Archiepiſcopus, qvi ejusdem Bremenſis Eccleſiæ regimen obtinet, per ſe, aut Vicarium ſuam vicem gerentem, in adjutorium Colonienſis Archiepiſcopi invitatus accedat. Dilatata autem Hamburgenſi Eccleſia, largitore bonorum omnium adminiculante, & fundatis Epiſcopiis, ſæpe memorata Coloniæ ſedes Bremenſem recipiat Eccleſiam*. Hæc Formoſus, cujus ſententiæ injuſtitiam haud dubie agnoſcens Stephanus VI. (aliis VII.), biennio poſt (A. 897.) ad Pontificatum evectus, non alia tantum Formoſi Acta reſcidit, ſed hanc etiam Controverſiam iterato ſubjecit Examini, in Synodo Wormatiæ (Moguntiam Krantzius (34.), ſibi ipſi (35.) contradicens, perperam ſubſtituit), Præſide Fulcone, Archiepiſcopo Rhemenſi, Legato ſuo, habita, in qva Adalgarius ad eam, cum Hermanno Colonienſi Archiepiſcopo, Adverſario ſuo, evocatus, Eccleſiæ ſuæ allegavit ac publice produxit privilegia (36.). Haud ignoro, ex Autoribus in margine allegatis, Scholiaſten Adami Bremenſis, Albertum Stadenſem, J. Conr. Dietericum, & alios forte plures, Synodum hanc ad Stephani V. (aliis VI.), qvi Formoſi fuit anteceſſor, tempora referre, & Krantzium etiam, *c. 19. L. 2. Metropoleos*, tanqvam Triburienſi priorem, memorare. Verum, cum ille A. jam 891., triennio ante motam Adalgario controverſiam, deceſſerit, & Krantzius præterea, *c. 24.*, Stephanum, qvi Synodum hanc indixit, *Formoſi acta reſcidiſſe* diſerte affirmet, recte nos Stephani VI., qvi Formoſo ſucceſſit, Pontificatui eandem vindicare, & Triburienſi poſteriorem ſtatuere, nemo non agnoſcet. Verum enimvero, qvicqvid in ea pro Adalgario eſt decretum, qvicqvid item Sergius III. (Lambecius *Primum* falſo appellat), A. 908. in ſedem intruſus Pontificiam, odii, qvo manes Formoſi perſeqvebatur, inexpiabilis illicio, Privilegia, a Prædeceſſoribus ſuis, Gregorio IV. & Nicolao I., Eccleſiis Hamburgenſi & Bremenſi conceſſa, renovando & confirmando, Bremenſemqve a nexu, qvo Colonienſi

olim

(15.) *locis num. 16. citandis*. (16) V. M. Ad. Brem. *L. I.*, *c. 30.*, *p. 33.*, Alb. Stad. *ad A. 888.*, Anonymum *l. c.*, *n. 6.*, *p. 172.*, Krantzium *L. 2. Metrop. c. 19.*, & C. F. Paulinum *in Theatro Vir Illuſtr. Corbej.*, *c. 4.*, *p. 25.* (17.) *locis modo allegatis*. Confer Huitfeldium *l. c. p. 38.* (18.) *l. c.*, *cap. 25.*, *p. 92. 93. 94.* (19.) V. M. Ad. Brem., *L. I.*, *c. 39. & 42.*, *p. 33. 35.*, Alb. Stad. *ad A. 888*, & Krantzium *l. c. p. 19.* (20.) *l. c. p. 10.* (21.) *l. c.*, *c. 25.*, *p. 93 94.* (22.) *L. I.*, *c. 22.*, *p. 35.* (23.) *l. c. p. 264.* (24.) V. Alb. Krantzii *L. I Metropol.*, *c. 36. 37. 38. 39.*, noſtrumqve Anſgarii Elogium. (25.) V. M. Ad. Brem. *L. I.*, *c. 41.*, *p. 34.*, Krantzium *L. 2. Metrop. c. 19*, C. F. Paulini *Theatr. Vir. Illuſtr. Corbej.*, *c. 42*, *p. 25.*, & Pet. Lambecii *Origg. Hamburg. p. 27. 28.* (26.) *l. c. p. 28.* (27.) *L. 2. Saxoniæ c. 33.* (28.) *P. I. Chron. Dan. p. 40.* (29.) *P. III. Chorogr. Cimbr.*, *c. 13*, *p. 264.* (30.) V. Synodi Triburienſis 58. Capitula, *T. IX. Conciliorum Editionis Labbeanæ*, *p. 438. & ſeqq.*, Cavio teſte, obvia, M. Ad. Brem. *L. I.*, *c. 41.*, Alb. Stad. *ad A. 896.*, Krantzium *L. 2. Metrop.*, *c. 19.*, *& 21*, *ac L. 2. Sax. c. 32.*, *Cent. IX. Hiſt. Eccl. Magdeb.*, *c. 10.*, *col. 512.*, Baronium *T. X. Annal. Eccleſ.*, *ad A. 908.*, *p. 630.*, Har. Huitfeldium *l. c. p. 40.*, Dancwerthium *l. c. p. 264.*, J. Conr. Dietericum *in Breviario Pontiff. Rom. p. 166.*, P. Lambecium *l. c. p. 28.*, C. F. Paulinum *l. c. p. 25.*, & Gvilh. Cavium *P. II. Hiſtoriæ Literariæ Scr. Eccl.*, *p. 181.* (31.) *locis num. 30. citatis.* (32.) *L. 2. Metrop. c. 19. & 21.*, (33.) Leguntur illæ in Alb. Krantzii *Metropoli L. 2.*, *c. 20.*, Phil. Cæſaris *Appendice ad Triapoſtolatum Septentrionis p. 194. 195. 196.*, Pet. Lambecii *Auctario Originum Hamburgenſium p. 412. 413. 414. 415.*, J. Joach. Maderi *Appendice Diplomatica ad Editionem ſuam Hiſt. Eccl. M. Adami Bremenſis*, *p. 199. 200. 201.*, & Joh. Bollandi Actis Sanctorum, *M. Febr.*, *T. I.*, *p. 427.* (34.) *L. 2. Metrop. c. 24.* (35.) *Capite* enim *19.* præcedenti, Wormatiæ hanc Synodum habitam eſſe, recte ſcripſerat. (36.) V. Alb. Stad. *Chron. f. 34. b.*, *Scholiaſten antiquum Adami Bremenſis*, in hujus editione Maderiana *p. 164.*, Krantzium *L. 2. Metrop.*, *c. 19. & 24.*, Paulinum *l. c. p. 25.* J. Conr. Dietericum *in Breviario Pontificum p. 165.*, Baronium *T. X Annal. Eccl.*, *p. 606.*, *Cent. IX. Magdeb.*, *c. 10.*, *col. 512.*, Gvilh. Cavium *l. c. p. 180. 181*, &, qvos ille de Synodo hac jubet conſuli, Luitprandum *in Vita Stephani Papæ*, *c. 112.*, *p. 283.*, ac Flodoardum *L. 4. Hiſt. Eccl. Rhemenſis*, *c. 1.*

olim devincta fuerat, denuo liberando, in ejusdem gratiam eſt molitus (37.), Hermannus Colonienſis, Cæſarea nixus gratia, facile irritum reddidit. Cauſam Krantzius (38.) hanc reddit, qvod *ea tempeſtate Summorum Pontificum execrabilis contentio Autoritatem ejus ſedis faceret contemptiorem: in qva Vir potens apud Imperatorem, &, qvi armis prævaleret, facile effecit, qvod voluit.* Ab hoc igitur tempore Eccleſia Bremenſis Colonienſis fuit Suffraganea, non ſub Adalgarii tantum & Hogeri Epiſcopatu, uti Adamus Bremenſis (39.), eumqve ſecutus Krantzius (40.), perhibent, ſed, uti poſterior aliis locis (41.) rectius obſervavit, ad tempora usqve Adalberti, Archiepiſcopi Hamburgenſis, A. 1043. ad dignitatem hanc evecti, qvi, *pariter Summo Pontifici atqve Imperatori Henrico IV. percharus, effecit, ut in ſuam dignitatem Hamburgenſis rediret Eccleſia, Jureqve in Bremenſem Metropolitico, adverſus Colonienſem gauderet.* Grandævus jam factus Adalgarius, cum, ob ſenectutem, nec inimicis poſſet reſiſtere, nec officii functionibus par eſſet, Coadjutorem (A. 908., ſi Huitfeldium audias (42.)) e Monaſterio Corbejenſi adſcivit Hogerum, ſuum poſtea etiam in Archiepiſcopatu Succeſſorem (43.). Qvæ de Fratre cognomine, ſupra jam memorato, Noſtri in eadem Dignitate Sacra, ab A. 889. ad 909., Coadjutore, Joh. Letznerus (44.) & Joh. Gigas (45.) tradiderunt, Veterum conſenſu deſtituuntur, imo *Annalibus* repugnant Monachi Anonymi *Corbejenſibus*, a Chriſt. Franc. Paulino, *in Rerum Germanicarum Syntagmate*, publicatis, in qvibus (46.) is, Abbatia fungens Corbejenſi, A. jam 876. mortuus eſſe perhibetur. Sergius præterea III., Pont. Rom., Adalgario, ne, propter ſenectutem ejus, Legatio ad Eccleſias Boreales Apoſtolica, Præſulibus commiſſa Hamburgenſibus, cum ipſe in Septentrionem, ad Doctrinam Chriſtianam Populis hujus annunciandam, ac Epiſcopos Eccleſiis præficiendos, non poſſet excurrere, negligeretur, Vicarios in iſta & Adjutores dedit qvinqve vicinos Saxoniæ & Weſtphaliæ Antiſtites, Simundum, ſive Sigismundum (qvem Krantzius *Emundum* & *Evilpum* vocat, binominemqve fuiſſe judicat) Halberſtadienſem, Wigbertum Verdenſem, Biſonem Paderbornenſem, duosqve Bernarios ſive Bernhardos, Mindenſem & Oſnabrugenſem, qvorum ope ſublevaretur (47.). Obiit tandem noſter Bremæ (48.), 7. Id. Maj. (qvo die memoriam ejus in Eccleſia olim Hamburgenſi celebratam eſſe, *Liber Memoriarum* hujus MStus teſtatur) A. C. 909., teſtibus M. Adamo Bremenſi (49.), Alb. Stadenſi, ad h. a., & Alb. Krantzio (50.), qvos Recentiores, Huitfeldius, Meſſenius, Dancwerthius, Lambecius, Paulinus (51.), Joh. Petræus (52.), Joh. Ad. Cypræus (53.), aliiqve, magno agmine ſeqvuntur. Circa Annum fatalem impingunt Codices qvidam *Hiſtoriæ* Adami Bremenſis *Eccleſiaſticæ*, Joh. Joach. Madero teſte (54.), Annum 899., Ad. Tratſigerus (55.) ac Baronius a Lambecio *L. 2. R. H. p. 426.* notatus, A. 908., & Claud. Arrhenius (qvi, Veterum autoritate ſpreta, novam primorum Archiepiſcoporum Hamburgenſium, e cerebro ſuo, qvadrata rotundis miſcens, nobis obtrudit Chronologiam, & fruſtra hic ad ſubſcriptionem Diplomatis, qvo Sergius III., Pont. Rom., Pallium Hogero, Adalgarii ſucceſſoris, Anno Pontificatus VIII., ſive æræ Chriſtianæ 916., contuliſſe traditur (56.), in mendo haud dubie cubantem, nec pro calculo ſuo militantem (57.) provocat) A. 911., in veri locum, ſubſtituentes. Circa Diem vero emortualem (niſi error hic eſt Typographi) Henr. Woltherus (58.), VI. Id. Maji, & Anonymus Autor *Hiſtoriæ Archiepp. Brem., n. 6.*, (inter Scr. Lindebr. p. 72.) ipſis Maji Idibus, obiiſſe Noſtrum perhibentes. Sepultus eſt in Baſilica, ſive *Oratoriolo* (59.) Michaelis Archangeli, Sanctorumqve Martyrum, Stephani & Viti, qvod ipſe, ſupra Tumulum Remberti, Magiſtri ac Anteceſſoris ſui, extruxerat (60.).

Vitæ Adalgarii Materiam, præ Autoribus cæteris, jam allegatis, uberiorem nobis ſuggeſſere:

1. M. ADAMUS BREMENSIS, *Lib. I. Hiſt. Eccl. Hamburg. & Bremenſis, c. 32. 38. 39. 40. 41. 42. 43., p. 28. 32-35., Edit. Maderianæ*, & ALB. STADENSIS *in Chronico, f. 93. b.*
2. HENR. WOLTHERUS, *in Chronico Archiepiſcoporum Bremenſium (Tomo II. Rerum Germanicarum Henr. Meibomii Junioris incerto), p. 26. 27.*
3. ALB. KRANTZIUS, *Lib. 2. Metropoleos, c. 2. 11. 19. 20. 21. 24.*
4. CASP. DANCWERTHIUS, *P. III. Chorogr. Cimbricæ, c. 13., p. 264.*
5. PET. LAMBECIUS, *in Originibus Hamburgenſibus p. 27. 28.*
6. CHRIST. FRANC. PAULINUS, *in Theatro Virorum Illuſtrium Corbejæ Saxonicæ*, Jenæ A. 1686. *in 4.* edito, *c. 4., p. 25. 26.*
7. CLAUD. ARRHENIUS ſive OHRNHIÄLMIUS, Hiſtoriographus Svecicus, *in Hiſtoriæ Sveonum Gothorumqve Eccleſiaſticæ Parte Priori*, Libris IV. Holmiæ A. 1689. *in 4.* excuſa, *Lib. I., c. 25., p. 92. 93. 94., & L. 2., c. 1., p. 105-115.*

Conferri de illo, præter jam ante in Vita ipſa laudatos, poſſunt HELMOLDUS *L. I. Chronici Slavorum, c. 7., num. 7., p. 11. 23.*, Autor ANONYMUS *Hiſtoriæ Archiepp. Hamb., n. 5. & 6, inter Scriptt. R. Septentr. Lindebr., p. m. 71. 72.*, JOH. PETRÆUS *P. I. Chronici Holſatici p. 8.*, JOH. LETZNERUS *in Chronico Corbejenſi Germanico, c. 31., fol. 66. a.*, DAV. CHYTRÆUS *P. I. Chronici Saxoniæ p. m. 96.*, CÆS. BARONIUS *T. X. Annal. Eccles., ad A. 888., n. 7., p. 621., & ad A. 895., n. 4., p. 639.*, HENR. ORÆUS *in Nomenclatore præcipuorum Doctorum Eccleſiæ*, Hanoviæ A. 1619. *in 12.* edito, *p. 11.*, PHIL. CÆSAR *in Triapoſtolatu Septentrionis, p. 194. 195. 196. 238.*, & *Iſagoge* mea *ad Hiſt. Cimbr., P. II., p. 64. 65.*

ELOGIA.

Ab Autore Vitæ *S. Remberti*, Anteceſſoris ſui (de qva paulo poſt dicemus), *c. 12.*, vocatur *Vir Converſatione Inſignis*, it. *Vir Venerabilis in converſationis Remberti imitatione ſimul & ſucceſſionis dignitate, cap.* autem *22. Vir inſignis.* Conf. M. ADAMUM BREMENSEM, loca hæc allegantem, *L. I., c. 39., p. 33.*

ALB. KRANTZIO, *L. 2. Metropoleos. c. 19.*, audit *Vir Deo devotus.*

HENR. WOLTHERO (*l. c. p. 27.*) *Vir induſtrioſus, & omnibus etiam bene gratus, & acceptus omni genti.*

CHRIST. FRANC. PAULINO, in *Theatro Viror. Illuſtr. Corbej., c. 3., p. 23., Venuſti Ingenii Monachus & pie doctus.*

JOH. PETRÆO (*P. I. Chron. Holſat. p. 8.*) Ein tugendſamer Gelehrter Mann.

CENSURA.

HENR. ORÆUS, qvi, *l. c. p. 11.*, Adalgarium vocat *Epiſcopum Hamburgenſem, circa A. 886., ambitioſiſſimum*, non in tempore ſolum Archiepiſcopatus definiendo errat, ſed Adalbertum etiam, Archiepiſcopum ab A. 1043. ad 1072. Hamburgenſem,

(37.) V. M. Ad. Brem. *L. I., c. 42., p. 35.*, Alb. Stad. *ad A. 908.*, *Krantzii* L. 2. *Metrop. c. 24.*, Lambecii *Origg. Hamb. p. 28.*, Huitfeldium *l. c.*, p. 42., Dancwerthium *l. c. p. 264.*, & Paulinum *l. c. p. 26.* (38.) *L. 2. Metrop. c. 24.* (39.) *L. I., c. 41., p. 34.* (40.) *L. 2. Metrop., c. 19.* (41.) *L. 2. Metrop. c. 21. & 24.* (42.) *P. I. Chron. Dan. p. 42.* (43.) V. M. Ad. Brem. *L. I., c. 42, p. 34.*, Krantzium *L. 2. Metrop. c. 24*, & *L. 3. c. 1.*, ac Paulinum *c. 4., p. 25.*, it. Alb. Stad. *Chron. ad A. 908., f. 97 b.* (44.) *loco num. 5. citato.* (45.) *in Catalogo Abbatum Corbejenſium*, apud Paulinum *l. c. p. 25. 26.* (46.) *p. 373.* (47.) V. M. Ad. Brem., *L. I., c. 42., p. 35.*, Alb. Stad. *ad A. 908.*, Krantzium *L. 2. Metrop. c. 24.*, Huitfeldium *l. c.*, & C. F. Paulinum *in Theatro Vir. Illuſtr. Corbej., c. 4., p. 26.* (48.) juxta Paulinum *l. c. p. 26.* (49.) *L. I., c. 42., p. 35.* (50.) *L. 2. Metrop. c. 24.* (51.) *locis jam citatis.* (52.) *in Chron. Holſatico, P. I., p. 8.* (53.) *in Annal. Epiſcop. Sleſv., L. I., c. 4., p. 36.* (54.) *p. 35.* ſuæ edit. Adami. (55.) *in Chron. Hamb. MS.* (56.) *in Appendice Editionis Adami Bremenſis Maderianæ, p. 202. 203. 204.* (57.) *L. I. Hiſtoriæ Sveonum Gothorumqve Eccleſiaſticæ, c. 25., p. 92. 93. 94., & L. 2., c. 2., p. 115. 116.* (58.) *in Chronico Archiepp. Brem., Tomo II. Rer. Germ. H. Meibomii, p. 27.* (59.) V. Franc. Haræi *Vitas ſanctorum p. 140.* (60.) V. M. Ad. Brem. L. *I., c. 42., p. 35.*, Alb. Stad. *ad A. 909.*, Krantzium L. 2. *Metrop. c. 24.*, & Paulinum *l. c., c. 4., p. 26.*

burgenſem, ob ambitionis crimen infamem, cum Noſtro confundere videtur, uti, *in Homonymoſcopia, Sect. II., c.6.*, §.*2.*, *p.529.*, jam obſervavimus.

SCRIPTUM DUBIUM ET CONTROVERSUM.

Vita S. Remberti, Archiepiſcopi Hamburgenſis, Noſtriqve in iſta Dignitate Anteceſſoris, mutila & contracta, ſtyloqve mutato, primum edita eſt a Laur. Surio, *Volumine I. Operis de Vitis Sanctorum, ad d. 4. Febr., p. 42-48. editionis anni 1618. Colonienſis*, unde illam in ſuas *Sanctorum Vitas* (*ad d. 4. Febr., p.136-140., edit. Lugd. A.1595.*) Franc. Haræus, adhuc compendioſius, tranſtulir. Ante Surium eam (mutilamne an integram, mihi haud exploratum) publicavit Jac. Meierus, Illuſtris ille Rerum Flandricarum Hiſtoricus, uti ipſe, in Chronico Flandriæ, ad A. 887., verbis hiſce, a Gerh. Joh. Voſſio (*L. 2. de Hiſt. Lat., c.38., p.334.*) allegatis, teſtatur: *Remberti Vitam, una cum Vita D. Ansgarii, Hamburgi conſcriptam, datamqve ab Alberto Crantz Jacobo Driſcho, Antiſtiti Gulielmitarum Brugenſium, in aliis Lucubratiunculis noſtris edidimus, Lyricisqve eum Verſibus celebravimus.* Confer, de Editione hac Meieriana, Voſſium ipſum *l.c., Lib. III., c.10., p.647.*, & *Iſagogen* noſtram *ad Hiſt. Cimbr., P. II., c.3.*, §. *10.*, *p.60.61.* Integram primus, e Vetuſto & Avthentico Cod. MS. Hamburgenſi membranaceo, a XIX. Epſcopis Saxonicis & Borealibus Subſcriptione ſua corroborato, una cum Vitis Willehadi & Ansgarii, Anteceſſorum Remberti, ſuisqve in omnes Notis, edidit Phil. Cæſar, e Theologo Reformato Bremenſi Eccleſiæ Romanæ Proſelytus, *in Triapoſtolatu Septentrionis*, Coloniæ A. 1642. *in 8.* excuſo, *p. 127-168.* Poſt Cæſarem eandem etiam publicarunt integram Joh. Bollandus, & Gotfr. Henſchenius, *in Actis SS. M. Febr., T. I., ad d. 4.* hujus Menſis. *p.519. ac ſeqq.*, & Joh. Mabillonius *in Actis SS. Ord. Bened., Sec. IV., P. II., p. 471. & ſeqq.*, teſte Gvilh. Cavio *P. II. Hiſt. Lit. Scr. Eccl., p.m. 167.* Recudi eandem e *Triapoſtolatu* Cæſaris, una cum *Notis* ejus, curavit Joh. Alb. Fabricius *Volum. II. Memoriarum Hamburgenſium*, A. 1710. *in 8.* Hamburgi impreſſo, *p. 718-763.* De Joh. Lydii, Paſtoris Oudewaterani, Editione illius, *in Syntagmate de Vitis XII. Apoſtolorum Friſiæ*, affecta, qvam in Epiſtola ad Joh. Meurſium A. 1615. eſt pollicitus, V. *P. II. Iſag.* noſtræ *ad Hiſt. Cimbr., c.2.*, §. *4.*, *p.20.* Superſtite Adalgario eam ſcriptam eſſe, e Capite XII. (cujus verba Adamus etiam Bremenſis, *L. I., c.39.*, exhibuit) diſcimus. Qvam ob cauſam etiam Autor illius Remberti *Contemporaneus* a Surio (*l. c.*), *Æqvalis* a Voſſio (*L. 2. de Hiſt. Lat., c.38., p.334.*), eiqve *coævus* a Lambecio (*in Origg. Hamburg. p.9.*), ſalutatur. Adamus Bremenſis, *L. I., c. 32. 33. 34. 35. 36. 37. & 39.*, eam, multis inde verbotenus recitatis, allegat, ac *c. 32.* (*p. 27. edit. Maderianæ*) ita de illa ſcribit: *Cæterum Vita ejus* (Remberti), *a Fratribus ejusdem Cœnobii* (Corbejenſis) *ad noſtros* (Bremenſes ſc.) *data, qvis fuerit, & qvaliter vixerit, breviter & dilucide comprehendit.* Qvibus haud dubie verbis permotus Gvilh. Cavius, *l. c. p. 167.*, Anonymo Monacho Corbejenſi, circa A. C. 890. claro, tanqvam Autori, eam vindicat. Gotfr. Henſchenius (teſte J. Alb. Fabricio *P. II. Memor. Hamb. p. 720.*), *in Actis SS., T. I. M. Febr., p.519.*, eam tribuit Monachis Corbejenſibus, pluribusqve argumentis *p.555.* diſputat, Adalgarii eam eſſe haud poſſe. Voſſius contra (*l. c., c. 37., p.330., & c.38. p.334.*), Cæs. Baronius (*T. IX. Annal. Eccl., ad A. 826., n.37., p. 870., & T. X., ad A. 888., p. 621.*), Lambecius (*l. c., & L. 2. Prodromi Hiſt. Literariæ, c. 25.*) aliiqve complures, una cum plerisqve Vitæ hujus editoribus, ſolam Ætatem ſcriptoris indicaſſe contenti, nec de Nomine, nec de Vitæ genere, qvicqvam definire ſunt auſi, ſed *Incertum* ac *Anonymum* appellarunt. Adalgario noſtro Vitam qvidem Remberti tribuit Henr. Woltherus, *in Chronico Archiepp. Brem.* (*T. II. Rer. German. Henr. Meibomii*) *p. 26.* ita ſcribens: *Ejus Vitam Adalgarius, ejus ſucceſſor, claro ſtylo ſcripſit.* Verum, an de hac, qvæ ſupereſt, loqvatur, merito dubites, cum paulo poſt Metrice ſcriptam eſſe addat, & qvinqve ex ea recitet Verſus Hexametros. Solus Phil. Cæſar, *in Notis* ad hanc noſtram, *in Triapoſtolatu Septentrionis* a ſe editam, *p. 238.*, Autorem ejus Adalgarium eſſe ſtatuit. Cui ſententiæ ſuæ, nullo veterum, ac ne Woltheri qvidem (ipſi haud dubie non lecti), teſtimonio confirmatæ, cum, præter Adami Bremenſis locum de Monachis Corbejenſibus, refragari videret Elogia Adalgarii, ceu Hominis a Scriptore diverſi, in ea obvia, ac ſupra jam a nobis recitata, qvæ ipſum ſibimet tribuiſſe vix eſt credibile, inſtantia, ab exemplis Johannis Evangeliſtæ & Remberti ipſius (*qvi etiam*, teſte Adamo Bremenſi, *L. I., c.31.*, *Vitam Sancti Patris* Ansgarii *veridico ſermone deſcribens, more B. Johannis, qvaſi de alio ſcribens, innuit, ſe, fideliſſimum ejus Diſcipulorum, teſtimonium perhibere Sanctitati, qvam cognoverat in Viro Dei*) petita, objectionem iſtam eludere conatur. Verum illa (*uti P. II. Iſag. ad Hiſt. Cimbr., c.3.*, §. *11.*, *p. 64. 65.*, jam monitum eſt) robur Argumenti contrarii vix enervabitur. Licet enim D. Johannes & Rembertus de ſe ipſis interdum, tanqvam de aliis, loqvantur, ſumma tamen hoc faciunt modeſtia, nec in laudes evagantur proprias. Licet autem Vitam hanc Remberti, qvæ ſupereſt, *ἄμετρον*, *graviter*, judice Joh. Molano (*in Indiculo Sanctorum Belgii, Martyrologio Uſuardi A.1573. annexo*) *conſcriptam*, Adalgario vix auſimus tribuere, aliam tamen, eamqve Metricam, ſed deperditam, teſtimonio Henr. Woltheri, jam laudato, recte ei vindicabimus.

ANSGARIUS (ſive ANSCHARIUS),

Doctor Chriſtianæ religionis, in regnis Daniæ ac Speciæ borealibus, omnium fere primus, in Cimbria autem noſtra etſi non primus, præcipuus tamen, & iis, qvi ipſum præceſſere, longe & illuſtrior & felicior, hac a nobis methodo celebrabitur, ut narrationes de vita illius e Remberto potiſſimum, ſcriptore iſtius *συγχρόνῳ*, imo diſcipulo noſtri ac ſucceſſore, iſtiqve jungendis M. Adamo Bremenſi, &, qvi hunc ſecuti verba etiam ejus plerumqve ſua fecerunt, Alberto Stadenſi, Autore *Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſium* incerto, atqve Alb. Krantzio, mutuemur, ſed, brevitatis ſtudio, in compendium ſæpe contrahamus. Confirmabuntur tamen illæ plurium ævi, & medii, & recentioris, ſcriptorum (e qvibus paſſim qvoqve nonnulla, ab iis præterita aut ignorata, adjiciemus) ſuffragiis, & errores ſimul, apud hos pariter atqve illos ſubinde obvii, modeſte notabuntur ac emendabuntur. Chronologiæ etiam, a Remberto, Adamo, & vetuſtioribus plerisqve cæteris, neglectæ, ratione, uti par eſt, habita, annos, qvibus ſingula contigerunt, qvotiescunqve id fieri poterit, indicabimus, non diſſimulato multiplici circa hos diſſenſu, cum aliorum, tum Petri præſertim Lambecii (*in Chronologia & Auctario Libri primi Rerum Hamburgenſium*) Claudiiqve Arrhenii ſive Öhrnhiälmii, Hiſtoriographi apud Svecos regii (in *Breviario Vitæ Ansgarii*, editioni ſuæ Biographiæ Rembertinæ Holmienſi A. 1677. adjecto, & *Libro I. Hiſtoriæ Sveonum Gothorumqve eccleſiaſticæ*). Qvos inter Arrhenius, reliqvis licet confidentior atqve arrogantior, &, ſub finem *Breviarii*, *excerpta* hujus *Chronologica ejus eſſe certitudinis ac evidentiæ, ut de his rebus certiora, in hanc diem, tradita ſint a nemine*, gloriari haud veritus (1.), minus fidei, qvam cæteri, ſicut alibi jam monuimus (2.), meretur. Sententiæ enim ſuæ aliorumqve, de qva infra dicetur, muſteæ pariter atqve erroneæ, in locum anni æræ Chriſtianæ 865., qvo omnes antiqviores, & recentiores pleriqve, Ansgarium obiiſſe perhibent, annum 869. male ſubſtituenti, patrocinaturus, calculum vitæ illius nobis obtrudit intricatiſſimum, e Ludovici Pii, Imperatoris, ac

Gregorii

(1.) Conf. qvæ de baſi Chronologiæ ſuæ, in rebus Ansgarii, idem, *Lib. I. Hiſt. Eccl. Sveonum & Gothorum, c. 23. & 24., p. 77-92.*, *fuſe tradidit atqve jactavit.* (2.) *Parte II. Iſagoges in Hiſt. Cimbr., in Addendis, p.218-221.*

Gregorii IV. & Nicolai I., Pontificum, Diplomatum de Eccleſiæ Hamburgenſis fundatione, & cum Bremenſi unione, clauſulis, uti jactat, deductum. In qvibus, ob varias lectiones jam pridem controverſis atqve ſuſpectis, & partim, ceu ſpuriis & ſuppoſititiis, per viros doctos, uti ſuo monebitur loco, jam rejectis, non minus qvam in Adamo Bremenſi (negligentiæ ac parachroniſmorum turpium temere paſſim accuſato), aliisqve Autoribus vetuſtis, qvadrata rotundis, audacia plus qvam Critica, ut ſuæ inſervirent hypotheſi, mutare non dubitavit. Nos, qvibus iſtud Antiqvariorum qvorundam novaturientium ævi noſtri cacoethes nunqvam arriſit, veteri, ac per tot ſecula receptæ, de Anſgario A. C. 865. vivis exempto, conſtanter merito inhæremus ſententiæ. Facilius ſane apographa aliqvot trium Diplomatum (qvorum archetypa an ſuperſint, dubitatur) potuere corrumpi, qvam Adamus Bremenſis, Albertus Stadenſis, Scriptor *Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſium* incertus, Henr. Woltherus, Alb. Krantzius, & tot alii antiqviores, qvi Hamburgi Bremæqve, aut in vicinia, vixerunt, eqve Eccleſiarum iſtarum archivis, Libris memoriarum ac Chronicis, ſuas hauſere narrationes, ac amice hic omnes inter ſe conſentiunt, in Parachroniſmum eundem impingere. Omnis, de 34. annis Archiepiſcopatus Anſgarii cum Diplomatis Ludoviciano & Gregoriano, qvæ hunc ipſi contulere, anno, uti creditur, 834. exaratis, dextre conciliandis, circa qvos cardo vertitur controverſiæ, difficultas tolletur, ſi initium Archiepiſcopatus vel ad A. 831. cum Lambecio, vel ad A. 832. cum Baronio, utroqve ſuis gaudente aſſeclis, referamus, Diplomata autem, ob turbas Imperii Ludoviciani inteſtinas, biennio aut triennio poſt demum eſſe ſcripta ac promulgata, cum Lambecio, vel, qvod ſubſcriptiones attinet, in mendo cubare, cum aliis, conjiciamus. In pleriſqve certe illorum MSStis anni χειϱοτονίας 834. nullam occurrere mentionem, Cæſaris, Lambecii & Maderi, editiones oſtendunt. Tutius ſane eſt, vulgarem amplecti ſententiam, qvam, cum anni 869. patronis, omnibus Hiſtoricis contradicere antiqvioribus, ac, in ſucceſſorum Anſgarii Chronologia, iis implicari difficultatibus, e qvibus non liceat eluctari. Cum enim Rembertum, qvi Anſgario ſucceſſit, A. 888. obiiſſe, ac 23. annis Eccleſiis Hamburgenſi atqve Bremenſi præfuiſſe, conſtet, Novatores hi vel 19. annorum periodo gubernationem ejus coarctare coguntur eccleſiaſticam, vel cum Arrhenio (qvi in nodo hoc Gordio diſſolvendo fruſtra ſe torqvet) obitum ejusdem in A. 892. translocare. Utrumqve Veterum repugnat conſenſui. Poſterior vero ſententia cum iis etiam, qvæ de ſucceſſoribus Remberti, horumqve electionis, regiminis mortisqve, annis, hactenus ab omnibus ſunt tradita, nulla ratione poteſt conciliari. His, ne lectores Chronologia Arrhenii perturbet erronea, præmiſſis, ipſam vitæ Anſgarii exponere aggredimur hiſtoriam.

§. I.

Nomen ejus varie a diverſis depravatum eſt ſcriptoribus. Perperam enim *Anſchanus* appellatur ab Ant. Teiſerio (3.), *Ausganus* a Gerh. Joh. Voſſio (4.), *Asqvarius* a Staniſl. Hoſio (5.), *Angsardus* a Monacho Weingartenſi (6.), *Angiſus* a Joh. Bugenhagio (7.), & *Anogritus* a Joveto (8.), per Ericum Benzelium juniorem (9.) jam caſtigato. De patria ejus ac parentibus (qvos nobiles fuiſſe Chriſt. Franc. Paulinus (10.) ſolus perhibet, ſed non probat) nihil Rembertus, nihil Biographi memoriæ prodidere cæteri, nec anni mentionem injecere natalis, qvem tamen æræ Chriſtianæ vel octingenteſimum, vel octingenteſimum primum, fuiſſe, cum anno ejusdem 865., teſtibus Adamo Bremenſi & antiqvioribus reliqvis, ætatis autem 64., juxta Rembertum, obierit, calculo facile colligi poteſt retrogrado. Nec proinde audiendi ſunt, qvi, in locum iſtorum, annum 805. male ſubſtituunt, Claud. Arrhenius, ὑποθέσει ſuæ δουλεύων (11.), eumqve ſecuti Rud. Capellus (12.) & Joh. Gothofr. Olearius (13.). Qvod patriam attinet, figmentum Suffridi Petri, gentis ſuæ gloriam plurimis hujusmodi commentis exaggerare aſſveti, qvo Wardenæ, civitate ad Lavicam Friſica, maris jampridem inundatione abſorpta, eſſe natus, & Ultrajecti, in ſchola S. Gregorii, Epiſcopi, literarum ac pietatis fundamenta jeciſſe, perhibetur (14.), cuiqve Ant. Poſſevinus (15.), Mart. Hamconius (16.), Caſp. Dancwerthius (17.), Andr. Hoyerus (18.), Ant. Heimreichius (19.), Joh. Gothofr. Olearius (20.) & Chriſtoph. Hendreichius (21.), temere crediderunt, merito, & a Joh. Vaſtovio (22.), & a me (23.), eſt exploſum. Fide qvoqve indigna videtur conjectura Trog. Arnkielii (24.), Anglum fuiſſe Anſgarium, absqve ulla ratione, & ſine aliorum ſuffragiis, ſuſpicantis. Sententiæ contra Alb. Krantzii (25.), *hominem* eum appellantis *Gallicum*, cum Joh. Letznero (26.), *Ritualis Sanctorum Sveciæ* inediti, Sigismundi Regis juſſu conſcripti, Autoribus (27.), Joh. Vaſtovio (28.), Joh. Adolpho Cypræo (29.), Joh. Meſſenio (30.), & Chriſt. Franc. Paulino (31.), Galliæ illum itidem vindicantibus, noſtrum adjicimus calculum. Qvod & Har. Hultfeldium, *ſub initium Chronici Epiſcc. Daniæ*, feciſſe videmus.

§. II.

In Gallia certe, uti Rembertus cæteriqve docent biographi, a prima educatus eſt pueritia, &, cum qvinqvennis matrem, fœminam admodum religioſam, amiſiſſet, a patre, ut mature bonis imbueretur literis, in ſcholam miſſus Petrinam (32.) Corbejæ veteris ſive Gallicæ, Cœnobii Benedictini, in Picardia, haud procul Ambiano, a Bathilde, Clodovei ſeu Ludovici II., Francorum Regis, conjuge, circa A. 665., ad Samaram conditi fluvium, Petroqve dicati Apoſtolo (33.). Præceptoribus in hac gaudebat cum aliis, tum ipſo Monaſterii Abbate, Adalardo, Caroli Magni, Imperatoris, conſangvineo, & Corbejæ deinceps novæ conditore, fuſius per Paſchaſium Ratbertum, in *Vita* ipſius, celebrato (34.). Teſtem produco Gvaldonem, metricæ Metaphraſeos *Vitæ Anſgarii* Rembertinæ ſcriptorem, in Prologo ita canentem:

Regni præſidium, lux mundi, gloria Regum,
Et pater & cuſtos Adalardus, nobilis heros:
Hic tuus, Anſchari, bonitate magiſter in omni
Extitit, hoc dulces hauſiſti fonte liqvores.

In primis ſtudiorum tyrociniis, æqvalium nonnullorum exemplo, ludis, jocis ineptiisqve puerilibus, magis, qvam iſtis, vacaſſe, ſed, poſt ſomnium θεόπεμπτον, in qvo Mariam virginem, matre ſua, aliisqve fœminis, candido amictis veſtitu,

(3.) *Parte II. Catalogi Catalogorum p. 15. 234.* (4.) Lib. 3. *de Hiſt. Lat.*, *c.* 10., *p.* 647. (5.) *in Epiſt. ad Catharinam Jagelloniam, Sveciæ Reginam*, apud Joh. Baazium *in Epiſtola dedic. Inventarii Eccleſiæ Sveo-Gothorum p.* 9., & L. 3., *c.* 14., *p.* 349. 350. (6.) *in Chronico, Tomo I. Scriptorum rerum Brunſvicenſium* G. G. Leibnitii *recuſo, p.* 797. (7.) *in Programmate, A.* 1556. *promotioni D. Pauli ab Eitzen præmiſſo, Tomo II. Scriptorum publicorum Acad. Witeb., lit. Bb. 8. a.* (8.) *Tomo I. Libri Gallici de diverſis ſectis & religionibus*, Pariſiis A. 1680. editi, *p.* 332. (9.) *in Annott. ad Joh. Vaſtovii Vitem Aqviloniam col.* 2 (10.) *in Theatro Virorum illuſtrium Corbejæ Saxonicæ, c.* 2., *p.* 11. (11.) *in Breviario vitæ Anſgarii, ad A.* 805., & Lib. *I. Hiſt. Eccl. Sveonum ac Gothorum, c.* 23. (12.) *in Notis ad Hymnum Ambroſii & Auguſtini: Te Deum laudamus;* Hamburgi A. 1683. *in f. editis*, ſub finem. (13.) *Tomo I. Biblioth. Scriptt. Eccl. p.* 57. (14.) *Decade VI. Scriptorum Friſiorum, num.* 7. (15.) *Tomo I. Apparatus ſacri p.* 92. (16.) *in Indice, Friſiæ ſuæ, Amſtelodami A.* 1623 *editæ, præfixo.* (17.) *in Chorographia Cimbrica, P. II., c.* 9., *p.* 117., *c.* 10. *p.* 129., & *P. III., c.* 13., *p.* 263. (18.) in den Itzehoiſchen Kirchweihungs-Gedancken *p.* 38. (19.) in der Sleswigiſchen Kirchen-Hiſtorie, *Lib. I., c.* 2., *p.* 19. (20.) *l. c. p.* 57. (21.) *in Pandectis Brandeburgicis p.* 201. (22.) *in Vite Aqvilonia p.* 8. (23.) *P. II. Iſagoges ad Hiſt. Cimbr., c.* 3., §. 8., *p.* 50. (24.) in der Cimbriſchen Heiden Bekehrung, *Lib.* 3., *c.* 10., §. 10., *p.* 150. (25.) *Lib. I. Metropoleos c.* 20. (26.) *in Chronico Corbejenſi, c.* 8. *edit. primæ.* (27.) in Excerptis de cultu Anſgarii, Remberti *Vitæ* illius a Cl. Arrhenio adjectis. (28.) *in Vite Aqvilonia p.* 5. 8. (29.) *in Annalibus Epiſcoporum Sleſvicenſium*, L. *I., c.* 1., *p.* 8. (30.) *in Chronico Epiſcoporum Sveciæ, c.* 2., *p.* 7. (31.) *loco num.* 10. *citato.* (32.) V. de hac Joh. de Launoy *Lib. de Scholis celebrioribus, ſeu a Carolo Magno, ſive poſt illum, in Occidente inſtauratis, c.* 15., *p.* 59. 60. *edit. Hamburg. Fabricianæ.* (33.) V. de illo Pet. Lambecii *Notas ad præfationes, & Vitæ Anſgarii Rembertinæ*, & Μεταφϱάσεως *hujus metricæ Gvaldonianæ, p. m.* 130. 137. 138. 139. *edit. Fabricianæ.* (34.) Conf. de illo eaſdem Lambecii *Notas p.* 138. 140.

veſtitu, ſtipatam, in loco hærens lutoſo, ſpectabat, &, ex iſto eluctari, matriqve ſe comitem adjungere, fruſtra conatus, a Maria, ut, ſi in coetum ſuum vellet admitti, nugas atqve vanitates omnes fugeret, monebatur, confeſtim reſipuiſſe, deſertisqve ſodalibus priſtinis, animum, cum horum ſtupore, mutaſſe, & lectioni meditationiqve ſerio applicuiſſe, a Remberto (35.) perhibetur. In eodem deinde cœnobio, Ordini (cujus regulis per vitam omnem ſatisfacere ſtuduit) Benedictino, mature (circa A. 813. judice Arrhenio), ſolenni tonſuræ adſcriptus ceremonia, a ſtudiis ſcholaſticis ad monaſtica pietatis ac eruditionis ſacræ tranſiit, ſed & iſta ſegnius aliqvamdiu coluit, donec, A. 814. ineunte, fama de obitu Caroli Magni, Imperatoris, qvem ipſe viderat, potentiſſimi, perterrefactus, vanitatisqve rerum mundanarum recordatus, Dei ſe totum conſecraret ſervitio, precibusqve, vigiliis & abſtinentiæ, majori mentis ardore daret operam. In propoſito hoc paulo poſt confirmatus eſſe traditur, imo ad ſpem etiam atqve deſiderium martyrii incitatus, viſione nocturno feſti Pentecoſtes tempore ipſi oblata, & a Remberto (36.) fuſius enarrata, in qva, animam ſuam, per mortis ſpeciem qvandam a corpore ſeparatam, a Petro Apoſtolo & Johanne Baptiſta, poſt cruciatus purgatorii per triduum toleratos, in Cœlum fuiſſe deductam, coramqve mentium beatarum felicitatem, eminus autem Numinis ſanctiſſimi majeſtatem, ſpectaſſe, familiaribus retulit. A qvo his tandem ſe vocibus addebat eſſe compellatum atqve dimiſſum: *Vade, & martyrio coronatus ad me reverteris.* Qvas Gvaldo, Remberti Metaphraſtes, verſu expreſſit ſeqventi:

Huc, cum martyrio, victor rediturus abito.

§. III.

Rector poſtea (circa A. 820., ſi Arrhenium audias), e diſcipulo, factus eſt Scholæ in Corbeja veteri Petrinæ monaſticæ (37.), qvam, duasqve alias, in Nova deinceps Corbeja atqve Hamburgi a noſtro apertas, ſublimiores ludis trivialibus, & Philologicas pariter atqve Theologicas, extitiſſe credimus. Diſplicet enim nobis, uti alibi (38.) jam indicavimus, judicium præceps Viri ſummi, Herm. Conringii (39.), has *non niſi pueriles* fuiſſe falſo perſvaſi, imo de eruditione Anſgarii ipſius, hac non minus, qvam vitæ ſanctitate, tot Veterum ac recentiorum elogia honorifica, ſuo infra loco recitanda, meriti, pro ævi iſtius captu eximia, ſcribere haud veriti: *Anſcharius ſanctis potius fuit annumerandus, qvam doctis; imo a doctrina nullam meruit laudationem. Tenuis fuit & illius, & aliorum, in ſtudiis profectus.* Lubens tamen fateor, & doctrinam ipſius ſacram, & methodum Theologiam alios docendi, ſimpliciorem fuiſſe, & a περιεργίᾳ atqve ſubtilitate Theologorum ævi ſeqvioris, imo & recentioris, Scholaſticorum inutili ac noxia immunem. Qvam ob cauſam eandem huic etiam præferendam eſſe arbitror, Petro Lambecio ὁμόψηφος, qvi (40.), poſtqvam, e Remberti *Vita Anſgarii* (41.), *pueros*, in ſcholis ipſius, *ad ſervitium Dei eſſe educatos*, h. e. *Grammatica Latina, & Muſica, & Theologia, in tantum eruditos, ut ad functiones & ceremonias ſacras celebrandas, & propagandam religionem Chriſtianam, eſſent idonei,* monuerat, ſeqventia non dubitavit addere: *Nondum enim hæc, qvæ nunc ſeculum tenet, & omnem fere religionem ex hominum mentibus expulit, ſcrupuloſa curioſitas, & ambitioſa profanæ ſcientiæ affectatio, in uſu eſſe cœperat, ſed vigebat adhuc priſca illa ſimplicitas, & rudis credulaqve ſanctimonia, cujus vi primitiva Chriſti Eccleſia, inter graviſſimas perſecutiones, totum terrarum orbem occupavit. Itaqve tunc S. Anſcharius, ejusqve diſcipuli, qvamvis eruditorum noſtri ævi comparatione barbari & indocti, ſolo tamen ardentiſſimæ pietatis ſuæ exemplo, & admirabili mundanarum rerum præ divinis contemptu, integra regna Chriſto acqviſiverunt.* Cum ſcholæ huic in Gallia Palæo-Corbejenſi noſter, cum Withmaro Collega, præeſſet, duæ illi denuo obtigiſſe traduntur viſiones nocturnæ, in qvarum priore ab ipſo Chriſto, ſibi apparente, peccata ſua confiteri eſt juſſus, factaqve confeſſione, verbis hiſce abſolutus: *Noli timere, ego ſum, qvi deleo iniqvitates tuas.* In poſteriore Fulberti pueruli, diſcipuli ſui, tabula a commilitone vulnerati, ac paulo poſt mortui, animam ab Angelis, ſe comitante, in cœlum, vidit, deportari, &, ob patientiam animumqve in percuſſorem, pro qvo moribundus interceſſerat, manſvetum, choro Martyrum in loco qvodam aſſociari purpureo. Utramqve Rembertus (42.), ac Gvaldo, Metaphraſtes illius (43.), pluribus enarrarunt.

§. IV.

Monaſterium interea Corbejæ novæ ſive Saxonicæ Benedictinum, in diœceſi Weſtphaliæ Paderbornenſi, ad Viſurgim, prope Hoxariam, Ludovici Pii, Imperatoris, juſſu atqve auſpiciis, per Adalardum, primum illius, e Corbejæ veteris Antiſtite, Abbatem, condebatur, hujusqve ductu, e Corbeja veteri ſive Gallica (cui hactenus is præfuerat), Monachi in iſtud complures, & hos inter Warinus (Prioris dignitate potitus) ac Anſgarius, coloniæ ſacræ inſtar migrabant (44.). Fundationem Cœnobii hujus, ex Autoribus de iſta in margine allegatis, *Annalium Corbejenſium* ſcriptor ad A. 816., Lambertus autem Schafnaburgenſis, Baronius, Lambecius, Danewerthius & Arrhenius, ad A. 822., retulerunt, e Cypræi tamen, & aliorum, narratione facile conciliandi. Hi enim illud, in ſylva Sollingenſi, inter montem Mosbergenſem, & amnem longum vulgo dictum, initio eſſe conditum, &, ſtructura per triennium continuata, A. 817. abſolutum, ſed a tempeſtate terræqve motu, d. 9. Dec. A. 819. coortis, amne longo partim exiccato, partim corrupto, labefactatum, &, hanc ob cauſam, A. 822., Ludovici Pii permiſſu, loco mutato, ad ripam Viſurgis denuo extructum, perhibent. In Monaſterio hoc Weſtphaliæ Neo-Corbejenſi Anſgarius non Abbas primus (uti falſo a Joh. Theod. Sprengero (45.) traditur), ſed primus Lector, ſive Scholæ Rector, a Ludovico Pio eſt conſtitutus, ſimulqve Concionatoris in templo functus munere. Ita enim de illo Rembertus, Monachos Corbejæ veteris alloqvens (46.): *Ad hoc Cœnobium Dei famulus, una cum aliis fratribus veſtris, primo directus eſt, ut inibi officio fungeretur docendi. In qva re ipſe tam probabilis & acceptus eſt inventus, ut, omnium electione, publice in eccleſia verbum Dei populis prædicaret. Sicqve factum eſt, ut ejusdem loci ipſe primus & Magiſter ſcholæ, & Doctor fieret populi.* Cui, qvod Lectoris, ſive Rectoris ſcholæ monaſticæ, attinet officium, præter Catalogum Monachorum Corbejenſium antiqvum, in Pet. Viſſelbecii *Chronico Huxarienſi* (per Chriſt. Franc. Paulinum *in Syntagmate rerum & antiqvitatum Germanicarum* edito) (47.) obvium, e recentioribus Joh. Letznerus (48.), Joh. Adolphus Cypræus (ab anno eum 817., per novem ſeqventes, hoc munere, magna cum laude, eſſe functum, & Bibliothecam qvoqve in Corbeja condidiſſe Saxonica, omniqve Aucto-

rum

(35.) Cap. I. Vitæ ejus. (36.) *ibid. c. 2.* Conf. de hac viſione *Scriptum vetus de Eccleſia Bremenſi*, in Erp. Lindebrogii *Scriptoribus rerum Germ. Septentr. p. 116.* (37.) V. Rembertum *c. 3.*, & Joh. de Launoy *loco num. 32. citato.* (38.) *Parte II. Iſag. ad Hiſt. Cimbr., c. 3., §. 8., p. 51.* (39.) *In Antiqvitatibus Academicis, Supplem. 33., p. 301. 302.* (40.) *Lib. 2 Rerum Hamburgenſium, ad A. C. 1281., p. 67. 68. edit. Fabricianæ.* (41.) *cap 14.* (42.) *c 3. & 4.* (43.) *c. 9. & 11.* (44.) De Corbejæ novæ fundatione V. Remberti *Vitam Angarii c. 5.*, Gvaldonis *Metaphraſin illius c. 11.*, & Pet. Lambecii ad utramqve *Notas p. m. 130. 131. 140.*, Lamberti Schafnaburgenſis *Chronicon, ad A. 822.*, M. Adami Bremenſis *L. I. Hiſt. Eccl. Hamb. & Brem c. 15.*, Alberti Stadenſis *Chronicon*, ad A. 826. | erperam eam referens, Anonymi *Hiſtoriam Archiepiſcoporum Bremenſium, cap. 2.*, Anonymi *Annales Corbejenſes* (in Chr. Franc. Paulini *Syntagmate rerum & Antiqq. German. editos*), *ad A. 815. & 817., p. 369.*, Alb. Krantzii *Lib. I. Metrop c. 10.*, & *Lib. 2. Saxoniæ c. 25.*, Cæſ. Baronii *T. IX. Annal. Eccl., ad A 822., n. 7., p. 767*, Joh. Vaſtovii *Vitem Aqviloniam p. 3.*, Caſp. Danewerthii *P. III. Chorogr. Cimbr., c. 13., p. 263.*, Cl. Arrhenii *Breviarium Vitæ Anſgarii, ad A. 822*, & præſertim Joh. Ad. Cypræi *Annales Epiſcc. Sleſvic., Lib. I., c. 1., p. 8. 9 10.* (45.) *in Delineatione Statuum Imperii, Diſcurſui de Jure ædificii ſubjecta, p. 349.* (46.) *cap. 5.* Conf. Gvaldonem & Cl. Arrhenium *ll. cc.* (47.) *p. 26. 27.* (48.) *in Chronico Corbejenſi, c. 8. edit. primæ.*

rum & librorum genere locupletaſſe, perhiberi, addens) (49.), Joh. de Launoy (50.), & Chr. Franc. Paulinus (51.), conſentiunt.

§. V.

Verum nec Corbeja Saxonica detinere diu in ſuo potuit coenobio virum gentium borealium converſioni, itineribusqve ad illas, a Numine deſtinatum, Apoſtolicis. Horum primum fuiſſe Svecicum, circa A. 816. jam ſusceptum, fabulatur Lupoldus a Bebenburg, (qvem *Lupoldum Lubenburgenſem* Joh. Magnus perperam appellavit,) JCtus & Epiſcopus Sec. XIV. Bambergenſis, Scriptor *in Hiſtoria* (uti a Gerh. Joh. Voſſio (52.) jam eſt monitum) *interdum peccans*, &, ob *Svevorum* nomen, in hac ipſa narratione, Svecis male tributum, a C. F. Paulino (53.) caſtigatus, ac erroris alterius de anno baptiſmi Haraldini paulo poſt a nobis convincendus, *in Libro de Veterum Germanorum Principum Zelo & fervore* (54.) ita ſcribens: *Tempore Ludovici I., Caroli Magni filii, Haraldus, Rex Danorum, fuit, cum uxore & filiis, magnaqve parte Danorum, ſub A. D. 832., Moguntiæ baptizatus: qvi Rex, & uxor ejus, ab eodem Imperatore & Imperatrice de ſacro fonte baptiſmatis ſunt ſuscepti. Hæc ex Hiſtoria Francorum, & Martini Chronica, colliguntur. Deſtinavit etiam idem Ludovicus Danis, & aliis in circuitu poſitis gentibus, ad prædicandum verbum Dei, S. Ansgarium, Hammaburgenſem primum Epiſcopum; qvi & Svecos ſub A. D. 816. ad fidem convertit, ut in Francorum Hiſtoria continetur.* Fabellam hanc Lupoldi cupide arripuerunt Svecorum, gentem ſuam, ante Danos, Chriſtianæ fidei præconibus, hosqve inter (circa A. 813.) Herberto, primo Epiſcopo Lincopienſi, Ansgario antiqviore, eſſe gaviſam, falſo (uti alibi demonſtrabitur, imo a populari ipſorummet clariſſimo, Erico Benzelio juniore (55.), jam oſtenſum eſt) jactantium (56.), Hiſtorici complures, & circumſtantiis pluribus, ex itineris, qvo Ansgarius in Sveciam circa A. demum 828. vel 829. trajecit, veri primiqve ad illam detortis Hiſtoria, interpolarunt. Noſtrum enim juvenem A. 816. a Ludovico Pio, Imperatore, per Biornonis ſive Beronis, Sveciæ Regis, Legatos, ut Doctores Religionis in Regnum ipſius mitteret Chriſtianæ, exorato, in horum comitatu, illuc eſſe ablegatum, Bircæqve a Rege benigne exceptum, multos Svecorum mox convertiſſe, Joh. Magnus, ad Lupoldi provocans teſtimonium (57.), Præſuliſqve hujus ſui Upſalienſis fidem, verbis ejus plerumqve retentis, ſecuti Laur. Paulinus (58.), Joh. Baazius (59.), *Ritualis Sanctorum Sveciæ*, Sigismundi Regis juſſu ſcripti, Autores (60.), Joh. Loccenius (61.), &, qvos hic allegat, Jonas Magni (62.) ac Pet. Petrejus (63.), aliiqve, audacter tradiderunt. Qvibus, ex Islandis etiam (ſi Cl. Arrhenio (64.) credendum), Snorro Sturleſonius (65.), &, e Germanis, El. Reusnerus (Sveviam, in locum Sveciæ, male, cum Lupoldo, ſubſtituens) (66.), temere ſe junxerunt. Verum manifeſtæ falſitatis, uti jam olim monui (67.), narratio hæc Lupoldina facillime, multisqve modis, poteſt convinci. Non inculcabo, qvam exigua ſit primi illius Autoris, Lupoldi, qvi ſeculo demum XIV. vixit, crebrosqve circa res ævi antiqvioris, erorres commiſit Hiſtorico-Chronologicos, autoritas. Non exaggerabo multiplicem (qvem Joh. Meſſenius ipſe (68.) agnovit) Hiſtoricorum Sveciæ diſſenſum, & de tempore itineris Ansgarii in Regnum ſuum primi, & de Rege iſti tunc dominato, qvem, e paulo ante allegatis, Laur. Paulinus Biornonem IV., Baazius & Loccenius Biornonem III., Ritualis autem Sigismundei compilatores Biornonem II., appellant. Tacebo etiam, qvam Haraldus Huitfeldius (69.) & Magnus Matthiæ (70.), Johannem Magnum refutantes, merito urſerunt, Saxoniæ & Daniæ vicinitatem, Sveciæ autem, itinere terreſtri non niſi per hanc adeundæ, ab illa diſtantiam. Si qvis enim vel ſolam Ansgarii intueatur ætatulam, pueri anno 816. (qvo e Corbeja etiam vetere in novam nondum migrarat) qvindecennis, vel, juxta calculum Arrhenii erroneum, tantum undecennis, ac proinde ad ſacram tanti momenti legationem neutiqvam idonei, facile commenti hujus falſitatem deprehendet atqve abſurditatem. Accedunt unanimis Veterum omnium, Remberti, Gvaldonis, Adami Bremenſis, Alberti Stadenſis, & reliqvorum Saxoniæ ac Septentrionis Hiſtoricorum, Ansgarium Cimbriam primum & Daniam, poſtea vero demum Sveciam, adiiſſe narrantium, conſenſus, & profundum eorundem de itinere anni 816. Svedico ſilentium. Qvod ignotum etiam fuit ſcriptoribus Sveciæ ipſius univerſis, Johanne Magno vetuſtioribus, &, hos inter Erico Olai (71.), primum Ansgarii in Sveciam adventum, ipſo Baazio teſte (72.), ad A. 845., etſi perperam (ante tria enim luſtra in eam jam penetrarat), referenti. Qvid qvod, præter Chriſt. Franc. Paulinum (73.), aliosqve exteros, narrationem iſtam Lupoldi ac Joh. Magni, ceu fabuloſam, rejecerunt, eiqve diſertis verbis contradixerunt, tres Hiſtorici Svecorum recentiores atqve accuratiores, Joh. Meſſenius (74.), Claud. Arrhenius (75.) & Ericus Benzelius junior (76.). E qvibus ille A. 828., iſte A. 831., hic autem A. 829., noſtrum iter ad Svedos primum ſuſcepiſſe judicat. Imo Hymnus qvoqve, die illius feſto in Sveciæ olim decantatus eccleſiis, &, e *Legendis Sanctorum*, qvæ in Bibliotheca aſſervantur Upſalienſi, MSStis, Seculo XIV. exaratis, ab Arrhenio (77.) exhibitus, Danis eum ante, qvam Svecis, verbum Dei annunciaſſe, rythmis hiſce aſſerit:

Primo Danis, inde Svevis,	*Nec formidat, qvod gens ſævis*
Fidem Chriſti prædicat,	*Hæc ſe factis implicat.*

Verba Alb. Kranzii, Ansgarium ſæpius in regna borealia, fidei propagandæ ergo, profectum eſſe, teſtantis, qvibus Joh. Magnus, Laur. Paulinus, cæteriqve inter Svecos, fabulæ hujus patroni, ad eam defendendam, abutuntur, de diverſis poſt A. 826., qvorum deinceps fiet mentio, itineribus, non autem de fictitia in Sveciam, ante hunc annum, profectione, Krantzio itidem ignota, ſunt intelligenda. Qvæ in eandem claſſem figmentorum, fide indignorum, referenda eſt cum Marci Schönmanni, Jeſuitæ Erfurtini (78.), de Evangelio Bohemis A. 816., ſub Leonis III. Pontificatu, per Ansgarium, annunciato, Henr. Woltheri (79.) de templis non ſolum Cimbriæ (qvæ vere condidit) Slesvicenſi ac Ripenſi, ſed Revalienſi etiam Livoniæ, Upſalienſi Sveciæ, Lundenſi Scaniæ, & Roeſchildenſi Seelandiæ Danicæ, per eum extructis, & Chriſt. Kelchii (80.) de itinere ejusdem ad Curlandos apoſtolico, narationibus. Suffragiis enim & hæ Veterum deſtituuntur, qvorum nemo noſtrum Bohemos, Livonos aut Curlandos, unqvam adiiſſe tradidit.

 §. IV.

(49.) *l. c. p. 8. 10.* (50.) *in Libro num. 32. citato, c. 18., p. 71. 72.* (51.) *loco n. 10. citato p. 12.* (52.) *L. 2. de Hiſt. Lat., c. 57., p. 46.* (53.) *loco n. 10. citato p. 13.* (54.) *c. 2., p. 13. 14. editionis anni 1564. Colonienſis.* (55.) *in Annott. ad Joh. Vaſtovii Vitem Aqviloniam p. 1. 77.* (56.) V. ex recentioribus Cl. Arrhenium (a jactantia hac, in ipſa Ansgarii hiſtoria, ſibi non temperantem) *in Breviario vitæ Ansgarii, ad A. 831., & Libro I. Hiſt. Eccl. Sveonum & Gothorum, c. 6., p. 17., c. 21., p. 67.* (57.) *in Hiſtoria Metropol. Upſal., Lib. I., p. 5., & in Hiſtoria Gothorum Sveonumqve, Lib. 17., c. 1. & 2., p. 627. 628.* (58.) *Lib. 2. Hiſtoriæ Arctoæ, c. 41.* (59.) *in Inventario Eccleſiæ Sveo-Gothorum, L. 1., c. 4., p. 88., & L. 3. c. 14., p. 348.* (60.) *loco num 27. citato.* (61.) *in Chronico Regum Sveciæ, Hiſtoriæ Sveanæ ſubjecto, p. 861., & L. I. Antiqq. Sveo-Goth., c. 3., p. 17.* (62.) *in Synopſi Hiſtor.* (63.) *in Chronico Svecico.* (64.) *Lib. I. Hiſtoriæ Sveonum Gothorumqve eccleſiaſticæ, c. 5., p. 13.* (65.) *in Chronico Norwagico p. 113.* (66.) *Lib. I. Iſagoges Hiſtoricæ p. 111.* (67.) *Parte II. Iſag. ad Hiſt. Cimbr., c. 3., § 8., p. 54. 55. 56.* (68.) *in Chronico Epiſcc. Sveciæ, c. 1., p. 3. 4.* (69.) *in Chronico Epiſcoporum Daniæ Danico p. 2.* (70.) *in Serie Epiſcoporum Scaniæ Lundenſium p. 3. 4. 5.* (71.) *Lib. I. Hiſtoriæ Svecorum Gothorumqve p. 47.* (72.) *l. c. L. I., c. 4., p. 88.* (73.) *loco n. 10. citato p. 13.* (74.) *in Chron. Epiſcc. Sveciæ, c. 2., p. 7., & Chronologia* (qvam Benzelius allegat) *Scondica, T. I., p. 27. 63., Cenſuraqve Hiſt. Svec., n. 388. 393. 395.* (75.) *Lib. I. Hiſt. Eccl. Sveonum Gothorumqve, c. 5., p. 13. 14., & c. 6., p. 16. & ſeqq.* (76.) *in Annott. ad Joh. Vaſtovii Vitem Aqviloniam col. 2.* (77.) *ſub finem Vitæ Ansgarii geminæ.* (78.) im Catholiſchen Zeughauſe *p. 17.* (79.) *in Chronico Archiepiſcoporum Bremenſium* (*T. II. Rer. German. H. Meibomii Jun.*) *p. 25.* (80.) *P. I.* der Liefländiſchen Hiſtorie *p. 41.*

§. VI.

Omnes contra Vitæ noſtri ſcriptores, aliiqve antiqviores, de illo commentati, uno ore teſtantur, primum Apoſtolicorum ejus itinerum fuiſſe Cimbrico-Danicum, in comitatu Haraldi Regis confectum, cujus mentionem Autores *Ritualis Sanctorum Sveciæ*, Sigismundi Regis juſſu congeſti, qvod Danis hanc prærogativam inviderent, in vitæ ipſius omiſiſſe videntur compendio (81.). Qvorum audacia major fuit, qvàm Claud. Arrhenii, popularis, qvi, præteriri iſtud aut in dubium vocari non poſſe, cernens, Ansgarium, cum Haraldo, tunc *in Daniam ipſam non penetraſſe, ſed in Friſia, Dithmarſia, aliisq; Daniæ propioribus territoriis, hæſiſſe*, falſo eſt cavillatus (82.). Initium hujus itineris, e Scriptoribus de illo mox allegandis, Albericus (Trium Fontium Monachus) & Caſp. Dancwerthius (83.) ad A. 825. retulerunt; Autor *Annalium Corbejenſium* (a Chr. Franc. Paulino *in Rerum Germanicarum Syntagmate* editorum) (84.), Joh. Svaningius (85.), C. Dancwerthius (ſibi ipſi contradicens) (86.), & Cl. Arrhenius, ad A. 827.; Ericus X., Rex Daniæ, ad A. 828.; Lupoldus autem a Bebenburg, majoris, qvam præcedentes, leviori errore peccantes calculi, merito accuſandus parachroniſmi, §. 5. jam notati, ad A. 832., qvo Haraldum fingit eſſe baptizatum. Pro anno tandem 826. militant, & merito qvidem, uti accuratioris rerum Ansgarii Chronologiæ oſtendit συνάφεια, Albertus Stadenſis, Hiſtorici Islandiæ, horumqve loca exhibens Thormodus Torfæus, Alb. Krantzius (87.), Joh. Petræus, Dav. Chytræus, Magnus Matthiæ, Har. Huitfeldius, Joh. Pappus, Cæſ. Baronius, Joh. Ad. Cypræus, Pet. Lambecius, Trog. Arnkielius, aliiqve complures. Occaſionem itineri præbuit Herioldus ſive Haraldus, Jutiæ Regulus, qvem pleriqve *Klackii* cognomine, ſed, Torfæo (88.) judice, perperam, inſigniunt, & cum Haraldo Klackio, Comite Jutiæ Chriſtiano, in Gallia, qvo ſe, abdicata dignitate, e patria receperat, mortuo, ob ὁμωνυμίαν, hoc pacto confundunt. Is, a Jutis & Scanis rebellibus Rex Daniæ electus, & Regnero Lodbrogio, Monarchæ legitimo, prælatus, ſed ab hoc (vel, ſi Islandos ac Torfæum audias, a Godefridi filiis), poſt crebra prælia, ſuperatus, propriaqve ejectus regione, exul ad Ludovicum Pium, Imperatorem, A. 825. vel 826. confugit, & auxilia ad regnum recuperandum poſtulavit. Qvæ cum ipſi, hac conditione, ut, ſacris Paganorum relictis, Chriſtianam amplecteretur religionem, regnoqve reſtitutus ſubditos eadem curaret imbui, eſſent promiſſa, baptizari ſe Moguntiæ, in æde D. Albani, ab Otgario, urbis iſtius Archiepiſcopo, una cum uxore, liberis, Erico fratre, ingentiqve Danorum paſſus eſt numero, Imperatore ipſo, hujusqve Auguſta conjuge, Patrinorum, qvos vocant, fungentibus officio. Poſt baptismum Ludovicus Proſelytum hunc illuſtrem, ſed, ſi Saxoni credamus Grammatico (ad Paganos eum tandem eſſe relapſum tradenti, *infamemqve* Chriſtianæ religionis appellanti *deſertorem*), πρόσκαιρον, copiis, e gente Saxonica, adverſus hoſtes, inſtruxit auxiliaribus, & de homine ordinis eccleſiaſtici religioſo, qvi & ipſum in fide confirmaret, & Daniæ ad eandem perduceret incolas, comite illi jungendo, in publico procerum Imperii deliberavit conventu. Cui muneri idoneus cum diu fruſtra, omnibus iter ad paganos & barbaros periculoſum detrectantibus, qværeretur, Walo, Abbas Corbejæ veteris, Ansgarium, coenobii antehac ſui, tunc autem Corbejæ novæ, monachum, doctrina illius, moribus, Zelo ſacro ardentiſſimo, multaqve ob verum Dei cultum patiendi deſiderio, publice commendatis, omnium, ſi peregrinatio hæc arctoa perſvaderi ipſi poſſet, fore judicavit aptiſſimum. In aulam is mox evocatus Cæſaream, & Waloni (qvi onus ſe hoc invito haud impoſiturum ſimul proteſtabatur), & ipſi deinde Imperatori, an Haraldum vellet comitari, gentiqve Danorum incredulæ doctrinam annunciare Evangelicam, ſciſcitatis, prompto ſe utrumqve facturum animo, conſtanter respondit; *ad martyrium*, qvod tantopere deſiderabat, uti ab Adamo obſervatum eſt Bremenſi, *hac optans occaſione pertingere, & non ſolum inter barbaros, verum etiam in carcerem & in mortem, pro Chriſto, ire paratus*. A qvo propoſito cum nec monitis, nec objurgationibus familiarium, iſtud partim admiratorum, partim deteſtatorum, poſſet dimoveri, &, in loco vineæ, domui Walonis Abbatis vicinæ, ſolitario, Moguntiæ orationi tantum & lectioni vacaret, conſtantiæ ſuæ exemplo Autbertum, Corbejæ veteris monachum, Coenobiiqve Procuratorem, Abbati dignitate proximum, nobiliqve ortum proſapia, ut ſocium ſe itineris ſponte offerret, non ſine ſtupore Walonis, permovit. Ambo itaqve, cum ad Ludovicum Imperatorem ante eſſent deducti, & ab hoc, ut Haraldum, Danosqve alios, jam converſos, in fide corroborarent, ſtrenueqve in ipſo regno Danico, concionibus ſuis, incolas Eccleſiæ Chriſti aggregarent cæteros, hortato, ſupellectile ſacra, ſcriniis, tentoriis, ſubſidiisqve aliis, inſtructi, neceſſariis, ſoli, abſqve famulo (qvem invenire haud potuerant), cum Haraldo, ejusqve comitibus, Moguntia Coloniam abierunt. Illic ab Hadeboldo, Archiepiſcopo Colonienſi, nave donati, cum Haraldum, hoc poſtulantem, in eandem recepiſſent, & familiaritatem cum illo junxiſſent propiorem, iter commodius, per urbem Friſiæ Dorſtadienſem, tractusqve vicinos, in Cherſoneſum Cimbricam, ipſamqve Daniam, proſeqvebantur, & utrobiqve, per biennium, & qvod excedit, munere, in Paganis convertendis, inſigni cum fructu, fungebantur apoſtolico. Qvid a duobus hiſce primis religionis Chriſtianæ in Dania Doctoribus, iſto biennii menſiumqve qvorundam ſpatio, annis 826. 827. & 828. (in qvorum locum 828. 829. & 830. ab Arrhenio temere ſubſtituuntur), ſit geſtum, e verbis Remberti (89.) cognoſces ſeqventibus: *Præfati ſervi Dei, cum eo* (Haraldo) *poſiti aliqvando inter Chriſtianos* (in Comitatu nempe trans Albim Friſico Ruiſtri, qvem Ludovicus Imperator Haraldo, ut, e Dania ab hoſtibus pulſus, illuc, tanqvam in aſylum, ſe reciperet, donaverat (90.)), *aliqvando inter Paganos conſtituti, cœperunt verbo Dei inſiſtere, & qvoslibet poterant ad viam veritatis movere. Multi etiam exemplo & doctrina eorum ad fidem convertebantur, & creſcebant qvotidie, qvi ſalvi fierent in Domino. Ipſi qvoqve, divino inſpirati amore, ad promulgandam devotionis ſuæ religionem, coeperunt curioſe pueros qværere, qvos emerent, & ad Dei ſervitium educarent. Præfatus qvoqve Herioldus ex ſuis aliqvos ſub eorum cura erudiendos poſuit: ſicqve factum eſt, ut ſcholam inibi parvo tempore ſtatuerint duodecim, aut eo amplius puerorum. Alios qvoqve hinc inde ſibi aſciverunt ſervitores & adjutores, coepitqve eorum fama & religio in Dei nomine fructuoſius creſcere.* Adamus Bremenſis (91.), eumqve ſecuti Albertus Stadenſis ac alii, paucioribus verbis, *biennio* eos *in regno Danorum eſſe commoratos, multosqve ex gentibus ad Chriſtianam fidem convertiſſe*, teſtantur. Saxo Grammaticus (92.), ſtylo ſplendidiore, ſed omiſſa Ansgarii atqve Autberti mentione, & primam iſtam Danorum ſub Haraldi imperio converſionem, & graviſſimæ, qvæ hanc excepit, perſecutionis calamitatem, perſecutus, ita ſcribit: *Haraldus, Saxonicis auxiliis fretus, in territorio Sleſvicenſi dicandam Deo ædem ſolicita moliebatur impenſa. Hic itaqve, ſanctiſſimi tenoris ſpecimen a Romanis ritibus mutuatus, profanato perfidorum errore, delubra diruit, victimarios proſcripſit, flaminium abrogavit, atqve inconditæ patriæ Chriſtianismi ſacra primus intulit, rejectoqve dæmonum cultu divinum æmulatus eſt. Supremo, qvicqvid ad cuſtodiam religionis attinuit, ſcrupuloſiſſima cura ſervavit. Sed non tam efficaciter, qvam pie, rem auſpicatus eſt. Superveniens enim Regnerus, inductaqve per eum ſacra temerans, vera religione proſcripta, priſtino adulterinam loco reſtituit, ac ſuo ceremonias honore donavit. Haraldus vero profugus fortunam ad ſacrilegium tranſtulit.*

(81.) *loco n. 27. citato.* (82.) Lib. I. *Hiſt. Eccl. Sveonum Gothorumqve, c. 21., p. 67.* (83.) *P. III. Chorogr. Cimbr., c. 13., p. 263.* (84.) *ad A. 827., p. 370.* (85.) *in Chronol. Danica p. 63.* (86.) *l. c. P. II., c. 9., p. 117.* (87.) L. 4. *Daniæ c. 10.* (88.) *in Serie Regum Daniæ, L. 3., c. 15., p. 416.* (89.) *c. 7.* (90.) V. Rembertum c. 7. aliosqve Veteres, a Lambecio, *in Notis ad iſtud p. m. 132.* allegatos. (91.) Lib. I. *Hiſt. Eccl. c. 16.* (92.) Lib. IX. *Hiſt. Dan. p. 175. 176. edit. Stephaniana.*

tulit. Nam, ut præcipuum inchoatæ religionis ſpecimen, ita primum neglectæ ſpectaculum fuit, atqve, ex ſplendido ſanctitatis autore, infamis ejusdem deſertor evaſit. Ad intima regni Danici Ansgarium, verbum vitæ annunciantem, cum Autberto *conſorte*, in primo jam hoc itinere *penetraſſe* apoſtolico, Alb. Krantzius (93.) diſertis verbis aſſerit, Arrhenio, negare id nuper, uti ſupra indicavimus, auſo, temeritatem ſuam tacite exprobrans. Nec ſane arceri inde a Regnero Lodbrogio, Rege Ethnico, Haraldi licet hoſte, poterat, cum, teſte Huitfeldio (94.), legatione ad utrumqve functus ſit Cæſarea, & non minori apud illum, qvam hunc, gaviſus autoritate. In Cherſoneſo tamen Cimbrica, Haraldi ſubjecta imperio, diutius haud dubie, qvam in Danicis, ſubſtitit, inſulis, &, ſi traditioni, ad qvam Joh. Ad. Cypræus (95.) provocat, antiqvæ credamus, Sleſvigæ, aut in vicinia, commoratus, *omniaqve boni Paſtoris executus munia, cum eorem perduxiſſet, ut Dæmonum delubra & ſacraria dejicerentur, eorumqve ſacerdotes ſacris arcerentur, ad ripam Sliæ baptizavit, & in æde Heidebyæ, vicina publice eſt concionatus, ac rem fecit divinam.* Qvod templum an tunc jam, uti Saxo, ejusqve aſſeclæ, tradunt, Haraldi auſpiciis, an vero poſtea demum, in ſecundo noſtri itinere Danico, Erici, fratris Haraldi, permiſſu, uti Rembertus, Adamus Bremenſis, Helmoldus, cæteriqve veteres, perhibent, ſit conditum, lis adhuc eſt ſub judice, & infra commodius diſqviretur. Conferantur interim de primo hoc itinere in Daniam apoſtolico, præter Rembertum (*c. 6. & 7.*) ac Gvaldonem (*c. 12-21.*), fuſius de illo commentatos, ex antiqvioribus, M. Adamus Bremenſis (*Lib. I. Hiſt. Eccl., c. 15. & 16.*), Saxo Grammaticus (*l. c.*), Albertus Stadenſis (*in Chronico, ad A. 926.*), Albericus, cœnobii Trium fontium monachus (*in Chronico, ad A. 825., T. II. Acceſſ. Hiſtor. G. G. Leibnitii p. 169. 170.*), Lupoldus a Bebenburg (*l. c.*), Ericus X. Pomeranus, Rex Daniæ (*in Hiſtoria gentis Danorum, num. 79.*), & (qvos alii laudant) Aimoinus Floriacenſis (*L. 4. Hiſtoriæ Francorum*) ac Sigebertus Gemblacenſis (*in Chronico, ad A. 825.*); E recentioribus vero Alb. Krantzius (*Lib. I. Metropol c. 19., L. 2. Saxoniæ c. 25., & L. 4. Daniæ c. 10.*), Joh. Petræus (*P. I. Chronici Holſatiæ Germanici p. 6.*), Dav. Chytræus (*L. 4. Chron. Saxon. p. 124.*), Cæſ. Baronius (*T. IX. Annal. eccleſiaſt., ad A. 826., n. 36-42., p. 819. 820. 821.*), Magnus Matthiæ (*in Serie Epiſcoporum Lundenſium p. 2. & ſq.*), Har. Huitfeldius (*P. I. Chronici Danici p. 21. 22., & in Chronico Epiſcoporum Daniæ p. 2.*), Joh. Pappus (*in Epitome Hiſt. Eccl. p. 71.*) ac Henr. Kippingius (*in Auctariis ad Pappi Epitomen p. 87.*), Joh. Ad. Cypræus (*in Annalibus Epiſcc. Sleſvic., L. I., c. 1, p. 7. 8. 11.*), Steph. Joh. Stephanius (*in Notis ad L. 9. Hiſt. Dan. Saxonis Grammatici p. 192.*), Caſp. Dancwerthius (*ll. cc.*), Pet. Lambecius (*in Notis ad Remberti Vitæ Ansgarii c. 6. & 7., p. m. 131. 132.*), Vitus Beringius (*in Floro Danico p. 169. 170.*), Ant. Heimreichius (*Lib. I. Hiſt. Eccl. Slesvic., c. 2., p. 18. 19. 20.*), Chriſt. Franc. Paulinus (*in Theatro Virorum illuſtrium Corbejæ Saxonicæ, c. 2., p. 12.*), Thormodus Torfæus, ſcriptores Islandos, & *Vitæ* præſertim *Olai Tryggvini* autorem, ſecutus (*in Serie Regum Daniæ, L. 3., c. 15., p. 404-421.*), Claud. Arrhenius (*in Breviario vitæ Ansgarii, ad A. 826-830., & Lib. I. Hiſt. Eccl. Sveonum Gothorumqve, c. 6., p. 14-17.*), Gothofr. Arnoldus (*T. I. Hiſt. Eccl. p. 300.*), Trogillus Arnkielius (in der Cimbriſchen Heiden-Bekehrung, *Lib. IV., c. 2., §. 6., p. 164. 165., c. 3., p. 165-174., ac Lib. VI., c. 2., §. 5., p. 271. 272.*), aliiqve plures, qvorum recenſu prolixo ſuperſedemus.

§. VII.

Iter primum in Daniam (e qva Autbertus, ob morbum, maturius noſtro, in Novæ Corbejæ rediiſſe fertur monaſterium, & feſto illic obiiſſe paſchali (96.)) prius excepit Svecicum, cui annum Ansgarius unicum, juxta Adami Bremenſis & Alberti Stadenſis, *annum alterum dimidium*, juxta Remberti (phraſeologia uſi obſcuriore), *ſenos menſes*, juxta Gvaldonis, annum unum cum dimidio, juxta Joh. Meſſenii, biennium autem, juxta Cl. Arrhenii & Joh. Vaſtovii, impendit, calculum. Initium illius recte a Joh. Meſſenio, Trog. Arnkielio, & (qvem is allegat) Sam. Pufendorfio (97.), ad A. 828., leviore parachroniſmo a Chr. Franc. Paulino & Er. Benzelio juniore (98.) ad A. 829., graviori vero a Claud. Arrhenio ad A. 831., & a Magno Matthiæ (99.) ac Har. Huitfeldio (100.) ad A. 832., eſt relatum. Cum in Dania ſcilicet noſter adhuc hæreret, Biornonis ſive Beronis (qvem tertium hujus nominis fuiſſe pleriqve conſentiunt), Svecorum Regis, Legati, a Ludovico Pio, Imperatore, ut, in gratiam plurimorum e popularibus ſuis, Chriſtianam amplecti cupientium religionem, Sacerdotes qvosdam, publicos ejus, Regis benevoli permiſſu, futuros præcones, in regnum ſuum ablegaret, petierunt. Cui labori evangelico cum nemo Cæſari, nemo Waloni Abbati, qvocum is ſua denuo conſilia communicarat, aptior eſſe videretur Ansgario, ob felicem concionum apud Cimbros Danosqve ſucceſſum jam celebri, in aulam is Imperatoris tanta celeritate, ut barbam, anteqvam huic ſe ſtitiſſet, prohibitus ſit abradere, jubebatur reverti. Qvo cum perveniſſet, deſideriis Auguſti, de novo ad Svecos itinere Apoſtolico ſuſcipiendo, lubenti alacriqve obtemperavit animo; viſionis divinæ, in qva jam olim, cum in cœnobio adhuc viveret Palæo-Corbejenſi, in cœtu verſans præconum Evangelii medio, gentibus verbum Dei voce cœleſti juſſus erat annunciare, crebra recordatione, ad pericula adverſaqve, qvæ imminebant, omnia ſpernenda patienterqve toleranda, præparatus. Legatos igitur Svedicos, cum Gislemaro & Withmaro, qvos profectionis ſocios ac collegas fideliſſimos, pariqve Zelo ſacro ardentes, e Corbeja veteri, Walonis obtinuerat beneficio, comitatus, Gislemaro in Dania apud Haraldum relicto, cum Withmaro, navi in Sveciam trajecit mercatoria. Qvam cum Piratæ, in primo inſultu a mercatoribus victi atqve repulſi, in altero autem victores, expugnaſſent, muneribus, qvæ ad Regem Sveciæ deferenda erant, Cæſareis, bonisqve reliqvis ferme omnibus, &, hæc inter, libris argumenti ſacri pene qvadraginta, amiſſis ac direptis, proſiliens cum comitibus, paucułaqve ſecum aſportans, pedum ope in terram vix evaſit. Iter nihilo minus, aliis ad ſuos reverti cupientibus, multo cum labore, per viam longiſſimam, pedes, cum Withmaro, continuans, mariaqve interjecta navigiis ſubinde trajiciens, Bircæ tandem, regni Svedici tunc metropoleos, portum, ob commercia celebrem maritima, attigit. Illic, a Biornone Rege, cui Legati eum ſui commendabant, benigne exceptus, ejus Senatusqve regni ſuffragiis concordibus, poteſtatem doctrinam Chriſtianam incolis, impune hanc amplexuris, libere proponendi lætus obtinuit, iſtaqve alacriter, cum Withmaro uſus, non Chriſtianos ſolum, qvorum haud exiguus erat numerus, captivos in fide confirmavit, ſed multos etiam Ethnicos, imo (ſi Vaſtovii Meſſeniiqve fidem meretur narratio) Regem qvoqve ipſum, lavacri undis initiatos myſtici, Eccleſiæ reddidit proſelytos. Eminebat, inter Proſelytos hoſce, non dignitate ſolum, ſed fidei etiam fervore, zelo atqve conſtantia, Herigarius, Conſiliarius Regis longe illi acceptiſſimus, Emporiiqve Bircani Præfectus, qvem novella deinceps Svecorum Eccleſia, doctoribus per ſeptennium deſtituta ordinariis, unicum ſui habuit ſtatorem ac promachum, &, ob ædem ſacram, in fundo conditam hæreditario, crebraqve cum paganis certamina, miraculis, uti traditur, compluribus divinitus illuſtrata (101.), merito ſuſpexit. Fuſius hæc Ansgarii, in primo itinere Svedico,

(93.) L. *I. Metrop. c. 10.* (94.) *P. I. Chronici Daniæ Danici p. 22.* (95.) *loco num. 44. citato p. 11.* Conf. Joh. Boceri *Lib. II. Carminum de Regibus Daniæ f. 29. b. 30. a.* (96.) V. Rembertum *c. 7.*, & Gvaldonem *c. 21.* (97.) *in Introduct. in Hiſt. Svec. Germanica, n. 32., p. 63.* (98.) *in Notis ad Joh. Vaſtovii Vitem Aqviloniam col. 2.* (99.) *l. c. p. 3.* (100.) *in Chron. Epiſcc. Daniæ p. 2.* (101.) V. de iſtis narrationes prolixas Remberti *c. 10. & 16.*, Gvaldonis *c. 25. 38. 39. 40.*, Cl. Arrhenii *Lib. I. Hiſt. Eccl. Sveonum Gothorumqve, c. 11. ac 12., p. 28-36.*, & Joh. Vaſtovii *in Vite Aqvilonia, ſeu Vitis Sanctorum regni Sveo-Gothici, p. 11.*

co, fata atqve acta expoſuere Rembertus (*c. 8. 9. 10. & 11.*) & Gvaldo, illius Metaphraſtes (*c. 22-26.*), brevius autem M. Adamus Bremenſis (*Lib. I. Hiſt. Eccl. c. 16.*), Albertus Stadenſis (*in Chronico, ad A. 826.*), Alb. Krantzius (*L. I. Metrop. c. 19. & 32.*) Cæſ. Baronius (*T. IX. Annal. Eccl., ad A. 826., p. 820. 821.*), Har. Huitfeldius (*P. I. Chronici Daniæ Danici p. 22.*), Joh. Vaſtovius (*in Vite Aqvilonia p. 3. 4.*), Joh. Meſſenius (*in Chronico Epiſcoporum Sveciæ, c. 1. p. 3., & c. 2. p. 7.*), Joh. Loccenius (*L. 2. Hiſt. Svec. p. 41.*), Cl. Arrhenius (*in Breviario vitæ Ansg. ad A. 831. 832. & 833.*, ac *L. I. Hiſt. Eccl. Sveo-Goth., c. 5. p. 13., c. 6. p. 16. 17. 18., & c. 7. p. 18. 19. 20.*), C. F. Paulinus (*in Theatro viror. illuſtr. Corb. Saxon., c. 2., p. 12.*) ac Trog. Arnkielius (in der Cimbriſchen Heiden-Bekehrung, *Lib. 6., c. 2., §. 4-11., p. 270-277., & §. 31., p. 286.*)

§. VIII.

A. 830. vel (e Joh. Letzneri ſententia) 831. (in cujus locum 833. ab Arrhenio perperam ſubſtituitur) Ansgarius & Withmarus, e Svecia, cum literis Biornonis Regis, in Ludovici Pii, Imperatoris, aulam ſunt reverſi, honorificeqve & cum gratulatione ab ipſo Magnatibusqve excepti, ſuis de felici Chriſtianiſmi in hoc etiam regno boreali progreſſu narrationibus eos, gratias Deo perſolventes maximas, valde exhilararunt (102.). Ex aula dimiſſi, velut *novi*, Adamo Bremenſi judice, *Apoſtoli, cum triumpho duarum gentium*, in Corbejæ novæ redierunt cœnobium (103.). In cujus ſchola Ansgarius, illius hactenus gubernator, diſciplinam reſtauraſſe collapſam, Rembertumqve, diſcipulum ſuum, eidem præfeciſſe, a Joh. Letznero (104.) traditur, ſed fallaci tantum, uti credo, conjectura. Rembertus enim tunc Ansgario nondum innotuerat, ſerius qvippe, & admodum qvidem juvenis, per illum e Monaſterio Flandriæ Turholtenſi, noſtro poſt aliqvot demum annos donato, abductus, & in convictum amicitiamqve, uti ſuo exponetur loco, admiſſus interiorem.

§. IX.

Ludovicus interim Pius, Imperator, Ansgarii labores in regnis arctois ſacros remuneraturus, ſimulqve ſeptentrioni univerſo de metropoli, ei vicina, cujus Præſules Eccleſiarum illius curam & ipſi gererent aſſiduam, & Epiſcopos his presbyterosqve præficerent, proſpecturus, ac conſilia Caroli Magni, parentis (qvi hoc fine templum jam Hamburgi, circa A. 811., per Amalarium, Antiſtitem Trevirenſem, curaverat inaugurari, ejusqve Sacerdoti, Heridago, dignitatem deſtinarat epiſcopalem) ſimilia executurus, in civitate Holſatiæ Archiepiſcopatum non iſtius ſolum provinciæ, ſed & totius ſeptentrionis, condidit Hamburgenſi, noſtrumqve, omnium primum, ad tanti honoris ſacri culmen evexit. In Synodo Epiſcoporum ſolenni Rembertus & Adamus Bremenſis, in conventu autem totius Imperii generali verba Diplomatis de Archiepiſcopatus hujus fundatione Ludoviciani, Aqvisgrani Id. Maji A. 834. exarati, factum id eſſe teſtantur. Qvæ Synodus vel Panegyris utrum in ipſa urbe Hamburgenſi, juxta Gvaldonis (105.), an vero Theodonis villæ in Ducatu Lucenburgico, juxta Pet. Lambecii (106.) ſententiam, vel alibi, ſit celebrata, non definimus. De anno, qvo Archiepiſcopatus hic eſt conditus, Ansgariusqve illi præfectus, longe majorem Veterum pariter atqve recentiorum obſervamus diſſenſum. Autores *Chronici* antiqvi *Mindenſis* (ab Henr. Meibomio editi), *Rudimentiqve Novitiorum*, nec non El. Reusnerus, hoc temere ſecutus (107.), qvi ad Carolum Magnum, & A. C. 798., Archiepiſcopatus Hamburgenſis referunt primordia, fabulam lectoribus ſuis obtrudunt, a Caſp. Sagittario (108.) & Chriſt. Weiſio (109.) merito jampridem exploſam. Pro anno 834., qvo diploma Ludovici Pii, conditoris illius, eſt promulgatum, militant Har. Huitfeldius (110.), Henr. Bangertus (111.), Chriſt. Franc. Paulinus (112.), & (qvi hunc, ſuæ de anno 869. Ansgario fatali ſententiæ maxime congruum, præcipue tuetur) Claud. Arrhenius (113.); Pro anno 833. M. Adamus Bremenſis (114.), Albertus Stadenſis (115.), *Chronici Slavici poſterioris*, ab Erp. Lindebrogio inter *Rerum German. Septentr. ſcriptores editi*, Autor (116.), Alb. Krantzius (in Comitiis Imperii Wormatienſibus conſecratum eſſe noſtrum perhibens) (117.), Joh. Petræus (118.), Dav. Chytræus (119.), Joh. Letznerus (120.), Mart. Zeilerus (121.), Caſp. Danckwerthius (122.), Joh. Svaningius (123.), & Pet. Lambecius (124.), qvi tamen poſtea, mente cum Chytræo mutata, locum ſuum juſſit emendari (125.); Pro anno autem 832. Cæſar Baronius (126.), Sethus Calviſius (127.), Joh. Ad. Cypræus (128.), & Autor *Compendii Hiſtoriæ eccleſiaſticæ Gothani* (129.). Qvarum trium ſententiarum ultimæ licet & ego olim (130.) meum adjecerim calculum, jam tamen tunc ſcripta retracto, &, cum Dav. Chytræo (131.) ac Pet. Lambecio (132.), qvi ſecundam itidem deſeruerunt, hosqve ſecuto Erico Benzelio juniore (133.), qvartam amplector, anno jam 831. & Archiepiſcopatum Hamburgi a Ludovico eſſe conditum, & Ansgarium ad hunc evectum, aſſerentem, annoqve noſtri vero emortuali 865., nec non ſpatio 34. annorum, qvo Eccleſiæ præfuiſſe Hamburgenſi ab omnibus traditur, præ cæteris congruam. Veritatem illius Lambecius παρεκβάσει erudita fuſe oſtendit, his præſertim, poſt cæteras dextre refutatas, ei patrocinatus argumentis, qvod & fundatio Archiepiſcopatus Hamburgenſis, & Ansgarii conſecratio in Diplomate Ludoviciano, verbis diſertis factæ eſſe perhibeantur *in generali totius Imperii conventu*, (qvalis A. 831. Theodonisvillæ (134.) ſit habitus, ſeqventi autem triennio nec celebratus, nec, ob turbas Imperii inteſtinas graviſſimas, celebrari potuerit), ab Adamo Bremenſi vero, in omnibus *Hiſtoriæ eccleſiaſticæ* editionibus (135.), ad annum referantur Imperii Ludovici Pii decimum octavum, cum æræ Chriſtianæ octingenteſimo trigeſimo primo pariter amice conſpirantem. Diploma qvod attinet de confirmatione Archiepiſcopatus Ludovicianum, ob turbas illud intervenientes, Imperatori, a Filiis exautorato, & in carcerem abducto, Epiſcoporum inſtinctu proterve motas, ſeqventi ſcribi ac publicari haud potuiſſe biennio, & anno proinde 834. demum ab ipſo, dignitati jam reſtituto Imperiali, eſſe promulgatum, conjectura credit non probabili minus, qvam ſagaci. Cui ponderis non parum addet locus geminus *Annalium Corbejenſium*, ipſi non viſorum, ſed a Chriſt. Franc. Paulino, *in Rerum & Antiqvitatum Germanicarum Syntagmate*, A 1698. demum juris factorum publici, ſeculo autem jam XV. a Monacho Neo-Corbejenſi congeſtorum. In qvibus (136.) ad A. 831. hæc leguntur: *Ansgarius noſter Epiſcopus in Hammaborg deſignatur a Rege Lothewico,*

(102.) V. Rembertum *c. 11.*, Gvaldonem *c. 26.*, Ad. Brem. *L. I. c. 17.*, Alb. Stad., *ad A. 826.*, & Cl. Arrhenii *Breviarium vitæ Ansg., ad A. 833.*, ac *L. I. H. E. Sveo-Goth., c. 7., p. 20.* (103.) V. Ad. Brem *L. I. c. 16.*, Alb. Stad. *ad A. 826.*, & Joh. Letzneri *Chronicon Corbejenſe c. 8. edit. primæ.* (104.) *l. c.* (105.) *c. 28.* (106.) *in Chronologia & Auctario Libri I. Rer. Hamburg., ad A. C. 831.* (107.) *Lib. I. Iſag. Hiſtor. p. 111.* (108.) *in Hiſtoria Bardovici, c. 3., §. 32. 33., p. 99. 100.* (109.) *in Diſſ. de Carolo Magno, c. 2., Diſc. 4., §. 14.* (110.) *P. I. Chron. Danici p. 22.* (111.) *in Argumento capitis IV. Libri I. Chronici Slavorum Helmoldi, p. 17. edit. ſuæ.* (112.) *in Theatro Vir illuſtr. Corb. Sax., c. 2., p. 13.* (113.) *in Breviario vitæ Ansgarii, ad A. 834.*, & L. I. *Hiſt. Eccl. Sveo-Goth., c. 8., p. 20. 21. 22.*, ac *c. 23. p. 77. & ſeqq.* (114.) *Lib. I. Hiſt. Eccl. c. 17.* (115.) *in Chronico, ad A. 833* (116.) *ad A. 833., p. m. 253.* (117.) *Lib. I. Metrop. c. 20. & 31.* (118.) *P. I. Chron. Holſat. p. 6.* (119.) *P. I. Chron. Saxon. p. 90. edit. Roſtoch. A. 1588.* (120.) *loco num. 103. citato.* (121.) im Hiſtoriſchen Anzeiger heiliger Leute *p. 53.* (122.) *P. III. Chorogr. Cimbr., c. 13., p. 263.* (123.) *in Chronol. Danica p. 63.* (124.) *in Origg. Hamburg., ſeu Libro I. Rer. Hamb., p. m. 5.* (125.) *in Chronologia Libri I. Rer. Hamb., ſecundo adjecta ad A. 831., p. m. 102.* (126.) *T. IX. Annal. Eccl., ad A. 832., n. 7., p. 865. 866.* (127.) *in Opere Chronologico.* (128.) *in Annalibus Epiſcc. Sleſvic., L. I., c. 1., p. 12.* (129.) *Lib. 2. p. 509.* (130.) *Parte II. Iſagoges ad Hiſt. Cimbr., c. 3., §. 8. p. 52.* (131.) *Libro IV. Chronici Saxoniæ p. 124. editionis Lipſienſis anni 1593* (132.) *loco num. 125. citato, p. 102-105.* (133.) *in Annott. ad Joh. Vaſtovii Vitem Aqvilonianam col. 2. & 3.* (134.) teſte *Vita Ludovici Pii* Autore coævo, *cap. 13.* (135.) *Lib. I, cap. 17.* (136.) *p. 370.*

Lothewico, & Gautbertus in Svecia; ad annum vero A. 834. ſubjunguntur ſeqventia: *Ansgarius noſter nunc conſtituitur Epiſcopus in Hammaborg, conſecrantibus eum Drogone Metenſi, Ebbone Rhemenſi, Heddone Trevirenſi*, &c. Qvæ narrationes ſi fidem mereantur, A. qvidem 831. noſter Archiepiſcopus jam eſt deſignatus ac conſtitutus, ſed A. demum 834. (ſecus ac Lambecius credit) ſolenniter conſecratus & inauguratus, ſententiæqve, de qvibus hactenus dictum, diverſæ facile poterunt conciliari. Ipſam Archiepiſcopatus per Ludovicum condiri, & Ansgario collati, hiſtoriam e Diplomate illius, cujus ſæpe jam facta eſt mentio, depromemus, Aqvisgrani Id. Maji A. 834. exarato, & per Adamum Bremenſem ac Albertum Stadenſem (137.), qvi in Bremenſis Eccleſiæ archivo ſuis iſtud aſſervatum teſtantur eſſe temporibus, allegato. Supereſt illud hodienum, & integrum exhibetur ab Haraldo Huitfeldio *Parte I. Chronici Daniæ Danici* (138.), Erp. Lindebrogio *in Privilegiis Archiecclesiæ Hammaburgenſis*, Syntagmati *Scriptorum rerum Germ. ſeptentr.* inſertis (139.), Phil. Cæſare *in Appendice Triapoſtolatus Septentrionis* (140.), Pet. Lambecio *in Appendice Originum Hamburgenſium, ſive Libri I. Rerum Hamburg.* (ex edit. Lindebrogiana) (141.), nec non (ex edit. Cæſariana) *in Chronologia Libri I. Rerum Hamburg.*, ſecundo ſubjuncta (142.), Joh. Bollando *in Actis Sanctorum Februarii* (143.), Jac. Sirmondo & Steph. Baluzio *Tomo I. Capitularium Regum Francicorum* (144.), Joach. Joh. Madero *in Sylloge Diplomatum*, editioni ſuæ *Hiſtoriæ eccleſiaſticæ* Adami Bremenſis adjecta (145.), Joh. Mabillonio *in Actis Sanctorum Ord. Benedictini* (146.), Chriſt. Franc. Paulino *in Theatro virorum illuſtrium Corbejæ Saxonicæ* (147.), Trog. Arnkielio (verſionem Latino textui addente Germanicam) in der Cimbriſchen Heiden-Bekehrung (148.), & Anonymo *in Vindiciarum Lindavienſium Appendice* (149.). Qvæ tamen editiones, Lindebrogiana præſertim & Cæſariana, qvarum alterutram cæteræ ſunt ſecutæ, non parum paſſim diſcrepant, uti variæ oſtendunt lectiones a Lambecio, Maderoq; hunc ſecuto, ſuis adjectæ. In Diplomate hoc Ludovicus, poſtqvam gratiam divinam, cujus beneficio gentes boreales Danorum & Svecorum (qvibus editio Lindebrogiana *Norwegos, Grönlandos, Hallingalandos, Islandos, Scredevindos, omnesq; nationes ſeptentrionales & orientales*, addit, in Cæſariana omiſſas) religione Chriſtiana coeperant imbui, grato celebraverat animo, neceſſitatem novæ ſedis Archiepiſcopalis, ulteriora iſtius apud easdem incrementa promoturæ, in finibus Germaniæ arctois, condendæ initio expoſuit. Agnoviſſe hanc neceſſitatem, ait, Carolum Magnum, parentem ſuum, qvi, Saxonia univerſa domita, & Epiſcopis ſubjecta variis, ſoli illius regioni trans Albim ſitæ, ſive Holſatiæ, nullum præfecerit Antiſtitem, qvod civitatem illius Hamburgenſem ſedem deſtinaſſet Archiepiſcopo (ſive, juxta Cæſarianam editionem, Epiſcopo) non ipſius ſolum Holſatiæ, ſed & populorum Septentrionis reliqvi, Chriſtianæ opera illius aggregandorum eccleſiæ, templiq; Hamburgenſis, ab Amalario, Præſule Trevirenſi, juſſu ſuo (circa A. 810.) inaugurati, Presbyterum primum, Heridagum, ad dignitatem hanc evehere conſtituiſſet. Conſilium hoc illum, A. jam 814. mortuum, addit, non potuiſſe exeqvi, ſe autem, ejus ſucceſſorem, iſtius aliqvamdiu ignarum, multisq; aliis diſtractum negotiis, Eccleſiarum trans Albim Holſaticorum ephoriam Epiſcopis commiſiſſe vicinis (Bremenſi ſc. ac Verdenſi). His præmiſſis, adjungitur tandem ipſa de Archiepiſcopatu Hamburgenſi condito, Ansgarioq; illi præfecto, narratio ac ſanctio, verbis expreſſa ſeqventibus: *Nunc autem, tam propter ſupra ſcripta eccleſiaſtica lucra, in gentibus demonſtrata, qvam & propter votum pii genitoris noſtri, ne qvid ejus imperfectum remaneat, ſtatuimus, una cum conſenſu eccleſiaſtico, præfatu ultima in regione Saxonica trans Albiam, in loco nuncupato Hammaburg, cum univerſa Tranſalbianorum eccleſia, proprii vigoris conſtituere ſedem Archiepiſcopalem; cui & primum præeſſe, atqve ſolenniter conſecrari, per manus Drogonis Metenſis, & ſummæ ſanctæ Palatinæ dignitatis Præſulis* (150.), *Ansgarium fecimus Archiepiſcopum, adſtantibus Archiepiſcopis, Ebbone Remenſi, Hetti Treverenſi & Otgario Moguntienſi, cum plurimis aliis generali in conventu totius Imperii noſtri Præſulibus congregatis: aſſiſtentibus qvoqve ſpecialiter, & conſentientibus atqve conſecrantibus, Helingando* (Verdenſi) *& Willerico* (Bremenſi), *Epiſcopis, a qvibus jam dictæ parochiæ partes, a nobis ſibi olim commendatas, recepimus. Cui videlicet Ansgario tam noſtra, qvam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ autoritate, hanc Deo dignam in præfatis gentibus commiſimus legationem, ac proprii vigoris ſcribere decrevimus dignitatem. Et, qvia caſus præteritorum cautos nos facit in futurum, ne qvisqvam Epiſcoporum aliqvam ſibi trans Albiam, vel alicubi in prædicta parochia, vindicet poteſtatem, certo limite circumſcriptum eſſe volumus, videlicet ab Albia flumine deorſum usqve ad mare Oceanum, & ſurſum, per omnem Slavorum provinciam, usqve ad mare, qvod Orientale vocant, & per omnes prædictas nationes Septentrionis. Omnes qvoqve paludes, infra ſive juxta Albiam poſitas, cultas & incultas, infra terminos ejusdem parochiæ ponimus; ut Tranſalbiani ſe & ſua ab incurſu paganorum, qvi ſæpe timendus eſt, ſecurius in his locis occultare qveant. Et, ut hæc nova conſtructio, periculoſis in his locis coepta, ſubſiſtere valeret, nec, prævalente barbarorum ſævitia, deperiret, qvandam cellam, Turholt vocatam* (151.), *tam huic novæ conſtructioni, qvam Archiepiſcopi, ſucceſſorumqve ſuorum, in gentibus legationi, perenniter ſervituram, ad noſtram noſtræqve ſobolis perpetuam mercedem, divinæ offerimus majeſtati.* Hæc Ludovicus, plures alias, qvibus Epiſcopi tunc gaudebant, Ansgario, & diœceſi ejus, ſub finem diplomatis, concedens immunitates. Conferri poſſunt Veteres, qvi ſuas diplomati huic debent, de Archiepiſcopatus Hamburgenſis primordiis, verbis ejusdem plerumqve propoſitas narrationes, Rembertus ſcilicet (152.), Gvaldo ejus Metaphraſtes (153.), Autor *Vitæ Remberti* (154.), Adamus Bremenſis (155.), Helmoldus (156.), Albertus Stadenſis (157.), Scriptores *Chronicorum Slavicorum*, ab Erp. Lindebrogio editorum, tam *prioris* (158.), qvam *poſterioris* (159.), & Alb. Krantzius (160.), iſtosqve e recentioribus ſecuti Baronius, Cypræus, Lambecius, Paulinus, Arrhenius, & plures alii, locis ſub initium paragraphi hujus jam allegatis.

§. X.

Anno 834., juxta Lambecii, vel ſeqventi 835., juxta Meſſenii, Fournierii & Arrhenii, calculum, Ansgarius, poſt inaugurationem, cum Ratolfo & Bernoldo, Epiſcopis, Geroldoqve Comite, Ludovici Pii, Imperatoris, Legatis, Romam profectus, ejusdem poſtulatu, a Gregorio IV., Pontifice, pallio in æde D. Petri Vaticana donato, non in dignitate ſolum Archiepiſcopali confirmabatur, ſed & altera Legati ſeu Vicarii in toto Septentrione, regionibusqve Slavicis, Pontificii, cum ſucceſſoribus univerſis, peculiari ornabatur diplomate, fulmen anathematis in qvoslibet, illis adverſa-

turos;

(137.) *locis num. 114. & 115. citatis.* (138.) *p. m. 22. 23. 24.* (139.) *num. 1., p. 143. 144. edit. Lindebrogianæ anni 1609., Francofurtanæ, & p. 125. 126 edit. Fabricianæ anni 1706. Hamburgenſis.* (140.) *p. 173-178.* (141.) *p. 121-127. edit. primæ juſſus Lambecii, & p. 35. 30. ſecundæ Fabricianæ.* (142.) *p. 353-361. edit. primæ, & p. 105 106. 107. edit. ſecundæ.* (143.) *Tomo I. p. 404.*, teſte J. A. Fabricio *P. II. Memor. Hamb. p. 767.* (144.) *col. 681., teſte Frid Spanhemio T. II Introd. ad Hiſt. Sacram p. 778.* (145.) *p. 179-184.* (146.) *Sec IV.* Teſte W. E. Tenzelio *in Biblioth. curioſa anni 1706. Germanica, Sect. 4., p. 265.* (147.) *cap. 2., p. 14-17.* (148.) *Lib. 3., c. 7., p. 125. & ſeqq.* (149.) *p. 25. & ſeqq.*, teſte Tenzelio *l. c.* (150.) *Drogo hic frater erat germanus ipſius Ludovici Pii, Imperatoris.* (151.) Monaſterium Turholtenſe, Ansgario, ut tenuium diœceſeos Hamburgenſis in Holſatia anguſtæ redituum inſerviret ſupplemento, ipſiqve, Hamburga per Paganos fugato, aſyli loco eſſet, a Ludovico Pio donatum, non in Gallia ſitum eſt, uti Rembertus, Adamus Bremenſis, Albertus Stadenſis, aliiqve, tradidere, ſed in Flandria. Fabulam de illo a Toreldo, chimærico Cimbrorum judice, Flandrorumqve victore, ſic nuncupato, ex Annalibus Gothlandiæ, Joh. Svaningius *in Chronologiam* ſuam *Danicam p. 20.* tranſtulit. (152.) *in Vita Ansgarii c. 11.* (153.) *c. 26. 27. 28. & 29.* (154.) *cap. 1. 2. & 3. p. 722-725. edit. Fabricianæ (P. II. Memor. Hamburg.)* (155.) *Lib. I. Hiſt. eccl. c. 17.* (156.) *Lib. I. Chron. Slav. c. 4., p. 18. edit. Bangertinæ.* (157.) *in Chronico, ad A. 833.* (158.) *c. 4., p. 190.* (159.) *ad A. 833., p. 253.* (160.) *L. 1. Metrop. c. 20. & 31.*

turos, vibrante horrendi. Ex iſto ſeqventia merentur recitari : *Ipſum filium noſtrum, jam dictum Anſcharium, & ſucceſſores ejus, Legatos in omnibus circumqvaqve gentibus Danorum, Sveonum, Nortweborum, Farriæ, Gronlandan, Halſingolandun, Islandan, Scridevindum, Slavorum, nec non omnium Septentrionalium & orientalium* (i. e. mari Balthico, qvod Boreales Orientale vulgo vocant, vicinarum) *nationum, qvocunqve modo nominatarum, delegamus. Et, poſito capite & pectore ſuper corpus & confeſſionem S. Petri Apoſtoli, ſibi, ſuisqve ſucceſſoribus, vicem noſtram perpetuo retinendam, publicamqve evangelizandi, tribuimus, autoritatem, ipſamqve ſedem Nordalbingorum, Hammaborch dictam, in honore Sancti Salvatoris, ejusqve intemeratæ genitricis Mariæ, conſecratam, Archiepiſcopalem eſſe decernimus.* Integrum prodiit Diploma hoc Gregorianum in Haraldi Huitfeldii *Parte I. Chronici Daniæ Danici* (161.), Erp. Lindebrogii *Privilegiis Archiecclesiæ Hammaburgenſis, Syntagmati Scriptorum rerum Germ. ſeptentr.* inſertis (162.), Phil. Cæſaris *Appendice Triapoſtolatus Septentrionis* (163.), Pet. Lambecii *Appendice Originum Hamburgenſium* (164.), J. J. Maderi *Sylloge Diplomatum,* editioni ſuæ Adami Bremenſis adjecta (165.), Chriſt. Franc. Paulini *Theatro virorum illuſtrium Corbejæ Saxonicæ* (166.), Trog. Arnkielii (verſionem etiam exhibentis Germanicam) Cimbriſcher Heiden-Bekehrung (167.), ac Joh. Alb. Fabricii *Volumine Memoriarum Hamburgenſium ſecundo* (168.). Subſcriptionem illius, a Joh. Iſ. Pontano (169.) allegatam, Conr. Sam. Schurtzfleiſchius (170.) falſam eſſe, & ſcripturæ curiæ Pontificum iſtius ævi minime congruam, recteqve proinde a Madero (multo id circumſpectius, qvam Lindebrogius, exhibente) omiſſam, monuit. Mentionem ejus, præter recentiores plurimos (171.), e vetuſtioribus, Rembertus (172.), Gvaldo (173.), Adamus Bremenſis (174.), Albertus Stadenſis (175.) atqve Alb. Krantzius (176.), injecerunt, ſimulqve argumentum breviter expoſuerunt. Qvas Gregorius Ansgario contulerat, Archiepiſcopi, & Legati ſive Vicarii in Septentrione Pontificii, dignitates, una cum uſu pallii, aliisqve privilegiis, e ſucceſſoribus illius in cathedra Romana, confirmarunt, capitisqve mitra ornandi ac crucis ei præferendæ, auxerunt, prærogativis, A. 843., M. Aprili (uti ſolus, incertum qvo Autore, Har. Huitfeldius in *Chronico* tradit *Daniæ* vernaculo (177.)), Sergius II., & A. 846. (juxta eundem Huitfeldium (178.)) vel potius A. 849. (juxta Lambecium (179.)), M. Martio, Leo IV., Sergio ſubrogatus. Leonis Diploma, ab Erp. Lindebrogio (180.), Pet. Lambecio (181.) & J. J. Madero (182.), publicatum, ſupereſt, & Ansgarium verbis, inter alia, compellat ſeqventibus : *Concedimus, ſicut a prædeceſſore noſtro, beato Gregorio, conceſſum eſt, ſcilicet ut gentes Wimodiorum, Nordalbingorum, Danorum, Norwenorum, Svevorum, vel qvaſcunqve ſeptentrionalium nationum jugo fidei prædicatione tua ſubdideris, ad ſedem Hammaburgenſem ſpirituali dominatione poſſideas, & omnibus ſucceſſoribus tuis ad eandem ſedem perpetuo poſſidendas relinqvas. - - Ornari qvoqve caput tuum mitra, portari ante te crucem. Age ergo, Frater beatiſſime, opus bonum, qvod incepiſti, nec deſiſtas, donec perficias. Funda in locis oportunis Eccleſias, conſecra Presbyteros, & per diſterminatos terminos ordina Epiſcopos, qvorum omnium tu Archiepiſcopus exiſtas; omnesqve ſupra dictarum nationum amplius profuturi Epiſcopi, cum ſubjectis ſibi plebibus, tibi, & omnibus ſucceſſoribus tuis, ad ſedem Hammaburgenſem, perpetua ſubjectione & obedientia ſubjecti permaneant.*

§. XI.

Hoc pacto Ansgarius, Imperatoris & Pontificum, in ipſo ſacris ornando honoribus propemodum certantium, parem meritus favorem ac beneficentiam, diœceſin in Europa boreali adeo amplam obtinuit, ut, præter Papas ipſos, nemo Archiepiſcoporum & Epiſcoporum Italiæ, Germaniæ ac Galliæ, ſicut a Caſp. Dancwerthio (183.) jam eſt obſervatum, imo nec reliqvi forte orbis Chriſtiani, æqve ingenti, ac per tot regna populosqve diffuſæ, tunc præfuerit. Diſceptatur tamen, nec immerito, an commiſſa Ansgario tunc a Ludovico Pio, Imperatore, ac Gregorio IV., Pontifice, fuerit Ephoria ſacra regionum inſularumqve Septentrionis, qvas nunqvam adiit, remotiſſimarum, &, has inter, Grönlandiæ præſertim atqve Islandiæ. Qvarum, in diplomatis utriusqve dioeceſi ipſius annumeratarum, incolis Evangelium a noſtro itidem eſſe annunciatum prius, Ludovicianum ſcilicet, videtur innuere, iſtudqve haud dubie ſecuti Henr. Woltherus (184.) & Georg. Fournierius (Islandorum per eum converſionem ad A. C. 835. referens) (185.) audacter affirmarunt. Addendus his Joh. Iſaacius Pontanus, Islandiam Seculo jam IX. habitatam fuiſſe, ex illius in Diplomatis Ludoviciano & Gregoriano mentione, probare conatus. Contradixerunt huic, ex Islandis ipſis, Arngrimus Jonas & Theodorus Thorlacius (186.). Qvorum poſterior Grönlandiam A. C. 982., Islandiam autem A. 874., inhabitari demum coepiſſe, hujusqve incolas, poſt A. C. 1000., Adalberti, Archiepiſcopi Hamburgenſis, tempore, teſte qvoqve Adamo Bremenſi, religionem primum amplexos eſſe Chriſtianam, ex Annalibus demonſtrat domeſticis atqve Norwagicis, nominaqve Grönlandorum & Islandorum diplomatis Ludoviciano & Gregoriano, per monachos, laudum Ansgarii, Præſulis ſui, avidos, præter avtographorum fidem, eſſe addita, haud immerito conjicit. Nulla enim regionum aut gentium iſtarum, non ſolum in diplomatis, qvæ Thorlacius allegat, Leonis IV. & Nicolai I., Pontificum, Gregorianum confirmantibus, Adamiqve Bremenſis de fundatione Archiepiſcopatus Hamburgenſis prima narratione, ſed & Remberti ac Gvaldonis, biographorum noſtri, de illa locis, occurrit mentio, etſi autores hi diploma utrumqve, Ludovicianum, ac Gregorianum, verbis ipſis plerumqve retentis, ſeqvantur. Imo in Ludoviciani Diplomatis ipſius editione Cæſariana (de qva §. IX. dicta relegantur), e populis, qvorum noſter Archiepiſcopus conſtituebatur, arctois, ſoli Nordalbingi ſive Holſati, Dani ac Sveones, nominatim memorantur, de Norwegis vero, Gronlandis, Hallingalandis, Islandis & Scredevindis, qvos editio Lindebrogiana, e Codice expreſſa interpolato, his adjungit, altum eſt ſilentium. Qvas gentes etiam Ansgarius unqvam adiiſſe nuſpiam, vel a Remberto & Gvaldone, vitæ ipſius ſcriptoribus, vel ab aliis vetuſtioribus, perhibetur. Qvæ Arngrimo Jonæ & Theod. Thorlacio Trogillus Arnkielius, ſententiæ Pontani aſſecla & defenſor (187.), regeſſit, a Thormodo Torfæo, Hiſtoriographo Regum Danicorum, gente itidem Islando, breviter, ſed dextre, ſunt refutata (188.).

§. XII.

Vaſtæ adeo ac ſpatioſæ diœceſi cum præfectus eſſet Ansgarius, ſingularum ejus partium pro virili cœpit curam gerere. Civitatem Hamburgenſem, metropolin illius, ſedemqve ſuam, æde ornavit, teſte Remberto, ſacra, *miro opere conſtructa,*

(161.) *p. m* 25. 26. (162.) *num.* 2., *p.* 145. 146. *edit. Lindebrogianæ, & p.* 127. *edit Fabricianæ.* (163.) *p.* 179-182. (164.) *p.* 128-131. *edit. primæ Lambecii, & p.* 36. 37. *ſecundæ Fabricianæ.* (165.) *p.* 185. 186. 187. (166.) *c.* 2., *p.* 17. 18. 19. (167.) *Lib.* 3. *c.* 7. (168.) *p.* 767-770. (169.) L. 4. *Hiſt. Danicæ p.* 98. (170.) *in Diſſ. de Rebus Danicis p.* 18. (171.) V. Joh. Meſſenii *Chronicon Epiſc. Svec., c.* 13., *p.* 162. 163. 164., Georg. Fournierii *Notitiam Orbis Geographicam, Lib.* 2., *c.* 10., *p.* 52., P. Lambecii *Lib. I. Rer. Hamb., p.* 5., *& Chronologiam illius, Libro II. ſubjectam, ad A.* 834., *p.* 107., Cl. Arrhenii *Breviarium Vitæ Ansg., ad A.* 835., ac *Lib. I. H. E. Sveo-Goth., c.* 8., *p.* 21. 22., &c. (172.) *c.* 12. (173.) *c.* 30. (174.) *Lib. I. H. E. c.* 17. (175.) *in Chronico, ad A.* 833. (176.) *Lib. I. Metrop. c.* 20. (177.) *P. I. p.* 26. (178.) *ibid. p.* 27. (179.) *loco mox citando.* (180.) *l. c. p.* 146. *edit. Lindebrogianæ, & p.* 127. 128. *Fabricianæ.* (181.) *in Chronol. Libri I. Rer. Hamb., ſecundo adjecta, p.* 370-373. *edit. primæ, & p.* 110. *ſecundæ Fabricianæ.* (182.) *l. c. p.* 187. 188. (183.) *Parte III. Chorographiæ Cimbricæ, c.* 13., *p.* 263. (184.) *loco num.* 79. *citato.* (185.) *in Notitia Orbis Geographica, L. I., c.* 11., *p.* 21. (186.) *in Diſſ. de Islandia, Witebergæ A.* 1666. *Præſide D. Æg. Strauchio propoſita, Sect. II., Th. I., p.* 34. 35. 36. (187.) in der Cimbriſchen Heiden-Bekehrung, *Lib.* 6., *c.* 5., §. 2., *p.* 320. 321. (188.) *in Præfat. Grönlandiæ antiquæ p.* 44-47.

conſtructa, Cœnobioqve, qvod *mirifice compoſitum* fuiſſe idem refert, ordinis Benedictini, illi adjuncto, & a Ludovico Pio, Imperatore, Bibliotheca Codicum omnis generis manuſcriptorum locuplete dotato. In Cœnobio hoc ſcholam qvoqve aperuit, & Monachis qvibusdam Corbejæ veteris Benedictinis, e Gallia evocatis, gubernandam commiſit, uti Rembertus hiſce verbis indicat (189.): *Cœpit qvoqve ex gente Danorum atqve Slavorum nonnullos emere pueros, aliqvos etiam ex captivitate redimere, qvos ad ſervitium Dei educaret. Qvorum qvosdam hic ſecum retinuit, qvosdam vero ad cellam prædictam Turhold nutriendos poſuit: fueruntqve cum eo hic, ex ſocietate veſtra* (Monaſtica Palæo-Corbejenſi), *ſancti Patres noſtri & Magiſtri, qvorum doctrina & inſtitutione feliciter nobiſcum religionis divinæ crevit opinio.* Gvaldo, Vitæ noſtri Rembertinæ Metaphraſtes, metris ſcholam eandem celebravit ſeqventibus (190):

Sed comites habuit, ſibi qvos Corbeïa miſit, | *Hammaburgenſis ſchola qveis edocta magiſtris*
Sanctorum genetrix, monachorum cella beatrix; | *Crevit, & ad florem perducta refudit odorem.*

E recentioribus, Bibliothecæ Cœnobii iſtius Hamburgenſis Anſgariani, *optime*, teſte Remberto, *conſcriptæ*, mentionem injecerunt honorificam Ludovicus Jacobus a S. Carolo (191.) & Joh. Galloeſius (ad tempora eam Caroli IV., Imperatoris, ingenti referens parachroniſmo, & nihilominus Lothario ac Ludovico Simplice imperantibus combuſtam eſſe tradens) (192.), ſcholæ monaſticæ J. J. Maderus (193.), utriusqve autem Pet. Lambecius (194.), peculiarem etiam de ambabus Diatriben, *Hiſtoriæ* ſuæ *literariæ* Seculo P. C. N. nono inſerendam, in hujus *Prodromo* (195.) olim pollicitus.

§. XIII.

Sveciam Anſgarius ipſe, ſub Archiepiſcopatus initia, adire non poterat, &, communicatis proinde cum Ebone, Archiepiſcopo in Gallia Rhemenſi, cui ſacra ad gentes boreales legatio a Paſchali I., Pontifice, ante ſe, erat commiſſa, conſiliis, cum is iter Svecicum, five ob illius longinqvitatem & corporis debilitatem, ſive potius, Adamo Bremenſi judice, ob turpiſſimam, qva turbas jam excitarat ingentes & profugus exilii poenam meruerat, in negotiis politicis πολυπραγμοσύνην, detrectaret, Gaudbertum, hujus nepotem, qvem in locum is ſuum ſubſtituebat, ut amborum fungeretur vicibus, illuc ablegabat. Is, ab utroqve, Ebone & Anſgario, conſecratus, Epiſcopiqve Sveonum titulo & nomine Simonis donatus apoſtolico, a Ludovico autem, Imperatore, ſumptibus inſtructus neceſſariis, cum in Sveciam (A. 836. juxta Arrhenii calculum) perveniſſet, poteſtate a Biornone Rege populoqve impetrata, non templum ſolum extruxiſſe, ſed & Evangelium publice docuiſſe, cœtumqve Chriſtianorum Proſelytis novis auxiſſe plurimis, perhibetur. Plura de hoc Gaudberto, illiusqve itinere, & in eo geſtis, Rembertus (196.), Gvaldo (197.), Adamus Bremenſis (198.), Albertus Stadenſis (199.), Albertus Krantzius (200.), Cl. Arrhenius (201.), noſtraqve vitæ Ebonis hiſtoria, brevius *Parte II. Iſagoges ad Hiſtoriam Cimbricam* (202.), fuſius autem *Tomo Cimbriæ* hujus *literatæ ſecundo* propoſita, ſuggerent.

§. XIV.

Non minori interim zelo ac diligentia, pariqve ſucceſſu, Anſgarius legatione ſacra arctoa, ſibi commiſſa, fungebatur, & e metropoli Hamburgenſi, modo ad Cimbros & Holſatos, modo ad Danos, Svecis viciniores, itineribus excurrens apoſtolicis, doctrina pariter atqve vitæ exemplo plurimos, imo, teſte Adamo Bremenſi, *innumerabilem utriusqve gentis multitudinem*, ad ſacra Chriſtianorum, deſertis idolis ſuis, amplectenda permovebat (203.). In Ducatu Cimbriæ Sleſvicenſi incolis Eiderſtadiæ & Strandiæ Friſicis Evangelium annunciaſſe a Mart. Hamconio (204.), & hunc allegante Ant. Heimreichio (205.), perhibetur; in tractu autem Stormariæ Itzehoenſi Welnæ, ſacello illic condito, ſubinde ſubſtitiſſe, & miraculum patraſſe, a Presbytero Bremenſi, cui *Continuationem Chronici Slavorum* Helmoldini debemus, *Tomo I. Acceſſionum* G. G. Leibnitii *Hiſtoricarum* editam, traditur anonymo, ita ſcribente (206.): *Prope Itzebo, in terra Holſatiæ, in Welna, parvum Oratorium, in honorem S. Sixti, cujus caput ſemper ſecum deferebat, conſecravit. Vbi, cum aliqvibus monachis, aliqvando, propter ſecuritatem loci, ad contemplandum ſolebat reſidere. Et legitur in Legenda ſua, qvod, cum communiter in pane & aqva ſolebat carnem ſubjicere, ibidem una dierum aqva fuit in vinum converſa; & fons, ubi aqva illa extracta fuit, hodierno tempore dicitur Fons ſanctus.* S. Sixti, cujus in verbis hiſce occurrit mentio, aliorumqve, reliqvias noſter, a λειψανολατρείας labe, ævi iſtius vitio, haud immunis, paulo ante ab Ebone, Archiepiſcopo Rhemenſi, acceperat, teſtibus Alberto Stadenſi (207.), Alb. Krantzio (208.), & Adamo, qvem hi ſeqvuntur, Bremenſi (209.). Adami de iis locum adjicio: *Eodem tempore beatus Anſgarius corpora Sanctorum, qvæ dono Ebonis Archiepiſcopi ſuſceperat, trans Albiam fertur deportaſſe; & corpus qvidem S. Materniani apud Heiliganſtad repoſuit, Xiſti vero & Sinnicii, cum aliorum Martyrum patrociniis, in urbe Hammaburg collocavit, Beati vero Remigii cimilia cum ingenti honore ſervavit Bremæ.*

§. XV.

Itinera hæc ejus ad Cimbros Danosqve apoſtolica Barbarorum, in gentibus iſtis ſuperſtitioni paganæ adhuc inhærentium, ſubinde impediebant excurſiones atqve perſecutiones. Qvas evitaturus, in Cœnobium ſe tunc (qvod aliis etiam temporibus ſæpius ſolebat adire) Flandriæ recepit Turholtenſe, a Ludovico Pio (uti §. 9. jam narravimus) ipſi, tum ut ſumptus peregrinationum ſacrarum, qvibus diœceſeos Hamburgenſis in Holſatia exiguæ reditus non ſufficiebant, ſuppeditaret largiores, tum ut profugum aſyli inſtar exciperet, donatum. Iſtud viſitans, monachisqve, uti Adamus Bremenſis eleganter ſcribit, *ſalutaris regulæ tramitem verbo exemploqve monſtrans*, in horum contubernio, teſtibus eodem (210.) & Alberto Stadenſi (211.), Rembertum invenit puerum, ſive potius, uti Scriptor *Vitæ Remberti* ei σύγχρονος (212.), iſtumqve ſecuti Alb. Krantzius (213.) & Franc. Haræus (214.), narrant, cum pueris aliis ludibundis ad ædem ſacram feſtinantem, ſed cæteris, licet omnium pene eſſet minimus, modeſtius graviusqve incedentem, nugisqve omiſſis, ac precibus religioſe recitatis, frontem crucis ſigno munientem, ſpectavit. Qua pueruli pietate præcoci cum delectaretur, ſtudioſe ibidem eum juſſit erudiri, & e ſchola poſtea dimiſſum monaſtica, parentum conſenſu impetrato, ſecum, ſicut Autores omnes, modo allegati, uno velut ore perhibent, ſcriptorqve *Vitæ Remberti* fuſius expoſuit,

(189.) *cap.* 14. (190.) *cap.* 34. (191.) *in Tract. Gallico de Bibliothecis, c.* 56., *p.* 218. (192.) *dans le Traité des plus belles Bibliotheques p.* 92. (193.) *in Epiſtola*, Herm. Conringii *Antiqvitatibus Academicis ſubjecta, p.* 405. 406. (194.) *Libro I. Rerum Hamburg. p.* 6. 7. 15., *& Lib II. p.* 67. 69. (195.) *Lib* 2., *c.* 25., *p.* 261. (196.) *c.* 12. *&* 13. (197.) *c.* 31. 32. *&* 33. (198.) *Lib. I. H. E. c.* 18. (199.) *in Chronico, ad A.* 833. (200.) L *I. Metrop. c.* 27. 30. 32. (201.) *in Breviario vitæ Anſgarii, ad A.* 835. *&* 836., ac L. *I.*, *c.* 9., *p.* 22. 23. *H. E. Sveo-Goth.* (202.) *c.* 3., §. 7., *p.* 46. 47. (203.) V. Rembertum *c.* 14., Gvaldonem *c.* 34., M. Adamum Bremenſem L. *I. c.* 18., Alb. Stadenſem *ad A.* 833., & Alb. Krantzium L. *I. Metrop. c.* 32. (204.) *in Lib. de Viris Friſiæ illuſtribus p.* 66. (205.) *in Chronico Friſiæ borealis Germanico, c.* 5, *p.* 91. *edit. primæ.* (206.) *c.* 9., *p.* 16. 17. (207.) *in Chronico, ad A.* 833. (208.) *Lib. I. Metrop. c.* 30. (209.) *Lib. I. H. E c.* 19. (210.) *Lib. I H. E c.* 18. *&* 20. (211.) *in Chronico ad A.* 833. *&* 837. Conf. Anonymi *Hiſtoriam Archiepp. Brem.*, *ab Erp. Lindebrogio editam, c.* 5., *p. m.* 71., & Joh. Ad. Cypræi (Monaſterium Galliæ Turonenſe in Turholtenſis locum falſo ſubſtituentis) *Annales Epiſcc. Sleſvic.*, *L. I*, *c.* 4., *p.* 28. 29. (212.) *c.* 3. 5. *&* 6., (*Vol. II. Memor. Hamburg. J. Alb. Fabricii*) *p.* 725. 727-730. (213.) L. *I. Metrop. c.* 20. *&* 32. (214.) *in Vitis Sanctorum p.* 137.

poſuit, abduxit, divinoqve mancipatum miniſterio, comitem legationis ſacræ amicumqve elegit intimum, imo virtutis ſuæ æmulum, in cathedra Archiepiſcopali ſucceſſorem, præmiorumqve cœleſtium conſortem fore, prophetico prædixit ſpiritu. *Qua in re,* Adamo Bremenſi *obſervante, omnipotentis Dei providentia, quæ olim Heliæ ſubſtituit Heliſæum, in Remberto non fefellit Ansgarium,* parentem filii hujus, qvem adoptarat, ſpiritualis, haud degeneris, alterum.

§. XVI.

Graviſſima omnium, qvas a Paganis borealibus toleravit, perſecutionum A. C. 840., juxta Adamum Bremenſem (ad *annum* imperii Ludovici Senioris ſive Pii eam referentem *noviſſimum*), Albertum Stadenſem, *Chronici Slavici poſterioris* Autorem, Joh. Petræum, Har. Huitfeldium & Cl. Arrhenium (qvi antea, *in Breviario Vitæ Ansgarii*, illam ad A. 836. perperam retulerat), anno 839. juxta Caſp. Dancwerthium, anno autem 845. juxta Pet. Lambecium (*Annales Francorum Metenſes* ac *Fuldenſes,* Lupumqve Servatum, pro hoc allegantem) & Caſp. Sagittarium, tam diœceſin & urbem Hamburgenſem, qvam ipſum, ex utraqve aufugere coactum, vehementiſſime afflixit. Hanc, in qva Piratæ Danici & Normannici, poſt Galliam, Friſiam, Germaniam inferiorem, terrasqve vicinas, devaſtatas, per Albim ſubvecti. in Holſatos ac Bremenſes itidem ſævierunt, Hamburgamqve diripuerunt & exuſſerunt, Rembertus (215.) verbis deſcripſit ſeqventibus: *Cum hæc in utraqve parte laudabiliter & Deo digne agerentur, contigit ex improviſo Piratas advenientes Hamburgenſem civitatem navigio circumdediſſe. Qvod cum inopinate & ſubitanee accidiſſet, ſpatium non fuit Pagenſes congregandi, qvippe cum & Comes, qvi eo tempore præfecturam loci illius tenebat, illuſtris Vir Bernarius, tunc deeſſet. Dominus vero Epiſcopus* (Ansgarius), *ibi poſitus, cum his, qvi aderant in urbe ipſa, vel in ſuburbio manentibus, primo qvidem, audito adventu eorum, locum ipſum continere voluit, donec majus eis veniret auxilium; ſed, implentibus Paganis, & civitate jam obſeſſa, cum eis reſiſti non poſſe conſpexit, qvomodo pignora ſanctarum Reliqviarum aſportarentur præparavit, ſicqve ipſe, Clericis ſuis huc illucqve fuga diſperſis, etiam ſine cappa ſua vix evaſit. Populi qvoqve, a loco ipſo exeuntes, & hac illacqve palantes, plurimis aufugientibus, qvidam capti, pleriqve etiam peremti ſunt. Deniqve hoſtes, arrepta civitate, & omnibus, quæ in ea, vel in vico proximo, erant, ſpoliatis, cum veſpertino tempore eo adventaſſent, noctem ipſam cum ſeqventi die & nocte ibi conſederunt. Sicqve ſuccenſis omnibus ac direptis egreſſi ſunt. Ibi Eccleſia miro opere, magiſterio Domini Epiſcopi, conſtructa, una cum clauſtro monaſterii mirifice compoſito, igni ſuccenſa eſt. Ibi Bibliotheca, qvam Sereniſſimus jam memoratus Imperator eidem patri noſtro contulerat, optime conſcripta, una cum pluribus aliis libris, igni diſperiit. Sicqve omnia, quæ inibi, aut in eccleſiaſticis miniſteriis, aut in aliis theſauris & facultatibus, habuerat, aut deprædatione, aut igne, aut hoſtili impetu, direpta ſunt, ut qvaſi nudum eum dimiſerint.* Hæc Rembertus, magnam a ſe relatorum partem e Nicolai I., Pontificis, Diplomate (cujus paulo poſt fiet mentio) *de confirmatione Ramſolæ*, verbis illius retentis, mutuatus. Utriqve Gvaldo (216.), Adamus Bremenſis (217.), Albertus Stadenſis (218.), Helmoldus (219.), Autores *Chronicorum Slavicorum*, qvæ Lindebrogius edidit, ἀδεσπότων, prioris (220.) & poſterioris (221.), Alb. Krantzius (222.), hosqve e recentioribus ſecuti Joh. Petræus (223.), Har. Huitfeldius (224.), Caſp. Dancwerthius (225.), Pet. Lambecius (cæteris hic prolixior) (226.), Joh. Ad. Cypræus (227.), Caſp. Sagittarius (228.), Cl. Arrhenius (229.), & alii, ſuas viciſſim, de eodem Hamburgi excidio, fugaqve Ansgarii, debent narrationes.

§. XVII.

Nullam calamitatem ſolam eſſe, exemplo tunc ſuo exul oſtendit Ansgarius. Eodem enim tempore, qvo ipſe Hamburgum cogebatur deſerere, circa A. ſcil. 840., Gaudbertus, ab illo & Ebone (uti §. *13.* eſt narratum) in Sveciam ablegatus, tumultu populari, Rege ignaro, bonis omnibus ſpoliabatur; & in vincula conjectus, multisqve affectus opprobriis, Nithardo nepote gladio ante occiſo, regno tandem cum reliqvis ejiciebatur comitibus. Qvem tamen furorem perſecutionis autores, juſtitia Dei ultrice variis paulo poſt ſuppliciorum calamitatumqve omnes tollente ac affligente generibus, haud impune tuliſſe Rembertus, aliiqve teſtantur, ſimulqve Sveciam ſeptennio ſeqventi ſacerdotibus caruiſſe perhibent ordinariis (230.). Poſt obitum præterea Ludovici Pii, Imperatoris (d. 20. Jun. A. 840. defuncti), Monaſterium Flandriæ Turholtenſe, qvod is Ansgario, ut ex hujus reditibus ſumptus depromeret, legationi ſacræ boreali neceſſarios, donarat, ab illius filio Carolo Calvo, Rege Galliæ, cujus in ditione ſitum erat, fratribus, Lothario Imperatore, Ludovicoqve juniore, Rege Germaniæ, ac multis aliis, fruſtra dehortantibus, ipſi eripiebatur, & Reginario Comiti poſſidendum viciſſim tradebatur. Qvi, iſtud injuſte occupaſſe non contentus, puerorum etiam gente Normannorum ac Slavorum, qvos, a ſe emptos, ut Deo aliqvando inſervirent, noſter in cœnobio hoc educari curaverat ac erudiri, nonnullos, vi inde abductos, ſuo vindicabat miniſterio, ſed, præda hac ſacra brevi tantum gaviſus tempore, juſta Numinis, qvam in ſomnio, per Rembertum fuſius enarrato, Ansgarius præviderat, ultione, Caroli Regis gratia ſubito excidebat, & Turholto pariter atqve aliis omnibus, ab illo donatis, iterum privabatur. Poſt monaſterii hujus, anno circiter 841. (juxta Alberti Stadenſis & Lambecii calculum) ſibi erepti, jacturam, cum egeſtate noſter etiam haud exigua cœpit conflictari, ob qvam ſacra qvoqve ad populos boreales legatio, ſumptibus neceſſariis haud ſuppetentibus, miniſtrisqve illius, Monachis Palæo-Corbejenſibus (in ſuum reverſis cœnobium), & Clericis aliis, dilabentibus, aliqvamdiu fuit intermittenda (231.). Taceo inhumanitatem, qva, cum exul Bremam veniſſet, urbe iſta, per Ludericum, ejus Epiſcopum, doctrinæ ipſius atqve virtutibus invidentem, expulſus eſſe, ab Adamo Bremenſi (232.), & hunc ſecutis Alberto Stadenſi (233.), Incerto *Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſium*, ab Erp. Lindebrogio editæ, ſcriptore (234.), ac Alb. Krantzio (merito illam fuſe deteſtato) (235.), perhibetur. Omnes tamen haſce calamitates noſter, officio ſacro, cum paucis conſtantioribus Clericis, qvi apud ſe remanſerant, pro virili ſtrenue fungi pergens, patienti fortiqve tulit ac ſuperavit animo, & ſæpe Jobi iſta ingeminavit: *Dominus dedit, Dominus abſtulit: Sicut Domino placuit, ita factum eſt: Sit nomen Domini benedictum* (236.).

§. XVIII.

Nec multo poſt nubila iſta, Solis inſtar, divina paulatim disjecit bonitas, qvæ & de ſuſtentatione exuli proſpiciebat, & dignitatem priſtinam, novi Epiſcopatus auctam acceſſione, tandem reſtituebat. Aſylum Hammopoli vaſtata ejecto erat

(215.) *cap. 14.* (216.) *c. 35.* (217.) *Lib. I. H. E. c. 21.* (218.) *in Chronico, ad A. 840.* (219.) L. *I. Chronici Slav. c. 5.* (220.) *c. 4. p. m. 190.* (221.) *ad A. 840., p. 253.* (222.) *Lib. I. Metrop. c. 33. & 35.* (223.) *P. I. Chron. Holſat p. 7.* (224.) *P. I. Chron Dan. p. 26.* (225.) *P. III. Chorogr. Cimbr., c. 13., p. 263.* (226.) *Lib. I. Rer. Hamburg. p. 5-8., & in Chronologia illius, ſecundo adjecta, ad A. 845., p. 109.* (227.) *in Annal. Epiſcc. Sleſvic.*, L. *1., c. 3., p. 21.* (228.) *in Hiſtoria Bardovici, c. 1., §. 28., p. 19-22.* (229.) L. *I. H. E. Sveo-Goth. c. 10.* (230.) V. Rembertum *c. 15. & 16.*, Gvaldonem *c. 36. & 37.*, Adamum Brem. L. *I. c. 21.*, Alb. Stadenſem *in Chron, ad A. 840.*, A. Krantzium L. *I. Metrop. c. 33.*, & Cl. Arrhenii *Breviar. vitæ Ansg., ad A. 836.*, ac L. *I. H. E. Sveo-Goth., c. 10., p. 24-28.* (231.) V. de hac Turholti jactura Nicolai I. Papæ *Diplomata duo, de confirmatione Ramſolæ, & Eccleſiarum Hamburg. & Brem. unione,* Rembertum *c. 18.* & *30.*, Gvaldonem *c. 44. 92. & 93.*, Ad. Brem. L. *I. c. 22.*, Alb. Stad. *ad A. 841.*, A. Krantzium L. *I. Metrop. c. 34. ac 35.*, P. Lambecium *in Chronol. Libri I. Rer. Hamb., ad A. 840. & 841., p. 108.*, & Cl. Arrhenium L. *I. H. E. Sveo-Goth., c. 14., p. 41. & ſeqq.* (232.) *Lib. I. H. E. c. 23.* (233.) *in Chronico, ad A. 841.* (234.) *c. 3., p. m. 70.* (235.) L. *I. Metrop. c. 34.* (236.) V. Rembertum *c. 14. & 18.*, Gvald. *c. 35.*, & Ad. Brem., Alb. Stad. ac Krantzium, *locis modo citatis.*

erat Cœnobium, non (uti Chriſt. Franc. Paulinus (237.) falſo credidit) Turholtenſe Flandriæ, a Carolo Calvo, uti §. præcedente narravi, ei jam ereptum, ſed Ramſolenſe Epiſcopatus Verdenſis, in prædio, ab Ikia (qvam Ibiam alii vocant), matrona religioſa, donato, ab ipſomet A. 841. (teſte *Chronici Slavici poſterioris* Autore (238.)) extructum, cujus in *Vita* noſtri Rembertina nullam miror mentionem occurrere. Adami Bremenſis igitur de illo verba recitabo (239.): *At ille* (Ansgarius), *in paupertate ſua Deum glorificans, verbum Dei, cujus legatione functus eſt, tam ſuis, qvam alienis, infatigabiliter ſeminavit. Unde contigit, ut prædium, qvod Ramſola dicitur, a qvadam venerabili matrona ſuſceperit, nomine Ikia. Qvi locus, in Epiſcopatu Ferdenſi poſitus, ab Hammaburg niſi tribus diſparatur raſtis* (i. e. milliaribus). *Ibi Sanctus Dei Cœnobium conſtituens, reliqvias Sanctorum Xiſti & Sinnicii locavit Confeſſorum, & alia patrocinia, qvæ ab Hammaburg fugiens portavit; ubi & gregem profugum collegit, depulſosqve a gentibus ſocios in eo portu retinuit. Ab eo ergo loco Hammaburgenſem eccleſiam viſitans, Nordalbingos* (i. e. Holſatos) *in fide reformavit, qvos antea perſecutio turbavit. Tunc qvoqve, ne legatio gentium tarditate ſua qvapiam frigeſceret, prædicatores miſit in Daniam, Hartgarium vero Eremitam direxit in Sveoniam.* Hæc Adamus, cujus locum integrum Albertus Stadenſis (240.) & Alb. Krantzius (241.) totidem verbis deſcripſerunt, *Hiſtoriæ* autem *Archiepiſcoporum Bremenſium* ſcriptor (242.), Har. Huitfeldius (*Ikiam* Adami *Idam* appellans) (243.), Pet. Lambecius (244.), Caſp. Sagittarius (fuſius de Ramsloa, & Cœnobio, qvod, ab Ansgario illic conditum, hodienum ſupereſt, Canonicorum, Lutheranam jam profitentium religionem, commentatus) (245.), Cl. Arrhenius (246.), aliiqve recentiores, in ſuis ejusdem argumenti narrationibus, præcipue ſunt ſecuti. Extant qvoqve Diplomata duo, qvibus donatio Ikiæ, & Ramſolæ in Canonicorum collegium mutatio, ab Ansgario facta, a Ludovico Juniore, Rege Germanico, ac Nicolao I. Pontifice, ſunt confirmatæ, Latina antiqviora. Ludovicianum (de cujus γνησιότητι ambigo) ſolus Joh. Letznerus (A. C. 812. ſubſcriptioni perperam ac falſo eſſe adjectum recte obſervans) *in Chronico Corbejenſi* exhibuit vernaculo (247.). Alterum, qvo Nicolaus I., Pontifex, Waldgario, Epiſcopo Verdenſi, monaſterii Ramſolenſis a ſua jurisdictione exemptioni, a Ludovico decretæ, vehementer adverſato. & in Comitiis tandem Wormatienſibus, cum Lotharius Imperator, Ludovicus Rex, Præſulesqve univerſi, ne ulterius ei obniteretur, rogaſſent, ſe illam, non niſi Papæ conſenſu, permiſſurum, profeſſo, exemptionem iſtam ratam habuit, cœnobiumqve, diœceſi Verdenſi ablatum, Hamburgenſi perpetuo juſſit eſſe ſubjectum, anno demum Pontificatus Nicolai qvinto, & æræ Chriſtianæ 862. (248.), Ludovico per Legatum ſuum, Salomonem, Antiſtitem Conſtantienſem, poſtulante, Kalendis Junii, promulgabatur. Legitur illud *in Privilegiis Archieccleſiæ Hamburgenſis*, ab Erp. Lindebrogio inter *Rerum Germ. ſeptentr. Scriptores* publicatis (249.), Pet. Lambecii *Appendice Originum Hamburgenſium* (250.), & J. J. Maderi *Sylloge Diplomatum*, ſuæ Adami Bremenſis editioni ſubjuncta (251.), magnamqve partem verbis iisdem, qvibus aliud Nicolai hujus de unione Eccleſiarum Hamburgenſis ac Bremenſis diploma, ſuo mox loco memorandum, eſt conſcriptum. De Hartgario Eremita, ſive (uti a Remberto vocatur) Anachoreta, per Ansgarium, Ramſolæ exulantem, in Sveciam, qvæ per ſeptennium ſacerdotibus caruerat Chriſtianis, ablegato, &, cum, Herigarii, Bircæ Præfecti, gaviſus patrocinio, publice aliqvamdiu, nemine impediente, incolis Evangelium annunciaſſet, ſacraqve celebraſſet, poſt patroni hujus obitum, in eremum patriæ inde reverſo, Rembertus (252.), Gvaldo (253.), Joh. Vaſtovius (254.) & Cl. Arrhenius (255.), plura docebunt.

§. XIX.

Poſt mortem tandem Luderici, Epiſcopi Bremenſis, A. 844. extincti, cum cathedra iſta diu jam vacaſſet (256.); Ansgarius, ut legatione ſacra boreali, & tutius, & majori cum dignitate ac commoditate, fungi poſſet, huic etiam Eccleſiæ (cui ſe a Petro Apoſtolo, ejus patrono, incolis Doctorem novum ab hoc poſtulantibus, Paſtorem, & duabus qvidem, cum illi tergiverſarentur, vicibus, nec ſine vocis coelitus delapſæ ſuffragio, dari, ante triennium ſomniaverat (257.)) Antiſtes, non tamen primus (uti a Suffrido Petri (258.), eumqve ſecuto Ant. Poſſevino (259.), falſo traditur), ſed qvartus, eſt præfectus, Epiſcopatusqve Bremenſis ipſe Archiepiſcopatui Hamburgenſi non tantum ſubjectus, ſed & nexu adjectus perpetuo. Honor hic novus, per unionem eccleſiæ & Cathedræ utriusqve indiſſolubilem, ipſi conferebatur, & invito ferme obtrudebatur, non a Gregorio IV., Pontifice, & Ludovico Pio, Imperatore, anno jam 835., qvi Joh. Letzneri (260.), nec a Lothario Imperatore, qvi Joh. Trithemii (261.), a Gothofr. Hechtio (262.) caſtigati, eſt error, ſed a Ludovico Juniore, Rege Germaniæ, Ludovici Pii filio, ac Lotharii germano. Hiſtoriam & cauſas unionis iſtius Rembertus (263.) verbis expoſuit ſeqventibus: *Dominus qvoqve, humilitatem ejus & patientiæ fortitudinem conſpiciens, qvia cor Regis in manu Domini eſt, clementiſſimi Domini & Senioris noſtri, Ludovici Regis, qvi poſt patrem ſuum hujus regni gubernacula ſuſcepit, ad hoc animum incitavit, ut qværere inciperet, unde ei* (Ansgario) *ſolatium ſubſiſtendi facere poſſet, qvo Legationis ſuæ mandatum perficeret. Et qvia in hac provincia cellam nullam huic legationi habebat congruam: erat autem ibi juxta Epiſcopatus Bremenſis Eccleſiæ, tunc deſolatus Paſtore, illum ei dare diſpoſuit. Unde, in publico conventu Epiſcoporum, cæterorumqve fidelium ſuorum, tractare cum eis coepit, utrum hoc ei facere canonica auctoritate liceret. Dominus enim & Paſtor noſter, hoc ſibi periculoſum eſſe aliqvo modo formidans, &, ne a qvibuslibet nævo cupiditatis reprehenderetur, caute prævidens, non facile huic diſpoſitioni aſſentiebat. Jubente itaqve Rege, hæc eadem res in Concilio Epiſcoporum ventilata eſt. Qvi multis præcedentibus exemplis probaverunt, bene poſſe fieri, ut, qvia Dioeceſis illa* (*Hamburgenſis*), *ad qvam ordinatus fuerat ipſe, admodum parva erat; nam non niſi qvatuor baptiſmales habebat eccleſias, & hæc ipſa multotiens jam barbarorum incurſionibus devaſtata, ei cauſa ſolatii adjungeretur. Verum, ne in aliqvo ſcrupulum Ferdenſis pateretur Epiſcopus, qvod etiam partem, de ſuo Epiſcopatu ultra Albiam ſumptam, ipſe cum Bremenſi tota ſimul parochiam retineret, ſtatuerunt, ut, ſicut tempore Domini Ludovici Imperatoris primo fuerant, Epiſcopatus ipſe & Bremenſis ſcilicet & Ferdenſis reſtituerentur, & ipſe teneret Bremenſem. Ex qva major pars Dioeceſis ſuæ ſumpta fuerat, qvæ etiam tunc Paſtoris erat præſentia deſolata. Qvo decreto ita ab Epiſcopis conſtituto, ipſe, jubente Rege, Bremenſem ſuſcepit dioeceſim gubernandam. Porro partem Parochiæ, qvæ ultra Albiam ad ſe pertinere debebat, Waldgarius recepit, tunc Ferdenſis Epiſcopus. Qvod cum ita aliqvamdiu eſſet, iterum diligentius ipſa re in alio Concilio Epiſcoporum ventilata, viſum eſt eis bonum non eſſe, ut ſedes, ad qvam ille ordinatus fuerat, ab alio*

(237.) *in Theatro vir. illuſtr. Corbejæ Saxonicæ, c. 2., p. 19. 20.* (238.) *p. 253. edit. Lindebrog.* (239.) e *Lib. I. c. 23.* (240.) *in Chronico, ad A. 841.* (241.) L. *I Metrop c. 34. & 35.* Conf. qvæ de Ramſola, Ansgarii hoſpitio, ab eodem Krantzio L. *I. Metrop. c. 30.*, L. *III. c. 48.*, & L. *II. Saxoniæ c. 20.*, ſunt relata. (242.) *c. 4., p. 71. edit. Lindebr.* (243.) *P. I. Chronici Danici p. 27.* (244.) *in Origg. Hamburg. p. 8.* (245.) *in Hiſtoria Bardovici, c. 1., §. 27-30., p. 18-24.* (246.) L. *I. H. E. Sveo-Goth., c. 14., p. 41. & ſqq.* (247.) *cap. 32. editionis ſecundæ anni 1624. Hildeſienſis.* (248.) V. P. Lambecii *Chronologiam Libri I. Rer. Hamburg., ad A. 862., p. m. 114.* (249.) *p. 146. 147. 148. edit. Francof. Lindebrogianæ, & p. 128. 129. edit. Hamb. Fabricianæ.* (250.) *p. 131-138. edit. primæ, & p. 37. 38. edit. ſec. Fabricianæ.* (251.) *p. 189-193.* (252.) *c. 16. 17. & 18.* (253.) *c. 38. & 43.* (254.) *in Viti Aqvilonia p. 11 12.* (255.) *L. I. H. E. Sveo-Goth., c. 11., p. 28-32.* (256.) V. Ad. Brem. *L. 1. c. 23.* (257.) V. Rembertum *c. 30.*, & Gvaldonem *c. 91. ac 92.* (258.) *Dec. VI. Scriptorum Friſiorum, n. 7.* (259.) *T. I. Appar. ſacri p. 92.* (260.) *in Chronico Corbej. c. 8. edit. primæ A. 1585.* (261.) *in Chronico Hirsaugienſi, ad A. 853., p. 12.* (262.) *in Germania ſacra & literata, P. II., Lib. 3., c. 4., p. 127.* (263.) *cap. 19.*

Epiſcopo teneretur. Nam Hammaburg tunc in partem ceſſerat Waldgarii. Poteſtatem qvidem Regis eſſe dicentes, ut Dioeceſim parvam & admodum captivatam augeret, locum tamen ad Archiepiſcopalem dignitatem auctoritate Apoſtolica firmatum nullatenus immutandum. Unanimi ergo conſenſu, cum voluntate prædicti Regis piiſſimi Ludovici, Epiſcopi, ibi conſtituti, cenſuerunt, ut ſedem, ad qvam conſecratus fuerat Pater noſter Anscharius, reciperet, &, ſi qvid ultra Albiam ex Ferdenſi ipſe retineret Dioeceſi, ex Bremenſis Eccleſiæ Parochia illius ſedis reſtitueret Epiſcopo. Qvod ita, & regio juſſu, & ſynodali Epiſcoporum decreto, ipſius qvoqve Waldgarii, memorati Ferdenſis Epiſcopi, voluntate, ſtatutum eſt. Brevius hæc, multis omiſſis, ſed qvibusdam tamen de unionis tempore, ex archivo Eccleſiæ Bremenſis additis, Adamus narravit Bremenſis (264.), ita ſcribens: *Tunc Luthewicus Pius, Cæſar inclytus* (ſive potius Ludovicus Junior, Rex Germaniæ, cui parentis agnomen, titulusqve Cæſareus, minus accurate hic tribuuntur), *Hammaburgenſis Eccleſiæ deſolationem miſeratus, venerabili Ansgario contulit Bremenſem Epiſcopatum. At ille, qvamvis Canonum non ignoraret decreta, qvibus cautum eſt, ut Epiſcopus, qvi a ſua civitate perſeqvutionem paſſus expellitur, in alia vacante recipiatur, tamen, ne pro invidia cæteri ſcandalizarentur, Cæſari ſuper hac re diu reſtitit. Poſtremo, ſi abſqve fratrum qverela fieri poſſet, tunc ſolummodo concederet. In Vita noſtri Antiſtitis hæc pleniſſime deſcribuntur. Obſcure vero notatur tempus, qvod Liber donationum ſignificat apertius: Anno ſcilicet Luthewici II. nono Dominum Ansgarium ab Aldrico Clerico & Comite Reginbaldo, Legatis Cæſaris, ductum in Epiſcopatum. Scriptum libro tertio, capitulo XX. Sed & in Vita ejus hæc: Multum, inqvit, temporis fluxit, ex qvo beatus Ansgarius Bremenſem Epiſcopatum ſuſcepit, anteqvam hoc a Papa Nicolao firmaretur. Sanctus itaqve Ansgarius, receptus Bremis, annos XIIX. ſedit. Nam antea in Hammaburgenſi cathedra præfuit annis XVI., qvi fiunt ſimul XXXIV.* Gemina his, de unione Eccleſiarum Hamburgenſis & Bremenſis, in gratiam Ansgarii exulis, a Ludovico decreta, ex antiqvioribus tradidere, non ſolum Gvaldo, Remberti Metaphraſtes (265.), & Albertus Stadenſis (266.), Autor *Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſium* incertus (noſtrum ad Epiſcopatum Bremenſem Canonicorum qvoqve Bremenſium evectum eſſe perhibens conſenſu) (267.), ac Alb. Krantzius (Adami circa Ludovici junioris agnomen titulumqve errorem dextre refutans) (268.), qvi verba Adami αὐτολέξει ferme deſcribunt, ſed & Helmoldus (269.), Scriptorqve *Chronici Slavici prioris* ἀδεσπότου, a Lindebrogio editus (270.). Qvos, e recentioribus, Joh. Petræus (271.), Har. Huitfeldius (272.), Cæs. Baronius (273.), Joh. Ad. Cypræus (274.), Caſp. Dancwerthius (275.), Pet. Lambecius (276.), Chriſt. Franc. Paulinus (277.), Cl. Arrhenius (278.), aliiqve, viciſſim ſunt ſecuti. Circa annum tamen unionis iſtius, cujus apud Rembertum nulla occurrit mentio, pleriqve horum valde diſſentiunt. Baronius, qvi ad A. C. 858., & Arrhenius, qvi modo (*in Breviario Vitæ Ansgarii*) ad A. 860., modo (*loco Hiſtoriæ eccleſiaſticæ Sveo-Gothicæ citato*) ad A. 861., eam retulit, in manifeſto verſantur errore, cum illa A. jam 858. a Nicolao I. Pontifice ſit confirmata, Adamus autem Bremenſis, Albertus Stadenſis & Krantzius (279.), *multum temporis, ex qvo Ansgarius Bremenſem Epiſcopatum ſuſcepit, anteqvam hoc a Papa Nicolao firmaretur, fluxiſſe,* perhibeant, Rembertusqve ipſe (280.) idem verbis confirmet diſertis. Pro anno 845. militant Albertus Stadenſis (ſibi ipſi, dum paulo poſt annum Ludovici ſecundi ſive junioris nonum, & decimum octavum ante mortem Ansgarii, cum Adamo, ſubſtituit, contradicens) & Autor *Annalium Corbejenſium*, in C. F. Paulini *Rerum Germanicarum Syntagmate* publicatorum, Anonymus (281.); pro anno 846. Har. Huitfeldius; pro anno 849. Joh. Petræus & Dav. Chytræus (282.), pro anno autem 848. Caſp. Dancwerthius & Joh. Svaningius (283.). Qvorum ſententia, præ cæteris, videtur probabilis, cum A. C. 848. idem ferme ſit cum nono Imperii in Germanos Ludovici junioris, & decimo octavo ante obitum Ansgarii, per Adamum Bremenſem, cujus verba paulo ante recitavimus, &, qvi hunc ſeqvuntur, Scriptorem *Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſium* atqve Alb. Krantzium, indicato.

§. XX.

Eo, qvo unio hæc Eccleſiarum Hamburgenſis & Bremenſis decernebatur, tempore, in Archiepiſcopi, qvi Bremenſem ſuis, qvas vocant, annumerarat ſuffraganeis, Colonienſis defuncti locum nemo adhuc erat ſuffectus, qvi vero illi poſtea ſubrogabatur, Guntharius, ab Ansgario hac de re edoctus, unioni acerrime refragabatur, Bremenſemqve Epiſcopatum, ſine Præſulum Colonienſium, qvibus hactenus ſubjectus fuerat, conſenſu, ab eorum metropoli non potuiſſe ſeparari, Hamburgenſiqve adjungi, contendebat. Ad litem hanc ſopiendam Conventus Ordinum Imperii Wormatiæ eſt habitus, & in iſto Guntharius Lotharii Imperatoris, Ludovici, Regis Germanici, Epiſcoporumqve plurimorum, una cum Ansgario præſentium, ac unionem denuo approbantium, interceſſione, ægre cum Suffraganeis ipſius perſvaſus cæteris, ut, ſe qvoqve eandem, ſi confirmatio accederet Pontificia, cum univerſis diœceſeos ſuæ metropolitanæ Antiſtitibus, ratam eſſe habiturum, promitteret. Romam igitur a Ludovico juniore Salomon, Epiſcopus Conſtantienſis, &, qvem huic Ansgarius, cum ipſe illuc proficiſci non poſſet, comitem adjunxit, Nordfridus Presbyter, ut confirmationem iſtam impetrarent, mox ablegabantur. Qvi, a Nicolao I., Pontifice, benigne excepti, auditi, votiqve ſui compotes redditi, diploma hujus, M. Majo anni non 864. (uti Arrhenius temere contendit), ſed 858. (pro qvo Adamus Bremenſis, Albertus Stadenſis, Lambecius, aliiqve militant), ſcriptum & promulgatum, ſecum reportarunt. In illo Nicolaus non ſolum Ansgario, & ſucceſſoribus, Archiepiſcopatum Hamburgenſem, Legatiqve in Sveonum, Danorum ac Slavorum, gentibus, cæterisqve regionibus arctois, Apoſtolici dignitatem, una cum pallio Archiepiſcopali, denuo, Gregorii IV., prædeceſſoris, exemplo, contulit, ſed & Eccleſiarum Hamburgenſis atqve Bremenſis, illi ſubjiciendæ, ac Verdenſi huic ante ablata reddituræ, unionem, velut juſtam, neceſſariam, ac ad religionis Chriſtianæ incrementa in Septentrione promovenda utiliſſimam, ſolenniter, adjecto contra ei adverſaturos anathemate, confirmavit, Præſulibusqve Colonienſibus, ne ullam in diœceſin Bremenſem poſthac ſibi vindicarent poteſtatem, interdixit. Subjungitur tandem adhortatio ad Ansgarium, in qva &, qvomodo Eccleſiæ ſuæ recte præeſſe debeat, edocetur, & *a fide & decretis Sanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ in nullo penitus,* jubetur, *declinare, ſi ſecus faciat, beneficiis his* Pontificiis, *ſibi collatis, cariturus.* Diploma hoc Nicolai integrum exhibetur in Alb. Krantzii *Metropoli* (284.), Phil. Cæſaris *Triapoſtolatu Septentrionis* (285.), Pet. Lambecii *Chronologia Libri I. Rerum Hamburgenſium, ſecundo ſubjuncta* (286.), Joh. Bollandi *Actis Sanctorum Menſis Februarii* (287.), & J. J. Maderi *Sylloge Diplomatum,* ſuæ Adami Bremenſis editioni adjecta (288.). Partem illius maximam ipſe qvoqve Rembertus, *capite XX. Vitæ Ansgarii,* ſuæ inſeruit narrationi de hujus cum Gunthario Colonienſi controverſia, Pontificiaqve Eccleſiarum Hamburgenſis

(264.) *Lib. I. H. E c. 24. & 25.* (265.) *cap. 45.* (266.) *in Chronico, ad A. 845.* (267.) *c 4., p. 70. edit. Lindebr.* (268.) *L. I. Metrop. c. 36, & L. II. Saxoniæ c. 29.* (269.) *L. I. Chron. Slav, c. 5., p. m. 19.* (270.) *c. 5., p. 190.* (271.) *P. I. Chron. Holſat. p 7.* (272.) *P. I. Chron. Dan p 28* (273.) *T. X. Annal. Eccl., ad A. 858., n. 13. 14., p. 149. 150.* (274.) *in Annal. Epiſcc. Sleſv., L. I., c. 3., p. 21-25.* (275.) *P. III. Chorogr. Cimbr., c. 13., p. 264.* (276.) *in Origg. Hamburg. p. 8. 9.* (277.) *in Theatro Vir. illuſtr. Corbejæ. Saxonicæ, c. 2., p. 20.* (278.) *in Breviario vitæ Ansgarii, ad A. 860., & L. I. H. E. Sveo-Goth., c 14, p. 41-45.* (279.) *ll. cc.* (280.) *c. 20.* (281.) *ad A. 845., p. 371.* (282.) *P. I. Chron. Sax. p. 96.* (283.) *in Chronol. Danica p. 63.* (284.) *Lib. I., c. 38. & 39.* (285.) *p. 182-188.* (286.) *p. 378-388. edit primæ, & p. 112. 113. 114. edit. ſecundæ Fabricianæ.* (287.) *Tomo I., p. 406.*, teſte J. Alb. Fabricio *Vol. II, Memor. Hamburg. p. 771.* (288.) *p. 194-199.*

burgenſis & Bremenſis conjunctione. De qvibus etiam, e Veteribus, Gvaldo (289.), Adamus Bremenſis (290.), Albertus Stadenſis (291.), Scriptores incerti *Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſium* (292.) ac *Chronici Slavici poſterioris* (293.), atqve Alb. Krantzius (294.), e recentioribus verò Cæſ. Baronius (295.), Joh. Ad. Cypræus (296.), Joh. Conr. Dietericus (297.), Pet. Lambecius (298.), Chr. Franc. Paulinus (299.), Cl. Arrhenius (300.), pluresqve alii, poſſunt conferri.

§. XXI.

Anteqvam confirmatio iſta unionis diœceſium Hamburgenſis & Bremenſis a Nicolao Pontifice impetraretur, Ansgarius utriqve per luſtra jam aliqvot præfuerat, &, Legationis ſuæ ad populos boreales memor Evangelicæ, ad Danos pariter atqve Svecos, ut cœtus Chriſtianorum novellos, Regum Ethnicorum diſſipatos perſecutionibus, denuo colligeret atqve inſtauraret, iterum excurrerat. Iter ſecundum in Daniam apoſtolicum, non A. 826. (qvo primum ſuſcipiebat), uti ab Henr. Bangerto perperam traditur (301.), ſed A. 847., juxta Joh. Ad. Cypræi (302.) & Thormodi Torfæi (303.), vel ſeqventi 848., juxta Andr. Severini Velleji (304.) ac Magni Matthiæ (305.) ſententiam, imperante Erico I., Haraldi (qvem antea noſter, in regnum hoc redeuntem, comitatus erat) germano, Moguntiæ qvidem olim cum fratre baptizato, ſed ad idololátriam relapſo paganam, ſive (ſi Torfæo ſoli (306.) fides tuto poteſt haberi) Erico alio, iſti cognomine ac coævo, eſt ingreſſus. Qvo ſucceſſu, Rege hoc ſibi conciliato, religionem tunc Chriſtianam, in Dania pariter atqve Cimbria, propagaverit, Rembertus (307.) fuſe verbis expoſuit ſeqventibus: *Suſcepta Bremenſi parochia, iterum ſpiritu cœpit fervere intimo, qvia jam tunc qvid daret habebat, ſi qvid poſſet, in partibus Danorum, pro Chriſti elaborare nomine. Unde freqventius Oricum adire, qvi tunc ſolus monarchiam regni tenebat Danorum, & muneribus eum, ac qvibuscunqve poterat obſeqviis, conciliare, ſtuduit, ut ſua licentia prædicationis officio in regno ejus frui valeret. Aliqvoties namqve regia etiam legatione* (Ludovici junioris, Regis Germaniæ) *ad eum mittebatur, &, qvæ ad fœdera pacis, & utriusqve regni utilitatem, pertinebant, ſtrenue & fideliter peragebat. Qva de re cognita fide & bonitate ſancti Viri, prædictus Oricus Rex multo eum affectu cœpit venerari, & libenter ejus conſilio uti, ac familiariſſimum in omnibus, ita ut etiam inter ſecreta ſua, dum de negotiis regni cum Conſiliariis ſuis tractaret, ipſi liceret intereſſe. Ea qvoqve, qvæ inter populum hujus terræ, videlicet Saxonum, ac regnum ipſius, cauſa fœderis debebant conſtitui, non aliter ſine fide illius volebat firmari, hoc ſibi dicens omnino fidiſſimum eſſe, qvod ille ei & laudaſſet & ſpopondiſſet. Hac itaque familiaritate potitus cœpit etiam illi perſvadere, ut fieret Chriſtianus. Ille qvoqve omnia, qvæ ei ex divina intimabat Scriptura, benigne audiebat, & bona prorſus ac vere ſalutaria eſſe laudabat, ſeqve his plurimum delectari, ac libenter Chriſti velle gratiam promereri. Cui, poſt talia vota, Pater ſanctiſſimus patenter ſuggerere cœpit, ut Chriſto Domino hanc concederet benevolentiam, qvod ei gratiſſimum foret, ut in regno ſuo Eccleſiam fieri permitteret, ubi ſacerdos omni tempore præſens adeſſet, & verbi divini ſemina, ac baptiſmi gratiam, qvibusqve ſuſcipere volentibus traderet. Qvod ille benigniſſimo conceſſit affectu, & in portu qvodam regni ſui, ad hoc aptiſſimo, & huic regioni proximo, Sclaſwich vocato* (i. e. urbe Sleſvicenſi), *ubi ex omni parte conventus fiebat negotiatorum, Eccleſiam illi fabricare permiſit, tribuens locum, in qvo Presbyter maneret: data pariter licentia, ut qvicunqve vellet in regno ſuo fieret Chriſtianus. Hac ergo Dominus Epiſcopus noſter accepta licentia, ſtatim, qvod diu deſideraverat, perfecit. Et, conſtituta ibi Eccleſia in honore ſanctæ genitricis Dei Mariæ, & conſtituto ibi Presbytero, gratia Dei in eodem loco fructuoſius creſcere cœpit. Multi namqve ibi antea erant Chriſtiani, qvi vel in Dorſtado, vel in Hammaburg, baptizati fuerant, qvorum qvidam primores ipſius vici habebantur, & gaudebant ſibi facultatem datam Chriſtianitatem ſuam obſervandi. Qvorum exemplo multi qvoqve alii, & viri & fæminæ, relicta ſuperſtitioſa idolorum cultura, ad fidem Domini converſi baptizabantur. Factumqve eſt gaudium magnum in ipſo loco, ita ut etiam gentis hujus homines, absqve ullo pavore, qvod antea non licebat, & negotiatores, tam hinc, qvam ex Dorſtado, vicum ipſum libere expeterent, & hac occaſione facultas totius boni inibi exuberaret. - - Multi qvoqve apud eos, infirmitatibus detenti, cum ſe fruſtra idolis pro ſalute ſua ſacrificaſſe viderent, & a propinqvis ſuis deſperarentur, ad Domini miſericordiam confugientes, Chriſtianos fieri ſe devovebant. Cumqve, accito Sacerdote, baptiſmi gratiam percepiſſent, ſtatim incolumes divina largitate fiebant. Sicqve crevit in eodem loco Dei miſeratio, & ad fidem Domini populi converſa eſt multitudo.* Eadem, præter Gvaldonem (308.), de ſecundo hoc Ansgarii itinere Danico, & in iſto, tum alibi, tum Sleſvici, actis, e vetuſtioribus, breviori licet narratione, tradiderunt Adamus Bremenſis (309.), Helmoldus (310.), Albertus Stadenſis (311.), Scriptores incerti *Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſium* (312.) *Chroniciqve Slavici prioris* (313.), & Alb. Krantzius (314.), ac, e recentioribus, Har. Huitfeldius (315.), Joh. Ad. Cypræus (316.), Steph. Joh. Stephanius (317.), Pet. Lambecius (318.), Ant. Heimreichius (319.), Chr. Franc. Paulinus (320.), Thorm. Torfæus (321.), Cl. Arrhenius (322.), Trog. Arnkielius (323.), aliiqve, repetierunt. E qvibus, ipſum Regem Ericum ab Ansgario iterum eſſe converſum, Adamus Bremenſis, Albertus Stadenſis, Krantzius, Lambecius, Paulinus & Arrhenius, Remberto, qvamvis obſcurius, conſentiente, teſtantur, baptizatum autem ab eodem fuiſſe ſolus *Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſium* ſcriptor affirmat. In templo, Chriſtianorum totius Septentrionis omnium antiqviſſimo, Heidebyæ ſive Sleſvici, ad portum Sliæ maritimum, a ſe condito, qvod Haddebyenſe jam vocatur, & a vicinis urbi freqventatur agricolis, Mariæqve primum virgini, uti Rembertus refert, conſecratum, ævo deinde ſeqviori, teſtibus Krantzio, Joh. Vaſtovio (324.), Cypræo, Lambecio & Heimreichio, Ansgario ipſo gaudere cœpit patrono, & ab ejus appellari nomine, ipſemet publicis etiam Danos ac Cimbros docuiſſe concionibus, ſacraqve peregiſſe, in vicino autem Slia proſelytos baptizaſſe, a Krantzio (325.), Cypræo & Heimreichio (326.), perhibetur. In ſecundo hoc itinere, illum, Danico, iſtud, Erici I. permiſſu atqve auſpiciis, primum extruxiſſe Veteres pleriqve, Rembertus ſcilicet, Gvaldo, Adamus Bremenſis, Albertus Stadenſis, Autor *Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſium*, Helmoldus (Templi Ripenſis ſtructuram ad eadem tempora perperam referens), *Chronico-*

rum

(292.) *c. 4., p. 70.* (293.) *ad A. 844., p. 253.* (290.) L. I. *Hiſt. Eccl. c. 27.* (291.) *in Chronico, ad A. 858.*
(289.) *c. 46-49.* (295.) *loco num. 273. citato.* (296.) *loco num. 274. allegato.* (297.) *in Breviario Pontificum Romanorum p. 15?.*
(294.) *L. I. Metrop., c. 36-30.* (299.) *loco num. 277. citato.* (300. *in Breviario Vitæ Ansgarii, ad A. 860. & 96?.*,
(298.) *in Origg. Hamburg. p. 9.* (301.) *in Summariis, Capiti V. Libri I. Chronici Slavorum Helmoldini præmiſſis,*
ac L. *I. H. E. Sveo-Goth., c. 14., p. 41-45., c. 23., p. 77-81.* (303.) *in Serie Dynaſtarum ac Regum Daniæ,* L. 3., *c. 15., p. 4?7.*
p. 19. (302.) *in Annal. Epiſcc. Sleſvic.*, L. I., *c. 3., p. 18. 19. 20.* (305.) *in Serie Epiſcoporum Lundenſium p. 5.* (306.) *l. c., L. 3. c. 15., p. 41?-4?0.*
(304.) *in Obſerv ad Adami Brem. L. I. c. 25.* (310.) *L. I. Chron. Slav. c. 5., p. 20.* (311.) *in Chronico, ad A. 845.*
(307.) *cap. 21.* (308.) *c. 50. & 51.* (309.) *Lib. I. H. E. c. 25.* (315.) *P. I. Chronici Danici p. 28.* (316.) *loco num. 302.*
(312.) *c. 4., p. 70.* (313.) *c. 5., p. 100.* (314.) *L. I. Metrop. c. 36. & 37.* (318.) *in Notis ad Remberti Vitæ Ansgarii c. 21., p. m.*
citato. (317.) *in Notis ad Saxonis Grammatici Lib 9. Hiſtor. Dan. p. 193. 194.* (321.) *loco n. 303.*
114. (319.) *Lib. I. Hiſt. Eccl. Sleſvic. vernaculæ, c. 2., p. 22.* (320.) *in Theatro Vir. illuſtr. Corb. Sax., c. 2., p 20.* (323.) in der Cimbriſchen Heiden-Bekehrung, *Lib. IV., c. 4.,*
& 306. citato. (322.) *L. I. Hiſt. Eccl. Sveo-Goth., c. 15., p. 45. 46.* (326.) *ll. cc.*
p. 175-180. (324.) *in Viti Aqvilonia p. 6.* (325.) *L. 4. Daniæ c. 13.*

rum Slavicorum ἀδεσπότων, tam *prioris* (Helmoldi de templo Ripenſi errorem ſuum itidem facientis), qvam poſterioris (ad A. 844. conſulendi), ſcriptores, Albertusqve Krantzius, cum Huitfeldio, ac recentioribus qvibusdam aliis, uno ore affirmant (327.). Qvatuor tamen circiter luſtris id fuiſſe antiqvius, & in primo jam noſtri itinere Danico, juſſu Haraldi, fratris ac prædeceſſoris Erici I., eſſe erectum, tradunt Saxo Grammaticus (328.), Haraldum, narrans, *in territorio Sleſvicenſi, dicandam Deo ædem ſolicita molitum eſſe impenſa*, & Ericus X. ſeu Pomeranus, Rex Danicus, *in Hiſtoria gentis Danorum* (329.) ita ſcribens: *A. D. 826. baptizatus prædictus Rex Haraldus apud Moguntiam, cum uxore & fratre ſuo Erico; & per auxilium Imperatoris in regnum reſtitutus eſt, moxqve Chriſtianitatem reliqvit. A. D. 828. Sanctus Anscharius, veniens ad Daciam, renovavit prædictum Regem Haraldum ad Chriſtianitatem, & Eccleſiam in Hadeboth* (ſive *Heideby*, uti in aliis rectius legitur editionibus) *conſtruere fecit. Poſt qvem regnavit Ericus, frater ejus. Iſte mox, ut regnum accepit, Eccleſias claudi juſſit, &c.* Hos, e recentioribus ſeqvuntur, præter Nicol. Heldvaderum (330.) & Caſp. Danewerthium (ad A. 827. templi Haddebyenſis referentem ſtructuram) (331.), cum Joh. Ad. Cypræus (fuſius ea de re in utramqve partem diſputans) (332.) & Ant. Heimreichius (333.), qvi fundamenta templi tantum A. 827. ab Haraldo eſſe jacta, totum vero ædificium ab Erico I. abſolutum, credunt, tum Joh. Svaningius (334.), Pet. Lambecius, Chr. Franc. Paulinus (335.) ac Cl. Arrhenius (336.), juxta qvorum ſententiam idem A. 827. ab Haraldo eſt extructum, paulo poſt a Regnero Lodbrogio deſtructum ac ſolo æqvatum, ab Erico I. autem A. 847. vel 848. denuo conditum ſive inſtauratum.

§. XXII.

E Dania noſter in Sveciam (qvam, poſt impetratam Eccleſiæ Bremenſis cum Hamburgenſi unionem, haud amplius adiiſſe a Joh. Magno, per ipſum caſtigato Arrhenium (337.), falſo traditur) conſtituit pergere, & Eccleſiam regni hujus, ſacerdotibus tunc deſtitutam ordinariis, Erici I., Danorum Regis, qvod facile exorabat, auxilio, ſecundo pariter ſimulqve ultimo itinere inviſere apoſtolico. Qvod perperam ab Henr. Bangerto (338.) ad A. 827., ab Erico Olai (339.) ad A. 845., ab Alberto Stadenſi (340.) & Joh. Meſſenio (341.) ad A. 858., ab Arnoldo Mermanno (342.) ad A. 859., & a Cl. Arrhenio modo (343.) ad A. 861., modo (344.) ad A. 862., rectius autem a Trog. Arnkielio (345.) ad A. 848., & ab aliis ad ſeqventem 849., refertur. Hiſtoria illius fuſe, ſoluta oratione, a Remberto (346.) ligata autem a Gvaldone, hujus Metaphraſta (347.), brevius vero, Remberti ductu, ab Adamo Bremenſi (348.), Helmoldo (349.), Alberto Stadenſi (350.), *Chronici Slavici prioris ἀδεσπότου* Autore (351.), Alb. Krantzio (352.) Joh. Vaſtovio (353.), Joh. Loccenio (354.) Joh. Meſſenio, Cl. Arrhenio & Trog. Arnkielio (355.), eſt expoſita. Nos Rembertinam narrationem in compendium itidem, cum tota, ob prolixitatem, exhiberi non poſſit, contrahemus. Ad iter hoc ſuſcipiendum Ansgarius Gaudbertum initio hortabatur, cœtuum Sveciæ Chriſtianorum Epiſcopum (uti §. 13. ac 17. narravimus) olim a ſe conſtitutum, ſed tumultu populari regno iſto ejectum. Is, reditum in illud periculoſum ſibi fore prætexens, Ansgario ipſi, primum ſacra hac legatione functo, humaniusqve a Svecis excepto, ut iterum illuc abiret, autor fuit, &, cum, ſe Eribertum, nepotem ſuum, ipſi comitem, ut apud Sveonas diutius commoraretur, ſacerdotemqve ageret, eſſe adjuncturum, promiſiſſet, facile perſvaſit. Itineri igitur, cum ambo cauſas illius Ludovico juniori, Germaniæ Regi, expoſuiſſent ac probaſſent, noſter, Legati ad Svecorum Regem ab hoc ornatus titulo, mandatis ejus acceptis, ſe cum Erimberto (qvem Vaſtovius & Meſſenius, *Rembertum* perperam vocando, a Remberto, noſtri ſucceſſore, haud videntur diſtingvere, Svecicus autem Vitæ Ansgarii Rembertinæ Interpres, Ansgarii eum nepotem fuiſſe falſo tradens, dum *Heribertum* appellat, cum Herberto, Epiſcopo in Gothia primo Lincopienſi, confundendi multis, teſte Arrhenio (356.), præbuit occaſionem) mox ſerio accingebat. Qvod eo majori accelerabat ſtudio, qvod divino ſe illud aggredi crederet mandato, in viſione qvippe, de profectione hac ſollicito oblata, ab Adalardo, ſuo qvondam in Corbejæ utriusqve cœtibus monaſticis Abbate, Prophetæ dignitate poſt obitum potito, gentes inſulares ac remotiſſimas adire ſalutisqve participes reddere, verbis juſſum Eſaianis, Libri Vatis hujus ſacri capite XLIX. (v. 1. 2. 3. 5. 6. 7.) obviis. Ex aula Danica abituro Ericus I. non Legatum tantum ſuum ad Olaum Trätelgiam, Svecorum tunc Monarcham, adjunxit comitem, ſed literas etiam ad eundem dedit ſyſtaticas, in qvibus, Remberto teſte, verbis commendabatur ſeqventibus: *Servum Dei, qvi, ex parte Regis Ludovici miſſus, fines regni ejus peteret, ſibi per omnia cognitum eſſe, ac ſe in vita ſua nunqvam tam bonum vidiſſe hominem, nec in qvolibet mortalium aliqvando tantam fidem inveniſſe: Ideoqve, cognita ejus ſanctiſſima bonitate, omnia, quæ ille, in regno ſuo, cauſa Chriſtianæ religionis, diſponere vellet, ſe ei conceſſiſſe; ipſumqve petere; ut ſimiliter & in regno ſuo ei permitteret culturam Chriſtianitatis, qvam optabat ſtatuere, qva ipſe nihil aliud, qvam qvod bonum & rectum foret, vellet perficere.* Literis hiſce Legatoqve Erici I., Monarchæ Danici, ſtipatus Ansgarius, qvi duplici etiam ipſe ſimul ejusdem ac Ludovici, Regis Germanici, ex Arrhenii ſententia, fungebatur legatione, viginti dierum ſpatio Bircam, Svecorum metropolin, trajecit, & Olaum Regem populumqve idololatriæ majori, qvam ante, Zelo vacare comperit. Pſevdopropheta enim qvidam, a Dæmone, adventum Ansgarii præſciente, Remberto judice, inſtigatus, Deorumqve patriæ ſe interfuiſſe jactans conventui, eo ipſo tempore Bircam advenerat, & Regi ſubditisqve, ob negligentiam in cultu idololatrico, Deiqve peregrini (Chriſti ſcilicet) amorem, objurgatis, iram horum, poenasqve, ni reſipiſcerent, graviſſimas, comminatus, Chriſti adoratione utrisqve interdixerat, ac contra, ut Ericum, ſuum qvondam Monarcham, velut in Deorum numerum communi iſtorum nuper receptum conſenſu, templo ei erecto, divinis afficerent honoribus, ſacrificiisq; placarent, perſuaſerat. Qvas, inter turbas cum Ansgarius eodem appuliſſet, Regi populoq; ſacra commendaturus Chriſtiana, amici, qvos illic inveniebat, priſtini, legationem ſacram hoc rerum ſtatu fruſtraneam fore perſvaſi, ne id faceret, ſed, ſi qvid haberet nummorum, vitæ redimendæ impenderet, hortari coeperunt. Ille contra, ſe nec tormenta, nec mortem, qvam idololatræ Chriſti minentur cultoribus, formidare, vitamq; ære haud redempturum, profeſſus, Regem Olaum, cui cauſa adventus ipſius a Legato jam expoſita erat Danico, ad epulas in ſuo invitatum hoſpitio, muneribus oblatis ita ſibi conciliabat, ut, lubenti ſe animo ſacerdotes ſacraq; Chriſtianorum, ſi Dii, ſortibus miſſis conſulendi, id permitterent, populiqve totius conſenſus, in negotiis hujusmodi neceſſarius, accederet, in regno ſuo toleraturum, imo, in comitiis cauſæ ipſius patrocinaturum, polliceretur. Reſponſo hoc dato, Ansgarius, cum precibus vacans ac jejuniis opem imploraſſet divinam, votorum ſe fore compotem, cum miſſæ, qvam vocant, intereſſet, revelatione cognovit coeleſti, Presbyteroqve,

(327.) *ll. cc.* (328.) *L. 9. Hiſt. Danicæ p. 175. edit. Steph.* (329.) *p. 266. edit. Lindebrogio-Fabricianæ.* (330.) *P. I. Sylvæ Chronologicæ circuli Balthici, c. 15., p. 73.* (331.) *P. II. Chorogr. Cimbr. c. 9., p. 117.* (332.) *loco num. 302. citato.* (333.) *loco n. 319. allegato, p. 20. 22.* (334.) *in Chronol. Dan. p. 63.* (335.) *ll. cc.* (336.) *L. I. H. E. Sveo-Goth., c. 6. & 15.* (337.) *ibid., c. 15. p. 47.* (338.) *loco num. 301. citato.* (339.) *L. I. Hiſtoriæ Svecorum & Gothorum p. 47.* (340.) *in Chronico, ad A. 858.* (341.) *in Chronico Epiſcoporum Sveciæ, c. 2, p. 8. 9.* (342.) *in Theatro converſionis gentium* (ed. Antwerpiæ A. 1572.) *p. 115.* (343.) *in Breviario Vitæ Ansgarii, ad A. 861.* (344.) *L. I. H. E. Sveo-Goth., c. 15. 16. 17. 18. & 19., p. 46-62.* (345.) in der Cimbriſchen Heiden-Bekehrung, *L. 6., c. 2., §. 4-11., p. 270-277., & §. 31, p. 286.* (346.) *cap. 22-26.* (347.) *cap. 52-62.* (348.) *L. I. Hiſt. Eccl. c. 26* (349.) *L. I. Chronici Slav. c. 5.* (350.) *l. c.* (351.) *c. 5. p. 192.* (352.) *L. I. Metrop. c. 37.* (353.) *in Viti Aqvilonia p. 6.* (354.) *Lib. 2. Hiſt. Svec. p. 48.* (355.) *locis modo citatis.* (356.) *in Breviario Vitæ Ansgarii, ad A. 861., & L. I. H. E. Sveo-Goth. c. 22.*

roqve, ſacra peragenti, confeſtim prædixit. Rex autem, poſt deliberationem cum Principibus, per ſortes, in campo more gentis miſſas, religionem Chriſtianam in regnum Sveciæ eſſe admittendam, edoctus, populum mox Bircam ad comitia convocavit. A qvo, diverſa qvidem primum ſentiente ac tumultuante, ſed Senis cujusdam, Chriſti in auxilio cultoribus ſuis præſtando potentiam palam deprædicare, populariumqve complurium, in periculis hanc expertorum, confirmare exemplis, haud veriti, oratione placato, idem eſt decretum, nec multo poſt in comitiis Gothorum, alteram regni partem incolentium, qvorum conſenſus itidem reqvirebatur, approbatum. Rex utrobiqve geſta Ansgario, ad ſe vocato, retulit, &, conceſſa ſubditis omnibus religionem Chriſtianam impune amplectendi poteſtate, templa extrui, ſacerdotes his præfici, & ſacra per hos publice celebrari, permiſit. Ansgarius vero, cum Erimbertum Presbyterum, comitem ſuum, domo illi empta, templi Bircenſis conſtituiſſet Antiſtitem, ac Regi, patrocinium ſuum ei pariter atqve Chriſtianis reliqvis benigne pollicito, commendaſſet, in diœceſin ſuam remigravit Hamburgo-Bremenſem. Poſt cujus diſceſſum, non autem (uti Arrhenius credit) illo in Svecia adhuc commorante, Olaus Rex, copiæqve ejus militares, gentem Curlandorum rebellem, expeditione primum difficili, ſed tandem, cum auxilium, per Deos ſibi denegatum patrios, a Chriſto exoraſſent atqve obtinuiſſent, feliciſſima, a Remberto (357.) & Gvaldone (358.) fuſe deſcripta, ſub ſuam iterum redigere poteſtatem, iſtiusqve beneficii occaſione, numero fidelium valde aucto, Erimbertus, omnium jam gaudens favore, majori cum libertate ſacro fungi potuit officio. Regem Sveciæ ab Ansgario qvoqve converſum & baptizatum eſſe refert, e vetuſtioribus, ſolus Autor incertus *Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſium* (359.). Olaum hunc fuiſſe Trätelgiam, cujus aliqvoties jam facta eſt mentio, tradunt Joh. Petræus, nomen illum in baptiſmo mutaſſe priſtinum, novumqve Jacobi adſciviſſe, narrans (360.), & Lucas Oſiander (361.), ſed contradicente, qvi Oſiandrum refutavit, Joh. Baazio (362.). Qvi non ſolum, Olaum, Svecorum Regem, μετωνομασίᾳ iſta ſacra delectatum, alium fuiſſe oſtendit, a Trätelgia diverſum, longeqve juniorem, Olaum Skatkonung ſcilicet, a Sigfrido, Præſule Eboracenſi, circa Seculorum X. & XI. confinia, demum baptizatum, ſed &, ab aliis Hiſtoriæ Svedicæ diſſentiens Scriptoribus, Trätelgiam, 50. annis poſt mortem Ansgarii jam elapſis, regnaſſe, &, *bello Danorum preſſum continuo, nec religionem, nec baptiſmum curaſſe*, audacter affirmat. Certum contra eſſe contendit, Biornonem III., qvi Sveciæ cum primo hanc Ansgarius (circa A. 828.) adiret itinere, imperabat, ab illo eſſe baptizatum. Nos de utriusqve, & Biornonis, & Olai, dubitamus baptiſmo, Remberto qvippe, Adamo Bremenſi, cæterisqve antiqvioribus, ignoto. Monendum tandem eſt, præeunte Cl. Arrhenio (363.), Ansgarium falſo a nonnullis Svecorum Gothorumqve appellari Apoſtolum. Gothiam enim, hoc obſervante, & ipſe, & qvotqvot ab eo ſunt miſſi, nunqvam adierunt, in Svecia autem Bircæ ſolum, ſede regni, ac in locis vicinis, hæſerunt, aliorſum vero non ſunt profecti, imo ne Upſaliam qvidem, præcipuam idololatriæ ſedem, uti e ſilentio Remberti colligi poteſt, venerunt. Explodi proinde merentur Commenta fabuloſa tum Henr. Woltheri (364.), qvi templum Upſaliæ ab Ansgario eſſe conditum credidit, tum Joh. Magni, a Joh. Meſſenio populari (365.) ſolide jam refutati, a qvo noſter, *in Hiſtoria metropolitana Eccleſiæ Upſalienſis*, primus hujus fuiſſe Epiſcopus, & Georg. Fournieri (366.), a qvo Runas, literas Svecorum patrias, ut ſuperſtitiones nefariæ, his conſcriptæ, ex animis evellerentur, aboleviſſe, Latinaqve elementa in earum locum ſuffeciſſe, falſo perhibetur. Poſt ſecundum hoc in Sveciam iter, Ansgarius ipſe in regnum illud reverti non potuit, ſed abſens tamen eidem, qvoad vixit, de Antiſtitibus doctoribusqve ſollicite proſpexit idoneis. E qvibus a Remberto (367.), Gvaldone (368.), & utrumqve ſecuto Cl. Arrhenio (369.), celebrantur: I. Ansfridus, gente Danus, ab Ebone, Archiepiſcopo Rhemenſi, ut Deo in regionibus inſerviret arctois, educatus, a Gaudberto, Svecorum Epiſcopo, ut Erimberti, ad ſuos rediturì, eſſet ſucceſſor, in Sveoniam ablegatus, &, cum, ultra triennium, illic ſubſtitiſſet, audito Gaudberti obitu, in Saxoniam itidem regreſſus, nec multo poſt mortuus; II. Ragimbertus Presbyter, qvi, Ansfrido ſubrogandus, cum Sleſvigam, e cujus portu, cum mercatoribus, in Sveciam trajicere decreverat, properaret, in itinere a latronibus Danicis ſpoliatus eſt ac vulneratus, pauloqve poſt defunctus; III. Rimbertus Epiſcopus, gente Danus, Ragimberto ſuffectus, benigne a Rege populoqve Sveciæ exceptus, &, poſt obitum etiam Ansgarii, ſacro illic functus munere, qvem, a Remberto Flandro, noſtri in cathedris Hamburgenſi ac Bremenſi ſucceſſore, probe diſtingvendum, Joh. Vaſtovius (370.) cum hoc, Arrhenio obſervante, ſive potius cum Erimberto, ſuo in Svecia prædeceſſore, confudit. Hos aliosqve Sacerdotes, in Septentrionem ablegandos, Ansgarius prudenti conſilio e gentis plerumqve Danicæ delegit proſelytis, qvos, adhuc pueros, ſollicite conqviſiverat ac partim coemerat, literarumqve & ſacrorum imbui curaverat notitia, qvod, ob lingvarum, populis borealibus vernacularum, peritiam, laboribus Evangelicis, inter iſtos exantlandis, longe, qvam exteri, viderentur aptiores. Omnibus autem, qvando a ſe illuc mittebantur, teſte Remberto (371.), ne qvicqvam mercedis ab incolis peterent, aut munera deſiderarent, ſed, victu atqve amictu contenti, manuum utrumqve propriarum labore D. Pauli ſibi pararent exemplo, præcipiebat, neceſſaria tamen ſimul vitæ ſubſidia, cum donis, qvibus Magnates ſibi conciliarent amicosqve redderent, ipſis pariter atqve miniſtris eorum, e ſuis abunde ſuppeditans reditibus.

§. XXIII.

Ultimum tandem iter boreale apoſtolicum noſter, jam ſeneſcens, A. 858. juxta Caſp. Dancwerthii (372.), A. 860. juxta Joh. Svaningii (373.), A. 862. juxta Scriptoris Islandi *Vitæ Olai Tryggvini* (374.), A. autem 863. juxta Cl. Arrhenii (375.) ſententiam, ad Danos eſt aggreſſus, cum Ericum I., Regem illorum, in bello cum Guthormo, Haraldi fratris filio, Norwegorum Principe, ferali, & non utriqve ſolum, ſed & toti fere familiæ in Dania regiæ, fatali, occubuiſſe, & Ericum II., Sivardi III. filium, Regneriqve Lodbrogii nepotem, Barnii, ſive Pueri, agnomen, qvod impuber adhuc eſſet, adeptum, qvi, ſolus e ſtirpe monarchica ſuperſtes, occiſo ſucceſſerat, in Chriſtianos ſævire, eosqve perſeqvi, cognoviſſet. Hiſtoriam illius, ac eventus, qvo gaviſum eſt, proſperrimi, Rembertus (376.) verbis (qvorum metaphraſis a Gvaldone (377.) exhibetur metrica) enarravit ſeqventibus: *Inter hæc vero divino contigit judicio, ut piratarum infeſtatione memoratus Oricus Rex, qvibusdam propinqvis ejus regnum ipſius invadere conantibus, bello interemptus ſit. Cum qvo pariter omnes primores terræ illius, qvi olim Domino Epiſcopo familiares & amici habebantur, gladio interierunt. Deinde poſthac conſtituto in regno ipſius Orico juniore, qvidam eorum, qvos ille tunc habebat Principes, & minus antea Domino cogniti fuerant Epiſcopo, perſvadere ei cœperunt, ut Eccleſia, apud eos facta, deſtrueretur, & religio Chriſtianitatis ibi cœpta annullaretur, dicentes: Deos ſuos ſibi iratos eſſe, & qvod ideo cuncta eos mala invenerint, qvia alterius & ignoti Dei apud ſe culturam receperint. Qva de re Comes præfati vici, Slieſſwic* videlicet,

F 2

(357.) c. 27. (358.) c. 63-70. (359.) c. 4., p. 70. (360.) P. I. *Chron. Holſ.* p. 7. (361.) *in Epitome Hiſt. Eccl., Cent. IX., L. 2., c. 1.* (362.) *in Inventario Eccleſiæ Sveo-Gothorum, L. I., c. 6., p. 59., & in Ep. dedic. p. 8.* (363.) L. I. *Hiſt. Eccl. Svec. & Goth., c. 21., p. 66.* (364.) *loco ſupra n. 79. citato.* (365.) *in Chronico Epiſc. Svec., c. 3., p. 21. 22* (366.) *in Notitia Orbis Geographica, L. 2., c. 13., p. 64.* (367.) *cap. 20.* (368.) *c. 74. 75. 76.* (369.) *in Breviario Vitæ Ansgarii, ad A. 864.,* & *L. I. H. E. Sveo-Goth., c. 20., p. 62-65.* (370.) *in Vite Aqvilonia p. 13* (371.) *c. 29.* (372.) *P. III. Chorogr. Cimbr., c. 13., p. 204.* (373.) *in Chronol. Danica p. 64.* (374.) V. Thormodi Torfæi, locum ejus recitantis, *Seriem Dynaſtarum & Regum Daniæ, L. 3., c. 15., p. 404-409.* (375.) *L. I. H. E. Sveo-Goth., c. 20., p. 62. & ſq.* (376.) *cap. 28.* (377.) *cap. 71. 72. & 73.*

videlicet, nomine Hovi, qui huic religioni præcipue reſiſtebat, & ad deſtruendam Chriſtianitatis fidem Regem provocabat, Eccleſiam ibi factam juſſit claudi, religionemqve Chriſtianitatis ibidem prohibuit obſervari. Unde & Presbyter, qvi ibi aderat, perſecutionis acerbitate compulſus, inde receſſit. Pro hac itaqve re Dominus Epiſcopus nimium ſollicitus, & admodum triſtis, effectus fuerat, qvia nullum tunc cum Orico juniore de amicis habebat, qvos antea largiſſimis donationibus ſibi familiares acqviſierat, per qvos eum ad Domini voluntatem conciliare poſſet. Unde, qvia humano deſtitutus fuerat, ad divinum ſolito more concurrit auxilium. Nec ſpes eum ſua fefellit. Conſolatus eſt qvippe eum Dominus ſpirituali in animo conſolatione, & certus omnino factus eſt, qvod nullo modo, ut hoſtes Chriſti machinabantur, religio ibi coepta deperiret. Qvod ita, Domino annuente, non multo poſt contigit. Nam, cum, pro hac eadem cauſa, ad prædictum Regem ire diſponeret, Domini præveniente gratia, idem Rex, expulſo prius de vico memorato jam dicto Comite, ita ut nunqvam poſtea in ejus gratiam redire potuerit, ad Dominum Epiſcopum ſuum gratis direxit Legatum, mandans, ut Sacerdotem ſuum ad propriam remitteret Eccleſiam: non ſe minus, qvam ſeniorem Oricum, Chriſti velle gratiam promereri, aſſerens, Dominiqve Epiſcopi amicitiam. Qvo facto, cum ipſe qvoqve reverendiſſimus Paſtor noſter ad ejusdem Regis præſentiam, cum adjutorio Burchardi, Illuſtriſſimi Comitis, veniſſet, qvi etiam antea apud Oricum ſeniorem adjutor illi in omnibus fuerat, & apud Regem utrumqve bene poterat, qvia propinqvus ipſorum erat, tanta gratia a juniore ſuſceptus eſt Orico, ut ſtatim ei omnia, quæ anteceſſor ſuus cauſa Chriſtianitatis in regno ſuo fieri permiſerat, ipſe qvoqve concederet. Inſuper etiam, qvod antea nefandum Paganis videbatur, ut Clocca (i. e. campana) *haberetur in Eccleſia, conſenſit. In alio qvoqve vico regni ſui, Ripa vocato, ſimiliter locum, ubi Eccleſia fabricaretur, tribuit, &, ut ibi Sacerdos præſens adeſſet, ſuæ poteſtatis licentiam dedit.* Eadem de Halcyoniis Eccleſiæ Danico-Cimbricæ, perſecutionem Erici II. ſive Barnii paſſæ, per Ansgarium, ad Regem profectum, reſtitutis, ſed brevius, & plerisqve circumſtantiis omiſſis, narrant, e vetuſtioribus, Adamus Bremenſis (378.), Saxo Grammaticus (379.), Albertus Stadenſis (380.), Scriptor *Vitæ Olai Tryggvini* Islandus (381.), Autores incerti *Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſium* (382.), & *Hiſtoriæ Regum Daniæ compendioſæ* (383.), ab Erp. Lindebrogio editi, ac Alb. Krantzius (384.); e recentioribus vero Eraſmus Michaelius Lætus (coloribus illa poeticis fuſius illuſtrans) (385.), Har. Huitfeldius (386.), Joh. Ad. Cypræus (387.), Steph. Joh. Stephanius (388.), Caſp. Dancwerthius (389.), Vitus Beringius (390.), Ant. Heimreichius (391.), Cl. Arrhenius (392.), Trog. Arnkielius (393.), pluresqve alii. E qvibus Saxo Grammaticus, Ericum Regem, *ad ſalutares Ansgarii monitus, ſacrilegæ mentis errore depoſito, qvicqvid per ejusdem inſolentiam commiſerat, expiaſſe, tantumqve in excolenda religione ſe geſſiſſe, qvantum egerat in aſpernanda, nec ſolum ſanioris diſciplinæ hauſtum docili traxiſſe animo, verum etiam primævas maculas finali puritate perterſiſſe*, teſtatur, Adamus autem Bremenſis, eumqve ſecuti Albertus Stadenſis ac Krantzius, cum plerisqve recentioribus, non *ipſum* tantum *Chriſtianitatem ſuſcepiſſe*, ſed & *ſuis omnibus, ut Chriſtiani fierent, per edictum mandaſſe*, perhibent. An *Vitæ Olai Tryggvini* ſcriptor, ab Ansgario eum baptizatum qvidem eſſe itidem narrans, ſed, poſt hujus mortem, ad ſuperſtitionem iterum paganam defeciſſe addens, fidem mereatur, diſpiciant alii. Templo urbis in Jutia Ripenſi, Erici auſpiciis, A. 860. juxta Andr. Sev. Velleji (394.), Har. Huitfeldii (395.), Joh. Ad. Cypræi & Ant. Heimreichii (396.), A. 863. juxta Joh. Svaningii (397.), A. 865. autem juxta Magni Matthiæ (398.) calculum, a ſe condito, cujus mentio ab Helmoldo (399.) qvoqve eſt injecta, Ansgarius, teſtibus Adamo Bremenſi, Alberto Stadenſi, Alb. Krantzio, & multis, qvi his ſua debent, recentioribus (400.), Rembertum præfecit, ſuum poſtea in cathedris Hamburgenſi ac Bremenſi ſucceſſorem, ſed velut Presbyterum, neutiqvam vero tanqvam Epiſcopum. Errat enim Joh. Letznerus (401.), Epiſcopatus Ripenſis (qvem A. demum 946. eſſe conditum alibi (402.) demonſtravimus) fundationem Ansgario, & Remberto Epiſcopi illius titulum, falſo tribuens. Indigna qvoqve eſt, cui fides habeatur, fabuloſa Henr. Woltheri (403.) narratio de templis Lundenſi in Scania, & Roſchildienſi in Seelandia Danica, per Ansgarium extructis, cum, ævo illius, neutram harum civitatum æde ſacra, veri Dei dicata cultui, fuiſſe gaviſam, ſatis ſuperqve conſtet.

§. XXIV.

Ut legatione ad gentes boreales ſacra conſtanti noſter animo, plurimas inter perſecutiones, anguſtias atqve moleſtias, fungeretur, ejusqve gratia tot itineribus longinqvis ac periculoſis in Septentrionem excurreret, Remberto teſte (404.), tum Zelo deſiderioqve converſionis paganorum, qvo ſemper flagrabat, incitabatur proprio, internis Spiritus divini ſubinde corroborato incentivis, tum Ebonis, Archiepiſcopi Rhemenſis, ſui in eadem legatione collegæ, crebris cohortationibus ac ſolatiis, ultimoqve præſertim de iſta colloqvio. In qvo is Ansgarium, de illius conqveſtum incommodis, periculis atqve impedimentis, prophetico qvaſi afflatus ſpiritu, verbis erigebat ſeqventibus: *Certus ſum, qvia, qvod nos pro Chriſti nomine elaborare coepimus, fructificare habet in Domino. Nam ita eſt fides mea, & ſic firmiter credo, immo veraciter ſcio, qvia, etſi aliqvando, propter peccata, qvodammodo impeditum fuerit, qvod nos in illis coepimus gentibus, non tamen unqvam penitus extenuetur, ſed fructificabit in Dei gratia & proſperabitur, usqve qvo perveniat nomen Domini ad fines orbis terræ.* Iſto, cui eventus reſpondit, vaticinio, certiſſimaqve auxilii divini fiducia, confirmatus noſter, gentium borealium converſionem ac ſalutem, licet piratæ illarum, qvibus peccati hujus, velut ignorantiæ conſcientiæqve erroneæ culpa commiſſi, veniam exorare ſtudebat, diœceſin ſuam aſſiduis vaſtarent excurſionibus, plurimisqve & ſe, & incolas omnes, damnis afficerent, precibus Deo commendare, & qvibuscunqve poterat modis promovere, nunqvam, ad extremum usqve ſpiritum, & ne in morbo qvidem fatali, deſtitit.

§. XXV.

Pari ſollicitudine, qvam crebra ad populos ſeptentrionis paganos neutiqvam minuebant aut impediebant itinera, diœceſeos ſuæ in Holſatia, vicinisqve regionibus, curam geſſit, geminæ, Hamburgenſis ac Bremenſis, & utriusqve eccleſias, cœtusqve ſacros, magnam partem ſuo primum, ex Ethnicis converſis, collectos, labore atqve ſtudio, gubernavit. Non enim contentus idoneos illis præfeciſſe doctores atqve presbyteros, ipſe ſingulos freqventer inviſebat, & facundia ſacra, qva præ multis pollebat aliis, flexanima, paganos, aliosqve rudiores inſtituebat, fideles confirmabat, afflictos ſolabatur, impios objurgabat, omnes autem ad pietatem infucatam, virtutesqve Chriſtianis dignas, exhortabatur, & a peccatis abſterrebat. Facundiam hanc ejus ſacram Rembertus (405.) vivis adumbravit coloribus, ita ſcribens: *Deni-*

qve

(378.) *L. I. H. E. c. 28.* (379.) *L. IX. Hiſt. Dan. p. 177. 178.* (380.) *in Chronico, ad A. 858.* (381.) apud T. Torfæum loco *n. 374. citato.* (382.) *c. 4. p. m. 70.* (383.) *num. 63.* (384.) *L. I. Metrop. c. 41.*, & L. *IV. Daniæ c. 13.* (385.) L. *IV. Rerum Danicarum p. 153-157.* (386.) *P. I. Chron. Dan. p. 29.* (387.) *in Annalibus Epiſcc. Sleſvic.*, L. *I.*, *c. 3.*, *p. 18. 19. 25. 26.* (388.) *in Notis ad Lib. IX. Saxonis Grammatici p. 193. 194.* (389.) *loco n. 372. citato.* (390.) *in Floro Danico* p. 180. 181. (391.) *Lib. I. Hiſt. Eccl. Sleſv.*, *c. 2.*, *p. 23. 24.* (392.) *loco n. 375. citato.* (393.) in der Cimbriſchen Heiden-Bekehrung, *Lib. IV.*, *c. 5.*, *p.* 180. 181. 182. (394.) *in Obſerv. ad Adami Bremenſis* L. *I, c. 25.* (395.) *in Chronico Epiſcc. Dan. p. 3. 16.* (396.) *ll. cc.* (397.) *in Chronol. Dan. p. 65.* (398.) *in Serie Epiſcopoum Lundenſium p. 6. 7.* Ubi etiam alii ad A. 870 ſtructuram templi illius retuliſſe traduntur. Qvod tamen perperam aliis eſt factum, cum Ansgarius, A. jam 865 mortuus, tunc condere illud non potuerit. (399.) L. *I. Chronici Slavorum*, *c. 5.*, *p. 22.* (400.) *ll. cc.* (401.) *in Chronol. Corbejenſi Germanico, c. 8. edit. primæ anni 1585* (402.) *Parte II. Iſagoges ad Hiſt. Cimbr.*, *c. 3.*, *§. 13.*, *p. 66-69.* (403.) *loco ſupra n. 79. citato.* (404.) *cap. 29.* Conf. Gvaldonem *c. 77. 78. & 79.* (405.) *c. 31.* Conf. Gvaldonem *c. 94. & 95.*

ni qve etiam exterius gratia Dei in eo largius corruſcante, ſermo quoqve prædicationis illius, multa ſuavitate profuſus, partim erat horribilis, ut certo probaretur indicio, infuſione ſpirituali verba ejus moderari, qvo, miſcens terroribus blandimenta, vim divini jam prætenderet judicii, in qvo veniens Dominus & terribilis peccatoribus, & blandus apparebit juſtis. Hac qvippe gratia in verbis qvoqve propriis & vultu admirandus erat, ita ut eum potentes & divites, maxime tamen contumaces & protervi, terribilem attenderent, mediocres vero qvaſi patrem piiſſimo venerarentur affectu. Illuſtri virtus iſta ſermonum ipſius in permovendis animis mirifica patuit exemplo (fuſe per Rembertum (406.) & Gvaldonem (407.) enarrato), cum Nordalbingi, ſive Holſati, & præſertim, qvi hos inter potentiores erant ac nobiles, Chriſtianos captivos, e vicinis paganorum fuga elapſos regionibus, detinuiſſent, & in vincula conjectos partim ſuo mancipaſſent ſervitio, partim vero Ethnicis, aut Chriſtianis aliis, vendidiſſent. Ob qvod peccatum horribile, in ſua commiſſum diœceſi, cum noſter perqvam eſſet ſollicitus, &, qva ratione caſtigari poſſet ac emendari, non perſpiceret, noctu per ſomnum, cum Chriſto, ſibi lætus videbatur iter facere, &, terrore contumacibus cunctis divinitus injecto, ab his oppreſſos, ſine ulla contradictione in libertatem aſſerere. Somnio iſto erectus ad Holſatos ipſemet mox abiit, & invectivis ſuis hujus facinoris ſibi conſcios ita perterreſecit, ut non ſolum reniti illis neutiqvam auderent, ſed & captivos hoſce, undiqve conqviſitos, ſtatim dimitterent, nihilqve ſe tale poſthac commiſſuros ſancte pollicerentur.

§. XXVI.

Doctrinam Anſgarii ſacram de capitibus hodie inter Chriſtianos controverſis qvod attinet, Pontificii illum ſibi vindicant, &, cum Pontificum Romanorum ad gentes legatus fuerit boreales, non aliam his Theologiam contendunt inculcaſſe, qvam in Eccleſia receptam Romana, Cimbris autem, Danis & Svecis recentioribus, Lutheranam ante duo amplexis ſecula, apoſtaſiam ab antiqviore noſtri, primi regionum ſuarum Apoſtoli, acerbe exprobrare haud dubitant. Factum hoc eſt a Cæſare Baronio, ſuæ de Anſgario *in Annalibus Eccleſiaſticis* narrationi duas hujusmodi adjungente invectivas, in qvarum priore (408.) Dani ac Svecones, velut monaſtici, e qvo noſter prodiit, ordinis contemptores, a Romano Pontifice, a qvo idem Apoſtolatum ſuum acceperit ac Evangelium, atqve ita ab ipſo etiam Anſgario, deficere haud veriti, fuſe objurgantur, isqve, *in judicio extremo, cum Apoſtolis, XII. tribus Iſrael judicantibus, ſuper ſedes eſſe ſeſſurus, gentesqve dictas idcirco judicaturus*, perhibetur. In poſteriore (409.) apoſtaſia eadem gentibus arctois hiſce verbis exprobratur: *Videant ergo & conſiderent modo Dani, Svenones, & alii circumpoſiti populi, unde acceperint Evangelium, nempe a ſede Apoſtolica, per Gregorium atqve Nicolaum, ſanctiſſimos Pontifices, Anſchario traditum, & qvanta benedictione in animarum proventum, & operatione virtutum, in oſtenſione ſignorum. Qvod bene plantatum, & cœlitus irrigatum (proh ſcelus), novatores ſuffoderunt temporibus noſtris. Qvis Anſchario ſanctior vel ſapientior, aut miraculorum editione ſublimior, ſvaſit hoc vobis, vel a qvo miſſus, & qvibus eſt notis ejus pſevdoapoſtolatus expreſſus? Videant & confundantur zelantes populi.* Factum hoc eſt a Juriſconſultis Dillingenſibus (410.), Joh. Ad. Cypræo (poſteriorem Baronii Lutheranis Cimbriæ, qvos deſeruerat, occentante invectivam) (411.), Philippo Cæſare, Antiſtite templi Bremenſis Anſgariani Reformato, ad Pontificios transgreſſo, ſuamqve, qvam vocat, converſionem ipſius Anſgarii pro ſe interceſſioni, cum *Vitam* ejus Rembertinam A. 1642. *in Triapoſtolatu Septentrionis* ederet, acceptam referre (412.) haud verito (413.), & Chriſtoph. Ranzovio, Apoſtata Ordinis Cimbrici eqveſtris illuſtri (414.). Factum tandem eſt, ut alios taceam, ab Hermete Piſtorio larvato (ſive Herm. Boſendorfio, Monaſterienſi, Collegiorum Jeſuiticorum in patria ac Moguntiæ Rectore), qvi Jac. Reneccii, Paſtoris Hamburgenſis, *Triadi controverſorum Problematum*, Germanice Hamburgi A. 1612. contra Pontificios editæ, Monaſterii, eodem anno, *Stellulam* oppoſuit *Catholicæ orthodoxæqve fidei*, & in iſta Reneccio tria alia problemata, de Eccleſia Hamburgi ac in ſeptentrione per Anſgarium fundata, propoſuit. Qvibus, qvod Anſgarii doctrinam, fidemqve Eccleſiæ ab eo conſtitutæ, ſpectat, fuſe ſatis a Reneccio, *in Tr. de veræ Eccleſiæ inventione ac diſpoſitione*, Hamburgi A. 1613. excuſo, *Stellulæqve* adverſarii repoſito (415.), ſicut Dillingenſibus breviſſime ab Abr. Calovio (416.), eſt reſponſum; ſed ita, ut generalia tantum controverſiæ iſtius momenta ab utroqve ſint diſcuſſa, a neutro autem qvicqvam ex hiſtoria ipſius Anſgarii ſpecialius, uti fieri omnino debebat, allatum. Negari certe non poteſt, & ex hactenus de illo, fide Remberti aliorumqve veterum, relatis, moxqve ulterius narrandis, abunde patet, eum Pontificum in Eccleſiam univerſam agnoviſſe poteſtatem, & de Miſſæ, qvam vocant, ſacrificio, ſanctorum & reliqviarum cultu, purgatorio, vita monaſtica, pluribusqve forte aliis capitibus, eadem cum Eccleſia ſenſiſſe Romana. Qvorum haud dubie intuitu Cl. Arrhenius (417.), *Anſgarium & Rembertum puro cœleſtis verbi tritico noxia admiſcuiſſe zizania*, conqveri non dubitavit. Invenient tamen & Proteſtantium Theologi paſſim apud vitæ ejus ſcriptores, qvæ, in controverſia de Juſtificatione, aliisqve non minoris momenti, Pontificiis qveant opponi, locumqve inter Teſtes veritatis Flacianos noſtro vindicare.

§. XXVII.

Doctrinæ illius pondus addidiſſe, autoritatemqve conciliaſſe, perhibentur non revelationes ſolum cœleſtes, qvarum ope omnia propemodum, ſibi eventura, ſive per ſomnia, ſive per internam mentis illuſtrationem, ſive per exceſſum vel ecſtaſin ejusdem, præcognoſcebat (418.), ſed & miracula, in ægris præſertim, undiqve ad ipſum concurrentibus, vel oratione ſola, vel olei ſacri inunctione, ſanitati reſtituendis priſtinæ, illuſtria. Qvæ tamen, Remberto teſte, *velut inſtrumenta jactantiæ, caute fugiebat*, & *ſemper occultari malebat, qvam vulgari*, modeſtiſſime familiari cuidam, de his ſecum colloqventi, reſpondens: *Si dignus eſſem apud Dominum meum, rogarem, qvatenus unum mihi concederet ſignum, videlicet ut de me gratia ſua bonum faceret hominem* (419.). Celeberrimum iſtorum eſt miraculorum, qvo Friſios, diem profanare auſos laboribus ruſticis dominicam, fœni multaſſe traditur jactura, his a Remberto verbis deſcriptum (420.): *Cum qvodam tempore in Freſia, in pago videlicet Oſtargao, in die dominica prædicaret populo, & inter alia prohiberet, ne qvis in die feſto opus ſervile exerceret, qvidam illorum, ut ſunt contumaces & ſtolidi, domum reverſi, qvia ſerenus erat aer, in pratum euntes, collecto fœno, acervos fecerunt; qvibus factis, adveſperaſcente die, omnes illi acervi, qvi eodem die facti fuerant, divinitus igni conſumpti ſunt, illæſis illis permanentibus, qvi, anterio-*

(406.) *cap. 22.* (407.) *cap. 96. 97. & 98.* Conf. Ad. Brem. *L. I. H. E. c. 29.*, Alb. Stad. *Chron.*, *ad A. 858.*, & Alb. Krantzii *L. I. Metrop. c. 41.* (408.) *T. IX.*, *ad A. 826.*, *n. 41.*, *p. 821.* (409.) *T. X.*, *ad A. 858.*, *n. 16.*, *p. 151.* (410.) *in Compoſitione pacis, c. 6.*, *Qv. 31.*, *n. 6.* (411.) *in Annal. Epiſcc. Sleſvic.*, L. I., *c. 3.*, *p. 24.* (412.) *in Epiſt. dedic.* (413.) *in Notis realibus ad Remberti Vitam Anſgarii (Vol. II. Memor. Hamb. J. A. Fabricii recuſis) p. 705. 706. 707.* (414.) *in Epiſtola ad G. Calixtum, de rationibus ſui ad Eccleſiam Catholicam acceſſus, p. m. 8. 9.* (415.) *p. 216-253.* Plura de ſcriptis iſtis Herm. Piſtorii & Jac. Reneccii contrariis, *Tomo II. Cimbriæ literatæ*, in Vita Reneccii, a nobis ſunt allata. (416.) *Diſp. II. de natura & indole Pacis religioſæ Auguſtanæ p. 21. 22.* (417.) *Lib. I. Hiſt. Eccl. Sveo-Goth.*, *c. 21.*, *p. 75.* (418.) V. Rembertum *c. 30.*, & Gvaldonem *c. 90-93.*; a qvibus exempla revelationum ejusmodi complura, non in his ſolum capitibus, ſed & alibi, enarrantur. (419.) V. Rembertum *c. 31. ac 33.*, & Gvaldonem *c. 95. ac 99.* (420.) *c. 31.* Conf. de eodem Gvaldonem *c. 95.*, Ad. Brem. *L. I. c. 29.*, Alb. Stad. *ad A. 858.*, & A. Krantzium *L. I. Metrop.*, *c. 41.*

anterioribus diebus præparati, in medio conſtabant. Claudius Arrhenius (421.), qvi & miracula Ansgarii omnia, qvæ a Remberto celebrantur, ad ſuperſtitiones Papales confirmandas aſſerit eſſe directa, ac merito proinde falſitatis ſuſpecta, argumentisqve fuſe contra illa diſputat Theologorum vulgaribus, & ſuis eundem vaticiniis Prophetæ veri negat meruiſſe titulum, cenſor mihi videtur eſſe juſto rigidior. Deus enim, qvi nuſpiam dona θαυματουργικὸν & προφητικὸν primis tantum Eccleſiæ Chriſtianæ ſeculis propria fore eſt pollicitus, ad miracula patranda, futuraqve prædicenda, non minus Ansgarium, alioſqve Eccleſiæ, in Septentrione tunc primum colligendæ, Seculis IX. & X. Apoſtolos, etſi erroribus ævi ſui qvibusdam infectos, qvam D. Petrum, Paulum, cæteroſqve gentium primis ſtatim ſeculis converſarum Doctores, admiranda ſpiritus ſui virtute, qvotiescunqve neceſſitas aliqva θεῖον iſtud ἀπὸ μηχανῆς poſtulabat ſubſidium, impellere potuit atqve idoneos reddere (422.)

§. XXVIII.

Cum Monachus noſter fuerit, anteqvam dignitate potiretur Archiepiſcopali, Ordinis Benedictini, &, ad hanc etiam evectus, teſte Henr. Wolthero (423.), ejusdem *monachicum geſtaverit habitum, totamqve regulam adimpleverit*, nemo mirabitur, hoc eum vitæ genus aliis qvoqve commendaſſe, cœtusqve paſſim collegiſſe monaſticos. De Cœnobiis (qvorum nullam apud Rembertum miror occurrere mentionem), Ptochotropheis & Xenodochiis, ab eo conditis, ita Adamus Bremenſis (424.): *Qvoniam totum ſtudium ejus erat pro ſalute animarum, ſi qvando a prædicatione Gentilium foris liber erat, domi congregationum ſuarum curam egit. Qvarum primam, qvæ ab Hammaburg olim barbarica incurſione depulſa eſt, ipſe, ut prædiximus, tranſtulit ad Ramſolas* (425.). *Secundam in Bremis habuit ſanctorum virorum, qvi, habitu qvidem uſi canonico, regula vivebant monaſtica, usqve ad noſtri fere temporis ætatem. Tertiam ſanctarum virginum congregationem in Briximon adunavit, ubi devota Chriſti matrona, Lutgard, totum patrimonium ſuum offerens cæleſti ſponſo, magnum chorum caſtitatis ſuo nutrivit ducatu. Ad curam autem pauperum, & ſuſceptionem peregrinorum, multis locis hoſpitalia præparavit. Unum autem vel præcipuum habuit Bremæ, qvo per ſe ipſum qvotidie veniens, infirmis non erubuit miniſtrare* (426.). *Qvorum plurimos verbo, vel tactu, ſanavit.* Eadem de his narrant, ipſis fere Adami verbis, Albertus Stadenſis (427.), Scriptor *Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſium* incertus (428.), Autor *Scripti veteris de Eccleſia Bremenſi* exigui, ab Erp. Lindebrogio editi (429.), Henr. Woltherus (430.) & Alb. Krantzius (431.). E qvibus Cœnobii virginum Benedictini (Wolthero teſte) ordinis tertii locum Adamus Bremenſis, Albertus Stadenſis & Krantzius, *Briximon* (nonnullis tamen Adami Codicibus, a Madero editore allegatis, *Luximon* ſubſtituentibus), Scriptor Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſium *Barſen*, & Autor Scripti de Eccleſia Bremenſi atqve Woltherus *Berſen* appellarunt. Qvod Cœnobium Caſp. Danckwerthio (432.), iſtumqve ſecutis M. Andr. Hoyero (433.) & Pet. Ambr. Lehmanno (434.), idem eſſe, ſed perperam, videtur cum Marienfeldenſi monialium Ordinis Benedictini nobilium in vico Holſatiæ *Pretzenſi*, ſive (uti veteribus audit) Porezenſi, annis 350. ab Ansgarii obitu jam elapſis, circa A. demum æræ Chriſtianæ 1216., per Albertum, Comitem Orlamundenſem, condito, uti, e monumentis hujus antiqvis, ἀναντιῤῥήτως alibi (435.) a nobis eſt demonſtratum. S. Willehadi, primi Epiſcopi Bremenſis (qvem Divorum etiam cœlitum Catalogo autoritate adſcripſiſſe Pontificia ab Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſium ſcriptore (436.) & Henr. Wolthero (437.) traditur), oſſium translationi ſecundæ, per noſtrum A. 861., e ſacello auſtrali, *in matricem B. Petri Eccleſiam* Bremenſem, ſive locum templi cathedralis Bremenſis lapidei, a ſe tunc dedicati, honoratiorem, die 8. Nov., Willehado olim fatali, non ſine pompa, factæ, cujus narrationem Adamus Bremenſis, Albertus Stadenſis & Krantzius (438.) præcedentibus ſubjungunt (439.), non immorabimur.

§. XXIX.

Vitæ ejus privatæ ſanctitatem, virtutes præcipuas atqve exercitia religioſa, Rembertus (440.), hujusqve Metaphraſtes, Gvaldo (441.), prolixis celebrarunt narrationibus. Nos, e Rembertina, potiora tantum, cæteris præteritis, recitabimus: *In monaſterio, ut auditum habemus*, Corbejenſi *ipſe adoleſcens & juvenis ſenibus & grandævis mirandus videbatur & imitandus. Jam vero, ſumpto apud nos Epiſcopatu, hoc omnino, qvod in monaſterio inchoaverat, modis omnibus augmentare, ſed & omnium vitas Sanctorum imitari, ſtuduit, ſpecialius tamen B. Martini. Cilicio namqve ad carnem, non ſolum in die, ſed etiam in nocte, uſus eſt. Deniqve, ſicut in ejus vita legerat, magnopere populis verbum Domini prædicando prodeſſe ſtudebat, interdum tamen, ut ſeipſum in divina exerceret Philoſophia, ſolitudinem amabat. Ad qvod opus & cellam aptam ſibi conſtructam habebat, qvam appellabat* Qvietum Locum & amicum mœrori. *Ubi cum paucis demoratus, qvotieſcunqve a prædicatione & eccleſiaſticis officiis, & ab inqvietudine paganorum, liber eſſe poterat, habitavit ſecum. Ita tamen, ut proprium commodum, & ſolitudinis amorem, nunqvam gregis, ſibi commiſſi, præponeret utilitati. Porro, qvousqve juventutis aliqvatenus potitus eſt robore, perſæpe & panem in pondere, & aqvam in menſura, ſumebat, maxime qvamdiu ſolitudine ei uti licitum erat. - - - Jam vero, poſtqvam ſenuit, non adeo potuit de cibo abſtinere, potus tamen ei ſemper aqva erat, niſi qvod, propter vanam gloriam vitandam magis, qvam aliqvam ſvavitatem capiendam, aliqvantulum ipſi aqvæ, qvam bibiturus erat, de potu admiſcebat. Qva tamen, in ſenectute ſua, ſolita neqvivit uti parſimonia, ſtuduit hoc eleemoſynis & orationibus, multisqve aliis bonis, compenſare. Hujus namqve rei gratia multos redemit captivos, qvos & libertate donavit. Nonnullos tamen eorum, qvi ad hoc capti eſſe poterant, ad Dei ſervitium educandos, literis divinis inſtruere juſſit.* Subjungit his Rembertus, poſt ſcripta noſtri ſacra aſcetica, de qvibus ſuo dicetur loco, fuſius commendata, & aſſiduitatem, in Pſalmis, una cum Litania, qvotidie decantandis, ſacrisqve miſſarum, qvas vocant, peragendis, deprædicatam, ſeqventia de ſingulari ejus in egenos benignitate: *In eleemoſynis vero dandis qvam liberaliſſimus fuit, qvis enarrare poterit? cum omnia, qvæ habebat, in Domini voluntate neceſſitatem patientibus ſubminiſtrare cupiebat. Ubicunqve enim aliqvem in neceſſitate poſitum ſciebat, ex qvanto poterat, eum adjuvare ſatagebat; & non ſolum in propria parochia, ſed etiam in longinqvis regionibus poſitis, ſubſidium ſui adjutorii miniſtrabat. Specialius tamen Hoſpitale pauperum in Brema conſtitutum habebat, ad qvod decimas de nonnullis villis diſpoſuit, ut ibi, cum qvotidiana ſuſceptione pauperum, ægroti qvoqve recrearentur. Per omnem qvoqve Epiſcopatum ſuum decimas animalium & omnium redituum, decimasqve decimarum, qvæ ad eum pertinebant, in pauperum expenſionem diſtribuebat; & qvicqvid*

(421.) *L. I. Hiſt. Eccl. Sveo-Goth.*, *c. 21*, *p. 70-75.* (422.) V. qvæ fuſius hac de re dicta ſunt *Parte II. Iſagoges ad Hiſt. Cimbr.*, *c. 3.*, *§. 14.*, *p. 75. 76 77.* (423.) *in Chronico Archiepp. Brem* (*T. II. Rer. Germ. H. Meibomii Jun.*) *p 25.* (424) *L. I. H. E c. 20. & 30. Conf. c. 37. & 38.* (425.) De Cœnobio hoc Ramſolenſi plura §. *XVIII.* ſunt narrata. (426.) Ptochotrophei hujus Bremenſis Rembertus etiam *c 30*, & Gvaldo *c 86*, injecerunt mentionem. (427.) *in Chronico, ad A. 858.* (428.) *c. 4.*, *p. m. 71.* (429.) *inter Scriptores rer. Germ Septentr.*, *p m. 116.* (430.) *loco n. 423. citato.* (431.) *Lib. I. Metrop c. 41.* (432.) *P. III. Chorogr. Cimbr.*, *c. 6.*, *p. 206.* (433.) in den Itzhoiſchen Kirchen-Ubungs-Gedancken *p. 39.* (434.) in den curieuſen Hiſtoriſchen Remarqves des 1699. Jahres, *n. 10.*, *p. 77. 78.* (435.) *Parte IV. Iſagoges ad Hiſt. Cimbr.*, *c. 2.*, *§. 1-9.*, *p. 380-400.* (436.) *c. 1.*, *p. 69.* (437) *l. c.* (438.) *ll. cc.* (439.) Vide etiam de illa Ansgarii ipſius *Vitam Willehadi* (*Vol. II. Membr. Hamb.* J. A. Fabricii recuſam) *c. 21.*, *p. 622.*, Phil. Cæſaris *Notas ad cap. XI. Vitæ iſtius, ibid. p 671. 672.*, Anonymi *Hiſt. Archiepp. Brem.*, *c. 1.*, *p. 69.*, *& c. 4. p. 71.*, Har. Huitfeldii *P. I. Chron. Dan. p. 29.*, noſtramqve de Willehado narrationem, *Tomo II. Cimbriæ* hujus *literatæ*, exhibitam. (440.) *cap. 30.* (441.) *c. 80-89.*

qvicqvid argenti, vel cujuslibet cenſus, illi proveniebat, in uſus indigentium decimabat. Inſuper, in qvinto anno, omnium animalium, licet antea decimata fuerint, ad eleemoſynarum dationem, iterum ex integro decimationem faciebat. De argento etiam, qvod ad Eccleſias in monaſteriis veniebat, qvartam partem ad hoc ipſum deſtinatam habebat. Curam vero pupillorum ac viduarum maximam ſemper habebat, & ubicunqve Anachoretas eſſe ſciebat, ſive viros, ſive fœminas, freqventibus viſitationibus & donis ipſos in Dei ſervitio confortare, & neceſſariis ſubſidiis adjuvare, ſtudebat. Habebat qvoqve & in Zona propria ſemper ſaccellum cum nummis; ut, ſi qvando egens veniret, & diſpenſator eleemoſynæ ſuæ deeſſet, ipſe ſine mora, qvid daret, haberet. Studebat enim illud beati Job dictum per omnia implere, ut nec ſaltem oculos viduæ aliqvamdiu expectare faceret. Sicqve & oculus cæco, & pes claudo, & pater pauperum, omnino eſſe ſtudebat. Plura de hac ipſius miſericordia & beneficentia Rembertus addit, virtute Epiſcopo digniſſima, ac merito ſummis ejus atqve præcipuis accenſenda laudibus; præſertim cum αὐταρκὴς ſimul fuerit, &, fatente Cl. Arrhenio (442.), bonis a ſe converſorum non inhiaverit, ſed magnam redituum ſuorum partem Chriſtianis captivis redimendis, imo *Regibus* qvoqve Septentrionis *incredulis, donis* ſubinde *placandis*, teſte Adamo Bremenſi (443.), impenderit. Gloriæ ſtudium Cl. Arrhenius (444.) ei exprobravit, ſed non alia hujus attulit argumenta, qvam qvod Rembertum, *hominem pro iſtorum temporum captu non inſcitum*, familiariſſimum prudenti habuerit judicio, eiqve a ſe geſta, ut illa perſcriberet, vivus bona fide narraverit, nec non qvod, brevi ante obitum tempore, Pontificum de Archiepiſcopali ſua ſede, ac ſacra ad gentes arctoas legatione, ambarumqve privilegiis, diplomata, ſæpius juſſerit deſcribi, illorumqve apographa non Ludovico ſolum, Regi Germaniæ, filioqve ejus cognomini, ſed plurimis etiam Germaniæ ac Galliæ Epiſcopis, ut in Chartophylaciis aulæ pariter atqve eccleſiarum cathedralium aſſervarentur, transmiſerit. Sed addere e Remberto (445.) & Gvaldone (446.), hæc narrantibus, debuiſſet, factum id a noſtro eſſe, ut illi ſacram ad gentes boreales legationem, harumqve converſionem, ſicut literæ poſtulabant, ab ipſo adjunctæ, pro virili adjuvarent atqve promoverent. Qvod etiam confirmant verba Adami Bremenſis (447.) de ultimis Ansgarii curis ac laboribus ſacris ſeqventia: *Interea beatus Ansgarius, captivos redimendo, tribulatos refovendo, domeſticos erudiendo, barbaros evangelizando, foris Apoſtolus, intus monachus, nunqvam legitur otioſus. Nec ſolum erga ſuos, verum erga alienos, qvomodo viverent, ſollicitus. Epiſcopos etiam, tam voce, qvam literis, ut vigilarent ſuper dominicum gregem, hos arguit, illos obſecravit. At vero Romanorum Regibus pro ſua legatione, Regibus Danorum pro Chriſtiana fide, crebro mandavit. Extant Epiſtolæ ejus plures hujusmodi.* Unius Epiſtolarum iſtarum, a noſtro, de legatione ſua, ad omnes exaratæ Epiſcopos, hæc ibidem ab Adamo recitatur clauſula, ſanctum illud abunde prodens deſiderium: *Deprecor, ut apud Deum intercedatis, qvatenus hæc legatio creſcere & fructificare mereatur in Domino. Jam enim, Deo propitio, & apud Danos, & apud Sveones, fundata eſt Eccleſia Chriſti, & Sacerdotes absqve prohibitione proprio funguntur officio. Omnipotens Deus faciat vos omnes hujus operis pia benevolentia participes, & in cæleſti Chriſti gloria cohæredes.*

§. XXX.

Cum vitæ tandem terminum fatalem, poſtqvam infirmitate corporis, in ea, teſte Remberto, laboraverat pene aſſidua, attigiſſet, Bremæ in dyſenteriam incidit qvatuor menſium diuturnam ac lethalem (448.). Cujus licet cruciatus forti & patienti toleraret animo, in ſummo tamen verſabatur moerore, qvod ſpem martyrii, olim e viſione (de qva §. 2. dictum eſt) juvenili conceptam, peccatorum ſe culpa feſelliſſe crederet, nec iſtum ſolatiis variis, a diſcipulorum fideliſſimo (Remberto haud dubie), cui illum detexerat, ſuggeſtis, patiebatur minui, donec, inter Miſſæ ſolennia, in ecſtaſin abreptus, voceqve, uti narrabat, coeleſti vigilans objurgatus, in voluntate divina acqvieſceret. Rembertus tamen, Martyrem eum incruentum & votivum, non ob deſiderium ſolum martyrii cruenti perpetuum, ſed &, qvod tot labores, perſecutiones, exilia, pericula itinerum apoſtolicorum, hoſtium injurias, animæ angores ac tentationes, corporisqve tum morbos, tum afflictiones ſpontaneas, heroica toleraverit conſtantia, jure poſſe appellari, imo omnem fere ejus vitam martyrium fuiſſe, prolixa & arguta digreſſione, Pauli de ſe verba (2. Cor. VI. 4-9.) illi applicante, contendit, & Johannis Evangeliſtæ, qvem, morte licet violenta haud extinctum, Chriſtus calicem ſuum eſſe bibiturum (Matth. XX. 23.) prædixit, confirmare conatur (449.) exemplo. Cui ejus ſententiæ, præter Gvaldonem Metaphraſten (450.), Phil. Cæſar (451.) ſuum adjecit calculum, pluribusqve patrocinatus eſt argumentis, Claud. Arrhenius vero (452.), rationibus aliis, diverſum ſvadentibus, allatis, contradixit. Ipſam morbi fatalis mortisqve Ansgarii, nec non præparationis ad hunc ſanctiſſimæ, verum ab ἁγιολατρείας vitio haud immunis, ſermonumqve cygneorum, hiſtoriam Rembertus, longe fuſius, qvam alii, verbis enarravit ſeqventibus (453.): *Ætatis ſuæ anno ſexageſimo qvarto, Epiſcopatus vero trigeſimo qvarto, coepit gravi corporis morbo laborare, dyſenteria ſcilicet jugi, qva cum per multos dies, menſibus ſcilicet qvatuor, & eo amplius, acriter laboraret, & ſe ad mortem urgeri ſentiret, ſemper Deo gratias agebat, minoremqve ipſum laborem eſſe dicebat, qvam ſua mereretur iniqvitas, illud beati Job ſæpius decantans: Si bona ſuſcepimus de manu Domini, qvare mala non ſuſtineamus? - - Porro, cum jam per tres continuos menſes prædicta laboraret infirmitate, & Epiphania Domini tranſiſſet, optare coepit, qvatenus in Purificatione S. Mariæ ſibi ad Domini gloriam tranſire liceret. Qva videlicet feſtivitate appropinqvante præcepit, & Clero, & pauperibus, convivium præparari, ut in ipſo ſanctiſſimo die epularentur. Juſſit etiam, ut tres fierent cerei magni ex ſua ſpeciali cera, qvam optimam habuit. Qvibus factis, in ipſa vigilia prædictæ feſtivitatis fecit eos ante ſe ferri: qvibus allatis unum ante altare S. Mariæ accendere præcepit, alterum vero ante altare S. Petri, tertium autem ante altare S. Johannis Baptiſtæ, optans, ut ipſi eum de corpore ſuſciperent egredientem, qvi in ſupra dicta viſione (454.) olim ejus fuerant doctores. Cæterum prædicta infirmitate ita erat fatigatus & attritus, ut pene jam in corpore ipſius nihil remaneret, exceptis oſſibus, nervis ligatis & corio tectis. Attamen ipſe ſemper in Domini laude ſe exercebat. Illuceſcente vero jam dictæ feſtivitatis die, miſſas pro eo, ſicuti qvotidie ſoliti fuerant, cuncti pene, qvi affuere, ſacerdotes celebrarunt. Ipſe vero ordinare coepit, qvaliter ad populum fieret ſermo, aſſerens nihil ſe eodem die guſtaturum, donec publica finiretur miſſa. Qva finita cum parumper comediſſet & bibiſſet, per omnem pene diem ſtudioſius ſuos commonere, & ad Domini ſervitium accendere, ſtuduit, nunc communiter, nunc ſingillatim qvemqve, prout poterat, ad divinum animans ſervitium. Maxime tamen ejus cura & ſollicitudo de ſua fuit legatione ad gentes. Noctem qvoqve ſeqventem in talibus admonitionibus pene duxit continuam. Fratres vero, qvi aderant, cum & Litaniam facerent, & Pſalmos ex more pro ejus exitu decantarent, admonuit ipſe, ut etiam hymnum ad laudem Dei compoſitum, i. e. Te Deum Laudamus, pariter canerent, fidem qvoqve catholicam, a B. Athanaſio compoſitam. Mane vero facto, omnibus fere, qvi aderant, ſacerdotibus ſacra miſſarum ſolemnia pro eo celebrantibus, Dominici corporis*

G 2

(442.) *L. I. H. E. Sveo-Goth., c. 21., p. 68.* (443.) *L. II. Hiſt. Eccl. c. 35.* (444.) *l. c. L. I., c. 5., p. 13.* (445.) *c. 34.* (446.) *c. 104* (447.) *Lib. I. c. 31.* Conf. Alb Krantzii, Adami locum deſcribentis, *Lib. I. Metrop. c 41 & 42.* (448.) V. Rembertum *c 33.*, Gvaldonem *c. 101.*, Henr. Woltherum *loco n. 423. citato*, & Anonymi *Annales Corbejenſes*, a C. F. Paulino editos, *ad A. 870., p 373.* (449.) *cap. 33. & 34.* (450.) *capp. 100-108.* (451.) *in Notis ad cap. 2. Vitæ Ansgarii Rembertinæ, Vol. II. Memor. Hamburg. J. A. Fabricii, p 708-711.* (452.) *Lib. I. Hiſt Eccl Sveo-Goth., c. 21., p. 69. 70.* (453.) *c. 32. & 34.*, qvibuscum Gvaldonis metaphraſis poetica, *c. 100-108.*, poteſt conferri. (454.) V. qvæ §. 2. de illa ſunt dicta.

ris & ſangvinis communione percepta, elevata manu precabatur, ut, qvicunqve in eum qvoqve modo peccaſſet, divina ei pietas remitteret. Deinde verſiculos iſtos coepit freqventius repetere: Secundum miſericordiam tuam memento mei tu, propter bonitatem tuam, Domine; &, Deus propitius eſto mihi peccatori; & In manus tuas, Domine, commendo ſpiritum meum, tu redemiſti me Domine Deus veritatis. Cumqve hæc ipſe ſæpius repeteret, & freqventer anhelitu jam ea freqventare non valeret, cuidam fratri (455.) *præcepit, ut hæc eadem, vice illius, freqventando caneret. Sicqve, oculis in coelum intentis, Domini gratiæ commendatum ſpiritum exhalavit vitæ.*

§. XXXI.

E narratione hac Remberti patet, Ansgarium, anno dignitatis Archiepiſcopalis trigeſimo qvarto, die qve feſtum Purificationis D. Mariæ ſecuto, ſive tertio Februarii, pro qvibus Adamus qvoqve Bremenſis (456.), Albertus Stadenſis (457.), Scriptor *Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſium* incertus (458.), Henr. Woltherus (459.), Alb. Krantzius (460.), Autor *Chronici Saxonum* vernaculi Moguntini, omnesqve recentiores, militant, eſſe mortuum, ac perperam proinde 35. annos Archiepiſcopatus illi a ſolo tribui Joh. Meſſenio (461.). Annos eum 64., cum moreretur, natum fuiſſe, ſoli, e veteribus, indicarunt Rembertus, ac Gvaldo, hujus Metaphraſtes, ita canens (462.):

Qvatuor ad ſextum decies cumulaverat annum:
Tot rota totius vitæ fuit acta diebus.

Et hic utrumqve merito ſeqvuntur recentiores, ſi Chriſt. Franc. Paulinum (463.) exceperis, in locum anni ætatis ſexageſimi qvarti, poſt vagam diſputationem, ſexageſimum qvintum, e Joh. Bollandi *Vita Ansgarii*, ſubſtituentem, & Joh. Meſſenium modo allegatum (464.), anno ætatis ſexageſimo noſtrum obiiſſe perhibentem. Qvi error in meæ etiam *ad Hiſtoriam Cimbricam Iſagoges Partem ſecundam* (465.) olim, ſive memoriæ, ſive typothetæ, culpa irrepſit, ſed in eadem (466.) mox eſt emendatus. De anno æræ contra Chriſtianæ, qvem emortualem Ansgarius habuit, & Rembertus indicare neglexit, longe major eſt ſcriptorum, veterum pariter atqve recentiorum, diſſenſus. Fuiſſe hunc annum 865. M. Adamus Bremenſis, qvi cæteris eſt antiqvior, ævoqve Ansgariano propior, e computo qvodam, Corbeja ad ſe delato, ſicut ipſemet fatetur, didicit, poſterosqve viciſſim docuit (467.). Hujus ſententiæ, qvam ego qvoqve veriſſimam eſſe judico, ſuos pleriqve merito adjecere calculos, e vetuſtioribus ſcilicet Albertus Stadenſis, Autor *Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſium* incertus, Henr. Woltherus, Alb. Krantzius (468.), ſcriptorqve *Vitæ Olai Tryggvini* Islandus (469.), e recentioribus vero Joh. Petræus (470.), Chytræus (471.), Magnus Matthiæ (472.), Har. Huitfeldius (473.), Cæs. Baronius (474.), *Ritualis Sanctorum Sveciæ* inediti, Sigismundi Regis juſſu conſcripti, Autores (475.), nec non El. Reusnerus (476.), Joh. Vaſtovius (477.), Joh. Ad. Cypræus (478.), Gerh. Joh. Voſſius (479.), Joh. Meſſenius (480.), Mart. Zeilerus (481.), Caſp. Danckwerthius (482.), Pet. Lambecius (483.), Ant. Pagius (484.), Joh. Gothofr. Olearius (485.), Er. Benzelius Junior (486.), aliiqve fere innumeri. Fuere tamen non pauci, qvi, neglecta Adami autoritate, ad tempora anno 865. vel priora, vel poſteriora, obitum retulerunt Ansgarii, Petrus Claudii ſcilicet, *Chronici Regum Norwagiæ* Snorronis Sturleſonii Interpres Danicus (487.), a Thormodo Torfæo (488.) & Trog. Arnkielio (489.) ob errorem ſuum jam caſtigatus, qvi annum 829., Autor *Chronici Slavici poſterioris*, ab Erp. Lindebrogio inter *Rerum Germ. ſeptentr. Scriptores* editi (490.), qvi annum 855., Scriptor *Compendii Hiſtoriæ eccleſiaſticæ Gothani* (491.), qvi annum 862., Ad. Tratſigerus (492.), qvi annum 871., Autor *Annalium Corbejenſium*, a Chriſt. Franc. Paulino in *Rerum German. Syntagmate* publicatorum (493.), qvi annum 870., & Joh. Letznerus (494.), ejusqve aſſeclæ, Nic. Heldvaderus (495.), Chr. Franc. Paulinus (496.), Rud. Capellus (497.) & Cl. Arrhenius (498.), qvi annum 869. perperam ei tradunt fuiſſe fatalem. Qvorum poſtremus, Arrhenius ſcilicet, in Adamum Bremenſem iniqviſſimus, licet ſententiam hanc de anno 869. noſtro emortuali Letznerianam ingenti defenderit audacia, in procemio tamen Vitæ hujus, & jam ante *Parte II. Iſagoges ad Hiſtoriam Cimbricam* (499.), ſatis ſuperqve eſt evictum, eam neutiqvam a veritatis hiſtoricæ ſtudioſis poſſe approbari, ſed parachroniſmo laborare manifeſto. Cujus etiam accuſari merito poſſunt, cum ætatem Ansgarii parum accurate definiant, Suffridus Petri (500.), & qvi incaute hunc ſeqvuntur, Ant. Poſſevinus (501.) ac Chriſtoph. Hendreichius (502.), *vixiſſe* illum, ſive claruiſſe, *ſub Francorum Rege, Ludovico Pio, circa A. C. 806.* (qvo noſter qvinqve tantum annos erat natus, Ludovicus autem, Carolo Magno parente adhuc ſuperſtite, Francis nondum imperabat), perhibentes. Qvanqvam leves omnes hi parachroniſmi videri forte poſſint, ſi cum grandi illo & immani comparentur, qvo Jovetus, ſcriptor operis *de diverſis ſectis ac religionibus* Gallici, Lutetiæ A. 1680. excuſi (503.), ab Erico Benzelio juniore (*in media* illum *luce cæcutiiſſe* vere arbitrato) (504.), ob ἀβλεψίαν, jam caſtigatus, turpiſſimam, *Anogritum* (ſic enim Ansgarius inepte ab eo appellatur) anno æræ Chriſtianæ 1416. vixiſſe aſſeruit.

§. XXXII.

Cadaver Antiſtitis ſanctiſſimi, thure conditum, publico, uti Rembertus (505.) & Gvaldo (506.) teſtantur, cum luctu omnium urbis Bremenſis incolarum, *maxime tamen Clericorum, orphanorum, viduarum, pupillorum & indigentium, una voce plangentium*, efferebatur, &, in æde cathedrali Petrina, ante altare B. Mariæ virginis, ſuo inferebatur tumulo (507.). E qvo an illud, per Franciſcum Gvilhelmum, Comitem a Wartenberg, Cardinalem & Epiſcopum Oſnabrugenſem, Verdenſem, Mindenſem ac Ratisbonenſem, Seculo XVII., in Bavariam, uti a Chriſt. Franc. Paulino (508.), ſed ſolo, narratur, ſit tranſlatum, a Bremenſibus cupio edoceri. In defuncti locum, ipſo ſepulturæ die, Archiepiſcopus

viciſſim

(455.) Rembertum hunc fuiſſe, Ansgarii ſucceſſorem, Autor *Vitæ Remberti, c. 9.*, teſtatur. (456.) *Lib. I. Hiſt. Eccl. c. 31.* (457.) *in Chronico, ad A. 865.* (458.) *c. 4., p. m. 71.* (459.) *loco n. 423. citato.* (460.) L. *I. Metrop. c. 42.* (461.) *in Chronico Epiſcc. Svec., c. 2., p. 9.* (462.) *c. 100.* (463.) *in Theatro Vir. illuſtr. Corb. Sax., c. 2., p. 21.* (464.) *loco n. 461. citato.* (465.) *c. 3., §. 8., p. 53.* (466.) *in Addendis P. II. p. 218., & P. IV. p. 643.* (467.) L. I. H. E. *c. 31. & 32.* (468.) *locis ſub initium paragraphi hujus citatis.* (469.) apud Thorm. Torfæum *in Serie Dynaſtarum & Regum Daniæ, L. 3., c. 15., p. 407. 421.* (470.) *P. I. Chron. Holſat. p. 7.* (471.) *in Onomaſtico Theolog. p. 70.* (472.) *in Serie Epiſcc. Lund. p. 6.* (473.) *P. I. Chron. Dan. p. 31.* (474.) *T. X. Annal. Eccl., ad A. 866., n. 101., p. 318. 319.* (475.) *loco n. 27. citato.* (476.) *Lib. Iſag. Hiſt. primo p. 114.* (477.) *in Vite Aqvilonia p. 8.* (478.) *in Annal. Epiſcc. Sleſvic., L. I., c. 4., p. 29.* (479.) L. 2. *de Hiſt. Lat., c. 37., p. 320.* (480.) *in Chronico Epiſcc. Svec., c. 2., p. 9.* (481.) im Hiſtoriſchen Anzeiger heiliger Leute *p. 53.* (482.) *P. III. Chorogr. Cimbr., c. 13., p. 264.* (483.) *in Origg. Hamb., ſive Libro I. Rer. Hamb. p. 9., & in Chronologia illius, ſecundo adjecta, ad A. 865., p. 115.* (484.) *Tomo III. Criticæ in Annal. Baronii, ad A. 865.*, teſtibus Lipſienſibus *in Actis Erud., M. Oct. A. 1706., p. 438.* (485.) *T. I. Biblioth. Scr. Eccl. p. 58.* (486.) *in Annott. ad Joh. Vaſtovii Vitem Aqviloniam col. 3.* (487.) *Parte III. verſionis iſtius, num. 4., p. 114.* (488.) *loco num. 469. citato p. 408.* (489.) in der Cimbriſchen Heiden Bekehrung, *L. 3., c. 7., p. 136.* (490.) *p. m. 253.* (491.) *Lib. 2., p. 500.* (492.) *in Chron. Hamburg. Germanico MS.* (493.) *ad A. 870., p. 71.* (494.) *in Chron. Corbej. c. 8. edit. primæ.* (495.) *P. I. Sylvæ Chronologicæ Circuli Balthici, c. 15., p. 75.* (496.) *in Theatro Vir. illuſtr. Corb. Sax., c. 2., p. 21.* (497.) *loco ſupra num. 12. citato* (498.) *in Breviario Vitæ Ansgarii, ad A. 869.*, & L. *I. Hiſt. Eccl. Sveo-Goth., c. 21., p. 65. 66., c. 23., p. 77-81., ac c. 24. p. 86.* (499.) *p. 218-221.* (500.) *Decade VI. Scriptorum Friſiorum, num. 7.* (501.) *Tomo I. Apparatus ſacri p. 92.* (502.) *in Pandectis Brandeburgicis p. 201.* (503.) *Tomo I. p. 352.* (504.) *in Annott. ad Joh. Vaſtovii Vitem Aqviloniam col. 2.* (505.) *c. 34* (506.) *c. 108.* (507.) V. Adamum Brem., Alb. Stad., Scriptorem *Hiſtoriæ Archiepp. Brem.*, Wolthorum, Krantzium, Autoremqve *Chronici Saxonum* vernaculi, §. præced. allegatos. (508.) *loco n. 496. citato, p. 21. 22.*

viciſſim Hamburgenſis, Epiſcopusqve Bremenſis, concordibus Cleri populiqve deſignabatur ſuffragiis Rembertus, diſcipulorum ejus atqve amicorum intimus, Vitæqve illius, ſæpiſſime hactenus allegatæ, ſcriptor (509.), cui ipſe dignitatem iſtam, & diu ante (510.), & triduo ante obitum (511.), prædixerat, moribundusqve, cum, an ſucceſſorem eum deſideraret, interrogaretur, hoc tribuerat elogium (512.): *De Remberti meritis ſciatur, qvia dignior ipſe Archiepiſcopali, qvam ego Subdiaconatus officio.* Cui etiam, poſt mortem, ſæpius apparuiſſe, & qvid, in negotiis muneris ſacri arduis, agendum eſſet vel omittendum, una cum aliis illi eventuris, diverſa vultus moderatione indicaſſe, a Vitæ Remberti ſcriptore (513.) perhibetur. Diſpiciant Theologi, qvid de apparitionibus his noſtri judicandum ſit poſthumis, ſicut & de alia, 230. annis ab obitu ejus jam elapſis, Bibliothecæ monaſterii Corbejæ novæ Weſtphalici Præfecto facta, & ab Autore *Annalium Corbejenſium*, per Chriſt. Franc. Paulinum editorum (514.), hiſce verbis deſcripta: *A. 1095. F. Becelinus, Cuſtos Bibliothecæ, intrans eam circa meridiem XI. Kal. Oct., videt Virum ad menſam ſedentem in habitu noſtro, & volventem Pſalmos Davidis. Horret: aſt ille retroſpiciens bono eum animo eſſe juſſit. Similis in omnibus erat Ansgario noſtro, ut in conventu depictus videtur.*

§. XXXIII.

A qvonam Pontificum Ansgarius Sanctorum Coelitum adſcriptus ſit Catalogo, incertum eſſe, ſeqve ignorare, fatetur Cl. Arrhenius (515.). Docere hoc ipſum potuiſſet, ſi fides ei, tacentibus nihilqve hujusmodi narrantibus biographis antiqvioribus, eſt habenda, Henr. Woltherus (516.), qvo teſte non ſolum *per B. Rembertum* (ſucceſſorem), *admittente Domino Apoſtolico, eſt elevatus, & in Catalogum Sanctorum adſcriptus*, ſed & *Nicolaus I., Papa, eum, in multorum Epiſcoporum, canoniſavit, Synodo.* Poſt hanc, qvam vocant, canonizationem, noſter iis, qvi Sanctis ab Eccleſia decreti ſunt Romana, paſſim, inprimis vero in Europa boreali, affectus eſt honoribus, feſtumqve illius, apud Svecos, teſte Arrhenio (517.), die 4. Februarii, apud Cimbros, uti e *Slesvicenſis Eccleſiæ* patet *Breviario*, die tertio menſis ejusdem, ipſi olim emortuali, Hamburgi vero, uti e *Calendario* didici *Eccleſiæ Hamburgenſis* vetuſto, Joh. Alb. Fabricii *Mantiſſæ Memoriarum* inſerto *Hamburgenſium* (518.), bis anno qvolibet, diebus nempe tertio Februarii nonoqve Septembris, celebratum. Preces, odas rythmicas, & periochas tum Sacri Codicis, tum Vitæ noſtri Rembertinæ, qvæ die hoc feſto, in honorem ejus, apud Svecos, recitabantur & decantabantur, Claud. Arrhenius, in *Appendice Vitæ Ansgarii geminæ*, Holmiæ A. 1677. a ſe editæ, tam e *Legendis ſive Vitis Sanctorum Sveciæ* vetuſtioribus, qvæ in Bibliotheca Upſalienſi Academica aſſervantur, MSStis, qvam e *Rituali Sanctorum Sveciæ* recentiori, Sigismundi Regis auſpiciis congeſto, hactenus itidem ἀνεκδότω, exhibuit. Cimbricæ in *Libro Breviario Eccleſiæ Slesvicenſis*, Pariſiis A. 1512. excuſo, leguntur (519.), Hamburgenſes autem in Joh. Alb. Fabricii *Mantiſſa Memoriarum Hamburgenſium*, modo laudata (520.). E qva etiam (521.), Ansgarium ab Hamburgenſibus, adhuc Pontificiis, in Litania publica, una cum Sanctis aliis, ut pro ſe intercederet, eſſe rogatum, cognoſces. Imo, ſi credamus Antonio Macedo, Jeſuitæ Luſitano, *de Divis Orbis Chriſtiani tutelaribus* opere commentato peculiari, A. 1687. Ulyſippone impreſſo, non Hamburgenſes tantum ſuæ civitatis (522.), ſed Dani etiam, Sveci & Norwagi, regnorum ſuorum, patronum eum elegerunt (523.) Hamburgenſes certe non ædem ſolum ſacram B. Mariæ Virginis, A. 1371. in Neapoli ſua conditam, Ansgarii poſtea conſecrarunt memoriæ, &, cum hæc, poſt ſacrorum emendationem, A. 1531., deſtructis altaribus, in domum colligendis deſtinatam eleemoſynis, A. 1538. in granarium publicum, tandemqve A. 1604. in Orphanotropheum, tunc extructum, eſſet mutata, iſtius qvoqve templum eidem dicarunt (524.), ſed portam etiam, A. 1665. deſtructam (das Schaar-Thor), & plateam (den Schaar-Steinweg) Neapoleos vicinas nomine itidem donarunt Ansgariano (525.). De Templo iſto Hamburgenſi Ansgariano Pontificii ſcriptores, Ant. Macedo (526.) & Joh. Ad. Cypræus, noſtras (527.), jactant, ad profanos illud uſus transferri a Lutheranis, facere id conatis, nunqvam potuiſſe. Cypræi (Ansgarium ipſum in illo, ævo ejus nondum condito, docuiſſe falſo perſvaſi) verba adjicio: *Retulit mihi R. P. Eſaias Cruſius, e Soc. JEſu, natione Bremenſis, ſe ex fide dignis hominibus accepiſſe, S. Ansgarii ædem, Hamburgi, quæ olim Holſatiæ metropolis fuit, conſtructam ac ædificatam, in qva olim docuit S. Ansgarius ac ſacra peregit, nulla unqvam ætate potuiſſe profanari, atqve ad alios uſus transferri. Nec enim mercatoribus, aut cereviſiæ coctoribus ſuam S. Ansgarius permiſit ædem illic mercimoniis, aliisqve rebus familiaribus ac domeſticis, agendis ac tractandis profanari, ſed ipſos, variis territos ſpectris, ejecit. Unde etiam pupillorum ac orphanorum ceſſit ſuſtentationi, ut nulli non notum eſt.* Qvæ an vere ita narrentur, ipſi inqvirant Hamburgenſes, hiſtoriæ ſtudioſi patriæ. In Baſilica Emporii Hamburgenſis cathedrali, juxta gradus Chori ſummi, ſupra dextrum frontiſpicii ejus fornicem, Imago ſpectatur Ansgarii vetuſta, a Johanne Middelmanno, templi hujus, ad annum usqve fatalem 1457., Præpoſito, erecta: cujus ectypa, æri inſculpta, Pet. Lambecius *in Chronologia Libri primi Rerum Hamburgenſium, ſecundo ſubjecta* (528.), & Trogillus Arnkielius *in Tractatu de Cimbrorum Ethnicorum converſione* Germanico (529.), exhibuerunt. Non minori qvoqve, qvam Hammopolis, veneratione Præſulis hujus ſui memoriam civitas proſecuta eſt Bremenſis, in qva itidem Ansgarii templum, porta, effigies & platea, æterna tanti Viri monumenta, teſte Chr. Franc. Paulino (530.), hodienum ſuperſunt. E qvibus templum, uti Anonymus *Chronici Monaſterii Raſtedenſis* Autor (531.) fuſius expoſuit, A. C. 1184. circiter ab Hartwigo II., Archiepiſcopo Bremenſi, Collegii etiam Canonicorum, in eodem adhuc florentis, fundatore, eſt extructum, & A. 1450. ab uno Canonicorum iſtorum picturis Vitæ Ansgarii, metrisqve reciprocis, has illuſtrantibus, exornatum. De qvibus ita Henr. Woltherus *in Chronico Archiepiſcoporum Bremenſium* (532.): *A. 1450. complevit qvidam honorabilis Eccleſiæ S. Anscharii Bremenſis Canonicus, olim Domini Boldewini, Archiepiſcopi, Capellanus, Metra qvaſi reciproca, ſatis nobilia & pulchra, ſuper vita S. Anscharii, & depingi fecit vitam ejusdem in Eccleſia ſua, cum ſubſidio Structuariorum, & ſubſcribi fecit metris.* Qvæ *Metra reciproca* idem qvoqve jam ante, in ſua de Ansgario narratione (533.),

(509.) V. Autorem *Vitæ Remberti, c. 11., p. 739. edit. Fabricianæ (Vol. II. Memor. Hamburg.)*, Adamum Brem. *L. I. H. E. c. 31.*, & Alb. Stadenſem *in Chronico, ad A. 865.* (510.) V. ſupra §. 15. narrata, Autoresqve illic citatos. (511.) V. Autorem *Vitæ Remberti l. c. c. 11., p. 739.* (512.) V. eundem *c. 10., p. 736. 737.*, & Fr. Haræi *Vitas SS. p. 137. 138.* (513.) *l. c. c. 20., p. 755.* Conf. Haræum *p. 139.* (514.) *ad A. 1095. p. 390.* (515.) *L. I. H. E. Sveo-Goth., c. 21. p. 66.* (516.) *in Chronico Archiepp. Brem. (T. II. Rer. German. H. Meibomii Jun.) p. 25.* (517.) *loco mox citando.* (518.) V. illam *p. 102. 111.* (519.) Harum qvasdam etiam invenies in Joh. Ad. Cypræi *Annalibus Epiſcoporum Slesvicenſium, L. I., c. 22., p. 143. 144.* (520.) *p. 156.* (521.) *p. 140.* (522.) V. Joh. Frid. Mayeri Evangeliſches Hamburg *p. 330. 331.* (523.) V. Joh. Alb. Fabricii *Bibliographiam Antiqvariam, c. 8., p. 264.* (524.) V. qvæ de templo hoc (e Joh. Molleri, J. U. D. Pontificii, *Hiſtoria Reformationis Hamburg.* ἀνεκδότω, Henr. Heldii, J. U. Lic., *Chronico Hamburg. MS.*, aliisqve) collegit D. Matthæus Sluterus in Tr. von den Erben in Hamburg, *P. III., Tit. 2., p. 597-600.*, *ac Tit. 8., p. 649. 650.*, & conf. M. Dav. Wolderi *Epiſt. dedic. Bibliorum quadrilingvium*, A. 1596. editorum, Pet. Lambecii *Origg. Hamburg p. 9.*, ac Hier. Paſmanni Hamburgiſches Denckmahl *p. 116. 117.* (525.) V. de iis Sluterum *l. c., P. III., Tit. 5., p. 628., ac Tit. 8., p. 649-652.*, & Lambecium *l. c.* (526.) *in Opere paulo ante laudato p. 506.*, teſte Joh. Frid. Mayero *l. c.* (527.) *in Annalibus Epiſcc. Slesvic., L. 3., c. 6., p. 441.* (528.) *ad A. C. 831* (529.) *L. 3., c. 7., p. 125.* (530.) *in Theatro Vir. illuſtr. Corb. Saxon., c. 2., p. 22.* (531.) *Tomo II. Rer. German. Henr. Meibomii Jun. p. 97. 98.* (532.) *in Vita Gerbardi de Hoja, Archiepiſcopi*, apud Meibomium *eodem T. II. p. 81.*

(533.), velut *dilucide a qvodam Eccleſiæ Canonico facta, totamqve vitæ ejus ſeriem continentia*, & adhuc reliqva, teſtis fide dignus, ipſemet qvippe templi hujus Bremenſis Ansgariani, circa A. 1464., itidem Canonicus, laudavit.

§. XXXIV.

E Reliqviis Ansgarii, qvas λειψανολάτραι Pontificii paſſim oſtentant & venerantur, mentionem, præ aliis, merentur illæ corporis ipſius, qvas Monaſterio Veteris Corbejæ in Picardia Gallica, per Adalbertum, Archiepiſcopum Hamburgenſem & Bremenſem, Seculo XI. medio, eſſe donatas Gvaldo, Coenobii ejusdem tunc monachus, in Prologo Metaphraſeos ſuæ metricæ Vitæ Ansgarii Rembertinæ, Adalberto inſcriptæ, his ad eum verſibus, uti *in Notis* Pet. Lambecii (534.) jam eſt monitum, paulo obſcurius indicavit (535.):

At, qvi barbariem domuit, qvi propulit hoſtem,
Signifer, & Domini procurſor in urbe Bremenſi,
Transqve Albim regnat, ſed Gallica rura ſerenat,
Pignoribusqve ſuis ditat cunabula matris.

Qvibus jungendi duo, qvi ſub finem Prologi leguntur, ſeqventes:

Maternis laribus ſacro de corpore pignus
Transmiſſum per te foedus renovavit utrinqve.

Alia ſacræ Ansgarii ſupellectilis λείψανα, qvæ variis in locis hodienum ſupereſſe creduntur, Chriſt. Franç. Paulinus (536.) enumeravit, ita ſcribens: *Maurus, Abbas inclyti Monaſterii Iburgenſis. Ord. Bened., dioeceſeos Osnabrugenſis, elegans Hiſtoricus, fautorqve meus colendus, vidit hujus Apoſtoli Miſſale MS. apud Eminentiſſimum Dn. Franciſcum Gvilielmum, Cardinalem & Epiſcopum Osnabrugenſem, Ferdenſem, Mindenſem ac Ratisbonenſem, Comitem a Wartenberg, qvi magno in pretio habuit. Hic tranſtulit corpus S. Anſcharii in Bavariam. Jactat Nic. Serarius (L. III. Rer. Mogunt. p. 478.), ſe in Altari portatili Anſcharii, qvod e Saxonia accepit Moguntia, miſſam celebraſſe. In Monte S. Gertrudis, qvod Monaſterium eſt Virginum Benedictinæ familiæ prope Osnabrugum, adhuc ſervatur capſula eburnea, in qva circumtulit ſacras hoſtias, & imago B. Mariæ Virginis ligno inſculpta.*

§. XXXV.

Claudemus hanc narrationem monumentorum de vita Ansgarii, literariorum, veterum pariter atqve recentiorum, recenſu. Antiqviſſimum horum eſt, ſimulqve uberrimum ac præſtantiſſimum, *Vita* ejus, qvæ etiamnum supereſt, Latina ἀδέσποτος, eodem, qvo noſter floruit, Seculo nono, non autem (uti Joh. Henr. Boeclerus (537.) perperam credidit) undecimo æræ Chriſtianæ, conſcripta, & Monachis Corbejæ, non novæ ſive Saxonicæ, ſicut ab Adamo Bremenſi (538.) falſo traditur, ſed Veteris ſive Gallicæ (qvod a Lambecio, ſub initium *Notarum ad illam* (539.), e locis ejusdem compluribus, ὀφθαλμοφανερῶς eſt demonſtratum), inſcripta. Remberto hanc, Ansgarii diſcipulorum atqve familiarium intimo, defunctiqve in Archiepiſcopatu Hamburgo-Bremenſi ſucceſſori, non editores ſolum omnes, ſed & eruditi alii pleriqve, Veterum, qvæ mox allegabimus, freti teſtimoniis, merito vindicarunt. Qvem tamen ſolum eam haud concinnaſſe, ſed alium in labore iſto habuiſſe συνεργὸν, non ipſa ſolum docet præfatio, in qva *Filii atqve diſcipuli Anſcharii* Monachos alloqvuntur Palæo-Corbejenſes, ſed *Vitæ* etiam *Remberti* ſcriptor, illi σύγχρονος, confirmat, de iſta (absqve Autorum mentione, jam ante aliqvoties, *c.* 2. 3. 5. & 6., laudata) *cap.* 9. ita ſcribens: *Qvamdiu ergo fuit in corpore Vir Domini Ansgarius, iſte ſervus Dei, Rimbertus, præ cunctis familiarius illi in omnibus adeſſe ſolebat, de qvo aliqvotiens nobis in hoc opuſculo mentio incidit, & Libellus geſtorum præfati Pontificis, ab ipſo Rimberto, alioqve condiſcipulo ejus, editus, teſtatur. In qvo videlicet libro, ubicunqve commemoratio fit cujusdam fidiſſimi Diſcipuli ejus, qvod freqventer ibi lector inveniet, ipſum ſciat fuiſſe Rimbertum: ſed, qvia, ut diximus, ipſe, cum alio qvodam, editor eorundem extitit geſtorum, idcirco veritatem rei, ſuppreſſo nomine ſuo, exprimere voluit, ne de ſe familiariorem gratiam jactanter proferre videretur.* M. Adamus Bremenſis qvoqve, poſtqvam, *Libro I. Hiſtoriæ eccleſiaſticæ Hamburgenſis & Bremenſis, capitibus* 18. 21. 22. 24. 26. 28. 29. 31., eandem Ansgarii Vitam ſæpius, indicio Autoris non addito, allegaverat, *capite* tandem 31. *Rembertum* hunc eſſe, etſi de συνέργῳ ejus taceat, verbis detexit ſeqventibus: *Eadem vero die, qva ipſe* Ansgarius) *commendatus eſt, Rimbertus, Diaconus ejus, a Clero ſimul & populo electus eſt. Qvi etiam, Vitam ſancti Patris veridico ſermone deſcribens, more beati Johannis, qvaſi de alio ſcribens, innuit ſe, fideliſſimum ejus diſcipulorum, teſtimonium perhibere ſanctitati, qvam cognoverat in Viro Dei. Hunc ille librum ad Fratres direxit Cœnobii novæ* (ſive potius veteris) *Corbejæ, beatificans illos, qvod talem miſerint, & nobis congratulans, qvod talem ſuſcipere meruimus Paſtorem.* Taceo Autorem *Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſium* incertum (540.) & Henr. Wolthcrum (541.); qvorum prior ipſa Adami verba repetit, uterqve autem, una cum illo, Rembertum Vitam ſcripſiſſe Ansgarii teſtatur. Periiſſe illam falſo crediderunt Cæſ. Baronius, bis ejus jacturam in *Annalibus* deplorans *Eccleſiaſticis* (542.), & Joh. Vaſtovius (543.). Ne qvid enim dicam de MSStis Hamburgenſi (ſub initium, uti ipſemet obſervavi, mutilo), Palæo-Corbejenſi, Pariſienſi S. Germani, Weingartenſi, Sorano Steph. Joh. Stephanii (544.), & aliis pluribus, Fragmentis item, qvæ Scriptor Vitæ Remberti, Adamus Bremenſis, Laur. Surius, aliiqve, recitarunt, ſex illius Seculis XVII. & XVIII. prodierunt editiones. Primam Phil. Cæſaris *Triapoſtolatus Septentrionis*, Coloniæ A. 1642. (*in* 8.) editus, e Codice MS. Hamburgenſi, membranaceo & avthentico, ſed mutilo, una cum Vitis Willehadi & Remberti vetuſtis, Notisqve Cæſarianis, exhibuit. Huic autem, paſſim, inprimis ſub finem, mancæ, &, ob ſtylum Autoris ab editore interdum mutatum, male audienti, merito præferuntur ſeqventes, qvæ & pleniores ſunt, & Vitæ Ansgarii Rembertinæ, ſermone ſoluto ſcriptæ, metricam ejusdem adjunxerunt Metaphraſin, Seculo XI. a Monacho Corbejæ veteris Gallicæ incerto, carmine heroico, ſed rudi ac ævi iſtius redolente barbariem, concinnatam, & Adalberto, Archiepiſcopo Hamburgenſi, inſcriptam. Autori hujus per Lambecium, primum editorem, nomen Gvaldonis (qvod & nos, eum allegantes, retinuimus) eſt impoſitum, ductu ſeqventium, qvi ſub finem præfationis leguntur, verſuum:

Contra naturam qvem compulit eſſe Poetam
Gvaldo, tibi fidus, ſanctiſſime Præſul, amicus.

Qvos tamen commodius de laboris iſtius Poetici Ergodiocta, qvam Autore, poſſe explicari, verborum oſtendit συνάφεια, nec ipſe Lambecius diffitetur. Utramqve iſtam Ansgarii Vitam, proſaicam Remberti, & metricam Gvaldonis, junctim primus integram, e Codice membranaceo Monaſterii S. Germani Pratenſis Pariſino, e Corbeja veteri in illius tranſlato Bibliothecam, publicavit Pet. Lambecius, modo laudatus, & notis ſuis illuſtratam *Originibus* ſubjecit *Hamburgenſibus*, Hamburgi A. 1652. *in* 4. excuſis, ac ibidem A. 1706. (*in fol.*), curante Joh. Alb. Fabricio, cum eadem recuſis Appendice. Ambæ deinceps inſertæ etiam ſunt a Joh. Bollando & Godofr. Henſchenio, Jeſuitis, præter Codicem

(533.) *ibidem p.* 25. (534.) *in Append. Originum Hamburg. p. m.* 130. (535.) *V.* 108-111. 177. 178. (536.) *loco nam.* 530. *citato, p.* 21. 22. (537.) *in Commentat. de Scriptoribus Græcis & Latinis p.* 92. (538.) *L. I. Hiſt. Eccl. c.* 31. (539.) *p. m.* 130. 131. (540.) *c.* 4., *p.* 71. (541.) *in Chron. Archiepp. Brem* (*T. II. Rer Germ. H. Meibomii Jun.*) *p.* 25. (542.) *T. IX., ad A.* 826, *n.* 37., *p.* 820., & *T. X., ad A.* 858., *n.* 15., *p.* 150. (543.) *in Vitæ Aqvilonia p.* 8. (544.) V. de hoc ipſius Stephanii *Notas ad Lib. IX. Hiſt. Dan. Saxonis Grammatici p.* 193. 194.

cem Cœnobii S. Germani duo MSSta ſecutis alia, præmiſſo Commentario erudito, *Actis* ſuis *Sanctorum Menſis Februarii Antwerpienſibus*, & *Tomo* qvidem illorum *Primo*, A. 1658. Antwerpiæ impreſſo, ad diem menſis iſtius tertium; a Joh. Mabillonio autem, Cœnobita Benedictino (qvi Corbejenſes qvoqve membranas contulit), Operis, in qvod *Acta Sanctorum Ordinis* congeſſit *Benedictini*, *Seculo Qvarto*, Lutetiæ A. 1680. juris facto publici, *Tomoqve* hujus *Secundo* (545.). Holmiæ tandem Svecorum A. 1677. (*in 4.*) utraqve hæc Biographia, Rembertina & Gvaldoniana, ſub titulo *Vitæ S. Ansgarii geminæ*, ex editione Lambeciana, Magni Gabrielis, Comitis de la Gardie, Regni Sveciæ Cancellarii, auſpiciis, recenſita eſt a Claudio Arrhenio, Hiſtoriographo regio ac Profeſſore Upſalienſi, in Nobilium poſtea ordinem, ſub Öhrnhiälmii agnomine, evecto. Adjecit is editioni ſuæ Notas Lambecii, ſuumqve Breviarium vitæ Ansgarii Chronologicum, Remberti fere ſolius ductu concinnatum (de cujus *Originibus* etiam P. Lambecii *Hamburgenſibus*, Hamburgi A. 1706. recuſis, a J. Alb. Fabricio præmiſſi, nævis noſtræ hujus Biographiæ relegatur procœmium), Excerpta item (qvorum §. *33.* mentio jam eſt facta) e Legendis Sanctorum Sveciæ vetuſtis, ac Rituali Sigismundeo, de cultu Ansgarii apud Svecos publico, ac Indices neceſſarios. Addita præterea, in eadem, eſt Vitæ Ansgarii Rembertinæ Verſio illius vetuſta Svedica, e Codice Cœnobii virginei in diœceſi Aboenſi Nedendalenſis MSto ἀδεσπότῳ eruta, qvam, Arrhenio judice, Nicolaus Scheningenſis, Epiſcopus in Oſtrogothia, ab A. C. 1374. ad fatalem 1391., Lincopienſis, qvi, in Epitaphio (546.), *Ansgarii vitam ſtilo decoraſſe* perhibetur *ſolenni*, concinnavit. A mente Remberti interdum illa recedit, & in locis compluribus (qvorum lacunæ, per Arrhenium, verbis ſuis, uncorum marginalium ope a textu reliqvo diſtinctis, ſunt ſuppletæ), partim Codicis, qvem expreſſit, Latini, ex Hamburgenſi forte imperfecto, qvo Phil. Cæſar utebatur, tranſcripti, partim Interpretis, culpa, eſt mutila, imo integris capitibus, ipſaqve præfatione, uti a Wilh. Ern. Tenzelio, in ſuo editionis Arrhenianæ recenſu, *Dialogis menſtruis anni 1690.* inſerto *vernaculis* (547.), fuſius oſtenditur, lectores defraudat. Plura, & de ipſa *Vita Ansgarii*, a Remberto ſcripta (cujus *diſtinctionem temporum obſcuram* Adamus Bremenſis (548.) jam olim, & diu ante Cl. Arrhenium (549.), *lumine Chronologico* eam *fere deſtitui* itidem conqveſtum, obelo notavit), & de Gvaldonis Metaphraſi metrica, verſioneqve hac Svecica ejusdem, ſuo a nobis loco in narratione de Remberto Autore monebuntur biographica. Qvibus jungi poſſunt, qvæ, de iisdem, non ſolum editores Phil. Cæſar, Pet. Lambecius, Joh. Bollandus & Cl. Arrhenius, *in Prolegomenis Notisqve* ſuis, ſed & Gerh. Joh. Voſſius (550.), Wilh. Ern. Tenzelius (551.), Caſim. Oudinus (552.), Gvilh. Cavius (553.), Joh. Alb. Fabricius (ſingulorum ſcripti Rembertini capitum argumenta, cum Phil. Cæſaris in illud Notis, exhibens) (554.), noſtraqve *Iſagoge ad Hiſtoriam Cimbricam* (555.) ac *Hypomnemata ad Sveciam Joh. Schefferi literatam* (556.), jam obſervarunt.

§. XXXVI.

Poſt Rembertum, Gvaldonem & Nicolaum Epiſcopum Lincopienſem, ex profeſſo Ansgarium celebrare, circa A. C. 1450., eſt aggreſſus Canonicus qvidam ædis ſacræ in urbe Bremenſi ei dicatæ, in *Metris* de Vita illius *reciprocis*, picturis templi iſtius, qvæ eandem adumbrabant, tunc adjectis, de qvibus Henr. Woltheri narratio §. *33.* jam eſt recitata. An etiamnum Bremæ ſuperſint, Viri urbis illius docere nos poterunt eruditi. Albertum Krantzium, Decanum ædis cathedralis Hamburgenſis, & Hiſtoricum Cherſoneſi noſtræ, circa Sec. XV. & XVI. confinia, illuſtrem, qvi Canonico illi ætate fuit proximus, Ansgarii Vitam ſeorſim ſcripſiſſe, *Bibliothecæ* Gesnerianæ Continuatores, Joſ. Simlerus (557.) & Joh. Jac. Friſius (558.), nullo teſte allegato, perperam haud dubie tradiderunt. Conſtat tamen, eum non ſolum, uti mox indicabitur, *Metropoli*, ſcriptisqve aliis, noſtri inſeruiſſe hiſtoriam, ſed & Vitas Ansgarii & Remberti vetuſtas Jacobo Drieſcho, Antiſtiti Gulielmitarum Brugenſium, in Flandriam transmiſiſſe, illic poſtea per Jac. Meierum editas. Docent id verba Meieri, ex ipſius *Chronico Flandriæ* (559.) a Gerh. Joh. Voſſio (560.) allegata: *Vitam D. Remberti, una cum vita D. Ansgarii, Hamburgi conſcriptam, datamqve ab Alberto Crantz Jacobo Drieſcho, Antiſtiti Gvilielmitarum Brugenſium in aliis lucubratiunculis noſtris edidimus*, *Lyricisqve eum verſibus celebravimus.* Docent & hæc Voſſii ipſius (561.): *Alb. Krantzio æqvalis fuit Jac. Drieſchus, ut cui is dedicavit Vitam S. Remberti, Epiſcopi Bremenſis, & S. Ausgarii* (ſive potius Ansgarii) *Hamburgenſis: qvas vitas edidit Meierus.* Confirmat etiam Valer. Andr. Deſſelius, *in Bibliotheca Belgica*, & (562.) Krantzium Jac. Drieſcho, familiari ſuo, *Vitam S. Remberti* (qvem *Archiepiſcopum* male vocat *Rhemenſem*) inſcripſiſſe tradens, & (563.) *Vitam Ansgarii* Jac. Meiero (qvem tamen Autorem ejus fuiſſe falſo credidit), fide *Annalium* ipſius *Flandricorum* (*ad A. 830.*), tribuens. Qvæ Vita Ansgarii, Jac. Drieſcho per Krantzium transmiſſa ac dedicata, per Jac. Meierum vero luci expoſita, ſi Rembertina fuit, uti credo, prima hæc eſt & antiqviſſima illius editio, cæteris, §. præcedente enumeratis, adjungenda, ſed nec mihi viſa, nec ab Autoribus, præter jam allegatos, aliis, qvos evolvi, memorata (564.). A qva biographia Rembertina nec diverſa fuiſſe videtur Vita Ansgarii vetuſta, qvam Joh. Lydius, una cum Vitis XII. Apoſtolorum Friſiæ, aliorumqve Evangelii in Germania & Belgio præconum, e MSStis venerandæ antiqvitatis, a ſe publicatum iri, A. 1615., in Epiſtola ad Joh. Meurſium, pollicitus eſt, ἀνεκδότῳ (565.). Monumentis literariis de eodem antiqvioribus annumerari etiam, cum pleraqve vitæ ipſius capita egregie illuſtrent, merentur Ludovici Pii, Imperatoris, Ludovici Junioris, Regis Germanici, ac Gregorii IV., Leonis IV. & Nicolai I., Pontificum Romanorum, qvi dignitates ſacras ei vel contulerunt, vel confirmarunt, Diplomata, de qvibus, eorumqve editionibus, ſupra jam §§. *9. 10. 18. & 20.* fuſe diſſeruimus. E recentioribus ſeorſim Ansgarii vitam duo tantum Scriptores Sveci expoſuerunt, Claudius Arrhenius ſcilicet, de cujus *Breviario* illius *Chronologico* in *Prooemio* jam ac §. *35.* a nobis eſt dictum, & Petrus Bångius, Helſingus, Theol. D. ac Prof. in Finlandia Aboenſis, qvi, teſte Joh. Scheffero (566.), *Vitam Ansgarii, ex Svecica verſione Remberti compendioſe repetitam & caſtigatam, Parti generali Hiſtoriæ* ſuæ *Eccleſiaſticæ Sveo-Gothicæ*, Aboæ A. 1675. (*in 4.*) excuſæ, adjecit.

§. XXXVII.

Præter hactenus enumeratos, qvi monumentis literariis Præſulem inclytum celebrarunt ex profeſſo peculiaribus, fuſius qvoqve, in ſcriptis ſuis, vitam ejus, laudes ac merita in Eccleſiam, præſertim borealem, enarrarunt, e Vetuſtioribus, qvi ante reformationem, qvam vocant, Lutheranam vixerunt, M. Adamus Bremenſis, Seculi XI. ſcriptor (cui Tractatus de vita Ansgarii perperam in Chriſtoph. Hendreichii *Pandectis Brandeb. p. 37.* affingitur), *Libro I. Hiſtoriæ Eccles. Hamburg. & Bremenſis, cap. 14-32.*, &, qvi hunc, verbis etiam ipſius plerumqve retentis, ſunt ſecuti, Albertus Stadenſis *in Chronico, ad A. C. 817. 826. 833. 837. 840. 841. 845. 858. 861. & 865., f. 87-93. editionis Reineccianæ.* Autor

(545.) *p. 75. & ſeqq.* (546.) apud Joh. Meſſenium *in Chronico Epiſcc. Sveciæ*, *c. 7. p. 83. 84.* (547.) *M. Febr. anni 1690. p. 142-152.* (548.) *Lib. I. Hiſt. Eccl. c. 18.* (549.) *L. I. Hiſt. Eccl. Sveo-Goth.*, *c. 5.*, *p. 13.* (550.) *L. 2. de Hiſt. Lat. c. 37.*, *p. 329. 330.* (551.) *loco paulo ante citato.* (552.) *in Supplemento de Scriptt. eccleſiaſt. p. 253. 290. 330. 331.* (553.) *in Hiſtoria literaria Scriptt. eccl.*, *P. II.*, *p. 164.* (554.) *Vol. II. Memor. Hamburg. p. 603-718.* (555.) *P. II.*, *c. 3.*, *§. 9.*, *p. 56-60.* (556.) *p. 355. 356.* (557.) *p. 17.* (558.) *p. 19.* (559.) *ad A. 887.* (560.) *L. 2. de Hiſt. Lat. c. 28.*, *p. 334.* (561.) *ibidem*, *L. 3.*, *c. 10.*, *p. 647.* (562.) *p. 408* (563.) *p. 422.* (564.) Conf. qvæ de illa *Parte II. Iſag. ad Hiſt. Cimbric.*, *c. 3.*, *§. 10.*, *p. 60. 61.*, diximus. (565.) Verba hujus *ibidem*, *c. 2.*, *§. 4.*, *p. 20.*, a nobis ſunt recitata. (566.) *in Svecia literata p. 228.*

Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſium, (inter Erp. Lindebrogii *Scriptores rer. German. Septentr.* obviæ) incertus, *cap. 1-5., p.m. 69.70.71.*, Henr. Woltherus *in Chronico Archiepiſcoporum Bremenſium* (*Tomo II. Rer. German.* Henr. Meibomii junioris edito) *p. 22.24.25*, & Alb. Krantzius *Lib. I. Metropoleos, cap. 19.20.27.30-39.41.42., Lib. IV. Daniæ c. 10. & 13.*, ac *Lib. II. Saxoniæ c. 25. & 29.* E Recentioribus, qvi poſt emendationem ſacrorum Lutheranam ſcripſere, plenius itidem & uberius alii de illo ſunt commentati Centuriatores Magdeburgenſes *Cent. IX. Hiſt. Eccl. c. 10.*, Joh. Letznerus *in Chronico Corbejenſi Germanico, cap. 8. edit. primæ anni 1585., & c. 32., fol. 69-78. edit. ſecundæ anni 1604. Hildeſienſis*, Cæs. Baronius *in Annalibus Eccleſiaſticis, T. IX., ad A. 822., n. 7., p. 767., ad A. 826., n. 36-42., p. 819. 820. 821., ad A. 832., n. 7., p. 865. 866.*, ac *T. X., ad A. 858., n. 13. 14. 15. 16., p. 149. 150. 151., & ad A. 866., n. 101., p. 318. 319.*, Corn. Graſius *in Vitis Sanctorum, T. I., p. 606. 607. 608.*, Joh. Vaſtovius *in Viti Aqvilonia, ſeu Vitis Sanctorum regni Sveo-Gothici, p. 2-8.*, & Ericus Benzelius junior *in Notis ad ſuam libri Vaſtoviani editionem col. 1. 2. 3. 4.*, Joh. Ad. Cypræus *in Annalibus Epiſcoporum Sleſvicenſium, Lib. I., c. 1., p. 6-13., c. 3. & 4., p. 18-29., & c. 22., p. 143. 144.*, Phil. Cæſar *in Epiſtola dedicatoria ac præfatione Triapoſtolatus Septentrionis, Notisqve ad Vitam Ansgarii Rembertinam, in iſto editam*, Joh. Meſſenius *in Chronico Epiſcoporum Sveciæ, c. 1. & 2., p. 3-9., c. 3. p. 21., & c. 13., p. 162. 163. 164.*, Caſp. Dancwerthius *in Chorographia Cimbriæ Germanica, P. II., c. 9., p. 117. 118., c. 10., p. 129.*, ac *P. III. c. 6., p. 206., & c. 13., p. 263. 264.*, Pet. Lambecius *in Originibus Hamburgenſibus, ſeu Libro I. Rerum Hamburgenſium, p. 5-9., Libro II. p. 67. 68., & in Chronologia Libri primi, ſecundo adjecta, p. 103-115. edit. ſecundæ Fabricianæ*, Chriſt. Franc. Paulinus *in Theatro Virorum illuſtrium Corbejæ Saxonicæ, c. 2., p. 11-22.*, Gabr. Bucelinus (a Paulino allegatus) *in Menologio Benedictino, ad d. 3. Febr.*, Claud. Öhrnhiälmius ſive Arrhenius *L. I. Hiſtoriæ Sveonum Gothorumqve eccleſiaſticæ, c. 4-23., p. 11-81., & c. 24., p. 86.*, Trog. Arnkielius in der Cimbriſchen Heiden-Bekehrung, *L. 3., c. 7., p. 125-136., c. 10., §. 10., p. 150., L. 4., c. 2. 3. 4. & 5., p. 164-182., & L. 6., c. 2., §. 4-11., p. 270-277., §. 31., p. 286.*, ac *c. 5., §. 2., p. 320. 321.*, Adr. Bailetus *dans les Vies des Saints, Tomo VIII.*, aliiqve Hiſtoriæ Sanctorum & Archiepiſcoporum Hamburgenſium atqve Bremenſium ſcriptores. Qvibus noſtræ etiam *Iſagoges ad Hiſtoriam Cimbricam* de illo narrationes poſſunt adjungi, *Parte II., c. 3., §. 1., p. 33. 34. 35., §. 7., p. 46. 47., §. 8. 9. 10., p. 49-62.*, & *in* Παραλειπομένοις *Partis ſecundæ p. 218-222.*, ac *Quartæ p. 643.*, obviæ.

§. XXXVIII.

Pauciora de illo narrarunt, aut aliqva tantum vitæ ejus capita attigerunt, præter alios qvamplurimos, partim in noſtra jam ipſius biographia præcedenti locis ſuis allegatos, e Vetuſtioribus, Ado Viennenſis *in Martyrologio, ad d. 3. Febr.*, Autor *Vitæ Remberti*, ſucceſſoris ipſius, huic coævus, *cap. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. & 20.*, Helmoldus *Libro I. Chronici Slavorum c. 4. & 5., p. 18. 19. 20.*, Saxo Grammaticus *Libro IX. Hiſtoriæ Danicæ p. 175. 176. 178.* edit. *Stephanianæ*, Snorro Sturleſonius *in Chronico Regum Norwagiæ, T. I., P. VI., c. 22., p. 220. 221. 222. edit. noviſſ. Peringskioldianæ*, Autores *Chronicorum* duorum *Slavicorum*, inter *ſcriptores rer. German. ſeptentr. Lindebrogianos* obviorum, *prior c. 4. 5. & 6., p. 190. 191.*, poſterior vero *ad A. 815. 833. 840. 841. 844. & 855., p. 253.*, Presbyter dioeceſeos Bremenſis Anonymus *in Continuatione Chronici Slavorum Helmoldini* (*Tomo I. Acceſſ. Hiſtor.* G. G. Leibnitii publicata), *c. 9., p. 16. 17.*, Scriptor *Annalium Corbejenſium* (*in Syntagmate rerum & antiqvitatum Germanicarum* C. F. Paulini editorum), *ad A. C. 817. 827. 831. 834. 845. 866. & 870., p. 369-373.*, & Joh. Trithemius *L. IV. de Viris illuſtribus Ordinis Benedictini, c. 84.* E Recentioribus autem, alphabetica enumerandis ſerie, Dan. Angelocrator *in Vitis Archiepiſcoporum Bremenſium* (*Caſſellis A. 1617. editis*), Gothofr. Arnoldus *T. I. Hiſt. eccl. vernaculæ p. 300.*, hujusqve adverſarius, Frid. Arnkielius, in der Rettung des erſten Nordiſchen Chriſtenthums, *c. 1., p. 3-11.*, Joh. Baazius *in Inventarii Eccleſiæ Sveo-Gothorum Epiſt. dedic. p. 8. 9., L. I., c. 4., p. 88., c. 6. p. 99., c. 12., p. 139., & L. III., c. 14., p. 349. 350.*, Cæs. Baronius *in Notis ad Martyrol. Rom., ad d. 3. Febr.*, Vitus Beringius *in Floro Danico p. 169. 170. 180. 181.*, Joh. Henr. Boeclerus *in Comm. de rebus Sec. IX. & X. p. 87. 88.*, Marcus Zuerius Boxhornius *in Hiſtoria univerſali, ad A. C. 836., p. 466. 467. edit. Lipſ.*, Joh. Franc. Buddeus *T. I. Lexici Hiſtorici Germanici p. 151.*, Gvilh. Cavius *in Hiſt. liter. Scriptt. eccl., Sec. IX., p. 368.*, Jac. Gaulterius *in Tabula Chronographica ſtatus Eccleſiæ Catholicæ p. 594.*, Autor des Nachrichtes von der Stadt Hamburg, *P. I., c. 2., p. 14-20., P. II. p. 143. 144. 145., & P. III. p. 243. 244. 245.*, Mart. Hamconius *in Friſia f. 66.*, Herm. Hamelmannus *Lib. II. de Viris illuſtribus Weſtphalis* (*in Opp. Genealogico-Hiſtoricis*) *p. 146. 147.*, Franc. Harzæus *in Vitis Sanctorum p. 137. 138. 139.*, Dan. Hartnaccius *in Notis ad Georg. Hornii Hiſt. Eccl. p. 330. 331.*, Gothofr. Hechtius *in Germania ſacra & literata, P. II., Lib. 3., c. 3. & 4., p. 122-127., & L. 12., c. 7., p. 499.*, Ant. Heimreichius in der Sleswigiſchen Kirchen-Hiſtorie, *L. I., c. 2., p. 15-24.*, & in der Nordfriſiſchen Chronica, *c. 5., p. 91. 98.*, Nicol. Heldvaderus *P. I. Sylvæ Chronologicæ Circuli Balthici, c. 15., p. 73. 74. 75. 76.*, Chriſtoph Hendreichius *in Pandectis Brandeburgicis p. 201.*, Conr. ab Höveln in der Hamburgiſchen Hoheit *p. 14-17.*, Har. Huitfeldius *P. I. Chronici Daniæ Danici p. 22-31.*, & *in Chronico Epiſcoporum Daniæ p. 2. 3.*, Chriſt. Kortholtus *in Hiſtoria eccleſiaſtica N. T., Sec. IX., p. 323. 329.*, Joh. Loccenius *in Hiſtoria Svecana, Lib. 2., p. 41. 48., in Chronologia, ei ſubjecta, p. 861., & L. I. Antiqvitatum Sveo-Gothicarum, c. 3., p. 17.*, Joh. Magnus *in Hiſtoria Svecorum, Lib. XVII., c. 1. & 2., p. 627. 628.*, & *in Hiſtoria Metropolitana Upſalienſi, Lib. I., p. 5.*, Magnus Matthiæ *in Serie Epiſcoporum Lundenſium p. 3-7.*, Gerh. Meierus *Lib. I. Biblioth. Theol. contractæ, c. 9., p. 85., & in Orat. de Scholæ Bremenſis natalitiis, progreſſu & incremento, p. 11.*, Joh. Micrælius *in Syntagm. Hiſt. Eccl., Lib. III., p. 13.*, Aub. Miræus *in Annalibus Belgicis, ad A. 823. & 833., p. 310. 315.*, Joh. Gothofr. Olearius *in Abaco Patrologico p. 404. 405., & Tomo I. Biblioth. Scriptt. eccl. p. 57. 58.*, Caſim. Oudinus *in Supplem. de Scriptt. eccl. p. 253. 290. 330.*, Henr. Pantaleon *P. II. Proſopographiæ Virorum Germaniæ illuſtrium p. 19.*, Joh. Petræus *P. I. Chronici Holſatiæ Germanici p. 6. 7.*, Suffridus Petri (fuſius ſe de noſtro *in Hiſtoria Friſiæ eccleſiaſtica* dicturum pollicitus ἀνεκδότῳ) *Decade VI. Scriptorum Friſiorum, n. 7.*, Lud. El. du Pin *T. VIII. Biblioth. Scriptt. eccl. Gallicæ p. 197.*, Ant. Poſſevinus *T. I. Apparatus ſacri p. 92.*, Ant. Sanderus *in Hagiologio Flandriæ p. 25. 26.*, Joh. Schilterus *Lib. II. de Libertate Eccleſ. German., c. 12., §. 26., p. 255.*, Joh. Olai Slangendorpius *in Orat. de origine & increm. religionis Chriſtianæ in Dania, lit. C. 5. b - E. 2. b.*, Janus Söffrenſen ſive Severini i den Beſkrifvelſe om de forſte Kirker, oc hvorledis Danſke ſick forſt Chriſti Kundſkab, ſeu Libro de Converſione Danorum Danico, Hafniæ A. 1660. *in 8.* excuſo, Frid. Spanhemius Junior *T. II. Introduct. ad Hiſtoriam ſacram p. 767. 768. 778.*, Stephan. Joh. Stephanius *in Notis ad Saxonis Grammatici Lib. 9. Hiſtoriæ Danicæ p. 192. 193. 194.*, Joh. Svaningius *in Chronologia Danica p. 20. 63. 64. 65.*, *Sveciæ Elzevirianæ* Collector *p. 279-283.*, Wilh. Ern. Tenzelius *in Dialogis menſtruis anni 1690. Germanicis, M. Febr., p. 142-153.*, & *in Judiciis eruditorum de Symbolo Athanaſiano p. 78.*, Thormodus Torfæus *in Serie Dynaſtarum & Regum Daniæ, L. III., c. 15., p. 404-421.*, Arn. Wion (a C. F. Paulino *l. c.* allegatus) *L. V. Ligni vitæ Benedictini, c. 56.*, aliiqve pene innumeri, a nobis partim non lecti, partim in ipſa vitæ noſtri hiſtoria jam laudati, partim vero brevitatis ſtudio præteriti.

ELOGIA.

Rembertus, ſucceſſor ejus, in *Vitæ* illius *præfatione*, *Paſtorem* hunc, qvem vocat, *bonum*, *verumqve Dei cultorem*, verbis, præter alia, celebravit ſeqventibus: *Vivente ipſo, nihil nobis deeſſe videbamus. Ejus namqve ſanctitatem Reges honorificabant, Paſtores eccleſiæ venerabantur, Clerus imitabatur, populus univerſus admirabatur; & , dum illum cuncti ſanctum & juſtum prædicarent, nos qvoqve, tanqvam corpus capitis, pro ejus bonitate venerandi ac laudabiles videbamur. - - Cujus exempla ſi qvis imitari voluerit, cæleſtem qvodammodo in terris habebit converſationem; ſi qvis doctrinæ ejus recordatus fuerit, viam mandatorum Dei ſine errore incedere poterit; ſi qvis monita exhortationis ejus attenderit, laqveos inimici præcavere ſtudebit.* In ipſa *Vita*, eum *c. 2. Verum Athletam Domini*, *c. 3. 4. 6. & 8. Virum Dei*, & *c. 26. Militem Chriſti invictum*, appellat. Capite tandem 34., ſive ultimo, *in eo pene ſolo omnium antiqvorum viguiſſe exempla Sanctorum*, affirmat, &, poſtqvam illum cum Chriſto ac Apoſtolis ob inopiam ſpontaneam, cum Johanne Baptiſta ob ſolitudinis amorem monaſticæ, ob gentium ethnicarum ad Chriſtum converſionem cum Paulo, ob curam paſcendarum hujus ovium ſedulam cum Petro, ob caſtitatem virgineam cum Johanne Evangeliſta, ob caritatem in cunctos, precesqve pro perſecutoribus, cum Stephano Protomartyre, comparaverat, hæc ſubjicit: *O vere beatum & omni laudis præconio digniſſimum virum, qvem talem ac tantum imitari, qvem ſolum plurimorum tot ſimul habere virtutes contigit; qvi mente ſanctus, & corpore caſtus, cum Virginibus Agnum, qvocunqve ierit, ſeqvetur, qvi, ſemper in confeſſione Chriſti perſeverans, glorioſum admodum inter Confeſſores locum habebit, qvi in ſublimi illa cum Apoſtolis judicum ſede in regeneratione ſeſſurus eſt, ac mundum, qvem contempſerat, judicaturus, & cum Martyribus juſtitiæ coronam, & palmam martyrii* (votivi ſcilicet atqve incruenti, cujus gloria, ſub finem, fuſe illi vindicatur), *adepturus.*

Gvaldoni, Metaphraſtæ Vitæ a Remberto ſcriptæ metrico, a qvo hæc atqve alia elogia, per iſtum ei tributa, ſermone expreſſa ſunt ligato, in *Prologo* præterea *Domini* audit *Signifer, & procurſor in urbe Bremenſi*, *c. 58. Pater angelicus*, & *c. 108.*

Cultor Domini, nulli virtute piorum, aut meritis, diſpar, ac
Invictus Chriſti vita Confeſſor in omni.

Autori *Vitæ Remberti*, huic coævo, *c. 2. Vir ſummæ ſanctitatis*, *c. 3. ac 5. Vir Dei*, & *c. 9. Vir Domini.*

Ab Adamo Bremenſi, *Libro I. Hiſt. Eccl.*, *c. 15.*, ſalutatur *Sanctiſſimus Pater noſter ac Philoſophus Chriſti, vitæ atqve ſcientiæ merito clarus, & omni Saxonum populo acceptus*; *c. 16. & 26. Intrepidus Athleta Chriſti*; *c. 23. & 26. Sanctus Dei*; *c. 25. Confeſſor Dei*; *c. 26. Evangeliſta*; *c. 28. ſanctus Dei Confeſſor*; & *c. 31. ſanctus Pater, Vir Dei, foris Apoſtolus, intus monachus.* Qvæ elogia etiam ferme omnia noſtro ab Alberto Stadenſi, *in Chronico*, *ad A. C. 826. 841. 84 . 858. & 861.*, tribuuntur, ex Adamo αὐτολέξει deſcripta.

Helmoldo, *Libro I. Chronici Slavorum*, *c. 4.*, *Vir* audit *ſanctiſſimus*, & *c. 6. Digniſſimus Præſul, & Evangelicus prædicator, cujus in converſione gentium ingens claruit ſtudium.*

Autori *Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſium* incerto, *c. 2.*, *p. 70.*, *Beatus Pater noſter, ſcientia & meritorum prærogativa præclarus.*

Autori *Scripti veteris de Eccleſia Bremenſi*, ab Erp. Lindebrogio inter *Rer. Germ. Septentr. Scriptores p. 116.* editi, *Vir magnæ ſanctitatis.*

Henr. Woltherus, *in Chronico Archiepiſcc. Brem.* (*T. II. Rer. Germ. H. Meibomii Jun.*) *p. 25.*, inter alia plura hæc de illo, ſed non ſine fabulis, tradidit: *Ædificavit Eccleſiam Slesvicenſem, Ripenſem, Revelenſem, Upſalienſem, Lundenſem, Roſchildenſem. in tribus regnis, & convertit Danos, Sveones & Norwegenſes, Islandiam, Gronlandiam & Scritofiniam, Slaviam, Stormariam, & omnem generaliter Nordalbingiam: baptiſavit & convertit Reges multos in iſtis regnis. - - Sedit 34. annis, omni virtute politus, ſcientia ornatus, viſionibus cælicis præditus, miraculorum operatione præclarus.*

Autor *Annalium Corbejenſium*, a C. F. Paulino editorum, *ad A. 817.*, *p. 369.*, ita ſcribit: *Tres ſtellæ fulgebant in hoc novo cælo Saxonico, Adelartus, Werinus & Ansgarius, qvi errantibus in tenebris viam monſtrabant ad cælum.*

Alb. Krantzio, *L. I. Metropoleos c. 19.*, *Vir* audit *doctiſſimus*; *c. 20. Sanctus Pater, magnus apud Imperatorem, magnus in omni populo, qvem gratia prædicationis in gentibus fecit cunctis venerabilem*; *c. 41. foris Apoſtolus, intus monachus*; *c. 42. Vir ſanctus*; &, *L. 2. Saxoniæ c. 25.*, *Apoſtolus magnus omnium aqvilonarium regionum.*

Joh. Magno (*Lib. 17. Hiſtoriæ Gothorum Sveonumqve, c. 2.*, *p. 628.*) *Sanctus Chriſti Præſul, omnium terrarum aqvilonarium Apoſtolus, & veræ religionis enuntiator.*

Phil. Melanchthoni (apud Joh. Manlium *in Locorum communium Collectaneis, L. 3.*, *p. 557.*) *Vir doctrina & teſtimoniis Spiritus ſancti ornatus.*

Joh. Bugenhagio (*Angiſum* eum perperam vocanti), in *Programmate*, A. 1556. D. Pauli ab Eitzen promotioni Witebergæ præmiſſo (*T. II. Scriptorum publicorum Acad. Witeb. lit. Bb. 8. a.*), *Vir doctus, & habens illuſtria teſtimonia pietatis.*

Joh. Forſtero ſeniori, *in Programmate*, Georg. Ruffani præmiſſo exeqviis (*T. I. Script. Witeb. publ.*, *lit. S. 3. a.*), *Vir doctus, & Spiritus ſancti teſtimoniis ornatus.*

Dav. Chytræo (*L. IV. Chronici Saxoniæ p. 124.*) *Verbi divini præco ſedulus ac induſtrius.*

Herm. Hamelmanno (*L. II. de Viris illuſtribus Weſtphalis, in Opp. Geneal. & Hiſt. p. 146. 147.*) *Vir certe doctiſſimus, & fervens in religione Chriſti. cujus Epiſtolarum unius reliqviæ Chriſtum ſapiunt & verbum vitæ.*

Suffridus Petri (*Dec. VI. Scriptt. Friſ. n. 7.*) & Ant. Poſſevinus, Suffridum ſecutus (*T. I. Apparatus ſacri p. 92.*), ejus *inſignem eruditionem ac pietatem, & Zelum erga divini verbi propagationem*, commendarunt.

Cæſ. Baronius, *Tomo IX. Annal. eccl.*, *ad A. 822.*, *n. 7.*, *p. 767.*, ita de Novæ Corbejæ ſcripſit Cœnobio: *Fuit id Monaſterium aliqvamdiu ſchola ſanctiſſimorum virorum, inter qvos primus enituit S. Ansgarius, Apoſtolus Svevorum atqve Danorum, reliqvorumqve interiorum Germanorum.* Idem, *Tomo X.*, *ad A. 866.*, *n. 101.*, *p. 318. 319.*, denuo eum ſalutavit *Magnum illum Danorum & Sveonum Apoſtolum.* Conf. alia ejusdem loca, ſupra jam, in Vitæ hiſtoria, §. *26.*, a nobis recitata.

Joh. Vaſtovio, *in Vite Aqvilonia p. 3.*, *Vir* audit *doctiſſimus*, *p. 6. Confeſſor Dei*, & *p. 7.* Vir *prophetiæ ſpiritu illuſtris.*

Joh. Iſ. Pontano (*L. 4. Hiſt. Dan. p. 96.*) *Vir virtute & doctrina conſpicuus.*

Joh. Ad. Cypræo (*in Annal. Epiſcc. Slesvic.*, *L. I.*, *c. 3.*, *p. 27.*) *Magnus ille Danorum & Sveonum Apoſtolus.*

Phil. Cæſari (*in Ep. dedic. Triapoſtolatus Septentrionis*) *Sanctiſſimus & principalis Bremenſis olim Eccleſiæ Epiſcopus, Apoſtolice a ſede Romana miſſus, verusqve Septentrionis Apoſtolus*; nec non *Vir de Eccleſia Bremenſi, ut & totius Septentrionis, bene meritus.*

Joh. Meſſenio (*in Chronico Epiſcc. Sueciæ, c. 2., p. 6. 7.*) *Celeberrimus ille ſeptentrionalium regnorum Apoſtolus.*

Joh. Micrælio (*in Syntagm. Hiſt. Eccl., L. 3., p. 13.*) *Epiſcopus Bremenſis, vitæ ſanctimonia clarus, qvi fidem in Saxones, Danos & Svecos, propagavit, & Epiſtolis variis piam eruditionem poſteris commendavit.*

Vito Beringio, *in Floro Danico p. 169. 170., Magnus ille purioris inſtaurator religionis, qvi, pietatis magiſterium apud nos orſus, perculit primus ſuperſtitionem gentilem, & Deorum colluviem primus omnium fulminavit;* nec non *p. 180. 181. Benignum illud & ſalutare Septentrioni ſidus, & Vir, qvi Numinis indefeſſo cultui non labores tantum & pericula, ſed & vitam ipſam, poſtpoſuit.*

Gerh. Meiero (*in Orat. de Scholæ Bremenſis natalitiis p. 11.*) *Vir tam eruditione, qvam pietate, incomparabilis, qvi nihil, ad propagandam Chriſtianam religionem, per univerſum Septentrionis tractum, intentatum reliqvit.*

Chriſt. Franc. Paulino (*in Theatro Viror. illuſtr. Corb. Sax., c. 2., p. 12.*) *Intrepidus Athleta Chriſti.*

Gothofr. Hechtio (*in Germania ſacra & literata, P. II., Lib. 3., c. 3., p. 122.*) *Vir doctrina, virtute, & amore propagandæ religionis, clarus.*

SCRIPTA.

I. EDITUM.

Liber de Vita & miraculis S. Willehadi, primi Epiſcopi Bremenſis, bipartitus, Parte priore, Autoris nomen haud indicante, Vitam Willehadi duodecim exponens capitibus, poſteriore autem, capitibus novem comprehenſa, & Ansgarii nomen, ſub ipſum mox præfationis initium (*capite 13.*), oſtentante, miracula ejusdem enarrans poſthuma. In compendium contractus, &, qvoad ſtylum, paſſim mutatus, initio is prodiit *Tomo VI. Operis de Vitis Sanctorum*, a Laur. Surio collecti, Coloniæ A. 1575. 1581. & 1618. impreſſo, *ad d. 8. Nov., p. 208.* E qvo Epitomen ejus Franc. Haræus, in ſuis etiam *Sanctorum Vitis, ad d. 8. Nov., p. 993. 994. 995. editionis tertiæ*, Lugduni Gallorum A. 1595. *in 8.* publicatæ, exhibuit. Integram & ſinceram Vitam hanc bipartitam primus, una cum Vitis SS. Ansgarii & Remberti, ſucceſſorum Willehadi, e Codice MS. Eccleſiæ Hamburgenſis membranaceo, pervetuſto atqve avthentico, ſphalmatis hujus graphicis vocibusqve barbaris juſto audacius emendatis, in lucem protulit, notisqve paſſim illuſtravit, Phil. Cæſar, Caſellis Haſſus, Th. D. Antiſtesqve in aula Holſato-Gottorpienſi ac urbe Bremenſi Reformatus, ſed in Pontificiorum tandem caſtra transgreſſus, *p. 1-40. Triapoſtolatus ſui Septentrionis, Vitas & geſta SS. Willehadi, Ansgarii & Remberti, Epiſcoporum Bremenſium, & Septentrionis Apoſtolorum, hactenus deſiderata, cum Notis & Appendice diplomatica, exhibentis*, Coloniæqve A. 1642. *in 8.*, poſt ἀποστασίαν, editi. E Colonienſi hac editione (in cujus, ſibi non viſæ, locum Joh. Gotfr. Olearius, *Tomo I. Bibliothecæ Scriptt. eccl. p. 58.*, Antwerpienſem, A. 1642. itidem *libris duobus impreſſam*, ſed haud dubie chimæricam, ſubſtituit), poſtea a Joh. Mabillonio *in Acta Sanctorum Ordinis Benedictini*, & *Seculi* qvidem illorum *Tertii*, Pariſiis A. 1672. publicati, *Partem ſecundam* (*p. 401. & ſeqq.*), a Joh. Alb. Fabricio autem *in Memoriarum Hamburgenſium Volumen ſecundum*, Hamburgi A. 1710. *in 8.* impreſſum, una cum Notis Cæſaris (*p. 647-692.*), eſt tranſlata. MStum ejus olim poſſidebat Joh. Lydius, Eccleſiaſtes in Batavia Oudewateranus, illam a ſe, una cum Vitis XII. Apoſtolorum Friſiæ, nec non Ansgarii, aliorumqve Evangelii inter Germanos & Belgas præconum antiqviſſimorum, luci expoſitum iri publicæ, A. jam 1615., in Epiſtola ad Joh. Meurſium ἀνεκδότῳ, ſed fruſtra, pollicitus. Aliud præterea ejusdem MStum, haud ita pridem, Hafniæ, in Bibliotheca, aſſervabatur, Ott. Sperlingii junioris, Auguſtiſſimi Regis Daniæ Conſiliarii, cui, teſte Poſſeſſoris celeberrimi epiſtola, A. 1689. ad me exarata, *Sermo*, qvi in nulla editionum comparet, adjectus erat *de feſtivitate S. Willehadi* Latinus, Ansgarii nomen itidem (verene, an falſo, incertum) præferens. Verba iſtius initialia, uti literæ me docuerunt Sperlingianæ, hæc erant: *Annuam beatiſſimi Patroni noſtri feſtivitatem* &c.; ultima autem, qvibus finiebatur, ſeqventia: *Hæc nos B. Willehadus ſuo exemplo exercere obtineat, ut qvandoqve etiam patrociniis ejus locum aliqvem conſeqvamur, ubi ille feliciter gaudet in regno Domini noſtri Jeſu Chriſti, qvi, cum Patre & Spiritu Sancto, vivit & regnat Deus in ſecula ſeculorum. Amen.* Ipſius *Vitæ Willehadi* Ansgarianæ mentio honorifica, Seculo jam XI., facta eſt a M. Adamo Bremenſi, *Lib. I. Hiſt. Eccl. c. 11.* ita ſcribente: *Extat Vitæ actuumqve ejus* (Willehadi) *inſignis liber, qvem ſucceſſor ejus qvartus fideli ſtylo exaravit Ansgarius. Ad cujus lectionem, qvia nos ad alia properamus, cupientem ſcire transmittimus.* Qvibus verbis adjungenda ſunt ſeqventia, e *cap. 30.* libri ejusdem: *Ipſe* (Ansgarius), *qvi tranſtulit* (corpus S. Willehadi), *& vitam, & miracula ejus, ſingulis libris comprehendit.* Adami fidem ſecutus eſt Autor *Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſium* incertus, *c. 1., p. 69.*, hoc eandem ornans elogio: *B. Ansgarius, qvartus ejus ſucceſſor, fideli ſtylo in libro vitæ actuumqve ejus deſcripſit; ubi plenius inſtrui poterit, qvi vitam B. Willehadi ſcire deſiderat.* Et denuo, *c. 4., p. 71.*, ſeqventi: *S. Ansgarius vitam & miracula B. Willehadi fideliter ſcripſit.* Tertium his jungo teſtem Henr. Woltherum, *in Chronico Archiepiſcoporum Bremenſium* (*T. II. Rer. German. H. Meibomii jun.*) *p. 22.*, ubi de Willehado agit, Ansgario *librum de Miraculis & vita S. Willehadi* itidem tribuentem, & *p. 25.*, in narratione ſua de ipſo Ansgario, hæc addentem: *Hic fecit canoniſari B. Willehadum, cujus vitam claro ſtylo conſcripſit, & miracula annotavit; qvorum Codices adhuc habentur in Brema.* Qvæ veterum teſtimonia cum huic, qvæ ſupereſt, bipartitæ Willehadi vitæ ac miraculorum hiſtoriæ pulchre poſſint applicari, γνήσιον eam Ansgarii fœtum eſſe, non editores ſolum, Phil. Cæſar (*in Notis ad c. 1. & 13.*), Joh. Mabillonius ac Joh. Alb. Fabricius, ſed & Pet. Lambecius (*in Indice Autorum, Libro II. Rer. Hamburg. adjecto*), Gerh. Meierus (*L. I. Biblioth. Theol. contractæ, c. 9., p. 85.*), Gvilh. Cavius (*in Chartophylace Eccleſiaſtico p. 192., & Hiſt. lit. Scriptt. Eccl., Sec. IX., p. 368.*), Caſim. Oudinus (*in Supplem. de Scriptt. eccl. p. 253.*), Joh. Gotfr. Olearius (*l. c.*), aliiqve eruditi, merito judicant. Nec enim audiendus eſt Trog. Arnkielius, qvi (*Lib. 3.* von der Cimbriſchen Heiden-Bekehrung, *c. 5., p. 122.*), Partem II. de 34. Miraculis Willehadi poſthumis Ansgario a monachis eſſe ſuppoſitam, argumentis probare conatur juſto debilioribus, a nobis in Elogio Willehadi, *Tomo II.* hujus Operis, jam recenſitis atqve confutatis. Conferantur, qvæ de libello hoc, & iſtic, & *Parte II. Iſagoges ad Hiſt. Cimbr., c. 3., §. 1., p. 33. 34. 35.*, ſunt allata.

II. INEDITA, QVÆ JAMPRIDEM PERIERUNT.

Scripta ſacra varia argumenti practici atqve aſcetici, de qvibus ita Rembertus *capite 30. Vitæ* ipſius: *Porro ad devotionem ſibi in Dei amore acuendam qvam ſtudioſus fuerit, teſtantur Codices magni apud nos, qvos ipſe propria manu per notas conſcripſit, qvi ſolummodo illas continere noſcuntur, qvæ ad laudem omnipotentis Dei pertinent, & ad peccatorum redargutionem. Ad laudem qvoqve beatæ & æternæ vitæ, & terrorem gehennæ, & qvicqvid ad compunctionem pertinet & lamentum. Teſtes ſunt & Fratres, & apud vos* (in Corbeja veteri Gallica), *& in nova Corbeja, degentes, qvos pro hoc opere freqventes poſtulavit, qviqve illi nonnulla hujusmodi conſcripta miſerunt. Sed nunqvam illi ſat eſſe poterat, qvia omnem vitam ſuam in luctu & lachrymis exigere volebat.* Conf. Gvaldonis Metaphraſin libelli Rembertini *c. 83.*

Pigmenta ſive Oratiunculæ in Pſalmos Davidicos, qvorum argumentum & hiſtoriam Rembertus his *c. 30.* verbis enarrat:

enarrat: *Denique ex ipſis compunctivis rebus, ex Sacra Scriptura ſumptis, per omnes Pſalmos, unicuiqve videlicet Pſalmo propriam aptavit oratiunculam, qvod ipſe Pigmentum vocitare ſolebat, ut ei Pſalmi hac de cauſa dulceſcerent. In qvibus videlicet Pigmentis ipſe non compoſitionem verborum curabat, ſed compunctionem tantum cordis qværebat. In qvibus aliqvando Dei laudat omnipotentiam & judicium, aliqvando ſemetipſum vituperat & increpat; aliqvando ſanctos, qvi Deo obediunt, beatificat, aliqvando miſeros & peccatores luget. Qvibus omnibus ſemet ipſum ſemper deteriorem dicebat. Qvæ tamen, aliis cum eo Pſalmos canentibus, finito Pſalmo, ipſe ſolus tacite ruminare ſolebat, nec ulli ea manifeſtare volebat. Qvidam tamen noſtrum, qvi ei familiariſſimus erat* (ipſe ſc. Rembertus), *magna vi precum vix ab eo obtinuit, ut ei ipſa Pigmenta, ſicut ille cantare ſolitus erat, dictaret. Qvæ tamen ipſe conſcripta, vivente eo, nemini innotuit, ſed, poſt obitum ejus, qvibusqve legere volentibus exhibuit.* Commendavit eadem, præter Gvaldonem, Remberti metaphraſten (*c. 84.*), Alb. Krantzius, cujus ævo adhuc ſuperfuerunt, *Lib. I. Metrop. c. 42.* ita ſcribens: *Tenemus devotionis ejus breve, ſed clariſſimum, monumentum, libellum Pſalmorum ſummam paucis includentem; qvi, qvalis fuerit in majoribus, ſatis atteſtatur.* Qvem ſecuti, e recentioribus, mentionem iſtorum qvoqve injecerunt Joh. Letznerus (*egregia* vocans) *in Chronico Corbejenſi Germanico, c. 8. edit. primæ anni 1585.*, Suffridus Petri *Decade VI. Scriptorum Friſiorum, n. 7.*, & Ant. Poſſevinus *T. I. Apparatus ſacri p. 92.*

Manuale laborum itinerumqve Sacrorum, de qvo, ex *Annalibus Corbejenſibus*, in Chr. Franc. Paulini *Syntagmate rerum & antiqq. German.* obviis (*ad A. 1215., p. 400.*), hæc a Gothofr. Hechtio (*in Germania ſacra & literata, P. II., Lib. 12., c. 7., p. 499.*) narrantur: *In Annalibus Corbejenſibus commemoratur Manuale S. Anſcharii, de qvo ſupra docuimus, in Bibliothecam* (monaſterii Corbejæ novæ) *per Balth. Rummerum illatum; in qvo libello omnes ſacri labores divi Antiſtitis, qvos ſuſcepit in Septentrionis finibus, annorum dierumqvè ſerie, breviter conſignati fuerunt. Sed Romam poſtea dimiſiſſe Tymonem, Abbatem ejusdem monaſterii, addunt ad annum 1215.*

Epiſtolæ de Legatione ſua in ſeptentrione Evangelica, ad Reges Romanorum Danorumqve & Epiſcopos exaratæ, de qvibus verba Adami Bremenſi (*L. I. Hiſt. Eccl. c. 31.*), ab Alb. Krantzio (*L. I. Metrop. c. 42.*) repetita, ſupra, in Vita noſtri præcedente, §. *29.*, jam recitavimus. E recentioribus eas Herm. Hamelmannus, velut *Chriſtum & verbum vitæ ſapientes*, & Joh. Micrælius velut *pie eruditas*, locis inter Elogia Autoris paulo ante adductis, commendarunt, Suffridus autem Petri, & Ant. Poſſevinus (*ll. cc.*) allegarunt. Fragmenta harum ſupereſſe tradit Gerh. Meierus *L. I. Biblioth. Theol. contractæ, c. 9., p. 85.* Mihi unicum tantum (qvod Adamus Bremenſis & Krantzius *ll. cc.* conſervarunt, & §. *29. Vitæ* præcedentis itidem jam eſt recitatum) innotuit, clauſula nempe Epiſtolæ perbrevis ad Epiſcopos in regno Ludovici Junioris, Regis Germaniæ, de Legatione ſua ſacra boreali, ab Ansgario datæ, qva hos, ut Diplomata Pontificia & Cæſarea, illam ſpectantia, qvæ ſingulis ſimul transmittebat, in Eccleſiarum ſuarum aſſervari curarent Bibliothecis, in morbo rogavit ultimo. Qvæ Epiſtola deinceps tota etiam Coloniæ A. 1642., in Phil. Cæſaris *Appendice Triapoſtolatus Septentrionis diplomatica p. 169. 170.*, cum Diplomatis iſtis, e MSto Hamburgenſi, prodiit, ac in Joh. Bollandi *Actis Sanctorum Antwerpienſibus, Tomo I. M. Februarii, p. 404.*, & Joh. Alb. Fabricii (hæc allegantis) *Volumine II. Memoriarum Hamburgenſium p. 764. 765.*, eſt recuſa. Qvam ſi legiſſet, & gentium borealium converſionis hiſtoriæ parum lucis afferre obſervaſſet, Cl. Arrhenius, ab Ebone, Archiepiſcopo Rhemenſi, illam fuiſſe inchoatam, ab Ansgario autem continuatam, ac jampridem periiſſe, falſo credens, jacturam ejus, *Libro I. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Sveo-Gothicæ, c. 21., p. 70.*, verbis haud deploraſſet ſeqventibus: *Inter ſcripta Anſcharii nollem periiſſe ab Ebbone coeptam, Anſchario continuatam, Epiſtolam ad omnes Epiſcopos, de Legatione ad gentes arctoas. Illa enim haud dubie tradidiſſet aliqva, qvæ, in horum temporum rebus, poſteri parum diligentes ſupine transmiſerunt.* Mentem ille ſcilicet Adami Bremenſis non eſt aſſecutus, *Lib. I. c. 31.* non Epiſtolam hanc de Legatione ſacra boreali, ſed ipſam legationem, ab Ebone, fatente Ansgario, eſſe inchoatam, tradentis.

JOHANNES DE LA BADIE,

qvem Vaſconem Henr. Kippingius, Henn. Wittenius, Joh. Helv. Willemerus (1.), aliiqve, appellant, natus eſt, teſte Biographiæ, qvam præcipue ſeqvi conſtituimus, Gallicæ, per Gothofr. Arnoldum editæ, Autore, A. C. 1610., die 13. Februarii (ipſi etiam emortuali), Burgi Aqvitanorum, oppido (qvod Willemerus (2.) pagum minus accurate vocat) ad Duranium fluvium (*Dordoigne*) extructo. Patrem habuit, uti ab eodem traditur Biographo, Johannem Carolum de Labadie, Gubernatorem Burgenſem, Miniſtrumqve Cubiculi in aula Gallica regii nobilem, a nonnullis filium Henrici IV., Regis Galliæ, teſte Phil. Jac. Spenero (3.), creditum, qvem hoſtium noſtri fidem temere ſecuti Henr. Kippingius (4.) *Militem* tantum, & Willemerus (5.) *e gregario qvondam milite decurionem*, contemtim falſoqve appellarunt; matrem vero Gibotam, civis filiam (6.). A Parentibus, qvorum filius erat ſeptimus, Jurisprudentiæ foroqve deſtinatus, ut mature literis daret operam, ſex vel ſeptem annorum puer in Burdigalenſe Jeſuitarum ablegabatur Collegium. Qvi cum ingenium in eo deprehendiſſent igneum ſpeiqve haud vulgaris, in ſuam eum Societatem allicere coeperunt, ſed, Patre, qvi, inſidiis hiſce cognitis, filium mox domum revocabat, ſuperſtite, fruſtra laborarunt; illo autem defuncto, annos 14. vel 15. natum, invita licet matre, paulatim tandem delinita, in eandem pertraxerunt. Per duos in hac annos fuit Novitius, ſtudiisqve ſacris, precibus, Bibliorum lectioni, ac pietatis exercitiis, ſerio atqve aſſidue vacavit, ſuſpectus qvidem, ob indolem iſtam, ſociis profanioribus, ſed a Rectore Collegii, Theologiæ ſtudioſo myſticæ, magni habitus. Catecheticis deinde Examinibus, & Concionibus interdum habendis, adhibito, cum ingentem his apud omnes meruiſſet applauſum, Jeſuitæ, ut, poſt biennium iſtud elapſum, Votis, qvæ vocant, ſimplicibus ſe ipſis obſtringeret, qvidem perſvaſerunt, ſed Vota illi ſolennia monaſtica extorqvere nunqvam potuerunt. Triennio ſeqventi Eloqventiæ & Philoſophiæ, Sodalium ductu, dabat operam, ſed qvicqvid his ſuffurari poterat temporis exercitiis impendebat religioſis, ceremoniarum Eccleſiæ Romanæ externarum non admodum curioſus. Annos 19. vel 20. natus, ſcripta jam aliqvot ſacra concinnavit, &, hæc inter, *Tractatum de Gratia & Vocatione efficaci*, e S. Scriptura & experientia derivatum propria, ac Jeſuiticis e diametro contrarium hypotheſibus. Aſſiduitas in ſtudiis pariter atqve pietatis exercitiis, accedente neglectu corporis ac valetudinis, langvores varios cauſata eſt & infirmitates freqventes, ob qvas ut Societati Lojoliticæ jam tum valediceret, Mareſcottus Provincialis, omnis veræ pietatis inimicus, noſtro, ſed fruſtra, perſvadere conabatur. Burdigala deinde Burgum (civitatem patriam), Engoleſmam, Perigordium (ubi Cantica ſcriptaqve varia de Vita Chriſti practica elucubrabat), & in oppidum S. Macarii, ad concionandum, excurrit. Inde Burdigalam revocatus, invitus Theologiæ operam dare cogebatur Scholaſticæ; qvam cum a vera Spiritus Theologia

 valde

(1.) *locis infra citandis.* (2.) *in Theſibus de Labadiſmo p. 4.* (3.) apud Autorem *Diarii MS.* cujus excerpta Joach. Frid. Fellerus *Trimeſtri IX. Monumentorum ineditorum*, & hunc ſecutus Val. Ern. Löſcherus in den Unſchuld. Theol. Nachrichten, *Sect 3 A. 1717., p. 498. 4. 9. 590.*, exhibuerunt. (4.) *in Supplementis Epitomes Hiſt. Eccl. Joh. Pappi p. 102.* (5.) *l. c. p. 4.* (6.) V. Willemerum *l. c.*

valde differre obſervaſſet, in hac, precibus aſſiduis, vitæ ſanctioris ſtudio, ac Sacri Codicis, operumqve Auguſtini & Bernhardi, lectione, indies profecit, ſimulqve corruptelas Eccleſiæ Romanæ ac Ordinis Jeſuitici clarius perſpexit. Ad Sacerdotium, licet votis ſe haud obſtrinxiſſet monaſticis, evectus, Ordinis hujus ſui Jeſuitici moliebatur reformationem. Ob qvam cum plurimas, ab anno ætatis vigeſimo qvinto ad vigeſimum nonum usqve, ſuſtinuiſſet perſecutiones, poteſtatem iſtum deſerendi a Mutio Vitelleſco, Præpoſito illius generali, prætextu adverſæ petiit valetudinis, eaqve impetrata, a Barthol. Jaqvinotio, Provinciali, ſibi amico, literis, Burdigalæ d. 17. Apr. A. 1639. exaratis, e monaſterio eſt dimiſſus. In patriam hinc, abjecto veſtitu Jeſuitico, & vulgari eccleſiaſtico aſſumto, redux, valetudinem recuperabat, & aſſidue, in locis tractus vicini variis, magno cum fructu & applauſu, ſacras habebat conciones. Qvibus Jeſuitæ irritati, eum, coram Senatu eccleſiaſtico Archiepiſcopi Burdigalenſis, tanqvam Calviniſmi ſuſpectum, Reformatorem Ordinis ſui temerarium, Fanaticum, imo phreneticum & dæmoniacum, detulerunt, & idcirco Societate ejectum eſſe ſunt criminati. Verum calumnias iſtas ipſe præſens, coram eodem Senatu, facile diluit, eoqve ſucceſſu, ut, a Gaudio (Epiſcopo poſtea Maſſilienſi) publice laudatus, poteſtatem in diœceſi Archiepiſcopatus Burdigalenſis univerſa concionandi obtinuerit. Qvod cum aliqvamdiu feciſſet, non ſine famæ applauſu, a Condrenio, Præfecto Patrum Oratorii generali (cui a Gaudio, Corn. Janſenii aſſecla, erat commendatus), aliisqve Viris pie doctis, & reformationis Eccleſiæ cupidis, ut in hoc ſe inſtituto adjuvaret, Lutetiam evocabatur, eoqve ab Archiepiſcopo Burdigalenſi, cum teſtimonio de Zelo ipſius fructuqve concionum mirabili honorifico, dimittebatur. Pariſiis, cum Senatui ſe Archiepiſcopi ſtitiſſet eccleſiaſtico, poteſtatem concionandi, cum teſtimonio ſimili, itidem obtinuit, &, Condrenio familiariſſime uſus, ſuos Chriſtianiſmi veri inſtaurandi conatus huic lætabundo expoſuit. Lutetia, ubi a Jeſuitis Calviniſmi itidem, ſeditioſarumqve contra Richelium Cardinalem molitionum, qvamvis incaſſum, accuſabatur, ſe a Franciſco de Caumartin, Epiſcopo Ambianenſi, concionum ejus aliqva valde delectato, &, ut Ambianum ſecum diſcederet, in palatio ſuo viveret, inqve tota libere concionaretur diœceſi, freqventer hortato, imo ſemetipſum in ſacris illius ſubjiciente directioni, illuc paſſus eſt abſtrahi, & Ædis Ambianenſium (in qva ſermones de rebus habebat divinis) cathedralis Canonicus, Nicolaitanæ autem Paſtor, conſtitutus. Ubi cum docentem Ludovici etiam XIII., Regis Galliæ, Ambianum delati, Magnates qvidam audiviſſent aulici, favorem hi Monarchæ ipſius (protectionem ei ſuam, in colloqvio cum Epiſcopo, polliciti), & Richelii Cardinalis, Noyerio Secretario, Julio Mazarino Abbate, Duce Chaunæo, aliisqve Jeſuitarum patronis, incaſſum contra nitentibus, illi conciliarunt. Abunde hunc perſpexit, cum Peronnam ad Richelium a Canonicis ablegatus Ambianenſibus, valde iſti placeret, & non ſolum, qvæ Canonici petebant, ſed & Fratris ſui junioris, qvi Cardinali ſervierat, ſed gratia ejus exciderat, e carcere, in qvem erat conjectus, liberationem, impetraret. Paraſtatam Ambiani, in concionibus & certaminibus contra Jeſuitas monachosqve, paulo poſt nactus eſt Dabillonium, Lojolitici itidem Ordinis deſertorem, qvocum tanto iſtos oppugnabat ardore, ut Reformati etiam conciones illorum freqventarent, & nonnulli horum Eccleſiaſtæ publice, in templis, pro iis, tanqvam Veritatis teſtibus, precarentur. Jeſuitæ interim, Monachiqve cæteri, contra eum, tanqvam in controverſia de Gratia & Prædeſtinatione Calvinianis ὁμόψηφον, publice itidem declamabant, ſed ab ipſo non ſolum in ambone ſacro ſunt refutati, verum etiam, in Diſputatione, coram Duce Chaunæo, *illorum patrono*, habita, pudefacti. Imo ipſe Cardinalis Richelius, cum adverſarii eosdem de Labadio rumores Pariſiis ſpargerent, cauſa cognita, & Epiſcopo Rhedonenſi, noſtro patrocinante, per duas horas audito, doctrinam illius non aliam, qvam Auguſtini, eſſe pronunciavit, licet eandem in Janſenio poſtea damnaverit. Ambiano noſter, ad concionandum, Montrevilium qvoqve, Abbatisvillam, & in alia Picardiæ loca, ſæpius excurrit, Sacriqve præſertim Codicis lectionem auditoribus ſerio commendavit, multis etiam Magnatibus gratiſſimus. Poſt obitum Richelii, A. 1642. defuncti, Jeſuitæ, in aula Gallica, mandatum de Labadio in vincula conjiciendo impetrarunt, ſed, ob mortem Regis, A. ſeqv. 1643. itidem extincti, irritum. A. 1643. Pariſios denuo abiit, & cum Joh. Vergerio Haurannio, Abbate San-Cyrano, Ant. Arnaldo, Maitræo, aliisqve Janſenii aſſeclis, & Jeſuitarum adverſariis, familiariter eſt converſatus, ſæpeqve cum applauſu concionatus. Ex his Abbas San-Cyranus, qvi, illo præſente, d. 11. Oct. A. 1643. moriebatur, pridie eum eſt hortatus, ne Pariſiis diſcederet, ſed veritatem illic tueretur, Parochi ſimul (ædis de S. Merry) munus, ab amico in ipſum transferendum, omniaqve ſuorum auxilia & præſidia, pollicitus, verum, ut obtemperaturum ſe eſſe promitteret, perſvadere illi non potuit. A. 1644. Jeſuitæ, Monachiqve alii, mandatum a Regina impetrarunt vidua, qvo Dux Chaunæus, Præſes Judiciorum in Picardia ſupremus, Ambiani in doctrinam vitamqve Labadii inqvirere jubebatur. Factum hoc eſt a Chaunæo, ſed tota ferme civitas, Monachis illorumqve aſſeclis exceptis, tale noſtro teſtimonium perhibuit, ut, cum Chaunæus Acta inqviſitionis Lutetiam attuliſſet, Segvierius Cancellarius, iis perlectis, exclamaverit: *On croioit, qve vous m' auriés apporté, de qvoy faire le Procés à cet homme là, & vous m' avés apporté ſa juſtification en gros volume.* Mentio Inqviſitionis hujus occurrit in Anonymi Janſeniani *Apologia ſecunda pro Corn. Janſenio* Gallica, A. 1645. edita (7.), Labadium ſimul ac Dabillonium ſtrenue contra Jeſuitas defendente, atqve *eccleſiaſtiqves exemplaires, & perſonnes de ſuffiſance & de pieté,* ſalutante. Poſt diſſipatam hanc tempeſtatem, noſter Ambiani, Abbatisvillæ, & in aliis Picardiæ urbibus, Confraternitates, qvas vocant, ſive ſodalitates ſacras, collegit, ab Epiſcopo approbatas, in qvas ſoli homines vere pii admittebantur, bis hebdomadatim, ad Verbum Dei legendum atqve audiendum, preces item aliaqve pietatis exercitia, magno ſuo cum fructu, convenientes. Paulo poſt, inſtinctu Jeſuitarum, non ipſe ſolum, ſed & Epiſcopus Ambianenſis ac Dabillonius, ad reddendam doctrinæ rationem, Pariſios A. 1645. in aulam evocabantur regiam. Qvo cum ſe, multis cum lacrymis ab Ambianenſibus dimiſſi, contuliſſent, Principis qvidem Condæi, a Jeſuitis adverſus ipſos irritati, conſilium de illis in vincula conjiciendis, & Labadio carceri perpetuo includendo, a Clero Gallicano, ibidem congregato, eſt impeditum, ſed Labadius tamen (qvem atqve Dabillonium Julius Mazarinus, Cardinalis, in Bibliothecam ſuam antea acceſſitos, qvod concionando ſtatum turbarent publicum, amice monuerat), per Cancellarium, nomine Reginæ, concionibus aliqvamdiu abſtinere, Aulam ſeqvi, &, ſi novis renunciaret opinionibus, præmia expectare juſſus ingentia. Cui Decreto licet Clerus ſe itidem opponeret, Labadius tamen paruit, &, Dabillonio in Picardiam remiſſo, Lutetiæ, ob perſecutionem contra ſe & Janſeniſtas excitatam, occulte aliqvamdiu delituit, inqve iſto latibulo *Tractatum de Solitudine Chriſtiana* conſcripſit Gallicum. Vaſatum deinde Aqvitaniæ, ſvaſu amicorum, cum Epiſcopo Vaſatenſi, ut huic contra Jeſuitas opitularetur, profectus, in itinere Joh. Calvini *Inſtitutiones religionis* perlegebat *Chriſtianæ*, urbemqve Vaſatenſem, ob tumultus, a Jeſuitis, & Canonicis, per hos adverſus ſuum irritatis Præſulem, concitatos, non auſus accedere, in villa aliqvamdiu ruri commorabatur Epiſcopali, & illic ſacrum de Gratia & prædeſtinatione cum Monacho qvodam inſtituebat *Colloqvium*, cujus *Acta*, Montalbanum, ut excuderentur, transmiſſa, Epiſcopi Officialis illic non paſſus eſt imprimi. Per ſemeſtre poſtea, cum ſuis, in Cœnobio clam vixit Gravillenſi, Vaſato duabus leucis diſſito, inter Carmelitas ejus, partium ſuarum ſtudioſos, qvi ipſum, ut cœtus ſui in ſpiritualibus eſſet Director, ad ſe invitaverant. Ubi qvoniam, ob belli civilis turbas, minus tutus erat, ruſticorumqve viciniæ, ipſum ac comites exploratores eſſe putantium, ti-

mebat

(7.) p. 418.

mebat proditionem, pallio, cum iis, operire ſe cogebatur Carmelitico. Unde originem falſus traxit rumor, cui Henn. Wittenius etiam (8.) ac Joh. Helv. Willemerus (9.) temere crediderunt, de ipſo Carmelitarum ingreſſo Ordinem, & novo *Johannis a JEſu Chriſto* nomine μετονομασίᾳ donato monaſtica. Proditus nihilominus eſt per Blanchardum, Cœnobii illius e Doctore Sorbonico Monachum, vixqve novi Epiſcopi Vaſatenſis, Samuelis Martineau, Janſeniſtis infenſiſſimi, qvi manu armata ipſum erat abducturus, effugit inſidias, atqve in caſtellum Domini Donjat, Toloſæ vicinum, ſe recepit. Abducti tamen ſunt ab Epiſcopo in arcem ſuam, præter ſcripta ejus ac bona reliqva, illius domeſtici, & Archiepiſcopus mox Toloſanus de profugi certior redditus latibulo; in qvo, juſſu hujus, per homines armatos plurimos, bis qvidem qværebatur, ſed, arcæ incluſus ligneæ, iſtos, hanc licet aperire conatos, feliciter fallebat. Caſtetum deinceps aufugit, arcem Comitis de Favas, &, de Eccleſia Romana deſerenda ſerio, crebras inter preces, deliberans, Calvini *Inſtitutiones religionis Chriſtianæ* relegit, Pauliqve Sarpii ſimul *Hiſtoriam Concilii Tridentini*, Mart. Chemnitii *Examen Concilii ejusdem*, & Ant. Sadeelis ſcripta contra Pontificios, evolvit, ac cum Rob. Bellarmini *Controverſiarum Tomis* contulit. Sacerdotis præterea Euſenſis Reformati, hominis pii, conſvetudine, in hoc, ſæpius utebatur, aſylo; in qvo etiam *Elevationes mentis ad Deum* (*Les Elevations d' Eſprit à Dieu*) Gallice ab ipſo ſunt conſcriptæ, ac Comiti de Favas dedicatæ. Novus interim Epiſcopus Vaſatenſis eum, qvem Caſteti deliteſcere reſciverat, denuo coram Regina & Mazarino Cardinali, in vicina noſtri patria, ob bellum civile, tunc commorantibus, accuſavit, ac poteſtatem illum inde, per Fratrem ſuum, militesqve regios, captivum abducendi obtinuit. Qvi cum illuc iter facerent, & duobus tantum inde milliaribus abeſſent, tempeſtas ingens, ſubito orta, in proxima illos arce Domini de la Tour, Pontificii, ſed Comiti Favaſenſi amici, Labadiiqve cognatam habentis uxorem, pernoctare coegit. Is, detecta ſibi itineris cauſa, media nocte Caſtetum, ad Royalium, Concionatorem Comitis Reformatum, nuncium ablegabat, & per hunc Labadium de periculo imminente reddebat certiorem. Qvod noſter, a Comite mox eadem nocte dimiſſus, eqvoqve conſcenſo aufugiens, evitavit, &, cum in caſtellis Artigvenſi ac S. Marthæ, penes Nobiles qvosdam Reformatos, per aliqvot hæſiſſet hebdomadas, Montalbanum tandem ſe recepit. Illic ab omnibus & Eccleſiæ Reformatæ Miniſtris, & Academiæ Profeſſoribus, ſumma exceptus eſt cum lætitia, Gariſſolio Profeſſore cæterorum nomine verba faciente, ſuisqve deinceps teſtante domeſticis, poſt Calvinum, primosqve Reformatores, neminem Labadio ſimilem ad Reformatos tranſiiſſe. Hactenus, qvæ de vita noſtri, qvoad Pontificius fuit, in locis regni Galliæ patrii variis, ad A. usqve 1650., tranſacta, ab Autore Biographiæ Gallicæ, per Gothofr. Arnoldum editæ, ipſius qvidem partibus addicto, ſed & veritatis ſimul ſtudioſo, narrantur, in compendium contracta exhibuimus. Valde ab his diſcrepant, & temporum locorumqve ordinem ſubinde invertunt, imo malæ fidei, ob calumnias atroces, ſuſpecta merito ſunt, qvæ Anonymi alterius, ipſi inimiciſſimi (Sam. Mareſii, Theologi Groningenſis, ab Ant. Teiſerio (10.) detecti), *Hiſtoire curieuſe de la Vie, de la conduite, & des vrais ſentimens du Sr. Jean de Labadie*, Hagæ A. 1670. Gallice, Germanice autem A. 1672., edita, &, qvi iſtam incaute ſecuti ſunt, Henr. Kippingius (11.), Caſp. Sagittarius (12.), Joh. Helv. Willemerus (13.), aliiqve, tradiderunt, Willemeri hic verbis, cum ipſa iſtæc Biographia hoſtilis ἀδέσποτος ad manum jam non ſit, exponenda ſeqventibus: *A Societate Lojolæ admiſſus, poſtremo verſutum ac faſtuoſum ingenium ſuum prodidit, non tantum apud Lojolitas, ſed & penes univerſum populum, in publica concione, gloriatus de revelationibus cæleſtibus, colloqviis cum Beatis Sanctis, atqve B. Virginis Mariæ apparitionibus, inter orandum ſibi factis. Præceptores ejus, animadverſa vanitate, audacia ac fraude Labadii, ut impiis auſibus deſiſteret, hortati ſunt; qvas adhortationes cum vilipenderet, de eo Societate ſua pellendo conſilium inierunt. Qvem in finem P. Pitar, Societatis ibidem Provincialis, literis ad Generalem datis, Romam ire, ac apud Lauretanam Virginem deprecari, eum juſſit. Is vero, iter iſtud detrectans, alio diſcedendi veniam, qvam petebat, facile obtinuit, vagatusqve per Vaſconiam in patria obvium ſibi habuit P. Nicephorum, eidemqve ceu fido qvondam amico, ſignificavit; ſe Societatem Lojolitarum relicturum, a Deo ad alia, eaqve maxima, vocatum: magna nunc moliri, ac interno Spiritus impulſu ferri ad proximum juvandum: obſtrictum ſe teneri ad ſeqvendum, qvocunqve Spiritus Dei duceret. Meliora qvidem monitus, ſed non ſecutus eſt; qvin potius cœpit apud populares ſuos, maxime in pagis & vicis, novum Evangelium, novosqve ritus ſacros, tradere, non ſine offenſione infirmiorum. Ad hanc evitandam Burdigalenſe Parlamentum Joh. de Labadie in jus vocabat, &, cum comparere nollet, iis emigrare locis jubebat. Ipſe vero fuga dilapſus, ſolaqve matertera comitatus, Genevam, indeqve Lutetiam Pariſiorum, venit, relicta matertera, itineris negotiiqve ſui ſocium nactus qvendam d' Abillon, itidem Lojoliticæ Societatis deſertorem. Hic uterqve Ambianenſi Epiſcopo innotuit, qvi, miſeratus utriusqve inopiam, imprimis facundiam de Labadie amplexus eſt. Conceſſit igitur ei Ambiani munus Canonici, ac, ut Monialium monaſteria viſitaret, & emendanda obſervaret, voluit. Hic, nimia earum familiaritate uſus, multas ſpurcis ſermonibus offendiſſe, alias etiam Donatiſtarum, Chiliaſtarum* (qvibus Antinomos & Jorriſtas addit Kippingius), *aliorumqve Fanaticorum, errores inculcaſſe, ordinarium Verbi Miniſterium perpetuo calumniis proſcidiſſe, & juſtam adeo iram Ambianenſis Epiſcopi incurriſſe, dicitur. Ad carcerem igitur promeritumqve ſupplicium qvæſitus, fuga ſibi conſuluit, atqve, relictis Ambiano & Lutetia, in Port-royal pervenit ad Dn. Drillo & Dn. la Bronchi, cumqve iis in oppidum Baſas. Hic ne a vicinis Burdigalenſibus internoſceretur, mutato nomine Nicolaum ſe dixit, ac in qvibusvis conventibus, & popinis, iis, qvos habuit, ſermonibus erroneam doctrinam ſuam inculcavit, in monaſteriis Virginum ſæpius liberaliter habitus. Suſpectus eo nomine Domino Drillo mature ſe ulteriori diſcrimini ſubduxit, Tholoſam ad Epiſcopum profectus. Ubi eloqventiam ac, qvam præ ſe ferebat, ſanctitatem Labadii admiratus Epiſcopus, ad qvamcunqve functionem eccleſiaſticam Tholoſæ atqve Pibraci ipſum admiſit. Qvin & Dn. Montchalei conceſſit ſolennem functionem obeundi per vicina monaſteria, ut concionaretur ac ſcrutaretur ibidem mores ſingulorum. Hic vero profligatiſſimos Adamitarum, Libertinorum atqve Rauterorum, mores non commendare ſolum, ſed imitari etiam, ac, omni pudore abjecto, veſtibus exutis nudus, moniales, ejus ſvaſu nudas, docere non eſt veritus. Hanc enim Cœlitum vitam tum inchoandam, ac charitati ſolum operam deinceps dandam eſſe, ſvadebat; fidem vero ac ſpem nunc ceſſaturam. Innotuit mox ſceleſtum doctrinæ vitæqve flagitioſæ genus: qvod animadvertens Labadie, ne gravibus coerceretur poenis, clam ſubitoqve Tholoſa ad amicum, primo abhinc lapide habitantem, confugiebat, atqve ab eo ciſtæ incluſus, aſinoqve ſubductus, in conſpectum & manum qvæſitoris, ſtatim inſecuti, non veniebat. Circumvagatus aliqvamdiu, acceſſit tandem A. C. 1650. Patrem Blanchardum, Carmelitam & inter Eremitas Graville in Baſas primarium. Ab iſto benevole exceptus Labadie, velut vitæ ante actæ poenitentia ductus, Carmelitæ pallium ſumpſit, nomenqve ſuum in Johannis de JEſu Chriſto mutavit. Mox ſuo, velut Eliæ, pallio ſuperbiebat, ſpiritum Eliæ, ac alterius Johannis munus, ſe accepiſſe jactabat. Sermonibus etiam ad populum habitis prædicebat,*

(8.) *Tomo I. Diarii Biographici Seculi XVII., ad d. 3. Febr. A. 1673.* (9.) *l. c. p. 6.* (10.) *Parte II. Catalogi Catalogorum p. 240.* (11.) *loco n. 4. citato p. 102. 103. 104.* (12.) *in Introduct. in Hiſt. Eccl., T. I., c. 33., Sect. 40., p. 1030. 1031.* (13.) *in Theſibus de Labadiſmo p. 4. 5. 6.*

dicebat, novum gratiæ regnum e Sion ante ſeculi conſummationem oriturum. In eo velle Servatorem imperium ſuum plene exercere, longe lateqve explicare, Babylonem abolere, Hieroſolymam reædificare, Satanam ex mundo exterminare, populum Judaicum convertere, plenitudinem gentium in Eccleſiam introducere, omnesqve ſuo ductu ac regimine in unum conjungere. Sibi vero Labadie Evangeliſtæ nomen tribuebat, ac, duodecim Apoſtolos collecturus, literas Aginnum Nitiobrigum ad Carmelitas dabat, Spiritumqve Sanctum & Johannis ipſis pollicebatur; ad qvosdam etiam Grevillæ Fratres emiſſo halitu dicebat: Accipite Spiritum Sanctum. Qvæ cum Dn. Sam. Martineau, Epiſcopus in Baſas, a fide dignis accepiſſet, miſſis lictoribus qværebat Labadie, perpetuo carceri mancipandum. At iſte, callide celeriterqve mutans habitum, iſtud imminens periculum evaſit, atqve fuga qvatuor milliarium ad Calvinianum qvendam pervenit, in cujus arce tuto latere potuit. Multa, fateor, in hac narratione, contumelioſa, imo turpia & ridicula, Labadii tum doctrinæ, tum vitæ, exprobrantur. Sed omnia fere, certe potiſſima, figmenta fuiſſe malitioſa inimicorum, qvorum ingens erat numerus, partim Pontificiorum, partim Reformatorum, ipſemet ſæpius in tot ſcriptis oſtendit apologeticis, & compluribus Eccleſiarum, Synedriorum, Claſſium, Synodorum, Academiarum, & Cœtuum, tam Eccleſiaſticorum, qvam Politicorum, de doctrina ac vita ſua, confirmavit Teſtimoniis, ſeorſim, & Gallice, & Latine & Belgice, publicatis, ſuoqve loco iterum memorandis. Nec defuerunt inter Lutheranos, qvi relationes iſtas de noſtro ſeqviores calumnias eſſe Pontificiorum ac Reformatorum hoſtiles, fideqve indignas, publice ſunt profeſſi, Joh. Frid. Mayerus, illius licet adverſarius (14.), Gothofr. Arnoldus, ejus Hyperaſpiſtes, fuſius easdem refellens (15.), & ante utrumqve, Phil. Jac. Spenerus, A. jam 1676., in literis ad Joh. Melch. Stengerum (16.), hiſce Labadio verbis patrocinatus: *Virum Genevæ freqventer audivi, ei etiam domi locutus ſum: qvæ circa ipſum acta in Gallia, neſcio, an multi Theologorum noſtrorum exactius norint, tam prolixe mihi enarrata. Unde indignor illis auditis calumniis, qvas in eum evomunt adverſarii, Gallicas perſecutiones objectantes.* Qvibus gemina ſunt ſeqventia ejusdem, A. 1677. dem Sendſchreiben an einen außländiſchen *Theologum* (17.) inſerta: Was betrifft ſeine Gaben, ſo habe ich dieſelbe ſelbſt erkandt, als ich ihn zu Genf A. 1660. und 1661. öfters hören predigen, auch einmahl mündlich mit ihm geredet, und nicht unfreundlich von ihm bin empfangen worden, auſſer demſelben aber nie einige Communication mit ihm gepflogen habe. In ſolchen ſeinen Predigten, und vielem, was damahl in Genf vorgieng, habe ich ſeinen Eifer gehöret, wie er damahls ſein Ampt nicht untreulich geführet: ſo iſt mir ſein Lebenslauf, theils auß derienigen, welche ihn noch als einen Papiſten in Franckreich gekandt (und ihn beſtändig verthädigten gegen die Läſterungen, ſo, von ſolcher Zeit, über ihn auß ſeiner Feinde Boßheit außgegoſſen worden), weitläufftiger und glaubwürdiger Relation, theils was in Genf mit ihm damahls vorgegangen, ziemlich bekandt worden; wo ich nicht anders ſagen kan, als daß er, ſo viel mir wiſſend iſt, ſeinen Wandel damahl unſträflich geführet. Deſſen ſo viel ſicherer Zeugniß ich auch darauß meine zu nehmen, weil er bereits in Genf der Feinde und Neider, in Weltlichem und Geiſtlichem Stande, viel hatte, und ſolche doch nichts erhebliches gegen ihn aufbringen konten, in derſelben viel ihm das Zeugniß eines untadenlichen Lebens ſelbſten gaben. Sed redeundum nobis eſt ad Vitæ Labadii hiſtoriam, ab eo, qvo ad Reformatos tranſiit, tempore, Biographi Anonymi, a Gothofr. Arnoldo editi, ductu, continuandam. Montalbani, qvo illum, perſecutionem Epiſcopi fugientem Vaſatenſis, ſe recepiſſe ſupra narravimus, per ſeptennium, ab A. 1650. ad 1657., ſubſtitit. Illic, poſtqvam cum Theologis, de controverſis religionis capitibus, & Articulo præſertim de S. Cœna, contulerat, eosqve ſententiæ ſuæ, in Libro *Le Bon Uſage d' Euchariſtie* expoſitæ, eſſe ὁμοψήφους deprehenderat, Reformatorum ſe doctrinam amplecti, & in Conſiſtorio, & dein publice in templo, eſt profeſſus; ac eo qvidem citius, qvod Præſules Tholoſanum & Vaſatenſem, cum Jeſuitis atqve incolis Pontificiis Montalbanenſibus, de ſe, ante profeſſionem, clam inde abducendo, conſilia agitare comperiſſet. Hoc facto, tota Eccleſia Reformata Montalbanenſis decreto ſolenni ſuum ei, contra adverſarios omnes, pollicebatur patrocinium. E qvibus Gvardianus, qvem vocant, Franciſcanorum, aliiqve, ad Romanam illum Eccleſiam amicis fruſtra conati ſunt retrahere colloqviis; Franc. Mauduitius autem, Miſſionarius, diſputationem cum eo privatam, præſentibus aliqvot Pontificiis, auſus inſtituere, ad ſilentium a Proſelyto hoc adigebatur. Qvam ignominiam cum is, ſcripto mendaciis injuriisqve referto contra noſtrum edito, abolere atqve ulciſci conaretur, ab Epiſcopo, cui iſtud inſcripſerat, Montalbanenſi, ſua ejectus eſt diœceſi, rogatusqve ſimul, & ab Antiſtite hoc, & a Reformatis, Labadius, ne hominem reſponſo, imprimi jam coepto, dignaretur. Scripto ejusdem contra noſtrum alteri, decennio poſt in lucem protruſo, & Genevenſibus inſcripto, qvod impudentiſſimis ſcateret calumniis, ipſi contradicebant Monachi. Exemplum Labadii, in Eccleſia Romana deſerenda, non multo poſt, Burdigalæ frater ejus natu minor, & Neptis ex ſorore (comes deinde Avunculi Montalbani, Arauſione ac Genevæ, perpetua), ſeqvebantur. A. 1651. Montalbani, Labadio ipſo ſtudiis vacante, familia vero abſente, arſenicum, per duos Pontificiorum emiſſarios, ollæ injectum eſt igni appoſitæ; cujus cibos cum ipſemet, neptis, famulus ac famula, in prandio ſecuri comediſſent, omnes vitæ diſcrimen inter creberrimos adierunt vomitus, iſtudqve, hauſtis antidotis, ægre, poſt aliqvot hebdomadas, evaſerunt. Familiaritatem, eodem tempore, noſter contraxit cum Domina Yvonia, e ſtirpe Dn. Tachardi (Martyris), & Dn. Conſtantis, primorum Eccleſiæ Montalbanenſis Reformatorum, oriunda; cujus filius Petrus, a nativitate ipſa Dei deſtinatus miniſterio, & tunc qvinqvennis, una cum matre illum cœpit accedere, ſacrisqve ejus auſcultare ſermonibus, ac adultior ipſius non aſſecla ſolum comesqve perpetuus, ſed collega etiam, in gubernatione cœtus ſchiſmatici, factus eſt præcipuus atqve ſucceſſor. Licet autem Labadius, Montalbani vitam agens privatam, munera ſacra, partim ob Chriſtianiſmum incolarum degenerem, partim ob Eccleſiaſtarum invidiam, fugeret, exorari tamen ſe a Conſiſtorio & Eccleſia patiebatur, ut, tempore morbi epidemii contagioſi, verbi divini miniſtros, in viſitandis ægris, ſublevaret, atqve Paſtoris deinde extraordinarii, nullo inter ordinarios loco vacante, ſuſciperet officium. Ediderat interim, in ſacro annorum 1650. & 1651. otio, Gallice, tum alia ſcripta Theologica, aſcetica pariter atqve polemica adverſus Pontificios, Joh. Dallæo (uti ex Epiſtola hujus patet excuſa) valde probata, tum *Declarationem* cauſarum mutatæ a ſe religionis bipartitam, & *Epiſtolam ad Amicos in communione Eccleſiæ viventes Romanæ*. Duorum poſteriorum Excerpta (in qvibus *le Vray Patriarche des Janſeniſtes* appellatur) Jeſuitæ Pariſiis ſub hoc imprimi curarunt titulo: *Grand Chemin du Janſeniſme au Calviniſme, enſeigné par le Sr. Jean de Labadie, cydevant Pretre Predicateur & Chanoine d' Amiens, tant en ſa Declaration, qv' en ſa Lettre à ſes Amis.* Iidem Lojolitæ, una cum Berterio, novo Epiſcopo Montalbanenſi, edicto regio impetrato, ne Paſtoris obtineret dignitatem, impedire conabantur, ſed fruſtra, qvod Magiſtratus ac cives, miſſo etiam ad Reginam Domino Moncaut, ejus ac privilegiorum ſuorum cauſam animoſe acriterqve agerent. Inaugurando a Synodo Reformatorum Cajarcenſi, Montalbanenſium petitu, ne illi ſe ſiſtere cogeretur, eſt conceſſum, ſeptemqve Paſtores, ex ipſa Synodo, Montalbanum ablegati, qvi, cum urbis Profeſſoribus atqve Eccleſiaſtis, Candidatum, jam electum, examinarunt, examinatum magno cum applauſu approbarunt, manusqve ei per Delonium, Profeſſorem, ac Verdierium juſſerunt imponi. Officio admotus eo in civitatis vitia zelo invehebatur, ut bonis ſe amabilem, malis terribilem, redderet, nec pauca illorum emendabat; e Pontificiis vero plurimos, &, ſi non-

nemo

(14.) *ſub initium Mataeologiæ Labadianæ p. 1. 2.* (15.) *T. II. Hiſt. Eccl., Lib. 17., c. 21., p. 711. 712, 713, 723.* (16.) *T. III. Conſil. Theol. Lat. p. 140.* (17.) *p. 110. 111.*

nemo (18.) vera tradit, peſte ſæviente, plures trecentis, ob iſtam noſodochio incluſos publico, in caſtra Reformatorum traducebat. Ad qvos cum ex ipſius etiam Epiſcopi Montalbanenſis domeſticis nonnulli, ab ipſo perſvaſi, tranſiiſſent, Præſul hic, Pariſios profectus, ſuas ea de re qverelas in aula tamdiu iteravit, donec noſter A. 1657. locum mutare juberetur. E Reformatis qvoqve Montalbanenſibus Labadio infeſti fuerunt, deqve illo amovendo ſolliciti, præter Peccatores induratos, Advocati qvidam & Eccleſiaſtæ, horumqve Princeps & anteſignanus, Joſephus Arbuſſius, qvi, eum ſibi præferri indignatus, nullam Collegæ nocendi neglexit occaſionem, ac tandem, loco motus, ad Pontificios A. 1669. defecit. A. 1653. Labadius, amiſſis duobus fratribus, juniore in ſuis extincto ædibus, & ſeniore, in Bedforti obſidione, in Alſatia, anteqvam propoſitum ſacra Reformatorum publice amplectendi exeqveretur, occiſo, nec non Balarando, Conſiliario Regio, Hoſpite ſuo atqve Amicorum intimo, peſte, qva hic expiraverat, itidem adeo graviter laboravit, ut rumores jam de morte ipſius per Galliam a Pontificiis ſpargerentur, ſed paulo poſt tamen convaluit. A. 1655. eum a Montalbanenſi Paſtorem ſibi ſpatio concedi annuo Eccleſia urbis Nemauſenſis Reformata, & per literas, & legatione triplici, ſed fruſtra, poſtulabat, Montalbanenſis autem, dimittere nolens, Academiæ ſuæ eligebat Rectorem. Qvo munere fungens, petulantiam ſtudioſorum juſto rigore coercuit, &, qvibusdam punitis, cæteris vitæ perſvaſit emendationem, imo Montalbanenſis qvoqve Academiæ nomine Salmurienſem, miſſa ad Moſen Amyraldum, ac reliqvos Profeſſores illius, epiſtola, ut eodem pacto diſciplinam inſtaurarent ſcholaſticam, eſt hortatus. Urbis tandem Montalbanenſis, in qvam, ad eum audiendum, multi ſubinde Magnates, fœminæqve principes, e Gallia confluxerant, relinqvendæ occaſionem noſtro præbuit lis A. 1656., de ſepultura fœminæ, cui in morbo fatali & Arbuſſius, Miniſter Calvinianus, & Sacerdotes Papæi, adfuerant, inter Reformatos & Pontificios, utrisqve hanc ſibi vindicantibus, enata, & tumultus inde in defunctæ exortus ædibus. Ad qvem ſedandum cum Braſſardus Conſul accurriſſet, Labadiumqve ſe juſſiſſet comitari, ab hoc Pontificii, ne a Reformatorum iis noceretur multitudine, ſunt protecti, cadaver autem in Reformatorum ſepultum cœmiterio. Noſter nihilominus mox, tanqvam tumultus autor, a Magiſtratu Cleroqve Pontificio, falſo ad Curiam deferebatur Caſtrenſem; Reformatiqve ab hac damnabantur. Qvi cum ad Senatum provocaſſent regium, & ab iſto ad Cameram, qvam vocant, Edictorum Parlamenti Pariſienſis eſſent remiſſi, lata & per hanc contra illos eſt ſententia, Braſſardusqve & Labadius in aula, ut cauſam dicerent, comparere juſſi. Splendidis interim promiſſis noſter a Mazarino Cardinali, Berterio Epiſcopo Montalbanenſi, Gubernatore regio, & Jeſuitis (venenum mortemqve violentam, ſi abnueret, minatis), ſolicitabatur, ut vel ad Pontificios rediret, vel concionibus ſaltem ac ſcriptione librorum contra hos abſtineret, ſed omnia conſtanti ſpernebat animo. Reformati contra Montalbanenſes in Aulam eum abire non ſunt paſſi, ſed Conſulem Braſſardum illuc ablegarunt, cui, in cauſa noſtri agenda, ſeptendecim Eccleſiarum Aqvitaniæ ac Langvedociæ Legati, hoc fine ad Reginam miſſi, tulere ſuppetias. Lenire inſuper Aulæ contra ipſum indignationem aliqvatenus videbatur *Gratiarum actio ob captam a Rege Valentiam*, paulo ante Montalbani ab illo edita. Ipſe interim miſſionem a Montalbanenſibus flagitabat, ſed ſemeſtri, qvo abſens in Aula per Legatos defendebatur, integro obtinere non poterat. Verum, cum Cleri Gallicani Congregatio non ſolum Reformatos omnes, exhibita per Henr. Gondrinium, Archiepiſcopum Senonenſem, *Remonſtratione* immiti (a Labadio etiam in *la Lettre de Philophrone à Philalethe* refutata), impugnaret acriter, ſed, inſtinctu etiam Epiſcopi Montalbanenſis, promiſſo doni aliqvot myriadum gratuiti conditionem ipſius, vel regno, vel urbe ſaltem Montalbanenſi, ejiciendi adderet, a Rege hac excedere, vel, ſi luberet, relicto regno Gallico, qvocunqve vellet, commigrare, eſt juſſus. Mandato huic A. 1657. paruit, & Montalbano veſperi, Luna tota eclipſin patiente, amicoqve ſimilem Eccleſiæ civitatis, ob abitum ipſius, prædicente, diſceſſit, a Conſiſtorio, Academia totoqve Reformatorum cœtu, teſtimoniis, qvibus ipſi etiam hoſtes, vi veritatis adacti, ſubſcribebant, inſtructus egregiis. Joſ. Arbuſſium contra, inimicorum ejus principem, ſupra jam memoratum, qvod Pontificios, in ejectione illius promovenda, adjuviſſet, eadem Eccleſia coram Synodo Reformatorum accuſavit Laudunenſi, &, ut a ſacro Montalbani deturbaretur munere, obtinuit. In itinere Labadius a Civitatum Caſtrenſis, Nemauſenſis atqve Arauſionenſis, Magiſtratibus pariter atqve Paſtoribus honorifice eſt exceptus, &, Arauſione d. 28. Oct. A. 1657., concordibus omnium ſuffragiis, Eccleſiaſtes electus extraordinarius, huic etiam Eccleſiæ emendandæ, vitiis extirpandis, inſtaurandæqve diſciplinæ eccleſiaſticæ, confeſtim omne ſtudium, omnemqve operam, ingenti cum ſucceſſu, impendit. Ad audiendum illum Reformati e Langvedocia, Delphinatu & Provincia, confluebant, magna cum indignatione Pontificiorum. E qvibus Graſſius Lojolita, diſputationem cum eo Arauſione infeliciter aggreſſus, & voce viva ſcriptisqve refutatus, cum pudore diſceſſit. Fruſtra qvoqve, in eo ad Eccleſiam reducendo Romanam, laborabant Jeſuitæ Avenionenſes, per Joh. Seurinum, ſodalem ſuum, noſtriqve olim amicum, per emiſſarios vero alios, ingentibus illi inſidiatos promiſſis, Princeps Contius, Comes de Grignan, hujusqve duo Fratres, Archiepiſcopus alter, alter Epiſcopus, atqve Archiepiſcopus Aqvenſis. Turbis interim Arauſione de controverſa in Ducatu ſucceſſione ortis, Labadius, qvi metuebat, ne Galli hac occaſione urbem occuparent, & eodem præterea tempore ab Eccleſia Metropoleos Angliæ Londinenſis Gallica, in locum Johannis d'Eſpagne, ad Paſtoris vocabatur officium, ſpe adventus obſeqviiqve ſui huic facta, M. Junio A. 1659., clam, veſpertino tempore, omnibus ignaris, duobus ſtipatus comitibus, diſceſſit, tractum Avenionenſem & Sabaudiam tranſiit, periculoqve perſecutionis Pontificiorum, a qvibus in itinere erat agnitus, grandi evitato, Genevam eqvo vectus pervenit. Qvem abitum clandeſtinum licet ægre ferrent Arauſionenſes, & ipſi tamen, & alii in vicinia Reformati, digreſſo teſtimonia Genevam transmiſerunt honorifica, illic, cum *Epiſtola* ipſius *valedictoria ad Eccleſiam Arauſionenſem* Gallica, A. 1660. excuſa. Genevam delatum Cives, cum concionantem audiviſſent, dimittere noluerunt, &, datis ad Eccleſiam Londinenſem Gallicam literis, a nexu, qvo huic obſtrictus erat, liberarunt, moxqve Paſtorem, qvod locus inter Ordinarios non vacaret, eodem anno 1659., conſtituerunt extraordinarium. Auſpicatus eſt officium iſtud qvinqvaginta in locum Matth. III. 2. de Pœnitentia concionibus, & per ſeqvens deinde ſeptennium vitia omnium civitatis Ordinum emendare, nec ſine ſucceſſu, aſſidue eſt conatus, licet, ob Zelum hunc adverſus peccata, multi, in utroqve Ordine, Politico & Eccleſiaſtico, teſte, præter alios, Phil. Jac. Spenero, in verbis *Epiſtolæ ad Theologum exterum* Germanicæ, ſupra recitatis, & in alia, ad Balth. Bebelium Genevæ M. Martio A. 1661. exarata (19.), odio atqve invidia hoſtili illum proſeqverentur. Imagines Sanctorum, in templo Petrino reſiduas, coram qvibus ruſtici Sabaudi ſubinde procumbebant, tolli, & ſacellum, in qvo ſepulchro Ducis Rohanii ſtatua impoſita erat illius marmorea, pro D. Georgii effigie ab iisdem habita agricolis, occludi curavit. Amicitiam cum illo, Genevæ vivente, contraxerunt vicini Theologi Baſileenſes (&, hos inter, Joh. Buxtorfius junior), Tigurini ac præſertim Bernenſes, Luthardus, Homelius, aliiqve, in qvorum gratiam Synodum eorum adiit Lauſannenſem, & in iſta cum applauſu eſt concionatus. A. 1662. ab eo non in contubernium modo domeſticum, ſed & diſcipulorum in Theologia practica, amicorumqve intimæ admiſſionis, numerum, admittebantur, cum Petrus Yvon & Petrus du Lignon, Occitani, Studioſi tunc S. Literarum juvenes, poſteaqve comites ipſius & Collegæ

(18.) V. Anonymum, *num. 3.* allegatum, apud Löſcherum, ibidem citatum, *p. 499.* (19.) V. iſtam, J. H. ab Elſwich *Faſciculo I. Epiſtolarum familiarium Theologicarum, num. 15.*, inſertam, *p. 100. 101.*

legæ perpetui (20.), tum Joh. Godſchalcus Schurmannus, Colonienſis, Vir nobilis ac doctiſſimus, 57. jam natus annos, ac poſt biennium mortuus. A qvo ſoror ob pietatem pariter atqve eruditionem illuſtris, Anna Maria Schurmannia, & per literas, & coram, de Labadii, hoſpitis ſui, fide in officio, Zeloqve in Chriſtianismi degeneris emendatione ſingulari, edocta, commercium deinceps cum illo inſtituit epiſtolicum (21.). Tribus hiſce domeſticis Auditoribus, Pictetoqve præterea ac Gvyoneto, Eccleſiaſtis Genevenſibus, ſibi amiciſſimis, noſter dolorem, qvem e miſero Eccleſiæ Chriſtianæ corruptæ ſtatu, ob pios præſertim impiis ubiqve immixtos, plurimisqve Miniſterii eccleſiaſtici rite adminiſtrandi impedimentis, conceperat, detexit, ſcriptaqve ſua hujus argumenti Gallica, Middelburgi deinde excuſa (1. *Cas de Conſcience ſur le Miniſtere, tel qv' il ſ' exerce à preſent*, 2. *Diſcernement de la veritable Egliſe*), legenda exhibuit. Nec multo poſt conſilium ſuum, de Eccleſia ſolorum hominum piorum colligenda, & ab impiorum coetibus ſegreganda, libello alio (*L' Egliſe à part*) expoſuit, ac, qvod Genevæ iſtud exeqvi non liceret, ſacro ſe aliqvoties abdicare voluit officio, ſed a Picteto & Gvyoneto, ne id faceret, eſt exoratus. Doctrinam qvoqve de regno Chriſti in terris glorioſo Chiliaſticam Genevæ, Collegis licet qvibusdam contradicentibus, coepit proponere, & hoc fine Apocalypſin publicis concionibus interpretari Johanneam. Vitam inter Reformatos Galliæ, a noſtro, ad hos a Pontificiis transgreſſo, per tria circiter luſtra, tranſactam, Autor Biographiæ Gallicæ, Hagæ A. 1670. editæ, hoſtesqve alii, nonnullis itidem impetiverunt criminationibus, a Joh. Helv. Willemero (22.), & partim qvoqve ab Henr. Kippingio (Geneva eum pulſum eſſe falſo tradente) (23.) ac Caſp. Sagittario (24.), nimiæ credulitatis vitio, repetitis. Inſimulatur enim, qvod Montalbani contentionum cum Jos. Arbuſſio Collega ipſemet autor fuerit, & a Rege in jus vocatus non comparuerit, Arauſione divitum nobiliumqve viduarum conſortio ſit uſus, Genevæ Proceribus, ob verba, qvibus concionatus ipſos notaverat, acerba, valde diſplicuerit, elatum animum ſua, qvæ in Muſeo viſebatur, & columbam capiti inſidentem oſtentabat, imagine, adjectisqve huic verbis Es. LXI.: *Spiritus Domini ſuper me*, prodiderit, ejusdemqve faſtus impulſu urbem hanc, in qva ſe tanti non æſtimari, qvanti fieri volebat, indignabatur, tandem deſeruerit. Sed & iſtæ criminationes pleræqve, non minus qvam calumniæ de illo adhuc Pontificio ſparſæ, ab ipſomet in ſcriptis apologeticis, & Sylloge Teſtimoniorum de vita ſua alienorum, ſupra allegata, ſunt refutatæ, fideqve proinde, judicibus Phil. Jac. Spenero (vitam ejus Genevenſem, velut ἀνεπίληπτον, commendante), cujus verba ibidem recitavimus, Gothofredoqve Arnoldo ac Joh. Frid. Mayero (25.), pariter indignæ. Vera cauſa relictæ per Labadium Genevæ a Petro Yvonio (26.) fuiſſe perhibetur tædium laboris, in Eccleſiæ illius vitiis degenereqve Chriſtianiſmo emendandis, per ſeptennium, fruſtra fere, & exiguo cum fructu, exantlati. His cogitationibus ſe excrucianti, ſubito & præter expectationem, anno 1666., Literæ transmiſſæ ſunt Senatus urbis in Zeelandia Belgica Middelburgenſis, qvibus ad Paſtoris Eccleſiæ in iſta Gallo-Belgicæ dignitatem, in locum Johannis le Long, nuper mortui, vocabatur, aliæqve præterea, ab Anna Maria Schurmannia, Gisberti Voetii, Profeſſoris Theologi, atqve Eccleſiaſtarum Civitatis ad Rhenum Trajectinæ, hortatu exaratæ, qvibus hæc ſuum pariter atqve illorum deſiderium de officio Middelburgenſi ſuſcipiendo ipſi exponebat, & ad migrationem variis calcar addebat rationibus. Qvam vocationem noſter, cum & ipſemet, & Yvonius atqve Lignonius, amici domeſtici, poſtqvam precibus & jejunio aliqvamdiu vacarant, divinam eam eſſe judicaſſent, ſeqvi confeſtim ſtatuit (27.), & a Senatu Presbyterioqve Genevenſi, ægre licet eum dimittentibus, cum abduci a propoſito non poſſet, præclaris de doctrina vitaqve ſua inſtructus eſt teſtimoniis. His impetratis, Geneva, cum Yvonio & Lignonio, Præceptorem deſerere nolentibus, diſceſſit, in comitatum ſuum, ne, in Sabaudiæ, Helvetiæ atqve Alſatiæ, tranſitu, a Pontificiis læderetur aut detineretur, ab octuaginta vallium Pedemontanarum Waldenſibus, e patria, ob religionis perſecutionem, digreſſis, ac Geneva, qvo eodem tempore advenerant, in Palatinatum, ad coloniam ſuorum popularium Germershemii condendam, abituris, læto lubentiqve admiſſus animo, & eodem, qvo illi, amictus veſtitu. Ne autem tres hoſce novos comites numerus Waldenſium octuagenarius, in ſalvi conductus diſerte expreſſus literis, Pontificiis proderet, totidem Waldenſes, ob morbum, in qvem inciderant, Genevæ, Deo ita volente, coacti ſunt ſubſiſtere, iſtoqve pacto Labadius, Yvonius ac Lignonius, ſub relictorum perſona eo tutius, donec Heidelbergam pervenirent, delituerunt (28.). Heidelbergæ per octiduum commorati, aſſumpto illic qvarto comite, Joh. Menureto, Theol. Studioſo, & Labadii olim Genevæ domeſtico (29.), Waldenſium autem colonia in Palatinatu relicta, Manhemio, ubi navem conducebant, per Rhenum, in Belgii foederati perrexerunt provincias, &, cum Trajectum appuliſſent, in ædes Annæ Mariæ Schurmanniæ, Virginis non piæ minus qvam eruditæ, hoſpites huic longe gratiſſimi, diverterunt (30.). Hactenus Vitæ noſtri ſeriem, ex Hiſtoria potiſſimum illius Gallica imperfecta, a Scriptore concinnata incerto, ſed in ipſius partes prono, ac per Gothofr. Arnoldum, uti ſuo indicabitur loco, edita, collatis aliorum, etiam hoſtium, narrationibus, exhibuimus. Cum autem Biographia iſta Gallica ἀδιέξοδος ultra annum 1666., & adventum ipſius in urbem Trajectinam, non ſit pertexta, reliqva, qvæ ad octennium vitæ ſpectant ultimum, ejus facta atqve fata, memoratu præ cæteris digniſſima, e variis colligemus atqve adjiciemus Autoribus, ductum tamen præcipue ſecuturi Annæ Mariæ Schurmanniæ, familiarium illius & aſſeclarum ſectæ Labadianæ facile principis, iſta fuſe *Parte I.* Εὐκληρίας, *Capitibus VI. VII. VIII. & IX.* (31.), exponentis. Qvid Trajecti ad Rhenum, per decem, qvibus illic ſubſtitit, dies, Labadius egerit, hoſpita hæc ejus illuſtris (32.) verbis retulit ſeqventibus: *Ultrajecti a Profeſſoribus ac Doctoribus Theologiæ, DD. Voetio, Eſſenio, Netheno, aliisqve pietatis cultoribus, in meis ædibus, qvas primum adibat novus ac gratiſſimus hoſpes, amice ſalutatus, & cum exoptatiſſimæ ejus præſentiæ congratulatione exceptus eſt. Cum autem ſe non ſine fructu in illa urbe verſari animadverteret, ibidem decem, ut puto, diebus commoratus eſt, ac tum privatim cum Profeſſoribus ac Concionatoribus, aliisqve pietatis ſtudioſis, varia ac multa de Chriſtianismo hodierno, ejusqve, inprimis vero Paſtoratus, reformatione neceſſaria diſſeruit; tum publice omnes ſimul ædificans præſtantiſſimis ſuis concionibus, qvæ puriſſimis ſcatebant veritatibus, ac ſanctiſſimis ad veram & ſolidam pietatem mentibus ac cordibus inſtillandam incitamentis: ita ut tale Miniſterium divinitus formatum judicaremus, non minus ad noſtram privatam purioris Chriſtianiſmi formationem, qvam ad univerſalem Eccleſiarum Reformationem; modo illius dictis ac monitis adhiberetur fides, & fidelitas ad Chriſtum, per ejus os loqventem, ſincere ſeqvendum. Ego certe ab ejusmodi ſermonibus, qvi nullam operam aut oleum lucernæ nocturnæ ſtudii humani, ſed neſcio qvam ſimplicem, efficacem ac nativum fluxum coeleſtis cujusdam olei, ex ejus pectore in corda audientium deſcendentem, redolebant, per intervalla locorum, qvo avocabatur, avelli vix potui.* Diſceſſurus Trajecto, amicis urbis illius, teſte Pet. Yvonio (33.), cum his valediceret, ſignificabat, Middelburgum ſe eo proficiſci animo, ut Mundo bellum in ſua inferret eccleſia, & vel hunc ex iſta ejiceret, vel ipſemet ab illo ejiceretur.

(20.) V. Pet. Yvonii Vitam Petri du Lignon, in de Getrouw Verhael van den Staet en de laetſte Woorden ſommiger Perſonen, uyt de Gereformeerde en van de Wereld afgeſonderde Gemeynte tot Wiewert, *p. 161-164.* (21.) V. Annæ Mariæ Schurmanniæ Εὐκληρίαν, *P. I., c. 6., p. 135-138.* (22.) *in Theſibus de Labadiſmo p. 6. 7.* (23.) *loco n. 4 citato p. 104.* (24.) *loco num. 12. allegato.* (25.) *locis num. 14. & 15. citatis.* (26) *loco num. 20. citato p. 164. 165. 166.* (27.) V Pet Yvonium *l. c. p. 165.*, & Annæ Mariæ Schurmanniæ *P. I.* Εὐκληρίας, *c. 6., p. 137. 138.* (28.) V. Yvonium *l. c. p. 166-170.*, & Schurmanniam *l. c. p. 139.* (29.) V. Yvonium *l. c. p. 170.* (30.) V. Schurmanniam *l. c. p. 139.* (31.) *p. 135-207.* (32.) *c. 6., p. 139. 140.* (33.) *l. c. p. 170.*

tur. Trajecto Amſtelodamum abiit, & inde, cum, brevi hic commoratus tempore, ſacros itidem aliqvoties habuiſſet ſermones, Middelburgum trajecit, Schurmanniaqve, cum virginibus duabus nobilibus, ut ſæpius concionantem audiret, in utramqve illum civitatem eſt ſecuta. Middelburgi coetum, ad cujus gubernationem vocatus erat, Gallo-Belgicum corruptiſſimum eſſe obſervabat, vitiisqve inqvinatum plurimis, qvorum emendationem pii qvidem auditores vehementer optabant, & ab ipſo expectabant, impii autem, conſpiratione facta, reſpuebant, ac, Synodorum poſtea animoſiores redditi decretis, audacter pro virili impediebant (34.). Ipſe nihilominus, ingenti iſtam aggreſſus animo, *tunc demum ſe Paſtoris officium plene accepturum proteſtabatur, cum Eccleſia, ſe mundo & ſibi mori, ac Chriſto vivere velle, eſſet oſtenſura*, ſeriaqve hac adhortatione tantum proficiebat, ut Schurmannia (35.), ſe, eodem jam anno 1666., *qvædam qvaſi rudimenta novæ creaturæ, ad formam cæleſtis doctrinæ prototypum efformandæ, illic conſpexiſſe*, teſtetur. Ad Synodum interim Gallo-Belgicam evocatus Amſtelodamenſem, & ſacrum in iſta ſermonem habere juſſus, cum paræneſin Paulinam Act. XX. 28., illo explicaſſet, & Paſtores libere atqve acriter de ſuo monuiſſet officio, παῤῥησίᾳ hac multos Synodi irritavit Aſſeſſores. A qvibus viciſſim, jure, uti forte æqvum judicabant, talionis, variis onerabatur accuſationibus, & præſertim, qvod doctrinam de regno Chriſti in terris glorioſo Chiliaſticam nimis audacter Eccleſiis publice propoſuiſſet, ſanctitatem vitæ, perinde ac ſanitatem doctrinæ, ſignum veræ eſſe docuiſſet Eccleſiæ, Confeſſioniqve Gallo-Belgicæ, ex improviſo ſibi oblatæ, qvod errores nonnullos contineret manifeſtos, ſubſcribere ex tempore recuſaſſet, inſimulabatur. Amſtelodamo Middelburgum reverſus, tanto ſtudio Zeloqve, Acta Apoſtolica, & Epiſtolam ad Romanos Paulinam, explicare, punctaqve veræ vitæ Chriſtianæ fundamentalia inculcare, aggreſſus, Eccleſiæ ſuæ Gallo-Belgicæ urſit emendationem, ut Schurmannia, A. 1667. iterum illuc delata, *viſibilem qvandam & magnam in cœtu hoc mirata ſit mutationem, &, qvoad ſtatum ſuum externum, egregiam modeſtiam & humilitatem, qvoad interna vero in qvibusdam inſignem cæleſtium veritatum notitiam, & Zelum promovendæ Chriſti gloriæ.* Qvo in labore σύνεργον, eodem A. 1667., nactus eſt Petrum Yvonium, diſcipulum ſuum atqve auditorem, Collegam ſibi, ſuffragiis utriusqve Synedrii Middelburgenſis, tam præſentis, qvam antecedentis, adjunctum, & a Synodo approbatum. Controverſiæ interim ipſe, Yvonius, Lignonius, univerſumqve Synedrium Gallo-Belgicum Middelburgenſe, implicabantur cum Ludovico Wolzogenio, Paſtore Cœtus Gallo-Belgici Ultrajectini, Carteſiiqve in Philoſophicis aſſecla, occaſione *Tractatus de Scripturarum Interprete, adverſus Exercitatorem Paradoxum*, ab hoc Ultrajecti A. 1668. (36.) editi, & Anonymi *Exercitationi paradoxæ de Philoſophia S. Scripturæ interprete* oppoſiti. Accuſabatur enim is a Labadio & Collegis, claſſicum contra illum, velut ἑτερόδοξον, confeſtim canentibus, qvod rationi itidem nimium in Sacrarum Literarum interpretatione tribueret, Deum, ſi velit, fallere poſſe, ſed facere id nolle, doceret, aliaqve proponeret non minus erronea. Adverſus qvæ ἐγκλήματα cum Wolzogenius ſe, non ſolum *in Orthodoxa fide contra Joh. de Labadie Cenſuram in Libellum de Scripturæ Interprete*, Ultrajecti eodem A. 1668. (37.) excuſa, ſed & coram Synodo Gallo-Belgica Naerdenſi, defendiſſet, per hanc, plene ſibi ab illo ſatisfactum eſſe pronunciantem, ab omni heterodoxia eſt abſolutus (38.). Per eandem præterea Synodum Labadius & Collegæ, Pet. Yvon ac Pet. du Lignon (ab ea ipſa, pauciſſimis ante diebus, in Concionatorum receptus ordinem), atqve omnes Synedrii Eccleſiæ Gallo-Belgicæ Middelburgenſis Aſſeſſores (duobus tantum Diaconis exceptis), accuſationem Libelli Wolzogiani, a ſe factam, juſſi ſunt retractare, &, cum palinodiam iſtam detrectarent, M. Sept. A. 1668. ab omni munere eccleſiaſtico ſuſpenſi. Æſtate tandem anni 1669. Synodus Gallo-Belgica Dordracena, Naerdenſem proxime ſubſecuta, Labadium, ejusqve Collegas, una cum univerſo illo Synedrio, e conſpicuis & antiqvis Civibus Middelburgenſibus maximam partem compoſito, poſtqvam illos omnes relictæ obedientiæ, Synodalibus de accuſatione contra Wolzogenium retractanda decretis præſtandæ, damnaſſet, ab omni plane munere removebat eccleſiaſtico. *Qvod factum Synodale*, judice, cujus narrationem, verbis iisdem plerumqve retentis, ſeqvimur, Anna Maria Schurmannia, paſſim in iſtud acriter invecta (39.), ex odio profectum Theologico, & longe iniqviſſimum, uti eadem refert, *omnes boni, niſi ſi qvi forte, per ignorantiam & conſvetudinem, Synodorum poteſtatem, ut Pontificii Papalem, adorabant, tacite, & qvidam etiam aperte, cum deteſtatione condemnabant; ſed nemo ferme ſe ſatis fortiter ei, ut par erat, opponebat.* Prodierunt, teſte eadem (40.), de hac cum Ludov. Wolzogenio controverſia, Decretisqve Synodalibus, illius occaſione adverſus Labadium, ejusqve aſſeclas, promulgatis, plurima Scripta publica, tum ipſius & Collegarum, tum Synedrii Middelburgenſis, tum univerſarum Academiarum, Profeſſorum ac Concionatorum Belgii fœderati, ſingulatim edita, multaqve præterea alia, omnia idiomate publicata Gallico, & partim etiam in Belgicum tranſlata. Qvorum præcipua hoc a Schurmannia (41.) enumerantur ordine: 1. *Qverelæ Apologeticæ duabus partibus*; 2. *Literæ Apologeticæ circulares*; 3. *Judicium Synedrii Eccleſiæ Wallonicæ Medioburgenſis de prætenſa ſuſpenſione D. de la Badie*; 4. *Fidelis Relatio eorum, qvæ acta ſunt in Synodo Wallonica Naerdenſi*; 5. *XIV. Animadverſiones in Judicium Synodi Wallonicæ Naerdenſis*; 6. *Epitome cauſæ Eccleſiæ Wallonicæ Medioburgenſis cum Synodo Wallonica, coram Ordinibus Zeelandiæ diſceptatæ*; 7. *Compendium Animadverſionum in libellum Lud. Wolzogenii*; 8. *Duo Inimici Amici*; 9. *Heterodoxa fides Lud. Wolzogenii*; 10. *Literæ Eccleſiaſticæ ad qvendam Politicum ſcriptæ*; 11. *Brevis Relatio eorum, qvæ acta ſunt in Synodo Wallonica Dordrechtana*; 12. *Declaratio diſunionis a Synodo Wallonica.* Aſylum paulo poſt Labadio, & Collegis, ab officio Middelburgi deturbatis, obtulit Veria, Urbs Zeelandiæ exigua, & Middelburgo vicina. Cujus Magiſtratus, cum propius totum hoc negotium introſpexiſſet, atqve optime hujus actores & cauſas noſſet, ſuffragantibus Eccleſiis Belgica & Anglicana, jure civitatis eos donabat, &, plena exercitii religionis publici libertate conceſſa, cœtui, qvalis nullus hactenus ibi fuerat, præficiebat Wallonico ſive Gallo-Belgico. Verum, cum Civitas Middelburgenſis magnum ſuorum civium videret concurſum ad Eccleſiam hanc formandam, 300qve & nonnunqvam 400. iſtorum, qvorum qverelas de viis Synodi detortis Senatus, facto decreto, audire noluerat, binis ſeptimanæ diebus eo accurrerent, Synodiſtæ Wallonici omnem lapidem moverunt apud omnes, ſive Politicos, ſive Eccleſiaſticos, ut renaſcens hæc Eccleſia, qvæ, teſte A. M. Schurmannia, ad eandem tunc profecta, *non ad illorum Canones & iniqviſſima decreta, ſed ad exemplum antiqvæ Eccleſiæ, & ad normam doctrinæ mere Evangelicæ ſe componebat*, in ipſis opprimeretur incunabulis. Perſvaſa ab illis Urbs Middelburgenſis, Veriana longe major & potentior, hanc monitis mandatisqve, Paſtores, ad qvos tot cives ſui accurrerent & migrarent, e ditione ſua juſſit relegare vel dimittere, variis, &, cum nihil illis proficeret, minis belli, niſi obediret, mox inferendi conata eſt perterrefacere. Magiſtratus contra Verienſis, juris ſui tenax, cives, minime invitos, novo qvaſi, ut civitatis ſuæ tuerentur privilegia, obſtringebat juramen-

(34.) V. Pet. Yvonium *l. c. p. 170. 171.* (35.) *l. c., c. 6., p. 140. 141.* (36.) *in 12.* (37.) *in 8.* (38.) V. Anonymi *Lettres ſur la Vie & ſur la Mort de Mr. Louis de Wolzogue* (ed. Amſtelod. A. 1692. *in 12.*), Excerpta ex iſtis ab Henr. Basnagio, *dans l'Hiſtoire des Ouvrages des Sçavans, M. Oct. A. 1692., Art. 7., p. 78-86.*, & Joh. Clerico *T. XXIII. Biblioth. Univerſ. Hiſtor., P. II. p. 455.*, exhibita, ac Abr. Heydani *Conſiderationes rerum in Academia Lugduno-Batava geſturum p. 130. 131.* (39.) *P. I.* Ευχληρίας, *c. 4., p. 81.; c. 6., p. 142, 143. & ſqq., ac c. 9., p. 196. 197. 198.* (40.) *l. c., c. 6., p. 143., & c. 9., p. 197. 198.* (41.) *l. c., c. 9., p. 197.*

juramento, hiqve armati, & nocte dieqve vigiles, vim Middelburgenſium hoſtilem & extrema omnia expectabant. Motus iſtos civiles turbulentos Labadius & Collegæ, tranqvillitatis amantes, ſedarunt, monitisqve Verienſibus, ne arma ſui cauſa contra potentiores converterent, ſe ad diſceſſum eſſe paratiſſimos, ſunt profeſſi, nec multo poſt, cum id poſtularent, a Senatu oppidi, non ſibi ſolum ac civibus, ſed & illis, de qvibus, etſi rebus ſe haud immiſcuiſſent politicis, acerbius forte qvid ſtatuturi eſſent adverſarii, metuente, ægerrime licet, & cum honorifico pietatis ac modeſtiæ ſingularis teſtimonio, dimiſſi. E Zeelandia, in qva per qvadriennium circiter docuerat, Labadius A. 1670., cum Collegis, Petro Yvonio (graviter ægrotante) ac Petro de Lignon, nec non Anna Maria Schurmannia, aliisqve aſſeclis, Amſtelodamum migrabat, & ædes ſibi Iſaaci Bernaerii, Eccleſiæ Gallo-Belgicæ antehac Senioris, ut privatus in iis viveret, & cum cœtu ſuo ſeorſim ſacris vacaret, conducebat. Eccleſiam enim illic ſolorum hominum piorum, communione bonorum omnium ſpontanea ſe invicem ſublevaturorum, domeſticam, nihil cum impiis commercii habituram, colligere, non ſine ſpecie aliqva & ſuſpicione Schiſmatis aut ſeceſſionis a Reformatis, conantem, præter alios, auditorum priſtinorum Middelburgenſium aliqvi comitabantur, aliqvi ſeqvebantur, horumqve exemplo centeni, cum univerſo Eccleſiæ Gallo-Belgicæ ferme Synedrio, ſe, teſte Schurmannia, idem facturos, ſuamqve habitationem Middelburgo Amſtelodamum tranſlaturos, ſerio pollicebantur, qvamprimum, ſe illius Collegarumqve Miniſterio frui poſſe, facti forent certiores. Imo, ſi *Diarii* MSti ἀδεσπότου Autori (42.) tuto licet credere, trecentæ urbis Middelburgenſis familiæ integræ, ſe noſtrum vel in ipſam ſeqvi velle Indiam, promiſerant. Amſtelodami Labadius & Collegæ, a Magiſtratu, cauſam eorum cognitione ſua ac protectione non indignam eſſe arbitrato, ſatis humaniter recepti, poteſtatem, præter exercitia domeſtica, qvæ ſtricte ita vocantur, ſacra, etiam alia qvædam inſtituendi impetrarunt; patrono atqve fautore gaviſi præcipuo Conrado a Beüningen, Conſule primario, qvem noſtro autorem ab Eccleſiis ſe Reformatis Gallo-Belgicis ſeparandi, ſectamqve condendi peculiarem, fuiſſe Dn. de Stoupa, Tribunus militum Helvetiorum Gallicus Pontificius, in Scripto *de Religione Hollandorum* Gallico ἀδεσπότῳ, per Conſtant. Bellum in lingvam tranſlato Italicam (43.), verbis tradidit ſeqventibus: *Gia alcuni anni Giovanni Labadia Apoſtata, eſſendo ſtato depoſto, ed eſcomunicato dal Sinodo delle Chieſe Vallone di qveſto Paeſe, ricorſe a Van-Beüning ſupplicando lo della ſua protezione. Van-Beüning gli riſpoſe che mentre ei voleſſe continuare nella communione delle Chieſe Vallone, egli era obligato di ſottoporſi a' loro Decreti, ed alla loro diſciplina; ma s' egli aveſſe formato una nuova Setta, avrebbe goduto la protezione, che gli Stati concedono a d' ogni ſpecie di Religione. Si come jo credo che cognoſcete molto bene queſt' uomo, coſi potete giudicare, che non fù per iſcrupulo di coſcienza, ch' ei laſciò di ſtabilire la ſua Setta in qveſto Paeſe.* Schurmannia, ab eodem Beuningio de majori edocta libertate, illis conceſſa, cum Ultrajectum excurriſſet, rebusqve ſuæ proſpexiſſet familiæ, fruſtra dehortantibus amicis ac Theologis, hosqve inter Gisb. Voetio, Amſtelodamum mox rediit. Illic, ut Labadio, Doctori ſuo, eſſet propior, cum domus in vicinia omnes jam eſſent ab aliis conductæ, ædium, qvarum partem is ſuperiorem, cum Yvonio, Lignonio, & Juvenibus aliqvot incolebat Middelburgenſibus, Bernaerianarum, ſatis amplarum, partem inferiorem, ab ipſo ſponte oblatam, cum amica Hagienſi, nepote ſuo e fratre undecenni, duabus Viduis Middelburgenſibus, & qvatuor harum liberis, tribusqve Virginibus, rem curantibus domeſticam, occupavit. Patebat præterea domus eadem hoſpitibus cujuscunqve conditionis omnibus, præſertim Middelburgenſibus, qvi Chriſto ſe ſerio addictos eſſe demonſtrabant, facileqve in domeſticorum admittebantur numerum. Familiæ huic numeroſæ, aliisqve, qvi ſe illi aggregabant, auditoribus, Puncta religionis & Vitæ Chriſtianæ fundamentalia, Middelburgi antehac tantum inchoata, fuſius denuo ac plenius a Labadio proponebantur, & ab Yvonio qvoqve & Lignonio, ejusdem congregationis domeſticæ Paſtoribus, inculcabantur, *modo docendi*, uti Schurmannia perhibet, *non minus ſublimi, dilucido ac nervoſo, qvam ſimplici, efficaci ac ſpirituali.* Ad qvos illorum ſermones ſacros cum Incolarum etiam Reformatorum Amſtelodamenſium qvidam, licet cæterorum reſpectu pauciſſimi, magnamqve partem curioſi potius qvam vere pii, atqve ideo parum conſtantes, ſponte, nullaqve arte aut illicio ab iis invitati, concurrere cœpiſſent, & communione ſuorum abſtinerent euchariſtica, peſſime id pleroſqve Eccleſiaſtas urbis habuit Calvinianos, totum tandem populum ad eosdem tranſiturum eſſe falſo metuentes. Hi, accreſcente, cum civium Labadii audiendi cupidorum numero, invidia ſua atqve indignatione, Synodalibus ſe noſtri adverſariis jungebant Gallo-Belgicis, viribusqve ſociatis Magiſtratum Amſtelodamenſem, tunc ex parte novum, illorumqve importunitate tandem laſſatum, eo adigebant, ut, contra ſtatuta & axiomata Civitatis ſuæ politica, qvibusvis religionibus ſectisqve libertatem exercitii ſacrorum concedentia, ſolum hunc cœtum mandato limitaret tam rigido, ut ne uni qvidem, qvi familiæ pars non eſſet, ad religioſa ejus exercitia deinceps permitteretur aditus. Conqverebantur enim qvidam Concionatores, hæc exercitia ſuis cœtibus magis, qvam ulla Sectarum, nocitura, cum optima illorum membra ad ea raperentur, nec Synodorum ſatis conſultum iri autoritati. Interdicti iſtius rigore Cives Eccleſiæ Gallobelgicæ Middelburgenſes, qvi, qvoad magnam ac meliorem ſui partem, Paſtorum ſuorum priſtinorum ſacro iterum frui vehementer cupiebant miniſterio, ne, ſicut decreverant, Amſtelodamum cum familiis migrarent, ſunt deterriti, menteqve mutata in patria ſubſtiterunt. Moleſti propterea Labadio ac domeſticis erant ſubinde tumultus, a plebe, calumniis atqve exemplo Eccleſiaſtarum ſuorum perſvaſa, ac ædium tentante oppugnationem, leviſſimas ob cauſas, ante has, excitati. Qvorum unius, occaſione mortis ac ſepulturæ viduæ Middelburgenſis piæ, ſed inopis, in iisdem defunctæ, exorti, per triduum continuati, & a Magiſtratu, cohorte militum ſatellitibusqve ſuis in ſubſidium miſſis, ægre compreſſi, narratio, qvam deſcribere non vacat, prolixior *Parte I.* Εὐκληρίας occurrit Schurmannianæ (44.). Accedebant, præter morbos Labadii atqve Yvonii graviſſimos, ingenti ab iis toleratos conſtantia ac patientia, domeſticorum qvorundam turbæ, ſeceſſiones, & atroces, poſt ἀποστασίαν, de Doctore ſuo calumniæ, hisce a Schurmannia (45.) verbis deſcriptæ: *De ſingulari illo morbo loqvor, qvo unus ex conſpicuis noſtris domeſticis correptus, in phreneſin incidit, &, qvod triſtiſſimum erat, vociferationibus & clamoribus non ſolum noſtram, ſed & vicinorum qvietem, nocte dieqve turbabat. Qvæ cum qvidam domeſtici, ſed non vere noſtri, viderent & audirent, talia cum opere gratiæ Dei in ſua familia conſiſtere non poſſe judicarunt. Eoqve alius ad Socinianos, alius ad Qvakeros ſeqvendos, propendere viſus eſt. Cumqve eo animo Socinianorum libros volverent, atqve unus ex iis, tentatus ab aliis, in eo eſſet deprehenſus, ideoqve infidelitatis, qvod talia celaſſet Paſtores, convictus, ac coram omnibus eſſet reprehenſus, inconſtantiam ſuam in conſtans odium, præſertim contra D. de la Badie, convertit. Adeoqve a Satana agitatus, ſe duobus aliis imprudens adjunxit; ac, poſt obitum iſtius ægroti, cum qvodam, Sociniana doctrina jam antea imbuto, & ſuo pariter infido fraterculo, tale fabricarunt ſcriptum teſtimonium, qvo D. de la Badie redderent reum mortis vita functi. Qvaſi ſcilicet D. de la Badie ægroti pectus ita pede ſuo contriviſſet, ut inde mors ejus fuiſſet ſubſecuta: qvod qvam diabolicum fuerit mendacium, omnes domeſtici, qvibus & ego intereram, teſtari potuiſſent, ſi res apud Magiſtratum peragenda fuiſſet. Id tamen omnes illi tres vicino Concionatori Germanico communicarunt, atqve ad Magiſtratum inde delatum eſt: qvi, in omnia accurate inqvirens, reiqve falſitatem*

tem

(42.) apud. Joach. Frid. Fellerum & Val. Ern. Löſcherum *locis ſupra num. 3. citatis.* (43.) *Epiſt. IV.*, 93. 94. verſionis iſtius Italicæ, Pariſiis A. 1674. in 8. excuſæ. (44.) *cap. 7., p. 155-159.* (45.) *ibid. p.* 160. 161.

tem & malignitatem ſubodoratus, omnino in candida facti explicatione noſtrorum Anteceſſorum acquievit. Ad qvæ omnia deinceps, occaſione famoſi libelli Antonii de la Marqve, qvi primus hujus tragœdiæ Actor fuerat (de cujus miſeri hominis exitu loqvi horreſcimus), reſponſum eſt. E Sectariis religionum variarum Amſtelodamenſibus, teſte Anonymo *Diarii* MSti Autore (46.), Brouniſtæ, Schiſmatici Angli, Labadio poteſtatem in coetu ſuo concionandi obtulerunt, ſed fruſtra, qvod Magiſtratus, non alios qvam Anglos illis permittens Concionatores, fieri hoc vetaret; Pet. Serarius autem, Chiliaſta & Jac. Böhmii aſſecla, eidem *Librum* ſuum *de Meſſiæ* inſcripſit *reditu*. E Qvakeris Georg. Keithius & Rob. Barclajus, Amſtelodamum profecti, & aliqvoties cum Labadio Collegisqve collocuti, in eorum inſtitutum ac doctrinam (qvam a ſua credebant haud eſſe diverſam) amice inqviſiverunt, & coetus ipſorum cum ſecta ſua unionem atqve conſociationem deſiderarunt, ſed, poſt reſponſa dubia atqve obſcura, omnino tandem rejecti, obtinere non potuerunt. Nec felicior fuit conatus ſimilis Gvilh. Pennii, qvi, poſt Labadii obitum, aſſeclas illius, Wiewerti in Friſia occidentali tunc commorantes, in itinere ad hos peculiari, ad eandem denuo, ſed incaſſum itidem, invitabat. Non tamen impedire potuerunt noſter, ac Collegæ illius auditoresqve domeſtici, qvo minus, vel ob congreſſus iſtos, vel ob aliqvam dogmatum qvorundam affinitatem, Qvakeri ſæpius contumelioſe ab adverſariis, plebeqve his credula, appellarentur. Qvod ut perperam atqve immerito fieri omnibus innoteſceret, Labadius & ſeorſim, ni fallor, edidit, & *Veritati ſui vindici, ſive Declarationi fidei ſolemni* auctiori, Hervordiæ A. 1672. ſermone Latino publicatæ, ſubjunxit, *Qvakeriſmi, vulgo ſic dicti, Examen & Confutationem, ſive Tractatum de Diſcrimine eſſentiali & multiplici, qvod inter ſuos & vulgo dictos Qvakeros intercedit* (47.). Antoniam Bourignoniam, ſi Petri Poireti *Vitæ* hujus Gallico ſermone continuatæ (48.) tuto credi poteſt, ipſe atqve aſſeclæ, cum ei familiariter innotuiſſent, Amſtelodami, interprete Chriſtiano de Cordt, Antoniæ amico intimo, ſunt obteſtati, ut ſe, cœtu utroqve conjuncto, in Strandiam, Ducatus Sleſvicenſis inſulam, ſecum admitteret, grandemqve hoc fine polliciti pecuniam, ſed repulſam ab illa tulerunt, Spiritus, a qvo ipſa & Labadius regerentur, cauſata diverſitatem. Seqvius eadem Bourignonia, virorum magis, qvam mulierum, delectata conſvetudine, de Labadii, fœminas complures in convictum admittentis familiarem atqve domeſticum, inſtituto judicavit contrario, ita *in Teſtimonio Veritatis* ſcribens Germanico (49.): Jch habe von Natur einen ſehr guten Verſtand empfangen, welcher nicht unterworfen den betrieglichen Einbildungen und Fantaſeyen, die ſich gemeiniglich finden in dem weiblichen Geſchlechte. Und das iſt es, daß ich lieber mit Männern umbgehe, alß mit Weibern: weil ich gemeiniglich mehr Standhaftigkeit des Gemühtes bey den Männern, als Weibern, finde. Aber ich weiß nicht, warumb Mons. de Labadie mehr Weiber, als Männer, bey ſich hat. Er hat ohne Zweifel auch ſeine Uhrſachen, umb welche die curioſen ihn fragen können. Non defuerunt etiam tunc, qvi noſtro ſecretum cum Pontificiis ac Jeſuitis, ipſoqve Pontifice, in detrimentum Eccleſiæ Reformatæ, audacter, ſed falſo, exprobrarent commercium, ab ipſomet, *in Proteſtatione ſincera, Veritati ſui vindici* præfixa (50.), verbis ſolide confutati ſeqventibus: *Qvod ad clandeſtina literarum cum Papa commercia, proteſtor, me nec habere, nec viginti abhinc annis* (51.) *ullum habuiſſe, me illum toto corde excommunicaſſe, anteqvam ipſe me nominatim excommunicaverit; id qvod duodeviginti abhinc annis publice fecit, cum nomen meum ad Valvas Petri affigeret, libroſqve meos in Catalogum prohibitorum, Indicemqve expurgatorium, referret. Nec magis cum qvoqvam Pontificiorum; qvi profecto probe norunt, qvantum mali illorum erroribus attulerim atqve afferam, triginta abhinc annis, qvibus eos profligavi, decem annis, anteqvam, a communione Romana disjunctus, Reformatæ me junxiſſem: neqve ſibi perſvadebunt unqvam fore, ut ad eam aut ipſos rurſus tranſeam. Multo minus id crediderint ſperaverintve Jeſuitæ, cum ſatis norint, me illorum maximas, ſecreta, regimen, magis intime penetraſſe, qvam ut credant, me amore eorum teneri; cum ex eo ſtatim tempore, qvo ea cognovi, odio eadem habuerim, nimiſqve acriter profligaverim, qvam ut iis unqvam me vinci turpiter ſinam. Et plus qvam decem abhinc annis, qvibus illorum & pollicitationes, & minas, toto corde deſpexi & vilipendi, neqve illorum autoritatem, nec toxicum, nec ferrum, nec ignem, qvæ ſæpius interminati mihi ſunt, vereri aperte oſtendi, me nec ad loqvendum, nec ad ſcribendum, auſi ſunt provocare. Ex eo qvoqve tempore ipſorum nec nuncios vidi, qvos antea remiſeram, nec literas legi, qvibus nunqvam reſcribere volui. Notumqve ſatis eſt, eos me magis metuere, qvam amare; ac dudum & ipſi, & cæteri monachi, aperte profeſſi ſunt, neqvicqvam ſpei me recipendi ſibi reliqvam eſſe. Eſt unde probare illa poſſim, idqve ſuo tempore fiet, cum ad omnes calumnias, omneſqve libellos famoſos ſive crimino ſos, qvos & Pontificii, & cæteri, contra me in vulgus edidere, reſpondero. Eqvidem confido fore, ut per otium oſtendam, ipſorum exprobrationes nil niſi injurias, ipſorum accuſationes nil niſi calumnias, ipſorum narratiunculas, pro lubitu efficctas, nil niſi meras fabulas, imo teterrima mendacia, eſſe.* Cæteræ adverſariorum de illa vitæ parte, qvam in Zeelandia & Batavia tranſegit, criminationes, qvarum nonnullæ fide itidem videntur indignæ, e Biographia ejus Gallica ἀδεσπότῳ, Hagæ A. 1670. edita, a Joh. Helv. Willemero, temere omnibus credulo (52.), hoc recitantur ordine: *Qvanqvam Articulis Reformatarum Galliæ Eccleſiarum, atqve Confeſſioni fœderati Belgii, ſæpius nomen ſuum dederit Labadie, tamen a veterum Novatianorum, Chiliaſtarum ac Donatiſtarum, erroribus non deſtitit. Qvin potius Medioburgi, ut & Amſtelodami, Ultrajecti, Lugduni, Harlemi, Roterodami, ac alibi in Belgio (qvo excurſionibus utebatur ſæpius), novos homines, novum regenerationis modum, novum Catechiſmum, novum S. Literas interpretandi modum, formare conabatur. Alto ſupercilio alios Verbi Miniſtros contemnebat, ignorantiam pariter ac ignaviam iis exprobrans; de ſuis autem peculiariter in religione inſtitutis exercitiis palam gloriari non verebatur: Unicam horam noſtri familiaris exercitii pluris facio, qvam Sermones ſingulos, die Sabbathi, aut totius etiam hebdomadis diebus, pro concione haberi ſolitos. Ad rationem doctrinæ vitæqve ſuæ reddendam a Synodo poſtulatus, valetudine ſe excuſavit; interim monens amice, ne qvid adverſus Reformatas Eccleſias moliatur doctrina aut ſcriptis, neqve porro Chiliaſtarum errores propugnet. Tum vero ille: Malle ſe, inqviebat, capite truncari, qvam Articulis fidei Reformatarum Eccleſiarum ſubjici. Poſtqvam igitur Miniſtri Verbi pariter ac Magiſtratus Politicus cernerent, fideles ſuas adhortationes procaciter contemni, ac errores ſatis graves pertinaciter tueri Johannem de Labadie, communi ſuffragio ab officio eccleſiaſtico Medioburgi remotus, omni per Belgium munere ſacro, ac communione S. Euchariſtiæ, indignus eſt declaratus, donec reſipiſceret atqve ad meliorem frugem ſe reciperet. At ille in errore tam gravi non ſolum perſiſtere maluit, ſed & novos inſuper errores defendere eſt annisus. Hic ad peculiare vivendi genus, ab eo inſtitutum, obſervamus tantum, qvod in privatis ædibus Medioburgi docere perrexerit, & communionem inprimis bonorum, ut haberet, unde aleretur, ſvaſerit, omnia velut ad exemplum primitivæ in Sion Eccleſiæ Apoſtolicæ revocaturus. De bonis, qvæ a ſimplicioribus, imprimis mulierculis, collegerat, ipſe vivebat lautiſſime, nec aliter qvam divitis illius lurconis vivam imaginem redditurus. Nulli ſumtui, nullis in cibo potuve deliciis, non effuſo riſui, non turpibus jocis, non inhoneſtis oſculis, non levi ſaltationi, ſimilive voluptatis generi, parcebatur. Velut aureum acturi ſeculum ſe gerebant, ad monitum Johannis de Labadie:*

(46.) apud Joach. Frid. Fellerum & Val. Ern. Löſcherum, *locis ſupra num. 3. citatis.* (47.) V. de his inter Labadium & Qvakeros actis Gerh. Crœſii *Hiſtoriam Qvakerorum, Lib. 3., p. 675-679. verſionis Germanicæ.* (48.) *cap. 20.* (49.) *p. 122.*, teſte Georg. Henr. Buchardo in den Anmerckungen über die Jrrthümer *Ant. Bourignon p. 30.* (50.) *p. 62, 63, 64.* (51.) Scribebat iſta anno 1669. ineunte. (52.) *in Theſibus Theologicis de Labadiſmo p. 7. 8. 9.* Conf. Henr. Kippingii *Supplementa Epitomes Hiſt. Eccl. Joh. Pappi p. 104. 105.*

Labadie: Poſſideamus nunc terram: omnia enim ſunt ſanctorum; malis nulla ejus portio relicta eſt. Inchoemus nunc regnum Chriſti, ac pulchris creaturis iſtis utamur pro lubitu. Neqve uno in loco diutius commorari tutum exiſtimans, Mediobergo Amſtelodamum, fidam delicatulorum nutricem, ſe contulit, atqve domum ibi conduxit. Hic tantus ſubito concurſus hominum novitatis avidorum, inprimis ſexus ſeqvioris, ad Joh. de Labadie factus eſt, ut certas diei horas conſtitueret privatis ſuis exercitiis, & binis ſeptimanæ diebus trecentorum, & qvadringentorum nonnunqvam, fieret concurſus. Sic idoneam nactus occaſionem, qvantis poterat viribus perſvadebat populo, ex omnibus urbis angulis confluenti, Chriſti Sanctorumqve ejus in his terris regnum, neceſſariam cum Reformatæ Eccleſiæ reformationem, tum vitæ ſanctimoniam peculiarem, in rejecto omni gemmarum, auri veſtiumqve, ornamento conſpicuam. Profeſſores & Doctores verbi, tanqvam ventri deditos, rapaces lupos, hypocritas & Phariſæos, angve & cane pejus fugiendos, traducebat; ipſamqve Eccleſiam, velut gregem porcorum, canum & impiorum, tanqvam Babylonem, Belialem, templum & Synagogam Satanæ, criminabatur. Re ad Magiſtratum Politicum delata, vocabatur in jus advena: ſed is, priſtino more forum declinans, deſerere urbem, ac navi Bremam ſe conferre, maluit A. C. 1670. In hac Vitæ Labadii, apud Batavos transactæ, hiſtoria, nemo non prudentior obſervat, veris narrationibus, ſed odio depravatis hoſtili, falſas paſſim eſſe immixtas. Qvibus etiam illa *Diarii* MS. ἀδεσπότου Autoris (53.) videtur eſſe annumeranda, qvod noſter, e Zeelandia & Hollandia proſcriptus, contra Magiſtratum conciones habuerit. Labadius enim, cum cœtu ſuo, ſponte A. 1670. urbem reliqvit Amſtelodamenſem, nullo Magiſtratus ad emigrandum adactus mandato, uti ex Annæ Mariæ Schurmanniæ, perſecutiones illius alias minime prætereuntis, de hac autem relegatione tacentis, prolixa de diſceſſu iſto patet narratione (54.). Illa teſte, cum rumor de Cœtus hujus novelli in ſacris exercendis libertate Amſtelodami reſtricta per edictum rigidius, aliisqve, qvibuscum is conflictabatur, moleſtiis, ad aures Principum perveniſſet extraneorum, qvidam ex his conſilia de eodem in plenam vindicando libertatem animo volvebant, idqve Præſidibus curabant ſignificari. Eminebat hos inter Eliſabetha, Friderici, Electoris Palatini, filia, ac Cœnobii Virginum nobilium Imperialis in Weſtphalia Hervordiani Antiſtita, ob pietatem pariter atqve eruditionem eximiam celeberrima. Veteris illa ſuæ cum Anna Maria Schurmannia, qvæ cœtui iſti in Labadii familia ſatis numeroſo ſe aggregaverat, recordata amicitiæ, provinciam cœtum hunc integrum Hervordiam, ſive in ditionem Cœnobii ſui urbi vicinam, evocandi Viro honorato Hagienſi, qvem ſibi in omni voluntate exeqvenda credebat fore fidelem, demandavit. Is vero, cujus animus, lecto libello Concionatoris Eccleſiæ Hagienſis Gallo-Belgicæ contra Labadium maledico, ab hoc redditus erat alienior, neglecto mandato, Principi ſcriptum idem transmiſit, ut a ſuſcepto propoſito ipſam abduceret. Verum enimvero tantum abfuit, ut Eliſabetha poſt lectionem ſententiam mutaverit, ut vehementer potius in eadem ſit confirmata, ſibiqve ex ipſis libelli, theatrali ſtylo concinnati, ſcommatis ac dicteriis, ſicut Autoris genium mundanum, ita Labadii innocentiam, veriqve Miniſterii Evangelici in illo characterem, viſa perſpicere. Relictis itaqve omnibus ambagibus, & aliorum mediatione hominum, ipſamet recta ad Schurmanniam dabat literas, in qvibus, approbato ejus in vita mutanda, eligendoqve conſortio cœtus Labadiani, inſtituto, toti huic cœtui publicam plenamqve exercitii religionis libertatem, ſub ſuprema & abſoluta ſua autoritate, in tractu Hervordienſi, offerebat, &, ut negotii transigendi cauſa, vel ipſa Schurmannia brevi 24. horarum ad ſe excurreret itinere, vel alius e familia mitteretur Hervordiam, utriqve utriusqve mentem ac ſtatum reciproce explicaturus, poſtulabat. Qvæ cum Paſtoribus ſuis a Schurmannia eſſent indicata, atqve omnes, in hac vocatione, aliqvid mere divinum & prorſus inexpectatum ſe aperire, eamqve proinde conditionibus aliis, alibi eodem fere tempore oblatis, qvamvis minime aſpernandis, præferendam eſſe, judicaſſent, miſſus eſt Hervordiam ad Principem Petrus du Lignon, Labadii Collega, negotiumqve iſtud, illius opera, conditionibus utriqve parti gratis & acceptis, cito confectum (55.). Navim igitur Amſtelodami Labadius, Collegæ, Schurmannia, cæteriqve omnes domeſtici, amicis, tum civitatis iſtius, tum locorum aliorum, non paucis, qvorum pleriqve, præſertim vero qvidam reliqvorum anteceſſores, ſe brevi ſecuturos, ſed vane & absqve ſucceſſu, pollicebantur, deducentibus, conſcenderunt, & Bremam hac vecti pervenerunt. Ubi an noſter ab Henn. Wittenio (56.) *deliria ſua propoſuiſſe* vere perhibeatur, ambigo. Brema digreſſi reliqvum itineris curru confecerunt, Hervordiamqve, exeunte anno 1670., delati, ac ab Eliſabetha Principe ſerena fronte, benigneqve & peramanter, recepti, libero atqve publico religionis ac ſacrorum ſuorum gaudere cœperunt exercitio. Qvænam ibi Scripta, partim dogmatico-practica, partim pro Cœtu ſuo ac Schiſmate apologetica (inter qvæ *Declaratio fidei ſolennis*, Gallice, Belgice, Germanice, tandemqve Latine, & Vindiciis qvidem contra adverſarios auctior, ſub titulo *Veritatis ſui vindicis*, publicata, *Epiſtola ad D. Adr. Pauli reſponſoria*, & *Qvakeriſmi Examen*, eminent), Labadius ediderit, ſuo infra loco in Librorum illius fuſius exponetur Indice. Sermonum ſacrorum, ab ipſo & Collegis, in conventibus publicis ac privatis, de Chriſti perſona, officiis, ſtatibus, reſurrectione ac vita univerſa, Præparatione ad Vitam Chriſtianam, Abnegatione ſui, Punctisqve religionis ac Vitæ Chriſtianæ fundamentalibus, nec non in Caput V. Matthæi, locaqve Exod. III. 14., Matth. XIX. 17., aliaqve Sacri Codicis illuſtriora, habitorum, argumenta, *Partis I.* Εὐκληρίας *Capite VIII.*, ſollicite enarravit Schurmannia, *admirabilem* illorum *perſpicuitatem, potentem & efficacem Spiritus demonſtrationem, invincibilem perſvadendi facultatem, modum tractandi prorſus divinum, miroſqve in plerisqve* auctioribus vere convertendis effectus, multis celebrans elogiis. E qvibus unicum hoc, qvalis facundia illorum fuerit eccleſiaſtica explicans, nobis ſufficiet: *Qvid miri hoc erat? cum animadverteret mirabilem illam rerum divinarum in ſermonibus eorum abundantiam, & inexhauſtos theſauros, qvos, ſine ulla præmeditatione, aut ſtudio humano, omni occaſione atqve ex tempore, e pectore ſuo depromebant; cum paſſim alios videret ex apice qvaſi eorum cerebri, aut conſcriptis libris, aridos ſermones cum ſtudio & labore detrahere, atqve artificioſe magis, qvam native, diſponere & protrudere. Hos vero, etiam cum antiqviſſimas & communes proponerent veritates, novo qvaſi lumine illuſtratas, non minus dilucide qvam ſponte eas profluere ſinentes conſpiciebat. Ne qvid de eorum vita ſimplici, pura ac libera, hic addam, qvæ revera eam luminoſo oculo, nulloqve humore alieno tincto, intuentibus perpetua qvædam Evangelica concio eſt.* Interfuere ſæpius, teſte eadem Schurmannia, hiſce concionibus Magnates Auliciqve illuſtres, Hervordiam ad Eliſabetham Principem ſoliti excurrere. Qvorum nonnulli qvidem ita iis ſunt tacti, ut vim lacrymarum coram omnibus profuderint, cum ſe a vitæ Chriſtianæ puritate ac ſanctitate tam longe abeſſe ſentirent, ſed nihilo minus tamen, iſtis cito areſcentibus, ad genium redierunt mundanum. Longe vehementius Labadii atqve Collegarum Sermonibus commota eſt Eliſabetha Palatina ipſa, Cœnobii Hervordienſis Antiſtita, de qva hæc a Schurmannia narrantur: *Hiſce fere omnibus cum intereſſet Sereniſſima Princeps, in magnam admirationem & amorem harum veritatum, hujusqve Miniſterii, rapta eſt, ac verum Chriſtianiſmum a falſa ejus imagine diſcriminare coepit. Nec ſemel ſuam beatitudinem in eo apud nos deprædicavit, qvod Deus illam qvaſi hoſpitam & protectricem veræ ſuæ Eccleſiæ, ex vere fidelibus collectæ, præ cæteris conſtituerat. Præſertim vero, poſtqvam D. de la Badie*

ipſi

(53.) apud Joach. Frid. Fellerum & Val. Ern. Löſcherum, *locis ſupra num. 2. citatis.* (54.) *P. I.* Εὐκληρίας *c. 7. & 8., p. 168-174.*
(55.) Conf. de hoc Lignonii itinere Pet. Yvonium *loco num. 20. citato, p.* 172. 173 (56.) *Tomo I. Diarii Biographici Sec. XVII., ad d. 3. Febr. A.* 1673.; ubi Hervordiæ contra atqve Altonæ, qvas diutius cœtus ſui ſedes noſter habuit, omiſſa eſt mentio.

ipſi ægrotanti proprius ad cor locutus erat, mihi cum gaudio Samaritanorum verbis teſtata eſt, ſe non amplius propter meos aut aliorum ſermones credere, ſed qvia ipſa audiverat & ſciverat, hos nimirum eſſe veros atqve a Deo edoctos Chriſti Miniſtros. Verum, qvanto gratiores Labadius atqve aſſeclæ Illuſtriſſimæ huic Cœnobii Hervordienſis erant Antiſtitæ, tanto majori illorum flagrabant odio urbis Hervordienſis incolæ, præſertim plebeji, qvi, ab adverſariis eorum Hollandicis, id ſe facturos, anteqvam Amſtelodamo abirent, ut multi ab itinere deterrerentur, minatis, per literas, novos hoſpites Hæreticos, imo Qvakeros, eſſe, perſvaſi, adventantes, teſte Schurmannia, transverſis aſpiciebant oculis, &, ſi qvos extra Abbatiæ jurisdictionem offenderent, Qvakeros contumelioſe appellabant, lapidumqve jactu lædere conabantur. Accedebant Eccleſiaſtarum urbis Hervordienſis, plebem contra advenas hoſce concitantium, invectivæ freqventes, & adeo acerbæ, e ſuggeſtu auditæ publico, ut, ſicut ab Adolpho Brachelio (57.) eſt traditum, Elector Brandeburgicus Ordini Eccleſiaſtico his interdicere, ac poenam, ſi iterarentur, minari, ſit coactus. Qvas ob cauſas, coetum hunc ſe ab iſtius regionis hominum ſejunxiſſe commercio, Labadiumqve, & Doctores cæteros, voluntati obtemperantes divinæ, velut in deſerto qvodam vixiſſe, & Eccleſiam qvandam Noachidarum ex paucis membris vere fidelibus compoſuiſſe ac formaſſe, Schurmannia perhibet. Ab Henr. Klauſingio contra, Hervordienſi, Profeſſore Witebergenſi ac Lipſienſi (58.), Labadius, velut turbarum iſtarum Autor, accuſatur, qvod *Hervordiam pene totam cum Fanaticorum occupaverit agmine, nocturnas diurnasqve habuerit conciones, turbas civitati dederit ingentes, ab officio omnes ferme cives avocaverit, multos, ut magiſtratu ſe abdicarent, adduxerit, idqve effecerit, ut nemo fere ſuum ſatis faceret officium.* Paulo poſt adventum, A. 1670., poſtulante præſenteqve Eliſabetha Palatina, ipſe Labadius & Anna Maria Schurmannia Colloqvium cum M. Bernh. Krachtio, Paſtore Hervordienſi, & Caſp. Herm. Sandhagio, Eccleſiaſta tunc Bilefeldienſi, utroqve Lutherano, de Chiliasmo habuerunt, eumqve argumentis ex Apoc. XX. præſertim depromtis defenderunt. Qvibus a Sandhagio, & tunc coram, & mox fuſius, in *Epiſtola* ad Krachtium *de rerum die totius univerſi ultimo gerendarum ordine* Germanica, Anno demum 1692. *Decade I. Theologicarum* Sleſvigæ edita, eſt reſponſum (59.). Hervordiæ noſtro, atqve aſſeclis ejus, vix annuo commorari licuit ſpatio. Cum enim Civitatis illius Magiſtratus atqve Ordo Eccleſiaſticus Eliſabetham Palatinam, Cœnobii Antiſtitam, lite illi mota, per Procuratores, coram Camera, qvam vocant, ſive Protodicaſterio Imperii Romano-Germanici Spirenſi, accuſaſſent, qvod, contra hujus conſtitutiones publicas, cœtum neqve Pontificium, neqve Lutheranum, neqve Reformatum, in ditiones ſuas introduxiſſet Imperiales, ab iſto, die 31. Oct. A. 1671., duo Spiræ promulgabantur, moxqve Hervordiam transmittebantur, Edicta. In qvorum uno ad Eliſabetham (60.) hæc cœtum iſtum in ditione ſua diutius haud tolerare, ſed finibus illius confeſtim ejicere, mulcta 30. Marcarum auri, niſi confeſtim pareret, irrogata, in altero autem Joh. de la Badie, Pet. Yvon, Pet. de Lignon, Henricus & Petrus Sluteri, cæteriqve illorum aſſeclæ, vel, intra paucos menſes, e toto Imperio emigrare Germanico, vel, intra dies 60., Spiræ ad cauſam dicendam ſe ſiſtere, niſi Banni poenam vellent incurrere, jubebantur (61.). Mandatis hiſce, teſte Schurmannia, juſſu Eliſabethæ, in obſeqvio tergiverſantis, plene eſt reſponſum, illaqve negotium hoc, primum per Miniſtros ſuos, & deinde, cum ipſamet Berolinum eſſet profecta, coram, cum Electore communicavit Brandeburgico, cœtus autem Labadianus, qvoad maximam ſui partem, in domum ejus ſe recepit, Hervordiæ vicinam. Ubi poſtqvam aliqvot menſes ſatis tranqville vixiſſet, pacem viciniæ turbare cœperunt rumores belli Gallici, &, cum qvotidie increbeſcerent, de migratione e Weſtphalia ſerio eſſe cogitandum, monuerunt. Cum igitur Eliſabethæ Principis ex aula Berolinenſi reditus jam dudum fruſtra eſſet expectatus, nullaqve ſperari poſſet doctrinæ ipſorum in terris iſtis amplificatio, neqve ullis, qvæ hoſtem expectare juberent, aſtringerentur vinculis, omnes, Epiſtola communi, Principi abſenti, rationibus diſceſſus expoſitis, qvod cœtum ſuum benigne hactenus protexiſſet, gratias egerunt, ſimulqve illi, atqve univerſæ mox Weſtphaliæ, valedixerunt. Pleriqve enim, relictis Hervordiæ paucioribus, ut ſupellectilem, Bibliothecam & Typographeum, navi inde tranſvehi curarent, itineri, curribus conficiendo, ſtatim ſe accingebant, neſcii adhuc, qvorſum iſtud eſſet dirigendum, qvisve locus commorationis aut habitationis deinceps eligendus. Perrexere tamen, inſigni qvadam & pari cum Abrahamo, Chaldæa exire juſſo, uti Schurmannia jactat, fidei virtute divinæ omnia committentes providentiæ, ductuqve hujus, viam per ſingulos qvaſi paſſus commonſtrantis, Altonam, Comitatus Pinnebergici in Ducatu Holſatico oppidum, Hamburgo vicinum, ipſisqve antea de nomine vix notum, ubi domicilium eadem figere illis ſtatuerat, anno 1672. ineunte, pervenerunt. Paucis qvidem ante diebus, qvam Hervordia diſcederent, ſingulari occaſione aliqvid iis de privilegiis, qvibus a Rege Danico Reformatis Altonæ exercitii religionis ſuæ concedebatur libertas, erat relatum. Verum tunc demum, cum qvatuor tantum ſpatio milliarium Hamburgo abeſſent, & ab homine, illic ipſis obvio, civitatis iſtius conſtitutio accuratius illis deſcriberetur, recta eo decreverunt contendere, atqve domum in paucas conducere hebdomadas, expectaturi, qvem locum fixæ habitationis Deus eſſet commonſtraturus. Pervenerunt autem Altonam una cum Labadio, Doctore ſuo atqve ductore, qvem illuc non migraſſe, at cœtum tamen ſuum abire juſſiſſe, falſo ab Henr. Klauſingio (62.), Schurmannia aliisqve contradicentibus, traditur. Ædes conductas ingreſſi, has valde deprehenderunt eſſe incommodas, ſed in iis tamen, licet ſerio jam de migratione in locum deliberarent alium, ſubſiſtere ſunt coacti, ob Labadii morbum qvinqve menſium diuturnum, graviſſimum & ferme lethalem. Qvo ingraveſcente cum ſe extinctum iri ipſemet crederet, datis qvibusdam reſpirandi intervallis, *voces*, teſte Schurmannia, *proferre jam videbatur cygneas, ac, convocata tota Eccleſia, omnes ac ſingulos peramanter ac fortiter alloqvebatur, juxta cujusqve gratiam & ſtatum ſpiritualem, unicuiqve accommadate vitæ ſuæ vias proponens, additis igneis incitamentis, ac ſalutaribus monitis ad Deum ſolum amandum.* Subito tamen paulo poſt priſtinæ ſuæ ſanitati ac viribus reſtitutus, ad omnia exercitia rediit intermiſſa, & Vitam præſertim Chriſti, de qva Hervordiæ pro ſuggeſtu dicere cœperat, & auditoribus contemplandam atqve imitandam ſacris proponere ſermonibus, & peculiari deſcribere Tractatu, perrexit. Ob ædium interea Altonæ conductarum anguſtiam (etſi jam magis amplas, ſed omnium non capaces, eſſent nacti), illa pars cœtus Labadiani, qvæ e Weſtphalia Bremam ſe contulerat, a majore, Altonam delata, aliqvamdiu ſeparabatur; hoc Dei, ſi Schurmanniæ credamus, conſilio, *ut purior lux vitæ Evangelicæ ac vere Chriſtianæ, qvæ in qvibusdam ejus membris clare effulgebat, ibidem corruptionem hujus ſeculi detegeret, & exemplum imitatione dignum, iſtius loci civibus, qvibus propius innotuerant, relin-*

(57.) *Lib. 3. Hiſt. Univerſ. p. 255.*, allegante Gothofr. Arnoldo *T. II. Hiſt. Eccl. Lib. 17., c. 21., p. 712.* (58.) *in Orat. auſpicali de Fanaticiſmi & Status civilis diſcordia, Vindiciis & Diſqviſitionibus Moralibus contra Joh. Fr. Buddeum* (Witeb. A. 1709. editis) inſerta, *p. 36.* (59.) V. Epiſtolam illam Sandhagii, Dec. I. der Theolog. Sendſchreiben, *num. 4., p. 89-152.*, obviam, & Joh. Melch. Kraſtii Gerettete Unſchuld zweyer Holſteiniſchen Superintendenten, *c. 4., p. 125. 126.* (60.) Legitur illud *in Appendice Tomi XXIV. Diarii Europæi p. 269. & ſeqq.*, & in Sylloge der Reichs-Abſchiede und Conſtitutionen der Röm. Keyſ. Maieſtät und Reichs Stände, wie auch Königlicher, Chur- und Fürſtlicher Edicten, gegen die Wiedertäufer und andere Schwärmer, A. 1703. *in 4.* excuſa, *num. 2.* (61.) V. Joh. Deckheri *Lib. I. Conſultationum forenſium, P. II, c. 56., p. 278.*, & *Conſultationem de Pace civili religioni data p. 324.*, A. M. Schurmanniæ *P. I.* Ευκληρίας, *c. 8., p. 182.*, Gotfr. Arnoldum *l. c. p. 712.*, & Anonymi Hiſtoriſchen Kern des 1671. Jahres *p. 50.* (62.) *loco num. 58. citato.*

relinqveret. Attamen paulo poſt, cum Altonam profecti domum ſuæ propinqvam & commodam ſibi paraſſent, cæteri etiam, Brema digreſſi, iis ſe conjunxerunt, &, utriqve, pace in urbe hac fruentes Holſatica, diutius illic commorari decreverunt. Qvamvis enim alibi a perſona qvadam Illuſtriſſima offerretur magis honorifica habitationis commoditas, ſolum tamen non facile eſſe mutandum, Labadii, reliqvorumqve Anteceſſorum, erat judicium. Qvi, ab adverſariis licet nimiæ migrationum facilitatis & freqventiæ inſimulati, ſuis tamen, uti Schurmannia refert, *tum verbis, tum facto, teſtabantur, ſe nunqvam, niſi coactos neceſſitate, aut gravi de cauſa, qvam in ſanctuarii trutina ponderasſent, de uno loco in alium migraſſe, nec in poſterum migraturos.* Relinqvenda tamen iis Altonæ, primo vere anni 1673., domus fuit ſecunda, non prorſus incommoda, qvod hæc ab illius domino alteri eſſet vendita, & in tertiam immigrandum commodiorem, a turba ac ſtrepitu hominum magis remotam; in qva ipſis, aperto cœlo, majoreqve aeris ac terræ extenſione libera, fruentibus, expeditius ad eorum Auctorem & conſervatorem ſe erigere, æternamqve ejus virtutem & Deitatem in variis & admirandis operibus contemplari, licebat. Hactenus hiſtoriam Labadii, cœtusqve domeſtici, ab eo collecti, nec non certaminum, fatorum ac migrationum utriusqve, ab A. 1666. ad 1673., ita pertexuimus, ut plerasqve narrationes e *Parte I.* Ἐυκληρίας Annæ Mariæ Schurmanniæ depromeremus, ipſiusqve utplurimum verbis proponeremus. Qvæ his ab illa, Capite nono ſive ultimo, ſubjunguntur de Cœtus Labadianorum Altonavienſis (qvem *Eccleſiæ, ad exemplum Hieroſolymitanæ, omnium primæ & optimæ, compoſitæ, parvam ſed vivam imaginem, ac ovile, ubi nulli amplius neqve lupi, neqve hirci, ovium turbant qvietem,* appellat) ſanctitate, puritate, ſummaqve ob communionem bonorum concordia, Schiſmate illius a Reformatis neceſſario Dei ſolius potentia promoto, culpaqve hujus non Labadio ac Collegis, ſed Reformatis hoſtibus, imputanda, omnium ejusdem membrorum converſione, regeneratione & renovatione admirabili, ſuiqve ipſius, ad eum transgreſſæ, felicitate, legi illic malumus, cum ſingula huc transſcribere non liceat. Morbi fatalis mortisqve Labadii hiſtoriam fuſe Schurmannia eadem, *Parte ſecunda* Ευκληρίας, qvæ hæc ſcribenti non eſt ad manum, expoſuit. Obiit autem, teſtibus illa (63.) aliisqve (64.), Altonæ, d. 13. Februarii, ſibi olim natali, A. C. 1674., ac ætatis 64. Pro qvo anno emortuali 1674. Georg. Matth. Könnigius etiam (65.), Caſp. Sagittarius (66.), Joh. Helv. Willemerus (67.), pluresqve alii, ſicut pro Altona, loco mortis, Pet. Yvonius (68.) & Gerh. Crœſius (69.), recte militant. Errant contra, tum Henr. Kippingius (70.), Caſp. Calvörius (71.) ac Joh. Helv. Willemerus (72.), qvi Hervordiæ, nec non Henn. Wittenius (73.), qvi in Weſtphalia, Labadium eſſe extinctum perhibent, ipſum qvoqve, una cum aſſeclis, Altonam inde migraſſe ac perveniſſe ignari; tum idem Wittenius (74.), obitum ejus ad d. 3. Febr. A. C. 1673., atqve ætatis 63., referens, ac Chriſt. Franc. Paullinus (75.), errorem, qvo, illum, poſt A. 1674., imo forte anno 1679., adhuc fuiſſe ſuperſtitem, contendit, infeliciter conatus tueri verbis, ad qvæ provocat, *Iſagoges meæ ad Hiſtoriam Cimbricam* (76.) ſeqventibus, typothetæ ἀβλεψίᾳ mutilatis: *Altonæ, non autem (uti falſo ab Henr. Kippingio & Joh. Helv. Willemero eſt traditum), Anno 1674. obiit ipſe Schiſmatis Autor, Labadius.* In qvibus, ſicut in Indice Sphalmatum typographicorum libri mei jam monui ultimo, *Parti IV.* ſubjecto, vox omiſſa *Hervordiæ* parentheſi immediate eſt ſubjungenda, & ante voculam *Anno* collocanda. Qva reſtitutione facta, locum iſtum veræ de anno 1674. Labadio fatali ſententiæ non contradicere, ſed potius patrocinari, cuivis patebit. De morte illius pia & tranqvilla Phil. Jac. Spenerus, a Conſiliario Cæſaris, qvi ei interfuit, edoctus Lutherano, hæc A. 1676. ad Joh. Melch. Stengerum perſcripſit (77.): *Alienum tamen ſervum, abſit, ut temere judicem vel condemnem. Stetit ceciditqve ſuo Domino, & nuper aliqvis αὐτόπτης teſtis talia mihi de ejus morte retulit, qvæ in admirationem me rapuere.* Qvibus gemina ſunt ſeqventia, qvæ in Epiſtola ejusdem alia, ad M. Joach. Stollium A. 1677. exarata (78.), leguntur: *Retulit mihi ipſius Labadiani mortem Conſiliarius aliqvis Cæſareus, ſed noſtræ Confeſſionis, qvi ſocietati illi libertatem a Daniæ Rege Altenaviæ impetraverat. Non poterat tranqvillior mors depingi, qvam Vir ille narrabat, hujus Doctoris fuiſſe.* Cadaver exanime civitati reliqvit Altonavienſi, &, teſte Joh. Berkendalio. hujus incola (79.), in horto illic olitorio, ædibus ſuis vicino, fertur eſſe ſepultus. Cœlebs perpetuo fuit, nec tamen, ſicut ab Anonymo *Diarii* MSti Autore (80.) refertur, aliqvando a conjugio cum Domina de Colonges, cui nonnulla inſcripſit opuſcula, ineundo alienus, ſolam hanc, virtutis qvippe ſpectatæ matronam, iſto, uti ajebat, dignaturus, *ſi vocatio ſua, ob παῤῥησίαν unum ſibi locum haud permittens, id pateretur.*

Qvod ad ſacram Labadii doctrinam attinet, ipſe, cum dogmatis hanc Eccleſiæ congruere Reformatæ, nec ab iis recedere, ſæpius, etiam poſtqvam a communione cœtuum illius publicorum ſuum jam ſeparaverat, palam in ſcriptis profeſſus eſt variis (81.), præſertim vero *in Proteſtatione ſincera puræ ac veræ Reformatæ doctrinæ, generalisqve orthodoxiæ, contra inimicorum ſuſpiciones ac calumnias,* A. 1659. ineunte Middelburgi ſcripta, & Hervordiæ binis vicibus A. 1671. ac 1672. (qvo *Veritati ſui vindici* Latine præmittebatur) reviſa. Sub hujus initium ita ſcribit: *Proteſtor primo, me articulis fideiqve dogmatis Eccleſiarum Reformatarum Galliæ, Principatus Auraſionenſis ac Reip. Genevenſis, ubi publico Paſtoris officio defunctus ſum, non ſemel ſubſcripſiſſe, iisqve locis ſyngraphas meas etiamnum illæſas aſſervari: qvas eqvidem hactenus neutiqvam abnegavi, neqve in poſterum unqvam abnegaturum, divina nixus gratia, confido. Deinde, me omnes etiam fidei articulos, qvos Confeſſio fœderati Belgii exhibet, qvamqve Acta poſtremæ Synodi nationalis, A. 1618. & 1619. Dordrechti habitæ, continent, ſummo animi candore approbaſſe, verbaqve Theologorum maxime celebrium, huic Confeſſioni ſubſcribentium, ſimul ſubſcribendo mea feciſſe. Jam vero conſtat, vix ullum ullius momenti caput, qvod qvidem ad doctrinam Evangelicam attinet, adduci poſſe, qvod huic Confeſſioni, & qvinqve illis, qvos vocant, Articulis, qvos ſincere approbo atqve amplector, manifeſte non includatur. Nec eſt tertio, qvod tam anxie hæſitent: conſulant tantum, ſi velint, publica plurium eorumqve illuſtrium locorum, Eccleſiarum, Synedriorum, Claſſium, Synodorum, Academiarum, & tam Eccleſiaſticorum, qvam Politicorum cœtuum, Teſtimonia, abunde mihi tradita; neqve ullam ipſis de plena planaqve orthodoxia mea hæſitationem relictum iri, certiſſimus ſum. Atqvi ab ea ne latum qvidem ungvem digitumve transverſum deflexi: neqve ullum unqvam ſubortum ulli de mea orthodoxia dubium eſt inde a viginti annis, per qvos doctrinam Evangelicam publice profeſſus ſum. Teſtimonia illa Gallice, Latine ac Belgice, edita proſtant; proteſtorqve, fidem ac doctrinam meam necdum eſſe aliam, qvam qvæ erat tum temporis, qvum adeo luculenter, unoqve bonorum omnium ore, approbaretur, ac tot tantisqve Teſtimoniis publice confirmaretur.* Fuſe poſtea, *vix ac ne vix qvidem ullum religionis, fidei, pietatis, atqve Eccleſiaſtici, Chriſtiani ac ſpiritualis*

(63.) *P. II.* Ἐυκληρίας *p. 15.* (64.) V. Joh. Berkendalii Bericht von den Labadiſten *p. 52*, & Anonymi (qvi diem 2. Febr. ſubſtituit, morteqve noſtrum expiraſſe tradit ſubita) Hiſtoriſchen Kern des 1674. Jahrs *p. 8.* (65.) *in Biblioth. veteri & nova.* (66.) *in Introd. in Hiſt. Eccl., T. I., c. 33., p. 1033.* (67.) *in Theſibus de Labadiſmo p. 0.* (68.) *loco num. 20. citato p. 173.* (69.) *Lib. III. Hiſtoriæ Qvakerorum, p. 670. verſionis Germanicæ.* (70.) *in Supplem. Epitomes Hiſt. Eccl. J. Pappi p. 106.* (71.) *in Fiſſuris Sionis, L. 17., c. 2., p. 550. 551.* (72.) *l. c. p. 9.* (73.) *T. I. Diar. Biograph. Sec. XVII., ad d. 3. Febr. A. 1673.* (74.) *loco jam citato.* (75.) im Philoſophiſchen Feyrabend, *c. 42., p. 500.* (76.) *P. II., c. 5., §. 10., p. 121.* (77.) *Parte III. Conſiliorum Theol. Latin. p. 140.* (78.) *ibidem p. 174.* (79.) *loco num. 64. citato.* (80.) apud Joach. Frid. Fellerum & V. E. Löſcherum *locis ſupra num. 3. citatis.* (81.) Conf. Gothofr. Arnoldi *T. II. Hiſt. Eccl., L. 17., c. 21., p. 715. 716.*, & Joh. Gabr. Drechsleri Ἐυκληρίαν *Schurmanniæ* ἐυχέαστον, *§. 15., p. 19. 20.*

ritualis regiminis, caput ſupereſſe, circa qvod mentem ſuam, Reformatorum ſententiæ congruam, *non ſatis clare ac plene dudum,* in Libris plurimis, poſt deſertam Eccleſiam Romanam editis, *aperuerit,* qvid de ſingulis ſtatuat repetendo, oſtendit, imo, in controverſiis de S. Scriptura, ſe, adhuc Pontificium, eadem cum Eccleſia Reformata docuiſſe, e ſcriptis, tunc a ſe publicatis, demonſtrat, tandemqve (82.) hæc ſubjungit: *Proteſtor, maximam mihi fieri injuriam, qvod vel minimi erroris ſuſpectum me habeant, ſive circa fidem, ſive circa pietatem, ſive meam agendi rationem, ſive diſciplinam deniqve aut ordinem Eccleſiaſticum, qvem ſecundum vigorem, eaqve, qva par eſt, puritate animiqve firmitudine, teneo; veram enim doctrinam Reformatam arctiſſime amplector, ac puriorum & accuratiorum Auctorum Reformatorum libros in pretio habeo ac laudo.* Cui Labadii Proteſtationi calculum ſuum adjicere, e Lutheranis, non dubitavit Phil. Jac. Spenerus, in Epiſtola ad Ahasverum Fritſchium A. 1678. data (83.) ita ſcribens: *Qvod duos Theologos, vobis vicinos, attinet, qvorum nomina nec ſcire qvidem aveo, non miror eum, qvi Reformatus eſt, ad Labadiani mentionem excanduiſſe. Qvi enim noſtræ Eccleſiæ nihil nocuit, ejus nunqvam membrum, Reformatis non parum obfuiſſe viſus eſt; inde ea in ipſius memoriam bilis. Vix enim qvisqvam Reformatorum Eccleſiam e filiis ejus arguit, uti iſte fecit, ut ex ea etiam ſeceſſionem, qvæ non niſi omnibus deſperatis mediis ſupereſt, neceſſariam crederet. Qvod vero Hæreticum eum dicat, fateor me non videre, unde illa a Reformato ipſi dica ſcribi poſſit, excepto articulo de Eccleſia, in qvo Donatiſtis vel acceſſit, vel in confinio hæret. Cæteros qvod concernit articulos, nos de eo conqveri poſſumus, qvos, ex hypotheſi Abſoluti Decreti, ſub Qvakerorum nomine ſimul exagitare non dubitavit, non etiam Reformati, a qvorum ſcitis eum vel latum ungvem diſceſſiſſe nunqvam obſervavi.* Erroris certe Reformatorum de Abſoluto prædeſtinationis & reprobationis divinæ Decreto præcipui ac graviſſimi, ſententiæqve de iſto Supralapſariorum atrocis & horridæ, Promachus fuit, ſi qvisqvam, pertinax, & adeo qvidem acris, teſte Spenero eodem, vehementiam hanc ipſius ſæpius culpante (84.), ut ille & aſſeclæ *doctrinam iſtam fundamenti loco reliqvis omnibus ſubſternerent, nec inter ſuos reciperent, niſi illam agnoſcentes.* In adverſariis prætereaReformatorum, Socinianis, Remonſtrantibus, Bourignonia, Qvakeris, &, ſub horum nomine (uti jam eſt monitum), ipſis qvoqve Lutheranis, hæreſeos accuſandis atqve refutandis, tanto & Labadius, & Collegæ, præſertim Pet. Yvonius, uſi ſunt Zelo, ut nimius ille atqve immoderatus fuiſſe patrono etiam eorum, Gothofr. Arnoldo (85.), videretur. Nolunt tamen Reformati illum atqve aſſeclas ſuæ annumerare membris Eccleſiæ, ob Schisma potiſſimum, qvo, per Synodos Gallo-Belgicas aliqvot, propter obſeqvium detrectatum, ab officio Middelburgenſi deturbatus & excommunicatus, ſive, uti adverſarii criminantur, vindictæ ſtudio, faſtusqve & ambitionis impulſu, ſive, uti Samuel Andreæ, Theologus Marpurgenſis (86.), agnovit, tædio diſciplinæ eccleſiaſticæ neglectæ, ſive, juxta veriorem Chriſt. Kortholti (87.) ſententiam, ob ſcandalum, e vita plerorumqve fidei ſociorum impia, fruſtraneisqve hanc emendandi conatibus, acceptum, cœtus ſuos omnes deſeruit, & peculiarem viciſſim collegit domeſticum. Cœtum hunc ſuum, cui communionem bonorum ſerio commendabat omnium, e ſolis conſtare jactabat hominibus vere piis atqve regenitis, ac ſolum proinde Eccleſiam eſſe veram ac genuinam, vere Chriſtianam & Evangelicam, vere doctrina pariter atqve moribus reformatam, ad exemplar primæ Apoſtolicæ atqve Hieroſolymitanæ renatam, a mundo, cœtibusqve aliis, iſtius pollutis commercio, ſancto ac ſalutari ſeparatam ſchismate, & ab omnibus ceremoniis ac jugis humanis exemptam (88.). Ob Schisma hoc Separatiſtis jure a Jac. Hier. Lochnero (89.) & Joh. Laſſenio (qvi, ob religionem etiam aliqvoties mutatam Vertumni, ſive eines Wetterhahns, eum proſcindit convitio) (90.) eſt annumeratus. Nec forte immerito, ob idem Schisma, & hyperbolicas de Cœtus ſui puritate atqve ſanctitate gloriationes, Donatismi inſtaurati, tum a plerisqve Antagoniſtis, ex profeſſo illum refutare aggreſſis, tum a Gvilh. Saldeno (doctrinam ejus *Donatismum* vocante *recoctum*) (91.), Henr. Kippingio (92.), Caſp. Sagittario (93.), Henn. Wittenio (94.), Joh. Henr. Feuſtkingio (95.), ipſoqve (qvi æqvior cætera in eum eſſe ſolet) Phil. Jac. Spenero (96.) (alibi (97.) etiam *communionem* bonorum, Amſtelodami introductam, *abſurditatem* nominante, *cujus ſit miſertus,* ſeqve, *qvæ* noſter *in Batavia egit, defendere nolle,* ac *remotionem ejus non omnino injuſtam* credere, profeſſo), accuſatur. Ab Adverſariis præterea Labadius atqve aſſeclæ, uti Joh. Helv. Willemerus (98.) & Gothofr. Arnoldus (99.), adjectis, e Scriptis illorum, locis huc ſpectantibus, fuſius oſtenderunt, in variis etiam Theologiæ capitibus, a communi Reformatorum ac Proteſtantium ſententia receſſiſſe, & docuiſſe perhibentur: I. Qvod S. Scripturæ ſenſus ſit multiplex; II. Qvod S. Scriptura non ſit unicum aut ſufficiens medium ad ſingulos veræ fidei ac charitatis actus vivificandos, ſine Spiritus Sancti perpetuo ductu & præſenti operatione; III. Qvod, præter S. Scripturam, a fidelibus ad internas etiam Spiritus Sancti revelationes ſit confugiendum, ſeduloqve attendendum; IV. Qvod S. Scriptura non habeat efficaciam intrinſecam ad fidem vitamqve & ſalutem æternam conferendas; V. Qvod efficacia Verbi divini a Miniſtri dignitate dependeat, Miniſteriumqve malorum ſit inutile ac inefficax; VI. Qvod S. Scripturæ interpretatio vera lumen Spiritus Sancti, & εὐστοχίαν qvandam ſpiritualem, potiſſimum reqvirat, ad qvam ſubſidia vulgaria Hermenevtica, lingvarumqve Grammatica, parum aut nihil conferant; VII. Qvod S. Scriptura nec fuerit antehac, nec jam ſit, medium ad hominum de voluntate circa ſalutem ſuam divina informationem abſolute neceſſarium, cui ſoli illa neceſſario ſit annexa; VIII. Qvod Philoſophiæ & Philologiæ ſtudia, cum libris Autorum profanorum, majori, qvam par eſt, habeantur in pretio, magnam qvippe partem ſuperflua, nec raro noxia. Qvam θέσιν, præter alios, Gvilh. Saldenus (100.), literarum ac librorum contemptus Labadium accuſans, virgula notavit cenſoria, M. Joh. Gabr. Drechslerus autem, *in* Εὐκληρίᾳ *Annæ Mariæ Schurmanniæ* εὐκταίῳ, *ſive Diſſertatiuncula de Studio ſacro & profano,* iſti oppoſita, ac Lipſiæ A. 1675. (101.) excuſa, fuſius, atqve ex profeſſo, impugnavit. IX. Qvod Deus Pater reliqvis Deitatis perſonis ſenſu propemodum Sociniano ſit ſuperior, & Myſterium Trinitatis e rationis probari poſſit principiis; X. Qvod Chriſti regnum non ſit æternum, nec ſatisfactio ejus plena ac ſufficiens; XI. Qvod Fideles nunc, velut in Statu integritatis, nudi poſſint vivere. Qvod dogma falſo haud dubie noſtro affingitur, nec e ſcriptis ejus, ſed Pontificiorum tantum contra ipſum calumniis, ſupra jam memoratis, derivatur. XII. Qvod Fideles non ſolum a peccatis mortalibus, ſed motibus etiam inordinatis, ſive prava concupiſcentia, prorſus ſint immunes. Cujus de vere Chriſtianorum ἀναμαρτησίᾳ ſententiæ defenſionem Labadio, atqve aſſeclis, itidem perperam tribui, a Gothofr. Arnoldo (102.) jam eſt oſtenſum; XIII. Qvod Angeli etiam Electionis ſint objectum, nec Electio, in Chriſto, intuitu fidei, facta; XIV. Qvod Fides non ſit ex auditu Verbi divini; XV. Qvod Renovatio ſit ſubſtantialis

(82.) *p. 61. 62.* (83.) *P. III. Conſil. Theol. Lat. p. 267.* (84.) *ibid. p. 174. 336.*, nec non Parte III. der letzten Theol. Bedencken, *c. 6., p. 245. 246.*, ac im Sendſchreiben an einen ausländiſchen Theologum, *p. 109.* (85.) *loco num. 81. citato.* (86.) in *Præfat.* Ern. Andreæ, Parentis ſui, *Fracturæ Joſephi præmiſſa.* (87.) im Wolgemeinten Vorſchlage, wie dem ärgerlichen Leben in der Evangeliſchen Kirche abzuhelfen (ed. ſub larva Theophili Sinceri) *p. 6.* (88.) V. J. G. Drechslerum *loco n. 81. citato, p. 21-24. 35. 36.* (89.) *in Diſſ. Inaug. de Separatiſmo* (Roſtochii A. 1686. edita), §. 14. (90.) im betrübten und getröſteten Ephraim *p. 1155.* (91.) *Lib. 2. de Libris, & eorum uſu ac abuſu, c. 2., p. 285. 286.* (92.) *loco n. 70. citato p. 102. 104.* (93.) *loco num. 66. citato p. 1031. 1033.* (94.) *loco n. 73. citato.* (95.) *in Gynæceo Hæretico-fanatico p. 504.* (96.) *P. III. Conſil. Theol. Lat. p. 140. 267.* (97.) *ibid. p. 336.* (98.) *in Theſibus de Labadiſmo p. 13-27.* (99.) *T. II. Hiſt. Eccl., Lib. 17., c. 21., p. 715-723.* Conf. J. Gabr. Drechslerum *l. c. p. 39-41.*, & alios. (100.) *Lib. II. de Libris, & eorum uſu ac abuſu, c. 2., p. 285-288.* (101.) *in 8.* (102.) *loco num. 99. citato.*

ſtantialis & perfecta, homincsqve extrinſecus & intrinſecus immutet, ac ἀναμαρτήτους reddat; XVI. Qvod Sacramenta ſint media ſalutis non conferendæ, ſed tantum obſignandæ, atqve ad ſolos fideles pertineant; XVII. Qvod Baptiſmus in feram ætatem poſſit differri, neqve adeo ſit neceſſarius, Pædobaptiſmus autem ἄγραφος & inutilis; XVIII. Qvod Euchariſtiæ Sacramentum ſolis regenitis ſit porrigendum; XIX. Qvod Lex a renatis perfecte poſſit impleri; XX. Qvod Eccleſiæ modernæ omnes, præter cœtum Labadianum, ſint corruptiſſimæ, ac reformatione ſi non dogmatum, ſaltem morum, indigeant; XXI. Qvod in Eccleſia vera non ſint niſi pii, fideles & Spiritu Sancto repleti, hiqve ab impiis ſeparare ſe teneantur; XXII. Qvod inter Fideles ejusdem cœtus Bona omnia oporteat eſſe communia; XXIII. Qvod Sabbathi vulgaris hebdomadarii obſervatio a vere Chriſtianis, perpetuum celebrantibus ſabbathum, haud neceſſario exigatur; XXIV. Qvod Hierarchiæ Politicæ norma ſit unica Sacra Scriptura; XXV. Qvod Fœdus Dei cum Iſraelitis externorum tantum bonorum fuerit; XXVI. Qvod fides & ſanctitas utriusqve Conjugis ad Matrimonii ſpectet eſſentiam, & neceſſario in illo reqviratur; XXVII. Qvod Regnum Chriſti mille annorum in his terris glorioſum, ante finem mundi & Judicium extremum, certo ſit expectandum. Cui Chiliaſtarum ſententiæ an noſter addictus fuerit, a Phil. Jac. Spenero, *duos Anglos exules ab ipſo Genevæ, in illa materia, a diverticulo in viam eſſe revocatos* per amicum edocto, A. 1676., in Epiſtola ad Joh. Melch. Stengerum (103.), immerito eſt dubitatum. Patronum enim illius, publicis etiam inculcatæ ſermonibus, eum fuiſſe, præter narrationes Anonymi & Annæ Mariæ Schurmanniæ, Aſſeclarum ipſius ac Biographorum, in Vitæ ſupra jam paſſim adductas hiſtoria, evincit Confeſſio ejus propria, ſub finem *Veritatis ſui vindicis*, ſive *Declarationis fidei ſolennis auctioris* (104.), hiſce verbis, ubi de Regno Chriſti agitur, propoſita: *Et id qvidem admodum fore univerſale credimus, cum in regnum ſuum glorioſiſſimum actu ipſo intrans (ut Scriptura loqvitur), imperiumqve ſuum plene exercens, ac longe lateqve explicans, Babylonem abolebit, Hieroſolymam reædificabit, Satanam ex mundo (ut minimum non amplius ibidem regnet) exterminabit; populum Judaicum convertet; plenitudinem gentium in Eccleſiam ſuam introducet; magnam non minus luminis ac gratiæ, qvam ſanctitatis & amoris, abundantiam ſuper iis effundet; omnes ſuos ſub ductu ac regimine ſuo in unum conjunget, ut non niſi populum unum, unumqve gregem, ſub ipſo, ſupremo illorum Paſtore & capite, conſtituant; ac præterea creaturam innocentem a ſervitute vanitatis ac peccati, qva ſuppreſſa ingemiſcit, generaliter per Sanctos ſuos, qvi, numero tum multi, ea ad Creatoris gloriam utentur, in libertatem vindicabit* (*Eſ. 65.*), *ac tandem aliqvando conficiet, ut, loco cupidinis ac peccati, qvæ ad illa usqve tempora enormiter admodum dominabuntur, benignitas ac fides inter ſe occurrant, & juſtitia, ſanctitas ac pax, in terris ſeſe exoſculentur. - - - Poſt qvæ tempora non ſupererit qvicqvam, niſi ut Jeſus Chriſtus, de cœlis, tempore, qvo vivos vitaqve functos judicare decrevit, deſcendens, omnesqve eos, qvi ipſum non amavere, nec glorificavere, ad ſempiterna ſupplicia condemnans, Eccleſiam ſuam, ceu genus electum, ſacerdotium regale, gentem ſanctam, populumqve, qvem ut proprium ſibi vendicat, ſecum rapiat, ac pleniſſime Deo ſubjiciat, arctiſſimeqve cum ipſo uniat, qvo in æternum omnia in ipſis Deus ſit, prout etiam in hac vita, in tempore, ipſis omnia eſſe occœperit.* Evincunt idem Tractatus duo, qvibus regnum hoc Chriſti & fidelium in terris glorioſum fuſius, & ex profeſſo, defendit, Gallici (1. *Le Heraut du grand Roy Jeſus*, ed. A. 1667.; 2. *L' Empire du Saint Eſprit ſur les ames, ed. A. 1672.*), qvos, velut egregie Chiliaſmo patrocinatos, ex hujus promachis, Anna Maria Schurmannia (105.), ex ipſo cœtu Labadiano Altonavienſi *regnum* iſtud *pacis, ab omni Antichriſtianiſmo remotum, inchoatum, & forte brevi, poſt deſtructionem Mundi Antichriſtici, per univerſum terrarum orbem extenſum iri*, perſvaſa (106.), ac Joh. Wilh. Petræus (107.), commendarunt. Non immerito proinde Chiliaſtis noſtrum annumerarunt, tum e Lutheranis Chriſt. Niſanius (108.), Gothofr. Arnoldus (109.), Aug. Pfeifferus (110.), Georg. Henr. Burchardus (111.) & Chriſtoph. Laur. Meelführerus (112.), tum, e Reformatis, præter alios, Ant. Hulſius, a Meelführero allegatus (113.). Qvo judice, *Joh. Coccejum, ut promachum, in cauſa Chiliaſtica obtinenda, craſſiori qvidem Minerva, eſt ſecutus, phraſium qvippe Hebraicarum ἔμφασιν, more Jeſuitarum, non attendens, atqve, longe pejor Chiliaſtis omnibus, qvi contenti alias Apocalypſi, aliisqve qvibusdam S. Scripturæ libris, in opinionibus ſuis ſtabiliendis, fuerunt, per univerſam Scripturam Sacram vagatus, ſe novum regnum ubiqve cernere, ſolum tertiam partem Scripturæ ſacræ impletam eſſe, duabus reſiduis novo regno glorioſo ad complendum reſervatis, effutire non erubuit, violatis ad negotium ſuum qvoqve clariſſimis Pauli effatis de primo Chriſti adventu.* Qvod cæteros ſpectat errores, paulo ante enumeratos, an omnes vere Labadio tribuantur, cujusqve ſinguli ſint momenti, cum pauciſſima tantum ejus ſcripta legerim, & non ſolum Gothofr. Arnoldus, patronus illius (114.), ſed & Joh. Wolfg. Jägerus, Theologus Tubingenſis (115.), complures ei a Dan. Hartnaccio, iſtumqve ſecuto Andr. Carolo, ac aliis, falſo affingi jam oſtenderit, non definio, ſed aliis, æqvitatis pariter atqve veritatis in judicando ſtudioſis, diſcutiendum relinqvo. Peſſime interim, ob iſtos, plerisqve, qvi doctrinam ejus ex profeſſo examinare ac refutare aggreſſi ſunt, audit adverſariis, ſuo infra loco recenſendis, a qvibus non ſolum vetuſtas Donatiſtarum, Novatianorum, Catharorum, Pelagianorum, Prædeſtinatianorum, aliorumqve, hæreſes reſuſcitaſſe perhibetur, ſed & conſenſus cum Pontificiis, Socinianis, Anabaptiſtis, Libertinis, Enthuſiaſtis, Schwenckfeldianis, Weigelianis, Davidis Georgii aſſeclis, Qvakeris, Brouniſtis ac Independentibus, paſſim inſimulatur. Nec mitius de illo, e Lutheranis, tulere judicium Henr. Kippingius (116.) ei, qvem *hominem* vocat *vertiginoſum, novarumqve aſſaniarum præconem*, Donatiſtarum, Millenariorum, Antinomorum, Jorriſtarum & Libertinorum, tribuens errores; Jac. Thomaſius (117.), *Hominem* appellans *malis Vertumnis natum, qvi dogma ſuum in admirabilem ferme fidei & purioris vitæ ſpeciem excogitavit*; Caſp. Sagittarius (118.) & Joh. Henr. Feuſtkingius (119.), qvi noſtro non ſolum dogmata Novatianorum, Donatiſtarum, Chiliaſtarum, aliorumqve Hæreticorum, erronea, ſed &, qvod Pontificiorum temere crederent calumniis, obſcœnam Adamitarum, Libertinorumqve & Ranterorum, inſaniam, exprobrarunt; Joſva Schwartzius (120.), Anabaptiſmi illum craſſioris accuſans; Henn. Wittenius (121.), a qvo *Donatiſtarum, Chiliaſtarum, aliorumqve Fanaticorum, reſtaurator* fuiſſe, ac *deliria propoſuiſſe*, traditur; & Joh. Gabr. Drechslerus (122.), ita ſcribens: *Joh. de Labadie, homo iniqvis Vertumnis natus, - - reformare Reformatos de integro cogitat, hæreſes vetuſtas, in unum chaos glomeratas, trahit ex orco, & admirabili fidei & vitæ puritatis ſpecie plures faſcinatos ſuos facit.* E Remonſtrantibus Joh. Clericus (123.) eum *un fameux Enthuſiaſte & Sectaire* nominat, e Reformatis autem Gallis exulibus Henr. Baſnagius (124.) hypocriſeos hiſce verbis haud obſcure inſimulat:

(103.) *P. III. Conſil. Theol. Lat. p. 130. 140.* (104.) *cap. 19., p. 180 191.* (105.) *P. I.* Εὐκληρίας, *c. 5., p. 116. 117.* (106.) *ibid., c. 5., p. 192.* (107.) *in Nube Teſtium Veritatis de Regno Chriſti glorioſo, Lib. 3., p. 138.* (108.) *in Matæologia Labadiana p. 566. 567 568.* (109.) *l. c. p. 722. 723.* (110.) *in Anti-Chiliaſmo, c. 2., p. 77. 78. 79.* (111.) in den Anmerckungen über Ant. Bourignon Irrthümer, *p. 186. 187.* (112.) *in Diſſ Inaug. de Chiliaſmo veterum & recentiorum, c. 5., p. 47. 48.* (113.) *in Speciminibus Theologiæ Hypotheticæ p. 273.* (114.) *loco num. 95. citato* (115.) *Tomo II. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Seculi XVII., P. I., ad A. 1671., c. 5., p. 260. 261 262.* (116.) *loco num. 70 citato, p. 102-106.* (117.) *in Programmate de Schurmanniæ in literas odio, A 1678. Lipſiæ edito, p. 5.* (118.) *loco n. 66. citato p. 1031.* (119.) *in Gynæceo Hæretico-fanatico p. 594.* (120.) in præf. des Wahren Berichtes vom Sabbath, *lit. a. 6. b.* (121.) *loco num. 73. citato.* (122.) *in Epiſt. dedic.* Εὐκληρίας Schurmanniæ ſubjecta *p. 12.* (123.) *loco ſupra n. 38. citato.* (124.) *loco num. 38. citato, p. 79.*

lat: *Il avoit infatué le Monde par ſes airs devots, & par ſes declamations dans la chaire, qvi en impoſoient à bien des gens.* E Fanaticis, Joh. Rohtius, Amſtelodamenſis, qvi Labadii initio erat aſſecla, &, qvoscunqve poterat, in ejus pertrahebat familiam, ſed deinde, ſuperiorem non ferens, facta ab illo ſeceſſione (125.), in Neoprophetam degenerabat mendacem ac ſeditioſum, poſt apoſtaſiam Magiſtrum ſuum, cœtumqve ejus, Schediaſmate impugnavit elenchtico, A. 1674. ſub titulo ſeqvente publicato: *Proviſional* Urtheil von der Schrift der Labadiſten, Kurtze Unterrichtung von ihrem Zuſtande und Lebensart genandt. In illo, teſte Gothofr. Arnoldo, fuſe ipſa Rohtii verba excipente (126.), inſtituta qvidem Cœtus Labadiani Scripturæ ſacræ faſſus eſt conformia eſſe, Chriſtianisqve infirmioribus, ac minus exercitatis, utilia & neceſſaria; ſed Labadium, ejusqve Collegas, illa, tanqvam univerſaliter neceſſaria, omnibus commendantes, ſuisqve obtrudentes, cupiditatis accuſavit dominii in conſcientias injuſti, inqve libertatem Chriſtianam injurii, Mercenarios appellavit ſua qværentes commoda, imo, ſe, ne ſeductores ſint, vereri, addidit. Fuere qvoqve ex Adverſariis noſtri Reformatis, qvi eum, tanqvam hominem indoctum ſolidaqve eruditione haud inſtructum, criminarentur: Sam. Mareſius ſcilicet, cui, *in Vindiciis adverſus Petrum de Andlo* (127.), *Homo* audit *furioſus & fanaticus, omni ſolida eruditione Philoſophica & Theologica deſtitutus, ſed armatus duntaxat audacia & loqvacitate monachali, & ex dicteriis atqve cavillationibus Jeſuiticis conſutus*; & Ludov. Wolzogenius, Paſtor & Profeſſor Ultrajectinus, *in Fide* ſua *Orthodoxa* (128.) ita ſcribens: *Ego affirmo, me vix qvemqvam noſſe in tota Synodo, qvi non eruditione præſtet Johanni de Labadie; etſi omnes ipſe vincat fiducia ſui, inaudita temeritate de qvibuslibet diſſerendi, lingvæ volubilitate, & incomparabili impudentia.* Plagium ei literarium exprobrat Ant. Hulſius (129.), *Joh. Cocceji vitulis laborare* illum *ſolere* obſervans, & ideo *Cocceji* vocans *ſimiam.* Sed &, e Lutheranis, in Labadii eruditione ſacra aliqvid, majori licet modeſtia, laudibusqve aliis ipſi viciſſim relictis, deſiderarunt Balth. Stolbergius (130.), cui ille *magis probus in vita, qvam doctus in Theologia, fuiſſe* videtur, & Joh. Georg. Eccardus (131.), qvi judicio illius, a ſe allegato, ſuum hoc ſubjunxit: Viel gutes muß an ihm geweſen ſeyn: daß er aber dabey alzu hitzig und einbilderiſch geweſen, auch wol mehr Eifer, als Licht, gehabt, zeigen ſeine Schriften. Alias complures inimicorum noſtri de illo cenſuras aſperiores præterimus, &, has inter, Epigrammata ſeptem in effigiem ejus Belgica, unumqve Latinum (in qvo *Severitatis impiæ ſacer* audit *Myſtes*), ἀδέσποτα omnia parumqve arguta, pleraqve autem ſcoptica, qvæ *Parte II. Sylloges Inſcriptionum jocoſeriarum Belgicarum* (der Koddigen en Ernſtigen Opſchriften), Amſtelodami A. 1683. excuſa (132.), leguntur. Non tamen ſui illi etiam defuere Encomiaſtæ, inter Collegas præſertim atqve aſſeclas, in exceſſu hic ſæpe peccantes. E Collegis Pet. Yvonius, in Vita Petri du Lignon (133.), eum *Virum Dei, Servumqve Dei fidelem, magnum, & extraordinaria inſtructum gratia,* paſſim ſalutavit. Ex Aſſeclis Anna Maria Schurmannia, cujus aliqvot elogia illius Vitæ narrationi jam inſeruimus, *Parte I.* Ἐυκληρίας, eum atqve Collegas, Yvonium ac Lignonium, *Teſtes* vocavit *veritatis eximios, & Eccleſiæ ſuæ Paſtores fideliſſimos* (134.), *vividiſſimas Vitæ Chriſti imagines* (135.), *fideles Chriſti Legatos* (136.), *Theologos non lucis tantum ſed & crucis* (137.), *Paſtoresqve ſecundum cor Dei, ab hoc, juxta prophetias, ſuæ datos Eccleſiæ* (138.), ac fuſius alib. (139.), ob Zelum gloriæ Dei, & emendationis Chriſtianiſmi degeneris promovendæ, fidem in munere ſacro, dexteritatem in docendis atqve vere convertendis auditoribus, vitam ἀνεπίληπτον, & exemplo illuſtri vivum aliqvod Chriſti Evangelium, atqve Eccleſiæ primævæ imaginem, oculis animisqve eorundem imprimentem, virtutesqve Chriſtianas heroicas, laudibus ornavit plurimis ac ferme hyperbolicis. Præ cæteris vero Labadius ſeorſim, ab eadem Virgine illuſtri, *Singularis* appellatur, *in viis Domini exercitatus, ac fidus Dei Servus* (140.), *Servus Chriſti fama major* (141.), *Vir Dei* (142.), *inſignis Chriſti Servus* (143.), *fidus Dei Famulus* (144.), & *Præco verbi divini inſignis, antiqvæ Eccleſiæ Doctorum referens magnanimitatem ac conſtantiam, præſentiqve ſeculo, ſtupenda qvadam libertate & fortitudine, illius ad univerſalem Antichriſtianiſmum turpem defectionem, absqve ullo ad creaturarum amorem vel odium reſpectu, demonſtrans.* E Promachis Chiliaſmi recentioribus Joh. Wilh. Petræus noſtrum, ſibi ὁμόψηφον, patronis ejusdem præcipuis, *in Nube Teſtium de Regno Chriſti glorioſo* (145.), annumerat, Virumqve ſalutat, *in qvo, præter elegantem doctrinam, magna pietas, fatentibus ipſis, qvi ab ipſo, in cauſa erecti Separatiſmi & Abſolutiſmi, diſcedunt, ſuum nacta eſt domicilium.* E Reformatis Gerh. Croeſius, etſi a doctrina illius diſſentiens, hoc eum, ob dotes ingenii, dignatus eſt elogio (146.): Er war fürwahr ſonſt ein Mann vom lebhaften und ſubtilen Verſtande, eben ſo gar gelehrt nicht, doch von unvergleichlicher Lieblichkeit und nicht zu beſchreibender Beredſamkeit, der auch von einer jeden Materie, ohne lang zu meditiren, geſchickt diſcurriren und fertig parliren kunte. E Lutheranis nemo benignius & moderatius de illo judicavit Phil. Jac. Spenero, qvi eum Genevæ A. 1660. & 1661. concionantem ſæpius audivit, domi ſuæ compellavit, &, in Epiſtola ad D. Balth. Bebelium d. 14. Mart. A. 1661. exarata (147.), verbis laudavit ſeqventibus: *Inter reliqvos Paſtores* Genevenſes *fama eminet Joh. de Labadie, qvi, gente illuſtris, adhuc Pontificius concionibus per totam Galliam inclaruit. Dein paulatim Janſenianis acceſſit, ultimo Montalbani Reformatis. Vir eloqventiſſimus & libertatis incredibilis in reprehendendo: unde adhuc Pontificius plurimorum in ſe odia, inprimis Jeſuitarum (qvorum ſocietati dederat juvenis nomen), provocavit, ſola contra eos innocentia vitæ tutus. Hic Collegarum maximam invidiam experitur, qvod & alibi ſolenne.* Idem Spenerus, cum, apertis Francofurti Collegiis, qvæ vocant, Pietatis domeſticis, ſchisma aliqvod, Labadii exemplo, moliri a Theologis qvibusdam plus juſto ſuſpicioſis crederetur, nimisqve cum eo familiariter Genevæ eſſe converſatus, imo Euchariſtiam ab ipſo accepiſſe, falſo perhiberetur (148.), ſui defendendi cauſa, qvid de illo ſentiret, fuſius atqve accuratius expoſuit, tum in Literis privatis, qvas ad Joh. Melch. Stengerum d. 10. Aug. A. 1676. dedit, Latinis (149.), tum *in Epiſtola apologetica, pro doctrina ſua Collegiisqve Pietatis, ad Theologum exterum* Germanica, Francofurti A. 1677. edita (150.). Utrobiqve religionem ejus Reformatam, & ſententiam præſertim de Abſoluto prædeſtinationis Decreto, Reformatorum complurium de eodem doctrina horridiorem, una cum Schismate a fidei ſociis Batavico, ſerio improbat, dotes vero ejus in concionando præclaras, Zelum in vitiis Chriſtianiſmi degeneris reprehendendis, fidem in officio ſacro, & vitam, qvam inter Pontificios pariter atqve Reformatos in Gallia egit, ἀνεπίληπτον, malignis hoſtium calumniis fruſtra impetitam, verbis, qvæ ſupra jam recitavimus, commendat honorificis, ac in ſcriptis tandem illius multa ſe

(125.) V. Gvilh. Saldenum in *Otiis Theologicis p. 194.*, &, ex iſto, Pet. Bælium *T. II. Dictionarii Hiſtor. & Critici p. 256.* (126.) *Tomo III. Hiſt. Eccl., c. 25., p. 245. 246.* (127.) *p. 4.*, teſte Valentino Alberti *in Programm. de Philoſophia Carteſiana*, A. 1672. Lipſiæ edito, *p. 7.* (128.) *p. 34.*, allegante Thoma Crenio *in Epiſt. de Furibus librariis ad J. Gottl. Krauſium*, ab hoc *Sectioni IX.* des Ausführlichen Berichtes von neuen Büchern inſerta, *p. 852. 853.* (129.) *in Speciminibus Theologiæ Hypotheticæ, P. I., Diſp. 17., p. 424. 425.*, apud T. Crenium *l. c. p. 852.* (130.) *in Collegio MS.*, in J. F. Mayeri *Diſſ. de Matæologia Labadiana* citato. (131.) im Monatlichen Auszuge aus allerhand Büchern, *M. Jan. A. 1721., p. 29. 30.* (132.) *p. 170-173.* (133.) *in Libro Belgico, ſupra num. 20. allegato, p. 161. 164. 166. 173.* (134.) *cap. 1., p. 3.* (135.) *cap. 2., p. 22.* (136.) *c. 6. p. 146.* (137.) *c. 7. p. 153.* (138.) *c. 9. p. 191. 201.* (139.) *c. 1., p. 5. 6. 7., c. 9. p. 201., &c.* (140.) *c. 1., p. 8.* (141.) *c. 6. p. 136.* (142.) *c. 6. p. 136. 148.* (143.) *c. 6. p. 137.* (144.) *c. 6. p. 130. 136.* (145.) *Lib. 3., p. 138.* (146.) *Lib. 3. Hiſtoriæ Qvakerorum, in Lingvam German. tranſlatæ, p. 666.* (147.) *loco ſupra num. 19. citato.* (148.) V. Speneri *P. III. Conſil. Theol. Lat. p. 316.* (149.) *Parte eadem III. Conſil. Theol. Lat. p. 139. 140.* (150.) *p. 108-112.*

ta ſe bona atqve utilia, de meditatione & praxi Chriſtianismi, nec non de ſanctificatione ac renovatione, profitetur inveniſſe. In Epiſtola ad Stengerum præterea, *Donatismi* qvidem *dicam illi ſcribendam eſſe*, ſe *vix* ait *ambigere*, ſed paulo poſt, cum, ſe *ſcriptorum* ejus *aliqvid*, in *vernaculam translatum*, *edi curaſſe*, ſignificaſſet, hæc addit: *Zelum, & præclara dona, ipſi cœlitus conceſſa, ut decuit, magni feci, nec facere deſinam.* Qvod judicium, cum adverſariis ſuis, & Zelotis aliis, haud probaretur, ſed diſpliceret, Spenerus, virtutem a ſe, in hoſte etiam, ex veritatis & conſcientiæ dictamine, fuiſſe laudandam merito ſæpius inculcans, illud, in variis ad Amicos Epiſtolis, *Tomo Conſiliorum Theologicorum Latinorum* inſertis *Tertio* (151.), repetere non dubitavit ac tueri, & verbis qvidem in ultima illarum ſeqventibus (152.): *Labadii, cum Genevæ eſſem, Zelum amavi, ut amare poſſumus, etiam in adverſariis, ea qvæ bona ſunt: Virum credidi, cui ſerio cordi ſit, ut pro viribus pietatem promoveat. Imprimis vero dilexi, & adhuc diligo, ejus opuſcula qvædam de Meditatione & de Regulis Chriſtianismi, qvæ in Gallia ediderat. Sed, ſicuti ejus religionem approbare neqveo (ſcio enim Genevæ eum abſoluti decreti fuiſſe promachum acerrimum, qvod & in ſcriptis videas), ita, qvæ in Batavia egit, defendere nolim. Cum de communione bonorum, qvam Amſtelodami introduxit, audivi, miſertus ſum hominis, qvi in eam abſurditatem incidiſſet. Qvæ alia ei interceſſere litigia cum ſuæ religionis Paſtoribus, judicare ego neqveo. Legi tamen nonnulla in relationibus communicatis, ex qvibus, ſi ita ſe habent, remotionem ejus non omnino injuſtam obſervare viſus ſum.* Qvæ, ſub finem Vitæ hujus Labadii, de illius in officio ſacro, cœtusqve Schismatici gubernatione, Collegis ac ſucceſſoribus, Petro Yvonio, Petro de Lignon, Henricoqve & Petro Sluteris, nec non aſſeclis ſive domeſticis (qvorum plerosqve nobiles, aut valde opulentos, fuiſſe Gerh. Crœſius (153.) jam monuit), & horum præſertim principe, Anna Maria Schurmannia, addenda eſſe videntur, Operis hujus noſtri *Tomi II.* de ſingulis narrationes lectoribus, iſtas relegere non detrectaturis, ſuggerent. E qvibus etiam, ac Vitis Schurmanniæ inprimis atqve Yvonii; totum hunc cœtum Schismaticum, qvadriennio poſt Labadii obitum elapſo, Altona A. 1678. in Pagum Friſiæ occidentalis Wiewertanum, urbi Leovardienſi vicinum, domumqve in iſto familiarum Waltianæ ac Somelsdikianæ amplam & ſpatioſam, migraſſe, ſed iſtic, Schurmannia eodem A. 1678. mortua, paulatim ita eſſe diſſipatum, ut nulli jam amplius Sectæ Labadianæ ſuperſint aſſeclæ, cognoſcent (154.).

Vitæ ſuæ ſcriptores Labadius habuit tum Amicos, tum inimicos. Ex Amicis eam enarravit Anonymus, cujus *Abregé ſincere de la Vie, de la conduite, & des vrais ſentimens de feu Mr. de Labadie*, ad A. 1666. tantum perducta, ac proinde imperfecta, in Gothofr. Arnoldi *Supplementis, Illuſtrationibus & Emendationibus Hiſtoriæ ſuæ Eccleſiaſticæ*, Germanice Francofurti A. 1703. *in 4.* editis, *p. 199-297.*, legitur. Enarravit eandem, una cum propria, ſed facto ab Anno demum 1666., ſive adventu in Bataviam, in qvo Anonymus, modo memoratus, deſiit, initio, & ita Continuationem qvaſi illius, ſed Latinam, exhibuit, Anna Maria Schurmannia, *in* Ευκληρία *ſeu Melioris Partis electione, brevem Vitæ ſuæ delineationem exhibente.* Cujus, ab ea, ut Apologia eſſet pro ſuo ad cœtum Labadianum tranſitu, juris factæ publici, Pars prior, Altonæ A. 1673. *in 8* excuſa, *capitibus VI. VII. VIII. & IX.*, *p. 132-207.*, ſeriem narrationis actorum, fatorum & migrationum Labadii, ab A. 1666. ad 1673., pertexit; Poſterior vero, Amſtelodami A. 1684. *in 8.* impreſſa, ejusdem mortis, cœtusqve ipſius poſt illam fatorum, exponit hiſtoriam. Duobus hisce ſcriptis (e qvibus partem Biographiæ noſtræ maximam eſſe derivatam in illa jam ſumus profeſſi) Supplementi inſtar adjungi poſſunt de *Atteſtatien* en Brieven, gevende Geteigniße an Mr. de Labadie, alß oock an Mr. Yvon, qvæ Belgice, uti *Catalogus* tradit *nundinalis*, Hervordiæ A. 1672. in 8., nec non Gallice & Latine, teſte ipſo Labadio *in Proteſtatione ſincera p. 8. 9.*, prodierunt, meis autem ſe nondum obtulerunt oculis. De qvibus Teſtimoniis locus iſte *Proteſtationis*, qvem integrum ſupra (*ad num. marg. 81.*) recitavimus, plura docebit. Promiſit qvoqve Hiſtoriam vitæ noſtri peculiarem A. 1681. Petrus Yvonius, ipſius e Diſcipulo Collega, in præfatione Scripti de Sermonibus hominum Cœtus ſui defunctorum cygneis, & Gallice, & Belgice (ſub titulo Getrouw Verhael &c.), publicati, ſed promiſſis haud ſatisfecit.

Hoſtili contra animo, & fide, ob calumnias & falſas aut incertas narrationes, certis paſſim immiſtas, merito ſuſpecta, Labadii vitam deſcripſerunt, e Pontificiis; I. Godofredus Hermannus, Theol. Doctor Sorbonicus Canonicusqve Rhemenſis, cujus *Defenſe de la Foy de la S. Egliſe Catholiqve, contre les menſonges de Jean de Labadie*, Pariſiis A. 1651. in 4., ſub larva *Domini de S. Juliano*, edita, teſte Ant. Teiſerio (*in Auctario ſive Parte II. Catalogi Catalogorum p. 95. 96.*), vitam ejus, qvam adhuc Pontificius egit, enarrat; II. Anonymus Autor *dans la Vie de Jean Calvin & Jean de Labadie*, qvam Lugduni Gallorum A. 1664. *in 8.* prodiiſſe *Catalogus Bibliopolii Tourneſiani Genevenſis p. 161.* perhibet. Nec non e Reformatis: III. Scriptor Anonymus, qvi Hagæ A. 1670. *in 12.* in lucem protruſit *Hiſtoire curieuſe de la Vie, de la conduite, & des vrais ſentimens du Sieur Jean de Labadie; avec la modeſte Refutation de la Declaration, en forme de Manifeſte publiée par Jean de Labadie, pour juſtifier ſes deſſeins, & ſes reſolutions ſchismatiqves, qvi luy ont attiré une juſte depoſition.* Cui (teſte *Catalogo Bibliothecæ Oizelianæ, P. II. p. 254.*), Appendicis inſtar, paulo poſt acceſſit *Copie de deux Lettres, qvi ſe doivent joindre à la dite Hiſtoire*, Hagæ itidem A. 1670. *in 12.* excuſa. Publicata eſt, ſi Ant. Teiſerius (*l. c. p. 240.*) vera refert, a Sam. Mareſio, Academiæ Groningenſis Theologo, ejusqve filiis, Henrico & Daniele, ac a Gothofr. Arnoldo (*T. II. Hiſt. Eccl., Lib. 17., c. 21., p. 723.*) mendaciorum plurimorum verbis accuſata ſeqventibus: die *Hiſtoire curieuſe de la Vie du Sr. Jean de Labadie*, wie auch die *Modeſte Refutation de la Declaration*, werden die Herrn Reformirten vermuhtlich ſchwerlich unter dergleichen Streit-Schriften mitzehlen, weil ſelbige allzu unverſchämt und unbedachtſam alle erſinnliche Unwahrheiten wieder den Labadie zuſammengeraffet haben. IV. Anonymus alter, qvi Hiſtoriam vitæ Labadii, ex diverſis Autoribus idiomatum Gallici & Belgici, ac Biographia inprimis Hagienſi præcedente, congeſtam, A. 1672., ſermone Germanico, teſtibus Joh. Helv. Willemero (*in Theſibus de Labadiſmo p. 4.*) & Ant. Teiſerio (*l. c. p. 250.*), juris fecit publici.

Iſtas Hoſtium de Vita Labadii commentationes nimis ſecure ſunt ſecuti pleriqve, qvi poſtea de eadem, doctrinaqve & Schismate ipſius, fuſius aliis diſſeruere, ſeqve invicem ſubinde compilavere, Scriptores, Hiſtoriam præſertim Eccleſiaſtico-Hæreſeologicam tradere aggreſſi, atqve, hos inter, Henr. Kippingius *in Supplementis Epitomes Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Joh. Pappi p. 102-106.*, Autores *Diarii Europæi* (a Gotfr. Arnoldo allegati) *T. XX.*, *p. 325.*, *T. XXIV. p. 260. & ſeqq.*, *ac in Tomi XXIV. Appendice p. 73. & ſeqq.*, Dan. Hartnaccius *in Continuat. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Joh. Micrælii p. 1251. 1252. 1253.*, M. Joh. Helvicus Willemerus *in Theſibus Theologicis de Labadiſmo* paulo poſt memorandis, Timoth. Dan. Colbergius in dem Platoniſch-Hermetiſchen Chriſtenthume, *cap. 11.*, *p. 414-426.*, Chriſt. Franc. Paulinus in dem Philoſophiſchen Feyrabend, *cap. 42.*, *p. 505-509.*, Caſp. Sagittarius *Tomo I. Introduct. in Hiſt. Eccl.*, *c. 33.*, *Sect. 40.*, *p. 1030-1034.*, & Andr. Carolus *in Memorabilibus Eccleſiaſticis Seculi XVII.*, *T. II.*, *Lib. VIII.*, *c. 32.*, *p. 110. 111. 112.* Moderatiores contra, & in veris falſisqve diſcernendis cautiores, fuerunt Gothofr. Arnoldus (noſtri, contra Adverſariorum calumnias, patronum agens) *Tomo II.* der Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie, *Lib. XVII.*, *cap. 21.*, *p. 711-725.*, Gerh.

Crœſius

(151.) *p. 108. 200. 267. 316. 335.* Confer Epiſtolas alias Germanicas, ſimile de Labadio ferentes judicium, *Parte III.* der Theologiſchen Bedencken, *Art. I.*, *Diſtinct. 2.*, *num. 43.*, *p. 293.*, & *Parte III.* der letzten Theologiſchen Bedencken, *c. 6.*, *p. 245. 246.* (152.) *Parte III. Conſil. Theol. Latin. p. 336.* (153.) *loco num. 146. citato p. 669.* (154.) Conf. Gerh. Crœſium *loco n. 146. citato, p. 670. 671.*

Crœlius *in Hiſtoria Qvakerorum*, Germanice tranſlata, ac Berolini A. 1696. edita, *Lib. III.*, *p. 665-679.*, & Joh. Wolfg. Jägerus *T. II. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Seculi XVII.*, *Parte I.*, *ad A. 1671.*, *c. 5.*, *p. 260-264.* Qvibus addatur, ſi tanti eſt, noſtra de Labadio, ejusqve cœtu & ſecta, narratio *Parte II. Iſagoges ad Hiſtoriam Cimbricam*, *c. 5.*, §. *10.*, *p. 121-127.*, obvia.

Scriptorum, a Labadio, & aſſeclis, editorum, Catalogus, in Batavia, ſine loci & anni (qvi 1682. aut 1683. fuiſſe videtur) mentione, prodiit peculiaris, ſed valde imperfectus, & octernionem vix implens dimidium. Qvalis etiam a Gothofr. Arnoldo, *l. c.*, *p. 713. 714. 715.*, eſt exhibitus.

Conferri qvoqve de Labadio, præter alios, breviter tantum de illo diſſerentes, paſſimqve in Vitæ jam allegatos hiſtoria, poſſunt Petrus Yvon, Collega, in Vita Petri du Lignon, dem Getrouwen Verhael van den Staet, en de laetſte Woorden en Diſpoſitien, ſommiger Perſonen uyt de Gereformeerde, en van de Wereld afgeſonderde, Gemeynte tot Wiewert inſerta, *p. 161-173.*, Georg. Matth. Königius *in Bibliotheca veteri & nova*, Henn. Wittenius *Tomo I. Diarii Biographici Sec. XVII.*, *ad d. 3. Febr. A. 1673.*, Phil. Jac. Spenerus im Sendſchreiben an einen außländiſchen Theologum von den Collegiis pietatis *p. 108-112.*, *Parte III. Conſiliorum Theologicorum Latinorum p. 139. 140. 174. 198. 200. 267. 316. 336. 558.*, *Parte III.* der Erſten Theologiſchen Bedencken, *Art. I.*, *Diſtinct. 2.*, *num 43.*, *p. 293.*, & *Parte III.* der Letzten Theologiſchen Bedencken, *c. 6.*, *p. 245. 246.*, Autor *Compendii Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Gothani*, *Lib. II.*, *p. 851.*, Joach. Fellerus *in Continuatione Compendii Hiſtoriæ Univerſalis Joh. Læti p. 647. 648.*, Joh. Chriſtoph. Rumetſchius *in Epiſt. dedic.*, *Tractatui de Conjecturis ultimi temporis præmiſſa*, *p. 14. 15.*, Joh. Andr. Schmidius *Tomo II. Introductionis Caſp. Sagittarii in Hiſt. Eccl. p. 689.*, Joh. Georg. Eccardus in dem Monatlichen Außzuge auß allerhand neuen Büchern, *M. Jan. A. 1701.*, *p. 29. 30.*, &, qvem is allegat, Dan. Caſparus a Lohenſtein, in *Arminio* ſuo Labadium ſub ficti nominis larva haud obſcure deſcribens, Caſp. Calvörius *in Fiſſuris Sionis*, *Lib. 17.*, *c. 2.*, *p. 550. 551.*, D. Joh. Fabricius *Parte V. Hiſtoriæ Biblioth. Fabricianæ p. 46. 47.*, & Anonymus, cujus *Diarii MSti* Excerpta de vita noſtri a Joach. Frid Fellero (*Trimeſtri IX. Monumentorum ineditorum*), iſtumqve ſecuto Val. Ern. Löſchero (in den Unſchuldigen Theologiſchen Nachrichten, *Sect. 3. A. 1717.*, *p. 498. 499. 500.*), legenda exhibentur.

Monumentis & narrationibus de Labadio biographicis ac hiſtoricis Scripta ſubjungemus Adverſariorum elenchtica, illi, doctrinæqve ejus & Schismati, oppoſita. Qvalia ſunt:

I. PONTIFICIORUM:

1. Franc. Mauduitii, Miſſionarii, bina, circa A. 1651. & 1661. edita, ſed qvoad titulos mihi ignota, de qvibus plura, in Vita noſtri, e Scriptore illius Gallico retulimus ἀνωνύμως.
2. *Grand Chemin du Janſeniſme au Calviniſme, enſeigné par le Sr. Jean de Labadie, cydevant Pretre, Predicateur & Chanoine d'Amiens, tant en ſa Declaration, qv' en ſa Lettre à ſes Amis*; Cujus Schediaſmatis, a Jeſuitis Lutetiæ A. 1651. in lucem protruſi, hiſtoriam itidem, in Vita Labadii, ex eodem Anonymo, expoſuimus.
3. Godofredi Hermanni, Theol. Doctoris Sorbonici, Canoniciqve Rhemenſis, *Defenſe de la Foy de la S. Egliſe Catholiqve, contre les menſonges de Jean de Labadie*, Pariſiis A. 1651. *in 4.*, ſub larva *Domini de S. Juliano*, teſte Ant. Teiſerio, publicata, uti paulo ante in Biographorum indicatum eſt Indice.

II. REFORMATORUM:

1. Ludov. Wolzogenii, Paſtoris Gallo-Belgici & Hiſt. Eccl. Profeſſoris Ultrajectini, *Orthodoxa Fides, contra Joh. de Labadie Cenſuram in Libellum de Scripturæ Interprete.* Ultrajecti 1668. in 8. De qvo Tractatu Apologetico, Labadianorum qvibusdam ad eum Reſponſis, ipſaqve Labadii cum Wolzogenio controverſia, qvæ ſupra in Vitæ noſtri narrata ſunt hiſtoria, poſſunt relegi.
2. Anonymi *Depart Apoſtatiqve de Jean de Labadie*, ed. A. 1670. in 12. (*V. Catal. Biblioth. Oizel. p. 119.*)
3. Anonymi *Propempticon ad Johannem Labadiam, Ex-Jeſuitam fanaticum αὐτοκατάκριτον & ἑαυτοντιμωρούμενον.* Groningæ 1670. in 4. Hujus Autorem fuiſſe Samuelem Mareſium, Academiæ Groningenſis Theologum, docent Vinc. Placcius *Tomo I. Theatri Anon. & Pſevdon.*, *c. 2.*, *p. 131.*, & *Catalogus Bibliothecæ Oizelianæ*, *P. I.*, *p. 44.*
4. Anonymi *Modeſte Refutation de la Declaration, en forme de Manifeſte publiée par Jean de Labadie, &c.*, ſubjuncta ejusdem *Hiſtoire curieuſe de la Vie du Sr. Jean de Labadie*, Hagæ A. 1670. *in 12.* excuſæ; de qva, Sam. Mareſio itidem ab Ant. Teiſerio (*Parte II. Catalogi Catalogorum p. 240.*) vindicata, plura paulo ante in Biographorum Labadii diximus Indice.
5. D. Andr. Eſſenii, Academiæ Ultrajectinæ Theologi, Conſideratio Parabolæ Matth. XIII. 24. & ſeqq., Separatiſmo Labadiano oppoſita, cujus, Belgice primum editæ, Verſio Germanica Caſſellis A. 1671. *in 8.* ſub hoc prodiit titulo: Chriſtliche Betrachtung der Gleichniß Matth. XIII. 24. u. f., darinn vornehmlich die Frage verhandelt wird: Ob man, weil die Unwiedergebohrne mit den Wiedergebohrnen, in der äuſſerlichen wahren Reformirten Kirche, vermenget, derſelben Gemeinſchaft möge, ia müſſe, verlaſſen? aus dem Niederländiſchen ins Hochteutſche gebracht: Wobey auch angehänget unterſchiedliche andere, die heutige, durch Joh. de Labadie eingeführte, Verwirrung betreffende, Sachen.
6. Jac. Borſtii Kort en oprecht Verhael van het Dantzen, Küſſen en Umhälſen Mr. Joh. de Labadie, en ſiiner Geſellſchop binnen Herfort, na Geneeting des Aventmahls. Amſtelodami 1671. in 4.
7. Sex Concionatorum Scotorum, in Hollandia exulum, Scriptum Labadii doctrinæ, in Articulo præſertim de Eccleſia, oppoſitum, & in illius ac Collegarum *Veritate ſui vindice*, Hervordiæ A. 1672. impreſſa, paſſim, teſte etiam titulo ipſo, confutatum.
8. Joh. Hundii, Th. D. & Electoris Brandeburgici Eccleſiaſtæ aulici Clivenſis, Gutachten von der Declarations-Schrift Johannis de Labadie, A. circiter 1672. juris factum publici, cui in eadem *Veritate ſui vindice* mox eſt reſponſum.
9. Adriani Pauli, Th. D. ac Profeſſoris & Eccleſiaſtæ Hammonenſis, Schriftmäßiges Bedencken von der Declaration Joh. de Labadie, A. 1672. editum, & *in Veritate ſui vindice* itidem refutatum.
10. Ejusdem *Epiſtola ad Joh. de Labadie, nomine Synodi Hammonenſis, A. 1671. habitæ, ſcripta*, &, una cum Reſponſoria Labadii, ſine loci mentione A. 1672. *in 8.* excuſa. Sola D. Adr. Pauli Epiſtola, d. 6. Aug. A. 1671. exarata, *Tomo* etiam *II. Hiſtoriæ Seculi XVII. Eccleſiaſticæ* D. Joh. Wolfg. Jägeri, *P. I.*, *ad A. 1671.*, *c. 5.*, *p. 263. 264.*, eſt recuſa. Utriusqve autem Verſio Belgica Hervordiæ A. 1672. *in 8.* prodiit.
11. Ejusdem D. Adr. Pauli *Examen errorum Johannis de Labadie.* Hammonæ 1674. *in 4.* Vindicias exhibet *Judicii de Declaratione fidei* Labadiana vernaculi, contra Labadii *Veritatem ſui vindicem*, &, ob accurationem, a Val. Ern. Löſchero (Autorem perperam Profeſſorem & Eccleſiaſtam appellante Dantiſcanum) commendatur in den Unſchuldigen Theologiſchen Nachrichten, *Sect. I. A. 1712.*, *p. 77.*
12. Anonymi *Eccleſiæ Unio & Schiſma, duobus Tractatibus graphice depicta & deſcripta*, ac prope Hamburgum (uti titulus tradit) A. 1673. *in 8.* excuſa, oppoſitaqve potiſſimum Danielis Jonæ Bedæ (ſive ipſius Johannis de Labadie) *Judicio juſto de juſta Bonorum a malis, qvod ad unionem communionemqve eccleſiaſticam attinet, ſeceſſione*, & An-

næ Mariæ Schurmanniæ Ἐυκληρίας *Parti primæ*, Altonæ eodem A. 1673. luci expoſitis. De argumento ſcripti hujus conſulatur *Catalogus Librorum Latinorum, ab A. 1670. ad 1680. excuſorum*, Londini A. 1681. impreſſus, *p. 123. 124.*

13. Johannis Brounii *Cauſa Dei contra Anti-Sabbatharios, Tomis duobus*, Roterodami A. 1674. *in 4.* Non Labadii ſolum, & aſſeclarum ejus, ſed Franc. Burmanni etiam, Reformatorumqve aliorum, nova de Sabbatho refellit dogmata.

14. Johannis Berckendalii, Fabri cultrarii Altonavienſis illiterati, Kurtzer Bericht, daß die Labadeniſten ſich fälſchlich rühmen des Nahmens der Evangeliſchen Gereformirten, ihrer Kirche, Confeſſion, Catechiſmi, Glaubens-Bekäntniß, und des Synodi zu Dordrecht, ed., ſine mentione loci, A. 1676. in 8.

15. Jac. Koelmanni, Eccleſiaſtæ Batavici, Hiſtoriſch Verhael, nopende der Labadiſten Scheuring en veelerley Dwaelingen, met de Wedderlegging derſelven. Amſtelod. 1683. in 12.

16. Ejusdem Dwaeling der Labadiſten, grondig entdeckt en wedderlegt; met Anmerckingen over haer voornaemſte Boeken. Amſtelod. 1684. in 8.

17. Wilh. Brakelii Waerſchouwing vor der Labadiſten Dwaelingen, tegen Pet. Yvon. Leovardiæ 1683. in 8.

18. Pet. Dittelbachii Verval en Val der Labadiſten. Amſtelodami 1692. in 4.

III. LUTHERANORUM:

1. D. Chriſt. Niſanii, Paſtoris Bileſeldienſis, Comitatusqve Ravensburgici Superintendentis, Bedencken über die Religion der neulich zu Herword angekommenen Verſamlung. Bileſeldiæ 1671. in 12.

2. Ejusdem Matæologia Labadiana, oder Wiederholtes und vermehrtes Bedencken, was, nach Anweiſung der Heiligen Göttlichen Schrift, und gottſeligen Antiqvität, wie auch der gemeinen Evangeliſch-Lutheriſchen, Reformirten und Römiſch-Catholiſchen Lehre, von der Religion, Lehr und Leben, Johannis de Labadie, und ſeiner Anhänger, die ihrem Fürgeben nach, eine nicht allein in der Lehre, ſondern auch im Leben und Wandel, wahre Reformirte Kirche zu machen trachten, zu halten ſey: Mit einer Lateiniſchen Exercitatione præliminari de Donatiſmo, einem Auctario, und vorhergeſetzten Judicio der Theologiſchen Facultät zu Rinteln. Mindæ 1673. in 8. De qvo Tractatu, circa paralleliſmum Cœtus Labadiani veterumqve Hæreſium præcipue occupato, qvæ *Tomo II.* hujus Operis, in Vita Niſanii dicta ſunt, poſſunt conferri.

3. Joh. Scheibleri Probe der Labadiſtiſchen und Calviniſchen Religion, Gieſſæ A. 1672. *in 8.* edita, teſtibus *Catalogo nundin. Lipſ. A. 1672. vern. p. 30.*, & Mart. Lipenii *Bibliotheca Theologica reali, P. II., p. 166.*

4. M. Joh. Gabr. Drechſleri, Scholæ Saxo-Halenſis Præceptoris, Ἐυκληςίαι ἐυκέλος, *ſeu Melioris partis Electio reſciſſa; Diſſertatiuncula, renaſcentis Eccleſiæ Hieroſolymitanæ propugnatoribus, noviſſimis Schiſmaticis, D. Johanni de Labadie, D. Petro Yvon, &c. imprimis prodigio ſeculi, Fœminæ eruditiſſimæ, Annæ Mariæ a Schurman, oppoſita, de Studio ſacro & profano; juxta novæ Separatiſtarum ſectæ evolutionem.* Lipſiæ 1675. in 8.

5. M. Joh. Helvici Willemeri, Moeno-Francofurtani, Ord. Philoſ. Witeb. Adjuncti, & deinde Gymnaſii regii Bremenſis Præceptoris, *Theſes Theologicæ, quæ, velut in ſummario, Labadiſmum, ſive errores & hæretica dogmata Johannis de Labadie, ejusqve Aſſeclarum, continent & confutant*, Præſide D. Abr. Calovio propoſitæ. Witebergæ 1681. in 4.

6. D. Joh. Frid. Mayeri, Theologi tunc Witebergenſis, *Matæologia Labadiana, qva potiora religionis capita elencho notata*, Reſpondente M. Chriſtoph. Blechſchmidio. Witeb. 1685. in 4.

7. D. Joh. Wolfg. Jageri, Academiæ Tubingenſis Cancellarii, *Diſp. de Labadiſmo*. Tubingæ 1710. in 4.

8. Joh. Baptiſtæ Röſchelii, Th. D. & Phyſices Profeſſoris Witebergenſis, *Hiſtoria Carteſianiſmi, Coccejaniſmi & Labadiſmi*, qvam ineditam reliqviſſe perhibetur. V. Lipſienſium *Compendieuſes* Gelehrten-*Lexicon p. 1896.*

IV. APOSTATARUM COETUS LABADIANI:

1. Antonii de la Marqve *Motifs, qui l' ont obligé, de ſortir de la maiſon du Sr. Jean de Labadie.* Amſtelod. 1670. in 12. Belgice qvoqve prodierunt ſub titulo ſeqventi: Redenen, de welcke een bewogen hebben te verlaten het Huyß en Geſellſchap van *Jean de Labadie*. Reſponſum iis eſſe a Labadianis teſtatur Schurmannia (libellum Marqvii vocans *famoſum*, ipſum vero Autorem *miſerum hominem, de cujus exitu loqvi horreſcat*) *Parte I.* Ἐυκληςίας, *c. 7., p. 161.*

2. Joh. Rohtii, Fanatici celebris, *Proviſional* Urtheil von der Schrift der Labadiſten, Kurtze Unterrichtung von ihrem Zuſtande und Lebens-Art genandt, A. 1674. editum, cujus argumentum, e Gothofr. Arnoldi de illo relatione, ſub finem Vitæ noſtri, jam expoſuimus.

Sed nec tacenda hic ſunt Scripta pro Labadio, ac Cœtu ipſius, Apologetica, lucem Hiſtoriæ utriusqve fœneratura haud exiguam:

I. Johannis de Labadie ipſiusmet propria, ſuis mox locis in Catalogo librorum ejus enumeranda omnium, & Adverſariis, partim Pontificiis, partim Reformatis, oppoſita.

II. Petri Yvonii, Petri de Lignon, Henriciqve & Petri Sluterorum, Collegarum ipſius, ſub ſingulorum nominibus, *Tomo II.* Operis hujus, jam enumerata.

III. Annæ Mariæ Schurmanniæ Ἐυκληρία, duabus conſtans Partibus, ſeorſim Altonæ A. 1673. atqve Amſtelodami A. 1684. *in 8.* excuſis; de qva breviter paulo ante in Biographorum Indice, fuſius autem *Tomo eodem II.*, eſt dictum.

IV. Theodori Colonii *Juſtification de Mr. Jean de Labadie*, Amſtelodami A. 1669. *in 4.* edita, teſte *Catalogo Bibliothecæ Pet. Serarii p. 3.*

V. Ἀδέσποτα ſeqventia:

1. *Convictio manifeſta Calumniarum, ſparſarum contra doctrinam, mores & vitam Dn. Johannis de Labadie, Paſtoris, Franciſco Mauduit præcipue oppoſita.* Amſtelodami A. 1669. in 4.

2. *Nova Convictio manifeſta Calumniarum, ab adverſariis Johannis de Labadie, contra ejus vitam, mores & domum, emiſſarum, cum integra Juſtificatione innocentiæ ejus in his momentis.* A. 1670. in 4. Qvæ duo ſcripta Joh. Andr. Schmidius (*Tomo II. Introductionis Sagittarianæ in Hiſt. Eccl. p. 689.*), tanqvam ſibi viſa, allegat, ſed an ſermone, qvo tituli expreſſi ſunt, Latino, vel, uti ſuſpicor, Gallico, prodierint, haud indicat.

3. Korte Onderrichtinge, rakende den Staet en Maniere van Leven deſer Perſoonen en Gemeynte. in 4. Huic oppoſitum eſt Joh. Rohtii *Judicium*, paulo ante memoratum.

4. Alia circiter duodecim, occaſione Certaminum noſtri cum Synodis Gallo-Belgicis & Ludov. Wolzogenio Batavicorum, A. 1668. & ſeqq., juris facta publici, qvorum titulos ſupra, in Vita ejus (*ad num. marg. 41.*), ex Ἐυκληρίας Schurmannianæ *P. I. c. 9. p. 197.*, jam recitavimus.

SCRIPTA

SCRIPTA EDITA.

Introduction de pieté des Myſteres & Ceremonies de la Meſſe. Ambiani 1640. in 8. Edita eſt a Labadio, adhuc Pontificio. V. *Catalogum Bibliopolii Tourneſiani Genevenſis, A. 1670. excuſum, p. 127.*

Declaration des raiſons, qvi l' ont obligé de qvitter l' Egliſe Romaine ; en deux Parties ou Volumes. Montalbani A. 1650., & Genevæ A. 1659. ac 1666. in 8. De illa, & ſcripto a Jeſuitis ei oppoſito (*Grand Chemin du Janſeniſme au Calviniſme*), qvæ in Vita noſtri narrata jam ſunt, poſſunt relegi. Confer ipſius *Proteſtationem ſinceram, Veritati ſui vindici* præmiſſam, *p. 9. 44.*

Apologie de ſa Declaration contre l' Egliſe Romaine. Genevæ 1659. in 8. V. *Catal. nundin. Lipſ. A. 1659. autumn. p. 21.*, & ipſius *Proteſtat. p. 9.*

Lettre à ſes Amis de la communion Romaine, A. 1651. Montalbani edita, cui ſcriptum Jeſuiticum (*Grand Chemin du Janſeniſme au Calviniſme*), paulo ante memoratum, itidem eſſe repoſitum, in Vita Autoris jam retuli. Conf. de illa ipſius *Proteſtat. p. 9.* Romæ d. 23. Apr. A. 1654. Libris annumerata eſt prohibitis, teſte *Indice* horum, ibidem A. 1667., juſſu Alexandri VII., Pontificis, impreſſo.

Reponſe pour les Miniſtres de Montauban defiés par Francois Mauduit, Miſſionaire. Montalbani A. 1651. V. Biographum ejus Gallicum, a Gothofr. Arnoldo editum, & ipſius *Proteſtat. p. 9.*

Entretiens d' Eſprit, durant le jour, ou Reflexions importantes ſur la Vie humaine, ſur la Vie Chrétienne, ſur l' état des Fidelles avant la Loy, ſous la Loy, & ſous l' Evangile, ſur le Chriſtianiſme, & tant ſur le déchet de ſon Eſprit, qve ſur le beſoin de la Reformation de ſes mœurs. Montalbani 1651. in 24. (*juxta Catal. Tourneſ. p. 127.*), & Genevæ 1659. in 12. (*juxta Catal. nund.*). Belgica qvoqve illarum Verſio (teſte *Catalogo ſcriptorum Cœtus Labadiani p. 2. 3.*) *in 12.* prodiit, ſub titulo der Geeſteliiken Tiit-Kortingen van den Chriſteliiken Dag, of gewichtiger Opmerkingen der Gelooviger op het Menſchelik Leven, op het Chriſtelik Leven, &c.

Elevations d' Eſprit à Dieu, ou Contemplations fort inſtruiſantes ſur les plus grands Myſteres de la Foy, & ſur les principaux devoirs de la Vie Chretienne. Scriptæ ſunt ab illo, adhuc Pontificio, ſed jam profugo, & tranſitum ad Reformatos meditante, Caſteti, in arce Comitis de Favas, Comiti huic inſcriptæ, & Montalbani poſtea A. 1651. editæ, teſte Biographo, qvem Gothofr. Arnoldo debemus, Gallico. Editio ſecunda, reviſa atqve aucta, in Batavia A. 1678. *in 24.* prodiit, juxta *Catalogum ſcriptorum Cœtus Labadiani p. 5.* In qvo etiam *p. 3.* Translationis mentio occurrit Belgicæ, *in 12.* ſub hoc impreſſæ titulo: Verheffingen des Geeſtes tot God, op de drie voornaemſte Tiiden van den Chriſteliiken Dag, neſſens een algemeine Oeffening der Godſaligheyt, begriipende de voornaemſte Gods-Dienſtige Plichten iegens God.

Practiqve de deux Oraiſons, Mentale & Vocale. Montalbani 1656. in 24. Scripti hujus bipartiti Verſio Belgica, ab Abrah. Goodartio concinnata, & Ultrajecti A. 1656. *in 12.* edita, hoc gaudet titulo: *Practiick* des twederley Gebedes, beſtaende in inwendige Alleenſpraeke der Zielen, en uytwendige Anſprake tot God; in 2. Deelen. Argumentum ejus Labadius ipſe, *in Proteſtatione p. 59.*, expoſuit.

Traitté du bon Uſage de l' Euchariſtie. Montalbani A. 1656. in 8. (*juxta Catal. Tourneſ.*), & Genevæ 1659. in 8. (*juxta Catal. nundin.*). In hoc, teſte *Proteſtatione* ipſius *p. 9. 10.*, *cum veritas hujus myſterii clare ac perſpicue proponitur atqve explicatur: tum legitima ejusdem ac pura praxis inprimis oſtenditur ac demonſtratur.*

Action des graces pour la priſe de Valence, par le Roy. Montalbani 1656. in 4. (*Catal. Tourneſ.*)

Lettre de Philophrone à Philalethe, contre le Remonſtrance du Clergé, faite au Roy, par l' Archeveqve de Sens (*Henry Gondrin*), en haine de Meſſieurs de la Religion Reformée. Montalbani A. 1657. in 4. Hanc Labadio, ſub Philophronis larva latenti, deberi, poſt *Catalogum Tourneſianum p. 127. 410.*, Autor *Vitæ* ejus Gallicæ, a Gothofr. Arnoldo editæ, Adr. Bailetus (*dans la Liſte des Auteurs degviſez, lit. P., p. 587.*), iſtumqve ſecutus Vinc. Placcius (*T. II. Theatri Anon. & Pſevdon. p. 504.*), jam indicarunt.

Qvatrains de Pieté. Arauſione 1658. in 8. (*Catal. Tourneſ.*)

Recueil des Maximes importantes de la doctrine & conduite Chretienne. Genevæ 1659. in 8. V. *Catal. nundin. Lipſ. A. 1659. autumn. p. 21.* Pet. Heringæ, Eccleſiaſtæ Oſtgrafdiizenſis, Verſio illius Belgica Amſtelodami A. 1666. in 8. prodiit.

Saintes Decades de Qvatrains de Pieté Chrétienne, touchant la Connoiſſance de Dieu, ſon honneur, ſon amour, & l' union de l' Ame à luy, en deux Parties ; dont la Premiere contient qvatre Exercices de Pieté envers Dieu : 1. par la vüe & la contemplation de ſon eſtre, & de ſes divines perfections ; 2. par la vüe & la contemplation de ſes infinis merites, & de nos devoirs religieux envers luy, ſelon ſes divines loix ; 3. par la vüe & la contemplation de l' Unité de ſon Eſſence, & de la Trinité de ſes perſonnes ; & 4. par la vüe & la contemplation dans ſes Creatures, comme ſes ſymboles & ſes images. La Seconde Partie comprend un Exercice general de Pieté envers Dieu, dans la vüe de ſes manifeſtations & apparitions aux Saints de l' Ancien Teſtament. Genevæ 1659. in 8. (*juxta eundem Catal. nundin.*), & Amſtelodami 1671. ac 1682. in 8. Commendantur ab A. M. Schurmannia *P. I.* Ἐυκληρίας, *c. 9.*, *p. 200.*, & ipſo Labadio *in Proteſtatione p. 10. 59.*

La Practiqve de l' Oraiſon & Meditation. Genevæ 1660. in 8. Verſio ejus Germanica Francofurti A. 1667. *in 24.*, & Berolini A. 1700. *in 8.*, ſub hoc prodiit titulo: Kurtzer Unterricht von andächtiger Betrachtung, wie ſolche Chriſtlich und gottſelig angeſtellet und geübet werden ſolle, auß dem Frantzöſiſchen verdeutſcht; Samt einem Zuſatze des Ueberſetzers von Gewißheit der Seligkeit. Interpretem, qvi nomen ſuum diſſimulavit, fuiſſe D. Phil. Jac. Spenerum, teſtantur Gothofr. Arnoldus *Tomo II. Hiſt. Eccl.*, *Lib. 17.*, *c. 21.*, *p. 714.*, & Carolus Hildebrandus, Baro a Canſtein, *in Prolegomenis* der Letzten Theologiſchen Bedencken Speneri *p. 14.* Nec diffitetur ipſe Spenerus, in Epiſtola ad Joh. Melch. Stengerum A. 1676. exarata (*Tomo III. Conſil. Theol. Lat. p. 140.*), ſe *aliqvid Labadii, in vernaculam translatum, edi curaſſe.*

Lettres d' Adieu à l' Egliſe & fideles d' Orange, avec les Reſponſes & les Repliqves. Genevæ 1660. in 8.

Jugement charitable ſur l' eſtat preſent des Juifs. Amſtelodami 1666. in 12. Belgicam illius verſionem Pet. Serarius Amſtelodami A. 1667. *in 12.* edidit, præfixo hoc titulo: Ordeel der Liefde en Gerechtigkeyt over den iegenwordigen Toeſtand der Jöden, vervattende eene ſoete Voorſtellinge van XII. gewichtige Hooftſtücke, meeſt alle nieuw, welcken ſe gebeeden warden natoedencken. Belgicam ſecuta eſt Germanica ἀδέσποτος cujusdam *Jeſu Chriſti Servi*, juſſu Principis ſui concinnata, &, præmiſſa epigraphe ferme eadem, Tabernis montium, non A. 1659. (qvem ipſe titulus, & Lipenius *P. II. Biblioth. Theol. p. 278.*, perperam indicant), ſed 1669. (uti *Catalogus nundin. aut. Lipſ. A. 1669. p. 8.* docebit), *in 12.* impreſſa. Scriptum eſt hoc Judicium a Labadio occaſione turbarum Sabbathai Tzebhi, Pſevdo-Meſſiæ Judæorum tunc temporis famoſi, novaqve methodo converſionem gentis Judaicæ, qvam Autor certo expectabat, univerſalem promovere debuit. V. Joh. Bened. Carpzovii junioris *Notas ad Wilh. Schickardi Jus regium Hebræorum p. 482.*

Les Divines Herauts de la Penitence au Monde. Amſtelodami 1667. in 8:

L' Idée d' un bon Paſteur, & d' une bonne Egliſe, où Sermon ſur les paroles Act. XX. 28. Amſtelodami 1667. in 8.

Arrivée Apoſtoliqve aux Egliſes. Middelburgi 1667. in 8. V. *Catal. Biblioth. Pet. Serarii p. 16.*

La Reformation de l' Egliſe par le Paſtorat, contenüe en deux Lettres Paſtorales, & deux Parties. Middelburgi 1667. in 8. Commendatur ab A. M. Schurmannia *P. I.* 'Ευκληρίας, *c. 7., p. 162.*

Le Triomphe de l' Euchariſtie, ou la vraye Doctrine du S. Sacrament de la Cene, avec les moyens d' y bien participer. Amſtelodami 1667. in 8. Poëma ſacrum, ab ipſomet Autore, *in Proteſtatione p. 10.*, commendatum.

L' Heraut du grand Roy Jeſus, ou Eclairciſſement de la doctrine de Jean de Labadie ſur le Regne glorieux de Jeſus Chriſt, & de ſes Saints, en la terre, aux derniers tems. Amſtelodami 1667. in 8. Commendatur, & *Tractatus egregius* vocatur, ab Anna Maria Schurmannia *P. I.* 'Ευκληρίας, *c. 5., p. 117.*, & Joh. Wilh. Petræo *in Nube Teſtium Veritatis de Regno Chriſti glorioſo, Lib. 3., p. 138.* A Synodo contra Reformatorum Middelburgenſi, qvæ d. 10. Oct. A. 1668. illum juſſit ſupprimi, Autoriqve doctrina iſta, ſed fruſtra, interdixit, & Ant. Hulſio, Saurino, aliisqve Bataviæ Theologis, cenſuris, ob Chiliaſmum defenſum, damnatus eſt aſperioribus. De qvibus Chriſt. Niſanius (*in Matæologia Labadiana p. 566. 567. 568.*), &, qvi hunc allegat, Georg. Henr. Burchardus (in den Anmerckungen über Antoniæ Bourignon Irrthümer *p. 186. 187.*), conſulantur.

Le Diſcernement d' une veritable Egliſe, ſuivant l' Ecriture Sainte, contenant trente remarqvables moyens pour la bien connoitre. Amſtelodami 1668. in 8. Commendatur hoc ſcriptum a Schurmannia, Genevæ illud ab Autore jam eſſe compoſitum tradente, *l. c., c. 5., p. 96.*

Manuel de Pieté, contenant divers devoirs & actes religieux envers Dieu, & diverſes Maximes fondamentales de la Vie Chrétienne: Il y eſt auſſi traitté des diverſes graces & communications divines, qvi accompagnent & ſuivent la pratiqve fidelle de ces Maximes. Middelburgi 1668. in 8. Belgice etiam aliqvoties *in 12.* eſt recuſum ſub titulo: Handboekie der Godſaligheyt, behelſende verſcheyde Gods-dienſtige Plichten, en fondamenteele Gront-Regelen, van het ware Chriſtendom.

Siflet Jeſuitiqve. Coloniæ 1669. in 8. Scriptum, qvod in ſolo *Catalogo Bibliothecæ Oizelianæ p. 119.* Labadio tribuitur, aliis ignotum, & merito proinde ſuſpectum.

Proteſtatio ſincera puræ ac veræ Reformatæ doctrinæ, generalisqve orthodoxiæ Johannis de Labadie, Paſtoris; cui conſcribendæ occaſionem dedere ſuſpiciones ſiniſtræ, impudentesqve inimicorum calumniæ, qvibus fidei ſuæ puritatem conſpurcare auſu ſatis nefario ſunt conati. Subſcripſit huic, uti ſub finem indicatur, manu ſua Medioburgi Kal. Febr. A. 1669., eandemqve denuo ratam fecit ac reiteravit Hervordiæ d. 21. Febr. A. 1671. & Kal. Jan. A. 1672. Qvo anno 1672., cum antea ſeorſim prodiiſſet, præmiſſa etiam eſt *Veritati ſui vindici*, Hervordiæ *in 8.* excuſæ, de qva paulo poſt dicetur, & qvidem multo, qvam ante, auctior.

Points fondamentaux de la Vie vraiement Chrétienne, neceſſaires prémierement à mediter, & enſvite à pratiqver, à toutes ſortes de perſonnes, appellées de Dieu à ſuivre Jeſus Chriſt, nôtre Seigneur, & à vivre ſelon l' Eſprit & les loix de l' Evangile, recueillis de l' Ecriture, & mis en ordre. A. 1670. in 8. (*V. Catal. ſcriptorum Cœtus Labadiani p. 2.*). An Verſio illorum Germanica, ſub titulo der Hauptgründe des Chriſtlichen Lebens edenda, qvam *Catal. nundin. Lipſ. A. 1671. vern. p. 31.* eſt pollicitus, prodierit, ignoro. Conf. de iis, cœtui ſuo privatim a Labadio Middelburgi, Amſtelodami & Hervordiæ, propoſitis, *P. I.* 'Ευκληρίας Schurmannianæ, *c. 6. p. 142., c. 7. p. 152., & c. 8. p. 176.*

Eclairciſſement, ou Declaration de la Foy des Sieurs Jean de Labadie, Pierre Yvon & Pierre du Lignon, Paſteurs, &c., qvæ primum A. 1670. vel 1671. Gallico, ac poſtea Belgico & Germanico, tandemqve, Vindiciis contra adverſarios, paſſim additis, auctior, Latino idiomate, ſub *Veritatis ſui vindicis* titulo, Hervordiæ A. 1672., uti mox indicabitur, prodiit. V. *Admonitionem Verſioni huic Latinæ præmiſſam, p. 5.*, & Schurmanniam (pro *invicta* eam venditantem) *P. I.* 'Ευκληρίας, *c. 8., p. 181.* Editionem primam Gallicam nondum vidi. Verſio Belgica, a Petro Slutero, Labadii Collega (uti e *Catalogo nundin. Lipſ. A. 1673. vern. p. 27.* didici), concinnata, & Amſtelodami A. 1671. Hervordiæqve A. 1672. *in 8.* impreſſa, hanc præfert Epigraphen: Oeffening, ofte Bekentmaking, van de Suiverheyt van de Gevoelens in de Leere en Geloove van Jean de Labadie, Pierre Yvon en Pierre du Lignon, Herders, Henrick en Pieter Slüter, Predickers, en verſcheydene andere Geloovigen, de God toſamen heft vergadert, om eene, niet alleen in der Leere, beſondern ook im Leven, gereformeerde Kerke to maken: Met de Hernieuwde Betuiging van 't gode Geloof en allgemeyne Rechtſinnigkeyt van J. de Labadie, Herder; in twee Deelen. Verſio Germanica, Hervordiæ A. 1671. *in 8.* excuſa, ſeqventi gaudet titulo: *Declarations*-Schrift, oder nähere Erklarung, der reinen Lehre, und des geſunden Glaubens, Johannis de Labadie, Petri Yvon und Petri du Lignon, Paſtoren, Henrici und Petri Slütern, Prediger, neben unterſchiedlich vielen anderen, zu Hervord verſamleten, umb eine, nicht nur allein in Lehre, ſondern auch im Leben und Wandel, wahre Reformirte Kirche zu machen. De Verſione Latina auctiori, ſive *Veritate ſui vindice*, ſeorſim mox dicetur. Scriptum hoc Cœtus Labadiani Symbolicum, ipſum Labadium agnoſcens Autorem, e Reformatis, certatim, Tractatibus paulo poſt impugnarunt elenchticis, ſupra in Adverſariorum noſtri jam recenſitis Indice, præter Sam. Mareſium aliosqve, D. Joh. Hundius, D. Adr. Pauli, & ſex Concionatores Scoti, in Hollandia exules. Qvibus a Labadio viciſſim A. 1672., in ejusdem Verſionis Latinæ auctioris, ſive *Veritatis ſui vindicis*, jam memorandæ, acceſſionibus apologeticis, textui paſſim inſertis, eſt reſponſum.

Veritas ſui vindex, ſeu Solennis Fidei Declaratio Johannis de Labadie, Petri Yvon & Petri du Lignon, Paſtorum, & ſuo, & integræ Eccleſiæ, cui miniſtrant, qvamqve ſecundum Deum dirigunt, nomine, jam ante edita; nunc vero aucta, aſſerta, confirmata atqve ab objectionibus D. Joh. Hundii, D. Adr. Pauli, & ſex Scotorum Concionatorum, in Hollandia exulum, plene ſufficienterqve vindicata. Præfixa Proteſtatione Johannis de Labadie, multo, qvam ante, auctiore. Adjunctis Tractatibus duobus, qvorum Prior Qvackeriſmi, vulgo ſic dicti, examen & confutationem, nec non orthodoxam de S. Scriptura doctrinam, continet; Poſterior ſuccinctam de Sabbatho ſententiam dilucide ac ſat ample complectitur. Ex Officina Laur. Autenii, Bibliopolæ in Libertatis Abbatialis Urbis Herfordiæ diſtrictu, A. 1672. in 8. Elogia, qvibus ab Anna Maria Schurmannia eſt ornata, invenies tum in hujus *Teſtimonio* conſenſus ſui *publico*, ei *p. 182-185.* ſubjecto, tum *Parte I.* 'Ευκληρίας, *c. 1. p. 4., c. 5. p. 98., & c. 8. p. 181.*

Epiſtolæ duæ, qvarum prior D. Adriani Pauli, Theol. Prof. Hammonenſis, ad Joh. de Labadie, Evangelii Miniſtrum, nomine Synodi Hammonenſis A. 1671. ſcripta, altera Johannis de Labadie Reſponſoria. Sine mentione loci A. 1672. in 8. Qvo anno 1672. Verſio etiam utriusqve Belgica Hervordiæ *in 8.* prodiit. Reſponſoriæ Labadii (a Schurmannia *l. c., c. 8., p. 181. 182.*, commendatæ), ſicut & *Veritati ſui vindici, Judicium* ſuum *de Declaratione fidei Labadiana* paſſim confutanti vernaculum, D. Adr. Pauli *Examen* repoſuit *errorum Johannis de Labadie*, Hammonæ A. 1674. *in 4.* editum, de qvo ſupra, in Adverſariorum noſtri Reformatorum Indice, allata poſſunt relegi.

L' Empire du Saint Eſprit ſur les Ames, ou la Juſtification de ſa conduite dans les Fidelles, avec celle de ſa communication,

nication, poſſeſſion, demeure, preſence, & operation en eux, contre les impietez & les erreurs des Libertins de ce tems. A. 1672. in 8. Commendatur hic Tractatus ab ipſo Autore *in Proteſtatione p. 59. 60.*, Pet. Yvonio *in Eſſentia Religionis Chriſtianæ patefacta, c. 27., p. 302.*, Anna Maria Schurmannia *P. I.* Ἐυκληρίας, *c. 5., p. 117.*, & Joh. Wilh. Petræo *in Nube Teſtium veritatis de Regno Chriſti glorioſo, Lib. 3., p. 138.* E qvibus duo poſteriores, eum Chiliaſmo ſecum patrocinari, teſtantur, atqve *egregium* appellant.

Traitté du Soy, ou de Renoncement à ſoy-même. A. 1672. in 8. Verſionem ejus Germanicam Herm. Strauchius concinnavit, & Hervordiæ, eodem A. 1672., *in 12.*, ſub hoc publicavit titulo: *Tractat* von der Selbſt-verleügnung, und deren mancherley Arten. Commendatur a Schurmannia, *l. c., c. 8., p. 175. 176.*

Juſtum Judicium de juſta Bonorum a Malis, qvod ad unionem communionemqve Eccleſiaſticam attinet, ſeceſſione, ex ore Dei, h. e. S. Scriptura, latum a Daniele Jona Beda, Separato Gall-Belg-Germ-Anglico. Neapoli (*i. e. Altonæ, nova tunc Holſatiæ civitate*) A. 1673. in 12. Germanica ejus Verſio Neapoli itidem, jam ante A. 1672., *in 12.*, ſub ſeqventi prodierat titulo: Rechtfertiges Urtheil von rechtmäßiger Abſonderung der Frommen von den Gottloſen, die Kirchliche Vereinigung und Gemeinſchaft belangend, auß dem Munde Gottes, das iſt der H. Schrift, gefället von Dan. Jona Beda, Separato Gall-Belg-Germ-Anglico; auß dem Lateiniſchen des Autoris überſetzt, und nach dem Original gedruckt. Extat etiam, teſte Val. Ern. Löſchero, de *Judicio* hoc ſuum breviter exponente judicium (in den Unſchüldigen Theol. Nachrichten, *Sect. I. A. 1712., p. 58.*), alia Verſionis hujus editio, ſub epigraphe a præcedenti diverſa der Heiligen und nohtwendigen Spaltung, *prope Hamburgum*, uti in eadem traditur (ſive Altonæ), A. 1673. *in 12.* evulgata. Autorem illius, ſub ficto *Danielis Jonæ Bedæ* latentem nomine, qvem Löſcherus ignoravit, Pet. Yvonius autem (*in Eſſentia Relig. Chriſt. patefacta, cap. ult., p. 344.*) & Schurmannia (*l. c., c. 7., p. 168.*), ſcriptum ipſum commendantes, detegere noluerunt, eſſe Johannem de Labadie, larva iſta Anagrammatica evoluta, jamdudum deprehendi, & *Parte II. Iſagoges ad Hiſt. Cimbr., c. 5., p. 123.*, monui, Vincentiusqve Placcius (iſtam ſecutus) *Tomo II. Theatri Anonymorum & Pſevdonymorum p. 115.*, & *Catalogus ſcriptorum Coetus Labadiani p. 4.*, confirmarunt. Oppoſuit illi Anonymus *Eccleſiæ Unionem & Schisma, duobus Tractatibus graphice depicta & deſcripta*, de qvibus, prope Hamburgum (teſte titulo) *A. 1673. in 8.* impreſſis, Catalogus adverſariorum Labadii, ſupra exhibitus, conſulatur.

Jeſus revelé de nouveau, ou d' une nouvelle maniere, par la familiere & vive connoiſſance de ſon Eſtre, de ſes perfections, de ſes vertus, & de ſes offices. A Villeneufve (ſive Altonæ) A. 1673. in 8. Carmen ſacrum, qvod, judice Schurmannia (*l. c. c. 9., p. 200.*), *præſtantiſſimum* eſt, *& omnia Dei Filii admiranda proponit, atqve Eccleſiæ celebranda ac deprædicanda exhibet.*

L' Oraiſon & la Contemplation Chrétienne, traittée en qvatre Lettres: Seconde Edition. Amſtelodami 1682. in 12.

Poeſies ſacrées de l' Amour divin. Amſtelodami 1682. in 8. Belgice etiam (teſte *Catalogo ſcriptorum Cœtus Labadiani p. 8.*) ſub hoc prodierunt titulo: Heilige Poeſien over de Kenniſſe Gods, ſijne Eere, ſijne Liefde, en de Vereeniginge der Ziele met hem; In twee Deelen: Uyt het Franſch vertaelt.

Fragmens de qvelqves Poeſies & ſentimens d' eſprit de Mr. de Labadie. Amſtelodami 1682. in 8.

Le Chrétien regeneré ou nul, ou Preuve convainqvante, qv' on n' eſt pas Chrétien, ſi l' on n' eſt pas regeneré & ſanctifié. Amſtelod. 1685. in 12. (*V. Catalogum librorum novorum, Ephemeridibus Eruditorum Gallicis anni 1685. adjectum.*)

Addantur Scriptis editis, hactenus enumeratis, ſeqventia, ſine anni editionis, ab ipſo Labadio, vel aliis, allegata, indicio.

Maximes importantes de Conduite Chrétienne. Montalbani in 24.

Lettre à l' Egliſe de Niſmes. in 8.

Defenſe des Egliſes de France. Montalbani in 4.

Lettre de Conſolation à l' Egliſe de Pamiez. Montalbani in 4.

Apologie pour les Synodes du Gvienne & du Langvedoc, contre Jos. Arbuſſy. in 8.

Apologie de ſa ſortie de l' Egliſe Romaine. in 8.

Lettre d' un Fidele d' Orange à un de Paris, ſur l' eſtat de l' Egliſe d' Orange. Montalbani in 8. Septem hæc ſcripta præcedentia *Catalogus Tourneſianus p. 127.* Labadio tribuit.

Hiſtoire de ſa Converſion & Declaration. in 8. V. *eundem. Catal. Tournes. p. 410.*

Cas de Conſcience ſur le Miniſtere ou le Paſtorat, comme il s' exerce à preſent. De hoc, Genevæ conſcripto, & Middelburgi edito, conſulantur Anonymi *Vita Labadii* Gallica, ab Arnoldo edita, Ἐυκληρίας Schurmannianæ *Pars I., c. 9., p. 195.*, & *Catalogus ſcriptorum Cœtus Labadiani p. 2.*

La Puiſſance Eccleſiaſtiqve bornée à l' Ecriture ſainte. Amſtelodami in 8. V. *eundem Catal. p. 2.*, *Indicem Bibliothecæ Pet. Serarii p. 9.*, & Labadii ipſius *Proteſtationem p. 58.*

Le Veritable Exorciſme, ou l' uniqve effectif moyen de chaſſer le Diable du monde Chrétien. Amſtelodami in 8. V. *eundem Catal. p. 1.*, & Ladadii *Proteſtat. p. 62.*

Traitté Eccleſiaſtiqve ſur l' exercice de la Prophétie, établi au chap. 14. de la I. Epitre de S. Paul aux Corinthiens, ſa liberté, ſon ordre & ſa pratiqve. in 8. V. *eundem Catal. p. 1. 2.* Agit (teſte *Proteſtatione* noſtri *p. 58.*) *de familiari Myſteriorum ac veritatum Chriſtianarum expoſitione ac explicatione, placidoqve ſuper iis colloqvio, ad majorem rerum divinarum intelligentiam, guſtum, amorem ac praxin promovendam, & hoc exercitium, jamdudum intermiſſum, Eccleſiis Chriſtianis jure reſtituendum judicat.*

Abregé du veritable Chriſtianiſme, ou Recueil de Maximes Chrétiennes, tant de foy, qve de pieté & de conduite ſpirituelle, en ſeconde edition revüe & augmentée par luy-même, in 12. V. *Catal. ſcriptorum cœtus Labadiani p. 2.*, & Labadii *Proteſtationem p. 10. 59.*, ubi bipartita eſſe traditur. Belgica ejus Verſio Anonymi, teſte eodem *Catalogo p. 8.*, ſub titulo des Korten Begriips van t' Ware Chriſtendom, itidem bis prodiit. Exſtat etiam Germanica, Kurtzer Begriff des wahren Chriſtenthums, und was zu demſelben, ſo wol in der Erkäntniß, alß Uebung, gehöret, inſcripta, ac, Francofurti A. 1696. & Gieſſæ A. 1702., *in 12.* excuſa. Qvid Val. Ern. Löſcherus (multa tamen in illa faſſus occurrere utilia) in nonnullis ejus dogmatis phraſibusqve deſideraverit, docebunt die Unſchuldige Theologiſche Nachrichten, *Sect. X. A. 1703., p. 597.*

Pſeaumes Evangeliqves, ou Cantiqves Chrétiens, ſur les principaux points & myſteres de la Religion Chrétienne. in 12. Commendantur ab ipſo Autore *in Proteſtatione p. 10.*, & A. M. Schurmannia (Labadium, ob iſtos, *inſignem Davidis* appellante *imitatorem*) *P. I.* Ἐυκληρίας, *c. 9., p. 200.*

Le Chant royal du Grand Roy Jeſus, contenant une brieve explication de l' Apocalypſe, in 12. V. *Catalogum ſcriptorum cœtus Labadiani p. 2.*, & Schurmanniam *l. c. p. 200.*

Cantiqves ſacrez & ſpirituels, en ſix Livres. Le premier eſt ſur diverſes vües de l' Eſtre de Dieu; Le ſecond ſur la perſonne & les myſteres de JEſus Chriſt, nôtre Seigneur; Le troiſieme ſur la perſonne & les myſteres du Saint Eſprit;

Le quatrieme ſur l' Amour divin; Le cinqvieme ſur la conduite de l' Ame dans les voyes de Dieu, & de ſon pur Eſprit; & le ſixieme ſur divers ſujets particuliers. Deuxieme edition, revüe & augmentée, in 8. Belgice qvoqve prodierunt, ſub titulo der Heyligen en geeſtelijken Geſangen, Amſtelodami A. 1682. in 8. V. *eundem Catalogum p. 5. 8.*

Tractatus de Cenſuris Eccleſiaſticis, in qvo, teſte ipſius *Proteſtatione p. 58.*, hunc allegante, *oſtendit, eas in Pſeudo-prophetas Luposqve rapaces, non veras Chriſti oviculas, fideleſqve Paſtores, ut fieri proh dolor! aſſolet, exercendas eſſe.*

Le Jeune religieux, cujus itidem *in Proteſtatione p. 62.* occurrit mentio.

Traitté de la Saiſon Eccleſiaſtiqve & Theologiqve. Amſtelodami in 8. V. *Indicem Bibliothecæ Pet. Serarii p. 9.*

Dubia ſunt, nec ſatis certum, utrum Labadium, an vero alium ex ejus Collegis aſſeclisqve, agnoſcant Autorem:

Den Tabernakel Gods ontdeckt, of de ware en rechte Leere van de Kercke, tonende dat ſy een geheel ander Lichaam iß als de Wereld, en ganſchelik van haar iß afgeſcheiden; dienende tot Beveſtinge der Verklaringe des Geloofs, en geſtellet door Jean de Labadie, Pierre Yvon en Pierre du Lignon. Hervordiæ 1672. in 8. Commendatur ab Anna Maria Schurmannia *P. I.* Ἐυκληρίας, *c. 5. p. 98., & c. 8., p. 181.*, ac Pet. Yvonio, ſcriptum hoc *Declarationis fidei ſolennis* Labadianorum vocante *Confirmationem*, ac velut ſuum allegante, *in Eſſentia Religionis Chriſtianæ patefacta p. 245. 269. 295. 317.* Conſ. *Catalogum ſcriptorum cœtus Labadiani p. 3.*, ubi Autor ejus eſſe Yvonius itidem traditur.

Het Chriſtelijke Geruich end Opſpringen. Scriptum ἀνωνύμως editum, in qvo Labadianorum conſvetudo poſt epulum ſacrum Evcharisticum exultandi, ſaltandi, ſeqve invicem amplexandi & oſculandi, defenditur. V. Schurmanniam *l. c., c. 8., p. 177.*, & Joh. Berkendalii Bericht von den Labadiſten *p. 30. ac ſeqq.*

La Doctrine du ſalut, ou les Paroles ſacrées de JEſus Chriſt, nôtre Seigneur, tirées de tout le Nouveau Teſtament, avec de brieves reflexions, propres à en donner l' amour & la vraye intelligence. Amſtelodami 1677. in 12. Libellus ἀδέσποτος, in *Catalogo ſcriptorum cœtus Labadiani p. 5.* memoratus.

INEDITA, AFFECTA ET PROMISSA LABADII.

Tractatus juvenilis de Gratia & Vocatione efficaci, e S. Scriptura & experientia derivatus propria, Jeſuiticisqve hypotheſibus e diametro contrarius.

Tractatus de Solitudine Chriſtiana Gallicus, Pariſiis A. 1645. ab illo, adhuc Pontificio, ſcriptus.

Acta Colloqvii de Prædeſtinatione & Gratia, cum Monacho qvodam, anno circiter 1646., in villa Epiſcopi Vaſatenſis, habiti.

Reſponſio ad Franc. Mauduitii, Miſſionarii Pontificii, Librum contra ſe maledicum, Montalbani jam cœpta imprimi, ſed ſuppreſſa.

L' Egliſe à part, ſive Conſilium de Eccleſia ſolorum piorum colligenda, & ab impiorum cœtu ſegreganda, Genevæ conſcriptum. V. qvæ de qvinqve ſcriptis præcedentibus ſupra, in Vitæ noſtri hiſtoria, e Biographo Gallico, per Gothofr. Arnoldum edito, fuſius ſuis locis jam ſunt narrata.

Puncta Religionis Chriſtianæ fundamentalia, qvæ brevi, auctius fuſiusqve explicata, diviniſqve teſtimoniis firmiſſime comprobata, in lucem eſſe proditura, A. jam 1659., *in Proteſtat. p. 59.*, eſt pollicitus. Elogia illorum, Middelburgi, Amſtelodami & Hervordiæ, auditorum cœtui propoſitorum, invenies in A. M. Schurmanniæ Ἐυκληρίας *Parte I., c. 6., p. 142., c. 7., p. 152., & c. 8., p. 176.* De Punctis fundamentalibus Vitæ vere Chriſtianæ (parte hujus Operis), Gallice A. jam 1670. editis, ſuo ſupra loco eſt dictum.

Tractatus tres: I. de Eccleſia; II. de Fœderibus Dei, ac potiſſimum de Novi Fœderis natura; III. de Regno Chriſti glorioſo; qvos Labadius, & Collegæ, *in Declarationis fidei ſolennis Epilogo p. 261. edit. Lat.*, a ſe juſſerunt expectari, & in altera *Declarationis* editione exhibitum iri ſunt polliciti. Cui promiſſo, ex parte, deinceps a Pet. Yvonio, *Tabernaculo Dei*, ſive *Doctrina vera de Eccleſia*, Belgice A. 1672., ac *Eſſentia Chriſtianæ Religionis patefacta, ſeu Doctrina omnium Dei Fœderum*, Latine A. 1673., editis, eſt ſatisfactum.

Tractatus de Vita Chriſti, tum occulta, tum revelata, e concionibus hujus argumenti Hervordianis & Altonavienſibus, paulo ante obitum coeptus concinnari, & in qvatuor diſtinctus Volumina, teſte A. M. Schurmannia (eximiis eum ornante laudibus) *P. I.* Ἐυκληρίας, *c. 8., p. 178. 179., & c. 9., p. 186.*

Reſponſio ad omnes Pontificiorum, cæterorumqve Adverſariorum, Calumnias, libelloſqve famoſos, contra ſe editos, A. 1669., ſub finem *Proteſtationis ſinceræ p. 64.*, promiſſa.

OLAUS BORRICHIUS,

in Parochia Diœceſeos Ripenſis Cimbricæ Borchenſi, oppido Ripenſi vicina, A. C. 1626., ipſo Soteriorum ſive crucifixionis Chriſti die (1.), vel ſeptimo Aprilis (2.), in lucem editus, Patrem habuit Olaum Claudii, iſtius Sacerdotem, Matrem vero Margaretam Laurentiam, Borrichiiqve cognomen a pago natali Borchenſi, una cum fratre Claudio, Parocho rurali, ac Poeta non infelici (3.), more apud Danos ſuos recepto, adſcivit. Ripenſem etiam, qvod in Diœceſi ac vicinia civitatis iſtius eſſet natus, ſe nonnunqvam vocavit, ſeqve, e civibus hujus ac alumnis qvampluribus, ob doctrinam illuſtribus, Petrum præcipue Severinum, Archiatrum Danicum, & Chymicum incomparabilem, eſſe æmulatum, in Epiſtola, qva *Diſſ. de Ortu & Progreſſu Chymiæ* Friderico III., Regi, A. 1668. inſcripſit, hac Vitæ illius atqve ſuæ collatione, ei inſerta, eſt profeſſus: *Ego laudes Pet. Severini, popularis mei, Archiatri qvondam Friderici II., Daniæ Regis glorioſiſſimi, in Chemia partas, mihi propono, cujus cum Vita, admirabili, neſcio an aſtrorum, an fati, temperamento, meæ conſentiat, enitendum mihi, ut ſi non profundius intrem arcana naturæ, ſaltem captui hominum accommodatius, enitendum, ut, qvam ille tota Europa lauream collegit, culpa mea non deteram, ſi præ hebetatione ingenii non aſſeqvar. Illum literaria Ripenſium palæſtra ad Academiam Hafnienſem miſit, me eadem. Illum Philologiæ Profeſſioni publicæ, antequam exterum calcaſſet ſolum, admovit indulgentia magni Regis, Friderici II., me indulgentia magni Regis, Friderici III. Illum poſtea ardor penetrandi altius naturam rerum in peregrinas Academias, & amœniora Europæ, evocavit, iisdem ſuperioris ſeculi annis, qvibus me hoc ſeculo rapuit impetus idem. Illum, poſt contractas cum Viris ſapientibus familiaritates, poſt inſpecta penitius naturæ penetralia, reverſum in patriam fovit Frid. II., Auguſtus, inter Medicos ſuos cooptavit, & gratia favoreqve regio ad extremum vitæ proſecutus eſt; me Frid. III. Auguſtus ſimillima clementiſſime honoravit gratia* (4.). Adeo autem felicem æmulatio hæc honeſtiſſima habuit eventum, ut Severini laudes Noſter non ſolum exæqvaverit, ſed & ſuperarit, prout ex hac Vitæ ejus patebit Hiſtoria. Qvamprimum per ætatem licuit, Muſis initiatus, cura, partim parentis domeſtica, partim Magiſtrorum, qvi

Juventuti

(1.) juxta ipſius *Hiſtoriam Vitæ propriæ.* (2.) juxta Pauli Vindingii Inſcript. Epitaphii, infra recitandam. In *Hypomnemata* mea *ad Alb. Bartbol. Lib. de Scr. Dan., p. 353.*, dies 26. Apr., per errorem, hujus loco, irrepſit. (3.) V. de Fratre Noſtri Epithalamion, ei ſcriptum, *in Poematis (T. II. Delic. Poet. Dan. Frid. Roſtgardi, p. 414-417.)*, & *Diſſ. V. de Poetis Latinis p. m. 106.* (4.) Conf. ipſam *Diſſ. de Ortu & Progr. Chemiæ p. 145.*, ubi Severinum *Civem ſuum* ſalutat.

juventuti ſcholarum Coldingenſis ac Ripenſis ſtudioſæ præerant, ac Johannis præſertim Meieri, Rectoris Ripenſis, grata poſtea mente a Diſcipulo hoc celebrati (5.), publica, ita profecit, ut A. 1644., Academiæ jam maturus, Ripis relictis, in Hafnienſem diſcederet, civibusqve illius a Rectore, D. Nicolao Pauli Scandorphio, Theologo, & M. Johanne Chriſtophori, Ord. Philoſophici Decano, adſcriberetur. Studium in hac Medicum amplexus, præter cæteros Philoſophiæ & literaturæ elegantioris Profeſſores, hujus præcipue Doctores publicos, nulli exterorum ſecundos, Olaum Wormium, Thomam Bartholinum & Simonem Pauli, per luſtra aliqvot, indefeſſa, donec absqve cortice natare poſſet, audivit diligentia, ſimulqve, ab A. 1650., juventutem claſſis ſextæ ludi Hafnienſis literarii, a Georg. Hilario, hujus Rectore, illi præfectus, tanta fide, induſtria & dexteritate, erudivit, ut & cæteris ſtudiorum juvenilium Cenſoribus, & Caſparo Eraſmio Brochmanno, Seelandiæ Epiſcopo, Theologo conſummatiſſimo, acerrimo eorundem exactori, abunde ſatisfaceret. A qvo cum Chriſtiano Thomæ Sceſtādio, Cancellario Regio, de nota commendatus eſſet meliori, a Friderico III., Rege, in uberiora ſtudiorum incrementa, Lundenſi, præter omnem expectationem, donatus eſt Canonicatu. In hoc docendi ſtadio cum qvadriennium exegiſſet, a Georg. Roſekrantzio, ad capeſſendum Scholæ Illuſtris Herlovianæ Rectoratum, A. 1654. eſt invitatus, ſed modeſta eum excuſatione, qvod Studium, cui ſe devoverat, Medicum, & peregrinandi deſideria, hac via interpellari videret, declinavit. Spartam ergo, qvam nactus erat, ſcholaſticam Hafnienſem per annum adhuc ornavit integrum, ob peſtem licet, qva, intra paucos menſes, novem millia hominum, & qvod excedit, occubuere, Civitati Regiæ perqvam funeſtum, &, lue hac ſæviente, prima ſimul Praxeos Medicæ tentamenta feliciter eſt auſpicatus. Qvieſcente tandem illa, itineri ad Exteros ſe A. 1656. qvidem accinxit, ſed, cum ex improviſo in aulam ſuam a Joach. Gerſtorfio, Miniſtro Regis Primario, Heroe eruditiſſimo ac humaniſſimo, ad ſtudia Filiorum gubernanda, evocaretur, huic, iſto dilato, obtemperare maluit, & Ephoria, ſibi commiſſa, ita eſt functus, ut nec Gerſtorfium electionis ſuæ, nec ſe obſeqvii præſtiti, poeniteret. Præfuit autem ſimul qvinqvennio iſto, qvo ſobolis Gerſtorfianæ mores ac ſtudia eſt moderatus, Laboratorio Patroni Chymico, & rariſſimis jam tunc experimentis, curioſisqve naturæ & artis operibus, qvorum indicem, *Ciſtæ Medicæ Hafnienſi* inſerendum, Thomas Bartholinus A. 1661. ab ipſo deſideravit, ſed a modeſtia ejus impetrare non potuit (6.), famæ in ſecretiori hac Philoſophia futuræ auſpicato prælufit. Interea temporis, cum, in bello ferali Arctoo, Hafnia a Svecis arctiſſima A. 1658. & 1659. premeretur obſidione, armatus, cum reliqvis Civibus Academicis, hanc regni patrii Metropolin, adverſus hoſtes, intrepide defendit, bellicaqve etiam fortitudine inclaruit, ac vere proinde Herm. Conringio (7.), *Hominem* ſe *umbraticum, qvi bellis raro interfuerit,* vocare auſo, ſeqventia regerere potuit (8.): *Fortaſſe juſtius umbraticus ille, qvi extra inferiorem Germaniam proſpexit nunqvam, qvam Borrichius, qvi & lucem vidit melioris Europæ, & hoſti, moenia Hafnienſia, gentisqve libertatem, oppugnanti, ferro accinctus ſe tum oppoſuit, cum impuriſſimi qvidam ſpiritus tenebrio* Tumulum Daniæ *Inſcriptione mordaci evulgaret, ipſe, ſalva adhuc & florente Dania, tumulandus.* Soluta obſidione Hafnienſi, literis Friderici III., Monarchæ Danici, Senatui Academico d. 12. Jul. A. 1660. exhibitis, Ordinarius Philologiæ & Poeſeos, Extraordinarius autem Botanices & Chymiæ Profeſſor, deſignatus, pro Cathedra utraqve obtinenda, eruditam *de Lexicorum Latinorum jejunitate* Diatriben, cum Auctariis ſuis, Poeticis, Botanicis & Chymicis, d. 27. Oct., in conflictu Literario tuitus eſt publico, juramentumqve ſolenne d. 3. Nov. præſtitit (9.). Munus tamen docendi non ſtatim eſt aggreſſus, ſed, impetrata ab Auguſto per annos aliqvot peregrinandi poteſtate, Iter Literarium Martinalibus Anni 1660. auſpicatus, & ab ipſo Rege clementiſſimo, inter Vota alia, verbis hiſce dimiſſus: *Cœpiſti apud me, Borrichi, virtutibus tuis excitare fortunam, qvam ego redeunti fabricabor.* Hamburgo (ubi amicitia, cum Joh. Balth. Schuppio, Theologo, Medicisqve duobus eximiis, Andr. Caſſio & Mich. Kirſtenio, contracta, aliqvantiſper in Bataviam feſtinantem detinuit) Lugdunum Batavorum profectus, integro in Academia civitatis hujus ſubſtitit biennio, ob doctrinam & Virtutes, non Medicis ſolum, Adolpho Vorſtio, Franciſco le Boe Sylvio, Joh. Antonidæ Lindano, Johanni ab Horne, Rumphio, Origano, Kekelio, Marggravio, & Nicol. Stenonio, populari inclyto, ſed Profeſſoribus etiam reliqvis ἐξοχωτέροις, Johanniqve præſertim Coccejo, Joh. Frid. Gronovio & Georg. Hornio, qvorum familiari ſæpius utebatur conſvetudine, longe gratiſſimus. Lugduno, viſis etiam aliis Urbibus florentiſſimis, Amſtelodamum tranſiit, & iſtic Iſ. Voſſio, Franc. Joſ. Burrho, Gerh. Blaſio, Paulo Barbettio, aliisqve Viris eruditis, familiariter itidem innotuit. Interea, funeſto e Dania de obitu Gerſtorfii, Patroni ſui, nuncio haud leviter perculſus, Filios hujus, utroqve jam Parente orbos, in Hollandiam a Conſangvineis ablegatos, ſuæqve denuo fidei concreditos, in contubernium recepit, viamqve, qva ad virtutem, honeſtatem & eruditionem, eundum, fideli illis admonitione commonſtravit. Anno in Batavia, inter ſtudia cum his familiaria exacto, A. 1663., per Flandriam eosdem & Brabantiam, in Angliam deduxit, &, M. Junio Londinum delatus, aditu illis in Regiam per Illuſtrem Svanium patefacto, & ſolenni, in qvo Carolus II., Britanniæ Monarcha, 230. hominum ſtrumas tangebat, actu ſpectato, ipſemet Societatis Regiæ Philoſophicæ congreſſibus aliqvoties interfuit, freqventibusqve alloqviis privatis Kenelmum Digbæum, Reginæ Matris Cancellarium, Rob. Boyleum, Chriſtoph. Merrettum, Collegii Medici Præſidem, Gvalth. Charletonum, Wilkinſium (Characteris Philoſophici Inventorem), Joh. Pellium, Mathematicum, Feburium (Laboratorii, qvod, ejus beneficio, ipſi patuit, Regii Præfectum), Henr. Oldenburgium, Joh. Chriſtoph. Möſelerum (Medicum LL. Or. peritiſſimum), & Polemannum, Amicos ſibi conciliavit. Londino Oxonium tranſiit, &, Bibliotheca Illuſtri Academica, Theatroqve Anatomico, diligenter perluſtratis, qvicqvid reſtabat temporis crebræ cum Thoma Williſio, Joh. Walliſio, Edm. Dickinſono, Rob. Scharrockio, Stahlio, Profeſſore Chymiæ Germano, aliisqve Academiæ luminibus, impendit converſationi. Hinc digreſſus per amœniora provinciæ, Gloceſtriam, Briſtolium, Wellifium, Salisburiam, Cantuariam, qvicqvid, in itinere illo, vel ars, vel genius arcanior naturæ, vel antiqvitatis veneratio, commendabat, attente inſpexit, præ cæteris tamen, in planitie Salisburienſi, ingens Danorum ſuorum monumentum, e ſaxis vaſtiſſimis, 28. pedes altis, craſſiſſimis præterea, & ex artis lege ſectis, templi rotundi more, labore ſtupendo erectum, eſt admiratus. Qvod cum antehac Romanis eſſet tributum, Gvalth. Charletonus, Medicus Regius, una cum altero, ſaxis, ad 36. & 40. pedes in altitudinem porrectis, majorem adhuc merito admirationem, & a Comitatus, in qvo ſupereſt, Wiltonienſis Incolis nomine *Kongſtool* donato, Noſtri Popularibus, in *Chorea Gigantum*, Scripto hujus argumenti Anglico, vindicaverat. Reliqvæ itineris ejus Brabantico-Anglici Obſervationes, Anatomicæ, Botanicæ, Chymicæ, Medicæ, Antiqvariæ & Literariæ, qvas, mentione licet digniſſimas, brevitatis ſtudio commemorare prohibemur, in Epiſtola ad Thomam Bartholinum, Londini d. 10. Aug. A. 1663. exarata (10.), ad qvam Lectores ablegamus, ab ipſo fuſe ſatis & accurate ſunt expoſitæ. Ex Anglia,

(5.) *Diſſ. V. de Poet. Lat.*, §. 223., *p. 170.* (6.) V. de illis Epiſtolas Bartholini & ipſius mutuas, *Cent. III. Epp. Med.* Bartholini, *num. 96. & 97., p. 415. 424. 425.* (7.) *in Apologetico, Libris de Medicina Hermetica annexo, p. 442.* (8.) *in Hermetis, Ægyptiorum & Chemicorum Sapientia vindicata, Lib. 2., c. 8., p. 447.* (9.) V. Er. Vindingii *Hiſtoriam Acad. Hafn. p. 431.* (10.) V. illam *Centuria IV. Epp. Med. Bartholini, num. 92., p. 516-540.*

Anglia, adulto jam Menſe Auguſto Anni 1663., in Galliam, cum tribus Gerſtorfiis, trajecit, &, Pariſiis biennio commoratus integro, converſatione cum Viris Illuſtribus atqve Eruditis ferme innumeris, qvos inter Dn. Habertus Mommord, libellorum ſupplicum in Regia Magiſter, Gobelinius, ſupremæ curiæ Pariſienſis Præſes, Gvido Patinus, Hadr. Auzotius, Henr. Juſtellus, Bourdelotius, Thevenotius, Boucaudius, Martellus, Oberius, Borellus, Tamponettius, eminuerunt, aſſidua, haud exiguas, & doctrinæ, & prudentiæ ſuæ, adjecit acceſſiones. Gerſtorfiis, e Metropoli hac Gallica, in Daniam, per Curatores ſuos, ob rei familiaris rationes, revocatis, curis alienis jam ſolutior, Urbes reliqvas Galliæ ad Ligerim celebriores peragravit, & Andegavi ſupremis Artis Medicæ honoribus, Brabevta Tourneſio, eſt ornatus. Inde Lutetiam reverſus, poſt moram perbrevem, Italico ſe accinxit itineri, &, cum iſtud aggrederetur, Lugduni Joh. Monerio, Bertetto, Buſinaſio, Schalæo & Vilettio, Gratianopoli Bœſſio Salvagnio & Viſancurtio, Avenione Baroni Villanovano, rerum Chemicarum non imperito, & ex antiqvi illius Arnoldi Villanovani familia ſuperſtiti, Nemauſi Gvirano, Conſiliario Regio, Antiqvitatum Romanarum ſcientiſſimo, & Monſpelii Beauxhoſtio, Chymiæ ſecretioris cultori eximio, familiariter, non ſine ſtudiorum ſuorum incremento, innotuit. Italiam ipſam ingreſſus, Auguſtæ Taurinorum a Marchione de Pianezza, Miniſtro Ducis Sabaudici Primario, ſplendide eſt exceptus, &, poſt amicam cum Archiatro Torrino, de vera Cordis fabrica, inventisqve recens Vaſis Salivaribus, diſceptationem, toti mox Aulæ innotuit, viſisqve, tum aliis Urbis illius rarioribus, tum Pyrrhi Ligorii vaſto Antiqvitatum Opere, & Tabula Iſiaca, Laur. Pignorio tantopere æſtimata, poſt familiaria cum Marchionibus de Caraglie & S. Amian, aliisqve Magnatibus Aulicis, Colloqvia, Mediolanum perrexit. Iſtic, poſt Bibliothecæ Ambroſianæ delicias haud obiter delibatas, Lernæi, Militiæ Hiſpanicæ Præfecti, Terzagi, Manfrediqve Septalii, Muſæi egregii Poſſeſſoris, Artiumqve reconditarum ſcientiſſimi, ſummam expertus humanitatem, Ticini autem, Regum Longobardorum ſede antiqva, fabricam Urbis, & turrium ejus plurimarum, Architecturæ Septentrionali ſimillimam, miratus, Bononiæqve cum Joh. Bapt. Ricciolo, aliisqve amice converſatus Profeſſoribus, Florentiæ paulo diutius ſubſtitit. Qva in Urbe Italiæ florentiſſima ipſius Principis, Ferdinandi II., fratrisqve ipſius Leopoldi, in Cardinalium poſtea Collegium cooptati, gratia floruit, eoqve faciliorem, cum ad uſum Bibliothecæ Mediceæ, & Codicum ejus MSStorum, tum ad Laur. Magalotti, Franc. Rhedi, Car. Dati, aliorumqve Hominum Eruditorum, amicitiam, aditum habuit. Romam A. 1665., M. Octobri, delatus, hyemem illic, & ſemeſtre ferme integrum (unica tantum excurſione Neapolim, ut flammas Veſuvii, aliaqve naturæ miracula, oculis uſurparet, ac Thomam Cornelium, Conſentinum, Medicum percelebrem, ſibi conciliaret, facta), partim Bibliothecæ Vaticanæ, cæterisqve Magnatum Urbanorum, curioſa ſedulitate excutiendis, partim vero colloqviis literariis cum Sfortia Pallavicino, Cardinali, Leone Allatio, Steph. Gradio, Octav. Falconerio, Mich. Ang. Riccio, Car. Puteano, Franc. Corvino, Athan. Kirchero, Laur. Schythio, ipſaqve Chriſtina, Regina Svecorum, a qva ſæpe ad collationes de arcanioris Chemiæ ſtudio & Experimentis, qvibus illa tunc ſe devoverat, acceſſebatur, impendit. Anno ſeqventi 1666., ſub exitum Martii, ex Urbe, ſed pene invitus, nec niſi vacantis in Acad. patria officii ſtimulatus admonitu, diſceſſit, & reditum in hanc, per Venetorum ditionem, Bavariam, Tractum Germaniæ Rhenanum, Belgium Fœderatum ac Holſatiam, Cimbriamqve reliqvam, adornans, Patavii Oct. Ferrarium, Pet. de Marchettis, Car. Offredum, Petruccium & Comitem Zabarellam, Venetiis Ludov. de Comitibus, Ott. Tachenium & Buſtronum, Argentinæ Melch. Sebizium, utrumqve Bezam & Joh. Henr. Boeclerum, alibi alios, novos ſibi conciliavit Amicos, cum Belgicis autem priſtinam redintegravit familiaritatem, & ſoſpes tandem, poſt ſexennii abſentiam, in Civitatem Hafnienſem, M. Novembri, eſt reverſus. A reditu, ſtatim Profeſſioni qvadruplici (cui & Medica Ordinaria poſtea acceſſit) adminiſtrandæ ſe accinxit, &, licet hinc Praxeos in Urbe Hafnienſi Clinicæ, diffuſæ pariter atqve feliciſſimæ, curis diſtrictus, illinc, ex qvo inter Medicos numeratus eſt Regios, in Aula ſæpe apparere juſſus, partibus tamen officii in Academia adeo non defuit, ut docendo, diſputando ſcribendoqve, non intermiſſa viginti annorum diligentia, publico ſe abunde probaverit, nec, vel conſcientiæ teſtimonium, vel Magiſtratus, Collegarum, Civiumqve Academicorum, judicia, formidare unqvam neceſſe habuerit. Scriptorum Index, qvem Vitæ ſuæ ipſemet intexuit, longe plenior ſuo paulo poſt loco exhibebitur. Prælectiones vero qvod attinet Academicas, potiores ſaltem, & nondum editas, brevitatis ſtudio, enumerabimus. In Philologicis prolixe de Scriptoribus antiqvis Latinis omnibus eſt commentatus. In Botanicis id potiſſimum egit, ut tyronibus plantæ domeſticæ, Praxi neceſſariæ, Africanis, Indicis, aliisqve Exoticis, maximam partem ſuperfluis, notiores evaderent. Vernaculas iſtas, in vernis æſtivisqve in ſuburbana excurſionibus, juventuti monſtravit, uſumqve ſingularum, fuſius deinde in Lyceo, Methodo ſimul utendi addita, explicatum, e qvotidianis in Praxi Medica experimentis, ſecure tradidit, imo germina inempta, & ubivis obvia, vel ſola, nullis peregrinis adjectis, veræ & convenienti medendi morbis ſingulis rationi, in Dania, ſufficere, artis ſalutiferæ Candidatos, boni publici promovendi ſtudio, fideliter edocuit. Cujus etiam argumenti Libellus, poſt Thomam Bartholinum, *Scriptorem Medicinæ Danorum Domeſticæ* inclytum, juris ab ipſo factus eſt publici. In Chymicis, *σύνεργον* nactus Myſtam, uti credebatur, Philoſophiæ hujus ſecretioris principem, Franc. Joſephum Burrhum, a Friderico III., Rege Danico, ſuo præfectum Laboratorio, ſedulo inprimis ſe exercuit, aſſiduisqve Laboribus & Experimentis cum Italo hoc, ſibi in Belgio jam familiari, feliciter certavit. Publice Elementa Chemiæ Univerſæ bis, a capite ad calcem, percenſuit, novisqve Obſervationibus locupletavit, privatis autem Collegiis Docimaſticen Metallicam, cum celebrioribus operationibus Chemicis, non voce tantum, ſed & ipſo opere, Auditoribus demonſtravit. In re Medica, iterum iterumqve non Inſtitutiones duntaxat Artis ſaluberrimæ Auditoribus interpretatus eſt, ſed & univerſam Praxin, ab exordio ad finem, bis ita docendo proſecutus, ut placitis, cautionibus atqve Obſervationibus Scriptorum ejus ἐξοχωτέρων plurimas, Experientiæ ope propriæ, novas adjecerit acceſſiones. Sæpe etiam fabricam oſſium in corpore humano oculis Diſcipulorum ſubjecit, uſum deſignavit, & varia Chirurgorum Filiis ſalutaria adſperſit. In Decanatu Philoſophico, qvem impigre, Annis XII. continuis, Collegis ita volentibus, adminiſtravit, poſt Examinum ſolennia, 1726. creavit Cives Academicos, 542. Baccalaureos, & 162. Magiſtros. Qvibus XIII. Medicinæ Doctores, ſummis Artis ſuæ ab eo inſigniti honoribus, ſunt adjiciendi. Bibliothecæ Acad. Hafnienſis Præfectus, ab A. 1681. ad 1690., fuit ſuperior. Rectoratum Academiæ binis vicibus. Annis ſcil. 1675. & 1681., geſſit, & primum qvidem eo inter purpuratos Regios ordine, qvem primæ Sanctiones Academicæ huic officio attribuunt. Dignitatibus his Academicis paulatim Aulicæ etiam & Politicæ, Regum Auguſtiſſimorum, acceſſerunt, beneficio. A Friderico III. enim, cum ab Exteris rediiſſet, in Medicorum Aulæ ſuæ evocatus eſt contubernium, a Chriſtiano V. autem non A. 1670. ſolum iſti porro intereſſe, & A. 1686. ex inopinato inter Supremi Tribunalis Aſſeſſores conſidere, juſſus, ſed & A. 1689. Conſiliarii Regiæ Cancellariæ ornatus Titulo. Par certe erat plurimis etiam atqve diverſi generis muneribus dextre adminiſtrandis Vir, non in omnibus ſolum Artis Medicæ partibus verſatiſſimus, & Chymiæ præcipue Interioris atqve Arcanioris (cujus Hiſtoria, & adverſus Conringium Apologia, Scriptis longe eruditiſſimis, immortalem ſibi paravit gloriam) peritia, Plantarum e cineribus reſuſcitatione (11.),

plurimis-

(11.) V. de illa Thom. Bartholini *Vol. I. Act. Med. Hafn.*, *Obſ. 42.*, *p. 78. 79.*, &, ex iſto, Joh. Lud. Hannemanni *Phœnicem Botanicum*, *§. 18.*

plurimiſqve aliis hujus generis Inventis & Experimentis longe curioſioribus (partim ab ipſo, partim vero a Bartholino Collega, cum haud pauciora adhuc lateant, evulgatis), imo Lapidis quoqve Philoſophici poſſeſſione & Chryſopœia, ſi vanam Joh. Lud. Hannemanni (12.) & aliorum (13.) (hujus ope tantas eum conſecutum eſſe divitias perſvaſorum), ſeqvaris opinionem, abunde demonſtrata, coævis omnibus ſuperior, Praxeoſqve præterea Clinicæ (veræ opum iſtarum ſcaturiginis) felicitate Popularium nemini ſecundus, ſed ſcrutator etiam Naturæ, aſſiduis tentatæ Experimentis, lynceus, veruſqve in Philologicis, & omni Literatura Elegantiori, Polyhiſtor. Noſtra certe ætate non eſt inventus, qvi ſtyli latini puritate ac elegantia, laborioſa in vindicandis vocibus immerito hactenus ſuſpectis induſtria, acumine critico, accurata Antiqvitatum Romanarum & Hiſtoriæ Literariæ cognitione, venæqve in Verſibus Latinis fundendis poeticæ facilitate ac felicitate, ipſum ſuperaverit. Dotes iſtas Ingenii præclaras mirifice commendabant infucata ac religioſa (14.) in Deum pietas, vitæ atqve morum ſingularis integritas, candor animi, ab omni fraude, cæteriſqve Seculi vitiis, alieniſſimi, niveus, humanitas atqve affabilitas erga qvosvis, etiam infimæ ſortis homines, eximia, & effuſa tandem in Literarum Studioſos, alioſqve egenos, benignitas, ſub finem inprimis vitæ documento demonſtrata luculentiſſimo. Cum enim in Cœlibatu, ut eo philoſopharetur expeditius, vixiſſet perpetuo, nulliſqve, qvibus Opes ingentes, divina benedictione, & laborioſa Praxeos Medicæ felicitate, collectas, relinqveret, gauderet liberis, has, in honorem Numinis, tabulis ultimæ voluntatis, d. 29. Jul. A. 1689., conditis, & Senatus Academici cuſtodiæ concreditis, inter Cognatos ſuos, & Literarum Cultores, Pauperesqve, inſigni & æternum memoranda partitus eſt beneficentia. Illis, juſtis qvippe hæredibus, relicta ab eo eſſe feruntur qvinqvaginta Imperialium millia (15.). Reliqvam facultatum partem, qvæ ſummam 26300. Joachimicorum explevit, partim egeſtate, ærumnis & imbecilli valetudine, oppreſſis, partim Scholæ Ripenſis Alumnis, partim vero XVI. Studioſis, Dano-Norvegis, ſubſidio alieno ad ſtudia ſerio proſeqvenda indigentibus, ſolidioriſqve doctrinæ amore incenſis, & Hafniæ in Collegio Mediceo, a ſe condito, iſtiſqve ſeorſim attributo, huic conſeqvendæ vacaturis, legavit. Studioſis ſcilicet XVI., modo memoratis, domum, in qva hoſpitium ipſis & alimenta gratis per qvinqvennium præberentur, reliqvit lateritiam, ſtructuræ magnificentiſſimæ, & ſplendide apparatam, in qva, præter cubicula octo, cum ſuis conclavibus, habitationi Alumnorum deſtinata, Auditorium amplum, varie exornatum, Bibliotheca exqviſitæ elegantiæ, Libris pluribus qvam 3000. diverſo ſtudiorum inſervientibus generi, abundans, & MSStis etiam 150. rarioribus ſuperbiens, Pinacotheca, Laborarorium Chymicum, & Hortus amœniſſimus, floribus arboribuſqve conſitus, partim ſtudiis, partim delectationi eorundem, inſerviunt. Qvod tam ſumptuoſæ ſtructuræ ædificium d. 29. Maji A. 1691. inauguratum, COLLEGIUM MEDICEUM vocari, qvam a ſuo nomine appellationem trahere, qva erat modeſtia, nihil arrogantiæ, nihil faſtuoſi, in toto vitæ curſu oſtentante, maluit (16.). Inter Codices Bibliothecæ Collegii hujus, de qvibus addere nonnulla lubet, MSStos, ſeqventes eminent, ab ipſo ſuperſtite Medico cuidam erudito, mihiqve amico, indicati:

- Ariſtotelis Secreta Naturæ, ad Alexandrum M., *in 4.*
- Catulli Tibulli & Propertii Poemata.
- Ciceronis Epiſtolæ ad Familiares, & Libri de Officiis.
- Livii Hiſtoria, Tomis II. *in fol.*
- Seneca, A. C. 539. ſcriptus.
- Codex Operum Senecæ alius, *in fol.*, Tomis II.
- Auſonii Poemata.
- Galeni Opera, Tomis IV. *in fol.*
- Avicennæ Opera omnia.
- Algaredus de motu cordis.
- Cypriani Epiſtolæ.
- Euſebius Pamphili.
- Hieronymi Comm. in Pſalmos.
- Ejusd. Liber de Viris Illuſtribus.
- Carmen antiqvum in laudem Hieronymi.
- Leonis Magni, Papæ, Sermones.
- Johannis Papæ Theſaurus Pauperum.
- Hiſtoria Eccleſiaſtica Moſcovitarum.

De qvibus, aliiſqve Collegii Medicei ἀξιομνημονεύτοις, plura haud dubie, ubi prodierit, nos docebit M. Petri Brinchii, Inſpectoris ejusdem, *Hiſtoria* illius, Acta primi exhibitura Decennii, qvam A. 1703. publice eſt pollicitus (17.). Hortum Collegii hujus celebrat M. Gudmanni Poſcholani Flora Medicea Hafnienſis, ſeu Schediaſma Botanico-Medicum de viribus Plantarum, in Horto Collegii Medicei A. 1691. inventarum, in eodem M. Nov. A. 1691. propoſitum, ac Hafniæ editum in 4. Nos ad Borrichium, ejus Fundatorem, revertimur. Biennio, is ante obitum valetudinem, virili ætate, niſi qvod cum angina ſubinde colluctaretur, ſatis firmam, a calculo veſicæ nonnihil ſenſit labefactari. Cui licet ſelectiſſimis occurreret Pharmacis, illo tamen indies creſcente, cum, nec curru vehi, nec expedite obambulare, poſſet, a negotiis ſe publicis retrahere fuit coactus. Tandem incaſſum omnia tentari dolores indicabant atrociores, ſex ante mortem ſeptimanis invaleſcentes, qvi cum corpus ſenſim enervarent, vires frangerent, ſomnum interpellarent, nec ullas concederent inducias, adhibitis in concilium Amicis, ultimum ſectionis remedium experiri decrevit, Epulo tamen ante Euchariſtico, ob eventum illius dubium & ancipitem, a M. Joh. Adolpho Bornemanno, Antiſtite Mariano, refocillatus. Die ergo 13. Septembris A. 1690. peritiſſimi Artificis, D. Joh. Buchwaldii, dexteritati imperterrito ſe commiſit animo, D. Henrico a Moinichen, Archiatro Regio, D. Marco Herfort, Medico Aulico, & Chirurgis qvibusdam exercitatiſſimis, præſentibus. Sed optatum ſectionis ſucceſſum eluſit calculi magnitudo & durities, qvi, neqve per inciſuram commode extrahi, neqve inſtrumentis diffringi, abſqve præſentiſſimo Vitæ periculo, poterat. Nihil tamen inde Noſter commotus, plena in Deum fiducia, & certiſſima ſpe Vitæ melioris, ſe erexit, Symptomataqve

(12.) *in Ovo Hermetico-Paracelſico, ſeu Tr. de Auro, p. 225.* (13.) V. de iſtis Thomæ Crenii (rumori huic, licet *probabili*, fidem merito denegantis) *P. VII. Animadv. Philol., c. 2., §. 10., p. 137.* (14.) Nullam in ædibus ſuis aliam, qvam Chriſti crucifixi, imaginem ſpectari patiebatur, teſte P. Vindingii *Or. parentali.* (15.) V. Wilh. Ern. Tenzelii *Dialog. Menſtr. Germ. M. Dec. A. 1690., p. 1131.* (16.) Confer, qvæ de Beneficentia hac ejus in Studioſos ac pauperes ultima, Collegioqve Mediceo, e *Programmate Funebri Hafnienſi*, non ſine ipſius, uti par erat, laudibus, commemorarunt Lipſienſes, *in Actis Erud., M. Jan. A. 1694., p. 33.*, Joh. Georg. Grævius *In Præfat. Tomi IV. Theſauri Antiqq. Rom.* (qvæ 53ma eſt in Syntagmate Præfationum) *p. m. 331.*, Chriſt. Franc. Paullinus *P. II.* der Zeitkürtzenden Erbaulichen Luſt, *num. 64., p. 360. 361.*, Burch. Goth. Struvius *in Introd. ad Notit. Rei Literariæ, c. 3., p. 125. Edit. ſecundæ*, Pariſienſes en *le Journal des Sçavans, de l' An. 1705., n. 36., p. 1008. 1009.*, Berth. Raupachius (ſeptem jam, ante annum 1717., e Collegio Mediceo Profeſſores Hafnienſes prodiiſſe tradens) *in Commentat. de præſenti rei ſacræ & literariæ in Dania ſtatu p. 35. 36. 92. 93.*, & præſertim Alb. Thura *in Idea Hiſt. lit. Dan., P. I., c. 5., p. 118-121.* (17.) V. *Nova Lit. Lubec., M. Jun. A. 1703., p. 134.*

graviora, & dolores per intervalla affligentes, vulnere gangræna correpto, & coaleſcere haud valente, per tres hebdomadas, incredibili toleravit patientia, donec d. 3. Oct., tantæ moleſtiæ, tot noctes inſomnes, tot cruciatus ſæviſſimi, Anno ætatis 64. jam ſuperato, in mortem terminarentur placidiſſimam. Vaſculo, in qvo calculus aſſervatur Borrichianus, hoc nonnemo inſcripſit hexaſtichon:

Calculus hic ſitus eſt illuſtri corpore ſectus,
Qvo ſine Borrichius nil niſi gemma fuit.
Frangere eum lachrymis Charitum tentavit Apollo:
Comminuit gemmam calx tamen iſte prior.
Non ſic Jaſpideum corrodes, calcule, nomen,
Qvod ſuper aſtra micans calculus albus habet.

Autor illius eſt Steph. Dubravius, iſtud in Epiſtola ad C. Weiſium, paulo poſt alleganda, recitans, ſimulqve narrans, calculum, juſſu moribundi in Collegii Medicei conclavi naturalium & exoticorum aſſervari, textumqve funebrem hujus intuitu ab eodem electum eſſe locum Apoc. II. 17. de calculo candido vincenti dando. Exuviæ Viri ſummi, & præcipuis Daniæ ac Cimbriæ ornamentis perpetuo annumerandi, d. 30. Oct., pompa ſolenni, Sepulchro, qvod ſuperſtes, in Æde Hafnienſi Mariana, ſibi, Amicis & Collegii Medicei Alumnis, extrui curaverat, ſunt illatæ, & a Collega amiciſſimo, Paulo Vindingio, Lingvæ Græcæ Prof. Publico, Inſcriptione hac cohoneſtatæ:

Qvicqvid, ex æterno Naturæ præſcripto, communem mortalitatis ſententiam deprecari non potuit, poſt longam cum interno Hoſte luctam, & dolores humana fere conſtantia majores, in melioris vitæ expectationem, & deſideratæ qvietis fructum, hoc in loculo reliqvit Vir Incomparabilis, OLAUS BORRICHIUS, Sacræ Regiæ Majeſt. Conſiliarius Cancellariæ, Aſſeſſor in ſupremo Tribunali Juſtitiæ, & Collegio Conſiſtoriali, Medicinæ & Philologiæ Profeſſor. Cætera Orbi tradidit, immortalem nominis ſui memoriam, & famam cum æternitate certaturam. Vixit cælebs, ſed, ex Muſarum filiis, tot adoptavit Liberos, qvot in Collegio, a ſe pie fundato, Pietatis & Virtutis exercitiis tanto Parente dignos ſe oſtenderent. Natus eſt Anno MDCXXVI., d. 7. Aprilis, Denatus A. MDCXC. Qvieſcat in Pace.

Vitæ propriæ Ipſemet conſcripſit, & aliqvoties auctam ad A. tandem 1689. perduxit, Hiſtoriam, qvæ, cum ſupplemento, e funebri adjuncto Programmate, A. 1691. *Cogitationibus* ejus *de Variis L. Lat. Ætatibus*, Cothenis *in 4to* recuſis, A. 1693. *Poematis*, a Frid. Roſtgardo *Deliciis Poetarum Danorum*, Lugd. Bat. publicatis, & *Tomo* qvidem harum *Secundo*, inſertis (*p. 371-387.*), A. 1697. *Conſpectui Scriptorum Chemicorum*, Hafniæ edito, eſt præfixa, ac Vitis ſelectis Virorum eruditiſſimorum, e muſæo Chriſt. Gryphii Uratislaviæ A. 1711. *in 8.* editis, *p. 276-294.* inſerta, nobisqve maximam Narrationis hujus (e ſcriptis ipſius atqve aliorum ſubinde auctæ) partem, iisdem ſæpiſſime verbis expreſſam, ſuppeditavit.

Præter iſtam, de Vita ac Laudibus ejus, poſſunt conſuli:

1. PROGRAMMA Funebre Academicum, Hafniæ A. 1690., ſub Rectoris Academiæ Regiæ, OLIGERI JACOBÆI, Med. D. & Prof., publicatum nomine, ſed a Secretario ejusdem, JOH. MULENIO, Med. Lic. & Profeſſore (teſte Roſtgardo *l. c. p. 383.*), conſcriptum.
2. PAULI VINDINGII, Lingvæ Græcæ Prof. Hafnienſis, Oratio Parentalis, aliqvot poſt exeqvias diebus, publice recitata, & *Tomo I. Diſſertt. Academicarum* Borrichii, Hafniæ A. 1714. *in 8.* edito, præfixa.
3. M. JOH. ADOLPHI BORNEMANNI, Paſtoris Mariani Hafnienſis & Præpoſiti Sockelundenſis, Sermo Funebris Danicus, in Exeqviis ejus habitus, & Hafniæ, cum adjecto Epicedio JANI SEVERINI BERGENDALINI prolixo, ſicut ab Amico edoceor, excuſus.
4. ANONYMUS, in ſcripto Danico, A. 1696. in fol. (*uti Catal. Biblioth. Henning. p. 235. teſtatur*) ſub hac edito Inſcriptione: Guds Børens Kaarſe-Skole, aabnet oc beſkuet udi een retſindig oc taalmodig Kaarſe-Diſcipels (D. Borkii) haarde, men dog Chriſtelige, Skolegang.
5. LIPSIENSIUM *Acta Eruditorum, M. Jan. A. 1694., p. 32. 33., & M. Apr. A. 1697., p. 179. 180.*
6. WILH. ERN. TENZELII *Dialogi Menſtrui Germanici, M. Nov. A. 1694., p. 940-947.*
7. PETRI BÆLII *Dictionarii Hiſtorico-Critici, Gallice editi, T. I., p. 656. 657. Edit. ſecundæ*, Roterod. A. 1702. *in fol.* excuſæ.
8. ADOLPHI CLARMUNDI *Vitæ Clariſſimorum in Re Literaria Virorum*, oder Lebensbeſchreibungen Hauptgelehrter Leute, *Parte V.* (Witeb. A. 1706. excuſa), p. 55-67.
9. HYPOMNEMATA mea *ad Alb. Bartholini Lib. de Scriptis Danorum, p. 353. 354.*, & *Spicilegium illorum, p. 36-39.*
10. JOH. FRANC. BUDDÆI *Tomus I. Lexici Hiſtorici Germanici p. 412. 413.*
11. SEV. LINTRUPII *Præfatio Diſſertationum* noſtri *Academicarum Tomo II.* A. 1715. præmiſſa, Panegyrica potius, qvam biographica.
12. STEPH. DUBRAVII *Epiſtola* de illius vita ac obitu, Hafniæ d. 11. Oct. A. 1690. ad Chr. Weiſium exarata, & in Appendice *Epiſtolarum* Weiſii *ſelectiorum*, Budiſſæ A. 1716. excuſarum, *num. 37., p. 345-349.*, edita.
13. JOH. FABRICII *Pars V. Hiſtoriæ Biblioth. Fabricianæ p. 440. 441. 442.*
14. M. ANDR. FRÖLUNDII, Prof. Hafn., Oratio de illius vita & meritis metrica, qvam MS. Hafniæ, in Bibliotheca Collegii Medicei, aſſervari tradit Alb. Thura, *in Idea Hiſt. lit. Dan. p. 31.*
15. ALB. THURA *Idea Hiſtoriæ Danorum literariæ, P. I., c. 5., p. 118-121., & c. 7., p. 166. 167. 168. 237.*

Promiſit etiam Elogium ejus D. ANDR. PLANTECOVIUS, Medicus Lubecenſis, in Epiſtola de Scriptis ſuis Ineditis, *Novis Literariis Lubecenſibus* M. Oct. A. 1707. inſerta, *p. 314.*

THOMÆ BARTHOLINI XIII. Epiſtolæ ad ejus Literas Reſponſoriæ, his ſubjunctæ, occurrunt in Bartholini *Epiſtolarum Medicarum Centuria III.*, Hafniæ A. 1667. edita, *num. 86., p. 369-374., num. 88., p. 378-381., num. 90., p. 388-390., num. 92., p. 395-398., num. 94., p. 405-409., num. 96., p. 413-416., num. 98., p. 425-429., num. 100., p. 435-439.*, & *Centuria IV.*, eodem A. 1667. publicata, *num. 18., p. 79-83., num. 39., p. 227-233., n. 52., p. 336-340., n. 77., p. 454-457., n. 93., p. 541-547.*

Carmina ad eum conſcripta:

Unum THOMÆ BARTHOLINI, *Libro VIII. Carm., n. 73., p. 233.*

Unum VITI BERINGII, *T. II. Deliciarum Poet. Dan., a Frid. Rooſtgardo editarum, p. 118.*

Unum HENR. HARDERI (*Lib. 3. Epigramm.*), *ibid. T. II., p. 294. 295.*

Tria JOH. HÖPNERI, JCti Hafn., *T. I. earundem Deliciarum, p. 270. 271. 565. 566. 567.*

Addantur his Joh. Trellundii & Matthiæ Ancherſenii, Profeſſorum Hafnienſium, Elegiæ, ac Andr. Frölundii Inſcriptio in laudem ejus, *Tomo II. Diſſertt. Acad.* ipſius A. 1715. præmiſſæ.

Conferri de illo poſſunt ADOLPHUS VORSTIUS *in Epiſtola ad Thom. Barthol. A. 1663. ſcripta* (*Cent. IV., Epp. Med. Barthol., n. 66., p. 404. 405.*), THOM. BARTHOLINUS *Diſſ. II. de Medicina Danorum Domeſtica p. 40., & in*

Diſſ.

Diſſ. de Medicis Poetis p. 103. 148., ALB. BARTHOLINUS *in Lib. de Script. Dan. p. 111.*, meaqve ad iſtum *Hypomnemata*, ipſemet BORRICHIUS *in Dedicat. Diſſ. de Ortu & Progr. Chemiæ*, & *Epiſtolis ad Thom. Bartholinum, paulo poſt memorandis*, ER. VINDINGIUS *in Hiſtoria Acad. Regiæ Hafn. p. 431.*, GÜNTH. CHRISTOPH. SCHELHAMMERUS *in Additt. ad H. Conringii Introd. in Artem Med. p. 67. 116. 117. 118.*, CHRIST. FRANC. PAULINUS, *P. II.* der Zeitkürtzenden Erbaulichen Luſt, *n. 64., p. 360. 361.*, GEORG. ABR. MERCLINUS *in Lindenio Renovato p. 848-854.*, WILH. ERN. TENZELIUS *in Dialogis Menſtruis Germanicis, M. Dec. A. 1690., p. 1131.*, ANT. TEISERIUS *P. II. Catalogi Catalogorum p. 214. 215.*, CORN. a BEUGHEM *in Bibliographia Medica & Phyſica p. 38. 39.*, *in Apparatus ad Hiſt. Lit. Noviſſ. Conſpectu Primo p. 62.*, & *in Syllabo recens exploratorum p. 9. 210-215.*, MICH. FILIZIUS *in Specimine Analectorum ad Borrichii Diſſertt. de Poetis p. 5. 6. 34. 35.*, *Prolegomena* mea *ad Biblioth. Septentrionis Eruditi, §. 24., p. 43., §. 26., p. 44., §. 28., p. 47., §. 30., p. 49. 50., §. 31., p. 51., §. 36. p. 56., §. 47., p. 67.*, PARISIENSIUM *Journal des Sçavans de l' An. 1705., n. 36., p. 1008. 1009. 1010.*, CHRISTOPH. HENDREICHIUS *in Pandect. Brandeb. p. 665.*, JAC. BURCHARDUS *in Medico humanitatis ſtudiorum vindice*, Gvelpherbyti A. 1716. edito, *p. 26-29.*

ELOGIA.

א. ITALORUM.

FRANC. JOSEPHO BURRHO (*Ep. 2, ad Thom. Bartholinum de Artificio oculorum humores reſtituendi, p. 40.*) Vir audit *doctiſſimus*.

JOS. LANZONO (*in Addit. ad ipſius Diſſ. de Lapidum generatione*) *Famatiſſimus*.

FRANC. RHEDI (*in Experimentis circa res diverſas Naturales*) *Doctiſſimus Ol. Borrichius, famoſus Acad. Hafn. Profeſſor.*

ב. GALLORUM.

PET. BÆLIO (*T. I. Dictionarii Hiſtorico-Crit., p. 656. Edit. Sec.*) audit *Un de plus doctes perſonnages de ſon ſiecle.*

ADR. BAILETO (*dans les Auteurs Deguiſez, P. III., c. 9., p. 309.*) *Un Danois aſſez connu dans noſtre ſiecle.*

ÆGID. MENAGIO (*in Amœnitatibus Juris Civilis, c. 39., p. 302.*) *Vir doctrinæ excellentis.*

Abbati BOUCAUDIO, R. Gall. Conſiliario (*in Carmine, Diſſertationi de Ortu & progr. Chemiæ præfixo*), *Apollinis & Hermetis Delitium, Amicorum Intimus.*

PARISIENSIS *Diarii Erud.* Scriptoribus (*num. 36. A. 1705., p. 1008.*) *Un fameux Medecin de Danemarck, & homme recommandable dans la litterature, dont les Ouvrages les Sçavans du Nord beaucoup eſtiment.*

ג. BELGARUM.

FRANCISCO le BOE SYLVIO, in Epiſt. ad Thom. Bartholinum A. 1661. ſcripta (*Cent. III. Epp. Med. Barthol., num. 33., p. 120.*) audit *Vir certe doctiſſimus & humaniſſimus.*

JOHANNI ab HORNE, in Epiſt. ad eundem A. 1661. exarata (*ibid. n. 22., p. 81. 82.*) *Vir Clariſſimus, & Leidenſis Academiæ non vulgare ornamentum.*

JOH. NICOL. PECHLINUS, mihi etiam plus ſemel, ſe Borrichium ante omnes alios, qvibus Septentrio caput noſtra ætate extulit, Eruditos, ſummopere admirari, confeſſus, *in Tr. de Aeris & Alimenti defectu, c. 5., p. 75.*, *Virum incomparabili eruditione, Delicium ſuum*, eum appellavit.

ADOLPHUS VORSTIUS, in Ep. ad Thom. Bartholinum A. 1663. ſcripta (*Cent. IV. Epp. Med. Barthol., n. 66., p. 404. 405.*), ita de illo: *Vir doctiſſimus, Ol. Borrichius, qvi jam fere a biennio tuas mihi attulit literas, modeſtia ſua atqve doctrina varia, minimeqve vulgari, ita ſe mihi probavit, ut nullius indigens fuerit commendationis, qva tamen Amicum tuum ac Collegam ornare voluiſti. Amavi mox Virum primo congreſſu, &, ut græciſſem,* ὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην. *Digniſſimus ſane amari eſt, nihilqve de eo ad me perſcripſiſti, qvin virtus id ſuperet illius.* &c.

ד. GERMANORUM.

JOH. BOHNIUS (*in Diſſ. de Medicamentorum Chymicorum & Galenicorum præpollentia dubia, §. 4., p. 5.*) eum *Scriptorem* vocat *eruditiſſimum, cujus cineres colat ac recolat.*

JAC. BURCHARDUS, *in præfat. Comm. de lingvæ Latinæ in Germania fatis, p. 33.*, ita de illo: *Superiori ſeculo Dania Ol. Borrichii inprimis eloqventiam, & ſingulare Romani ſermonis vindicandi ſtudium, cunctæ Europæ admirandum præbuit.* Eidem, *in Medico ſtudiorum humanitatis vindice, p. 26. 27.*, audit *Chemicorum ævi ſui princeps, Medicorum autem, Philoſophorum, Philologorum, Criticorum atqve Poetarum, vix cuipiam ſecundus, & Polyhiſtoris munere præclare perfunctus*; verbis ex *Hypomn.* meis *ad A. Barthol. p. 353.* depromptis.

CHRISTOPH. CELLARIUS, *in Præfat. Anti-Barbari*, *Virum* eum ſalutat *nobiliſſimum, ac Daniæ ſidus*, &, *in Præfat. nova Curarum de Lingva Latina Poſteriorum, Virum ſemper honoris cauſa ſibi appellandum, & Hafnienſis Academiæ eximium decus.* Ibidem paulo poſt hæc addit: *De Borrichio autem nihil a me, niſi ut de Viro ſumma doctrina prædito, dictum velim, qvi non fateri tantum, ſed præ me ferre etiam ac prædicare, ſoleam, tantum me ex illius lucubrationibus cepiſſe fructum, qvantum ex alius, qvi in hoc ſtudio verſatus fuit, neminis.*

ADOLPHUS CLARMUNDUS, *in Vitis Clariſſimorum in Re Lit. Virorum, P. V., num. 9., p. 67.*, ita de illo: Nach der Gelehrten Ausſprüche, iſt er ein unvergleichlicher Philologus, vortreflicher Poet, und ein guter Medicus und ſtattlicher Phyſicus, geweſen, der ſonderlich in Praxi glücklich, und vor andern, in Chymicis, Botanicis und Anatomicis, excelliret. Er hat variam doctrinam gehabt, und iſt ein Mann von einem ſchönen Judicio geweſen.

HERM. CONRINGIUS, ſub finem *Apologetici* contra eum, *Libris III. de Medicina Hermetica* ſubjuncti, *p. 447.*, hoc de Adverſario ſuo tulit judicium: *Mihi ſane cum Borrichio in poſterum bene conveniet, ſi pepercerit meæ innocentiæ. Etiam ipſemet amo ingenium hominis, qvia aptum video multæ doctrinæ. Amo inſignem induſtriam. Laudo etiam eximios in varia re Literaria progreſſus, ut & Chemicorum operum ſtrenuam æmulationem. Qvorum omnium luculenta nonnulla, in hoc etiam Libello ejus* (Diſſ. de ortu & progr. Chemiæ), *apparent indicia. Ne qvid tamen diſſimulem, modeſtiam majorem, juſtam priſcæ Philoſophiæ & Medicinæ reverentiam, peritiam analyticæ artis, & probam docendi methodum, etiam atqve etiam deſidero. Hiſce autem comparatis, ad inſignem doctrinæ, non Chemicæ duntaxat, ſed etiam multo excellentioris atqve variæ, gradum eniti, ſimulqve famam immortalem ſibi parare, non difficile fortaſſis erit tantis dotibus jam tum inſtructo.*

THOMAS CRENIUS, *Exerc. III. de Libris Scriptorum optimis, n. 20., p. 43.*, eum *Virum eruditione, tam rara, qvam incognita vulgo, & judicio ſaniſſimo*, ac, *P. I. Animadv. Philol. & Hiſtor., c. 2., p. 26.*, *Maximum Daniæ ornamentum*, appellat; *Parte* autem *VII., c. 2., §. 10., p. 137.*, de Chemicorum Adeptis, qvos vocant, differens, hæc inſpergit: *Majore hoc de celeberrimo Olao Borrichio, qvem Hafniæ juvenis colui, probabilitate perhibetur, licet non credam verum fuiſſe.*

STEPH. DUBRAVIO (*in Epiſt. de vita illius ſupra allegata*) *magnum* audit *literati orbis lumen*.

JOH. SIGISM. ELSHOLZIUS, in Epiſt. ad Georg. Hieron. Welſchium (*in Memoria Welſchiana* Lucæ Schröckii Jun. *p. 37.* obvia), inter *Septentrionis* eum refert *ſidera*.

JOH. ALB. FABRICIO (*Lib. 2. Biblioth. Græcæ, c. 23., p. 766. 767.*) *Vir* audit *doctiſſimus & præſtantiſſimus*.

JOACH. FELLERO (*in Notis ad Georg. Hornii Orbem Imperantem p. 185.*) *Chymicus Daniæ celeberrimus*.

MICH. FILIZIO (in Præfat. Speciminis Analectorum ad ejus Diſſertt. de Poetis p. 5. 6.) *Celebratiſſimus Hafnienſium Polyhiſtor & Medicus, Vir in tantum prædicandus, in qvantum literaturæ præſtantioris intelligi gloria poteſt, qui divinis ingenii monumentis orbem beavit compluribus*, &c. (*Conf. ipſam Diſſ. p. 34.*)

ERASMO FRANCISCI (im Höllischen *Proteo, num. 92., p. 1000.*) Ein weiland sehr gelahrter Medicus in Dennemarck, den seine hinterlassene Schriften noch wol lange Zeit, bey der gelahrten Welt, in gutem Nachruhm und Andencken erhalten werden.

GEORG. FRANCUS, *in Diſſ. Epiſtolica de Medicis Philologis p. 24.*, his eum accenſet.

CHRIST. FRID. GARMANNO (*in Oologia Curioſa, Diſſ. II., §. 89., p. 119.*) *Eximium Daniæ ſuæ decus* audit.

JOH. GEORG. GRÆVIO (*Præfat. 53., Tomo IV. Theſauri Antiqq. Rom. præfixa, p. m. 330.*) *Vir Danorum noſtri temporis erudítiſſimus*.

NICOL. HIER. GUNDLINGIUS, cujus Loca integra paulo poſt, inter Cenſuras, exhibebuntur, *P. I. Hiſtoriæ Philoſ. Moralis, c. 1., p. 8.*, eum *Philoſophum, Criticum, Medicum & Poetam hujus ævi inſignem*, vocat, &, *in Dialogis Menſtruis Germanicis*, A. 1702. editis, *M. Jan., p. 49. 50.*, magni ſe illum, ob ſcientiam multiplicem, & ſingularem in diſciplinis variis eruditionem, æſtimare, profitetur.

JOH. LUDOV. HANNEMANNO (*in Phœnice Botanico, §. 18.*) *Daniæ* audit *Hermes*, & (*in Diſp. de Sole p. 11.*) *Chemiæ ſublimioris vindex incomparabilis*.

FRID. HOFMANNO, Prof. Halenſi (*in Exerc. de Cinnabari Antimonii, c. 4., p. 17.*) *Chymicus exercitatiſſimus*.

GEORG. CASP. KIRCHMAIERO (*in Diſp. de Metallometamorphoſi, c. 1., p. 5.*) *Vir ſummus*, & (*in Comm. de Phoſphoris, c. 1., §. 4., p. 8.*) *Hafnienſe in Chemia lumen*.

LIPSIENSES, *in Actis Erud. A. 1682., M. Aug., p. 256.*, eum *Virum non vulgaris eruditionis laude celebrem*, Aliud ipſius elogium V. *in Actis anni 1716., M. Mart., p. 134., M. Jul. A. 1687., p. 393.*, *grande hodie Daniæ ſuæ decus*, *M. Jan. A. 1694., p. 32. 33.*, *Virum, ut fama, ob eruditionem, & exqviſitam in liberalioribus diſciplinis & arte Medica ſcientiam, maximum, ſic ob recentem memoriam jacturæ, qvam ejus morte res literaria fecit, deſideratiſſimum, & ob lautiſſima ſtipendia, de ſtudiorum cultoribus, deqve Hafnienſi Academia, meritiſſimum*, ac, *M. Apr. A. 1697., p. 179. 180.*, *Polyhiſtorem ac Medicum clariſſimum, Chemicis illuſtrioribus ſummo jure accenſendum, Virumqve tot in Remp. Lit. meritis illuſtrem*, appellarunt; *M.* autem *Jul. A. 1683., p. 281-284.*, hoc ornarunt Elogio: *Illuſtre jamdudum, inter Seculi hujus Medicos Chymicosqve, nomen eſt Olaus Borrichius, Danus, ex qvo Diſſ. illam longe eruditiſſimam de ortu & progreſſu Chemiæ, Hermetis item Sapientiam, & Docimaſticen Metallicam, in lucem evulgavit. Sed, poſteaqvam Tr. de Lingva Pharmacopœorum, de cauſis diverſitatis Lingvarum, ætatibusque Lat. Lingvæ, fœtusqve id genus plures, in orbem emiſit literarium, infinitæ lectionis, judiciiqve acerrimi, Philologus, Criticus ac Polyhiſtor, abs nemine non fuit agnitus atqve deprædicatus; qvemadmodum & in Tractatibus illis Chemicis, non oculatiſſimum tantum Arcanorum Chemicorum indagatorem, ſed & floridiſſimæ Latinitatis ſcriptorem, legentibus omnibus ſe prodidit. - - Non in Cenſura tantum Poetarum, ſed & in carmine pangendo, vix qvenqvam habet ſuperiorem.* Aliud ipſius Elogium V. *in Actis 1716., M. Mart., p. 134.*

In Actis Erud. Lipſienſibus Germanicis *Sect. 39., p. 159.*; vocatur ein geschickter Poete, guter Philologe, und erfahrner Medicus.

JOH. DAN. MAJORI, *in Genio errante, c. 10.*, *Magnus* audit *Naturæ Interpres, & Chymicus præclarus*; c. 12. *Vir Incomparabilis, tanqvam ſtella primæ magnitudinis in orbe erudito effulgens*; c. 20. *Oculatiſſimus ſeculi noſtri Chymicus, & Philoſophus inſignis, Autor candidus & fide dignus*; c. 27. *Vir ingenii acumine, magnaqve rerum experientia, clariſſimus*; *in Memoria Sachſiana, c. 24., p. 47.*, *Polyhiſtor, ſi qvisqvam hodie, accuratus*; *in Defenſione Chirurgiæ Infuſoriæ, p. 275.*, *Vir in politiore Literatura verſatiſſimus, & ſelectiorum naturæ arcanorum valdopere peritus*; *in Epiſt. de Thermis Artificialibus, p. 18.*, *Vir celeberrimus & experientiſſimus, ac Naturæ ſcrutator ſagaciſſimus*; *in Diſſ. de Ærumnis Gigantum, c. 3., §. 20.*, *Vir πολυμαθέστατος*; *in Progr. Invit. ad Diſp. J. Gvilh. Schmidii*, A. 1673. edito, *Chymiater inſignis, & Tyrannicida literarius*; ac in der Vorstellung der Kunstkammern in Italien, *p. 21.*, Ein hochgelahrter und sinnreicher Mann.

JOH. BURCH. MAJUS, *in Or. de Hiſtoria Seculi XVII. Univerſali ſcribenda, lit. D. 3. a.*, inter ſeculi iſtius eum refert Polyhiſtoras.

HENR. MEIBOMIO Jun., *in Diſſ. de Aqvæ Calidæ potu, §. 46.*, *Vir* audit *multæ eruditionis & experientiæ*, ac, *in Additt. ad Val. Henr. Vogleri Introd. in Notit. Bon. Scriptt., p. 186.*, *Poeta inſignis, & varia eruditione conſpicuus*.

DAN. GEORG. MORHOFIO, *in Diſſ. de Paradoxis ſenſuum, p. 10.*, *πολυμαθέστατος*; *ibid. p. 22. Doctiſſimus*; *in Epiſt. de Transmut. Metall. p. 6.*, *Vir præclariſſimus*; *in Lib. de Patavinitate Liviana, c. 13. p. 169.*, *Vir in Literis humanioribus ſummus*; *P. I. Polyhiſt., Lib. I., c. 10., p. 89.*, *Doctiſſimus ſapientiæ Ægyptiorum Vindex*; *ibid. c. 11., p. 113.*, *πολυμαθέστατος*; ac, *in Or. de intemp. ſtud.*, *Doctiſſimus Daniæ Medicus*.

IDEM, in Carmine, Frid. Rooſtgardii *Deliciis Poet. Dan.* præfixo, ita de Noſtro:

Borrichii Aoniis ducetur Fama triumphis,
Æternum patriæ Pieridumqve decus.

LUDOLPHUS NEOCORUS (*in Biblioth. Libb. Nov., M. Apr. & Majo A. 1697., p. 10.*) eum vocat *Danum eruditiſſimum*.

CHRIST. FRANC. PAULINUS (*in Tr. de Talpa p. 150.*) *Academiæ Hafnienſis ornamentum eximium*, it. (*in Epiſt. Germ. de Metallorum Transmutatione, apud Tenzelium, in Dial. Menſtr. Germ., M. Majo A. 1692., p. 431.*) Einen herlichen grundgelahrten Mann.

JOH. ERN. SCHAPERUS (*in Specim. Medicinæ Curioſæ, Qv. 2., §. 2.*) *Virum experientia pariter ac eruditione inſignem*.

GÜNTH. CHRISTOPH. SCHELHAMMERUS, *in Additt. ad H. Conringii Introd. in Art. Med. p. 67.*, *Virum varia eruditione, & eloqventiæ laude, inſignem, & acerrimum doctrinæ Chemicæ, qvantum unqvam licet, Defenſorem*; it. *Diſp. II. de reſolutione corporum per ignem, §. 20., p. 11.*, *Chemicum excellentiſſimum*.

SAM. SCHELGUIGIUS (*in Specimine Biblioſophiſtarum Gedanenſium, p. 72. 73.*, *Virum perqvam eruditum, & in Veterum lucubrationibus verſatiſſimum*.

JOH.

JOH. ANDR. SCHMIDIUS (*in Comm. de Vita Caſp. Sagittarii p. 60.*) *Medicum & Philoſophum illuſtrem.*

D. GEORG. PET. SCHULTZE (*Diſſ. II. de claris Marchicis p. 7.*) *Vindicem Elegantiarum Romanarum.*

JOH. ANDR. STISSERUS, *in Commendatione Chemiæ p. 16., celebrem noſtri temporis Chymicum, & Medicinæ decus; Specim. I. Actorum Laboratorii Chymici, p. 12., Chymicum noſtri temporis celeberrimum; Specim. III. eorundem, c. 1., p. 8., celeberrimum & magnæ experientiæ Medicum, laborum Chemicorum optime gnarum;* & *c. 3., p. 20., Virum Incomparabilem.*

BURCH. GOTTH. STRUVIUS (*in Bibliotheca Antiqq. Rom., Libro I. Syntagmatis illarum, Jenæ A. 1701. edito, præfixa, p. 28.*) *Virum & elegantioribus ſtudiis, & Chymiæ ſacris, initiatum.*

JOH. CHRISTOPH. STURMIUS (*in Diſſ. de Carteſianis p. 26.*) *præcipuis Daniæ luminibus* modernis eum annumerat.

MICH. BERNH. VALENTINUS, *Declam. Paneg. VIII. de Phyſicæ Experimentalis Origine & Progreſſu, p. 81.*, inter præcipuos hujus in Dania cultores locum illi tribuit.

GEORG. WOLFG. WEDELIUS (*Decade X. Exercc. Medico-Philol., Exerc. 3., p. 23.*) eum *utriusqve literaturæ, & elegantioris, & Chymicæ, Decus ſummum* appellat.

JOACH. VITUS WIGANDUS (ſive JOH. VAL. WILLIUS), *Diſſ. I. de Philiatrorum Germanorum peregrinatione, p. 47., Nomen* illum vocat *incomparabile*, & *p. 189.* hiſce verbis commendat: *Suos ex peregrinationibus profectus fatetur Borrichius, omnes admirantur.*

JOH. GEORG. WALCHIUS, *in Hiſtoria Critica L. Lat., c. 6., p. 275.*, illum *Academiæ Hafnienſis qvondam decus* ſalutat, &, *c. 11., p. 451. 452.*, Lingvæ Latinæ vindicibus, Magiſtrisqve ſtyli in ea purioris præcipuis, verbis annumerat ſeqventibus: *E Danis commemoramus & commendamus tantum Olaum & Andream Borrichium, qvi, cum Cellario, noſtra ætate, tanta merita ac beneficia in Latinam lingvam contulerunt, ut nemo ſit, cui plura incrementa debeat. Ol. Borrichius non ſolum intellexit, qvid ſit pure ſcribere, ſed ipſe qvoqve ſcripſit polite.*

ח. DANORUM ac CIMBRORUM.

PROGRAMMA ACAD. HAFNIENSIS, qvod ſupra laudavimus, Funebre, memoriæ ejus dicatum, ita de illo: *Ol. Borrichius, maximus in orbe Literator, cujus peritia ſervandorum hominum, eruditio profundiſſima, expromptum atqve in omnibus artibus ſcientiisqve amoenioribus verſatiſſimum ingenium, firmiſſimum judicium cum pari conjunctum prudentia, moderatiſſimum animi temperamentum, eruditi roboris ſcripta pleniſſima, infatigabilis induſtria, ſumma vitæ innocentia, atqve in Apollinis filios, pauperes & egenos, larga munificentia, per univerſum fere Europæ ambitum circumferuntur, & late reſplendent. - - - Carminum elegantia & majeſtate Maronem, dictionis caſtitate, lacteaqve ſcribendi ubertate, Tullium, potuit provocare. Nulla ætas accuratiorem Philologum, aut in cenſendis vocibus Latinis magis exercitatum, vidit unqvam. - - Conſpectui noſtro ſubduxit ſe fulgentiſſimum illud totius literati orbis lumen; cujus tamen ſplendor nitidiſſime in ævum collucebit ſempiternum.* &c.

AUTOR de la *Defenſe du Danemark, contre la Relation de l'Etat de Danemark* (qvæ Coloniæ A. 1696. *in 12.* prodiit), *cap. 16., p. 186.*, eum ſalutat *Homme qui étoit incomparable dans la Chimie*, & paulo poſt addit: *Dans la Philologie peu de gens ont ſurpaſſé le grand Borrichius.*

MATTHIÆ ANCHERSEN (*in Carmine, Tomo II. Diſſertt. Acad. Borrichii præfixo*) *Tullius* audit *& Polyhiſtor arctous, Svadæqve vox, vita, os & medulla.*

THOM. BARTHOLINUS Senior, *Diſſ. II. de Medicina Danorum Domeſtica, p. 40.*, hoc eum ornat Encomio: *Mira eſt, &, ſupra qvam dici poteſt, magna, Ol. Borrichii, Collegæ noſtri, in Chemico ſtudiorum genere, curioſitas, qvam ita Polyhiſtor aliis prudenter temperat, ut dubitemus, an Medicus Chemicusqve major ſit, an Philologus doctior. Inaudita expertus eſt, & majora ſpondet ſubactum capaxqve multarum ſcientiarum ingenium.* In *Diſſ.* autem *de Medicis Poetis, p. 148.*, ſeqventi: *Ol. Borrichius, Medicus Regius & Academicus, ſecundas in Poemate partes jure, & eruditi orbis confeſſione, occupavit, ne primas dicam. Penetraſſe eum in Artis Poeticæ arcana, Parnaſſus in nuce editus fidem facit, in qvo Smetii, Gloneri, Riccioli, Cavalli, aliorumqve, induſtriam accurate ſuperavit. Auguſto deinde Poemate Friderico III., Regi, nomine Academiæ, gratulatus eſt, &, in Laboratorio Burrhiano deſcribendo, oculorumqve operatione decantanda, firmam facilitatem oſtendit.* Ab eodem, *Vol. I. Act. Med. Hafn., Obſ. 42., p. 78. 79., Illuſtris Naturæ Interpres*, in *Diſſ. de Cygno, p. 41., Vir profundæ variæqve eruditionis*, & in *Diſſ. de Origine ordinis Danebrogici, p. 40., Vates patriæ, Æſculapius Academiæ, Muſarumqve Delicium*, appellatur, in *Conſilio* autem *de Peregrinatione Medica, p. 12., Profeſſoribus clariſſimis, in cultioribus Europæ regnis noſtro ſeculo florentibus, & Exterorum ſtudia ad ſe allicientibus*, annumeratur.

THOMÆ BARTHOLINO Juniori, *in Diſſ. de Holgero Dano p. 156., Rex* audit *Criticorum, & Polyhiſtor noſtri ſeculi incomparabilis*, ac, *Lib. 2. de Cauſis mortis a Danis Gentilibus contemptæ, c. 9., p. 483., ſummus Polyhiſtor.*

CASP. BARTHOLINO Juniori (*in Exercitationibus Miſcellaneis, Exerc. II., p. 51.*) *Præceptor magnus.*

VITUS BERINGIUS in Daniam reduci hoc applauſit Epigrammate, in F. Roſtgardi *Deliciis Poet. Dan., T. II., p. 118. 119.*, inter Poemata illius, obvio:

Mentis inexhauſtæ, nulliſqve paratibus impar
Ingenium, qvod vix ſecula rara ferunt,
Eloqviiqve decus, & cultæ munera lingvæ,
Scriptaqve, qvæ mundum demeruere ſibi,
Incipe, Borrichi, patriis oſtendere terris,
Et ſine eant, genii qvo rapit aura tui.
Fama tibi jam ſtravit iter ſpatioſa benignum,
Magna licet, meritis ſic qvoqve fama minor.
Sive etenim Aonias impellis pectine chordas,
Et docto auguſtum concinis ore melos;
Seu morbosqve, luesqve, ac immedicabile fatum,
Corrigis, & Lacheſi figis ab arte modum;
Deniqve, qvicqvid agis; qvas te doctrina per artes
Ingenii ſumma dexteritate rapit,
Jampridem duplici Princeps Helicone locatus
Æterni punctum nominis omne reples.
Pegaſides Muſæ, tantæ date debita fronti,
Qvæ poterunt Clarium ſerta decere Deum:
Cingite bis merita Medicum Vatemqve corona,
Civica ſanantis, Laurea Vatis erit.

JOH. BRUNSMANNUS, *in Gratia Naturæ Interprete, Lib. 2., c. 10., p. 94.*, eum *Nobiliſſimum* vocat *Polyhiſtorem, potiſſimum ſuum in Philologia latina Præceptorem.*

PET. ANT. BURCHARDUS, Præpoſ. Segeberg., Amicus noſter, Cœlibatum ejus perpetuum hoc commendavit Octoſticho:

Borrichio Charitumqve manus, doctæqve favebant
Caſtalides, Pæan totus amicus erat.
Sola Venus deerat, nec qvid ſperaret habebat,
Jactaqve, ſed fruſtra, tela dolebat Amor.

Cedite Dii, dixit: ſoboles ſi cætera deſit,
Sunt Libri: Conjux ſola Minerva mihi.
O dulces thalami! felicia fœdera! quæ non
Eſſe ſinunt viduum, nec ſine prole Patrem.

DETHL. CLUVERO (*in Nova Criſi Temporum, T. I., ſive Anno 1700., n. 47., p. 372.*) audit ein wolerfahrner Artiſte, ſo nicht allein aus Büchern, ſondern eigener Experience, ungemeine Dinge in der Chymie erfunden hat.

ANDR. FRÖLUNDIO, Profeſſori Hafnienſi, in Inſcriptione, *Tomo II. Diſſertt. Acad.* illius præmiſſa, fuſeqve eum celebrante, audit *Magnum ſuperioris ſeculi ornamentum, præfulgida Septentrionis lampas, Hafnienſis Academiæ ſol, perpetuus literarum Dictator, ſcientiarum mare, abyſſus variæ eruditionis, Philoſophiæ ac Philologiæ vindex, Antiqvitatis cuſtos, Orator incomparabilis, Poeta celeberrimus, Danorum Æſculapius, morborum terror, Libitinæ debellator, Incorruptus Aſtrææ ſacerdos, Charitum filius, patronus erectarum mentium munificentiſſimus, omnium virtutum exemplar abſolutiſſimum, Patriæ ſuæ Tullius Maroqve, Rhetorqve, qvo majorem nulla ætas vidit, nulla forſitan videbit.* In carmine ejusdem Inſcriptioni ſubjuncto, *Nomen* vocatur *patriæ longeqve remotis terris adoratum, Doctrinarum antiſtes, Decus Themidos, Podalirius alter, Virum maximus, atqve ævi ſui Rhetor conſummatiſſimus.*

GEORG. HANNÆO (*in Epiſtola, Joh. Ludov. Hannemanni, Ovo Hermetico A. 1694. præfixa*) *Chemiæ & Medicinæ Stator.*

HENR. HARDERO, in Phaleucis in *Diſſertt. ejus de Poetis, L. 3. Epigramm.* (*T. II. Delic. Poet. Dan. Roſtgardi, p. 294. 295.*) obviis, *Orbis nobile ſidus eruditi, & Vatum gloria.*

JOH. HÖPNERI, J. U. Lic., tria ad eum Carmina Encomiaſtica, qvæ, ob prolixitatis fugam, recitare nobis non licet, *Tomus I. Deliciarum Poet. Dan.* Frid. Roſtgardi, *p. 270. 271. 565. 566. 567.*, legenda exhibet.

SEV. LINTRUPIO (*in præf. Supplementi L. Lat. C. Falſteri p. 33. 34.*) *Maro* audit *Danicus*, & *incomparabilis omnium literarum humaniorum ſtator.* Conferatur Præfatio Lintrupiana, *Diſſertationibus Academicis* Borrichii A. 1714. præmiſſa, in qva fuſius juſtis, ob merita in omne ferme literarum genus, ornatur laudibus.

JOH. OLAVIUS, in Elegia de Poetis Gentium ſingularum præcipuis, Pet. Syvii *Grammaticæ Danicæ* A. 1685. præfixa, *Vatum* eum *Phœbum* ſalutat, primumqve illi inter Poetas Danæ locum tribuit.

OLAO RÖMERO (*in Progr. Invit. ad Promotionem Doctoralem Georg. Seerupii*, A. 1700. edito) *Nomen* audit *Immortale, cujus Fama durat, dum ſtant Arctoo ſolo Medicea Saxa, & grata olim Romanis lingva in Septentrione recolitur.*

FRID. ROSTGARDO (*T. II. Delic. Poet. Dan. p. 383.*) *Vir Incomparabilis, cujus manus tam divina exaravit ingenii monumenta, ut univerſo orbi innotuerit, & tam liberaliter dedit, ut patriam ſibi æternam devinxerit.*

PAULUS VINDINGIUS hoc Epigrammate (qvod Roſtgardus *l. c. p. 387.* exhibet) ejus ornavit Imaginem:

Æra Corinthiaco nil conceſſura metallo,
Qveis ſculptor tanti condidit ora Viri!
Cerne tuum heic, Medicina, ævum; mirare lacertos
Et decus, & genium, Lingva Latina, tuum,

Cujus in obſeqvium conſurrexere Camœnæ,
Et numeros flexit promptus Apollo ſuos.
Borrichii æternos ſe fama ſacravit in annos,
Dum ſaxa Arctoo ſtant Medicea ſolo.

IDEM *in Orat. parentali p. 6. 7.*, ita de illo: *Amiſimus virum, non ſeculi modo ſui, ſed omnis ævi optimum, ſine exemplo maximum, innocentia eximium, ſanctitate præcipuum, magnitudine ingenii, & ſtupendæ liberalitatis titulis, facile omnibus omnium gentium viris inducturum caliginem. Amiſimus illuſtre Arctoi orbis ſidus, togatæ reipublicæ ornamentum indelebile, literarum jam ſeneſcentium reductorem reſtauratoremqve maſculum, ubiqve parem antiqvis Romanæ facundiæ heroibus, & ſupergreſſum fere magna illa vatum nomina, Poetarumqve gloriam, qvos tanta ambitione jactavit hactenus Latium, ipſisqve Athenis oppoſuit. Amiſimus Artis Medicæ feliciſſimum interpretem, & ingens familiæ Aſclepiadeæ præſidium. - - Amiſit Academia noſtra ingentem lucis partem, ex qva clariſſime hactenus reſplenduit, & cum exterorum gloria pari robore certavit.* In eadem *p. 9.* eum *Boreum* ſalutavit *humanæ ſapientiæ oraculum*, ac *p. 35. 36. tot morborum domitorem, tot palmarum in ſeptentrione Æſculapium, excitatisqve de Libitinæ imperio tropæis triumphatorem invictum.*

EGO, *P. I. Iſag. ad Hiſt. Cimbr., c. 2., §. 2., p. 12.*, eum vocavi *Chymiatrum Incomparabilem*; *in Homonymoſcopia, Sect. I., c. 1., p. 6., Criticum inter modernos principem, & Sect II., c. 2., p. 259., Virum ſummum, ac inter Patronos Chemiæ ſecretioris nemini ſecundum*; in *Hypomnematis* autem *ad Alb. Barthol. de Scr. Dan.*, *p 353., Chemicorum ævi noſtri Principem, Medicorum vero, Philoſophorum, Philologorum, Criticorum & Poetarum ejusdem vix cuiqvam ſecundum, Polyhiſtorem conſummatiſſimum, & Ornamentis Septentrionis eruditi potioribus merito annumerandum.* Conferri poſſunt *Prolegomena Bibliothecæ Septentrionis Eruditi, locis ſupra jam allegatis.*

CENSURÆ.

HERM. CONRINGIUS, Antagoniſta ejus, *in Apologetico adverſus calumnias & inſectationes Ol. Borrichii*, iteratæ *Librorum 2. de Medicina Hermetica* Editioni A. 1669. ſubjecto, *p. 422.*, illi *dictionem Madaurice paſſim tumidam*, elati animi characterem, plurimasqve gloriationes, tribuit, & paſſim deinceps ſcommatis qvibusdam, exacerbato obſecutus animo, eundem perſtringit. *Pag. 447.* tandem Cenſuram de ipſo ſuam exponit, paulo qvidem moderatiorem ac clementiorem, nec laudes adverſarii ſilentem, ſed plus juſto tamen in hunc iniqvam, qvam, inter Elogia Germanorum, paulo ante recitavimus. Prolixior hac eſt, ſed easdem Noſtro accuſationes impingit, GÜNTH. CHRISTOPH. SCHELHAMMERI, Generi Conringiani, in eum Invectiva, *in Additt. ad Conringii Introd. in Artem Med. c. 3., p. 116. 117. 118.*, cujus nonnulla, in Scripti Anti Conringiani, A. 1674. editi, Recenſu, paulo poſt exhibebuntur.

NICOL. HIER. GUNDLINGIUS, *P. I. Hiſtoriæ Philoſophiæ Moralis, c. 1., p. 8.*, qvam Conringius in Noſtro deſiderabat, Antiqvitatis reverentiam, illi non ſolum tribuit, ſed &, velut immodicam, hiſce verbis reprehendit: *Fuit Ol. Borrichius Philoſophus, Criticus, Medicus & Poeta hujus ævi inſignis: ſed fuit tamen rerum Exoticarum & priſcarum admirator immodicus. Commendandus, ob magnam ingenii & eruditionis copiam, Liber de Hermetis, Ægyptiorum & hemicorum, ſapientia, nec negligenda de Ortu & progreſſu Chemiæ Diſſertatio, ſed cogitandum ſemper, eum hoc præjudicio fuiſſe imbutum, qvaſi nihil noſtris temporibus inveniri potuerit, de qvo non in veneranda antiqvitate certiſſima veſtigia compareant.* Gemina his ſunt, qvæ A. 1702., in den Neuen Monatlichen Unterredungen, *M. Jan.*, *p. 49. o.*, monuit: Borrichium æſtimire ich wegen ſeiner vielfältigen Wiſſenſchaften, und ſonderbahren Gelehrſamkeit, ſo er in allerl and Diſciplinen gewieſen. Ich weiß aber doch, daß er ein allzugroßer Liebhaber von Antiqvitäten geweſen, und ſich manchmahl eingebildet, er habe in einem alten Buche das Centrum der gantzen Weißheit gefunden, da es doch nicht einmahl der Anfang davon geweſen iſt. In den Streitſchritten mit Conringio de ortu & progreſſu Chemiæ miſchet er immer ſeine Grammatic mit unter; worauß erſcheinet, daß er ſeiner Schule nicht vergeßen können, ſondern den Priſcianum, biß in ſein hohes Alter, mit ſeinem Lateiniſchen Schwerdte, zu vertheidigen geſuchet. xc.

SCRIPTA.

SCRIPTA.

I. EDITA.

Diſſ. de Cabala Characterali, in qva 1. *κaϯαςκευαςικῶς* oſtenditur, Characteribus, Verbis, Sigillis & Imaginibus, nullam a natura vim inſitam eſſe, ad depellendos Morbos; 2. *ἀνασκευαςικῶς* eorum, qvi contra ſentiunt, rationes examinantur; 3. perpenditur Qvæſtio: Cur tot eruditiſſimi Medici Characteralis hujus Medicationis fuerint Patroni, & cui originem debeat Sanitas, qvæ hoc medio nonnunqvam acqviri videtur? Inſertæ ſunt & Qvæſtiones: An Sermo Homini ſit naturalis? An Muſica ejiciendis morbis inſerviat? & alia ad rem præſentem facientia. Hafniæ 1649. in 12. (4. *Pl.*) Commendatur a D. G. Morhofio *T. II. Polyhiſt., Lib. II., P. II., c. 8., p. 331.*

Diſp. de Artis Poeticæ Natura, Præſide Vito Beringio propoſita. Hafn. 1650. in 4.

Parnaſſus in Nuce, poſt Labores eruditiſſimorum Hominum, Smetii, Gloneri, Riccioli, Cavalli, Cœlemanni, luci publicæ expoſitus, pauciſſimis vaſtam illam Qvantitatum dubiarum Sylvam, docentium pariter & diſcentium commodo, utiliter contractam, exhibens, ſimulqve Erroribus Accentuum plurimis, maximis, minimis, in pronunciando familiaribus, larvam fideliter detrahens. Hafniæ 1654. in 4. Recuſus, adjecta Orat. Jubilæa Evangelica, ibidem, ſine mentione Anni, in 4. A. 1668. juxta Hendreichium. Commendatur a Thoma Bartholino (cujus verba, inter Autoris Elogia, jam recitavimus) *in Diſſ. de Medicis Poetis p. 148.*, Dan. Georg. Morhofio (*ſingulare* præſertim laudante *Compendium*, qvo Syllabarum Qvantitates, apud reliqvos per verſus diſperſæ ſingulos, ita hic ſunt propoſitæ, ut, qvæ uno Verſu continentur, novis non confirmentur teſtimoniis) *in Collegio Poet. MS., c. 1., Prælectionibus Polyhiſtoricis, c. 9.*, & *T. I. Polyhiſt., L. 7., c. 1., p. 327.*, ac Thoma Crenio *Diſſ. III. de Libris Scriptorum Optimis, num. 20., p. 43.*

Diſſ. Auſpicalis de Lexicorum Latinorum jejunitate, & pendentibus inde Nobilium etiam Criticorum Hæſitationibus: Cum Additamentis Poeticis, Botanicis & Chymicis. Hafniæ 1660. in 4. Diſſ. hæc (in qva, *a p. 13. ad finem usqve*, ordine Alphabetico fuſe oſtenſum eſt, qvamplurimas Voces, in bonis obvias Autoribus, a Gerh. Joh. Voſſio. *in Lib. de Vitiis Sermonis*, barbaris perperam eſſe annumeratas) commendatur ab Henr. Meibomio Jun, *in Addit. ad Vogleri Introd. ad notit. Bon. Scriptt. p. 187.*, D. G. Morhofio, *T. I. Polyhiſt., L. 4., c. 9., p. 109.*, J. G. Walchio *in Hiſt. Crit. L. Lat., c. 5., p. 264.*, Sev. Lintrupio *in præfat. Supplementi L. Lat. Falſteriani p. 34. 35.* & in *Homonymoſcopia* mea (accuratiſſimam Lexicorum Latinorum nomenclaturam pariter atqve Cenſuram ex illa peti jubente), *Sect. I., cap. 1., §. 3., p. 6.*

Deuſingius Heavtontimorumenos, ſive Epiſtolæ ſelectæ Eruditorum (*Petri Alvares, Vinc. Slegelii, Joh. Cordillii, Bernh. a Doma, Ant. Roſini*), qvæ immaturis Ant. Deuſingii, Medici Groning., Scriptis larvam ſtrictim, ſed ſincere, detrahunt, & clariſſimi nominis Viros, Gvalth. Charletonem, Thom. Bartholinum, Franc. Joſ. Burrhum, Joh. Pecqvetum, Gaſp. Schottum, a ſupercilio & cenſura ejusdem, non minus inepta, qvam improba, luculenter vindicant, ex Avtographis edente Benedicto Blotteſandæo. Hamburgi, typis Nicol. Molyodii, A. 1661. in 4. Epiſtolæ hæ adverſus Ant. Deuſingium, Prof. Med. Groninganum, Cenſorem Medicorum aliorum temerarium, Satyricæ, ſub Adverſariorum ejus Nominibus, ſtylo barbarum Deuſingii perpetua ac faceta exprimente *μιμήσει*, a Borrichio ſolo conſcriptæ, &, præfixo Nomine Benedicti Blotteſandæi (i. e. *Nudiverii*), Collectoris illarum, fictitio, e Vocibus duabus Danicis (Blotte Nudum, & Sand Verum ſignificante) efformato, A. 1661., in Batavia (in qva tunc verſabatur), editæ. Recenſum illarum V. in Vinc. Placcii *Tomo II. Theatri Anon. & Pſevdon. p. 128.* De his ipſe, qvamprimum A. 1661. prodierant, in Literis Lugduni Batavorum, M. Nov., exaratis, ad Thom. Bartholinum ſeqventia perſcripſit (*Cent. III. Epp. Med. Barthol., num. 95., p. 411. 412.*): *Deuſingius adhuc lacertos valide movet, & neſcio qvod regnum literarium animo meditatur. Nihilominus aut valde fallor, aut frænum illi paratum eſt, qvod proximo anni qvadrante laſcivientem compeſcet. Prodierunt enim nuperrime Epiſtolæ qvædam Eruditorum, edente Blotteſandæo, qvibus libere in omnia pene ejus Scripta animadvertitur, præſertim a ſupercilio ejus vindicantur ſummi Viri, Thom. Bartholinus, Charletonus, Burrhus, Scottus, Schneiderus, &c. Mitto exemplaria duo, in qvibus deprehendet Vir Celeberrimus Scriptorem nominis illuſtris Bartholiniani amantiſſimum, & felle qvidem hinc inde madentem, ſed, ut apparet, veri oppido ſtudioſum. - - Qvis Scripti Autor fuerit, variant hic judicia, aliis alio inclinantibus; ſed hariolari non eſt meum.* In proxima huic ipſius ad Bartholinum Epiſtola, M. Jan. A. 1662. ſcripta (*l. c., num. 97., p. 416. 417.*), mentio earundem denuo injicitur, ſimulqve refertur, *rarum eſſe* in Batavia *Medicum, qvi non Deuſingio ex animo hanc gratuletur fiſcellam.* Bartholinus, in Reſponſoriis (*ibid. num. 98., p. 425. 426.*), ei, & Judicium ſuum de Scripto, & de ipſomet iſtius Autore conjecturam, hiſce Verbis, eodem A. 1662., M. Febr., expoſuit: *Blotteſandæi Epiſtolas recte accepi, & ex illis tuum genium & affectum nonnulli divinant. Sunt enim qvi credunt, in tuo Muſæo natas, velut ex Jovis cerebro, diffuſamqve tuam eruditionem, ſcribendi elegantiam, & acumen, laudant. Optaſſem tamen mitius nonnihil cum Adverſario egiſſet Autor, qvem vix credo malo animo, vel me oppugnaſſe, vel ſiniſtra de Burrho judicia divulgaſſe.* Noſter contra, in tribus aliis ad Bartholinum Epiſtolis, A. 1662. & 1663. ſcriptis (*ibid. Cent. III., n. 99., p. 429. 430., & Cent. IV., n. 17., p. 70. 71., ac n. 51. p. 335.*), conjecturæ huic, qvam & Medicorum qvorundam Leidenſium, ipſiusqve Deuſingii, fuiſſe fatetur, de ſe Scripti, vel Autore, vel Editore, ſtrenue adhuc contradixit. *Deuſingius*, ait (*Cent. IV. Ep. 17., p. 70. 71.*), *Blotteſandæo ſuo adhuc imminet, emiſſo etiam ſecundo contra illum Alvares Scripto, eoqve, uti genius eſt Viri, mordaciſſimo; in qvo, a neſcio qvibus calumniatoribus inſtigatus, me qvoqve, ceu Autorem præfationis, obliqve ferit. Reſpondi per Epiſtolam ſuſpicaciſſimo homini, & culpæ ſuſpicionem amolitus ſum; nec tamen illos ipſos Autores, Carteſii Voetiiqve diſcipulos, nominare placuit, qvod falci meæ nihil cum aliena ſegete. Vindicent ſeſe, qvos urit Deuſingianum virus, &, ſi ſit fides relationi nuperæ, vindicabunt.* Deuſingio certe innocentiam eum ſuam ferme perſvaſiſſe, Verba Epiſtolæ ad Bartholinum A. 1663. exaratæ (*Cent. IV., n. 51., p. 335.*) oſtendunt ſeqventia: *Prodiit demum Deuſingii Reſponſio ad Exc. Tuam de Hepate, ſed illa oppido modeſta, contra Blotteſandæanos acerbiſſima. Me tandem, meliora edoctus, a ficto crimine liberat; vagus tamen, uti ſolet, nunc hunc, nunc illum, cornu impetens.* In Daniam tamen poſtea reverſus Noſter, Autorem ſe eſſe Sylloges Blotteſandæanæ, Amicis, uti a Pet. Terpagrio, Viro docto, ejusqve olim domeſtico, & aliis, accepi, fateri non dubitavit. Qvod & alii poſtea Viri Eruditi publice confirmarunt, & primus qvidem omnium Pet. Scavenius, JCtus Hafnienſis, in Catalogo Anonymorum & Pſevdonymorum, a ſe detectorum, *Deſignationi Bibliothecæ Regiæ Hafnienſis* A. 1665. adjecto, *num. 89., p. 375.*, poſt hunc autem Vinc. Placcius, *in Tr. de Scriptt. Anon. & Pſevdon., P. II., p. 165., & T. II. Theatri Anon. & Pſevdon. p. 128.*, Franc. le Boe Sylvius, *in Præfat. Operum Medicorum*, Amſtelod. A. 1679. editorum, Thom. Bartholinus *Diſſ. II. de legendis Libris p. 40.*, Jac. Beckerus *in Sylloge Scriptorum Anon. & Pſevdon. MSta, Dec. XIX., n. 4.*, D. G. Morhofius *P. II. Collegii Epiſtolici p. 288.*, Th. Crenius *P. XVI. Animadv., c. 1., §. 7., p. 59. 60.*, Chr. Hendreichius *in Pand. Brandeb. p. 605.*, & Adr. Bailetus (nomine Borrichii ſuppreſſo, eum *Un Danois aſſez connu dans noſtre Siecle* appellans) *P. III.* Libri Gallici *des Auteurs Degviſez, c. 9., p. 309.* Qvos inter Bartholinus (*Autorem, qvisqvis ſit, eruditum videri*, jam ante

etiam A. 1662., in Epiſt. ad Georg. Segerum, *Dec. IV. Epp. Med.*, *n. 32.*, *p. 201.*, profeſſus) hoc Syllogen iſtam ornavit Elogio: *Clariſſimus noſter Borrichius, in Deuſingio Heavtontimorumeno, ut Deuſingii mordacitatem evitaret, Blotteſandæi nomen expreſſit, eruditiſſimis illis Epiſtolis, qvas fictis titulis exaravit.* Morhofius autem ſeqventi: *Elegans Epiſtolarum ad Comminatorias Reſponſoriarum exemplum ſuppeditabit Blotteſandæus, ſeu Borrichius, in Deuſingio ſuo ἑαυτοντιμωρουμένῳ, in qvo eos, qvi a Deuſingio refutati qvondam ſunt, Epiſtolas Apologeticas ſcripſiſſe finxit, qvas ipſe eorum nomine confecit, mire elegantes & mordaces.* Deuſingius *in Præfat. Oeconomi Corporis Animalis reſtituti* (ed. Gron. A. 1662.), teſte Placcio *l. c. p. 128.*, Amſtelodamo nunciatum ſibi refert, Blotteſandæi genuinum nomen commutatum Anagramma eſſe *Baloorrichioo.* Addit tamen, nolle ſe doctiſſimo Viro, Bartholino neqvaqvam ignoto, ſub hujus Anagrammatis larva deliteſcenti, tantam barbariem & improbitatem tribuere. Ex Scriptis, qvæ larvato huic Adverſario Deuſingius (vehementer etiam in illum, Libellumqve ejus, velut famoſum, in Epiſt. ad Thomam Bartholinum, *Cent. IV. Epiſtolarum hujus Medicarum, num. 9.*, *p. 30. 31. 32.*, obvia, debacchatus) repoſuit, mihi innotuerunt (*e Beüghemii Bibliogr. Med. p. 74.*, *& Merclini Lindenio Renov. p. 66.*):

1. Apologeticæ Defenſionis pro Oeconomia Corporis Animalis Prodromus, qvo perſonato cuidam Bened. Blotteſandæo Larva detrahitur. Cui additur Specimen Ingenii, indolis ac religionis, qvibus claret Blotteſandæus, nec non Vindiciarum Hepatis redivivi Supplementum. Groningæ 1662. in 12.
2. Reſurrectio Hepatis aſſerta contra perſonatum Vinc. Schlegelium, ſub larvati Blotteſandæi Cohorte furioſa Signiferum. Ibid. 1662. in 12.

Oratio Jubilæa Evangelica, in Acad. Hafn. A. 1667. recitata. Hafn. 1667. in fol. & 4to. Recuſa, cum *Parnaſſi in Nuce* Editione Secunda, ibidem, ſine mentione Anni, in 4to.

Diſſ. de Ortu & Progreſſu Chemiæ. Hafniæ 1668. in 4to. (*20. pl.*) Recuſa (*ſicut Lipſienſes, in Actis Erud.*, *M. Jun. A. 1702.*, *p. 234.*, *teſtantur*) *Libro I. Bibliothecæ Chemicæ Curioſæ* Joh. Jac. Mangeti, Genevæ A. 1702. *in fol.* editæ. Friderico III., Daniæ Regi, Chemiæ amantiſſimo, Autor eam inſcripſit, imo, *in Ep. Dedic.*, hujus juſſu etiam ſcriptam fuiſſe ſubindicavit. Argumenti ejus, & Obſervationum rariorum, Recenſum invenies in Henr. Oldenburgii *Tranſact. Philoſ. Anglic.*, *T. III.*, *M. Sept. A. 1668.*, *n. 39.*, *p. m. 652-656.*, Autoris autem ipſius in illam Epigramma, qvo cum Franc. Joſ. Burrhi, Aulæ Danicæ Chymici, Laboribus Arcanis modeſte comparatur, in *Poematis* ejus, a Frid. Roſtgardo *T. II. Delic. Poet. Dan.* editis, *p. 475.* Carminibus celebrata eſt ab Abbate Boucaudio, R. Gallici Conſiliario, D. Chriſt. Langermanno, Duc. Brunſvic. Archiatro, & Aurelio Benzono, Encomiaſticis elegantiſſimis, Præfationi ſubjectis. Lipſienſibus (*in Actis Erud.*, *M. Jul. A. 1683.*, *p. 281.*) *Diſſertatio* audit *longe eruditiſſima*, Joh. Dan. Majori (*in Memoriali Anatomico-Miſcellaneo, Obſ. IV.*, *§. 3.*) *Excellentiſſima*, D. G. Morhofio (*in Ep. de Transmut. Metall. p. 55.*) *Opus præclarum*, Joach. Fellero (*in Floribus Philoſophi, ex Æneide Virgilii collectis, c. 40.*) *Tractatus longe doctiſſimus, & varietate rerum confertiſſimus.* Oppoſuit ei Herm. Conringius, cujus *Librorum 2. de Medicina Hermetica*, in Chymiam & Chymicos ſubinde paulo iniqviorum, nonnulla Borrichius paſſim notaverat ac refutaverat, erroresqve detexerat, *Apologeticum pro his, adverſus calumnias & inſectationes Ol. Borrichii*, iſtis, in Editione, qvæ Helmſtadii A. 1669. *in 4to* prodiit, Secunda, *p. 419-447.*, ſubjectum. In qvo, *præſertim p. 422. 423.*, cum Noſter calumniandi libidinem, animum elatum, hujusqve characterem, *dictionem Madaurice paſſim tumidam*, gloriationes plurimas, *affanias cauſam haud attinentes*, Digreſſiones crebras ab inſtituto alienas, & veræ docendi Methodi neglectum, ſibi, Scriptoqve ſuo, objici, imo Plagii ex opere Conringiano crimen *p. 436.* exprobrari, & alia paſſim convitia inſpergi, obſervaſſet, ferendum hoc neutiqvam eſſe ratus, non ſuam tantum Diſſertationem, contra *Apologeticum* Conringii defendit, ſed & Adverſarii *de Medicina Hermetica* Libros novo accuratoqve ſubjecit Examini, *in Sapientia Hermetis, Ægyptiorum & Chemicorum, ab H. Conringii Animadverſionibus vindicata.* De qva, ſexennio poſt Diſſ. hanc, A. ſcil. 1674., Hafniæ edita, totoqve hoc adverſus Conringium certamine, ſuo mox loco plura dicentur.

Arctos Pullata, tumulo Auguſtiſſimi Regis, Friderici III., Danorum Norwegorumqve nuper Monarchæ, Patris Patriæ deſideratiſſimi, illacrymans. Hafniæ 1670. in fol. & 4to. Poema Heroicum inſigne, inter Poemata ejus reliqva, *in Deliciis Poetarum Danorum*, Lugd. Bat. A. 1693. (in 12.) excuſis, *Tomo II.*, a Frid. Roſtgardo publicata, *p. 516-542.*, recuſum.

Arctos Reſpirans Auſpiciis Sacratiſſimi & Auguſtiſſimi Regis, Chriſtiani Qvinti, Daniæ Norwegiæqve Hæreditarii Monarchæ, Pietate & Juſtitia florentiſſimi. Hafniæ A. 1671. in fol. Poema indem Heroicum, A. 1693. in *Delic. Poet. Dan.*, modo laudatis, *Tomo II.*, *p. 543-560.*, inter Poemata illius cætera, recuſum.

Lingva Pharmacopœorum, ſive Tractatus de accurata Vocabulorum, in Pharmacopoliis uſitatorum, pronunciatione, ad Chriſtianum V., Regem Daniæ. Hafniæ 1670. in 4to. *Cum, non ſine nauſea, advertiſſet, imperitum vulgus Pharmacopœorum, imo nonnunqvam medentum negligentiores, in enunciandis juſta mora Pharmacis, ſanandiqve inſtrumentis, varie ſibi excidere, huic malo*, uti ipſemet in Vitæ ſuæ ait Hiſtoria, Scripto præſenti *obviam ire* voluit, & (uti denuo ab ipſomet, *in Diſſ. Georg. Henr. Urſino oppoſita*, *§. 2.*, eſt monitum) *ambiguæ hactenus Vocum* iſtarum, *Pharmacopolis uſitatarum, in pronunciando moræ certiores, ex optimis Scriptoribus, definire terminos inſtituit.* Georg. Hier. Welſchius, *in Epiſtola de Scriptis ſuis*, Theod. Janſonii *Bibliothecæ Latenti* adjecta, *p. 106.*, ſeqvens de illa tulit judicium: *Emiſit haud ita pridem Cl. Borrichius brevem qvandam Enumerationem Vocabulorum Officinalium, qvam, neſcio qva de cauſa, Lingvam Pharmacopœorum inſcripſit: qvæ tamen Proſodiam pronunciatione tantum reſpicit, nec ſola lingvam facere poteſt, nec, ſi faceret, Latinam, ſed barbaram, exhiberet, nec omnia, qvæ taxanda aut corrigenda, complectitur.*

Hermetis, Ægyptiorum & Chemicorum, Sapientia, ab Herm. Conringii Animadverſionibus, Libris duobus (*qvorum primus Hermeti & Ægyptiis, alter autem Theophraſto Paracelſo, Chemicisqve, ejus Aſſeclis, patrocinatur*) vindicata. Hafniæ 1674. in 4. (2½. *Alphab.*) Anatomæ Leonis, Aqvilæ & Crocodili, e Vindiciarum harum *Lib. I.*, *c. 10.*, *§. 6. 7. 8.*, *p. 245-277.*, excerptæ, ſeorſim denuo prodierunt in Gerh. Blaſii *Anatome variorum Animalium*, Amſtelod. A. 1681. *in 4.* edita. Repoſitæ ſunt hæ Vindiciæ, eidem, cui Conringius opus ſuum inſcripſerat, Miniſtro Aulæ Gallicæ primario, Joh. Bapt. Colberto, dedicatæ, Antapologiæ loco, uti paulo ante jam monitum, Herm. Conringii pro *Libris ſuis de Medicina Hermetica duobus*, adverſus noſtri *de Ortu & progreſſu Chemiæ* Diatriben, *Apologetico*, Secundæ illorum Editioni Helmſtadienſi A. 1669. adjecto, &, hunc pariter atqve ipſos de *Med. Herm.* Libros erudito refutantes examine, Chemiæ inprimis Antiqvitatem, ab Adverſario impugnatam, defendunt, ſimulqve plurimas Obſervationes Chymicas, Phyſicas & Medicas, novas ac curioſas, partim ab Amicis in peregrinatione communicatas, partim vero e penu Experientiæ propriæ locupletiſſimo ab Autore depromtas, paſſim inſpergunt. A Conringio, etſi per ſeptennium Editioni Libri hujus Borrichiani ſuperſtite, nihil ei eſt regeſtum, a Genero autem Conringii, Günth. Chriſtoph. Schelhammero, in *Additamentis, Introductioni* Soceri *in Artem Medicam*, Helmſtadii A. 1687. recuſæ, adjectis, *c. 3.*, *p. 116. 117. 118.*, brevis ſaltem oppoſita Digreſſio. In qva Borrichio, laudibus ſuis non defraudato, ſtudium *eruditionis*

ſuæ

ſuæ *oſtentandæ*, Conringio autem detrahendi & maledicendi, *malam fidem in verbis ejusdem malitioſe & per calumniam detorqvendis*, & *ignorantiam Analytices* (cujus vitio *nullis* in utroqve ſcripto *Argumentis utatur Apodicticis, ſed pleriſqve vitio Logico laborantibus & robore deſtitutis, fucum* interim *verbis faciens, & ex Eloqventiæ coloribus nonnunqvam malæ cauſæ qværens præſidium*), generatim objeciſſe contentus, de ſingulis Controverſiæ capitibus Lectori, utriusqve Scripta collaturo, judicium detulit. Recenſiis Libri hujus Borrichiani Encomiaſticos exhibent Henr. Oldenburgii *Acta* Philoſophica Anglicana Anni 1674. (a Corn. a Beüghem *in Appar. ad Hiſt. Lit. Noviſſ., Conſp. I., p.62.,* allegata), *num. 113.*, & Joh. Galloeſii *Ephemerides Eruditorum Gallicæ A. 1675., num. 17. (ad d. 12. Aug.), p. 229. 230. 231.* Præter hos & alii ex Eruditis eundem deprædicarunt qvamplurimi. Erasmius Bartholinus hoc illi præfixit Elogium: *Perlegi ea, qvæ, ad Hermetis, Ægyptiorum & Chemicorum, Sapientiam illuſtrandam, multiplici ac varia rerum ſcientia concinnavit Vir Experientiſſ. atqve Clariſſ., D. Ol. Borrichius, neqve alium hunc, aut curaſſe ſtudioſius, aut cumulatius vindicaſſe, animadverti.* D. G. Morhofius, *P. I. Hiſt. Nat. c. 4., multa in hoc Libro erudita, & Chymiæ antiqvitatem demonſtrantia, contineri, qvanqvam longe plura Autor omiſerit:* In *Epiſt.* autem de *Transmut. Metall. p. 6., Præclariſſimos Viros, Conringium & Borrichium, jampridem omnem Hiſtoriæ Chemicæ fundum occupaſſe*, judicat, *Orat. IV. de Intemperantia in Studiis, p. 127., omnem Chymicam artem improbantibus a doctiſſimo Daniæ Medico* (qva περιφράσει Noſtrum deſignavit) *ſatisfactum eſſe, arbitratur*, & *P. I. Polyhiſt., Lib. I., c. 10., p. 89.,* Autorem *Doctiſſimum Sapientiæ Ægyptiorum Vindicem* ſalutat. Mich. Bernh. Valentino (*in Armamentario Naturæ ſyſtematico p. 13.*) judice *ſcripto huic tota Chymicorum turba palmam concedit.* Joh. Höpneri, JCti & Poetæ Danici haud ignobilis, Carmen in haſce Vindicias elegans, inter cætera illius, *T. I. Delic. Poet. Dan. Roſtgardi, p. 270. 271.,* occurrit. Addantur his, qvi utrumqve pro Chemia ſcriptum ſimul commendarunt, Dethl. ſcil. Cluverus, fuſius de illorum differens laudibus, *in Novæ Criſeos Temporum Tomo I.*, Germanice A. 1700. edito, *num. 47., p. 372. 373.*, Sam. Schelgvigius *in Specimine Biblioſophiſtarum Gedanenſium p. 72. & ſeqq.*, Burch. Gotth. Struvius *in Bibliotheca Antiqq. Rom., Libro I. Syntagmatis illarum A. 1701. præfixa, p. 28.*, & Joh. Lud. Hannemannus (cui Noſter *Chemiæ ſublimioris Vindex* audit *Incomparabilis*) *in Diſp. de Sole p. 11.* Cæterum, qvis palmam ex hoc de Chemia arcaniori reportarit Certamine, Conringiusne an Borrichius, haud eadem omnium eſt ſententia. Borrichio eam adjudicant Joh. Dan. Major, hujus intuitu (*in Programmate Invit. ad Diſſ. Inaug.* Joh. Gvilh. Schmidii) *Tyrannicidam* illum *Literarium* A. 1673. appellare haud veritus, & D. G. Morhofius, *P. I. Polyhiſt., Lib. I., c. 11., p. 101.*, ita ſcribens: *Pro Hermetis, aliorumqve Veterum Chymicorum, ſcriptis ita militavit Borrichius, ut ſuperior ex illa pugna diſceſſerit.* Conringio contra eadem vindicatur, non a Genero ſolum doctiſſimo, qvem paulo ante laudavimus, Günth. Chriſtoph. Schelhammero, a partium ſtudio haud immuni, & in Noſtrum iniqviore, ſed a Nicol. etiam Hieron. Gundlingio, locis ſupra, inter Cenſuras de Noſtro inclementiores, jam recitatis nimium, in Scriptis ejus, Antiqvitatis & Philologiæ amorem Virgula præſertim notante Critica, ac Chriſt. Helwigio, Medico Uratislavienſi, *in Schediasmatis de Ære* (Norimbergæ A. 1701., *in Append. Annorum VII. & VIII. Decuriæ III. Miſcellan. Acad. Nat. Curioſ.*, editi) *Proœmio, p. 145.*, hoc ferente judicium: *Non ignari ſumus, qvod hodie reperiantur inter Eruditos non poſtremi, qvi Ægyptiorum ſcientiam de rebus naturalibus omnibus, etiam Metallicis, laudibus efferunt maximis, eamqve unice ex Hermetis Libris eſſe petendam contendunt. At vero inter Eruditos conſtat, eos, nullo fundamento ſubnixos, Orbi id voluiſſe perſvaſum. Ol. Borrichii Liber de Ægyptiorum Sapientia, contra Conringium, cordato cuivis abunde fidem fecerit, qvi ſibi a ſtylo nitido Borrichii non paſſus fuerit glaucoma objici.* Οὐδέτερος eſſe videtur Sam. Schelgvigius, *l. c., p. 72. & ſeqq.*, Harmonidem ſuum ita loqventem introducens: *Herm. Conringii Lib. de Med. Herm. oppugnatur ab Ol. Borrichio, cum in Diſſ. de ortu & progreſſu Chemiæ, tum inprimis in Tr. de Hermetis, Ægyptiorum & Chemicorum, Sapientia ab H. Conringii Animadverſionibus vindicata. E Scripto utroqve, Virum perqvam eruditum, & in Veterum lucubrationibus verſatiſſimum, velut ex ungve Leonem, agnoſces.* Cui mox ſeqventia regerit Ariſtophilus: *Recte judicas. Tam nervoſe, tam ſubtiliter, tam eleganter, contra validum Adverſarium egit, ut ambiguus detineatur Lector, utri calculum adjicere debeat. Si genuini & indubitati fœtus eſſent Hermetis, Democriti, aliorumqve Vetuſtiſſimorum Scriptorum, qvos Borrichius, ex fide Pariſienſis, Scorialenſis, Vaticanæ, Venetæ Bavaricæqve Bibliothecarum, pro defendenda Chymiæ antiqvitate, c. 3. adducit, non pedibus irem in ſententiam ejus, ſed toto corpore. Sed illos Salmaſius pro ſuppoſititiis habet.* Mihi eadem ἐποχὴ arridet, eruditiſſimas qvidem eſſe Noſtri de Hermete, & cæteris, qvos χρυσοποιΐας Patroni jactant, Chymicis Vetuſtioribus, Diſqviſitiones agnoſcenti, ſed nervos, & juſtum argumentorum robur, in iis, uti *Sect. II. Homonymoſcopiæ, c. 2., §. 16., p. 217.*, jam monitum, non raro deſideranti. Neminem interim Hyperaspiſtam Borrichio doctiorem Chemiam hactenus habuiſſe, neminem cauſam ejus diligentius egiſſe aut dexterius, neminem deniqve majorem Hiſtoriæ ejusdem antiqviori lucem eſſe fœneratum, certiſſimum eſt & ἀναντίῤῥητον.

Diſp. de Scorbuto, Reſp. Joh. Melch. Sultzero. Hafniæ 1675. in 4.

Diſſertatio de Cauſis diverſitatis Lingvarum. Hafniæ 1675. in 4. Bis recuſa uno eodemqve Anno 1704., Jenæ ſcil. in 4. (cum Præfat. Editoris, M. Joh. Georgii Jochii), & Qvedlinburgi in 8., nec non deinceps (*juxta Catal. nund.*) Jenæ A. 1720. in 8. (*5. pl.*) Argumentum ejus breviter recenſent *Nova Literaria Germanica, M. Apr. A. 1704., p. 153.* D. G. Morhofio, in Tr. de Lingva & Poeſi Germanica Vernaculo, *P. I., c. 1., p. 8.*, *Docta* audit *Diſſertatio; in Tr. de Patavinitate Liviana, c. 8., p. 109., Doctiſſima & elegantiſſima*, &, *in Prælectt. MSS. de Notitia Autorum, c. 11.*, ac *T. I. Polyhiſt., L. 4., c. 3., n. 7. p. 26., brevis qvidem, ſed docta & arguta, in qva Autor de cauſis Lingvarum, ex ipſa earum ac Gentium natura, & conformatione Organorum, judicet;* Joach. Langio (*P. I. Medicinæ Mentis p. 35.*) *erudita.* J. G. Eccardus, *in Hiſtoria ſtudii Etymol. L. Germ., c. 8., p. 85.*, eam *ſcriptum* vocat *breve qvidem, ſed admodum eruditum.* Commendavit eandem, verba Morhofii ſua faciens, etſi haud allegati, Aug. Griſchovius *in Introd. ad Philol. gen., c. 2., §. 18., p. 31. 32.* In *Ephemeridibus* contra *Erud. Gallicis A. 1705., n. 36., p. 1010.*, hoc de illa judicium fertur iniqvius: *Borrichius l' a rempli à la maniere des Auteurs d' Allemagne de beaucoup de citations. On n' y trouvera pas de recherches curieuſes, il n' y a rien qve de fort commun; mais à qvelqves obſervations pres, tout y eſt d' ailleurs aſſez raiſonnable.*

Cogitationes de variis Lingvæ Latinæ ætatibus, & Scripto Illuſtris Viri, Gerh. Joh. Voſſii de Vitiis Sermonis. Accedit defenſio nomine Voſſii & Famiani Stradæ, adverſus Caſp. Scioppium. Hafniæ 1675. in 4. Recuſæ (adjecta Autoris Hiſtoria Vitæ ſuæ) Cothenis in Ducatu Anhaltino A. 1691. in 4., & inter *Conſilia & Methodos Aureas ſtudiorum optime inſtituendorum*, a variis ſcriptas Autoribus, junctimqve a Thoma Crenio, cum *Notis* ſuis, denuo editas, Roterod. 1692. in 4. (*1. Alph. 19. pl.*) Inſcriptæ ſunt Petro, Comiti a Griffenfeld, Miniſtro tunc Aulæ Danicæ præcipuo, qvi Autori ad laborem hunc hortator extiterat, & Poematio peculiari, iis præfixo, ab eodem eſt celebratus. Maximam Voluminis partem occupant, qvæ brevi de *L. Lat. Ætatibus* Diatribæ ſubjunguntur, *Cogitationes de Scripto Voſſii de Vitiis Sermonis*, Vocabula plurima, qvæ ille Vitioſis accenſuit, partim omni Vitio carere, & apud Autores occurrere pro-

batiſſimos, partim vero longe, qvam is credidit, eſſe antiqviora, Alphabetico ordine. Locis Autorum (in qvibus congerendis ſe a Studioſis Danis compluribus, qvibus Scriptores Latinos antiqvos accurate perlegendos diſtribuerat, non parum eſſe ſublevatum, Noſter illuſtri olim faſſus eſt Gudio) ubiqve adjectis, oſtendentes. Qvæ in locum rejecta eſt ultimum, *Gerh. Joh. Voſſii & Famiani Stradæ Defenſio*, Phraſes vocesqve complures, a Duumviris hiſce uſurpatas, vere Latinas eſſe, contra Caſp. Scioppii obelos, qvibus *in Infamia Famiani*, & *Animadverſionibus in Librum de Vitiis Sermonis Voſſianum*, iſtas immerito notaverat, eleganter demonſtrat. Recenſum Scripti hujus Tripartiti accuratiorem *Ephemerides Eruditorum Italicæ* Anni 1676., num. 16. (*teſte Corn. Beughemio Conſp. I. Apparatus ad Hiſt. Lit. noviſſ. p. 62.*), exhibuerunt. Eraſmius Bartholinus, in Cenſura *Cogitationibus* his præfixa, merito, *publicam iis gratiam deberi, & publicam lucem, cum æterna laude conjunctam*, judicavit. D. G. Morhofius, *L. 7. Polyhiſt. Lit*, *c. 2.*, *§. 1.*, his eas verbis extollit: *Dignius*, qvam Voſſianum, de Vitiis Sermonis, *Autore ſuo eſt Opus doctisſimi Hafnienſis Medici, Ol. Borrichii, qvo ille, præter magnam Sermonis Latini elegantiam, magnum qvoqve in congerendo ſtudium, & judicium in diſcernendo, oſtendit.* Alibi (*Lib. ſcil. IV.*, *cap. 9.*, *p. 114. 115.*) Partem præſertim ſecundam celebravit, & *Lexici Vocum, qvæ a Voſſio, Scioppio, & aliis, erant rejectæ*, *Latinitati reſtitutarum integri* dignatus eſt titulo. Commendant easdem Georg. Matth. Königius (*multa* Autorem *in iis utilia monuiſſe* affirmans) in Epiſt. ad Chriſt. Daumium A. 1675. ſcripta, & inter Daumianas ad J. Frid. Hekelium *p. 60.* obvia, Henr. Meibomius Jun. *in Addit. ad Val. Henr. Vogleri Introd. in Notit. Bon. Scriptt. p. 187.*, Joh. Georg. Walchius *in Hiſtoria Critica L. Lat.*, *c. 5.*, *p. 249. 251.*, & Sev. Lintrupius *in Præfat. Supplementi L. Lat. C. Falſteri p. 39.* Monendum tandem, amico illas inter Noſtrum & Chriſtoph. Cellarium, Prof. Lit. Human. in Acad. Halenſi doctiſſimum, Certamini occaſionem præbuiſſe Literario. Hic enim, qvi, in eodem jam ante verſatus argumento, *Anti-Barbarum Latinum, in VII. Claſſes diſtributum*, Cizæ A. 1677., & in ſecunda deinde Editione locis auctum innumeris, Jenæ A. 1682., publicaverat, lectis Borrichii *Cogitationibus*, idem, editis Cizæ A. 1680. *Curis de Barbariſmis & Idiotiſmis Latini Sermonis poſterioribus*, ita retractavit, ut pleraſqve Borrichii Obſervationes laudaret & approbaret, nonnullas tamen, diſſenſum modeſte profeſſus, impugnaret aut in dubium vocaret. Borrichius contra, ut has tueretur, pari ſtyli moderatione uſus, *Analecta ad ſuas de L. Lat. Cogitationes*, de qvibus mox dicetur, Cellario A. 1683. repoſuit. V. *Acta Erud. Lipſienſia*, *M. Aug. A. 1682.*, *p. 256.*

Diſp. Philologica de Curis poſterioribus Chriſtoph. Cellarii. Hafniæ 1682. in 4. Recuſa ibid. A. 1683., adjectis Appendicibus qvibusdam, ſub titulo *Analectorum ad Cogitationes de Lingva Latina.*

Analecta ad Cogitationes de Lingva Latina. Accedit Appendix de Lexicis Latinis & Græcis, cum Indice Addendorum ad Fori Romani Literam C. Hafniæ 1683. in 4. Analecta hæc (qvæ eadem ſunt cum Diſſert. præcedenti, & ab Ant. Teiſerio, *Parte II. Catalogi Catalogorum p. 215.*, Collegæ Borrichii, Oligero Jacobæo, Profeſſori Medico Hafnienſi, perperam tribuntur) *Cogitationum* Noſtri *de Lingva Latina* Obſervationes, a Chriſtoph. Cellario amice impugnatas, contra hujus *Curas de Sermonis Latini Barbariſmis & Idiotiſmis poſteriores, paulo ante memoratas*, non minori humanitate, allegata partim diverſa Autorum lectione, partim MSStorum fide, defendunt. In Appendice de Lingvæ utriusqve Lexicis ſingulorum defectus notantur, &, qvomodo perfecta atqve accurata, tam Græca, qvam Latina, partita inter plures Doctores Scholaſticos Academicosqve opera, ſint concinnanda, Supplemento Literæ *Fori Romani* Tertiæ, Speciminis inſtar, adjecto, commonſtratur. V. Recenſum Scripti hujus Encomiaſticum, *in Actis Erud. Lipſienſibus*, *M. Aug. A. 1682.*, *p. 256. 257.*, obvium. Chriſtoph. Cellario nec *Analecta* hæc omnino ſatisfecerunt. *Curas* igitur ſuas *de Barbariſmis & Idiotiſmis Sermonis Latini Poſteriores*, Seculorum Ordine diſpoſitas, recognitas, Jenæ A. 1686., & plurimis locis auctas, publici denuo juris faciens, iteratæ huic Editioni, *qvæ certiora Borrichius in Analectis monſtraverat, inſeruit, qvæ vero dubia videri poterant, aut Librorum varianti ſcripturæ innixa, ita ex meliorum Codicum fide illuſtravit, ut ubiqve diſſentientis honori ſumma humanitate conſuleret*, ſicut vere a Lipſienſibus, in ejus Recenſu, in *Actis Erud.*, *M. Jan. A. 1688.*, *p. 54. 55.*, eſt obſervatum. In Præfatione certe nova, & Analecta ipſa, & Autorem illorum, hoc dignatus eſt Elogio: *Poſtqvam Curas Secundas in lucem edideramus, Vir ſemper honoris cauſa nobis appellandus, & Hafnienſis Academiæ eximium decus, Ol. Borrichius, ordinariis illas Lectionibus, ut ex Programmate perſpeximus, examinavit, & Animadverſiones ſuas Analectorum nomine ſeqventi anno publici juris fecit. Grata nobis tanti Viri diligentia fuit, qvod multa in memoriam repreſſit, qvæ exciderant, multa nova & inobſervata perdocuit.* Addit deinde *inter ſe & Borrichium conveniſſe, & mutuis literis alterum alteri confirmaſſe, qvod publico his ſtudiis unice ſint inſervituri, nihilqve privatis daturi rationibus.* Qvod exemplum laudabile ut alii, in Certaminibus hujusmodi Literariis, imitentur, merito eſt optandum. In Philologico hoc, cum Borrichio ipſi, ob valetudinem & occupationes, ſerram diſceptationis ulterius reciprocare non vacaret, Hyperaſpiſten is elegit, e Gentilibus ſuis, iſti continuando haud imparem, Andream Borrichium, Norwegum, Scholæ Cathedralis Nidroſienſis in regno patrio Rectorem. Hujus *Appendix* (1.) *ad Cellarii Curas Poſteriores recognitas*, Hafniæ A. 1687. *in 12.* edita, *qvæ* in iſtis *a Noſtri Cogitationibus & Analectis diſcrepant, examinat, &, qvæ Borrichius Senior aſſeruerat, ſtylo modeſtiæ & humanitatis pleno tuetur & vindicat*, uti denuo Lipſienſes, in relatione ſua de hac Appendice, *l. c.*, *M. Jan. A. 1688.*, *p. 55. 56.*, recte cenſuerunt. *Sunt autem*, ceu ibidem additur, *pleraqve ita comparata, ut a Codicum diverſitate, aut Criticorum ac Interpretum diſſenſu, dependeant, ſæpenumero etiam non caſtigent, ſed ſtabiliant & pluribus exemplis confirment, ſententiam Cellarianam.* Conf. ſimile, ſed in Cellarii tamen partes pronius, judicium Tenzelii *in Dial. Menſtr. Germ.*, *M. Nov. A. 1691.*, *p. 957.* Borrichio Juniori Cellarius, octennio poſt, *Diſcusſionem Appendicis Danicæ ad Curas Poſteriores*, qvæ Jenæ A. 1695., & auctior poſtea ibidem A. 1699. (*in 12.*), eſt publicata, oppoſuit. Cui a Borrichio Juniore repoſitæ viciſſim ſunt, & Typis Hafnienſibus A. 1706. (*in 8.*) excuſæ, *Vindiciæ Latinitatis purioris*, *qvibus Vocabula plurima, a multis* (præſertim vero Cellario in Curis Poſterioribus & Diſcuſſione) *hactenus immerito damnata, vindicantur, &, allatis 2420. Vocabulis, tantummodo ad literas P. R. & S. pertinentibus* (qvæ in Cellarii Theſauro Latinitatis, A. 1696. edito, omnia deſiderantur), *ingentes Lexicorum Latinorum, etiam recentiorum, qvæ pro abſolutisſimis venditant, defectus oſtenduntur.* De qvibus, uti & Lexico, qvod idem promittit, pleniori Latino-Germanico-Danico, *Nova Literaria Lubecenſia, M. Aug. A. 1703.*, *p. 182.*, *& M. Oct. A. 1706.*, *p. 315. 316.*, poſſunt conſuli. Sed nec hiſce Vindiciis ad ſilentium adactus eſt Cellarius, qvi, Anno mox ſeqventi 1707., ſibi emortuali, ſuum *de Vindiciis Lingvæ Latinæ Borrichianis Judicium*, Halæ *in 12.* edidit. Confer de hoc certamine J. G. Walchii *Hiſt. Crit. L. Lat.*, *c. 5.*, *p. 249. 250. 251.* (Opuſcula Grammatica, hactenus recenſita, Borrichii & Cellarii contraria, Mich. Conſtantius, Vir Nobilis, Panormi in Sicilia, in Officina Typographica, a ſe inſtituta, circa A. 1707., junctim curavit recudi. V. *Nova Lit. Germ.*, *M. Apr. A. 1708.*, *p. 145.*)

Diſſertatio-

(1.) Olao hæc perperam tribuitur in Corn. a Beughem *Apparatu ad Hiſt. Lit. Noviſſ.*, *Conſp. II.*, *p. 47. 48.* Qvem errorem ipſe emendavit. *Conſp. V. p. 197. 198.*

Diſſertationes VII. Academicæ de Poetis, in Regio Hafnienſi Lycéo, ab A. 1676. ad A. 1681., publicis Diſputationibus aſſertæ, & ſigillatim editæ, Hafniæ in 4. Junctim deinde, cum Epiſt. Dedicatoria ad Fridericum, Comitem ab Alefeld, Magnum Regis Danici Cancellarium, Elegia in laudem ejusdem ad Poetas, in illis celebratos, & Præfatione, Ariſtotelis de Carmine Epico refutante ſententiam, recuſæ Francofurti A. 1683. in 4. (*1. Alphab.*) Diſſertationes duæ priores Poetas Græcos, in claſſes certas, pro Argumenti & Carminum diverſitate, digeſtos, totidem ſeqventes Latinos Antiqviores, temporum, qvibus floruerunt, ordine collocatos, tres autem poſtremæ Recentiores ſingularum Europæ Gentium, Latinos pariter atqve vernaculos, Italos ſcil., Gallos, Hiſpanos & Luſitanos, Germanos, Belgas, Anglos & Scotos, Boruſſos, Polonos, ac Danos tandem, Autoris populares, non tamen omnes, ſed celebriores tantum, ſerie diſpoſitos Alphabetica, recenſent. Singulorum Poemata breviter enumerantur, Judicium de iſtis additur accuratum, ex plerorumqve Carminibus Floſculi aliqvot ἐξοχώτεροι, e qvibus, velut ex ungve leonem, venam illorum æſtimes, ſubjunguntur, ac de Veterum etiam Ætate, Vita, Editionibus optimis ac Interpretibus, nonnulla præclare monentur. Diſſertationis Septimæ Sectio Ultima, Daniæ Poetas celebrans, ſeorſim etiam eſt recuſa, & a Frid. Roſtgardo *Deliciis Poetarum ſex Danorum*, a ſe collectis, Tomisqve duobus Lugduni Batav. A. 1693. *in 12.* editis, præfixa. *Analectorum ad Diſſertationes* Noſtri *de Poetis Specimen*, celebriores e Modernis haud paucos, ab illo omiſſos, eadem qva ipſe methodo, ſed non pari ſemper judicii accuratione, recenſens, M. Michael Filizius, Gubena Luſatus, Diſputatione ſex qvaternionum juvenili, in Academia exhibuit Lipſienſi, & A. 1696. in 4. publicavit. Recenſum Diſſertationum harum Borrichii prolixiorem, *in Actis Erud., M. Jul. A. 1683., p. 281-284.*, exhibuerunt Lipſienſes, & *accuratum* eum, *circa Poetas omnes, Tarpam atqve Ariſtarchum agere, qvid in ſingulis palmam cenſoriamve mereatur virgulam, accurate diſcernere, candideqve ediſſerere, imo, non in Cenſura tantum Poetarum, ſed & in carmine pangendo, vix qvenqvam habere ſuperiorem*, vere judicarunt, ſimulqve Elegiam ad Poetas, Libro præfixam, *brevem qvidem, ſed terſam, vividam, & ab ipſo Phoebo dictitatam, Poeſeosqve haud trivialis documentum, appellarunt.* D. G. Morhofius *T. I. Polyhiſt., L. 7., c. 2., p. 333.* ita de illis: *Dignius* (qvam Voſſianum) *Autore ſuo opus eſt de Poetis doctiſſimi Hafnienſis Medici, Ol. Borrichii, qvo ille, præter magnam ſermonis latini elegantiam, magnum qvoqve in congerendo ſtudium, & judicium in diſcernendo oſtendit.* Commendant easdem Henr. Harderus, in eleganti de illis Epigrammate (*Lib. 3. Epigr., T. II. Delic. Poet. Dan. Rooſtgardi, p. 294. 295., obvio*), Henr. Meibomius Jun. *in Additt. ad Vogleri Introd. in Notit. Bon. Scriptt. p. 186.*, Mich. Filizius (*opus* eas vocans *magna cum cura, & nitidiſſimo orationis genere, elaboratum, in qvo Autor fere priores Poetarum cenſores, Crinitum, Gyraldum, Scaligerum, Voſſium, judicio perſpicaciſſimo glorioſe anteverterit*) *in Præfat. Speciminis Analectorum*, paulo ante allegati, *p. 5. 6.*, & J. G. Walchius (*eruditiſſimas* appellans) *in Hiſtoria Critica L. Lat., c. 6., p. 275.*

Docimaſtice Metallica, clare & compendioſe tradita. Hafniæ 1677. in 4. Verſionem ejus Germanicam (ſub Titulo der Metalliſchen Probierkunſt) Gregorius Kuſſius Hafniæ A. 1680. *in 8.* edidit. Danice etiam eandem prodiiſſe, Autor ipſe *in Vitæ ſuæ* teſtatur *Hiſtoria.* Novam ejus, uti & aliorum de Metallis Scriptorum (Georg. Agricolæ, Gabr. Fallopii, Andr. Cæſalpini, Chriſtoph. Encelii, Andr. Soleæ, Lud. de Comitibus, Joh. Webſteri, Laz. Erckeri, Modeſtini Fachſii, &c.), Editionem, a ſe reviſam, emendatam, Notisqve & Animadverſionibus Experimentalibus illuſtratam, ſub Titulo *Dodecados Scriptorum rei Metallicæ*, Francofurti *in fol.* prodituram, Joh. Joach. Becherus, *in Catal. Nund. Vern. A. 1681. Lipſ. p. 39. 40.*, eſt pollicitus. Argumentum ejus ipſemet, *in Vitæ ſuæ Hiſtoria,* hiſce verbis expoſuit: *Ut Civibus, in metalliferas regiones ituris, evidenter prodeſſet, brevi & facili compendio modum aperuit examinandi omnes ubiqve venas metallicas, ſaxa, arenas, aqvas, argillas, ut de earundem liqvido conſtet præſtantia.* Chriſtiano Helwichio, *in Schediaſmatis de Ære Proœmio* (edito Norībergæ A. 1701., *in Append. Annorum VII. & VIII. Decuriæ III. Miſcellan. Acad. Nat. Curioſ.*), *p. 147.*, *ſcriptum* audit *breve, ſed doctum & nervoſum.*

Diſp. Medica de Ictero. Hafn. 1677. in 4. (*A. D. Leop.*)

Brevis Conſpectus præſtantiorum Scriptorum Lingvæ Latinæ. Hafniæ 1679. 1682. & 1698. in 4. Ibid. 1705. in 8. (in qva Editione, prioribus auctiori, ſubſtrata unicuiqve fere paginæ eſt accurata Editionum meliorum recenſio, & calci adjecti Indices neceſſarii). Compendium eſt, uti ipſe *in Vitæ ſuæ Hiſtoria* ſignificat, Operis majoris *de Scriptoribus Latinis antiqvis ἀνέκδοτον.*

Diſſ. de Somno & Somniferis, maxime Papavereis. Hafniæ 1680. in 4. Ibid. 1683. in 4. Recenſus ejus Encomiaſticos ſiſtunt *Acta Erud. Lipſienſia, M. Majo A. 1682., p. 153. 154.*, *Ephemerides Erud. Gallicæ Anni 1683., num. 12.* (*ad d. 17. Maji*), *p. 150-153.*, & *Memoriæ Ingenioſorum Anglicæ Londinenſes A. 1682., num. 41.* Nondum editam Caſp. Bartholinus Jun., *in Exercitationum Miſcellanearum Secunda, p. 51.*, hiſce A. 1675. verbis commendavit: *De Facultatibus Opii aliqvando publicum docebit Præceptor magnus, D. Olaus Borrichius, qvando meditata de papavere Experimenta in lucem proferet.*

Diſſ. Philologica de Qvantitate penultimæ Denominativorum in INUS, & Verbalium in ICIS, Viri Cl. Georg. Henr. Urſini, Gymnaſii Poetici Ratisbon. Rectoris (*adverſus ſententiam ſuam, in Lingva Pharmacopoeorum & Defenſione Stradæ propoſitam, Capite XI. Obſervationum Philologicarum inſurgentis*), Exceptionibus oppoſita, & a Magiſterii Candidatis publice defenſa. Hafniæ 1682. in 4. *Omnia* in illa, judice Bartolo Bartholino, in *Cenſura* præfixa, *docta ſunt & nervoſa.*

Panegyricus in Oligeri Vindii, Conſiliarii Aulæ Danicæ Intimi, memoriam. Hafniæ 1683. in fol.

Diſſ. de Romæ Urbis Primordiis. Hafniæ 1687. in 4. (*Catal.*)

Diſſ. Compendiaria de antiqva Urbis Romæ facie, VI. Diſputationibus Academicis ventilata. Hafniæ 1687. in 4. Recuſa in Joh. Georg. Grævii *Theſauri Antiqvitatum Romanarum Tomo IV.*, Trajecti ad Rhenum A. 1697. *in fol.* edito, *p. 1517-1625.* Georg. Hilarius, Prof. Hafn., in Cenſura præfixa, illam *Commentationem* vocat, *accuratione, atqve eruditione varia, cum Antiqvariorum in hoc genere omnium curioſitate atqve ſolertia certantem, & plurima, Scriptoribus hac de re aliis, ſive inobſervata, ſive perperam tradita, & ἀυσεψία, & luculentis Veterum Autorum Teſtimoniis, Antiqvitatis Romanæ ſtudioſos omnes rectius edocentem.* Joh. Georg. Grævius, *in Præfat. Tomi IV. Theſauri Antiqq. Rom.*, ita de eadem: *Seqvitur Ol. Borrichii, eruditiſſimi Danorum noſtri temporis Viri, Diſputatio de antiqva Urbis facie, qvam inprimis, ſi aut ponderoſiorum Voluminum Donati & Nardini lectionem, ut ſunt pleriqve delicatuli, gravantur, aut, qvæ legerunt apud illos, tanqvam in parva tabella, conſpicere & admoneri voluerint, commendo legendam, qvi Romam ex his terris contendunt, ut, qvæ ibi præcipue videnda & cognoſcenda ſibi, norint, ne in Reginam Urbium delati, tanqvam in obſcura ignota ſylva, ſine ullo fructu, oberrent.* Ludolphi Neocori hoc de illa, *in Biblioth. Libror. novorum, M. Apr. & Majo A. 1697., p. 10.*, legitur judicium: *Voſſium excipit Ol. Borrichii. Eruditiſſimi Dani, de antiqva Urbis Romanæ facie Liber, qvi, qvoniam Synopſin qvandam & Compendium omnium eorum continet, qvæ ab Alex.*

Donato (in Roma Vetere & Recente) *& Famiano Nardino* (in Libb. 8. de Roma Vetere ac Nova) *fuſius diſputata ſunt, aptiſſime is prolixioribus illorum Commentariis ſubjicitur. Eſt profecto Liber hic, non ſolum ob elegantiam & doctrinam, ſed etiam perſpicuam brevitatem, magni faciendus.* Cui concinit ſeqvens Burch. Gotth. Struvii, *in Biblioth. Hiſtor., c. 27., p. 678.*, obvium: *Elegans qvoqve & commendanda eſt, ex Danis, Ol. Borrichii de antiqva Urbis Romæ facie Diſſ. Compendiaria, qva breviter qvidem, aſt accurate, Urbem Romam, ſecundum 14. regiones diviſam, compendii inſtar, cognoſcendam præbet, ut iis, qvi Romam viſendi cauſa adeunt, non poſſit non eſſe magno adjumento.* Commendat eandem Joh. Alb. Fabricius *in Bibliographia Antiqvaria, c. 6., p. 151.*

Diſſertatio de Lapidum Generatione in Macrocoſmo & Microcoſmo, A. 1680., in *Volumine V. Actorum Medicorum Hafnienſium* Thomæ Bartholini, *num. 81. & 82., p. 184. & ſeqq.*, juris primum facta publici, A. 1684. Genevæ *Tomo I. Medicinæ Septentrionalis Collatitiæ* (*p. 748. & ſqq.*) a Theoph. Boneto inſerta, & a Joſepho tandem Lanzono, Medico Ferrarienſi, ſeorſim, Ferrariæ A. 1687. *in 12.*, adjecto Auctario ſuo, edita, inqve *Actis Erud. Lipſ., M. Apr. A. 1689., p. 180.*, laudata. Lanzonius, in *Addit.* ſua, ita de illa judicat: *Tam erudite & clare famatiſſimus Ol. Borrichius, in adducta Diſſ., generationis Lapidum Hiſtoriam in Marco-& Microcoſmo explicavit, ut nil aliud, qvod ad id faciat, expectari poſſit.*

Tr. de Uſu Plantarum indigenarum in Medicina, & ſub finem de Clyſſo Plantarum & Thee ſpecifico. Hafniæ 1688. in 8. Ibid. 1690. in 4. (*13. pl.*)

Germanice (ſub Tit.: Gebrauch der Einländiſchen Kräuter in Artzneyen) Hamburgi A. 1696. *in 8.* prodiit. In hoc, per omne morborum genus eundo, ſingulis plantas complures indigenas, curandis illis pares ac idoneas, oppoſuit, &, hoc pacto, Danos ſuos, cæterosqve Boreales, in Praxi Medica, peregrinis non indigere germinibus, præclare oſtendit. Commendatur is a D. G. Morhofio *T. I. Polyhiſt., Lib. 3., c. 13., p. 157.*, Nic. Hier. Gundlingio *in Otiis*, Germanice editis, *Sect. I., c. 1., p. 56.*, & *P. I. Iſagoges meæ ad Hiſt. Cimbr., c. 2., §. 2., p. 12.*

Carmina Latina, junctim edita a Frid. Roſtgardo, *in Deliciis VI. Poetarum Danorum*, a ſe collectis, & Lugd. Bat. A. 1693. *in 12.* Tomis II. publicatis, *Tomo ſecundo, p. 369-594.* Præfixa eſt iis Vitæ propriæ Hiſtoria, ab ipſo conſcripta. Eminent hæc inter, & magnitudine cætera ſuperant:

1. Poemation Heroicum in Actum ſolennem Homagii, Chriſtiano V., Principi Danico, A. 1655. præſtiti (*p. 433-438.*).
2. Epicedion Heroicum in obitum Joach. Gerſtorfii, Aulæ Dan. Præfecti (*p. 446-451.*).
3. Carmen Gratulatorium ad Frid. III., R. Daniæ Hæreditarium, adjectum antea Thomæ Bartholini *Panegyrico*, eidem Regi dicto, & Hafn. A. 1660. *in fol.* edito, & inſertum qvoqve Bartholini *Carminibus*, ibidem A. 1669. (*in 8.*) impreſſis, *Lib. V., p. 151-156.* (*p. 469-473.*).
4. Amagria ductu & auſpiciis Friderici III., Danorum Monarchæ, Vindicata, Poema Heroicum, a Matthia Foſſio, Theologo Hafnienſi, in præfixa illi Epiſtola, commendatum (*p. 481-516.*).
5. Arctos Pullata, tumulo Frid. III., R. Dan., illacrymans. Poema Heroicum, ſeorſim antea Hafniæ A. 1670. *in fol. & 4.* excuſum (*p. 516-542.*).
6. Arctos auſpiciis Chriſtiani V., R. Dan., reſpirans, eodem Carminis conſcripta genere, qvæ ſeorſim Hafniæ A. 1671. *in fol.* prodiit (*p. 543-560.*).
7. Poemation Panegyricum in laudes Petri, Comitis a Griffenfeld, Cancellarii Danici, *Cogitationibus de Lingva Latina* A. 1675. præfixum (*p. 567-573.*).

Conſuli de illis poſſunt Relationes Lipſienſium, *in Actis Erud., M. Jan. A. 1694., p. 27. 28. 32. 33. 34.*, & Wilh. Ern. Tenzelii, *in Dialogis Menſtruis Germanicis, M. Nov. A. 1694., p. 938. 939. 940. & ſq.* Encomiis, qvibus Venam ejus Poeticam, & Carmina hæc Latina, Academia Hafnienſis, Thom. Bartholinus, Vitus Beringius, Henr. Meibomius Jun., D. G. Morhofius, Henr. Harderus, Joh. Höpnerus, Joh. Olavius, Paulus Vindingius, Nic. Hier. Gundlingius, aliiqve, ornarunt, luculentis, iisqve veriſſimis, ſupra inter Autoris jam exhibitis Elogia, pauca *h. l.* addentur. Lipſienſes, *in Actis Erud., M. Jul. A. 1683., p. 284.*, Noſtrum, *in carmine pangendo, vix qvenqvam habere ſuperiorem*, ſeqve Poematum ejus Editionem *impatienter ſitire*, ſunt profeſſi, &, *M. Jan. A. 1694., p. 33.*, edita, ob elegantiam & gravitatem, commendarunt. D. G. Morhofius, *in Prælect. Polyhiſtor. MSS., c. 9., & T. I. Polyhiſt., L. 7., c. 3., p. 384.*, eadem *elegantiſſima* vocavit, *& omnibus numeris abſoluta.* Henr. Muhlius, in *Præfat. Operum Poeticorum Morhofii*, hoc de ejus, & Popularium, Carminibus tulit judicium: *Pene omiſeram inter Danos Chriſt. Aagardum, Vitum Beringium, Ol. Borrichium, in qvibus omnia eximia ſunt, niſi, qvod ille tumor ac fucus, & affectata Barlæi luxuries, interdum occurrit.* Commendant eadem Pet. Rabus, im Bookzaal van Europe, *M. Sept. & Oct. A. 1693. p. 276.*, & Michael Filizius *in Analectis ad Diſſertt.* Noſtri *de Poetis p. 34. 35.*

Conſpectus Scriptorum Chemicorum Illuſtriorum, Libellus Poſthumus. Cui præfixa eſt Hiſtoria Vitæ Autoris, ab ipſo conſcripta. Hafniæ 1697. in 4. (*9. pl.*) Addetur etiam Frid. Rohtſcholtzii *Bibliothecæ Chymicæ*, Noribergæ *in 4.* edendæ. V. *Catal. nund. Lipſ. A. 1717. autumn. p. 59.*, & die Neue Zeitungen von gelehrten Sachen A. 1719., *n. 52., p. 416.* Inſertus idem eſt a Joh. Jac. Mangeto *Libro I. Bibliothecæ Chemicæ Curioſæ*, Genevæ A. 1702. *in fol.* editæ, uti Lipſienſes, *in Actis Erud., M. Jun. A. 1702., p. 234.*, teſtantur. Suppoſitum Noſtro hunc eſſe, Vir Clar., Pet. Terpagrius, Theol. Lector Ripenſis, ejus olim Domeſticus, opinatur, uti Verba Epiſtolæ ad me exaratæ oſtendunt ſeqventia: *Duo ſunt, qvæ perſvadent, hunc non eſſe genuinum Borrichii foetum. Primo plurima in eo principiis ejus Chemicis adverſantur. Deinde, inter MSSta, nondum prælo commiſſa, & a B. Autore, in Vita ſua, paulo ante obitum, enumerata, non recenſetur ullus Conſpectus Chemicus.* De Judicii hujus veritate Chymiæ Cultores accuratius diſpiciant. Ego, Sacrorum Artis ἀμύητος, nihil definio. Recenſum Scripti accuratiorem & prolixiorem Lipſienſes, *in actis Erud., M. Apr. A. 1697., p. 179-182.*, & Wilh. Ern. Tentzelius (plura in Libello hoc exiguo arcana, qvam in Voluminibus aliorum ſesqvipedalibus, contineri, judicans) *in Dialogis Menſtruis Germanicis, M. Nov. A. 1697., p. 958-967.*, exhibuerunt.

Diſſertationum Academicarum Tomus I., cui præmiſſa eſt Pauli Vindingii, Prof. Hafnienſis, Oratio parentalis in Borrichii exceſſum. Hafniæ 1714. in 8. Exhibentur in illo undecim Orationes Academicæ (qvarum cuilibet Programma præmiſſum eſt) ſeqventes: 1. de Experimentis Botanicis, 2. de Sangvinis natura & transfuſione, 3. de Uſu Logices, 4. de Acido & Lixivo, ac utriusqve pugna, 5. de Venenis, 6. de Furore Poetico, 7. de Animalibus hyeme ſopitis, 8. De Succino, ejusqve veris natalibus, 9. de Qvalitatibus occultis, 10. de Oraculis antiqvorum, 11. de variis Ignis excitandi modis & Phoſphoro. Confer de illo die Neue Bibliotheck, *Sect. 44., p. 350. 351.*, in qva etiam, *Sect. 56., p. 456. 457. 458.*, de Tomo II. agitur, qvi editus eſt a Sev. Lintrupio, cum præfat. Hafn. 1714. in 8. Immortui ſunt Autor ipſe & Paulus Vindingius illarum editioni, per Sever. Lintrupium tandem abſolutæ & publicatæ. Utriusqve Tomi recenſum encomiaſticum exhibent qvoqve *Acta Erud. Lipſ. Germanica, Sect. 39., p. 158-170.* V. imprimis

mis recenſum illarum ac laudes *in Actis Erud. Lipſ. Latinis, M. Mart. A. 1716., p. 134-139.*, ac in Præfat. Lintrupiana. Diſſ. de ſtudio Latinitatis puræ, *Tomo II.* inſerta, *egregia habet*, judice J. G. Walchio *in Hiſt. Crit. L. Lat., c. 2., p. 129.* Idem *c. 11., p. 452.*, omnes Borrichii orationes *ob ſtilum politum & purum* commendavit. Inſignia earundem Orationum elogia in Joh. Trellundii, Andr. Frölundii & Matth. Ancherſenii, Carminibus, *Tomo II.* præfixis, leguntur.

Jani Dionyſii Jerſini, Epiſcopi Ripenſis, Præcepta Grammaticæ Latinæ Majora, a Thoma Bangio antehac aucta & illuſtrata, nunc a Borrichio alicubi caſtigata, & emendatiora, per Ol. Wormium Jun. edita. Hafniæ 1705. V. *Nova Lit. Lubec., M. Febr. A. 1705., p. 49.*

Collyrium Rudbeckianum, Ol. Rudbeckii de Svecorum in Daniam & Germaniam jure ac imperio fabulis oppoſitum, qvod a Conr. Sam. Schurtzfleiſchio, *in Epiſtolis arcanis, T. I., Ep. 227., p. 379.*, laudatur.

Diſp. de Spiritibus. Hafniæ in 4. (*A.D. Leop.*)

Diſp. de Morbis Soporoſis. Hafn. in 4.

Diſp. de Aſcite. Hafn. in 4.

Diſp. de Podagra. Hafn. in 4. (*A.D.L.*)

Diſp. de Menſium defectu. Hafn. in 4.

Diſp. de Augurio, qvæ *in Catal. Biblioth. Roſenkrantzianæ* illi, ſed perperam, niſi omnino fallor, tribuitur.

Diſputationes Inaugurales Medicæ, illo Præſide habitæ:

Nicol. Heitmülleri de Hæmorrhagia. Hafn. in 4. (V. *Poem. p. 589.*)

Joachimi Jürgens de Alimentorum Curſu. Hafn. 1676. in 4. (V. *Poem.* ejus *p. 588.*)

Programmata, in gemino Academiæ Rectoratu, A. 1675. 1676. 1681. & 1682., Hafniæ publicata, tum Funebria (memoriæ Wilh. Langii, Matth. Prof., Pet. Laſſonii, Conſil. Regii, Gerlaci Sciaffii, Paſt. Petrini, aliorumqve præcipuæ dignitatis Hominum, conſecrata), tum diverſorum generum alia. XXI. ex iſtis, qvæ A. 1675. & 1676. prodierunt, a Thoma Bartholino *Vol. IV. Act. Med. Hafn., p. 215. 216.*, ſunt enumerata. Non tamen omnia Borrichium agnoſcunt Autorem, ſed pleraqve, more Hafniæ recepto, ſub Rectoris nomine, a Rhetore conſcripta ſunt Academico.

Programmata varia, privato nomine propoſita.

Epiſtolæ XIII. ad Thomam Bartholinum prolixæ & admodum eruditæ, de Argumentis novisqve Inventis & Obſervationibus Phyſicis, Medicis, Anatomicis & Chymicis, aliisqve ad Hiſtoriam illius temporis Literariam ſpectantibus, A. 1661. 1662. & 1663., in Itineribus Belgico & Anglicano, Leidæ potiſſimum & Londini, exaratæ, qvæ, adjectis totidem Bartholini de Argumentis ferme iisdem Reſponſoriis, in hujus *Epiſtolarum Medicinalium Centuriis* duabus poſtremis, *Tertia & Qvarta*, Hafniæ A. 1667. *in 8.* excuſis, prodierunt *Cent.* ſc. *III., num. 85., 87., 89., 91., 93., 95., 97., 99., p. 360-442.*, & *Cent. IV., num. 17. p. 70-83., n. 38. p. 218-233., n. 51. p. 328-340., n. 76. p. 446-457., n. 92.* (ubi fuſe de Obſervationibus Itineris Anglici curioſis agitur) *pag. 516-547.*

Obſervationes duæ de Diabete ſpuria, & Plumbo per Urinam excreto, *Decuriæ I. Miſcellaneorum Academiæ Naturæ Curioſorum Germanicæ Anno Secundo* (Jenæ A. 1671. *in 4.* edito), *num. 167. & 168., p. 265. 266. 267.*, inſertæ.

Obſervationes duæ de Saliva Saccharina, & Curatione Tertianæ per Lagenas, in ejusdem *Decuriæ I. Anno III.* (Francof. A. 1673. *in 4.* excuſo), *num. 237. & 238.*, obviæ.

Obſervationes longe plurimæ Phyſicæ, Botanicæ, Anatomicæ, Chymicæ & Medico-Practicæ, in Thomæ Bartholini *Actorum Medicorum & Philoſophicorum Hafnienſium* qvinqve Voluminibus, ab A. 1671. ad A. 1679., juris factæ publici.

Vol. I. ſcil. (ed. Hafn. 1673. *in 4.*) XLI., *num. 2. 17. 59-87. 89. 98., p. 6. & ſqq., 44. & ſeqq*, alibiqve.

Vol. II. (ed. Hafn. A. 1674.) XL., *num. 47-86., p. 148-208.*

Vol. III. (ed. Hafn. A. 1677.) XX., *num. 33-52., p. 69-86.*

Vol. IV. (ed. Hafn. A. 1677.) XXXIV., *num. 43-75., 80., p. 144-179. 185. 186.*

Vol. V. (ed. Hafn. A. 1680.) LV., *num. 37-90. 134.* (qvas inter *Obſervata ab eo ad Hiſtoriam Naturalem, in Galliæ Interioris Itinere, p. 162. & ſeqq.* obvia, mihi inprimis arrident, & Autoris ſui peregrinationis Literariæ illuſtrant Hiſtoriam). Argumenta ſingularum, qvæ ſigillatim exponere brevitatis ſtudio prohibemur, Indices illarum prolixi, a Georg. Abr. Merclino, *in Lindenio Renovato p. 848-854.*, & Cornelio a Beüghem, *in Syllabo recens in re Medica, Phyſica & Chymica, exploratorum, p. 210-215.*, exhibiti, noſſe ea cupientibus ſuggerent. Anatomæ Aqvilæ, Leonis, Echini & Acus Marini, *Vol. I., n. 2. 17. & 90., ac Vol. II. n. 48.*, obviæ, in Gerh. Blaſii *Anatomia Animalium variorum*, Amſtelod. A. 1681. *in 4.* edita, ſunt recuſæ, Obſervationes autem duæ de generatione lapidum in Macrocoſmo & Microcoſmo, *Voluminis V., num. 81. & 82.*, inſertæ, uti ſupra jam indicatum, non in *Tomo* ſolum *I. Medicinæ Septentrionalis Collatitiæ* Theoph. Boneti, Genevæ A. 1684. publicato, *p. 748. & ſqq.*, locum invenerunt, ſed & ſeorſim Ferrariæ A. 1687. *in 12.*, curante Joſepho Lanzono, cum ejus Auctario vice prodierunt tertia.

Cenſuræ, Libris qvamplurimis, Hafniæ publicatis, ab ipſo Ord. Philoſ. Decano, & Cenſore proinde iſtorum ordinario, præfixa, qvas, ob *incredibile artificium, qvo ſingulorum ſcopum exhauriunt, & ſummam, eandemqve mirifice variam, ſermonis puritatem*, Frid. Roſtgaardus, *in Præfat. Tomi I. Delic. Poet. Dan.*, commendavit, & in unum collectas Faſciculum junctim optavit recudi.

II. INEDITA & AFFECTA.

Praxis Medica Univerſa, bis Prælectionibus Academicis, non e ſcriptoribus ſolum Medicis tradita, ſed & novis, propriæ tot annorum Experientiæ beneficio, Cautionibus & Obſervationibus locupletata. V. Ipſius Hiſtoriam Vitæ ſuæ. Aſſervat hoc *Medicinæ Practicæ Collegium* D. Joh. Cruſius, Medicus Sleſvicenſis.

Elementa Chemiæ univerſæ, bis publicis propoſita & dictata Lectionibus, & ubere novorum Experimentorum atqve Obſervationum copia firmata.

Χειροτεχνήματα Chemica, eadem, ni fallor, cum *Experimentis Docimaſtico-Chemicis*, qvæ, una cum *Collegio*, de qvo modo dictum, *Chemico*, Cruſius jam laudatus itidem poſſidet. (Utriusqve Scripti ipſemet, in Vitæ ſuæ Hiſtoria, fecit mentionem, & Editionem eſt pollicitus.)

Digreſſio de Ariſtotele, qvam ſe propediem editurum & plura in ea de aqvila commentaturum, *Vol. I. Act. Med. Hafn.*, Thomæ Bartholini ſtudio collectorum, *Obſerv. 2. de Anatome Aqvilæ*, A. 1672. promiſit. Verum hæc forſitan jam prodiit, nec diverſa eſt ab Invectiva in Ariſtotelis Vitam, Scripta, & Errores Phyſicos, A. 1674. integro *Capiti X. Libri I. Sapientiæ Hermetis, Ægyptiorum & Chemicorum p. 235-278.*, intexta, cujus §. *VII., p. 251-268.*, fuſe de Regina hac Avium diſſeritur.

Operum ejus Philologicorum omnium editio, qvam Sever. Lintrupius, Prof. Hafn., a ſe juſſit expectari. V. die Neue Zeitungen von gelehrten Sachen, *num. 47. A. 1716., p. 373.*, & Lintrupii *Præfat. Diſſert. Acad. Borrichii p. 25. 56.*

Opus ingens & prolixum de Scriptoribus Antiqvis Latinis, publicis propoſitum Prælectionibus, cujus *minutum*

tantum *Specimen* eſſe *Conſpectum brevem præſtantiorum L. Lat. Scriptorum*, A. 1679. editum, & aliqvoties poſtea recuſum, Autor, *in Vita ſua*, teſtatur.

⁊ Poetæ Græci Chemici: 1. Heliodori Philoſophi ad Theodoſium Magnum, Regem, de Arte Philoſophorum Myſtica Jambi; 2. Theophraſti Philoſophi de divina Arte Jambi; 3. Herothei Philoſophi Jambi de Arte Divina & Sacra, ac Lapide Philoſophorum; 4. Archelai Philoſophi de Arte Sacra Jambi. Hos, per Noſtrum e Codice Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis exſcriptos, expectari ab eodem aliqvando juſſit Thom. Bartholinus, *in Diſſ. de Medicis Poetis p. 102. 103.* Verum Poetæ hi ab ipſo, & Jac. Tollio (qvem Poetas Chymicos Antiqvos junctim itidem edere voluiſſe, Pet. Bælius, *in Novellis Reip. Lit. Gallicis, M. Nov. A. 1688., p. 1279.*, teſtatur), ſpe non minus fruſtranea, qvam Chemici Græci Veteres univerſi, Verſione Latina illuſtrati, a Leone Allatio (de cujus promiſſis Noſtri *Conſpectus Scriptorum Chemic. Illuſtr.*, §. 14., *p. 10.*, conſulendus), hactenus a ſacrorum iſtorum ſtudioſis ſunt expectati.

FRIDERICUS BRECLINGIUS,

cui *Johannis* prænomen a Chriſtoph. Hendreichio (1.), cognomina vero *Berklingii* & *Bierclingii, ab eodem* (2.), qvatuor diverſos ex unico hoc fabricato Scriptores (3.), *Bröcklingii* a Conr. Tyburt. Rangone (4.), & *Brachelii* ab Henr. Lud. Benthemio (5.), perperam tribuuntur, Handevithæ, pago præfecturæ in Ducatu Sleſvicenſi Flensburgenſis, urbi vicino, in lucem A. 1629. eſt editus (6.). Patrem habuit M. Joh. Breclingium, Paſtorem Eccleſiæ in pago iſto ruralis pium atqve eruditum, matrem vero Agatham, M. Frid. Damii, Præpoſiti Antiſtitisqve Nicolaitani Flensburgenſis, filiam. De utriusqve, Parentis ac Avi materni, vita & ſcriptis *Tomus* operis hujus *primus*, locis ſuis, poteſt conſuli. Poſt abitum e Schola Flensburgenſi, per decennium ferme integrum, ab A. 1646. ad 1656. (7.), in Academiis, tam Germanicis plerisqve, Roſtochienſi ſcilicet, Regiomontana, Julia, Witebergenſi, Lipſienſi, Jenenſi, Gieſſena & Argentinenſi, qvam Belgicis, commoratus, eruditionem, induſtria felici, ſacram pariter ac Philoſophicam, ſibi parabat, tum ſolidam, tum variam ac multiplicem. Qvam, anno jam 1653., qvo in Gieſſena Philoſophiæ creabatur Magiſter, Brabevta Joh. Tackius (a qvo ſe genuina veræ Philoſophiæ atqve Chimiæ didiciſſe fundamenta, publice eſt profeſſus (8.)), in Carmine gratulatorio, *Concluſionibus* ſubjecto inauguralibus, hisce celebravit Hendecaſyllabis:

Breclingi, Sophiæ calens amator
Artis Palladiæ decenſve cultor,
Mente ac eloqvio ſatis decore,
Doctrinæ & vario referte flore.

A Scholaſtica tamen Philoſophia ac Theologia, cujus eum notitia Præceptores imbuerant Academici, ipſe, pietatis ſtudioſior, cum e lectione ſcriptorum Joh. Tauleri, Mart. Lutheri ac Joh. Val. Andreæ, ſedula, utriusqve, imo ipſius Eccleſiæ Lutheranæ, corruptelas ſibi deprehendiſſe videretur, ac Theologiæ contra Practicæ amore incenſus eſſet vehementiſſimo (9.), paulatim magis magisqve abhorruit. Qvo in inſtituto confirmatum ſe eſſe inprimis profitetur (10.) Hamburgi, ab Homine Laico Aromatariiqve famulo, divinitus, uti credebat, ad ſe miſſo, & in Bibliotheca, cum hanc adiret, invento publica. Iſti enim ſe hoc debere beneficium prædicat, daß er (verba ipſius propria recito vernacula) durch ihn zu ſeinem GOtt und Schöpfer ſey wiedergebracht, und von allen äuſſerlichen Dingen, Menſchen und Creaturen, zu Chriſto, und ſeinem Reiche, Geiſte, Salbung, Lichte und Worte in uns, eingeleitet. In patriam eo reverſus tempore, qvo Caroli Guſtavi, Svecorum Regis, exercitus hoſtilis totam fere Cherſoneſum occuparat atqve devaſtabat Cimbricam, Flensburgi, in æde Nicolaitana, toto anno 1657., D. Stephani Klotzii, Paſtoris illius, Præpoſitiqve ſimul ac Superintendentis Danici, metu hoſtium fuga in Daniam elapſi, vices, in ſermonibus ſacris habendis, ſponte, ac gratis qvidem, præmio laborum promiſſo nunqvam potitus, obiit. Qvam ingratitudinem Klotzio poſtea, *in Triumpho veritatis* (11.), verbis exprobravit ſeqventibus: Alle Leute wiſſen, wie D. Klotz A. 1657., bey der Schweden Einfall, als ein Miedling von ſeiner Gemeine geflohen, und viele Bürger mit ſeiner Zaghaftigkeit mit ſich verführet zu fliehen, ja nicht einmahl einen hinter ſich beſtellet, der für ihm aufgewartet hätte. So gar jagte ihn ſein Gewiſſen, weil er zu dem Schwediſchen Kriege angereitzet, und Alarm geblaſen. Biß ichs mir unternommen, und, nach etlichen Wochen durch einen Brief dazu invitiret, ein gantz Jahr, mit ſo groſſer Mühe, für ihm aufgewartet, geprediget, und wochentliche Betſtunden gehalten, auch, umb des Gebets für unſern Gn. König, viel Dräuwort, Nachrede und Gefahr von den Schweden erduldet, ihm auch das Geld und Accidentia, welches nicht allein von ſeinen Zuhörern, ſondern auch von den Schweden, gefallen, ſo treulich zuſammengeſucht und aufgehoben: und habe dennoch übers Jahr nicht einen Heller, auch zu einem Paar Schue von ihm bekommen, da ers mir doch in ſeinem Brief ſo milde verheiſſen. GOtt weiß es, wie ich dieſes nicht umb meinethalben erwehne, denn ich gerne umbſonſt ſolcher Gemeine in ihrer Noht gedienet, der zuvor mein Großvater, M. Frid. Dame S. G., über 30. Jahre, treulich vorgeſtanden; allein, darumb erwehne ichs, daß man ſehe, wie D. Klotz die Seinen vergebens arbeiten läſſet, welches eine Himmelſchreyende Sünde Jac. 5., und hernach eigennützig ſolchen eigen Dienſt mit geiſtlichen Aemptern belohnet, welches eine Simoney-Sünde. A Klotzio, Flenopolin reverſo, Breclingius, ægre licet, eſt perſvaſus, ut copiarum in Cimbria Danicarum Eccleſiaſten ageret caſtrenſem, & aliqvamdiu hoc, gratis itidem, ſumptibusqve propriis, functus officio. Cum autem milites, qvibus nulla perſolvebantur ſtipendia, fruſtra monitis ſuis a rapinis aliisqve avocari ſceleribus, nec licentiam illorum poſſe coerceri, ſatis perſpiceret, non multo poſt munus illud, Joſiæ Bredoni Rantzovio, Stratego, valedicens, cauſasqve ſui exponens diſceſſus, Rendesburgi abdicabat, invito & reditum ad copias relictas incaſſum imperante Klotzio (12.). A qvo viciſſim, anno ſeqventi 1659., Parenti ætate confecto, una cum auditoribus id poſtulanti, in gubernatione parochiæ ruralis patriæ Handevithanæ, Collega Paſtorqve ſubſtitutus adjungebatur, & in ſermone inaugurali multis ornabatur laudibus (13.). Sed patronum hunc atqve Encomiaſtam mox hoſtem expertus eſt infenſiſſimum, cum, conſcientiæ Zeloqve, qvo flagrabat, obſecutus vehementiſſimo, M. Auguſto A. 1659., Admonitione peculiari vernacula, adjunctisqve huic duabus ad ipſum & Conſiſtorium Flensburgenſe, cui illam exhiberi poſtulabat, epiſtolis, calamitatum, qvæ regnum Daniæ & Cherſoneſum Cimbricam ferme, peſte annonæqve caritate accedentibus, tunc opprimebant, bellicarum cauſam præcipuam eſſe Vitam multorum Eccleſiaſtarum Ordinisqve ſacri Candidatorum, imo & Antiſtitum, vel manifeſte impiam, vel hypocriticam, e Sacro Codice, & Theologorum Lutheranorum cordatiorum teſtimoniis, animoſe inculcaſſet, &, ut emendationem iſtius maxime neceſſariam ſerio & qvamprimum, pro ratione officii, aggrederentur, efflagitaſſet. Paræneſin hanc Klotzius per menſes complures ſuppreſſit, nec Conſiſtorio exhibuit, imo, ab Autore coram ea de re, ſuiqve ipſius ac Paſtorum aliorum emendatione, modeſte monitus, libellum appellare famoſum, ac retorſione ulciſci, ſimulqve actionem injuriarum minari forenſem, non dubitavit.

(1.) *in Pandectis Brandeburgicis p. 572. 715.* (2.) *p. 516. 572.* (3.) *l. c. p. 516 572. 715.* (4.) *P. II. Hiſtoriæ Syncretiſmi, Sect. 40., §. 5.* (5.) im Holländiſchen Kirchen- und Schul-Staate, *P. II., c. 4., p. 343.* (6.) V. ipſius Breclingii *Catalogum Teſtium veritatis* (*T. IV. Hiſt. Eccl. G. Arnoldi*) *n. 128., p. 773. 774.* (7.) V. ipſum *l. c.*, & in *Triumpho veritatis p. 162.*, ac Gothofr. Arnoldum *T. III. Hiſt. Eccl., c. 15, p. 145. 146.* (8.) *loco num. 6. citato.* (9.) V. ipſum *loco num. 6. allegato*, & Gothofr. Arnoldum *loco num. 7. citato.* (10.) *loco num. 6. citato.* (11.) *p. 159. 160. Conf. p. 105.*, & Gothofr. Arnoldum *loco num. 7. citato.* (12.) V. ipſius *Triumphum veritatis p. 176. 177.* (13.) V. *eundem Triumphum p. 177. 178.*

bitavit. Breclingius contra eandem, ſed longe auctiorem a ſe redditam, Amſtelodami, anno 1660. ineunte, ſub *Speculi ſeu Lapidis Lydii Paſtorum* titulo, curavit imprimi, & Kalendis Januarii Friderico III., Regi Daniæ, epiſtola inſcripſit dedicatoria. Prohibuerat qvidem Klotzius editionem per Parochos duos, ad eum ablegatos; ſed huic mandato ille non eſt obſecutus, Ephoroqve iſti ſuo, in literis reſponſoriis, M. Januario A. 1660., abuſum poteſtatis eccleſiaſticæ exprobravit injuſtum. Klotzius, his atqve contemptu interdicti ſui irritatus, actione Breclingium forenſi cœpit perſeqvi, cujus ſeriem, hiſtoriam & eventum, noſter in Narratione de illa peculiari, *Triumpho veritatis* (14.) inſerta, verbis, qvæ αὐτολεξεὶ recitabuntur, Germanicis expoſuit ſeqventibus: Darauf hat H. D. Klotz alſobald die Argumenta, die ich bey den zwey erſten Briefen an ihn und das Conſiſtorium übergeben, und ceu Appendicem hinangehänget, bloß allein, ohne einiger Erinnerung meiner Intention, zu allen Predigern herumbgeſandt, ihr Judicium darüber begehret, und zwölf Prediger hierüber auf den 6. Febr. A. 1660. convociret; auß welchen, nachdem ſie den 5. Febr. zuvor hievon deliberiret, zweene zu mir abgeſandt mit etlichen Fragen, die hernach den folgenden Tag, wie ich vorgeſtellet, wiederholet worden. Da denn einer (Herm. Kreyenkamp, Paſtor Bredſtadienſis), als Fiſcalis, wieder mich aufgeſtanden, mich angeklaget, mit ſo ſtachlichten ſpitzigen Worten herdurchgezogen, mich als einen Calumniatorem des Göttlichen Predig-Ampts, der in ein frembd Ampt greiffe, und ſich daſſelbe zu reformiren unterſtünde, auch meine Schrift, als eine Schmähſchrift, angegeben, und in Vorlegung etzlicher Fragen endlich gebeten, mich deßhalben ab officio zu ſuſpendiren oder removiren. Als ich darauf ihnen ernſtliche Erinnerung von meinem Scopo thun wollen, und die Teſtimonia noſtrorum Theologorum ſchriftlich dargelegt, worauß ich ſolche Argumenta genommen, hat man ſolches doch gantz nicht hören noch annehmen wollen, ſondern alsbald gedrungen auf die Fragen zu antworten: als 1. de Vocatione hierzu, 2. de Perſonis, 3. de Vitiis; daß ich ſolche ſpecificiren und mit Nahmen benennen ſolte. Darauf habe ich geantwortet, daß dieſes nicht meine Intention eine actionem injuriarum, wie für dem weltlichen Gericht, hier mit iemand anzufangen, ſondern hätte es in genere geſetzt, was GOttes Wort und unſere Theologi heute von den meiſten unter uns, in dieſen letzten Zeiten, ſagten, und an uns ſtraffeten: daß wir hierauf in unſer Gewiſſen gehen Joh. 8. 9., und uns darnach prüfen ſolten, ob wir ſolche wären, oder nicht. Und, da wir uns ſchuldig befünden, uns beſſerten, daß GOtt auch ſeine Straffen von uns abwenden könte: Hätte auch ia H. D. Klotz und das Conſiſtorium hierumb gebeten und erinnert, daß ſie, ihrem Ampte nach, dieſes ihren Predigern auf ihr Gewiſſen vorhalten, und nach deren Weſen forſchen und fragen ſolten, damit die Sünden und Gräuel zuerſt bey uns Predigern abgethan würden. Denn auch ſolche Erinnerung vormahls von S. Bernhardo, und vielen anderen, auch an den Pabſt ſelber gethan, derer Exempel ich hierinnen nachfolgete, und würde mir ſolches eben ſo wenig, als ihnen, übel aufgenommen werden. Nachdem nun dieſes weitläuftig getrieben, und ich, wiewol mir mit vielen Fragen von vielen zugeſetzet ward, hierauf feſte beſtanden: hat man mich gefraget, was ich von Schwenckfeld, und anderer neuen Propheten, Büchern, hielte. Was ich darauf geantwortet, ſol darunten, in der Refutation ihrer Gründe, eingeführet werden. Nach langem Grübeln an mir, und Gezänck hierüber, bin ich endlich abgewieſen; und, nachdem ich wieder eingefordert, ward mir auferlegt, mein übergeben Scriptum, innerhalb vier Wochen zu revociren, auch unterdeß von allem Schreiben und Drucken mich zu enthalten: wo nicht, ſolte ich vom Dienſte removiret werden. Ich antwortete hierauf, daß wir unſer Leben und Weſen vielmehr beſſern ſolten, wo nicht, könte und müſte ich eben ſo wenig, als die Propheten, Apoſtel und Lutherus, denen man ebenermaſſen dieſes wieder GOttes Wort aufgelegt (Mich. 2. Amos 2.), ſchweigen: denn man hierinn GOtt mehr, als den Menſchen, gehorchen müſte (Act. 4.). Ueber fünf Wochen hernach, da ich unterdeſſen greulich über das gantze Land von den Prieſtern verläſtert und verleumbdet ward, als den 15. Martii, ward abermahl ein Conventus von ſelbigen Predigern zuſammen beſchrieben, darunter auch der H. Probſt von Hadersleben (H. *Bonavent. Rebefeld*) gegenwärtig, die andern Pröbſte aber ihre Judicia auf alle meine Argumenta ſchriftlich zuvor eingeſandt. Dieſen habe ich den vorigen Tag, als den 14. Martii, abermahl ein Scriptum, als ſie verſamlet, eingeſandt, darinn ich ſie ſo hoch gebeten, meinen Scopum zu conſideriren, und zugleich meinen Schluß und Argumenta, 1. mit Sprüchen der Schrift, 2. mit der heutigen Erfahrung, 3. mit den ſchrecklichen Straffen, und 4. unſerer Theologorum Zeugniß, bekräftiget. - - Aber ſolches iſt weder publice verleſen, noch attendiret, ſondern man hat den folgenden Tag mir, wie ich vor den Convent der Prediger kommen, alsbald ſehr viele Fragen vorgehalten, fort directe darauf zu antworten. Ich, dieſes hörend, obteſtirte und proteſtirte höchlich, man möchte mir ſolche ſchriftlich übergeben, und Zeit, ſchriftlich zu antworten, laſſen, weil ein Menſch in Worten ſich leicht vetreden, oder ihm ſelbe, wie Chriſto ſelbſt, können verdrehet, und anders wieder ſeines Hertzens Sinn außgedeutet werden, aber die geſchriebene Schrift nicht fallirte; da wolte ich es gerne alles beantworten. Hab aber auf ſo viele Proteſtationes nichts erhalten können, ſondern nolens volens müſſen antworten: welches ich endlich, weil ich ſahe, daß ſie hiedurch Urſach an mir ſuchten, freudig und unerſchrocken gethan: wiewol mir auch ſolches als Injurien aufgenommen, und als eine Frechheit außgedeutet. Wie nun dieſes zum Ende, hat man mich, ohne einige Väterliche Erinnerung oder Ueberzeugung auß GOttes Worte, von einigem Irrthum, dimittiret, und folgends den Nachmittag, nachdem man die Vota colligiret, und das Urtheil gefaſſet, mich 1. ab officio ſuſpendiret; 2. die deprecation an den H. Superintendenten aufgelegt, welche ich nicht thun können, weil ich nicht überwieſen, worinn ich wieder GOttes Wort weder ihn geſündiget, 3. der weltlichen Obrigkeit übergeben, und in Verwahrſam befohlen. Ich erinnerte ſie hierauf des künftigen Göttlichen Gerichtes, da dieſes wiederümb nach der Wahrheit ſolte umbgerichtet werden, da ſolte ihr eigen Gewiſſen, wieder ſie, für mich zeugen, und wolte hinführo unſchuldig an alle dem Seufzen, Elend, Aergerniß und Untergang meines Vaterlandes ſeyn, welches hierüber entſtehen könte. Appellirte indeſſen an meinen Gnädigſten König, nichts mehr begehrend, denn zu Copenhagen vor Dero K. M. geſtellet zu werden, und deroſelben ſelbſthändig mein Scriptum zu übergeben, darumb ichs auch drucken laſſen. Hab unterdeß unterſchiedliche treue Prediger zu Bürgen ſtellen wollen, mich auf freyen Fuß zu ſtellen; welches mir, auf ihr ſo öfteres Anhalten umb die Beneficia und Jura Appellationis, und ſo politiſches Umbführen von dem einen zu dem andern, endlich, wieder alle Göttliche und weltliche Rechte, abgeſchlagen, und hernach dem Königlichen Haußvogt, der mich zu ſich in ſein Hauß genommen, da er mich ſonſt aufs Schloß in die Pforte, nach ihrem Befehl, bringen ſolte, anbefohlen, mich nach der Veſtung Rendsburg in Verwahrſam bringen zu laſſen, damit mir alle Gelegenheit mich zu verantworten, oder meine Unſchuld zu offenbahren, benommen würde, biß ſie, als glaubwürdige, dieſe Sache, die ſie, als Richter, an des Königes Statt, ihrem Eyde nach, gnugſahm erörtert nnd decidiret, an den König referiret, und darauf Erklärung von Ihrer K. M. erhalten hätten, was ſie mit mir anfangen, und mit welcher Straffe ſie mich, einen ſo groſſen Uebelthäter, belegen ſolten. Dis iſt bißher ihr Proceſs mit mir, einfaltig und unpartheyiſch, nach meinem Gewiſſen für GOtt, erzehlet, wie die unpartheyiſche, und nicht mit in ihren Raht übereinſtimmende Prediger und Conſiſtoriales wiſſen. Daraus ein ieder meinen und ihren Modum procedendi gegen einander ſehen, erkennen und urtheilen kan, ob er nicht, faſt in allen Stücken, mit dem Proceſſu der Pharisæer wieder Chriſtum übereinkömmet. Denn die Sache und meine Schriften waren wieder die Prediger, heutige Phariſæer und Pſevdo-Lutheraner, gerichtet; ſo waren ſie, in eigener Sache, Kläger, Protocolliret, Zeugen, Richter, Verdammer und Referirer. Nu, unſer gnädigſter

(14) *p. 33-41.*

ſter König ſolte, in gnug erkündigter Sache, und über die im Urtheil wieder mich ſpecificirte Puncten, auf ihre Phariſæiſche Relation, daran niemand zu zweifeln hätte, wie dorten Pilatus, das Urtheil über mich ſprechen, und mich verdammen (Dan. 6. 8.). Hæc ipſe Breclingius, qvi, in eodem *Veritatis Triumpho* (15.), Sententiam qvoqve Flensburgenſem, d. 15. Martii A. 1660. contra ſe latam, additis ſimili Phariſæorum contra Chriſtum ſententia, per μίμησιν confictá (16.), & Refutatione ſingulorum illius capitum apologetica (17.), recitavit: Eſt autem illa ſeqvens: In Inqviſitions-Sachen M. Frid. Breclingii, Predigers zu Handewitt, wegen einiger von ihm abgefaſten und ausgeſprengeten unverantwortlichen Schmähe-Schriften, darinn Ihre Königl. Maieſt., unſer Allergnädigſter König und Herr, nicht verſchonet: auch ſeine hohe und andere Bedienten, gröblich angegriffen, die Lutheriſchen Prediger und Lehrer indefinite mit harten Auflagen beſchweret. auch wegen einiger von ihm M. Brecling in ſeinem Ampt verübten Exceſſen; Erkennen wir, der Superintendens, auch Königlicher bey dieſer Sache gegenwärtiger Haderslebiſcher Probſt, und andere dazu erforderte Aſſeſſores des Königlichen Conſiſtorii zu Flensburg, auf fleißig angeſtellete Nachfrage, geſtandene Auſſage, auch eingezogenes Bedencken anderer Königlichen Pröbſte und Conſiſtorien, hiemit für recht: Daß 1. die wieder allerhöchſt-gedachte Kön. Maieſt., unſern allergnädigſten König und Herren, angegoſſene unleidliche Rede zu Ihrer Königl. Maieſt. Gnade und Ungnade, durch allerunterthänigſte Relation, heim zu ſetzen. Daß 2. er, wegen ſeines Superintendenten ausgegebener Schmäh-Schrift, als der Superintendent ihm die Königliche Ordnung, daß er ſeine, wieder das Predigamt gerichtete, Schrift, ohne Cenſur, nicht publiciren ſolte, durch zween Prediger erinnern laſſen, er aber nicht gehorchen wollen, ſondern ſolche Scharteke zum Antwort zurück geſchicket, gebührend depreciren. Auch weil er fürs 3. wieder das Evangeliſche Lutheriſche Predig-Ampt grobe Läſterung außgeſchüttet, ohne Beruf ſolche Reformation angefangen, keinen gründlichen Beweiß deſſen, was er geſchrieben, herbeygebracht, die Leute wieder die Chriſtliche Liebe geſtraffet und getadelt, die er niemahln geſehen, noch gekandt, auch, weil ſolche Reden vom Lutheriſchen Predig-Ampt den Schwenckfeldianern, Weigelianern, Enthuſiaſten, und dergleichen Leuten gebräuchlich, er in puncto des Schwenckfeldianiſmi, wie hart er auch gefraget, ſich dennoch categorice nicht hat erklären wollen. Am 4. weil er in einem Buch, ſo er von der Abgötterey geſchrieben, verdächtige Reden von der Kraft des Wortes GOttes führet, die er an der Prediger Kraft, Geiſt und Heiligkeit, gleichſam ſuſpendiret, auch in demſelben Buch ſich in frembde Sachen gemiſchet, indem er, ſeiner eigenen Erklärung nach, von Ihrer K. M. Kriege, und dero Alliirten, wunderlich gelehret, das gemeine Gebet vor die Alliirten angeſtichelt, unſere Kirchen kräftiges Irrthums beſchuldiget, daß ſie die Liebe zur Wahrheit nicht haben angenommen; auch in allen dieſen Gedancken und unverantwortlichen Reden, unangeſehen er ſchon, per interlocutum, zur Deprecation, unerkantens ſeines Unfuges gerichtlich angewieſen, vorſetzlich verharret, und die Publication ſeiner Schriften gedräuet. Denn auch 5. die Kirchen-Ordnung übergangen, die privat Abſolution auß eigenem Gutdüncken unterlaſſen, einen Ehebrecher, der mit einer Perſon, bey ſeiner vorigen Frauen Lebzeiten einen Ehebruch begangen, denn er gleich ſolche That zuvor gewuſt, und das Weib noch ſchweres Fuſſes, ohne vorige Verſöhnung mit der Kirchen und Obrigkeit, auch ohne vor-erſehener Erkündigung bey dem Superintendenten oder Conſiſtorio, etwan acht Wochen nach der vorigen Frauen Todt, copuliret. Auch endlich 6. die Conſiſtoriales, bey wehrendem Verhör, mit groben Injurien und allerhand Schmäh-Worten vielfältig oneriret. Er, M. Brecling, bis auf weitere Ihrer Königlichen Maieſtät allergnädigſte Reſolution, ab officio zu ſuſpendiren, und biß dahin der weltlichen Obrigkeit zum ſichern Verwahrſam, zu überantworten ſey; wie er denn, Kraft dieſes, alſo ab officio ſuſpendiret, und ſolchem Verwahrſam der weltlichen Obrigkeit anheimgeſtellet wird. Da dann, bey Vermeidung Ihrer Königl. Maieſtät höchſter Ungnade, ihm, Kraft dieſes, auferleget wird, ſeine Schriften forthin nicht zu communiciren, auch von dieſer Sache mit niemand Briefe zu wechſeln, auch gantz und gar nichts, biß auf weitere Ihrer Königl. Maieſt. Ordnung und Befehlig, in die Feder zu faſſen oder zu publiciren. Actum Flensburg den 15. Martii A. 1660. Pleriſqve ἐγκλήμασιν hujus ſententiæ, in ipſius Refutatione apologetica, ei ſubjuncta, animoſe qvidem & ſatis dextre, ſed ſtylo adverſus Klotzium, cæteroſqve in Conſiſtorio Flensburgenſi adverſarios, juſto acerbiore, eſt reſponſum. Fuiſſe tamen inter illius Aſſeſſores, urbisqve Eccleſiaſtas, qvi, hoſtilem Klotzii rigorem haud approbantes, æqvius de ſe cauſaqve ſua tulerint judicium, ipſemet haud diſſimulavit. E qvibus, ob patrocinium hoc, publice, tum *in Triumphi Veritatis Epilogo* (18.), tum *in Catalogo teſtium veritatis* (19.), ab eo ſunt commendati: I. M. Joach. Sturmius, Paſtor Marianus, & Conſiſtorii Senior, iſtud ſcripto peculiari, d. 6. Febr. A. 1660. exhibito, poſtqvam Breclingii familiam, vitam ἀνεπίληπτον, bonamqve in negotio hoc intentionem, laudaſſet, ſummamqve ſimul Ordinis Eccleſiaſtici emendandi inculcaſſet neceſſitatem, ne in ipſum, ob qvædam incautius acta, ſeverius animadverteretur, dehortatus, & e conſeſſu, conſilio huic non obſecuto, anteqvam ſententia promulgaretur, cum aliis, digreſſus; II. Olaus Mollerus, Diaconus tunc Nicolaitanus, Parens meus, a Klotzio, priusqvam ſententia ferretur, ob affinitatem cum reo, e Synedrio juſſus diſcedere; III. Georg. Langius, Eccleſiaſtes Marianus, cum eodem Mollero, & M. Henr. Damio, Paſtore Överſeenſi, Klotzium, ut leniori tranſactione lis componeretur, exorare fruſtra conatus. E cæteris, vehementius ei adverſatis, uti ipſe refert (20.), qvidam morte expirarunt ſubita, & hos inter, A. 1660. M. Joh. Waltherus, Paſtor Flensburgenſis Johanneus, cum in lectulo ante emortuali, poſt tentationes graviſſimas, Breclingio, ad ſe accerſito, multas inter lachrymas, palinodia & deprecatione ſatisfeciſſet ſpontanea. Promulgata ſententia, Breclingius, rejecta ipſius ad Fridericum III., Regem Daniæ, qvem ſe itinere Hafniam propriis ſuſcipiendo ſumptibus eſſe aditurum pollicebatur, provocatione, ſpretisqve interceſſorum e ſacro ordine complurium, qvorum nonnulli vadimonio illius dimiſſi iterum ſiſtendi fruſtra ſe obſtringebant, precibus, adempta item literas aliaqve ſcribendi poteſtate, e loco Synedrii, domum ante redire prohibitus, confeſtim in carcerem arcis regiæ Flensburgenſis, maleficis deſtinatum aſſervandis, per duos Ephori arcis hujus lictores abduci jubebatur. Ephorus autem iſte, Judicibus humanior, illi eum includere noluit, ſed in ædes receptum proprias, in conclavi harum obſerato, cuſtodiæ tradidit honeſtiori, & per aliqvot detinuit hebdomadas. E qva cuſtodia captivus, cum in Propugnaculum Holſatiæ, Judicum juſſu, jam transportandus eſſet Rendesburgenſe munitiſſimum, hoſtesqve rumores de ſe, mandato Regis, niſi ſententiæ latæ obtemperaret, vel ſupplicio capitis afficiendo, vel in carcerem conjiciendo perpetuum, ſpargere comperiſſet, oblata occaſione fugæ commoda, clam Hamburgum eſt elapſus (21.). In Emporium Hamburgenſe delatum adverſarii, miſſis illuc hominibus ſibi fidis, perſeqvebantur, Regisqve Danici nomine, ut domos qvasdam, in qvibus diliteſcere credebatur, perveſtigare his liceret, a Magiſtratu impetrabant urbano (22.), ſed, cum profugus nuſpiam inveniretur, ſpem ejus denuo comprehendendi ſe fruſtratam eſſe indignabantur. Parum gratus illic hoſpes haud dubie fuit pleriſqve Eccleſiaſtis Hamburgenſibus, horumqve Antiſtiti D. Joh. Müllero, qvos *Speculi* ſui ſive *Lapidis Lydii Paſtorum* παῤῥησίᾳ contra Ordinis Eccleſiaſtici vitia & corruptelas, non-minus qvam Klotzium, Cherſoneſiqve vicinæ Cimbricæ Concionatores, adverſus ſe irritaverat, & acri deinceps ſatyricaqve invectiva, ob molitiones criminationesqve contra ſe, & Studioſos qvosdam Hamburgenſes, easdem reprehendere auſos, A. 1664., toto *Capite V. Phariſaiſmi detecti, convicti*

& ju

(15.) *p. 88. 89. 90.* (16.) *ibid. p. 91. 92. 93.* (17.) *ibid. p. 94-134.* (18.) *p. 184-187.* (19.) *loco num. 6. citato, p. 769.* (20.) *in eodem Catalogo Teſtium veritatis p. 770.* (21.) V. Ipſius *Præfationem Triumphi Veritatis p. 21-27.* (22.) V. Ipſius *Triumphum Veritatis p. 95.*

& judicati (23.), audacter objurgavit. Exul Hamburgo in Bataviam pergebat, &, majori illic potitus libertate, D. Steph. Klotzio, cæteriſqve adverſariis Ordinis ſacri Cimbricis, Apologiam mox opponebat vernaculam, perqvam acerbam & vehementem, ſub hoc A. 1660. excuſam titulo: *Veritatis Triumphus, pro veris contra Pſeudo-Apoſtolos, Evangelicos & Lutheranos, & eorum Anteſignanum D. Steph. Klotzium*; die bittere, aber doch heilſame Wahrheit, zu Wiederaufrichtung und Geneſung des Reiches Dennemarck, und anderer Fürſtenthümer, Länder und Städte, von dem verzweifelt böſen Schaden, und faſt unheilbahren Wunden, Striemen und Eiterbeulen, (Eſ. I. Jer. 10.), darin ſie bißher, durch der Heuchler, Miedlinge und Bauchdiener, ſüſſe und prächtige Worte, Heucheley und Lügen, als eine genug bißher gepruͤfete, falſche, ſchädliche, unnütze und vergebliche Cur, geſtürtzet: zu Rettung ſeiner Unſchuld, und Offenbahrung des Beginnens eines frembden und ſtoltzen Hamans, an Ihre Königl. Maieſtät zu Dennemarck, als Vatern des Vaterlandes, übergeben. Qvo in libello, Oratione ad Deum, Epiſtola ad Fridericum III., Regem Daniæ, dedicatoria, & Præfatione ad Patriam, fugæ cauſas exponente, præmiſſis, exhibentur: I. (*p. 33-41.*) Occaſio Scriptorum, & Modus procedendi D. Steph. Klotzii & Conſiſtorii Flensburgenſis; II. (*p. 41-54.*) Erſter Brief an das Flenßburgiſche Conſiſtorium, ſamt einem Umbſchlags-Briefe an D. Steph. Klotzen, M. Aug. A. 1659. abgelaſſen; III. (*p. 54-59.*) Antworts-Schrift an D. Steph. Klotzen, da er ihm das Drucken verbieten laſſen, M. Jan. A. 1660. übergeben; IV. (*p. 59-88.*) das dritte Scriptum, an das Flenßburgiſche Conſiſtorium, am 14. Mart. A. 1660. überſandt, mit übereinſtimmenden Zeugniſſen der Heiligen Schrift, und Lutheriſchen Theologen, vom gottloſen Leben der Prediger; V. (*p. 88. 89. 90.*) des Flenßbürgiſchen Conſiſtorii Urtheil wieder ihn, am 15. Mart. A. 1660. publiciret; VI. (*p. 91-94.*) der Phariſæer Urtheil über Chriſtum; VII. (*p. 94-134.*) Ablehnung und Wiederlegung des falſchen Flenßbürgiſchen Urtheils wieder ihn; VIII. (*p. 134-148.*) Kurtze Delineation der Greuel und Mißbräuche der gottloſen Prediger und Superintendenten; IX. (*p. 148-174.*) Spiegel und Politica der weltförmigen Superintendenten, inſonderheit D. Steph. Klotzii; X. (*p. 174. 188.*) Beſchluß; XI. (*p. 188. 189. 190.*) Herm. Jungii, Evangeliſchen Predigers zu Mönchendam in Holland, Einfaltiges Gewißens-Bedencken über das Flensburgiſche Urtheil wider M. Frid. Breclingium, in qvo ipſi, contra Judices, eſt patrocinatus. Qvem Jungium (Fratris etiam ſui, Laur. Breclingii, ipſius in æde ſacra Mönchendamenſi ſepulcro illati, Præceptorem (24.)), ſicut & Ludov. Frid. Giſtheilium (cujus ſe *Filium hæredemqve donorum ſcriptualium* appellat (25.)), ac Joach. Betkium, Berolinenſem, Paſtorem in Marchia Brandeburgica Linumenſem, ſibi exuli, & veritatis confeſſores ſollicite veſtiganti, ad accuratiorem ejus cognitionem, in Batavia, Duces fuiſſe, noſter (26.) profitetur; addens, er ſey von ihnen biß in die *interiora velaminis*, und, durch das *Decretum ſtultitiæ*, und *Myſterium crucis*, bis in die *penetralia Sapientiæ divinæ*, eingeleitet worden. Exeunte anno 1660., ſub Decembris initium, a Lutheranis Urbis, in Tranſiſalania, Belgii foederati provincia, Zwollenſis incolis Eccleſiæ ſuæ Paſtor, in locum M. Joh. Jac. Fabricii, aliorſum digreſſi, malevolis qvibusdam fruſtra obnitentibus, poſtqvam vices Anteceſſoris aliqvamdiu obierat, eligebatur, cœtuiqve huic, qvem nullis, ob ſui per hoſtes Cimbricos perſecutionem, implicitum iri promiſit turbis aut moleſtiis, Dominica I. Adventus, ſive die 2. Decembris, peculiari, qvod Val. Ern. Löſcherus (27.) integrum exhibet, ſe obſtringebat chirographo. Cum Zwollenſi præeſſet Eccleſiæ, in Bataviam, e Germania, anno circiter 1664., migrabat Juſtinianus Erneſtus a Wels, Baro Lutheranus Auſtriacus, qvi, pietatis veræ, & emendationis vitiorum Chriſtianiſmi epidemiorum, longe, qvam alii ſui ordinis, ſtudioſior, conſilia varia, ad utramqve promovendam ſpectantia, Ratisbonæ Legatis Evangelicorum expoſuerat Ordinum, Theologorum qvorundam de his exqviſiverat judicia, duoqve ejusdem argumenti opuſcula ediderat ſeqventia: 1. Einladungs-Trieb zum herannahenden großen Abendmahle, und Vorſchlag zu einer Chriſtlichen Jeſus-Geſellſchaft; 2. Vermahnung an alle rechtſchaffene Chriſten. Societatem is Jeſum amantium (die Jeſus-liebende Geſellſchaft) colligere, &, hujus ope, Ethnicorum, qvam præcipue urſit, converſionem ipſemet aggredi, decreverat; invito & contradicente, inqve Chiliaſmi ſuſpicionem illum vocante, Joh. Henr. Urſino, Superintendente Ratisbonenſi; a qvo ei die Wolgemeinte treuhertzige und ernſthafte Erinnerung an *Juſtinianum* eſt oppoſita. Ipſe nihilominus, inſtituti tenax, ut illud proſeqveretur, duodecim millibus Imperialium nummorum huic fini deſtinatis, in Bataviam pergebat, & inde in Gvajanam, Americæ auſtralis provinciam, Batavorum ſubjectam imperio, incolas hujus ad Chriſtianam perducturus religionem, trajiciebat; qvo ſucceſſu incertum, cum deinceps de ipſo nihil qvisqvam reſciverit (28.). Anteqvam iter iſtud Americanum ſuſciperet, Breclingii in Batavia delectatus eſt conſvetudine; qvem etiam ſocietatis ſuæ Jeſum amantium elegiſſe collegam, & Frangentis (des Brechenden) agnomine donaſſe videtur. Id qvod e titulo *Friderici reſurgentis* colligo, in qvo noſter A. 1683. ſemetipſum appellavit ein Mitglied der Jeſus-Liebenden Fruchtbringenden Apoſtoliſchen Geſellſchaft von dem Orden des Gekreutzigten, einen Königlichen Prieſter und Freyherrn in Chriſto, den Brechenden. Imo idem Welſius, ante diſceſſum ad Americanos, Zwollæ a Breclingio, amicis aliqvot præſentibus, Ethnicorum conſtitutus eſt Apoſtolus, cum ſermonem antea de rerum mundanarum vanitate, ſermone Germanico, habuiſſet perqvam pium & lectione digniſſimum, qvo mundo, bonisqve ejus omnibus, nec non nobilitati generis, Baronis titulo, dignitatibusqve, ſolenniter renunciabat, ſeqve ſoli Chriſto mancipabat, per Val. Ern. Löſcherum A. 1715., e MSto, juris factum publici (29.). A. 1666. Joh. Henr. Urſino, Ratisbonenſium Antiſtiti, noſter Apologiam, tum pro Welſio, tum pro ſe ipſo (in ejusdem Richtigem Zeiger-Händlein, oder Chriſtlichen Einleitung in das Göttliche Buch der heimlichen Offenbahrung S. Johannis, acrius, ſi vera Löſcherus tradit (30.), ob Chiliaſmum objurgato), vernaculam ſub hoc repoſuit titulo: Wiederlegung der Schrift Joh. Henr. Urſini, die er wieder Juſtinianum, Baronen von Welß, außgegeben. De qva Löſcherianus ejus recenſus poteſt conſuli (31.). Cum Zwollenſi Breclingius fungeretur officio, controverſiæ etiam implicitus eſt cum Eccleſiaſtis Emporii Amſtelodamenſis Lutheranis, horumqve Conſiſtorio, ſuam ad iſtud vocationem A. 1660., excitatis inter auditores diſſidiis, impedire, licet fruſtra, conato (32.), variisqve artibus dominium in coetus omnes Belgii foederati Lutheranos, & horum Paſtores, velut ſuæ ſubjectos jurisdictioni, arroganter ſibi vindicante, ac impotenter violenterqve exercere jampridem aſſveto. Qvos literis, Zwollæ d. 20. Maji A. jam 1661. datis, *Chriſtoqve* ſuo *redivivo*, iis transmiſſo, adjunctis, & deinde A. 1663. *Libertati & poteſtati Eccleſiæ vindicatæ* (33.) inſertis, officii ſacri hactenus neglecti, aut male adminiſtrati, animoſe pariter atqve modeſte, ſed incaſſum, admonuerat, atqve ad emendationem erat hortatus. Accidit paulo poſt, ut Incolæ advenæqve civitatis Amſtelodamenſis Dani, Norwagi ac Sveci, Lutheranorum ſacris addicti, qvi conciones Eccleſiaſtarum ſuæ religionis, illic partim Belgico, partim Germanico ſermone, habitas, intelligere non poterant,

(23.) *p. 102-118.* (24.) V. ipſius *Catalogum Teſtium veritatis* (*Tomo IV. Hiſt. Eccl.* Gothofr. Arnoldi) *p. 762.* (25.) *in Friderico reſurgente p. 7.* (26.) *in Catalogo Teſt. veritatis modo citato p. 773. 774.* (27.) in den Unſchuldigen Theologiſchen Nachrichten, *Sect. 4. A. 1715., p. 635-640.* (28.) V. de Welſio, ejusqve conatibus, Val. Ern. Löſcheri Unſchuldige Theol. Nachrichten, *Sect. 15. ac 16. A. 1702., p. 364-377., & Sect. 5. A. 1715., p. 780. & ſeqq.* (29.) *ibidem Sect. 5. A. 1715., p. 780-804.* (30.) Valde dubito de relationis hujus Löſcherianæ veritate, cum Urſini Zeiger-Händlein anno jam 1654., qvo Breclingius, Studioſus adhuc Academicus, Chiliaſmo nondum favebat, multo autem minus pro illo qvicqvam ediderat, prodierit. (31.) *l. c., Sect. 15. ac 16. A. 1702., p. 364-367.* (32.) V. Breclingii *Libertatem & poteſtatem Eccleſiæ vindicatam p. 28.* (33.) *p. 50-56.*

rerant, nec ab iſtis, lingvarum ignaris ſeptentrionalium, intelligebantur, ac propterea, ſi qvando, in morbis, aliisqve caſibus, eorum præſentia opus erat, plerumqve negligebantur, coetum ſibi peculiarem a Magiſtratu concedi poſtularent, & Chriſtianum Abelium, Danum, hujus Paſtorem eligerent, Χειροθεσίᾳ ſolenni, cum concionatores Lutherani Amſtelodamenſes eam ipſi denegarent, in Germania inauguratum. Novi hujus coetus, ſacris ſuis ſeorſim vacaturi, confirmationem Paſtores Lutherani Amſtelodamenſes Belgico-Germanici, decrementum Eccleſiæ ſuæ redituumqve propriorum metuentes, apud Magiſtratum religionis Reformatæ, ad privilegia neceſſaria illi concedenda proclivem, pro virili impediverunt, &, poſt invectivas e ſuggeſtu in eundem freqventes, ſuas de illo qverelas ad ipſum Danorum Regem, ac Joh. Svaningium, regni Danici Archiepiſcopum, deferre haud dubitarunt (34.). Patrocinabantur contra coetui iſti Danico, qvi e vicina Daniæ Cimbria erant oriundi, Herm. Jungius, Paſtor Mönchendamenſis, voce viva pariter atqve ſcripto Belgico (Dänſche Gemeent-Stichting in Amſterdam), A. 1664. in lucem edito, & Breclingius noſter, tum in Epiſtola, qva Conſiſtorio Lutheranorum Amſtelodamenſi inhumanitatem ſuam erga exteros, negligentiamqve in ſacris officiis, d. 18. Feb. A. 1663. perqvam acriter exprobravit (35.), tum in Sermone publico, Dom. XIII. poſt F. Trinit. in periocham hujus Evangelicam (Luc. X. 23-37.), Amſtelodami, in illo coetu, habito, juraqve ejusdem, contra adverſariorum invectivas, animoſe magnaqve tuito vehementia (36.). Ob qvod patrocinium cum Conſiſtorium Amſtelodamenſe Lutheranum ipſum, non ſolum coram Magiſtratibus urbium ſuæ atqve Zwollenſis, ſed & Friderico III., Regni Danici Monarcha, ac Joh. Svaningio, ſupremo ejusdem Præſule, velut turbatorem Eccleſiæ ſuæ, additis criminationibus aliis, accuſaſſet, omnesqve ad perſecutionem ejus inſtigaſſet (37.), Apologiæ loco A. 1663. (38.) edidit, *Libertatem & poteſtatem Eccleſiæ vindicatam*, oder Kurtze Anleitung, wie die Creutz-Kirche Chriſti wieder zu ihrer Freyheit gelangen, und auß dem Babyloniſchen Gewißens-Zwang könne errettet werden; wieder das falſche Lutheriſche Conſiſtorium der Un-Lutheriſchen Prediger und Aelterlinge in Amſterdam, zu Offenbahrung ihrer Thorheit, und Rettung ſeiner, und der Däniſchen, Norriſchen und Schwediſchen Nation, wie auch anderer frommen Lehrer und Gemeinten, Unſchuld, von den Lügen und Verleumbdungen ſolches Un-Lutheriſchen Conſiſtorii, heraußgegeben. Contra Apologiam hanc Conſiſtorium Amſtelodamenſe defenderunt Hubertus Tollius in Tractatu, cujus titulus mihi nondum innotuit, peculiari, refutato per ipſum Breclingium *in Phariſaiſmo detecto, convicto, judicato & Chriſtianiſmo vindicato*, ſive der Phariſäer Urtheil und Grabſchrift, contra adverſarios Amſtelodamenſes & Hamburgenſes, Amſtelodami A. 1664. edito (39.), & Gothofredus Artus, circa A. 1669., in libello Belgico, ſub titulo hoc excuſo: De Eere van het Conſiſtorium van Amſterdam gereddet. Cui tamen itidem reſponſum eſt, non ſuo ipſius ſolum, ſed & Breclingii, ac Joh. Georg. Gichtelii, utriusqve adverſus Conſiſtorium Amſtelodamenſe Paraſtatæ, bis ab hoc in carcerem conjecti, ac Zwollæ tandem relegati (40.), imo Coetus qvoqve Danici, nomine, ab Herm. Jungio, in *Jungii* Onſchuld, en dobbelter Verantwording tegen dat Conſiſtorium to Amſterdam, en deſſen Eeren-Redder, Belgice Amſtelodami A. 1669. impreſſa (41.). Satyræ præterea Breclingianæ (de qva in Scriptorum plura dicentur Catalogo) contra Ordinis Eccleſiaſtici vitia vernaculæ mordaciſſimæ, *Biblia ſeu Verbum Diaboli ad ſuos Miniſtros* inſcriptæ, & Germanice A. 1661. ἀνωνύμως publicatæ, Verſio Belgica Zwollæ A. 1663., ut Apologiæ adverſus Conſiſtorium Amſtelodamenſe Lutheranum, & Hub. Tollii pro hoc librum, vices ſuppleret, ipſo titulo teſte, prodiit. Poſtqvam toties noſter Eccleſiaſtas Lutheranos, cum Conſiſtorio ſuo, παῤῥησίᾳ, qvam intolerabilem eſſe judicabant, ingenti offenderat atqve irritarat Amſtelodamenſes, illorum haud dubie inſtinctu & auſpiciis, Zwollæ etiam, ob Chiliasmum ac Elenchum acriorem, a ſacro eſt deturbatus officio, vitamqve deinde, per luſtra ferme novem, egit privatam, tum Amſtelodami, ubi Typographei cujusdam erat Corrector (42.), tum Hagæ Comitum, ubi A. jam ſeculari 1700. commorabatur (43.), & ſenex tandem grandævus A. C. 1711., ac ætatis 82., expirabat. Conjugem, poſtqvam nuptiæ, qvas Studioſus adhuc cum Virgine meditabatur Flensburgenſi, a Patre, conſenſum denegante, erant impeditæ (44.), in Batavia demum duxit, & liberos utriusqve ſexus, ex ea ſuſceptos, reliqvit ſuperſtites. Seni atqve exuli, & ad vitam dimidii ferme ſeculi fato ſeqviori adacto privatam, vitæ ſubſidia liberaliter qvotannis ſuppeditarunt, non multi ſolum fratrum, cognatorum & affinium, in patria relictorum, ſed alii etiam in Cimbria, Germania & Batavia, Patroni, fautores & amici, tum Eccleſiaſtici, tum Politici ordinis, Lutherani pariter atqve Reformati. Licet enim Zelotas plerosqve Lutheranos elencho vitiorum Eccleſiaſtici ordinis vehementiori, in tot ſcriptis ſæpius iterato vernaculis, irritaſſet, & a ſe reddidiſſet alieniſſimos; Eccleſiaſtæ tamen, imo Antiſtites etiam & Theologi academici moderatiores nonnulli, qverelarum ejus potius ſcopum & veritatem qvam ἀμετρίαν conſiderantes, & amicitia cum ſua, & commercio literario beneficiisqve, ſunt dignati. Qvos inter, ut Phil. Jac. Spenerum, ejusqve in nuperis certaminibus Paraſtatas & aſſeclas celebriores, taceam, ab ipſomet, *in Catalogo Teſtium veritatis* (45.), ex antiqvioribus, publice ſunt commendati, præter alios plures, D. Herm. Schuckmannus, Theologus aulæ Güſtrovienſis primarius (ſuſpicionem ἑτεροδοξίας, ob commercium iſtud epiſtolicum, apud neminem ſanæ mentis incurſurus, & labore proinde ſuperfluo ab illa per Franc. Alb. Æpinum (46.) vindicatus), D. Joh. Reinbohtius, Eccleſiarum Cimbriæ Ducalium Superintendens, qvi ſcripto eum defendere voluit publico, & D. Barthol. Elsnerus, Academiæ Theologus Erfurtinæ, qvi moribundus, *Exegeſin* ſuam *Apocalypticam*, aliaqve MSSta, ei donavit ac transmitti voluit. E Reformatis Conradus a Beüningen, Conſul Amſtelodamenſis (47.), eum Virum pium, amicumqve ſuum (den godvruchtigen Breckling, onſen goeden Vriend), ſalutavit; Gvilh. Saldenus autem, Paſtor Delphenſis & Hagienſis, ab ipſo Breclingio (48.), velut Evergeta ſibi amiciſſimus, & in doctrina de Prædeſtinatione, ac articulis cæteris plerisqve, Lutheranis ὁμόψηφος, commendatur. Imo Maria qvoqve, Magnæ Britaniæ Regina, &, poſt hujus obitum, Maritus illius viduus, Gvilhelmus III., Monarcha inclytus, ipſi ab eo usqve, qvo Hagam migravit, tempore, qvotannis Aureos donaſſe qvadringentos perhibentur. Qvod religionem noſtri attinet, Lutheranam ſe amplecti, etiam, cum, multa ab hujus doctoribus in patria perpeſſus aſpera, apud Batavos jam exularet, ſancte, *in Triumpho veritatis* (49.), hisce verbis eſt profeſſus: Sonſt bezeuge ich, wie bißher, alſo annoch, für GOtt und aller Welt, wie mir GOtt und mein Gewiſſen Zeugniß giebt, daß ich nichts, weder heimlich ſtatuire, noch öffentlich gelehret, als was GOttes Wort, und nach demſelben Lutherus, die Auguſtana Confeſſio, und Formula Concordiæ, gelehret; gedencke auch darbey biß an mein Ende zu bleiben, und wil darnach alle meine Schriſten reguliret und verſtanden haben. Denn ich ſchäme mich Lutheri nicht, ſondern rühme von ihm wieder euch Pſevdo-Lutheraner, wie die Corinther, von ihrem Paulo, wieder die falſchen

(34.) V. Breclingii *Libertatem & poteſtatem Eccleſiæ vindicatam p. 30. 31. 32.*, & *Phariſaiſmum detectum, c. 4., p. 101. 102.* (35.) Legitur illa *in Libertate & poteſtate Eccleſiæ vindicata p. 43-49.* (36.) Σκιαγραφίαν Sermonis hujus, in eodem ſcripto, *p. 56-67.*, Autor exhibuit. (37.) V. idem ſcriptum *p. 23. 24. 31-36. 57. 58. 59.* (38.) *in 12.* (39.) *in 12.*, præſertim *Capite 4., p. 72-102.* (40.) V. de illo Gothofr. Arnoldi *T. III. Hiſt. Eccl., c. 15., p. 146.* (41.) *in 12.* Conf. de iſta *Breclingii Anti-Calovium lit. G. 5. a.* (42.) V. den Holländiſchen Kirchen-und Schul-Staat Henr. Lud. Benthemii *P. II., c. 4., p. 343.*, & Joſvæ Schwartzii *Præfat.* des wahren Berichtes vom Sabbath, *lit. a. 5. b. a. 6. a.* (43.) V. Gothofr. Arnoldi *T. III. Hiſt. Eccl., c. 15., p. 146* (44.) V. ipſius *Triumphi Veritatis Epilogum p. 175.* (45.) *Tomo IV. Hiſt. Eccl. Gothofr. Arnoldi p. 770-773.* (46.) *in Commentat. de gentis Schuckmannianæ meritis p. 13. 14.* (47.) in den geeſtliken Briven ende Skriften, (Amſtelod. A. 1689. *in 4.* editis), *Epiſt. 3., p. 24.* (48.) *in Catalogo Teſtium veritatis, l. c. p. 768.* (49.) *p. 112.*

ſche Apoſtel thun ſolten; und Trotz ſey euch geboten, daß ihr mir ein anders überweiſet, ohne daß ich euch Pſevdo-Lutheraner mit Luthero ſcharf durch den Geiſt GOttes geſtraffet, weil ihr in der That von dem Evangelio Chriſti, Pauli und Lutheri, abgefallen, und mit euren Greueln Land und Leute verwüſtet. Doctrinæ tamen Chiliaſticæ, Lutheranis plerisqve inviſæ, eum, poſtqvam in Bataviam ſe recepit, non aſſeclam ſolum evaſiſſe, ſed & promachum, negari haud poteſt, & *Chriſtus Judex*, aliique libelli, ſuo loco recenſendi, abunde demonſtrant. Ob cujus patrocinium, ſicut Henr. Ammersbachius (50.), & Joh. Wilh. Petræus (51.), ejusdem defenſores, ei applauſerunt; ita, ex adverſariis ejusdem, locum inter Chiliaſtas tribuerunt recentiores haud infimum, & elenchum partim indignabundi oppoſuerunt, Chriſt. Kortholtus (52.), Ad. Tribbechovius (53.), Joh. Gvilh. Baierus (54.), Caſp. Sagittarius (*plurimos forte eum inter γνησίως Lutheranos ægre eſſe laturos*, addens) (55.), Aug. Pfeifferus (56.), Henr. Lud. Benthemius (57.), Timoth. Dan. Colbergius (58.), Chriſtoph. Laur. Meelführerus (59.), Joh. Chriſtoph. Nungieſſerus (60.), Val. Ern. Löſcherus (61.), pluresqve e Lutheranis alii. Separatiſmi præterea, ad qvem & ipſe, tædio corruptelarum Eccleſiæ Lutheranæ, Ordinisqve præſertim Eccleſiaſtici, fuit proclivior, & alios in plerisqve hortatus eſt opuſculis, ſtudium in eo haud immerito notarunt Jac. Hier. Lochnerus (62.), ipſeqve Phil. Jac. Spenerus, cum in Judicio de ſcriptis ejus vernaculo (63.), tum in Tractatu peculiari, noſtro, uti traditur, præcipue, ſuppreſſo licet ejus nomine, oppoſito, ac Francofurti A. 1684. (64.) ſub hac evulgato epigraphe: Rechter Gebrauch und Mißbrauch der Klagen vom verderbten Chriſtenthume, darinn gehandelt wird, ob unſere Kirche Babel ſey, ob man von derſelben außzugehen, und ſich deren Communion zu enthalten, auch die Predigt-Dienſte zu reſigniren habe. Nec probanda eſt nimia zeli ejus vehementia, &, qvæ ex hoc traxit originem, juſto major ſtyli adverſus Ordinem, tum Politicum, tum imprimis Eccleſiaſticum (etſi utriusqve dedecora & carcinomata a ſe tantum caſtigari, bonos vero invectivas iſtas haud ſpectare, paſſim ſimul moneat), παῤῥησία atqve acerbitas, a Spenero etiam, tam in Judicio de ſcriptis illius, modo laudato (65.), qvam alibi (66.), reprehenſa. Qvam qva ratione ipſemet in colloqvio excuſarit familiari, hæc Henr. Lud. Benthemii (67.) docebit narratio: Als ein guter Freund zu ihm ſagte, daß er zwar ſeine gute Meinung, wenn er für die Ehre GOttes eiferte, lobete; könte aber nicht billigen, daß er ſo heftig redete; antwortete er, daß im Alten Teſtamente Propheten von ſanftem und heftigem Geiſte geweſen; weil ihm nun GOtt nicht hätte den erſten gegeben, müſte er ſich nohtwendig des andern bedienen. Verum nec iſta noſtri excuſatio, nec proteſtationes crebræ de ſuis in Ordinis Eccleſiaſtici vitia atqve corruptelas invectivis ad Theologos & concionatores vere pios, riteqve ſacris fungentes officiis, haud detorqvendis, adverſariis illius aut zelotis ſatisfecerunt aliis; qvorum non pauci, par pari reddituri, conviciis eum viciſſim proſciderunt atrocibus. Ne qvid enim dicam de Aug. Pfeifferi (68.) de vehementia ſtyli ejus qverelis, Ern. Salom. Cypriani, qvi, ob παῤῥησίαν, eum contemtim *Virum bonum* vocavit *ac ſimplicem* (einen guten einfältigen Mann), ſcommate, per Gothofr. Arnoldum (69.) caſtigato, ac Georg. Conr. Dilfeldii (70.), ineptis illum Eccleſiæ Lutheranæ annumerantis Reformatoribus, ac Timoth. Dan. Colbergii (71.), qvod, ſub abuſuum culpandorum prætextu, res ipſas atqve Ordines Reip. Chriſtianæ, rejecerit, conqveſti, cenſuris, longe gravius alii in eundem ſunt invecti. Ab Eccleſiaſtis Hamburgenſibus (72.) ein Ertz-Läſterer des Predigampts; a D. Joh. Müllero, illorum Antiſtite (in Colloqvio cum M. Diet. Völſchio d. 15. Sept. A. 1663. Hamburgi habito (73.)), ein Schelm, ein Ehrenſchänder, deſſen Buch, Biblia Diaboli, werth wäre, daß mans ins Feuer würfe, und ihn dazu; a Sam. Pomario (74.) der bekandte Prieſter-Schänder; a Chriſtoph. Kochio (75.), per Joh. Wilh. Petræum (76.) objurgato, ein Schandlappe und Ertzläſterer GOttes, und ſeines H. Predigampts, & a Sebaſt. Edzardo (ipſorum etiam noſtri hoſtium de vita illius ἀνεπιλήπτῳ confeſſioni contradicere haud verito) (77.) *Homo impiæ, & doctrinæ, & vitæ*, eſt appellatus. Chriſtoph. Sontagius (78.) ei *monſtroſam pietatem, & orthodoxis omnibus merito nunqvam non execrabilem*, Joh. Wolfg. Jägerus autem (79.) *diabolica contra Miniſtros Dei convitia*, tribuit. Gothofr. Balth. Scharfius (80.), de cenſoribus vitiorum & corruptelarum Eccleſiæ diſſerens Lutheranæ, hoc de illo, Gothofr. Arnoldo & Dippelio, tulit judicium: Sonderlich ſind die mit allgemeiner Welt-Reformation ſchwangere, und in Läſterungen gantz erſoffene, Brecling, Arnold, Dippel, endlich hervorgetreten, und haben alle Schaam, Chriſtliche Klugheit und Liebe, überſchritten. Qvo longe immitius atqve aſperius eſt ſeqvens Joh. Henr. Feuſtkingii (81.): Wer iſt Breckling? ein Freygeiſt, welcher, wie ſein letzter Abſchied und Außgang außweiſet, alle Religionen verlaſſen, und einen Gottesdienſt nach ſeiner phantaſie formiret hat, worinn er auch noch ietzo lebet. Wer iſt Breckling? ein Samaritaner, wie er ſich ſelber nennet in dem Davide redivivo. Welche Samaritaner, nach D. Henr. Mülleri Beſchreibung (in der Evangeliſchen Schluß-Kette *f. 330. b*) waren abgeſagte Juden-Feinde, und dazu Leute von keiner *Religion*, halb Fleiſch, halb Fiſch, halb Jüdiſch, halb Heydniſch, daher ſie werden für Ertzbuben gehalten, und hieß bey den Juden, wenn ſie einen Samariter ſchalten, ſo viel, als bey uns ein Schelm. - - Gewiß iſt es, daß Breckling von keiner Religion iſt. Von der erſten Liebe gegen GOtt, und gegen ſeines Vaters GOtt in Holſtein, iſt er abgefallen, und lauffet in frembden Ländern, als ein offenbahrer Irrgeiſt herum, und weiß ſich weder zu rathen, noch zu helfen. Ad qvam de Samaritaniſmo Brecklingii criminationem iniqviſſimam nemo non bonus exhorreſcet, ſi cognoverit, eam e ſolis illius verbis derivari, qvibus, ſe cum Samaritano, ob miſericordiam erga proximum, per Chriſtum ipſum, Luc. X. 33. & ſeqq., commendato, comparans, in *Davidis redivivi* titulo, appellavit einen Diener Chriſti, und Samaritan ſeiner Armen, unter die Mörder verfallenen, Brüder, da Prieſter und Levit vorbeygehen. Qvid qvod Atheiſmi ipſius dicam illi impingere graviſſimam, ob Satyram contra Ordinis Lutheranorum Eccleſiaſtici vitia Germanicam perqvam mordacem,

(50.) in den *Meditationibus* von den Geheimniſſen der letzten Zeiten, teſtibus Ad. Tribbechovio & C. L. Meelführero, mox allegandis, ac Sam. Pomario *P. I.* der Schutzſchrift wieder den Gutmanniſchen Offenbahrungs-Patron *p. 52.* (51.) *in Nube Teſtium Veritatis de Regno Chriſti glorioſo, Lib. 3., p. 132-135.*, & in der Außbreitung der Kirchen in der letzten Zeit *p. 31.* (52.) *in Prodromo Cultoris Theol. Academico p. 104.* (53.) *in Hiſtoria Chiliaſmi, cap. IV., Sect. 8., p. 46. 47.* (54.) *in Diſſ. contra Tr. de Regno Eccleſiæ glorioſo, c. 1., §. 25., p. 20.* (55.) *in Introd. in Hiſt. Eccl., c. 33., Sect. 22., p. 921.* (56.) *in Anti-Chiliaſmo, c. 2., p. 111., c. 9. p. 372., & alibi paſſim.* (57.) *loco num. 42. citato.* (58.) *Parte II* des Platoniſch-Hermetiſchen Chriſtenthums, *c. 13., p. 576.* (59.) *in Diſſ. Inaug. de Chiliaſmo, c. 5., p. 44. 45. 46. 50., & c. 7., p. 85-96.* (60.) *in Spe deſperata meliorum temporum, ex Luc. XVIII. 8., p. 41.* (61.) in den Unſchuldigen Theol. Nachrichten, *Dom. 9. A. 1702., p. 199. ac ſq., locisqve aliis plurimis.* (62.) *in Diſp. Inaug. de Separatiſmo* (Roſtochii A. 1686. edita), *§. 13.* (63.) *Parte III.* der letzten Theologiſchen Bedencken, *c. 6., Art. 1., p. 142-146.* (64.) *in 12.* (65.) *loco num. 63. citato.* (66.) *Parte III. Conſiliorum Theologicorum Latinorum p. 554. 584.* (67.) *loco num. 42. allegato.* (68.) *in Anti-Chiliaſmi præfat., & c. 3., p. 124.* (69.) in den Hiſtoriſch Theologiſchen Betrachtungen merckwürdiger Wahrheiten, *P. II., p. 263.* (70.) *in Theoſophia Horbio-Speneriana p. 2.* (71.) *in præfat Partis II.* des Platoniſch-Hermetiſchen Chriſtenthums. (72.) in der Erſten Abfertigung J. Wincleri und Abr. Hinckelmanni *p. 18. 19. 20.* (73.) apud Gothofr. Arnoldum *T. IV. Hiſt. Eccl. p. 675.* (74.) *loco n. 50. citato p. 120.* (75.) *in Chiliaſta plagiario p. 44.* (76.) in der Außbreitung der Kirchen in der letzten Zeit, *p. 53.* (77.) *in Animadverſionibus in Hiſtoriam Eccleſiaſticam N. T. Chriſt. Eberh. Weismanni p. 48.* (78.) *in Animadverſionibus C. Miſcellis in Fanaticiſmum, §. 19., p. 27. 28.* (79.) *in Diſſ. de Enthuſiaſtis, Examini Theologiæ myſticæ adjecta, p. 398.* (80.) im Erweiſe der noch unſchuldigen Nachrichten wieder Joach. Langen *p. 134. 135.* (81.) *in Appendice Gynæcei Hæretico-Fanatici p. 76. 77. 78.*

dacem, A. 1661., ſub *Bibliorum ſeu Verbi Diaboli ad ſuos Miniſtros* titulo, ἀνωνύμως editam, non dubitarunt D. Joh. Mullerus, Presbyterii Hamburgenſis Antiſtes, zelotæqve complures alii, hujus ſecuti autoritatem, ſed, ob Cenſuram iſtam præcipitem, non a Gothofr. Arnoldo ſolum & Imman. Webero, ſed & ipſo Val. Ern. Löſchero, caſtigati, ſicut in Satyræ illius hiſtoria, Scriptorum noſtri inſerenda Catalogo, fuſius exponetur. Enthuſiaſtis, qvos vocant, ſive Fanaticis, longe plures eum annumerarunt, &, hos inter, Sam. Bened. Carpzovius (82.), Conr. Tyburt. Rango (83.), Joh. Frid. Mayerus (a qvo ein offenbahrer Schwärmer vocatur) (84.), ac Franc. Alb. Æpinus (85.); nec non Timoth. Dan. Colbergius (86.), a qvo Weigelianis, Abr. Calovius (Georg. Conr. Dilfeldium etiam & Balth. Rebhunium, Jac. Böhmii Antagoniſtas, illius fuiſſe aſſeclas, falſo tradens) (87.), & Burch. Gotth. Struvius (88.), a qvibus Böhmianis accenſetur, & Joſva Schwartzius (89.), dogmata illi, non Chiliaſtica ſolum, ſed & Anabaptiſtica, tribuens. Huc etiam ſpectat Interdictum, qvo Halæ Saxonum, die 25. Jun. A. 1700., Friderici III., Boruſſiæ Regis, juſſu, a Cancellario & Conſiliariis Magdeburgici Ducatus regimini præfectis, una cum *Evangelio* Johannæ Eleonoræ Merlaviæ *æterno*, ſcripta non ſolum Jac. Böhmii, Val. Weigelii, Caſp. Schwenckfeldii, Dav. Georgii, Qvakerorum, aliorumqve Fanaticorum, ſed & Breclingii, velut erronea, hæretica & noxia, vendi legiqve prohibebantur. Sed iſtud, per Seb. Edzardum (90.) & Val. Ern. Löſcherum in Breclingii allegatum contumeliam, a Miniſtris Eccleſiæ Halenſis, Theologorum Academiæ tunc adverſariis, *ob- & ſubreptitie* (uti Jurisconſulti loqvi ſolent) eſſe impetratum, nec exemplum ejus in Archivo Ducatus Magdeburgici ſupereſſe Halenſi, Joach. Langius (91.) jam docuit. Spectant eodem præcipui atqve inimiciſſimi ſcriptorum Breclingii Cenſoris, Valent. Ern. Löſcheri, modo allegati, Recenſus plerorumqve Criticoelenchtici, hoſtiles atqve acerbi, *Relationibus Theologicis*, qvas vocat, *innoxiis* vernaculis (den Unſchüldigen Nachrichten von alten und neuen Theologiſchen Sachen) paſſim, locis infra, ubi de ſingulis in eorum dicetur Catalogo, enumerandis, inſerti. Exprobrantur & ab hoc ipſi, nec immerito, Styli tum vehementia nimia, tum πολυλογία atqve ταυτολογία, multa ſuperflua cumulans, eademqve ſæpius aliis verbis ac phraſibus repetens, ob qvam Scriptorum ejus tituli, juſto plerumqve prolixiores, a nobis etiam paulo poſt, in illorum Indice, ſubinde abbreviabuntur. Exprobrantur, nec ſine veri ſpecie, juſto licet acerbius, Zeli ἀμετρία, Φιλαυτία arrogans, ἀλλοτριεπισκοπία cenſoria, & licentia non in Ordinem tantum Eccleſiaſticum atqve Academias, ſed & Magiſtratum interdum Politicum, debacchandi, una cum Chiliaſmo & Separatiſmi ſtudio. Exprobratur tandem paſſim, ſed falſo, ipſi a Löſchero Fanaticiſmus, imo alicubi etiam (92.) Error Deiſtarum Fanaticorum, res omnes partem eſſe divinæ eſſentiæ aſſerentium, e verbis *Myſterii magni* (93.), in qvibus *Mundus qvaſi corpus Dei eſſe* perhibetur, ſeqviori illorum interpretatione perperam derivatus. Injuſte Breclingium & illius, & hujus, accuſari, jampridem a Joach. Langio, Theologo Halenſi Academico, Löſcheri adverſario, famæqve Breclingianæ Vindice contra illum animoſo, eſt oſtenſum in den aufrichtigen Nachrichten von der Unrichtigkeit der Unſchüldigen Nachrichten, &, qvas hiſce inſeruit (94.), ſcriptorum noſtri complurium adverſus cenſuras Löſcherianas Vindiciis, nævos ejus cæteros, plus juſto exaggeratos, dextre etiam excuſantibus. Animo ſane noſtrum non minus a Fanaticis, qvam a doctoribus Eccleſiæ Lutheranæ impiis aut hypocriſi pollutis, fuiſſe alieno, præter Epiſtolas ad Amicum, in qvibus de omnibus fere Scriptoribus fanaticis celebrioribus ſeqvius tulit judicium, ἀνεκδότους, mihi lectas, demonſtrant acres in illos invectivæ, paſſim in libris, juris publici factis, obviæ, imo ſcripta integra, iisdem oppoſita: Qvalia præſertim ſunt: 1. De Proeve der Hedendaegs alſo genoemde Qvackers, Collegianten, Socinianen, Qwickerſchen, Felgenhauerſchen, ende aller anderen Geeſten; of deſelve uyt Godt zyn, ofte niet, A. 1661. Belgice, & Germanice A. 1665., edita; 2. Die Chriſtliche Erinnerung und Warnung an alle Menſchen, betreffend den wahren und rechten Ausgang, ſo wol aus der groſſen und groben Welt-Babel, als aus dem ſubtilen Babel-Reiche der hoffärtigen Fladdergeiſter und Lucifers-Heiligen, &c., A. 1686. excuſa. Opuſculorum horum (de qvibus plura in Scriptorum noſtri dicentur Indice) ultimum aſſeclis Jac. Böhmii oppoſitum eſt Amſtelodamenſibus, & Qvirino præſertim Kühlmanno, Fanaticorum ævi noſtri facile principi, *in Anti-Calovio* etiam (95.), ob molitiones ſeditioſas, inſanas atqve abſurdas, acriter objurgato. Is initio Breclingium, ejusqve ſcripta, magni faciebat, & hæc A. 1674., *in præfatione* des Neu-begeiſterten Böhmens, una cum Joh. Arndii, aliorumqve Libris, Chriſtianiſmi praxin ac veram pietatem urgentibus, omnibus commendabat, addens tamen, illa pariter atqve hos nævis ſuis haud deſtitui (ſie haben auch ihre Fehler.). Cum vero noſter ſomnia ejus & deliria improbaret, ipſumqve ad ſaniorem conaretur mentem reducere, ſchedis ab illo laceſſitus atqve traductus eſt maledicis; e qvibus die runde Erklärung, vor den Augen *Jehovens*, an *Frid. Brecling*, & die wiederlegte Brecklings-Worte, Amſtelodami A. 1686. lucem vidiſſe, a Gothofr. Arnoldo (96.) & Val. Ern. Löſchero (97.), ac die Pariſer Schreiben an *Brecling, Rohte, Helmont* und *Bourignon*, jam ante A. 1681. prodiiſſe, a ſolo Löſchero, perhibentur. Qvo teſte (98.) Chriſtoph. Barthutius etiam, aſſecla Kühlmanni ſtolidus, in Epiſtola ad Wilh. Everwinum de illo Germanica, Amſtelodami A. 1691. edita (99.), conqveſtus eſt, das Cainiſche Brecklings-Geſchlecht ſey ihm zuwieder geweſen. Taceo judicium, qvod noſter, a Phil. Jac. Spenero, qvid de Antonia Bourignonia ſentiret, rogatus, in literis ad Theologum hunc, perqvam immite, de Virginis illius Flandricæ doctrina tulit erronea (100.). Tanto licet Zelo, totiesqve Fanaticis adverſatus, in illorum tamen numerum a plerisqve Zelotis relatus eſt, & hodienum refertur, Lutheranis, tum ob Chiliaſmi patrocinium, tum qvod ſcripta ejus, Chriſtianiſmi degeneris oppoſita corruptelis, a Qvir. Kühlmanno (de qvo paulo ante dictum), Joh. Georg. Roſenbachio (ipſum, C. Hoburgium. Joach. Betkium, Joh. Wilh. Petræum, Gothofr. Arnoldum, & Joh. Phil. Dippelium, theure Seelen, und theure Männer GOttes appellante) (101.), aliisqve Fanaticis, ſubinde ſint commendata, & ad ſuas de iisdem qverelas defendendas allegata. Tanti illi conſtitit Ordinis Eccleſiaſtici ulcera durius tetigiſſe, vitiaqve detexiſſe, & majore, qvam alii, παῤῥησίᾳ audacter objurgaſſe! Inventi tamen & in ſacro hoc ſunt Ordine, qvi æqviori in illum, ſcriptaqve ejus, fuerunt animo, & ſuas utrisqve laudes admenſi ſunt, imo contra adverſarios, animoſe iis patrocinari non dubitarunt. Non allegabo Henr. Ammersbachium, *in Meditationibus de Myſteriis noviſſimorum temporum* Germanicis (102.), eum, tanqvam unicum veritatis cuſtodem, & magiſtrum coelitus delapſum, una cum Georg. Laur. Seidenbechero, Chiliaſmi itidem patrono, celebrantem; nec Gothofr.

(82.) *in Or. fun. in obitum D. Joh. Mulleri p. 43.* (83.) *P. II. Hiſtoriæ Syncretiſmi, Sect. 40., §. 5.* (84.) in der beleidigten und vertheidigten Unſchuld *p. 15. 53.* (85.) *loco num. 46. citato.* (86.) *P. I.* des Platoniſch-Hermetiſchen Chriſtenthumes, *c. 5., §. 11., p. 247. & ſeqq.* (87.) *in præfat. Anti-Bohmii, ſive Catalogo Autorum, illi adjecto.* (88.) *in Introduct. ad notit. rei literariæ, c. 9., §. 23., p. 451. edit. ſecundæ.* (89.) *loco num. 42. citato.* (90.) *in Impietate cohortis Fanaticæ p. 54-57.* (91.) in den Aufrichtigen Nachrichten von der Unrichtigkeit der Unſchuld. Nachrichten, *P. VII., Sect. 2. p. 69. 70. & P. VIII., Sect. I., p. 34.* (92.) *Sect. 15. anni 1704., p. 888., ſicut & in Prænotionibus Theologicis p. 83.* (93.) *p. 17.* (94.) *Parte II., p. 28-50., P. III., p. 7-10., P. IV., p. 96-100., P. V., p. 29-35., P. VII., Sect. 2., p. 67-70., & P. VIII., Sect. I., p. 33. 34. 44. 45. 86.* Conf. Gothofr. Arnoldum, Löſchero, Breclingium Fanaticis annumeranti, itidem contradicentem, *Parte I.* der Hiſtoriſch-Theologiſchen Betrachtungen *p. 29.* (95.) *lit. H. 2. b. H. 3. a.* (96.) *T. III Hiſt. Eccl., c. 19., p. 193.* (97.) in den Unſchuldigen Theol. Nachrichten, *Sect. 6. A. 1711., p. 762. 763.* (98.) *ibid. Sect. 6., A. 1708., p. 336.* (99.) *p. 53.* (100.) V. Speneri letzte Theogiſche Bedencken, *P. I., c. I., Art. I., Sect. 7., p. 24.* (101.) in ſeiner Führung *p. 557. 558.* (102.) teſte Ad. Tribbechovio *in Hiſtoria Chiliaſmi, c. 4., Sect. 8., p. 47.*

Gothofr. Arnoldum (103.), Atheiſmum illi a D. Joh. Müllero, Fanaticiſmum a Val. Ern. Löſchero, ſimplicitatem ab Ern. Salom. Cypriano, falſo exprobrari, oſtendentem, contraqve (104.) ſagacitatem ejus in perſpiciendis Chriſtianiſmi corruptelis deprædicantem. Præteribo Joh. Wilh. Petræum, a qvo modo ſalutatur (105.) *Teſtis propter nomen Chriſti multa paſſus, ac Evangelicæ veritatis, a Luthero aſſertæ, Defenſor, qvi ſtultitiam Dei omnibus pompis prætulit;* modo (106.) ein Mann GOttes, modo (107.) ein Mann, der durch viele Erfahrung die wahre Theologie erlernet, und Lutherum, und ſeinen Grund, ſo wol gefaſſet hat, als ich derer nicht viele weiß. Hoſce enim Triumviros Theologis plerisqve magis, qvam ipſum Breclingium, ob nova dogmata, aliasqve cauſas, inviſos eſſe, haud ignoro. Tacebo etiam de Herm. Brockmanno, Eccleſiaſta in Weſtphalia Hilterano, a qvo noſter, in Carmine ad ipſum (108.), *Lutherus alter* eſt appellatus, cum, qvalis ille fuerit, neſciam. At dignus certe eſt, cujus de ſcriptis Breclingianis recitetur judicium, D. Henr. Müllerus, Theologus Roſtochienſis religioſiſſimus, in Epiſtola ad Steph. Döhrenium, qvi iſta tranſmiſerat, A. 1663. exarata (109.), nervoſe ita ſcribens: Was ich darinn geleſen, iſt mehrentheils die bittere Wahrheit. Dignus eſt, cujus de iisdem, ac Autore ipſo, ſententiam cognoſcamus, D. Phil. Jac. Spenerus, amicitia illum ſua commercioqve dignatus literario. *Parte* is *Tertia Conſiliorum Theologicorum Latinorum*, in Epiſtola ad Joh. Melch. Stengerum A. 1678. data (110.), eam hiſce verbis expoſuit: *Qvod Breclingium attinet, qvidam noſter ſæpiſſime eum proxima æſtate convenit, qvi redux de eo omnia mihi bona, & nihil, qvod ſaperet Enthuſiaſmum. Ita literæ etiam ejus circa omnia alia occupantur. In explicatione Apocalypſeos forte talia, qvæ non omnes habebunt aſtipulatores, ſtatuit: ſed qvis non veniam ejus libri meretur Interpres?* In aliis ejusdem *Partis III.* ad amicos Epiſtolis, doctrinam qvidem noſtri de Doctoribus orthodoxis, ſed impiis, tanqvam Pſevdoprophetis, fugiendis, verboqve illorum, in qvibus Deus non habitet, pro divino non habendo, velut ab orthodoxia recedentem, erroneam & periculoſam, improbat, *alios* tamen *in eo, qvi puritatem doctrinæ temerarent, errores ſe non obſervaſſe* addit (111.); *Methodum* illius *catechizandi, Speculumqve ſive Lapidem Lydium Paſtorum*, commendat (112.); imo, *in Mantiſſa*, eidem Parti ſubjuncta (113.), ab omni eum heterodoxiæ crimine abſolvit, ita ſcribens: *In Breclingio hactenus nihil obſervavi, qvod, vel in unico, ab Evangelicæ noſtræ orthodoxiæ tramite latum pedem receſſiſſet.* In *Judiciis Theologicis vernaculis Prioribus* (den Theologiſchen Bedencken), *Parte III.* (114.), idem Spenerus Joach. Betkium, Chriſt. Hoburgium & Breclingium, ſalutavit liebe Leute, welche er hertzlich liebe, und zwar nicht alles, aber doch das meiſte ihrer Schriften, in Werth achte; in *Poſterioribus* autem (den letzten Theologiſchen Bedencken), *Parte I.* (115.), Breclingium ſolum einen Mann, der, durch vielfältige Erfahrung, eine mehrere Wiſſenſchaft von allem, was in unſerer Kirchen, bey 50. Jahren, vorgegangen, erlanget, als ihm ſonſten nicht wol einer bekandt worden. Præcipue autem lectu dignum eſt, mentem qvippe illius fuſius explicans, Judicium de ſcriptis Breclingii peculiare Germanicum, Francofurti d. 8. Apr. A. 1682. exaratum, & *Parte Judiciorum* eorundem *Theologicorum poſteriorum Tertia* (116.) obvium, in qvo Autoris Zelus qvidem nimius, ſtylus juſto aſperior ac vehementior, & Separatiſmi ſtudium, improbantur, ſed bona contra intentio, Orthodoxia Lutherana, Monitaqve practica haud pauca utiliſſima, commendantur. Moderatius etiam aliis de noſtro tulit judicium Guſtavus Georgius Zeltnerus, Academiæ Altorfinæ Theologus, *in Schediaſmate de Piorum Deſideriorum ſcriptoribus*, qvod *Diſſertationibus duabus de Theologiæ corruptelis & medelis*, Noribergæ A. 1707. in lucem editis, eſt ſubjunctum. In illo enim (117.) Breclingius qvidem, Chriſt. Hoburgius, & Joach. Betkius, *in ſolicitudine pro ſalute Eccleſiæ primas partes adfectantes Triumviri*, Cenſoribus vitiorum illius annumerantur, *qvi, corruptelarum ſeculi ſui tædio, & ſive nimio fervoris haud omnino ſpernendi æſtu abrepti, ſive adverſariorum vehementi adgreſſione qvaſi impulſi, extra orbitas ſæpe ſunt vagati, ac limites ſacræ veritatis revelatæ transgreſſi*; ſed *cæteris* tamen fuiſſe *defæcatiores, & vera bene multa obſervaſſe monuiſſeqve*, perhibentur. Majori tandem, qvam cæteri hactenus laudati, animo & παῤῥησίᾳ, Breclingium Fanaticis falſo, cum Scriptor fuerit orthodoxus, a Fanaticis alieniſſimus, beneqve de Eccleſia meritus, accenſeri, aſſeruit, phraſesqve librorum ejus qvasdam minus concinnas atqve accuratas, a Zelotis virgula notatas cenſoria, partim dextre explicavit ac defendit, partim vero excuſavit, Vindex illius contra Val. Ern. Löſcherum celeberrimus, Joach. Langius, Profeſſor Academiæ Halenſis Theologus, locis der aufrichtigen Nachrichten von der Unrichtigkeit der Unſchuldigen Nachrichten, ſupra (118.) jam allegatis. In qvibus noſter (119.) ein treuer Knecht GOttes, und Zeuge der Wahrheit JEſu Chriſti, der, mit ſeines gleichen verworfenen Zeugen der Wahrheit, dermahleins, mit groſſer Freudigkeit, zur Rechten Chriſti, wieder alle Pſevdorthodoxos, ſo ihre Lehre, Wercke und Schriften, verworfen haben, nach Sap. V., wird ſtehen; appellatur, imo alibi (120.) hoc ornatur elogio: Ich bleibe dabey, und bin deſſen aus ſattſamen Gründen überzeuget, daß Herr Breckling (ob ſich gleich in ſeinen Schriften einige ἀκυρολογίεn finden) ein Zeuge der Wahrheit ſey, ia, ich ſage noch einmahl, er ſey ein theurer Zeuge der Wahrheit, und zwar, dem äuſſern Anſehen und Tituln nach, verachteter, aber doch erleuchteter, Theologus der Evangeliſchen Kirchen, deſſen Merita, nach dem Urtheil ſo vieler treuen Knechte GOttes, gröſſer ſind, als manches, dem äuſſern Anſehen und Tituln nach groſſen Pſevdorthodoxen und unbekehrten Theologi, ſo pro pſevdorthodoxia etliche Volumina ediret hat.

Vitæ ſuæ σκιαγραφίαν brevem ipſemet Breclingius *Catalogo Teſtium veritatis* (*Tomo IV. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ* Gothofr. Arnoldi inſerto), *num. 128., p. 773. 774.*, intexuit, ex ipſius *Triumpho veritatis*, libellisqve cæteris, nec non Autoribus aliis, jam allegatis, a nobis auctam; ſcriptorum vero ineditorum atqve affectorum Indicem A. 1678., *in Compendio Apocalypſeos reſeratæ, p. 8-14.*, exhibuit.

Conf. de illo præter Valent. Ern. Löſcheri Recenſiones ſcriptorum ejus plerorumqve elenchticas, ac Joach. Langii Apologias pro nonnullis, iſtis oppoſitas, qvæ ſupra jam ſunt citatæ, &, in Catalogo eorum, ſigillatim denuo allegabuntur, Phil. Jac. Speneri *Conſilia Theologica Latina, Parte III., p. 203. 431. 534. 554. 584. 587. 836.*, & Letzte Theologiſche Bedencken, *Parte I., p. 24.*, ac *Parte III., p. 143 146.*, Joh. Wilh. Petræi *Nubem Teſtium veritatis de Regno Chriſti glorioſo, Lib. III., p. 132-135.*, & Außbreitung der Kirchen in der Letzten Zeit *p. 53. 54. 55.*, Gothofr. Arnoldi *Tomum III. Hiſt. Eccl., c. 15., p. 145. 146.*, & Hiſtoriſch-Theologiſche Betrachtungen merckwürdiger Wahrheiten, *P. I. p. 29., P. II. p. 263. 264., P. IV. p. 408. 409. 410. 588. 593. 594.*, Chriſtoph. Hendreichii (qvatuor ex unico hoc fabricati ſcriptores) *Pandectas Brandeburgicas p. 516. 572. 715.*, Vinc. Placcii *T. I. Theatri Anonymorum & Pſevdonymorum, c. 11., p. 419*, Joh. Fabricii *Partem V. Hiſtoriæ Biblioth. Fabricianæ p. 43. 44.*, & Henr. Lud. Benthemii (noſtrum perperam *Brachelium* vocantis) Holländiſchen Kirchen- und Schul-Staat, *P. II., c. 4., p. 343.* Qvibus addi ex adverſariis ejus, præter cæteros, in Vitæ jam allegatos hiſtoria, poſſunt Abr. Calovius *in præfat. Anti-Böhmii*, Timoth. Dan. Colbergius *Parte I.*

(103.) *T. II. Hiſt. Eccl., L. 17., c. 16., p. 599.*, ac *T. III., c. 15., p. 145. 146.*, nec non in den Hiſtoriſch Theologiſchen Betrachtungen merckwürdiger Wahrheiten, *P. I., p. 29., P. II., p. 263., & P. IV., p. 588. 593. 594.* (104.) *ibid. P. II., p. 263.* (105.) *in Nube Teſtium veritatis de Regno Chriſti glorioſo, Lib. 3., p. 132.* (106.) in der Außbreitung der Kirchen in der letzten Zeit *p. 31.* (107.) *ibid. p. 55.* (108.) V. Fragmentum iſtius in Breclingii *Catalogo Teſtium veritatis* (*Tomo IV. Hiſt. Eccl.* Gothofr. Arnoldi) *p. 772.* (109.) apud Gothofr. Arnoldum, eodem *Tomo IV., Sect. 3., n. 14.*, p. 662.* (110.) *p. 203.* (111.) *p. 584.* (112.) *p. 584. 587.* (113.) *Epiſt. 15., p. 836.* (114.) *c. 6., p. 180.* (115.) *Cap. I., Art. I., Sect. 7., p. 24.* (116.) *Cap. VI., Art. I. Diſtinct. 4., Sect. 11., p. 143-146.* (117.) *p. 51. 52.* (118.) *num. 94.* (119.) *Parte II., p. 46. 47., & Parte III., p. 7.* (120.) *P. VII., Sect. 2., p. 67. 68.*

des Platoniſch-Hermetiſchen Chriſtenthums, *c. 5., §. 11., p. 247-251.*, Jac. Hier. Lochnerus *in Diſſ. Inaug. de Separatiſmo, §. 13.*, & M. Joh. Ad. Calo *in Diſſ. de Vita Jac. Böhmii* (hujus aſſeclis falſo noſtrum annumerante), *c. 4., §. 7., p. 33. 34.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Concluſiones nobiliores ex Philoſophia, Præſide M. Caſp. Ebelio, pro gradu Magiſterii, propoſitæ. Gieſſæ 1653. in 4. Accedunt Applauſus metrici D. Joh. Taekii, Caſp. Ebelii & M. Joh. Graftii.

Panharmonia panſophica, ad omnium rerum elucidationem, & abſconditorum manifeſtationem, ceu memoriale ſerviens, e MSto edita in Val. Ern. Löſcheri Unſchuldigen Theol. Nachrichten, *Sect. IV. A. 1719., p. 602-617.*

Typus Panſophiæ, e MS. publicatus in iisdem, *Sect. VI. A. 1719., p. 945-955.*

II. GERMANICA.

Speculum ſeu Lapis Lydius Paſtorum, darinnen alle Prediger und Lehrer dieſer letzten Welt ſich beſchauen, und nach dem Gewiſſen, als für GOttes alles ſehenden und richtenden Augen, ohne Heucheley ihrer ſelbſt, ernſtlich prüfen und examiniren ſollen, ob ſie rechte, von GOtt geſandte und erkandte, Prediger, Lehrer, Biſchöffe und Superintendenten ſeyn, oder nicht; ob ſie den rechten oder falſchen Propheten gleich; ob ſie Chriſti oder des Antichriſts Bild an ſich haben; ob ſie mit der rechten oder falſchen Apoſtel Kennzeichen und Eigenſchaften bezeichnet: Denen Frommen, und die ſich vom Geiſte GOttes lehren und ſtraffen laßen, zu Chriſt-Brüderlicher Erinnerung, Aufweckung, Prüfung und Beſſerung; den GOttloſen, Heuchlern, Halßſtarrigen und Wiederſprechern aber, zum Zeugniß, aufgeſetzet, und auf ihr Gewiſſen, nach der Regel des Wortes GOttes, vor Augen geſtellet. Amſtelodami 1660. in 12. Inſcriptum eſt Friderico III., Regi Daniæ, Kal. Jan. A. 1660., Epiſtola acri dedicatoria, peccata ordinis Eccleſiaſtici cauſam eſſe calamitatum regni præcipuam inculcante, & Monarcham hunc ad reformationem tam illius, qvam Politici Ordinis, ſerio hortante. Qva occaſione ſit ſcriptum, &, contra interdictum D. Steph. Klotzii, Superintendentis regii Slesvigo-Holſatici, editum, & qvomodo Autor, ob iſtud, carcerem, exilium, aliasqve adverſitates, tolerare ſit coactus, ex ipſius *Triumpho Veritatis*, fuſius ſingula exponente, in Vitæ jam narravimus hiſtoria. Phil. Jac. Spenerus, in Epiſtola ad Joh. Henr. Horbium, *Parte III. Conſil. Theol. Lat. p. 587.*, hoc de illo tulit judicium: *Ex Breclingii Lydio Paſtorum Lapide Paſtores pii multa utilia diſcere poſſunt: nam eo diſcretionis judicio præditos ſuppono, qvi, qvæ miſcentur, ſtipulas a pretioſo diſtingvere didicerint.* Commendatur etiam prolixe ab Anonymo, *in Curioſis Theologicis* (Wedeliæ A. 1690. editis) *p. 1. 2.*; errorum autem contra variorum accuſatur a Timoth. Dan. Colbergio *Parte I.* des Platoniſch-Hermetiſchen Chriſtenthums, *c. 5., §. 11., p. 247. & ſeqq.*

Speculum Paſtorum repurgatum. Amſtelod. 1661. in 8. V. Chr. Hendreichii *Pandect. Brandeb. p. 715.*, & ipſius Breclingii *Catal. Teſt. Verit.* (*T. IV. Hiſt. Eccl. Gotfr. Arnoldi*) *p. 774.*

Veritatis Triumphus, pro veris contra Pſevdo Apoſtolos, Evangelicos & Lutheranos, & eorum Anteſignanum, D. Steph. Klotzium. A. 1660. in 12. Emendatior poſtea auctiorqve, ſine loci atqve anni indicio, *in 12.* eſt recuſus. Chriſtoph. Hendreichius *l. c. p. 715.* Swolæ eum prodiiſſe tradit. Titulum ejus integrum, hiſtoriam, & ſchediasmatum, qvæ continent, elencticorum ac Apologeticorum indicem, in Vita Autoris jam exhibuimus. A Klotzio ipſo, cui præcipue eſt oppoſitus, & plurima, ſupremo Eccleſiarum Antiſtite indigna, fuſe ac ſigillatim exprobravit, aut pro eodem, nihil illi eſt repoſitum. E cæteris, qvos Autor paſſim objurgat, ſacri in patria ordinis adverſariis, ſolus Dan. Lutherus, Parochus ruralis in Flensburgenſi præfectura Breclumenſis, avaritiæ, ſordidis diteſcendi artibus aſſvetæ, aliorumqve vitiorum, *p. 144. 145.* accuſatus, ut famam ſuam vindicaret, ſcriptum peculiare Slesvigæ A. 1661. *in 8.* ſub hoc edidit titulo: *Daniel redivivus, & e ſpelunca Leonum reſurgens; Daniel Lutherus* kömmt endlich, auß der giftigen Triumph-Höle oder Löwengrube vieler Calumnien Frid. Breclingii, wieder hervor, und beweiſet mit Grunde der Wahrheit, und vielen Teſtimonien, daß, ſo oft er ſeiner gedacht, ſo oft habe er Crimen falſi, grobe Lügen und ſchändliche Fehler, begangen. Cui Apologiæ a Breclingio, *in Appendice Tribunalis conſcientiæ* mox memorandi, *p. 42-64.*, eſt reſponſum, eademqve crimina illi denuo objecta.

Tribunal Conſcientiæ, ſive Prodromus Judicii divini; das iſt: Vorforderung aller Menſchen, von den höchſten biß auf den niedrigſten, für den Richterſtuel ihrers eigenen alles mit ihnen wiſſenden Gewiſſens, daß ſie davor erſcheinen, und GOtt, ihrem Richter, von allen ihren Gedancken, Reden, Thun und Haußhalten, bey Vermeidung ſeiner höchſten Ungnade, biß auf den letzten Heller, genaue und ernſte Rechenſchaft geben ſollen; zu Abſolvirung der Frommen, und Verdammung der GOttes künftigen Gerichte beſampt einer ſcharfen Inqviſition über das heutige Weſen der Welt in allen Ständen, ob es für Gottloſen durch ſich ſelbſten: Zuſtehen kan, oder nicht, und einer gerechten Examination eines falſchen Danielis, Lutheri, Stephani (*Klotzii*), und aller Antichriſten, ſo ſich wieder den rechten Daniel, Stephanum, Lutherum und Chriſtum, bißher in der Welt und in Holſtein erhoben. Sine mentione loci & anni, in 12.

Vox de cœlo: Noſce te ipſum, & cognoſce Chriſtum; das iſt: Erkäntniß unſer ſelbſt in Adam, zu unſerer Demühtigung und Buſſe, und Erkäntniß Chriſti, zu unſerer Aufrichtung, Vereinigung, Erhöhung und Verherrlichung in und mit ihm, durch den Glauben &c. als das Unum neceſſarium, die Weißheit bey den Vollkommenen zu unſerer Herligkeit, und die Summa, Zweck und Kern der gantzen H. Schrift, entworfen. Amſtelodami 1660. in 8. Recuſa (*teſtibus Catalogis nundinalibus aliisqve, & Lipenio Parte II. Biblioth. Theol. p. 354.*) Lipſiæ ac Qvedlinburgi A. 1677. in 12.

Ewiges Evangelium von der Gewißheit der Seligkeit aller bußfertigen und gläubigen Kinder GOttes in Chriſto Jeſu. Amſtelod. 1660. in 12. Recuſum poſtea eſt Hamburgi, curante Georg. Möllero, Urbis illius cive. V. des Hamburgiſchen Miniſterii erſte Abfertigung Joh. Wincleri und Abr. Hinckelmanni (ed A. 1694.) *p. 18. 19. 20.*

Ankündigung des Gerichtes und Nach-Tages GOttes an die heutige gottloſe Obrigkeit und Prieſter, in allen Ständen, Secten und Orten. Amſtelod. 1660. in 12.

Chriſtus cum ſuis Prophetis & Apoſtolis redivivus; GOttes Wort, welches GOtt dieſer gegenwertigen Welt, in allen Ständen, Secten und Oertern, ſelbſt redet, und von ſeinen Zeugen, ohne Furcht und Anſehen der Perſon, heute wil geredet haben. Samt der endlichen Ankündigung des Nachtages und Gerichts an dieſe heutige Welt. Sine loci indicio A. 1661. in 12.

Anatomia Mundi, darinn das Ehebrecheriſche Hertz dieſer letzten Welt eröfnet, und deſſen verborgene Abgötterey jedermänniglich offenbahr vor Augen geſtellet wird: Samt der Ankündigung des Nachtages und Gerichts GOttes, an die heutige abgöttiche Obrigkeiten, Könige, Fürſten, Prieſter, Lehrer, Schriftgelehrten, Unterthanen, Zuhörer, und alle von GOtt abtrünnige Chriſten, in allen Ständen, Secten und Oertern. Amſtelod. 1661. in 12.

Biblia, ſive Verbum Diaboli ad ſuos Miniſtros, Apoſtolos & ſucceſſores in mundo; die Unheilige Schrift, und Sendbrief des Allerdurchläuchtigſten, Großmächtigſten und Hochgebohrnen Fürſten und Herren, Lucifers, des Gottes dieſer Welt, an ſeine geiſtloſe, ungöttliche und Antichriſtiſche Lehrer, Prediger und Nachfolger, in Kirchen, Schulen und Academien, auß der Hölliſchen Cantzelley abgefertiget; darinn er ihnen ſein Geheimnis der Bosheit, Secreta und vornehmſte

Kunſt-

Kunſt-Stücke, womit er bißher die Welt verführet, entdecket; und zugleich unterrichtet, wie ſie es ihm nachmachen, und ihr Ampt führen ſollen, damit ſie ihm die gantze Welt gewinnen und zuführen können. Gedruckt nach der Copey im Jahre 1661. in 12. Satyra hæc contra Ordinis, inter Lutheranos præcipue, Eccleſiaſtici vitia & corruptelas acerbiſſima & mordaciſſima, ſub ſchemate Diplomatis concinnata Diabolici, ſermone primum Germanico ſine mentione & loci, & Autoris (nec enim literæ nominis initiales F. B., qvas præfixas eſſe Joh. Wilh. Petræus & Georg. Paſchius, locis infra citandis teſtantur, in meo comparent exemplo), prodiit A. 1661., in cujus locum 1666., a Gothofr. Arnoldo (*T. III. Hiſt. Eccl., c. 15., p. 145. 146.*), & Georg. Paſchio (*in Lib. de variis Moralia tradendi modis, c. 3., §. 25., p. 292. 293.*), perperam ſubſtituitur. Verſio Belgica, Zwollæ A. 1663. *in 12.* excuſa, & Breclingium Satyræ hujus eſſe Autorem, & eum iſtam, μίμησιν *Epiſtolæ Luciferi ad Malos Principes Eccleſiaſticos* Latinæ, Seculo jam XIV. per Anonymum adverſus Clerum ſcriptæ Pontificium, ſæpiusqve editæ (de qva Matth. Flacii *Catalogus Teſtium veritatis p. 546. 547.* conſuli meretur), concinnaſſe, Conſiſtorioqve Lutheranorum Amſtelodamenſi (de cujus cum noſtro controverſiis in Vita ipſius eſt dictum), ac Huberti Tollii, illius Hyperaſpiſtæ, contra ſe libello, potiſſimum oppoſuiſſe, verbis docet ſeqventibus, translationi tituli Germanici Batavicæ immediate ſubjunctis: *Biblia ſeu Verbum Diaboli ad ſuos Apoſtolos in mundo;* dat iß: De Onheylige Schrift en Sendbrief Lucifers, des Goods deſer Werelt, an ziine Geeſtlooſe, ongodlicke en Antichriſtiſke Leeraers, Predikers en Naevolgers, &c.; Voor eenige hondert Jaeren aen de Geeſtliken in t' Pawsdoom geſtreven, maer nu verbetert, en aen het valſche Lutherſche Conſiſtorium in Amſterdam, voor haere trouwe Deenſte, Leugenen en Laſteringen, darmede ſe dem Satan, med verfolginge der Kruyß-Dienaers Chriſti, tegen Chriſtum gedient, toogeeygenet: Ende dat en Plaets van een Antwoort op haer ſpotteliick Leugen-Book, van Hyibert Toll, en van haere blinde Naevolgers, uytgegeven, wedderum terlig geſonden door *Frid. Brecling.* Nec in Verſionis ſolum hujus Belgicæ titulo ac præfatione apologetica, fœtum hunc ſuum eſſe, profeſſus eſt Breclingius, ſed in *Myſterio* etiam *iniqvitatis p. 12.*, *Phariſaiſmo detecto p. 76. 77. 110. 111.*; & *Catalogo Teſtium veritatis* (*Tomo IV. Hiſt. Eccl. Gotfr. Arnoldi*) *p. 774.* Cui qvoqve idcirco recte illum tribuerunt, præter Cenſores pleroſqve & Apologetas mox allegandos, Abr. Calovius *in præfat. Anti-Böhmii*, Gothofr. Arnoldus *T. III. Hiſt. Eccl., c. 15., p. 145. 146.*, Chr. Hendreichius *in Pandect. Brandeb. p. 715.*, & Vinc. Placcius *T. I. Theatri Anon. & Pſeudon., c. 11., p. 419.* Recenſum illius, ac Appendicis, Verſioni Belgicæ (ſub titulo des Rahtſchlags Judæ Iſchariots, an das Conſiſtorium der Lutheriſchen Phariſäer zu Amſterdam) adjectæ, Val. Ern. Löſcherus, in den Unſchuldigen Theologiſchen Nachrichten, *Sect. 4. A. 1716., p. 627-633.*, exhibuit, ſed, qvalem ab hoſte expectari fas erat, immitem ac rigidiſſimum, in qvo multa, contra Autoris mentem, in ſenſum detorqventur ſeqviorem, iſqve, vindictæ ſtudio, contemtus omnium ſacrorum atqve Oeconomiæ Proteſtantium eccleſiaſticæ, velut a Diabolo inventæ, & hujus, non Dei, dicatæ cultui, Indifferentiſmi, Fanaticiſmi & Diaboliciſmi in calumniis contra Doctores Lutheranos innocentes eructandis, accuſatur. Nec mitiora de Satyra hac alii Zelotæ Lutherani tulere judicia. Ex Hamburgenſibus (qvos, non minus qvam Amſtelodamenſes, illa valde fuiſſe irritatos, *Phariſaiſmus* noſtri *detectus, c. 4., p. 76. 77., & c. 5. p. 110. 111.*, haud obſcure innuit), D. Joh. Müllerus, A. 1672., *in Proœmio Atheiſmi devicti*, libris eam Atheorum impietatem occultantibus ac promoventibus accenſuit, hiſqve verbis eſt deteſtatus: *Biblia ſive Verbum Diaboli*, gedruckt A. 1661., iſt eine Teufliſche Satyra, darinnen das Predigampt, die Chriſtliche Religion, ſamt allem dem, was wir in unſern Kirchen und Schulen gebrauchen, auf das ärgſte verlacht, verhönet, und mit groſſen Aergerniſſen verſpottet wird, unterſchrieben von *Lucifer, Abbaddon* und *Beelzebub.* Qvam cenſuram, juſto aſperiorem, & vel hoc ſolo improbandam nomine, qvod Atheiſmi dicam horrendam non Satyræ ſolum ipſi, ſed & Autori, temere atqve falſo impingat, certatim nihilominus repetiverunt atqve approbarunt Tob. Wagnerus, *in Examine Atheiſmi ſpeculativi c. 31., p. 74.*, Andr. Caroli (*Librum* eam eſſe *Atheum, ex orco delatum*, de ſuo addens) *Tomo II. Memorabilium Seculi XVII. Eccleſiaſticorum, Lib. 7., c. 19., p. 291.*, Timoth. Dan. Colbergius (*ſcriptum* vocans *Weigelianum*) *Parte I.* des Platoniſch-Hermetiſchen Chriſtenthums, *c. 5., §. 11., p. 210.*, & *in Diſp. de Tolerantia Librorum noxiorum Politica, §. 9., p. 25. 26.*, & Val. Ern. Löſcherus (Atheiſmi tamen accuſatione abſtinendum ratus) ac Georg. Paſchius *locis paulo ante allegatis.* Imo defendere eandem, tanqvam juſtam, juvenili confidentia, & πολυλογίᾳ inani, non dubitarunt M. Dav. Schultetus *in Innocentia Theologorum Hamburgenſium, Sect. 8. p. 152.*, & M. Andreas David Caroli in der Würtenbergiſchen Unſchuld wieder Gotfried Arnolden, *P. III., c. 10., p. 491. 492.* Improbavit contra merito iniqvum hoc atqve præceps de Satyra Breclingii, ejusqve præſertim Atheiſmo, judicium D. Joh. Mülleri (in Colloqvio etiam cum M. Diet. Völſchio, Hamburgi, A. 1663., dignam eam eſſe, qvæ cum Autore in ignem projiciatur, ſicut in Vita noſtri jam narravimus, aſſerere haud veriti), & aſſeclarum illius, Gothofr. Arnoldus, *Tomo Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ vernaculæ Secundo, Lib. 17., c. 16., p. 599.* Qvod monitum, cum A. 1708. a M. Andr. Dav. Caroli, cenſuræ Mülleri ac Wagneri hyperaſpiſta audace, *l. c.* eſſet reprehenſum, A. 1709., *Parte IV.* der Hiſtoriſch-Theologiſchen Betrachtungen *p. 588. 593. 594.*, denuo inculcavit, atqve juſtiſſimum fuiſſe oſtendit. Improbavit idem judicium hoſtile Müllerianum Immanuel Weberus, JCtus Academiæ Gieſſenæ præſtans ac eruditus, *in præfatione* der Beurtheilung der Atheiſterey, wie auch derer mehreſten deßhalben berüchtigſten Schriften, Francofurti A. 1697. editæ, ita vere ſcribens: Inſonderheit kan ich, von wegen des Brecklings *Bibliis, ſeu Verbo Diaboli ad ſuos Miniſtros*, nachdem ich ſolch Tractätgen, erſt nach Verfertigung gegenwärtigen Dialogi, bekommen, unerinnert nicht laſſen, daß H. D. Müllers Judicium billig zu mildern; indem es kein Atheiſtiſches Scriptum, ſondern eine harte Satyra iſt, darinn der Autor nicht unſere Sacra ſelbſt, ſondern den Mißbrauch derſelben, und vornehmlich die Laſter derer ungeiſtlichen Geiſtlichen, oder des Cleri, unter des Lucifers Nahmen, perſtringiret. Imo improbavit idem, qvoad dicam falſam Atheiſmi, ipſe Valent. Ern. Löſcherus, Fanaticiſmum non minori præcipitantia in locum hujus ſubſtituens craſſiorem, verbis ſui Scriptorum Atheorum Catalogi ſeqventibus (in den Unſchuld. Theol. Nachrichten, *Sect. 9., A. 1705., p. 547.*) Brecklings *Biblia ſeu Verbum Diaboli*, gehöret hieher nicht, ſondern unter die groben Fanatiſchen Bücher. Der bloſſe Titul hat einige zu dieſem Judicio verführet. Qvatenus durities tituli & phraſium qvarundam, ſtyliqve ſatyrici vehementia mordaciſſima, excuſari in Satyra hac poſſint aut debeant, ex Apologiis pro illa, tum Breclingii ipſius (*in præfatione Verſionis Belgicæ*, & *Phariſaiſmo detecto, c. 4., p. 76. 77., ac c. 5. p. 110. 111.*), tum Joh. Wilh. Petræi (in der Ausbreitung der Kirchen *p. 53. 54. 55.*), contra Abr. Calovii *Anti-Böhmium* & Chriſtoph. Kochii *Chiliaſtam plagiarium* (*p. 44.*), ac Joach. Langii (*Parte II.* der Aufrichtigen Nachrichten von der Unrichtigkeit der Unſchuldigen Nachrichten, *Obſerv. 2., p. 34-47.*), contra Val. Ern. Löſcherum, eam tuitorum, lectores judicioſi haud difficulter perſpicient.

Excidium Germaniæ, Daniæ, Sveciæ, Angliæ, Galliæ, Italiæ, Hiſpaniæ, &c. A. 1661. in 12. (*1. pl.*) Recenſum ſchedæ hujus elenchticum invenies in Val. Ern. Löſcheri (Autorem, ſtudio vindictæ contra perſecutores, ſolis regionibus Europæis, præ orbe reliqvo, excidium eſſe minatum perſvaſi) Unſchuldigen Theologiſchen Nachrichten, *Sect. 5. A. 1716., p. 824-827.*

Proeve der hedensdages alſo genoemden Quäckers, Collegianten, Socinianen, Zwickerſche, Felgenhaueriſche, ende aller anderer Geeſten; oft deſelve uyt Good ziin, ofte niet. Amſtelodami 1661. in 8. Schediasma octernionis unici Belgi-

cum, Qvakeris, aliisqve Bataviæ Fanaticis ac Heterodoxis, oppoſitum, & ſermone Germanico (addita Chriſtiani Redlichs Epiſtola wie ein Prediger Chriſtum ſeinen Zuhörern recht könne ins Hertz predigen), ſine loci indicio, A. 1665. *in 12.* recuſum, qvod commendatur, & ab adverſario Autoris Val. Ern. Löſchero, in recenſu illius, den Unſchüldigen Theologiſchen Nachrichten, *Sect. 3. A. 1703., p. 128. 129. 130.*, inſerto, & a patrono ejusdem Joach. Langio, *Parte III.* der aufrichtigen Nachrichten, *Obſerv. 2., p. 7-10.*, hic concordibus. Epiſtolæ, Verſioni Germanicæ (der Prüfung der heutigen Qväcker) adjectæ, Chriſt. Redlichii τῶ ψευδωνύμω verus Autor Löſchero eſſe videtur Joach. Betkius, Paſtor Linumenſis.

Chriſtus Triumphans ſub cruce, infirmitate, ſtultitia, humilitate, manſvetudine, ſimplicitate & patientia, in confuſionem omnis mundanæ gloriæ, humanæ potentiæ, animalis ſapientiæ, Diabolicæ ſuperbiæ, tyrannicæ crudelitatis, hypocriticæ ſanctitatis & Hæreticæ fraudulentiæ, ad ſolius Dei glorioſam exaltationem: das Heimliche, vor aller Welt und Vernunſt verborgene Geheimniß von dem wunderbahren, thörichten, ſchwachen, verachteten, niedrigen, ärgerlichen und Welt-Verkehrten Kreutz-König, Chriſto Jeſu, ſamt deßen Kreutz-Reiche und wunderbahren Regierung in dieſer Welt: wie auch das Decretum Stultitiæ und Verbum crucis, alß die zwo Hauptſeulen dieſes Reiches im N. T., auf welche GOtt ſeine erſte Kirche gebauet, und dieſelbe, unter dem verborgenen Regiment der Göttlichen Thorheit, Kreutz und Schwachheit des Glaubens, mit Chriſto, ihrem Haupte, zum freudigen Siege und Triumph, über alles erhöhet. Amſtelod. 1661. in 12.

Myſterium Iniqvitatis: die Welt des Teufels Reich, wie ſie Chriſti thörichtem Kreutz-Reiche entgegengeſetzet wird, was dieſelbe vor ein Antichriſtenthum, Mördergrube und Greüel der Verwüſtung, vor GOttes Augen iſt, und wie wir dieſelbe von Chriſti Reiche unterſcheiden, und nach GOttes Wort recht anſehen ſollen: Alß der Ander Theil des Chriſti Triumphantis. Sine mentione loci (*ſed, juxta Hendreichium in P. B. p. 715., Zwollæ*) A. 1662. in 12. Recenſionem ejus ac cenſuram in V. E. Löſcheri Unſchüldigen Theol. Nachrichten, *Sect. 2. A. 1717., p. 236-240.*, invenies.

Ruffende Stimme auß Mitternacht, in dieſer Mitternacht, an Ihre Königl. Maieſt. in Dennemarck, und alle Könige, Chur- und Fürſten, und Obrigkeiten nach Mitternacht; darinnen mit dem Hanengeſchry von Abend Sonnenklar beweiſen wird: 1. daß unſer heutiges Chriſtenthum ein pur lauter Antichriſtenthum; 2. daß die heutige Antichriſtiſche Prediger daran die fürnehmſten Schuld und Urſach; 3. daß es unmüglich auf ſolche Weiſe aufzurichten, wie wir es anſangen, ſondern ie länger ie ärger wird; 4. daß dennoch ein richtiger Weg ſey, darnach es leicht und herlich könne aufgerichtet werden; 5. daß alle heutige falſche und Antichriſtiſche Wege erſtlich müſſen erkandt und verlaſſen werden, ſol ſolcher Weg Chriſti erwehlet und eingegangen ſeyn. Sine mentione loci (*ſed, juxta Hendreichium l. c., Zwollæ*) A. 1661. in 8. Recenſum hujus elenchticum duplicem V. E. Löſcherus, *l. c., Sect. 5., A. 1703., p. 253. 254. 255., & Sect. 3. A. 1708., p. 150-153.*, exhibuit.

Myſterium Babylonis & Sionis: End-Urtheil über Babel, und Stimme vom Himmel: Gehet auß Babel, darinnen ſonnenklar bewieſen wird, daß die heutige falſche Chriſtenheit, nach ihrem Abfall von GOtt, in allen Secten, Ständen, Reichen und Oertern, nicht mehr Chriſti Himmelreich, ſondern des Satans Babel und Höllenreich, ſey, und daß daher all ihr Gottesdienſt, Thun und Weſen, nicht Apoſtoliſch, ſondern Antichriſtiſch und Babyloniſch, ſey; Samt den Urſachen, warumb ein ieder Chriſte auß ſolcher Babel des Satans außgehen muß, und dem Schlüſſel der Erkäntniß, dadurch das heutige falſche Evangelium der Antichriſten in Babel, von dem rechten Kreutz-Worte Chriſti in Sion könne unterſchieden werden: Iſt das Ander Theil der Stimme auß Mitternacht, &c., ſine mentione loci A. 1663. in 12.

Modus Catechizandi: Einfältige Art und Weiſe, wie man den kleinen Catechiſmum Lutheri den Kindern und iungen Leuten recht vorkäuen, und lebendig ins Hertz ſchreiben und pflantzen ſoll: darinnen die Summa der Lehre Chriſti, Pauli und Lutheri, deutlich verfaſſet, ordentlich an einander gehenget, gründlich nach der Regelmaaß des Decreti Stultitiæ, oder Wortes vom Kreutz, abgemeſſen, auf dieſe Zeit und Welt richtig appliciret, und, was bißher von andern übergangen, kürtzlich angewieſen: an Statt einer kleinen Bibel, vor die einfältige und unmündige Kinder GOttes, auß GOttes Worte, und eigener Erfahrung, aufgeſetzet. Amſtelodami 1662. in 12. De hoc libello ita Phil. Jac. Spenerus *Parte III. Conſiliorum Theologicorum Latinorum p. 584.*: *Breclingii in Catecheſin meditationes ita legi, ut legiſſe non poeniteat.* Et denuo *p. 587.* (in Epiſtola ad Joh. Henr. Horbium): *E ſcriptis Breclingii unicum præ aliis mirifice ſe mihi probavit, qvod de modo Catechiſandi inſcripſit: ſed rarior eſt libellus, ut nec ipſe proprium mihi acqvirere valuerim.* Commendatus etiam eſt a Mich. Walthero Juniore, Theologo Witebergenſi (qvi eum, *qvoad rationem Catechizationis cum fructu inſtituendæ, omnino legi* voluit) *in Diſp. de Catechizatione veterum*, §. 26., & Valentino Alberti, Prof. Lipſienſi, *in Diſp. de Catecheſi*, ab ipſo Breclingio, *in Catalogo Teſt. Verit.* (*T. IV. Hiſt. Eccl.* Gothofr. Arnoldi) *p. 771.*, allegata.

Unterthänige Supplication an Ihro Königl. Majeſt. in Dennemarck, vor Dero arme Unterthanen. A. 1662. in 12.

Biblia Pauperum; Evangelium der Armen, darinnen den Armen Chriſti ihre Seligkeit, Troſt, Gut, Theil, Erbtheil, Schutz, Freude, Ruhm, Hoſnung, Schatz, Herligkeit, Privilegien und künftige Erlöſung, aus GOttes Worte angekündiget werden: Samt einer Vermahnung an die Reichen, ſich der Armen und Elenden in dieſen theuren Zeiten alſo anzunehmen, wie ſie es künftig, mit ihnen, bey GOtt in der Ewigkeit, genieſſen wollen, und ſchrecklicher Ankündigung des Gerichtes an die gottloſe Reichen, die bißher Chriſtum in ſeinen Armen beraubet, unterdrucket und gekreutziget haben. Sine loci indicio A. 1662. in 12. Belgica hujus Libelli verſio, a Philippo a Zeſen concinnata, Amſtelodami A. eodem 1662. *in 12.* prodiit.

Myſterium magnum, Chriſtus in nobis, oder Tr. von dem Geheimniſſe Chriſti in uns, ſo der ander Theil iſt von der Erkäntniß ſein ſelbſten. Amſtelodami 1662. in 12. & (teſte Catalogo qvodam), una cum noſtri *Voce de Cælo: Noſce te ipſum, & cognoſce Chriſtum.* Qvedlinburgi A. 1677. in 12. Tractatus hic de Unione Chriſti & fidelium myſtica ab ipſo adverſario, V. E. Löſchero, in recenſu illius, in den Unſchüldigen Theol. Nachrichten, *Sect. 15., A. 1704., p. 886. 887. 888.*, vocatur eines von Breclings moderateſten Schriſten, darinn er ſich auch den Fanaticis oſt wiederſetzt, ſed ob phraſium tamen qvarundam ἀκυρολογίαν virgula notatur cenſoria. Defenditur contra, phraſibus iſtis excuſatis, a Joach. Langio. *Parte IV.* der aufrichtigen Nachrichten, *Obſerv. 8., p. 96-100.*

Religio libera, Perſecutio relegata, Tyrannis exul, & juſtitia redux; oder hochnöhtige Erinnerung an die hohe Obrigkeit, in Deutſchland &c., über einige Gewiſſens-Fragen von der Gewiſſens-Freyheit, und anderen hochnöhtigen Sachen, der Obrigkeit Perſon belangend. Freyſtadii 1663. in 12.

Letzte Poſaune über Deutſchland. Amſtelod. 1663. in 8. Hujus in unico tantum mentionem offendi Catalogo.

Regina Pecunia, Mundi Politica & Antichriſti Theologia, oder Sonnen-klarer Beweiß, woher die gottloſe Beampten, Schreiber und Prieſter, faſt in allen Königreichen und Fürſtenthümern Europæ, ſo reich, fett und mächtig werden, und die Königreiche verarmen: zur Verthädigung ſeiner Supplication vor die Armen ausgeſandt. Freyſtadii 1663. in 12. Denuo prodiit ex officina Joh. Th. Weidmanni A. 1690. in 8. Typographum Noribergenſem, qvi recudere ſcriptum hoc voluit, idcirco in carcerem eſſe conjectum, tradit ipſe Breclingius *in Catalogo Teſt. Verit.* (*Tomo IV. Hiſt. Eccl.* Gothofr. Arnoldi) *p. 77*[illegible].

Majeſtas & Potentia, Libertas & Juſtitia, Spes & Victoria, Triumphus & Gloria Chriſtianorum, cum capite Chriſto: das Wunder-Geheimniß von der Chriſten Recht, Freyheit, Gewalt, Erbtheil, Reich, Herrſchaft, Kraft,

Stärcke,

Stärcke, Ehre, Reichthum, Macht, Hoheit, Adel, Privilegien, Titulen, Hofnung, Streit, Rüſtung, Sieg, Maieſtät, Herrlichkeit und Gemeinſchaft in und mit Chriſto, ihrem Könige über alles &c. Amſtelod. 1663. in 12.

Chriſtus Judex, in & cum Sanctis, contra Gentes, ſecundum Judicium & Juſtitiam: Das Geheimniß des Reichs von der Monarchie Chriſti auf Erden; oder von der wunderbahren und herrlichen Erſcheinung Chriſti, in und mit ſeinen Heiligen, zum Gericht wieder die Heyden, und ihre Häupter, das Thier und Antichriſten; und zu Erlöſung, Vereinigung und Erhöhung ſeiner Juden und Chriſtenheit, in ſeinem herrlichen Triumph-Reiche, welches noch allhie auf Erden, vor dem jüngſten Tage, alle Reiche der Welt wie Spreu zermalmen, und zum groſſen Berg oder Reich werden ſol, welches die gantze Welt erfüllen wird. Als das dritte Theil von dem Erkänntniß Chriſti, darinn ſich die gantze H. Schrift mit allen Geheimniſſen aufſchleußt, offenbahret, endiget und übereinſtimmet, aus Apoc. XIX. 11. ſq. Zuſampt einer Anleitung, wie Chriſto bey den Juden der Weg könne bereitet werden, und Herm. Jungii, Predigers zu Monchendam, Hofnung und Sinn von dieſen letzten Zeiten, welches er, auf Begehren des Autoris, Frid. Breclingii, hat aufgeſetzet. Sine mentione loci (*qvem Zwollam fuiſſe credit Chr. Hendreichius in Pandect. Brandeb. p. 715.*) A. 1663. in 8. Prodiiſſe qvoqve A. 1666. *in 12.* traditur a Chriſtoph. Laur. Meelführero (complura argumentis ejus opponente) *in Diſp. Inaug. de Chiliaſmo veterum & recentiorum* (Gieſſæ A. 1678. edita), *c. 5., p. 44. 45. 46.*, & Joh. Gvilh. Baiero *in Diſſ. contra Tractatum de regno Eccleſiæ glorioſo, c. 1., §. 25., p. 20.* Nec alius eſt, uti ſuſpicor, Tractatus de Chiliaſmo Breclingianus, qvem M. Joh. Jac. Zimmermannus Hamburgi, hortatu Joh. Henr. Horbii, excudi curaſſe, in ipſius Breclingii *Catalogo Teſtium veritatis l. c. p. 775.*, perhibetur. Ad. Tribbechovio (*in Hiſtoria Chiliaſmi c. 4., Sect. 8., p. 46.*) judice, Autor, in eo, *ſatis habuit Georg. Laur. Seidenbecheri cramben Chiliaſticam apponere.* Ab Aug. Pfeiffero (*in Anti-Chiliaſmo, c. 9., p. 372.*) idem accuſatur, qvod loca de regno Chriſti omnia, qvæ in toto Sacro occurrunt Codice, ad Chiliaſticum detorqvere ſit conatus. Cenſuris Collegiorum qvatuor in Academiis Marpurgenſi, Julia, Rintelienſi & Jenenſi, Theologicorum, de Henr. Ammersbachii *Meditationibus de myſteriis noviſſimorum temporum,* Georg. Laur. Seidenbecheri *Chiliaſmo ſancto*, ſuoqve hoc *Chriſto Judice*, ob doctrinam conſcriptis Chiliaſticam, junctimqve Helmſtadii A. 1666. impreſſis, ab ipſo Breclingio, eodem A. 1666., ſtylo perqvam acerbo & mordaci, *in Synagoga* reſponſum eſt *Satanæ* vernacula, de qva ſuo paulo poſt loco dicetur.

Libertas & poteſtas Eccleſiæ vindicata: Kurtze Anleitung, wie die Kreutz-Kirche Chriſti wieder zu ihrer Freyheit gelangen, und aus dem Babyloniſchen Gewiſſens-Zwange könne errettet werden; und wie ſie, nach ihrer Freyheit, Recht und Macht, alle Lehre und Lehrer urtheilen, die falſche Lehrer und Chriſtos fliehen, und dafür rechtſchaffene Lehrer, Kreutz-Diener und Zeugen der Wahrheit, ſuchen und erwehlen müſſe: Aus GOttes Worte und Luthero zuſammengetragen, und wieder das falſche Lutheriſche Conſiſtorium der Un-Lutheriſchen Prediger und Alterlinge in Amſterdam, zu Offenbahrung ihrer Thorheit, und Rettung ſeiner, und der Däniſchen, Norriſchen, und Schwediſchen Nation, wie auch anderer frommen Lehrer und Gemeinten, Unſchuld, von den Lügen und Verleumbdungen, damit ſie von ſolchem Un-Lutheriſchen Conſiſtorio, ſo wol in dieſen, als auch in andern Königreichen, Landern und Städten, bey dero Obrigkeit und Predigern, boßhaftig und fälſchlich verläſtert, angegeben und belogen ſind, herausgegeben. Sine mentione loci A. 1663. in 12. De controverſia Breclingii cum Conſiſtorio Amſtelodamenſi Lutherano, cui libellus hic eſt oppoſitus, ſcriptisqve pro Conſiſtorio iſto contrariis Huberti Tollii, (*in Phariſaiſmo detecto*, cujus mentio mox occurret, A. 1664. refutati) & Gotfr. Arti, relegi poſſunt, qvæ in Vitæ noſtri fuſius jam narravimus hiſtoria.

Phariſaiſmus detectus, convictus, judicatus, & Chriſtianiſmus vindicatus: der Phariſeer Urtheil und Grabſchrift, darinnen alle Phariſeer unter den Nachfolgern Lutheri, inſonderheit aber die Un-Lutheriſche Phariſeer und Antichriſten in den Un-Lutheriſchen Conſiſtoriis zu Amſterdam und Hamburg, aus ihren eigenen Früchten entdecket, von ihren Greueln überzeuget, und für GOttes Gericht, durch GOttes Wort, und ihr eigen Gewiſſen, verdammet werden: Allen Chriſtlichen Obrigkeiten zur Nachricht, allen rechtſchaffenen Predigern, Gemeinten und Chriſten, zur Aufweckung und Unterricht, und allen verſtockten Phariſeern und Verfolgern, zur Antwort auf ihre Lügen und Lügen-Bücher wieder uns, an ſtatt einer Apologia, im Nahmen der übrigen Kreutz-Diener und Chriſten, unter den Nachfolgern Lutheri, herausgegeben. Amſtelodami 1664. in 12.

Summa ſummarum, Soli Deo gloria & nobis ignominia, Gloria Dei & hominum ſalus vindicata, & conculcata Gloria Babel: die Ehre GOttes, und Seligkeit der Menſchen, gerettet, &c., Amſtelodami 1664. in 12.

Liber Librorum, Confeſſio Chriſtianorum: die Heilige Schrift, alß ein offentliches Glaubens-Bekäntniß der übrigen Kreutz-Diener und Nachfolger des Lamms Chriſti auf dem Berge Zion, auf den Leuchter geſtellet (Apoc. 14.), wieder die offenbahre Lügen und Verleumbdungen, damit ſie von den heutigen Bauch-Dienern und Heuchel-Chriſten, bey der Obrigkeit, und allem Volcke, gantz unchriſtlich und fälſchlich beſchüldiget werden, &c.: Item was die Heilige Schrift oder Bibel vor ein Wunderbuch GOttes an uns ſey, und wie dieſelbe, in dem rechten Zwecke GOttes, zu allen Dingen nützlich könne gebrauchet werden: in aller rechtgläubigen Chriſten Nahmen aufgeſetzet. Sine loci & anni (qvi fuit 1664. vel 1665.) indicio in 12. Recenſum illius elenchticum, ſed Partem tamen ſecundam, ob meditationes multas de S. Scripturæ præſtantia, & lectionis modo utili, præclaras, commendantem, invenies in V. E. Löſcheri Unſchüldigen Theol. Nachrichten, *Sect. 2. A. 1717., p. 240-247.*

Synagoga Satanæ, Satans-Schule, darinn der heutigen Deutſchen Academien ihre Antichriſtiſche Verkehrtheit, Phariſæiſche Heucheley, und Epicureiſche Greuel, iedermann vor Augen geſtellet werden; durch Gelegenheit der Antichriſtiſchen Cenſuren der Jeniſchen, Marpurgiſchen, Helmſtädtiſchen und Rinteliſchen Univerſitaten, über Henr. Ammersbachs Geheimniß der letzten Zeiten, Georg. Laur. Seidenbechers Chiliaſmum ſanctum, und ſeinen Chriſtum Judicem, aufgeſetzt: Samt einer kurtzen Beantwortung der Ehren-Rettung Joh. Nicol. Rebhans, Vicarii zu Eisfeld. Es iſt auch hiebeygefügt eine Wiederlegung des Zeiger-Händleins Joh. Henr. Urſini, und ſeines Anhangs. Sine loci mentione A. 1666. in 4. De hac in Academias Germanicas, & illarum præcipue Theologos, invectiva perqvam vehemente & acerba, ſibi etiam patrocinata, Henr. Ammersbachius, Paſtor Halberſtadienſis, in Literis ad Presbyteria Lubecenſe, Hamburgenſe ac Lüneburgenſe, teſte Sam. Pomario (*Parte I.* der Schutz-Schrift wieder den Gutmanniſchen Offenbahrungs-Patron *p. 129.*), eſt gloriatus, daß Brecling darinn die Doctores, mit ihrer hohen Doctoraliſchen excellenten Weißheit, wacker in die Schule habe geführet. Invectivam contra illi aliam, & qvidem non multo mitiorem, oppoſuit Val. Ern. Löſcherus, ſcriptum hoc Breclingianum nondum eſſe editum, falſo arbitratus, in den Unſchüldigen Theol. Nachrichten, Domin. IX. A. 1702., p. 199-205. Cui tamen a Joach. Langio, *Parte II.* der aufrichtigen Nachrichten, *Obſerv. 2., p. 28-50.*, Apologia pro Breclingio Autore, & phraſibus aliqvot ſcripti ipſius, obelo notatis, eſt repoſita, &, contra exceptiones Löſcheri (in den Unſchüld. Theol. Nachr., *Sect. 12., A. 1707., p. 806-809., obvias*), *Parte VII., Sect. 2., p. 66-70.*, ac *Parte VIII., Sect. 1., p. 33. 34.*, defenſa. De Refutatione des Zeiger-Händleins Joh. Henr. Urſini, qvæ *Synagogæ Satanæ,* velut Appendix acceſſit, Löſcheri (hanc etiam ἀνεκδότοις Breclingii perperam accenſentis) narratio peculiaris & Cenſura (in den Unſchüld. Theol. Nachr., *Domin. XV. A. 1702., p. 364-367.*), ac qvæ de eadem ſupra a nobis, in Vitæ Hiſtoria, fuſius ſunt relata, poſſunt conſuli.

Abfall der Lutheriſchen von der Augſpurgiſchen Confeſſion, oder Beweiß, daß die Lutheraner von Chriſti, Pauli und Lutheri Lehre, und der Augſpurgiſchen Confeſſion, abgefallen. Amſtelodami 1666. in 12. V. C. Hendreichii *Pandect. Brandeb. p. 715.*, & ipſius Breclingii *Catal. Teſt. Verit.* (*T. IV. Hiſt. Eccl.* Gothofr. Arnoldi) *p. 774.*

Ankündigung des Gerichts an die heutige Thiere, Behemoth und Leviathan, von M. Henr. Ammersbachen, Paſt. zu Halberſtadt, ausgegeben, ſamt Friderich Liebhabers Städtwecker. Gorlicii A. 1666. V. eundem *Catal. Teſt. verit. p. 774. 775.*

Unterſchiedliche Schriften, die allgemeine Noht dieſer Zeit betreffend, durch M. Henr. Ammersbach ausgegeben. Sine mentione loci A. 1675. in 12. Prodierunt in hac Sylloge: 1. Ermahnung an die Obrigkeiten; 2. Conſultation, wie dem verfallenen Reiche Chriſti wieder aufzuhelfen; 3. Bedencken auf Juſtiniani Erneſti, Baronen von Welß, Buch von der neuen JEſus-liebenden Geſellſchaft; 4. Schrift an die Brüder zu N., wie ſie ſich zu dieſer Zeit zu verhalten haben; 5. Bedencken, was heute, in der allgemeinen Seelen-Noht, einen ieden Chriſten erwecken ſol, ſich derſelben euſſerſt anzunehmen; 6. ein Tractätlein, ſonſt der Gelehrten Brille, oder Heyden-Liecht, genandt; 7. Extract aus einem Lateiniſchen Büchlein, Himliſche Academia, zu Londen A. 1655. gedrucket.

Europæiſches Garaus, oder das letzte Gerichte, ſo ietzo mit aller Macht hereinbricht, und in kurtzem über gantz Europa ergehen wird. Ex officina Henr. Betkii A. 1675. in 12.

Compendium Apocalypſeos reſeratæ: Kurtzer Auszug aus einem gröſſern Tractat, oder Auslegung über die Offenbahrung Johannis, &c. &c., oder kurtze Anweiſung zum rechten Verſtande und Application der Offenbahrung Johannis an die Kirchen-Hiſtorien, von Anfang biß zum Ende, davon dieſes nur eine kurtze Summa, Vorläufer und Extract iſt. Sine mentione loci A. 1678. in 8. (*1. pl.*) Schediaſmatis hujus, cui Autor Indicem Scriptorum ſuorum ineditorum atqve affectorum *p. 8-14.* inſeruit, exigui, recenſionem elenchticam duplicem invenies in V. E. Löſcheri Unſchüldigen Theologiſchen Nachrichten des Jahres 1718, *Sect. 4., p. 627-631.*, *& Sect. 5., p. 793-796.*

Leo rugiens per Prophetas redivivos: GOttes Wort, Stimme und Zeugniß, für ſeine Arme und Elenden, wieder ihre Bedrenger, an alle Secten und Menſchen in der gantzen Welt, zu ihrem Leben oder Tode, &c., &c. Sine mentione loci A. 1681. in 8. (*1. pl.*) Qvid V. E. Löſcherus, *l. c.*; *Sect. 5. A. 1716.*, *p. 827-831.*, argumentum illius exponens, in eo reprehenderit ac deſideraverit, lectores recenſus ipſe docebit.

Pſevdoſophia Mundi, cum falſis ejus doctoribus, de ſede ſua deturbata, & vera Theoſophia, cum Datore & Doctore ſuo ſummo, in thronum ſuum regalem exaltanda: una cum Vera via ad Chriſtianam, univerſalem, internam ac centralem Panſophiam, & ad optimum modum philoſophandi, &c. &c., Chriſtliche Warnung für die heutige verführiſche Welt-Weißheit, und Schlangen-Klugheit der falſchen Lehrer, Meiſter, Verkäufer und Goldmacher, in allen Secten und Ständen, mit ihren falſch berühmten Künſten, Büchern, Mitteln und Wegen dazu zu gelangen: Und gründliche Einleitung zu dem rechten und beſten Weg, Büchern, Lehrern und Mitteln, die uns zu aller Göttlichen und natürlichen Weißheit, Wiſſenſchaft, Klugheit, Künſte und Geſchicklichkeit in allerley Geſchäften, einführen, unterweiſen, und biß aufs höchſte perficiren wollen. Sine loci & anni (*qvi fuit 1682.*) mentione in 8. (*1. pl.*)

Revelatio abſconditorum & futurorum, per Apocalypſin reſeratam, ad perſpiciendum interiora velaminis, & ad diſcernendum Myſterium iniqvitatis a Myſterio pietatis, ſecundum uniuscujusqve internam abyſſum, ac centrale cœlum vel infernum: Geiſtlicher Schlüſſel zur Eröfnung des Himmels, oder Offenbahrung des inwendigen Himmel-Reiches Chriſti, und Höllen-Reiches des Satans, in dem auswendigen Reiche dieſer Welt verborgen, aus ihren eigenen Früchten, Wercken und Kennzeichen, nach ihrem Anfang, Mittel und Ausgang, in ihren ſiebenfachen Geſtalten, Alter, Zeiten und wunderbahren Veränderungen, &c. &c., in einer kurtz zuſammengezogenen Erklärung über die Offenbahrung, iedermann zur Warnung, für Augen geſtellet. Sine mentione loci & Anni (*qvi fuit 1682.*) in 8. (*2. pl.*) Σκιαγραφίαν ejus cenſuramqve rigidam exhibent V. E. Löſcheri (eandem illam eſſe cum *Apocalypſi reſerata*, opere ἀνεκδότῳ, falſo conjicientis) Unſchuldige Theologiſche Nachrichten, *Sect. 3. A. 1718.*, *p. 412-415.*

Chriſtus Myſticus, Sol & Sal ſapientiæ, ex ſummo & infimo cœlo ac centro erumpens, cum luce Benedictionis & igne Maledictionis, ad ſalvandum filios lucis, & judicandum filios tenebrarum, invitans omnes Myſticos & maximos Theologos, Philoſophos, Adeptos, Magos ac Panſophos, in communionem minimorum Fratrum & Myſticorum Pauperum de cœlo, in monte Zion ad Chryſtallinum mare commorantium, ut ſumma cum imis conjungantur, & ut Volatile per veram ac myſticam viam fiat fixum, & fixum volatile ac ſic Opus Dei inceptum in terra perficiatur, ad ſolius Dei glorioſam exaltationem, & vere fidelium infinitam multiplicationem, &c. &c. Germanice. Sine mentione loci A. 1682. in 8. (*1. pl.*)

Myſterium paupertatis detectum & recluſum, ad Pauperum de cœlo exaltationem cum Chriſto, & Divitum ex abyſſo confuſionem cum Mundo, &c. &c. Germanice. Sine mentione loci A. 1682. in 8. (*1. pl.*) V. de illo V. Ern. Löſcheri (Chiliaſmi craſſioris Autorem accuſantis) Unſchuldige Theol. Nachrichten, *Sect. I. A. 1717.*, *p. 57. 58. 59.*

David redivivus cum ſuo Regno, ceu Sol vernus, oriens, ad excitationem omnium fidelium Agniſeqvorum, & diſpulſionem omnium tenebrarum, nebularum & Opinionum, qvibus mundus tegitur, regitur & obfuſcatur. Dabey ein Apoſtoliſcher Friedensgruß und Einladung zum Abendmahl des Lamms, an alle, die es annehmen, und werth ſind unter allen Secten, angeboten wird, &c.: Samt einer letzten Warnung, Abſcheid, und Außgang von allen Ungläubigen und Ungehorſamen Babel-Secten, die immerfort ihrem Baal nachhincken, und die Armen und Elenden ewig untertreten, freſſen, beherſchen und verfolgen wollen, &c. Sine mentione loci A. 1682. in 8. (*1. pl.*)

Abominatio Deſolationis in loco ſancto, &c. &c.: Das eigenſinnige, ungläubige und abgöttiſche Hertz der Welt, und aller Menſchen und Secten, als eine Wurtzel aller Abgötterey und Boßheit, mit allen ſeinen inwendigen Greuel-Bildern, geöfnet, und iedermann einzuſehen vor Augen geſtellet &c. Sine mentione loci A. 1682. in 8. (*1. pl.*) Denuo prodiit *Tomo IV.* der Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie Gothofr. Arnoldi, Francofurti A. 1700. *in fol.* excuſo, *Sect. III.*, *num. 21.*, *p. 796-806.*

Außgang auß Babel, und Eingang zu GOtt, durch Chriſtum, im Geiſte. Sine loci & Autoris mentione A. 1683. in 8. Legitur etiam eodem *Tomo IV. Hiſt. Eccl.* Gothofr. Arnoldi, *Sect. III.*, *num. 22.*, *p. 806-815.* Schedæ hujus octernionis unici recenſum & cenſuram rigidam in Val. Ern. Löſcheri Unſchuldigen Theol. Nachrichten, *Sect. 5. A. 1717.*, *p. 735-739.*, invenies.

Summa dicendorum. Germanice. Sine loci & anni (qvi fuit 1683.) mentione in 8. (*1. pl.*) Invectiva eſt in omnes Chriſtianorum ſectas, cujus recenſum elenchticum V. E. Löſcherus itidem, *l. c.*, *Sect. 4. A. 1717.*, *p. 596-600.*, *exhibuit.*

Fridericus reſurgens, Anfang und Aufgang des Wortes und Zeugniſſen GOttes, welches der theurer in GOtt ruhender Myſteriarch, Zeuge, Knecht und Kriegsmann GOttes, Ludwig Friderich Giftheil, im Geiſt und Glauben Davids, Joſuæ, Elias und der alten Propheten, dieſer gegenwertigen Welt, und allen ihren Secten, Königreichen, Fürſtenthümern, Regenten, Prieſtern, Ländern und Städten, in gantz Europa und Deutſchland, bey 40. Jahre lang, an allen Oertern, biß in den Todt,

bezeuget

bezeuget hat. Wie ſolches alles heut in der That anbrennet und erfüllet wird, und an dem Heiligthum oder Hauſe GOttes, und deſſen falſchen Lehrerñ und Prieſtern, den Anfang nehmen muß. Samt einem Bann und Fluch, damit er die Erde geſchlagen, und die ungehorſame ungläubige Welt-Menſchen nach GOttes Worte verfluchet. Dabey ein Extract und Abſchrift der wunderbahren Viſion Keyſers Sigismundi von dem Prieſter Friderico Langenaugio: und wie viel andere Zeugen mit der Wahrheit des Wortes GOttes von dieſen letzten Zeiten übereinſtimmen. Durch ein Mitglied der Jeſus-liebenden Frucht-bringenden Apoſtoliſchen Geſellſchaft von dem Orden des Gekreutzigten, einen Königlichen Prieſter und Freyherren in Chriſto, den Brechenden (*i. e. Frid. Breclingium*). Sine loci mentione A. 1683. in 8. (*1. pl.*) Hujus qvoqve Schediaſmatis Cenſura apud V. E. Löſcherum, *l. c., in Appendice anni 1717., p. 1102-1106.*, legitur.

GOttes Ehre und Lehre, wieder aller Menſchen Thun und Lügen gerettet. Sine loci & anni (qvi fuit 1684.) indicio, in 8. (*1. pl.*) De hac etiam ſcheda Löſcheri recenſio elenchtica, *l. c., in Appendice anni 1716., p. 1238-1241.*, poteſt conſuli.

Verbum abbreviatum, ad victoriam Verbi & Regni divini, interitum Verbi humani, & excidium Mundi Diabolici. Germanice. Sine mentione loci & anni (qvi fuit 1684.) in 8. (*1. pl.*) Huic etiam V. E. Löſcherus, *l. c., in Appendice anni 1718., p. 1155-1158.*, invectivam acrem oppoſuit.

Conſummatio præciſa ad inundationem juſtitiæ. Sine loci & anni (qvi 1684. fuſt) indicio, in 8. Schediaſma eſt Germanicum dimidii tantum octernionis.

Krieg und Sieg des ewigen Wortes GOttes, wieder und über aller Menſchen, und Secten Worte, dadurch das Gute vom Böſen, das Licht von der Finſterniß, das Göttliche von allem Menſchlichen, die Kirche von der Welt, und der Weibes-Saamen von dem Schlangen-Saamen, abgeſchieden wird, &c. Sine loci & anni (qvi 1686. fuit) mentione, in 8. (*1. pl.*) Hujus opuſculi, ſtudio Sectarum præcipue oppoſiti, & præfationis qvoqve *Anti-Böhmii* Caloviani de Qvakeriſmo Breclingii criminationem refutantis, argumentum, addita Cenſura, V. E. Löſcherus, *l. c., Sect. 2., A. 1718., p. 234. 235. 236.*, breviter expoſuit.

Chriſtliche Erinnerung und Warnung an alle Menſchen, betreffend den rechten und wahren Außgang, ſo wol auß der groben und groſſen Welt-Babel, als auch auß dem ſubtilen Babel-Reiche der hoffärtigen Fladdergeiſter und Lucifers-Heiligen, ſamt ihrer neu-erfundenen Schalckheit ohne Arbeit und Beruff, auß anderer Leute Seckel, reich-männiſch zu leben, zum Schaden vieler guthertzigen Seelen, und zum groſſen Nachtheil der Göttlichen Ehre, Furcht und Liebe &c. Sine mentione loci & anni (qvi fuit 1686.) in 8. (*1. pl.*) Oppoſita eſt Fanaticis Amſtelodamenſibus, ac præſertim Böhmianis & Qvir. Kühlmanno, qvi Bartholomæi Schleienii, Poloni, *Scripta Theoſophica* (de qvibus ſuo infra loco dicetur) Germanica, per Breclingium A. 1686. edita, paſſimqve, vel, ubi durius Autor loqvebatur, emendata, vel contra modernos accommodata Fanaticos, velut interpolata & caſtrata, criminabantur, imo novam eorundem in lucem mox protrudebant editionem, a ſe expurgatam atqve ſuppletam, Michaeliſqve Andreæ adverſus Breclingium auctam Epilogo. Conferatur relatio de illa hoſtilis V. Ern. Löſcheri, *l. c., Sect. 2. A. 1718., p. 232. 233. 234.*

Biblia rediviva cum ſuis Teſtibus. Veſaliæ 1687. in 8. (1½. *pl.*) Schediaſma Germanicum *ἀνωνύμως* editum, qvod Breclingio vindicarunt, tum ipſius *Catalogus Teſtium veritatis p. 774.*, tum Gothofr. Arnoldus *T. III. Hiſt. Eccl., c. 15., p. 146.*, ac V. E. Löſcherus in ſua de illo cenſura, *l. c., Sect. 3. A. 1717., p. 420-423.*

Paulus redivivus cum ſuo Vale Mundo, ſive Separatiſmus verus a falſo Syncretiſmo & mixtura Phariſæorum & Pſevdoapoſtolorum cum Satana, carne & mundo, vindicatus, &c.: Letzter Abſcheid und Außgang von allen heutigen Phariſäern, Secten, falſchen Propheten und Apoſteln, mit allen ihren Eigen-Gemeinſchaften, falſchem Gottesdienſt, Babel-Kirchen, Zuſammenrottungen und äuſſerlichem Tempel-Weſen, &c. &c. Amſtelodami 1688. in 8. (*1. pl.*) Recuſus eſt *Tomo IV.* der Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie Gothofr. Arnoldi, Francofurti A. 1700. *in fol.* publicato, *Sect. III., num. 21., p. 785-796.*

Anti-Calovius, ſive Calovius cum aſſeclis ſuis proſtratus, & Jac. Böhmius, cum aliis Veritatis teſtibus, defenſus; darinn gelehret wird, was von D. Abr. Calovii, Sam. Pomarii, Er. Franciſci, und anderer falſch-Gelehrten, Büchern, Apologien und Schriften, wieder Jac. Böhmen, Herm. Jungium, J. C. Charias, M. Henr. Ammersbach, mich, und andere Zeugen der Wahrheit, zu halten ſey, &c. dabey zugleich des Sel. Jac. Böhmen, und vieler anderer Zeugen der Wahrheit, Unſchuld gerettet und verthädiget wird, und angewieſen, was doch von Jac. Böhmen Perſon und Schriften, nach dem Grunde der Wahrheit, zu halten ſey, und wie ſolche mißbrauchet, theils recht gebrauchet werden können, &c. Veſaliæ, ex officina Andr. Luppii, A. 1688. in 8. (*8. pl.*). Oppoſitus præcipue eſt D. Abr. Calovii, Theologi Witebergenſis, *Anti Böhmio*, Witebergæ A. 1684. & Lipſiæ A. 1690. *in 4.* excuſo, in cujus Prolegomenis Breclingius Jac. Böhmii aſſeclis, ſcriptaqve illius Qvakero-Enthuſiaſticis, annumerantur. Val. Ern. Löſcheri Cenſuram de illo brevem, in den Unſchuldigen Theologiſchen Nachrichten, *Sect. 5. A. 1705., p. 266. 267.*, obviam, Joach. Langius, in den Aufrichtigen Nachrichten von der Unrichtigkeit der Unſchuldigen Nachrichten, *Parte V., Obſerv. IV., p. 29-35.*, refutavit. Eraſmus Franciſci qvoqve iis, qvæ Breclingius ſuis contra Jac. Böhmium ſcriptis ac invectivis paſſim in eo oppoſuit, Apologemata qvædam, in den gebrochenen Spott- und Läſter-Pfeilen M. Joh. Matthæi *p. 348-353. 427-430.*, regeſſit.

Einige Gewiſſens-Gründe und Fragen, die man ihm ſelbſt und anderen vorlegen kan, umb die rechte Wahrheit und Grundfeſte des Chiliaſmi ſancti zu erforſchen, und ſolche von allem falſchen, aufrühriſchen und verkehrten Chiliaſten, und Anti-Chiliaſten zu unterſcheiden. Amſtelodami 1692. in 12. (*1. pl.*). Schediaſma *ἀδέσποτον*, D. Aug. Pfeifferi, Superintendentis Lubecenſis, *Antichiliaſmum* inprimis paſſim vellicans, cujus Autorem eſſe Breclingium, cum ſtylus ipſe mihi perſvadet, tum Bibliopolæ, qvi edidit, in præfatione illud einem Gottſeligen Nordiſchen Prediger tribuentis, teſtimonium.

Relation von dem Zuſtande, und neueſten Spaltungen und Zerrüttungen, der Lutheriſchen Gemeinen in den Vereinigten Niederlanden, qvæ *Tomo IV.* der Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie Gothofr. Arnoldi, Francofurti A. 1700. *in fol.* edito, *Sect. II., num. 56., p. 446-449.* prodiit.

Catalogus Teſtium Veritatis CLXXX., contra ſtatum Eccleſiarum Lutheranæ & Reformatæ corruptum, Germanicus, majori de iisdem operi præmiſſus, & ab ævo Lutheri, ad finem usqve Seculi XVII., ſed abſqve ullo ordine, vel Chronologico, vel Alphabetico, perductus, qvi *Tomo IV.* der Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie Gothofr. Arnoldi, Francofurti A. 1700. *in fol.* excuſo, *Sect. III., num. 18., p. 760-779.*, itidem eſt inſertus, & ab Arnoldo editore, in præfatiuncula, *p. 760.*, verbis commendatus ſeqventibus: Er hat nicht einen vollſtändigen Bericht von ihnen zu thun geſucht, ſondern nur einen Vorſchmack des groſſen Vorrahts von ſolchen Schriften zu geben, die noch bey ihm verborgen liegen. Indeſſen mag ein vorſichtiger Leſer demſelben deſto ſicherer glauben, ie mehr der Mann, von ſo vielen Jahren her, in ſolchen Sachen ſich geübet, und durch ſo manchen Streit, Reiſen und Correſpondenz, groſse Erfahrung überkommen hat. Non caret autem iſte ſuis erroribus, paſſimqve Teſtibus veritatis, ob Autoris credulitatem, nonnullos accenſet, qvos vel doctrina erronea, vel vita impia aut hypocritica, nomine iſto reddiderunt indignos, uti exemplis etiam Cimbrorum aliqvot, niſi feſtinaremus, facile poſſet demonſtrari. Qvod & ipſe deinceps editor Arnoldus, cum, tales e Germanis qvoqve ac Belgis in

hoc comparere Catalogo, per adverſarios eſſet monitus, agnovit, eumqve incerta ſubinde tradere, ac non ſupplementis ſolum, ſed & emendationibus, ſæpius indigere, nec proinde omnes illius narrationes a ſe poſſe defendi, publice eſt profeſſus, tum *in Supplementis Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ* Germanicis, A. 1702. editis, *p. 131.*, tum in den Hiſtoriſch-Theologiſchen Betrachtungen merckwürdiger Wahrheiten, A. 1709. publicatis, *Parte II.*, *p. 264.*, *& Parte IV.*, *p. 408. 409. 410.* Immodeſtiores interim juſtoqve acerbiores ſunt invectivæ, qvibus Breclingio, ob errores hujusmodi hiſtoricos, non libidini mentiendi, ſed credulitati imputandos nimiæ, Joh. Henr. Feuſtkingius, *in Appendice Gynæcei Hæretico-fanatici p. 76. 77. 78.*, M. Dav. Schulterus *in Innocentia Theologorum Hamburgenſium, Sect. V.*, *p. 99. 100.*, *Sect. VI. p. 108-112.*, *& Sect. X.*, *p. 188-193.*, aliiqve Zelotæ paſſim, inſultarunt. Modeſtior eſt Cenſura narrationis Catalogi Breclingiani (*num. 117.*, *p. 772.*) de Aug. Gieſii, Senatoris ac Secretarii Huſenſis, actis atqve fatis, ab Hæredibus hujus, in Tractatuum illius poſthumorum qvatuor Germanicorum, Plönæ A. 1711. excuſorum, Præfatione apologetica peculiari, propoſita. Qvam narrationem cum illi in ſenſu diviſo pleraqve vera tradere concedant, ſed in compoſito fidem haud mereri contendant, veriorem tamen atqve accuratiorem, in ejus locum, metu adverſariorum Gieſii, non ſunt auſi ſubſtituere.

Schrift vom Zuſtande und Beſchreibung der Kirchen, und wie eine rechte Kirchen-Hiſtorie zu verfertigen, *Tomo IV.* der Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie Gothofr. Arnoldi, A. 1700. Francofurti edito, *Sect. III.*, *num. 20.*, *p. 780-785.*, publicata.

Chriſtliches Sendſchreiben an den König von Dennemarck. in 12. Scriptis ſuis editis ab ipſomet annumeratur Breclingio, in Indice illorum, A. 1663. *Tractatui de Majeſtate & potentia Chriſtianorum* ſubjuncto.

Türcken-Krieg. - - -
Von Bekehrung der Juden. -
Vis veritatis fidei & Verbi Dei.
} Hæc iisdem accenſentur in Indice illorum recentiori, *in Catalogo Teſt. verit.* (*Tomo IV. Hiſt. Eccl.* G. Arnoldi) *p. 774.* exhibito.

Außlegung der Offenbahrung Johannis, *in 8.* excuſa, qvæ ei in Catalogis aliqvot tribuitur vulgaribus, ſed eadem forſan eſt cum *Revelatione abſconditorum & futurorum*, A. 1682. edita, ac ſupra jam memorata.

Myſterium de Monarchia Chiliaſtica in terra, a Mart Lipenio (*Parte I. Biblioth. Theol. p. 272.*) & Chr. Hendreichio, A. 1662. illud prodiiſſe tradente (*in Pandect. Brandeb. p. 715.*), allegatum, qvod haud diverſum mihi eſſe videtur a *Chriſto Judice*, A. 1663. luci expoſito publicæ. V. Titulum hujus ſupra allegatum.

III. ALIENA, AB ILLO EDITA.

Wahremundi Freyburgeri, Eliopolitani, Chiliaſmus ſanctus, qvi eſt Sabbathiſmus populo Dei relictus, oder Schrifftmäßige Erörterung des XX. Capittels der Offenbahrung Johannis. Amſtelodami A. 1660. & 1673. in 12. Autor iſtius fuit Georg. Laur. Seidenbecherus, Paſtor in Ducatu Franconiæ Coburgico Unterneubrunnenſis, ob Chiliaſmum ab officio ſacro deturbatus. V. Chriſtoph. Laur. Meelführeri, libellum hunc fuſe refutantis, *Diſſ. Inaug. de Chiliaſmo veterum & recentiorum*, Gieſſæ A. 1678. impreſſam, *cap. 5.*, *p. 44. 45. 46.*, ac *cap. 7.*, *p. 85-96.*, Ad. Tribbechovii *Hiſtoriam Chiliaſmi*, *cap. 4.*, *Sect. 8.*, *p. 45. 46.*, & P. S. (i. e. Pet. Serarii) Præfationem, ejusdem Seidenbecheri *Problemati Theologico de Regno Sanctorum in terris Millenario, octo rationibus adſtructo* (qvod Amſtelodami A. 1664. *in 8.* prodiit), præmiſſam.

Joachimi Betkii, Berolinenſis, Paſtoris in Marchia Brandeburgica Linumenſis, Excidium Germaniæ, oder Gründlicher und wahrhaffter Bericht, wer daran Urſache, daß im Alten Teſtamente das Judenthum, und im Neuen Teſtamente das Chriſtenthum (vornehmlich in Teutſchland), zum zehnfachen Sodom worden, und GOtt deßwegen mit dem Untergange ſtraffen muß: Außgegeben von F. Breclingio, mit ſeiner Vorrede, und kurtzen Delineation des Geheimniſſes der Göttlichen Thorheit. Amſtelodami 1666. in 12. Opuſculum ordini præcipue Eccleſiaſtico, ejusqve corruptelis, omnium Germaniæ calamitatum cauſam imputans, qvod Autor moribundus Breclingio, velut filio ſpirituali, cum aliis MSStis, propriis pariter atqve alienis, A. 1663., ut ab illo ederentur, legavit, ac per privignum, D. Bancovium, curavit transmitti. V. Breclingii *Præfationem* illius, *Anti-Calovium lit. F. 5. b. 6. a.*, & *Catalogum Teſtium veritatis* (*Tomo IV. Hiſt. Eccl.* Gothofr. Arnoldi) *p. 761.* De Autore eadem loca Breclingii, & Henn. Wittenii *Diarium Sec. XVII. Biographicum, Tomo I.*, *ad diem 12. Dec. A. 1663.* (illi emortualem), plura docebunt.

Bartholomæi Schleien (Doctoris in Polonia minori, circa A. 1596., Medici) Theoſophiſche Schriften, oder allgemeine und geheime, iedoch einfältige und teutſche, Theologie, anweiſend, wie ein ieder Menſch, durch das Geheimniß JEſu Chriſti in uns, zu dem wahren lebendigen Glauben, und Erkäntniß des dreyeinigen GOttes, ſeiner ſelbſt, und aller Creaturen, weſentlich gelangen, und alſo das Reich GOttes in der Seelen wieder finden, und im rechten Gebrauch aller Dinge empfindlich genieſſen ſolle; gegründet im dreyfachen göttlichen Offenbahrungs-Buche, als der H. Schrift, und der groſſen und kleinen Welt, und in 3. Theilen verfaſſet: Ausgegeben von F. Breclingio, mit ſeiner Vorrede und Zugaben. A. 1686. in 8. (*2. Volumm.*) V. Recenſionem illorum, a Gothofr. Arnoldo, *Tomo III.* der Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie, *c. 1.*, *p. 6-9.*, exhibitam, & confer D. Henr. Wideburgii, Acad. Juliæ Theologi, *Diſp. Inaug. de Lumine ſalutifero, omnibus hominibus congenito* (A. 1692. editam), *§. 10.* Scripta hæc Schleienii, a Breclingio paſſim, ubi phraſes Analogiæ fidei congruere non videbantur Biblicæ, emendata, & in additamentis adverſus modernos applicata Fanaticos, Aſſeclæ Jac. Böhmii & Qvir. Kühlmanni Amſtelodamenſes, velut interpolata & caſtrata, ſunt criminati, imo novam mox illorum in lucem protruſerunt editionem, a ſe, uti jactabant, repurgatam & redintegratam, addito Mich. Andreæ cujusdam adverſus noſtrum, ejusqve editionem, Epilogo. Qvibus noſter, Apologiæ loco, eodem anno 1686., oppoſuit die Chriſtliche Erinnerung und Warnung an alle Menſchen, betreffend den rechten und wahren Ausgang, ſo wol aus der groben und groſſen Welt-Babel, als auch aus dem ſubtilen Babel-Reiche der hoffärtigen Fladdergeiſter, und Lucifers-Heiligen, de qva ſupra jam eſt dictum. In iſta his, inter alia, verbis *p. 7.* in adverſarios invehitur, ſeqve defendit: Alles was ſie (*Qvir. Kühlmann*, und dergleichen neue Secten und Fladdergeiſter) von neuen Büchern und Schriften der Alchymiſten und Theoſophen, Magorum und Cabaliſten, hervorbringen können, darauf fallen ſie, wie die Hummeln und Spinnen auf die Blumen, und ſuchen ſolches in ihren giftigen Sinn zu verwandeln, oder damit neue Abgötterey zu treiben. Wie ſie ſolches auch mit des ſeel. Barthol. Schleyen ſeinen Schriften zu thun geſuchet, und, da mir ſolche durch GOttes Schickung aufgetragen, und ich, in groſſer Einfalt, darinn einige harte und anſtößiche Redens-Arten, nach der H. Schrift Sinn, geändert, und ſolche, zu ſeiner Zeit, inſonderheit wieder die Atheiſten und Antichriſten wol gefaſſete Schriften, was weiters extendiret, und auf gegenwertige Secten und Zeiten eingerichtet, und durch GOttes Gnaden-Beyſtand ſo darmit gehandelt, als ich wolte wünſchen, daß einieder mit mir und meinen Schriften handlen möchte, da ſind mir dieſe halbgebackene Frey-Geiſter und ungehöfelte Maul-Eſel, mit ihrem Schwarm, ſo ſpinnenfeind geworden, daß, da ſie ſich an mir nicht anders, als mit Läſtern und Verleumbden, rächen können, ſie ſich an dem neu-gedruckten Buch ſo dapfer gerochen, und durch ihre Feder, als rechte Feder-Fechter, alles beſudelt und ausgeſtrichen haben, was nicht nach ihrem falſchen und fleiſchlichen Sinn geſtellet war, hergegen allen menſchlichen Spreu, darinn dieſer verborgener Samen aufgewachſen, wieder hineingeflicket, all ſolten ſie auch Spreu und Hülſen vor lauter Heiligthum anbeten: daben der Michel Andreſen allein ſeine eigene Lauwe und eingeſaltzene Nach-Schrift, als ſein eigen Kalb und Höhe, ſtehen laſſen, welches werth iſt, daß alle dergleichen Fladdergeiſter es küſſen und anbeten, weil Ego, Mei, Mihi, Me, es gemacht

und

und erhöhet hat: biß GOtt auch bald ſolche ſenden wird, welche nicht allein die groſſen Wölfe, ſondern auch die kleinen Füchſe, fangen werden, welche bißher ſeinen Weinberg verderbet haben. So mir nun GOtt das gegeben, was ich in des Schleyen Buch, aus der H. Schrift, und nach deſſen Sinn, hinzugethan, und die Anſtöſſe alſo aus dem Wege geräumet, oder wie einen Weinſtock davon beſchnitten: Was ſind denn das vor Geiſter, die mich darüber ſo hinter den Rücken läſtern und verleumbden? ſind ſie aus GOtt, ſo müſſen ſie ans Liecht kommen, und beweiſen, worinn wir Unrecht und wieder GOttes Wort gehandelt. Præter Fanaticos, e Lutheranis etiam, Schleienii *Theologiam univerſalem*, a Breclingio editam, velut in Ordinem Eccleſiaſticum & Doctores Academicos injuriam, impugnare voluit D. Joh. Dan. Arcularius, Presbyterii Francofurtani ad Moenum Antiſtes, in Libro vom Zeugniß GOttes auf Erden, in Catalogo Francofurtano nundinali promiſſo, cujus mentio a noſtro, non ſine indignatione, *in Anti-Calovio lit. G. 8. a. b.*, eſt injecta.

Libelli, qvos, ſub nomine HIELS, des einweſigen Lebens GOttes, Breclingius pro arbitrio ſuo emendatos, A. 1687. *in 8.*, tribus voluminibus, edidit, teſte Joh. Andr. Schmidio *in Diſp. de Pſevdevangelio æterno Seculi XIII.*, §. 42., *p. 35.*

SCRIPTA INEDITA, AFFECTA ET PROMISSA.

I. Illa, qvæ ipſemet A. 1678., *in Compendio Apocalypſeos reſeratæ p. 8-13.*, eſt pollicitus, & ſub titulis recenſuit ſeqventibus, in compendium a nobis, brevitatis ſtudio, contractis.

I. De Theologia Naturali, Legali, Evangelica & Myſtica, und deren rechtem Gebrauche, wie ſie von einander, nach den Abtheilungen des Tempels und Heiliger Schrift, unterſchieden, und dennoch ordentlich auf einander folgen, eine auf die andere hinweiſen und einleiten, mit einander harmonice concordiren, ordentlich in uns, als eine Himmels-Leiter, aufzurichten, von Grad zu Grad durchgangen, und nach einander im Hertzen müſſen aufgewecket und eingepflantzet werden, &c.

II. Scala Coeli, wie man ordentlich von Grad zu Grad, ſein Chriſtenthum recht anfangen, und ſo, durch alle Graden, Wege, Stände, Schulen und Arten des Glaubens und Lebens Chriſti, mit ihm erſt biß in die unterſte Erniedrigung und Vernichtigung ſein ſelbſt, von dem Luciferiſchen Auffſteigen und Falle Adams, herunter-ſteigen müſſe, auf daß man alſo, durch Chriſtum, als den einigen Himmels-Weg und Leiter, wieder, biß in die höchſte Vereinigung und Gemeinſchaft mit GOtt, hinauf ſteige.

III. Collecta pro Pauperibus Chriſti, oder Chriſtliche Conſultation, wie der eüſerſt elenden und zerſtreuten Chriſtenheit heute recht zu helfen, &c.

IV. Unum Neceſſarium, das einige Nöhtige, allen Menſchen vorgeſtellet, &c.

V. Bibliotheca Bibliothecarum, die Summa aller Bücher, was ein ieglicher Menſch, in dieſer kurtzen übrigen Zeit, zu bedencken, glauben, thun, und laſſen, hat: dabey Vita ex Mortuis, ſive Sapientia ex abſcondito prodiens & inſurgens, contra vanam ac adulteram, fallacem & mendacem hujus Mundi Sapientiam, in Scholis, Academiis ac templis, dominantem.

VI. Character & Imago Beſtiæ, von des Thieres Bilde, Nahmen, Geiſt, Reich, Wort, Anbetern, Kirchen, Prieſtern, Gottesdienſt und Mahlzeichen in der Welt, und wie ſolches heute in allen Secten angebetet wird, &c.

VII. Teſtimonium & Aurora Veritatis ex occulto manifeſtandæ: Offenbahr Zeugniß der heute wieder aufgeweckten Warheit, von allen heutigen Secten, Geiſtern, Gemeinſchaften, Prieſtern, Kirchen und Gottesdienſt, in der Welt, &c. dabey ein Lied über die Worte: was iſt Wahrheit?

VIII. Revelatio Myſterii Pietatis & Iniqvitatis: das Wunder-Geheimniß von dem wunderbahren unbekandten und verborgenen GOtt, und ſeinen gleich verborgenen Kindern, Kirchen, Kreutz-Wort, Reiche, Glauben, Dienern und Chriſten, in der Welt, unter dem Nahmen Beelzebub, und Schein der Ubelthäter: dagegen das Reich, Wort, Kirche und Nachfolger Lucifers, unter dem Nahmen Chriſti, und Scheine aller Gottſeligkeit, heut in allen Secten herſchet und angebetet wird: wie dieſe zwey Reiche im Ringen wieder einander ſtehen, und eines an das andere muß geprüfet, geübet und offenbahret werden, biß zur völligen Offenbahrung alles verborgenen Guten, unter dem Scheine der Boßheit, und Auftreibung aller verborgenen Boßheit unter dem Scheine und Nahmen des Guten, in der Welt.

IX. Cœcus Cœcorum Dux: Von den Uhrſachen der heutigen Blindheit, Verführung, Verwirrung und aller Verkehrtheit, bey allem Predigen in der Welt, und allen Secten, &c.

X. Von der Gnaden-Wahl, und Prüfung aller heutigen Secten, Geiſter und Prieſter; ſamt wichtigen Uhrſachen, warumb ein ieglicher von ſolchen Secten außgehen, und wieder zu ſeinem einigen und unzertheilten Herren, Haupt und König, Chriſto, eingehen muß, &c.

XI. Gratia ad gloriam Dei, & confuſionem hominum, exaltata: Wie durch GOttes Gnade in Chriſto alle Menſchen, mit ihrer höchſten Frömmigkeit, gedemühtiget und erniedriget werden, daß GOtt allein erhöhet werde, &c.

XII. Von der heutigen Secten und Secten-Meiſter, Frey-und Fladdergeiſter, ſcheinheiligem Weſen, falſchen Grunde, Geiſt, Sinn, Hertz, Leben, Intention und Zweck, auß ihrer eigenen Signatur, an Chriſto, dem rechten Probier-Steine, offenbahret, &c.

XIII. Von den vielerley Graden und Unterſcheid der Verkehrtheit und Bekehrung, des Adamiſchen und Chriſt-Formigen Lebens, &c.

XIV. Libra Juſtitiæ; oder Wagſchale des Lebens, zu Abwegung aller Menſchen für GOtt, nach GOttes Wort, Wahrheit, Liecht und Recht, und ihres eigenen Hertzens und Gewiſſens Uhrtheil, umb ſich ſelbſt daran zu ſpiegeln und beprüfen, &c.

XV. Chriſtus omnia in omnibus: wie Chriſti Reichthum, Macht, Weißheit, und Fülle, an unſerm vielfältigen Mangel, Noht, Schaden, Kranckheit, Thorheit, Verderb und Elend, offenbahr und verherrlichet wird, zu GOttes Preiſe.

XVI. Von den vier unverfälſchten Original Büchern, darauß alle Bücher in der Welt gefloſſen, wie man ſolche wieder ſuchen, leſen, und an dem Liecht der Natur, der Heiligen Schrift, Chriſto und dem Gewiſſen, alle heutige Bücher, Lehrer und Schreiber, prüfen ſolle, und alles, was in Divinis & Humanis, Naturalibus & Artificialibus, nicht mit ihrem Original und Archetypo übereinkomt, frey verwerfen müſſe; damit alles geprüfet, das Gute behalten, das Böſe verworfen, GOttes Wahrheit, Wort, Ehre und Nahme erhöhet, und aller Menſchen Lügen und Lügen-Bücher auß der Welt außgefeget werden.

XVII. Panſophia Univerſalis Teutonica & Centralis reducta, & Schola Sapientiæ aperta: der rechte Grund aller Göttlichen und Natürlichen, Theologiſchen und Philoſophiſchen, Aſtronomiſchen und Geometriſchen, Mediciniſchen und Juridiſchen Weißheit, auß ihrem Centro geoffenbahret, und, wie alles auß GOtt flieſſen, und durch uns wieder zu GOtt einflieſſen muß, ſo Sonnen-klar demonſtriret, daß es iedes Kind und ungeübter in vielerley Sprachen, allein in ſeiner Mutterſprache faſſen, und dadurch zu rechter gründlicher Warheit und Weißheit, mit David und Salomo, kommen kan in kurtzer Zeit, &c.

XVIII. Alphabetum Naturæ, & Myſterium Numerorum, ex qvatuor Libris incorruptis, dadurch man das gantze Natur-Buch leſen, auß deſſen Signaturen aller Dinge Centrum erkennen, und alle Verborgenheit der Natur und Chymie aufſchlieſſen, mag.

XIX. Horo-

XIX. Horologium Temporum, wie die Chronologia recht eingeordnet, und auf gewiſſe Gründe kan gegründet und reduciret werden, daß man die Veränderungen der Zeiten, und was vergangen, gegenwärtig und zukünftig, darauß gewiſſer, als bißher geſchehen, einſehen und unterſcheiden mag.

XX. Apocalypſis reſerata, ſive Myſteria Apocalyptica apodictice demonſtrata. Cujus operis σκιαγραφίαν, hypotheſes & ſpecimina, exhibuerunt *Compendium Apocalypſeos reſeratæ* A. 1678., ac *Revelatio abſconditorum & futurorum* A. 1682., a Breclingio edita; de qvibus ſupra dicta poſſunt relegi.

XXI. Hiſtoria & Exemplar mirabile Theologiæ Myſticæ: Wie Chriſtus, nach ſeiner geiſtlichen Geburt, und wunderbahrer Erſcheinung in ſeinen Gläubigen, mitten unter uns getreten iſt, und, in frembder, verborgener, ärgerlicher, thörichter, verkehrter und wunderbahrer Geſtalt, mitten unter uns und ſeinen Gemeinten, im Geiſt wandelt: und wie ſolcher Chriſtus Myſticus, eben auf ſolche Weiſe, ſein Gericht in der Niedrigkeit erheben, und wieder ſeine Feinde zum Sieg hinaußführen wird: Samt gewiſſen Kennzeichen, woran man ſolchen Chriſtum myſticum in uns, von den heutigen vielen falſchen Chriſtis in allen Secten, unterſcheiden möge.

XXII. Agricultura ſpiritualis: Einfältige Art und Weiſe, wie das Kennliche von GOtt, ſamt allem dem, was noch Gutes, nach dem Fall Adams, in uns übergeblieben, als die Principia innata, Notiones primæ, Notitia naturalis, Reliqviæ Imaginis Dei, Lumen mentium, das in aller Menſchen Hertzen eingeſchriebene Geſetz, Liecht und Recht, ſamt der allgemeinen Kenntniß, Vernehmlichkeit und Redlichkeit im Gewiſſen, bey den jungen Kindern, und allen Menſchen, auß den Büchern der Natur, Creatur und Scriptur, aufzuwecken, und ſie dadurch, als ein Acker und Garten, erſt müſſen bereitet und gebauet werden, daß man bey ſolchen, die treu im Zeitlichen und Bewuſten ſeyn, und mit bußfertigen und fähigen Hertzen nach der Gnade hungern und durſten, hernach das verborgene Kreutz-Wort von Chriſto könne einpflantzen, ſolches darinn warten, begieſſen, reinigen, beſchneiden, und ſolche junge Pflantzen, als Säuglinge in Chriſto, auferziehen, &c.

XXIII. Die hochnöhtige Lehre von dem freyen Willen, recht gründlich, und mit ſolchem Unterſcheide, auß Gottes Worte vorgeſtellet, daß weder Gottes Gnade dadurch gekräncket, noch auch die Menſchen in ihrer eigenwilligen Nachläßigkeit dadurch geſtärcket werden.

XXIV. Mancherley Arten des überſinnlichen Glaubens-Lebens in Chriſto, und ſeinem geiſtlichen Leibe; und wie Chriſtus in ſeinen Gläubigen heute ein unbekandter GOtt, Leben, Weg, Wahrheit, Liecht, Weißheit und Gerechtigkeit, auf der Welt, und in allen ihren Secten, iſt.

XXV. Das groſſe Geheimniß des Tabernakels, Tempels Salomons, Kaſtens Noæ, und anderer ſichtbahren Figuren und Creaturen, in der H. Scriptur, Macrocoſmo und Microcoſmo, uns vorgebildet, und wie die unſichtbahre, geiſtliche und himliſche Dinge und Geheimniſſe aus den ſichtbahren zu erkennen und nachzuforſchen ſind.

XXVI. Sapientia in plateis clamitans, & inſurgens contra Pſevdoſophiam Mundi: GOttes Wort und Botſchaft an dieſe gegenwärtige Welt, aus dem Worte GOttes an die vorige Zeiten, in einfältigem Liechte des Glaubens, recht bekandt und appliciret, ohne eigen Gutdüncken, Linderung und Verkehrung.

XXVII. Einfältige Verbeſſerung derer Oerter, welche, in Lutheri ſonſt feiner Bibliſchen Ueberſetzung, nicht recht nach dem Grundtext eingeſehen und überſetzt ſind; weil beydes die Hebräiſche Sprache, zu der Zeit, nicht ſo bekandt, und auch die Myſteria dieſer letzten Zeiten ihnen noch unbekandt geweſen.

XXVIII. Modus compendioſe vivendi ſecundum ordinem & neceſſitatem Naturæ: Wie man mit vergnügtem Gemühte, und geſundem Leibe, nach dem Exempel Chriſti, der Patriarchen, Apoſtel, Eremiten und Chriſten in der erſten Kirche, in Einigkeit und Chriſtlicher Gemeinſchaft, am beſten, nach Nohtturft der Natur, leben, und GOtte ohne Hinderniß dienen und dancken, mag. Dabey die Grund-Regeln der Medicin und Geſundheit.

XXIX. Regimen, Concordantia, Sympathia & Harmonia Inferiorum cum Superioribus: darinn viele Myſteria der Natur, aus der Göttlichen und natürlichen Magia, offenbahret, und der rechte Grund der Medicin angewieſen wird.

XXX. Catalogus Teſtium Veritatis: darinn die rechte, von GOtt gelehrte, und zu uns geſandte, Schriftgelehrten, Weiſen und Propheten, ein ieder in ſeinem Grade, nach dem Maaß ſeiner Gaben, geſtellet, bey einander, wie Glieder, an einem Leibe, geordnet, und wieder der Welt Verläſterung verthädiget werden: Samt dem rechten Gebrauche und Mißbrauche ihres Nahmens und nachgelaſſenen Schriften; und daß man nicht aus vielem Bücher-leſen, oder Menſchen nachlaufen, und Abgötterey mit ihnen, ſondern bey GOtt in Chriſto, durchs Gebet, ſolche Weißheit, die uns heut nöhtig, ſuchen und erbitten, und damit heute ſo getreu, einieder in ſeinem Ampte, Stande und Beruffe, wuchern und GOtte dienen muß, als unſere Vorväter zu ihrer Zeit. Catalogi hujus Teſtium veritatis contra ſtatum Eccleſiarum Lutheranæ & Reformatæ corruptum majoris, A. 1683., *in Friderico reſurgente p. 12. 13.*, denuo promiſſi, ac paucis adumbrati, Prodromus ac Epitome eſt Catalogus eorundem minor vernaculus, Francofurti A. 1700., *Tomo IV. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ* Gothofr. Arnoldi, *Sect. III.*, *num. 18.*, *p. 760-779.*, juris factus publici, de qvo paulo ante dicta poſſunt relegi.

XXXI. Göttlicher und gewiſſer Raht, wodurch nicht allein den heutigen zerſtörten Fürſtenthümern, Ländern und Städten, ſondern auch einem ieglichen euſſerſt elenden, verlaſſenen und deſolaten Menſchen, an Leib und Seel könne geholfen, ſie von allen ihren Feinden und Unglück befreyet, und zu aller beſtändigen Leibes- und Seelen-Wolfahrt ſo gewiß wieder gebracht werden, wie gewiß GOttes Wort iſt, das nicht liegen noch betriegen kan: ſo fern ſie nur ſolchem in allen Nöhten hören, glauben und folgen, wolten.

XXXII. Oeconomia, Regimen & Caſtrum Dei in Mundo, militans contra Regnum Mundi & Diaboli, iisdem armis, qvibus Chriſtus eos debellavit.

XXXIII. Unica & vera Via ad Sapientiam Chriſtianam, per ſtultitiam & omnis mundanæ Sapientiæ evacuationem, contra falſam ac mundanam Luciferi Viam, per fucatam Sapientiam ad veram Stultitiam deducentem.

II. ILLA, qvæ alibi a ſe juſſit expectari.

Tractatus de Idololatria, qvem ab adverſariis ſibi Cimbricis furto doloſo ſubreptum eſſe, nec reſtitutum, eſt conqveſtus, ſimulqve denuo a ſe conſcriptum ac editum iri comminatus, *in Triumpho veritatis p. 121.* ubi etiam, *p. 113-121.*, Loca qvædam illius, qvæ D. Steph. Klotzii, cæterorumqve Judicum Flensburgenſium ſententia, contra ipſum A. 1660. lata, & ſub Vitæ a nobis jam recitata initium, doctrinæ de Verbi divini efficacia, Belliſqve & Fœderibus, accuſarat erroneæ, in Refutatione Sententiæ iſtius, fuſe defenduntur.

Malleus Mundi de virtute omnipotenti Gladii Spiritus, Fidei & verbi Dei, omnia ordinantis, A. 1683. promiſſus *in Friderico reſurgente p. 14.*

Muſeum Ingenioſorum & Theodidactorum, in omnibus Panſophiæ ſcientiis ac partibus, pretioſum a vili ſeparaturum, qvod A. 1689., in literis ad me, eſt pollicitus.

Pſevdo-Lutheranorum e Lutheri ipſius ſcriptis Refutatio, qvam A. 1664., *in Phariſaiſmo detecto, c. 4., p. 75.*, minabatur,

Anti-

Anti-Pomarius, ſive Refutatio der abgenöthigten Lehr- und Schutz-Schrift gegen den Gutmanniſchen Offenbahrungs-Patron (*M. Henr. Ammersbachium, Paſtorem Halberſtadienſem*), nomine Presbyteriorum Lubecenſis, Hamburgenſis & Lüneburgenſis publico, a D. Sam. Pomario, Superintendente Lubecenſi, Partibus duabus, Ratzeburgi A. 1677. & Hamburgi A. 1679. editæ. Qvem a ſe, Pomario adhuc ſuperſtite, jam eſſe conſcriptum, ſed poſt mortem illius (A. 1683. defuncti), ne cum larvis luctari videretur, ſuppreſſum, noſter A. 1688., *in Anti-Calovio lit. G. 3. b.*, ſignificavit. De ſcripto, qvod impugnavit, Pomarii, qvæ in Vita illius, *Tomo II.* hujus operis expoſita, & jam olim, *Parte IV. Iſagoges ad Hiſtoriam Cimbricam, c. 5., §. 8., p. 471. 472.*, narravimus, poſſunt conſuli.

Epiſtolæ argumenti Theologici Germanicæ plurimæ, qvæ apud amicos, ad qvos ſcriptæ ſunt, aut horum hæredes, in Cimbria, Germania & Batavia, paſſim ſuperſunt ἀνέκδοτοι.

Lucem etiam nondum vidit Syntagma ſcriptorum Breclingii omnium, junctim recudendorum, qvod M. Joh. Gerh. Meuſchenius, Paſtor antehac Lutheranus Hagienſis, noſtro, ibidem tunc commorato, perqvam familiaris, nunc autem Concionator aulicus Hanovienſis, a ſe, uti fertur, juſſit expectari.

FALSO ILLI A CHRISTOPH. HENDREICHIO (*in Pandectis Brandeburgicis p. 715.*) TRIBUUNTUR.

1. M. Joh. Breclingii, Paſtoris in Cimbria Handevithani, Parentis ipſius, Außlegung über die VII. Buß-Pſalmen Davids, Roſtochii A. 1649. *in 4.* excuſa, de qva, ejusqve Autore, *Tomo I.* hujus Operis, *num. 233.*, eſt dictum.
2. Bened. Bahnſenii (ſive potius Joach. Betkii) Antichriſtenthum, de qvo (Amſtelodami A. 1660. *in 12.* edito) idem *Tomus I.*, *num. 73.*, conſulatur.

JOHANNES BUGENHAGIUS

§. I.

(non *Burgenſagius*, uti Giſb. Voetii *Bibliotheca Studioſi Theologiæ* (1.) perperam eum vocavit) a plurimis paſſim, omiſſo cognomine hoc familiæ gentilitio, JOHANNES POMMER, ſive POMERANUS, a patria ſolet appellari. Julini enim, oppido Pomeraniæ, ad oſtium Viadri ſito, urbiqve Stettinenſi vicino (in cujus locum Greiffenberga a Gvilh. Budæo, Medico Halberſtadienſi (2.), male ſubſtituitur), anno æræ Chriſtianæ 1485., die 24. Junii, D. Johanni Baptiſtæ (cujus nomen ipſi, more ævi iſtius, videtur eſſe impoſitum) ſacro, familia natus eſt, non qvidem nobili (uti Chriſtoph. Hendreichius (3.), Ant. Teiſſerius (4.) & Joh. Frid. Mayerus (5.), tradiderunt), ſed honeſta tamen (teſte Petri Vincentii *Oratione funebri*) ac Senatoria. Catecheſin Chriſtianam, cum Grammatica & Muſica, domi jam, & in ſchola triviali, edoctus, A. 1501. ineunte, in Academiam ablegabatur Gryphiswaldenſem, hujusqve albo d. 24. Januarii, Rectore D. Nicol. Löuwio, JCto, inſcriptus (6.), illic & melius Lingvæ Latinæ habebat tyrocinium, & Dialecticam addiſcebat atqve Phyſicam. Præſertim vero, cum ingenio gauderet doctrinæ capaci pariter atqve avido, ſtimulosqve huic, felici iſto παλιγγενεσίας literarum tempore, ſcripta adderent Alex. Hegii, Rud. Agricolæ & Herm. Buſchii, barbariem taxantia priſtinam, ſtyliqve elegantioris ac Lingvæ Græcæ ſtudium commendantia, cupide veteres Lingvæ Latinæ legebat Scriptores, &, cum in ſoluta oratione, tum in carminibus componendis, diligenter ſe exercebat.

§. II.

Cum annum ætatis attigiſſet vigeſimum, A. C. 1505. Scholæ urbis in Pomerania Treptovienſis publicæ Rector eſt præfectus, &, qvoniam, cum Collega, Andr. Cnophio Cüſtrinenſi (primo poſtea Eccleſiæ in Livonia Rigenſis Antiſtite Lutherano) (7.), Lingvæ Latinæ exercitia majori, qvam in ludis aliis fiebat literariis, urgebat ſedulitate, felicioriqve ſucceſſu, fama hujus cito ſparſa, ingenti diſcipulorum, non e Pomerania tantum, ſed & regionibus, tum vicinis, tum longius diſſitis, confluentium, gaviſus freqventia. Studiis hic ſcholaſticis ſacra jungebat, libenterqve & aſſidue, nec ſine precibus ardentiſſimis, Scripta Biblica, cum Hieronymi & Auguſtini, legebat, enarrationibus; Eraſmi qvoqve Roterodami addens lucubrationes, in qvibus monachorum hiſtrionica & ſtatuarum adorationes, Ethnicis ſimiles, reprehendebantur. Scrutinio hoc veritatis divinæ aliqvamdiu continuato, jam tunc ab invocatione ſanctorum, ritibusqve & geſtibus Pontificiorum, ſacra celebrantium, hiſtrionicis ac ſuperſtitioſis, cœpit abhorrere, veramqve Dei inſiſcata vitæ pietate colendi rationem Auditoribus etiam commonſtraturus, juventuti Catecheſeos Chriſtianæ diligenter inculcavit præcepta, ac Pſalmos Davidis, Matthæi Evangelium, Paulinasqve ad Timotheum Epiſtolas, prælectionibus enarravit publicis. Ad audiendas prælectiones has ſcholaſticas homines pietatis ſtudioſi confluebant, non e civium ſolum ordine, ſed ſacrificuli qvoqve ac monachi, qvi non plane erant ἄθεοι. Ex his amici qvidam illi, ſcholam tantum hactenus moderato, perſvaſerunt, ut uſitato ſe more Presbyterorum adjungi pateretur collegio, & in templo qvoqve Treptovienſi conciones, qvibus pii omnes lætabantur ac meliores fiebant, haberet publicas. Imo, cum multos haberet auditores ſtirpe ortos nobili, familiaritatem ejus Viri etiam Ordinis Eqveſtris, præſertim eruditi, expetebant, illiqve, poſt crebra de Eccleſia rebusqve patriæ colloqvia, ut Hiſtoriam ſive Chronicon Pomeraniæ (de qvo plura in ἀνεκδότων noſtri dicentur Indice) colligeret, erant autores. Qvam ad rem cum & ſumptibus, & mandatis Bogiſlai X., Principis Pomeranici, opus eſſet, Heros hic, hiſtoriæ ſtudioſus patriæ, naturaqve munificus, eodem tempore per Barnimum filium, in Academia commorantem Witebergenſi, ut Georgio Spalatino, Chronicon Ducum concinnare juſſo Saxonicorum, genealogiam resqve geſtas Pomeranicorum communicaret, rogatus (8.), Bugenhagio, ob eruditionem & virtutem per Valent. Stoientinum, aliosqve aulicos, ſibi commendato, laborem hunc, biennio exantlatum, itidem injunxit, ſumptibusqve inſtructo neceſſariis monumenta non Aulæ ſolum ſuæ, ſed & Collegiorum atqve Monaſteriorum, vetera conqvirendi perluſtrandiqve dedit poteſtatem.

§. III.

Inchoata interim erat Witebergæ a D. Mart. Luthero tam doctrinæ Pontificiæ, qvam rituum ſuperſtitioſorum, emendatio, ſcriptisqve, contra adverſarios, animoſe defendebatur dogmaticis pariter atqve polemicis. Qvæ cum legiſſet Bugenhagius, &, in iis, diſcrimen Legis Evangeliiqve perſpicue oſtendi, juſtitiam fidei melius, qvam ab Origene ac Thoma Aqvinate, exponi, ac pleraqve Auguſtini ſententiæ congruere, obſervaſſet, doctrinam Lutheri non ipſe ſolum probavit, ſed populo etiam copioſius proponere, Eccleſiæ in Articulo de Poenitentia tenebras ſæpius deplorare, monachorumqve deliramenta liberius reprehendere, haud dubitavit. Multum præſertim ipſi Collegisqve, ad agnoſcendos

(1.) *Lib. 2., Sect. 2., c. 2., p. 634.* (2.) *in Thanatologia Seculi XVI., ad A. 1558., p. 232.* (3.) *in Pandectis Brandeburgicis p. 781.* (4.) *Parte I. Additionum ad Elogia Eruditorum Thuanea Gallicarum p. 127.* (5.) *in Or. Inaug. quantum Eccleſia univerſa Pomeraniæ, ob J. Bugenhagium, debeat, p. 13.* (6.) V. J. F. Mayeri *Or. cit. p. 13.* (7.) V. Dav. Chytræi *Chronicon Saxoniæ, Lib. 10., p. 287.*, & Melch. Adami *Vitas Theoll. Germ. p. 16. 17.* (8.) V. Chytræum *l. c., L. 8., p. 219.*

ſcendos errores priſtinos, profuit, multum animi, ad eosdem aliis detegendos, addidit, lectio *Libri de Captivitate Babylonica*, a Luthero tunc nuper editi, iterata, de qva Dav. Chytræi (9.) meretur adjici narratio, ab Abr. Schulteto (10.), Melch. Adamo (11.), Vito Ludovico Seckendorfio (12.) & Gothofr. Arnoldo (13.), iisdem fere verbis repetita: *Florebat tum Treptoa ad Regum, & Collegio Sacerdotum, & ſchola literarum celebri, qvam Joh. Bugenhagius & Andr. Cnophius regebant, qvorum tantopere in docendo induſtria, dexteritas & fides, celebrabatur, ut non ſolum ex vicinis oppidis, ſed Livonia etiam & Weſtphalia, exciti ſcholaſtici eo confluerent. Accidit autem, anno 1520. exeunte, ut Inſpector Eccleſiæ, Otto Slutovius, ex patritia oppidi illius familia natus, cum Rectorem Scholæ & Collegas convictores aleret, librum Lutheri de Captivitate Babylonica, recens ab amico Lipſia miſſum, proferret, & Rectori Scholæ, Joh. Bugenhagio, cujus præ cæteris ingenium & judicium limatius, & doctrina ac facundia, in lectionibus & concionibus ſacris ſpectata, probabatur, perlegendum traderet. Qvi mox, paginis aliqvot inter cœnandum perluſtratis, præcipitata ſententia, multos, a paſſo Chriſto Salvatore, Hæreticos Eccleſiam infeſtaſſe ac duriter exercuiſſe, ſed nullum ejus libri Autore peſtilentiorem unqvam extitiſſe, pronunciat: commemorans, qvæ adverſus recepta Eccleſiæ dogmata ab eo aſſererentur. Poſt aliqvot dies, libro attentius lecto ac relecto, ac ſingulis accuratius penſitatis, reverſus ad Collegii ſodales, & palinodiam canens: Qvid ego vobis, inqvit, multa dicam? Univerſus mundus cæcutit, & in Cimmeriis tenebris verſatur: Hic Vir unus & ſolus verum videt; ac, ſingulis libri illius capitibus diligenter diſputatis ac defenſis, pleroſqve in ſuam ſententiam adduxit. Ita ut Collegæ Paſtoris, Joh. Kyrichius & Joh. Lorichius (qvi ad extremam ſenectam Eccleſiæ illi deinceps ſervivit), cum Diacono, qvi vicini Cœnobii Belbugenſis Frater erat, Chriſtiano Ketelbut, nec non Abbas ipſe Joh. Boldewinus, publice Papatus præſtigias detegere, & a ſuperſtitionibus & abuſibus traditionum humanarum, ad dogmata & cultus verbo Dei mandatos, & a fiducia Miſſæ ac operum humanorum, ad unicum ſolius Chriſti meritum, auditores traducere, magno zelo inſtituerent.*

§. IV.

Mutata religione, locum etiam ſibi credidit eſſe mutandum, & Witebergam Treptoæ patriæqve regioni præferendam; qvo & ipſe, Lutheri coram audiendi, ac de nonnullis familiariter interrogandi, cupidus, feſtinabat, & literis Pet. Svavenii, popularis eruditi, Intimiqve poſtea Regum Daniæ Conſiliarii, illic tunc commorantis, qvantum conſvetudo ejusdem ipſi profutura eſſet, inculcantibus, invitabatur. Migrationis præterea neceſſitatem illi imponebat non animus ſolum Bogislai Principis, ab eo, hypocritarum qvorundam artificiis, redditus alienior, ſed & protervia diſcipulorum qvorundam petulantium, qvi S. Antonii ſacrificulos, per plateas uſitato more cum nolis vagantes, injurioſius cœno injecto tractaverant, ſtatuasqve, ex æde Sancti Spiritus noctu ablatas, in vicinum conjecerant puteum. Qvod cum Erasmus Manteüfelius, Epiſcopus Caminenſis Pontificius, comperiſſet, ſeditionis ſpecie offenſus, Zeloqve religionis avitæ ardens, multos, e Neo-Lutheranis Treptovienſibus, ſacerdotes, cives ac Scholaſticos, in vincula conjecit; cæteri vero, metu perſecutionis ejusdem, ſchola diſſipata, aufugerunt, Joh. Kyrichius & Chriſt. Ketelhut Stralſundiam, Andr. Cnophius & Joach. Mollerus, cum auditoribus Livonis, Rigam, Joh. Boldewinus autem, Abbas Belbugenſis, & Bugenhagius noſter in Academiam Witebergenſem (14.).

§. V.

Pervenit is Witebergam, alboqve Academico, Rectore Chriſtophoro, Comite a Schlick, eſt inſcriptus, vel exeunte A. C. 1520., uti Gotfr. Svevus (15.) perhibet, vel, uti Dav. Chytræus (16.), Pet. Vincentius, Melch. Adamus, cæteriqve uno teſtantur ore Biographi, ſeqventi 1521., ætatis ſuæ triceſimo ſexto, paulo ante Lutheri, qvocum de multis doctrinæ ſacræ mox colloqvebatur capitibus, ad Comitia Wormatienſia abitum. Qvi cum, in reditu, in Pathmum ſuam, ſive arcem, clam abductus, Wartburgenſem, illic per biennium circiter latitaret, Witebergæ interea nuptiæ Bartholomæi Bernhardi, Paſtoris Kembergenſis (qvi primus e Clericis Proteſtantium uxorem duxerat), multis de Sacerdotum conjugio, votisqve monachorum, occaſionem præbuerunt diſputationibus. Lutherus abſens, de iſtis conſultus, *Propoſitiones* mox *de Votis*, & librum deinde ſimilis argumenti, Witebergam transmittebat, in qvibus laqvei & Legum de Cœlibatu, Clericis obtruſarum, & votorum monaſticorum, uno velut machæræ ictu, nodi inſtar Gordii, diſſecabantur. *Propoſitiones*, Philippo Melanchthoni inter cœnandum allatas, Bugenhagius, hujus tunc, cum Petro Svavenio populari, convictor, attente legit ac relegit, &, cum rei magnitudinem tacitus aliqvamdiu perpendiſſet, in verba tandem erupit ſeqventia: *Hæc res mutationem publici ſtatus efficiet. Doctrina, ante has Propoſitiones tradita, non mutaſſet ſtatum publicum.* Paulo poſt, Luthero etiamnum abſente, Andr. Carolſtadius, Profeſſor Theologus Witebergenſis, ne miles tantum illius aut δευτεραγωνιστὴς videretur, nova de ſtatuis in templis haud tolerandis, legibusqve Moſis in forum recipiendis, movit certamina, hujusqve auſpiciis ſtatuæ jam a privatis qvibusdam ex æde ſacra ſeditioſe tollebantur. Illi noſter graviter adverſabatur, ſeditioſasqve ſtatuarum everſiones improbabat, ac, legibus Romanis judiciisqve defenſis, politias noſtras in Judaicam non eſſe transformandas, erudite, & cum applauſu Lutheri, Witebergam, ut diſſidia iſta componeret, mox reverſi, oſtendebat. Privatim tunc qvoqve, Enarrationem ſuam Pſalmorum Davidis, biennio elapſo editam, juventuti proponendo ſtudioſæ (17.), utiliter hanc docendo, & moderationem atqve conſtantiam, in tuenda Eccleſiæ Witebergenſis pace ac concordia, præſtando eximiam, dotes ſuas virtutesqve, tum huic, tum Academiæ, magis magisqve indies probavit.

§. VI.

Ob utrasqve, A. 1522. (in cujus, a Chytræo indicati, locum ſeqvens 1523. a Joh. Deütſchmanno (18.) ſubſtituitur) Paſtor Eccleſiæ Witebergenſis, in locum Simonis Heinſii ſive Brückii (19.), conſentientibus Senatus Academici atqve urbani ſuffragiis, *invitus ac repugnans*, teſte Chytræo (20.), eſt electus, nec multo poſt a Friderico III. vel Sapiente, Electore Saxonico, Theologiæ qvoqve in Academia Profeſſor, primusqve Saxoniæ Electoralis Superintendens generalis Lutheranus (21.), conſtitutus. Sacris hiſce dignitatibus, poſt luſtra duo elapſa, Titulus addebatur Doctoris Theologi, modeſte illum aliqvamdiu, prætextu ætatis in ſenium vergentis, deprecato, juſſu ſumptuqve Johannis Friderici, Electoris Saxonici, Witebergæ non A. 1530. (uti Melch. Adamus, ſibimet ipſi contradicens (22.), Joh. Micrælius (23.) & Gvilh. Crowæus (24.), falſo tradiderunt), ſed A. demum 1533., collatus. Hoc enim, in panegyri ſplendida, in templo Arcis inſtituta, poſt Theſes (qvas Phil. Melanchthon conſcripſerat) *de Fide, Eccleſia traditionibusqve humanis*,

(9.) *Lib. X. Chron. Saxon. p. 287.* (10.) *Decade I. Annalium Evangelii renovati p. 84-87.*, & in der Neujahrs Predigt von der Reformation *p. 15. 16.* (11.) *l. c. p. 313.* (12.) *in Comm. de Lutheraniſmo, Lib. I., Sect. 45., §. 110., p. 170. 182. 183.* (13.) *T. II.* der Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie, *L. 16., c. 7., p. 67. 68.* (14.) V. D. Chytræum *l. c., Lib. 10., p. 287. 288.*, M. Adamum *l. c. p. 16. 313. 314.*, & Joh. Micrælium *P. III. Syntagm. Hiſt. Eccl. p. 717. 718.* (15.) *in Academia Witebergenſi, lit. H. 4. b.* (16.) *l. c., Lib. 8., p. 230.* (17.) V. Dav. Chytræum *l. c., Lib. 8., p. 230., & Lib. 10. p. 287.* (18.) *in Appendice Tubæ Reformationis Lutheranæ de perpetuo Chriſtianorum Jubilæo p. 42.* (19.) De Anteceſſore hoc (qvem Chytræus perperam Sim. Benckium vocavit) V. M. Adami *Vitas Theoll. German. p. 14. 15. 16.* (20.) *l. c. Lib. 8. p. 230., Lib. 10. p. 287., & Lib. 10. p. 575.* (21.) V. Val. Ern. Löſcheri Unſchuld. Nachrichten von Theol. Sachen, *Sect. 2. A. 1718., p. 176. 177.* (22.) *in Vitis Theoll. Germ. p. 244.* Conf. *p. 259. 315. 316.*, ubi annus 1533. recte ſubſtituitur. (23.) *P. III. Syntagm. Hiſt. Eccl. p. 347. edit. prioris.* (24.) *in Elencho Interpretum S. Script. p. 192.*

nis, inaugurales Præſide Luthero (cujus *Operum Latinorum Tomo I. Witebergenſi* (25.) ſunt recuſæ) publice defenſas, die 16. Junii, una cum Caſp. Crucigero, Theologo Witebergenſi, Joh. Æpino, Antiſtite Hamburgenſi, & Nicol. Gloſſeno, Paſtore Revalienſi, Theologiæ Licentiatus, ac, die 17. menſis ejusdem, cum Crucigero atqve Æpino, Doctor, a Juſto Jona, Decano (cujus Oratio, in actu promotionis habita, *Tomo I. Declamationum* Melanchthonis (26.) legitur), renunciabatur. Præſentia ſua panegyrin iſtam, præter Johannem Fridericum, Saxoniæ Electorem, cujus ea ſumptibus inſtituebatur, magnatesqve hujus aulicos, qvatuor illuſtriorem reddidere Principes, Johannes Erneſtus ſcilicet, Electoris frater & Dux Saxonicus, Magnus Megapolitanus, Franciſcus Lüneburgenſis & Erneſtus Brunſvicenſis. Plura de promotione hac Academica ſolenni a Petro Vincentio & Melch. Adamo, vitæ noſtri ſcriptoribus, fuſius, qvæ ille, in diſputatione inaugurali, de Magiſtratus Politici Ordinisqve eccleſiaſtici, ac poteſtatis utriusqve, diſcrimine, cum Electoris applauſu, diſſeruit, exponentibus, nec non a Gothofr. Svevo (27.), narrantur. Præter qvos mentionem ejus ſcriptis ſuis multi etiam alii inſeruerunt Autores, *Tomo* jam hujus Operis *ſecundo* (28.), in Vita Joh. Æpini, qvem competitorem noſter habuit, enumerati. Ubi etiam complures iſtorum, Mart. Mylium & Melch. Adamum temere ſecutos, falſo, qvod Bugenhagius, Cruciger & Æpinus, primi omnium e Lutheranis A. 1533. Theologiæ creati ſint Doctores, credidiſſe, vel e ſolius Academiæ Witebergenſis Hiſtoria, qvam Gothofr. Svevo & Andr. Sennerto debemus, oſtenſum eſt duplici, Theologos duodecim, ſacris addictos Proteſtantium, qvi, in iſta, A. jam 1521., & qvadriennio ſeqventi, eundem reportarunt titulum, recenſente.

§. VII.

Tribus, qvæ Witeberga ſibi contulerat, officiis ſacris Bugenhagius per annos non 38. (juxta calculum Matth. Blochingeri (29.), Pauli Eberi (30.) & Gvilh. Budæi (31.), erroneum), ſed 36. tantum (pro qvibus Pet. Vincentius, Melch. Adamus, aliiqve, militant) continuos, ad obitum usqve, eſt functus, nec ab urbis hujus Eccleſia atqve Academia vel peſte belloqve fugari, vel ad dignitates lautiores atqve ſplendidiores, ipſosqve Epiſcopatus, ab exteris regionibus ac civitatibus, ad qvas ſacrorum emendandorum cauſa toties excurrit, ſæpe, uti deinceps narrabitur, oblatos, avelli potuit. Cauſas inſtituti hujus ſui aliis expoſiturus, ſæpe, teſte Pet. Vincentio, dicebat, *intelligere ſe, qvantum onus ſit qvælibet Academia, qvia inde difficillimarum controverſiarum dijudicatio petitur, & liberum eſt dicere ſententiam cuilibet, etiam ingratam alteri: ſe poſſe habere opes & otium, & tenere talem locum, in qvo ſuis ſententiis non facile alii adverſentur: ſed tamen ſe ab Academia non diſceſſurum eſſe, qvia non dubitet hanc vocationem, ad ſolius Miniſterii Evangelici labores & pericula factam, divinam eſſe: nec ſe alibi voluptates & opes qvæſiturum eſſe, nec ſe amare tyrannides, ſed æqvabilem ἀριστοκρατίαν, præſertim in qva poſſit fieri collatio judiciorum cum bonis & doctis viris.*

§. VIII.

In Sermonibus ſacris, uti Henr. Pantaleon (32.), & Melch. Adamus, hunc ſecutus (33.), perhibent, *modeſtus erat & placidus, atqve tanta devotione docebat, ut qvandoqve, ſui oblitus, per aliqvot horas ſermonem continuaret.* Qvam πολυλογίαν, cum Matthæo Dreſſero, Gothofredus etiam Arnoldus virgula notavit cenſoria, ita de illo ſcribens (34.): Er hat, nach dem Zeugniſſe Dreſſeri (*P. II. Millen. VI. p. 188.*) in ſeinen Predigten allzuviel Worte gemacht, mehr als die Zuhörer haben faſſen können: welches auch ſeine noch übrige Predigten ausweiſen. In ceremoniis contra parciorem eum fuiſſe, docet Mart. Buceri *Hiſtoria Concordiæ Witebergenſis*, in qva, *Scriptis* inſerta *Anglicanis* (35.), is, teſte Joh. Hornbeckio (36.), refert, ſibi a Pomerano noſtro, cum ſuper ceremoniis, inter Lutheranos & Reformatos controverſis, cum illo conferret, A. 1536. fuiſſe reſponſum, *qvod non multum illa moraretur; qvin ſolere ſe S. Cœnam ſæpius, ſine candelis, veſtimentorum pompis, & elevationis ritu, fortaſſis aliqvanto etiam ſimplicius, qvam apud Reformatos fiat, in ſuis Eccleſiis celebrare.*

§. IX.

In Prælectionibus Academicis, uti multæ illarum in Libros complures Biblicos, deinceps editæ, oſtendunt, fidem pariter atqve diligentiam ſuam numeroſo, qvo gaudebat, auditorum coetui probare ſtuduit, iſtisqve non paucos famæ haud obſcuræ Theologos annumeravit Lutheranos. Doctores Theologos creavit, Decano Luthero, velut Promotor, A. 1543. Joh. Marbachium, Antiſtitem tunc Isnenſem ac deinde Argentinenſem, & Erasmum Alberum, Paſtorem Stadenſem; A. 1544. Georg. Majorem, Collegam ſuum in Academia Witebergenſi, & Joh. Fabricium Monacenſem; ipſemet autem, Decanatu Collegii fungens Theologici, A. 1548. Melch. Iſinderum Svidnicenſem, A. 1550. Joh. Aurifabrum Uratislavienſem, Theologum Roſtochienſem, & Georg. Venetum, Nobilem Boruſſum, Epiſcopumqve tandem Pomezanienſem, A. 1553. Tilem. Heshuſium, Theologum Heidelbergenſem, Jenenſem ac Helmſtadienſem, A. 1554. Henr. Sthenium Munderum, Ducatus Brunſvicenſis Superintendentem, Georg. Æmilium, Superint. Stolbergicum, Sim. Muſæum, Antiſtitem Uratislavienſem, ac Pet. Prætorium, Profeſſorem Witebergenſem, Annoqve demum 1556. Paulum ab Eitzen, Superint. Hamburgenſem atqve Holſaticum, & Conr. Beckerum, Brunſvicenſem, Paſtorem Stadenſem. E qvibus octo poſtremos Joh. Henr. Feuſtkingius (37.) falſo tradidit ſupremis iſtis Theologiæ honoribus A. 1550. 1553. & 1554. ornatos eſſe Academicis a Joh. Bugenhagio juniore, Filio noſtri ὁμωνύμῳ, eosdem, ſicut ipſe paulo ante vere retulerat, A. 1570. demum conſecuto. Qvem ejus errorem facile refellent, præter Gothofr. Svevum (38.) & Andr. Sennertum (39.), de omnibus hiſce conſulendos Candidatis, ipſius Bugenhagii ſenioris Programmata ſeptem, Iſinderi, Aurifabri, Veneti, Sthenii, Æmilii, Muſæi, Prætorii, Eitzenii & Beckeri, promotionibus, qvas vocant, A. 1548. 1550. 1554. ac 1556. præmiſſa, *Tomisqve I. II. & III. Scriptorum publice in Academia propoſitorum Witebergenſi* paſſim, locis infra allegandis, obvia. Panegyres etiam Philoſophorum Witebergenſium Academicas, in qvibus Magiſtri creabantur, aſſidue noſter freqventabat, ſæpeqve dicere ſolebat, ad nullos ſe publicos ac ſolennes Collegarum & Scholaſticorum congreſſus libentius, & majore cum hilaritate, qvam ad iſtos, ob cauſas, accedere, complures, fuſius a Pet. Vincentio expoſitas, in Epilogo *Orationis de vita illius*, in tali conventu recitatæ, iſti *Tomo III. Declamationum ſelectarum Phil. Melanchthonis* (40.) adjecto, in aliis autem editionibus omiſſo.

§. X.

Qvod magna, inter Paraſtatas Lutheri, præ aliis, polleret autoritate, laboribus officiorum Witebergenſium Eccleſiaſticis atqve Academicis ordinariis ſæpe accedebant extraordinarii, cum vel deliberationibus de religionis emendatione, emendatæqve conſervatione ac propagatione, adhibebatur graviſſimis, vel Conventibus, alibi eandem ob cauſam inſtitutis, intererat, vel, ad Eccleſias tandem Saxoniæ utriusqve ac Septentrionis, longius diſſitas, reformandas ac conſtituendas evocatus, longinqvis has atqve diuturnis, Electorum Saxonicorum conſenſu impetrato, adibat itineribus.

Anno

(25.) *f. 483.* (26.) *p. 31. & ſeqq.* (27.) *in Academia Witebergenſi, lit. I. 4. b. K. 1. a. Ddd. 3. b. Eee. 4. b.* (28.) *num. VII.* (29.) *in Programmate funebri.* (30.) *in Calendario Hiſtorico, ad d. 20. Apr., p. 147.* (31.) *loco n. 2. citato.* (32.) *in Proſopographia Viror. Illuſtr. Germ., P. III., p. 203. 204.* (33.) *l. c. p. 318.* (34.) *T. II. Hiſt. Eccl., L. 16., c. 11., p. 118.* (35.) *p. 658.* (36.) *Lib 9. Summæ Controverſiarum p. 720.* (37.) im Anhange des Lebens Barth. Bernhardi *p. 60.* (38.) *in Acad. Witeb., lit. Ddd. 3. b. Ddd. 4. a. Fff. 1. a. b.* (39.) *L. I. Athen. Witeb. p. 88. 89. 99. 100.* (40.) *p. 836-840. editionis anni 1559. Argentinenſis.*

Anno jam 1524. Civitatem Thuringiæ Erfurtinam conſilia, ſed fruſtranea, de illo ad ſe pertrahendo, agitaſſe, verba decent Epiſtolæ Lutheri, ad Georg. Spalatinum anno iſto exaratæ, ſeqventia (41.): *Reliqvum eſt, ut in te recipias officium apud Principem agendi, qvo Joh. Pomeranus ſtipendiorum illorum unum obtineat, qvæ hactenus in Sophiſtas perdita ſunt. Nam, poſt Philippum, ſecundus eſt ipſe in urbe & Orbe Theologiæ Profeſſor. Et audio jactari, imo ſcio, ut ad Erfordiam rapiatur. Mallem hic eum teneri: qvis ſcit, qvamdiu ego permanere ſinor.* Anno ſeqventi 1525., qvo Lutherus, ipſe, & Melch. Hofmannus (Anabaptiſta deinceps fanaticus) aſſeclas doctrinæ Proteſtantium in Livonia Epiſtolis ad conſtantiam & concordiam hortati ſunt Germanicis, junctim Witebergæ excuſis (42.), vocatione gemina, ſed itidem irrita, invitabatur, non ſolum ab Hamburgenſibus (uti paulo poſt fuſius narrabitur) ad Paſtoris ædis Nicolaitanæ officium, ſed & a Dantiſcanis ad eandem Antiſtitis Emporii ſui dignitatem. Qvam poſteriorem vocationem Lutherus judicabat haud eſſe rejiciendam, ad Georg. Spalatinum d. 2. Apr. A. 1525. ita ſcribens (43.): *Venit ad Principem hic D. Johannes, Paſtor unus Dantiſcenſis populi, poſtulaturus favorem Principis pro vocando illuc Pomerano noſtro: rogo itaqve, ut illi aſſis, ſicut poteris. Qvamvis enim eum Virum hic manere velim, tamen in re tanta & cauſa verbi cedendum arbitror. Qvis ſcit, qvid Deus velit ibi per ipſum operari, ne forte tam inſignem vocationem Dei non intelligamus & impediamus. Audies mira ex ipſo, qvæ in Dantiſco operatus eſt Chriſtus. Ego, ſic vocatus, non auderem renuti, ſed irem ſtatim.*

§. XI.

A. 1527. Viſitationi primæ Eccleſiarum Saxoniæ Electoralis, & Præfecturarum Electoris Miſnicarum, generali, e Theologis, Bugenhagius, cum Luthero & Juſto Jona, e Politicis autem Joh. Metzſchius, D. Bened. Pauli, Bernh. ab Hirſchfeld & Joh. a Taubenheim; ſecundæ vero A. 1533., ex ordine ſacro iterum Bugenhagius ac Juſtus Jonas, & e Politico Sebaſt. a Kötteriz, Bernh. ab Hirſchfeld ac D. Chilianus Goldſteinius, non interfuerunt ſolum, ſed & præfuerunt (44.). A. 1530., d. 14. Martii & ſeqq., juſſu Johannis, Electoris Saxoniæ, XVII. de controverſis fidei capitibus Articuli, *Tomo V. Operum* Lutheri *Germanicorum Jenenſi*, alibiqve, obvii, ut Carolo V., Imperatori, Auguſtæ exhiberentur, Witebergæ, non a Luthero ſolum, ſed & Collegis ejus, Bugenhagio, Juſto Jona ac Phil. Melanchthone, ſunt conſcripti, e qvibus, qvoad methodum ac dictionem a ſolo deinde Melanchthone paſſim mutatis atqve exaſciatis, Auguſtana enata eſt Confeſſio, uti, poſt alios, Joh. Hornbeckius (45.), e Lutheri ad Juſtum Jonam, & Johannis Electoris ad Lutherum, epiſtolis, oſtendit. A. 1536. a Luthero, Bugenhagio noſtro, Juſto Jona, Caſp. Crucigero & Phil. Melanchthone, ſuis approbabatur chirographis Academiæ Witebergenſis Judicium, *qvatenus ad Magiſtratus Chriſtiani officium pertineat abolere cultus impios*, a Melanchthone ſcriptum (46.), qvod in Bibliotheca Baſileenſi Academica (47.), alibiqve, ἀνέκδοτον aſſervatur. Eodem A. 1536., d. 29. Maji, Concordiæ Theologorum Saxonicorum de controverſia Euchariſtica, cum Civitatum Germaniæ ſuperioris imperialium Antiſtitibus, qvi Reformatis hactenus faverant, initæ, Articulis tribus, a Melanchthone itidem concinnatis, ex illis Lutherus, Jonas, Cruciger, Bugenhagius, Melanchthon, Juſtus Menius & Frid. Myconius, ex his autem Wolfg. Capito & Mart. Bucerus, Paſtores Argentinenſes, Mart. Frechtus Ulmenſis, Jac. Ottherus Eslingenſis, Bonif. Lycoſthenes & Wolfg. Muſculus Auguſtani, & qvinqve alii, ſubſcripſerunt (48.). Qvo in conventu Irenico, Witebergæ inſtituto, noſter præſertim, teſte Henr. Pantaleone, (49.), *ſua effecit manſvetudine, ut Bucerus, Muſculus & Frechtus* (cum paraſtatis), *Lutheri ſententiæ fere ſubſcripſerint.*

§. XII.

A. 1537. Conventui Principum aliorumqve Ordinum Imperii Germanici Proteſtantium Smalcaldenſi, cum Luthero pluribusqve Eccleſiæ ſuæ, interfuit, Theologis, & Articulis, ibi conditis, qvos Smalcaldicos vocant, ſuo pariter atqve Joh. Brentii, a qvo diſcedente mandatum acceperat, ſubſcripſit nomine (50.). A. 1540. ad ſimilem priori Principum, in eadem urbe Smalcaldenſi, congreſſum, una cum Juſto Jona, P. Melanchthone, C. Crucigero & M. Bucero, eſt evocatus, ut religionis formula conſcriberetur, Concilio inſtanti offerenda, ſed ab omnibus decretum, ab Auguſtana Confeſſione, ejusqve Apologia, non eſſe diſcedendum (51.). A. 1545., bello Germanico, qvo Carolus V. Imperator Proteſtantes ferme oppreſſit, imminente, cum Luthero, Caſp. Crucigero, Georg. Majore ac Phil. Melanchtone, Judicium pro Foedere Proteſtantium Smalcaldico vernaculum Collegii Theologici Witebergenſis (Rahtſchlag und Bedencken, daß die aufgerichtete Einung Chriſtlich und GOtt gefällig ſey), nec non ſeqventi 1546., poſt Lutheri obitum, cum Crucigero, Majore & Melanchtone, Conſilium ejusdem aliud, qvo Johannis Friderici, Electoris Saxonici, contra Imperatorem expeditio, conditionibus qvibusdam adjectis, approbabatur (Rahtſchlag der Theologen zu Wittenberg, dem Churfürſten Joh. Friderich, auf ſeinen Befehl, gegeben, wegen des wieder Keyſer Carolum V. vorgenommenen Krieges), ſubſcriptione ſua rata habuiſſe perhibetur. Utrumqve in Frid. Hortlederi Opere de cauſis Belli Germanici, & noviſſime Lipſiæ A. 1715., *Tomo I.* der Europäiſchen Staats-*Conſilien* Joh. Chriſt. Lünigii (52.), prodiit; poſterius vero etiam *in Conſiliis Theologorum Witebergenſium Germanicis*, Francofurti A. 1664. editis (53.), ac Gothofr. Svevi *Academia Witebergenſi* (54.), legitur; & ab his, niſi fallor, non minus qvam a Mart. Mylio (55.), γνήσιον eſſe, Melanchthonemqve Autorem habuiſſe, traditur. Sed γνησιότητα illorum, præſertim prioris, Lutheri etiam nomen præferentis, ob ſtyli diſcrimen, aliasqve rationes, impugnavit Matthæus Ratzenbergerus, Med. D. & Johannis Friderici, Electoris Saxonici, Archiater, cujus Warnung vor unrechten Wegen die Sache der Offenbahrung des Antichriſts zu führen, ſamt gründlichem Beweiſe, daß D. Mart. Luther nie gebilliget, viel weniger gerahten, ſich in Glaubens-Sachen wieder der hohen Obrigkeit Gewalt zu wehren, und wie ſeine Lehre und Bücher, in dem Puncte, durch Melanchthonem, Bugenhagium, Georg. Majorem, und andere, verlaſſen, verleugnet, verworfen und verfälſchet worden, A. 1652. lucem vidit (56.), & *Tomo II.* Operis Hortlederiani *de Cauſis Belli Germanici* (57.) eſt recuſa. Qvem ſecuti, e Theologis recentioribus, ſuppoſititia illa eſſe itidem judicarunt Joh. Hülſemannus (58.), & Hect. Gothofr. Maſius, a qvo tamen, contra Joh. Chriſtoph. Becmannum, doctrinæ ea ſeditioſæ inſimulantem, vindicantur (59.).

§. XIII. His,

(41.) in Joh. Franc. Buddei *Supplemento Epiſtolarum Lutheri, n. 55., p. 39.* (42.) V. Catalogum Scriptorum noſtri, infra exhibendum, ac Joh. Cochlæi *Hiſtoriam de Actis & Scriptis Lutheri, ad A. 1525., f. 145. a. b.* (43.) *Lib. II. Epiſtolarum p. 279.* Conf. de illa V. L. Seckendorfii *Comm. de Lutheraniſmo, Lib. II., Sect. 7., §. 12., p. 36.*, Gotfr. Arnoldi *T. II. Hiſt. Eccl., Lib. 16., c. 7., p. 68.*, & Joh. Frid. Mayeri Bedencken vom Beruffe eines Predigers zu einer anderen Gemeine *p. 55.* (44.) V. Seckendorfium *l. c., Lib. 2., Sect. 13., § 36., p. 101., & L. 3., Sect. 7., §. 25 p. 72.*, & Val. Ern. Löſcheri Unſchuldige Nachrichten von Theol. Sachen, *Sect. I A. 1702., p. 21. 22.* (45.) *Lib. IX. Summæ Controverſiarum p. 620 621. 622. 628.* (46.) V. Mart. Mylii *Chronologiam ſcriptorum P. Melanchthonis, ad A. 1536.* (47.) teſte Theoph. Spizelio *in Sacris Bibliothecarum illuſtrium Arcanis retectis p. 48.* (48.) V. Melch. Adamum *l. c. p. 213. 214. 215.*, Mart. Mylium *l. c.*, Georg. Calixtum *in Judicio de controverſiis Lutheranorum & Reformatorum, §. 64.*, & J. Hornbeckium *l. c. p. 666. 667.* (49.) *loco n. 32 citato.* (50.) V. Seckendorfium *l. c., L. 3., Sect. 16., §. 55., p. 153.*, & Joh. Ben. Carpzovii Sen. *Iſagogen ad libros Eccleſiæ Luth. Symbolicos p. 771. 823. 835.* (51.) V. Joh. Sleidani *Comm. de ſtatu religionis & reipublicæ Carolo V. Cæſare, Lib. 12., p. 325.*, & Henr. Pantaleonem *loco n. 32. citato.* (52.) *num. 33. & 35.* (53.) *P. III., Tit. III., n. 11.* (54.) *lit. T. 2. & 3.* (55.) *in Chronologia ſcriptorum P. Melanchthonis, ad A. 1545. & 1546.* (56.) teſte Hermanno ab Hardt *Tomo I. Monumentorum Autographorum Rudolphi Auguſti, D. Brunſvic., p. 516. 517.* (57.) *L. I., cap. ult., ad A. 1552.* (58.) *in Breviario Theologico, c. 20., p. 688.* (59.) im getreuen Lutherthume, *c. 4., §. 8. & 9., p. 220. 221.*

§. XIII.

His, ante Lutheri obitum, ad commoda Eccleſiarum, doctrinam illius amplexarum, publica promovenda, a noſtro geſtis, adjungenda ſunt itinera haud pauca, eaqve diuturniora, qvæ in urbes ac regiones Saxoniæ utriusqve & Septentrionis, vicinas pariter atqve longius diſſitas, ab his invitatus, ad ſacra earum emendanda, errores ritusqve ſuperſtitioſos Pontificiorum abolendos, & Eccleſias ſcholasqve rite conſtituendas, Luthero itidem ſuperſtite, inſigni cum numeri cœtuum, ad mentem illius reformatorum, incremento, ſuſcepit. Si enim Carionis Chronico, per Joh. Micrælium (60.) allegato, credamus, *intra triennium* unicum *34000. Eccleſias, juxta leges Evangelii, in viſitationibus, ad purioris doctrinæ liturgiam compoſuit.*. Ob hæc itinera a Pet. Vincentio, *in Orat. funebri*, cum Evangeliſtis comparatur veteris Eccleſiæ, qvi pluribus in locis docebant, cœtusqve ſacros conſtituebant, ab aliis Saxonum (qvos *ducendos eſſe, non cogendos*, uſu edoctus dicere ſolebat (61.)), Danorum Pomeranorumqve, ſalutatur Apoſtolus, *Theologis autem ad tempus commodatis* annumeratur non ſolum a Chriſtoph. Henr. Zeibichio in *Schediaſmate* de iſtis peculiari, A. 1709. Lipſiæ impreſſo (62.), ſed & a Joh. Winclero (63.), verba etiam Lutheri (64.) de illis recitante ſeqventia: *Chriſtus* hatte ſeine eigene Wohnung zu Capernaum, hat das gantze Land durchzogen, und iſt darnach nach Capernaum gekommen: wie unſer Pfarrherr, D. Pommer, hier ſeine Wohnung hat, und ziehet zuweilen anderswo auß, wie er ietzt in Denemarck iſt, und kommet wieder. Regiones urbesqve, qvarum Eccleſias in hiſce emendavit itineribus, ipſemet, in *Programmate*, Witebergæ A. 1556. D. Pauli ab Eitzen Diſputationi præmiſſo Inaugurali (65.), ita enumerat: *Dei beneficio, in regno Danico, & in patria mea dulciſſima Pomerania, & urbibus Lubeca, Hamburga & Brunſviga, voce mei miniſterii, doctrinæ puritas reſtituta eſt.* Qvibus tamen non Civitas ſolum Hildeſienſis, a Dav. Chytræo (66.) iis adjuncta, ſed & Ducatus Sleſvici ac Holſatiæ Cimbrici, cum Brunſvicenſi, ſicut e ſeqventi ſingulorum itinerum patebit hiſtoria, addi poterunt.

§. XIV.

Primo itinere A. 1528. (in cujus locum 1525. a Joh. Frid. Mayero (67.) male ſubſtituitur) Civitatem adiit Brunſvicenſem, ab Henr. Winckelio, & Collegis, jam reformari cœptam, poſtulatu civium, a Senatu, per legatos qvosdam, ut ceremoniarum diſcrepantiam, aliaqve nonnulla, adhuc emendanda, tolleret, & εὐταξίαν ſtabiliret eccleſiaſticam, evocatus. Pervenit illuc paulo ante feſtum Aſcenſionis Chriſti, & χειροθεσίᾳ ſolenni, ſicut poſtulabat, a Winckelio cæterisqve Concionatoribus, inauguratus, feſto illo, in æde Franciſcanorum, primum ſermonem ſacrum habuit, advolantibus undiqve tot auditoribus, ut templum, qvamvis capaciſſimum, partem iſtorum vix capere poſſet tertiam. Poſtea, ſingulis ferme diebus, in ſchola Epiſtolas ad Romanos ac Timotheum publice enarravit Paulinas, ter qvavis hebdomade eſt concionatus, conſilia petentibus ſuggeſſit, horisqve ſubſecivis, in diverſorio, Conſtitutionem civitatis lingva Saxonica ſcripſit eccleſiaſticam, aliqvoties, uti in Scriptorum indicabitur Catalogo, editam. Qvæ cum die Ægidii, ſive qvinto Septembris, A. 1528. eſſet abſoluta, Senatuiqve & Presbyterio exhibita, ac unanimiter, non ab his ſolum, ſed & Magiſtris opificum, Tribunis plebis, civibusqve fere univerſis, approbata, in templis omnibus, Hymno Ambroſiano (*Te Deum laudamus*) decantato, ex ambone, ſeqvente prælegebatur die dominico, qvo etiam deinceps qvotannis, ob eandem, Deo publicæ ſolennesqve actæ ſunt gratiæ. Exeunte tandem Octobri, cum Paſtores decem templorum urbis Brunſvicenſis conſtituiſſet idoneos, iisqve M. Mart. Gorolitium, primum Superintendentem, a Luthero miſſum, Collegamqve hujus, Henr. Winckelium, præfeciſſet, Hamburgum diſceſſit. Licet enim Brunſviga, invitis civibus, qvi de ipſo per biennium detinendo conſilia agitabant, a Johanne, Electore Saxonico, Witebergam, poſtulatu Lutheri, pluris hanc æſtimandam eſſe, qvam tres Brunſvigas (es liege mehr an Wittenberg, als an drey Braunſchweig), dicentis, revocaretur, Hamburgenſes tamen ab utroqve, ut ei, ante reditum, ſuæ etiam Eccleſiæ ſimilem navare liceret operam, paulo poſt impetrarunt (68.). Fuſius hæc omnia exponunt Dav. Chytræus (69.), Joh. Gasmerus (70.), Matthias Bergius (71.), Herm. Hamelmannus (72.), Abr. Schultetus (73.), Vitus Ludov. Seckendorfius (74.), Barth. Botſaccus (75.), Gothofr. Arnoldus (76.), Joh. Frid. Mayerus (77.), &, qvi præ cæteris conſuli meretur, Phil. Jul. Rietmeierus (78.). Excurrendum tamen denuo fuit Bugenhagio Hamburgo Brunſvigam, teſtibus Melch. Neofanio (79.) & Rietmeiero (80.), verno anni ſeqventis 1529. tempore, cum M. Henr. Kniggius, Rich. Schweinfuſs & Conr. Dumeus, Eccleſiaſtæ, urbe paulo poſt ejecti, doctrinam de S. Cœna Zwinglianam proponendo, turbis qvibusdam dediſſent occaſionem, qvæ illius cum his Colloqvio atqve concionibus ſunt ſedatæ.

§. XV.

Civitatis etiam Imperialis Goslarienſis Eccleſiam, eodem A. 1528., per Bugenhagium pie eſſe reformatam, Joh. Andr. Qvenſtedius, *in Dialogo de Patriis illuſtrium doctrina Virorum* (81.), nullo teſte allegato, falſo tradidit. Induxiſſe illum in errorem hunc videtur Joh. Letznerus, cujus relationem, qvod noſter, Witeberga Goslariam ad ſacrorum evocatus emendationem, tentata Liturgia eccleſiaſtica, auſis exciderit, nec reformationis opus ad finem potuerit perducere, Joh. Mich. Heineccius, *Libro VI. Antiqvitatum Goslarienſium* (82.), ex aliorum omnium jam refutavit ſilentio, Eccleſiamqve Goslarienſem, non a Bugenhagio, ſed a Nicol. Ambsdorfio, reformatam eſſe oſtendit.

§. XVI.

Eccleſiæ Hamburgenſis reformationem, a Bugenhagio factam, Melch. Adamus (83.), &, qvi hujus parachroniſmum ſuum fecere, Adr. Regenvolſcius (84.), Paulus Freherus (85.), Joh. Hübnerus (86.), aliiqve, ad A. C. 1522. perperam retulerunt; cum ad A. 1528. itidem referenda, Brunſvicenſi qvippe poſterior, fuiſſet. Vocabatur qvidem noſter A. jam 1525. ad Paſtoris templi Nicolaitani officium, ſed absqve ſucceſſu, qvod & Witebergenſes per ſemeſtre tantum ſpatium Hamburgenſibus eum vellent concedere, & Hamburgenſes, repulſa hac offenſi, mente ſubito mutata, vocationem, ceu absqve totius civitatis factam conſenſu, per nuncium, cum literis, ſigillo munitis publico, Witebergam ablegatum, retractarent, atqve ipſum ab itinere in urbem ſuam dehortarentur. Qva de re legi meretur ipſius narratio,

(60.) *P. III. Syntagm. Hiſt. Eccl. p. 471.* (61.) V. M. Joh. Gasmeri *Or. de vita Henr. Lampadii, lit. C. 4. a.* (62.) *§. 13., p. 29-32.* (63.) in der Darlegung ſeiner Unſchuld und Urſachen, in D. J. F. Mayers Vocations-Werck nicht zu gehehlen *p. 13. 14.* (64.) *ex Operum ejus Tomo II. Islebienſi p. 476.* (65.) *T. II. Scriptorum in Acad. Witeb. publice propoſitorum, lit. Bb. 8. a.* (66.) *in Chronico Saxoniæ, Lib. 10., p. 575.* (67.) *in Orat. n. 5. citata p. 14.* (68.) V. eandem J. F. Mayeri *Orationem p. 17. 18.* (69.) *L. 12. Chronici Saxoniæ p. 347. 348.* (70.) *in Or. de vita Henr. Lampadii, Paſt. Brunſv., lit. C. 6. & 7.* (71.) *in Ep. dedic. Carminum Evangelicorum*, cujus verba in Anonymi *Duodenario ſacro Præſulum Brunſvicenſium p. 3. 4. 5.* recitantur. (72.) *Parte II. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ renati Evangelii (in Operibus Hiſtoricis & Genealog.) p. 907-910.* (73.) *Decade II. Annalium Evangelii renovati p. 151.* (74.) *in Comm. de Lutheraniſmo, Lib. 2., Sect. 13., §. 42., p. 120. 121.* (75.) *in Luce ex tenebris p. 46. 47.* (76.) *T. II. Hiſt. Eccl., L. 16., c. 7, p. 68.* (77.) *in Or. de Joh. Bugenhagio p. 14-17.* (78.) *Parte III.* der Kirchen Hiſtorie der Stadt Braunſchweig, *c. 4., p. 53-70., & c. 5. p. 71.* (79.) *in Catalogo Concionatorum Brunſvicenſium elegiaco, lit. C. 3. a. b.* (80.) *l. c., c. 5., p. 80. 81.* Conf. Hamelmannum *l. c. p. 909. 910.* (81.) *p. 109.* (82.) *p. 448.* (83.) *in Vitis Theoll. Germ. p. 314. 315.* (84.) *in Syſtemate Hiſtorico-Chronologico Eccleſ. Sclavon., L. 3., p. 351.* (85.) *in Theatro Eruditorum p. 175. 176.* (86.) *Cent. IV. Biblioth. Hiſtor. Hamburgenſis vernaculæ p. 132.*

ratio, *Epiſtolæ dedicatoriæ Libri de fide Chriſtiana, verisqve Operibus bonis*, vernaculi, anno ſeqvente 1526. Senatui populoqve Hamburgenſi inſcripti, inſerta, & a Joh. Frid. Mayero (87.) exhibita. Verum A. 1528., cum Lutherani Eccleſiaſtæ, Steph. Kempius, Paſtor Catharinæus, ejusqve Collegæ, e publica cum Sacerdotibus Pontificiis diſputatione ſuperiores diſceſſiſſent, & horum pleriqve plebiſcito urbe jam eſſent ejecti, adventum noſtri Hamburgenſes denuo deſiderarunt, miſſisqve ad Electorem Saxoniæ literis, ut civitati is ſuæ aliqvamdiu concederetur, ſacraqve illius emendare juberetur, impetrarunt. Favebat petitioni illorum ipſe Lutherus, qvi, in Epiſtola ad Greg. Pontanum, Electoris Cancellarium, d. 11. Nov. data, longiori hic temporis ſpatio præſentia ejus opus eſſe monuit, *maneret igitur, qvamdiu ſalus Eccleſiæ illius urbis præſentiam ejus reqvireret, feſtinaret vero, qvantum poſſet.* Brunſviga igitur Bugenhagius, ſub finem Octobris A. 1528., ſplendido comitatu, Ducis Lüneburgici juſſu, honorifice deductus, Hamburgum proficiſcebatur, &, ab Ott. Bremero ac Joh. Wetkenio, Senatoribus, exceptus, illic, per ſeptem circiter menſes, ad æſtatem usqve anni ſeqventis 1529., commorabatur. Intra ſeptimeſtre hoc, uti ipſius ad Lutherum literæ, a Seckendorfio allegatæ, aliorumqve docent narrationes, crebras, ingenti cum plebis, diebus etiam profeſtis, concurſu atqve applauſu, habuit conciones, cultum divinum, abolitis ritibus ſuperſtitioſis, inſtauravit, ejusqve & gubernationis eccleſiaſticæ rationem ſcripto (de qvo ſuo plura loco dicentur) comprehendit vernaculo, a Senatu & Civibus approbato, Monachis & monialibus plerisqve, ut Cœnobiis ſuis doctrinæqve Pontificiæ valedicerent, perſvaſit, ac in Monaſterio Dominicanorum Johanneo Scholam (cui M. Gotfridus Hermelates Theophilus & M. Matthæus Delius, Viri eruditi, Witeberga miſſi, præficiebantur) aperuit publicam. Conſuli de his, ab eo Hamburgi geſtis, poſſunt, qvi Reformationis Eccleſiæ Hamburgenſis hiſtoriam ſeorſim & ex profeſſo expoſuere, Steph. Kempius, ἐργοδιώκτης illius primarius, libelliqve hujus Saxonici (de qvo *Tomo I., p. 292. 293.*, narrata relegantur) editor ac interpres Miſnicus, Joh. Frid. Mayerus in *Hamburga Evangelica*, Germanice A. 1694. Hamburgi publicata, ipſiusqve Bugenhagii Epiſtolam de eadem, ad Lutherum A. 1529. exaratam, e Muſei ſui ſiſtente avtographo (88.). Conferantur qvoqve breviores de iisdem relationes Herm. Bonni (89.), Dav. Chytræi (90.), Ad. Tratſigeri (91.), Herm. Hamelmanni (92.), Abr. Schulteti (93.), Melch. Adami (94.), V. L. Seckendorfii (95.), Gothofr. Arnoldi (96.), Joh. Frid. Mayeri (97.), Joh. Alb. Fabricii (98.), Dav. Schulteti (99), & *Iſagoges* noſtræ *ad Hiſtoriam Cimbricam* (100.). Apud neminem horum reperi, qvæ Carolus Maria du Veil, immerſionis in baptiſmo neceſſitati patrocinans, in ſuo *ad Acta Apoſtolica Commentario* (101.), Thoma Ittigio (102.) teſte, de Bugenhagio retulit, illum nempe, cum A. 1529. Hamburgi infantis, faſciis involuti, caput a Miniſtro Eccleſiæ, eum baptizante, leviter tantum aqva vidiſſet aſpergi, obſtupuiſſe, ac Presbyterium eam ob cauſam convocaſſe, nec multo poſt aſperſionem iſtam, Luthero per literas conſulto, abuſibus tollendis eſſe annumeratam, ritumqve immerſionis Hamburgi reſtitutum. Cui, ex Anabaptiſtis, ſuum adjicit calculum Jac. Mehrningius (103.), noſtrum morem Eccleſiaſtarum Hamburgenſium & Danicorum, infantes leviter tantum aqva tingentium, reprehendiſſe, itidem perhibens.

§. XVII.

Cum Hamburgenſes Bugenhagium, per autumnum hyememqve, & magnam veris partem, apud ſe detinuiſſent, perpetuoqve ſibi vindicare velle viderentur, Johannes, Elector Saxoniæ, a Luthero d. 12. Maji A. 1529. per epiſtolam monitus, abſentiam ejus Academiæ, in qvam qvotidie juvenes, lectionibus illius opus habentes, magno numero, præſertim e Saxonia, confluant, eſſe noxiam, Witebergam, teſte Seckendorfio (104.), ipſum juſſit reverti. Anteqvam tamen illuc remigraret, Hamburgo in vicinam Cherſoneſum Cimbricam, Chriſtiani III., Danorum Principis ac poſtea Regis, poſtulatu, verno anni 1529. tempore, excurrit, ut turbas ſacras, a Melch. Hofmanno, Parocho Kilonienſi fanatico & ſeditioſo, excitatas, ſedaret, & tam huic, qvam Andreæ Carolſtadio, Academiæ Witebergenſis e Profeſſore turbatori (qvem is, ut autoritate ſua ac eruditione adverſariis metum incuteret, atqve errores, utriqve communes, tueretur, in Holſatiam pertraxerat), animoſe reſiſteret. Iter eum iſtud, Luthero conſcio atqve approbante, eſſe ingreſſum, verba docent Epiſtolæ hujus ad Juſtum Jonam, d. 19. Apr. A. 1529. exaratæ, ſeqventia (105.): *Pomeranus vocatus ivit ad Holſteinenſem Ducem, pugnaturus cum Caroloſtadio. Sed ajunt, Caroloſtadium perterritum iſtinc aufugiſſe, & prætexere neſcio qvid.* Poſt Carolſtadii, qvi certamen cum noſtro formidaſſe videtur, diſceſſum, Hofmannus a Friderico I., Rege Daniæ, ad Colloqvium cum antagoniſtis Lutheranis, eſt evocatus, Flensburgi, in Franciſcanorum Cœnobio, die Jovis primæ poſt feſtum Paſchatis Dominicæ proxima, A. 1529. inſtituendum. Huic Bugenhagius non ſolum interfuit, ſed &, cum Chriſtiano III., filio Regis primogenito, Magnatibusqve aliqvot politicis & Antiſtitibus eccleſiaſticis, præfuit. Diſputatum eſt adverſus Hofmannum, & duos ejus (qvi paulo poſt, mente mutata, palinodiam canebant) aſſeclas, Johannem a Campen & Jac. Heggium, non ab ipſo, uti Conr. Aslacus (106.), Nic. Heldvaderus (107.) & V. L. Seckendorfius (108.), perperam tradiderunt, ſed ab Herm. Taſtio, Paſtore Huſenſi, Collocutore primario & fere perpetuo, hujusqve paraſtatis, Steph. Kempio, Joh. Æpino ac Nicol. Boyenio, Theologis Hamburgenſibus & Cimbricis. Diſceptatum autem eſt de ſola, in qva Hofmannus Reformatis erat ὁμόψηφος, controverſia eucharistica. Ad cæteras enim, qvarum mentio a Chriſtiano injiciebatur Principe, pergere is, ſe ob illas accuſatum haud eſſe prætexens, noluit, ac, poſt finem Colloqvio Oratione Bugenhagii adverſus argumenta ipſius ἀνασκευαστικῇ impoſitum, Cherſoneſo Cimbrica, ob pertinaciam, cum aſſeclis, ejectus, Argentinam migravit. Illic Dialogum de Colloqvio hoc Flensburgenſi, eodem A. 1529., edidit Germanicum (gründliche Berichtung der gehaltenen Diſputation im Lande zu Holſtein), in qvo illius Notarios odii in ſe malæqve fidei inſimulabat, Bugenhagioqve os a ſe eſſe obturatum, ac ſententiam, ab eo atqve Theologis latam cæteris, velut injuſtam, a Rege & Principe improbatam, gloriabatur. Qvam ipſius jactantiam Bugenhagius mox retudit, publicatis Witebergæ A. 1529. *Actis Colloqvii* (de qvibus ſuo infra loco dicetur) avthenticis, per Notarios illius exceptis, iisqve adjectis Dialogi confutatione ac Jac. Heggii palinodia. De qvibus ſcriptis, ipſiusqve Colloqvii (a Joh. Cochlæo etiam, Pontificio Doctore (109.), paucis obiter verbis memorati) hiſtoria, plura ſuggerent tum Vita Melch. Hofmanni, *Tomo II.* hujus Operis fuſe expoſita, & *Pars II. Iſagoges* noſtræ *ad Hiſtoriam Cimbricam* (110.), tum Chriſtoph. Wilh. a Vallo, Herm. Hamelmannus, Abr. Schultetus, Frid. Damius, Joh. Ad. Cypræus, & ſcriptores alii, utrobiqve allegati (111.)

§. XVIII.

(87.) *in Or. de Joh. Bugenhagio p. 17. 18. 35. 36.* Conf. M. Dav. Schulteti Hamburgiſchen von der Schule beruffenen Prediger *p. 57-60.* (88.) *p. 306-313.* (89.) *in Chronico Lubec. Saxonico, L. 3., lit. K. 7. a.* (90.) *L. 10. Chron. Sax. p. 285.* (91.) *in Chronico Hamburg. MS., ad A. 1529.* (92.) *loco num. 72. citato p. 973. 974.* (93.) *loco n. 73. citato p. 151. 152.* (94.) *l. c. p. 243. 244. 314.* (95.) *loco n. 74. citato.* (96.) *loco n. 76. citato p. 69.* (97.) *in Or. de Joh. Bugenhagio p. 17. 18. 19.* (98.) *P. II. Memor. Hamburg. p. 847. 848.* (99.) *loco n. 87. citato, p. 60. 61. 62. 63.* (100.) *P. IV., c. 10., p. 568. 569. 628.* (101.) *ad Act. II. 38. & VIII. 38.* (102.) *Or. 2. Inaug. de Sacrilegio Calicis, contra Rich. Simonem, p. 13. 14.* (103.) in der Tauf-Hiſtorie *p. 945. 946.* (104.) *loco n. 74. citato.* Confer J. Frid. Mayeri *Or. de J. Bugenhagio p. 27.* (105.) in Joh. Franc. Buddei *Supplemento Epiſtolarum Lutheri, n. 88., p. 63.* (106.) *in Chronologia, Orationi de Reformatione Danica Jubilæa annexa, ad A. 1529.* (107.) *P. II. Sylvæ Chronologicæ Circuli Balthici p. 84.* (108.) *in Comm. de Lutheraniſmo, Lib. 3., Sect. 20., §. 75., p. 243.* (109.) *in Hiſtoria de Actis & Scriptis Lutheri, f. 145. b.* (110.) *c. 6., p. 131. 132. 133.* (111.) Addatur his Henr. Muhlius *Diſſ. I. Hiſtorico-Theol. de Reformatione religionis Cimbricæ p. 51. 52. 53. 56.*

§. XVIII.

Witebergam æſtivo anni 1529. tempore reverſo diu illic qvieſcere non licuit, qvod, ſeqventi mox 1530., Civitas Lubecenſis eandem, qvam Brunſvicenſis & Hamburgenſis celebrabant, operam ab eo ſibi qvoqve navari, in conſtituenda, cuperet, Eccleſia. Reformationis illius, in medio diſſidii civilis æſtu, A. 1528. & 1529., a Demagogis 64. ſeditioſis, ſenatu invito, ſed, ut conniveret, adacto, inchoatæ, initia admodum fuere turbulenta, multaqve illic ἀτάκτως, in ritibus priſtinis abrogandis, Sacerdotibus Monachisqve Pontificiis partim urbe pellendis, partim in vincula conjiciendis, Paſtoribus templorum ſingulorum Lutheranis in horum locum ſubſtituendis, Cœnobiisqve in Ptochotrophea mutandis, ante adventum noſtri, erant perpetrata. Qvam ob cauſam is, eo delatus, *Chriſtum Lubecæ per invidiam prædicari*, Seckendorfio teſte (112.), amicis ſcripſit in Saxonia relictis. Evocabant illum, & a Johanne, Saxonum Electore, in Comitiis anni 1530. Auguſtanis, per legatos, exorabant, Demagogi LXIV. ſeditioſi Lubecenſes, Luthero (qvi abſentis, in concionibus Wittebergæ habendis, egit vicarium (113.)) itidem, licet ægre, conſentiente, &, de abitu ejus, d. 2. Sept. A. 1530., ad Melanchthonem, ita ex Eremo ſcribente Coburgica (114.): *Pomeranum non libenter abeſſe patior, nec tamen video, qva ratione negari illis* (Legatis Lubecenſium) *poſſit, ſaltem ad tempus. Nam Eccleſia & Schola noſtra eo maxime habet opus, præſertim cum ego, tædio ſenectutis & valetudinis, ac verius vitæ, præſumam, me hoc maledictum ſeculum non diu viſurum & laturum eſſe.* Pervenit noſter Lubecam d. 28. Oct. A. 1530., biduo poſt (d. 30. Oct.) primam in æde Mariana concionem, ingenti cum civium applauſu, habuit, & ad Menſem usqve Majum anni ſeqventis 1531. illic ſubſtitit; qvo Witebergam revertebatur, cum Fridericus I., Rex Daniæ, d. 5. Martii, & Philippus, Haſſiæ Landgravius, d. 14. Junii, pro civitatis hujus incolis, ut per unum adhuc annum iis concederetur, fruſtra, per literas, apud Johannem, Electorem Saxonicum, interceſſiſſent (115.). Semeſtri hoc tempore formam cultus divini, abolitis ritibus Pontificiis, in poſterum obſervandam, libro (cujus titulum ſuo infra loco recitabimus) complexus eſt Saxonico, a Senatu civibusqve approbato, & A 1531. Lubecæ excuſo, certum Eccleſiaſtarum definivit numerum, Superintendentem iſtis præfecit M. Hermannum Bonnum, ludi hactenus literarii moderatorem, autorqve præterea Magiſtratui extitit Scholam in Cœnobio Catharineo aperiendi publicam. Rector hujus primus ab ipſo conſtituebatur Hermannus Buſcoducenſis, Conrector vero Eraſmus Sarcerius, Theologus poſtea Germaniæ celeberrimus, qvibus cæterisqve Præceptoribus, & horum ſucceſſoribus, ampli reditus Sacelli Cantorum Mariani, in præmium laborum, decreto addicti ſunt publico. Sacros hos ipſius labores ſubinde turbabant, præter Pontificiorum molitiones fruſtraneas, tum motus plebis ſeditioſi, tum moleſtiæ a puella exhibitæ obſeſſa, qvarum Lutherus, in Epiſtola ad Wenceſl. Lincum Kal. Dec. A. 1530. exarata, & nondum edita, verbis mentionem injecit ſeqventibus (116.): *Pomeranus Lubecæ proſpere agit, ſed Satan ei negotia multa facit cum puella obſeſſa. Aſtutus dæmon mire machinatur; quæ ſi legere voles, his literis invenies, qvas mihi cum tempore remittas.* Feliciter tamen nihilominus reformationi Eccleſiæ finem imponebat Lubecenſis, ſumptuqve publico, M. Majo A. 1531., rheda Witebergam iterum deducebatur, non amplis ſolum donatus muneribus, ſed & eqvitum aliqvot ſtipatus præſidio. Qvorum uni, pompam ſibi iſtam audacter exprobranti, qvid reſponſi dederit, ex hac Dan. Crameri narratione cognoſces vernacula (117.): Als D. Pommer zu Lübeck die Kirchen-Viſitation wol verrichtet hatte, lieſſen ihn die Herren von Lübeck ehrlich wieder heimführen auf einem bedeckten Wagen, und ordneten ihm etwan einen Vorreuter oder zwey zu. Was geſchicht? Einer unter den Vorreutern, als ſie aufs offene Feld gelangen, gedencket an dem Doctor Ritter zu werden, und ihm eine Farbe abzujagen, ritte derowegen bey dem Wagen her, und gewinnt dieſem D. Pommer Rede an, unter andern mit dieſen Worten: Herr Doctor, ich hätte euch wol etwas zu fragen, wann ihr mir in Güte woltet antworten. Ja wol. Drauf fragt er: Pflag auch der H. Apoſtel Petrus alſo, auf ſolchem behangenen Wagen, mit Vorreutern, einherzufahren in ſeinem Apoſtel-Ampt? der Doctor ſahe, er war mit einem Schalck behangen; drumb bedacht er ſich nicht lang, und gab ihm zur Antwort: Mein Sohn, laß dir ſagen, wann der Apoſtel Petrus zu ſolchen frommen gütigen Leuten kam, wie deine Herren von Lübeck ſind, ſo lieſſen ihn dieſelbe auch dergeſtalt wieder gen Hauſe führen, wie ietzo deine Herren an mir thun: wenn er aber bey böſe Buben kam, wie du biſt, ſo muſte er wol zu Fuſſe wiederumb nach Hauſe gehen. Das war die rechte Antwort darauf. Lubeca digreſſi effigiem cives grati in templi Ægidiani pariete curarunt depingi, inſcriptione hac addita:

D. JOHANNES BUGENHAGEN, Pomeranus, Eccles. Witteb. Paſtor, & Eccles. Lubec. Reformator, 1530.
Julini Nat. MCCCCLXXXV. Mortuus MDLVIII. 20. Apr., ætat. 73.
Qvo Doctore fidem profitetur Dania Chriſti,
Jeſſææ citharæ laus Pomeranus eram.

Uberius, qvæ in urbe Lubecenſi a noſtro ſunt geſta, enarrarunt Georg. Henr. Götzius, illius Superintendens, *in Oratione de J. Bugenhagii meritis in Eccleſiam & ſcholam Lubecenſem*, A. 1704. Lipſiæ impreſſa, & Caſp. Henr. Starckius *in Hiſtoria vitæ Herm. Bonni* Germanica (118.); brevius autem Herm. Bonnus (119.), Dav. Chytræus (120.), Herm. Hamelmannus (121.), Abr. Schultetus (122.), Melch. Adamus (123.), Nic. Heldvaderus (124.), Gothofr. Arnoldus (125.), Gotſch. Kirchringius (126.), Joh. Frid. Mayerus (127.), Gothofr. Ludovici (128.), & *Iſagoge* noſtra *ad Hiſtoriam Cimbricam* (129). De Vaticinio de ſtatu fatisqve Imperii Germanici, & aliarum regionum, vetuſto, A. C. 1322. ſcripto, qvod a Bugenhagio, Lubecæ in Codice repertum eſſe Biblico, Witebergamqve miſſum, perhibetur, & a Chriſtoph. Andr. Raſelio, cum exegeſi ſua, ſub titulo der treuhertzigen Bußpoſaune, A. 1632. ac 1643. eſt editum, controverſiæqve Raſelii cum Presbyteris Hamburgenſi atqve Tripolitano, ſcriptis utrinqve agitatæ polemicis, occaſionem præbuit, relegantur, qvæ *Tomo* hujus operis *ſecundo* ſub Raſelii nomine, ſunt narrata.

§. XIX.

Exeunte anno 1535, & ſeqvente 1534. (non vero 1532., qvem Joh. Andr. Qvenſtedius (130.), aut 1544., qvem Gothofr. Arnoldus, mox allegandus, ſubſtituit), Pomeraniæ etiam, patriæ ſuæ, in Eccleſia ejus repurganda, ſacrisqve emendandis, operam navavit utiliſſimam. A Barnimo enim & Philippo, Pomeraniæ Ducibus, Treptoam (in qva olim docuerat), ad Comitia Ordinum provinciæ, hanc ob cauſam indicta, evocatus, in iis abrogationem Papatus, & Lutheranæ introductionem doctrinæ, communi factam decreto, ſuis promovit conſiliis, formam adminiſtrandarum Eccle-

ſiarum

(112.) *in Comm. de Lutheraniſmo, Lib. 3., Sect. 15., §. 50., p. 142.* (113.) V. Seckendorfium *l. c., L. 3., §. 6., p. 16.*, El. Vejelii Predigt von Luthero, dem Güldenen Kleinode der Andachten Lutheri A. 1669. adjectam, *p. 186.*, &, ex iſta, C. F. Lämmelii *Hiſtoriam Bugenhagianam p. 88.* (114.) in J F Buddei *Supplem. Epp. Lutheri, n. 170., p. 202. 203.* Conf. ibidem, *n. 203., p. 254.*, ejusdem Lutheri Epiſtolam ad Georg. Spalatinum A. 1532. ſcriptam, de felici reformationis hujus Lubecenſis ſucceſſu. (115.) V. Seckendorfium *l. c., L. 3., §. 8., p. 19.*, &, ex iſto, C. H Zeibichium *in Sched. de Theologis ad tempus commodatis p. 30.* (116.) teſte Caſp. Henr. Starckio *in Vita Herm. Bonni vernacula p. 20. 30.* (117.) in der Pommerichen Kirchen Chronica *p. 147.* (118.) *p. 24-35.* (119.) *L. 3. Chronici Lubec Saxonici, lit. K. 7. a. L. 1. b.* (120.) *Lib. 13. Chron. Saxon. p. 378.* (121.) *loco n. 72. citato p. 977.* (122.) *Dec. II. Annalium Evang. renovati p. 316-320.* (123.) *in Vitis Theoll. German. p. 315.* (124.) *loco n. 107. citato p. 87.* (125.) *T. II. Hiſt. Eccl., L. 16., c. 7, p. 69.* (126.) *in Compendio Chronici Lubec. Germanico p. 166. 172. 173.* (127.) *in Or. de Joh. Bugenhagio p. 19. 20.* (128.) *P. I Hiſtoriæ Rectorum & Scholarum p. 58. 99. 100.* (129.) *P. IV., c. 5., §. 1. & 17., p. 457. 489.* (130.) *in Dialogo de patriis illuſtrium doctrina Virorum p. 199.*

ſiarum ſcripto (de quo ſuo loco dicetur) præſcripſit vernaculo, A. 1535. Witebergæ excuſo, & viſitationem ſingularum generalem (a Seckendorfio ſolo ad A. 1536. relatam) eſt aggreſſus, in qva illæ pariter atqve ſcholæ recte conſtituebantur. Ephoriæ Eccleſiarum, qvam Eraſmus Manteufelius, Epiſcopus Caminenſis, a Pontificiis licet ad Lutheranos jam transgreſſus, ſibi oblatam ob cauſas detrectabat politicas, tribus commiſſa eſt Theologis, Paulo a Rhoda ſcilicet, tractus Stettinenſis, Joh. Knipſtrovio Wolgaſtenſis, & Johanni Hodenſee Stolpenſis, Superintendentibus. Qvorum primum, una cum Bugenhagio, ante annos aliqvot, Liborius Schwichtenbergius qvidam, Clericus, uti credo, Pomeraniæ Pontificius, ſcripto adortus erat publico, ſub titulo der Vorlegginge der Ketterligen Schrifften und Leeren Pauli Roden, it. Joh. Bugdhan Pommers, A. 1532. Francofurti ad Viadrum edito (131.). Conſuli de Reformatione hac Eccleſiæ poſſunt Pomeranicæ Dav. Chytræus (132.), Dan. Cramerus (133.), Joh. Micrælius (134.), Abr. Schultetus (135.), Abr. Bucholzerus (136.), Phil. Jac. Spenerus (137.), Gothofr. Arnoldus (138.), Vitus Lud. Seckendorfius (139.), Joh. Frid. Mayerus (140.). Ob merita, qvibus in iſta patriam ſibi obſtrinxerat, decennio elapſo, & Eraſmo Manteufelio, Epiſcopo Caminenſi, mortuo, Barnimus & Philippus, Pomeraniæ Principes, cum de ſucceſſore in Epiſcopatu, in qvem commune ipſis jus erat, diu diſceptaſſent, ab Ordinibus tandem provinciæ conciliati, dignitatem hanc A. 1544. Bugenhagio, ſuo, Collegii Canonicorum Caminenſium, totiusqve provinciæ, nomine, obtulerunt, & ſplendidam hoc fine Witebergam miſerunt legationem. Diu hanc & acriter ille recuſavit, tandem vero, a Johanne Friderico, Electore Saxonico, Witebergam tunc delato, perſvaſus, minisqve Legatorum de bello, ſi pertinaciter reſiſteret, inter Duces, qvi de alio, præter ipſum, concordare non poſſent, exorituro, permotus, certis ſe conditionibus obſecuturum eſſe promiſit. Verum, poſt Legatorum diſceſſum, mentem mox mutabat, &, in mœrorem prolapſus ingentem, Deum, ut a promiſſi hujus nexu ſe liberaret, aſſiduis obſecrabat precibus. Nec multo poſt exauditum ſe ſenſit, cum a Legatis, Witebergam reverſis, conditiones, a ſe propoſitas, per Principes (qvorum literis idem edocebatur) eſſe rejectas, audiviſſet. Obſtinate igitur denuo Epiſcopatum recuſavit, tum qvod ſenex ſexagenarius atqve infirmus par haud eſſet & muneri populum (uti verum inprimis deceat Epiſcopum) docendi, & moli tot negotiorum politicorum atqve œconomicorum, dignitatem iſtam comitantium; tum qvod plurima Epiſcopatus bona jam eſſent ablata, atqve proinde facultates, per qvas Eccleſiis ſcholisqve, & harum miniſtris, proſpiciendum, ſubtractæ. Addebat, ſe ſcandalum nolle præbere hoſtibus Evangelii, Epiſcopos eo fine a Doctoribus impugnari Evangelicis, ut ipſi in locum illorum evehantur, criminaturis, atqve hanc ob cauſam duos jam antea Epiſcopatus rejeciſſe. Rogatus deinde, ut annuo ſaltem tempore dioeceſin gubernaret Caminenſem, hoc facere itidem recuſavit; ſimul tamen pollicitus, ſe, conſtituto alio Epiſcopo, ſi ætas & vires permitterent, in patriam denuo excurſurum eſſe, & operam ad Eccleſiam ejus ordinandam collaturum. Epiſcopum autem ſvadebat eligi indigenam, & doctrinæ ſacræ, ut concionari interdum poſſet, peritum, & ad gubernationem diœceſeos idoneum politicum (qvales ſibi Bogislaus Kleiſtius, Jac. Putcammerus, Balth. a Wolde & Maur. Damitius, Eqvites Pomerani, eſſe viderentur), iſtiqve Theologum eruditum & exercitatum, qvi ſacrorum curam gereret, adjungi. Hanc Epiſcopatus Caminenſis (qvem Bartholom. Svavenius deinde obtinuit) a Bugenhagio recuſati narrationem, e duabus ipſius Relationibus, qvæ in Archivo Saxo-Vinarienſi *ἀνέκδοτοι* ſuperſunt, ad Lutherum atqve Melanchthonem miſſis, depromptam, Vito Ludovico Seckendorfio (141.) debemus. Qvi, animum hinc noſtri non vulgarem, ſuaqve ſorte contentum, & vera atqve genuina ſacri muneris officia, minori licet cum utilitate & dignitate conjuncta, majoribus & ſplendidis, ſed curis & opibus mundi implicitis, pia generoſitate præferentem, elucere, non immerito judicavit. Nec tamen ſolus is teſtis eſt hujus noſtri in reſpuendo Epiſcopatu patriæ Caminenſi modeſtiæ, cujus Dav. Chytræus qvoqve (142.), Dan. Cramerus (143.), Joh. Micrælius (144.) & Mich. Zülichius (145.), mentionem, etſi verbis paucioribus, fecerunt honorificam.

§. XX.

Omnium, qvæ hactenus enarravimus, itinerum noſtri ſacrorum & præcipuum atqve celeberrimum, & maxime diuturnum (cum qvinqvennium illi impenderit continuum), fuit Danicum, qvod A. 1537., Chriſtiani III., Regis Daniæ, poſtulatu, Lutheri ſvaſu, & Johannis Friderici, Electoris Saxonici, permiſſu, ut emendationi Eccleſiarum regni hujus arctoi, a Petro Parvo, Joh. Tauſano, aliisqve, feliciter jam inchoatæ, Colophonem manumqve ultimam imponeret, eſt ingreſſus. Qvod eo facilius ab illo perfici potuit, qvod, ante adventum ipſius, unanimi Regis Ordinumqve Regni conſenſu, Epiſcopi VII. Daniæ Pontificii, una cum Norwagicis, ob turbas patriæ univerſæ ferales excitatas, capti eſſent A. 1536., ſuisqve privati dignitatibus, cultusqve divini, a priſcis erroribus ac ſuperſtitionibus repurgandi, ad mentem Lutheri reformatio in Comitiis decreta publicis. Hafniam delatus, Chriſtianum III., Regem, Dorotheamqve Reginam, A. 1537., die 12. Auguſti, natali Monarchæ auguſtiſſimi trigeſimo qvarto, in ſplendidiſſima, non Procerum ſolum Danicorum atqve Norwagicorum, ſed Principum etiam, Legatorumqve illuſtrium, inunxit & coronavit, panegyri. Hujus deinde juſſu atqve auſpiciis, Eccleſiis pariter atqve ſcholis Daniæ ac Norwegiæ, ſollicite repurgatis & conſtitutis, doctores ſacrorum literarumqve præfecit idoneos (e qvibus ſoli eccleſiaſtici numerum vicies qvaterqve millium æqvarunt, ſi Melch. Adamo fides potius habenda, qvam Wolfg. Krügero (146.), & Joh. Carioni, ab hoc allegato, totidem Eccleſias, in Dania & alibi, intra triennium, Paſtoribus ab ipſo inſtructas Lutheranis, numerantibus), eorumqve, multis a Rege donatorum immunitatibus ac privilegiis, ubicunqve illis ſuſtentandis haud ſufficiebant, ſalaria e Cœnobiorum & Societatum ſuperioris ævi religioſarum augeri ſanxit reditibus. Cœnobia ipſa, monachis ſuperſtitionis priſtinæ tenacibus viatico inſtructis, & ad exteros ablegatis, docilibus ad munera admiſſis ſacra aut ſcholaſtica, ſenibus autem atqve infirmis, etſi religionem haud mutarent, benigne per vitam ali juſſis reliqvam, vel juventutis deſtinata ſunt inſtitutioni, vel ægrotantium pauperumqve habitationi. Canonicorum tamen & Vicariorum Collegiis, pro qvibus Lutherus ipſe, in literis per Bugenhagium allatis, interceſſerat, Rex pepercit, eaqve, juxta Appendicem *Conſtitutionis Eccleſiaſticæ* noſtri *de Ceremoniis* illorum peculiarem a cultu repurgata ſuperſtitioſo, in templis urbium Epiſcopalium, hujus obſecutus conſilio, conſervavit cathedralibus, ut iſtorum, qvæ vocant, beneficia hominibus eruditis, de patria, ſive in aula, ſive in eccleſiarum ſcholarumqve gubernatione, præclare meritis, ac ob ætatem emeritis, remunerationis inſtar, poſſent conferri. Ne vero, poſt VII. Epiſcopos Pontificios exautoratos, *ἀναρχίᾳ εὐταξίαν* turbaret eccleſiaſticam, totidem in horum locum ſubrogabantur, & eodem A. 1537., die 26. Auguſti (in cujus locum 2. Sept. ab Er. Vindingio (147.) & Henr. Muhlio (148.) perperam ſubſtituitur), per Bugenhagium, in æde Hafnienſi Mariana,

Rege,

(131.) V. Joh. Chriſtoph. Becmanni *Catal. Biblioth. Francofurt. p. 415.*, ubi *in 4.* prodiiſſe traditur. (132.) *Lib. 14. Chron. Sax. p. 414.* (133.) in der Pommerſchen Kirchen Chronica, *L. 3. c. 23.* (134.) *P. III. Syntagm. Hiſt. Eccl. p. 719. & ſq.* (135.) *l. c., Dec. II., p. 429.* (136.) *in Indice Chronol., ad A. 1535.* (137.) *in Sylloge Hiſtorico-Genealogica p. 745.* (138.) *P. II. Hiſt. Eccl., L. 16., c. 7., p. 67.68.* (139.) *in Comm. de Lutheraniſmo*, L. 3., *Sect. 15.*; § 50., *p. 141.* (140.) *in Or. de Joh. Bugenhagio p. 20. 21. 22.* (141.) *in Comm. de Lutheraniſmo, Lib. 3., Sect. 32., §. 117., p. 511. 512.* (142.) *in Chronico Saxoniæ*, Lib. I., *p. 10.*, *&* Lib. 30. (*ſive Proœmio Metropoleos*) *p. 535.* (143.) *l. c.*, L. 3., *c. 27.* (144.) *l. c. p. 721.* (145.) *in Hiſtoria Epiſcopatus Caminenſis, c. 3.* (146.) *in Catalogo 1000. virorum f. 156. a.* (147.) *in Acad. regia Hafnienſi p. 66.* (148.) *loco n. 111. citato p. 53.*

Rege, Regina Regniqve Senatu, præſentibus, ritu τῆς χειροθεσίας inaugurabantur apoſtolico, Antiſtites Lutherani. E qvibus, eodem qvidem Epiſcoporum ornatis titulo, ſed poteſtatem reditusqve adeptis longe minores, ſuiqve ordinis hominibus congruos, & ſacrorum tantum curam gerere, πολυπραγμοσύνην autem politicam, ceu peſtem, fugere, juſſis, Londinum Scaniæ Franc. Vormundum, Roeſchildia Seelandica Pet. Palladium, Ottonia Fioniæ Georgium Johannis Sadolinum, &, e Civitatibus Juticis, Aarhuſia Matthiam Langium, Wiburga Jac. Schoningium, Aalburga Pet. Thomæum, Ripaqve Joh. Vandalum, diœceſium ſuarum obtinuerunt Ephoros. Normæ inſtar, in muneribus ſuis adminiſtrandis, tam Antiſtites, qvam Clerici inferioris ordinis, Danici, Norwagici & Slesvigo-Holſatici, ſeqvi jubebantur Conſtitutionem (de qva in Scriptorum noſtri plura monebimus Catalogo) regni utriusqve, & Ducatuum Cimbricorum, Eccleſiaſticam, Chriſtiani III. Regis juſſu (uti Diploma ejus docet præfixum), Latine a Bugenhagio, ac Theologis qvibusdam Danicis Cimbricisqve, conſcriptam, a Luthero (cui Rex ἀνέκδοτον transmiſerat) Collegisqve Witebergenſibus, ac Regni paulo poſt etiam Danici Senatoribus, approbatam, Hafniæqve A. 1537., adjectis Paſtorum, qvi ei ſubſcripſerant, cum Danicorum, tum Cimbricorum, nominibus, editam. In Danicam hæc deinde lingvam a Petro Palladio, Theologo Hafnienſi Epiſcopoqve Roeſchildenſi, translata, A. 1539., M. Junio, in Comitiis Ottonienſibus, a Rege, ac Senatoribus regni univerſis, revidebatur, ac denuo, die 15. menſis iſtius, chirographis ſigillisqve ſuis confirmabatur, nec multo poſt in regno toto promulgabatur; uti, præter alios, Bugenhagius ipſe, in Relatione de itinere ſuo Danico, & iſtis (qvibus interfuit) Comitiis, ἀνεκδότῳ, ad Johannem Fridericum, Electorem Saxoniæ, d. 4. Julii A. 1539. exarata, & a Seckendorfio (149.) allegata, memoriæ prodidit. A. 1542., cum noſter Ripæ Joh. Tauſanum, Epiſcopum civitatis iſtius in locum Joh. Vandali, nuper defuncti, conſtitutum, inauguraret, & eodem ſex reliqvi Daniæ conveniſſent Epiſcopi, in Synodo hac eadem Conſtitutio eccleſiaſtica, Kalendis Maji, 26. novis aucta eſt Articulis, per regem approbatis, cumqve iſtis poſtea ſermone Danico aliqvoties recuſa (150.). In Cherſoneſum qvoqve noſter, eodem A. 1542. profectus eſt Cimbricam, & Paſtores aliqvot eruditos, qvi, in uſum Eccleſiarum illius Slesvigo-Holſaticarum, juſſu Chriſtiani III., verſionem Conſtitutionis ejusdem, nonnullis paſſim additis vel mutatis, concinnabant Saxonicam, hoc ipſo anno 1542., in Comitiis Ordinum provincialium Rendesburgenſibus, a Rege iſtisqve comprobatam, ac Magdeburgi mox impreſſam, conſilio atqve opera adjuvit; ſicut, præter Autores alios, in Scriptorum noſtri allegandos Indice, Diploma regium, verſioni huic adjectum, teſtatur. Autor tandem fuit Monarchæ ſæpius jam laudato, ut a Theologis Hafnienſibus Academicis (Pet. Pallad.o, Joh. Maccabæo, Ol. Chryſoſtomo & Joh. Synningio) primam translationem univerſi Sacri Codicis Danicam, e Lutheri Germanica derivatam, juberet elucubrari, ſuisqve Hafniæ A. 1550. edi ſumptibus ac auſpiciis (151.). Potiora hæc ſunt Bugenhagii merita, qvibus, luſtro (qvo Lutherus Witebergæ aliqvamdiu muneri ejus, in concionando, ſuccedebat vicarius (152.)) in Dania commoratus integro, illius atqve Cherſoneſi Cimbricæ ſibi obſtrinxit eccleſias, ob aſſiduitatem in ſacris publicis freqventandis, in Relatione ad Joh. Fridericum Electorem, paulo ante laudata (153.), verbis ab ipſo commendatas ſeqventibus: *Nullibi vidi majorem, qvam in Dania, concionum audiendarum cupiditatem. Concurritur etiam diebus non feſtis, & hyeme ante lucem, in feſtis tota die. Preces fiunt diligenter.* Fuſius illa celebrarunt Haraldus Huitfeldius (154.), Barth. Botſaccus (155.), Henr. Muhlius (156.), Joh. Joach. Mullerus (157.), &, ex profeſſo, Sever. Lintrupius, Prof. Hafnienſis celeberrimus, *in Avtoſchediaſmate de Meritis J. Bugenhagii in Eccleſiam Danicam epiſtolico*, M. Chriſtoph. Frid. Lämmelii *Hiſtoriæ Bugenhagianæ*, Hafniæ A. 1706. excuſæ, ſubjecto. In qvo etiam (158.), uti & *in Novis literariis anni 1705. Lubecenſibus* (159.), *Orationem de Bugenhagii in Eccleſiam, Academiam & Scholas Daniæ, meritis*, A. 1704., M. Novembri, publice recitatam, Notisqve illuſtrandam uberioribus, eſt pollicitus. Breviores in iisdem enarrandis fuere Joh. Sleidanus (160.), David Chytræus (161.), Jac. Verheyden (162.), Conr. Aslacus (163.), Joh. Pauli Reſenius (164.), Melch. Adamus (165.), Nicol. Heldvaderus (166.), Joh. Ad. Cypræus (167.), Er. Vindingius (168.), Vitus Lud. Seckendorfius (169.), Sam. Andreæ (170.), Joh. Frid. Mayerus (171.), ac plures alii, qvos enumerare non vacat.

§. XXI.

Seorſim celebranda nobis videntur eximia, qvibus, eodem, qvo in Dania vixit, qvinqvennio, Academiam illius Hafnienſem ſibi devinxit, merita, præter Verheydenium, Vindingium, Muhlium & Lintrupium, modo laudatos (172.), Ludolphum Priggium (173.) & Caſp. Bartholinum ſeniorem (174.), e Doctoribus ejusdem publicis, nacta præcones. Hanc enim, ab avo ſuo, Chriſtiano I., Monarcha Danico (in cujus locum perperam Fridericum Verheydenius & Wolfg. Juſtus (175.), Fridericum III. autem Jacobus Middendorpius (176.), ſubſtituunt), ante luſtra duodecim, conditam, ſed in bellis domeſticis diuturnioribus vaſtatam atqve diſſipatam, Chriſtianus III., Bugenhagii monitis incitatus ac perſvaſus, conſiliisqve adjutus, A. 1539. (ad qvem prima ejusdem initia Juſtus & Middendorpius falſo retulerunt) regio novæ fundationis diplomate, die 16. Junii a Regni Senatu in Comitiis approbato Ottonienſibus (177.), non tantum inſtauravit, ſed & longe, qvam antea, illuſtriorem reddidit. Profeſſores mox, qvos temporum calamitas diſperſerat, priſtini in eam ſunt revocati, noviqve, ampliato numero, illis adjuncti; ſalariaqve his majora, reditibus Academiæ e Cœnobio Knardrupenſi, ei donato, decimis Epiſcopalibus, vectigalibus freti Oreſundici, prædiis ruſticis, Eccleſiarum Seelandiæ Scaniæqve ſymbolis, atqve aliunde, auctis, aſſignata. Cancellarii regii Danici Academiæ qvoqve Cancellarii & Patroni conſtituebantur perpetui, templum eidem Hafnienſe Marianum, cum ædibus Canonicorum, in auditoria mutandis, attribuebatur, Studioſisqve viginti pauperibus de victu proſpiciebatur gratuito. Ipſe qvoqve Bugenhagius Academiæ Hafnienſi, cujus albo A. 1538. per D. Chriſtiernum Torchilli Morſianum, Medicum, eſt inſcriptus, Rectorqve, poſt hunc & Pet. Palladium, Theologum, eodem anno, electus ſemeſtris, pro virili prodeſſe ſtuduit, Leges ejus ac conſtitutiones, cum reliqvo Senatu condens ac promulgans ſcholaſtico, ac Theologiam deinceps hujus Studioſos, in auditorio publico, non minus qvam cæteri hujus docens Profeſſores. In qvorum numerum,

(149.) *in Comm. de Lutheraniſmo*, L. 3., *Sect.* 20., §. 75., *p.* 242. 243. (150.) V. Huitfeldii *P. IX. Chronici Daniæ Danici p.* 1526. (151.) V. Joh. Vandalini Jun. *Epiſt. de Verſionibus Bibliorum Danicis, ad Joh. Frid. Mayerum*, in hujus *Hiſtoria Verſionis Biblicæ Lutheri Germanicæ, c.* 6., §. 6., *p.* 69. (152.) V. El. Vejelium & C. F. Lämmelium *locis num.* 113. *citatis.* (153.) apud Seckendorfium *loco n.* 149. *citato.* (154.) *Parte IX. Chronici Daniæ Danici p.* 1495 1496. 1497. 1503. 1526. (155.) *in Annotatt. ad Commonitorium de fugiendo Papiſmo.* (156.) *Diſſ. I. Hiſtorico-Theol. de Reformatione religionis Danico-Cimbrica p.* 58-67. 76-7?. 82. 83. (157.) in des Entdeckten Staats Cabinets Vierdter Eröfnung (Jenæ A. 1716. edita), *num.* 9. (158.) *p.* 107 108. (159.) *M. Martio p* 80. (160.) *Lib.* 12 *Comm. de ſtatu relig. & reip., ad A.* 1538., *p* 305. (161.) *Lib* 15. *Chron. Sax. p.* 433. 434. (162.) *in Effigiebus & Elogiis Theologorum p.* 34. 35. (163.) *in Or. Jubilæa de Reformat. Danica, lit. D.* 4. *b.,* & *in Tab. Chronol., ei ſubjecta, ad A* 1537. (164.) *in Luthero triumphante paſſim.* (165.) *in Vitis Theoll. German. p.* 315. (166.) *P. II. Sylvæ Chronol. Circuli Balthici p.* 112. 113. 114. (167.) *in Annalibus Epiſcc. Slesvic.*, L. 3., *c* 6., *p* 420 440 (168.) *in Academia regia Hafnienſi p.* 7. 66. (169.) *loco num.* 149. *citato.* (170.) *in Epiſt. apologetica, Daniæ orthodoxæ Hect. Gotfr Maſii oppoſita, p* 76. 77. (171.) *in Or. de J. Bugenhagio p.* 22-25. (172.) *locis jam allegatis.* (173.) *in Carmine de coronatione Chriſtiani III, R. Dan., heroico*, A. 1539. Witebergæ excuſo, *p.* 9. 10. 11. (174.) *in Or. de ortu, progreſſu & incrementis Academiæ Hafnienſis.* (175.) *in Catalogo Academiarum p.* 31. (176.) *Lib.* 3. *de Academiis p.* 527. (177.) teſte Bugenhagii ipſius *Relatione* MS., apud Seckendorfium *loco n.* 149. *citato.*

numerum, hanc ob cauſam, non ab Er. Vindingio tantum, ſed & a Wolfg. Juſto (178.), Joh. Olai Slangendorpio (179.) & Alb. Bartholino (180.), eſt relatus, a Ludolpho Priggio autem (181.) elogio ſeqventi ornatus metrico:

Has eqvidem, fateor, grato tibi pectore laudes,
Dum pelagus puppi, dum terra ſecatur aratro,
Noſtri olim referent, vel poſt tua fata, nepotes:
Si tamen hæc qvoqve ſunt ævo victura ſeqventi
Carmina, perpetuam capies hoc nomine laudem:
Hafnica qvod belli ſchola collabefacta tumultu
Antiqvum per te rediviva recepit honorem:
Dum vigili ſtudio, ſummisqve laboribus, illic
Noſſe doces verum ſincero pectore Chriſtum.
Qvocirca, qvas tota neqvit tibi Cimbrica tellus,
Ipſe Deus tanto reddet pro munere grates.

§. XXII.

Ob tot labores ſacros, totqve in Eccleſias & ſcholas Daniæ ac Cimbriæ merita, Epiſcopatus illi Cherſoneſi noſtræ Slesvicenſis A. 1541., poſt obitum Godſchalci Aleſeldii, Præſulum illius Pontificiorum ultimi, præmii loco, per Chriſtianum III., Regem, offerebatur. Sed ipſe hunc, munere Witebergenſi, minus licet lauto atqve ſplendido, contentus, modeſte recuſavit (182.), & Tilemanno ab Huſen, Clivenſi, Aulæ Academiæqve Hafnienſis Theologo, maluit conferri, qvem ipſe Slesvici, anno eodem, in Baſilica cathedrali inaugurabat Petrina (183.). A. tandem ſeqventi 1542. Witebergam e regno remigravit Danico, &, a Collegis amice exceptus priſtinis, his, de illo varia ſciſcitantibus, per jocum reſpondit, er ſey in einem Lande geweſen, da die Leute eitel Oel trüncken, und Schmeer eſſen; victum autem hunc inſolitum mirantibus, cerviſiam Oel, & butyrum Schmeer, a Danis lingva appellari vernacula, indicavit (184.). Qvantum digreſſus apud Danos, ipſumqve illorum Monarcham, Chriſtianum III., ſui reliqverit deſiderium, vel inde perſpicias, qvod hic, a Doctoribus Academiæ Hafnienſis rogatus reliqvis, ad ἐφορίαν iſtius ac profeſſionem Theologicam primariam, ineunte mox anno 1543., noſtrum, licet fruſtra, literis revocaverit humaniſſimis, Gottorpii feſto trium Magorum exaratis. E qvibus ſeqventia, ab Henr. Muhlio (185.) recitata, digna ſunt qvæ adjiciantur: Wir wollen euch nicht verhalten, daß uns die Profeſſores unſerer Univerſität zu Copenhagen zu etlichen mahlen bittlich angelanget, daß wir eure Perſon, oder aber einen andern etwa geſchickten und gelehrten Mann, der ein berühmter Scribent wäre, den gedachte unſere Univerſität für ihr Haupt gebrauchen, ſelbe auch dadurch in einen Beruf und Nahmen kommen möchte, verſchreiben wolten. Nun wären wir wahrlichen nicht ungeneigt, ihnen, ſolcher ihrer Bitte nach, dergleichen Mann, und ob es uns auch ſchon was tapferes koſten ſolte, zu verſchaffen: wolten auch niemand lieber, denn eure Perſon, an ſolchem Ort wiſſen und ſehen. Derhalben wir an euch mit Gnaden geſonnen und begehrt haben wollen, ihr wollet euch, wo es immer zu thun müglich, wiederumb herein zu uns begeben; denn wir gerne einen ſolchen alten Pommern und Speck-Eſſer hätten, der auch vielleicht die Luſt dieſer Länder beſſer als ein anderer vertragen könte. Wir wolten auch denſelben dermaſſen verſorgen, daß er uns zu bedancken haben ſolte. Nec vero deinde Bugenhagii ſui Rex fuit immemor, ſed, cum, elapſo qvadriennio, poſt Witebergam a Carolo V. Imperatore occupatam, Profeſſores urbis hujus Academici multis premerentur anguſtiis, ipſum, Phil. Melanchthonem & Juſtum Jonam, ſua, uti Melanchtonis teſtimonio (186.) a Sev. Lintrupio (187.) eſt probatum, ſublevavit munificentia.

§. XXIII.

Cum Witebergam A. 1542. eſſet reverſus, aliud mox iter ſacrum, anno eodem, Johannis Friderici, Electoris Saxonici, juſſu, noſtrum oportuit ingredi. Cum enim ille, ac Philippus, Haſſiæ Landgravius, fœderis Smalcaldici Principes, urbiumqve Brunſvicenſis ac Goslarienſis, excurſionibus rapinisqve violentis injuſte ab Henrico, Duce Brunſvico-Gvelpherbytano, ſæpe vexatarum, vindices, totam Henrici ditionem, ipſo pulſo, occupaſſent, Eccleſias & Coenobia Ducatus, per Bugenhagium, Ant. Corvinum & Mart. Gorolitium, Theologos Lutheranos, adjunctosqve iſtis Viros aliqvot nobiles, M. Octobri A. 1542., inſpici, ac, ſacris Pontificiis abrogatis, emendari, curarunt. Qva viſitatione abſoluta, *Ordinatio*, qvam vocant, Eccleſiarum Ducatus illius, ſuo infra loco iterum fuſius laudanda, ſermone per Bugenhagium, juſſu eorundem, conſcribebatur Saxonico, & Witebergæ A. 1543. edebatur. Qvam tamen, per qvinqvennium vix ſervatam unicum, Henricus, in Ducatum ſuum redux, A. 1547. rurſus abolevit. Vide hæc narrantes Dav. Chytræum (188.), &, qvi illi ſua debent, Melch. Adamum (189.), Dan. Cramerum (190.), V. L. Seckendorfium (191.), Phil. Jul. Rietmeierum (192.), & præſertim Herm. Hamelmannum, ſpecialia qvædam, ab illis nobisqve omiſſa, addentem (193.).

§. XXIV.

Ultima Eccleſiarum, qvas noſter, ad ſacra emendanda evocatus, adiit, exterarum fuit urbana civitatis Hildeſienſis, A. 1543. (in cujus locum præcedens 1542. ab Herm. Hamelmanno Seckendorfio, & Gothofr. Arnoldo ſubſtituitur) per eum repurgata. Reformationis hujus hiſtoriam Dav. Chytræus (194.) breviter verbis expoſuit ſeqventibus: *In hac interiore Saxonia, Hildeſiæ, multos jam annos, publicum ſinceræ Evangelii doctrinæ miniſterium Epiſcopus, Valentinus a Teütleben. & Canonici, impediverant, &, triennio ante, multi cives, ob Concionatorem Mart. Liſtrium accerſitum, in exilium pulſi erant, ad qvos Urbani Regii Conſolatio extat. Cum autem in omnium vicinarum urbium, & qvatuor Principum Brunſvicenſium diſtinctis Ducatibus, Eccleſiæ jam emendatæ eſſent, & Saxoniæ Elector, ac Heſſus, ejecto Henrico Brunſvicenſi, ab Senatu Hildeſiæ peterent, ut civium ſuorum, puram Evangelii doctrinam magno ardore expetentium, deſiderio gratificarentur, Senatus Joh. Bugenhagium, Paſtorem Wittebergenſem, Ant. Corvinum, & Henr. Winckelium, qvi in Henrici, Ducis Brunſvicenſis, ditione Eccleſias inſpiciebant, in urbem accerſit. A qvibus Ordinatio Eccleſiæ Hildeſienſis conſcripta, & in ſex templis, ad D. Andream, Michaelem, Jacobum, Georgium, Martinum, Paulum, pii Paſtores & Miniſtri collocati, eorumq; inſpectio, & totius ordinationis conſtitutæ cuſtodia, Jodoco Iſermanno, qvi Gottingæ & Einbeccæ antea Eccleſias rexerat, commendata, & Canonicorum templum clauſum eſt.* Eadem cum Chytræo narrant Herm. Hamelmannus (ſingula fuſius exponens) (195.), Dan. Cramerus, Melch. Adamus (196.), V. L. Seckendorfius (197.), Gothofr. Arnoldus (198.), Joh. Frid. Mayerus (199.), & Phil. Jul. Rietmeierus (200.). E qvibus Seckendorfius, e Bugenhagii ipſius epiſtola, ad Greg. Pontanum d. 2. Sept. A. 1542. exarata, refert, illum, cum primam Hildeſiæ Kalendis ejusdem menſis haberet concionem, & hymnum ante hanc ipſemet decantare cœpiſſet Germanicum, metuiſſe ne ſolus hunc caneret auditoribus ignotum, ſed, magna cum admiratione, qvod totus pene coetus

conci-

(178.) *in Tr. de Academiis, n. 80.* (179.) *in Or. de initiis Religionis in Dania, lit. F. 5. a.* (180.) *in Lib. de Scriptis Danorum p. 68.* (181.) *loco n. 173 citato.* (182.) V. Huitfeldium *l. c. p. 1455.*, E. Vindingium *l. c. p. 64.*, & H. Muhlium *l. c. p. 77.* (183.) V. Joh. Ad Cypræum *l. c. p. 446.*, Er. Vindingium *l. c. p. 67.*, & H. Muhlium *l. c. p. 77.* (184.) V. Dan. Crameri Pommerſche Kirchen-Chronica, *L. 3., c. 52., p. 147.*, & Muhlium *l. c. p. 78.* (185.) *l. c. p. 70.* (186.) *Lib. 3. Epiſtolarum, n. 93.* (187.) *in Autoſchediaſmate de meritis J. Bugenhagii in Eccleſiam Danicam p. 110. 111.* (188.) *Lib. 15. Chron. Sax. p. 456.* (189.) *in Vitis Theoll. German. p. 315.* (190.) *loco n. 184. citato*, L. 3., *c. 33., p. 150. & ſq.* (191.) *in Comm. de Lutheraniſmo*, L. 3., *Sect. 27.*, §. *109.*, *p. 448. 449. & ſq.* (192.) *Parte III*, der Kirchen-Hiſtorie der Stadt Braunſchweig, *c. 5., p. 156. 157.* (193.) *Parte II. Hiſtoriæ eccleſiaſticæ renati Evangelii (in Opp. Genealogicis & Hiſtoricis) p. 892-895.* (194.) *Lib. 16. Chron. Sax. p. 462.* (195.) *l. c. p. 928. 930. 940* (196.) *locis §. præcedente citatis.* (197.) *l. c.*, L. 3., *Sect. 25.*, §. *97.*, *p. 397.* (198.) *T. II. Hiſt. Eccl.*, L. *16.*, *c. 7.*, *p. 68.* (199.) *in Or. de J. Bugenhagio p. 25.* (200.) *loco n. 192. citato*

concinerent, mox obſervaſſe. De Conſtitutione eccleſiaſtica Hildeſienſi, per Bugenhagium, teſte Hamelmanno, conſcripta, ſed per Ant. Corvinum, addita præfatione, A. 1544. ſub ſuo publicata nomine, in Scriptorum noſtri plura monebuntur Catalogo.

§. XXV.

Itinera hæc Bugenhagii ſacra, & Danicum præſertim, cum tot urbes, regiones, imo regna integra, ab Eccleſiæ Romanæ cultu abſtraxerint, & Lutheranæ contra adjunxerint, a ſcriptoribus Pontificiis ſcommatis calumniisqve exagitari hoſtilibus, ipſumqve φιλαργυρίας & δωροφαγίας ab iisdem inſimulari, nemo mirabitur. Animum hunc hoſtilem, illo adhuc ſuperſtite, abunde prodidit Joh. Cochlæus, *in Hiſtoria de Actis & ſcriptis Lutheri* (201.), ita de iis ſcribens: *Apoſtata ille peſtilentiſſimus, velut Emiſſarius ac eqvus hinniens, ſæpe abiit ad tempus e Wittenberga, ad magnas & opulentas urbes maritimas (qvæ Stagnales vulgo dicuntur), nunc Lubecum, nunc Hamburgum, nunc Flensburgum, nunc alio, ad diſſeminandum ibi non ſine ſeditioſis tumultibus Lutheriſmum, donec, ex variis civium donationibus locupletatus, ſecure nunc Wittenbergæ opibus illis fruitur.* Cochlæi (civitates Hanſeaticas inepte *ſtagnales* vocantis, & Flensburgum meum his falſo annumerantis) invectivam, nomine illius ſuppreſſo, & phraſeologia paſſim mutata, deſcripſit, novaqve de itinere Danico fabula auxit, Laur. Surius. Is enim, in ſuo *Rerum in orbe geſtarum Commentario*, non ſolum, *ad A.1525.* (202.), noſtrum *excucullatum* appellat *monachum*, &, *ut Chriſtus tales Paſtores a grege ſuo arceat*, precatur, ſed & *ad A. 1532.* (203.), eodem convitio repetito, ita in illum debacchatur: *Idem Apoſtata, profectus qvandoqve ad amplas qvasdam civitates, præſertim maritimas, non absqve tumultu & ſeditione, qva novum gaudet Evangelium, Lutheri dogmata ſparſit in vulgus rerum novarum avidum, Eccleſiasqve Luthericas ſpiritu illo, qvo plenus erat, conſtituit & confirmavit. Cum autem ex Dania rediret, & ſinu Baltici maris emenſo, non qvidem absqve tempeſtatis periculo, littus Cimbricæ Cherſoneſi attigiſſet, non eſt veritus palam his uti verbis: Tu meum habeas Dania Evangelion, ego nummos tuos; vale. Et revera non parum multis onuſtus opibus rediit Wittenbergam, ſuaviter & molliter illic perfruens rebus tam præclare partis. Confecto bello Smalcaldico, librum edidit, qvo avaritiæ ſuæ dolos haud obſcure prodidit delirus ſenex.* Fabulam de vocibus, qvibus Daniæ valedixiſſe traditur, profanis Surianam Adamus Contzenius, Jeſuita Moguntinus (alibi etiam (204.) *bardum ſervileqve* ei exprobrans *ingenium*), *in Chronologia Jubilæi Evangelici* (205.), verbis recoxit ſeqventibus: *Pomeranus, Lutheri diſcipulorum qvadratiſſimus, qvando, periculo defunctus, cum gazis redibat, ſibi, contemplans nummos in arca, plaudebat, & memorabile illud protulit: Habe tu meum, Dania, Evangelium, ego tuos nummos habeo.* E noſtratibus ejusdem opum corradendarum ſtudii eum accuſavit Pontificiis Ludolphus Naamani, Monachus ſeculi XVI. Franciscanus Flensburgenſis, qvi, in Tractatu Saxonico *de Egenwillio* (qvod, per contumeliam, ita, loco Evangelii, vocat) *Lutheri ἀυτόδοξον*, ipſum (qvem, *in præfatione, Apoſtolum Hamburgenſem*, & *c. 2. Archiepiſcopum Saxoniæ*, ſcoptice jam appellarat) *c. 33.* Eccleſiaſtis Lutheranis accenſet, ingentes conſecutis divitias, ita ſcribens: Jck gelove, de Seeländiſche Apoſtel hedde S. Petri excuſation vör der ſchönen Porten (Act. III. 6.) nicht bedarf. Sed omnes iſti, cum animo illa ſcripſerint hoſtili, plus fidei apud judices a partium ſtudio alienos ægre invenient, qvam Corn. Looſeus Callidius, *in Illuſtrium Germaniæ ſcriptorum Catalogo* (206.), Bugenhagium, aliosqve Proteſtantium Theologos, zelo præcipiti *Lutheri Epicureos* vocans *aſſeclas & voluptuarios commilitones, ſectarum magiſtros, errorum fabros, mendaciorum artifices, Reipublicæ tranqvillitatis peſtes, & Chriſtiani orbis ſubverſores.*

§. XXVI.

Qvæ hactenus enarravimus, ſacra noſtri acta atqve itinera, Luthero geſta, atqve ſuſcepta ſunt ſuperſtite, illiusqve auſpiciis, cujus Collega erat in Academia Witebergenſi conjunctiſſimus, ac Paraſtata in certaminibus religioſis fideliſſimus. Qvanti Lutherus illum fecerit, tum ex iis abunde patet, qvæ jam ante (præſertim §§. *10. 14. 16. 17. & 18.*) retulimus, tum ex elogio, qvo ipſius *Interpretationem Pſalmorum*, in præfatione ſua, eſt dignatus, perqvam honorifico, infra, ubi de iſta agetur, recitando. Patet e verbis, qvibus noſtrum, cum illo, d. 7. Nov. A. 1535., ad Petrum Paulum Vergerium, Papæ Nuncium, in arcem evocatus Witebergenſem, currumqve jam conſcendens, & amice ſubridens, compellavit: *En Papa Germanus, & Cardinalis Pomeranus! opus hoc Dei eſt* (207.). Patet ex reſponſo, qvo tunc, a Vergerio, an Sacerdotes in Saxonia conſecrarentur, in Colloqvio inter rogatus, id fieri affirmavit, &, Bugenhagium aſſidentem monſtrans, addidit: *En, hic ſedet Epiſcopus, qvem nos conſecravimus* (208.). Ipſe viciſſim Lutherum, qvo par erat, honore proſeqvebatur, & auxilio ſuo operaqve indigentem prompte lubentiqve animo ſæpius ſublevabat atqve adjuvabat. Σύνεργον eum Lutheri, in revidenda atqve emendanda illius verſione Bibliorum Germanica, aſſeſſoremqve Synedrii Profeſſorum Witebergenſium, ad ſacrum hunc laborem exantlandum coacti, A. 1540. 1541. 1542., fuiſſe, docuit nos Joh. Mattheſius, *in Hiſtoria doctrinæ & vitæ Lutheri, Concionibus expoſita Germanicis* (209.), ita ſcribens: Als nun erſtlich die gantze teutſche Bibel ausgangen war, und ein Tag lehrete immer, neben der Anfechtung, den andern, nimmet D. Luther die Biblien von Anfang wieder für ſich, mit groſſem Ernſt, Fleiß und Gebete, und überſiehet ſie durchaus, und, weil ſich der Sohn GOttes verſprochen hatte, er wolte dabey ſeyn, wo ihr etliche in ſeinem Nahmen zuſammenkommen, und umb ſeinen Geiſt bitten, verordnet D. Mart. Luther gleich ein eigen Sanhedrim, von den beſten Leuten, ſo damahls verhanden, welche wöchentlich, etliche Stunden vor dem Abendeſſen, ins Doctors Kloſter zuſammenkamen, nemlich D. Joh. Bugenhagen, D. Juſtum Jonam, D. Creutzigern, M. Philippum, Matthæum Aurogallum; dabey M. Georg. Rörer, der Corrector, auch war. Offtmahls kamen frembde Doctorn und Gelehrte zu dieſem hohen Wercke, als D. Bernh. Ziegler, D. Forſtemius (*ſeu potius D. Joh. Forſterus*). Wenn nun der Doctor zuvor die ausgangne Bibel überſehen, und daneben bey Jüden und frembden Sprachkündigen ſich erlernet, und ſich bey alten Teutſchen von guten Worten erfraget hatte (wie er ihm etliche Schöpſe abſtechen ließ, damit ihn ein teutſcher Fleiſcher berichtete, wie man ein iedes am Schaf nennete), kam D. Mart. Luther in das Conſiſtorium mit ſeiner alten Lateiniſchen und neuen teutſchen Biblien, dabey er auch ſtetig den Hebreiſchen Text hatte. Herr Philippus (*Melanchthon*) brachte mit ſich den Griechiſchen Text, D. Creutziger neben dem Hebreiſchen die Chaldeiſche Bibel, die Profeſſores hatten bey ſich ihre Rabbinen; D. Pommer hatte auch einen Lateiniſchen Text für ſich, darinn er ſehr wol bekandt war. Zuvor hatte ſich ein ieder auf den Text gerüſt, davon man rahtſchlagen ſolte, Griechiſche und Lateiniſche, neben den Jüdiſchen Auslegern, überſehen. Darauf proponirte dieſer Præſident einen Text, und ließ die Stimmen herumbgehen, und hörete, was ein ieder darzu zu reden hatte, nach Eigenſchaft der Sprache, oder nach der alten Doctorn Auslegung. Wunderſchöne und lehrhafte Reden ſollen bey dieſer Arbeit gefallen ſeyn, welcher M. Georg. (*Rörer*) etliche aufgezeichnet, und die hernach, als kleine Glößlein und Auslegung, auf den Rand zum Text gedrucket ſeyn. - - Biß endlich im

(201.) *ad A. 1522., f. 256. b.* (202.) *p. 130.* (203.) *p. 224. 225.* (204.) *in Jubilæo Jubilorum Evangelico p. 33.* (205.) *p. 114.* (206.) *lit. G. 5. b.* (207.) V. V. L. Seckendorfii *Comm. de Lutheraniſmo. L. 3., Sect. 11., §. 34., p. 55.*, & Joh. Meisneri *Jubilæum Witebergenſe p. 98.* (208.) V. Seckendorfium *loco jam citato* (209.) *Conc. 14., p. 150. 151. 152.* Confer Mich. Waltherum *in Officina Biblica p. 363. 364.*, Joh. Conr. Danhauerum *in Memoria Thaumaſiandri Lutheri p. 38.*, Hier. Kromayerum *in Hiſt. Eccl. p. 577.*, Joh. Chriſtfr. Sagittarium *in Vita Lutheri vernacula lit. B. 3. b.*, Adr. Beierum *in Syllabo Profeſſorum Jenenſium p. 446.*, Joh. Frid. Mayerum *in Hiſtoria Verſionis Bibliorum Germanicæ Lutheri, c. 2., §. 3., p. 16., ac c. 3., §. 1., p. 25. 26.*, & alios, qvi omnes ſua debent Mattheſio.

1542. Jahre dis Werck, durch GOttes Gnade, vollbracht ward. Non credo tamen, toti iſti reviſioni Bugenhagium, qvi A. 1540. & 1541. in Dania abſens erat, interfuiſſe, ſed A. demum 1542. eum, cum Witebergam, iſta jam ad finem decurrente, rediiſſet, cæteris ſe Lutheri συνέργοις adjunxiſſe conjicio. Qvam forte ob cauſam a Melch. Adamo (210.), hos enumerante, illius omiſſa eſt mentio. Qvotannis noſtrum, eo die, qvo finem Lutherus Verſioni Bibliorum impoſuerat Germanicæ, feſtum translationis Bibliorum domi ſuæ (amicis qvoqve, uti alii tradunt, ad convivium invitatis) celebraſſe, a Joh. Mattheſio itidem (211.) hiſce verbis ſumus edocti: Dis hohe Werck dürfte wol einer eigenen Predigt, wie der fromme D. Johann Pommer, Pfarrherr zu Wittenberg, in ſeinem Hauſe ein eigen Feſt verordnet, und jährlich hielte, Translationis Bibliorum, daran er mit ſeinen Kindern und Freunden, ſeinem GOtt danckete vor dieſen theuren und ſeligen Schatz der verteutſchten Biblien. Ob qvam conſvetudinem, uti illum non Mattheſius ſolum, ſed & complures e Lutheranis (212.) ac Reformatis (213.) alii, haud immerito laudarunt; ita, e Pontificiis, contra Caſp. Ulenbergius (214.) & Hier. Mülmannus, luxus & ingluviei, ob iſtam, eum inſimulare haud veritus (215.), temere ſugillarunt. Non minori in pretio Catechiſmum Lutheri habuiſſe fertur minorem, qvem aſſidue ſecum circumgeſtabat, & Miniſterii Candidatis eccleſiaſtici, aliisqve, diligenter commendare ſolebat (216.). A. tandem 1546., in Lutheri, qvatriduo ante Islebiæ mortui, exeqviis, Witebergæ, die 22. Februarii, Sermonem habens funebrem, qvanto mœrore Collegæ hujus inclyti, ſibi Eccleſiæqve erepti, proſeqveretur obitum, lacrymis abunde oſtendit ſæpe largiterqve effuſis; qvibus impeditus, & ad ſilentium ſubinde adactus, & brevius ſolito concionabatur, & ad locum, qvem explicare ſibi propoſuerat, Paulinum (1. Theſſ. IV. 13. 14.) illuſtrandum fere nihil, uti e concione patet toties excuſa & recuſa, in medium afferebat (217.).

§. XXVII.

Poſt mortem Lutheri, bellum Germanicum infelix, qvod Johannes Fridericus, Saxoniæ Elector, Philippus, Haſſiæ Landgravius, cæteriqve Smalcaldici foederis ſocii, Carolo V. Imperatori, hunc præventuri, temere atqve inauſpicato intulerunt, turbis Germaniam, & Saxoniam præcipue ſuperiorem, involvit feralibus, Politicis pariter atqve eccleſiaſticis. Apparatui illius noſter A. 1546. ſcripto ad Paſtores (von der ietzigen Kriegsrüſtung) patrocinabatur publico, nec dubitabat, *in Parænesi ad Bohemos, Sileſios Luſatosqve vicinos*, vernacula, eodem anno edita, hos, ne Ferdinando, Regi ſuo, fratriqve Imperatoris, Electoris ditiones invaſuro, militarent aut obedirent, dehortari; ſeditioſæ, hanc ob cauſam, poſtea doctrinæ a Matthia Flacio (218.) accuſatus. Electore A. 1547. victo atqve capto, ditionibusqve ejus ab Imperatore occupatis, Melanchthon, & pleriqve Profeſſores cæteri, Witteberga, ante obſidionem, aufugerunt; ipſe autem, cum D. Caſp. Crucigero, Rectore Academico, D. Melch. Fendio, Medico, Paulo Ebero, M. Georg. Rorario, Collegisqve ſuis ordinis eccleſiaſtici & Præceptoribus ſcholaſticis, in urbe, & obſeſſa, & occupata, permanſit, nec deſerere coetum, cujus Paſtor erat, ſacrum plus qvam ſeptem millium numeroſum voluit (219.). *Non* enim, teſte Pet. Vincentio (220.), *licet belli mala ingentem ipſi dolorem in ſenecta attulerint, ita fractus eſt animo, ut aut fugeret, aut qvidqvam in Eccleſia mutaret, ſed erexit ſe aſſidua precatione, & hac conſolatione mœſtitiam leniit, qvod vidit tamen, inter tantos fluctus, Cymbam Chriſti mirabiliter a Deo ſervari.* Conſtantiæ hujus cauſas ipſemet verbis expoſuit ſeqventibus (221.): *Sub initium qvidem hujus belli id ſedulo atqve aſtute agebat Diabolus, ut ad diſceſſum ex hac urbe permoverer, eoqve ipſo bonum illud (qvod commemoratum fuit) opus impediretur; mihi enim portæ non minus qvam aliis patebant, & diſcedere integrum erat. Sed, qvia Deum timebam, & magnas opes, dignitates, poteſtatemqve alibi oblatam, accipere recuſaveram ſemper, hanc unicam ob cauſam, ut in Eccleſia mea permanere poſſem, periculo vitæ me tunc exponebam, atqve in nomine Domini in Eccleſia mea perſiſtebam. Ponderabam qvoqve illud apud animum meum, qvod fore providebam, ſi ego abirem. Concionatores reliqvos ægre in loco manſuros. Id vero minime bonum mihi videbatur, ut tantus populus a Miniſtris Eccleſiæ deſereretur: deditione enim urbis facta compertum eſt, eam, præter cives & incolas, Nobilium noſtrorum & militum ad ſeptem millia habuiſſe.* Erga Electorem tamen ſuum Johannem Fridericum, cum captivus is Witebergam eſſet deductus, parum decore ſe geſſit, ſi vera tradit *Hiſtoria Johannis Friderici*, a Matthæo Ratzenbergero, illius Archiatro, ſcripta, & a Gothofr. Arnoldo edita (222.). Hac enim teſte, cum A. 1547. Electorem captivum coram alloqvendi petiiſſet poteſtatem, confeſtimqve ab illo, ſolatia calamitatum, qvibus premebatur, a Theologo hoc ſuo, e verbo divino, ſuggeſtum ſibi iri, ſperante, eſſet admiſſus, de iſtis ſiluit, & ſalarium tantum poſtulavit reſiduum, mox etiam ipſi, Principis juſſu, perſolutum. Erga Mauritium contra, Ducem Saxoniæ, cui, qvod a ſuis ſtetiſſet partibus, Carolus V., Imperator, dignitatem ditionesqve Electorales, Johanni Friderico ademptas, viciſſim contulerat, cum ab eo Lipſiam A. eodem 1547. eſſet accerſitus, munificeqve donatus, perqvam ſe gratum atqve officioſum præbuit. Qva de re ita Joh. Sleidanus (223.): *Hoc ipſo tempore Mauritius Melanchthonem, Pomeranum, Crucigerum, Theologos Wittenbergicos, perhumaniter accipit Lipſiæ, qvo illos evocaverat, &, de ſua in religionem voluntate multa locutus, Eccleſiæ ſimul & ſcholæ miniſterium illis commendat, &, ut pro ſua conſvetudine pergant, hortatur, & ſtipendia conſtituit, &, ut ipſimet ſcribunt, donis ornatos dimittit. Nam, edito poſt libello, Pomeranus hanc illius humanitatem & munificentiam prædicat.* Libellus hic, a Sleidano memoratus, vernaculus ille eſt, qvem noſter, de urbis & Academiæ Wittebergenſis in bello nupero fatis, A 1547. ſub hoc edidit titulo: Wahrhaftige Hiſtorie, wie es uns zu Wittenberg in der Stadt, in dieſem vergangenen Kriege, gegangen iſt, biß wir durch GOttes Gnade erlöſt, und unſere Schule durch Kurfürſt Mauritium wieder aufgerichtet iſt. Qvem uti *dolos avaritiæ* Autoris ſui *prodidiſſe* Laur. Surius (cujus verba §. 25. recitavimus) judicavit, ita, a zelotis Lutheranis nimiæ lenitatis & adulationis erga Mauritium eſſe accuſatum Phil. Melanchthon, in Epiſtola ad Joach. Camerarium A. 1547. ſcripta (224.), huic retulit, ita ſcribens: *De libro Pomerani, Paſtoris noſtri, mecum expoſtulant, qvem ſcelerate facere ſcribunt, qvod non, ut Ambroſius in re leviore u-*

ſus

(210.) *in Vitis Theoll. Germ. p. 160.* (211.) *loco paulo ante citato.* (212.) V. Conr. Portam *in Or. de Luthero* (Mich. Neandri *Theologiæ Lutheri ſubjecta*) *lit. Y. 6. a.*, Joh. Gerhardum *in Methodo Stud. Theol. p. 154.*, Conr. Kircherum *in Tr. de Uſu Concordantiarum, lit. F. 3. a.*, Mich. Waltherum *in Officina Biblica p. 376.*, J. C. Danhauerum *l. c. p. 39.*, Joh. Henr. Urſinum *T. I. Analectorum ſacrorum*, L. *II.*, *n. 2.*, *p. 104.*, Joh. Chriſtfr. Sagittarium *l. c.*, *lit. B. 4. b.*, Herm. Conringium *in Epiſt. gratulat. ad Auguſtum, D. Brunſvic.*, *de natali 88.*, *p. 62.*, Joh. Meisnerum *in Jubilæo Witebergenſi p. 130. 131.*, Joh. Maukiſchium *in Diſp. Inaug. de Onomatologia & pragmatologia Relig. Chriſtianæ p. 96. 97.*, Joh. Gabr. Drechslerum *in Or. in memoriam Formulæ Concordiæ p. 27.*, J. F. Mayerum *l. c.*, *c. 7.*, *§. 3.*, *p. 76. 77. 78.*, G. H. Götzium *in Or. de Meritis J. Bugenhagii in Eccl. Lubec. p. 23.*, & alios plures. (213.) V. ex his Melch. Adamum *l. c. p. 318.*, Chriſtoph. Hendreichium *in Pandect. Brandeburg. p. 781.*, & Ant. Teiſſerium *P. I. Additt. Gall. ad Elogia Eruditorum Thuanæa p. 127.* (214.) *in Vita Lutheri p. 591. 592.* (215.) *in Myſterio fraudis Prædicanticæ*, teſte J. Maukiſchio *l. c.* (216.) V. D. Ambr. Reiidenii *Or. de uſu Catechiſmi lit. E. 1. a.*, & Melch. Adamum ac G. H. Götzium *ll. cc.* (217.) V. Seckendorfii *Comm. de Lutheraniſmo*, L. 3., *Sect. 36.*, *§. 135.*, *p. 648.*, & Joh. Chriſtfr. Sagittarii *Vitam Lutheri lit. B. 6. a.* (218.) in der Antwort auf etliche Beſchuldigungen D. Majors und D. Pomers, *lit. C. 3.* V. Gothofr. Arnoldi *T. IV. Hiſt. Eccl.*, *Sect. I.*, *n. 4.*, *p. 98.* (219.) V. Joh. Frid. Mayeri *Or. de Joh. Bugenhagio p. 28. 29. 30.* (220.) *in Orat. de vita illius funebri.* (221.) apud Frid. Hortlederum *in Receſſibus Imperii*, L. 3., *p. 450.*, & J. F. Mayerum, hunc allegantem, *loco n. 219. citato.* (222.) *Tomo IV. Hiſt. Eccl.*, *p. 91.* Confer Arnoldum ipſum *T. II.*, L. *16.*, *c. 4.*, *p. 31. 32.*, *& c. 14. p. 165.* (223.) *Lib. 19. Comm. de ſtatu relig. & reip.*, *ad A. 1547.*, *p. 543.* E qvo hæc repetierunt Henr. Pantaleon *P. III, Proſopogr. p. 203. 204.*, & Melch. Adamus *l. c. p. 316.* (224.) V. ejus *Epiſtolas ad Camerarium p. 577.*

ſus eſt ſeveritate, feriat anathemate hunc Juvenem, qvi bellum cum cognato geſſit. Liberalitatis Mauritii in noſtrum, & obſeqviorum noſtri erga illum, teſtis qvoqve eſt Matthæus Ratzenbergerus, *in Hiſtoria Johannis Friderici, Electoris Saxonici,* paulo ante allegata (225.). Ubi narratur, Mauritium, ſub initia gubernationis ſuæ, & Melanchthoni, & Bugenhagio, crumenam Thaleris refertam Imperialibus, dono dediſſe, ſuamqve ſimul pollicitum eſſe gratiam, Bugenhagium vero, beneficentiæ iſtius memorem, cum Witebergæ, in ſuggeſtu, precibus publicis aliqvando finem imponeret, auditores, ut pro Electore ſuo orarent, hortatum, hæc verba, Oratore ſacro indigna, addidiſſe: Doch meine ich nicht den alten Kurfürſten, Herrn Johann Friderich, ſondern den ietzigen, unſern gnädigen Herren, Moritzen. Der iſt ein rechtſchaffener, gütiger, milder Fürſt, und hat neulich dem Herrn Philippo, und mir, einem ieden eine Pumpmütze voll Thalers ſchencken laſſen. Qvæ narratio Ratzenbergeri, ſicut & præcedens de colloqvio cum Electore captivo, an falſitatis ſuſpectæ merito credantur a Polyc. Lyſero, Eccleſiarum Ducatus Lüneburgici Antiſtite (226.), Sev. Lintrupio (227.) (qvorum uterqve Gothofr. Arnoldo, ob eas juris factas publici, vehementer indignatur), & Dav. Ebersbachio (Autorem ſe hoſtilis in noſtrum animi convicturum eſſe minato) (228.), diſpiciant ac judicent alii.

§. XXVIII.

Inſtaurata per Mauritium Electorem Academia Witebergenſi, per duo adhuc luſtra ſenex ſuperfuit, geminiqve muneris, eccleſiaſtici & academici, officiis pro virili fungi perrexit, nec raro, ob autoritatem, qvam hactenus ſibi acqviſiverat, ad Theologorum Eccleſiæ Saxonicæ exocatus eſt ſynodos, ac deliberationibus de negotiis controverſiisqve ſacris adhibitus. A. 1548., d. 16. Junii, *Judicio de Libro Interim* vernaculo, per ſe, Crucigerum, Majorem & Melanchthonem, Collegas, Johannemqve Pfeffingerum, ac Theologos cæteros Lipſienſes, publicato, & A. 1551., d. 10. Julii, *Repetitioni Confeſſionis Auguſtanæ*, Tridentino exhibendæ Concilio, primo inter Theologos Saxonicos loco, ſubſcripſit. Eodem A. 1551., cum Melanchthone & Joh. Forſtero, Collegis, Andreæ Oſiandri ſenioris, Theologi Regiomontani, doctrinæ de Juſtificatione hominum per juſtitiam Dei eſſentialem erroneæ Judicium opponebat peculiare, cui ab Oſiandro reſponſum eſt in der Wiederlegung der Schrift Phil. Melanchthonis, Joh. Pomerani und Joh. Forſteri, wieder ſein Bekäntniß, Regiomonti A. 1552. excuſa (229.). Controverſiæ qvoqve, a Franc. Stancaro, Mantuano, Academiarum Regiomontanæ & Viadrinæ Profeſſore, qvi, cum Oſiandrinum refutare vellet errorem, in contrarium de Chriſto mediatore noſtro ſecundum humanam tantum naturam erat prolapſus, motæ, cognitionem A. 1553. ipſi ac Melanchthoni a Joachimo II., Electore Brandeburgico, eſſe delatam, verba docent Epiſtolæ Melanchthonis, ad Joh. Mattheſium tunc ſcriptæ, ſeqventia (230.): *Ante octiduum Elector Marchio vocaverat D. Pomeranum & me, ad cognitionem controverſiæ Stancari, qvi contendit, Chriſtum mediatorem eſſe tantum ἀνθρωπίνῃ φύσει. Statim intelleximus, & filium Electoris, Epiſcopum Meideburgenſem, mortuum eſſe, & patrem ægrotare. Ita exiſtimo cognitionem impeditam. Nos qvidem profecti non ſumus.* Non multo poſt Johanni a Laſco, Nobili Polono, Reformatorum doctrinam in qvibusdam Germaniæ ſpargenti provinciis, noſter, incertum qva ratione, ſe oppoſuit, cumqve *erroneum* appellavit. Qvam accuſationem Laſcus A. 1556., teſte Melch. Adamo (231.), in Epiſtola Francofurto, ad Sigismundum, Poloniæ Regem, Regniqve Senatum & Ordines, adverſus Joach. Weſtphali, Joh. Timanni & Joh. Pomerani, calumnias, ſcripta, refutare eſt conatus.

§. XXIX.

Scripta ejus Polemica, qvibus Pontificios, Reformatos, Anabaptiſtas fanaticos, & hos inter Melch. Hofmannum præſertim, refutavit, una cum iis, qvæ, e Pontificiis, Joh. Cochlæus, Thom. Morus, Mich. Vehe & Liborius Schwichtenbergius (de qvo §. *XIX.* dicta relegantur), e Reformatis autem Huldr. Zwinglius, Mart. Bucerus & Mich. Cellarius, horum nonnullis repoſuerunt, in Librorum ipſius enumerabuntur Catalogo. Qvanto illum, tum ob iſta, tum ob tot Eccleſiarum in itineribus ſacris emendationem, odio Pontificum proſecuti ſint aſſeclæ, non e conviciis ſolum patet Joh. Cochlæi, Laur. Surii, Corn. Looſei, Ludolphi Naamani & Ad. Contzenii, §. *XXV.* jam recitatis, ſed & e cenſuris, qvibus Indices librorum prohibitorum in ipſum pariter atqve ſcripta ſævierunt, immitibus. Scripta certe ejus omnia anno jam 1540., in Caroli V., Imperatoris, Mandato de libris Hæreticis ac ſuſpectis Belgico, & A. 1550., in Indice iſtorum, juſſu ejusdem, a Theologis congeſto ac publicato Lovanienſibus, in Belgium importari, vendiqve & legi, ſunt prohibita. In Indice poſtea Pii IV., Sixti V. & Clementis VIII., Pontificum, Romano (232.), Hiſpanico expurgatorio, Madriti A. 1667. per Ant. Sotomajorem, Inqviſitorem generalem, edito (233.), aliisqve ejusdem furfuris, damnatis primæ claſſis annumeratus eſt Autoribus. Nec pepercerunt ei Reformati aliqvot rigidiores, &, hos inter Crypto-Calviniani poſteriores Saxonici, a qvibus, ſi Georg. Mylii *Comœdiæ* credendum eſt *Miſnicæ* (234.), ipſe, Cruciger, Juſtus Jonas, Brentius, Schnepfius, Theologi Lutherani percelebres, ſuæ adverſati doctrinæ, *indocti aſini, ſcurræ & fatui*, appellabantur.

§. XXX.

Verum nec domeſtici noſtro defuere adverſarii, a qvibus, cum Eccleſiam Lutheranam feralia Theologorum turbare cœpiſſent diſſidia, doctrinæ audacter atqve publice accuſabatur erroneæ. Occaſionem diſſidiis iſtis, poſt obitum Lutheri, & infelicem belli adverſus Carolum V., Imperatorem, Germanici exitum, præbuit Liber, qvem *Interim* vocabant, ſive Formula religionis cultusqve divini, ab Imperatore hoc victore plerisqve Proteſtantium Eccleſiis, ut eam, donec controverſiæ illarum cum Pontificiis ſacræ in Univerſali deciderentur Concilio, in ſacris obſervarent publicis, obtruſa. Cujus dogmata Pontificia Phil. Melanchthon & Bugenhagius, illi ὁμόψηφος (235.), cæteriqve horum, inter Saxoniæ Electoralis, & vicinarum regionum, Theologos, aſſeclæ, non minus qvidem, qvam rigidiores, improbabant, ac rejiciebant; ſed, circa Adiaphora, pacis eccleſiaſticæ ſtudio, metuqve perſecutionis, leniores, ceremonias qvasdam, non omnino impias, hactenus qvidem apud ſe abrogatas, ſed in Romana uſitatas Eccleſia, Imperatore jubente, admitti iterum poſſe, judicabant. Ob lenitatem hanc, a Matthia Flacio, Nicol. Ambsdorfio, Nicol. Gallo, Zelotisqve Lutheranis aliis, defectionis a Lutheri doctrina atqve Zelo meticuloſæ accuſabantur, velut Hæretici aut Schiſmatici, ſub probroſis Interimiſtarum & Adiaphoriſtarum, traducebantur, nominibus, ſcriptisqve impugnabantur ferme innumeris. Bugenhagio ſpeciatim (præter Admonitionem D. Matthæi Ratzenbergeri, Johannis Friderici, Saxoniæ Electoris, Archiatri, vernaculam, de qva §. *XII.* dicta relegantur) ſunt oppoſitæ: 1. Matthiæ Flacii Antwort auf etliche Beſchüldigungen D. Georgii Majoris und D. Joh. Pomers, Magdeburgi, abſqve anni (qvi 1551. fuiſſe videtur) mentione,

(225.) apud Gothofr. Arnoldum *T. IV. Hiſt. Eccl.*, *p.* 92. Conf. Arnoldum ipſum *T. II.*, *L.* 16., *c.* 4., *p.* 32. (226.) *in Officio pietatis, D. Polyc. Lyſero Seniori, proavo, perſoluto, p.* 1:8. (227.) *in Autoſchediaſmate de J. Bugenhagii in Eccleſiam Danicam meritis p.* 110. 111. (228.) *in præfat.* des Glaubens-Bekäntniſſes Henrici von Zutphen *p.* 64. (229.) *V. Catal. Biblioth. D. J. Frid. Mayeri p.* 162., & M. Lipenii *P. II. Biblioth. Theol. p.* 386. (230.) *Lib. II. Epiſt.*, *n.* 67., *p.* 83. Conf. Melch. Adami *Vitas Theoll. Germ. p.* 346. 347., & M. Joh. Balth. Mattheſii Lebens-Beſchreibung Joh. Mattheſii *p.* 122. 123. (231.) *in Vitis Theologorum exterorum p.* 20. (232.) *p.* 33. 61. Conf. Franc. Magdaleni *Elenchum librorum in Indice Romano prohibitorum p.* 63. 320. (233.) *p.* 569. (234.) apud Abr. Calovium *in Collatione Pſeudoapoſtolorum & Calvinianorum, Diſp. II.*, *p.* 141. (235.) V. Caſp. Ulenbergii *Vitam Melanchtonis p.* 295.

ne, impreſſa (236.); 2. Nicol. Ambsdorfii Schrifft, daß D. Pomer. und D. Major, mit ihren Adiaphoriſten, Aergerniß und Zertrennung angericht, und der Kirchen Chriſti unüberwindlichen Schaden gethan haben; derhalben ſie, und nicht wir, zu Magdeburg, vom Teufel erweckt ſeyn, wie ſie uns ſchmähen und läſtern, A. 1551. itidem edita (237.); 3. Ejusdem Ambsdorfii Antwort auf D. Pommers Schelmworte, ſo er auf der Kantzel, am Sontage nach Udalrici A. 1549., ausgeſchüttet hat; in qva, a Gothofr. Arnoldo (238.) & Juſtino Meyero (239.) allegata, utroqve teſte, noſtro Lutheri de Collegarum ſuorum Witebergenſium inconſtantia vaticinium, & ipſius de iſto cum D. Auguſtino Schurfio, Profeſſore Medico, colloqvium, verbis exprobrantur ſeqventibus: *D. Mart. Luther* heiliger Gedächtniß hat oft, vor vielen andern glaubwürdigen, und auch vor D. Auguſtin Schurff, geſaget dieſe Worte: Nach meinem Todt wird keiner von dieſen Theologen beſtändig bleiben. Solches hat D. Aug. Schurff D. Pommern erinnert, da Wittenberg aufgegeben, und ihn vermahnet, daß er beſtändig bleiben und gedencken wolte, was D. Luther geſagt hätte. Aber D. Pommer iſt im Unwillen und zornig von ihm weggelauffen. Imo tanti ἐγκλήματα, ab adverſariis hiſce ipſi objecta, Theologis Academiæ Juliæ primis & rigidioribus viſa ſunt eſſe momenti, ut, cum *Formula*, qvam vocant, *Concordiæ* Eccleſiarum conſcriberetur Lutheranarum, errores ejus, nomine ipſius adjecto, in iſta refutari poſtularint ac rejici (240.). Qvomodo ſe Bugenhagius, certamini huic cum fidei ejusdem ſociis implicitus domeſtico, geſſerit, a Petro Vincentio, famæ illius, *in Oratione funebri*, & *Epiſtola* hujus ad Philippum, Pomeraniæ Ducem, *dedicatoria*, contra Antagoniſtas, ſed breviter tantum, patrocinato, ita eſt expoſitum: *Deinde, moto diſſidio Flacico, fuit in dolore, non tam ſua cauſa, qvam propter Eccleſiam. Conſcientia enim ipſius non erat ſauciata, & impudenter ſparſerant qvidam manifeſta mendacia, qvæ ſciebat refutari tempore. Nam neqve in bello, neqve poſtea, vocem doctrinæ, nec ullum in Eccleſia ritum, mutavit. Et, qvanqvam ad alium Dominum hæc regio translata eſt, tamen ſemper voluit manere eandem Eccleſiam, & ſæpe dixit: Date Deo, qvæ Dei ſunt, & Cæſari, qvæ ſunt Cæſaris. Utrumqve enim conſtanter præſtitit, fuit alieniſſimus a ſeditioſis conſiliis, & in retinenda doctrinæ puritate firmus. Itaqve, ut de Severo Imperatore ſcriptum eſt, fuiſſe eum intentum in ea, qvæ agenda erant, & neglexiſſe populi fabellas* (Ἐπιμελὴς ἦν τῶν πρακτέων, ἀμελὴς τῶν περὶ αὐτοῦ λογοποιουμένων)*: ſic ipſe, cum illæ ſycophantiæ ſpargerentur, propter eas tamen neceſſarios labores non omiſit. - - Hos dolores Paſtori etiam precatio & bona ſpes leniebat, ac ſæpe dictum Pſalmi repetebat: Commenda Deo viam tuam, & ſpera in eum, & ipſe faciet.* Bugenhagius ipſemet contra adverſarios hoſce nihil edidit, præter Epiſtolam ad Chriſtianum III., Regem Daniæ, dedicatoriam, Kal. Oct. A. 1550. exaratam, & ſuo *in Jonam Commentario*, eodem A. 1550. Witebergæ publicato, præmiſſam, ſeorſim vero, curante M. Chriſtoph. Frid. Lämmelio, Hamburgi A. 1709. (241.); ſub *Epiſtolæ* titulo *apologeticæ ad Daniæ & Norwegiæ Regem, Chriſtianum III., contra Scriptores Adiaphoriſticos, alios qve obtrectatores,* recuſam. In qva tamen qverelæ tantum & invectivæ leguntur generales, nec ad ſingula zelotarum reſpondetur accurate ἐγκλήματα. Qvod nec factum eſſe credo in literis ad eundem Monarcham ineditis, qvæ hanc A. 1549. jam præceſſerant, & in ea verbis allegantur ſeqventibus: *Scripſi ad Tuam Majeſtatem ipſam hujus rei veritatem, Deus ſcit, qvod non mentior, & easdem literas exſcriptas miſi Principibus & civitatibus, qvibus prædicaveram, ne ſcandalizentur in nobis per mendacia aliorum; ſed, lectis literis, reddiderunt nobis Adiaphoriſtici ſcriptores plauſtra calumniarum, minantes nobis ſuperbiſſime, niſi emendemus mala noſtra.* Epiſtolam hanc anni 1550. apologeticam, A. 1709. recuſam, confutare, poſt annos 160. jam elapſos, zelo aggreſſus eſt intempeſtivo, & ita controverſiam, oblivione jam ſepultam, temere reſuſcitavit, Juſtinus Meyerus, Diaconus in Hadelia Oldenbrocenſis, *in Diatriba Hiſtorico-Theologica de Bugenhagii lapſu Adiaphoriſtico; qva oſtenditur, optimum alias Virum, tempore certaminis Adiaphoriſtici, graviter qvidem impegiſſe, nullum tamen inde præſidium tepidis mollibusqve Theologis pronaſci;* Hamburgi A. 1710. (242.) edita. Qvam, juſto licet in Bugenhagium acerbiorem, conferre cum noſtra de certamine hoc narratione, qvi volent, poterunt.

§. XXXI.

Fuerunt qvoqve inter Heterodoxos, qvi, probe gnari, magnam ſuperſtitis inter Lutheranos fuiſſe autoritatem, e defuncti ſcriptis loca nonnulla conqviſiverunt, ſuisqve congrua eſſe aut favere jactarunt placitis. Talia ſunt, qvæ de dicto 1. Joh. V. 7. ſuppoſititio & per Arianos forte intruſo, e *Commentario in Jonam*, Sociniani Racovienſes & Chriſtoph. Sandius, de verbis Davidicis Pſ. II. 7. ad probandam Filii Dei æternitatem invalidis, ex *Interpretatione Pſalmorum*, idem Sandius, de Pædobaptiſmi originibus neutiqvam Apoſtolicis, e Germanica *Pſalmi XXIX. Explicatione*, librisqve aliis, Jac. Mehrningius (243.) & Anabaptiſta Anonymus, pro ſua allegarunt ſententia, atqve adverſariis objecerunt. De qvibus, ſicut & Autoribus Lutheranis, ea vindicantibus aut excuſantibus, plura ſuo loco, in ſcriptorum iſtorum, dicentur, recenſu. E Theologiæ Enthuſiaſtarum, qvos vocant, patronis, Nicol. Tetingius A. 1635. edidit Abgedrungene, kurtze, iedoch gründliche, und mit H. Schrifft, und Lutheri, Phil. Melanchthonis, Pomerani, Brentii, und anderer authentiſirten Lutheriſchen Theologen, Schriften mehr, wolbewehrte Verantwortung, auf des Predigampts zu Lübeck, Hamburg und Lüneburg, Buch von den neuen Propheten. Sed & iſti, A. seqv. 1636., a D. Joh. Mullero, Paſtore Hamburgenſi Petrino, in der Nohtwendigen Verthädigung des Außführlichen Berichtes von den neuen Propheten, eſt reſponſum, & in hac (244.) loca duo Pomerani, ſive Bugenhagii, qvæ Tetingius pro interno verbi divini auditu, ſive revelationibus immediatis, allegat, commodius explicata. Qvid qvod ſuperſtes etiam, anno jam 1532., Baptiſmi abolendi ſvaſor autorqve, in ſcripto qvodam, fuiſſe falſo a ſuis perhibebatur obtrectatoribus; contra qvos Phil. Melanchthon, in Epiſtola ad Joh. Jordanum Hertzheimerum, Virum Ordinis eqveſtris, in aula commoratum Moguntina, Prid. Epiphaniæ A. 1533. ſcripta (245.), verbis ei patrocinatus eſt ſeqventibus: *De Pomerani ſcripto nimis acerbe judicant, qvi interpretantur eum abolere baptiſmum. Cum autem conſtet ex aliis ipſius libris, & perpetua conſvetudine, nihil eum de baptiſmo alienum docere a pietate, aut communi Eccleſiæ conſvetudine: incivile eſt, exagitare unum atqve alterum verbum obſcure ſcriptum. Pollicetur tamen, ſe velle huic offenſioni mederi in altera editione, qvam nunc adornat, & tollere verba, qvæ aliqvid viſa ſunt habere incommodi. Ego, ut ejus ſententiam penitus cognoſcerem, qvæſtiones, propemodum ut fit in foro, ei præſcripſi, ad qvas diſerte reſpondit.*

§. XXXII.

Doctrinam ejus ſacram, qvæ e ſcriptis præſertim elucet Exegeticis atqve Liturgicis, vulgari ævi iſtius ſolidiorem, zelum & magnitudinem animi in corruptelis cultus divini tollendis, pietatem, probitatem, integritatem, fidem ac diligentiam in officiis, gravitatem, conſtantiam, patientiam, prudentiam, caſtitatem, juſtitiæ ac pacis ſtudium, aliasqve vitæ ac morum virtutes, Biographi & Encomiaſtæ, &, hos inter, præ aliis, Melch. Adamus, Georg. Cracovius gener (246.) ac Sever. Lintrupius (247.), prolixis ornarunt laudibus. Inprimis vero, nec immerito, non ab his ſolum, ſed

& a Joach.

(236.) *in 4.* (237.) *in 4.* (238.) *Tomo IV. Hiſt. Eccl., Sect. I., n. 4., p. 98.* (239.) *in Diatriba de Bugenhagii lapſu Adiaphoriſtico p. 18. 19.* (240.) V. Joh. Benedicti Carpzovii Sen. *Iſagogen ad libros Symbolicos p. 1149.* (241.) *in 4.* (242.) *in 8.* (243.) in der Heiligen Tauf-Hiſtorie *p. 925-967. 971. & ſq.* (244.) *p. 77. 80. 81.* (245.) V. illam *in Farragine Epiſtolarum P. Melanchthonis*, Baſileæ A. 1565. a Joh. Manlio edita, *p. 184. 185.* (246.) *in Elegia funebri.* (247.) *in Avtoſched. de meritis J. Bugenhagii in Eccl. Dan. p. 104. 110. 111.*

& a Joach. Camerario (248.), Theodoro Beza (249.), Nicol. Reuſnero (250.), Jac. Verheydenio (251.), V. L. Seckendorfio (252.), aliisqve, celebratur 'Αὐτάρκεια ejus ſingularis, ab avaritia & ambitione alieniſſima, qva, munere gemino Witebergenſi, etſi haud admodum lauto, contentus, & per annos 36. functus continuos, Epiſcopatus duos ſplendidiſſimos atqve opulentiſſimos, Sleſvicenſem & Caminenſem (253.), vel tres potius (tot enim ipſemet (254.) & Joh. Micrælius (255.) numerant), in Dania & Pomerania, citra ambitum, ſibi oblatos, modeſte declinavit ac repudiavit. In converſatione cum amicis, aliisqve ipſius uſis conſvetudine, familiari facetus fuiſſe perhibetur ac hilaris, ſalesqve ſæpius urbanos atqve arguta protuliſſe apophthegmata; qvorum nonnulla a Joh. Manlio (256.), Ott. Melandro (257.), Dan. Cramero (258.), Melch. Adamo (259.), Jul. Wilh. Zinckgrafio (260.), & Chr. Frid. Lämmelio (261.), qvædam etiam a nobis jam ſupra (§. *XIII. XVIII. & XXII.*), ſunt recitata. Qvibus jam e Manlio (262.) ſacra aliqvot addemus, & primum qvidem celebre iſtud de Juſtificatione hominis, a Melch. Adamo repetitum: *Sicut annulus, cujus palæ gemma pretioſa eſt incluſa, amatur & magni fit, non propter maſſam auri, ex qva conſtat annulus, ſed propter gemmam: ita homines fide juſtificantur propter Filium Dei, qvem fides, tanqvam annulus gemmam, comprehendit.* Interrogatus a nonnemine, qvid Deus ante Mundi feciſſet creationem, teſte Manlio eodem reſpondit: *Sedit juxta ſpinetum, & virgas compegit talibus curioſis, de rebus hujusmodi interrogantibus.* Audacius his atqve animoſius fuit Apophthegma illud, qvo ipſi Diabolo, miniſtræqve hujus veneficæ, lac butyrumqve ſuffuratæ, inſultavit, a Luthero (263.) commendatum, &, e Collegæ ipſius, M. Seb. Froſchelii, *Homilia de Angelis ſecunda*, fuſius a Melch. Adamo (264.) verbis enarratum ſeqventibus: *Aliqvoties ei uxor fuerat conqveſta, butyrum ſibi e vaſe, in quo liquatur, veneficio ſurripi. Itaqve ipſe, in contemtum Diaboli, in vas illud alvum dejecit, additis hiſce: Egregium vero te Angelum præſtas, qvi amaſiæ tuæ veneficæ famularis! en tibi, hoc affer tuæ veneficæ! Factum deinde, ut nihil fuerit ablatum.* Lutherus pauciora his verba, qvibus Diabolum ſit allocutus, eaqve Saxonica: Nu fritt Düvel (i. e. *Vora Diabole*), illi tribuit.

§. XXXIII.

Conjugium, uti e Lutheri Epiſtolis (265.) a Georg. Henr. Götzio (266.) eſt obſervatum, Wittebergæ A. 1522. iniit cum uxore, cujus nomen, familiam, numerumqve liberorum utriusqve ſexus, ob profundum Biographorum omnium de his ſilentium, ignoramus. E Filiis Patri ὁμώνυμος fuit atqve ὁμότεχνος Johannes Bugenhagius Junior, Witebergenſis, qvi (uti Gothofr. Svevus (267.), Andr. Sennertus (268.), Joh. Henr. Feuſtkingius (269.), iſtumqve ſecutus Wilh. Ern. Tenzelius (270.), nos docuere), in Academia patria Witebergenſi, Profeſſor primum, ab A. 1557., erat, vel Catecheſeos (juxta Sennertum (271.)), vel Lingvarum Orientalium (juxta Feuſtkingium), Collegiiqve Philoſophici A. 1565., Decanus, deinde vero Theologiæ (cujus Doctor a Georg. Majore d. 11. Maji A. 1570. eſt creatus), circa A. jam 1568., Profeſſor, ac templi ſimul arcis Eccleſiaſtes, Ordinis Theologici A. 1580. Decanus, atqve Rector A. 1568. 1575. & 1584. Academicus. Witeberga is tandem, ſive A. 1582. (juxta Feuſtkingium), ſive potius (cum Rectorem Academiæ A. 1584. adhuc egerit patriæ) A. 1588. (juxta Joh. Deutſchmannum (272.)), in urbem vicinam migravit Kembergenſem, hujusqve Præpoſitus & Paſtor conſtitutus, A. 1592. obiit. E filiabus duæ mihi innotuerunt, qvæ noſtro, una cum uxore, fuerunt ſuperſtites. Harum una, qvoad nomen ignota, maritum habuit Andream Wolfium, J. U. D. & Practicum Witebergenſem, A. 1560. extinctum (273.); altera vero, Sara, Georgio Cracovio, Pomerano, J. U. Doctori & in Witebergenſi Academia Profeſſori, Auguſtiqve, Saxonici Electoris, Conſiliario intimo, A. 1574. in carcere Lipſienſi, in qvem ob Crypto-Calvinianorum conjectus erat patrocinium, mortuo, eſt elocata, &, ante Conjugem hunc, d. 17. Dec. A. 1563., in ſeptimo defuncta puerperio (274.).

§. XXXIV.

Per omnem fere vitam integra & firma noſter gaviſus eſt valetudine, ſed, in extrema ſenecta, cum ſeptuagenario jam eſſet major, aliqvot ante obitum annis, animo pariter atqve corpore coepit eſſe imbecillior, muneribusqve ulterius adminiſtrandis minus idoneus. De hac ſenectæ ipſius debilitate ita Joach. Camerarius *in Vita Philippi Melanchthonis* (275.): *Cum ſenſim viribus, tam animi, qvam corporis, deficeretur, & non morbi gravitate, ſed diuturnæ debilitatis langvore, velut evaneſceret, animadvertebatur qvaſi ſimulacrum prioris viri, in omnibus rebus agendis alacris & prompti, intuentem Philippum non leviter perturbari. Auditæqve ſunt voces ipſius deprecantis, ne ſibi talis ſenectus contingeret. Id qvod ſecundum optatum ipſius accidit.* Eadem tradit, præter alios, e Camerario ſua mutuatos (276.), Georg. Major, in *Programmate* de vita Melanchthonis *funebri*, qvem de Bugenhagio, qvod *non morbo, ſed tantum virium defectu, ſit mortuus*, retuliſſe teſtatur. Oculi vero qvoqve alterius uſu eum tunc eſſe orbatum, ſolus Autor eſt M. Joh. Oertelius, Paſtor Cizenſis (277.), cuius a Georg. Henr. Götzio (278.) verba hæc recitantur vernacula: Einer, Trullerus genandt, hat zu ſeiner Zeit geſaget, daß der Herr D. Joh. Pomeranus ſo alt worden, daß er in ſeinem hohen Alter nicht gewahr worden, daß ihm ein Auge abgegangen, biß daß er ungefehrs Dinges einmahl das eine Auge zugedrucket, und mit dem andern keinen Strich ſehen können, alſo, daß er zu denen Seinen angefangen und geſagt: Kinder, hab ich doch man ein Auge.

§. XXXV.

Ultimorum vitæ ejus temporum, obitusqve, Oratio parentalis Pet. Vincentii hanc exhibet hiſtoriam: *Fuit autem & poſtremus vitæ Paſtoris noſtri actus Dei beneficio placidus. Cum ita langvefactæ eſſent vires poſtremo anno, ut concionandi laborem ſuſtinere non poſſet, venit tamen qvotidie in templum, & pia precatione Eccleſiam, & ſeſe, & nos, Deo commendabat: veniebat etiam ad neceſſarias deliberationes. Tandem, Menſe Aprili, decumbens ſine magno cruciatu,*

(248.) *in Vita Phil. Melanchthonis p. 364. 365. 366.* (249.) *in Iconibus virorum doctrina & pietate illuſtrium, lit. D. 4. b. E. 1. a.* (250.) *in Iconibus virorum literis illuſtrium p. 213. 214.* (251.) *in Effigiebus & Elogiis Theologorum p. 35.* (252.) *V. locum ejus §. 19 recitatum.* (253.) V. qvæ de utroqve §. 19. & 22. ſunt narrata. (254.) apud Seckendorfium *loco §. 19. recitato.* (255.) *P. III. Syntagm. Hiſt. Eccl. p. 471.* (256.) *in Locorum communium Collectaneis p. 1.* (ubi perperam *D. Pontanus* vocatur) 2. 73. (257.) *T. III. Jocorum atqve ſeriorum, n. 283., p. 317. 318.* (258.) in der Pommerſchen Kirchen-Chronica, *L. 3., c. 33., p. 158. & ſeqq.* (259.) *in Vitis Theoll. Germ. p. 318.* (260.) *P. I.* der Teutſchen *Apophtegmatum p. 248.* (261.) *in Hiſtoria Bugenhagiana p. 64. 65. 66.* (262.) *locis n. 256. citatis.* (263.) in den Tiſch-Reden, *c. 25., f. 218. b.* (264.) *l. c. p. 318.* Conf. M. Joh. Prætorii Bericht vom Blockſberge, *P. II., c. 1., p. 148.* (265.) *T. II. p. 93.* (266.) *in Or. de Meritis Joh. Bugenhagii in Eccleſiam Lubec. p. 6.* (267.) *in Acad. Witeb. lit. T. 1. b. V. 2. a. Z. 2. b. Ddd. 4. b. Fff. 1. b. Hhb. 4. a. Iii. 4. a. Lll. 1. a.* (268.) *Lib. I. Athen. Witeb. p. 67. 68. 89. 100. 124. 134. 141. 156.* (269.) *in Appendice Concionis Germanicæ de vita Barthol. Bernhardi, Præpoſ. Kemberg., p. 65-68.* (270.) *in Bibliotheca curioſa vernacula, Sect. 9. & 10. A. 1705., p. 797.* (271.) *l. c. p. 156.* (272.) *in Append. Tubæ Reformationis Lutheranæ de perpetuo Chriſtianorum Jubilæo p. 43.* (273.) V. Georg. Cracovii *Programma funebre*, illi ſcriptum, *Tomo IV. Scriptorum Acad. Witeb. publicorum, f. N. 3.* (274.) V. de illa Erneſti Ludovici, Ducis Pomeraniæ, *Programma funebre, Tomo VI.* eorundem *Scriptorum Acad. Witeb., fol. B. 8. & C. 1. 2.*, Epitaphium duplex Witebergenſe *in Gotfr. Svevi Acad. Witeb., lit. Qqq. 4. b. Rrr. 1. a. Uuu. 4. a.*, & Georg. Cracovii, mariti, *Elegiam in obitum J. Bugenhagii ſoceri.* (275.) *p. 365. 366.* (276.) V. Melch. Adami *Vitas Theoll. Germ. p. 318.*, Jul. Wilh. Zinckgrefii *P. I.* der teutſchen *Apophtegmatum p. 225.*, & Joh. Hülſemanni *Orat. fun. de vita D. Pauli Röberi p. 25. 26.* (277.) *in Conc. fun. in exeqviis D. Joh. Avenarii, Superint. Cizenſis, A. 1590. habita.* (278.) *in Specimine Qvæſtionum e Theologia caſuali, Qv. 2., p. 6.*

qvotidie precationes repetivit. Sæpe etiam ſvaviter cum amicis, de ſpe ſalutis æternæ, & de poſteritate, collocutus eſt. Vigor mentis adeo fuit integer, ut, octiduo ante mortem, D. Tilemannum Heshuſium, Heidelberga redeuntem, mox agnoſceret, & lætus gratularetur reditum, & ſciſcitaretur, an in Academiam Heidelbergenſem migraturus eſſet, & ei fauſta precaretur. Poſtea, die viceſimo Aprilis, cum ſe qvotidie Filio Dei, Domino noſtro JEſu Chriſto, commendaſſet, placide ex hac mortali vita deceſſit. Cui narrationi unicum hoc e Matthæi Blochingeri *Programmate* addi meretur *funebri*, qvod, ante mortem, ſæpe dictum illud Servatoris (e Joh. XVII. 3.) repetierit: *Hæc eſt Vita æterna, ut agnoſcant Te ſolum verum Deum, &, quem miſiſti, JEſum Chriſtum.* Obiit autem Witebergæ d. 20. Aprilis A. C. 1558., & ætatis 73., uti omnes, de vita ejus commentati, uno ore teſtantur, excepto ſolo, qvi nunc ad manum non eſt, Johanne Jacobo Boiſſardo. Is enim, loco §. ſeqventi allegando, ſi Gvilh. Budæo (279.) credas, ad A. 1548., ſi vero Joh. Henr. Bœclerum (280.) audias, ad A. 1585., obitum ipſius perperam retulit. Succeſſor defuncti, in Paſtoris officio, d. 27. Julii A. 1558., ab Academia pariter atqve Senatu urbano, Witebergæ eligebatur, & ab Auguſto, Electore Saxonico, rata habita electione, deſignabatur, ſimulqve Profeſſor conſtituebatur, in locum ejusdem, Theologus, Paulus Eberus, Lingvæ hactenus Hebrææ Interpres, Templiqve arcis Concionator (281.)

§. XXXVI.

Symbolum Bugenhagio duplex tribuitur, a Thoma Crenio ſcilicet (282.) Sententia Davidica (Pſ. XXXVII. 5.): *Commenda Domino viam tuam, & ſpera in eum, ipſe faciet.*; a Wolfg. Krügero autem (283.), Valerio Herbergero (284.), & hunc allegante Georg. Henr. Götzio (285.), Sev. Lintrupio (286.) & C. F. Lämmelio (287.), Diſtichon notiſſimum:

Si Chriſtum bene ſcis, ſatis eſt, ſi cætera neſcis:
Si Chriſtum neſcis, nihil eſt, ſi cætera diſcis.

Effigiem ejus Theod. Beza *Iconibus Virorum doctrina & pietate illuſtrium* (288.), Nicol. Reusnerus Iconibus Virorum literis illuſtrium (289.), Joh. Jac. Boiſſardus *Bibliothecæ Chalcographicæ* (290.), Jac. Verheydenius *Effigiebus & Elogiis Theologorum* (291.), & Joh. Frid. Mayerus *Hamburgo* ſuo *Evangelico*, A. 1694. Germanice Hamburgi edito, inſeruerunt, noviſſimeqve Chriſtoph. Frid. Lämmelius A. 1706. *Hiſtoriæ Bugenhagianæ*, & Val. Ern. Löſcherus (additis rythmis in illam veteribus Germanicis) A. 1718. *Sectioni II. Relationum de rebus Theologicis innoxiarum anni illius* Germanicarum, præfixerunt. De Inſignibus tandem noſtri notandum, qvod Citharæ imaginem exhibuerint Davidicæ, & non in literis ſolum ad Lutherum, qvas Joh. Frid. Mayerus poſſedit (292.), comparuerint αὐτογράφοις, ſed in Lutheri Homiliæ *de Ove perdita* vernaculæ, Witebergæ A. 1533., & *Explicationis Capitis XVII. Johannis*, ibidem A. 1534. excuſæ, frontiſpiciis ſive titulis depicta qvoqve, una cum Lutheri ipſius Corde cruce ſignato roſaqve cincto, Phil. Melanchthonis Serpente æneo, Juſti Jonæ Ceto Jonam devorante, atqve Caſp. Crucigeri Columba Noachi oleæ reportante folium, ſpectentur. Carmine illa elegiaco celebrata ſunt venuſto per Joh. Schoſſerum, *in Libro de Clarorum Virorum Inſignibus* (qvi ſextus eſt *Poematum* ejus Francofurti ad Viadrum A. 1598. editorum) obvio, Citharam Bugenhagii Davidicam paganis ac profanis Orphei Amphionis ac Arionis præferente, & ultimo hoc tetraſticho ad noſtri in Pſalmos Davidicos eleganter alludente Commentarium (293.):

Qvæ canit æterno præconia juſta Parenti,
Omnibus hanc citharis præpoſuiſſe velim:
Commovet undoſum qvalem Pomeranus ad Albim,
Vatis Jeſſæi ſvave ſecutus opus.

Vitæ Bugenhagii Scriptores, laudumqve & meritorum ejus præcones, qvos omnes propemodum conſului, præcipui, e ſeqventi innoteſcent Indice.

I. M. Matthæus Blochingerus, Matheſeos Profeſſor Witebergenſis, Rectorqve tunc Academicus, cujus *Programma*, in defuncti propoſitum exeqviis, recuſum eſt Witebergæ A. 1568., *Tomo III. Scriptorum Academiæ Witebergenſis publicorum, f. 158. 159. 160.*, Hafniæ A. 1706. in M. Chriſtoph. Frid. Lämmelii *Hiſtoria Bugenhagiana p. 41. 42. 43.*, & Hamburgi A. 1709. in *Appendice Epiſtolæ* Bugenhagii *contra Scriptores Adiaphoriſticos apologeticæ*, ab eodem Lämmelio iterum editæ, *p. 29. 30. 31.*, ſcriptum autem ipſo die noſtri emortuali 20. Apr. A. 1558.

II. Petrus Vincentius, Eloqventiæ tunc Profeſſor Witebergenſis, cujus *Oratio de Vita D. Joh. Bugenhagii, in renunciatione Magiſtrorum d. 4. Aug. A. 1558. recitata*, ſeorſim Witebergæ, ſine anni mentione, ex officina Viti Creützeri, *in 8.* prodiit. Recuſa eſt *Tomo III. Declamationum* Phil. Melanchthonis (Argentinæ A. 1559. *in 8.* impreſſo) *p. 819-850.*, in Joh. Bismarci *Vitis Theologorum Witebergenſium* (Halæ Saxonum A. 1615. *in 4.* editis) *lit. O. 4. a-Q. 1. b.*, & noviſſime, cum variis acceſſionibus, in M. Chriſtoph. Frid. Lämmelii *Hiſtoria* (de qva mox dicetur) *Bugenhagiana*, Hafniæ A. 1706. in 4. Philippo Melanchthoni, tanqvam vero Autori, illam, nec immerito, cum ſtylus eundem prodat, tribuerunt Mart. Mylius *in Chronologia ſcriptorum Melanchthonis, ad A. 1558.*, Herm. Hamelmannus *in Narrat. de Vita Herm. Buſchii* (*Opuſculis de Weſtphalia*, per Joh. Gœſium collectis, inſerta) *p. 40.*, Pet. Hegelundius *in Notis ad Epigrammata Phil. Melanchthonis ſelectiora* (Francofurti A. 1583. a ſe edita) *p. 81. 82.*, Henr. Meibomius Sen. *in Opuſculis Hiſtoricis p. 153.*, Henr. Bangertus *in Notis ad Helmoldi Chronicon Slavorum p. 13.*, & Joh. Frid. Mayerus *in Or. de J. Bugenhagio p. 13.* E qvibus Hegelundio Lämmelius (Pet. Vincentium genuinum fœtus iſtius credens eſſe parentem), *in Hiſtoria Bugenhagiana p. 87.*, cum verba illius recitaſſet, fruſtra contradixit.

III. Melch. Adamus *in Vitis Theologorum Germanorum p. 311-319.*

IV. Paulus Freherus (Adamum ſecutus) *in Theatro Eruditorum, P. I., p. 175. 176. 177.*

V. Joh. Frid. Mayerus, Academiæ Gryphiswaldenſis Theologus, *in Oratione inaugurali, qvantum Eccleſia univerſa Pomeraniæ ob Joh. Bugenhagium debeat*, Stettini A. 1701. *in 4.* impreſſa, de qva *Nova literaria Lubecenſia, M. Febr. A. 1703., p. 32. 33.*, conferantur.

VI. Georg. Henr. Götzius, Superint. Lubecenſis, *in Oratione de Joh. Bugenhagii meritis in Eccleſiam & ſcholam Lubecenſem*, in ſchola Lubecenſi d. 27. Mart. A. 1703. recitata, & Lipſiæ A. 1704. *in 4.* excuſa. V. de hac *Nova literaria Germanica, M. Dec. A. 1703., p. 463. 464.*, & *Nova literaria Lubecenſia, M. Febr. A. 1704., p. 64.*

VII. M. Chriſtoph. Frid. Lämmelius *in Hiſtoria Bugenhagiana, vitam ſinceri Theologi, ac purioris doctrinæ Aſſertoris, D. Joh. Bugenhagii, Pomerani, ejusqve merita in Eccleſiam atqve literas, complectente*, luci Hafniæ A. 1706. in 4. reddita. De qva ſcriptorum alienorum Sylloge, Pet. Vincentii *de Vita Bugenhagii Orationem*, Autorum variorum de eo-

(279.) *in Thanatologia Seculi XVI., ad A. 1558., p. 292.* (280.) *in Libro Memoriali de rebus Seculi P. C. N. XVI. p. 513.*, apud C. F. Lämmelium *in Hiſtoria Bugenhagiana p. 52.* (281.) V. Gotfr. Svevi *Acad. Witeb. f. O. 2. 3. 4.* (282.) *Parte XI. Animadverſ. Philol. & Hiſtor., c. 2, p. 132.* Debet is hujus notitiam verbis Petri Vincentii, etſi haud allegati, paulo ante §. *XXX.* recitatis. (283.) *in Catalogo mille virorum f. 156. a.* (284.) *P. I.* der Traurbinden *p. 28.* (285.) *in Or. de Meritis J. Bugenb. in Eccl. Lubec. p. 24.* (286.) *in Autoſched. de Meritis J. Bugenb. in Eccl. Dan. p. 104.* (287.) *l. c. p. 90.* (288.) *lit. D. 4. b. E. 1. a.* (289.) *p. 213. 214.* (290.) *num. 14., lit. F. 4.* (291.) *p. 34. 35.* (292.) V. ejus *Or. de Joh. Bugenbagio p. 10.* (293.) *lit. N. 5. a. b.* Idem Schoſſeri Carmen in Æg. Periandri *Germania p. 602. 603.* invenies.

de eodem narrationes biographicas breviores, carmina atqve judicia honorifica, Catalogum ſcriptorum ipſius, & Sev. Lintrupii *Avtoſchediaſma* mox laudandum, junctim exhibente, *Nova literaria Lubecenſia, M. Sept. A.1706., p.266. 267.*, & Val. Ern. Löſcheri Unſchuldige Theologiſche Nachrichten, *Sect. 2. A.1707., p.131.132.*, poſſunt conferri. Cui addenda Loca qvædam Bugenhagii ipſius & aliorum ſimilia, una cum Catalogo ſcriptorum paulo auctiore, ab eodem Lämmelio *Epiſtolæ* Bugenhagii *adverſus Scriptores Adiaphoriſticos apologeticæ*, Hamburgi A. 1709. *in 4.*, a ſe denuo evulgatæ, Appendicis inſtar adjecta.

VIII. Severinus Lintrupius, Profeſſor Theol. & Philos. Hafnienſis, *in Avtoſchediaſmate de Meritis Joh. Bugenhagii in Eccleſiam Danicam epiſtolico ad M. Chriſtoph. Frid. Lämmelium*, Lämmelii *Hiſtoriæ Bugenhagianæ*, modo memoratæ, A. 1706. ſubjuncto. De qvo, uti & *Oratione* ejusdem argumenti Lintrupiana uberiore promiſſa, qvæ in Vita noſtri, §. *XX.*, jam diximus, poſſunt religi.

Seqvantur hos, qvi brevius vitam laudesqve ejus enarrarunt:

IX. Henr. Pantaleon *Parte III. Proſopographiæ Heroum atqve Illuſtrium Virorum Germaniæ p.203. 204.*

X. Theod. Beza *in Iconibus Virorum doctrina & pietate illuſtrium, lit. D. 4. b. E. 1. a.*

XI. Nicol. Reusnerus *in Iconibus ſive Imaginibus Virorum literis illuſtrium, p. 213. 214. 215.*

XII. Balth. Mencius (e Reusnero pleraqve mutuatus) *in Elogiis Theologorum præcipuorum Witebergenſium p.67-71.*

XIII. Jac. Verheydenius *in Effigiebus & Elogiis Theologorum, qvi Romanum Antichriſtum oppugnarunt, p.34.35.36.*

XIV. Dan. Cramerus in der Pommerſchen Kirchen-Chronica, *Lib. 3., cap. 5. 7. 11. 13. 18. 23. 27., ac præſertim cap. 33. & 52.*

XV. Ant. Teiſſerius *in Additionibus ad Elogia Eruditorum Thuanea Gallicis, Parte I., p. 126. 127. 128. editionis ſecundæ,* & *in Additionibus ad eadem novellis p. 83. 84. 85.*

XVI. Joh. Franc. Buddeus *Tomo I.* des Hiſtoriſchen Lexici *p. 464.*

XVII. Erdmannus Uhſeus in den Leben der berühmteſten Kirchen-Lehrer des XVI. und XVII. Seculi *p. 89-92.*

XVIII. Phil. Jul. Rietmeierus *Parte III.* der Kirchen-Hiſtorie der Stadt Braunſchweig, *c. 4., p.53-70., & c.5., p. 71. 80. 81. 156. 157.*

Ex Epicediis, defuncto ſcriptis, mihi innotuerunt:

I. Phil. Melanchthonis Elegiacum Latinum, qvod *Tomo III. Declamationum ejus p. 856. 857. (ed. Argent. A 1559.)*, ac *Lib. II. Epigrammatum, lit. I. 1. a. b.*, nec non in Pantal. Candidi *Epitaphiis antiqvis & recentibus. Lib. III., p. 111. 112.*, Melch. Adami *Vitis Theoll. Germ., p. 317.*, Joh. Groſſii, *Appendice Epitaphiorum Baſileenſium p. 359. 360.*, Joh. Tonjolæ *Appendice Baſileæ ſepultæ p. 41.*, C. F. Lämmelii *Hiſtoria Bugenhagiana p. 38. 39.*, & alibi, legitur.

II. D. G. Cracovii, JCti, generi ipſius, Latinum Elegiacum, cum Epitaphio, qvod integrum *Tomo III. Declamationum Melanchthonis, p. 857-861.*, exhibetur, mutilum autem, & verſibus Epitaphii, paſſim ei immixtis, interpolatum, e Gotfr. Svevo *in Acad. Witeb. lit. Q q q. 1. b. & 2. a.*, Andr. Sennerto *L. II. Athen. Witeb. p. 227. 228.*, Joh. Frid. Mayero *ſub finem Orat. de J. Bugenhagio p. 33. 34.*, & C. F. Lämmelio *l. c. p. 54. 55. 56.*

III. Joh. Cheſſelii (ſive Caſelii, Profeſſoris poſtea Roſtoch. & Helmſtad.) Græcum Elegiacum, *Tomo III. Declamatt.* Melanchthonis, *p. 861-865.*, itidem recuſum.

IV. Melch. Saveri Elegiacum Latinum, *Tomo III. Scriptorum Acad. Witeb. publicorum f. 160. 161.*, & in C. F. Lämmelii *Hiſtoria Bugenhagiana p. 79. 80.*, obvium.

V. Alia Joh. Lauterbachii & Joh. Agricolæ, mihi nondum viſa, ſed a Balth. Mencio *l. c.* allegata.

Academiæ Witebergenſis de obitu noſtri, tum narrationes Latinæ, ex Actis illius ac Ordinis Theologici excerptæ, tum Epiſtola ad Auguſtum, Electorem Saxoniæ, Germanica, a Gotfr. Svevo, *in Hiſtoria Acad. Witeb. lit. O. 2. & 3.*, exhibentur.

Scriptorum Bugenhagii Indices, ſed imperfectos (uti e noſtro patebit), dederunt, præter Melch. Adamum, Balth. Mencium, Jac. Verheydenium, Ant. Teiſſerium & C. F. Lämmelium, paulo ante laudatos, Conr. Gesnerus *in Bibliotheca univerſali*, hujusqve Continuatores, Joſ. Simlerus *p. 348.*, & Joh. Jac. Friſius *p. 414.*, Georg. Matth. Königius *in Bibliotheca vetere & nova p. 141.*, Joh. Chriſtoph. Becmannus *in Catalogo Biblioth. Francofurt. p. 81.*, Chriſtoph. Hendreichius *in Pandectis Brandeburgicis p. 781. 782.*, &, qvi Catalogum poſteriorem Lämmelianum, cæteris pleniorem, tantum repetierunt, Joh. Alb. Fabricius *Parte II. Memoriarum Hamburgenſium p. 849-856.*, *Novorumqve Germaniæ literariorum* Collectores, *M. Martio A. 1709., p. 158. 159. 160.*

Ex Eruditorum ad illum Epiſtolis lucem viderunt:

α. Mart. Lutheri una, A. 1540. ſcripta, in Joh. Franc. Buddei *Supplemento Epiſtolarum Lutheri*, A. 1703. Halæ edito, *num. 239., p. 269. 270.* (An plures in *Tomis II. Epiſtolarum* ejusdem, a Joh. Aurifabro Francofurti ad Viadrum A. 1597. publicatis, qvi ad manum jam non ſunt, occurrant, diſpiciendum.)

β. Phil. Melanchthonis qvatuor *in Farragine Epiſtolarum* ejus, Baſileæ A. 1565. per Joh. Manlium edita; una, qva de conjugio filiæ A. 1543. ei eſt gratulatus, in Collectione earundem Peuceriana *p. 553. 554.*, & tres, ni fallor, in editione Melanchthonianarum omnium, Londini A. 1642. *in fol.* impreſſa, *Lib. I., n. 83., & Lib. III., n. 100 ac 101.*

γ. Pet. Parvi, Profeſſoris Hafnienſis, una, Gvilh. Gnaphei *Comœdiæ de Filio prodigo*, ab hoc, cum Scholiis ſuis, Roeſchildiæ A. 1537. *in 8.* evulgatæ, teſte *Catalogo Bibliothecæ Roſenianæ p. 123.*, adjecta.

Conferri etiam de Bugenhagio poſſunt, præter Scriptores alios plurimos, vel in Vitæ jam allegatos Hiſtoria vel in Elogiorum Sylloge, Scriptorumqve Catalogo, mox allegandos, ſeqventes, ſerie enumerandi alphabetica: Gothofr. Arnoldus *Tomo II. Hiſt. Eccl., L. 16., c. 4., p. 31. 32., c. 7., p. 67. 68. 69., c. 11., p. 11., c. 14., p. 165., ac T. IV., p. 91. 92. 98.*, Alb. Bartholinus *in Lib. de Script. Dan. p. 68.*, noſtraqve *ad eum Hypomnemata p. 261. 262. 263.*, Valent. Beierus *in Calendario Hiſtorico ad d. 20. Apr.*, Joh. Chriſt. Blumius *in Jubilæo Theologorum emeritorum, c. 3., p. 60. 61.*, Joh. Henr. Bœclerus *in Libro memoriali de rebus Seculi P. C. N. XVI. p. 513.*, Joh. Jac. Boiſſardus *in Biblioth. Chalcograph., n. 14., lit. F. 4.*, Abr. Bucholzerus *in Indice Chronologico ad A. C. 1485. 1535. & 1558.*, Gvilh. Budæus *in Thanatologia Sec. XVI., ad A. 1558., p. 232.*, Joach. Camerarius *in Vita Phil. Melanchthonis p. 364. 365. 366. edit. anni 1655. Hagenſis*, Dav. Chytræus *in Chronico Saxoniæ, Lib. I. p. 6. 10. 11., L. 8. p. 239., L. 10. p. 285. 287., L. 12. p. 347., L. 13. p. 378. 403., L. 14. p. 414., L. 15. p. 433. 434. 456., L. 16. p. 460., L. 19. p. 575., & L. 30. p. 935. edit. anni 1593. Lipſienſis.* Caſp. Conradus *Millenario I. Proſopographiæ melicæ p. 22. 23.*, Thom. Crenius *P. VIII. Animadverſ., c. 2., §. 5., p. 118. 128.*, & *in Diſſ. de Singularibus Scriptorum, §. 45., p. 60.*, Gvilh. Crowæus *in Elencho Scriptorum in S. Scripturam p. 198. 199.*, Matth. Dreſſerus *Millen. VI. Iſagoges Hiſtoricæ*, Paulus Eberus *in Calendario Hiſtorico, ad d. 20. Apr. & 24. Jun., p. 147. 148. 215.*, Joh. Fabricius (Theol. Helmſt.) *P. I. Hiſtoriæ Biblioth. Fabricianæ p. 28. 29., & P. IV. p. 34.*, Joh. Alb. Fabricius *P. II. Memor. Hamburg. p. 847-856.*, Georg. Fournier *in Notitia Orbis Geographica, L. 2. c. 10., p. 52.*, Joh. Fre-

derus Sen. *in Ep. dedic. Homiliarum Lutheri de Baptiſmo*, & *in Encomio Hamburgi lit. D. 6. a.*, Joh. Gvalterus (ſive Janus Gruterus) *Lib. 2. Chronici Chronicorum*, Herm. Hamelmannus *in Or. de qvibusdam claris Weſtphalis (in Opp. Geneal. & Hiſtor.) p. 104. 105.*, & *Parte II. Hiſtoriæ renati Evangelii (ibid.) p. 892-895. 908. 909. 938. 939. 940. 973. 974. 977. 1039. 1040. 1067. 1068.*, Nicol. Heldvaderus *Parte II. Sylvæ Chronologicæ Circuli Balthici p. 81. 84. 85. 87. 112. 113. 114. 161.*, Joh. Jac. Hofmannus *in Lexico univerſali, T. I. p. 599.*, *& T. II. p. 657. edit. Leidenſis*, Joh. Hornbeckius *Lib. II. Miſcell. Sacr. p. 588.*, Joh. Hübnerus *Cent. IV. Biblioth. Hiſtor. Hamburg. vernaculæ*, *Art. 31.*, *p. 128-132.*, Franc. Irenicus (ſeu Phil. Andr. Oldenburgerus) *In Indice Autorum*, *Collegio in Burgoldenſem annexo, p. 34.*, Hier. Kromayerus *in Hiſt. Eccl. p. 550. 553. 581.*, Wolfg. Krügerus *in Catalogo mille virorum f. 156, a.*, Jac. le Long *in Biblioth. ſacra, P. I. p. 725.*, *& P. II. p. 247. 248. 249. 263. 380. 612.*, Mich. Caſp. Lundorpius *in Continuatione Hiſtoriæ Joh. Sleidani p. 87.*, Georg. Major *in Or. de Vita Georgii, Ducis Anhaltini*, Joh. Frid. Mayerus *in Hiſtoriæ Verſionis Bibliorum Lutheri Germanicæ, c. 2. p. 16.*, *c. 3. p. 25. 26.*, *c. 4. p. 52.*, *c. 6. p. 64. 65. 69.*, *c. 7. p. 76. 77. 78.*, & im Evangeliſchen Hamburg *p. 306-313.*, Juſtinus Meyerus *in Diatriba de lapſu J. Bugenhagii Adiaphoriſtico*, Hamburgi A. 1710. edita, Joh. Micrælius *Lib. III. Syntagm. Hiſt. Eccl. p. 470. 471. 717-722.*, Henr. Muhlius *Diſſ. I. Hiſtorico-Theologica de Reformatione religionis Cimbrica p. 51. 52. 53. 56. 58-67. 76. 77. 78. 79. 82. 83.*, Joh. Joach. Müllerus in der vierdten Eröfnung des Entdeckten Staats-Cabinets, *num. 9.*, Joh. Gotfr. Olearius *in Scrinio Antiqvario p. 217.*, Lucas Oſiander *in Epitome Hiſt. Eccl.*, *Cent. XVI.*, *p. 245. 311.*, Vinc. Placcius *T. I. Theatri Anon. & Pſevdon.*, *c. 11.*, *p. 436. 437. 482.*, Ant. Probus (Superint. Saxo-Vinar.) *in Epiſt. dedic. Orationis de Frid. Myconio* (Smalcaldiæ A. 1597. editæ) *lit. C. 1. b. C. 2. a.*, Joh. Andr. Qvenſtedius *in Dialogo de Patriis Virorum doctrina illuſtrium p. 199.*, Adr. Regenvolſcius (ſive Andr. Wengerſcius) *in Syſtemate Hiſtorico-Chronologico Eccleſiæ Slavonicæ, Lib. 3.*, *p. 351.*, El. Reusnerus *in Appendice Iſagoges Hiſtoricæ p. 639.*, Joach. Riccius (Præpoſitus in Pomerania Gartzenſis) *in Or. de Triumpho Chriſti lit. H. 4. a.*, Joh. Chriſtoph. Rumetſchius *in Schediaſm. de univerſali Theologorum Evangelicorum Hiſtoria p. 83.*, Abr. Schultetus *in Annalibus Evangelii renovati*, *Dec. I.*, *p. 84-87. 243.*, *& Dec. II.*, *p. 51. 53. 58. 59. 60. 151. 152. 234. 316-320. 429.*, & in der Neujahrspredigt von der *Reformation p. 15.*, Vitus Ludovicus Seckendorfius *in Comm. de Lutheraniſmo, Lib. I.*, *Sect. 45.*, *§. 110.*, *p. 179. 182. 183.*, *Lib. II.*, *Sect. 7.*, *§. 12.*, *p. 36.*, *Sect. 13.*, *§. 36.*, *p. 101.*, *§. 42.*, *p. 120. 121.*, *ac Lib. III.*, *§. 6.*, *p. 16.*, *§. 8.*, *p. 18.*, *§. 15.*, *p. 39.*, *Sect. 7.*, *§. 25.*, *p. 70.*, *Sect. 11.*, *§. 34.*, *p. 95.*, *Sect. 15.*, *§. 50.*, *p. 141. 142.*, *Sect. 16.*, *§. 55.*, *p. 153.*, *Sect. 20.*, *§. 75.*, *p. 242. 243.*, *Sect. 25.*, *§. 97.*, *p. 397.*, *§. 101.*, *p. 415.*, *Sect. 27.*, *§. 109.*, *p. 448-454.*, *Sect. 30.*, *§. 117.*, *p. 511. 512.*, *Sect. 36.*, *§. 135.*, *p. 648.*, Joh. Henr. a Seelen *P. IV. Athen. Lubec.*, *c. 2.*, *p. 13-16.*, Georg. Serpilius *Parte VIII.* der Lebens-Beſchreibungen der Bibliſchen Scribenten (von den Commentatoribus über die Pſalmen) *p. 428-449.*, Joh. Stigelius in Carmine ad ipſum, *Parte II. Poematum f. 463.* obvio, Jac. Aug. Thuanus *Lib. XXI. Hiſtoriarum ſui temporis, ad A. 1558.*, *p. 431.*, Joach. Vagetius *in Præcidaneis de Orbe habitabili p. 245.*, Er. Vindingius *in Academia regia Hafnienſi p. 7. 66.*, Chriſtoph. Henr. Zeibichius *in Schediaſmate de Theologis ad tempus commodatis*, *§. 13.*, *p. 29-32.*, Joh. Gothofr. Zeidlerus *in Theatro eruditorum minori p. 17.*, & *Iſagoge* noſtra *ad Hiſtoriam Cimbricam, P. II.*, *c. 4.*, *§. 4. & 5.*, *p. 90-93.*, *c. 6.*, *p. 131. 132. 133.*, *& P. IV.*, *c. 5.*, *§. 1. 17.*, *p. 457. 489.*, *c. 10.*, *§. 1. 2. ac 24.*, *p. 568. 569. 608.*

ELOGIA:

I. LUTHERANORUM.

Senatus Academicus & urbanus Witebergenſis, in Epiſtola ad Auguſtum, Elect. Sax., d. 15. Aug. A. 1558. ſcripta (apud Gotfr. Svevum *in Acad. Witeb. lit. O. 2. b.*), eum vocavit einen treuen Paſtorem, der in Sterben und Krieg nicht von uns gewichen iſt, und hat dieſe Kirchen, ohne Stoltz, in Chriſtlicher Einträchtigkeit, allezeit regieret.

In Ordinis Theologici Witebergenſis Actis, ad A. 1558. (teſte eodem G. Svevo l. c.), *Fidus* appellatur *Lutheri σύνεργος, qvi puram Evangelii doctrinam late propagavit, Eccleſias ac ſcholas pie conſtituit in Pomerania, Saxonia & Dania, multis utilibus ſcriptis doctrinam cæleſtem illuſtravit, & tres amplos Epiſcopatus, in Dania & Pomerania ultro ſibi oblatos, maluit repudiare, qvam ab hac Eccleſia, & conſvetudine Lutheri & Philippi, avelli.*

In *Præfatione Libri Concordiæ* ſcripta ejus hiſce verbis commendantur: *Nec alia ſcripta utilia D. Phil. Melanchthonis, neqve Brentii, Urb. Regii, Pomerani, & ſimilium, repudianda ac damnanda eſſe judicamus, qvatenus cum ea norma, qvæ Concordiæ libro expreſſa eſt, per omnia conſentiunt.* (V. G. H. Götzii *Or. de Meritis Bugenhagii in Eccl. Lubec. p. 10.*)

Matthæus Blochingerus, Prof. Witeb. & Rector tunc Academicus, A. 1558., *in Programmate funebri*, defuncti præmiſſo exeqviis, *Virum* eum ſalutavit *ſanctum, multarum gentium Evangeliſtam, Paſtoremqve Eccleſiæ, cujus doctrina & vita vere ad normam Paulinam congruant;* hæc etiam addens: *Recte docuit, mores fuerunt modeſti & placidi, fuit juſtus & beneficus erga omnes, in objurgatione ſeverus & intrepidus, acer in defenſione veræ doctrinæ, ardens fide & ſpe in precatione, caſtus, & ſeverus hoſtis turpitudinum.*

Erneſtus Ludovicus, Dux Pomeraniæ & Acad. Witeb. Rector, in *Programmate funebri*, A. 1563. Saræ Cracoviæ, filiæ ejus, dicato memoriæ (*Tomo VI. Scriptorum publicorum Acad. Witeb.*, *lit. C. 2. a.*), ita de illo: *Scitis, hanc matronam filiam fuiſſe Reverendi Domini, pietate & doctrina præſtantiſſimi, Joh. Bugenhagii Pomerani noſtri, V. Cl., cujus in Eccleſiam Chriſti merita extant ingentia, ut hoc nomine hoc cliente noſtro gloriemur, &, qvod Deus ex noſtra terra hoc organum & vas gratiæ, ad ſalutarem inſtitutionem Eccleſiæ ſuæ, produxit, atqve ditionem noſtram ortu talis Viri ornavit, agimus ei ex intimo corde noſtro gratias; ſicut & pro collatis per hunc beneficiis tam noſtris, qvam externis, atqve adeo Eccleſiæ communi.*

Mart. Lutheri judicia de noſtro honorifica partim, in Vita illius (§§. *10. 14. 16. 17. 18. & 26.*), jam exhibuimus, partim *in Pſalmorum Interpretationis* paulo poſt recitabimus hiſtoria.

Phil. Melanchthon in Epicedio defunctum his compellavit elegis:

Conjugis ut ſenio confecti corpus aqvatum
Ipſa ſuis humeris Halcyo grata gerit:
Sic bene promeritum Doctorem Eccleſia curet,
Et levet ætatis pondera dura ſeni.
Sic tua canities, Doctor Pomerane, fidesqve
Sincera eſt cunctis jam veneranda piis:
Qvi procul externis ſparſiſti fidus in oris
Pura Evangelii ſemina voce tua.
Ac, ceu Baptiſtes Agnum monſtrare ſolebat
Æterno Chriſtum de genitore ſatum:

Tu qvoqve juſtifica docuiſti agnoſcere Chriſtum,
Æterniqve Patris ſumere dona, fide.
Fictiliumqve alias formas tua lingva Deorum
Evertit, Papæ qvas voluere coli.
Et, velut in ſcopulis celſos locat Halcyo nidos,
Hyberni circum qvos fremit unda maris:
Sic medio in pelago felix jam Dania nidos
Extruxit Chriſto, te fabricante, pios.
Te Deus hos inter texit juvitqve labores,
Nunc, vita functus, vivis in arce poli.

Idem

Idem de Bugenhagio, ſe ipſo, cæterisqve Theologis Witebergenſibus, hoc tulit judicium: *Doctor Pomeranus eſt Grammaticus, & verborum vim explanat: Ego ſum Logicus, monſtro contextum rerum & argumenta: Juſtus Jonas eſt Orator, copioſe & ornate diſſerit: Sed Lutherus eſt omnia in omnibus, eſt miraculum inter homines: qvicqvid dicit, qvicqvid ſcribit, id in animos penetrat, & mirificos relinqvit aculeos in cordibus hominum.* V. Joh. Mattheſium *Conc. XVI. de Vita Lutheri p. 203.*, &, qvi huic Apophthegma iſtud debent, Conr. Portam *in Or. de Luthero* (Mich. Neandri *Theologiæ Lutheri* ſubjuncta) *lit. p. 7. a.*, Nicol. Selneccerum *in Recitationibus p. 322.*, Ant. Probum *in Or. de Frid. Myconio lit. C. 2. a.*, Melch. Adamum *in Vitis Theoll. Germ. p. 170.*, Gvilh. Crowæum *in Elencho Scriptorum in S. Script. p. 264.*, Joſ. Clauderum *in Or. de Seculi ſuperioris barbarie p. 37.*, & Abr. Calovium *in Collatione Pſevdoapoſtolorum & Calvinianorum, Diſp. II., p. 142.*

Joach. Camerarius, *in Vita Phil. Melanchthonis p. 364. 365.*, ita de illo: *Mortuus fuerat Wittenbergæ Joh. Bugenhagius Pomeranus, Paſtor Eccleſiæ illius, vir dignitate præſtans, & in rebus maximis cum ſumma laude verſatus, contentus qvidem ea conditione & illo loco, in qvo primum fuiſſet conſtitutus, cum ad ampliſſimos honores potentiamqve & opes eximias, perveniendi præclaræ occaſiones ipſi darentur. Ad qvas non ille qvidem contenderet, ſed invitaretur peneqve attraheretur. Spectatiſſima hic cum fide, & aſſiduitate mirabili, officio ſuo annis 34. functus eſt, & curationi latæ præfuit ſtudioſe ac ſolicite, & patiens, & neqvaqvam fugiens laborum.*

Pet. Vincentius, in Orationis de Vita Bugenhagii noſtri *Epiſtola dedicatoria*, *Senem* eum appellat *ſanctum*, & *Virum antiqva virtute & fide, qvi ſapientia, eruditione, pietate, fide, meritis, conſtantia, & multis magnis virtutibus, erat ornatus, & Eccleſiæ Dei laudabiliter ſervivit;* in ipſa autem Oratione, *Fidele Organum Dei in Eccleſiis recte conſtituendis;* ac, ſub finem ejusdem, ſcripta illius hoc ornat encomio: *Proderunt & libri ipſius legentibus, qvorum lectio bonis non eo tantum grata erit, qvia multa obſcura dicta enarrant, ſed etiam, qvia diligentia in qværenda nativa ſententia oſtendit, amorem veritatis in eo fuiſſe eximium.*

Georg. Cracovius, Gener ipſius, in Elegia funebri, doctrinam virtutesqve Soceri fuſe celebravit, & illum *fidum Lutheri Achatem, Senemqve ſanctum*, ſalutavit.

Johanni Cheſſelio (ſive Caſelio), in Epicedio Græco, audit Φαίδιμος ἀνὴρ,

Ὅς γε πρὶν ὑψηλῆς σπινθῆρας ἧκεν ἀπ' ἀρχῆς,	Ὠφελίμως χριστῷ πολλὰ πονησάμενος:
Καὶ παρὰ Γερμανοῖς λαμπρὸν ἀνῆψε σέλας; nec non	Ἐσθλὸς μηλοβοτὴρ, ὑπάτε τῦ ποιμένος αὐλῆ,
- - - - - Ἥρως Λυθῆρι ἀρωγὸς ὁμῆλιξ,	Τῷ καὶ χριστοσεβὲς πῶυ μέμηλε φρεσίν.

Melch. Savero, in Elegia funebri, *Senex ſanctus, Doctor fidelis, verbi fida columna Dei, Albini fama Lycei*, atqve *Vir ingenio celebris, doctrina & nomine clarus.*

Georg. Majori (*in Programmate funebri de vita Phil. Melanchthonis*) *Theologus clariſſimus, & Paſtor Eccleſiæ qvondam Witebergenſis fideliſſimus.*

Joh. Mattheſio (Conc. XIII. de vita Lutheri) der fromme Doctor Johann Pommer.

Hier. Wellerus, *in Operibus Latinis, Sect. 3. & 4., p. 171.* (teſte C. F. Lammelio *in Hiſtoria Bugenhagiana p. 30.*), ita de illo ſcribit: *Doctor Pomeranus egregius fuit Interpres Scripturæ,* ἐξηγητὴς *eruditus & peritus. Vix poteſt qvisqvam Theologorum reperiri, cui textus S. Bibliorum tam familiaris & notus fuerit. Veram & germanam ſententiam Scripturæ in docendo tradidit auditoribus & lectoribus. Etſi enim non potuerit, in interpretando, ſplendorem verborum addere, ut D. Lutherus & D. Jonas; tamen proprio & perſpicuo orationis genere ſenſa mentis expoſuit. Inter cætera D. Lutherus hoc ei præconium tribuit, qvod grave & ſanum judicium haberet in rebus Theologicis, & qvod eſſet vir fortis & conſtans.*

Joh. Frederus Senior, *ſub finem Carminis in laudem Hamburgæ, lit. D. 6. a.*, his eum compellavit verſibus:

Qviqve peregrinis non ulla pericula terris	*Indere per totum poſſis mortalibus orbem,*
Formidas, Pomerane, ſacri qvo dogmata verbi	*Divinum hoc etiam ſectatus nomine Paulum.*

Ludolphus Priggius, Prof. Hafnienſis, *in Carmine de Coronatione Chriſtiani III., Regis Daniæ* (e qvo nonnulla, huc etiam ſpectantia, §. XXI. Vitæ noſtri recitavimus) *p. 10.*, ita de illo:

Te cuncti noſtro Pomeranum tempore Paulum	*Si nihil ingenuæ præberent luminis artes,*
Saxones appellant, illis qvia primus in oris	*Acre tibi ſtudium fuit, & non ultima cura,*
Sancta ſalutiferi jeciſti ſemina verbi,	*Saxonicæ paſſim telluris in urbibus altis*
Patre Deo monſtrante viam, per mille labores.	*Inſtituiſſe ſcholas.*
Et, qvia relligio tenebris occulta jaceret,	

Ægid. Periander (*in Germania p. 602.*) hoc eum commendavit diſticho:

Eloqvio qvantum vere Pomerane valebas,
Divino qvantum flamine, ſcripta docent.

Nicol. Selneccerus, *in præfat. Confutationis Calvinianorum*, horum præcipuis eum annumerat *Antagoniſtis.*

Dav. Chytræus, *in Chronico Saxoniæ, Lib. I., p. 11.*, eum *multarum in Germania & Dania Eccleſiarum* οἰκιστὴν ſalutavit, &, *Lib. X., p. 287.*, alio ornavit elogio, in Vitæ Hiſtoria §. 3. jam recitato.

M. Conrado Portæ (*in Orat. de Luthero, l. c., lit. Y. 6. a.*) *Graviſſimus* audit *Senex & Theologus, de multis diverſarum regionum eccleſiis optime meritus.*

Joh. Olai Slangendorpio (*in Or. de Religionis Chriſtianæ in Dania initiis, lit. P. 4. b.*) *Vir doctiſſimus & excellentiſſimus.*

Jacobo Andreæ (*in Or. de Inſtauratione Stud. Theol. in Acad. Witeb., lit. A. 4.*) *Vir Clariſſimus præſtantiſſimusqve, pietate & excellenti doctrina inſtructus, S. Script. Interpres egregius.*

Nicol. Reusnero (*in Iconibus Virorum literis illuſtrium p. 213. 214.*), & Balth. Mencio, verba illius deſcribenti (*in Elogiis Theologorum Witebergenſium p. 67. 68.*), *Vir ab omni prorſus alienus ambitione & avaritia, qvum, ad ſplendidos Pontificatus ſuſcipiendos, a ſummis Regibus & Principibus ſæpius invitaretur: plerisqve interim Eccleſiis ſeptentrionalibus Daniæ, Pomeraniæ, Saxoniæ, pie recteqve conſtituendis operam præſtans fidelem, tanqvam Legatus Dei, & Evangeliſta ſanctiſſimus.*

Matthiæ Bergio (*in Epiſt. dedic. Carminum Evangelicorum*) *Vir optimus, deqve multis Eccleſiis præclare meritus.*

Georg. Mylio, *in Synopſi Comœdiæ Miſnicæ* (*teſte A. Calovio in Collat. Pſevdoapoſt. & Calvin., Diſp. II., p. 141.*), *Theologus toto mundo celeberrimus.*

Ambr. Reudenio (*in Or. de uſu Catechiſmi, lit. E. 1. a.*) *Fidelis Paraſtata Lutheri.*

Joh. Tarnovio (*in Orat. de Tribus Eliis p. 15.*) *Doctrinæ Lutheri propagator in Dania, Saxonia, Pomerania, & hac noſtra Megapoli; qvæ ipſe regna & provincias pergrans verbi divini luce beavit.*

Caſp. Bartholino Seniori (*in Or. de ortu, progreſſu & incrementis Academiæ Hafnienſis*) *Magnus ille Theologus, cujus fidelem & felicem, in opere Reformationis, operam patria noſtra* (Dania) *experta nulla unqvam oblivione ſepeliet.*

Joach. Vagetio (*in Præcidaneis de Orbe habitabili p. 245.*) *Vir mitis ingenii & raræ eruditionis.*

Dan. Cramerus, in der Pommerſchen Kirchen-Chronica, *L. III., c. 33., p. 92.*, eum, ob Eccleſiæ Pomeranicæ reformationem, *ſecundi Pomeranorum Apoſtoli* titulo, non minus qvam Ottonem, Epiſcopum Bambergenſem, primi, dignum eſſe judicat; & *L. III., c. 12., p. 146. 147.*, hoc illum ornat encomio: Weil dann dieſer unſer Herr Landsmann, D. Pommer, zu ſondern Schmuck und Ehren dieſs Landes gereichet, können wir ferner von ihm zu erinnern nicht Umbgang haben, daß er beym lieben Evangelio ſehr wol und viel gethan hat. Denn wie GOtt, durch Lutherum, das Gebau der Lehre fürnehmlich: alſo hat GOtt, durch dieſen Mann, das Gebau vieler heilſamer Kirchen-Ordnung von Ceremonien und Kirchen-Geſchäften, wieder die Abgöttiſche und Papiſtiſche Breviaria und Agenden, kurtz und Chriſtlich gefaſſet, und wol verordnet; und das nicht allein zu Wittenberg, ſondern an vielen andern Orten der Chriſtenheit. Qvas Conſtitutiones noſtri eccleſiaſticas cum ſigillatim enumeraſſet, ſcripta etiam ejuſdem cætera ſchöne, nützliche und rechte Theologiſche Bücher paulo poſt appellavit.

Mich. Walthero (*in Spicilegio controverſiarum de Nominibus Dei* יהוה & אלהים *p. 144. 145.*) *Symmyſta Lutheri* audit *fideliſſimus.*

Thomæ Bangio (*in Coelo Orientis p. 204.*) *Deformati coetus Danici cordatus Reformator & fidus reductor.*

Joh. Micrælius, *Libro III. Syntagmatis Hiſt. Eccl. p. 470.*, eum appellat *Virum ob eruditionem ſingularem, ſummamqve prudentiam & animi moderationem, omnibus bonis commendatiſſimum*, & *p. 719. Alterum Pomeranorum Apoſtolum; in Epiſtola* autem *ad Erhardum Ferdinandum, Comitem a Truchſeſſ, reſponſoria* Germanica Stettini A. 1652. edita, *p. 31.*, Sanctis Eccleſiæ Lutheranæ (ſive den unſträflichen, frommen und mit allerley geiſtlichen Gaben begnadeten Hertzen), e Theologis, una cum Joh. Brentio, Mart. Chemnitio, Joh. Mattheſio, Philippo Nicolai, Urb. Regio, Joh. Gerhardo & Barthol. Batto, annumerat.

Gotfr. Svevus, *in præfat. Hiſtoriæ Academiæ Witebergenſis*, inter præcipua hujus illum refert decora.

Joh. Henr. Boeclerus (*in Libro Memoriali de rebus Seculi P. C. N. XVI. p. 513.*) *varia* eum ait *ſcripta reliqviſſe Eccleſiæ utilia.*

Vitus Ludov. Seckendorfius (*in Comm. de Lutheraniſmo, Lib. III., Sect. 27., §. 109., p. 452.*) eadem ſcripta verbis commendavit ſeqventibus: *Hujus Viri ſcripta magnum pietatis Zelum, candoremqve inſignem, ſpirant, nec ſolida carent eruditione.*

Abr. Calovio (*in Hiſtoria Syncretiſtica, Lib. I., c. 3., p. 17.*) Bugenhagius audit der treue Beyſtand Lutheri und ſtandhafter Bekenner.

Joh. Andr. Qvenſtedio (*in Dialogo de Patriis illuſtrium doctrina Virorum p. 199.*) *Unus ex primariis Theologis Witebergenſibus, fidusqve ac diligens B. Lutheri Collega.*

Joh. Fabricio (*P. I. Hiſtoriæ Bibliothecæ Fabricianæ p. 28. 29.*) *Germaniæ Evangeliſta & Pomeranorum Apoſtolus.*

Joh. Gotfr. Oleario (*in Scrinio Antiqvario p. 217.*) *Vir magnis meritis clarus.*

Barth. Botſacco (*in Lumine ex tenebris p. 46.*) *Gravis, conſtans & ſincerus, cum Luthero, aſſertor purioris doctrinæ Evangelii.*

Joh. Wilh. Petræo (*Lib. XIV. Uranidos p. 387.*) *Veniens Pomerana a gente celebris Theologus.*

Sam. Bened. Carpzovius (in *Præfat.* Joh. Ben. Carpzovii parentis *Diſputationibus Iſagogicis* præmiſſa *p. 8.*) locum ei inter Angelos Apocalypticos (teſte G. H. Götzio *in Orat. paulo poſt citanda p. 6.*) hiſce verbis tribuit: *Non negare auſim, Luthero Melanchthonem, Bugenhagium, Juſtum Jonam, aliosqve Paraſtatas, addi, & plures, qvi illos ſucceſſu temporum ſecuti ſunt, ſecundi tertiiqve Angeli ſchemate commode repræſentari.*

Polyc. Lyſerus, Duc. Lüneb. Superintendens (*in Officio pietatis Polyc. Lyſero, proavo, perſoluto p. 138.*) *Virum* illum vocat *gravem, & plane inſignem, a Regibus, Principibus, Rebuspublicis fere innumeris, ad Eccleſias reformandas, & earum Ordinationes conſcribendas, adhibitum.*

Joh. Frid. Mayerus, *in Oratione qvantum Eccleſia univerſa Pomeraniæ ob J. Bugenhagium debeat*, Stettini A. 1701. edita, Oratoria abuſus αὐξήσει, nimiis noſtrum ubiqve oneravit laudibus. Qvi *p. 11. Magnus ille & immortalis famæ* appellatur *Pomeranus, qvo ſolo cive Pomerania gloriari atqve ſuperbire, qvem in exemplum ſuis, in æmulationem exteris, in admirationem omnibus, poſſit proponere: qvo genito, velut exhauſtis naturæ benignioris viribus, Pomerania defecit, ut nec ſuperiorem ipſo, id qvod fieri nullo modo poterat, ſed nec ipſi parem, id qvod a ſollicita tantæ virtutis imitatione ſperare poteramus, ex eo tempore, in lucem ediderit: cujusqve nomen virtutes omnes, qvæ aut propriæ Pomerano nomini qvondam, aut cum aliis communes, fuerunt, id ſcilicet ipſum, qvod in pietate, eruditione atqve probitate, ſummum eſt, exprimit.* Cont. *p. 13.*, ubi *illuſtre eruditionis & ſcientiæ omnis* ſalutatur *prodigium*, nec non *Diſſ. de Caroli V. Imperatoris morte Evangelica p. 10.*, ubi *Theologi ingentium in Eccleſiam meritorum*, & *Hiſtoriam Verſionis Lutheri Biblicæ*, in qva, *c. 7., §. 3., p. 77.*, *Inſignis Theologi & ſcripturarum Interpretis*, ornatur elogiis.

Georg. Henr. Götzius, Mayerum imitatus, in tota *Oratione de Joh. Bugenhagii meritis in Eccleſiam & ſcholam Lubecenſem*, itidem in laudando illo fuit prodigus, eumqve *p. 11. Virum, cujus merita tot ſunt ac tanta, tamqve illuſtria, ab exteris pariter decantata, ut nec cogitando aſſeqvi, nedum verbis poſſit exprimere, p. 12. Virum egregium, magnumqve coeli depoſitum*, ac *p. 19. Virum doctiſſimum & incomparabilem*, appellavit.

Severini Lintrupii *Autoſchediasma de Meritis Bugenhagii in Eccleſiam Danicam epiſtolicum* ſimilibus noſtri ſcatet elogiis. In illo, ut alia prætercam, *p. 97.* Vir audit *piis conſiliis atqve Herculeis laboribus, cum de univerſo orbe Evangelico, tum de Arctoo inprimis, optime meritus; p. 99. Collega Lutheri & Paraſtata optimus, reformationisqve orbis Arctoi conſummator feliciſſimus*, ac *p. 100. Phosphorus Septentrionis ſerenus*, ac *Theologus ὀρθοδοξότατος.* In eodem *p. 104. 105.* celebratur ob *pietatem intemeratam, eruditionem iſto ævo rariſſimam, ipſisqve etiam hoſtibus venerabilem, Theologicam gravitatem atqve autoritatem, tot Regibus, Principibus & Rebuspublicis, venerabilem, diligentiam & conſtantiam in laboribus ſacris infatigabilem, toti Germanico & Arctoo orbi comprobatam, magnitudinem animi, continentiam & αὐτάρκειαν, qva oblatos ſibi Epiſcopatus modeſte declinavit, ſcripta enthea & cedro digna, promtamqve tandem in bellis Domini felicitatem, & in triumphandis Eccleſiæ hoſtibus ac turbatoribus dexteritatem.*

Joh. Grammio, tunc juveni, poſtea Profeſſori Hafnienſi (in Carmine, C. F. Lämmelii *Hiſtoriæ Bugenhagianæ p. 91. 92.* ſubjecto) *Gentis* audit *Pomeranæ jubar*, & *Senex divinus.*

Chriſtoph. Henr. Zeibichio (*in Schediasm. de Theologis ad tempus commodatis p. 29.*) *Verus Lutheranæ doctrinæ Hyperaſpiſtes, & praxeos ſinceræ ἐργοδιώκτης.*

II. REFOR-

II. REFORMATOREM.

Hier. Zanchio *in Diſſertatione cum Joh. Marbachio*, (teſte Leighio apud Gvilh. Crowæum *in Elencho Scriptorum in S. Script. p. 199.*), *Vir* audit *piiſſimus & doctiſſimus, qvo, inter Germanos Theologos, nemo in Italia judicatus fuerit, ſuo tempore, doctior.*

Henr. Pantaleoni (*P. III. Proſopographiæ Heroum & illuſtrium Virorum Germaniæ p. 203.*) *Vir pietati deditiſſimus, & ſingulari facundia ornatus, qvi functionem Witebergenſem per multos annos optime adminiſtravit, & Evangelii doctrinam plurimum promovit.*

Theod. Beza, *in Iconibus Virorum doctrina & pietate illuſtrium* (*lit. D. 4. b. E. 1. a.*), ita de illo: *Joh. Bugenhagium, ex monaſterii qvoqve cloacis erutum, Lutherus in Paſtoris munere Collegam habuit, moribus qvidem diſſimilem, ſed doctrina & vitæ inſtituto penitus concordem. Nam, ut ille natura vehemens & aſper, ita iſte manſvetus & moderatus eſt ſemper habitus, qvod & ipſius ſcripta teſtantur. In qvo fuit hoc qvoqve eximium, qvod, ab ambitione & avaritia prorſus alienus, qvum ad altiora ſæpe invitaretur, in illa ſua ſorte, totos annos triginta qvatuor, ſumma tum fide, tum diligentia, ubiqve præſtita, perſeveravit; placide tandem, qvum annum ſeptuageſimum tertium ageret, viribus corporis paulatim deficientibus, inter chariſſimorum fratrum manus, beata ſui memoria relicta, defunctus.*

Jac. Verheydenius (*in Effigiebus & Elogiis Theologorum p. 34. 35.*) *egregium Dei & Eccleſiæ* illum ſalutavit *organum*, & ob *naturæ clementiam ac modeſtiam ſingularem, qvam & ipſe vultus, animi index, ſignificare videatur, animumqve ab omni ambitione alienum*, commendavit.

Melch. Adamus (*in Vitis Theoll. Germ. p. 318.*) eodem, qvo Matth. Blochingeri *Programma funebre*, illum ornat elogio, ſupra recitato, & fuſius deinde, ob pietatem præſertim ac animum ſua ſorte contentum, celebrat.

Lud. Crocius, Conr. Bergius & Balth. Willius, Theologi Bremenſes (*in Judicio de Herm. Hildebrandi Declaratione orthodoxa*), eum *Fidum Lutheri cum Melanchthone* vocarunt παραστάτην.

Joh. Hornbeckius, *in Oratione in Jac. Revii obitum, Miſcellaneis annexa, p. 588.* (teſte C. H. Zeibichio *l. c. p. 30.*); eum cum Revio ſuo contulit, &, ob hiſtoriam patriæ ſcriptam, operam Luthero in verſione Biblica inſigniter navatam, feſtumqve translationis Bibliorum, laudavit.

Ant. Teiſerius (*P. I. Additt. ad Elogia Eruditorum Thuanea p. 127.*) illi tribuit *une integrité & une pieté exemplaire*, deqve perpetua ipſius ac Lutheri concordia ita ſcribit: *Qvoiqv' il fut auſſi doux & moderé, que ſon Collegve etoit vehement & emporté, ils ne laiſſerent pas de vivre enſemble avec beaucoup d' union.*

III. PONTIFICIORUM

Ex his ſolus Jac. Aug. Thuanus, cæteris candidior, *Lib. XXI. Hiſtor. ſui temporis, ad A. 1558.* illi emortualem, *p. 431.*, ipſum non mentione ſolum obitus honorifica, ſed & elogio *Viri moderato ingenio, & eruditione rara exculti*, eſt dignatus.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

א. PROPRIA.

Epiſtola de Peccato in Spiritum Sanctum, ad D. Joh. Svavenium, Eccleſiæ Caminenſis Vice-Dominnm; una cum Additamento de Lectione Pſalmorum. Witebergæ A. 1521. in 4. Germanicæ illius verſionis, A. 1524. *in 4.* excuſæ, ſeqvens ab Hermanno ab Hardt (*Tomo II. Monumentorum avtographorum Rudolphi Auguſti, Ducis Brunſvic., p. 117. 118.*) exhibetur titulus: Was und welches die Sünde ſey in den Heiligen Geiſt, davon Matth. am XII. Cap. redet, die nicht vergeben wird, Johannis Bugenhagen; Auch, wie man die Pſalmen leſen ſol und muß, eine Unterrichtung: Mit der Vorrede Leonhardi Eleutherobii, Teutſchen Schulmeiſters zu Lintz, an alle Geiſtliche zu Lintz.

Interpretatio in Librum Pſalmorum, Witebergæ publice lecta. Latine primum prodiit (falluntur enim Jac. Verheydenius *l. c.*, & Chriſtoph. Hendreichius *in Pandect. Brandeburg. p. 781.*, Germanice primum, ac deinde Latine, tradentes eſſe editam) Noribergæ A. 1523. & (*juxta Hardtium l. c. T. I., p. 200.*) 1524. in 8., Baſileæ, apud Adamum Petri, A. 1524. in 4. (& bis qvidem eodem illo anno, M. Martio & Julio, teſtibus Conr. Gesnero *in Biblioth. univerſ.*, ac Mich. Neandro *in Erotem. L. Hebr. p. 447.*), Argentorati A. 1524. in 4., ſine loci typographiqve indicio A. 1524. in fol., Witebergæ A. 1526. in 4. (cui editioni ab Autore ſunt additæ Emendatio eorum, qvæ negligenter antea excuſa erant, & Oratio, qvod ipſius non ſit opinio illa de Euchariſtia, qvæ in Pſalterio ſub nomine ejus, Germanice per Mart. Bucerum translato, legitur), Baſileæ A. 1535. in 4. (cui editioni acceſſit Auctarium in Pſalterium Davidis, ultimaqve manus meditationum ſeu Commentariorum, cum præfationibus Mart. Lutheri & Phil. Melanchthonis), Witebergæ A. 1535. in 4. (*juxta G. Crowæum in Elencho p. 199., & C. F. Lämmelium in Catalogo ſcriptorum Bugenhagii*), ibidem A. 1544. in 4. (*juxta Lämmelium*), & Baſileæ A. 1575. in f. (*juxta Crowæum & Hendreichium ll. cc.*). Interpretatio vocatur, qvia Autor, teſte *præfatione* ipſius, Pſalmos non erudite tractare, ſed ſimpliciter tantum interpretari, voluit. Ingentem nihilominus illa, qvod ſcriptorum talium exegeticorum magna hactenus fuiſſet raritas, ubiqve, qvamprimum prodierat, reportavit applauſum; uti, præter tot editiones, judicia etiam eruditorum evincunt honorifica. Qvos inter Lutherus ipſe, in Epiſtola ad Lectorem, A. 1523. ei præmiſſa, & *Tomo* deinde *II. Epiſtolarum* illius *p. 241.* a Joh. Aurifabro inſerta (qvam in Seckendorfii qvoqve *Comm. de Lutheraniſmo, L. I., Sect. 63., §. 183., p. 315.*, & C. F. Lämmelii *Hiſtoria Bugenhagiana p. 37. 38.*, integram offendes), ſeqventi eam dignatus eſt elogio: *Gratia & pax pio Lectori. Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qvi nos hoc ſeculo rurſum benedixit omni benedictione ſpirituali cœleſtium rerum, & abundantia frumenti & vini electorum ſuorum nos ſatiat, miſſoqve verbo ſuo liqvefacit Cryſtallum, pruinam & nebulam, ante qvorum frigus hactenus nemo potuit ſubſiſtere. Ex eorum numero eſt & hic Johannes Pomeranus, Epiſcopus Eccleſiæ Witenbergenſis, voluntate Dei & patris noſtri, per cujus miniſterium tibi, chariſſime Lector, donatur hoc Pſalterium, Spiritu Chriſti, qvi eſt clavis David, reſignatum. Qvod ut multis verbis ornem, non eſt operæ pretium; qvod abunde ſatis tibi, ſcio, commendatum erit, non meo teſtimonio, ſed ſuo ipſius argumento, qvo te coget, ſi legeris, teſtificari, Spiritum eſſe, qvi loqvitur myſteria hæc a tot ſeculis abſcondita. Nam ut conferri poſſit tam priſcorum, qvam recentiorum, Commentariis, etſi odioſum eſt ſtatuere, audeo tamen dicere, a nemine, cujus extent libri, eſſe Pſalterium David explicatum, eſſeqve hunc Pomeranum primum in orbe, qvi Pſalterii Interpres dici mereatur. Adeo cæteri fere omnes, tantum opinionem qvisqve ſuam, eamqve incertam, in hunc pulcherrimum librum congeſſit. Hic vero judicium Spiritus certum te docebit mirabilia.* Philippo Melanchthone judice, in *præfatione* eidem adjecta, Bugenhagius, qva par eſt, *fide in enarrandis Pſalmis eſt verſatus, iis non mediocrem lucem attulit, &, in locis obſcuris, erranti, perinde ac Mercuriales ſtatuæ vias indicant, iter candide ſimpliciterqve monſtrabit.* Decreto Synodi Stettinenſis A. 1585. *Interpretatio* hæc noſtri Libris Eccleſiarum uſibus deſtinatis eſt annumerata, teſtibus Joh. Frid. Mayero *in Synodologia Pomeranica p. 32.*, & hanc allegante Georg. Henr. Götzio *in Or. de J. Bugen-*

hagii in Eccleſiam Lubecenſem meritis p. 7. Commendarunt præterea eandem, e Lutheranis, Joh. Schoſſerus (cujus elegi in Vita Autoris, §. *36.*, a nobis jam ſunt recitati), Joh. Andr. Qvenſtedius (palmam ei præ reliqvis noſtri ſcriptis tribuens) *in Dialogo de patriis Virorum doctrina illuſtrium p. 199.*, Aug. Herm. Franckius (*pulchram* appellans, ſed a Lutheri verſione ſæpius recedere obſervans) *in Obſervationibus Biblicis*, A. 1695. editis, *M. Auguſto, p. 881. 882.*, & G. H. Götzius *l. c.* Nec inter Reformatos, qvi illam magni facerent, defuere, Melch. Adamus ſcilicet (eam inter omnia Bugenhagii ſcripta *palmam obtinere* judicans) *in Vitis Theologorum Germanorum p. 319.*, Joh. Coccejus, cui illa (teſte Thomæ Crenii *Exerc. III. de Libris Scriptorum optimis p. 9.*) *valde eſt probata*, & Jac. Verheydenius, *in Effigiebus & Elogiis* Theologorum *p. 35.* ita ſcribens: *Nomen ſibi Pomeranus ante omnia peperit Interpretatione in Librum Pſalmorum, qvam Germanice primum, deinde Latine* (qvod falſo Verheydenium tradidiſſe ſupra jam monuimus), *edidit, eandemqve, iterum atqve iterum recognitam, magno tum temporis applauſu, in publicum emiſit. Certæ in hac doctrinæ & conſolationes, ex Propheticis Apoſtolicisqve ſcriptis deſumptæ, ſimplices jacentesqve Chriſtianorum animos mirum in modum erigentes atqve corroborantes; adeo, ut ejus labor & cura, illis maxime temporibus, Eccleſiæ ædificationi multum profuerit.* Imo Germanica etiam verſione digna eſt viſa Steph. Rodio & Mart. Bucero, Theologo tunc Argentinenſi celeberrimo. E qvibus Rodius, uti Herm. ab Hardt (*T. I. Monum. avtogr. p. 190.*) & Catalogi qvidam nos docuerunt, ſolam Pſalmi primi exegeſin, à ſe translatam, Witebergæ A. 1524. *in 4.* ſub hoc edidit titulo: Der erſte Pſalm Davids, durch Joh. Bugenhagen Lateiniſch außgelegt, fleißig verdeutſcht, nach der Dolmetſchung *Mart. Lutheri.* Bucerus contra totam Bugenhagii *Interpretationem* idiomate donavit vernaculo, & Baſileæ A. 1526. *in fol.*, ſub ſeqventi publicavit inſcriptione: Die Pſalmen Davids außgelegt durch Joh. Bugenhagen, und verteutſcht durch Mart. Bucerum. An jam ante iſta Verſio A. 1524. *in fol.* prodierit, uti Joſ. Simlerus *in Epit. Biblioth. Univ. Geſneri p. 481.*, Joh. Jac. Friſius in editione hujus auctiori *p. 578.*, Chr. Hendreichius *in Pandect. Brandeb. p. 773.*; Jac. le Long (ſolus Noribergæ excuſam eſſe addens) *Parte II. Bibliothecæ ſacræ, c. 9., p. 263.*, & Vinc. Placcius (apud qvem annus 1542. in locum anni 1524. errore irrepſit typographico) *T. I. Theatri Anon. & Pſevdon., c. 11., p. 482.*, ſe mutuo exſcribentes, perhibent, alii diſpiciant. Ab iiſdem qvinqve Autoribus (*ll. cc.*) Verſio hæc Buceriana, paucis mutatis, omiſſoqve Buceri nomine, Noribergæ A. 1564. *in fol.*, a Paulo Bolduano autem (*in Biblioth. Theol. f. 34. b.*) & C. F. Lämmelio (*in Catal. Scriptorum Bugenhagii*) ibidem A. 1563. (ſub titulo: Außlegung und Erklärung des Pſalters J. Bugenhagii, auß dem Latein ins Deutſch gebracht, und an vielen Orten durch ihn ſelbſt vermehret und gebeſſert); & a Lämmelio tandem atqve Aug. Herm. Franckio (*l. c.*) Witebergæ A. 1679. *in fol.*, lucem denuo vidiſſe traditur. Implicuit vero illa, qvam primum prodierat, Bucerum interpretem controverſiæ cum Bugenhagio Autore, ſcriptis acriter ventilatæ publicis, cujus hiſtoria paucis hic exponetur. Bugenhagius, a Bucero de ſuo *Interpretationem* ipſius in ſermonem transferendi Germanicum conſilio per literas edoctus, ita illi, ſicut ipſemet ſatetur, reſpondit: *Interpretare, mi Bucere, hoc meum Pſalterium qvam liberrime, muta, adde, deme, in alium ordinem colloca, qvædam ſuo loco repone, qvædam vel clarius, vel aliter, interpretare, ut non magis meum, qvam tuum ſit Pſalterium. Omnia hic tibi per me licebunt, qvibus conſultum ſperaveris noſtris Germanis, ut nunc indocti & pueri aliqvid Pſalmorum intelligant, in qvibus intelligendis non parum antehac doctiſſimi etiam Doctores hallucinati ſunt. Perge itaqve, Dominus ſit tecum. Amen.* Poteſtate hac, ſibi conceſſa, Bucerus uſus, ſive potius abuſus, non ſolum qvædam paſſim mutarat, & in alium redegerat ordinem, ſed & Pſalmi CXI. (in cujus locum Laur. Surius, paulo poſt allegandus, Tertium perperam ſubſtituit) Explicationi nonnulla contra Panis benedicti adorationem addiderat atqve inſeruerat, qvæ Reformatorum de controverſia Evchariſtica, ſententiæ favere, Lutheranæ autem adverſari, videbantur. Ægre id ferens Bugenhagius, γνήσιος Lutheri aſſecla, ne dogma de S. Cœna Zwinglianum, cui hactenus acriter contradixerat, ob locum *Interpretationis* ſuæ temere a Bucero interpolatum, poſthac vel ſibi, vel Luthero & Melanchtoni, qvi iſtam ſuis commendarant præfationibus, ipſiqve Academiæ Witebergenſi, aſſingeretur, eodem, qvo Verſio Buceriana prodierat, anno 1526. Witebergæ, & ſeorſim, & cum nova *Interpretationis in Librum Pſalmorum* Latinæ editione, publicavit *Orationem, qvod ipſius non ſit opinio illa de Euchariſtia, qvæ in Pſalterio ſub nomine ejus Germanice translato, & Baſileæ anno hoc 1526. edito, legitur,* Georg. Spalatino ac Joh. Agricolæ inſcriptam, Hagenoæqve A. 1527. ac Hamburgi A. 1709. (uti ſuo mox loco indicabitur) recuſam. Oppoſita huic eſt a Bucero *Satisfactio ad Joh. Pomeranum pro Verſione Pſalterii*, una cum *Reſponſione ad Mart. Lutheri Epiſtolam ad Joh. Hervagium ſcriptam* (in qva is Bucero, ob *Poſtillas* ſuas Latine pari translatas licentia, erat indignatus), A. 1527. *in 8.* impreſſa; cujus argumentum a Ludov. Lavatero, *in Hiſtoria de origine & progreſſu Controverſiæ Sacramentariæ, ad A. 1526., p. 32.*, hiſce verbis exponitur: *Summa reſponſionis Buceri fuit, qvod capitis poenam dare velit, ſi, qvid etiam contra Pomerani ſententiam ſcripſiſſe eum, eo loco poſſit convincere. Qvanqvam id ſuo qvodam jure potuiſſet, qvia facultatem ei fecerit, etiam aliter qvædam in eo interpretandi, addendi, detrahendi, ita ut hic liber non tam eſſet Pomerani, qvam Buceri.* A Bugenhagio viciſſim edebatur *Confeſſio publica de Sacramento Corporis & ſangvinis Chriſti, ex Chriſti inſtitutione, qva ſuæ fidei de Cœna Domini reddit rationem, & dicit vale iis, qvi audire nolunt, cum Epiſtolis ejusdem ad Joh. Brentium, Joh. Heſſum, Georg. Spalatinum & Joh. Agricolam Iſlebium*, Witebergæ A. 1528. & Auguſtæ A. 1529. *in 8.* excuſa. Repoſuit contra huic Bucerus A. 1528. *Epiſtolam* ad Georgium ab Erdpach *dedicatoriam, Explanationi Sophoniæ Prophetæ* præmiſſam, in qva noſtro, malæ in verbis ſuis adducendis inſimulato fidei, per illum, ut Verſionem ſuam defendat, eadem fere, qvæ in *Satisfactione*, denuo regeruntur; uti e periocha Epiſtolæ iſtius, ab Abr. Schulteto *Decade II. Annalium Evangelii renovati p. 58. 59. 60.*, & Thoma Crenio *Parte VIII. Animadverſ. Philol. & Hiſtor., c. 2., §. 5., p. 124. 125. 126.*, αὐτολεξεὶ recitata, qvotqvot legere volent, facile perſpicient. Præter Bugenhagium ipſum, Bucero audaciam hanc, in *Interpretatione* noſtri temere interpolanda, exprobravit Mart. Lutherus, tum A. 1526., in Epiſtola ad Joh. Secerium, Typographum (*T. II. Epiſtol. p. 349.*), *inſignis perfidiæ* idcirco eum accuſante, tum A. 1527. in Tractatu Anti-Zwingliano daß die Worte noch feſte ſtehen (*Tomo III. Opp. Germ. Jenenſi p. 381. 382. 383., & T. II. Witeb. f. 141.*), ubi ita in Zwinglii invehitur aſſeclas: *Mart. Bucerus* iſt unter euch der fürnehmſten einer, und ein Chriſtlicher lieber Bruder, und Mitdiener Chriſti unter euch, der euch auch ſchon beym Leben heilig macht. Derſelbe hat unſeres Pfarherrs, Herr Johann Pommers, Pſalter verlateinet (als er denn groſſe Gnade hat von GOtt zu reden und zu dolmetſchen), und hat das feine Buch mit dem Gift eurer Lehre vom H. Sacrament alſo verderbt, daß da ſchwerlich Raht mag funden werden, weil daſſelbe Buch unter ſo viel Leute kommet, und unter Herr Johanns Nahmen und Arbeit mit unter verkauft wird eben der Irrthumb, da er doch mit Hand und Mund ſtetiglich wieder ficht. Solch Stücklein laßt ihr heiligen Leute gehen, als hättet ihr Gefallen drinnen, und haltet ihn nicht zum Wiederruf und Wiederſtattung; ſo ihr doch wol wiſſet, was Herr Johann daran gelegen iſt, und wie hoch er mit ſolchem Bubenſtück beleidiget iſt. Exprobrarunt Bucero eandem audaciam, poſt Bugenhagium & Lutherum (in cujus verbis, modo recitatis, pro verlateinet legendum eſt verteutſchet), Lutherani alii qvamplurimi, &, hos inter, Autores der Hiſtorie des Sacrament-Streits, contra Ambr. Wolfium A. 1591. editæ, præ cæteris conſulendi, *ad A. 1526. & 1527., p. 100-109.*, Conr.

Schlüſſel-

Schlüſſelburgius *in præfat. Libri I. Theologiæ Calvinianorum Germanicæ*, *lit. D. 4. a.*, *& Lib. 2. p. 84.*, Chriſtoph. Wilh. a Vallo in der Hiſtoriſchen Conſignation der Acten des Sacrament-Streites, *P. I.*, *p. 104. 105.*, Joh. Hülſemannus *in Prælectionibus in Formulam Concordiæ p. 203.*, Abr. Calovius *in Collatione Pſevdoapoſtolorum & Calvinianorum, Diſp. II.*, *p. 49.*, Caſp. Löſcherus *in Tr. de Latrociniis Hæreticorum in Scriptores publicos p. 82.*, Conr. Tyburt. Rango *in Or. de dolis ac fraudibus Pſevdo-Theologorum p. 11.*, *atqve in Notis ad iſtam p. 37. 38.*, & Thom. Crenius *Parte VIII. Animadverſ.*, *c. 2.*, *§. 5.*, *p. 118-128.* Exprobravit, e Pontificiis moderatioribus, teſte Crenio, Deſid. Eraſmus Roterodamus, *in Epiſtola ad Fratres Germaniæ inferioris & Phryſiæ Orientalis*, A. 1530. exarata (*lit. M. 3. b. M. 4. a.*), ita ſcribens: *Nondum prodierat in theatrum ille* (Bucerus, cujus nomen in margine additur), *qvi qvædam in libris Lutheri & Pomerani falſavit, & ad ſuum dogma non vertit, ſed invertit: nondum, qvi doceret nos, eſſe fas in Evangelico negotio fucis ac techniis uti, qvi fictis titulis commendarent libros ſuos.* Et, qvibusdam interjectis: *Qvod autem ſimile exemplum ab Apoſtolis, aut probatis Eccleſiæ Doctoribus, profectum eſt? Si hic fucus nulli nocet, qvur Lutherus tam indigne tulit ſuos libros per hunc fuiſſe corruptos? Qvur Pomeranus de ſimili temeritate illius qveſtus eſt? Qvod ab aliis, & ab ipſis adeo Legibus, falſi graviſſimo crimine notatur, huic lepido Evangeliſtæ pius dolus eſt.* Exprobrarunt tandem, ſed, Pſalmi tertii (in cujus locum CXI. erat ſubſtituendus) exegeſin a Bucero ad Zwinglianiſmum eſſe inflexam, falſo tradiderunt, e Pontificiis rigidioribus, Ad. Contzenius *in Jubilo Jubilorum Evangelico, ad A. 1526.*, *p. 39.*, &c. qvem is ſecutus eſſe videtur, Laur. Surius, *in Commentario rerum in orbe geſtarum, ad A. 1526.*, *p. 1. 3.*, in Bucerum verbis invectus ſeqventibus: *Ediderat A. 1524. Joh. Pomeranus Commentarios in Pſalmos. His ſuas commendatitias præfationes præfixerant Lutherus & Melanchthon. Itaqve rapiebantur illi Commentarii a ſtudioſis. Cernens hoc Bucerus, audax facinus aggreſſus eſt. Ut enim hominibus perſvaderet, ſcholam Wittenbergenſem cum Sacramentariis conſentire, illos Commentarios vertit, & mox in Pſalmum 3., contra apertiſſimam Autoris ſententiam, qvam præcedente Pſalmo bene converterat, verba corrupit, ut Zwinglianiſmum ſapere viderentur. Eam hominis perfidiam Pomeranus ipſe, hoc anno 26., datis ad Brentium & Joh. Agricolam literis, accuſavit. Ut autem latius ſpargeretur rumor, Wittenbergenſes ſubſcribere Zwinglianis, Sacramentarii Buceri verſionem mox Latine reddiderunt, atqve longe lateqve diſperſerunt. Et certe illa fraude & dolo effecit Bucerus, ut Zwinglius & Oecolampadius palam editis ſcriptis jactarent, Lutherum, cum ſuis Wittenbergicis, ſtare a Sacramentariis.* In qva tamen narratione Suriana falſa haud dubie ſunt, qvæ de Latina Verſionis Buceri Germanicæ translatione traduntur: licet rumoris, de tali adornari cœpta ſparſi, ipſemet qvoqve Bugenhagius A. 1526., *in Oratione apologetica*, mentionem his verbis injecerit: *Dicuntur iſta Latine excudi, & mitti ad Gallos, & illos, qvi Germanice neſciunt. Si negotium Dei agunt, qvid opus eſt iſtis emendicatis & ementitis ſuffragiis?* Qvid qvod ipſe Huldaricus Zwinglius Bucero, ut ab utraqve interpretatione, tam Latina *Poſtillarum* Lutheri, qvam Germanica Commentarii Bugenhagiani, certas ob cauſas, abſtineret, ſvaſiſſe a Ludovico Lavatero (*l. c.*) perhibetur. Qvi, e Reformatis, una cum Abr. Schulteto (Bucerum Pſalmi CXI. explicationi de Euchariſtia qvædam inſeruiſſe, *qvæ ad conciliandas partium ſententias facere videbantur*, ſcribente), *Decade II. Annalium Evangelii renovati*, *p. 51. 53. 58. 59. 60.*, de hac Bugenhagii cum Bucero controverſia, itidem meretur conſuli. E Neo-Arianis Chriſtoph. Sandius, in *Nucleo Hiſt. Eccl.*, *p. 224. 225.*, ad noſtri explicationem loci Davidici Pſ. II. 7. provocavit, eumqve, qvod hic, ad probandam Filii Dei æternitatem, nimis ſit invalidus, cum Vasqvio, Salmerone & Calvino, ſtatuere, affirmavit. Plura de Bugenhagiana hac *Libri Pſalmorum Interpretatione* non addimus, de qva Georg. Serpilii qvoqve Collectanea, *Parte VIII.* der Lebens-Beſchreibungen der Bibliſchen Scribenten (von den Commentatoribus über die Pſalmen), *p. 428-449.*, exhibita, poterunt conferri.

Interpretatio in Epiſtolam ad Romanos, ipſo in ſchola Witebergenſi interpretante, a D. Ambroſio Moibano (*Antiſtite poſtea Uratislavienſi*), ut licuit, excepta. Hagenoæ A. 1523. in 8. (*juxta Pauli Bolduani Biblioth. Theol. f. 80. a, Pet. Beſodneri Biblioth. Theol.*, *lit. Q q. 3. a.*, *& Chr. Hendreichii Pandect. Brandeb. p. 782.*) Ibidem A. 1527. & (multis in locis locupletata) 1531. in 8.

Annotationes in Devteronomium & Samuelem Prophetam, i. e. duos Libros Regum (*priores*); qvibus adjicitur Conciliata ex Evangeliſtis Hiſtoria Chriſti paſſi & glorificati, cum Annotationibus & Indice. Baſileæ A. 1524. in 8., Witebergæ 1524. in 8. (*juxta Lämmelium & Catal. Rohtianum*), Argentinæ 1524. in 8. (*juxta Lämmelium & Becmanni Catal. Biblioth. Francof. p. 81.*), Norібergæ 1524. in 8. (*juxta H. ab Hardt. T. I. Monum. autogr. Rud. Aug. D. Brunſv.*, *p. 200.*), Witebergæ 1525. in 8. (*juxta Bolduanum in Bibl. Theol. f. 24. a*, Lipenium *P. I. Bibl. Theol. p. 513.*, Crowæum *in Elencho p. 199.* & Hendreichium *l. c. p. 781.*), Argentinæ 1525. in 8. (*ſi ſoli Hendreichio p. 782. credendum*), Baſileæ 1526. in 8. (*juxta Lipenium P. II. B. T. p. 108.*), nec non ſine loci anniqve mentione (*teſte Hardtio l. c.*) in 8.

Hiſtoria Domini noſtri JEſu Chriſti paſſi & glorificati, ex Evangeliſtis fideliter contracta, & Annotationibus aucta; qvæ Latine initio Annotationibus in Devteronomium & Samuelem, in editionibus annorum 1524. 1525. & 1526. plurimis, modo enumeratis, eſt adjecta. Seorſim qvoqve Latine prodiit Witebergæ A. 1524. in 8. (ſub titulo *Concordiæ Evangelicæ Hiſtoriæ Chriſti paſſi & glorificati*, teſtibus J. Alb. Fabricio *Lib. IV. Biblioth. Græcæ, P. I.*, *c. 5.*, *p. 216.*, & Jacobo le Long. *P. II. Biblioth. Sacræ, c. 14.*, *p. 350.* ibidem A. 1526. in 8. (*juxta Catalogum Biblioth. Academicæ Hafnienſis*), ibidem A. 1540. (*juxta Hendreichium l. c. p. 781.*), ibidem A. 1546. in 8., ibidem A. 1550. in 8. (*juxta Catal. qvendam*), ibidem A. 1570. (*juxta Hendreichium l. c.*), ibidem A. 1585. in 8., ibidem A. 1595. in 8. (*juxta Henn. Groſſii Indicem generalem & Hendreichium*), & (*ſi ſolus fidem meretur Hendreichius*) Lipſiæ A. 1619. in 4. Verſionis Germanicæ prima, qvæ mihi innotuit, editio Witebergæ A. 1530. *in 8.* (*teſte Hardtio T. II. Monum. autogr. p. 161. 162.*) lucem ſub hoc vidit titulo: Hiſtorie des Leidens und Auferſtehung JEſu Chriſti, auß den IV. Evangeliſten; auß dem Lateiniſchen D. Joh. Bugenhagens verdeuſcht durch Joh. Mantellum, Prieſter zu Wittenberg: nun durch D. Joh. Bugenhagen aufs neue fleiſſig überſehen, geändert und zuſammengebracht. Recuſa deinde illa eſt Witebergæ A. 1539. & 1543. in fol. (cum aliis Urb. Regii, Lutheri, &c., ſcriptis, in Joh. Kimæi Paſſional-Buche vom Leiden und Auferſtehung Chriſti, teſtibus *Catalogo Biblioth. Acad. Hafn.* & Hardtii *T. I. Monum. autogr. p. 438.*), ibidem A. 1544. in 4. (*juxta Hardtium l. c. p. 459.*), ibidem A. 1551. (ſub titulo eines Paſſional-Büchleins, (*juxta Lämmelium*), ibidem A. 1558. in 8. (*juxta Catall. qvosdam*), Lubecæ A. 1640. in 12. (*juxta Catal. Elzevirianum*), Hamburgi A. 1701. (in uſum concionum publicarum, *juxta Nova literaria Lubecenſia, M. Mart. A. 1701.*, *p. 92.*), Jenæ A. 1706. in 18. (*juxta Catal. nundinalem*), alibiqve ſæpius, ſermone ſolo Germanico; Latino-Germanice autem Witebergæ A. 1546. (*juxta Lämmelium*) & 1600. in 8. E Verſione Germanica derivata haud dubie eſt Saxonica, Witebergæ A. 1531., ac Magdeburgi A. 1546. & 1561., in 8., aliisqve deinceps in locis, impreſſa. Fuere qvoqve, qvi ſcriptis eam illuſtrare haud dubitarunt exegeticis, qvalia ſunt: I. D. Pauli Crelii, Prof. Theologi Witebergenſis, Harmonia ſeu *Diſpoſitio qvatuor Evangeliſtarum*, Germanice Witebergæ A. 1566. *in 8.* edita, qvam ex illa fere eſſe derivatam Autor ipſe eſt faſſus, & Mart.

Chemnitius (cujus verba mox recitabimus) ac Joh. Alb. Fabricius (*L. IV. Bibl. Gr., P. I., c. 5., p. 217.*) monuerunt, Chriſtoph. Hendreichius autem (*l. c. p. 781.*) Bugenhagii ſcriptis perperam annumeravit; II. *Paſſio Domini noſtri Jeſu Chriſti, e IV. Evangeliſtis per Joh. Bugenhagium concinnata, & nunc Latino-Germanice edita, Concionibusqve explicata* a D. Salom Gesnero, Theologo itidem Witebergenſi, qvæ Witebergæ A. 1602. in 12. & 1607. in 8., nec non, ſi Lämmelio ſoli fides habenda, ibidem A. 1619. in 8., prodiit; III. Joh. Bugenhagii Paſſional vom Leiden, Sterben, Aufferſtehung und Himmelfahrt Chriſti, auß den vier Evangeliſten zuſammengebracht, ſamt der Pfingſt-Hiſtorie und der Zerſtörung Jeruſalem, mit kurtzen, richtigen Summariſchen Erklärungs-Predigten außgelegt von Daniele Cramero, Th. D. und Stettiniſchen Profeſſore und Paſtore: Qvod Witebergæ primum A. 1611. in 4., & poſtea reviſum atqve auctum Stettini A. 1618. (*non Witebergæ A. 1619., uti ab Hendreichio p. 781. falſo traditur*) in 4., lucem vidit publicam; IV. M. Dav. Laurentii, Magdeburgenſis, Eccleſiaſtæ in patria Ulriciani, *Analytica Diſpoſitio Hiſtoriæ paſſionis Domini noſtri Jeſu Chriſti, e qvatuor Evangeliſtis a Joh. Bugenhagio contractæ*, qvam A. 1579. eſſe editam Joh. Vulpius, *in Magnificentia Parthenopolitana, c. 19., p. 302.*, teſtatur. Chriſtianus III., Rex Daniæ, *in Conſtitutione eccleſiaſtica Ducatuum Slesvicenſis & Holſatici* Saxonica (*lit E. 4. a.*), *Hiſtoriam* hanc *paſſionis Chriſti* Bugenhagianam, eo, qvo iſtius memoria recolitur, tempore, publice qvotannis in ſacris prælegi juſſit cœtibus; Mart. Chemnitius autem, *in Harmonia Evangelica, P. I., c. 2., p. 8. 9.*, ſeqventi ornavit elogio: *Inter illos, qvi vetuſtatis veſtigia, in contexenda Harmonia Evangelica, ſecuti ſunt, Pomeranus egregium ſpecimen edidit in Hiſtoria paſſionis & reſurrectionis Chriſti. Et ſub finem vitæ inſtituerat, totam Hiſtoriam Evangelicam in talem Harmoniam ſeu ordinem redigere, & ad Marci potiſſimum contextum accommodare: ſed, ſenectute impeditus, & morte præventus, opus vix inchoavit. Ex cujus inchoata delineatione, D. Paulus Crellius profitetur, ſe ſuam Harmoniam extruxiſſe.*

Commentarius in Acta Apoſtolorum. Witebergæ A. 1524. (*in cujus locum 1624. a Becmanno in Catal. Bibl. Francof. p. 81., & Hendreichio in P. B. p. 781.*, male ſubſtituitur) in 8. V. Lämmelii *Catal. ſcriptorum Bugenhagii*, in qvo utroqve anno 1524. & 1624.) prodiiſſe falſo traditur.

Annotationes in Epiſtolas Pauli XI. poſteriores ad Galatas, Epheſios, Philippenſes, Coloſſenſes, duas ad Theſſalonicenſes, duas ad Timotheum, ad Titum, Philemonem & Hebræos. Præponuntur ſingulis Epiſtolis Loci in iis tractati. Accedit Concordia Evangeliſtarum de Reſurrectione & Aſcenſione Domini. Noribergæ A. 1524. in 12., Argentinæ A. 1524. in 8. (cum præfat. Joh. Hervagii, teſte H. ab Hardt *T. I. Monum. avtogr. p. 200.*), Baſileæ, ſicut & ſine loci mentione, A. 1524. in 8. (*juxta eundem Hardtium*), Baſileæ A. 1525. in 8. (qvæ editio ab Autore ipſo eſt recognita), & Argentinæ A. 1525. in 8. (*juxta Lämmelium ac Catalogos qvosdam*). Editio anni 1528., qvam ſolus G. H. Götzius (*in Or. de J. Bugenhagii meritis in Eccl. Lubec. p. 8.*), nec non Argentinenſis anni 1542., & Baſileenſis anni 1626., qvas ſolus Hendreichius (*in P. B. p. 782.*) memorat, chimæricæ eſſe videntur. In Lingvam tranſlatæ Germanicam a Steph. Rodio, Witebergæ A. 1524. (*juxta Hardtium l. c. p. 201.*) & 1525. (*teſte Catalogo Biblioth. Acad. Hafn.*) in 8., ſub titulo der Außlegung der kurtzen Epiſteln *S. Pauli*, prodierunt. Excerpta illarum, ſicut & Annotationum in Acta Apoſtolica, atqve Epiſtolas ad Romanos & Corinthios Paulinas, in Auguſtini Marlorati *Bibliotheca Expoſitionum Novi Teſtamenti*, qvinta vice Genevæ A. 1593. *in fol.* excuſa, ſuis paſſim locis leguntur. Annotationes in Epiſtolam ad Titum ſolæ a D. Daniele Cramero ſuis in eandem *Hypomneſibus*, Witebergæ A. 1607. *in 8.* impreſſis, teſte *Catalogo* qvodam, ſunt adjectæ. A. Joh. Mattheſio (ſicut in Hiſtoria vitæ ejus vernacula M. Joh. Balth. Mattheſii *p. 149.* traditur) Commentationes in Epiſtolas Paulinas Bugenhagianæ ſuis commendabantur filiis. Seqvius contra, inter Pontificios, de iis tulit judicium Rich. Simon, *in Hiſtoria Critica Commentatorum N. T. Gallica, c. 47., p. 713.*, ita de Bugenhagio Autore ſcribens: *Qvoy qv' il ſoit court, & qv' il ait plûtôt écrit des Scolies, qv' un Commentaire, il étoit trop prévenu des ſentimens de ceux de ſa ſecte, pour donner qvelqve choſe d' exact. S' il tombe ſur qvelqve endroit, qvi ne s' accorde pas tout-à-fait avec les ſentimens de Luther, il n' oublie rien pour le detourner en un autre ſens.* Qvibus, cum notas in Phil. II. 12., ſpeciminis inſtar, adduxiſſet & reprehendiſſet, hæc paulo poſt ſubjungit: *La meilleure partie des Notes de Bugenhagius eſt de cette nature, ayant choiſi exprès les endroits, qvi luy paroiſſoient les plus propres à faire des reflexions de Theologie, ou Luther parle plûtôt qve Saint Paul. Il ajoûte auſſi qvelqvefois de la controverſe, & des digreſſions contre l' Egliſe Romaine.*

Indices in Evangelia Dominicalia, inſuper uſui temporum & Sanctorum totius anni inſervientia; ad Georg. Spalatinum. Witebergæ A. 1524. & 1528. in 8., nec non (*ſolo Lämmelio teſte*) Auguſtæ 1525. in 8.

Annotationes in Regum duos ultimos Libros, poſt Samuelem jam primum emiſſæ. Baſileæ A. 1525. in 8., Argentinæ 1525. in 8., & (*teſte Hardtio T. I. Monum. avtogr. p. 232.*) Noribergæ 1526. in 8.

Poſtilla in Evangelia, uſui temporum & Sanctorum totius anni ſervientia, qvæ ab Hendreichio (*in P. B. p. 781.*) & Lämmelio Auguſtæ A. 1525. in 8., in *Catalogo* autem qvodam Baſileæ in 8., prodiiſſe perhibetur, & a Jac. Verheydenio etiam, Ant. Teiſerio, & Indicibus librariis aliqvot, ſcriptis annumeratur Bugenhagianis. Qvæ an diverſa ſit ab *Indicibus in Evangelia*, paulo ante memoratis, uti Lämmelius credidit, etiamnum dubito.

Diſſ. Epiſtolico-apologetica de Conjugio Epiſcoporum & Diaconorum, ad D. Wolfgangum Reiſſenbuſch, Monaſterii Lichtenbergenſis Præceptorem. Witebergæ (*&, ſi Hendreichius p. 781. fidem meretur, Argentinæ etiam*) A. 1525. in 8. Steph. Rodtii, Zwiccavienſis, Verſio illius Germanica (ſub tit. Vom Ehlichen Stande der Biſchöffe und Diacken) itidem prodiit Witebergæ A. 1525. in 4., teſtibus Hardtio *T. I. Monum. avtogr. p. 207.*, & Seckendorfio *in Comm. de Lutheraniſmo, Lib. II., §. 6., p. 22.*

Libellus de Votis Clericorum, qvem ipſemet, velut jam editum, *in Annotatt. in Epiſtolas Pauli* (*p. 111. b.*), obſervante G. H. Götzio (*in Or. de meritis J. Bugenhagii in Eccl. Lub. p. 9.*), allegavit, cujusqve Verſio pariter extat Steph. Rodtii vernacula, Witebergæ A. 1525. in 4. ſub hoc excuſa titulo: *J. Bugenb.* Kurtzer Unterricht von den Gelübden der Geiſtlichen, über die Worte im Pſalme: *Vovete & reddite*; verdeutſcht durch *Steph. Rodt.* V. Hardtium *l. c., T. I., p. 208.*

Epiſtola ad Fideles in Anglia. Witebergæ A. 1525. in 4. & 8., nec non (*juxta Hardtium l. c. p. 223.*.) ſine mentione loci A. 1525. in 4. Duplex ejus extat Verſio, Germanica eodem A. 1525. *in 4.* publicata, & Anglica Joh. Balæi, Epiſcopi in Hybernia Oſſorienſis, cujus Joſ. Simlerus *in Biblioth. p. 340.*, Jac Verheydenius (*in Operibus* Balæi excuſam eſſe addens) *in Effigiebus & Elogiis Theoll. p. 36. 150.*, & Chr. Hendreichius *in Pandect. Brandeb. p. 389. 781.*, mentionem injiciunt. Oppoſuerunt illi, e Pontificiis: I. Joh. Cochlæus *Reſponſionem ad Joh. Bugenhagii Epiſtolam ad Anglos*, A. 1526. *in 4.*, cum ipſa noſtri Epiſtola, impreſſam, de qva ipſius *Hiſtoria de Actis & ſcriptis Lutheri f. 145. b. 160., b*, & Corn. Looſei Callidii *Catalogus Scriptorum Germaniæ lit. G. 6. b.*, poſſunt conferri; II. Thomas Morus, Henrici VIII., Regis Angliæ, Cancellarius, *Epiſtolam, qva literis Pomerani reſpondetur*, qvæ &, in *Operibus* Mori, Lovanii A. 1566. *in fol* evulgatis, & ſeorſim ibidem A. 1568. *in 8.*, prodiit. V. *Catalogum Biblioth. Thuaneæ p. 81.*, Joh. Pet. Lotichii *Bibliothecam Poeticam, P. IV., n. 4.*, & Pauli Bolduani *Biblioth. Philoſ. p. 172.*

Epiſtola

Epiſtola contra novum errorem de Sacramento Corporis & Sangvinis Domini noſtri Jeſu Chriſti, ad D. Joh. Heſſum, Paſtorem Uratislavienſem. Witebergæ A. 1525. in 8., & (ſub finem *Confeſſionis publicæ de Sacramento Corporis & Sangvinis Chriſti*) ibidem 1528. *in 8.*; nec non Germanice translata (ſub tit.: Sendbrief wieder den neuen Irrthum bey dem Sacramente des Leibes und Blutes Jeſu Chriſti, an D. Joh. Heſſum) Witebergæ 1525. in 4. Oppoſita eſt Huldarici Zwinglii *Epiſtolæ de S. Cœna, ad Matthæum Aulberum, Paſtorem Reutlingenſem*, A. 1524. publicatæ, teſte Lud. Melch. Fiſchlino *in Supplem. Memoriæ Theoll. Würtenberg. p. 1. 2.* Argumentum illius Abr. Schultetus, *Decade I. Annalium Evangelii renovati p. 243.*, breviter expoſuit, mentionem vero fecerunt Ludov. Lavaterus *in Hiſtoria de origine & progreſſu Controverſiæ Sacramentariæ, ad A. 1525., p. 16.*, & Laur. Surius *in Comm. rerum in orbe geſtarum, ad A. 1525., p. 139.* Repoſuerunt illi, e Reformatis: I. Huldaricus Zwinglius *Reſponſionem ad Joh. Bugenhagii Epiſtolam contra novum errorem, ut ille inſcripſit, qva Euchariſtiæ negotium & Chriſti verba: Hoc eſt corpus meum; declarantur*, Latine ſeorſim Tiguri A. 1525. *in 4.*, & *Tomo II. Operum* ibidem A. 1545. *in fol.*, Germanice autem (ſub titulo der Antwort auf die Epiſtel Joh. Bugenhagen auß Pomern, das Nachtmahl Chriſti betreffend) Tiguri A. 1526. *in 4.*, impreſſam; II. Conradus Ris (qvi *Conradus Liſſa* perperam a Joh. Hottingero, *P. IV. Biblioth. quadripart., c. 6., p. 455.*, vocatur); ſive (uti *Tomo III. Monum. Autogr.* Hermanni ab Hardt *p. 141. 142.* audit) Conradus Reiche zu Ofen, die Antwort, dem Hochgelahrten D. Joh. Bugenhagen auß Pommern, auf die Miſſive an D. Heſſum geſchickt, das Sacrament betreffend, gemacht, A. 1526. (vel, juxta alios, A. jam 1525., neutiqvam vero A. demum 1575., qvem Placcius mox allegandus ſubſtituit), ſine loci indicio, editam. Sub qva Conradi Ris larva Huldar. Zwinglium delituiſſe Conr. Schlüſſelburgius (illam ein heftiges Buch appellans) *L. 2. Theologiæ Calviniſtarum Germanicæ p. 103.*, iſtumqve ſecuti Georg. Draudius *in Biblioth. Claſſ. Theol. p. 117.*, ac Vinc. Placcius *in Syntagm. de Script. Anon. & Pſevdon.*, *P. II., p. 248.*, & *T. II. Theatri Anon. & Pſevdon. p. 540*, falſo crediderunt; cum *Reſponſum* iſtud jampridem a Ludov. Lavatero (*l. c. p. 16.*) Michaeli Cellario, Eccleſiaſtæ Auguſtano, tanqvam vero Autori, ſit vindicatum.

Annotationes in Librum Hiobi. Baſileæ A. 1526. in 8., Argentinæ A. 1526. & 1527. in 8. (*juxta Hardtium T. III. Monum. autogr. p. 147. 163., Hendreichium, Lämmelium, & alios.*). De his ita Autor *in præfat. Interpretationis in Epiſt. ad Rom.* (Hagenoæ A. 1527. excuſæ): *Multi libri nunc, optime Lector, excuduntur invitis Autoribus, licet viventibus; per qvod qvam male conſulatur poſteritati, qvis ignorat, niſi ſit valde ſtupidus? Inter qvos libros inprimis plane habeo meum Hiob, qvi jam his nundinis Francofurdianis, Anno Domini 1526., venit in manus meas haud gratus hoſpes. Vidi enim non eſſe eum, qvem in Eccleſia noſtra vulgo interpretatus fueram ante annum, ſed qvem, ſecluſa auditorum turba, ante qvatuor annos, cum qvibusdam monachis contuleram. Judico plane, ex eo plus emolumenti provenire venditori, qvam lectori: qvando etiam non huic, ſed illi, conſulitur per talia, qvæ nolentibus nobis invulgantur.* Thomæ Crenio tamen (in Car. Arndii *Bibliotheca Mayeri Biblica p. 64.* allegato), *in Notis ad Faſc. I. Exercitationum Hiſtorico-Philologicarum p. 35.*, *Scholia* audiunt *breviſſima*, ſed *admodum erudita*.

Oratio, qvod ipſius non ſit opinio illa de Euchariſtia, qvæ in Pſalterio, ſub nomine ejus Germanice (*per Mart. Bucerum*) translato, legitur; ad Georg. Spalatinum & Joh. Agricolam Islebium. Witebergæ 1526. in 8. V. Hardtium *T. III. Monum. autogr. p. 146.* Recuſa eſt, cum ipſius *Interpretatione in librum Pſalmorum*, Witebergæ A. 1526. in 4. (*juxta Hardtium l. c., T. I. p. 228. 229.*); cum Mart. Lutheri *Sermone de Sacramento corporis & ſangvinis Chriſti, ac Epiſtola adverſus Mart. Bucerum, aliisqve nonnullis Sermonibus*, Hagenoæ A. 1527. in 8. (*juxta eundem T. I. p. 240.*); & noviſſime, cum ipſius Bugenhagii *Epiſtola apologetica ad Chriſtianum III., Daniæ Regem, contra ſcriptores Adiaphoriſticos*, curante M. Chriſtoph. Frid. Lämmelio iterum publicata, Hamburgi A. 1709. in 4. Qvæ ad hiſtoriam ejus ſpectant, paulo ante, cum de *Interpretatione in librum Pſalmorum* diceremus, jam ſunt expoſita.

Confeſſio Publica de Sacramento Corporis & Sangvinis Chriſti, ex Chriſti inſtitutione, qva ſuæ fidei de Cœna Domini reddit rationem, & dicit vale iis, qvi audire nolunt: Cum Epiſtolis ad Joh. Brentium, Joh. Heſſum, Georg. Spalatinum & Joh. Agricolam Islebium. Witebergæ A. 1528. in 8., & Auguſtæ A. 1529. in 8. Oppoſita eſt Mart. Buceri *Satisfactioni ad Joh. Pomeranum pro Verſione Pſalterii*, A. 1527. editæ, illiqve viciſſim per Bucerum A. 1528., *in Epiſt. dedic. Explanationis Sophoniæ*, reſponſum, uti in recenſu *Interpretationis in librum Pſalmorum* jam indicavimus. Conf. de illa Autores der Hiſtorie des Sacrament-Streites wieder Ambr. Wolfium a qvibus commendatur), *ad A. 1528., p. 125-134.*, & Chriſtoph. Wilh. a Vallo in der Hiſtoriſchen Conſignation der Acten des Sacrament-Streits, *P. I., Sect. I., p. 104. 105.*

Tr. contra librum Henr. Neveri, ad Wiſmarienſes fratres. A. 1529. in 8. Hujus mentionem in ſolo *Catalogo Bibliothecæ D. Joh. Frid. Mayeri p. 768.* offendi.

Commentarius in IV. prima Capita Prioris Epiſtolæ ad Corinthios, de Sapientia & Juſtitia Dei, qvæ Chriſtus eſt, & de autoritate S. Scripturæ & doctrinæ Apoſtolicæ in Eccleſia Chriſti. Witebergæ 1530. in 8.

Liber de Sacerdotio Chriſti, in Epiſtolam ad Hebræos, Lubecæ 1531. in 8.

Ordinatio Eccleſiaſtica regnorum Daniæ & Norwegiæ, ac Ducatuum Sleſvici & Holſatiæ, juſſu Chriſtiani III., Regis Daniæ (cujus Diploma illi eſt præfixum), conſcripta. Hafniæ A. 1537. (*non 1538., qvem J. Frid. Mayerus in Or. de Bugenhagio p. 23. ſubſtituit*) in 8. Latine prodiit, cum ſubjectis ei Paſtorum Theologorumq; regni Danici ac Ducatus Sleſvicenſis, qvi ſua illam ſubſcriptione approbarant, nominibus, in verſione Danica omiſſis, & adjecta ſub finem (*f. 178 194.*) Bugenhagii *Pia, & vere Catholica, & conſentiente Veteri Eccleſiæ Ordinatione ceremoniarum pro Canonicis & Monaſteriis*. Verſio illius Danica, a D. Pet. Palladio, Theologo Hafnienſi & Epiſcopo Roſchildenſi, A. 1539. in Comitiis concinnata Ottonienſibus, cum XXVI. Articulis Ripenſibus, ei, in Synodo Epiſcoporum Daniæ Ripenſi, Kal. Maji A. 1542. additis, & eadem Bugenhagii *Ordinatione ceremoniarum pro Canonicis & monaſteriis Latina*, non translata (*f. 92-117.* obvia), Hafniæ A. 1553. & 1582. *in 8.* lucem vidit publicam. Verſio Germanica, qvam ibidem A. 1617. & 1630. eſſe excuſam, Catalogi aliqvot perhibent, mihi nunqvam eſt viſa, &, uti ſuſpicor, chimærica. Saxonicam ejus translationem, ſed Rege jubente paſſim mutatam atqve auctam, invenies in der Chriſtliken Kerken-Ordeninge, de in den Fürſtendömen Sleſwig, Holſten, &c., ſchal geholden werden, Magdeburgi A. 1542. *in 4.* impreſſa, de qva ſeorſim in Scriptorum noſtri vernaculorum dicetur Catalogo. Cætera, qvæ ad hiſtoriam ſpectant *Ordinationis* hujus *Regnorum Danici & Norwagici eccleſiaſticæ*, Chriſtiani III. Regis (neutiqvam vero Chriſtiani I., qvem Gisb. Voetius *in Biblioth. Stud. Theol., L. 2., c. 9., p. 858.*, & Gerh. Meierus *in Biblioth. Theol. contracta, L. 2., c. 13., p. 268.*, male ſubſtituerunt, ob parachroniſmum hunc a Cl. Terpagrio, mox allegando, jam caſtigati) juſſu atqve auſpiciis, per Bugenhagium, & Theologos qvosdam Danicos Cimbricosqve, illi adjunctos, conſcriptæ, & Islandiæ qvoqve Eccleſiis, ut eam normæ inſtar ſeqvantur, A. 1551. (teſte Arngrimo Jona *L. 3. Rer. Island.* apud Terpagrium) ab eodem Monarcha commendatæ, in Vita noſtri, §. XX., jam enarravimus, & illic cupimus relegi. Conferri de eadem poſſunt Har. Huitfeldii *T. IX. Chronici*

Daniæ Danici p. 1503. 1526., Pauli Tarnovii *Liber de Miniſterio eccleſiaſtico p. 185. & ſeqq.*, V. L. Seckendorfii *Comm. de Lutheraniſmo, L. 3., Sect. 20., §. 75., p. 242. 243.*, Vinc. Placcii *T. I. Theatri Anon. & Pſevdon., c. 11., p. 436. 437.*, C. F. Lämmelii *Hiſtoria Bugenhagiana p. 12. 13.*, Sev. Lintrupii *Avtoſchediaſma de J. Bugenhagii in Eccleſiam Danicam meritis p. 103.*, &, qvæ plura iſtis docebunt, Pet. Terpagri *Præfatio Ritualis Eccleſiarum Daniæ & Norwegiæ, Latine a ſe redditi, p. 24. 25. 26. 39.*, Henr. Muhlii *Diſſ. I. Hiſtorico-Theologica de Reformatione religionis Cimbrica p. 58-61.*, noſtraqve *Iſagoge ad Hiſtoriam Cimbricam, P. II., c. 4., §. 4. & 5., p. 90-93.* Dav. Chytræus, *Libro XV. Chronici Saxoniæ p. 433.*, hoc eam ornavit elogio: *Optarim autem, Ordinationem illam eccleſiaſticam regni Daniæ, brevi libello Latino tunc a Bugenhagio comprehenſam, pluribus notam eſſe, ut, qualem eccleſiarum, & totius adminiſtrationis eccleſiaſticæ, formam Lutherus, & Collegæ ipſius, maxime probarint, in aliis etiam gentibus plures cognoſcerent.* Qvod votum Chytræi Melch. Adamus (*in Vitis Theoll. Germ. p. 315.*) & Joh. Frid. Mayerus (*in Or. de J. Bugenhagio p. 23.*) ſuum etiam fecerunt.

Confeſſiones fidei duæ, altera D. Mart. Lutheri, altera D. Joh. Bugenhagii Pomerani, denuo recognitæ, & ſingulari conſilio jam primum Latine editæ, Interprete Henr. Cnuſtio Argyrocopo. Witebergæ 1539. in 8. V. Herm. ab Hardt *T. I. Monum. avtogr. Rud. Aug., D. Brunſv., p. 378.*

In IV. priora Capita Evangelii ſecundum Matthæum, in ſchola Witebergenſi publice tractata, Commentarius. Adjecta eſt (ad meliorem intelligentiam Capitis II. Matthæi) Expoſitio Capitis XXXI. Jeremiæ (e Comm. ipſius in Jeremiam deſumpta). Witebergæ 1543. in 8. Pet. Beſodnerus (*in Biblioth. Theol., lit. Ii. 4. a.*), Gvilh. Crowæus (*in Elencho Scriptorum in S. Script. p. 199.*) & C. F. Lämmelius (*in Catal. ſcriptorum Bugenhagii*), tria tantum capita Matthæi in Comm. hoc illuſtrata eſſe, tradunt, ſed falſo, qvod αὐτόπτης poſſum teſtari.

Pſalterium Davidis, & integri Loci ſacræ doctrinæ ex omnibus Prophetis, cum qvibusdam aliis piis Canticis, ex Hebræo Latine, in Academia Hafnienſi, A. 1539. translata, deinde ſæpius recognita, & nunc excuſa: Ad Profeſſores Academiæ Hafnienſis. Accedit Mart. Lutheri Præfatio in Pſalmos. Witebergæ 1544. in 8. Nova hic exhibetur Pſalmorum Davidis verſio, a priore, qvam A. 1523. in *Interpretatione* illorum dederat, diverſa. V. Autoris *Epiſt. dedic. ad Profeſſores Hafnienſes*, & Jac. le Long *P. I. Biblioth. ſacræ, c. 4., p. 725.*

Comm. in Jeremiam, & Notæ in Threnos Jeremiæ. Accedit Tractatus de Blasphemia Spiritus, ſeu in Spiritum ſanctum. Witebergæ A. 1546. & (*juxta Hendreichium in P. B. p. 782. ac Catalogum qvendam*) 1555. in 4. Hunc Joh. Matheſius (teſte Joh. Balth. Mattheſio *in Vita ejus vernacula p. 149.*) ſuis commendavit filiis, & Henr. Muhlius, in der Erörterung verſchiedener Materien in drey Ordinations-Reden *p. 146.*, einen ſchönen geiſtreichen Commentarium vocavit.

Annotationes in Johannem Evangeliſtam, qvas Lämmelius Witebergæ A. 1546. tradit prodiiſſe, & Melch. Adamus (*in Vitis Theoll. Germ. p. 319.*), Gvilh. Crowæus (*in Elencho p. 199.*) & Chr. Hendreichius (*in P. B. p. 782.*), Bugenhagio itidem tribuunt.

Adhortatio ad Vicinos, ne adjuvent hoſtes Evangelii, Latine Witebergæ A. 1546. in 4., teſte ſolo Lämmelio, edita. Vel eadem eſt, vel ejusdem argumenti, cum Paræneſi vernacula (Chriſtl. Vermahnung an die löbliche Nachbahrſchaft, Böhmen, Sleſier und Luſatier), eodem A. 1546. publicata, de qva in Scriptorum Germanicorum dicetur Indice.

Commentarius in Jonam Prophetam, annexis utiliſſimis obſervationibus de vera Poenitentia, qvam Chriſtus commendat nobis in Ninivitis, & de falſa poenitentia, &c. Witebergæ A. 1550. & (*ſi ſoli Hendreichio p. 782. credendum*) 1561. in 8. Publicis in Acad. Witeb. prælectionibus A. 1547. eſt propoſitus, uti Programma docet perbreve, his præmiſſum, & *Tomo I. Scriptorum Acad. Witeb. publicorum, lit. Bb. 8. b.*, obvium. De argumentis ejus præcipuis Georg. Henr. Götzius, *in Orat. de J. Bugenhagii in Eccl. Lubec. meritis p. 8.*, plura attulit. An ſeorſim Witebergæ A. 1550. prodierit Expoſitio Capitis III. Jonæ, ſicut in Pet. Beſodneri *Biblioth. Theol. lit. Bb. 4. b.* traditur, dubito. Seorſim tamen Hamburgi A. 1709. *in 4.* recuſa eſt Epiſtola Commentarii hujus ad Chriſtianum III., Regem Daniæ, dedicatoria, in qva noſter famam ſuam, adverſus Zelotas rigidiores, a qvibus Adiaphorismi & ἑτεροδοξίας accuſabatur, defendit, curante M. Chriſtoph. Frid. Lämmelio, ſub titulo *Epiſtolæ apologeticæ ad Chriſt. III., R. Dan., contra Scriptores Adiaphoriſticos, aliosqve obtrectatores.* De qva, ſicut & Juſtini Meyeri *Diatriba de Lapſu Bugenhagii Adiaphoriſtico*, illi oppoſita, & Hamburgi A. ſeqv. 1710. *in 8.* impreſſa, qvæ in Vitæ noſtri hiſtoria, *§. XXX.*, jam narravimus, poſſunt relegi. Judicium Bugenhagii, in hoc *Commentario* (*lit. d. 8. & ſeqv.*), de loco 1. Joh. V. 7., pro Trinitatis militante myſterio, ſeqvius, ex hujus hoſtibus, pro ſua allegarunt ſententia, ac adverſariis objecerunt, Chriſtoph. Sandius junior, Neo-Arianus, *in Nucleo Hiſtoriæ eccleſiaſticæ p. 234.*, *Hiſtoria Eccleſiaſtica enucleata p. 157.*, & *Appendice Interpretationum paradoxarum IV. Evangeliorum p. 376-394.*, atqve, ante hunc, Sociniani Racovienſes, *in præfatione Verſionis* ſuæ *Novi Teſtamenti Germanicæ*, A. 1630. editæ, *p. 16. 17.*, ita (teſte Conr. Tyb. Rangone *in Notis ad Or. de Dolis & fraudibus Pſevdo-Theologorum p. 32.*) ſcribentes: Lutheri Collega, und Pfarrherr und Profeſſor zu Wittenberg, Joh. Bugenhagius Pomeranus, bittet in einem Büchlein (Jonas Propheta expoſitus, gedruckt zu Wittenberg A. 1550., p. d. 8. & ſeqq.) alle Drucker, daß ſie dieſen Ort (1. Joh. V. 7.), umb der Wahrheit und der Ehre GOttes Willen, auslaſſen ſollen, und muhtmaſſet, die Arianer haben ſolchen Ort zu ihrem Vortheil hineingeſetzt, damit ſie alſo beweiſen könten, daß der Vater, das Wort, und der Heilige Geiſt, nur auf eine ſolche Art eins ſeyn, wie alſobald hernach geleſen wird, daß der Geiſt, Waſſer und Blut, eins ſind, nemblich was ihre Einigkeit und einhelliges Zeugniß belanget. Qvibus reſponſuri Frid. Ern. Ketnerus, in *Diſſ. de inſigni de Trinitate loco 1. Joh. V. 7.* (Lipſiæ A. 1696. edita), *c. 1., §. 10. 11. 12., p. 24-27.*, ac *Hiſtoria dicti ejusdem Johannei* (Francofurti & Lipſiæ A. 1713. publicata), *c. 14., p. 183. 184.*, & Joh. Frid. Mayerus, *in Hiſtoria Verſionis Bibliorum Lutheri Germanicæ, c. 4., §. 8., p. 52.*, lapſum hic Bugenhagii pariter atqve Lutheri ipſius agnoverunt, ſed excuſari poſſe judicarunt, qvod Critica ſacra ævo iſto nondum accurate ſatis eſſet exculta, nec MSSta antiqva, in qvibus locus legeretur ille controverſus, innotuiſſent.

Qvæſtio Theologica: An liceat petere Theologo Gradus Academicos, poſtqvam Chriſtus dixit: Nolite vocari Rabbi? in promotione D. Melch. Iſinderi explicata, qvæ *Tomo III. Declamationum ſelectarum* Phil. Melanchthonis (Argentinæ A. 1559. *in 8.* excuſo), *p. 50-55.*, legitur.

Programmata VII. Witebergenſia, actibus, in qvibus Doctores Theologiæ renunciabantur, Academicis præmiſſa, qvæ *in Tomis Scriptorum publice in Academia Witebergenſi propoſitorum* locum invenerunt:

Tomo ſcilicet *I.* (ed. Witeb. A. 1560. *in 8.*), *f. 226. 227.*, Primum anni 1548. de Melch. Iſindero.

F. 312. 313. Secundum anni 1550. de Joh. Aurifabro, Uratislavienſi.

F. 322. Tertium anni 1550. de Georg. Veneto, Pruſſo.

Tomo II. (ed. Witeb. A. 1562.), *lit. G. 2. 3.*, Qvartum anni 1554. de Henr. Sthenio Mundero.

Lit. H. 7. 8. Qvintum anni 1554. de Georg. Æmilio, Sim. Muſæo & Pet. Prætorio.

Lit. Bb. 7. 8. Sextum anni 1556. de Paulo ab Eitzen (qvod ſubjectum etiam eſt D. Georg. Majoris *Orationi de capta A. C. 1453. Conſtantinopoli*, cum Eitzenius Doctor crearetur, habitæ, ac Witebergæ A. 1556. *in 8.* editæ).

Tomo III. tandem (ed. Witeb. A. 1568.), *f. 24. 25.*, Septimum anni 1556. de Conr. Beckero. (Confer qvæ de Doctoribus his, per Bugenhagium renunciatis, in Vita illius, §. *IX.*, ſunt dicta).

Verſus & Epiſtolæ Joh. Bugenhagii, Scholæ Treptovienſis, & Joh. Murmelii, Scholæ Monaſterienſis Rectoris, qvibus alter alterum ſalutavit, libro prodierunt unico, teſte Herm. Hamelmanni *Oratione de qvibusdam Claris Weſtphalis (in Opp. Geneal. & Hiſtor.) p. 104. 105.* Ex hoc forte depromta eſt unica illa noſtri ad J. Murmelium Epiſtola, 9. Kal. Maji A. 1512. ſcripta, qvæ ab Hermanno ab Hardt, *Tomo II. Monumentorum avtographorum Rud. Aug., D. Brunſv., p. 280. 281. 282.*, integra recitatur.

Ex aliis ejus ad eruditos Epiſtolis lucem viderunt: α. Una ad Mart. Lutherum de Reformatione Eccleſiæ Hamburgenſis, A. 1529. ſcripta, in D. Joh. Frid. Mayeri Evangeliſchem Hamburg (ed. Hamb. A. 1694.) *p. 306. & ſeqq.*; β. Una ad Georg. Spalatinum, in D. Caſp. Löſcheri *Diſſ. de qvæſtione: An Muti & Surdi ad S. Cœnam ſint admittendi?* Witeb. A. 1692. excuſa, *Th. 22.* (teſte G. H. Götzio *in Or. de meritis J. Bugenhagii in Eccl. Lubec. p. 10.*); γ. Una ad Joh. Tauſanum, Epiſcopum in Cimbria Ripenſem, d. 10. Apr. A. 1549. exarata, in Val. Ern. Löſcheri Unſchüldigen Nachrichten von Theol. Sachen, *Sect. 3. A. 1716., p. 386. 387. 388.*; δ. Una ad Dav. Chytræum, de nuptiis gratulatoria, A. 1553. data, in Syntagmate *Epiſtolarum* Chytræi (ed. Hanoviæ A. 1614. *in 8.*) *p. 1236.*; ε. Una ad Conr. Cordatum, Paſtorem Zwiccavienſem, de Civitatum Saxoniæ inferioris reformatione, Witebergæ A. 1530. ſcripta, in Phil. Jul. Rietmeieri *Appendice documentorum Partis III.* der Kirchen-Hiſtorie der Stadt Braunſchweig (ed. Brunſv. A. 1710.) *p. 14. 15.*; ζ. Una ad Gerh. Cotium, Paſtorem Lemgovienſem, A. 1541. exarata, in Herm. Hamelmanni *Continuatione Hiſtoriæ eccleſiaſticæ Evangelii renati (in Opp. Genealog. & Hiſtor.) p. 1067. 1068.* η. Una ad Matthiam Romaſchium, Paſt. Cibinienſem, A. 1543. ſcripta, de Reformatione Eccleſiæ Tranſſylvanicæ in Val. Ern. Löſcheri Unſchüld. Theol. Nachrichten, *in Append. anni 1718., p. 1140. 1141.*

ב. ALIENA EDITA, AUT PRÆFATIONIBUS ORNATA.

Andreæ Knopkii (*ſive Cnophii*), Cüſtrinenſis, Paſtoris Rigenſis, Interpretatio in Epiſtolam ad Romanos, cum præfat. J. Bugenhagii. Witebergæ A. 1524. & Argentinæ 1525. in 8. V. de illa V. L. Seckendorfii *Supplementum Indicis Hiſtorici, Commentario de Lutheraniſmo ſubjuncti, num. 46.*, & M. Kratonis (ſive Joh. Melch. Kraftii) Geretteter Unſchuld zweyer Holſteiniſchen Superintendenten, *c. 30.*, *p. 80. 81.*

Sententiæ ex Doctoribus collectæ, qvas Papiſtæ valde impudenter hodie damnant, per Antonium Anglum editæ, cum præfatione J. Bugenhagii, Witebergæ A. 1530. in 8. (*juxta H. ab Hardt T. I. Monum. avtogr. p. 271.*), & ibidem A. 1536. in 8. (*juxta eundem T. II. p. 202.*). Cui editioni præfixum eſt nomen veri (qvi in præcedente ſub Antonii Angli larva delituerat) Autoris, Roberti Barns, Angli, Th. D., Henrici VIII., Regis Anglorum, ad Electorem Saxoniæ Legati, Witebergæ Bugenhagio gaviſi hoſpite. Cujus (poſt reditum in Angliam, Londini A. 1540. ob religionem combuſti Lutheranam) *Vitis* etiam *Romanorum Pontificum*, Baſileæ A. 1556. *in 8.* recuſis, illæ, cum præfatione Bugenhagii, *p. 290-406.*, ſub hoc adjectæ ſunt titulo: *Sententiæ, ſive præcipui Religionis Chriſtianæ Articuli, partim ex ſacris literis, partim diverſis doctorum Patrum ſcriptis, aſſerti.* Germanica etiam illarum, ex editione priori Latina, verſio Noribergæ A. 1531. *in 4.* prodiit, cujus ſeqvens ab Hardtio (*l. c. T. I. p. 277.*) recitatur inſcriptio: Fürnehmliche Artikel der Chriſtlichen Kirchen, wie die bey den alten im Gebrauch geweſen, und gehalten ſeyn worden, aber jetzt unbillig von den Papiſten, wider die H. Schrifft, ihr eigen Decret, Conſilien und Schriften der Lehrer, verdammet werden: erſtlich in Latein durch D. Antonium auß Engelland zuſammengebracht, neulich mit einer Vorrede Joh. Pomerani verdeutſchet. Scripti ipſius, de XIX. Articulis fidei agentis, inter Proteſtantes ac Pontificios controverſis (qvod Lämmelius in ſuo ter memorat Catalogo, & modo Barneſio, modo, ſed perperam, Bugenhagio, tanqvam Autori, tribuit), σκιαγραφίαν in V. L. Seckendorfii *Supplemento Indicis Hiſtorici*, paulo ante allegato, *num. 10.*, invenies. Confer, qvæ de Monachis qvibusdam Pomeranicis, illius lectione ad errorum Pontificiorum perductis agnitionem, Dan. Cramerus (in der Pommerſchen Kirchen-Chronicá, *c. 21., p. 88. & ſq.*), iſtumqve ſecutus Georg. Henr Götzius (*in Sched. de Converſis Pontificiis p. 48. 44. 45.*), narrarunt.

D. Athanaſii Libri contra Idololatriam gentium, & de Fide S. Trinitatis: Cum Præfatione D. Mart. Lutheri & D. Joh. Pomerani, cujus opera hi Athanaſii libri reſtituti & editi ſunt. Witebergæ A. 1532. in 8. V. de hac editione V. L. Seckendorfii *Comm. de Lutheraniſmo, L. 3. §. 15., p. 39.*, H. ab Hardt. *T. I. Monum. avtogr. p. 290.*, & G. H. Götzii *Or. de Meritis J. Bugenhagii in Eccl. Lubec. p. 9.*

Petri Artopoei, Paſtoris Stettinenſis, Diſcretio Locorum Legis & Evangelii in Sacris Literis, cum Præfat. J. Bugenhagii. Witeb. 1534. in 8. V. Hardtium *l. c., T. I., p. 313. 314., & T. II., p. 188.*

Petri Artopoei Evangelicæ Conciones Dominicarum totius anni, per Dialectica & Rhetorica artificia breviter tractatæ, ſubnexis Epiſtolarum Argumentis; cum Præfat. J. Bugenhagii. Witebergæ A. 1537. in 8., Baſileæ A. 1538. 1539. & 1549. in 8. V. Hardtium *l. c., T. I. p. 347. 386., & T. II., p. 215. 269.*

Inſtructio Viſitationis Saxonicæ, ad Eccleſiarum Poſtores, de doctrina Chriſtiana, a J. Bugenhagio, propter Eccleſias Danicas, in Latinum ſermonem A. 1538. tranſlata. Roeſchildiæ A. 1538. in 8., Witebergæ 1539. in 8., & (*juxta Catalogos quosdam*) Hafniæ A. 1608. ac 1616. in 8. Ipſius Inſtructionis, a Phil. Melanchthone conſcriptæ, & Germanice primum atqve Saxonice Wittebergæ A. 1528. in 8. editæ, hiſtoriam & argumentum V. L. Seckendorfius, *in Comm. de Lutheraniſmo, Lib. 2., Sect. 13., §. 36. 37., p. 103-108.*, fuſe expoſuit. Verſio ejus Latina ideo neceſſaria Danis fuit, lingvæ imperitis Germanicæ, qvia in *Ordinationibus eccleſiaſticis*, tam *Danica f. 55.*, qvam *Sleſvigo-Holſatica f. 71.* (qvarum loca ab Henr. Muhlio *Diſſ. I. Hiſtorico-Theol. de Reformat. relig. Danico-Cimbrica p. 66. 67.* recitantur), libris, qvos vocant, normalibus, a Parochis omnibus diligenter legendis, erat annumerata.

Urb. Regii, Ducatus Lüneb. Superintendentis, Loci Communes Theologici, ex Patribus & Scholaſticis collecti; cum præfat. J. Bugenhagii. Francofurti A. 1545. V. Jos. Simleri *Biblioth. p. 682.*

II. GERMANICA & SAXONICA.

א. PROPRIA.

Ein ſchöne Offenbahrung des End-Chriſts, durch J. Bugenhagen: gedruckt ſamt Phil. Melanchthonis Urtheil von D. Mart. Lutheri Lehre, dem Päbſtlichen Cardinal und Legaten zugeſchicket, A. 1524. in 4. V. H. ab Hardt *T. I. Monum. avtogr. Rud. Aug., D. Brunſv., p. 182.*

Rahtſchlag, wie man das Sacrament empfahen ſol, unter einer oder beyderley geſtalt: an Georg. Spalatinum. Witebergæ A. 1524. in 4., & (cum ſcripto ſeqventi von der Evangeliſchen Meſſe) ibidem A. 1524. in 8.

Von der Evangeliſchen Meſſe, was die Meſſe ſey, wie und durch wen ſie aufgeſetzet ſey, auch wie man ſol Meſſe hören, und das hochwürdige Sacrament empfangen, und warumb man es empfähet: Ein Rahtſchlag Herrn Joh. Pomer, wie man das Sacrament empfahen ſolle, unter einer oder beyder Geſtalt: Eine Summa Chriſtlicher Gerechtigkeit: Eine Evangeliſche Meſſe, auß dem Lateiniſchen verdeuſcht: Wie man die, ſo zur Ehe greifen, einleitet vor der Kirchen; durch H. Joh. Pomern, Witebergæ A. 1524. in 4. & 8. V. Hardtium *l. c., T. II. p. 119., & T. III. p. 114.*

Ein Chriſtlicher Sendbrief an Frau Anna, gebohrne Hertzoginn von Stettin, vermählt in Schleſien: Summa der Seligkeit auß Heiliger Schrifft. A. 1524. in 4. Witebergæ Miſnica pariter atqve Saxonica dialecto prodiit. V. Hardtium *l. c. T. I. p. 168. 188. 189.*

Eine Chriſtliche Vermahnung vom euſſerlichen Gottesdienſte und Eintracht, an die in Liefland, durch D. Mart. Luther, Joh. Bugenhagen und Melch. Hofmann. Witebergæ 1525. in 4. V. Hardtium *l. c.*, *T. I.*, *p. 205.* Tres exhibet Epiſtolas Lutheri, Bugenhagii & Hofmanni, ad Livonos paræneticas, de qvibus §. *X.* Vitæ noſtri jam eſt dictum, & Joh. Cochlæi *Hiſtoria de actis & ſcriptis Lutheri, ad A. 1525., f. 145. a. b.*, poteſt conferri.

Sendbrief über eine Frage vom Sacrament: item ein Unterricht von der Beicht und Abſolution. Witebergæ A. 1525. in 4. & 8. Saxonice qvoqve prodierunt ibidem A. 1525. in 4. V. Hardtium *l. c.*, *T. I.*, *p. 211. 219.*

Etliche Chriſtliche Bedencken von der Meß, und anderen Ceremonien, durch Joh. Pomeranum und Phil. Melanchthonem geſchrieben. Witeb. 1525. in 4. V. Hardtium *l. c. T. I.*, *p. 212.*

Van dem Chriſten Gloven, unn rechten Guden Wercken, wedder den falſchen Loven unn erdichtete Gude Werke: darto, wo men ſchall anrichten mit guden Predickern, dat ſulck Love unn Wercke gepredicket werden: An de Ehrenrike Stadt Hamborg. Witebergæ A. 1526. (*non 1529., qvem Catalogus ſubſtituit Lämmelianus*) in 4. to dem andern mahl gecorrigeret, mit eenem Regiſter, Witebergœ eodem A. 1526. in 4. & 8. V. Hardtium *T. I. p. 232., & T. II. p. 133.* In idioma qvoqve Germaniæ ſuperioris ſcriptum hoc eſt traductum, illoqve Norībergæ *in 8.* A. 1531. (*teſte Hardtio T. I. p. 284.*), imo (*ſi Lämmelio credendum*) jam ante A. 1527., excuſum. Occaſio, qva Autor Hamburgenſibus illud inſcripſit, in Vitæ ejus hiſtoria, §. XVI., eſt expoſita.

Een Breef an de Ehrenrike Stadt Hamborg, wedder de Lögen, dörch een Schandboock, ſinem erſten Boke, dat he an de Hamborger geſkreven hadde, uppelegt; in welkem Breve oock werd bewert de Rechtferdigung des Gelovens, dat iß de Vergevinge der Sünden dörch JEſum Chriſtum, unſeren Herren. Witebergæ 1528. in 4. V. Hardtium *T. III. Monum. autogr. pag. 168.*

Unterricht oder Troſtbüchlein vor die Krancke und in Todes-Nöhten liegende. Witebergæ A. 1527. in 8. V. Hardtium *T. III. p. 160.* Denuo prodiit in Sylloge ſcriptorum paracleticorum pro moribundis Germanicorum Joh. Odenbachii, Georg. Spalatini, Thomæ Venatorii & Pauli a Rhoda, Lipſiæ A. 1539. in 8., juxta eundem Hardtium *T. I. p. 381.*. & Joh. Mich. Heineccium *Lib. VI. Antiqvitt. Goſlar. p. 462.*

Tröſtlike Underwiſinge, dat men ſick nicht greme umme de Lovigen, de verſtorven, uth den Worden Chriſti met Martha, der Schweſter Lazari, Joh. XI.; excuſa cum ſimili Conſolatione vernacula M. Pauli a Rhoda, Paſtoris Stettinenſis, e 1. Theſſ. IV., Witebergæ A. 1527. in 4. V. Hardtium *T. II. p. 141.*, & Heineccium *l. c.*

Sendebreef an den ehrbaren Raht to Bremen, wedder de Schwermer. Witeb. 1528. in 4.

Der ehrbaren Stadt Brunſwig Chriſtlike Ordeninge, to Deenſte dem H. Evangelio, Chriſtlicher Lehre, Tucht, Frede unde Eynicheit; darunder ock vele Chriſtlike Lehren vör de Börger; dörch Joh. Bugenhagen Pomern beſkreven. Saxonice prodiit Witebergæ A. 1528. in 8., ſine loci mentione A. 1531. in 4., Noribergæ A. 1531. in 8. (*juxta Becm. Catal. Biblioth. Francofurt. p. 78., aliosqve Indices*), non autem Witebergæ A. 1543. in 4., uti a Lämmelio, *Ordinationem Ducatus Brunſvicenſis eccleſiaſticam*, tunc, uti ſuo mox loco indicabitur, editam, cum hac urbis Brunſvicenſis confundente, perperam eſt traditum. In idioma qvoqve Miſnicum, juſſu Senatus Brunſvicenſis, traducta, Brunſvigæ A. 1563. (in cujus locum 1569. a Lipenio *P. I. Biblioth. Theol. p. 422.* ſubſtituitur) *in 4.* lucem, teſte Riethmeiero mox allegando, aſpexit, una cum Auguſtana Confeſſione, hujus Apologia, Articulis Smalcaldicis, & Declaratione anni 1561. Lüneburgenſi, illi adjectis. De argumento ejus & hiſtoria, qvam in Vita Bugenhagii, §. *XIV.*, paucis expoſuimus, præter Herm. Hamelmannum, Barth. Botſaccum, Joh. Frid. Mayerum, aliosqve ibi allegatos, Vitus Ludov. Seckendorfius *in Comm. de Lutheraniſmo., Lib. 3., Sect. 27., §. 109., p. 452. 453. 454.*, Joh. Andr. Schmidius *in Recenſione Ordinationum eccleſiaſticarum Brunſvico-Guelpherbytanarum*, *Programmate* peculiari Helmſtadii A. 1711. inſtituta, & Phil. Jul. Riethmeierus *Parte III. Hiſtoriæ eccleſiaſticæ urbis Brunſvicenſis vernaculæ, c. 4., p. 53-67.*, cum plura cæteris attulerint, inprimis merentur conſuli. Conſ. Joh. Fabricii *P. IV. Hiſtoriæ Biblioth. Fabric. p. 171. 172.*

Acta der Diſputation zu Fleußburg, die Sache des Hochwürdigen Sacraments betreffend, im 1529. Jahre, des Donnerſtags nach Qvaſimodogeniti, geſchehen. Witebergæ A. 1529. in 8. Cujus editionis exemplum, Chriſtiano III., Regi Daniæ, a Bugenhagio editore αὐτόχειρ inſcriptum, in Bibliotheca Hafnienſi Academica olim offendi. Recuſa ſunt Geræ Variſcorum A. 1611. *in 4.*, in Chriſtophori Wilhelmi a Vallo, Theol. Candidati (ſive potius Chriſtoph. Wilh. Walpurgeri, Profeſſoris Theologi Lipſienſis), Operis de controverſiæ Euchariſticæ hiſtoria vernaculi (der Hiſtoriſchen Conſignation aller Acten des Sacrament-Streits) *Parte prima, Sect. 2., ad A. 1529., p. 21-55. 61-135.* Publici illa juris a Bugenhagio facta ſunt, qvalia a Notariis, regio juſſu conſtitutis, in ipſo Colloqvio Melch. Hofmanni ac Theologorum aliqvot Cimbricorum, de controverſia Euchariſtica, Flensburgenſi, A. 1529. erant excepta, ut Hofmanni, ob diſſenſum in iſta controverſia a Lutheranis, erroresqve Anabaptiſtico-fanaticos, urbe, cujus Paſtor fuerat, Kilonienſi, totaqve Cimbria, ejecti, gloriationes de Victoria in Colloqvio reportata, & ſententiæ contra ſe latæ injuſtitia, in Dialogo de Colloqvio eodem Germanico, ſub titulo der gründlichen Berichtung der gehaltenen Diſputation im Lande zu Holſtein A. 1529. Argentinæ edito, effuſæ, retunderentur. V. qvæ, de iis pariter atqve ipſo Colloqvio Flensburgenſi, non ſolum paulo ante, in Vita noſtri, §. *XVII.*, ſed & *Tomo II.* hujus Operis, in Vita Hofmanni, & jam olim *Parte II. Iſagoges ad Hiſtoriam Cimbricam, c. 6., §. 1. & 2., p. 127-135.*, fuſius a nobis ſunt narrata, & Autores alios, illic allegatos. Exhibet autem hæc Sylloge: I. Acta ipſa Colloqvii cum Hofmanno Flensburgenſis avthentica, ab illius excepta Notariis; II. Bugenhagii Orationem, qva Colloqvio finem impoſuit, & Hofmanni argumentis reſpondit ſingulis, Germanicam; III. Ejusdem Wiederlegung der gründlichen Berichtung Melch. Hofmans von der Diſputation, gehalten im Lande zu Holſtein; IV. Jac. Heggii, Dantiſcani, aſſeclæ Hofmanni, Palinodiam doctrinæ de S. Cœna, ab illo hauſtæ. Henr. Muhlius, *Diſſ. I. Hiſtorico-Theol. de Reformatione religionis in Dania & Cimbria p. 52. 53.*, ſeqventi illam ornavit elogio: *Certe digna ſunt* hæc acta, *qvæ ſtudioſe legantur repetanturqve, in qvibus & Chriſtiani* III. (Regis Daniæ), *ſummi principis, nobiliumqve aſſeſſorum, ſingularis pietas ac ſolertia, atqve Bugenhagii cauta & circumſpecta moderatio, itemqve Herm. Taſtii & Steph. Kempii veritatis tuendæ non inane leviterqve impreſſum ſtudium, aliæqve virtutes, ad poſteritatis exemplum inſignes omnino ſunt.* Conf. de illa die fortgeſetzte Samlung von Theol. Sachen, *Sect. I. A. 1721., p. 49. 50. 51.*

Sermon von der Eigenſchaft und Weiſe des Sacramentes der Tauſe, und wie ſich die Eltern und Gevattern gegen den Kindern halten ſollen nach der Tauſe. A. 1529. in 4. V. Herm. ab Hardt *T. I. Monum. avtogr. p. 259.* Hunc Chriſtoph. Wilh. a Vallo, *l. c.*, *P. I.*, *Sect. II.*, *p. 67. 68.*, vocat einen verführiſchen Sermon von der H. Tauſe, ſo A. 1529. Pomerano angedichtet, und unter ſeinem Nahmen gedruckt worden.

Bekäntniß von ſeinem Glauben und Lehre, geſchrieben an einen Wiedertäufer. Witeb. 1529. in 8. V. Hardtium *T. I. p. 261.*

Eene

Eene Skrift, wat men van dem Kloſter-Leven holen ſchal, allermeeſt vör de Nunnen unn Beginen geſkreven, uth H. Schrift. Hamburgi 1529. in 8. V. Hardtium *T. III. p. 184.*

Chriſtlike Ordening der Keyſerliken Stadt Lübeck, to Deenſte dem Hilgen Evangelio, Chriſtliker Leve, Tucht, Frede unde Eynigheit, wor de Jöged in eener guden Schole to lehren, unde de Kerkendenere, und rechte Armen, Chriſtlick to verſorgen; dörch Joh. Bugenhagen Pomern, beſkreven. Diſſer ſind bygevoeget der Lübiſchen Kercken-Ordening buten der Stadt, item ſünderlike Ordening der Stadt Möllen, unde ſünderlike Ordening to Travemünde. Lubecæ, e Joh. Balhornii officina, A. 1531. in 8. Approbata eſt Conſtitutio hæc Lubecenſis A. 1530. (ſicut in Vita Autoris, §. *XVIII.* jam narravimus) a Senatu pariter atqve civibus, ſed A. 1662. (uti in *Chronico Lubecenſi* vernaculo Kirchringio-Molleriano *p. 331.* traditur) in multis mutata. Conf. de illa *Partem IV. Iſagoges* noſtræ *ad Hiſt. Cimbr., c. 5., §. 1., p. 457.,* & V. Placcii *T. I. Theatri Anon. & Pſevdon., c. 11., p. 437.*

Van mennigerley Chriſtliken Saken, tröſtlike Lehre, genahmen uth der Lübecker, Hambörger unde Brunßwiker Ordeninge, dörch Joh. Bugenhagen Pomern. Lubecæ, ex officina Joh. Balhornii, A. 1531. in 8. V. Hardtium *T. III. p. 212.,* & Muhlium *l. c. p. 65.* Miſnica etiam Dialecto (teſtibus Hendreichii *Pandectis Brandeb. p. 781.* & Catalogis qvibusdam) Vitebergæ & Auguſtæ, eodem A. 1531., *in 4.* prodiit, ſub hoc titulo: Außzug auß der Lübecker, Hamburger und Braunſchweiger, Kirchen-Ordnung, von mancherley Chriſtlichen Sachen, ſonderlich von beyden Sacramenten.

Eine Schrift wieder die Kelch-Diebe, zu Lübeck geſchrieben, in welcher ihre Büberey, ſo ſie von alters her mit dem vermeinten heiligen Blute getrieben haben, entdecket iſt. Witebergæ A. 1532. in 4., & (*juxta Hendreichium l. c. p. 781.*) ibidem A. 1533. in 8., Saxonice autem (*juxta Hardtium T. I. Monum. avtogr. p. 292.*) Magdeburgi A. 1532. in 8. Tractatum hunc, Pontificios ποτηριοκλεψίας in S. Cœna injuſtæ accuſantem, e Lutheranis, ein ſchön und herliches Buch vocavit Nicol. Gryſius *in Hiſtoria Vitæ Joach. Sluteri Saxonica, ad A. 1532., lit. I. 2. b.,* e Pontificiis verò Joh. Cochlæus, *in Hiſtoria de Actis & Scriptis Lutheri, ad A. 1532., f. 256. 257.,* & Laur. Surius (Cochlæi, etſi haud laudati, locum fere deſcribens integrum) *in Commentario rerum in orbe geſtarum, ad A. 1532., p. 224. 225.,* velut *maledictis, mendaciisqve & odioſis calumniis, plenum,* fuſe ſunt deteſtati. Ex profeſſo refellere eundem aggreſſus eſt Michael Vehe, Ord. Præd. Monachus, Th. D., Eccleſiæ Saxo-Halenſis Præpoſitus, atqve Alberti Brandeburgici, Archiepiſcopi Moguntini ac Magdeburgenſis, Conſiliarius, in der Errettung der beſchüldigten Kelch-Diebe vom neuen Bugenhagiſchen Galgen, Lipſiæ A. 1535. *in 4.* excuſa, cujus, Bugenhagium maledicentiæ atqve mendaciorum itidem inſimulantis, laudes & excerpta qvædam apud Cochlæum & Surium *locis citatis*, cenſuram in Val. Ern. Löſcheri Unſchuldigen Nachrichten von Theol. Sachen, *Sect. 3. A. 1716., p. 385. 386.,* & mentionem qvoqve in V. L. Seckendorfii *Supplemento Indicis Hiſtorici, Commentario de Lutheraniſmo ſubjuncti, num. 78.,* invenies.

Kerken-Ordening im Lande to Pomern. Witebergæ A. 1535. in 8., & (*juxta Lämmelium*) ibidem A. 1542. in 4. Per Theologos deinceps Pomeraniæ, ſex illius Principum auſpiciis, Ordinumqve provincialium conſenſu, reviſa atqve aucta, iterum, teſte Arnkielio mox allegando, prodiit Witebergæ A. 1563., & (*juxta Becmannum in Catalogo Biblioth. Francof. p. 362.*). Stettini A. 1591. in 4. V. de illa, præter Hiſtoriam noſtram Vitæ Bugenhagii præcedentem §. *XIX.,* &, qvos iſta jam laudavit, Micrælium, Seckendorfium, Spenerum, Mayerum, aliosqve ſcriptores, Dan. Cramerum in der Pommerſchen Kirchen-Chronica, *Lib. 3., c. 23. & 33.,* Paulum Tarnovium (A. jam 1534. eam prodiiſſe falſo credentem) *in Lib. de Miniſterio eccleſiaſtico p. 185. & ſeqq.,* V. Placcium *T. I. Theatri Anon. & Pſevdon., c. 11., p. 437.,* & Trogillum Arnkielium in Tr. von der Chriſtlichen Confirmation der Catechumenen, *c. 9., p. 95.*

Tractat vom Ehebruche und heimlichen Weglauffen, an Chriſtianum III., König in Dennemarck, excuſus cum Mart. Lutheri Tractate von Eheſachen, & Phil. Melanchthonis Libello de Arbore conſangvinitatis, Witebergæ A. 1540. 1541. & 1592. in 4. Si Lämmelio credendum, Latine qvoqve ibidem A. 1545., ſub titulo *Tractatus de Conjugio, adulterio & divortio,* prodiit. In Lingvam Svecicam, una cum Lutheri ſcripto, eſt translatus ab Erico Benedicti Schrödero, Interprete librorum regio, teſte Joh. Schefferi *Svecia literata p. 68.* Scripſit illum Bugenhagius in Dania, finemqve ei Neoburgi Fionorum Dom. Qvaſimodog. A. 1539. impoſuit.

Der XXIX. Pſalm außgelegt durch D. Joh. Bugenhagen, darinn auch von der Kindertauffe, mit einer Vorrede an Chriſtianum III., König in Dennemarck: item von den ungebohrnen Kindern, und den Kindern, die man nicht tauffen kan, ob man gerne wolte; item von der Tauffe im Hauſe, und von Paten oder Gevattern, und Findel-Kindlein. Samt D. Mart. Lutheri Troſte vor die Weiber, welchen es ungerade ergangen iſt mit Kinder-gebähren. Witebergæ A. 1542. in 4., auctiorqve ibidem A. 1552 & 1557. in 8., ac Noribergæ A. 1576. in 8. Locum qvoqve invenit *Tomo Operum* Lutheri *Germanicorum Witebergenſium Duodecimo, p. 179-200. editionis anni 1603. Witebergenſis.* Novam illius editionem, ſub titulo *Anabaptiſmi* prodituram, Joh. Henr. Feuſtkingium, Theologum Witebergenſem, promiſiſſe, *Nova Literaria Lubecenſia, M. Febr. A. 1704., p. 64.,* me docuerunt. Nec enim aliud ſcriptum lucem vidit Bugenhagii, qvod hoc dignum videatur titulo. Extat qvoqve Latina illius verſio, Hafniæ A. 1632. *in 8.* impreſſa, & ſeqventem præferens inſcriptionem: *Pſalmus XXIX. a Joh. Bugenhagio Pomerano explicatus; etiam de Pædohaptiſmo, atqve Infantibus nondum natis, & illis ſimul, qvi nati baptizari non poſſunt, contra Anabaptiſtas: item Conſolatio divina D. Mart. Lutheri, Mulieribus, qvibus partus infeliciter ceſſit, A. 1542. ſcripta: Pro Eccleſiis Danicis & Norvagicis, una cum Holſaticis, ex Germanico Autoris in Latinum ſermonem translata, typis evulgari curavit D. Joh. Pauli Reſenius, Seelandiæ Epiſcopus.* Cujus tamen verſionis Autor non eſt ipſe Reſenius (ſicut Henr. Muhlius *Diſſ. I. Hiſtorico-Theol. de Reformatione religionis in Dania & Cimbria p. 78.* tradere videtur), ſed, qvem is *in præfatione*, ſuo illam concinnaſſe hortatu perhibet, Bernh. Meierus, Flensburgenſis, Paſtor templi Germanorum Hafnienſis Petrini. Recenſum ſcripti hujus brevem in V. L. Seckendorfii *Comm. de Lutheraniſmo, Lib. 3., Sect. 25., §. 101., p. 415.,* invenies. Alberto zum Felde (*in Analectis Diſqviſitt. ſacrarum, Or. I., p. 12.*) *Interpretatio* audit *docta profecto & divini ſpiritus plena*: Imo in *Conſtitutione* (de qva mox dicetur) *Eccleſiaſtica Sleſvigo-Holſatica, lit. M. 4. b.,* Paſtoribus commendatur Cimbricis, librisqve iis neceſſariis annumeratur. Licet autem Anabaptiſtis ſit oppoſitum, ex his tamen, in eo, qvæ Pædobaptiſmi originibus adverſentur Apoſtolicis, ſuæqve faveant de iſto doctrinæ, occurrere, jactarunt Jac. Mehrningius in der Tauf-Hiſtorie *p. 925-967.*; &, ante hunc, Scriptor ejusdem Sectæ Anonymus, a Jodoco Edzardi (in der Nohtwehr für die Kinder-Tauffe *p. 608. 620. 621.*) refutatus.

Chriſtlike Kerken-Ordeninge, de in den Fürſtendömen Schleswig, Holſten, &c., ſchal geholden werden. Magdeburgi A. 1542. in 4., Sleſvigæ 1601. & 1612. in 4. Scriptum hoc Liturgicum ἀδέσποτον, ſermone Saxonico, juſſu Chriſtiani III., Regis Danici (cujus Diploma, præfationis loco, illi præmittitur), editum, Verſio eſt *Ordinationis eccleſiaſticæ regnorum Daniæ & Norwegiæ, ac Ducatuum Sleſvici & Holſatiæ,* lingva Latina Hafniæ A. 1537. a Bugenhagio ac συνέργοις publicatæ, per Paſtores nonnullos (qvos noſter ope ac conſilio adjuvabat) Cimbricos, auſpiciis regiis, in Eccleſiarum Cherſoneſi ſuæ uſum, ita concinnata, ut paſſim qvædam vel mutata fuerint, vel addita. Approbarunt illud, & normam

ſacrorum poſthac eſſe juſſerunt publicorum, uti e præfixo patet diplomate, non Rex ipſe ſolum, ſed & Ordines provinciales Slesvigo-Holſatici, in Comitiis anni 1542. Rendesburgenſibus. Adjecta eſt illi (*lit. R. 1. b - Z. 1. b.*) Godtfrüchtige, unde recht Chriſtlike, ock der olden Kercken gelickmetige, Ordeninge der Ceremonien vor Domheren unde Clöſter, e ſcripto ejusdem argumenti Latino, *Ordinationi eccleſiaſticæ regnorum Daniæ & Norwegiæ* ſubjuncto, in Dialectum itidem transfuſa Saxonicam. Conf. de Conſtitutione hac eccleſiaſtica Slesvigo-Holſatica (cujus, in Vita Bugenhagii, §. *XX.*, jam ante a nobis facta etiam eſt mentio) Er. Mauritii *Præfat. Speciminis Conſiliorum Kilonienſium* (*plag. 10.*), Henr. Muhlii *Diſſ. I. Hiſtorico-Theol. p. 61-64.*, Vinc. Placcii *T. I. Theatri Anon. & Pſeudon.*, *c. 11.*, *p. 436. 437.*, Joh. Frid. Mayeri *Or. de Joh. Bugenhagio p. 24. 25.*, & *Iſagogen* noſtram *ad Hiſt. Cimbr.*, *P. II.*, *c. 4.*, §. *5.*, *p. 92. 93.* Ubi etiam Steph. Rammium, Dithmarſiæ Auſtralis Præpoſitum, ſe iis, qvi, ſub initium Seculi XVII., illam, in capitibus qvibusdam, mutari ſvadebant atqve emendari, cum in Epiſtola ad Bened. Alefeldium, Præfectum Steinburgenſem, Germanica, tum in Tractatu, qvem iſta allegat, ἀνεκδότῳ (Of unſe Kerken-Ordnung to endern ſy, ock in wat Saken, unde up wat Wiſe, ſulkes geſcheen möchte), oppoſuiſſe, eſt monitum.

Chriſtlike Kerken-Ordening im Lande Brunſwick Wulfenbüttelſchen Deels. Witebergæ 1543. in 4. Recuſa in Frid. Hortlederi Opere von den Urſachen des Teutſchen Krieges (Francofurti A. 1617. & Gothæ A. 1645. *in fol.* edito), *Tomo I.*, *Lib. 4.*, *c. 44.*, *p. 807. & ſeqq.* Scriptum tripartitum ἀδέσποτον, a Bugenhagio, in conſilium adhibitis Ant. Corvino ac Mart. Gorolitio, qvos ille in Eccleſiarum Ducatus Brunſvico-Gvelpherbytani reformatione habebat Collegas, A. 1542. concinnatum, cujus hiſtoriam paucis in Vita noſtri, §. XXIII., jam expoſuimus. Conf. de illa Dav. Chytræum *in Chronico Saxoniæ*, *Lib. XV.*; *p. 456.*, V. Placcium *T. I. Theatri Anon. & Pſeudon.*, *c. 11.*, *p. 436.*, Phil. Jul. Rietmeierum *P. III.* der Kirchen-Hiſtorie der Stadt Braunſchweig, *c. 5.*, *p. 161.*, &, qvi præ cæteris, cum σκιαγραφίαν ejusdem exhibuerint uberiorem, ſunt conſulendi, Herm. Hamelmannum *Parte II. Hiſtoriæ eccleſiaſticæ renati Evangelii* (*in Opp. Genealog. & Hiſtor. p. 892-895.*, V. L. Seckendorfium *in Comm. de Lutheraniſmo*, *Lib. 3.*, *Sect. 27.*, §. *109.*, *p. 448-452.*, ac Joh. Andr. Schmidium *in Recenſione Ordinationum eccleſiaſticarum Brunſvigo-Gvelpherbytanarum, a Reformatione ad præſens tempus. Programmate inſtituta* peculiari, Helmſtadii A. 1711. *in 4.* edito.

Kirchen-Ordnung der Stadt Hildesheim, qvæ A. 1544. ſub Ant. Corvini, Collegæ noſtri in ſacrorum Civitatis iſtius emendatione, nomine, ac cum ejusdem prooemio, prodiit, ſed Bugenhagio nihilominus per Herm. Hamelmannum, *l. c. p. 938. 939. 940.* ſingulorum capitum argumenta enumerantem, verbis vindicatur ſeqventibus: *Hæc dum fierent A. 1542., ita tandem hoc elaboratum eſt, ut conſcriberetur a Bugenhagio Ordinatio Eccleſiæ, qvam poſtea, præmiſſa præfatione, ſub hoc nomine edidit Ant. Corvinus: & huic ſua ſubſcripſerunt nomina D. Joh. Bugenhagen Pomeranus, Ant. Corvinus & Henr. Winckelius; eaqve ſic prodiit anno 1544.* Conf. de illa noſtram in Vita Bugenhagii narrationem, §. *XXIV.* obviam, Chytræum & Seckendorfium in iſta allegatos, ac V. Placcium *l. c. p. 436.*

Chriſtliche Leichpredigt über D. Mart. Lutherum, zu Wittenberg, am 22. Febr. A. 1546., aus 1. Theſſ. IV., gehalten. Seorſim prodiit Witebergæ, Francofurti, & ſine mentione loci, A. 1546. in 4. (*juxta Hardtium T. I. Monum. autogr. p. 492.*), Witebergæ A. 1555. (*juxta Lämmelium*), ibidem A. 1605. in 4., Roſtochii 1611. in 4. (*juxta Lipenium P. II. Biblioth. Theol. p. 201.*), ibidem A. 1635. in 4., Regiomonti 1644. in 4., Lipſiæ 1647. in 4. (*juxta Lipenium l. c.*), alibiqve ſæpius. Recuſa qvoqve eſt cum Juſti Jonæ & Mich. Cælii Narrationibus de morte Lutheri vernaculis, ac Phil. Melanchthonis Oratione in obitum ejusdem funebri, per Caſp. Crucigerum Germanice translata, Witebergæ A. 1553. in 4.; cum eadem Phil. Melanchthonis Oratione, in lingvam transfuſa vernaculam, curante Matthia Rittero, Eccleſiaſta Francofurtano, Francofurti A. 1557. in 8.; in Matthæi Dreſſeri Hiſtoria Lutheri, varia de vita hujus ſcripta junctim exhibente, ac Lipſiæ A. 1598. *in 8.* impreſſa, *num. 8.*, *p. 57-65.* (teſte Chriſt. Junckero *in præfat. Vitæ Lutheri nummis illuſtratæ*); Tomo XII. Operum Lutheri Germanicorum Witebergenſi, Witebergæ A. 1603. *in fol.* publicato, *p. 465. & ſeqq.*; Tomo VIII. Operum Lutheri Altenburgenſi, Altenburgi A. 1664. *in fol.*; cum Juſti Jonæ & Mich. Cælii Narrationibus de morte Lutheri, Phil. Melanchthonis Oratione funebri, Germanice translata, & opuſculis aliqvot ejusdem argumenti aliis, in dem lieblichen Roſengeruche des unbefleckten Wandels Lutheri, in 16. Kupferbildern, und deren Erklärungen, vorgeſtellt, &c., curante D. Joh. Frid. Mayero, Hamburgi A. 1695. in 4., & in Joh. Mich. Kochii Chriſtlichem Ehren-Gedächtniſſe D. M. Lutheri, Iſenaci A. 1714. in 4. In ſermonem Anglicum, una cum Melanchthonis Oratione de Luthero funebri, a Roberto Barns, Nordvicenſi Anglo, Theol. Doctore, ſi Chriſtoph. Hendreichio (*in Pandect. Brandeb. p. 422.*) credendum, eſt transfuſa, & Marpurgi ſub hoc excuſa titulo: *Luthers Death, with Melanchthons Oration and Pomeranes Sermon thereat.* Qvod tamen ut credam, non poſſum adduci, cum Barneſius, Hendreichio ipſo aliisqve teſtibus, anno jam 1540., ac proinde ſexennio ante obitum Lutheri, Londini, ob religionem, ſit combuſtus. Sermonis hujus Bugenhagii exeqvialis, qvem qvanto oppreſſus luctu ægre recitaverit, §. *XXVI.* Vitæ illius jam eſt relatum, recenſionem brevem in V. L. Seckendorfii *Comm. de Lutheraniſmo*, *Lib. 3.*, *Sect. 36.*, §. *135.*, *p. 648.*, Joh. Cochlæi autem, ſcriptoris Pontificii, in eum ſcommata, in hujus *Hiſtoria de actis & ſcriptis Lutheri*, *ad A. 1546.*, *f. 332. a. 334. b.*, invenies.

Schrift an die andere Paſtoren und Prediger, von der ietzigen Kriegs-Rüſtung. Witeb. 1546. in 4. Recuſa in Frid. Hortlederi Opere von den Uhrſachen des teutſchen Krieges (edito Francofurti A. 1617. & Gothæ A. 1645. *in fol.*), *T. I.*, *Lib. 2.*, *c. 22.*

Chriſtliche Vermahnung an die löbliche Nachbarſchaft, Böhmen, Schleſier und Luſatier. Witeb. 1546. in 4. Recuſa in eodem opere Hortlederi, *T. I.*, *Lib. 2.*, *c. 27.* Argumentum illius pariter atqve præcedentis ſcripti, in Vita Bugenhagii, §. *XXVII.*, eſt expoſitum, adjecta Matthiæ Flacii de præſenti cenſura.

Wahrhaftige Hiſtorie, wie es uns zu Wittenberg in der Stadt, in dieſem vergangenen Kriege, gangen iſt, biß wir durch GOttes Gnade erlöſt, und unſere Schule durch Kurfürſt Mauritium wieder aufgerichtet iſt. Witebergæ A. 1547. in 4. Recuſa (*teſtibus Catalogo nundinali & Lämmelio*) Jenæ A. 1705. in 8. Narrationis hujus (e qva Hendreichius *in Pand. Brandeb. p. 782.* duo ſcripta effinxit) recenſum invenies in Halenſium auserleſenen Anmerckungen, *P. II.*, *Obſerv. XII.*, *p. 302-306.* Conf. qvæ de illa a nobis, in Vita Bugenhagii, §§. *XXV. & XXVII.*, P. Melanchthonis, Joh. Sleidani ac Laur. Surii, de eadem loca & judicia recitantibus, ſunt relata.

Commendation-Schreiben an Hertzog Philippum in Pommern, wegen D. Georg. Cracovii. Witebergæ A. 1548. Scriptis noſtri a ſolo Lämmelio, in ſuo illorum Indice, annumeratur.

Vermahnung an alle Paſtoren im Churfürſtenthum Sachſen. Witebergæ A. 1556. in 4., & ibidem A. 1557. in 8. De hac Adhortatione, occaſione calamitatum Germaniæ ſcripta publicarum, V. Val. Ern. Löſcheri Unſchuldige Theol. Nachrichten, *Sect. I. A. 1717.*, *p. 11. 12.*

Bedencken auf die Frage: Ob man das Evangelium wider den Keyſer mit dem Schwerdte ſchützen möge? an Johannem, Kurfürſten von Sachſen, am Feſte Michaelis A. 1521. geſchrieben; qvod Frid. Hortlederus ex Avtographo edidit *Tomo I.* Operis von den Uhrſachen des teutſchen Krieges (ed. Francof. A. 1617. & Gothæ 1645. *in fol.*), *Lib. 2.*, *cap. 3.*, &

Joh.

Joh. Chriſt. Lünigius in den Europäiſchen Staats-Conſilien (Lipſiæ A. 1715. *in fol.* impreſſis), *Tomo I.*, *num. 3.*, curavit recudi.

Exhortation von dem Nutzen des Sacraments, umb derer Willen, ſo es empfangen; qvæ ſcriptis Bugenhagii editis a ſolo Chriſtoph. Frid. Lämmelio, in ſuo iſtorum Indice, accenſetur.

Libellus de Exorciſmo, ſermone conſcriptus vernaculo; qvi noſtro itidem a ſolo tribuitur Lämmelio; an vere, diſpiciant alii.

Kurtze Hiſtorie, wie D. Martinus Luther A. 1527, in hohen Anfechtungen, geiſtlichen und leiblichen, in GOttes Willen, zu leben und ſterben, ſich ergeben, durch D. Juſtum Jonam und D. Joh. Pomeranum beſchrieben; qvæ *Operum* Lutheri *Germanicorum Tomo III. Jenenſi (ad A. 1527., f. 401-405.)*, & *Tomo IX. Witebergenſi*, eſt inſerta. Conf. de illa Melch. Adami *Vitas Theoll. Germ. p. 134.*

ב. ALIENA, Germanice Saxoniceqve tranſlata, edita, aut Præfationibus ornata.

D. Mart. Lutheri Biblia, edder de gantze Hillige Schrift, dudeſch, up het nie (in der Nedder-Sächſiſchen Sprake) togericht, unde mit Flite corrigeret: Samt eener Vörrede D. Joh. Bugenhagii, Lubecæ A. 1533. in fol., Magdeburgi A. 1545. in fol., Witebergæ 1565. in fol., Witebergæ 1574. in fol. (Tomis II.), Magdeburgi 1578. in fol. (*juxta D. Joh. Fabricium P. I. Hiſtoriæ Biblioth. ſuæ p. 28.*), Witebergæ 1595. in fol., & (a M. Dav. Woldero, Eccleſiaſta Hamburgenſi Petrino, recognita, paſſimqve ad Lutheri mentem emendata, ac ſtylo elegantiori reddita) Hamburgi A. 1596. in fol. Qvibus editionibus a Jacobo le Long (*Parte II. Bibliothecæ Sacræ, c. 9., p. 247. 248. 249.*) longe plures adduntur, Argentorati A. 1524-1530. in 8. (IV. Voluminibus), Witebergæ 1532. in 8., Argentorati 1535. in fol., Magdeburgi 1536. in fol., Witebergæ 1541. in fol. (II. Volumm.), Magdeburgi 1554. in fol., Witebergæ 1558. & 1561. in fol., Francofurti A. 1566. in 4. (*II. Volumm.*), Roſtochij 1580. in fol., Witebergæ 1597. in fol., Witebergæ 1599. in 4., Goslariæ 1613. in fol., & Hamburgi 1619. ac 1620. in 8., excuſæ. De qvarum tamen nonnullis, & duabus præſertim Argentinenſibus antiqviſſimis, an revera prodierint, aut Metaphraſin Bugenhagii Saxonicam exhibeant, me dubitare fateor. Concinnata eſt Verſio hæc Bibliorum Saxonica a Bugenhagio e Lutheri Germanica, Lutheri ipſius hortatu, A. 1532., &, ſi non ante, certe A. jam 1533. Lubecæ (anteqvam ipſa Lutheri tranſlatio librorum omnium Biblicorum unico junctim A. 1534. prodiret volumine) juris facta publici. V. Joh. Diecmanni, eam commendantis, magnoqve ſibi, in mendis Verſionis Lutheri tollendis, fuiſſe uſui confitentis, *Præfationem editionis Bibliorum Lutheri Germanicorum Stadenſis*, A. 1690. impreſſæ, *p. 18. 19.* Scholia, qvibus illam Bugenhagius illuſtravit, Saxonica in editione anni 1533. Lubecenſi ſingulis adjecta ſunt verſiculis, in Witebergenſi autem anni 1574., per Joh. Luftium excuſa, aliisqve recentioribus, una cum Viti Theodori Summariis librorum Biblicorum, toti ſubjuncta volumini. Confer, de hac Metaphraſi Bibliorum Lutheri Germanicorum Saxonica Bugenhagiana, Joh. Henr. a Seelen *Selectorum Literariorum Specimen V. de Bibliis Lubecenſibus anni 1533. Saxonicis*, Lubecæ A. 1720. *in 4.* editum, Jac. le Long *l. c.*, & Joh. Frid. Mayerum *in Hiſtoria Verſionis Biblicæ Lutheri Germanicæ, c. 6., §. 1., p. 64. 65.* E Libris Sacri Codicis, in Saxonicam a noſtro tranſlatis dialectum, ſeorſim prodierunt:

I. Pentatevchus Moſaicus, Libriqve Joſvæ, Judicum & Ruthæ, in El. Hutteri *Bibliis Polyglottis* (ſive potius Hexaglottis), ulterius non excuſis, Noribergæ A. 1599. in fol., teſte Longio *l. c. p. 248.*

II. Pentatevchus ſolus Moſaicus, Witebergæ A. 1528. in fol., teſte eodem *p. 248.*

III. Pſalterium Davidis, Witebergæ A. 1525. in 4. (*juxta Longium p. 248.*), & A. 1526. in fol. (*juxta Herm. a Hardt T. III. Monum. avtogr. p. 135.*)

IV. Ultima Pars Veteris Teſtamenti, Magdeburgi A. 1533, in 4. V. Mayerum *l. c. p. 64.*, & Longium *l. c. p. 249.*

V. Libri Apocryphi, Magdeburgi A. 1535. in 8. V. Mayerum & Longium *ll. cc.*

VI. Liber Sapientiæ, Witebergæ A. 1537. in 8. V. Longium *l. c. p. 249.*

VII. Novi Teſtamenti libri univerſi (ſub tit.: dat Nye Teſtament Mart. Luthers, mit nyen Summarien, edder korten Verſtande up een iedes Capittel, dörch Joh. Bugenhagen Pomern; mit Lutheri unde Bugenhagens Vörreden), A. 1526. in 8. (*juxta Hardtium T. II. Monum. avtogr. p. 134.*), Witebergæ 1531. in 8. (*juxta Catal. Biblioth. D. Joh. Frid. Mayeri p. 6.*), Ibid. 1533. in 8. (*juxta Hardtium T. I. p. 303.*), Magdeburgi 1539. in 8. (*juxta Hardtium T. II. p. 224.*), Witebergæ 1562. in 4. Tomis duobus (*juxta Mayerum l. c. p. 64.*), &, ex recognitione M. Dav. Wolderi, Hamburgi 1625. in 8. (*juxta eundem p. 65. & Longium p. 249.*) Qvibus editionibus adjungi poſſunt aliæ qvas Longius *p. 249.* indicat), Witebergæ A. 1523., Magdeburgi A. 1562. 1563. & 1569. in 4., Hamburgi 1595. in 8., ibidem 1597. in 12., Noribergæ 1599. in fol. (in Novo Teſtamento πολυγλώττῳ Eliæ Hutteri), Hamburgi 1605. in 8., & ibidem 1617. in 16., excuſæ.

S. Pauli Epiſtel an die Galater außgeleget durch D. Mart. Lutherum, mit J. Bugenhagii Vorrede. Witeb. 1525. in 4. V. Hardtii *T. I. Monum. avtogr. p. 270.*

Johannis Tolz (*qvi an idem ſit cum Joh. Dölitio, Feldkirchenſi, Profeſſore Acad. Witeberg. Theologo & Lutheri Collega, inqvirendum*) Tropi Biblici, oder der H. Schrift Art, Weiſe und Gebrauch; ein kurtz Handbüchlein: mit J. Bugenhagii Vorrede. Witebergæ A. 1525. in 8. V. Hardtii *T. III. Monum. avtogr. p. 134. 135.*

Ejusdem Johannis Toltz Kort Handbeck vör de iungen Chriſten, ſo veel een noht iß to weten: mit J. Bugenhagii Vörrede. A. 1526. in 8. V. Hardtium *T. II p. 139.*

Syngrammatis Svevici, doctrinæ Huldar. Zvinglii & Joh. Oecolampadii de S. Cœna A. 1525. Latine per nonnullos Sveviæ Paſtores oppoſiti, Verſio Germanica, a Bugenhagio concinnata, &, cum D. Mart. Lutheri præfatione, Witebergæ A. 1526. edita. V. Seckendorfii *Comm. de Lutheraniſmo, Lib. 2., §. 11., p. 35., & §. 19., p. 52.*, ac L. M. Fiſchlini *ſupplem. Memor. Theoll. Würtenb. p. 1. 2.*

Mich. Celii, Paſtoris Mansfeldenſis, Tractat wie man Chriſtum in der Schrifft ſol ſuchen und erkennen; item von guten Wercken und dem Geſetze, wieder einen Grauen Mönch: überſehn durch D. Joh. Bugenhagen. Witeb. 1530. in 8. V. Hardtii *T. II. Monum. avtogr. p. 161.*

Ambroſii Moibani, Paſtoris Uratislavienſis, Underrichtinge der Oevelthäder, de men döden ſchal; overſehn dörch J. Bugenhagen Pomern. Magdeburgi 1530. in 8. V. Hardtii *T. I. p. 273.*

Artickel der Doctoren von Löven, zu welchen Wilhelm von Zwollen, König Chriſtiernen von Dennemarck Forirer, Chriſtlich hat geantwortet, und daneben eine Chriſtliche Bekäntniß gethan, darauf er zu Mecheln im Niederlande am 20. Oct. A. 1529. verbrandt iſt: mit einer Vorrede J. Bugenhagii. Witebergæ 1530. in 4. Recuſa eſt Hiſtoria hæc martyrii Wilhelmi a Zwollen *Parte III. Martyrologii* Ludov. Rabi, teſte Andr. Hondorfio *in Theatro Hiſtorico p. 56.* Seckendorfio judice (*in Comm. de Lutheraniſmo, Lib. 2., §. 50., p. 145.*), in Confeſſione illius qvædam obſervantur Anabaptiſtica.

Steph. Kempii. Paſtoris Catharinæi Hamburgenſis, Antwort up des Abts van S. Michael to Lüneborg Boock: mit J. Bugenhagii Vörrede. A. 1531. in 8. V. Hardtii *T. III. Monum. avtogr. p. 212.*

Ordinatio Eccleſiæ Hervordienſis, A. 1532. ſermone vernaculo ſcripta a Joh. Dreyero, Th. D. & Antiſtite Hervordienſi, a J. Bugenhagio autem, cum præfatione ſua, edita Witebergæ A. 1533. Σκιαγραφίαν ejus ſiſtit Herm. Hamelmanni *Hiſtoriæ eccleſiaſticæ renati Evangelii Continuatio* (*in Opp. Genealog. & Hiſtor.*) *p. 1093. 1040.*, fataqve ſimul enarrat.

De Düdſche grote Catechismus D. Mart. Lutheri: item Joh. Bugenhagii Vermaninge tor Bicht; up het nie mit Flit corrigeret. Magdeburgi 1534. in 8. V. Hardtium *T. I. p. 311.*

Der Ehrentiken Stadt Bremen Chriſtlike Ordnunge, na dem Hilligen Evangelio, tum gemeenen Nutte, ſamt etliker Chriſtliker Lehre eerer Prædicanten: mit einer Vörrede D. Joh. Bugenhagii an den Raht to Bremen. Magdeburgi A. 1534. (non 1538., qvi a Placcio ſubſtituitur) in 8. (*juxta Hardtium T. I. Monum. autogr. p. 312. 313.*), & (*ſi Catalogo tuto credi poteſt Lammeliano*) jam ante Bremæ A. 1533. Autor ſcripti hujus ἀδεσπότ8 fuit Joh. Timannus Amſterdamus, Eccleſiæ Bremenſis tunc Superintendens, teſtibus Sim. Muſæo (*in Narrat. de ſedit. Brem. lit. A. 3.*), iſtumqve allegante Joh. Diecmanno (*Tomo I. Theatri Anon. & Pſevdon.* Placciani, *c. 11., p. 436.*), nec non Dav. Chytræo (*Lib. 13. Chronici Saxoniæ p. 403.*) Dan. Cramero (*Lib. 3.* der Pommerſchen Kirchen-Chronica *c. 21.*) & Alb. zum Felde (*in Analectis Disquiſ. ſacr. p. 150. 151.*)

Henr. Dorpii, Monaſterienſis, Hiſtorie der Handlung der Münſterſchen Wiedertäufer, mit Joh. Bugenhagii Vorrede. A. 1536. in 4. V. Hardtium *l. c., T. I. p. 327.*, & Seckendorfium *in Supplemento Indicis Hiſtorici Comm. de Lutheraniſmo, num. 54.*

Chriſtophori ab Haugwiz, Canonici & tandem Præpoſiti in Luſatia Budiſſinenſis (A. 1536. mortui, & ab Ad. Rechenbergio, *in Schediasmate de Nobilitate Misniæ literata, Sect. 2., §. 12., p. 9.*, celebrati), Dialogus oder Bericht, woher Thumherren Canonici heißen, und was ihr, und etlicher anderer Thumpfaffen, uhrſprüngliche Aempter geweſen ſind: Mit einer Schrift Joh. Bugenhagii von guten Kirchen-Ordnungen. Witebergæ A. 1536. in 4. Recuſus eſt A. 1660., in 4. teſte Seckendorfio *in Supplemento* modo citato, *num. 33.*; ubi argumentum ejus exponitur, &, a Bugenhagio editore illi qvædam de Canonicis, ex *Ordinatione* ſua *Eccleſiæ Hamburgenſis*, ſubjuncta eſſe, perhibetur. Conf. de illo Joh. Fabricii *Partem V. Hiſtoriæ Biblioth. Fabricianæ p. 110. 111.*

Eberhardi Weidenſee, Th. D. & Superint. Goslarienſis, Gründlicher Bericht, ob der Menſch ſey ein Herr ſeiner Wercke, mit J. Bugenhagii Vorrede. Witebergæ 1545. in 4. V. Hardtium *l. c., T. I., p. 478.*

SCRIPTA INEDITA ET AFFECTA.

Annotationes MSS. in Pſalmos Davidis, ab *Interpretatione in Librum Pſalmorum*, ſæpius edita, diverſæ, qvas in Bibliotheca templi Catharinæi Hamburgenſis aſſervari C. F. Lämmelius, in ſuo Scriptorum Bugenhagii Indice, teſtatur.

Harmonia totius Hiſtoriæ Evangelicæ, ad Marci contextum potiſſimum accommodata, de qva locus Mart. Chemnitii (*P. I. Harmoniæ Evangelicæ, c. 2., p. 8. 9.*), ſupra, cum de *Hiſtoria JEſu Chriſti paſſi & glorificati*, a noſtro edita, diſſereremus, jam recitatus, meretur relegi.

Hiſtoria Pomeraniæ qvadripartita, in qva ſeries Principum, bella, res geſtæ, Eccleſiarum conſtitutiones, & alia, Bogislai X., Ducis Pomeraniæ, auſpiciis, A. 1520. circiter, ab illo, ſcholæ Treptovienſis adhuc Rectore, ſunt deſcripta. MStam hanc non ſolum D. Joh. Frid. Mayerus (teſte *Bibliothecæ illius Catalogo p. 730.*) poſſedit, ſed & Viri eruditi, in Pomerania præſertim, in ſuis paſſim adhuc muſeis aſſervant. Occaſionem illius congerendæ, congeſtæqve hiſtoriam & laudes, Pet. Vincentius, *in Orat. de Vita Bugenhagii funebri*, verbis expoſuit ſeqventibus: *Expetebatur ejus familiaritas a Nobilibus, ac præcipue ab eruditis, cum qvibus cum alias de Eccleſia, alias de patria, ſæpe colloqveretur, hortantur eum plerique ad colligendam patriæ* (Pomeraniæ) *hiſtoriam. Qvam ad rem cum & ſumptibus, & mandatis Principis, opus eſſet, aulici rem ad Principem Bogislaum referunt. Qvi cum audiret eruditionem & virtutem viri prædicari, & hiſtoriam patriæ ſibi, & filiis, & Conſiliariis, notiorem eſſe vellet, & natura munificus eſſet, conſilium probat, dat mandata, ut monumenta vetera in aula inſpiciantur: jubet ipſum Bugenhagium in Collegiis & monaſteriis qværere hiſtorias, & inſpicere literas, & ſumptibus eum inſtruit. Qva in re cum biennium conſumeret, ſeriem Principum, bella, Eccleſiarum conſtitutiones ordine & prudenter deſcripſit. Liber adhuc in aula cuſtoditur, &, cum a Principibus, tum a Conſiliariis, ſæpe legitur. Nec diligentiam tantum & fidem probant hi, qvi legerunt, ſed etiam formam operis & orationem.* Qvibus adjungenda ſunt hæc Dav. Chytræi, *Libro 8. Chronici Saxoniæ p. 239.* obvia: *Bogislaus, Pomeraniæ Dux, Barnimum filium Witebergam, ſtudiorum cauſa, hujus anni (1519.) initio miſit, commendatum Friderico, Electori Saxoniæ, qvi, rogatu Georg. Spalatini, Chronicon Ducum Saxoniæ colligere inſtituentis, a Bogislao Genealogiam & res geſtas Ducum Pomeraniæ, ordine deſcriptas, ad ſe mitti petivit. Is labor Joh. Bugenhagio, Treptoviæ tum ad Regum Ludimagiſtro, per D. Valentinum Stojentinum commendato, impoſitus eſt.* Conf. narrationes de eadem, e Vincentiana & Chytræana derivatas Melch. Adami *in Vitis Theoll. Germ. p. 312. 313.*, & Joh. Hübneri *Cent. IV. Biblioth. Hiſtor. Hamburg. vernaculæ, Art. 31., p. 128-132.* Laudatur ita etiam a Dav. Chytræo *P. I. Chron. Sax. p. 6.*, Dan. Cramero in Ep. dedic. der Pommerſchen Kirchen-Chronica, Joh. Micrælio *in Chronico Pomeraniæ Germanico*, Chriſtoph. Hendreichio *in Pandect. Brandeb. p. 782.*, M. Mich. Zülichio *in Hiſtoria Epiſcopatus Caminenſis*, aliisqve rerum Pomeranicarum ſcriptoribus.

Relatio de Itinere ſuo Danico, ad Joh. Fridericum, Electorem Saxoniæ, d. 4. Jul. A. 1539. ſcripta, qvæ a V. L. Seckendorfio, *in Comm. de Lutheraniſmo, Lib. 3., Sect. 20., §. 75., p. 242. 243.*, allegatur.

Epiſtolæ, & MSSta alia, qvæ in Bibliotheca nova Academiæ Juliæ Rudolphea ſupereſſe, teſtatur Hermannus ab Hardt *in Or. de* hujus *memorabilibus*, A. 1702. edita, & in Joh. Andr. Schmidii *Acceſſione Collectionis Scriptorum de Bibliothecis Maderianæ* recuſa, *p. 286.*

Epiſtolæ illius, ac aliorum Seculi XVI. Theologorum, qvarum editionem, ex αὐτογράφοις, a ſe collectis, Joh. Frid. Mayerus A. 1687. pollicitus eſt *in præfatione Vitæ Lutheri*, a Nicol. Selneccero ſcriptæ, ac a ſe iterum publicatæ. Conf. *Nova literaria Lubecenſia, M. Febr. A. 1703., p. 32. 33.*

Leonis Magni, Pontificis Romani, Epiſtolæ de duabus naturis in Chriſto, qvas a ſe editum iri Bugenhagius A. 1532., *in præfatione Librorum* Athanaſii *contra Idololatriam gentium*, promiſit, teſte Georg. Henr. Götzio *in Or. de Meritis ejus in Eccl. Lubec. p. 9.*

Hamborger Kercken-Ordening, ſive Conſtitutio urbis Hamburgenſis eccleſiaſtica, A. 1529., cum ad ſacra illius emendanda in eam eſſet evocatus, idiomate ſcripta Saxonico, & a Senatu civibusqve approbata, cujus & a nobis, in Vita Bugenhagii præcedente, §. *XVI.*, & a plerisqve ſcriptoribus, de Reformatione commentatis Hamburgenſi, ibiqve allegatis, mentio, ſed verbis tantum paucis, eſt facta. Præter qvos Nicol. Heldvaderus etiam (*Parte II. Sylvæ Chronologicæ Circuli Balthici p. 85.*), Joh. Balth. Schuppius (im Ninivitiſchen Bußſpiegel *p. 252.*) & Vinc. Placcius (*T. I. Theatri Anon. & Pſevdon., c. 11., p. 436.*), eandem noſtro jure vindicantes, poſſunt conſuli. Ἀνέκδοτος hactenus eſt, licet MSSta

ejus

ejus Hamburgi alibiqve inveniantur plurima, ob cauſas forte politicas, ac perperam proinde a C. F. Lämmelio (*in Catalogo Scriptorum Bugenhagii*) Hamburgi A. 1529., a Vito Lud. Seckendorfio autem (*in Supplemento Indicis hiſtorici, Commentario de Lutheraniſmo ſubjuncti, num. 33.*) anno 1536., prodiiſſe traditur. Excerpta tamen ejus complura a Bugenhagio juris A. 1531. facta ſunt publici, in der Tröſtliken Lehre van mennigerley Chriſtliken Saken, genahmen uth der Lübecker, Hamborger unde Brunſwicker Ordeningen, dialectis Saxonica pariter atqve Miſnica, uti ſupra ſuo narratum eſt loco, edita; & nonnulla etiam de Canonicis Chriſtophori ab Haugwiz *Dialogo* de his Germanico (de qvo paulo ante dicebatur) anno 1536., teſte Seckendorfio (*l. c.*), ſubjuncta. Mutata deinceps haud dubie eſt Conſtitutio iſta, in capitibus qvibusdam, anno 1556., qvo novam Ordinationem eccleſiaſticam a Senatu Hamburgenſi, die 28. Apr., D. Paulo ab Eitzen, Superintendenti, eſſe miſſam, ac Presbyterio prælectam, Autor *Catalogi Miniſtrorum Eccleſiæ Hamburgenſis MSti* ἀδεσπότε perhibet, uti *Parte IV. Iſagoges ad Hiſt. Cimbr., c. 10., §. 2., p. 569.*, jam monui. De Palinodia, qva Bugenhagius ſententiam ſuam, de Infantibus, de qvorum baptiſmo per Laicos rite facto dubitatur, cum conditione iterum baptizandis, in ſcripto hoc expoſitam, A. 1552., in Tractatu vernaculo de Pædobaptiſmo, Witebergæ recuſo, ipſemet ſponte retractavit, Joh. Henr. Feuſtkingii *Schediaſma de Palinodia ſacra*, §. *22., p. 57-60.*, poteſt conſuli.

Operum Bugenhagii omnium editio, qvam a M. Chriſtoph. Frid. Lämmelio, *Hiſtoriæ Bugenhagianæ*, Hafniæ A. 1706. excuſæ, collectore, ſperari juſſerunt Sever. Lintrupius *in Autoſchediaſmate de Bugenhagii in Eccleſiam Danicam meritis*, iſti ſubjuncto, *p. 112.*, & Val. Ern. Löſcherus in den Unſchuldigen Nachrichten von Theol. Sachen, *Sect. 2., A. 1707., p. 131.*

FALSO BUGENHAGII SCRIPTIS ANNUMERANTUR:

Commentarius in Numeros, ſive Librum Pentatevchi Moſaici qvartum, a Joh. Henr. Hottingero *in Bibliothecario Quadripartito, P. II., c. 6., p. 184.*; ubi contra paulo poſt, inter Devteronomii Exegetas, qvibus accenſendus erat, mentio noſtri eſt omiſſa.

Comm. in Eſaiam, Witebergæ A. 1546. (qvo *Comm. in Jeremiam* potius prodiit) *in 4.* editus, in Catalogo qvodam librario triviali.

Diſpoſitio IV. Evangeliſtarum, Witebergæ A. 1566. excuſa (cujus Autorem eſſe Paulum Crellium, Theologum Witebergenſem, Bugenhagii ſecutum veſtigia, ſupra, cum de noſtri *Hiſtoria Chriſti paſſi & glorificati* ageremus, eſt monitum), a Chriſtoph. Hendreichio *in Pandectis Brandeburgicis p. 781.*

Tr. de Chriſti regno, A. 1526. impreſſus, ab eodem Hendreichio *l. c.*

Libellus contra Chriſtianum II., Daniæ Exregem, a Carolo Caraſa, Epiſcopo Averſano, *in Comm. de Germania ſacra reſtaurata p. 19.* ita ſcribente: *Infeliciter interim fortunam ſuam tentaverat reparare in Dania Chriſtiernus, alias pulſus, & hoc anno captivus, imo paulo poſt præſenti veneno ſublatus. Contra qvem Joh. Bugenhagius, qvaſi contra Catholicum, cum tamen fidem deſeruiſſet, libellum ſcripſit, ut plebis odium magis erga Catholicos concitaret.*

Oratio Latina in obitum D. Mart. Lutheri, A. 1555. edita, a Chr. Frid. Lämmelio (illam a Sermone funebri diſtingvente Germanico) in ſuo Scriptorum Bugenhagianorum Indice.

Oratio Latina in exeqviis Phil. Melanchthonis, in Germanicum etiam ſermonem tranſlata, a Chriſtoph. Hendreichio *l. c. p. 782.* Qvam a noſtro, A. 1558. defuncto, haberi non potuiſſe patet, cum Melanchthon, A. demum 1560. mortuus, ei per biennium fuerit ſuperſtes.

Dubito etiam, an Joh. Bugenhagii *Fragmentum de Migrationibus & mutationibus gentium in Occidentis imperio*, qvod Thom. Hydius, *in Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ*, Francofurti A. 1614. prodiiſſe, & *p. 783.* operis neſcio cujus, ab ipſo haud indicati, occurrere perhibet, noſtro huic recte tribuatur ab Ant. Teiſerio *P. I. Additt. Gallicarum ad Elogia Eruditorum Thuanea p. 127.*, Chr. Hendreichio (in locum anni editionis 1614. recentiorem 1624. perperam ſubſtituente) *l. c. p. 781. 782.*, & C. F. Lämmelio (e Fragmento unico plura effingente Fragmenta) *in Indice modo citato.* Cum enim illos Fragmentum hoc, mihi etiam haud viſum, non inſpexiſſe, ſed Hydio, licet haud allegato, notitiam ejus mecum debere, credam, anceps hæreo, an iſtud e Joh. Bugenhagii noſtri Senioris *Hiſtoria Pomeraniæ* deprompum ſit ἀνεκδότῳ, an vero potius e Filii ejus ὁμωνύμε, D. Joh. Bugenhagii Junioris (de qvo §. *XXXIII.* Vitæ noſtri eſt dictum), *Oratione* (ejusdem fere argumenti) *de Gentilibus, qui Romanum dilacerarunt Imperium*, Witebergæ A. 1566. *in 8.* (uti Lämmelius ipſe, e Pet. Scavenii *Catalogo Bibliothecæ regiæ Hafnienſis*, indicavit) excuſa. A qva diverſa qvoqve forſan haud eſt Joh. Bugenhagii *Diſſertatio de Migratione ſeqviori*, in Conr. Sam. Schurtzfleiſchii *Diſp. de Rebus Pruſſorum, §. 6., p. 7.*, laudata.

GEORGIUS (*) CALIXTUS,

Theologus vere κάλλιςος, qvo majorem, aut præſtantiorem, Cimbria noſtra, imo, ſi paucos excipias, Germania univerſa non habuit. Cognomen gentilitium patronymicum Kalliſen (Kallii, ſive Calixti, Filium ſignificans), Parentis exemplo, εὐφωνίας gratia, Latina terminatione auctum, leviter immutavit (1.). Nugatur proinde Herm. Gerh. Welandus (2.), a Voce Latina *Calicis* illud eſſe derivatum, & Germanico Becherer æqvipollere, ridicule contendens, veniam tamen erroris ſui facilius a Viris Bonis impetraturus, qvam Adverſarii qvidam τε μακαρίτε malitioſi, ſtulta improbitate in contumeliam ipſius idem detorqvere haud veriti, Michael Waltherus ſcilicet, Collega (3.), *Calvino mixtum* maligna cum alluſione appellans, aliiqve, otio ſuo, ad Numerum Antichriſti Myſticum, in Apocalypſi (4.) indicatum, DCLXVI., ex eodem, litera D., Gradus Doctoralis indice, aucto (D. CaLIXtVs), inepte eliciendum, abuſi (5.). Patriam Noſter, d. XIV. Dec. A. C. MDLXXXVI., hora matutina dimidia ſecunda, in lucem editus, & d. 21. Dec. lavacro initiatus Myſtico (6.), agnovit, non Holſatiam, uti, in *Programmate Funebri*, a Chriſtoph. Schradero perperam eſt traditum, ſed vicinum illi verſus Boream Ducatum Slesvicenſem, &, in iſto, pagum Præfecturæ Tunderenſis, ac Nomarchiæ hujus Carrenſis, antea obſcurum, ſed Alumni hujus ſui ortu ad eam celebritatem, qvæ plerisqve negata eſt Urbibus, evectum, Flenopoli mea duobus diſtantem Milliaribus, qvem noſtrates Meelby, ſive Medelby, appellant, ipſe autem, voce patria in ſonum Latinum deflexa, Medeloboam ſalutabat, ſuisqve proinde natalibus, *Viros ſummos, & magna*

(*) Ulricus perperam audit J. Burch. Menkenio *in Diſſ. de Viris militia & Scriptis illuſtr. p. 52.* (1.) V. *Homonymoſcopiam* noſtram, *Sect. III., c. 3., § 16., p. 798.* (2.) *in Diſſ. Epiſtolica ad Job Niecampium, de Nomine Johannæo*, Lemgoviæ A. 1706. *in 4.* edita, *p. 20.* Fecerat idem Æg. Strauchius V. Georg. Chr. Calixti Läſter- und Lügen-Kunſt, *p. 73.* (3.) in Epiſtola ad Balth. Meisnerum A. 1624. ſcripta, apud Gotfr. Arnoldum *Tomo III. Hiſtoriæ Eccleſ.*, Germanice editæ, *c. 12., p. 118.* (4.) *Cap. XIII. v. 18.* (5.) V. Anonymi A. B. C., ſive Alphabetum, Notis Variorum Germanice illuſtratum, *P. II., p. 278.* (6.) teſte Parente ejus, Johanne, in Annotationibus, qvas legi, αὐτογράφοις ad Abr. Saurii *Diarium Hiſtoricum.*

& magna exempla daturos, e tuguriis etiam caſisqve agreſtibus prodire poſſe, docuit. Knitlingam, Ducatus Würtembergici pagum, patriam ei, errore ingenti, affingit M. Joach. Mancelius, in *Lemmatis de Georgiis fama & eruditione claris, Lemm. 23., p. 32.* Pater ei obtigit Johannes Calixtus, Georgii, Sutoris Apenradenſis, filius, Phil. Melanchthonis in Acad. Witebergenſi, & Dav. Chytræi in Roſtochienſi, Auditor, Ludimagiſter initio Bredſtadienſis, deinde Diaconus Bordlumenſis, & Parochus tandem, per Annos 50., ad emortualem usqve 1618., Medeloboenſis, Senex, cum moreretur, octuagenarius, mores pariter atqve Sententias Præceptorum ſuorum, in rebus ſacris, leniores ſectatus perpetuo ac imitatus, Literarumqve humaniorum, & Poeſeos præſertim, cultor haud infelix. Hujus (de qvo, uti & Liberis ejus cæteris, in Vita ipſius, ſuo a nobis loco plura in medium ſunt allata) Filius Noſter, Avo ac Fratrum uni, ante ſe natum defuncto, ὁμώνυμος, fuit ordine ſeptimus, natuqve minimus, & e ſecundo Conjugio cum Catharina, Nicolai Stickerti, Conſulis Flensburgenſis (cujus in Conſulum Urbis noſtræ Catalogis nulla occurrit mentio), ſi Gerh. Titium (7.) audias, Filia (cum utero prolem ſuam geſtaret, d. 22. Aug. A. 1586., e contignatione domus, qvam fruges illic repoſitura aſcenderat, ſuperiori, caſu gravi, ſed beneficio Numinis innoxio, in ſolum prolapſa), Anno præcedenti inito, unicus (8.).

§. II.

Parens, cum in puero adhuc tenello evidentiora, qvam pro ætate, excellentis indolis, ingenii capaciſſimi, judicii peracris, memoriæ tenacis, & flagrantiſſimæ diſcendi cupiditatis, indicia obſervaſſet, Literarum eum ſtudiis prudenti addixit conſilio, & harum ſimul ac pietatis rudimentis ipſemet mature imbuit. Duodecennem poſtea, & Claſſicis utriusqve Lingvæ Autoribus diligenter verſandis domi jam aſſvefactum, A. 1598. in Scholam vicinæ Civitatis Flensburgenſis deduxit publicam. Qvi huic, Rectoris fungens officio, tunc præerat, M. Bernhardus Latomus, ob induſtriam, & in docendo dexteritatem, a Diſcipulo hoc gratiſſimo, omniumqve Lycæi noſtri Alumnorum Phoenice, ſæpius mire, Titio teſte (9.), deprædicatus, Tyronem, d. 5. Jul. introductum, loco in Claſſe Secunda dignum judicavit antepenultimo (10.), &, qvinqvennio proximo, bonorum Autorum, Græcorum pariter atqve Latinorum, lectione & imitatione aſſidua, conſcribendisqve utraqve Lingva Carminibus & Oratiunculis, per ſtudia humanitatis, & Artium Liberalium προπαιδείαν, felici adeo manuduxit ſucceſſu, ut, ſedecim vix natus annos, Commilitonibus, ob profectus eximios, & venam inprimis Poeticam præſtantem atqve uberem, eſſet admirationi, Parenti autem atqve Præceptoribus Academiarum luci ſiſtendus videretur.

§. III.

Auſpicato a Parente cæteris prælata eſt Julia ſive Helmſtadienſis, magno Germaniæ univerſæ, & ſolidioris doctrinæ Studioſorum, commodo, a Julio, Duce Brunſvicenſi, condita, Viriſqve in omni Literarum genere abundans longe doctiſſimis. In hanc Noſter, longe majori, qvam Doctores reliqvi univerſi, olim eidem futurus ornamento, d. 7. Apr. A. 1603., Flenopoli commigravit, &, qvadriennio ſeqventi, in Studiis Humanioribus, & Styli elegantioris cultura, Joh. Caſelii ac Rud. Diepholdii, in Lingva Græca Joh. Potinii, in Hebræa Valent. Schindleri, in Hiſtoricis Henr. Meibomii Senioris, ſui aliqvamdiu Hoſpitis (11.), in Philoſophia Peripatetica Corn. Martini (cujus domeſtico itidem deinceps uſus eſt convictu, & *Diſputationum Logicarum Primam de Natura Logices*, M. Aug. A. 1604., publice defendit), Oveni Güntheri, Popularis, & Ad. Luchtenii, in Matheſi autem & Arte (cui initio conſecrare ſe conſtituerat (12.)) Medica Duncani Liddelii, ductum ſtudio indefeſſo feliciter eſt ſecutus. Tantos ſane, in omnibus hiſce veræ Eruditionis partibus, cum vix biennium Helmſtadii exegiſſet, & Cornelio interea Martino Johanniqve Caſelio, Philoſopho illi, huic Philologo illuſtri, præ cæteris ſe applicuiſſet familiarius, jam fecerat progreſſus, ut, octodecim natus annos, non Magiſtri ſolum Titulum, a Joh. Potinio, Lingvæ Græcæ Profeſſore, d. 14. Maji A. 1605., ipſi collatum, ſed & Philoſophiam privatim docendi, & Ethicam Diſputationibus Publicis, magno cordatiorum applauſu exceptis, proponendi, poteſtatem, mereri Præceptoribus videretur.

§. IV.

Qvadriennio hactenus integro ſtudiis impenſo Philoſophicis & Elegantioribus, ab Anno 1607. Theologico ſe penitus, ſepoſita etiam Arte Medica, Parentis & ſuo conſilio, cœpit addicere, &, præter Profeſſores illius Publicos, Henr. Boethium (qvo Præſide Anno jam 1606. *de Creatione & Angelis* publice diſputaverat) ac Laur. Scheurlium, privatim etiam Corn. Martinum, majori, qvam alii, ἀκριβείᾳ Dogmata illius proponentem, audivit. Huic autem ut tanto felicius vacaret, non eximiam ſolum Lingvæ Hebrææ ſibi paravit peritiam, ſed ſingulari etiam cura, pertinaci induſtria & indefeſſo labore, univerſæ Antiqvitatis Eccleſiaſticæ Adyta perſcrutatus eſt interiora, Patrum omnis ævi Scripta ſtudioſe evolvit, & veros in his omnium doctrinarum fontes, una cum Certaminum ac rituum Sacrorum ortu ac progreſſu, inqviſivit. Cujus ſtudii, in qvo poſtmodum qvaſi regnabat, primam occaſionem his aliqvando verbis Gerh. Titio, Collegæ, enarravit: *Videbam, Magiſtrum meum, Corn. Martinum, Veterem Philoſophiam, præ Recentiorum heri & nudius tertius enatis placitis, commendare atqve extollere. Et comperiebam, judicium ipſius congruere cum re ipſa. Exiſtimabam igitur, me pretium operæ nihilo minus facturum, ſi, poſt perceptam antiqvam Philoſophiam, ad antiqvam etiam Theologiam accederem, eaqve me penitus imbuerem.* In ſtadio hoc Theologico, biennii ſpatio, eos jam fecerat progreſſus, ut A. 1609. (qvo & Corn. Martini cœpit uti convictu) Scholas ipſemet aperiret Theologicas, & in iis Theſes de plerisqve fidei Capitibus, Auditoribus ante dictatas, diſputatorio ſubjiceret examini, ſuoqve præſidio dexterrime tueretur.

§. V.

Qvo Tyrocinio, feliciter depoſito, cum & autoritatem ſibi, & multorum favorem, conciliaſſet, poſt ſexennium integrum in Academia tranſactum Julia, alias etiam aditurus, in Jenenſem initio, eodem A. 1609., conceſſit, ac, e Theologis, Joh. Debelium (cujus utebatur hoſpitio) ac Pet. Piſcatorem aliqvamdiu audivit, Philoſophorum autem conſenſu publicæ *de Logicæ natura* Diſputationis egit Præſidem. Jena A. 1610. Gieſſam Haſſorum eſt profectus, & Joh. Winckelmanno, Balth. Menzero ac Chriſtoph. Helvico, S. Lit. in novella Urbis ejus Academia Doctoribus, familiariter innotuit, cum qvibus multum & ſæpe de doctrina & Certaminibus Eccleſiæ ſe locutum, magnamqve eorum, in congreſſibus iſtis, humanitatem expertum eſſe, deprædicare, Titio teſte, ſolebat. Menzerum, ab Adverſariis deinceps adverſus ſe concitatum, ipſe, *Viri* eum *probi & humani* dignans Elogio, ſed & ob Philoſophiæ Ramææ ſimul ſtudium reprehendens, ſemel a ſe tantum refert eſſe compellatum, &, in Colloqvio familiari, doctrinam de Ubiqvitate, ſeu carnis Chriſti omnipræſentia, adverſus Præceptores ſuos Helmſtadienſes, aſſerere Argumentis aliqvot conatum, ſuas ad iſta reſponſiones audire noluiſſe, ſed, ut a ſe allata in timore Domini perpenderet, fuiſſe hortatorem (13.). Gieſſa digreſſus, nobiliſſimas Germaniæ Superioris Civitates, Francofurtanam ad Mœnum (in qva nundinæ tunc celebrabantur), Hanovienſem, Moguntinam, Wormatienſem, Spirenſem, Durlacenam, aliasqve, peragravit, ſingularumqve Viros ſalutavit doctrina celebres, ac, hos inter, Moguntiæ magni nominis Jeſuitam, Mart, Becanum, qvocum, in Bibliotheca Societatis, per aliqvot horas, collocutus, Tridentinorum, cum in aliis, tum in numero Sacramentorum, ſub Anathema-

(7.) *in Laudatione Calixti Funebri p. 8.* (8.) V. Joh. Calixti, Parentis, Epitaphia & Eteoſticha de Uxoribus Liberisqve ſuis, Magdeburgi A. 1590. *in f. pat.* edita, Manuſcriptasqve Annotationes, *num.* 6. allegatas. (9.) *l. c. p.* 8. (10.) teſte Parente *in Annott. MSS.* Conf. *Iſagogen* meam *ad Hiſt. Cimbr., P. III., c. 3., §. 8., p. 280., & §. 31., p. 342.* (11.) V. *Exerc.* ejus *de Autoritate Scripturæ* §. 76. (12.) V. Chriſtoph. Schraderi *Or. in memoriam ejus p. 24.* (13.) V. die Wiederlegung Welleri, §. 130., *lit. U. 1. a. b.*

nathematis fulmine definito, iniqvitatem tam clare oſtendit, ut Vir cætera diſertus, qvod reponeret, parum haberet (*). Eodem deinde inſtituto Tubingam adiit, &, cum Andr. Oſiandro ac Matthia Haſenreffero, Theologis, converſatus; Ulmam, Lavingam, Dillingam, Auguſtam, & tandem Heidelbergam, perrexit. Qva in Urbe, poſt compellatos Dav. Pareum & Jac. Chriſtmannum, Profeſſores Academicos, Bibliotheca illuſtris Palatina, Germanicarum tunc omnium princeps, ductu Jani Gruteri, ejus Præfecti, ab ipſo diligenter eſt luſtrata. Hinc Francofurtum reverſus, Matthia Overbeckio, Belga, Juvene opulento, & magno poſtea Literarum ac Hominum Eruditorum Patrono, itineris adſcito comite, viſisqve in tranſitu Academiis Gieſſena ac Marpurgenſi, Juliam, cæteris ſibi omnibus cariorem, M. Majo A. 1610., cum eodem Overbeckio, repetiit. Hic, propoſiti memor, non Scholas tantum Philoſophicas & Theologicas privatim denuo aperuit, Artemqve Logicam publicis ventilavit Diſputationibus, ſed & A. 1611. *Qvindecim de præcipuis Religionis Chriſtianæ Capitibus Exercitationes*, magno Eruditorum applauſu exceptas, & aliqvoties recuſas, Præſes propoſuit, iſtisqve dextre (Reſpondente in prima Bartholdo Nihuſio, ingrato poſtea Diſcipulo) defenſis famæ in Theologorum Ordine futuræ auſpicato præluſit.

§. VI.

Egregio hoc ſacræ eruditionis Specimine publicato, novum iter literarium, ut Eccleſiarum Pontificiæ & Reformatæ ritus, dogmata & gubernationem, cominus perſpiceret, Viros regionum Exterarum Eruditos coram ſalutaret, & Bibliothecas earundem celebriores excuteret, A. 1611., comite Overbeckio ſuo, eſt aggreſſus. In qvo cum Coloniam Ubiorum Autumno Anni iſtius perveniſſet, Urbem Viris Doctis, Bibliothecisqve & Bibliopoliis abundantem inſtructiſſimis, genio loci delectatus, per integram hyemem, ad ver usqve proximum, illic ſubſtitit, illorum conſvetudine, horumqve uſu freqventi, ſe oblectavit, &, ſpectatis ad ſatietatem usqve ſuperſtitionibus Pontificiis, *Librum* iis *de Miſſæ Sacrificio* (A. 1614. demum editum, ac Joh. Adolpho, Cimbriæ noſtræ, Patriæ ſuæ, Principi, inſcriptum) oppoſuit, ſimulqve *Epitomes Theologicæ Partes II. & III.*, ac Apologiam pro duobus Lutheri dictis contra Romano-Catholicos, in gratiam Overbeckii ſcriptam, ibidem elucubravit. Temporis in Urbe hac jucunde tranſacti ipſe, 22. poſt annis, *in Digreſſione de Arte Nova ad Theologos Colonienſes* (14.), verbis mentionem injecit ſeqventibus: *Ipſe qvoqve, Annis abhinc XXII., in veſtra Urbe & Academia hyemem exegi; qvo tempore magiſtratum gerebat Caſp. Ulenbergius; titulo autem Doctoris Theologi augebatur Severinus Binius, editione Conciliorum jam tum famam indeptus, & una cum ipſo Regens Laurentiani Collegii, Henr. Sierſtorpius, niſi mihi memoria mea imponit. Et, ut de magnificentia Urbis, deqve inſtructiſſimis Bibliothecis & Bibliopoliis, taceam, expertus ſum eam, in congreſſibus, veſtrorum, inter qvos ingenio & acumine eminere mihi videbatur religioſus Vir, Coſmas Morelles, humanitatem, ut memoria mihi etiam hodie grata ſit.*

§. VII.

Colonia, vere A. 1612. ingruente, in Belgium Fœderatum, cum Overbeckio, perrexit, & Amſtelodamum d. 12. Apr. delatus, perluſtrato hoc Emporio, Lugduni Batavorum Bonav. Vulcanium, Gvilh. Coddæum, Gilb. Jacchæum, pluresqve alios Viros Eruditos, humaniter ab omnibus exceptus, ſalutavit. Nec multo poſt Hagam Comitum, Roterodamum, cæterasqve Civitates Bataviæ celebriores, pervagatus, qvicqvid in iis eſt doctrinæ, cultus, elegantiarum & munimentorum, perſpectiſſimum ſibi reddidit. In Angliam hinc vento ſecundo pervectus, Londini, Cantabrigiæ, Oxonii, Aulas, Lycæa, Bibliothecas, Viros illuſtres, ſingulari cura perqviſivit. Cumprimis autem ſvave illi fuit, & per omnem vitam memoratu jucundum, Londini crebro ſalutaſſe, & amiciſſimum ſibi reddidiſſe, Phœnicem ſeculi ſui, Iſaacum Caſaubonum, qvocum de melioribus Literis, de religione, ejusqve corruptelis, & inſtituta Reformatione, de partium ſtudiis, & neceſſaria Chriſtianis Concordia, ejusmodi a ſe habita Colloqvia Familiaribus poſtea retulit, qvæ pietate, doctrina, prudentia & caritate Chriſtiana, exuberans pectus demonſtrarent. Sed & Noſtrum, qvam eruditus, & judicii in literis minime vulgaris eſſet, ex iisdem, velut ex ungve Leonem, protinus agnovit Caſaubonus, &, in Epiſtola ad Jac. Aug. Thuanum commendatitia (15.), candide prædicavit.

§. VIII.

Hac inſtructus Noſter, ex Anglia (cujus Epiſcoporum cohortationes & Bibliothecas inſtructiſſimas longe majori, ad Patrum ſcripta ſedulo verſanda, & accuratius Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcrutinium, ei fuiſſe incitamento, qvam Præceptorum Germanicorum inſtitutionem, a Joh. Balth. Schuppio eſt obſervatum (16.)) in Galliam trajecit, &, in hujus Metropoli, Lutetia, per trimeſtre verſatus integrum, vanitatibus illius omnibus inſuper habitis, ſoli ingenii culturæ ſerio ſtuduit. Hoc fine Viros, qvibus Regia hæc caput efferebat, eruditiſſimos, partim publice docentes audivit, partim vero, & præcipue qvidem incomparabilem illum Jac. Aug. Thuanum, Senatus ſupremi Præſidem, cui Caſauboni commendatione familiariter innotuerat, privatim compellavit, Theſauros, qvorum incredibilis in eadem eſt copia, Librarios aſſidue eſt ſcrutatus, & cætera, qvæ ad Reip. formam, Sacrorumqve faciem ac ritus, ſpectant, mente ſagaci, oculisqve curioſis, obſervavit. Comitem hactenus peregrinationis Literariæ munificum Noſter Overbeckium habuerat. Hoc autem in Italiam abeunte, cum Cognati ejus metuerent, Scripta Calixtina, contra Pontificios publicata, periculo utrumqve haud levi eſſe expoſitura, per Lotharingiam & Germaniam ad ſuos in Cimbriam reverti, &, qvæ apud exteros obſervata ſibi erant, in otio recoqvere, inqve futuros uſus digerere, maluit. Nec tamen diu in patria eum Cherſoneſo commorari paſſus eſt ingens in Academiam Juliam, ſtudiorum ſuorum Matrem, qvam, ob rationem hæc tradendi optimam, cæteris omnibus præferebat, inqve illa ætatem degere unice exoptabat, affectus. Helmſtadium igitur, M. Novembri A. 1613., denuo rediit, &, Corn. Martini rurſus utens convictu, mox ſolitas docendi alios exercitationes repetere coepit, & tanto majori qvidem cum applauſu, qvanto plus non doctrinæ tantum, ſed & famæ, ex peregrinatione acceſſerat.

§. IX.

Verum majus adhuc fama ipſius, Anno ſeqventi 1614., cepit incrementum, occaſionem ſuppeditante Apoſtaſia ad Pontificios, qvam Ludolphus a Klencken, Juvenis e primaria Ducatus Brunſvicenſis nobilitate eruditus, Matre invita, meditabatur. Hæc, ſpe a Filio injecta, ſe, ſi Lutherano Doctori Pontificium, a ſe eligendum, in Diſputatione de controverſis capitibus, vidiſſet ſuccumbere, Proteſtantium partibus nuncium non eſſe miſſurum, Cornelium Martinum, miſſis literis, ut, in Arce ſua Hemelſchenburgenſi, cum Adverſario illam inſtitueret, rogavit. Ille, honeſta excuſatione muneris & valetudinis uſus, Calixtum, vices ſuas obiturum, illuc ablegavit. A qvo, pridie Kal. Sept. (30.) Aug.), Juvene Nobili præſente, de S. Scriptura, Fidei Chriſtianæ Principio, cum P. Auguſtino, Jeſuita Hildeſienſi (cui Turriani cognomen fuiſſe Barth. Nihuſius A. 1642. demum prodidit (17.)), accurate adeo, iſtoqve eventu, eſt diſputatum, ut Antagoniſta non ſolum, cum Noſter, poſt Verſionem S. Codicis Vulgatam a ſe, & Lutheranam ab illo, erroris inſimulatam, Textum Hebræum in medium afferri, & ex hoc, ſemotis Verſionibus, Controverſiam decidi, poſtulaſſet, *ſe tantum Hebræum non eſſe*, fateretur (18.), ſed & cauſa manifeſte caderet, alteroqve die, qvo iterandus erat conflictus,

(*) V. de hoc Colloqvio Noſtri *Reſponſum Moguntinis oppoſitum*, *P. I.*, §. *129*. (14) *p. m. 194.* Eadem Verba *Iteratæ* etiam *Compellationi ad Academiam Colonienſem*, *p. 301. 302*, A. 1642. ab eo ſunt inſerta. (15.) V. illam in Editione Caſaubonianarum Amſtelodamenſi Gronoviana, *num. 295.*, & in Brunſvicenſi Græviana, *num. 602.* (16.) im Unterrichteten Studenten (*in Appendice Scriptorum Germanicorum*), *p. 245.* (17.) V. Calixti *Iteratam Compellationem ad Acad. Colon.*, G. Caſſandri *Dialogo de Communione ſub utraqve ſpecie ſubjunctam*, *p. 321.* (18.) V. Chriſtoph. Schraderi *Or. in memor. Calixti p. 16.*

flictus, mane conſurgens, ſummo cum dedecore, tacitus diſcederet. Exſtant Acta Colloqvii hujus, ab Amanuenſibus coram excepta, &, poſt Noſtri demum obitum, a Filio Helmſtadii A. 1657. (19.) edita, e qvibus & alii Hiſtoriam illius paſſim repetiverunt (20.).

§. X.

Hujus Colloqvii fama cum provinciam pervagata ad Fridericum Ulricum, Ducem Brunſvicenſem, nuptias tunc cum Anna Sophia Brandeburgica Gvelpherbyti celebrantem, in freqventi Illuſtrium Hoſpitum conſeſſu, perveniſſet, Calixtum is, accurate jam ante ſibi commendatum, Profeſſioni in Academia Julia Theologicæ, tunc vacanti, juſſit admoveri. Factum iſtud eſt d. 12. Dec. A. 1614., fruſtra indignantibus & frementibus Baſilio Satlero, Protecceleſiaſta & Superintendente Generali Gvelpherbytano, hujusqve Progenero, & Noſtri Competitore, Henr. Julio Strubio, &, qvi a partibus illorum ſtabant, Caſp. Pfafradio ac Joh. Fuchtio, Profeſſoribus Theologis Helmſtadienſibus, Philoſophiæ Ramææ Patronis, accuratiora Joh. Caſelii & Corn. Martini, hujus Adverſariorum, ſtudia, ſimulqve illorum, qvalis Noſter erat, Diſcipulos, immani proſeqventibus odio, &, ne aliena obumbrarentur excellentia, metuentibus. Qvorum, Calviniſmi falſo ſe inſimulantium, accuſationes Noſter, eodem die 12. Dec., Gvelpherbyti, in Senatu Sacro, præſente ipſo Principe, ita eliſit, ut invitis fuerit obmuteſcendum (21.). Nec erat proinde, cur Noſtro σύνταξις hæc ab Adverſariis, Joh. Hülſemanno (22.), Andr. Kühnio (23.), aliisqve pluribus, ac Hiſtoricis ejusdem factionis muſteis, Dan. Hartnaccio (24.) ac And. Carolo (hunc deſcribente, & ad A. 1618. perperam illam referente) (25.), toties deinde exprobraretur. Juramentum fidelitatis Principi novellus Profeſſor, A. 1615., d. 18. Jan., præſtitit, d. 24. Jan. in Senatu Academico ſolenne Sacramentum dixit, poſtridie in Ordinem Theologicum eſt receptus, & munus ſuum paulo poſt Oratione ſolenni, qva, *cum Pontificia vel Jeſuitica religione non poſſe ſalvas conſiſtere Reſpublicas & Imperia*, probatur, inter *Tres de Pontifice Romano* poſthumas A. 1658. edita (26.), auſpicatus. Anno ſeqventi 1616., die 2. Maji, Doctoris Theologi Titulus ipſi, tribusqve Collegis ac Competitoribus, Henrico Julio Strubio, Johanni a Fuchte & Theodoro Berckelmanno, ab Henrico Boethio, Ordinis Theologici Decano & Seniore, & Caſp. Pfafradio, Procancellario, eſt collatus (27.), cum *Eccleſiarum* antea *Lutheranarum, de nonnullis Religionis Chriſtianæ Capitibus controverſis, Confeſſiones*, ſive Articulos Auguſtanæ Confeſſionis aliqvot, & tres de Poteſtate Primatuqve Pontificis, Smalcaldicis ſubjunctos, loco Diſputationis Inauguralis propoſuiſſet, &, eodem Boethio Præſide, publice defendiſſet (28.). Bartholdi Nihuſii vana ſæpiusqve repetita (29.) gloriatio, qva, ſe Noſtrum, & in Diſputatione hac Inaugurali, & in aliis, qvibus, Anno præcedente 1615., Textum Auguſtanæ Confeſſionis Examini publico ſubjecerat, objectionibus ſuis ad ſilentium profundiſſimum, omnibusqve Auditoribus manifeſtiſſimum, adegiſſe, falſo jactavit, ab eo, in Scriptis ſuis Apologeticis (30.), abunde eſt retuſa, turpisqve convicta mendacii. Oſtenſum enim, Diſcipulum hunc ingratiſſimum, loco Auguſtanæ Confeſſionis, ad diſputandum propoſitæ, Apologiam ejus ſubinde impugnantem, tantum eſſe monitum, nec ſe, nec Reſpondentes, more Academiarum, ad alias Theſes, qvam in Aug. Confeſſione, in materiam diſceptationis electa, comprehenſas, jam defendendas teneri, ac inepte proinde ipſum ad Apologiam, de qva alio agi tempore poſſet, evagari.

§. XI.

Spartam hanc Profeſſionis Theologicæ, ſibi demandatæ, cum, per octo ferme annos, egregie ornaſſet, A. 1622., tribus Collegis, Henrico Boethio, Caſp. Pfafradio & Joh. Fuchtio, emortuali, locum in Collegio ſuo ſecundum, &, triennio poſt, cum Theod. Berckelmannus, ex Acad. Julia, ad Abbatiam Amelunxbornenſem, ac ſupremam Sacrorum in Diœceſi Göttingenſi Ephoriam, avocaretur, principem, una cum Senioris dignitate, A. 1625. obtinuit. Hunc nactus qvanta fide & diligentia officio ſatisfecerit, vel inde perſpicias, qvod, Anno ſeqventi 1626., cum, Juventute Academica ob turbas bellicas maximam partem dilapſa, pleriqve etiam Profeſſores in loca ſe recepiſſent tutiora, ſolus ex Theologis Helmſtadii remanſerit, & paucos, qvi ſupererant, S. Literarum Cultores publice pariter atqve privatim informare perrexerit (31.), licet Stipendio annuo, difficillimis iſtis temporibus, per annos complures, ipſi eſſet carendum. Cujus ſedulitatis & fidei inuſitatæ ut præmium aliqvod Noſter reportaret, nihil tale vel petenti, vel ſperanti, præter omnem expectationem, Abbatis Regio-Lotharienſis, cæterorum omnium in Ducatu Brunſvicenſi Anteſignani, primoqve inter Ordines Provinciales loco gaudentis, Dignitas ampliſſima, qvamprimum Anteceſſoris obitu eſſet vacatura, a Friderico Ulrico, Duce Brunſvico-Gvelpherbytano, A. 1627., Literis Brunſvici d. 28. Jul. exaratis, ſed hac tamen conditione, ut abſens Cœnobio iſti præeſſet, & munere ſimul porro fungeretur Academico, eſt promiſſa (32.), & ab Auguſto, iſtius Succeſſore, A. 1636. benigne collata. Inſigni adeo honoris acceſſione, nulli antehac Profeſſorum indulta, donatus (33.), præter Juventutis Academicæ inſtitutionem, partem etiam curarum de commodis univerſæ provinciæ publicis in ſe ſuſcepit, & eo qvidem ſucceſſu, ut, prudentiam ipſius ac moderationem huic, in rebus difficillimis, ſæpiſſime ſalutarem fuiſſe, omnes faterentur.

§. XII.

Reliqvum Vitæ tempus, ſi partem excipias Anni 1634., itineri in patriam, & Civitatem noſtram Flensburgenſem, ut Fratrem ſuperſtitem unicum, Johannem, hujus Civem Primarium, eodem Anno defunctum, viſeret, ſuſcepto (34.), impenſam, & qvadrimeſtre Anni 1645., qvo ad Colloqvium Thorunienſe Irenicum, uti infra in Certaminum ipſius narrabitur Hiſtoria, excurrit, in Acad. Julia, cujus tandem factus eſt Senior, Helmſtadii, ad obitum usqve, tranſegit. Hanc enim Academiam, Studiorum ſuorum matrem primam, tanto complexus eſt amore, ut ſalutem ejus precibus & gemitibus aſſiduis Deo commendaret, dignitatemqve, commoda atqve incrementa, impigre, crebris etiam in Aulas Legationibus hoc fine ſuſceptis, & pro ea, qva apud Principes pollebat, autoritate, feliciter expeditis, promoveret, imo emolumentis præponeret propriis, nec unqvam, ut hanc deſereret, licet ſæpius a Regibus, Principibus ac Rebuspublicis diverſis, alíorſum, ad Munera non minus ſplendida, invitaretur, poterat adduci. Anno certe jam 1617. (in cujus locum 1615. a Dan. Hartnaccio perperam (35.) ſubſtituitur), d. 3. Jan., Johannis Sigismundi, Electoris Brandebur-

(19.) *in 4.* (20.) V. Calixti ipſius *Partem I. Apol. Germ. contra Buſcherum*, §. 79., *p. 72. 73. 74.*, Gerh. Titii *Laudat. Fun. Calixti p. 14.*, Chriſtoph. Schraderi *Progr. Fun. de eodem p. 11.*, & *Or. cit. p. 16.*, Andr. Caroli *Lib. II Memorabilium Eccleſiaſticorum Sec. XVII*, c. 19., *p. 356. 357.*, Joh. Andr. Schmidii *T. II. Introd. Sagittar. in H. E. p. 1581.*, & Joh. Fabricii *Partem V. Hiſtoriæ Biblioth. Fabric. p. 125. 126.*

(21.) V. Calixti ipſius (nominibus Adverſariorum parcentis) *Digreſſ. de arte Nova p. 12. 13.*, Appendicem der Wiederlegung Welleri §. 19 (*lit. Aa. 3 b.*, *Aa. 4. a. b.*), & Verantw. auf das Churſächſiſche Schreiben, §. 34. (*lit. Xx 4 a.*), Gerh. Titii *Laud. Fun. Cal. p. 14. 15.* & Schraderi *Progr. Fun p. 12.* (22.) im Calixtin. Gewiſſens-Wurm *p. 24. 145. 1032. 1035.* (23.) in der Eröffnung des übertünchten Calixt. Grabes *p. 5.* (24.) *in Continuat. Hiſt. Eccl. J. Micrælii p. 977.*, & *Qq XXIV. Theol. Controverſis, Qv. I., p. 2. 3.* (25.) *Lib. II. Memorab Eccl. Sec. XVII.*, *c. 46.*, *p. 458.* (26.) Confer de illa ipſius *Apol. Germ. contra Buſcherum, P. II.*, *p. 23.* (27.) V. Joh. Fabricii Jun *Amoenitates Theologicas p. 785.* (28.) *V. Partem II. Apol. Germanicæ contra Buſcherum p. 23.* (29.) *in Partis II. Artis Novæ Epilogo, ejusdemqve Coronide, in Apologetico p. 104. 105.*, *in Irnerio p. 64.*, & *in Hypodigmate contra Corn Martini Tr. de Analyſi Logica* (cujus verba Salom. Glaſſius *in Mantiſſa Philologiæ Sacræ p. m. 1488.*, recitat) *p. 71. 72.* (30.) *V. Digreſſionem de Arte Nova p. 13.*, & *Iteratam Compellationem ad Acad. Colon p. 355-358.* (31.) *V. P. II. Apologiæ Germanicæ contra Buſcherum p. 24.* (32.) V. Literas Frid. Ulrici Germanicas, in Calixti Wiederlegung Welleri, §. 136., *lit X. 1. b X. 2 a.*, & Confer die Verantwortung auf das Chur Sächſ. Schreiben. §. 33., *lit. Xx 2. a.* (33.) V. Titii *Laud. Fun. p. 17.*, & Schraderi *Progr. Fun. p. 13* (34.) Itineris hujus mentio occurrit in ipſius Epiſtola, in illo, Hamburga ad Gerh. Joh Voſſium, M. Sept. A. 1634., exarata, qvam *in Appendice Epiſtolarum* Voſſii *Adoptiva, num. 207.*, *p. 132. 133.*, invenies. (35.) *in Continuatione Hiſt. Eccl. Joh. Micrælii p. 977.*

burgici, falſo de Crypto-Calviniſmo ipſius (per Collegas ei affičto (36.)) rumore forte permoti, juſſu, literis Senatus Eccleſiaſtici perqvam honorificis, amplisqve promiſſis ſcatentibus, ad Profeſſionem in Academia ad Viadrum Francofurtana Theologicam, ſed fruſtra, evocabatur (37.). Qvæ tamen vocatio in Calviniſmi illum occulti ſuſpicionem, qva Calovius onerare eum velle videtur (38.), apud judices cordatos minime adducet, cum omnes ad illud usqve tempus Francofurti Theologiam profeſſi (ſolo excepto Chriſtoph. Pelargo, ad Reformatos paulo ante transgreſſo), uti e Joh. Chriſtoph. Becmanni, aliorumqve ſcriptis de Academia iſta patet hiſtoricis, partibus addicti fuerint Lutheranis, &, qvæ adverſarii hac occaſione ſunt calumniati, ab ipſomet abunde jam ſint refutata (39.). Pari ratione irrita fuit Senatus Noribergenſis, ad eandem S. Lit. in Academia ſua Altorfina Profeſſionem, vocatio, Georg. Richtero, JCto & Reip. Conſiliario, interprete A. 1624. facta, cujus αὐτόγραφον apud ſe ſupereſſe Filius noſtri, Fridericus Ulricus, A. 1689. per Literas me edocuit. Reſponſum huic a Calixto eſt, haud alieno ſe qvidem a vocatione iſta Altorfina, ob Noribergenſium in Theologicis moderationem, eſſe animo, retrahere ſe tamen difficultatem locum, cum uxore, liberis & familia, tanto intervallo mutandi; ſupellectilis domeſticæ & librariæ multitudinem, ædes Helmſtadienſes ſatis amplas atqve elegantes, portæ Magdeburgicæ proximas, haud modico ſumptu, cum mercatoriæ eſſent, ſuis Studioſorumqve uſibus aptatas, uxoris in matrem ſororesqve, qvas ægre ſit deſertura, amorem, & pretia rerum Altorfii, qvam Helmſtadii, majora. Sed &, an ædes Altorfii habitaturus eſſet gratuitas, & neceſſaria ſupellectile inſtructas, ſtipendiumqve annuum, 600. thaleris haud minus, impetraturus, num ſcripta ſua, ante editionem, cenſuræ alicujus eſſent ſubjicienda, num publicam Academia haberet Bibliothecam, Profeſſorumqve viduæ & liberi, poſt obitum illorum, immunitatibus qvibusdam gauderent, a Richtero certior reddi voluit. Qvæ deſideria Calixtina, prudentiam inſignem, partim ſacram & literariam, partim vero œconomicam, ſapientia, ſed a Thoma tamen Crenio, Zelota rigidiori, & Calixtina omnia in partem rapiente pejorem, temere ſugillata, ac nimii commodorum privatorum reiqve familiaris ſtudii inſimulata, cum Noribergenſibus haud admodum arriderent, hi per Richterum denuo, ſe diſceſſum ipſius in Academiam ſuam, cum tot involutus ſit difficultatibus, majusqve conſveto poſtuletur ſtipendium, urgere amplius nolle, ſignificarunt (40.). Novennio poſt Noribergenſes, Anno ſc. 1633., Erneſtus Pius, Dux Saxo-Gothanus, Principum ævi ſui religioſiſſimus, Theologi illi aulici dignitatem obtulit, & a Friderico Ulrico ſimul, Duce Brunſvicenſi, dimiſſionem ipſius literis amicis impetrare eſt conatus. Sed nec Noſter hanc accipere voluit, nec Princeps, qvanto is Academiæ & regionibus ſuis eſſet ornamento, probe gnarus, has illo privari permiſit: in gratiam tamen Erneſti, ſicut literæ ad hunc reſponſoriæ, Kal. Aug. exaratæ (41.), teſtantur, merita noſtri in Eccleſias Brunſvicenſes, & Athenæum Julium, fuſe deprædicantes, conceſſit, ut brevi is itinere ad Erneſtum in Thuringiam excurreret, ſuaqve de Eccleſiis & Scholis recte conſtituendis illi ſuggereret conſilia. Id qvod a Calixto, cum applauſu Erneſti, & non invitis Conſiliariis ejus Politicis & Eccleſiaſticis, Georg. Frantzkio, Cancellario, Salom. Glaſſio, Proteccleſiaſta aulico, & Joh. Gerhardo, Theologo Jenenſi eximio, eidem deliberationi ſacræ adhibitis, factum eſt qvam dexterrime (42.). Imo ipſam patriam Acad. Juliæ amori Noſter, cum a Chriſtiano IV., Daniæ Rege, cujus Proteſtationem ad Principes Brunſvicenſes, de ipſo, ad obeunda munia huic profutura, dimittendo, incaſſum factam, a ſe aſſervari Fridericus Ulricus, Filius (43.), mihi retulit, in eam revocaretur, poſthabuit. Hujus viciſſim Nutritii, Duces Brunſvicenſes ac Lüneburgenſes, Fridericus Ulricus ſcilicet & Auguſtus Gvelpherbytanæ, Fridericus item, Georgius, hujusqve Filii, Chriſt. Ludovicus ac Georg. Wilhelmus, Cellenſis Familiæ φωςῆρες, tantum Viri, qvem ornamentis ſeculi & provinciarum Gvelphicarum merito annumerabant præcipuis, in ſe & ſuos remuneraturi affectum, a primo Profeſſionis exordio ad obitum usqve, ſingulari atqve conſtanti proſecuti ſunt eum clementia, contra adverſarios & calumniatores, domeſticos pariter atqve exteros, qvorum falſæ etiam in aulis ipſorum ſæpius, ſed conatu irrito, ſpargebantur criminationes, egregie tuiti, imo in nonnullos eorum, ac Statium inprimis Buſcherum, a Georgio, uti infra dicetur, coercitum, dignis modis animadverterunt, Noſtri autem contra merita præmiis ampliſſimis, & primo ſtipendio in annos ſingulos qvinqviplicato, pro virili compenſarunt. Præ cæteris benigniſſimi in eum fuere, nihilqve, qvod ad ornandum illum facere poſſet, omiſerunt, duo Principes, in qvorum ditione vivebat, Brunſvico-Gvelpherbytani, Fridericus Ulricus (ipſius etiam, ac collegarum, Conr. Horneji atqve Pauli Mülleri, filiis gratuitam, in Monaſteriis Walckenredenſi & Ilfeldenſi, inſtitutionem ac ſuſtentationem peculiari ſponte A. 1634. pollicitus Diplomate (44.)), hujusqve ſucceſſor, Auguſtus, qvi, ſicut eruditionis gloria Principes coævos ſuperabat univerſos, ita in Eruditorum, qvalis noſter erat, principes, felix Imperatoris ὁμωνύμου æmulus, Auguſtea beneficia conferebat magnificentia, Abbatisqve illum Regio-Lotharienſis, & Conſiliarii Eccleſiaſtici, ſplendidis augebat dignitatibus.

§. XIII.

Ad Principum laudatiſſimorum exempla ſe componebant proceres provinciales atqve aulici, ſuo merita Calixtina æſtimantes pretio, qvos inter Johannes eminebat Schwartzkopfius, Aulæ Gvelphicæ Cancellarius, non affinis ſolum τοῦ Μακαρίτου, ſed & amicorum intimus atqve conjunctiſſimus (45.). Componebant ſe, & hoc pacto bona ſua ſe noſſe oſtendebant, Profeſſores Acad. Juliæ eruditiſſimi, pleriqve e diſcipulis facti collegæ, &, hos inter, qvorum familiari congreſſu præcipue ille delectabatur, Doctores, qvi obtrectatoribus gloriæ Calixtinæ invidis, Caſp. Pfafradio, Henr. Jul. Strubio & Mich. Walthero, ſucceſſerant, Theologi, Theod. Berckelmannus, Conr. Hornejus, Paulus Mullerus, Statius Fabricius, Balth. Cellarius, Gerh. Titius, Joach. Hildebrandus, Herm. item Conringius, Polyhiſtor inclytus, Chriſtoph. Schraderus, Rhetor Academicus, & alii, qvos enumerare brevitatis ſtudioſo haud licet, Juriſconſulti, Medici ac Philoſophi. Hi Noſtrum, tanqvam ordinis ſui coryphæum, & Academiæ Phœnicem, venerabantur, communem ſalutabant Præceptorem, & ſuperſtitem pariter atqve defunctum ſcriptis, non privatis ſolum qvamplurimis, ſed & nonnullis publico totius Academiæ nomine editis, & ſuo poſtea loco memorandis, contra effrænem Adverſariorum tuebantur maledicentiam. Componebant ſe ad eadem juvenes pleriqve ſtudioſi, & Diſcipuli præſertim ipſius atqve auditores, Præceptoris (ſi Barth. Nihuſium, Apoſtatam, mortalium ingratiſſimum, Chriſtoph. Ranzovium & Henr. Jul. Blumium, Hannoveranum, Eccleſiæ Pontificiæ itidem Proſelytos, paucosqve alios, excipias) longe amantiſſimi, e qvibus,

(36.) V. §. 19. dicta. (37.) V. ipſius Verantwortung auf das Chur-Sächſiſche Schreiben, §. 34., *lit. Xx. 4. a. b.*, &, ex adverſariis, Abr. Calovii *Lib. 3. Hiſt. Syncretiſticæ c. 4., p. 561., & c. 5., p. 572.*, And. Kühnii Eröfnung des Calixt. Grabes *p. 5.*, atqve Hartnaccium *l. c.* (38.) *ll. cc.* (39.) in der Verantw. *l. c.* (40.) V. de hac vocatione, Epiſtolas Calixti & Richteri mutuas, in hujus *Epiſtolarum Selectarum Syntagmate, p. 117-122.*, & Thomæ Crenii (de Calixtina iniqvius judicantis) *Partem VIII. Animadverſionum, c. 3., §. 4., p. 188.*, ac *Præfationem Voluminis ſecundi Theſauri Librorum Philol. & Hiſtor.*, Leidæ A. 1701. *in 8.* editi. Ubi tota ferme Calixti Epiſtola *p. 9-12.* repetitur. (41.) V. iſtas, uti & alias ejusdem argumenti, ad ipſum Calixtum, eodem d. 1. Aug. A. 1633. germanice ſcriptas, in Calixti Verantwortung auf das Chur-Sächſiſche Schreiben, §. 33., *lit. Xx. 2. a. b.*, *Xx. 3. a. b.* (42.) V. Joh. Friſchmuhtii, Prof. Jen., *Diſſ. ad loca S. Scripturæ, qvibus Turcarum Doctores, Muhammedem fuiſſe Prophetam, probare ſatagunt*, §. 7. (43.) *in epiſtola ad me, d. 17. Maji A. 1689 data.* (44.) V. illud in der Verantwortung auf das Chur-Sächſ. Schreiben, §. 33., *lit. Xx. 3. b. Xx. 4. a.* (45.) V. Gerh. Titii *Ep. Dedic. Landationis Funebris Calixti*, illi inſcriptæ.

qvibus, ut Herm. Conringium (46.), Reinh. Blomium, Chriſtoph. Schraderum, Gvilh. Mechovium (47.), aliosqve, ad dignitates aulicas, politicas & ſcholaſticas, evectos, taceam, qvamplurimi poſtea, vel Theologiam in Academiis magna cum laude ſunt profeſſi, vel ſupremam Sacrorum ephoriam in eccleſiis aulisqve illuſtribus adepti. Ad priorem claſſem referendi ſunt Balth. Cellarius, Gerh. Titius, Joach. Hildebrandus, Frid. Ulr. Calixtus Filius, Pet. Muſæus (Kilonium poſtea avocatus), Henr. Rixnerus, Gebh. Theod. Meierus & Andr. Frölingius, in eadem cum ipſo Academia Julia, Sam. Langius in Lipſienſi, Henr. Müllerus, Aug. Varenius, & Mich. Siricius (Gieſſenæ etiam antea Doctor), in Roſtochienſi, Joh. Andr. Qvenſtedius & Mich. Waltherus Jun. in Witebergenſi, Joh. Latermannus in Regiomontana, Seb. Niemannus in Jenenſi, Theod. Hackſpannius, Joh. Fabricius Sen., Joh. Conr. Durrius & Lucas Frid. Reinhartus, in Altorfina, Joh. Henichius & Pet. Muſæus in Rintelienſi, Laurentiusqve tandem Stigzelius & Joh. Elai Terſerus, Sveci, in Upſalienſi, ſacras docere juſſi literas. Ad poſteriorem vero, præter complures e jam memoratis, ad ſacras ex Academiis evocatos Ephorias, Joh. Bremerus, aulæ Danicæ, Juſtus Geſenius Eccleſiarum Brunſvico-Hannoveranarum, Erasmus Hannemannus & Brandanus Detrius Brunſvico-Gvelpherbytanarum, Caſp. a Lilien Brandeburgico-Baruthinarum, Chriſt. Niſanius Ravenſpurgicarum, Alardus Vaekius Schaumburgicarum, Sam. Voſſius Oſtfriſicarum, Conr. Feüerlinus Noribergenſis, Joh. Breverus Rigenſis, Andr. Henr. Bucholzius Brunſvicenſis, & Steph. Kenckelius Tunderenſium, ſupremi ævo noſtro Antiſtites. Horum pleriqve qvanta Præceptoris memoriam, ob ingentia ejus in ſe merita, veneratione ſint proſecuti, exemplis oſtendemus pauciſſimis. Gerh. Titius, Noſtri e diſcipulo Collega, in *Laudatione* ejus *Funebri* (48.), ſe, ſumptibus ad ſtudia rite tractanda neceſſariis deſtitutum, ne conatus ſui ſufflaminarentur laudabiles, ab illo, rariſſimo beneficentiæ exemplo, in domum propriam & convictum eſſe receptum, &, per ſeptem annos integros, non ſolum liberaliſſime ſuſtentatum, ſed libris qvoqve & hortatu aſſiduo cupidiſſime adjutum, & amorem proinde ejus vere paternum ſenſiſſe, publice eſt teſtatus. Chriſtoph. Schraderus, qvi defuncto itidem parentavit (49.), perpetuam hoſpitis hujus ſui benevolentiam, & gratam conſvetudinem, bonis vitæ ſuæ annumeravit præcipuis, illumqve, non ſtudia tantum ſua fideliter ordinaſſe, ſed & ſtudiorum ſubſidia, & tandem qvoqve fructus, omni ſua ope feliciter ſibi comparaſſe, Præceptorisqve, Patroni ac Parentis, erga ſe functum eſſe officio, mente profeſſus eſt gratiſſima. Non minor, qvam horum, gratitudo fuit Joh. Fabricii Senioris, Antiſtitis ex Profeſſore Altorfino Noribergenſis, qvem Calixtino nomini & doctrinæ, qvod magnam accuratioris & ſolidioris ſe illi partem debere ſciret notitiæ, apprime fuiſſe deditum, & in memoriam optimi Præceptoris, Georgii prænomine gaviſi, qvotannis, qvamdiu ille in vivis erat, amicos convivio, die Georgii, excepiſſe, Filius ὁμώνυμος, iisdem, qvibus olim Calixtus, in Academia dignitatibus functus Julia, teſtis eſt fide digniſſimus (50.). Joh. Henichium tandem, Theologum Academiæ Rintelienſis primarium, ut plures alios ſileamus, eodem in Noſtrum fuiſſe animo, verba, qvibus illum in *Inſtitutionum Theologicarum* celebravit proœmio, abunde demonſtrant ſeqventia: *Sane, ſicut hic vir cuivis veterum Doctorum comparari meretur, ita tantum abeſt, ut ex ejus diſciplina me prodiiſſe negem aut doleam, ut, hoc ipſum gloriæ mihi verti oportere, plane ſim perſvaſus. Nihil ab ipſo unqvam audivi, nihil didici, qvod non hodieqve exoſculer, nec permoveri me ulla ratione ſinam, ut illis placere ſtudeam, qvibus Calixtus noſter diſplicuit. Neqve aliter animati ſunt clariſſimi domini collegæ mei, qvo nomine non ſolum mihi, ſed & univerſæ huic Academiæ, gratulor.*

§. XIV.

Non Prorector ſolum Academiæ totius, ſed & Ordinis Theologici Præſes ſive Decanus, a Collegis Noſter ſæpiſſime eſt electus, &, in ſolennibus præterea Promotionum, qvas vocant, actibus, Procancellarii a Principibus ſuis fungi freqventer juſſus officio. Decanus, ſive Promotor, A. 1622., d. 30. Dec., Conradum Hornejum, Collegam, & A. 1636., d. 27. Apr., Erneſtum Stifferum, Lingvæ Hebrææ Profeſſorem, Theologiæ Licentiatos, ac, eodem Anno pariter atqve die, Hornejum modo laudatum, ac Paulum Müllerum, Collegas, A. 1643., Id. Mart., Juſtum Geſenium & Brandanum Detrium, Aulæ tunc Calenbergico-Hannoveranæ Theologos, A. 1650., d. 10. Dec., Balth. Cellarium & Gerh. Titium, Collegas, Erasmum Hannemannum, Eccleſiarum Ducatus Brunſvico-Gvelpherbytani Præſulem, & Henr. Mart. Eccardum, Profeſſorem Acad. Rintelienſis Theologum, ac Anno tandem 1652., d. 27. Jul., Albertum Elers, Eccleſiarum Oſtfriſicarum, & Achatium Mylium Hildeſienſium, ſupremos Antiſtites, filiumqve & collegam Fridericum Ulricum Calixtum, ejusdem Doctores, creavit (51.). Procancellarius vero, A. 1623., d. 17. Jun., Petrum Tuckermannum, aulæ Gvelphicæ Eccleſiaſten, & Mich. Waltherum, Collegam, ac A. 1653., d. 21. Jun., Joach. Hildebrandum, Profeſſorem pariter e diſcipulo Theologum, iisdem ſtudii Sacri ſummis ornavit honoribus (52.).

§. XV.

E numero amicorum, qvos, extra Academiam Juliam, eruditione illuſtres, & hactenus non laudatos, habuit, ingenti, pauciſſimi tantum, & τῶν ἄλλων ἔξοχοι, brevitatis a nobis ſtudio allegabuntur, e Theologis nempe Germaniæ Lutheranis Henricus Höpfnerus, Profeſſor Lipſienſis (53.), hujusqve Succeſſor, ſed, ob amicitiam πρόσκαιρον & ſubdolam, in odium tandem Vatinianum mutatam, paſſim a Noſtro notatus, Joh. Hülſemannus, e Reformatis Joh. Bergius, Electoris Brandeburgici Proteccleſiaſtes aulicus (54.), e Juriſconſultis Frid. Lindebrogius, Canonicus Hamburgenſis, & Georg. Richterus, Reip. Noribergenſis Conſiliarius, e Philologis Joh. Kirchmannus, Rector Athenæi Lubecenſis, & e Bataviæ tandem luminibus duumviri incomparabiles, Hugo Grotius ac Gerh. Joh. Voſſius, qvibuscum, uti & aliis pluribus, ipſi literarum interceſſit commercium. Ex his Grotius, doctrinam Calixti, & in Controverſiis ſacris moderationem, qvo par erat, æſtimans pretio, cum in Galliam A. 1636. Reginæ Svedicæ Legatus abiret, Eccleſiaſten ex optima ejus diſciplina, Jac. Lampadio, Cancellario Gvelphico, interprete, deſideravit domeſticum, & de Brandano Detrio, Hamburgenſi, hoc fine per Noſtrum ad ſe ablegato, mirifice ſibi initio eſt gratulatus (55.), licet deinde, expectationi ſuæ de Controverſiis publice non tractandis eum haud reſpondiſſe conqveſtus, dimiſerit (56.). Nec prætereundi ſunt, qvi ſeorſim commendari merentur, Joh. Chriſtianus, Baro a Boyneburg, Imperatoris ac Electoris Moguntini Conſiliarius Intimus, ſupremusqve Aulæ hujus Mareſchallus, Heros eruditiſſimus, & Eruditorum, præſertim vero Calixti, etiam poſt apoſtaſiam ad Pontificios, uti ex *Epiſtolis ad Joh. Conr. Dietericum* patet editis, longe amantiſſimus,

(46.) Conringius Calixtum Præceptorem ſuum ſalutavit *in Diſp. de Origine Formarum* Leidenſi, A. 1630. ipſi inſcripta. (47.) V. ejus *Præfat. Philoſophiæ parænetica, lit. B. 7. b.* ubi Calixtum ſuum olim Præceptorem & Hoſpitem fuiſſe teſtatur). (48.) *p. 23. 24.* (40.) *in Ep. Dedic. Orationis, in memoriam ejus habitæ.* (50.) *in Memoria Frid. Ulr. Calixti p. 6.* (51.) De Filio ab eo A. 1652., eodem, qvo & nuptias celebravit, die 27. Jul., Doctore creato, Conf. Chriſtoph. Schraderi *Progr. Funebre p. 13. 14.*, Joh. Fabricii Jun. *Memoriam Filii p. 23. 24.*, Pauli Freheri *Theatrum Eruditorum, P. I., p. 587.*, & Joh. Chriſt. Itteri *Lib. de Honoribus Academicis, c. 6., §. 31., p. 176.* (52.) De omnibus hiſce Promotionibus, qvas vocant, Theologicis Joh. Fabricii Jun. *Notæ ad Orat. de Julii, Ducis Brunſvicenſis, pietate & prudentia, in condendis Acad. Juliæ ſtatutis theologicis, Amoenitatibus Theologicis* inſertam, *p. 784-789.*, poſſunt conſuli. (53.) V. de illo die Wiederlegung Welleri, *§. 131., lit. U. 2. a.* (51.) V. Joh. Hülſemanni *Dialyſin Problem. Calixtini p. 8. & 458.*, atqve, ex iſta, Sam. Pomarii *Diſp. IV. de moderatione theologica §. 2.* Qvorum uterqve amicitiam Bergii, & *Fratris in Chriſto* titulum, huic in Epiſtola, d. 15. Jul. A. 1625. exarata, tributum, ei exprobrat. (55.) V. ejus Epiſtolas, in opere epiſtolico obvias, ad Frid. Lindebrogium, *num. 606., p. 272.*, ad Jac. Lampadium, *num. 607., p. 272.*, ad Calixtum, *n. 674., p. 274. 275.*, & ad Gvilhelmum Fratrem, *in Append., num. 382., p. 803.* (56.) Fuſius hæc, in Brand. Detrii ipſius Vita, a nobis ſunt expoſita.

ſimus, ac Matthias Overbeckius, Belga, Noſtri in itinere olim comes literario, & magnus itidem, cum divitias ſuas melius a ſe collocari non poſſe judicaret, hominum doctorum inter mercatores literatos Mæcenas. Is Stipendii annui, qvod juvenibus ſtudioſis erectioris ingenii ſublevandis benigne deſtinaverat, Ephoros & diribitores, e Profeſſoribus Academiæ Juliæ, Cornelium Martinum, &, hoc defuncto, Calixtum, conſtituit, cujus beneficio, præter alios complures, ſe iſto potitos eſſe, Chriſtoph. Schraderus, Rhetor ſcholæ ejusdem inclytus (57.), & Henr. Oldecopius, Antiſtes Hildeſienſis (58.), grata mente ſunt profeſſi.

§. XVI.

Qvibusnam ſtudiis Muſageta hic Academiæ Juliæ, in munere ſuo obeundo fideliſſimus, & laboris adeo amans, ut ne ſenex qvidem ab antelucanis vigiliis, & perpetua pertinaciqve lectione ac ſcriptione, poſſet avocari (59.), ejusqve exemplo Collegæ cæteri, ac inprimis Theologi, præcipue vacaverint, ſtudioſamqve juventutem ſedula aſſvefecerint inſtitutione, ipſemet A. 1649. Chriſtiano Ludovico, Principi ſuo, verbis expoſuit ſeqventibus (60.): *Coluit, & colit Academia Julia, præter humaniores, qvas vocant, literas, ſtudium antiqvæ, germanæ, ſolidæ, &, ut verbo dicam, Ariſtotelicæ Philoſophiæ, exploſis novitatibus & corruptelis, qvas, paulo anteqvam ipſa oriretur, magno bonæ eruditionis damno, homo Veromanduus* (Pet. Ramus) *invexerat. Coluit & colit ſtudium primævæ Antiqvitatis Eccleſiaſticæ, tenax ſinceritatis & ſimplicitatis doctrinæ, qvam de ſummis ſanctæ noſtræ religionis myſteriis propoſuerunt, Symbolisqve & Confeſſionibus ſuis declararunt, Oecumenica prima Concilia, Nicenum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum & Chalcedonenſe; nec novitates, qvas allinere nonnulli conati ſunt, unqvam admiſit: & veritatem, e ſcriptura demonſtratam, hoc etiam ipſo teſtimonio recte confirmari cenſuit. Coluit & colit ſtudium concordiæ eccleſiaſticæ, & deſiderat mitigari odia & diſſidia, qvæ inter eos, qvi de præcipuis chriſtianæ fidei fundamentis & articulis conſentiunt, invaluerunt, & non modo eccleſiam, ſed remp. qvoqve, peſſumdant. Qva fini ſvadet diſtingvi neceſſaria a non neceſſariis, nemini qvidqvam affingi, & animos diſſentientium in iis, in qvibus eſt magnum momentum, non conviciis exaſperari, ſed juxta normam charitatis, qvam ſibi mutuo Chriſtiani debent, comiter tractari, & ad agnoſcendam veritatem validis & efficacibus argumentis traduci. Coluit & colit ſtudium pietatis, ſanctimoniæ & obſervationis mandatorum Dei, tanqvam ad reapſe habendam aliqvando beatitudinem neceſſarium. - - - - Juventutem itaqve ſcholaſticam, in cujus mores, e continuis & diuturnis hiſce bellis, aliqvid labis derivatum eſſe non eſt mirum, qvanta poſſumus contentione & ſeveritate, monemus & urgemus, ut ſe pietatis, caſtimoniæ & continentiæ ſtudio muniant, ne flagitia & libidines non modo proſperitatem, qvam hiſce in terris ſperare poſſint, elidant, ſed omnem propitii Numinis favorem, & ipſam æternam ſalutem, eripiant.* Methodum, qva ſingulas Theologiæ partes vir ſummus, & veritatis pariter atqve accurationis in omnibus ſtudioſiſſimus (61.), Auditoribus, & neceſſitatis illarum gradibus diverſis, & ingeniorum diſcrimine ac delectu, diligenter obſervatis, propoſuit, *pars ſecunda Apologiæ Anti-Buſcherianæ vernaculæ* fuſius, in digreſſione lectu digniſſima, adumbravit (62.). In prælectionibus nihil proferebat a magiſtris minorum gentium acceptum, aut e putidis hominum ſemidoctorum commentatiunculis hauſtum, ſed ea, qvæ magno ſtudio & juſto tempore olim didicerat, lectione veterum & recentiorum optimæ notæ ſcriptorum confirmaverat & auxerat, ac meditationibus recte inſtitutis ipſe perfecerat, oratione non in labris, ſed in pectore, nata, inculcabat (63.). Qvin &, fine ſingulis impoſito, liberrimis auditorum, in eodem cœtu, vacabat ſciſcitationibus, &, qvicqvid nodorum horum ſagacitas vel invenire, vel nectere, poterat, lubenti animo ſcite diſſolvebat (64.). Prælectionibus, ut animi juvenum in rerum divinarum magis confirmarentur notitia, crebræ, & non minus accuratæ qvam eruditæ, de religionis capitibus ac controverſiis præcipuis, miſcebantur Diſputationes, & ſacræ ſubinde etiam ſimilis argumenti Orationes, primis præſertim muneris Profeſſorii annis adeo freqventer habitæ, ut menſem fere nullum prætermitteret, qvo non, vel de dogmate religionis aliqvo, vel de loco S. Codicis arduo, vel de veteris Eccleſiæ motu qvodam, extra prælectionum ordinem, & ſacris fere diebus, facundia priſcorum Patrum eloqventiæ feliciter æmula, graviter pariter atqve eleganter, peroraret (65.).

§. XVII.

Nec voce tantum Eccleſiæ, Academiæ & Juventuti ſtudioſæ, inſervire contentus, Scriptis etiam qvamplurimis, iisqve doctrina ſolida ac multiplici refertis, &, qvod moli ac magnitudini voluminum, cujus gloriam aliis, rhapſodorum more ſua undiqve corradentibus, lubens relinqvebat, deeſſe videbatur, mira ac ſingulari compenſantibus accuratione, juris ſingulis ferme annis factis publici, qvæ iſta tradiderat, ut firmius hærerent, & pluribus prodeſſent, curis ſecundis præclare & edolata, & locupletata, denuo inculcabat, Theologis ætatis ſuæ πολυγράφοις, ſi qvisqvam alius, merito accenſendus. Publica hæc ingenii monumenta, ſuo deinde loco fuſe enumeranda (qvibus, imo & Epiſtolis ad Principes, appendices eum crebriores adjicere eſſe ſolitum, poſt Abr. Calovium (66.), a Thoma etiam obſervatum eſt Crenio (67.)), annis muneris publici prioribus, ex academico Luciorum pleraqve prodierunt typographeo, poſtea vero in domeſtico, qvod, Principum permiſſu, A. 1628. emit, cuiqve, propriis inſtructo ſumptibus, Henningum Müllerum præfecerat Ephorum (68.), ſunt excuſa. Qvod ut inſtrueret, auditorum qvorundam, & cum iſtis conſpirantium bibliopolarum ac typographorum, lucro inhiantium ſordido, proterva eum adigebat temeritas, cum *Epitomen* illi *Theologicam*, *Concordiam Evangelicam*, aliasqve Prælectiones academicas, calamo parum accurate exceptas, nec ab autore, ita ut prælum ſubire poſſent, exaſciatas, mendisqve inſuper, & graphicis & typographicis, fœdatas plurimis, ipſo inconſulto, neſcio atqve invito, Goslariæ, Halberſtadii, Francofurti, & alibi locorum, in lucem protrudere non dubitaſſent publicam. Horum enim audacia ut refrænaretur, & propriam ſibi paravit typographiam, & publice, A. 1634., in *Digreſſione de Arte nova Nihuſii* (69.), aliisqve poſtea in ſcriptis (70.), de illis eſt conqveſtus, ac ſimul, *nihil ſe in poſterum, velut γνήσιον & ſuum, eſſe agniturum, niſi qvod, a ſemetipſo recognitum & editioni paratum, e ſuo ipſius prodiiſſet Typographeo*, proteſtatus. Junctim monumenta hæc ingenii Calixtini omnia, vere eruditis auro contra cara, recudi, ex ipſis exteris, Angli complures (71.), & hos inter Edv. Stillingfletus, nec non Steph. le Moyne, Gallus (72.), ac Sever. Lintrupius, Danus (73.), jampridem vehementer optarunt. Pollicitus etiam eſt ta-

(57.) in *Epiſt. dedic. Rhetoricorum Ariſtotelis*, & *Vindiciis Diſp. de Juſtificatione p. 5.* Conf. Melch. Schmidii *Or. fun. de Vita Schraderi p. 9. 10.* (58.) V. Joh. Hilperti ſerm. fun. vernaculum, in Oldecopii habitum exeqviis. (59.) V. Schraderi *Or. in memoriam ejus p. 13.* (60.) *in Ep. Dedic. Diſſertationis de duabus Qvæſtionibus.* Similia his invenies *in Append. ad hanc Diſſ.*, §. 28., *lit. G. 1. a. b.*, & *in Tr. de autoritate S. Scripturæ. P. II.*, § *110. 111.*, *p. 182. 183.* Conferatur Gerh. Titii *Tr. de Phraſibus Veterum Eccleſiæ Doctorum p. 36. 37.* (61.) V. Schraderi *Or. in memoriam ejus p. 13.* (62.) *p. 329-340.* (63.) V. Gerh. Titii *Laudat. funebrem p. 16.* (64.) V. Chriſtoph. Schraderi *Programmatum partem ſecundam, num. 83.*, *lit. Hh. 2. a.* (65.) V. Schraderi *Or. in ejus memoriam p. 21. 22.* (66.) *in Ep. Dedic. Iſagoges ad S. Theol. p. 5.* (67.) *in Diſſ. de Singularibus Scriptorum*, §. 50., *p. 64.* (68.) V. ipſius *Ep. Dedic.*, *libris* Auguſtini *de Doctrina Chriſtiana* præmiſſam & Caſp. Lindebergii *Diſſ. de Erroribus Typographicis, in Novis Lit. Lubec.*, *M. Jan. A. 1706.*, *p. 26. 27.* (69.) *p. 131. 134. Edit. Helmſt.*, & *p. 11. 12. Secundæ Francofurtenſis.* (70.) V. Append. der Wiederlegung Jac. Welleri. §. *12. 13.* (*lit. Z. 4. a. b.*), & Verantwortung auf das Chur-Sächſiſche Schreiben, §. 4. (*ibid. lit. Dd. 1. b. Dd. 2. a.*) Adde Frid. Ulr. Calixti *Præfat. Catalogi Scriptorum Parentis*, & Caſp. Lindebergium *l. c.* (71.) teſte Sever. Lintrupio *in Pio Deſiderio de Diſputt. Theologicis, M. Majo Novor. Literar. Lubec. A. 1701*, *p. 146.* (72.) V. Henr. Ludolphi Benthemii Præfat. des Engelländiſchen Kirchen und Schulſtaats, *lit. d. 2. b.* (73.) *loco num. 71. citato.*

lem Operum Parentis omnium, ineditorum pariter atqve typis jam ante impreſſorum, tam juvenilium (ad poſteriorum licet haud accedentium ἀκρίβειαν), qvam virilium & ſenilium, editionem, e codicibus illorum, ab Autore ipſo, de iisdem denuo recenſendis ætate ingraveſcente ſollicito, paſſim emendatis & auctis, adornandam, & in decem tomos digerendam, Frid. Ulr. Calixtus, filius ejus atqve ſucceſſor, a Ducibus ipſis Brunſvicenſibus A. 1656. defuncti, & ſcripta, conceſſo eum in finem ſpeciali typographiam inſtruendi privilegio, ab interitu vindicare (74.), & famam atqve ὀρθοδοξίαν contra importunos aſſerere, juſſus adverſarios (75.). Spes hujus ab illo facta eſt, cum in Lipſienſi librorum in nundinis Anni 1658. autumnalibus venalium, aut paulo poſt prodituorum, Indice (76.), tum in peculiari *Scriptorum Georgii Calixti, in Typographeo Calixtino edendorum, Catalogo*, cum *Præfatione* ſive *Admonitione* ſua, ut Prodromi ejus vice fungeretur, Helmſtadii eodem A. 1658. (77.) publicato, & *Conſultationi* paternæ *de Tolerantia Reformatorum*, tertium a ſe ibidem A. 1697. (78.) evulgatæ, pariter ſubjuncto. E qvo (*in Polyhiſtore* Morhofiano (79.), uti jam alibi eſt monitum (80.), perperam in Bibliothecæ Noſtri catalogum, qvi nunqvam prodiit, qvod hujus generis Catalogis in Bibliothecæ Mulenianæ Indice eſſet immiſtus, transmutato), Editionis hujus tomo Primo Scripta τῦ Μακαρίτυ Proœmialia de ſtudio theologico, religione Chriſtiana, libris ſacris & antiqvitate eccleſiaſtica, elucubrata, Secundo Dogmatico-Polemica, tum generalia, tum de plerisqve doctrinæ ſacræ capitibus Specialia, Tertio exegetica in libros S. Codicis varios, Qvarto Diallactica, ad ſtudium concordiæ & tolerantiæ ſpectantia eccleſiaſticæ, Qvinto Hiſtorica, ſacri pleraqve argumenti, Sexto Apologetica, Zelotis, qvos Adverſarios noſter habuit, Lutheranis repoſita rigidioribus, Septimo Oratoria, Octavo Conſilia theologico-literaria, Nono Philoſophica, & Decimo tandem Programmata, Carmina, aliaqve molis exiguæ ſchediasmata, deſtinata fuiſſe, perſpicimus. Verum hoc omnium Calixti operum ſyntagma, per decem jam luſtra cupide expectatum, ob bibliopolarum, ſumptus, ad editionem ejus neceſſarios, erogare nolentium, tenacitatem moroſam, a filio ſuperſtite, uti ſuis is A. 1689. mihi ſignificavit literis, vix ullam theſauri hujus ſpem relinqventibus, in lucem, qvam merebatur, proferri non potuit, nec forte, qvæ Soſiorum, optima qvæqve faſtidientium, eſt inſcitia, poſt hac aſpiciet.

§. XVIII.

Scriptis tot, tamqve variis, & inſignem adeo orbis eruditi applauſum promeritis, qvibus non ſingulas tantum (in qvarum nulla non excellebat) Theologiæ, ſed & plerasqve univerſæ ἐγκυκλοπαιδείας partes reliqvas, ſumma accuratione tradidit aut illuſtravit, elucubrandis parem Calixtum fuiſſe, nemo, cui ſolida ejus atqve varia, in omnibus hiſce, vel e lectione illorum, vel fama publica, & judiciis hominum doctorum, amice hic conſpirantibus, innotuerit eruditio, mirabitur. Sacra primum Theologiæ ſtudia, *expedite, copioſe & ſapienter*, ab illo tractata, qvod attinet, *in ſingulis fidei chriſtianæ capitibus e vero ſuo principio valide ac perſpicue deducendis, in morum, chriſtiano homine dignorum, doctrina accurate, ad ſanctarum legum normam, & ad internam conſcientiæ trutinam, expendenda tradendaqve, in divinarum ſcripturarum genuino ſenſu e fonte ipſo eruendo confirmandoqve, in antiqvæ, mediæ, recentis eccleſiæ ſententiis, decretis, ritibus, inſtitutis, turbis, turbarumq; cauſis, ac adhibitis remediis exponendis, in Controverſiis, qvas vel priſca, vel, talium, eheu! nimium feracia, noſtra ſecula excitarunt, dijudicandis, in hisqvæ ſub certo anathematis periculo credi ac propugnari oportet, ab iis, in qvibus & humanum nec exitiale eſt errare, ſecernendis, & in univerſo illo ac late patenti ſacrarum cœleſtiumqve rerum campo, prudenti conſilio, diſerta oratione, eruditiſſimis ſcriptis, oraculi inſtar reſidere, & veluti regnare, propria*, ut Schraderi verbis (81.) mentem meam exprimam, *Calixti laus erat, & vera gloria*. Methodus, qva in libros ſacros, & Veteris Teſtamenti complures, & Novi (ſi Epiſtolas Catholicas, a Conr. Hornejo, Collega conjunctiſſimo, eodem ferme pacto illuſtratas, atqve Apocalypſin, excipias) univerſos, erudita & perſpicua brevitate, nervoſe eſt commentatus, perqvam luculenta, ab ipſomet hiſce verbis eſt delineata (82.): *Id operam dedi, ut, qvid Apoſtolus ſibi velit, ſive, qvis ſenſus literalis ſit, planum faciam. Hac fini Paraphraſin plerumqve adhibeo. At, ubi Paraphraſi omnia adſecuturus mihi non videor, plura, qvæ Textui, vel illuſtrando, vel a depravationibus aſſerendo, faciant, adjicio. Ipſa vero Textus verba ita diſpono, & Characteribus diſtingvo, ut integra, ſive Expoſitioni inſerta connexaqve, ſive ſeorſim, legi poſſint. Qvi interpretandi modus, etiamſi forte nonnemini inſolens videri qveat, commodus tamen erit, ut ſpero, & Lectorem expedite, qvo deſiderat, deducet.* Qvod Noſtri inſtitutum, non doctrinam his ſuam oſtentare, ſed auditorum & lectorum inſervire ſtudentis commodis, ſi Rich. Simon (83.) attentius conſideraſſet, præcipiti illo, qvod *Lucubrationes Calixtinæ in N. T. Exegeticæ Autoris famæ non reſpondeant*, judicio in famam ejus haud fuiſſet injurius. Scriptis contra Heterodoxos, inprimis Pontificios & Reformatos, qvæ ab ipſis e Zelotarum rigidiorum grege Adverſariis paſſim allegantur & commendantur, nec raro expilantur, Elenchticis nihil, inter Lutheranos, prodiit ſolidius, nihil accuratius, nihil eruditius, majoriqve ex Antiqvitate Eccleſiaſtica ſingulas luce perfundens Controverſias, ſed & nihil moderatius, ac plura manſvetudinis Chriſtianæ exhibens documenta. Qvam ad rem plurimum ipſi adjumenti afferebat lectio Patrum veteris Eccleſiæ, qvi ſuperſunt, omnium, & plerorumqve, qvos vocant, ævi medii Scholaſticorum, ac Adverſariorum recentioris ἐξοχωτέρων, plurima atqve aſſidua, non ſtudio ſolum indefeſſo, & judicio accurato, ſed & felici adeo inſtituta ſucceſſu, ut, qvi ſacræ hujus πολυαναγνωσίας palmam ei dubiam redderet, nedum eriperet, inter tot coævos utriusqve Proteſtantium cœtus Theologos, nemo reperiretur.

§. XIX.

Accedebat vaſtiſſima & incomparabilis Hiſtoriæ univerſæ, præſertim tamen Eccleſiaſticæ (cujus in ſtudio ſine compare eum *qvaſi regnaſſe* vere Gerh. Titius (84.) judicavit), & huic famulantium Chronologiæ ac Geographiæ, cognitio, non meis, ſed Schraderi verbis, ex *Orat. Funebri* Noſtro habita (85.), in compendium, cum omnia recitare haud liceat, ſerie nonnunqvam interrupta, contractis, celebranda. *Hiſtoria* (ita ille) *ab hoc eruditionis univerſæ primum Candidato, poſtmodum Conſulto, enixiore opera fuit perveſtigata, & adeo qvidem accurate, ut in Naturali ad ipſam propemodum Medicorum peritiam accederet, in Civili Politicos & exqviſitiſſimos JCtos æqvaret, in Sacra & Eccleſiaſtica omnes noſtri ævi Theologos longo poſt ſe intervallo relinqveret. - - Vera rerum memoria, ſive illa præcipuarum gentium, a primo hujus Univerſi ortu, ad noſtram usqve ætatem, continuam ſeriem, ſive ſeorſim Judæorum, Græcorum, Romanorum, Germanorum, reſpublicas, leges, ritus, clarorum item Virorum facta ac dicta memorabilia, complecteretur, adeo omnibus veſtigiis, per Auctorum monumenta, impigro labore illi erat indagata, animadverſa, digeſta, ut, cum ordo ſtudiorum id exigeret, de omnibus illis, cum commentari, tum diſſerere, valeret. Nec proletarie, ſed ſolide prorſus atqve erudite, qvippe qvi genuinos Scriptores ipſos impigre evolverat, &, in his, non ad eventuum tantum varias viciſſitudines, ſed ad cauſas ipſas, ad prætextus, ad agendi modos, ſolertem animum attenderat. In qvibus omnibus ne, velut* in illu-

(74.) V. Frid. Ulr. Calixti *Viam ad Pacem inter Proteſtantes, P. I., p. 188. 189.* (75.) V. Ejusd. *P. II. Viæ* hujus ſive *Epicriſin, c. 1. p. 44.* (76.) *p. m. 4.* (77.) *in 4.* (78.) *in 4.* (79.) *T. I., Lib. I., c. 19., n. 70. p. 232.* (80.) *in Hypomnem. ad h. l. p. 231. Edit. noviſſ. Lubec. A. 1707.* (81.) *in Or. in memoriam Noſtr. p. 27. 28.* (82.) *in Ep. Dedic. Expoſitionis in Epiſt. ad Titum Paulinam.* (83.) *in Hiſtoria Critica Commentatorum in N. T.*, Gallice A. 1693. edita, *c. 48.* De hoc Judicio conf. etiam Joh. Clerici *T. XXIII. Biblioth. Hiſt. Univerſ., P. II., p. 460.* (84.) *in Laudat. Fun. Calixti p. 10. 11.* (85.) *p. 18. 19. 20. 21.*

in illuni nocte, paſſim offenderet, non tantum locorum per univerſum terrarum globum, & temporum ab omni ævo ſibi paraverat ſcientiam, vaſtam, excellentem, perfectam, ſed & familiarum ac perſonarum illuſtrium ortus, propagines, incrementa, occaſus, & obſervaverat ſtudioſe, &, ubi opus, ſive calamo, ſive diſerto ore, promere poterat, non priſcam tantum, ſed & mediam, & recentem ætatem, vaſto ſuo ingenio complexus. - - At in ſacra illa, cum veteris Synagogæ, tum Chriſtianæ Eccleſiæ, a primis incunabulis, ad hanc usqve ſeneſcentem & pene decrepitam ætatem, Hiſtoria qvam ex omni parte verſatus fuerit, e ſcriptis ejus exploratius eſt, qvam ut pluribus egeat confirmari. In hac ſane vel maxime eum præcellere, ipſos qvoqve hoſtes ejus illa omnium domitrix, Veritas, coegit agnoſcere.

§. XX.

Non autem ſolum ἱστορικώτατος, ſed & φιλολογικώτατος, noſter erat Theologus, triumqve Lingvarum, qvæ ab eruditis præcipuo habentur in pretio (ut Belgicam, Anglicam, Gallicam, & vulgares alias, taceam), longe peritiſſimus, *Romanæ lingvæ* (Schraderi denuo verbis (86.) de Lactantio hoc ævi noſtri redivivo utor) *qvanta cura, qvantus nitor, qvam inaffectatus, in omnibus ejus ſcriptis, comparet ornatus! Verba propria, ſelecta, non niſi parce ac verecunde tranſlata; collocatio facilis, apta, nec, tam leporis qvam ponderis cauſa, ad rationem & artem directa. Lecta eum ſemper* (qvod Gerh. Titii eſt judicium (87.), Schradero ὁμοψήφου) *beataqve ſermonis, qvem ipſæ Charites undiqve floribus conſperſiſſe videri poterunt, ita circumfluebat copia, ut ea parte par haud dubie cenſendus ſit iis, in qvibus vis Eloqventiæ ſumma fuiſſe exiſtimatur.* Nec vero puritatis & elegantiæ ſermonis latini (ob qvam Theologis, hac lingva perbene locutis, jampridem a Conr. etiam Samuele Schurtzfleiſchio (88.) & Thoma Crenio (89.), judicibus idoneis, meruit annumerari) Theologus hic, Oratoris etiam gravis, ſapientis, diſerti & copioſi, Elogio, uti Monumenta hujus generis publica teſtantur, & a Schradero (90.) fuſius eſt oſtenſum, digniſſimus, ipſe cultor tantum erat, ſed & Cenſor, atqve ab aliis, in ſeram usqve ætatem, exactor (91.). Id qvod vel e ſolis, qvæ Joh. Scharfio, Theologo Witebergenſi, repoſuit, Apologeticis, ſtylum hujus, ſæpius βαρβαρίζοντα & σολοικίζοντα, facete paſſim notantibus & emendantibus, poteſt perſpici. Cujus Hyperaſpiſtes & commenſalis, Joſva Arndius, Tyro tunc Academicus, ſed Aulæ poſtea Güſtrovienſis Eccleſiaſtes (92.), in ſcriptis nonnullis Noſtri Polemicis, qvædam minus latina ſibi qvidem deprehendiſſe itidem eſt viſus, & temeritate juvenili ipſi exprobravit, ſed talia, qvæ vel falſo in hunc cenſum referuntur, vel levicula ſunt, aut Typographi imputanda incuriæ, vel in foro deniqve Theologico, & Scholaſticis diſceptationibus, jampridem Latina civitate donata, &, ſine cujusqvam reprehenſione, ab omnibus uſurpata. Unde Criticum hunc cordati qvivis cachinnis ſunt proſecuti, Noſter autem, Scharfii eum ſui eſſe jubens Præceptorem, reſponſo ſerio dignari merito noluit (93.). Cum Latinis porro literis Græcas, a prima ſtatim ætate, Theologus hic, Poetarum, Hiſtoricorum, Philoſophorum & Patrum Lingvæ iſtius, lectioni innutritus, eademqve ſenex etiam delectatus, adeo felici, Caſelii ſui exemplo, conjunxit ſucceſſu, ut *Viri in Lingva Græca ſtupendi* elogio mactare eum Joh. Conr. Dietericus, Helleniſmi in Germania ſtator, haud dubitaverit (94.). Nec ſolutæ ſolum Eloqventiæ laude excelluit, ſed, *venam*, in carmine fundendo, *uberem admodum & felicem* naturæ nactus beneficio (95.), Poeſin etiam Lingvæ Græcæ pariter atqve Latinæ, Poetarum utriusqve Epicorum, Lyricorum, Tragicorum, Comicorum (qvorum periochas prompte recitare poterat integras), ſecutus veſtigia, pari felicitate coluit. Superſunt & Græca qvædam Poematia, qvæ adoleſcens concinnavit, ſuo haud inficianda Autori, & longe his plura Latina varii generis, præſertim Epica, qvibus, ob majeſtatem illorum, generoſæ ſuæ menti congruam, inprimis delectabatur, in ſeram usqve ætatem, prompte adeo exarata, ut, ſubinde Amicis, qvorum vena arebat, ſuccurrens, horum nomina ſuis pateretur adſcribi, tantoqve ſimul verborum cultu, & acuminum rerumqve pondere, inſignia, ut Chriſtoph. Schraderus, ſpecimina qvædam illorum recitans (96.), non *elegantia* ſolum, *concinna, gravia*, ſed *divina* etiam, *nec ſine cæleſti aliqvo mentis inſtinctu fuſa eſſe*, judicaverit.

§. XXI.

Hebrææ Lingvæ peritiam, qvam, duce Valent. Schindlero, Doctore iſtius, ac cæterarum Orientalium, in Acad. Julia inclyto, ſibi paraverat, eximiam Esdras Edzardus, Matth. Waſmuhtus & Joh. Bened. Carpzovius Junior, Viri de eadem non male meriti, ſed Adverſariis ejus, Præceptoribus ſuis, aſſentati, extenuare fruſtra allaborarunt. E qvibus primus, doluiſſe Noſtrum, qvod Lingvæ Sanctæ juſtum non impendiſſet ſtudium, nec majores in ea feciſſet progreſſus, coram mihi retulit, alter (97.) iniqvioris de ſtudii Lingvæ hujus neceſſitate judicii illum, & Hornejum Collegam, temere inſimulavit, & (98.), *ambos forſan in Patribus & Scholaſticis profundius multo, qvam S. Fonte originario, fuiſſe merſos*, conjecit, tertius vero, in *Programmate*, Anti-Calixtino peculiari, Lipſiæ edito, easdem criminationes recoxit. Satisfactum enim his jam eſt, Argumentis e Parentis *Apparatu Theologico*, ſcriptisqve aliis, depromptis, in *Programmate*, qvod Carpzoviano iſti repoſuit, Helmſtadienſi, a Frid. Ulr. Calixto, Filio, de Eruditione cenſorum viciſſim, ceu Hebræo-Rabbinica tantum, hoc, in Epiſtola ad Amicum, ferre haud verito judicium: Der ſelige Hornejus pflegte zu ſagen: Wer nichts mehr kan, als Hebräiſch, der iſt ein Hebräiſcher Narr, und wer nichts mehr kan, als Griechiſch, der iſt ein Griechiſcher Narr. Dieſem nach halte ich davor, daß ſolchen Hebräiſchen Narren nichts zu antworten ſey. Plus longe fidei, qvam malevoli illi Antagoniſtæ, duo Collegæ Noſtri merentur, & antehac Auditores, Gerh. Titius ac Chriſtoph. Schraderus, ambo ἑβραϊκώτατοι. E qvibus ille (99.) ita de τῷ μακαρίτῃ: *Hebraicæ qvoqve Lingvæ cognitioni ſe dedere cœpit, qvam deinceps ad ſenectutem usqve coluit, & ad tantam perfectionem perduxit, ut certare in ea cum doctis & claris Profeſſoribus potuerit.* Hic vero (100.) peritiam Hebraicæ Literaturæ in eo haud vulgarem verbis extollit ſeqventibus: *Ipſam, qvam merito vocamus, Veritatem Hebraicam adire, legere, intelligere, & genuino ejus ſenſui eruendo Maſoræ, Chaldaicarum Paraphraſium, Rabbinicorum Commentariorum, ſubſidia advocare, iisdemqve tempeſtive uti, præclare utiqve, & rectius, qvam multi, qui nunqvam non iſta crepant, noverat Calixtus.* Teſtis his tertii loco accedat Joh. Eberh. Busmannus, ipſius Lingvæ Hebrææ in Acad. Julia Profeſſor, minime in illa hoſpitem Noſtrum fuiſſe, publice itidem profeſſus (101.). Sed nullis hic opus teſtibus, cum luculenta rerum ipſarum, ad qvæ Filius & Schraderus etiam provocarunt, adſint teſtimonia, & Diſputatio, de qva ſupra (102.) dictum, Hemelſchenburgenſis publica, cum Auguſtino Turriano, Jeſuita, A. 1614. habita, & *Lucubrationes Noſtri in Libros V.T.*, ſatis numeroſæ, qvam egregie is ſacrum illorum idioma calluerit, ἀναντιῤῥήτως jampridem evicerint.

(86.) *ex Orat. cit. p. 14.* (87.) *in Laudat. Fun. p. 16.* (88.) *Epiſt. 316., p. 465. 466.* (89.) *P. VIII. Animadverſ., c. 3., §. 4., p. 188.* (90.) *in Or. cit. p. 21. 28.* (91.) V. Schraderi *Orat. p. 15.* (92.) *in Ep. Dedic. Qverelæ de Neutralitate ſacra*, Witeb. A. 1650. *in 4.* editæ. (93.) V. die Wiederlegung Welleri §. 122., & Prolegomena, huic ſubjuncta, der Verantwortung aufs Chur-Sächſiſche Schreiben, §. 10., *lit. T. 1. a., Z. 3 b.* (94.) *in Specillo Chreſtomathiæ Græcæ p. 42.* Conf. Schraderi *Or. Fun. p. 15.* (95.) *V. Titii Laudat. Fun. p. 8.* (96.) *in Or. cit. p. 14. 15. 17. 18.* (97.) *in Anti-Conringio Apologetico, c. 3., p. 481-487.* (98.) *ibid. p. 482.* (99.) *in Laudat. Fun. p. 10.* (100.) *in Or. cit. p. 15. 16.* (101.) *in Obſervationibus Sacris, §. 11.* (102.) §. *IX.*

§. XXII.

Philologi ſimul & Philoſophi excellentes Hominum eruditorum fuere pauciſſimi, ſed hos inter tamen & Calixtus. Is enim Logicen & Metaphyſicen, qvas a Corn. Martino, Profeſſore dexterrimo, erat edoctus, junior, voce pariter ac Scriptis, non accuratis minus qvam perſpicuis, alios viciſſim præclare docuit, & utriusqve deinceps ſubſidio, in controverſis Theologiæ capitibus exponendis atqve vindicandis, uſus, cum omnium admiratione, eſt perqvam feliciter. Scientias Mathematicas, a Duncano Liddelio hauſtas, qvam præclare calluerit, præſtantium Mathematicorum, qvæ in Bibliotheca aſſervabat, Volumina, a Poſſeſſore αὐτοχειρὶ ingenioſe paſſim illuſtrata, oſtenderunt, nec diſſimulavit Mathematicus celeberrimus, Noſtro coævus, cum ab illius colloqvio Schraderum viſeret Collegam, ſe in ipſo rerum Mathematicarum, cum vix tyrocinium conjectaret, peritiam minime vulgarem deprehendiſſe, ingenue confeſſus. Sed nec in Phyſicis minus (qvæ juvenis eo majori cura tractavit, qvod Medico primum ſtudio animum appuliſſet), Ethicis ac Politicis, præclare verſatum ſe fuiſſe, in Acroaſibus ſuis, Diſputationibus, & ſcriptis aliis, qvibus vel ſcientias iſtas propoſuit, vel ex his Theologiam dexterrime illuſtravit, ipſemet ſole meridiano demonſtravit clarius, & ex hiſce Schraderus, *Philoſophi* illi *perfecti* merito tribuens Elogium, fuſius evicit (103.).

§. XXIII.

Tantam, qva omnium, & coævorum, & poſterorum, admirationem promeruit, in nulla non ſacræ pariter atqve profanæ eruditionis parte, doctrinam ſibi parare Viro, univerſis ſtudiorum adminiculis, qvæ vel a naturæ, vel a fortunæ benignitate, expectari poſſunt, a prima ætate, abunde inſtructo, haud fuit difficile. Ab illa ingenium capax, judicium peracre, memoriam felicem, acceperat, & φιλομαθείας atqve φιλοπονίας indefeſſæ ope, cum ſano præterea firmoqve mens ſublevaretur corpore, præclare excoluerat atqve auxerat. Hujus, ſive Dei potius, beneficio dotibus iſtis ingenii invidendis, Præceptores etiam eruditi ac fideles, conſvetudo cum Viris doctis, ſelectorum librorum copia, otium his utendi liberale nulliqve mancipatum, & locuples patrimonium, inſigne plerorumqve iſtorum inſtrumentum, acceſſerant (104.). *Erat* enim, Titio teſte (105.), *Parentibus ejus res non tenuis, ſed quæ prope mediocritatem ſuperaret, eamqve ſuſtentabat & augebat cumprimis benedictio divina, qvam pietate illi non ficta provocabant, tum ſobria ipſorum & honeſta frugalitas, induſtria ac vigilantia.* Patrimonio poſtea huic dos Uxoris, qvæ *prioris* etiam *Mariti, orbi & vita citius defuncti, luculenta creverat hæreditate*, perqvam lauta, & Conjugum amborum ſedulitas ac parſimonia, præclaras adjecerant acceſſiones, majores adhuc futuras, ni Calixtus Bibliothecæ, qva gaudebat, inſigni ſtruendæ & locupletandæ *nummos nimis impendiſſet liberaliter* (106.). Cujus, filio relictæ ſucceſſori, &, hoc mortuo, publica auctione diſtractæ, tanta fuit præſtantia & celebritas, ut non ſolum, ex Helmſtadienſibus, Gerh. Titius (107.) *ſelectiſſimam & nitidiſſimam*, ac Henr. Meibomius Jun. (108.) *incomparabilem totius profanæ & ſacræ, antiqvæ recentisqve eruditionis Theſaurum*, ſed &, ex aliis Germaniæ eruditis, Joh. Georg. Dorſcheus (109.) *inſtructiſſimam*, & Chriſt. Kortholtus (110.) *locupletiſſimam*, illam ſalutaverint, Morhofius autem (Catalogum ejus prodiiſſe falſo, uti §. *XVII.* jam eſt monitum, perſvaſus) (111.) & Georg. Wendius (112.) celebrioribus hominum privatorum eandem annumerare haud ſint veriti.

§. XXIV.

Vitam noſtri qvod attinet, honeſtiſſimorum ea plena fuit exemplorum, moresqve Theologo digniſſimi, & vel rigidiſſimis ſe approbaturi cenſoribus. Pietate erat plane ſingulari, qvam infucata Vitæ ſanctimonia, diſciplina domeſtica religioſior, qvotidiana precum exercitia, perpetui de rebus divinis ſermones, crebræ de morum corruptelis ubiqve ſuccreſcentibus qverelæ, & monita de emendandis illis ſeria, toties & Auditoribus viva voce, & ſcriptorum Lectoribus calamo interprete, ab Ergodiocta hoc Praxeos Chriſtianæ & Virtutum omnium aſſiduo inculcata, latere neminem patiebantur. Omnium ferme, ad qvas alios excitabat, virtutum ipſemet illuſtre his erat exemplar, Vir inter aurei Seculi referendus reliqvias, & priſcum nunqvam non præ ſe ferens candorem, in officio fidelis & induſtrius, in ſermonibus veri amans, ob comitatem, nec jocos averſatam urbanos, & humilitatem modeſtam, faſtum omnem exoſam, converſantibus gratiſſimus, morum ſvavitate & animi moderatione præditus eximia, pacis & tranqvillitatis ſtudioſus, injuriarum, exemplo plane Heroico, tolerantiſſimus, & adeo manſvetus, ut vix unqvam ſerio viſus fuerit iraſci. Animi hujus generoſi, nihil ſpirantis abjectum, ſed & ſimul leniſſimi, vultus ipſe erat index, venuſtus, liberalis, placidus, gravis, oculos volvens intentos, & luculentum ſimul ſuggerebant indicium duo, qvibus delectabatur, Symbola, alterum ex ore Salvatoris exceptum (113.): BEATI PACIFICI; alterum e Poeta depromptum profano: VIRESCIT VULNERE VIRTUS (114.). Αὐτάρκειαν ejus inuſitatam, artes omnes qvæſtuoſas, ambitus & Prenſationes, deteſtatam, præter munera lautiora ac ſplendidiora hoc, cui primum admotus erat, contento incaſſum aliqvoties oblata, verba etiam, qvæ Ephemeridibus ſuis inſcripſerat, teſtantur ſeqventia: *Illi, qui ſolum lucrum & pecuniam ſpectant, & ſtudia tractant, ut opificia, ſtudiis ſunt indigni.* Frugalitatem illius, in cibo & potu temperantiam, aliasqve virtutes complures, una cum hactenus enumeratis, fuſius a Chriſtoph. Schradero (115.) & Gerh. Titio (116.) celebratas, cum otia hi mihi, brevitatis ſtudioſo, fecerint, taceo, & de ſola Chriſtiana caritate, fuci neſcia, & in omnes officioſa, inſigniqve in miſeros & egenos qvoslibet, præſertim vero inopes Bon. Lit. Studioſos, benignitate, poſterioris, eandem, uti ſupra (117.) jam narratum, experti, verba addo ſeqventia (118.): *Ut qvisqve optimus eſt, ita aliis qvoqve ſaluti eſſe, & de illis bene mereri, cupit. Qvod ita ſane prolixe fecit Calixtus, ut multorum, qvibus res magis lauta eſt, ſtudia in eo longiſſime vicerit. Erat domus ipſius qvædam qvaſi liberalitatis officina, perfugium ægrotorum, ac* ὀρφανογεροντοπτωχοτροφεῖον. - - *Si ſtudioſos qvosdam juvenes, ingenio & eruditione præſtantes, cum paupertate conflictantes videret, nihil honeſtius, nihil ſe dignum magis judicabat, qvam juvare tales, qvibuscunqve poſſet modis. His exorabat ſubſidia ſtudiorum apud homines fortunatiores, illis locum in ſchola aut Eccleſia, aliqvos, nec paucos, in domum ſuam recipiebat, qvos vitæ ſuæ patiebatur eſſe ſpectatores, & ad communicationem ſermonum, conſiliorum & ſententiæ, de religionibus, Rebuspublicis, literis, deniqve de omnibus vitæ officiis, admittebat.*

§. XXV.

Uxorem Noſter d. 13. Oct. A. 1619. duxit Catharinam Gertneriam, Conrado Gertnero, Urbis Helmſtadienſis Conſule, & Anna Wolteria, Conſularium & filia & ſorore, Prid. Kal. Apr. A. 1592. procreatam, Conrado Pauli, Conſuli itidem Helmſtadienſi, A. 1610., &, elapſo ab obitu hujus (A. 1617. ſine prole defuncti) biennio, ſibi nuptiis ſecundis, vere ſecundis, elocatam, ac tandem, poſt Liberos qvatuor, in Conjugio 35. annorum poſteriori, concordi, ſvavi & tranqvil-

(103.) *in Or. in memoriam ejus p. 22-26.* (104.) V. Schraderi *Progr. funebre Calixtinum p.* 12. (105.) *in Laud. fun. Calixti p. 8. 9.* (106.) V. eandem *Laudat. fun.* Titianam *p.* 28. (107.) *l. c. p.* 28. (108.) *in Progr. funebri de vita Gerb. Titii, A. 1681. edito.* (109.) *in Proœmio Apologiæ Judicii Argentinenſis de Controv. Latermanniana p.* 21. (110.) *in Progr. Kilonienſi Invitatorio ad Diſp. Inaug. Adami Tribbechovii*, A. 1672. excuſo, *p.* 6. (111.) *T. I. Polybiſt., Lib. I., c. 18., num. 70., p. 232.* (112.) *in Orat. de admirandis Joh. Ern. Gerhardi p.* 126. (113.) e Matth. V. 9. V. Thomæ Crenii *P. XI. Animadv., c. 2., p. 133.* (114.) V. M. Eliæ Geisleri *Diſſ. de Symbolis p.* 20. (115.) *in Progr. fun. p. 14. 15., & in Or. in memoriam Noſtri p. 13. 14. 28. 29.* (116.) *in Laudat. fun. p. 19-27.* (117.) §. *XIII.* (118.) *e Laudat. fun. p. 23.*

tranqvillo, in lucem editos, d. 8. Febr. A. C. 1654., ætatis autem 62., extinctam. Cujus Maritæ lectiſſimæ, omnibusqve Virtutibus, ſexum ornantibus ſeqviorem, inſtructiſſimæ, & nec forma, nec dote, caſſæ, cum pietatem, probitatem, pudicitiam, frugalitatem, ſedulam in familia gubernanda induſtriam, in Maritum fidem, in Liberos, ſollicite ac prudenter educatos, amorem, modeſtiam, in egenos beneficentiam, & in exules, militari, in bello Germanico diuturno, violentia laribus propriis orbatos, hoſpitalitatem, cum Chriſtoph. Schraderus (119.) & Gerh. Titius (120.), hanc, velut Exemplum Matronarum, in qvod omnes honeſtæ mulieres utiliter intueri poſſint, commendantes, vivis adumbraverint coloribus, ulteriori tot dotium egregiarum nos ſuperſedebimus recenſu. E qvatuor Liberis, præter Filiolam omnium natu minimam, Kal. Maji A. 1631. in lucem editam, ſed menſe proximo cœlo redditam, Parentum obitum ſuo, non ſine ſummo utriusqve dolore, Filius antevertit primogenitus, Johannes Ericus, A. 1620., Poſtrid. Id. Sextil., natus, ac nondum ſeptennis, IV. Kal. Maj. A. 1627., Catarrhi, ejusqve comitum, Tuſſis ac Aſthmatis, extinctus violentia. Cujus pueruli, ob vultum ingenuum, raram indolem, mores amabiles & integerrimos, inſignem animi modeſtiam & probitatem, promptitudinem in obſeqviis filialibus, incredibilem ſolidæ eruditionis amorem atqve diligentiam, aliasqve ſupra ætatulam illam dotes ac virtutes, non parentibus ſolum unice chari, ſed cognatorum etiam, amicorum, familiarium, & omnium, qvotqvot ipſum norant, amoris & delicii, præmaturum exceſſum qvam acerbe Pater tulerit, Digreſſio, qva memoriam defuncti eodem A. 1627. fuſe atqve eleganter celebravit, & ſolatia ſimul ſuo ipſemet ſuggeſſit luctui, *Libri de Immortalitate Animæ & Reſurrectione Carnis* aurei inſerta Epilogo (121.), abunde teſtatur. Absqve ſtupore ſane & συμπαθείᾳ ſeria, nec a me lecta eſſe fateor, nec ab aliis legi poſſe opinor, qvæ illic de ingenio illius narrantur præcoci, & admirandis plane in Literarum artiumqve non uno genere profectibus. *Latinam Lingvam* (ita Parens de illo), *non minus qvam vernaculam, una cum lacte hauſerat materno, neqve citius cœpit balbutire, qvam Latine loqvi. Jamqve, qvæ ipſum attinebant, & perfecte intelligebat, & ſatis commode loqvebatur, æqve promptus Latino ſermone, qvo ad me & Præceptores ſemper uſus eſt, ac Germanico, qvo alias ad Matrem & familiam utebatur. Qvum pluribus ego ingenium puerile obrui nollem, ipſe ſponte ſua animadverſos ſibi in Codicibus Græcos & Hebræos characteres, ut cognoſceret, adlaborabat. Præterea, qvæ ad pietatem faciunt, dicta videlicet Scripturæ, religioſas preces & Pſalmos Davidis a Buchanano translatos, ſententioſos pleroſqve Verſus, cum Horatii, tum Virgilii, & aliorum etiam, memoria tenebat, &, ſi poſceres, expedite recitabat.* Qvæ deinde, de probe ab eo in ætatula iſta jam perceptis Geographiæ, Geometriæ & Sphæricæ, rudimentis, manuqve ipſius, in pingendis Figuris Mathematicis, & Locis Orbis terrarum præcipuis in Tabulis Geographicis, circuliſqve cœleſtibus, ac motu Solis & Lunæ, in Sphæra, oſtendendis, expeditiſſima, ſubjunguntur, prætereo. Huic tali, tantæqve ſpei, Filio cum Parens mœſtiſſimus valedicens (122.), *lætari ſe, qvod, qvem aliqvando ſtudiorum ſuorum ſocium & æmulum habere ſperaſſet, nunc pro ſe, ſuisqve ſtudiis, deprecatorem, ſui qvippe, Matris & Fratris, tenerrime olim amatorum, memorem, ac pro iisdem preces fuſurum efficaciſſimas, eſſet nactus,* ſcripſiſſet, non defuerunt inter Zelotas importuniores nonnulli, qvi Invocationis defunctorum, ii deſideria illi noſtra ſcire poſſent, pro licita habitæ & approbatæ falſo eum arguerent, a Filio altero, Friderico Ulrico, in *Diſſ. de Cultu Sanctorum, eorundemqve Imaginum & reliqviarum, in Idololatriam degenerante*, & Præfatione atqve Epilogo Apologetico, iteratæ *Diſputationis de Statu animarum ſeparatarum* paternæ Editioni A. 1688. adjectis, calumniæ convicti & refutati.

§. XXVI.

Superſtites utriqve Parenti ſoli fuere duo filii juniores, e qvibus natu minor, Joh. Ericus II., memoriæ Fratris primogeniti renovandæ ergo hoc donatus nomine, Bibliothecæ inſignis, qva Academia patria Helmſtadienſis gaudet, publicæ, circa A. 1667., fuit Præfectus, ſed haud multo poſt vivis, ni fallor, exceſſit. Natu hoc major, Fridericus Ulricus Calixtus, A. 1622., d. 8. Mart., in lucem editus, & Lingvam Latinam in prima jam pueritia, ſolo ferme uſu, eadem, qva primogenitus, ratione, a Parente & Præceptoribus edoctus, Medico, cui initio vacaverat, ſtudio cum Theologico mature commutato, in hujus Profeſſione, Anno jam 1650., Parenti ſuperſtiti (a qvo Decano Doctoris etiam, biennio poſt, reportavit titulum) Collega eſt adjunctus, eaqve, cum denato, in Abbatis etiam Regio Lotharienſis, Conſiliarii Eccleſiaſtici Gvelphici, & Ordinis ſui, atqve totius Academiæ, Senioris, ſucceſſiſſet dignitatibus, per integrum functus ſemiſeculum, ſeptem Liberis, ſed brevis ævi, e Conjuge ſuſceptis, die tandem 13. Jan. A. 1701., octuagenarius fere Senex, deceſſit (123.). Vindex is, qvoad vixit, ſicut a Ducibus Brunſvicenſibus erat juſſus (124.), famæ & doctrinæ Parentis, contra Adverſarios, ſtylo ſubinde, ob illorum importunitatem, ex lege talionis, juſto acriori caſtigatos, & ſcriptorum ſimul ejusdem poſthumorum Editor, fuit indefeſſus pariter atqve dexterrimus, ſed haud æqve felix familiæ Calixtinæ propagator. E ſeptem enim, qvos ex Anna Margareta Duvia, Uxore, Henrici, Conſulis Helmſtadienſis, filia, ſuſtulerat, Liberis, qvinis nempe ſexus nobilioris, & duobus ſeqvioris, ſolus ſuperſtes ipſi fuit Calixtus Calixtus, Canonicus Ædis Nicolaitanæ Magdeburgenſis & Brunſvicenſis Blaſianæ illiteratus, M. Aprili A. 1705., Matri etiam fatali, relicto filiolo infirmæ admodum valetudinis, ſurculo ſtirpis Calixtinæ unico, vivis itidem exemtus (125.).

§. XXVII.

Tot mortibus Liberorum & Nepotum Calixti memoratis, de ipſius etiam obitu qvædam ſunt adjicienda. Cum, toto fere vitæ tempore, valetudo illi corporis firma fuiſſet, vix ſemel atqve iterum levi morborum inſultu tentata, A. 1654., ab obitu Conjugis dulciſſimæ, & Animus Senis optimi moerore frangi, & vires corporis, febriculis præſertim erraticis, ſed ſatis acutis, Anni ſeqventis æſtate, per intervalla in eas impetum facientibus, & cibi atqve potus appetitum pene tollentibus, in dies ſingulos, cum nec vini hauſtu crebriore, nec Medicamentis, ab utrisqve ſemper hactenus alienior, reficere iſtas vellet, labefactari cœperunt & attenuari. Non deſtitit tamen etſi langvidus, ſtudiis incumbere, ac de divinis rebus commentari, cumqve Libris, more conſveto, dies integros non poſſet impendere, ſed in lectulum ſubinde ſe recipere cogeretur, jacturam temporis, lectioni atqve ſcriptioni ſubtracti, qverelis deplorabat ſæpius iteratis. Hyeme proxima, frigoris, corpori debilitato infeſti, metuens injurias, domi fere ſe continuit, ſed die tamen 27. Jan., ædem ſacram, licet ab alio ducendus, ultima vice adiit, & Epuli Euchariſtici, in publico Eccleſiæ cœtu, fieri voluit participes. Ex eo tempore, recurrente febri, cibi appetitu plane proſtrato, & corpore fatiſcente, lecto totos dies affixus, ſumma ſe patientia, inter ſermones pietatis plenos, cum Joh. Schwartzkopfio, Cancellario Gvelphico, ſuoqve Affini (cujus Colloqvio, vehementer deſiderato, per triduum frui ipſi licuit), & Collegis, Presbyteris, Domeſticis atqve Amicis

(119.) in Programmate, qvo Exeqvias Matronæ hujus indixit, Biographico, *Parte I. Programmatum Helmſtadienſium ſelectiorum*, A. 1667. junctim editorum, *num. 41. (lit. L. 1. 2. 3.)*, obvio, & in Programmate altero, ipſius Calixti, Mariti ejus, conſecrato memoriæ (*ibid. n. 43., lit. N 1. a. b., ac p. m. 13. 14*). (120.) *in Laudat. fun. Calixti p. 15. 28.* (121.) *Cap. XI. ſive ult., §. 19-28., p. 152-164. Edit. Helmſt. A. 1627. in 4. excuſæ.* (122.) *l. c. p. 164.* (123.) Plura de Filio hoc *Programma funebre*, Helmſtadii A. 1701. publicatum, & ſucceſſoris, D. Joh. Fabricii Jun., *Oratio in memoriam ejus Parentalis*, eodem Anno illic *in 4.* excuſa, ac poſtea, in Heur. Pippingii *Sacro Decadum Septenario* (*Dec. VII., n. 4., p. 881-901.*), Lipſiæ A. 1705. recuſa, ſuggerent. Conf. Buddæi T. I. Lex. Hiſt. p. 493. (124.) V. qvæ §. XVII. de hoc mandato jam ſunt monita. (125.) V. *Nova Literaria Germanica, M. Oct. A. 1705., p. 392.*

micis aliis, ſubinde accedentibus, habitos, Numinis permiſit arbitrio, & ad beatam e Vita migrationem præparavit. Lectione tamen Librorum nondum abſtinuit, de Pulpito in lecto erigendo, cui innitens ſcribere etiam interdum poſſet, paucis ante mortem diebus ſollicitus (126.). Die fatalem antegreſſo ad veſperam vergente, cum Balth. Cellarius & Gerh. Titius, Collegæ, ei adeſſent, Latino ſermone verba Paulina (127.) proferebat ſeqventia: *Tempus reſolutionis meæ inſtat.* Cumqve Cellarius proxima, *Bonum certamen certavi*, &c., exorſus eſſet, ipſe mox reliqva, *Curſum conſummavi, fidem conſervavi*, ad finem usqve, ſubjiciebat, ſeqve omnibus ſuis Hoſtibus & Calumniatoribus ex animo ignoſcere, Deumqve ut illis itidem condonet, ac ſibi quoqve, ſi, ob infirmitatem humanam, alicubi non ſemper acu rem tetigerit, rogare, eſt profeſſus. Mentione poſtea Chriſti Servatoris injecta, *Ego*, ajebat, *cupio mori ſub capite Chriſto, & in fide vere Catholicæ Eccleſiæ, & amore omnium, qvi Deum Patrem, Filium & Spiritum Sanctum, ſincere colunt & diligunt. Non condemnabo errantem in Qvæſtionibus non neceſſariis, & mihi qvoqve Deum veniam daturum confido, ſi in talibus, ut fieri potuit, aberraverim. Ego non agnoſco alium ſalutis meæ Autorem atqve caput, qvam Deum Patrem, Filium & Spiritum Sanctum, in cujus nomine ſum baptizatus. Ego non agnoſco aliud meritum, qvam meritum unigeniti Filii Dei, Domini & Servatoris noſtri, JEſu Chriſti.* Noctem ſeqventem ſatis commodam habuit, & ſomno leni oppreſſus, absqve ullo corporis dolore, tranſegit. Illuceſcente die fatali, decimo nono Martii Anni Æræ Chriſtianæ 1656., vini hauſtum, præter morem, ſemel ac iterum popoſcit, iſtoqve præbito, per horas aliqvot, clauſis oculis, dormienti ſimilis jacuit. Acceſſerant interim denuo, præter Filium utrumqve & famulum, Cellarius & Titius, Collegæ, Jac. Tappius, Medicinæ Profeſſor, M. Pet. Cannemannus, Diaconus Eccleſiæ Senior, & Chriſtoph. Schraderus, Rhetor Academicus. Qvibus, lecto moribundi adſtantibus, cum Filius natu major, Fridericus Ulricus, Caroli Ludovici, Electoris Palatini, reconciliandi circa religionem diſſidentes, Lutheranos præſertim & Reformatos, ſtudium, tunc magnopere celebratum, commemorare cœpiſſet, Noſter, ſubito expergefactus, ſermone iſto audito, Germanica hæc protulit: Ich bin meines Lebens zwar ſatt und müde, verlange aufgelöſet zu werden, und bey Chriſto, meinem Heilande und Erlöſer, zu ſeyn. Solte ich aber zu Beforderung Seiner Churfürſtl. Durchlauchtigkeit heilſamen intention etwas zu contribuiren vermögen, wolte ich mir noch wol etwas zu leben wünſchen. Qvibus cum Cellarius regereret: Herr Gevatter, man ſagt, die Calviniſten geben es gut vor, meinen es aber anders alß ſie reden; Illico reſpondit: Thun ſie das, ſo haben ſie ſolches vor dem geſtrengen Gerichte GOttes, an jenem groſſen und letzten Tage der Welt, da aller Hertzen Gedancken werden offenbahr werden, zu verantworten. Immittelſt können wir ihnen nicht weiter einſehen, alß ihnen die Zähne gewachſen ſind, müſſen gleichwol aber ihnen glauben, zum wenigſten alß civiliter bonis (aufrichtigen und ehrlichen Leuten). Ultima hæc verba (128.) cum protuliſſet, ſenſibus utens adhuc integris, & plura locuturi vox non amplius exaudiri poſſet, Verbi autem divini, qvi aderant, Miniſtri Oracula ei Scripturæ præſtantiora, breveſqve preculas, acclamarent, inter has, & adſtantium lacrymas, ad ſiniſtram converſus, cum dormire putaretur, placide, citra ullam inter vitam mortemqve luctam, faciei deformationem, aut lineamentorum ejus mutationem, nemine præſentium id obſervante, ſeptuagenarius, intra decimam & undecimam horas antemeridianas, expiravit (129.).

§. XXVIII.

Ecce tibi, Lector, Hiſtoriam exceſſus ex hac vita placidiſſimi & beatiſſimi Theologi Acad. Juliæ, per annos 42., incomparabilis, & Lutheranorum ſuæ ætatis cordatiorum Principis, ſui ad extremum usqve halitum ſimillimi, pii nempe, lenis, ſedati, pacifici, Deoqve & Eccleſiæ devoti. Qvæ cum e Scriptis Filii & Amicorum, qvi morienti adfuerunt, Gerh. Titii nempe, Chriſtoph. Schraderi ac Balth. Cellarii, Virorum non bonorum minus qvam Eruditorum, Parentalibus ſit deprompta, & ipſis plerumqve illorum verbis expoſita, plus fidei apud cordatos omnes haud dubie inveniet, qvam mendaces de obitu ejusdem fabellæ, vel a Pontificiis, vel ab aliis, ut ἐπιχαιρεκακίαν ſuam proderent, mortuoqve Leoni lepores inſultarent, ſparſæ Adverſariis. Præcipuus hos inter fuit Jeſuita Anonymus, qvi, edita A. 1656. Relatione Vernacula (ſub tit.: Gewiſſe Relation, wie D. Georg. Calixtus im Todtbette ſich verhalten, und in welcher Confeſſion er verſchieden ſey), poſt ſententias ipſius de Qvæſtionibus aliqvot ſacris, minus neceſſariis, a Zelotis Lutheranis impugnatas rigidioribus, obiter enumeratas, & diſſenſum hunc plus juſto exaggeratum, τὸν Μακαρίτην, ab Eccleſia Lutherana defeciſſe, & moribundum doctrinæ Romano-Catholicæ adhæſiſſe, qvod, *ſub capite ſe Chriſto, & in fide vero Catholicæ Eccleſiæ, mori velle*, profeſſus eſſet (130.), incautioribus inepte perſvadere eſt conatus. Lucifugæ hujus (qvem non alium qvam Jodocum Keddium, Vitilitigatorem inter Lojolitas Vindobonenſes famoſum, Anno ſeqventi 1657. itidem defunctum, fuiſſe, & Scheda ipſa haud obſcure prodit, & Frid. Ulr. Calixtus (131.) jam monuit) nugas abunde diſcuſſit, & Noſtrum ab Eccleſia Lutherana, cum Controverſiæ inter eum, ac Theologos alios, enatæ, fidei haud ſpectent fundamenta, ſed minoris ſuit momenti, vere haud diſſenſiſſe, iſtiusqve religioni eſſe immortuum, dextre oſtendit Gerh. Titii, Collegæ, *Amandatio Relationis Jeſuiticæ*, itidem vernacula, ſub hac A. 1657. (132.) publicata Inſcriptione: Abfertigung einer Papiſtiſchen verleumbderſchen Schrift, ſo intituliret wird, gewiſſe Relation, welcher geſtalt D. G. C. im Todtbette ſich verhalten, und in welcher Confeſſion er verſchieden ſey. Repoſuit qvidem huic, velut tertius interveniens, Andr. Kühnius, Th. D. & Superintendens tunc Hertzbergenſis, poſtea vero Antiſtes Dantiſcanus, Hülſemanni haud dubie, & reliqvorum Zelotarum Saxonicorum, inſtinctu, eodem A. 1657., ſcriptum Elenchticum, Witebergæ ſub ſcoptico hoc in lucem protruſum titulo: Eröfnung des übertünchten Calixtiniſchen Grabes, oder Beylage zur Helmſtädtiſchen Abfertigung der Relation, in welcher Religion D. G. C. geſtorben ſey (134.). Verum, cum Autor hic, Calixtum haud γνησίως fuiſſe Lutheranum, ſed multis in capitibus ab Eccleſia Auguſtanæ Confeſſioni addicta diverſa ſenſiſſe, & in religione Syncretiſtarum, qvos vocat, Indifferentiſtarum & Neutraliſtarum, Atheiſmo proxima, tandem obiiſſe, oſtenſurus, nil, præter calumnias ἀθεολόγως, & veteres Hülſemanni, Welleri ac Calovii, Præceptorum ſuorum, criminationes, animo hoſtili maligne confictas, & in Apologeticis τοῦ μακαρίτου jampridem exploſas, attulerit, merito Titius & Helmſtadienſes indignum eum reſponſo judicarunt. Imo ipſe tandem futilitatem illarum agnovit, ſacræqve Helmſtadienſium doctrinæ, cum Dantiſcum migraſſet, *Proſelytus, & totus Calixtinus, eſt factus*, uti Literæ Frid. Ulr. Calixti, paulo ante laudatæ, A. 1689. me edocuerunt.

§. XXIX.

Exeqvias noſtri, d. 10. Apr. A. 1656. celebratas, reliqvi Duces Brunſvico-Lüneburgici miſſis Legatis, Rudolphus Auguſtus autem, Auguſti, Principis Brunſvico-Gvelpherbytani eruditiſſimi, Neſtorisqve Germanici, Filius patriſſans natu

(126.) V. Balth. Cellarii *Sermonem in exeqviis ejus Germanicum, lit. H. 4.*, & ex eo Georg. Henr. Götzii Krancken-Bibliotheck *p. 6.* (127.) e 2 *Timoth. IV. 6. 7. 8.* (128.) Conſignata hæc ſunt a Frid. Ulr. Calixto, Filio, tum in Epiſtola ad me, d. 17. Maji A. 1689. exarata, tum in *Mutuæ Chriſtianorum tolerantiæ preſſiori Declaratione* (*Conſultationi* Parentis *de Tolerantia Reformatorum*, A. 1697. denuo editæ, præfixa) §. 3. (129.) teſte, præter alios, Filio *in Epiſt. citata.* (130.) *V. §. præced. XXVII.* (131.) *in Epiſt. Dedic.*, novæ Editioni *Apparatus Theologici*, Parentis ſui præfixa. (132.) Helmſtadii *in 4.* (133.) *in 4.* (134.) Conferri de tribus his de obitu Noſtri ſcriptis poſſunt Relationes in eum iniqviores Adverſariorum ipſius, Abr. Calovii, *Lib. III. Hiſtoriæ Syncretiſticæ c. 5. p. 595.*, & Thomæ Crenii *P. V. Animadverſ., c. 2., §. 10., p. 89. 90.*

natu major, ſua ipſius cohoneſtavit præſentia (135.). A filio ſucceſſore, Friderico Ulrico, Helmſtadii ſtatua illi erecta eſt marmorea, cui verba hæc Chriſti ſervatoris, apprime in eum quadrantia, inſculpta leguntur: *Beati Pacifici, quoniam Filii Dei vocabuntur* (136.). In Æde D. Stephani ibidem Monumentum ejus ſupereſt Epitaphium, epigraphen hanc (in J. C. Böhmeri *Inſcriptt. Helmſt. p. 2.* exhibitam) oculis lectorum ingerens: *Theologus encomiis omnibus major, GEORGIUS CALIXTUS, Abbas regiæ Lutteræ, Acad. Juliæ Profeſſor primarius, reſurrectionem hic expectat. Obiit A. MDCLVI., Martii die XIX., ætatis LXX.* Sed nec Academia Julia, ejusque Profeſſores, Amici item atque Auditores alii, gratitudinis, ejus in ſe meritis debitæ, fuere immemores, Monumentis qvippe defuncto cultum ſuum teſtati variis generis Parentalibus, chartaceis qvidem, ſed ſtatua illa longe perennioribus futuris, e qvibus, Schraderianis inprimis & Titianis, & Friderici Ulrici filii Literis de Parentis vita, ſcriptis & certaminibus, ad me prolixis atqve amiciſſimis, d. 17. Maji A. 1689. exaratis, ac ſubinde jam allegatis, multas Elogii hujus Calixtini, verbis etiam Autorum ſæpius retentis, narrationes eſſe depromptas, lubens fateor. Notitiam iſtorum hic index ſuggeret, & fontes ſimul, e qvibus plura de vita ac laudibus Noſtri peti poſſint, indicabit:

1. CHRISTOPH. SCHRADERI, Acad. Juliæ Rhetoris, *Programma* de vita Calixti, publico Prorectoris (D. Valent. Henr. Vogleri, Prof. Medici) & Senatus ejusdem nomine, conſcriptum, & in exeqviis propoſitum. Seorſim illud initio Helmſtadii A. 1656. *in 4.* prodiit, deinde vero, inter *Programmata* illius *ſelectiora*, ibidem A. 1667. *in 4.* edita, *P. I., num. 43. (lit. L. 4. b-N. 3. b.)*, nec non in GEBH. THEOD. MEIERI, Prof. Theologi Helmſtadienſis, *Monumentis Profeſſorum Theologiæ Juliis*, itidem Helmſtadii A. 1683. *in 4.* excuſis, *num. 15., p. 32-45.*, ac HENN. WITTENII, Prof. Rigenſis, *Centuriæ Memoriæ Theologorum Renovatæ*, ac Francofurti A. 1685. *in 8.* impreſſæ, *Decade IX.* (ſcriptorum etiam adjiciente catalogum), *p. 1132-1150.*, eſt recuſum.
2. EJUSDEM *Oratio memoriæ Viri & Theologi ſummi, Georg. Calixti, in Acad. Julia, d. 24. Sept. A. 1656., habita*, & edita Helmſtadii A. 1658. *in 4.*
3. EJUSDEM *Programma* memoriæ Catharinæ Gertneriæ, uxoris Calixti, Anno jam 1654. conſecratum, & A. 1667., inter *Programmata ſelectiora*, P. I., *num. 41. (lit. L. 1. 2. 3.)*, recuſum.
4. GERH. TITII, Th. D. & Prof. Helmſtad., *Laudatio Funebris, memoriæ ſummi & incomparabilis Viri, Georg. Calixti, d. 13. Apr. A. 1656., publice dicta*, &, cum adjecta *Elegia* Sam. Rachelii, Prof. Helmſt. & Kilon., funebri, excuſa Helmſtadii A. 1656. *in 4.*
5. EJUSDEM Abfertigung der Papiſtiſchen Relation vom Tode D. Georg. Calixti (de qva §. *preced.* jam dictum), edita Helmſtadii A. 1657. in 4.
6. BALTH. CELLARII, Theol. Doct. & Profeſſoris, Paſtoris item & Superintend. Helmſtadienſis, Unverdiente Seligkeit, oder Himliſche Gnadenbelohnung, die der Sohn GOttes den Friedfertigen, und denen, die umb ſeinet und der Gerechtigkeit willen, Läſterungen und Verfolgung leiden, verheiſſet, in einer Leichpredigt über D. Georg. Calixtum, auß Matth. V. 9. 10. 11. 12., vorgeſtellet. Helmſt. 1656. *in 4.*
7. FRID. ULR. CALIXTI, Filii, *Catalogus Scriptorum Parentis ſui, Georg. Calixti, junctim in Typographeo Calixtino edendorum*, Helmſtadii A. 1658. *in 4.* excuſus, &, ſub finem *Conſultationis* paternæ *de Tolerantia Reformatorum*, A. 1697. *in 4.* recuſus, de qvo §. XVII. plura jam in medium ſunt allata.
8. EPICEDIA *in beatam D. Georg. Calixti ἀνάλυσιν* (elegantia pleraqve & lectu digniſſima), junctim Helmſtadii A. 1658. in 4. recuſa. Exhibet hæc ſylloge α. HELMSTADIENSIA Gerh. Titii & Joach. Hildebrandi, Theologici, Georg. Werneri & Henr. Binnii, Juridici, Herm. Conringii, Medici, & Andr. Frölingii, Philoſophici Ordinis, Profeſſorum; β. NORIBERGENSIA Joh. Mich. Dilherri, Dan. Wülferi, Joh. Fabricii ſen., Mart. Beerii, M. Joh. Chriſtoph. Arnſchwangeri, M. Pauli Weberi, Chriſtoph. Arnoldi, M. Joh. Car. Stephani, M. Balth. Seüfferti, & M. Frid. Ferberi, Eccleſiæ Antiſtitum & Miniſtrorum, Johannisqve Heldii, Gymnaſii Rectoris; γ. ALTORFINA Lucæ Frid. Reinharti & Joh. Conr. Durrii, Theologiæ, Nicol. Rittershuſii & Ern. Cregelii, Juris, ac Joh. Pauli Felwingeri, Philoſophiæ, Profeſſorum; δ. BRUNSVICENSIA D. Brandani Detrii, Superintendentis, Andr. Henr. Bucholzii, hujus Coadjutoris, Joh. Dörrii D., & M. Henningi Stedingii, Paſtoris Petrini; ε. SINGULA Ottonis Ottonis a Manderoda, Conſiliarii Brunſvico-Hannoverani, Reinh. Blomii, Conſil. Oſtfriſici, Joh. Alb. Portneri, Reip. Ratisbonenſis Conſiliarii, Matthiæ Johanſen, Secretarii Holſatici, Sam. Voſſii & Andr. Curtii.
9. ACADEMIÆ JULIÆ totius Scripta pro eo Apologetica, duo ſcil. *Programmata*, Cœleſtino Mislentæ, Zelotæ Regiomontano turbulento, A. 1649. oppoſita, *Pietas Academiæ Juliæ adverſus Ægidii Strauchii, & aliorum, calumnias aſſerta*, qvæ (autore Herm. Conringio) Helmſtadii A. 1668. *in 4.* prodiit, hujusqve Verſio, ſeu Paraphraſis potius liberior atqve uberior Germanica, ſub tit. der Fürſtl. Julius-Univerſität Schutz-Rede, a Chriſtoph. Schradero ἀνωνύμως illic, eodem A. 1668., publicata, de qvibus paulo poſt fuſius diſſeretur.
10. JOH. MUSÆI, Theologi Acad. Jenenſis primarii, *Laudatio funebris in obitum Georg. Calixti*, Helmſtadii A. 1666. *in 4.* impreſſa, qvam, mihi non viſam, nec a qvoqvam, præter Ant. Teiſſerium (*Parte II. Catalogi Catalogorum*, erroribus hujusmodi ſcatentis, *p. 164.*), memoratam, chimæricam eſſe, & nunqvam prodiiſſe, arbitror.

§. XXX.

Addi his poſſunt & alii, qvi Vitæ Noſtri hiſtoriam (a JAC. CLAUDERO etiam, Superintend. in Misnia Delitiano, & JOH. FRID. HEKELIO, Athenæi Schwartzburgici Conrectore, opera de Theologis Lutheranis biographica, nunqvam publicata, molitis, in iſtorum Prodromis ac Indicibus, fruſtra promiſſam) ſcriptis aliis inſeruerunt, vel prolixiorem, vel breviorem.

Prolixiorem exhibuerunt:

1. 2. GEBH. THEOD. MEIERUS & HENN. WITTENIUS, *Programma funebre* Schraderianum, verbotenus repetitum, ſecuti, locis §. *præced.* jam allegatis.

3. PAULUS FREHERUS, Medicus Noriberg. (e Schraderi *Programmate*, & Balth. Cellarii *Sermone funebri Germanico*, ſua mutuatus), *in Theatro eruditorum, p. 586. 587. 588.*

Breviorem autem:

1. HENN. WITTENIUS *T. I. Diarii Biograph. Seculi XVII., ad A. 1656., lit. Hhh. 4. b.*
2. ADR. BAILLETUS *in Tr. Gallico des Satyres Perſonelles, T. I., p. 218. 219.*

(135.) V. Titii *Laudat. fun. Calixti p. 29.*, & Chriſtoph. Schraderi *Ep. dedic.* ad Rud. Aug., Ducem Brunſvic., *Orationi in obitum Conr. Hornejii* A. 1656. præfixam... (136.) V. Joh. Andr. Schmidii Carmen, editioni *Conſultationis de tolerantia Reformatorum* noviſſimæ Helmſtadienſi, A. 1697. excuſæ, præfixum.

3. JOH. CLERICUS *in Dictionario magno Hiſtorico* Ludov. Morerii Gallico, in Editionibus ſexta (Ultraj. A. 1691. *in fol.* excuſa), ſeptima & octava, a ſe aucto, Articulo peculiari, iſtis demum, non ſine laude noſtri adjecto, qvem, in nona Pariſienſi Anni 1699., a Vaulterio qvodam curata & reviſa, judicio de *τῶ μακαρίτῃ* iniqviori interpolatum eſſe, in cenſura ſua editionis hujus Pariſienſis (*Jac. Bernhardi Novellis Reip. Lit. Gallicis, M. Febr, A. 1700., Art. VII., inſerta*), *p. 219.*, merito indignatur.

4. JOH. FRANC. BUDDÆUS *Tomo I. Lexici Hiſtorici Germanici p. 492. 493.*

5. ERDMANNUS UHSEUS in den Leben der Kirchen-Lehrer des XVI. und XVII. Seculi, *p. 530-534.*

Conferantur etiam, qvi judicia eruditorum de illo collegerunt honorifica, CHRIST. WILH. EYBENIUS in *Eponymologio* Tob. Magiri *Critico*, a ſe aucto, *p. 164-167.*; & JOH. FABRICIUS Jun., Prof. Theol. Helmſtadienſis, *in Memoria Frid. Ulr. Calixti*, filii ejus (Helmſtadii A. 1701. *in 4.* edita), *p. 6-9.*, ac P. IV. Hiſt. Biblioth. Fabric. *p. 47-51.*, nec non, qvi alia de ejus vita, ſcriptis & certaminibus, annotarunt, JOH. CHRIST., Baro a BOYNEBURG, *in Epiſtolis ad Joh. Conr. Dietericum, Ep. 20., p. 84. 85. 86., Ep. 22. p. 99-102., Ep. 23., p. 105., Ep. 25. p. 110. 111., Ep. 26. p. 113. 114. 122. 123., Ep. 33. p. 184. 190. 191., & Ep. 95. p. 318.*, AUTOR *Compendii Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Gothani, Lib. II., p. 813. 833. 834. 846.*, GVILH. CROWÆUS *in Elencho Interpretum S. Scripturæ p. 146.*, CASP. SAGITTARIUS *in Introd. ad Hiſt. Eccl., c. 15., §. 6., p. 331. 332.*, JOH. MICRÆLIUS *Lib. 3. Syntagm. Hiſt. Eccl. p. 472. 473.* JOH. CHRISTOPH. BECMANNUS *in Catal. Biblioth. Francof. p. 88. 89.*, MART. LIPENIUS *in Biblioth. Reali Theol., P. I., p. 191. 192. 193., & P. II. p. 22.*, M. ANDR. AMDERUS, Scholæ Tunderenſis Rector, in Epicedio in obitum ejus vernaculo, *Part II.* der Tunderiſchen Unſterbligkeit (*ed. Slesvigæ A. 1675. in 4.*), *p. 46. 47. 48.*, inſerto, GOTFR. ARNOLDUS *T. II.* der Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie, *L. 17., c. 4., p. 460.*; *& c. 11., p. 531-537.*, CASP. CALVÖRIUS *in Fiſſuris Sionis*, Lipſiæ A. 1700. editis, *Lib. 17., c. 5., p. 613-620.*, &, ex Adverſariis, JOH. WOLFG. JAGERUS, *in Hiſt. Eccl. Sec. XVII., T. I., Decenn. V., L. 5., c. 1. & 2., p. 689. 690. 700-704., & L. 6., c. 2., p. 725.*, DAN. HARTNACCIUS *in Continuatione Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Joh. Micrælii p. 977.*, ANDR. CAROLUS *in Memorabilibus Eccleſiaſticis Sec. XVII., A. 1697. publicatis, T. I., Lib. I. p. 265., Lib. II. p. 356. 357. 458., Lib. III. p. 517. 518. 593. 613. 614., Lib. V. p. 954. 955. 995. 996. 1064. 106 . 1069. 1075. 1076. 1089-1092. 1097. 1111. 1180. 1181., T. II., Lib. VI., p. 37. 154.*, & THOM. CRENIUS *in Animadverſionibus Philol. & Hiſtor., P. V., c. 2., p. 86-90., c. 3. p. 251., P. VII., c. 2., p. 161. 162., P. VIII., c. 3., p. 187. 188., P. X., c. 2., p. 171. 172., P. XIII., c. 2., p. 198-201., P. XVI. c. 3., p. 251. 252. 254. 340., P. XVII., c. 1., p. 48-59., in Diſſ. de Singularibus Scriptorum, §. 50., p. 64., & in Præfat. Voluminis Secundi Theſauri Librorum Philol. & Hiſtor., p. 9-12.*, alii item Autores innumeri, vel hactenus paſſim citati, vel deinceps allegandi, vel (*cui enim non dictus hic Hylas?*) ignoti nobis aut omiſſi, tot inprimis noſtri Antagoniſtæ ac Hyperaſpiſtæ, qvorum Index paulo poſt a nobis prolixus exhibebitur.

§. XXXI.

Epiſtolæ etiam, tam ipſius, qvam Amicorum, mutuæ, in claſſem hanc ſcriptorum, Vitæ ejus illuſtrantium Hiſtoriam, eſſent referendæ, ſi Collectiones illarum vel jam prodiiſſent, vel adhuc poſſent ſperari. Verum, cum temporis Noſter religioſus admodum fuerit æſtimator, & diſpenſator minime prodigus, iſtamqve ob cauſam, & raro atqve difficulter ad ſcribendas iſtas ſe applicuerit, & ſcriptarum (uti ipſemet, *in Reformatione Welleri vernacula*, paſſim indicavit) nulla ſibi ſervare fuerit ſolitus apographa, votis Eruditorum de illarum publicatione ſatisfieri haud poſſe, Friderici Ulrici, filii, idem vitium a Patre in ſe derivatum eſſe faſſi, literæ jam olim me edocuerunt. Extant tamen nonnullæ, ſparſim vel in ipſius, vel in aliorum, monumentis publicatæ literariis, e qvibus, qvæ a noſtro ſunt exaratæ, in ſcriptorum ipſius reliqvorum infra recenſebuntur catalogo, qvæ vero a Principibus, ac viris eruditis, ad ipſum transmiſſæ ſuperſunt, nobisqve innotuerunt, ſeqventi exhibentur indice.

Superſunt ergo epiſtolæ ad Calixtum:

Germanica una FRID. WILHELMI, Electoris Brandeburgici, de actis in colloqvio Thorunienſi, Regiomonti d. 13. Oct. A. 1645. ſcripta, in ipſius Verantwortung auf das Chur-Sächſiſche Schreiben, hujusqve editione iterata auctiori, der Wiederlegung Jac. Welleri adjecta, §. *XXVII., lit. Tt. 1. a. b.*

Binæ Germanicæ Friderici, Auguſti & Chriſtiani Ludovici, trium Ducum Brunſvicenſium, qvibus apologeticæ reſponſionis ad criminationes Theologorum Saxonicorum ſcriptio, d. 4. Sept. & 20. Nov. A. 1648., ipſi & Conr. Hornejo, collegæ, eſt injuncta, in Appendice der Wiederlegung Jac. Welleri, §. *3. 4., lit. Y. 2. b. Y. 3. a. b.*

Duæ Germanicæ Friderici Vlrici, Ducis Brunſvico-Gvelpherbytani, Brunſvici exaratæ, qvibus d. 28. Jul. A. 1627. Abbatia illi Regio-Lotharienſis eſt promiſſa, & Kal. Aug. A. 1633. iter in Aulam Gothanam permiſſum, in der Wiederlegung Welleri, §. *136., lit. X. 1. b. X. 2. a.*, & in der Verantwortung, §. *33., lit. Xx. 2. b. Xx. 3. a. b.*

Una Germanica Auguſti, Ducis Brunſvico-Gvelpherbytani, de Itinere ipſius ad Colloqvium Thorunienſe, Gvelpherbyti d. 6. Jul. A. 1645. ſcripta, in der Verantwortung, §. *27., lit. Nn. 3. a. b.*

Una Germanica Georgii Wilhelmi, Ducis Brunſvicenſis, Hannoveræ d. 6. Oct. A. 1649. data, qva, ut Electoris Saxonici & Jac. Welleri adverſus ſe Literis reſponderet, eſt mandatum, in Appendice der Wiederlegung, §. *6., lit. Y. 4. b.*

Una Germanica Auguſti, Chriſtiani Ludovici & Georgii Wilhelmi, Ducum Brunſvicenſium, de tentata a ſe Controverſiæ, ipſi a Saxonicis motæ, compoſitione, d. 29. Apr. A. 1650. Helmſtadium miſſa, in eadem Appendice, §. *8., lit. Z. 1. b. Z. 2. a. b.*

Duæ Erneſti, Haſſiæ Landgravii, qvarum prior, de ſua ad Pontificios apoſtaſia, Coloniæ A. 1652. *in 4.* Latine prodiit, poſterior vero d. 10. Jul. A. 1653., de Innocentii X., Pontificis, Bulla, qvam vocant, Anti-Janſeniana, Germanice eſt ſcripta, & a Val. Ern. Löſchero, in den Unſchüldigen Nachrichten von Theol. Sachen, *Sect. VI. A. 1708., p. 329.*, publicata.

Latina unica Chriſtophori, Comitis a Ranzou, qva ſui ad Eccleſiam Catholicam acceſſus rationes expoſuit, Romæ A. 1651. in 8., & ſæpius poſtea alibi, cum Calixtina, cui reſpondet, edita, de qva plura deinceps dicentur.

Duæ Latinæ Conſulum civitatum Thorunienſis & Elbingenſis, qvibus, ut operam Eccleſiis ſuis in Colloqvio præſtaret Thorunienſi, d. 26. Aug. A. 1645. eſt invitatus, &, ob præſtitam, d. 23. Nov., actæ illi gratiæ, in der Verantwortung aufs Chur-Sächſ. Schreiben, §. *27., lit. Oo. 2. a. b., Uu. 1. b. Uu. 2. a.*

Una Latina Coetus Reformati in Colloqvio Thorunienſi Directorum & Theologorum, qva, ut in eodem ſibi etiam, contra Pontificios, operam navaret, d. 30. Aug. A. 1645., eſt rogatus, ibidem, §. *27., lit. Oo. 3. a. b.*

Duæ Latinæ Hugonis Grotii, d. 18. Oct. A. 1636. & 4. Oct. A. 1637. ſcriptæ, in *Epiſtolarum* Grotii editione Amſtelodamenſi, A. 1680. *in fol.* excuſa, *num. 674., p. 274. 275., & n. 840., p. 369.*

Qvinqve Latinæ Gerh. Joh. Voſſii, A. 1633., 1638., 1642., 1644. & 1647., Amſtelodami exaratæ, in editione Voſſianarum, a Paulo Colomeſio Londini A. 1690. *in fol.* publicata, *num. 190., p. 211. 212., n. 341., p. 324. 325., n. 451., p. 400., n. 500., p. 433., & n. 537., p. 452. 453.*

Una Latina Henr. Höpſneri, Theologi Lipſienſis, d. 17. Maji A. 1641., occaſione certaminis cum Buſchero, de neceſſitate Bonorum Operum ad ſalutem non docenda, Lipſiæ ſcripta, & a Joh. Hülſemanno A. 1650., *in Dialyſi Problem. Calixtini, p. 93. & ſeqq.*, cum Noſtri reſponſoriis, edita, de qva plura infra §. XLVI. monebuntur.

Una Latina Joh. Hülſemanni, Theologi Lipſienſis, d. 5. Mart. A. 1647. data, & a Calixto ipſo, in der Verantwortung, §. 27., *lit. Pp. 2. a.*, juris facta publici.

Qvinqve Zach. Prüeſchenkii, Conſil. int. Saxonici, de certamine cum Saxonicis Theologis Electoralibus, editæ in Burch. Gotth. Struvii *Faſciculo V. Actorum Literariorum*, Jenæ A. 1707. *in 8.* excuſo, *p. 17-21. 29. 30-34. 49-53.* Scriptæ ſunt A. 1649. 1650. & 1651.

Duæ Latinæ Georg. Richteri, Noribergenſis Reip. Conſiliarii, qvibus A. 1624. ad Theologiæ in Acad. Altorfina Profeſſionem fruſtra eſt invitatus, cum Calixti reſponſoria, inter *Epiſtolas ſelectiores* Richterianas, Norib. A. 1662. *in 4.* excuſas, *p. 117-122.*, obviæ.

Una Herm. Conringii, collegæ, qva illi & Conr. Hornejo, Præceptoribus ſuis, *Diſput. de Origine Formarum*, Lugd. Bat. A. 1630. a ſe habitam, inſcripſit, huic præfixa, & in Conringianarum Syntagmate, A. 1666. *in 4.* Helmſtadii edito, *num. 2., p. 2. 3.*, recuſa.

Aliqvot Jonæ Schlichtingii, Antiſtitis Sociniani Racovienſis, ἀνέκδοτοι, A. 1645. ſcriptæ, & a Chriſtoph. Sandio, *in Biblioth. Anti-Trinitar. p. 128.*, memoratæ.

Una Mart. Ruari, Scholæ Racovienſis Rectoris Sociniani, Gedano A. 1645. miſſa, qva argumentum pro Deitate Chriſti, e conſenſu Martyrum & Eccleſiæ antiqvæ a Noſtro derivatum, elevat, in *Centuria Epiſtolarum* Ruari *Prima*, Amſtelod. A. 1677. *in 8.* edita, *num. 68.*

Una Jerem. Felbingeri, Sileſii, Scholæ Coslinenſis Rectoris, itidem Sociniani, Coslini d. 8. Jun. A. 1653. exarata, & *Demonſtrationibus* ejusdem *Chriſtianis, pro uno Deo*, A. 1653. *in 4.* publicatis, adjuncta, de qva Sandius *l. c. p. 157.* conſulendus.

§. XXXII.

Vitæ jam Noſtri Hiſtoria abſoluta, de Sacris illius Certaminibus, & tot Controverſiis, per varios motis Adverſarios, qvarum hactenus obiter tantum, & velut in tranſcurſu, paſſim facta eſt mentio, paulo accuratius, ſed breviſſime tamen, qvæ memoratu præ cæteris digna videbuntur, enarrabimus. Licet enim mitiſſimus, & pacis, præſertim Eccleſiaſticæ, ſi qvisqvam, præ omnibus aliis ævi ſui Theologis, ſtudioſiſſimus fuerit Calixtus, nulli tamen, fato qvodam ſingulari, per omnem fere vitam, ab utraqve partium, qvibus pacem ſvadebat, nec ab adverſariis ſolum externis, ſed ſuis etiam, qvorum doctrinam ſolide adeo ac feliciter defendebat, Lutheranis, imo ipſis etiam ſubinde Collegis, bella ſacra, vel plura, vel vehementiora aut diuturniora, ſunt illata, ut vere, ſi phraſi hic biblica licet uti (137.), in σημεῖον is poſitus a Deo videretur ἀντιλεγόμενον. Merito ſane Chriſtoph. Schraderus (138.) *immanes injurias, optimo huic totius Eccleſiæ Chriſtianæ Doctori, Iliacos intra muros extraqve, illatas*, ægre tulit, Gerh. autem Titius (139.), illi, ab utraqve diſſidentium, qvos in gratiam reducere conabatur, parte male mulctato, idem, qvod medias domuum contignationes inhabitantibus, qvi ab inferioribus fumo divexantur, & a ſuperioribus aqva perfunduntur, accidiſſe, judicavit. Merito etiam ipſe Calixtus, *præpoſtere adeo ſecum agi, cum a nonnullis tam effuſe, ac tantum non in cœlum, laudibus tolleretur, ab aliis vero pene ad tartara immanibus proſterneretur convitiis, eſt demiratus* (140.), & de *accolarum Rheni ſuperioris & inferioris* (Theologorum ſcilicet Lutheranorum Argentinenſium, & Pontificiorum Colonienſium ac Moguntinorum), *in ſe calumniis denigrando, conſpiratione* publice conqveſtus (141.).

§. XXXIII.

Odii Adverſariorum, adeo diſcordium, adverſus noſtrum Syncretismo conſpirantis ſubdolo, cauſas qvod attinet, Pontificios, &, hos inter, Jeſuitas, cæteris in eum iniqviores, ſcriptis, qvibus errores ipſorum dexteritate incomparabili detecti ſunt & confutati, accuratiſſimis irritatos, & vindictæ ſtudio in furorem actos eſſe, nemo eſt, qvi dubitet. Zelotas Lutheranos rigidiores, ut Noſtro obſtreperent & adverſarentur, præter invidiam, comitem gloriæ, qvalem ſuperſtes ille conſecutus jam erat, illuſtris aſſiduam, illa etiam, qvæ laudem in viris ſummis merentur præcipuam, in deteriorem interpretari partem, & criminum inſtar exprobare, aſſvetam, aliæ etiam cauſæ impulerunt, eæqve diverſæ. Collegas, qvi primi adorti illum ſunt, Helmſtadienſes, hisqve adjungendum Statium Buſcherum, Parochum Hannoveranum, Sectæ in Philoſophicis Ramææ addictos, nec a Danielis Hofmanni, Præceptoris ſui, de duplici veritate, & diſſidio Philoſophiæ a Theologia irreconciliabili, ſententia, a Principibus Brunſvicenſibus, Acad. Juliæ Patronis, damnata, alienos, ob amorem Philoſophiæ accuratioris Ariſtotelicæ, & peritiam ejus inſignem, a Joh. Caſelio, Corn. Martino, Oveno Günthero & Duncano Liddelio, Præceptoribus eximiis, & Rami pariter atqve Hofmanni adverſariis, hauſtam, ipſi fuiſſe infenſos, §. *X.* jam eſt monitum. Qvibus, Principum autoritate facile coercitis, ſucceſſere, Saxonici Electorales Theologi, iisqve ὁμόθυμοι Germani & Boruſſi qvidam, ſoli fere innutriti Theologiæ Polemicæ, & nil niſi bella, arma minasqve, ſpirantes, imo φιλεχθρεύοντες etiam, & ἐφορίαν qvandam in reliqvos Eccleſiæ Lutheranæ Antiſtites ſibi jampridem, fruſtra licet, vindicare conati, ob ſpretam hanc autoritatem ſuam, Librum Concordiæ, Saxoniæ ſuperioris Eccleſiarum Symbolicum, una cum defenſa in eo carnis Chriſti, qvam vocant, Ubiqvitate ſive omnipræſentia, rejectum, & nova cathedræ Lutheri Witebergenſis oracula ſusqve deqve habita, Theologos Academiæ Helmſtadienſis, ab ipſa jam illius fundatione, Vatiniano proſeqvebantur odio. Cujus impulſu cum crebra jam ante certamina, ſcriptis etiam & Colloqviis ventilata publicis, Witebergenſes ſuis in Acad. Julia moviſſent Anteceſſoribus (Jac. Andreæ ſcil. & Polyc. Lyſerus Tilem. Heshuſio, idem Lyſerus, Æg. Hunnius & Georg. Mylius, Danieli Hofmanno, Frid. Balduinus Henrico Boethio, Balth. Meisnerus Cornelio Martino), facile Calixtus, qvi eodem cum his erat animo, qvid ab illorum ſibi Succeſſoribus, autoritatem inter Lutheranos dictatoriam longe majori affectantibus audacia, eſſet expectandum, prævidere potuit (142.). Tantum enim abeſt, ut a Libro Concordiæ, & dogmate præſertim πανταχουσίας, in illo propoſito, abhorrere ſe diſſimulaverit, ut utrumqve potius, in ſcriptis ſuis publice improbarit, ſibiqve, qvod in Cherſoneſo Cimbrica & Ducatu Brunſvicenſi, ejusqve Academia Julia (cæteris hanc etiam ob cauſam prælata), neutrum admittentibus, partim patriam, partim ſedem virilis ætatis perpetuam, inveniſſet, ſummopere gratulatus (143.), Eccleſias Cimbricas & Brunſvicenſes hoc nomine cæteris Chriſtianis omnibus, etiam Lutheranis, iſtum *ſatis craſſum* (qvem vocat) *errorem tuentibus & obtrudentibus*, puriores judicaverit & melius comparatas (144.), imo, munus ſe publicum Helmſtadienſe, ſi *Ubiqvitas* illa approbanda neceſſario eſſet, fuiſſe detrectaturum, ſit profeſſus (145.). Unde etiam contemtum hunc Libri Concordiæ, inter ſuos Symbolici, complures ex Adverſariis, Jac. ſcilicet

 Wellerus

(137.) Luc. II. 34. (138.) *in Progr. fun. p. 15.* (139.) *in Laudat. funebri Calixti p. 22., & in Præfat. Tractatus de Phraſibus & Locutionibus veterum Eccleſiæ Doctorum p. 35.* (140.) teſte Chr. Schradero, *in Ep. dedic. Orationis, in memoriam ejus habitæ, p. 8.* (141.) *in Tr. de Autoritate S. Scripturæ, P. II., §. 110, p. 182.* (142.) V. Calixti ipſius Wiederlegung Welleri, *§. 1. 2.* (143.) V. Digreſſionem prolixam der Wiederlegung Welleri, *§. 123-130., lit. T. 1. a-U. 1. b.* (144.) V. *Epiſt. ad Chriſtoph. Ranzovium*, A. 1650. ſcriptam, *p. m. 2.*, & *Reſp. ad Ern., L. Haſſiæ, p. 11.* (145.) in der Verantwortung auf das Chur-Sächſ. Schreiben, *§. 1., lit. Cc. 4. a. b.*

Wellerus (146.), Joh. Hülſemannus (147.), Joh. Georg. Dorſcheus (148.), Sam. Pomarius (149.), & alii, acerbe illi, ſed immerito (cum in aliis etiam, præter Brunſvicenſes & Cimbricas, Eccleſiis Lutheranis nulla is gaudeat autoritate ſymbolica), exprobrarunt, & vindicare eundem adverſus Calixtinas objectiones ſunt conati.

§. XXXIV.

His accedebat, qvod noſter, antiqvioris qvinqve priorum ſeculorum eccleſiæ admirator, ejus conſenſum Theologiæ Principium agnoſceret ſecundarium, & Theologorum recentiorum autoritati ac ſententiis, a qvibus Adverſarii, nimio Præceptores atqve Anteceſſores ſuos cultu proſeqventes, diſcedere nefas putabant, in nullius horum verba jurandum ſibi ratus, plerumqve præferret. Qvo animo cum eſſet, in Qvæſtionibus etiam & Controverſiis ſacris minoris momenti compluribus, ad fundamentum fidei haud ſpectantibus, diverſam, non qvidem a Luthero & Lutheranis omnibus (plurimis enim horum, etiam Witebergenſium, locis, ſibi ὁμοψήφοις, ſua, καὶ ἄνθρωπον, in ſcriptis confirmavit apologeticis), ſed dictatoribus ſtudii ſacri in Saxonia ſuperiori neotericis, ſententiam amplecti non dubitabat, deciſiones horum, ſive ſeorſim, ſive junctim, & publico nomine, promulgatas, ſumma cum illorum indignatione, parum moratus (150.). Sicut autem ipſe aliorum de Problematis talibus decreta ſibi non paſſus eſt obtrudi, ita nec ſuas ſententias vel auditoribus (qvos juramento Helmſtadii a Theologis, ad ea, qvæ docebantur, occultanda, aſtringi, putidum fuit mendacium, J. G. Dorſchei, ad Laur. Stigzelii, Sveci, falſo provocantis narrationem, familiari ad Conr. Hornejum A. 1647. inſperſum epiſtolæ (151.)), vel collegis, vel amicis, multo minus adverſariis, obtruſit, aut in verba ſua qvenqvam adigere eſt conatus. Ita ſuas de Qvæſtionibus iſtiusmodi minus neceſſariis opiniones propoſuit, ut liberam cuiqve relinqveret diſſentiendi facultatem, imo, ſine hac libertate, qvam non ſibi ſolum ſumſit, ſed aliis etiam lubens indulſit, Eccleſiam ſalvam eſſe non poſſe, ſæpius eſt profeſſus (152.). *Non defuerunt ſane*, uti ſcriptum ipſius Academiæ Juliæ publicum teſtatur (153.), Helmſtadii, *illo adhuc vivo ac ſuperſtite, qvi non ſemel publice in alias iverunt ſententias, etſi cætera virum, ceu par erat, venerarentur, animoqve æqviſſimo a ſene hoc eruditiſſimo ſunt tolerati.* Vel ſolius Conradi Horneji, Collegæ præ omnibus aliis Noſtro conjunctiſſimi, abunde hoc evinci poterit exemplo. Licet enim is, & phraſin de Bonorum Operum ad ſalutem neceſſitate, qva, ſenſum qvamvis admittente commodum, propter abuſum Pontificiorum, & ſcandalum domeſticum, abſtinendum Noſter putabat, non ſecure ſolum adhiberet, ſed & ſcriptis defenderet publicis, & A. 1646., *parte Diſputationum Theologicarum ſecunda* (154.), filiationi, qvam vocant, divinæ Chriſti hominis Naturali, a Calixto collega, adoptivam præferente, peculiari, triennio ante, rejectæ & fuſe ſatis confutatæ Programmate, denuo patrocinaretur, eodem tamen ab illo, qvo antehac, ad obitum usqve, habitus eſt in pretio, nec ullum mutui amoris ſenſit decrementum (155.).

§. XXXV.

Ultimum, inter odii Zelotarum Lutheranorum in Calixtum implacabilis cauſas, locum occupet, cui primus debebatur, deſiderium & ſtudium Concordiæ inter Eccleſias Chriſtianas, Orientalem & Occidentalem, hujusqve tres coetus majores, Pontificium, Lutheranum & Reformatum, hactenus diſſidentes, ſed eadem tamen Symbola, Apoſtolicum ſcilicet, & reliqva a Conciliis profecta Oecumenicis, amplectentes, inſtaurandæ, aut tolerantiæ ſaltem mutuæ inter eosdem ſtabiliendæ, perpetuum atqve ardentiſſimum. Hoc enim Diſputatoribus iſtis, ſoli ferme Theologiæ aſſertis polemicæ, & cæteras ſtudii ſacri partes, etſi magis neceſſarias, illi plerumqve poſthabentibus, concordia autem reſtituta, vel tolerantia communi firmata conſenſu, neminem, cum qvo litigarent, cuiqve centies jam olim, vel millies, inculcata denuo oggererent, habituris, non potuiſſe non eſſe moleſtiſſimum, & ad iram animos adeo bellaces provocare, omnes facile intelligunt. *Amore* ſcilicet (Schraderi hic verbis (156.) utor), *Chriſti ſpiritu accenſo, erga univerſam per totum orbem ſparſam Eccleſiam* Noſter *flagrabat, non tantum pro ejus conſervatione & incremento vota precesqve qvotidie fundens, ſed & cumprimis pro pace illius, & omnium fidelium unione, tam enixe, tam omni animo ac cogitatione, ſollicitus, ut ea cauſa vigilias, ſtudia, labores maximos, exantlaverit, livoris, invidiæ, calumniæ, virulenta tela plurima exceperit, qvinimo vita ac ſangvine ſuo, ſi qva fieri poſſet, pacem Chriſtianis conciliare fuerit paratus. Huic Chriſtianæ charitatis neceſſario ſtudio, qvoad valuit, inſudavit, huic, corporis viribus defectus, ad extremum usqve ſpiritum* (157.), *ingemuit.* Sed præſtat ipſius de ſacro hoc Concordiæ Eccleſiaſticæ deſiderio mentem (e Diatriba ejusdem tituli Academica, *Judicio de Controverſiis Lutheranorum cum Reformatis, Diſcurſu de Religione & Eccleſia Chriſtiana* vernaculo, & ſcriptis adverſus Nihuſium, Buſcherum, Moguntinos & Saxonicos, Apologeticis, accuratius cognoſcendam) verbis τοῦ μακαρίτου exponere propriis, iisqve ἐμφατικωτάτοις, qvæ d. 14. Dec. A. 1649., Natali ſuo LXIV. (non LXVI., per Typographi, in Editione iterata, *Welleri* adjecta *Refutationi*, ſubſtituto incuriam), *Sanctæ, Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ Symbolorum ac Confeſſionum* inſeruit *Epilogo* (158.): *Fateor & profiteor, me eos, qvi, baptizati in nomen Patris, Filii & Spiritus Sancti, fidem, hactenus, ſive contractius, ſive prolixius, expoſitam, ſincera mente recipiunt & amplectuntur, & interea, abnegata impietate & mundanis cupiditatibus, temperanter, juſte & pie, vivunt in præſente ſeculo, expectantes beatam ſpem, & illuſtrem illum adventum gloriæ magni Dei ac Servatoris noſtri, JEſu Chriſti, &, etiamſi ex erroribus aliqvibus ſeſe extricare nondum poſſint, nullos tamen contra conſcientiam ſuam adſerunt aut defendunt; hos, inqvam, fateor me, impulſum caritate, qva Chriſtum proſeqvor & proſeqvi teneor, hanc ipſam ob cauſam, qvod eum verum Deum, verumqve hominem, & Redemptorem ſuum, mecum agnoſcunt, &, una cum Patre & Sancto Spiritu, venerantur & adorant, ſeqve per ejus meritum & mortem ſervari credunt; hos, inqvam, omnes, qvocunqve tandem τῆς οἰκουμένης loco vel angulo, ſive prope ſive procul, fuerint, fateor ego & profiteor, me cæleſtis Patris & Eccleſiæ Catholicæ filios agnoſcere, & offero iis amorem, benevolentiam, ſtudia & officia, qvæ Chriſtiani Chriſtianis, & filii unius ejusdemqve Patris ſibi mutuo, debent, reapſe demonſtraturus affectum, qvandocunqve ſe obtulerit opportunitas, operam qvoqve, qvantam unqvam poſſim, daturus, ut eis errores, præſertim ſi periculoſi ſint, & diſſidia alant vel ſtabiliant, eximantur, & inter ſe animi Fidelium Chriſti, remotis obſtaculis, germana dilectione & fida communione uniantur. Cum hoc animo, hoc deſiderio, hoc ſtudio, coram Chriſto, Domino & Deo meo, venturo cum gloria, vivosqve & mortuos judicaturo, comparebo. Cum diverſo, vel contrario, adſit, meamqve iſtam προθυμίαν, affectum & conatum, impietatis, Atheiſmi, Syncretiſmi & Samaritaniſmi, accuſet, cuicunqve viſum fuerit.*

§. XXXVI.

(146) in der andern Probe Calixtiniſcher Verantwortung, ed. Dresdæ A. 1652. *in* 4. (147.) im Calixtiniſchen Gewiſſenswurm, *toto Cap. III.* (148.) *in Theologo i. atrone p.* 113., *& in Notis ad illum p.* 269-280. (149) *in Notis*, dem Ehrengedächtniſſe des Concordien-Buchs A. 1680. adjectis, *p.* 92-95. (150.) V. die Verantwortung aufs Chur-Sächs. Schreiben, *§.* 14., *lit.* Gg. 3. *u. b.*, & *Append.* ejusdem, *lit.* Yy. 1. *b.*-Yy. 3. *a.* (151.) V. Calixti Antwort auf Joh. Hülſemanni Meiſterliches Muſter, *§.* 103., *lit.* Sss. 2. & 3. (152.) *V. Acad. Juliæ Pietatem contra Æg. Strauchium aſſertam p.* 14. 15. 16., & loca illic adducta e Calixti *Deſid. Concord. Eccl.*, *§.* 26., *ac Diſſ. de duabus Qvæſtionibus §.* 17. & 20. (153.) V. *Pietatem* eandem *Acad. Juliæ p.* 15. 16. (154.) *Diſp. I. Sect. III.*, *n.* 40. (155.) V. Frid. Ulr. Calixti *Tr. de Hæreſi, Schiſmate, & poenis Hæreticorum.* A. 1690. editum, *P. II.*, *§.* 88. 89. 90., *p.* 228. 229. 230. (156.) ex *Orat. in memoriam Calixti p.* 29. 30. Conf. Titii *Laudat. Funebrem p.* 18. 21. 22. (157.) Relegantur Voces moribundi ultimæ, *§.* XXVII. recitatæ. (158.) Eadem, aut his ſimilia, invenies, in *Præfat.* eorundem *Symbolorum*, in *Ep. Dedic. Dialogi* Georg. Caſſandri *de Communione ſub utraqve ſpecie p.* 8. 9., *in Reſponſo contra Moguntinos, P. I.*, *p.* 139., *in Epicriſi ad Acta Colloqvii Thorunienſis*, *§.* 18., & in der Verantwortung auf das Chur-Sächſiſche Schreiben, §. 27., *lit.* Ll. 4. *b.* Mm. 1. *a.*

§. XXXVI.

Moderationem hanc animumqve Calixti pacificum ſummis celebrarunt laudibus, & fortunæ ſimul ejus, a Lutheranis idcirco ſuis male multati, ingemuerunt adverſæ, præter Hug. Grotium & Gerh. Joh. Voſſium, Duumviros incomparabiles, plurimi Eccleſiæ Reformatæ Doctores, &, hos inter, Joh. & Conr. Bergii, Lud. Crocius, Joh. Dallæus, Joh. Wirtzius, Herm. Hildebrandus, Joh. Henr. Hottingerus, Sam. Mareſius, Sam. Dieſtius, Joh. Hornbeckius, Georg. Hornius & Bened. Pictetus, qvorum verba infra, in Elogiorum eius ſylloge, una cum ſimilibus Sim. Epiſcopii & Joh. Clerici, Remonſtrantium, occurrent, judiciis. E qvibus tamen Hottingerus (159.) & Mareſius (160.), Reformati, Pontificiis implacabiles, Calixtinum *concordiæ ſtudium paulo contractius fuiſſe, & intra Proteſtantium utrinqve cancellos ſubſtitiſſe, maluiſſent*, Arn. Poelenburgius autem, Arminii aſſecla (161.), falſo noſtrum ſperaſſe, *quod reformati de ſuis erroribus eſſent remiſſuri*, judicavit. Ex ipſis Socinianis de moderatione Calixtina, benigne ſenſit Simplicius, Chriſtiano-Catholicus, ſcriptor ψευδώνυμος, qvi, *in Synopſi locorum Scripturæ, Patrum & recentiorum Theologorum, de ſimplicitate fidei & pace Eccleſiaſtica*, Amſtelodami edita, Calixti etiam utriqve patrocinatus eſt teſtimonio (162.). Inter Pontificios paucis, inter Lutheranos pluribus Theologis cordatis, & moderatiori præditis ingenio, paulo poſt forte laudandis, conſilia hæc ſacra placuere irenica, nec tamen omnibus. Præter Jeſuitas enim complures, pleriqve Zelotæ in Saxonia Electorali Boruſſiaqve, & Academiis præſertim Witebergenſi, Lipſienſi, Regiomontana, Gieſſena & Argentinenſi, rigidiores Lutherani, præcipuam Theologiæ partem Elenchticam, ſive Polemicam, eſſe, & in iſta nihil pacis ſtudio remittendum aut mitigandum, falſo perſvaſi, ducibus Jac. Wellero, Joh. Hülſemanno, Cæleſtino Miſlenta, Joh. Scharfio, Joh. Georg. Dorſcheo, &, qvi protervia impudenti ac maledica cæteros ſuperarunt, Abr. Calovio & Ægid. Strauchio, tanto adverſus ea inſurrexerunt numero, ut Calovius, ſe, Anno jam 1649., *in inſtiutionibus Theologicis*, Calixtum, ejusqve aſſeclas, multorum errorum graviſſimorum, & apoſtaſiæ a religione Lutherana, ejusqve libris ſymbolicis, XII. collegiorum Theologicorum, ac XXXVII. Theologorum, imo & propriis ipſorummet conviciſſe teſtimoniis, haud erubuerit gloriari (163.).

§. XXXVII.

Tam atrociter autem adverſarii hi importuni in noſtrum, velut novæ Sectæ (qvam Collegæ Helmſtadienſes (164.) merito ſunt inficiati), novæ fidei (qvam ipſe propria ſe induſtria ſibi acqviſiviſſe coram Principe iactaſſet heterodoxo (165.)), aut novi ſaltem Schiſmatis (a Joh. Micrælio (166.) & Anonymo ſcriptore Pontificio, *Continuationem Hiſtoriæ* Florimundi Ræmundi *de origine & progreſſu hæreſium ac ſchiſmatum*, Coloniæ edendam, A. 1656. pollicito (167.), ipſi afficti, ſed a Joh. Hornbeckio (168.) & Joh. Andr. Boſio (169.) jam exploſi), Autorem, ſunt debacchati, tot conviciis, ſcommatis & calumniis, a Gotfr. Arnoldo (170.) & Laurentio Laurentino ψευδωνύμῳ (ſola congerente Caloviana) (171.) in ſyllogen conſtipatis ſatis prolixam, ſed valde tamen imperfectam, eum proſciderunt, ut, nullum ego certamen ſacrum, a nato Chriſto, in hunc usqve diem, majori animorum & calamorum intemperie inchoatum ac continuatum eſſe, plane ſim perſvaſus. Theologo certe huic, eruditiſſimo pariter atqve religioſiſſimo, innocenti, & nihil tale merito, ob cauſas paulo ante memoratas, & pacis inprimis eccleſiaſticæ ſtudium, laude potius omnium & imitatione digniſſimum, non novaturiendi tantum libido, nimium Patrum, Scholaſticorum & Philoſophiæ Ariſtotelicæ ſtudium (172.), amorqve pacis, & ſcriptorum Irenicorum, Vincentii Lirinenſis (173.), Georgii Caſſandri & M. Antonii de Dominis, immodicus, ſed craſſa etiam ac ſupina ignorantia, eruditio proletaria, ratio ſtudiorum αὐτοδίδακτος & ſcribendi rhapſodica, peccata in regulas grammaticas, ἀνεβραϊστία (174.), modus diſputandi ἀνακόλουθος & ſophiſticus, & plagia literaria, imo eloqventia canina, ſycophantiæ, mendacia, impudentia, perfidia, perjuria, impietas, & cordis πώρωσις ſive induratio, audacter, ſed falſiſſime, exprobrabantur. Ob errores (qvos Zelotæ illi affingebant, & adeo multiplicabant, ut *Conſenſus* Saxonicorum *Repetitus* LXXXV., Æg. Strauchius, hujus Vindex, LXXXVIII., Calovius autem, *in Syntagmatis Anti-Syncretiſtici locis ac controverſiis*, ultra CXX. dogmata ipſi, & aſſeclis, tribuerit erronea (175.)) Theologicos, & conatus Irenicos, non Syncretiſticæ tantum religionum diverſarum confuſionis, ſeductæ juventutis, turbatæ atqve contemptæ eccleſiæ Lutheranæ (176.), animi in Lutherum ipſum (177.) & Theologos Lutheranos (178.) iniqvi, ac Philippiſmi atqve Synergiſmi, ſed latrociniorum qvoqve & proditionis in eccleſiam, Pſevdo-Lutheraniſmi, hæreſeos, & apoſtaſiæ a doctrina Lutherana, librisqve illius (qvos contemptim habuiſſe & paſſim vellicaſſe arguebatur) ſymbolicis univerſis (179.), ac ſpeciatim Confeſſione Auguſtana (180.), Catecheſi (181.), Corpore Doctrinæ Julio (182.), & Libro (cui obſtrictus haud erat) Concordiæ, proterve eſt inſimulatus (183.). Qvid qvod & ſæpius magis adhuc odioſæ Arminianiſmi, Calviniſmi, Cryptopapiſmi, colluſionis cum Socinianis, Judæis & Muhammedanis, imo fidei Qvodlibeticæ, Semichriſtianiſmi, Babeliſmi, Samaritaniſmi, Antichriſtianiſmi, Libertiniſmi, Neutraliſmi, Indifferentiſmi, ipſiusqve Atheiſmi, vocabulis factæ barbaris, & ipſo pene ſono tremendis, accedebant accuſationes. Scripta & loca Adverſariorum, in qvibus ſingulæ occurrunt, adjicere brevita-

(159.) *P. IV. Bibliothecarii Quadripartiti, c. 3., p. 404. 405.* (160.) apud J. Conr. Danhauerum *T. II. Hodomoriæ Calvinianæ p. 3340.* (161.) *in Præfat. Antitheſium, Frid. Spanhemio oppoſitarum*, allegata ab Ad. Rechenbergio *in Epiſt. ad Frid. Ulr. Calixtum*, A. 1679. Lipſiæ edita, *p. 14.* (162.) V. Joh. Hülſemanni *Prælectiones in Form. Concordiæ p. 802.*, ubi Socinianus, & 804., ubi Arminianus vocatur hic ſcriptor. (163.) *Lib. III. Hiſt. Syncret., c. 5., p. 584.* (164.) *in Acad. Juliæ Pietate p. 14. 15. 16.*, & in der Schutz-Rede wieder Strauchium *p. 40-52.* (165.) Mendacium hoc fuit Jac. Welleri in der erſten Probe Calixtiniſcher Verantwortung *p. 90.*, refutatum in Appendice der Wiederlegung Welleri, *§. 17. & 18., lit. Aa. 2. a. b., Aa. 3. a. b.* (166.) *in Syntagm. Hiſt. Eccl. p. 529.* (167.) Lib. X. XI. & XII. *V. Catal. Nund. Lipſ. A. 1656. vernal., p. 26. 27.* (168.) *Libro IX. Summæ controverſiarum p. 736.* (169.) *in Diſſ. de ſtatu Europæo Anni 1661., Introductioni in notit. rerump. adjecta, p. 206.* Confer eandem ſchiſmatis accuſationem ref · antem D. Joh. Fabricium Jun., *in Defenſione conſiderationis controverſiarum p. 39.* (170.) *T. II. Hiſt. Eccl., L. 17., c. 11., p. 531-557.* (171.) *in Appendice Programmatis Anti-Caloviani p. 19-34. 40. 41.* (172.) V. Statii Buſcheri Erklärung über die Helmſtädtiſche Teſtimonia de Conſenſu Antiqvitatis *p. 14.*, & alios. (173.) V. Joh. Hülſemanni *Prælect. in Form. Concord. p. 876. & ſq.*, *ac Patrologiam p. 1073-1080.*, nec non Abr. Calovii *L. 3. Hiſt. Syncret. p. 1110.* (174.) de Ἀνεβραϊστίᾳ falſo objecta relege *§. XXI.* (175.) *V. Acad. Juliæ Pietatem p. 7.* (176.) V. Æg. Strauchii *Retorſionem German. contra Frid. Ulr. Calixtum p. 19. 20. & ſeqq.* (177.) V. Statii Buſcheri (a noſtro *Parte I. Apologiæ Anti-Buſcherianæ* ſolide refutati) *Cryptopapiſmum novæ Theologiæ Helmſtad., Art. I., p. 19.*, & J. C. Danhaueri *Memoriam Thaumaſiandri Lutheri p. 51.* (178.) V. J. G. Dorſchei *Apolog. Judicii Anti-Latermanniani, c. 1.*, & *Notas ad Latronem Theol. p. 184-260.* (179.) V. Dorſchei *Or. de Theologo Latrone p. 113.*, & *Notas ad illam p. 260-318.*, & confer Apologiam, pro Calixti & Horneji de Libris Symbolicis, & illorum autoritate, doctrina, egregiam, in *Acad. Juliæ Pietate p. 22-26.*, & ejusdem Schutz-Rede wieder Strauchium *p. 66-70.*, obviam. (180.) V. Buſcheri *Cryptopap., Art. I., p. 12-18.* & Erklärung von Conſenſu Antiqvitatis *p. 8-28.*, Danhaueri *Memor. Thaumaſiandri Lutheri p. 62.*, & Dorſchei (diſſenſum Calixti a ſingulis Aug. Conf. articulis oſtendere conati) *Notas ad Or. de Latrone Theologo p. 281-318.* Sed & adde, qvæ Buſchero Noſter, *Parte I. Apologiæ Anti-Buſcherianæ*, repoſuit. (181.) V. Literas Saxonicorum, ad Calixtum & Hornejum A. 1646. miſſas, & Calixti Reſponſum, in der Wiederlegung Welleri, *§. 22. & ſqq. 40.*, ac in der Verantwortung aufs Chur-Sächſ. Schreiben, *§. 8.* (182.) V. Buſcheri *Cryptopapiſmum*, Dorſchei *Notas ad Latronem Theol. p. 280. 281.*, Calovii *Prolegomena Inſtitt. Theol. p. 417. & ſq. & Hiſt. Syncret. p. 572. 573. 850.* ac qvæ Noſter huic accuſationi *P. I. Apologiæ Anti-Buſcherianæ* regeſſit. (183.) *V. quæ §. XXXIII. de Libro Concordiæ jam monuimus.*

brevitatis amor nos prohibet. Voto tamen ea noſſe cupientium, præter Arnoldum & Laurentinum, jam allegatos, Apologiæ τῦ μακαρίτυ adverſus Wellerum, Hülſemannum, aliosqve Saxonicos, vernaculæ, *Academiæ Juliæ Pietas*, hujusqve verſio germanica (ſub titulo der Schutzrede edita), & ſylloge judiciorum hujusmodi aſperiorum, ſuo infra a nobis loco exhibenda, ſatisfacere poterunt. Tanta ſane in hoc certamine calumniæ erat rabies, ut Zelotæ moderatiores, nimia lingvæ calamiqve maledici licentia a ſuis peccatum eſſe, haud diffiterentur, ipſosqve criminationum autores, ferrea licet fronte præditos, earundem, cum a cordatioribus cacoethes hoc turpiſſimum, rabulis & holophantis, qvam Theologis, dignius, exprobraretur, ſubinde puderet. Qvam culpam ut extenuarent, Æg. Strauchius (184.), Sam. Pomarius (185.), & alii, Calixtum nimiæ ſtyli contra Adverſarios acrimoniæ viciſſim inſimularunt, imo Strauchius, cæteris impudentior, convitiis, qvæ vocant, perſonalibus primum in hoc certamine uti cœpiſſe, perfricta fronte, contra omnem hiſtoriæ illius, mox exhibendæ, fidem aſſeruit (186.), & nonnulla illorum ſpecimina in medium attulit. Verum illa partim pro convitiis falſo haberi, cum vera & accurata de Antagoniſtis qvibusdam ſint judicia, partim ipſi, retorſionis jure utenti, illorum malitia eſſe extorta, partim vero ab aliis famæ Calixtinæ vindicibus, Noſtro inſcio aut jam defuncto, regeſta, omnia autem iis, qvæ ab adverſa parte profecta ſunt, longe & pauciora & leniora, nemo non lectorum, a partium ſtudio immunium, ubi ea luſtraverit, & ſingulorum ſimul occaſiones accuratius expenderit, lubens fatebitur.

§. XXXVIII.

Non dubitarunt etiam, e Zelotis vehementioribus, Regiomontani (187.) Calixtum & Hornejum, qvod *ſuffragiis ſuis Calvinianorum, in tollendo inter Auguſtanam Confeſſionem Variatam & Invariatam diſcrimine, conatus*, & admiſſionem eorundem in Pacis Germanicæ Religioſæ ſocietatem, poſt bellum tricennale, in Panegyri Monaſterienſi A. 1648. factam Irenica, promoviſſent, in *Anticriſi* ſua & *Bruto Fulmine*, falſo criminari, alii autem complures judicio Noſtri de dogmatum Eccleſiæ Pontificiæ erroneorum momento mitiori, & concordiæ cum illa ſtudio, Principum aliqvot, virorumqve Illuſtrium & doctorum, qvi ad utrumqve, in ſuis mutatæ religionis ætiologiis, ſive, falſo uſi prætextu, provocaverant, ſive non provocaverant, a Lutheranorum ſacris ad Pontificia imputare apoſtaſias. Hoc animo illi, velut defectionis ſingulorum autori, & transfugii in caſtra Eccleſiæ Romanæ hoſtilia hodego, maligne paſſim exprobrantur, CHRISTINA, Svecorum, cum qva nihil unqvam ei interceſſit negotii (188.), Regina, a Calovio, neſcio qvæ ſcripta & conſilia ſyncretiſtica, ad eam, in Sveciam, transmiſſa, fingente (189.), ERNESTUS, Haſſiæ Landgravius, a Witebergenſibus (190.), Enocho Hanmanno (191.), Andr. Kühnio (192.), Æg. Strauchio (193.), Joh. Hülſemanno (194.), Sam. Pomario (195.), & Thoma Crenio (196.), JOH. FRIDERICUS, Dux Brunſvico-Hannoveranus, ab Hülſemanno (197.), Witebergenſibus (198.) & Kühnio (199.), CHRISTOPH. RANZOVIUS, Eqves Holſatus & Toparcha Schmolenſis, Noſtri Popularis & olim Auditor, in Comitum Imperii Romani ordinem, poſt apoſtaſiam, evectus, a Witebergenſibus (200.), Hülſemanno (201.), Calovio (202.), Hanmanno (203.), Kühnio, Strauchio, Pomario & Crenio (204.), ANDR. FROMMIUS, Præpoſitus Svevo-Colonienſis, Principiis ſe Calixtinis ad Papiſmi amorem adductum eſſe temere profeſſus, a Calovio (205.) & Crenio (206.), ac LICHTENSTEINERUS tandem atqve CHODENSKIUS, & Calixto juniori, & mihi, plane ignoti, a ſolo Kühnio (207.). Verum enimvero, qvotqvot, ex Apoſtatis hiſce, Calixtinum ſe ductum ſecutos eſſe tradiderunt, veras defectionis cauſas diſſimulaſſe, & ſpecioſo hoc prætextu imperitioribus imponere, aut Noſtro ægre facere, voluiſſe, cum nemo illorum, qvæ ipſius de erroribus & vitiis Eccleſiæ Romanæ, toties, tantaqve accuratione, detectis & refutatis, vera eſſet ſententia, ignoraverit, plane eſt certiſſimum. Ranzovium, non Calixti convictus, inſtitutio, aut dogmata, nec methodus ſtudii theologici ab illo Helmſtadii A. 1649. præſcripta (208.), & ab Abr. Calovio, nodos in ſcirpo qværente, prolixe, ſed fruſtra, exagitata (209.), transverſum egerunt, ſed Fabri, præceptoris in patria domeſtici, hominis parum religioſi (cui mater ipſa culpam defectionis filii imputabat), perverſa informatio, pietas incauta, cum Anno Jubilæo 1650. Romam veniſſet, ſpecioſam ad pompam hujus confluentium devotionem, & librorum aſceticorum majorem illic, qvam inter Lutheranos, multitudinem, plus juſto admirata, freqventior cum Luca Holſtenio, Henrico Julio Blumio, Apoſtata (Noſtri antehac itidem diſcipulo), & Jeſuitis, converſatio, & nimia tandem Patrum, & veſtigiorum doctrinæ Pontificiæ, in horum ſcriptis ab iſtis ſibi commonſtratorum, veneratio. Noſter potius, rumore de periculoſa Ranzovii cum Holſtenio, Blumio & Jeſuitis, converſatione ad ſe perlato, vacillantem epiſtola familiari, d. 6. Maji A. 1650. ſcripta, ab Apoſtaſia ad Pontificios eſt dehortatus, &, poſt brevem corruptelarum ac errorum Eccleſiæ Romanæ, ſævitiæqve ejusdem in aliis anathemate feriendis, recenſum, ut religioni Eccleſiæ patriæ, cæteris purioris, conſtanter inhæreret, nec ſcrupulis, Romæ injectis, Helmſtadium reduci coram a ſe eximendis, abſtrahi ſe ab iſta pateretur, obſecravit. Repoſita eſt Epiſtolæ huic Calixtinæ, ſub Ranzovii nomine, a Catecheta ejus, Luca Holſtenio, Biblioth. Vaticanæ Præfecto, reſponſoria admodum prolixa, Romæ Kal. Sept. A. 1650. ſcripta, &, una cum Noſtri literis, ibidem A. 1651., ſæpiusqve deinceps alibi, excuſa. In hac, ob ſtyli potius elegantiam & eruditionis copiam, qvam argumentorum robur, commendanda, Ranzovius, expoſitis ſui ad Eccleſiam Romanam tranſitus rationibus, hujus autoritatem & dogmata erronea, adverſus Calixtinam, calamo alieno, tueri aggreſſus, conſilia Noſtri, de mutua ſectarum orbis chriſtiani tolerantia & reconciliatione, irenica, velut irrita ac fruſtranea, rejecit, &, una cum Judicio ejusdem de Eccleſia Romana mitiori, *Hermæ hæc vialis inſtar, in bivio defixi, digito intento, viam ſibi, qva ad Eccleſiam catholicam pergendum, ſubindicaſſe*, eſt profeſſus, ipſumqve ad eundem *ſalutis*, qvem vocat, *portum* invitare haud veritus (210.). Verum, criminationes haſce, non Ranzovianas, ſed Holſtenianas, phaleras tantum eſſe, ad pompam, & alenda diſſidia Proteſtantium inteſtina, inſtructas & excogitatas, ab ipſo Calixto, in *Appendice* ſui *ad Erneſtum, Haſſiæ Landgravium, Reſponſi*, A. 1651. illis oppoſita, & ab Anonymo ſcriptore *Refutationis Mendaciorum & Calumniarum contra Ranzovium Calixtinarum* vernaculæ, Moguntiæ A. 1652. excuſæ, incaſſum impugnata, nec non a Gerh. Titio, Collega, in *Repræſentatione pleniori Conſilii de Concordia Eccleſiaſtica Calixtini* (ἀνωνύμως A. 1675. Frid. Ulr. Calixti *Officio pietatis in parentem* adjecta, & A. 1700. *Viæ* ejusdem

(184.) in der abgenöhtigten Retorſion wieder Frid. Ulr. Calixtum *p. 12. 13.* & im Beweiſe, daß GOttes Geſetz wieder des Weibes Schweſter Heyraht noch feſte ſtehe, gegen D. Chriſtoph. Joach. Bucholz, *p. 94-97.* (185.) *Diſp. VII de Moderatione Theologica*, §. 2. (186.) *loco ſcripti Anti-Bucholziani, num. 184. citato.* (187.) V. Acad. Juliæ *Programma ſecundum*, Regiomontanis A. 1649. repoſitum, & recuſum in Calixti Antwort auf Hülſemanni Meiſterliches Muſter, §. 108., *lit. Uuu 4. a.* (188.) teſte Frid. Ulr. Calixto, filio, in literis ad me A. 1689. datis. (189.) *in Vindiciis famæ ſuæ contra Laur. Laurentinum*, §. 2., & *L. 3. Hiſt. Syncret.*, *c. 5.*, *p. 592.* (190.) *in Antapologia contra Rintelienſes p. 621. 622.* (191.) *in Diſp. Inaug. de Symbolo Apoſtolico, c. 4.*, §. 2. (192.) in der Eröfnung des Calixtin. Grabes *p. 49. (lit. G. 1. a.)* (193.) in der Retorſion wieder Frid. Ulr. Calixtum p. 20. (194.) im Calixtin. Gewiſſenswurm, *p. 771. & ſq.* (195.) *Diſp. VI. de Moderat. Theol.* §. 8. (196.) *P. V. Animadverſ.*, *c. 2*, *p. 87. 88.*, & *P. VII.*, *c. 2.*, *p. 161 162.* (197.) *l. c.*, *c. 7.*, *p. 272.* (198.) *l. c. p. 621. 622.* (199.) *l. c.* (200.) *l. c. p. 621.* (201.) *l. c.*, & *in Tr. de Auxiliis Gratiæ p. m. 225.* (202.) *in Conſultatione Caſſellana expenſa p. 8.*, & *in Ep. Dedic. Iſag. ad SS. Theol.*, A. 1652. editæ. (203.) *l. c.* (204.) *locis citatis.* (205.) *L. 3. Hiſt. Syncret. c. 5.*, *p. 597.* (206.) *P. V. Animadv.*, *c. 2.*, *p. 90.* (207.) *l. c.* (208.) Invenies illam in Noſtri *Appendice ſui ad Erneſtum, Landgravium Haſſiæ Reſponſi*, *p. 49. 50.* (209.) *in tota epiſtola dedicatoria, Iſagogæ ad SS. Theol.*, Witeb. A. 1652. in 8. editæ, præfixa. (210.) *V. Epiſt.* Ranzovii *p. m. 30, 31.* Qvem locum, in Ranzovii Elogio, integrum exhibuimus.

dem *ad Pacem inter Proteſtantes* inſerta) (211.), & a nobis qvoqve in Elogio Ranzovii, Hiſtoriam Apoſtaſiæ ejus, & Epiſtolarum de illa Calixti & Holſtenii mutuarum, fuſius perſecuto, abunde eſt oſtenſum. Ipſe ſane Ranzovius, ſicut & Erneſtus, Haſſiæ Landgravius, ante Apoſtaſiam, Calixtina contra Pontificios argumenta, magis, qvam reliqva omnia, adverſus eosdem prolata, ſuſpenſos ſe atqve cunctabundos tenuiſſe, ingenue ſunt confeſſi. Unde & patet, qvid de ſimili, qvam zelotæ, & noviſſime Crenius (212.), toties ad nauſeam usqve occentarunt, Erneſti ejusdem, Cardinalis deinceps Pontificii, Noſtrum ad ἀποςασίας ſuæ imitationem fruſtra itidem exhortati, προσφωνήσει, literis ad eum, Coloniæ d. 8. Febr. A. 1652. exaratis, & a Sam. Mareſio, Theologo Groningenſi Reformato (213.), cum notis elenchticis (in qvibus *Calixtum, Theologum doctiſſimum, id ſibi, ſuiſve principiis, imputari, aut ſiniſtra ab aliis fuiſſe arreptum, qvod dextra dabat, non eſſe paſſurum,* recte monuit (214.)), denuo editis, inſerta, ſit judicandum: *Difficulter*, ita ille, *tu qvidem ſtatues, in conformitate principiorum tuorum, me, cum præjudicio ſalutis meæ, priorem unitatem fuiſſe amplexum, & mihi illicitum fuiſſe reditum ad Eccleſiam, a qva Calviniana communio receſſerat. Ego libenter profiteor (ut ante me fecit Dominus Ranzovius in ſuis ad te literis), me tuis principiis & ſcriptis non tantum plurimum profeciſſe, ſed etiam ex iis liqvido perſpexiſſe, qvam ſit neceſſarium Conciliorum generalium agnoſcere Autoritatem, in Eccleſia primitiva ſalubriter eminentem, & ſeqventibus ſeculis, Spiritu Sancto ab initio dirigente, indubie continuatam.* Sed & huic, teſte vel ipſo Crenio, in *Reſponſo* Noſtri *ad Erneſtum*, A. 1651. edito, eſt ſatisfactum, & Capuccinorum in *Actione* ſua *Tertia* exceptiones, in *Reſponſo* altero, Helmſtadii A. 1652. iſti repoſito, confutatæ. Joh. Friderici tandem, Ducis Brunſvico-Hannoverani, Apoſtaſiam qvod attinet, culpam illius Calixto falſo imputari, Fridericus Ulricus, Filius illius, in Epiſtola A. 1689. ad me exarata, verbis oſtendit ſeqventibus: *Johanni Friderico, Duci B. & L., ego, eopſe anno, qvo tranſitum ad Pontificios meditabatur, Venetiis adfui. Dubia mota, qvantum in me fuit, exemi; remoram minimum injeci, ut, qvamdiu præſto ei fui, eorum, qvæ animi anxius agitabat, nihil moliretur, aut palam profiteri auderet. B. Parentem meum Princeps, alias bonus & pius, nunqvam conſuluit, qvamvis ego, ut faceret, inſtanter ſim cohortatus. Qvum igitur, neqve per literas, neqve coram, defectionis ſuæ cauſas expoſuerit, mera Caloviana calumnia eſt, qvod Calixti judicium conſiliumve de controverſiis religionis expetierit, aut qvod ille ſua doctrina, vel huic magno Principi, vel ulli Apoſtatarum alteri, occaſionem tranſiliendi ab una religione ad aliam præbuerit. Si ſeductionis culpæ nonnemo fuerit reus, haud vacaverit illa Henr. Jul. Blumius, qvi, poſtqvam ego ex Italia in Galliam migraſſem, mihi ſucceſſit, &, a Sereniſſimo Principe, Chriſtiano Ludovico, ad germanum fratrem retrahendum & reducendum miſſus, fidem fregit, juramentum, qvo obligatus diſceſſit, violavit, & prius, qvam Princeps ipſe, cui cuſtos datus erat, ab agnita veritate defecit.*

§. XXXIX.

Plura adhuc reſtant odii Zelotarum in Calixtum implacabilis, ad qvod e παρεκβάσει de Apoſtaſiis tot falſo illi imputatis prolixiore redeundum nobis eſt, documenta. Libellos famoſos, carmina ſatyrica, aliaqve turpiora iſtius excrementa, prætereo, &, hæc inter, Drama ſcurrile d. 18. Oct. A. 1676., Witebergæ, in novi Rectoris, Joh. Deutſchmanni, Profeſſoris Theologi, generiqve Caloviani, ædibus, exhibitum, in qvo (215.) Calixtus, ſub larva Rhadamanti initio, *Conſenſum Repetitum* rogo addicentis, ſed voce coelitus delapſa, flammaqve ipſum ſubito cingente, fugati, & draconis deinde cornuti, corde prominente frendentis, introducebatur. Qvos moriones impudentiſſimos Frid. Ulr. Calixtus, Filius, *in Animadverſione in Triumphum Concordiæ Repetiti Conſenſus Dramaticum Witebergenſem* (216.), dignis modis ſatyrice caſtigavit, & Gothofr. Arnoldus etiam (217.) merito eſt deteſtatus. Majorem tamen, qvam tyronum Academicorum protervia, Præceptoribus conſciis & haud invitis exercita, reprehenſionem molitiones ipſorum merentur Præceptorum, ſive Theologorum Saxonicorum, audaces, temerariæ, malignæ & Eccleſiæ toti noxiæ. Hi enim, Calixtum tot errorum falſo inſimulaſſe, tamqve horrendis conviciis, & atrocibus calumniis, oneraſſe, haud contenti, ut memoriam innocentis poſteris etiam omnibus exoſam redderent & deteſtabilem, nulla, vel Eccleſiæ univerſæ, vel Principum ejus Politicorum, muniti autoritate publica, inſciis & partim contradicentibus Theologis plerisqve aliis, & hos inter Collegis etiam ſuis moderatioribus, *Conſenſum*, qvem falſo ſic vocant, *Fidei vere Lutheranæ, adverſus Calixtum & complices*, ſcriptum, de qvo plura paulo poſt afferentur, ab uno alterove ipſius Adverſario ſtylo maledico & dictatorio conſarcinatum, privato auſu in lucem protruſerunt, &, velut publicum, imo ſymbolicum, non ſuis tantum Eccleſiis, ſed & reliqvis Lutheranis omnibus, Anathematiſmos, qvibus ſcatet, temerarios merito averſatis, obtrudere, ſed fruſtra, nec ſine ingenti dedecore ſuo, ſunt conati. Nec dubitarunt Lipſienſes, privata itidem autoritate, inſcio Electore ſuo, ſed autore haud dubie Hülſemanno, candidatorum, gradus Licentiatorum & Doctorum academicos expetentium, juramento ſolenni (218.) προσθήκην, qva *ſyncretiſtica*, illi, *dogmata pro viribus ſe eſſe impugnaturos*, promittunt, cum certamen hoc inchoatum eſſet, adjicere, a Phil. Jac. Spenero (219.), una cum *Conſenſu Repetito*, merito improbatam.

§. XL.

Sed ipſam tandem Certaminum, Noſtro ab Adverſariis non unius generis motorum, de qvorum cauſis vitiisqve nonnulla hactenus præmiſimus, aggrediamur Hiſtoriam, temporum annorumqve ordine breviter enarrandam. Initium illa idem cum munere ipſius Profeſſorio Helmſtadienſi, Anno jam 1614., habuerunt, qvo Baſilium Satlerum, Superintendentem Generalem & Protecclesiaſten aulicum Gvelpherbytanum, Collegasqve Helmſtadienſes, Caſp. Pfaffradium, Joh. Fuchtium & Henr. Jul. Strubium, ut Noſtri ad iſtud promotionem impedirent, Calviniſmi eum falſo, ſed infelici ſucceſſu, cum omnes in Colloqvio, Gvelpherbyti inſtituto, ad ſilentium ab illo ſint redacti, inſimulaſſe, ſupra (220.) fuſius eſt expoſitum. Ex his Pfaffradius, qvinqvennio, poſt *Epitomen* ejus *Theologicam*, autore ignaro atqve invito, Goslariæ A. 1619. editam, hujusqve doctrinam de *puris*, qvæ vocant, *naturalibus*, velut Theologiam corrumpentem univerſam, in præfatione duodecim plagularum prolixa, Lutheri *Libro de Servo Arbitrio*, a ſe edito, eodem A. 1619. præmiſſa, impugnavit (221.). Longe plura in eadem, A. ſeqv. 1620., obelo notavit Balth. Menzerus Senior, Profeſſor Acad. Gieſſenæ Theologus, a qvo, M. Martio, hæc ad generum ſuum, D. Henr. Wideburgium, aulæ Gvelphicæ Protecclesiaſten, ſcripta eſt epiſtola, &, triginta poſt annis, a Joh. Hülſemanno, ut Calixto ægre faceret, in *Apologetica Pro-*

(211.) §. 33., *p. 147-151. edit. ultimæ A. 1700.* (212.) *locis num. 196. citatis*, ubi & plura Erneſti, huc ſpectantia, adduntur. (213.) *in Munimine Orthodoxiæ & Perſeverantiæ Evangelicæ*, Groningæ A. 1652. *in 4.* edito, *p. 55. & ſeqq.* (214.) *l. c. p.* 81. 82. Confer de hac Erneſti Epiſtola D. Joh. Eichelii, JCti Helmſtad., literas ad Zach. Prüeſchenekium, d. 12. Mart. A. 1652. exaratas, in B. G. Struvii *Faſcic. V. Act. Liter., p. 53. 54.* (215.) *Actu III. Scena III.* (216.) ed. Helmſt. A. 1676. *in 4.* (217.) *T. II. Hiſt. Eccl., Lib. 17., c. 11., p. 534.* (218.) Vide illud recitantem Joh. Frid. Mayerum, in der Schutzſchrift des Miniſterii zu Hamburg wieder D. Spenern, *p. 40.* (219.) in der Freyheit der Gläubigen vom Anſehn der Menſchen *p. 66.*, & im Siege der Wahrheit und Unſchuld wieder D. Mayern *p. 30. 37. 38.* (220.) §. X. (221.) V. Hülſemanni Calixtiniſchen Gewiſſenswurm p. 42., &, ex illo, Calovii *L. 3. Hiſt. Syncret., c. 5., p. 572.*, Andr. Kuhnii Eröfnung des Calixtiniſchen Grabes *p. 5.*, ac Hartnaccii *Continuationem Hiſt. Eccl. Micrælii p. 977.*, & *Qq. Theol. XXIV. controverſas p. 3*

blematis Calixtini Dialyſi (222.), edita, poſt hunc vero, ne tantum periret κειμήλιον, a Dan. Hartnaccio (223.), And. Carolo (224.), Val. Ern. Lôſchero (225.), & aliis (226.), ſæpius repetita:

Gratiam habeo pro transmiſſa Epitome D. Calixti, in qva animadverto ingenii dotes haud vulgares, ſed & veſtigia errorum haudqvaqvam levium. Opus habet accurata lima liber iſte, ſi recipi debeat. Non faciam mentionem erratorum, in veſtibulo & Prolegomenis occurrentium, in qvibus excuſandis ſcio qvid prætexi ſoleat. De imagine Dei & peccato video multa dici ad palatum Papiſtarum, qvæ cordatis Theologis probari non poſſunt. Doctrina de prædeſtinatione recte proponitur, ſed miror hanc locutionem uſurpari p. 147., Electionem noſtram nihil aliud eſſe, qvam decretum de noſtra ſalute. Nam electio facta eſt ſecundum decretum, ſive propoſitum Dei, tanqvam regulam. De Unione Hypoſtatica qvædam erudite diſſeruntur, ſed de communicatione Idiomatum ſermo lubricus eſt; &, ubi de officio redemptionis agitur, pia mens acqvieſcere non poteſt in eo, qvod humanæ naturæ tribuatur tantum qvod humanum eſt, non facta mentione communicationis operationum, juxta canonem Concilii Chalced. Neqve probare poſſum verba p. 151., Meritum Chriſti eſſe aliqva ex parte infinitum. Juſtificationi aſſignantur duæ partes, remiſſio peccatorum atqve imputatio juſtitiæ Chriſti: atqvi non ſunt diverſæ illæ partes; ſed qvi unum dicit, dicit alterum, idqve neceſſario includit. Nimirum remiſſis peccatis juſtitia imputatur, & imputata juſtitia peccata remittuntur, ut patet Rom. IV. 6. 7. Confer in ipſa Epitome p. 190., ubi hæc ſententia confirmatur. In diſcrimine V. & N. T. qvædam admiſcentur Calvinianis non ingrata, qvemadmodum & de Sacramentis ita loqvitur, ut placere iis qveat. Imprimis vehementer offendunt pios animos verba p. 133.: Alio modo intelligere poſſumus, Deum eſſe cauſam peccati, indirecte, improprie & per accidens. *At, inqvam ego, nullo modo Deus eſt cauſa peccati, qvod etiam naturæ ipſius, & voluntati, nobis in verbo revelatæ, eſt contrarium, ac proinde illud odit, deteſtatur, prohibet & punit. Pſ. V. Qvæ, & plura ſimilia, miror in Academia plublice doceri ab iis, qvi Corpori doctrinæ Julio nihil contrarium ſe velle profiteri jurarunt: & magis miror, Conſiſtorium connivere. Tu liberato animam, & proteſtare ſolenniter, tibi vehementer iſtam pernicioſam licentiam diſplicere. Imbuitur juventus erroribus iſtis, difficulter poſtea deponuntur. Perpende Cap. III. Apoc. Mihi ſi otium eſſet, excerperem ex eo libro plurimas ſententias, ſanæ verborum formæ haudqvaqvam convenientes, qvas forte Auctor, ſi amice & humaniter moneatur, ſejunget, Deo clementer adjuvante. Dato igitur operam, ne qvid in te deſiderari poſſit.* Hæc Menzerus, Zelotes rigidior (A. 1623. etiam, in *Anti-Crocio* (227.), Lud. Crocio, qvi *Epitomen* Calixti allegaverat, illam *ejus ponderis non eſſe, ut cordatos movere poſſit, qvippe in qva multa habeantur, qvæ ſeriam emendationem deſiderent*, publice haud veritus regerere), Wideburgio tunc inculcabat, ſocero, circa diſceptationes iſtiusmodo di ſcholaſticas, longe timidiori, nunqvam, vel has Noſtro literas oſtendere, vel diſſenſum ab eo in qvæſtionibus controverſis profiteri, auſo. Utriqve illius cenſuræ, tum ab ipſo Calixto A. 1651., in Apologiis Vernaculis (228.), tum a Filio, Friderico Ulrico, A. 1680., in *Epimetro altero Eclipſium mentis & judicii Rechenbergiani*, Hartnaccium, & Epiſtolam Menzerianam, ab hoc denuo editam, refutante, dextre eſt reſponſum.

§. XLI.

A. 1621, (in cujus locum Hülſemannus 1622., Andr. Carolus autem 1623., perperam ſubſtituit) Jenæ, in Theologorum Saxonicorum XII. (Matthiæ Hoei, Proteccleſiaſtæ Electoralis Dresdenſis, Vinc. Schmuckii, Polyc. Lyſeri Jun. & Henr. Hôpfneri, Profeſſorum Lipſienſium, Frid. Balduini & Balth. Meisneri, Witebergenſium, Joh. Majoris, Joh. Gerhardi & Joh. Himmelii, Jenenſium, Caſp. Finckii, Præſulis Coburgenſis, & aliorum), qvi ad ſolennem Promotionis Doctoralis Wilh. Lyſeri, Theologi poſtea Witebergenſis, confluxerant Panegyrin, Conventu, decretum eſſe perhibetur, Corn. Martini & Calixti noſtri objectionibus, qvibus Helmſtadii, in lectionibus publicis, doctrina, qvam vocant, γνησίως Lutherana, ſive Saxonica potius recentior, ſit impugnata, refutationem, per Juvenem qvendam ex Alumnis Electoralibus eruditum, eſſe opponendam (229.). Qvæ tamen, qvod Theologi hic, ſucceſſoribus ſuis moderatiores, mentem forte mutaſſent, in lucem nunqvam prodiit. Triennio poſt, anno ſcil. 1624., denuo Noſter ab Adverſario in Aula Gvelpherbytana veteri, Baſilio Satlero, Superintendente, Ramææ Philoſophiæ patrono, ejusqve genero, Henr. Jul. Strubio, Collega ſuo, doctrinæ erroneæ, coram Friderico Ulrico, Principe (frigidam forte, per Wideburgium, etiam ſuffundentibus Balth. Menzero, hujus ſocero, & Juſto Feurbornio, affini, Theologis Gieſſenſibus), eſt inſimulatus, &, cum ad cauſam dicendam, Gvelpherbyti, ſicut juſſus erat, ſenatui (cui ipſe Princeps, præter Satlerum, Wideburgium & Pet. Tuckermannum, Theologos, neutiqvam autem, qvi Hülſemanni eſt error, Caſp. Pfafradius, Anno jam 1622. mortuus, interfuit) ſe ſiſteret Eccleſiaſtico, ab hoc, ſi hoſtes ipſius, Hülſemannum (230.), Calovium (231.), And. Kühnium (232.) & Andr. Carolum (233.), audias, ut *Theologicam* emendaret *Epitomen*, ſerio monitus, in ſacris autem porro qvicqvam novare, Theologosqve Lutheranos alios publice aut privatim perſtringere, prohibitus. Imo, ſi Jac. Wellerus (234.), mendacii a Noſtro Tuckermanni convictus teſtimonio (235.), fidem meretur, juſſu Principis, ſententiæ Senatus Eccleſiaſtici ſe obſecuturum eſſe, Chirographo proprio (cujus apographum penes ſe eſſe ille affirmabat), una cum Collegis, eſt pollicitus. Sed longe aliam Colloqvii hujus Gvelpherbytani fuiſſe καταστροφὴν, verba Epiſtolæ Frid. Ulr. Calixti, ad me A. 1689. exaratæ, docebunt ſeqventia: *Sub Profeſſionis initium, ſimul ac prodierat Epitome Theologica, Ramiſtarum captum ſuperans, natæ ſunt ſimultates inter Collegas, qvæ tandem in apertum eruperunt odium. Satlerus, Concionator Aulicus Wolferbytanus primarius, incentore genero Strubio (qvi pro merito repulſam paſſus, non promerito, ſed ex celſiſſ. Principis, Frid. Ulrici mandato, Theol. D. creatus erat), ſupplantavit Calixtum apud Seren. Principem, hæreſeosqve ſuſpectum reddere eſt conatus. Aſt qverelarum inanium impatiens optimus Princeps Calixtum Wolferbytum vocari, atqve, in Celſitudinis ſuæ conſpectu, cum viris Conſiſtorii Eccleſiaſticis, de capitibus in controverſiam vocatis, conferre juſſit. Ille vero ubi rudiores in Philoſophia docuiſſet de cauſa per ſe & per accidens, de naturali, eſſentiali & accidentali, de poſitivo & privativo, obmutuit Satlerus cum omni ſuo clero. Qvod ſilentium æqviſſimus Princeps continuare eos juſſit, & de reliqvo horum qvicqvam vulgari prohibuit. Non attigit igitur illud certamen B. Parens, nec vita functorum meminiſſe, ſi non adverſa pars, diſcordias iſtas exprobrans,*

neceſſita-

(222.) *p. 100. 101. & ſq.* (223.) *in Qv. XXIV. controv., Q. I. p. 3., & Continuat. H. E. Micrælii.* (224.) *in Memorab. Eccl. Seculi XVII., L. 3., c. 5., p. 517. 518.* (225.) in den Unſchüldigen Nachrichten, *Sect. IV. A. 1708., p. 203. 204. 205.* (226.) Exprobrant illam Calixto Calovius *L. 3. Hiſt. Syncret., c. 4., p. 561., c. 5. p. 572.*, & Andr. Kühnius *l. c. p. 5.* (227.) *Diſp. V., Th. 2., p. 108.* (228.) V. die Wiederlegung Welleri, *§. 130., lit. U. 1. a. b.*, & die Verantwortung auf das Chur-Sächſiſche Schreiben, *§. 4., lit. Dd. 4. a. b.* (229.) V. Joh. Hülſemannum (e Collegii Theol. Lipſienſis Actis hæc referentem) im Calixtiniſchen Gewiſſenswurme, *c. 2., p. 43.* eumqve ſecutos Calovium *l. 3. Hiſt. Syncret. c. 5., p. 572.*, Andr. Carolum *in Memorab. Eccl., L. 3., c. 25., p. 593.*, & Val. Ern. Löſcherum in den Unſchüld. Nachrichten, *Sect. X. A. 1704., p. 591. 592.* (230.) *in Dialyſi p. 430.*, & im Calixtin. Gewiſſenswurme, *c. 7., p. 1031. 1032.* (231.) *L. 3. Hiſt. Syncret. c. 5., p. 572. 573.* (232.) in der Eröfnung des Calixt. Grabes *p. 5.* (233.) *in Memorabilibus Eccleſiaſticis Sec. XVII., L. 3., c. 32., p. 613. 614.* (234.) im Wegweiſer der Gotheit Chriſti *p. 298.*, & in Epiſtola, ſub Electoris Saxonici nomine, ad duces ſcripta Brunsvicenſes. (235.) in der Wiederlegung Welleri *§. 135., lit. U. 4. b. X. 1. a.*, in *Append. ejusdem, §. 20., lit. Aa. 4. b. Bb. 1.*, & in der Verantwortung auf das Chur-Sächſiſche Schreiben, *§. 33., lit. Xx. 1. b. Xx. 2. a.*

neceſſitatem rei geſtæ veritatem commemorandi impoſuiſſet. Mich. Walthèrum etiam, qvi Pfafradio in Profeſſione Acad. Juliæ Theologica A. 1622. ſucceſſerat, eodem, qvo ille ac Strubius, in Noſtrum arſiſſe odio, & diſſenſum inprimis illius a ſe, ac Zelotis aliis, in controverſia de Verbi Divini efficacia, Herm. Rahtmanno, Eccleſiaſtæ Dantiſcano, mota, in hunc iniqvioribus, ægre tuliſſe, ἀποσπασμάτιον hoc Literarum, ab illo ad Balth. Meiſnerum, Theologum Witebergenſem, A. 1624. ſcriptarum, oſtendit latino-germanicum, longe virulentiſſimum (236.): Von *Rahtmanns* geſuhrlichen Neuerungen, hat *Strubius* ſich klüglich vorgeſehen, daß von unſerer *Univerſität* kein *Deciſum* gefordert würde. *Deprehendimus enim, noſtrum Calvinomixtum* (qvo ſcommate putido ad Calixti cognomen alluditur) *omnia, qvæ in qvæſtione de verbo Dei agitantur, ex Rahtmanni parte ſimpliciter approbare, nec admodum diſſentientem trahere Berkelmannum. - - - Dolendum eſt, ad latus nobis eſſe, qvi innumera ferme errorum portenta in pectore fovent, Calvinianis, Pontificiis & Schwenckfeldianis, claſſicum canunt, & peſtilentiſſimos Hæreticos ſingulariſſimis ſuis opinionibus in Orthodoxos armant.*

§. XLII.

Dum hæ ſcintillæ excitando, poſt luſtra aliqvot, a Zelotis diſſidii Eccleſiæ Lutheranæ inteſtini præludunt incendio, aliud extra eam Calixto certamen eſt motum a Bartholdo Nihuſio, Wolpa Brunſvicenſi, diſcipulo ingrato, &, poſt nuperam ad Pontificios apoſtaſiam, nimia cum Præceptoribus priſtinis contendendi, hosqve ſtylo maledico criminandi, libidine, ad inſaniam ferme redacto. Studiorum is gratia Academiam A. 1607. acceſſerat Juliam, &, inopia urgente, Cornelio Martino, Profeſſori Philoſophiæ celeberrimo, per integrum famulari coactus qvadriennium, hac occaſione Calixto etiam familiariter innotuerat, illius tunc Domeſtico. A qvo, cum ingenio tunc etiamnum eſſet probo, modeſto ac diſciplinarum capace, humanusqve ſimul, comis & officioſus, non minus qvam ab ipſo hero, gratis Theologiæ pariter atqve Philoſophiæ præclara, non infelici ſucceſſu, continuo ferme novennio, imbutus eſt notitia, & tot præterea aliis cumulatus beneficiis, ut ſe *plurimum illi debere, &, qvantus qvantus ſit, in ære ejus, jam inde ab Annis qvatuordecim, eſſe,* in epiſtolis A. 1621., paulo ante apoſtaſiam, exaratis, profiteri non dubitaverit. A. 1610. Kal. Jul., Philippo Sigismundo, Epiſcopo Osnabrugenſi & Verdenſi, Duciqve Brunſvicenſi, ſtudiorum ſuorum patrono, carmen genethliacum, a Calixto, qvod aridiore ipſemet eſſet vena, in ſuam exaratum gratiam, tanqvam proprium, typis excuſum obtulit, A. 1611. *Diſputationum* illius *Theologicarum Primam*, eodem Præſide, publice defendit, & A. 1612. ſupremos Philoſophiæ honores, Corn. Martino brabevta, reportavit. Vita hinc, per aliqvot annos, inſtitutionis aliorum privatæ ope, inter crebras anguſtias, a Noſtro ſublevatas, tolerata, Evergetam, ejusdem commendatione, nactus Matthiam Overbeckium, in itinere ad hunc, A. 1614. inſtituto, tractatum *de Pontificio Miſſæ Sacrificio* Calixtinum Francofurti ad Mœnum, ſed mendoſe admodum, edidit, Helmſtadium reverſus noſtri in Auguſtanam Confeſſionem Exercitationibus (in qvibus ad ſilentium ſe aliqvoties ipſum redegiſſe falſo poſtea jactavit (237.)), Opponentis functus munere, interfuit, ipſe autem *de Deo*, e lumine naturæ, & Philoſophiæ Peripateticæ, diſputaturus, principiis, inſignem ab hujus, ſimulqve Corn. Martini & Calixti, hoſtibus, Theologis Ramæis, ſummo cum utriusqve dolore, accepit injuriam. Hac, uti & infelici ac ridiculo duelli ſui cum famulo qvodam Ducis Saxo-Vinarienſis (in cujus aulam ex Academia Jenenſi evocatus Principum juniorum ſtudia continuo gubernarat qvadriennio) exitu, offenſus, præmiſſis antea Helmſtadium ad Calixtum ſchedis aliqvot, juſtitiam cauſæ Cæſaris, & religionis Pontificiæ veritatem, obſcurius defendentibus, Vinaria, Anno 1622. ineunte, Coloniam, nemine præmonito, abiit, & in caſtra Eccleſiæ Romanæ transfugit. Coloniæ Studioſorum, ad eadem ſacra, a *S. Crucis*, qvam vocabant, cujusqve caput Elector erat Bavaricus, *Archifraternitate* converſorum, præfectus Collegio, A. 1623. Conradi Horneji *Diſputationem de S. Scriptura Inauguralem*, Calixto Præſide habitam, A. 1624. autem Calixti ipſius de eadem primo Theologiæ principio doctrinam, ſcriptis & epiſtolis privatis, Helmſtadium miſſis, non ſine plurimis in utrumqve convitiis, cœpit impugnare, & Pontificis contra oraculorum autoritatem ἀναμάρτητον impudenter extollere. In qvarum ultima ad Calixtum *de primo Principio Theologico*, Hildeſiæ A. 1625. (238.) edita, nec multo poſt recuſa, a Noſtro autem Prælectionibus aliqvot publicis, & præmiſſo iis Programmate, M. Junio ejusdem A. 1625., refutata, *Scripturam nihil penitus eſſe, niſi mortuam & ſuſpectam in libro literam*, Librosqve ejus *a meris hominibus, partim aperte, ut erat David, partim forſan etiam occulte, facinoroſis, conditos*, affirmare calamo blaſphemo non erubuit. Programmate hoc, & Prælectionibus Calixtinis, per corycæos Pontificios, Helmſtadii tunc commoratos, forte exceptis, adeo irritatus eſt Nihuſius, ut duo iſtis ſcripta, *Andabatam* ſcil. *Helmſtettenſem* & *Calixtum caſtigatum*, jam elaborata (qvorum tamen neutrum prodiit), repoſitum a ſe iri, in Epiſtola ad Nicol. Granium, Profeſſorem Helmſtadienſem, minaretur. Paulo poſt in patriam Ducatum Brunſvicenſem, cum copiæ hunc Cæſareæ in bello tricennali occupaſſent, reverſus, & cœnobii Haldenslebienſis præfectus monialibus, Helmſtadium ſæpius excurrit, &, Noſtrum (qvo ſe amico antehac amiciore uſum fuiſſe nemine ultro fatebatur) aliqvoties inviſens, imo in ejus pernoctans ædibus, priſtinam renovavit amicitiam, &, ſcripta modo laudata non eſſe proditura, ſponte promiſit, Calixto contra affirmante, & fixam hanc animi ſententiam in ſcriptis deinde publicis freqventer repetente (239.), ſe, ſi in poſterum ab ipſo libellis hujusmodi laceſſeretur, *ſilentio & contemptu ejus ulturum petulantiam, neqve unqvam eo adductum iri, ut, ſine ſpe utilitatis in publicum redundaturæ, cum ullo, omnium autem minime cum ipſo, ſuo olim & Auditore & Amico, digladietur.* Superatis Haldenslebii phreneſeos, in qvam inciderat, brevioris paroxyſmis, Abbas Monaſterii in ditione Honſteinia Ilfeldenſis, vi Lutheranis erepti, A. 1629. conſtitutus, titulum Domini Clementiſſimi ſtulta ſibi ambitione cœpit vindicare, &, reconciliationis immemor, mutata mente, in *Cribratione* (qvam vocabat) *Superintendentis Bleicherodenſis*, ſermone A. 1630. edita germanico, denuo in Calixtum ſcurriliter & neqviter debacchari. Cribrationi huic A. 1631. ſchedæ ſucceſſerunt ſimiles aliæ, manu ejus exaratæ, Noſtroqve transmiſſæ, &, has inter, qvæ Anno ſeqvente 1632. Hildeſiæ (240.) lucem aſpexit publicam, *Ars Nova dicto S. Scripturæ unico lucrandi e Pontificiis plurimos in partes Lutheranorum, detecta nonnihil & ſuggeſta Theologis Helmſtadienſibus, Georg. Calixto præſertim & Conr. Hornejo, qvi, ne hoc compendium negligant, monentur & rogantur.* Qvo in opuſculo maledico, plane abſurdo, & autoris ſui liqvido prodente dementiam, non *Senatui* ſolum Academiæ Juliæ, peculiari, ut Calixtum & Hornejum reſpondere ſibi juberet, monito & obſecrato *Coronide*, ſed & aliis paſſim obtruſo, *Novam* (qvam falſo ſic vocat, cum a Renato Benedicto, Theologo Pariſienſi, Joh. Gontierio, Joh. Arnoldo & Franc. Veronio, Jeſuitis Gallis, & Ant. Fabro, JCto Sabaudico, jampridem inventa eſſet & uſurpata) cum Pontificiis diſputandi, errorumqve illos convincendi, *Artem*, Proteſtantibus, velut omnium tutiſſimam

(236.) Exhibet illud Gotfr. Arnoldus *Tomo III.* der Kirchen-und Ketzer-Hiſtorie, *c. 12., p. 118.* (237.) *Relege §. X. dicta.* (238.) *in 4.*, curante Editionem Matthia Kinckio, Canonico templi S. Crucis Hildeſienſi. (239.) in Digreſſione ſcil. de *Arte nova p. m. 27. 34. 38. 40. 41. 192. 193.*, & in *Iterata Compellatione ad Acad. Colonienſem*, Georg. Caſſandri *Dialogo de Communione ſub utraqve ſpecie* ſubjuncta, *p. 314. 315. 354.* (240.) *in 4.*

tutiſſimam & compendioſiſſimam, commendavit, & Noſtrum præſertim, ut illa uteretur, ſecumqve in arenam deſcenderet, non ſcriptorum ſolum, nuper editorum, impugnatione, ſed precibus etiam, blanditus, monitis, obteſtationibus, imo ſolenni per Deum adjuratione, hisqve immiſtis minis, objurgationibus, & Principum Gvelphicorum, Collegarumqve Academicorum, compellationibus, adigere eſt conatus. *Ars* autem hæc *Nova*, verbis a nobis adumbranda Calixtinis (241.), *præſcriptione & poſſeſſione nititur, per qvam effici poſſe Nibuſius exiſtimat, ut Pontificii nihil eorum, qvæ ſeorſim a cæteris toto orbe Chriſtianis adſerunt, probare teneantur; poſita non in aliqvo, qvod Artifices factitent; ſed qvod eorum Adverſarii aut agant, aut patiantur. Nempe, qvi diſputat cum Pontificiis, 1. non debet petere probationem eorum, qvæ illi affirmant, 2. ipſe debet probare oppoſitas negantes, ſed 3. unico Syllogiſmo, & qvidem 4. tali, ad cujus neutram Præmiſſam Pontificius aliqvis poſſit regerere NON LIQVET, aut NON ADMITTO. Nullum igitur 5. afferre debet Proſyllogiſmum, ſed 6. illico, ubi audierit NON LIQVET, vel NON ADMITTO, cauſam & victoriam Pontificiis cedere.* Methodum hanc refutandi hæreticos, judice Lovanienſi libelli cenſore, *facilem & ſolidam*, ſed, omnium rationis compotum conſenſu, ſtolidam, ridiculam atqve ineptam, Noſter, propoſiti tenax, æqve ac alia ἐκτρώματα Nihuſiana, reſponſo primum dignari noluit, Pontificiorum tamen de illa gloriationibus, ſuorumqve precibus ac hortatibus, ut eas retunderet, permotus, *Digreſſionem* illi *de Arte Nova, qvam commentus eſt B. Nihuſius*, non ad novum Artificem, honore hoc indignum, ſed *ad omnes Germaniæ Academias, Romano Pontifici deditas & ſubditas, inprimis autem Colonienſem*, illiusqve præſertim Theologos, directam, & *Epitomes Theologiæ Moralis Parti I.*, Helmſtadii A. 1634. publicatæ, ſubjunctam, oppoſuit. In hac, oſtenſa ſolide commenti iſtius, non novi, ſed jam iterum recocti, præſcriptionem forenſem ad ſententias animi, dogmataqve & certamina ſacra, inepte detorqventis, abſurditate ſumma, Theologos Pontificios, præſertim Colonienſes, ut, componendarum tandem aliqvando controverſiarum ergo, veteri veraqve diſputandi utentes methodo, dogmatum eccleſiæ evangelicæ, ſibi inviſorum, e ſcriptura & conſenſu antiqvitatis probationem a ſe, ad eam exhibendam parato, pro lubitu poſcerent, & ſuas viciſſim Theſes ſacras circiter LXXX., a Proteſtantibus rejectas, ex utroqve principio, aut alterutro, vel κατὰ τὸ ῥητὸν, vel per juſtam conſeqventiam, pari modo demonſtrarent, permiſſa etiam Verſione Bibliorum Vulgata, tanqvam avthentica, ſi fontes conſulere nollent, utendi; &, præter libros canonicos V. T., ejusdem etiam Apocryphos pro ſe allegandi, poteſtate, provocavit. Nihil iſti a Theologis Colonienſibus, futili prætextu, librum, Coloniam licet ad Academiæ transmiſſum Rectorem, Collegio ſuo ſolenniter (per Notarium ſcil. ac teſtes) non eſſe exhibitum; Nihuſio interprete, cauſatis, eſt reſponſum, ab ipſo autem Nihuſio, e patria interim Svecorum armis Coloniam denuo aufugere coacto. & Amſtelodami deinde in Batavia per annos exulante complures, poſt ſexennii ſilentium, qvatuor libelli, abſurda abſurdis cumulantes, fœdisqve ſcatentes conviciis, repoſiti, & ad Auguſtum, Ducem Brunſvicenſem, Senatum ejus aulicum, Acad. Juliam & Collegium hujus Juridicum, alios item Principes & civitates, ambitioſe ablegati. E qvibus *Apologeticus pro Arte nova, contra Andabatam Helmſtadienſem*, A. 1640., *Facula* A. 1641., *Irnerius* autem (mox denuo memorandus) & *Triumphus Catholicorum de G. Calixto, Academiis, Auguſtanæ Confeſſioni addictis, annunciatus*, A. 1642., typis Colonienſibus (242.) prodierunt. Calixtus, qvi ſchedas iſtas inficetas & maledicas reſponſo merito judicavit indignas, nec cum autore illarum, ſanæ mentis haud ſatis compote, qvicqvam ſibi voluit eſſe negotii, præcipua tamen illarum mendacia & τερατολογήματα, eodem A. 1642., in *Iterata ad Academiam Colonienſem*, ejusqve Theologos, & Henricum præcipue Sierſtorfium, temerarium librorum Nihuſii approbatorem, *Compellatione*, dextre refutavit, & hanc, una cum præfixo *de Communione ſub utraqve ſpecie* tractatu, ſpecimen probationis dogmatum, qvalem ab adverſariis deſiderabat, exhibituro, ſcriptisqve Georg. Caſſandri, & aliorum, idem argumentum illuſtrantibus, Auguſto, Duci Brunſvicenſi, Principi ſuo (per qvem hæc omnia non Colonienſibus ſolum, ſed & Cæſari, Electoribus, Principibusqve aliis, optabat transmitti), prolixa inſcripſit epiſtola dedicatoria. E qva (243.), uti & ipſa *Digreſſione de Arte Nova* (244.), Compellatione Iterata (245.), & *Refutatione Cryptopapiſmi Helmſtadienſis*, a Buſchero editi, vernacula (245.), Petriqve Bælii, Calixtina iſta ſecuti, *Dictionario Hiſtorico Critico* (247.), plura, ad hujus cum Nihuſio certaminis ſacri, & ſcriptorum utrinqve editorum, ſpectantia hiſtoriam, poterunt cognoſci. Nobis illi diutius haud vacat immorari. Licet enim Nihuſius, & in Batavia exul, & Johannis deinde Philippi, Archiepiſcopi Moguntini, Vicarius in ſacrorum per Haſſiam, Thuringiam & Eisfeldiam, cura generalis conſtitutus, ſimulqve Myſiæ Epiſcopi a Pontifice ornatus titulo, non ante Calixto obtrectare, qvam Erfurti d. 10. Mart. A. 1657. vivere, deſierit (248.), & plurima, qvæ ſuo infra loco recenſebuntur, annis etiam ſeqventibus, adverſus eum, in lucem protruſerit opuſcula, mentio tamen iſtorum hoc loco, cum nulli a Noſtro ſit reſponſum, omitti merito poſſe videtur.

§. XLIII.

Non tamen prætereundum, qvod e Sacro hoc enatum eſt, certamen de Jure Civili Romano Hiſtorico-Literarium. Lotharii II., Imperatoris, tempore, in lucem hoc & fori uſum, ab Irnerio, Academiæ Bononienſis Anteceſſore, eſſe revocatum, &, ejusdem Imperatoris lege, abrogatis legibus Longobardicis, Gothicis, Francicis, aliisqve, confirmatum, Phil. Melanchton, in *Chronico*, ſub Joh. Carionis nomine edito, primus aſſeruerat, & poſtea, licet nullius is, pro ſententia hac, ſcriptoris antiqvioris allegaſſet teſtimonium, Joh. Fichardus (*in Vitis JCtorum*), Val. Forſterus (*in Hiſtoria Juris*), Car. Sigonius (*Lib. XI. & XV. de Regno Italiæ*), Joh. Nic. Alidoſius (*in præfat. Libri de JCtis Bononienſibus Italici*), Johannes Bonifacius (*Lib. III. Hiſtoriæ Tarviſinæ*), & alii pleriqve JCti & Hiſtorici, imo & ipſe Calixtus noſter (*in Apparatu Theologico*), tradiderant. Qvi cum, re accuratius deinceps perpenſa, nullo hanc aſſertionem veterum niti perſpexiſſet teſtimonio, Abbatem autem Urſpergenſem, Conradum a Lichtenau, Seculi XIII. ſcriptorem, Mathildis Comitiſſæ (non Lotharii) rogatu & autoritate, ſtudium Juris Romani, in Imperio Occidentali, ab Irnerio eſſe reſuſcitatum, teſtari, obſervaſſet, qvo erat candore, hanc ſententiam, repudiata priori, poſt Frid. Lindebrogium (*Commentum* illam in *Codicis legum antiqvarum* appellantem *Proœmio*), amplecti, &, in *parte Epitomes Theologiæ Moralis prima, Digreſſioni* Anti Nihuſianæ præfixa (249.), defendere non dubitavit. Nihuſius, e mutata a Noſtro mente cavillandi qværens materiam, non ſolum A. 1640., in peculiari *Apologetici pro Arte nova Appendice*, & A. 1641. *in Facula*, priori, contra eum, ſtylo maledico patrocinatus eſt, ſententiæ, ſed & integrum de qvæſtione hac hiſtorica, Coloniæ A. 1642., libellum, ſub titulo hoc, edidit, Thraſonico: *Irnerius, ſeu Qvæſtiones de Juriſconſulto illo Hiſtoricæ, a Juris Cæſarei ac Pontificii Collegiis Bononienſibus excuſſæ qvam ſolidiſſime, M. Dec. A. 1641. Barth. Nihuſius procuravit ediditqve. Juriſconſultis Hiſtoricisqve rem fore acceptam ſibi perſvadens, de Andabata autem Helmſtadienſi, G. Calixto, totus hic triumphans.* In hoc duo, pro ſententia vulgo recepta, Reſponſa publicavit Academica, Juriſconſultorum ſcil.

Lovani-

(241.) ex *Ep. Dedic. Dialogi G. Caſſandri de Commun. ſub utraqve ſpecie*, A 1642., cum acceſſionibus variis, editi, *lit. e. 3. a. b.* (242.) *in 8. omnes.* (243.) *lit e. 3. a. b. g. 3. a. h. 2 b.* (244.) *p. m. 3-47.* (245.) *p. 297-370. paſſim.* (246.) *P I., §. 2. 3. 4. 5. 6 & ſeqq.* (247.) *T. II., P. I., p. 666-671., Edit prioris*, ſub nomine Nihuſii, ubi *Digreſſionem* potiſſimum Calixtinam ſeqvitur. (248.) V. de morte ejus Wilh. Ern. Tenzelii *Curieuſe Bibliotheck, A. 1704., Sect. 8., p. 724-725.* (ubi & Epitaphium Erfurtenſe recitatur), & Wittenii *T. I. Diar. Biograph. Sec. XVII., ad A. 1657., lit. Kkk. 2. b.* (249.) *p. 112.*

Lovanienſium brevius, Bononienſium autem longe prolixius, Fabii Chiſii, Nuncii tunc Coloniæ Pontificii, poſtea vero Papæ, commendatione impetratum, ſed meris itidem Recentiorum pro Lothario pugnans teſtimoniis, iisqve *Epilogum* ſuum, Calixtum antea, *in Apparatu*, eidem Lothario Juris revocationem tribuiſſe Juſtinianei, docentem, *Annotationem ad Epilogum*, hujusqve *Additamentum*, qvædam, e Calixtina *Digreſſione* hinc inde decerpta, vellicans, attexuit. Adeo autem in centonibus hiſce in Noſtrum fuit iniqvus, ut, ob mentem de problemate hoc hiſtorico minoris momenti prudenter mutatam, *ſummæ* eum *levitatis* accuſare, & *Vertumnum* appellare (250.), haud ſit veritus. Qvæ hominis protervia ne inulta eſſet, Calixti Præceptoris, paucis tantum, etſi ſolidiſſime, Nihuſio & Bononienſibus, in *Iterata ad Academiam Colonienſem Compellatione* (251.), A. 1642. reſpondere dignati, φροντίδας de hoc argumento δευτέρας καὶ σοφωτέρας, Herm. Conringius, ex Auditore Collega, contra utrosqve, & longe fuſius, & ſumma eruditione atqve dexteritate, tueri eſt aggreſſus, in eximio *de Origine Juris Germanici Commentario Hiſtorico*, Helmſt. A. 1643. ac 1649. edito, &, cum augmento inſigni, ibidem A. 1665. (252.) tertia vice recuſo, in qvo, vel ipſo titulo indice, *obiter* (253.) *de Juſtinianei Juris in ſcholas ac fora reductione diſſeritur, triumphiqve Nihuſiani exploduntur*, ac, in *Præfatione* (254.), inſuper Nihuſii ratio contra Calixtum diſputandi abſurda & ſtolida eſſe oſtenditur. Regeſſit qvidem Nihuſius Conringio complura, *in Appendice Anticritici de Fabrica Crucis dominicæ contra G. Calixtum*, Coloniæ A. 1644. *in 8.* editi, *p. 25-39.*, ſed inani tantum dicacitate cramben eandem recoxit. Pleriqve certe eruditiores, e qvibus ſolos jam Joh. Henr. Meibomium (255.), Ericum Mauritium (256,) & Joh. Georg. Kulpiſium (257.), laudabo, Calixti atqve ejus ſententiam, non ſine elogiis utriusqve honorificis, ſuis poſtea approbarunt calculis, & ſolus ferme Joh. Otto Tabor, Anteceſſor Acad. Gieſſenæ, vulgatæ JCtorum & Nihuſii, adverſus Conringium (cui aliqvamdiu cum eo fuit decertandum), patrocinatus opinioni, magno qvidem conatu & fervore, ſed ſucceſſu minus felici, impugnavit. Sufficiant hæc de iſto minoris momenti certamine hiſtorico (258.). Ad alia pergendum graviora, eaqve & ſacra, & domeſtica.

§. XLIV.

A. 1639., cum Joh. Duræus, Scoto-Britannus, impiger ille, per omnem fere vitam, pacis Lutheranos inter & Reformatos eccleſiaſticæ ſvaſor & ergodioctes, in Ducatum delatus eſſet Brunſvicenſem, ſua cum illo Calixtus, ejusdem cupidiſſimus, Principum juſſu, ſociavit conſilia, binis cum eo, de promovenda iſtius ratione, habitis Colloqviis, Hildeſienſi ſcilicet, ad qvod a Georgio Duce eſt evocatus (259.), & Brunſvicenſi, Auguſti herois Gvelphici, inſtituto auſpiciis, cui, una cum ipſo, D. Henr. Wideburgius, Superintendens, & M. Joh. Haſpelmacherus, Abbas Mariævallenſis, interfuerunt, ac Judicium de conatibus Duræi Irenicis d. 5. Dec. tulerunt honorificum (260.). De qvibus cum Collegium etiam Academiæ Juliæ Theologicum, cujus Noſter erat Senior, ab eodem A. 1634. conſuleretur, communi illud conſenſu, ipſo Duræo teſte (261.), *hos approbavit, & de ſucceſſu rei optato ſpem ex eo concepit, qvod plerisqve tædio lites eſſe incipiant, & Principibus non paucis, inprimis Brunſvicenſium Duci, cordi ſit moderatio, pacisqve* inſuper *promovendæ. in ſcriptis & actionibus, conatum promiſit.* Hæc pacis agitanti conſilia bellum denuo ſacrum infertur ab adverſario impare, M. Statio Buſchero, civitatis Hannoveranæ non Superintendente (uti ab Æg. Strauchio (262.) falſo ſalutatus eſt), ſed Parocho Ægidiano, Philoſophiæ Rameæ, & dogmatum Dan. Hofmanni Theologicorum, in ſaniorem Philoſophiam injuriorum, aſſecla, ob horum condemnationem, & illius ex Acad. Julia, ſcholisqve Ducatus Brunsvicenſis omnibus, proſcriptionem, publica Principum autoritate factam, cum Academiæ univerſæ, tum Profeſſoribus præſertim Theologis, jampridem infenſiſſimo (263.). Is, odio hoc ſtimulante, Theologos modo laudatos, &, hos inter, præſertim Calixtum, doctrinæ novæ & heterodoxæ, librisqve Eccleſiæ Lutheranæ ſymbolicis, ac Corpori Doctrinæ Julio, eadem in ditionibus Brunſvicenſibus gaudenti auctoritate, ſæpiſſime contrariæ, temere in ſcripto inſimulare auſus eſt vernaculo, qvod, a Tobia Gündermanno, typographo Hamburgenſi, Matthæo Meriano, Bibliopolæ Francofurtano, ut Francofurti ad Mœnum ſuis excuderetur ſumptibus, transmiſſum, A. 1639. ſub ſeqventi ἀνωνύμως edere voluit titulo: *Abominatio deſolationis ſtans in loco ſancto*, oder Greuel der Verwüſtung, in der Julius-Univerſität Helmſtätt geſetzet, an die heilige Stätte der reinen Evangeliſchen Lutherſchen Lehre, ſo in der Augſpurgiſchen Confeſſion, und dem gantzen Corpore doctrinæ Julio, begriffen, dargethan und erwieſen auß der Helmſtättiſchen Theologen dieſer Zeit öffentlichen Schriften, durch einen Liebhaber der Evangeliſchen Lutherſchen Wahrheit, andern zur Warnung publicirt. Qvod cum Merianus, ab eriſticis iſtiusmodi chartis alienior, diſſvadente etiam editionem Medico, qvem conſuluerat, erudito Francofurtano, Gvilh. Ern. Scheffero, ἀνέκδοτον Hamburgum Gündermanno remiſiſſet, Gündermannus ipſe, hortatu M. Viti Barbaroſſæ, Præpoſiti Itzehoenſis (qvi Wilhelmum etiam, Ducem Haarburgo-Lüneburgicum, idem deſiderare retulerat), Hamburgi A. 1640. (264.), e typographeo ſuo, ſub titulo a priori diverſo *Crypto-Papiſmi novæ Theologiæ Helmſtadienſis* (des Heimlichen Pabſtums, ſo, in der Neuen Helmſtättiſchen Theologen Schriften, unter dem Scheine der Evangeliſchen Lehre, hin und wieder verſteckt, allen Evangeliſchen Lutherſchen Chriſten zur getreuen Warnung vorgeſtellt), illud in lucem protruſit, & 478. exemplis falſum *Chriſtiani Petri* nomen (265.), reliqvis autem 900. verum Statii Buſcheri, autoris, hoc licet invito, periculi vitandi cauſa, præfixit. In hoc libello, judicibus Acad. Juliæ Profeſſoribus (266.), famoſo, Theologis Helmſtadienſibus, Calixto, Conr. Hornejo & Paulo Müllero (cujus ſolius nomini, qvod Superintendens ſuus eſſet, pepercit), illorumqve diſcipulis, D. Juſto Geſenio, Georgii, Ducis Brunſvico-Calenbergici, Concionatori Aulico, & D. Alardo Vaekio, Comitatus Schaumburgici Eccleſiarum Præſuli, præ cæteris tamen Calixto Noſtro (tum ex aliis illius ſcriptis, tum ex *Epitome* inprimis *Theologiæ Moralis, Digreſſione de Arte Nova Nihuſii* & *Proœmio Librorum* Auguſtini *de Doctrina Chriſtiana, Commonitoriiqve* Vincentii Lirinenſis), errores, in VII. doctrinæ ſacræ articulis (1. de Scriptura, 2. de Peccato Originali, 3. de Juſtificatione & Bonis Operibus, 4. de Eccleſia, de poteſtate Pontificis, 6. de S. Coena, & Miſſa, & 7. de variis capitibus), Pontificii plurimi, & qvidem, ſi Hülſemannus (267.) & Calovius (268.) numerum, ab autore non additum, recte computarunt, XCIX., ταυτολογίᾳ inepta multiplicati, affinguntur, & ſingulos antitheſes ſuæ, ex

(250.) *p. 23.* (251.) *p. 315. 320. 330. 331.* (252.) *in 4.* (253.) *in Præfatione, ac Capitibus 20. 21. 22. 23. & 24.* (254.) Seorſim hæc *Præfatio* impreſſa eſt inter Conringii *Epiſtolas*, Helmſtadii A. 1666. *in 4.* editas, *num. 14*, *p. 108-128.* (255.) *in Notis ad verſ. 219. Herlingsbergæ Henrici Roslæ (T. I. Rer. Germ. Henr. Meibomii Jun.)*, *p. 7. 8.* (256.) *in Diſſ. de Libris Juris Communis, Th. XXI.* (257.) *P. II. Commentationum Acad. in Sev. Monzambani Lib. de Statu Imperii German. p. 100.* (258.) Plura de illo ſuggerent Conringius *Supplem. L. I. Antiqq. Acad. p. 346. 347. 348.*, Er. Mauritius (ſingula utriusqve Partis argumenta recenſens) *l. c.*, M. Bernh. Pet. Karlius *in Diſſ. de Germania literis nulli regioni ſecunda p. 39.*, & B. G. Struvius *in Hiſt. Juris, c. 5.*, *p. 378.* (259.) V. Frid. Ulr. Calixti *Viam ad Pacem inter Proteſtantes, P. II., c. 16*, *p. 318. 320.* (260.) Legitur illud in eadem Calixti Junioris *Via ad Pacem, P. I.*, *p. 97-100.* Mentio Colloqviorum iſtorum ab ipſo etiam facta eſt Duræo in προδιορθώσει *Conſultationum Irenicarum p. 124.* (261.) *in Actis cum Daniæ Theologis, in Tractatuum Irenicorum Prodromo, Amſt. A. 1662. edito, obviis.* (262.) im Calixtiniſchen Greuel *p. 6.* V. der Helmſt. Univerſität Schutzrede wieder Strauchium *p. 80. 81.* (263.) V. id fuſius demonſtratum in Calixti Wiederlegung Buſcheri, *P. I.*, *§. 24-32.*, *p. 24-29.*, & in der Helmſt. Univerſ. Schutzrede *p. 6. 7. 8.* (264.) *in 4.* (265.) De larva hac Chriſtiani Petri confer Vinc. Placcii *T. II. Theatri Anonymorum & Pſeudonymorum p. 495. 496.* (266.) *in Pietate Acad. Juliæ p. 3.* (267.) *in Dialyſi p. 359.* (268.) *Lib. 3. Hiſt. Syncret., c. 5., p. 573.*

Auguſtana Confeſſione, hujus Apologia, Corpore doctrinæ Julio, ſcriptisqve Lutheri, ſophiſticis corraſæ artibus, opponuntur. Malas, qvibus tantus errorum chimæricorum numerus debetur, artes Noſter (269.) vivis adumbravit coloribus, Buſcherum verba ſua Latina falſa in lingvam Germanicam verſione malitioſe depravaſſe, omiſſis, qvæ calumnias ipſius refellere poſſent, mutilaſſe, mutilata, & hinc inde e textu corraſa, in ſenſum autoris intentioni haud congruum denuo conglutinaſſe, imo loca Pontificiorum, a ſe, contra illos diſputante, allegata, velut propriam exhibentia ſententiam, ſibi affinxiſſe, vere conqveſtus.

§. XLV.

Qvam primum de ſcripto hoc adverſus Theologos ſuos Helmſtadienſes prodituro, & Buſchero, ſubdito ſuo, ejus autore, rumor, teſtimoniis deinde Schefferi, Meriani & Gündermanni, in forenſi inqviſitione, poſtulatu ſuo, a Senatu, tam Francofurtenſi, M. Apr. A. 1640., qvam Hamburgenſi (cujus juſſu exempla etiam illius, apud Gündermannum inventa, confiſcata ſunt), ſeqventi M. Majo, inſtituta, confirmatus, exeunte Anno 1639., ad Georgii, Ducis Brunſvico-Calenbergici, aures deferebatur, graviter ille, ſicut par erat, eſt commotus, & jure in turbatorem hunc eccleſiæ patriæ agi voluit (270.). Die igitur 19. Dec. A. 1639., & denuo d. 2. Jan. A. 1640., Buſcherus a Senatu Ducatus Calenbergici Eccleſiaſtico, cauſa citationis diſſimulata, ut coram ſe Hildeſiæ compareret, eſt juſſus, ſed utramqve citationem, cephalalgiæ vehementioris ac morbi pectoralis prætextu, eluſit. Tertia ejusdem epiſtola, d. 29. Jan., an autor ſcripti in Theologos Helmſtadienſes adeo injurii eſſet, ſincere abſqve ullis profiteri juſſus ambagibus, in reſponſoria, d. 2. Febr. exarata, ſcriptum tale injurium a ſe profectum eſſe præfracte nec ſine abuſu nominis divini, negavit, illud autem, cujus autor perhiberetur, ſibi transmitti, actoresqve ſimul indicari, ſi ulterior deſideraretur reſponſio, petiit, multa interim in Helmſtadienſium libris Corpori doctrinæ Julio contraria, ſe judice, occurrere haud inficiatus. Edito tandem libello mendaci & maledico, qvarta vice, ad cauſam Hildeſiæ, d. 25. Jun. A. 1640., in præſentia eorum, qvos accuſaverat, coram judicio (*qvod ne, vel per calumniam, iniqvitatis ſuſpicionem poſſet incurrere, non tantum ex univerſo Senatu, aulico pariter & eccleſiaſtico, ſed ex ordinum etiam provincialium delectis, ipſoqve adeo Hannoveræ urbis Conſule Primario & Syndico, Theologis item exteris nonnullis, Princeps*, Cancellario ſuo Præſide deſignato, *conſtituerat* (271.)), dicendam, eamqve, tum qvoad veritatem accuſationum, tum qvoad modum agendi, defendendam, eſt evocatus. Verum nec huic mandato homo, Principis ſui jam ſpernere aſſvetus autoritatem, paruit, ſed, in reſponſoriis ad Senatum Eccleſiaſticum, d. 21. Apr. ſcriptis, libellum qvidem ſuum eſſe haud amplius negavit, ac juſſu Ducali (Wilhelmi haud dubie, Ducis Haarburgo-Lüneburgici) a ſe conſcriptum eſſe faſſus eſt, coram judicio autem ſe non poſſe comparere, tum qvod cauſa totius eſſet eccleſiæ, & puritatem doctrinæ concerneret, tum qvod infirmitate adhuc corporis ipſe laboraret ingenti, & laborum mole opprimeretur ferme intolerabili, denuo inculcavit, &, ut per literas ſibi a judicibus pariter atqve adverſariis ſingula exponerentur, petiit. Verum, nec corporis eum infirmitas, qvam falſo hactenus prætexuerat, nec muneris eccleſiaſtici occupationum multitudo, impedire potuit, qvo minus, ante diem judicio deſtinatum, mala conſcientia metuqve pœnæ imminentis urgentibus, clanculum, rebus convaſatis, & deſerto turpiter grege ſibi commiſſo, extra Ducatus limites, in ditionem aufugeret alienam. E qvo latibulo literæ ab illo d. 26. Maji, ad Senatum Hannoveranum datæ ſunt frivolæ, qvibus, fugam ſuam coram Principe excuſari, controverſiam ſcriptis ventilari, & officium deſertum ſibi reſtitui, poſtulavit, & de cauſæ ſuæ, judices a partium ſtudio immunes, ſi e ſolo Verbo Dei & Corpore doctrinæ Julio ſit diſputandum, metusqve *Brachii ſecularis* ceſſet, haud formidantis, bonitate proterve eſt gloriatus. Abſentia tamen hominis male ſibi conſcii & profugi haud impedivit, qvo minus cauſa a judicibus cognoſceretur, &, unanimi omnium conſenſu, poſtqvam Theologi Helmſtadienſes, eodem evocati, per ſingulos articulos, innocentiam ſuam, ſeqve vel iſta, qvorum accuſati erant, minime, ſed potius contraria, docuiſſe, vel, qvæ ex objectis revera docuerant, verbi divini, Auguſtanæ Confeſſionis, Corporis Julii, aliorumqve Theologorum, ſuffragiis poſſe defendere, ἐφθαλμοφανερῶς demonſtraverant, hæc ferretur ſententia, Buſcherum, libello contra illos famoſe publicato, gravem iis intuliſſe injuriam, &, velut eccleſiæ turbatorem, ſcandaliqve ingentis autorem, pœna, fugitivo a Principe pro ſuo imponenda arbitrio, eſſe digniſſimum. Id qvod publico Georgii Ducis edicto, d. 27. Jun. A. 1640. Hildeſiæ exarato, & in omnibus, non ipſius ſolum, ſed & reliqvorum duorum Ducum Brunſvicenſium, ditionibus affixo, & in ſacris templorum ſingulorum prælecto ambonibus (272.), univerſis, tam indigenis, qvam exteris, eſt ſignificatum. Buſcherus interim, ne plane obmutuiſſe videretur, *Teſtimoniis, qvod Auguſtanæ Confeſſionis Doctores, juxta S. Scripturam, conſenſum Antiqvitatis ſemper maximi fecerint*, qvæ (ex *Aug. Confeſſione*, hujus *Apologia, Corpore doctrinæ Julio, Statutis Acad. Juliæ*, ſcriptisqve Urb. Regii, Mart. Chemnitii, Æg. Hunnii, Joh. Gerhardi & Leonh. Hutteri, collecta) Calixtus & Hornejus Hildeſiæ judicibus prælegerant, & deinceps, anno eodem 1640. (273.), ediderant, Reſponſum mox (274.) oppoſuit vernaculum (ſub Tit.: Einfältige Erklärung über die von den neuen Helmſtättiſchen Theologen, doch ohne Nahmen, ausgeſprengete *Teſtimonia Doctorum Auguſtanæ Confeſſionis de Conſenſu Antiqvitatis*), inqve iſto, ſtatum illos controverſiæ immutaſſe, &, cum oſtendendum fuiſſet, Doctores Lutheranos ſcripta Patrum pro fidei norma ac principio agnoſcere, hæc, eorumqve conſenſum, magni fieri, tantum probaſſe, λογομαχίᾳ inani eſt conqveſtus. Nec ipſis pepercit judicibus, cum, teſte Hülſemanno (275.), anno ſeqventi 1641., *Neceſſariam* contra hos *de Cryptopapiſmo ſuo* publicarit *Relationem* (Nohtwendigen Bericht von Publicirung des Crypto-Papiſmi Helmſtadienſis, und warumb er ſich dem zu Hildesheim hierüber angeſtelltem judicio nicht ſubmittiren können) (276.), fugamqve & contumaciam XVII. rationibus defendere ſit conatus. Finis tandem certamini huic infauſto, morte Buſcheri, eſt impoſitus, in exilio paulo poſt, eodem A. 1641., defuncti, & eam mox ſecuta (277.) editione *Refutationis Cryptopapiſmi* illius *novæ Theologiæ Helmſtadienſis* Vernaculæ bipartitæ, mandato & conſenſu omnium Familiæ Ducalis Brunſvicenſis Principum (278.), & nomine Theologorum Academiæ Juliæ publico, a Calixto conſcriptæ, Annoqve jam dicto 1641. Lüneburgi (279.), cum brevi de hiſtoria certaminis procemio, Georgii Ducis juſſu, a Cancellario ipſius atqve Conſiliariis præmiſſo (280.), iſtiqve ſubjunctis Actis forenſibus, huc ſpectantibus, ſub Titulo ἀνωνύμως excuſæ ſeqventi: Gründliche Wiederlegung eines unwarhaften Gedichts, welches M. Statius Buſcher, unterm Titul Cryptopapiſmi novæ Theologiæ Helmſtadienſis, zu Hamburg A. 1640. drucken laſſen, zu Rettung der Unſchuld und Wahrheit, auf Fürſtl. Befehl geſtellet und publiciret. In hac enim parte priori, qvæ de duplici Theologiæ principio (S. Scriptura & antiqvitatis eccleſiaſticæ conſenſu), poſteriori autem qvæ de Eccleſia, Poteſtate Pontificis, Juſtificatione & bonis operibus, peccato originali, S. Cœna & miſſæ ſacrificio, aliisqve qvæſtionibus, e ſuis, collegarum ac diſcipulorum, ſcriptis, Buſcherus

(269.) *P. I.* der Wiederlegung Buſcheri, §. *32.*, *p. 29.* (270.) V. Calixti ipſius *Ep. Dedic. Libri de Bono perfecte ſummo p. 6.* (271.) Verba hæc ſunt *Pietatis Acad Juliæ p. 4.* (272.) Diploma illud Georgii germanicum integrum, una cum ſimili Auguſti, Ducis Brunſvico-Guelpherbytani, exhibetur ſub nem der Schutzrede der Fürſtl. Julius-Univerſität zu Helmſtott, *p. 93-100*, Pars autem illius in Calixti Antwort auf Hülſemanni Meiſterliches Muſter, §. *104.*, *lit. Sss. 4. a. b.* (273.) ſine mentione loci, *in 4.* (274.) eodem A. 164.. *in 4.* (275.) im Calixtiniſchen Gewiſſenswurm, *c. 7.*, *p. 1243.* (276.) *in 4.* (277.) V. ipſam illam *Refutationem Buſcheri, P. II.*, *p. 418.* (278.) V. *Pietatem Acad. Juliæ p. 4.* (279.) *in 4.* (280.) V. Calixti Antwort auf Hülſemanni Meiſterliches Muſter, §. *104.*, *lit. Sss. 4. b.*

ſcherus collegerat, & virgula notarat cenſoria, vel ſibi atqve illis malitioſe affingi, vel falſo pro heterodoxis haberi, adeo ſolide, diſſertationibus & digreſſionibus prolixioribus longe erudititiſſimis paſſim immiſtis, e S. Codice, & Theologorum antiqviorum pariter atqve recentiorum monumentis, demonſtravit, ut nemo clandeſtinorum Buſcheri fautorum ac Patronorum tunc qvicqvam auſus ſit regerere. Princeps illorum fuit Juſtus Feurbornius, Theologus Gieſſenſis, de qvo digna ſunt qvæ addantur verba epiſtolæ Noſtri, ad Joh. Hülſemannum A. 1646. exaratæ (281.): *Inter Marpurgenſes ſcio eſſe D. Feurbornium, qvem nihil mirum eſt incendiis excitandis operam dare, cum ipſo nomine ignem e fonte erumpentem minetur, & pridem, in certamine cum Tubingenſibus egregium ſpecimen ediderit. Ille, ante ſexennium, Buſchero opem ferre nitebatur. Literas ejus, huc facientes, mihi oſtendit ipſe ejus affinis, D. Wideburgius. Idem impulit illuſtriſſimum Landgravium* (Haſſiæ), *Georgium, ut apud affinem ſuum ὁμώνυμον* (Georgium, Ducem Brunſv.), *glorioſæ memoriæ Principem, Buſcheri cauſam ageret. Sed apud heroem juſti rectiqve tenacem toto illo molimine fruſtra fuit. Neqve nunc obſcurum eſſe poteſt, e qvo ignito fonte manarit, qvod Sereniſſimus Elector* (Saxoniæ), *ut ſcribis, a vicino qvodam Principe (illo ipſo ſcilicet, a qvo noſtri τῦ μακαρίτȣ conſtantia & dexteritas eodem tempore tentabatur) rogatus fuerit, negotium daret ſuis Theologis examinandi & ſeqveſtrandi dogmata qvædam & phraſes noſtras. Qvod eqvidem fateor non ſtulte excogitatum, modo Electorales Theologi Pontificium cathedram, & ἀναμάρτητον ſatis ſtabilitam, poſſiderent; nam aliter a qvorundam eruditione & acumine examen & cenſuram admodum accuratam expectari non poſſe, ne ipſe qvidem ignoras. Eodem tempore, nempe ante ſexennium, conſtans rumor erat, ab ignivomo illo incitatos Witebergenſes ſollicitaſſe Lipſienſes, ut ſecum adverſus nos in arenam deſcenderent, ſed hos noluiſſe. Vidi tunc temporis epiſtolam, manu D. Hœi p. m. ad Amicum qvendam ſuum exaratam, in qva hæc erant verba:* Ich wehre all was ich wehren kan, *ne videlicet noſtri Electorales negotio Buſcheriano ſe immiſceant. Hic enim germanicorum verborum, qvæ ſeqvebantur, & memoria exciderunt, ſenſus erat. Nunc autem cathedræ iſti* (Dresdenſi) *inſidet homo (D. Jac. Wellerus), qvanto junior, tanto qvoqve imprudentior & audacior, & ad turbas concitandas pronior.* Poſt fata Buſchero Zelotæ Saxonici, eorumqve Paraſtatæ, ne ſoli in Calixtum & Helmſtadienſes iniqviores fuiſſe viderentur, patrocinari, moto iisdem a ſe certamine, cœperunt, &, hos inter, Joh. præſertim Hülſemannus, Buſcheri diſcipulus, qvi, licet antehac A. 1640., in epiſtola ad Herm. Conringium, ſuam in præceptorem, ob turbas has excitatas, indignationem, & diſſenſum ab eodem, eſſet teſtatus, decennio tamen poſt, *in Dialyſi* (282.), 99. Enunciationes, Corpori Doctrinæ Julio contrarias, Helmſtadienſibus a Buſchero eſſe objectas, horum autem *Apologiam non præſtitiſſe, qvod præſtare debebat*, vindictæ ſtudio judicavit, a Noſtro, ob inconſtantiam hanc, merito objurgatus (283.). Similia de certamine hoc Buſcheriano judicia, in Noſtrum & Collegas iniqviora, Regiomontanorum, Abr. Calovii (in *Hiſtoria* etiam cramben eandem recoqventis *Syncretiſtica* (284.)), & Chriſtoph. Schulteti, Theologi Stettinenſis, Thomas Crenius (285.) exhibuit. Qvi ſicut plura his Æg. Strauchii (286.), Andr. Caroli (287.), & aliorum, imo & e Pontificiis Bartholdi Nihuſii, τυῤῥήξεως etiam hujus occaſione, in *Suſcitabulo* vernaculo, Coloniæ A. 1643. (288.) edito (dem Wecker vor die Hertzogthümer Braunſchweig und Lüneburg, in welchem eröfnet wird, wie aufrichtig Calixtus wieder Buſchern, und ſonſt mit den Catholiſchen, handle), more ſuo, in Noſtrum debacchati, addere facile potuiſſet, ita labore iſta conqvirendi, ſi teſtimoniis parum fidei a cordatis tribui recordatus eſſet hoſtilibus, rectius ſuperſediſſet inglorio. Prolixiorem noſtra certaminis hujus Buſcheriani deſideranti hiſtoriam præfatio a Georgii, Ducis Brunſvicenſis, Cancellario & Conſiliariis *Refutationi Cryptopapiſmi* Calixtinæ A. 1641., una cum Actis, eam illuſtrantibus, præmiſſa, *Academiæ Juliæ Pietas, adverſus Ægid. Strauchii calumnias*, ſcripto A. 1668. aſſerta publico (289.), hujusqve verſio germanica (die Schutz-Rede) (290.), ſatisfacient.

§. XLVI.

Controverſiæ ejusdem Buſcherianæ occaſione, D. Henricus Höpfnerus, Theologus Lipſienſis, Saxonicis aliis moderatior, & Calixto amicus, ſed Feurbornii, uti Noſter conjicit, claſſicis belli contra Helmſtadienſes ſacri concitatus epiſtolicis, d. 17. Maji A. 1641., mente a morbo diuturno fatali jam turbata, manuqve non propria, ſed Sam. Langii (auditoris ſui pariter atqve Calixtini, & Theologi poſtea itidem Lipſienſis) aliena, literas ad Calixtum dedit theologicas, ab Hülſemanno, *in Dialyſi* (291.), A. 1650., una cum noſtri reſponſoriis, juris factas publici, & ab adverſariis ejusdem aliis (292.) paſſim pro cauſa ſua fruſtra allegatas. In iſtis Calixto, qvod, in dogmatum Pontificiorum affirmative propoſitorum catalogo, *Digreſſioni de Arte Nihuſii nova* inſerto, *capitalis erroris de hominis per inhærentem juſtitiam habitualem juſtificatione, & negatæ imputationis juſtitiæ Chriſti*, non eſſet facta mentio, Conr. Hornejo autem, ob phraſin de Bonorum Operum ad ſalutem neceſſitate uſurpatam & defenſam, indignatus, utrumqve tandem, *ut cum Scriptura & Matre Eccleſia loqverentur, fraterne commonuit*. Cum autem a Calixto A. 1642., in reſponſoriis, Pontificiorum de Juſtificatione errorem, alibi ſæpius a ſe refutatum, in claſſem dogmatum, non affirmativorum, ſed negativorum, eſſe referendum, nec proinde in *Digreſſionis* locum invenire potuiſſe catalogo, phraſin autem de Bonis Operibus controverſam a ſe non adhiberi, tranſmiſſa ſimul, ut ſuam de illorum neceſſitate mentem accuratius cognoſceret, per filium, Lipſiam abeuntem, editione *Hiſtoriæ Joſephi* ſecunda, eſſet edoctus, acqvievit, nihilqve literarum, ſemeſtri licet adhuc ſuperſtes integro, repoſuit (293.).

§. XLVII.

A. 1644. *Diſſertationi* Calixti *de Communione ſub utraqve ſpecie*, cum Georg. Caſſandri *Dialogo* ejusdem argumenti, ſcriptisqve aliis huc facientibus, nec non *Iterata ad Academiam Colonienſem Compellatione*, ac Epiſtola, de ſuo Concordiæ Eccleſiaſticæ ſtudio, ad Auguſtum, Ducem Brunſvicenſem, Dedicatoria, biennio ante Helmſtadii editæ, a Theologis Moguntinis, & Promacho illorum, Vito Erbermanno, Jeſuita maledico, oppoſita eſt *Anatomia Calixtina, ſeu Vindiciæ Catholicæ pro aſſerendo Sacræ Romanæ Eccleſiæ Tribunali in fidei cauſis infallibili, præceptoqve Communionis ſub una ſpecie, contra Georg. Calixti novantiqvas impugnationes*, Reſpondente M. Nicolao Bürgers, Theol. Baccalaureo & Canonico, ad diſputandum propoſitæ (294.). In iſtis, non controverſiæ ſolum illæ, methodo plane ſophiſtica,

(281.) Exhibuit illa Georg. Chriſtoph. Calixtus, Noſtri Nepos, in der Läſter-und Lügen-Kunſt Æg. Strauchii *p. 69. 70.* Conf. ipſius Calixti Senioris Wiederlegung Welleri, §. *133.*, *lit. U. 3. b.*, & Verantwortung aufs Chur-Sächſiſche Schreiben, §. *c. 10.*, *lit. Ff. 3. b. Ff. 4. a. b.* (282.) *p. 359.*, & im Gewiſſenſw. *c. 8.*, *p. 1047. ſq. 1240. ſq.* (283.) in der Antwort auf's Meſſerliche Muſter Hülſemanni, §. *104.*, *lit. Sss. 3. b. Sss. 4. a. b.* (284.) *Lib. III.*, *c. 5.*, *p. 573.* (285.) *P. XIII. Animadverſ. Philol. & Hiſtor.*, *c. 2.*, *p. 198-201.* (286.) im Calixtiniſchen Greuel *p. 6.* (287.) *in Memorabilibus Eccleſiaſticis Sec. XVII.*, *Lib. V.*, *c. 12.*, *p. 954. 955.* (288.) *in 8.* (289.) *p. 3. 4.* (290.) *p. 5-11. 79. 80. 81. 93-100.* (291.) *p. 93. & ſeqq. 444.* (292.) V. Calovii *Hiſt. Syncret.*, *L. 3.*, *c. 4.*, *p. 561.*, *& c. 5.*, *p. 573. 574.* Joh. Ad. Scherzeri *Or. Fun. de Vita Sam. Langii (in Faſciculo Programmatum & Orationum) p. 138.*, Anonymi *Supplementum Compendii Hiſt. Eccl. Gothani, ſive Sect. III. Capitis V. Libri illius II.*, *p. 834.*, & And. Caroli *Memorabilia Eccl. Sec. XVII.*, *L. 5.*, *c. 25.*, *p. 095. 196.* (293.) Singula hæc fuſius expoſita ac probata invenies in Calixti Wiederlegung Welleri, §. *131. 132. 133. 134.*, *lit. U. 2. 3. & 4.*, *ultimaqve ejusdem Appendice, lit. b. 2. a. b.*, *b. 3. a.* (294.) Moguntiæ 1644. *in 4.* Calovius, *L. 3. Hiſt. Syncret.*, *c. 1.*, *p. 194.* in locum Moguntinæ Academiæ *Monachienſem*, Electori Moguntino ſubjectam, ridicule ſubſtituit, cum Monachium Bavariæ ſit Metropolis, nec Academia gaudeat.

phiſtica, diſcutiuntur, ſed conſilia etiam Noſtri Irenica improbantur ac rejiciuntur, autorqve illorum, canina eloqventia, horrendis atqve turpiſſimis proſcinditur convitiis. Accuſatur enim, qvod *hæreſes antiqvas foveat, novas procudat, calumnias immanes, imo tartareas & ſatanicas, ructet, Principes Pontificios intolerandis laceret injuriis, odia & bella ſpiret, novos fidei articulos, novam Eccleſiam, fabricet, claſſicum canat, pacem religionis in imperio turbet, bella non antiqva componat, ſed nova concitet, & non ſpem modo compoſitionis omnem intercidat, ſed Politicam etiam tranqvillitatem evertat.* Doctrina ſua, de omnibus creditu neceſſariis Symbolo contentis Apoſtolico, *talem*, ſi Erbermannum audias, *fabricatur fidem, ſub cujus tegumento nullus fere error deliteſcere non poſſit; talem adornat religionem, qvæ vix ullam reſpuat falſitatem, talem denique ædificat Eccleſiam, qvæ ſinu ſuo qvoslibet facile admittat Hæreticos, Schismaticos, ſoloqve nomine ementito Chriſtianos, & hoc ipſo fidem negavit, religionem prodidit, Eccleſiam vaſtavit*, ac *perinde* eſſe docuit, *cui te ſectæ adjungas. Calixti religio*, eodem judice, non eſt niſi *figmentum humanum, Eccleſia autem confuſio plusqvam Babylonica, qvovis Schismate deterior, qvavis hæreſi pernicioſior, eo magis qvo blandiori fuco leves animos ineſcat, Machiavellicæ impietati veliſicatur, Antichriſto & Atheismo viam parat.* Qvæ convitia atrociſſima, & his longe plura, partim ab ipſo Calixto, de immanitate illorum merito conqveſto, collecta (295.), partim vero ab adverſario ejus, Abr. Calovio, Lojoliticis iſtis excrementis, grato ſui in Noſtrum odii pabulo, vehementer delectato, ſæpius recocta (296.), licet, ſcriptum hoc, declamationes maledicas ac ſophiſticas argumentorum loco obtrudens, eodem, qvo Nihuſiana, ſilentio & contemptu digniſſimum eſſe, oſtenderent, *Reſponſum* tamen illi tripartitum, reponere τῷ Μακαρίτῃ, ne cauſæ ſuæ bonitati diffidere videretur, placuit. Pars hujus prima, Concordiæ ſtudium cordate defendens Eccleſiaſticæ, modos ac media promovendæ illius commonſtrans, βδελύγματα Pontificiorum & Jeſuitarum varia ſolide refellens, ipſosqve tandem Moguntinæ Academiæ Theologos ad veritatis Dogmatum Eccleſiæ ſuæ demonſtrationem, eodem, qvo antea Colonienſes (297.), pacto, provocans, epiſtolæ ſcriptorum *de Communione ſub utraqve* ad Auguſtum Brunſvicenſem dedicatoriæ, Anno jam eodem 1644. (298.), accuratas exhibuit Vindicias, cauſæqve fiducia Anshelmo Caſimiro, Electori & Archiepiſcopo Moguntino (qvi, poſt Calixtina illa ab Auguſto, cum literis de pace aut tolerantia ſacra ſumme neceſſaria, ſibi transmiſſa, in reſponſoriis, autoris licet conſilia haud probantibus, ardentiſſimum ſuum ejusdem prodiderat deſiderium), præfatione & epilogo, ad concordiam circa ſacra diſſidentium Germanorum promovendam hortantibus, a Noſtro eſt inſcripta. Pars IIda, Pontificis Romani ἀναμαρτησίαν ſive Infallibilitatem exemplis potiſſimum hiſtoricis erudite deſtruens, Anno ſeqventi 1645., Reſpondente M. Chriſtophoro Sporero, Trevirenſi, a Pontificiis ad Lutheranos transgreſſo, Helmſtadii diſputationi expoſita eſt publicæ, Tertia autem, Communioni ſub utraqve ſpecie denuo patrocinatura, in lucem, incertum qvas ob cauſas, non prodiit publicam. Reſponſi hujus Partes duas priores editas Erbermannus, publico Theologorum Moguntinorum nomine, in Εἰρηνικῷ denuo impugnavit *Catholico, Helmſtadienſi Calixtino oppoſito*, cujus *Parte Prima*, A. 1645. luci expoſita publicæ, *Methodus*, uti titulus jactat, *Concordiæ Eccleſiaſticæ, inter Eccleſiam Catholicam & Proteſtantes in Germania ſarciendæ, a D. Georg. Calixto (ad guſtum Semichriſtianorum & Politicorum) explicata, excutitur, ſana & Catholica, ex ipſius adverſarii aſſertionibus deducta, ſubſtituitur, ſimulqve Vindiciæ Catholicæ Moguntinorum a criminationibus Calixti liberantur; altera* autem, hanc A. 1646. ſecuta (299.), *Sacræ Apoſtolicæ Romanæ Cathedræ infallibilitas, Summorumqve Pontificum in fidei decretis concordia, adverſus ſpiritum Contradictionis, qvem illis Helmſtadienſis turbo afflare nititur, ſeorſim eſt aſſerta.* In qvo cum iterum ſophiſtam ille potius, & convitiatorem, qvam diſputatorem, ageret, & adverſarium, cui impar erat, ſcommatis (qvale eſt illud, a Calovio ἐπιχαιρεκάκῳ, & cum Jeſuitis in Calixto traducendo συγχαίροντι, toties (300.) occentatum *Doctoris Semi-Chriſtiani optimi, & Eccleſiæ Utopico-Oecumenicæ, in fide Qvodlibetica congregatæ, Pontificis maximi* (301.)) tantum impugnaret, non autem argumentis, Noſter, iſtis certare Theologo ratus indecorum, ulteriori eum refutatione, non minus ac Nihuſium, merito cenſuit indignum, *Reſponſum* tamen, *Vindiciis* Moguntinis oppoſitum, recudi ſe curaturum eſſe auctius, &, objectionibus *Irenici*, qvæ ad rem fecerint, interſertis ac diſcuſſis, convitia autori ſuo relicturum, eſt profeſſus (302.)

§. XLVIII.

Eodem Anno 1644. Noſter de Inſtituto Uladislai IV., Regis Poloniæ, laudabili, qvo Colloqvium is de controverſiis ſacris Charitativum ſeu Irenicum, Thorunii Boruſſorum A. ſeqv. 1645. d. 28. Aug. inchoandum, indixerat, ac Ordines Regni ſui Pontificios, Lutheranos ac Reformatos, ut homines ad iſtud ablegarent idoneos, invitaverat, eſt edoctus, eoqve tantopere delectatus, ut non in Epilogo ſolum gemino Partis utriusqve *Reſponſi Moguntinis oppoſiti* (303.) piis illi votis applauderet, ſed ſcripti etiam hujus, ad ſcopum eundem, Concordiæ nempe Eccleſiaſticæ promotionem, collimantis, qvatuor exempla, e qvibus conſilia ſua Præſides illius ac Collocutores perſpicere poſſent, Senatui Dantiſcano Thorunium transmittenda, cum Epiſtola ejusdem argumenti, d. 21. Sept. A. 1644. exarata, curaret offerri (304.). Figmentum enim eſt Calovianum (305.), ex hac Epiſtola facile refellendum, qvod ipſemet operam ſuam Dantiſcano obtulerit Senatui, & Theologis ejus, Thorunium ablegandis, deſideraverit adjungi. Eundem applauſum teſtaturus, A. ſeqv. 1645. ſcripta, qvibus Colloqvium iſtud Thorunienſe a Rege Poloniæ, Regniqve Epiſcopis, indictum erat, publica, & Ordinum Evangelicorum ad hæc reſponſa, Helmſtadii curavit recudi, iisqve ſuam ſubjunxit ἐπίκρισιν, neceſſitate ſtudii Concordiæ Eccleſiaſticæ expoſita, ſalutaria, de mediis, qvibus hæc obtineri poſſit, & modo Colloqvia Irenica cum fructu inſtituendi, ſuggerentem conſilia. Ampliorem adhuc inſtitutum iſtud vere regium promovendi occaſionem Calixto Fridericus Wilhelmus ſuppeditavit, Elector Brandeburgicus, qvi Theologis Academiæ ſuæ Regiomontanæ Lutheranis, Thorunium in gratiam Regis itidem petituris, eum, cum Joh. Qviſtorpius Senior, Theologus Roſtochienſis, iter hoc ſacrum, ob ſenectutem, non autem tædio, uti Calovius (306.) fingit, ſocietatis Calixtinæ, detrectaſſet, Paraſtatam & Directorem, ſvaſu D. Chriſtiani Dreieri, fruſtra obnitentibus turbulentis Ordinis in Civitate Regiomontana Eccleſiaſtici Zelotis (307.), cenſuit adjungendum. Iter iſtud octuaginta circiter milliarium, impetrata per literas Electoris, a Principibus ſuis, Friderico, Auguſto & Chriſt. Ludovico, Ducibus Brunſvicenſibus, a ſe etiam de προθυμίᾳ ſua, & detrimento nullo famæ ſuæ ὀρθοδοξίας Lutheranæ inde metuendo, edoctis, proficiſcendi poteſtate (308.), ſumptu ejusdem, M. Jul. A. 1645., cum Frid. Ulrico filio, Gerh. Titio (ſuo deinde Collega) (309.), aliisqve Studioſis

(295.) *P. I. Reſponſi contra Moguntinos, in Ep. Dedic., lit. B. 3. a., in ipſo Tr. §. 27. 56. 58., & in Epilogo, lit. Hh. 2 b.* (296.) *in Præfat. Antapologiæ Wittebergenſis contra Rintelienſes p. 26. 27.*, & *Lib. III. Hiſt. Syncret. p. 194. 195. 750. 869. 870. 879.* (297.) V. §. XLII. (298.) Helmſt. *in* 4. (299.) Utraqve pars Moguntiæ *in* 4. prodiit, prior A. 1645., poſterior A. 1646. (300.) *locis num. 296. citatis.* (301.) *P. II. Irenici c. 1.* (302.) *in Tr. de Autoritate S. Scripturæ, P. II., §. 110., p. 181. 182.* (303.) *P. I., lit. Hh. 3. a b., & P. II, §. 62 ſeu ult.* (304.) V. Epiſtolam illam Calixtinam, ab Autore Editioni Secundæ auctiori der Verantwortung aufs Chur Sächſiſche Schreiben, A. 1651 *Confutationi Vernaculæ Jac. Welleri* adjectæ (§ 27., *lit. Ll. 3. b. Ll. 4. a. b.*), inſertam. (305.) *L. 3. Hiſt. Syncret. c. 4., p. 561* (306.) *ibid. p. 561.* (307.) V. Locum e Miniſterii Regiomontani Notis in Mich. Behmii, Chr. Dreieri & Joh. Latermanni Epiſtolam ad Theologos Helmſtadienſes, A. 1649. editis, *p. 29.*, recitatum a Thom. Crenio *P. XVII. Animadv., p. 57.* (308.) V. Ipſius Verantwortung *l. c.*, §. 24 & 27., *lit. Kk. 4. & Nn. 2. 3. 4.*, ac, qvæ ibi exhibentur, Epiſtolas Frid. Wilh., Elect. Brandeb., tum ad tres Principes Brunſvicenſes, tum ad ſolum Auguſtum, d. 25. Jun., Auguſti ad Calixtum d. 6. Jul., & Calixti ad Auguſtum d. 7. Jul. A. 1645., de hoc exaratas itinere. (309.) V. Programma Helmſtadienſe in Exeqviis Filii propoſitum, *p. 10.*

Studioſis eruditioribus, ingreſſus, Berolinum initio, & inde, Joh. Bergio, Electoris Brandeburgici Protecclesiaſta aulico (a qvo d. 3. Aug. ipſe, & Joh. Hülſemannus, Prof. Witeb., Thoruninm itidem profecturus, Berolini convivio ſunt excepti (310.)), ac Frid. Reichelio, Acad. Francofurtanæ Profeſſore, Theologis Reformatis, in comitatum aſſumptis, Thorunium d. 23. Aug. pervenit (311.), eademqve cum his domo ac menſa, qvoad commorandum illic erat, uti non dubitavit (312.).

§. XLIX.

Biduo poſt adventum, Theologi Dantiſcani, Joh. Botſaccus, Joh. Mochingerus, Joh. Fabricius & Abr. Calovius, honoris eum exhibendi gratia domi ſuæ humaniter ſalutarunt. Solus Calovius, jam tum importunior, Calvinianos condemnare, numeroqve Chriſtianorum excludere, detrectanti, &, Dogmata his atqve Lutheranis communia ab utrisqve junctim in Colloqvio, adverſus Pontificios, defendenda eſſe, ſvadenti, arrogantia moroſa obſtrepuit, &, cum nimiam animi proderet aſperitatem, collationis hujus abrumpendæ neceſſitatem Noſtro impoſuit (313.). Qvi, cum, Theologos Electoris Brandeburgici, qvibus jungendus erat, Regiomontanos, Lev. Pouchenium, Mich. Behmium & Chriſt. Dreierum, conſtituto tempore non comparuiſſe, tardiusqve adfuturos, cognoviſſet, ne otioſus illic, facto jam Colloqvii initio, deſideret, a Senatu, tam Thorunienſi (cui jam ante, d. 26. Aug., ſuum, de Elencho miniſtrorum verbi divini adverſus Heterodoxos, qvem vocant, nominali caute & ſobrie inſtituendo, in curia, rogatus expoſuerat, judicium), qvam Elbingenſi, tum viva Conſulum voce, tum miſſis literis, d. 28. Aug., ut Ordinis utriusqve civitatis Eccleſiaſtici Senioribus, Pet. Zimmermanno & Balth. Voidio (Calovio, *L. 3. Hiſt. Syncr.*, *c. 5.*, *p. 576.*, ob moderationem, ἑτεροδοξίας itidem ſuſpectis), in congreſſu aſſiſteret ac præeſſet, invitatus, prompte annuit, & ſuam illis operam addixit. Sed cum hi eum, tanqvam ſuum Theologum, Dantiſcanis nominaſſent & propoſuiſſent, nonnulli ex iſtis, Calovius ſcilicet aperte, Joh. Hülſemannus autem, paraſtata illorum, Witeberga evocatus, occultius, ne in ſuum admitteretur conſortium, ſunt refragati, prætextu qvidem diſſenſus ejus a Libro Concordiæ & omnipræſentiæ carnis Chriſti dogmate, nimiæqve cum Heterodoxis familiaritatis, & in eos affectus, utentes, ſed revera (qvod utriqve etiam ab Anonymo autore Relationis de Colloqvio Thorunienſi Reformato, & hujus contra Hülſemanni Refutationem vindice, Conſtantino Praudecki, Polono, in Apologia Noſtri allegatis, nec non Gothofr. Arnoldo (314.), eſt objectum), ne ipſi, longe juniores, Theologo veterano, προεδρίας ac directionis, qvæ Hülſemanno hactenus obtigerat, Lutheranæ partis honore cedere cogerentur, timentes. Qvos ob motus & difficultates, Secretarius Thorunienſis, ad Noſtrum d 29. Aug. a Senatu miſſus, ut eo die publico congreſſu abſtineret, rogavit, ſeqventi autem una cum Elbingenſi reverſus, ne utriusqve civitatis Senatui culpa, qvod vocationi ſuæ inhærere jam non poſſet, Zelotarum Dantiſcanorum pertinaciæ tribuenda, imputaretur, ſed illi, ſuo nihilominus robore gaviſuræ, cum publice non liceat, privatis conſiliis, qvotiescunqve ea (qvod ſæpius deinde factum) Seniores ſui eſſent deſideraturi, ſuggerendis, ſatisfieret, maximopere, nec incaſſum, eſt obteſtatus. Fuſius hæc omnia a Noſtro (qvi injuriam atrocem, ſibi illatam, pacis ſtudio, tunc diſſimulare, qvam initia Colloqvii, ad ſarciendam indicti concordiam, retorſione ac vindicta, licet juſtiſſima, minus auſpicata reddere, maluit), in Apologia contra Literas, ſub Saxonici Electoris larva, ad Duces Brunſvicenſes, ab Adverſario ſuo ſcriptas, vernacula (315.), enarrantur, &, adjectis Thorunienſium, Elbingenſium, ſuis atqve Hülſemanni, Epiſtolis, huc facientibus, confirmantur, ſimulqve Hülſemanni (rejectum eſſe ipſum a Dantiſcanis, cum Calovius factum id eſſe fateatur, fruſtra negantis) vanæ excuſationes, in *Relationis de Colloqvio Thorun. Calvinianæ Confutatione*, & Epiſtola privata, A. 1647. ſibi transmiſſa, prolatæ, diluuntur.

§. L.

Tantum Theologum, totqve præclaris in Eccleſiam meritis inclytum, cum a ſuis longe ipſo & junioribus, & inferioribus, ſed φιλοπρωτεύουσι, indigne eſſe rejectum, & Collegio ſuo excluſum, Proceres & Theologi, qvi Thorunium a ſuis ablegati erant, Reformati atqve Confeſſioni addicti Bohemicæ, ſummo cum ſtupore & indignatione, cognoviſſent, commoda iſta occaſione utendum eſſe rati, Literis, d. 30. Aug. A. 1645. exaratis, & per Zbygneum Goraiskium, Caſtellanum Chelmenſem, Præſidem ſuum, Staniſl. Drohojovium, Directorem, Joh. Bythnerum, Eccleſiarum Polon. Maj. Antiſtitem, Chriſtophorumqve Pandlovium & Benjam. Urſinum, Notarios, ſuis munitus chirographis, Calixtum, ut, inſuper habito diſſenſu, in qvibusdam articulis, & Euchariſtico præſertim Certamine, mutuo, ſuis ſe adjungeret Collocutoribus, & Dogmata, utriqve Proteſtantium cœtui communia, adverſus Pontificios, amborum hoſtes, diſputando defenderet, obſecrarunt (316.). Noſter, tum ne otioſus eſſet, tum ut hoc pacto cauſam communem, neutiqvam autem Reformatorum privatam, juvaret, deſideriis illorum haud gravate obſecutus, privatis conventibus, non autem publico (uti nonnulli falſo ſunt criminati) congreſſui, cum iis interfuit, & conſilia rogatus ſuggeſſit, Diſputationem etiam, pro cauſa Proteſtantium univerſorum contra Pontificios communi, ſolennem, nomine eorundem, inſtituendam, præmiſſa (qvam publice prælegere, & Actis Colloqvii inſerere, conſtituerat) Declaratione ſui ab iis, in Articulis, ab Eccleſia Lutherana improbatis, diſſenſus neceſſaria, haud detrectaturus, niſi hanc Romanarum partium aſſeclæ ſummo ſtudio, ad interdictum provocantes regium, ſubterfugiſſent atqve impediviſſent (317.). Reformatos in Confeſſione ſua, Colloqvii Præſidibus d. 13. Sept. A. 1645. oblata, & d. 16. menſis ejusdem publice recitata, conſcribenda, Calixti uſos eſſe opera, e Symbolorum & Canonum veteris Eccleſiæ Synodicorum, ab illo antehac commendatorum atqve editorum, mentione honorifica, temere collegit Calovius (318.). Id potius conſtat, Confeſſionem hanc, publico Reformatorum nomine, Noſtro, d. 5. Oct. A. 1645., a Joh. Bythnero, Theologorum cœtus ſui Præſide, ut examini eam accurato ſubjiceret, ſuumqve de eadem ferret judicium, eſſe exhibitam. Qva occaſione, Confeſſorum ipſorum petitu, in chartam a Noſtro Thorunii conjectæ ſunt *Animadverſiones & Annotationes* in Confeſſionem hanc Reformatorum Thorunienſem, ejus de peccato Originis, divinæ gratiæ auxiliis, Prædeſtinatione & S. Coena, Errores, breviter & modeſte, nec tamen ſine παῤῥησίᾳ, redarguentes ac refellentes, qvas deinceps in Batavia A. 1654., Gvelferbyti A. 1655. & Helmſtadii A. 1659. ac 1672., prodiiſſe ſuo loco monebitur (319.). Pari ratione, in gratiam Zbygnei Goraiskii, Præſidis Reformatorum Politici, qvam longe, qvibusqve in capitibus, Pontificii a Veteris Eccleſiæ doctrina defeciſſent, & qvantum ſingulorum errorum eſſet momentum, edoceri ab ipſo cupientis, *Conſiderationem doctrinæ Pontificiæ hodiernæ, ad ductum Concilii Tridentini*, ibidem conſcripſit (320.), poſt obitum Autoris, A. 1659. & 1672. juris itidem factam publici. Nec minori in pretio Thorunii habitus ab eſt ipſis, qvibus conſvetudinem civilem,

(310.) V. ipſius Verantwort., §. 26., *lit. Kk. 4 b.* (311.) V. die Verantwort., §. 27., *lit. Oo. 1. a.* (312.) V. die Verantwort., §. 26., *lit. Kk. 4. b. Ll. 1. a.* (313.) V. die Verantwort., § 27., *lit. Oo. 1. a.* (314.) *T. II.* der Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie, *Lib. 17.*, *c. 4.*, *p 460.* (315.) *l. c*, §. 27., *lit. Ll. 1. 2. 3. Nn. 1. b. Oo 1. 2. 4. Pp. 1. & 2.*, ac *Tt. 1. 2. 3. 4.* (316.) V. Epiſtolam illam Reformatorum, in Calixti Verantwortung, §. 27., *lit. Oo. 2. b.*, *Oo. 3. a. b.* (317.) V. Ipſius Verantwort., §. 27., *lit. Ll. 1. a. b. Nn. 1 a. b. Oo. 4. a. b. Pp. 1. a b.* (ubi etiam Declarationem, qvam prælegere publice conſtituerat, invenies). (318.) in der Nöthigen Ablehnung contra Calixtum. *p. 71.* V Calixti Verantwortung, §. 27., *lit. Pp. 3. a. b.* (319.) V. illas, & confer die Verantwortung, §. 27., *lit. Tt. 1. b.* (320.) V. die Verantwort., §. 27., *lit. Tt. 2. a. b.*

lem, & humanitatis officia, denegare itidem noluit, Pontificiis. Ex his enim Georgius Tyſkiewicz, Samogitiæ Epiſcopus, & Præſes Colloqvii Regius, convivio eum excepit, ac per domeſticos ſuos amice ſæpius inviſi juſſit & ſalutari, imo Barth. Nihuſii ad ſe literas, qvibus Calixtum Præceptorem proterve erat criminatus, ſponte ſua perlegendas illi tranſmiſit, Jeſuitæ autem Thorunienſes ad actum in templo ſuo ſolennem ſcholaſticum honorifice invitarunt ac deduxerunt (321.). E Socinianis ibidem illum acceſſerunt Jonas Schlichtingius & Mart. Ruarus, coetuum ſectæ ſuæ Luclavicienſis & Dantiſcani Antiſtites eruditi pariter atqve celebres, qvorum Epiſtolæ ad ipſum ſupra §. 31. jam ſunt memoratæ. Cum utroqve Colloqvium de adoratione Chriſti privatum (cujus ab Hier. Kromayero etiam (322.) facta eſt mentio) inſtituit, in qvo (uti filii Frid. Ulr. Literæ, ſæpius jam allegatæ, A. 1689. me edocuerunt, & *Diſputatio* ejusdem *de Deo & Attributis Divinis* fuſius, ſub finem, expoſuit) Sociniani Idololatriæ ab eo ſunt accuſati, qvod Chriſtum, qvem verum Deum eſſe negarent, cultu tamen, ſoli huic debito, afficerent. Ruarus poſtea, Holſatus, ac Noſtri proinde popularis, ſemel atqve iterum ſolus ad eum venit, *in qvo reducendo*, teſte filii epiſtola, *multum operæ ὁ μακαρίτης impendit, ardenter eum obteſtatus, ut vellet ſalutis æternæ habere rationem, & ad veram Eccleſiam, a qva ad Hæreticam defecerit, reverti*, ſed pertinaciam illius ſuperare non potuit.

§. LI.

Die tandem 27. Sept. Theologi Acad. Regiomontanæ Lutherani Electorales, qvibus Paraſtates Noſter erat deſtinatus, Lev. Pouchenius, Mich. Behmius & Chriſt. Dreierus, Thorunium advenerunt, ſed, cum Dantiſcani, Joh. Botſacus & Abr. Calovius, loco priore, qvem hactenus occupaverant, illis, etſi, a Principe Republica ſua longe digniore ac potentiore miſſis, æqve ac Calixto, cedere obſtinate detrectarent, &, controverſia hac ad Aulam delata Berolinenſem, trimeſtre Colloqvii tempus eſſet elapſum, nulli congreſſui interfuerunt publico. Noſter etiam, hanc aliasqve ob cauſas, privatim cum iis conſilia communicaſſe contentus, conjunctionis publicæ negotium urgere ulterius noluit, & dimiſſionem, qvam a Friderico Wilhelmo, Electore Brandeburgico, petierat, honorificam, in Reſponſoriis ejusdem, d. 13. Oct. Regiomonto transmiſſis, &, ob operam Reformatis hactenus, in cauſa communi, contra communes navatam adverſarios, ingentes agentibus gratias, obtinuit (323.). Ne tamen rejectio ſui injuſta, a Dantiſcanis facta, fraudi ſibi in poſterum foret, non a Magiſtratu ſolum Thorunienſi, d. 30. Oct., fide dignum operæ ſuæ, ab ipſo pariter atqve Elbingenſi poſtulatæ, ſed æmulorum artibus impeditæ, Teſtimonium, ſed & a Præſide, Patronis ac Theologis Lutheranis, Thorunium ablegatis, Documentum, qvo de injuria, ſibi illata, ſcripto alioqvin publico vindicanda, ſatisfieret, & rejectionem ab errore potius & præcipite impetu, qvam maturo conſilio, profectam eſſe, ſignificaretur, idoneum, miſſis expetiit literis. Utrumqve non multo poſt obtinuit, & die qvidem 21. Nov., prævia erroris excuſatione, qvatriduo ante (d. 17. Nov.), in ædibus Præſidis Lutherani, Sigismundi, Baronis a Güldenſtern, Capitanei Stumenſis, ab hoc, & qvatuor Theologis, Joh. Hülſemanno, Lev. Pouchenio, Pet. Zimmermanno & Joh. Mochingero, verbis facta, poſterius (in qvo non ſolum, uti Calovius (324.) cavillatur, Profeſſor Academiæ Auguſtanæ Confeſſioni extra controverſiam addictæ, ſed Theologus etiam celebris & optime meritus, ein berühmter, und Augſpurgiſcher Confeſſion ungezweifelt zugethaner hohen Schule zu Helmſtadt weltkündiger wolverdienter Theologus, ſalutatur, & conſortio Lutheranorum Thorunii minime, etſi admiſſionem ſribuſcula qvædam impedierint, excluſus eſſe perhibetur), germanice exaratum, ac a Præſide & Hülſemanno, Theologorum Moderatore, ſuis confirmatum chirographis, die autem 23. Nov. prius, a Senatu Thorunienſi (poſt prolixam gratiarum actionem, *eruditionem* ipſius *eximiam ac incomparabilem, ſubactum in veneranda canicie judicium, præclarumqve nomen*, celebrante) Latine, per Secretarios ſuum atqve Elbingenſem, cum honorario inſigni, transmiſſum (325.). Qvibus acceptis, pacis ſtudio, donec Calovius, & adverſarii alii, camarinam iſtam denuo moverent, acqvievit, &, Thorunio, exeunte Novembri A. 1645., digreſſus, ſeqvente Decembri Helmſtadium ad ſuos incolumis rediit.

§. LII.

Satis, ni fallor, ex hactenus relatis patet, qvid judicandum ſit de excluſione e Theologorum Lutheranorum cœtu, & ſpontanea cum Reformatis conjunctione, Colloqvii Thorunienſis Irenici, ſeu potius Eriſtici, occaſione, toties Noſtro maligne, tum ab adverſariis domeſticis importunioribus, Witebergenſibus ſcilicet (326.), &, qvi ſub horum larva eum allatravit, Abr. Calovio (Joh. Bergium etiam Fratris in Chriſto dignum ei viſum eſſe titulo indignante) (327.), Jac. Wellero (328.), Joh. Hülſemanno (329.), Æg. Strauchio Jun. (330.), And. Carolo (331.), Seb. Edzardo (332.), aliisqve pluribus, tum a Jeſuitis Moguntinis, pari in ipſum ardentibus odio (333.), exprobratis. Qvorum cenſuram hanc virulentam, e Calovio, illi applaudente (334.), lubet adjicere: *Calixtum Semi-Chriſtianum Doctorem optimum, & Eccleſiæ Utopico-Oecumenicæ, in fide Qvodlibetica congregatæ, Pontificem Maximum, jure haberi non inficiabitur, qvisqvis videt, qvam perſpicue ea, quæ a nobis diſpoſita erant, nuper in Charitativo Polonorum Colloqvio comprobaverit eventus. Ille enim ipſe, qvi pacificatum ſectas omnes advenerat, merito exploſus, non formidandus Catholicis, ſed miſerandus vel hoſtibus, & præſens viſus eſt abſens.* Fuſe ipſemet a ſe Thorunii actis, contra hæc Adverſariorum convitia, in *Apologiæ adverſus Electoris Saxonici de ſe Literas* vernaculæ editione, qvæ A. 1651. *Confutationi Jac. Welleri* adjecta prodiit, auctiori (335.), poſt expoſitam accurate ſingulorum Hiſtoriam, eſt patrocinatus, & benignius etiam de iisdem, præter Reformatos Hiſtoriæ Colloqvii Thorunienſis ſcriptores, §. 49. allegatos, qvi inter Lutheranos a partium ſtudio fuere alieniores, ac in his Gothofr. Arnoldus (336.) & Joh. Wolfg. Jägerus (337.), judicarunt. Æg. Strauchii, de veſtitu τȣ Μακαρίτȣ, in Conventu Thorunienſi, αἰθελόγῳ, pallio ſcilicet breviori & holoſerico ſuperbiente ornatu, cingulo ſerico, & ſpira pilei e margaritis connexa, calumniam mendacem, Nepos Georg. Chriſtoph. Calixtus (338.) teſtimoniis exploſit idoneis.

§. LIII.

Cum Helmſtadium Thorunio vix rediiſſet, a Zelotis Lutheranis æmulis in eum confeſtim eſt conſpiratum, &, A. 1645. ac ſeqventibus, incendio ferali e ſcintillis, qvæ hactenus ei ſubinde præluſerant, exorto, ſimul e locis diverſis, præſer-

(321.) V. die Verantwort., §. 27., *lit. Pp. 1. b.* (322.) *in Hiſt. Eccl., Cent. 16., p. 601.* (323.) V. die Verantwort., §. 27., *lit. Ss. 4. b. Tt. 1. a. b. Tt. 2. b. Tt. 3. b.*, ubi Literæ etiam Electorales exhibentur. (324.) *L. 3. Hiſt. Syncret., c. 4., p. 562.* (325.) Plura, huc ſpectantia, cum tribus Calixti ad Lutheranorum Delegatos, ac Magiſtratum Thorunienſem, Epiſtolis, ac amborum Teſtimoniis honorificis, invenies in der Verantwort., §. 27., *lit. Tt. 2. 3. & 4. Uu. 1. & 2.* (326.) im Berichte von den Helmſtättiſchen Streitigkeiten, apud Calovium *Lib. 3. Hiſt. Syncret., c. 5., p. 575. 576.* (327.) *Lib. 3. Hiſt. Syncret. c. 4., p. 561. 562.*, *in Collatione Pſeudo-Apoſtolor. & Calvin. Diſp. 2., p. 37.*, *in Conſenſu non Conſenſu Luth. & Reform. p. 101. 102.*, & Nöthiger Ablehnung. (328.) in Ep. Germ. contra ipſum, ſub Joh. Georgii I., Elect. Sax., nomine, ad Duces Brunſv. A. 1649. ſcripta. (329.) im Muſter Calixtiniſcher guter Wercke *p. 28.* (330.) in der Retorſion wieder Frid. Ulr. Calixt. *p. 5. 6.* (331.) *in Memorab. Eccl. Sec. 17., L. 5., c. 47. p. 1069., c. 50. p. 1075. 1076., c. 54. p. 1085-1092., c. 56., p. 1097.* (332.) *in Vindiciis contra Defenſionem Joh. Fabricii*, A. 1707. editis, *p. 67. 68.* (333.) *P. II. Irenici Anti-Calixt. p. 163.*, & *in Animadv. ad Joh. Crocii Anti-Becanum*, qvas And. Carolus, *l. c. p. 1097.*, allegat. (334.) *in Or. de libertate prophetandi, L. 3. Hiſt. Syncret., c. 7., p. 870.* (335.) V. die Verantwortung auf das Chur-Sächſiſche Schreiben, auctiorem, *l. c.* A. 1651. recuſam, *§. 24. 25. 26. 27., a lit. Kk. 4. a. ad lit. Uu. 2. b.* (336.) *loco num. 314 citato.* (337.) *in Hiſt. Eccl. Sec. XVII., T. I. Decenn. V., Lib. V., c. 1., p. 689. 690., & c. 2., p. 700-704.*, Ed. Hamb. A. 1709. in fol. (338.) in der Läſter- und Lügenkunſt Æg. Strauchii *p. 46. 47. 48.*

præſertim tamen Aula Dresdenſi, & Academiis Lipſienſi, Witebergenſi, Regiomontana atqve Argentinenſi, impetus in ſenem meritiſſimum publice factus, occaſione partim ex iis, qvæ Thorunii contigerant, partim vero e *Diſſertatione de Sanctiſſimo Trinitatis Myſterio*, illo Præſide, VII. Kal. Mart. eodem A. 1645., ante iter Thorunienſe, Helmſtadii a M. Joh. Latermanno, Coburgenſi (Theologo poſtea Regiomontano), propoſita, ſtudioſe arrepta. Cum enim in hac, e Præſidis ſui ſenſu, Latermannus, ſolius V. T. Loca ad probandum Trinitatis myſterium, cum veſtigia ejus potius, qvam dicta aperte animum convincentia, in illo exhibeantur, ſufficere (339.), fidem Trinitatis explicitam Vet. Teſt. tempore ad ſalutem fuiſſe neceſſariam (340.), & Chriſtum in V. T. ſub forma Angeli apparuiſſe (341.), negaſſet, bimeſtri poſt tempore, Wilh. Lyſerus, Theologus Witebergenſis, in *Trifolii Veræ Religionis Veteris Teſtamenti Diſputatione tertia de Religione Iſraelitica*, d. 8. Maji A. 1645. a Joh. Chriſtoph. Seldio, Superintendente tunc Römhildenſi, pro Licentia, qvam vocant, gradum Doctoris aſſumendi, publice defenſa, Theſes iſtas, ſuppreſſo utriusqve nomine, impugnare eſt aggreſſus, poſt hunc autem, cui reſpondere pacis ſtudio Noſter noluit, Jac. Wellerus, Paulus Röberus, Joh. Hülſemannus, Joh. Georg. Dorſcheus, Pet. Haberkornius, Joh. Scharfius, Abr. Calovius, Joh. Michaelis, & alii, qvorum ſuo loco fiet mentio, facto qvaſi agmine, longe immodeſtius, velut erroneas atqve hæreticas, ſunt adorti (342.). Autores hujus conſpirationis adverſus Calixtum, & collegam Conr. Hornejum, præcipui, ni fallor, in Saxonia fuere Electorali Jac. Wellerus & Joh. Hülſemannus, in Boruſſia Cœleſtinus Miſlenta & Abr. Calovius, in Haſſia Juſtus Feurbornius (de cujus molitionibus §. 45. jam eſt dictum), in Alſatia vero Joh. Georg. Dorſcheus. Qvorum ultimus, qvorſum iſta ſpectaret, hiſce verbis Epiſtolæ, ad D. Joh. Tob. Majorem, Theologum Jenenſem, d. 3. Sept. A. 1646. exaratæ, & in manus Calixti ipſius fato qvodam delatæ, haud diſſimulavit: *Ut nunc ſunt tempora, fœderationibus ſecretioribus in commune bonum conſpirandum eſt. Proderit hoc diſciplinæ; proderit ad mundi victoriam; proderit ad Confeſſionum Symbolorumqve noſtrorum patrocinium. Optant domini collegæ mei & ego, arctius de iſtis rebus communicare conſilia, ſi prius, qvæ ſit animorum inter nos configuratio, conſtiterit. - - Ex his* (controverſiæ cum Joh. Latermanno Regiomontanæ) *ſcintillis effodicatis Calixtinum incendium prorumpet, qvod tam late per Germaniam diſſeminavit, ut non extingvi poſſe, ſine extingventium exitio, ipſe qvidem D. Calixtus cenſeat. Itaqve prudentibus rationibus periculoſæ plenum opus aleæ tractandum. Tractandum dico. Nam ſilentio longiore, aut conniventia. res tota pejor erit, & brevi orbis totus Germanicus mirabitur, ſe tam cito factum eſſe Calixtinum. Qva de re conſilia in Collegio noſtro communicavimus. In eam itum eſt ſententiam, excitandos eſſe Theologos paſſim.* Qvæ verba cum aliqvoties publice Noſter (343.) Dorſcheo exprobraſſet, ille ſua eſſe, licet clandeſtinorum moliminum detectorum puderet, inficiari non eſt auſus, ſed, in Apologia gemina (344.), & iſtas ad Majorem literas a ſe, & ſimiles ad Theologos Witebergenſes, Lipſienſes, Jenenſes, Marpurgenſes, Würtembergicos, Thuringicos, Brunſvicenſes, Lüneburgenſes, pluresqve alios, vel a ſe, vel a Collegis, Ordinis univerſi Argentinenſis Theologici juſſu & ſuffragio, ſucceſſu tamen (qvod pacis ſacræ ſtudioſiores claſſica iſta haud morarentur) diverſo, fuiſſe exaratas, confeſſus.

§. LIV.

E Fœderatis hiſce, Theologi Academiarum Saxoniæ Electoralium, Lipſienſis & Witebergenſis, qvi poteſtatem in Lutheranos reliqvos jampridem affectaverant dictatoriam, ab Electore ſuo, Johanne Georgio I., Jacobi Welleri, Protecclesiaſtæ aulici Dresdenſis, inſtinctu, d. 17. Aug. A. 1646. juſſi (345.), &, qvi his, ſed certis conditionibus (teſte Joh. Tob. Majore (346.)), ſe junxerant, Jenenſes, occaſione arrepta e nupera Conr. Horneji *de ſumma fidei, non qvalislibet, ſed qvæ per caritatem operatur, neceſſitate ad ſalutem*, Diſputatione Helmſtadienſi, literas ad illum pariter atqve Calixtum collegam, exeunte eodem Anno 1646., d. 29. Dec., nomine communi, ablegarunt paræneticas, a Joh. Hülſemanno conſcriptas (347.). In his, ſeſamo & papavere diras accuſationes incruſtantibus, ambo monebantur, qvod, in *ſcriptis eorum, non docti ſolum novas qvasdam phraſes & ſententias, a Formula Concordiæ abire viſas, obſervaſſent, ſed laici etiam & plebeji ea deprehendiſſe dicerentur, qvæ & receptæ utrinqve conſenſionis formulæ, & Catecheſi rudiorum* Lutheranæ, *non obſcure contraveniant*, ſimulqve, rejecta paucis Bonorum Operum ad ſalutem neceſſitate, a ſolo Hornejo defenſa, ne *fundamenta & baſes inſtauratæ & conſervatæ hactenus doctrinæ Evangelicæ labefactarent*, rogabantur. Exhibitæ illæ, die demum 23. Febr. A. 1647., Duumviris ſunt Helmſtadienſibus. E qvibus Calixtus, duris adeo graviter irritatus accuſationibus, Saxonicis paulo poſt Reſponſoriam tranſmiſit, pari exaratam ſtyli acrimonia, eamqve, poſt Cenſorum, neglectum bene operandi, & ſtudium bene operandi, *contraria* (irrepſerat enim hæc vox ſcribæ errore in locum alterius *arbitraria*) eſſe inficiatorum, &, dum Bona Opera ad ſalutem eſſe neceſſaria negabant, ob finem autem vocationis noſtræ (qvi ſalus eſt æterna) neceſſaria eſſe, concedebant, manifeſtæ implicitorum contradictioni, ἀβλεψίαν duplicem, ſatis craſſam, obiter notatam, hoc, tædio litium paucis ſe expediturus, & Retorſione licita famam vindicaturus, clauſit epilogo: *Nolo iſta adhuc aliter accipere, qvam a vobis narrata, non autem approbata. Cæterum, ut brevibus totum negotium abſolvam, dico & pronuncio: Si qvis, ſive doctus aut indoctus, ſive clericus aut laicus, ſive nobilis aut plebejus, aſſerat & vulget, me Catechiſmo, per univerſas Eccleſias, Auguſtanam Confeſſionem amplexas, recepto, non obſcure contravenire, aut fundamenta & baſes doctrinæ Evangelicæ labefactare, eum, inqvam, affirmo neqviter & flagitioſe calumniari & mentiri,* wil ihn auch halten vor einen ertz und ehrvergeſſenen verlogenen *Diffamanten, Calumnianten,* Ehrendieb und Böſewicht, biß er ein ſolches beweiſe, welches er, wils GOtt, in Ewigkeit nicht thun wird. Retorſionem hanc legitimam, non inferendi injuriam, ſed illatam retundendi, & vindicandæ famæ ergo, factam, ceu nimis acerbam, injuſtam, ἀθεόλογον, & pietati manſvetudiniqve Chriſtianæ contrariam, Jac. Wellerus, J. G. Dorſcheus (*nullam Clericorum,* erroneæ etiam obſeqventium conſcientiæ, *legitimam reprehenſionem Eccleſiaſticam, utut verbis duris & aſperioribus conceptam, injuriæ accuſari poſſe, & retorſione vindicari,* ridicule, ut Zelotis impune aliis obtrectandi & maledicendi ſalva ſit licentia, perſvaſus (348.)), & alii, paſſim qvidem traduxerunt, ſed a Noſtro, in ſcriptis apologeticis, mox allegandis, dextre ſatis ſunt refutati. Præſtat, in tot certaminibus Theologorum Cadmæis, injuſtis & Eccleſiæ ſaluti infeſtis, injuriam ab aliis paſſos remedio hoc retorſionis compendiario Adverſariorum proterviam retundere, & lites abbreviare, qvam ſcriptis eriſti-

cis

(339.) *V. Th. 5. & 6.* (340.) *V. Th. 7.* (341.) *V. Th. 24.* (342.) V. Calixti ipſius Wiederlegung Jac. Welleri, §. 3-13., *lit. A. 1. b-B. 3. b.*, Abr. Calovii, ejus adverſarii, *Hiſt. Syncret*, *L. 3., c. 5., p. 574. 575.*, & qvæ a nobis infra, §. 89. 90., in Catalogo Scriptorum, de hac Diſſ., ejusqve cenſoribus, porro narrabuntur. (343.) *in Diſſ. de 2. Q q., n. 66., in Appendice illius, n. 11., in Programm Anti-Scharſiano, num 2., in Epiſt. ad Acad. Witeb. n. 5. & 10*, & in der Wiederlegung Jac. Welleri, §. *18. & 19., lit. C. 1. & 2.* (344.) *in Præfat. Apologiæ Judicii Argentinenſis, in cauſa Job. Latermanni lati, p. 2 3. 8-12. 10-22. 24-27.*, & *in Notis ad Latronem Theologum, pag. 219-250.* (345.) Mandatum Electoris Germanicum V. in Calixti Wiederlegung Welleri, §. 21., *lit. C. 4. a. b.* (346.) in Epiſtola ad J. G. Dorſcheum d. 25. Jan A. 1647. ſcripta, & a Dorſcheo, *in Notis ad Latr. Theol. p. 247. 248.*, exhibita. (347.) Recuſas illas ſiſtit Appendix *Theſauri Conſiliorum* Georg. Dedekenni, Editioni illius Jenenſi A. 1671. adjecta. (348.) *in Præfat. Apologiæ pro Judicio Argentinenſi in cauſa Job. Latermanni, p. 14-19.*

cis easdem æternas rèddere ac immortales. In Joh. tamen Hülſemanni, communis Saxonicorum Epiſtolæ, qva ludibrio omnium & ſe, & reliqvos, expoſuit, Autoris, Literis privatis, & amicitiæ larvam præferentibus, de nimia Reſponſi duritie conqveſti, gratiam, Noſter in locum illius aliud paulo mitius, qvale is petierat, ſurrogavit, imo, ſi ſuas Saxonici literas repoſcerent, & retractarent aut abolerent, Reſponſorias etiam eodem pacto a ſe repetitum, combuſtum atqve abolitum iri, eſt pollicitus (349.)

§. LV.

Anno 1648., Germaniæ, ob pacem civilem, poſt bellum tricennale, reſtitutam, auſpicatiſſimo, bellum hoc ſacrum nihilo ſegnius, in eadem, & vicina Boruſſia, continuabatur. In Academia Boruſſiæ Regiomontana Joh. Latermannus, Calixti atqve Horneji auditor, cujus §. 13. jam facta eſt mentio, Profeſſioni Theologicæ haud ita pridem a Friderico Wilhelmo, Electore Brandeburgico, erat admotus, &, in *Diſputatione de Prædeſtinatione*, d. 9. Mart. A. 1646. Præſide Joh. Behmio, propoſitæ, Præceptorum, qvæ a Calovio (350.) recenſentur, ſententias, de Syncretiſmo cum Reformatis, Synergiſmo in opere converſionis, Bonorum Operum ad ſalutem neceſſitate, Auguſtino decreti abſoluti patrono, autoritate ſymbolica Libro Concordiæ haud tribuenda, argumentorum, pro Trinitate e V. T. petitorum, momento minori, & apparitionibus Chriſti, ante incarnationem, ſub forma angelica, controverſis, aliasqve, Zelotis inviſas, approbaſſe atqve defendiſſe ferèbatur. Favebat huic, e Collegis, ſocer Joh. Behmius, aſſentiebantur Mich. Behmius, affinis, & Chriſt. Dreierus, adverſabantur autem Cœleſtinus Miſlenta, &, qvi hunc Ducem ſecuti ſunt, Eccleſiaſtæ ſex urbani. Hi, ſub Presbyterii Tripolitani nomine, Collegiorum in Academiis Lipſienſi, Witebergenſi, Jenenſi, Argentinenſi, aliisqve, Theologicorum, ſicut & Dantiſcani, Hamburgenſis, aliorumqve, in Urbibus nonnullis, Eccleſiaſticorum, de Latermanni Diſputatione paulo poſt conqviſiverunt, & in lucem protruſerunt, *Cenſuras*, non illam tantum ſecum condemnantes, ſed Præceptorum etiam Helmſtadienſium, & Calixti inprimis (qvem *plurimum de Atheiſmo, ſub ſpecie eruditionis priſcæ, incautioribus inſtillare* Cenſorum nonnemo (351.) impudentiſſime mentitus eſt), doctrinam, tanqvam erroneam & heterodoxam, immodeſte paſſim inſectantes. Iſtis, qvarum pleræqve a Zelotis Germaniæ, adverſus Calixtum conſpirantibus, erant profectæ, cenſuris Latermannus, ac Paraſtatæ, Mich. Behmius ac Chriſt. Dreierus, Theologorum moderatiorum Judicia de ſe, ac Diſputatione controverſa, longe æqviora & benigniora, A. 1647. collecta, & A. 1648., partim Thorunii, partim vero Halberſtadii, excuſa, oppoſuerunt. Refutare hæc Miſlenta, ſub Tripolitani Regiomontanorum Presbyterii nomine, conatus eſt in *Anticriſi* famoſa, Dantiſci A. 1648. edita, qvæ non Calixtum ſolum pernicioſorum errorum, impietatis, perjurii, ἀποςασίας a Corpore Doctrinæ Julio, Samaritaniſmi, Crypto-Calviniſmi, Crypto-Papiſmi, ipſiusqve ſingulis fere paginis Atheiſmi, inſimulat, tanqvam maledicum ſcriptorum famoſorum ac Pasqvillorum autorem traducit, *Eccleſiæqve patrimonium abſumere, nec tamen officium facere, aut illi afflictiſſimæ debitas ferre ſuppetias*, imo *multorum*. *ſi rumori fides adhibenda, criminum reum agi poſſe* calumniatur, ſed & totam Academiam Juliam *divortii ab Orthodoxa invariatæ Confeſſionis Auguſtanæ ſententia* diuturni accuſat. Effrænem adeo maledicentiam ipſa Academia Julia publico ſibi nomine cenſuit caſtigandam, in Programmate peculiari, 7. Kal. Apr. A. 1649. publicato, omnibus aliis Academiis Germaniæ Lutheranis, adjecta ſimilis argumenti Epiſtola, tranſmiſſo, &, una cum hac, Helmſtadii A. 1651., in Apologiarum Calixti vernacularum ſyntagmate (352.), recuſo. In qvo iſtis aliisqve Miſlentæ calumniis hæc, Noſtro perqvam honorifica, regeruntur: *Qvod omnis Auguſtanæ Confeſſioni addicta Eccleſia, qvod omnis Germania, imo qvod orbis omnis audiat; nihil non eorum, qvæ paulo ante ex ſycophantica illa Anticriſi recitavimus, improbe fictum, & ſcelerate mentitum, publica hac charta pronunciamus. Sycophanta eſt, neqvam eſt, ſcelus hominis eſt, talia qvi in vulgus ſpargere non erubuit, nullo unqvam conatu probaturus. - - - Calixti noſtri religioſa pietas, virtus, diligentia, modeſtia, humanitas, per integros XL. & plures annos, omnibus hujus urbis totiusqve provinciæ incolis, qvin ipſis etiam Sereniſſimis Principibus, perinde atqve ſumma eruditio, perſpecta & laudata eſt.* In Epiſtola ad Academias Calixtus a Collegis univerſis denuo *Vir* appellatur *de rectis ſtudiis & Eccleſia, tot bonis fatentibus, a multis annis, meritus optime, & qvotidie merens, opesqve, ingenium, animum, vitam omnem, ſtudiis & Eccleſiæ juvandis tam cupide, tamqve candide, impendens.* Licet autem Programma hoc, Academiæ Juliæ titulo, ſigno & ſigillo majore, munitum, ad Regiomontanam etiam eſſet tranſmiſſum, Miſlenta tamen, larva Tripolitani denuo tectus Miniſterii, in repoſito illi, eodemqve Anno 1649. (353.) edito, *Fulmine Bruto, qvod Georg. Calixtus & Conr. Hornejus in Eccleſiæ Regiomontanæ Miniſtros vibrarunt, diſſipato*, ſolis hiſce Duumviris illud affingere non erubuit, ſed paulo poſt, ob impudentiam iſtam, alio Prorectoris & Senatus Academiæ Juliæ, ſibi illud vindicantis, & Calixtum iterum patrocinantis famæ atqve innocentiæ, Programmate, 12. Kal. Sept. A. 1649. propoſito, & Apologiis Noſtri vernaculis itidem (354.) inſerto, dignis modis, cum ſodalibus ſuis, eſt objurgatus. Qvi ſchedam duorum qvaternionum, & huic A. 1650. auſam obſtrepere, atqve ex eadem officina profectam, *contemptum* ſcilicet *in Profeſſores Julianos, ſecundo eorum Programmati, virulentis invectivis famam Miniſterii Regiomontani irrito conatu laceſſenti, ceu alteri Fulmini bruto, oppoſitum*, contemptu merito ſunt ulti, nec ullo dignati reſponſo. De *Anticriſi* Presbyterii Regiomontani, *ſive Confutatione Judiciorum, a Joh. Latermanni Errorum complicibus, D. Mich. Behmio, D. Chriſt. Dreiero, & ipſo Latermanno, ſine judicio editorum*, eiqve adjecta *de ipſorum Atheiſmo, & Myſteriis Calixtinæ impietatis, Appendice*, a Miſlenta conſcriptis, & ſupra jam memoratis, tres hi Profeſſores Acad. Regiomontanæ Theologi, Mich. Behmius, Dreierus & Latermannus, eodem, qvo ſcriptum hoc famoſum prodierat, Anno 1648., qverelas jam ſuas ad Calixtum & Hornejum, Helmſtadienſes, Epiſtola detulerant familiari, cui Miſlenta, & aſſeclæ, delato in manus ſuas illius apographo, *Notas Presbyterii Tripolitani Animadverſorias ſuper virulentas & proditorias Religionis Lutheranæ Literas, a triga malignantium Calixtinorum exaratas*, A. 1649. typis Dantiſcanis oppoſuerunt. Deſideraverant autem in iſta, ſi Calovii tuto hic ſeqvi licet narrationem (355.), Triumviri illi Regiomontani a Noſtro, & Collega ejus, Hornejo, ut *Anticriſeos*, adeo in utrosqve injuriæ, exuſtio per carnifices, in Ducatibus Brunſvicenſibus, publica & contumelioſa ab horum Principibus, Miſlentæ autem, Eccleſiam turbantis Pruſſicam, coercitio, ſuiqve contra adverſarios defenſio, ab Electore Brandeburgico, ipſorum opera atqve interceſſione, impetrarentur. Nec ſcopo ſuo plane exciderunt. Datis enim, cum a Calixto & Hornejo, tum ab univerſa Academia Julia A. 1649., ad Fridericum Wilhelmum,

(349.) Plura de Literis hiſce Saxonicorum, & Reſponſo Calixtino, ſuggerent Calixti ipſius *Epiſtola ad Acad. Witeb.*, *Appendici Diſſertationis de 2. Qv. ſubjuncta*, §. 25-28., Wiederlegung Welleri, §. 21. 22 23 24. 40. (lit C 4. D. 1. D. 2.), adjunctaqve illi *Apologia Vernacula ad Electoris Sax. Literas auctior*, § 8. (*lit. Ee. 2. a. b. Ff. 1. 2. 3.*), &, ex Adverſariorum Scriptis, Epiſtola, ſub Elect. Sax. nomine, ad Duces Brunſv. A. 1649 miſſa, *p. m.* 5. 6., J. G. Dorſchei *Præfatio Apologiæ, n. 348. citata*, & Abr. Calovii, Bericht von den Helmſt. Streitigkeiten, *L. 3. Hiſt. Syncret. c. 5., p. 576 577.*, ac Bericht über der Jenenſium Bedencken vom Conſenſu Repetito, *ib. p. 1092. 1093.* (350.) *Lib. 3. Hiſt. Syncret. c. 5., p. 578.* (351.) *p. 487.* (352.) Exhibetur prius hoc Programma in Calixti Antwort auf Joh. Hulſemanni Meiſterliches Muſter, (qvæ der Wiederlegung Welleri A. 1651. eſt ſubjuncta), §. *106.*, *lit. Ttt. 2. a b. Ttt. 3. a. b. Ttt. 4. a.*, Epiſtola autem ad Academias ibid. §. *107.*, *lit. Ttt. 4. b. Uuu. 1. a.* (353.) *in 4.* (354.) *loco num. 352. allegato*, §. *108.*, *lit. Uuu. 1. 2. 3. 4.* (355.) *Lib. 3. Hiſtor. Syncret.*, *c. 5*, *p. 582. 583.*

mum, Electorem Brandeburgicum, literis, Miſlentam, ob turbas multiplices, hactenus excitatas, totqve atroces injurias, ſibi illatas, accuſantibus, Elector & hunc, & aſſeclas ejus ex Ordine Eccleſiaſtico Tripolitano turbulentos, juſta ſeveritate coercuit, imo, ſi Calovium, ſodalem illorum, audias, crudeliter eſt perſecutus. Qvam in rem Miſlentæ is Reſponſum ad Epiſtolas haſce duas Helmſtadienſes vernaculum, A. 1651. editum (die abgenöhtigte Beantwortung auf die zwey Helmſtädtiſche Schreiben an Churfürſtl. Durchl. zu Brandenburg), aliaqve ſcripta, qvibus recenſendis nobis haud vacat immorari, Presbyterii Tripolitani eriſtica, jubet conſuli (356.).

§. LVI.

Boruſſicis Calixti Adverſariis, in impugnando illo infeliciter occupatis, Saxonici tulere ſuppetias, inprimis, poſtqvam, ineunte Anno 1648., d. 21. Jan., iterato haud dubie Jac. Welleri inſtinctu, a Joh. Georgio I., Saxonum Electore, Theologis Lipſienſibus & Witebergenſibus, ut errores ac καινοφωνίας in omnibus ferme fidei Articulis, qvorum, in Relatione antehac ſibi transmiſſa, Helmſtadienſes accuſaſſent, e ſcriptis illorum ordine collectos, & breviter confutatos, ſibi exhiberent, eſt injunctum (357.). Calixtus interim & Hornejus, adverſariorum haud territi multitudine, cauſæ ſuæ fiducia, ipſimet Principibus ſuis, Friderico, Auguſto, & Chriſtiano Ludovico, Ducibus Brunſvico-Lüneburgicis, miſſa ad illos, una cum Academiæ totius Juliæ Literis, eodem ſpectantibus, d. 29. Apr. A. 1648., Epiſtola Germanica (358.), illorum, præſertim Regiomontanorum, Argentinenſium & Saxonicorum, contra ſe molitiones & accuſationes expoſuerunt. Horum ſimul poteſtati, qvam in reliqvos Auguſtanæ Confeſſionis Theologos affectabant, dictatoriæ, animoſe contradixerunt, Joh. Hülſemanno, illorum Promacho, proprios, de *Unione Trinitatis & Corporis Chriſti cum Corporibus Fidelium, per Approximationem Subſtantiæ ad ſubſtantiam, eſſentiali, & Peccatis, a D. Paulo Gal. V. 19., 1. Cor. VI. 10. & 1. Tim. I. 10., damnatis, homini acceptum jus veniæ, ſtatumqve gratiæ apud Deum, non adimentibus*, errores (in reliqvis etiam ſcriptis Noſtri apologeticis paſſim (359.), una cum aliis ejusdem dogmatis ac phraſibus novis, obelo notatos) exprobrarunt, & vel Inqviſitionem ab ipſis Principibus in doctrinam ſuam, vel Colloqvium cum Saxonicis, ad innocentiam ſuam oſtendendam, inſtitui poſtularunt. Principes, hiſce Literis acceptis, & inſtituto Brunſvici d. 7. & 8. Jun. conventu, patrocinium iis ſuum ſunt polliciti, ſimulqve, iterato etiam d. 4. Sept. ſuo hac de re mandato, Relationem de controverſiis, qvæ ipſis movebantur, accuratiorem exhiberi ſibi ab utroqve voluerunt. Qvalis, odii Zelotarum diſſidiiqve cauſas & capita explicans, cum in Aulas jam eſſet transmiſſa, mandato tertio, d. 20. Nov., Declaratio ſententiæ ſuæ de qvinqve Articulis maxime controverſis (1. ſcil. de autoritate & uſu Antiqvitatis Eccleſiaſticæ, 2. de ſtudii Bonorum Operum neceſſitate, 3. de Myſterio SS. Trinitatis ex V. T., ſeqveſtrata Novi autoritate non probando, 4. de Filii Dei in V. T. apparitionibus, & 5. tandem de ſtudio concordiæ ſeu tolerantiæ inter diſſidentes in ſacris Eccleſiaſticæ) brevis, nervoſa & perſpicua, ſeparatim conſcribenda, ab ambobus porro exigebatur. Et hanc illi Anno ſeqventi 1649. exhibuerunt, ſed labore ita inter ſe diviſo, ut Hornejus, eodem A. 1649. mortuus, ſua de Articulis primo, ſecundo & qvinto, meletemata (e qvibus ſola ſecundi Declaratio, ſub titulo *Repetitionis veræ de neceſſitate Bonorum Operum doctrinæ*, paulo poſt prodiit) ἀνέκδοτα ad Principes ablegaret, Calixtus autem tertium & qvartum in *Diſſertatione de duabus Qvæſtionibus, num Myſterium ſanctiſſimæ Trinitatis e ſolius V. T. libris poſſit demonſtrari, & num ejus temporis Patribus filius Dei in propria apparuerit hypoſtaſi*, Helmſtadii A. 1649. excuſa, & Chriſtiano Ludovico, Duci Brunſvic., inſcripta, ita ſibi ſumeret explicandos, ut ſua utriusqve negatio (Anno jam 1645. in *Diſſ. de Myſterio Trinitatis* propoſita), tam argumentis, qvam Patrum, Scholaſticorum Lutheriqve, conſenſu, aſtrueretur, & contra adverſariorum, præſertim vero Joh. Georg. Dorſchei, Argentinenſis *de Cauſa Latermanniana* Judicii Autoris, objectiones ac calumnias vindicaretur (360.). Diatribes hujus Qvæſtionem priorem D. Joh. Scharfius, Theologus Witebergenſis novitius, Troili infelicis exemplo *impar congreſſus Achilli*, in Programmate, qvod Orationi auſpicali A. 1649. præmiſit, publico, impugnavit, & *periculoſarum novitatum, errorumqve* inſimulavit *pernicioſiſſimorum*, imo non Calixtina tantum, ſed Lutheri etiam ipſius dicta, a Noſtro pro ſua allegata ſententia, *vel intelligenda & exponenda rectius eſſe, vel corrigenda, ſingula vero cavenda ſedulo, ne lata porta Hæreticis, Photinianis præſertim, aperiatur, totaqve fides de divina Chriſti mediatoris & redemptoris natura ludibrio hoſtium veritatis exponatur*, cenſura admodum præcipiti, & deinde, cum a Noſtro monitum ejus puderet, in ſchedio iſto, clam recuſo, voculis aliqvot additis, ſubdole emendata, pronunciavit. Programmati iſti Witebergenſi, prid. Non. Maj. A. 1649., Helmſtadienſe contrarium, dictionem etiam Scharfii barbaram exagitans, a Calixto eſt oppoſitum, *Reſponſioni* autem ejus ad iſtud, *Appendice* auctæ, Witebergæ A. 1649. editæ, ac circa Lutheri præcipue loca occupatæ, *Appendix* repoſitæ ſuæ *de duabus Qvæſtionibus Diſſertationis*, non Scharfianas ſolum refellens exceptiones, ſed & Joh. Hülſemanni *in Breviario Theologico* objectiones, ac recentiorum Theologorum Witebergenſium novaturiendi in ſacris libidinem, ac ab Anteceſſoribus antiqvis diſſenſum, exemplis plurimis, ex eodem *Breviario*, illiusqve *Supplemento*, depromptis, oſtendens. Acceſſerunt *Appendici* huic ipſum *Programma* Noſtri Anti-Scharfianum, Notis adverſus *Reſponſionem* Scharfii Apologeticis auctum, & *Epiſtola ad Academiam Witebergenſem, Id. Sextil.* A. 1649. exarata, Scharfio barbariſmos ſuos & ſoloeciſmos denuo exprobrans, crimen falſi, circa cenſuræ de dictis Lutheri, paulo ante recitatæ, allegationem, falſo ab illo ſibi objectum, in eum retorqvens, & cæteris etiam Theologis Witebergenſibus, aliisqve adverſariis, nonnulla regerens (361.). Præter Scharfium Calixtinam *de duabus Qvæſtionibus* Diatriben, ejusqve *Appendicem*, refutare, ſuaqve contra utramqve vindicare, ſed haud ſatis feliciter, aggreſſi ſunt Jac. Wellerus (a qvo falſo Noſter, qvod Deitatem Chriſti, e V. T., contra Judæos, probari poſſe negaverit, inſimulatur (362.)), in ſcripto lingva, ut adverſarium vulgo etiam exoſum redderet (363.), exarato vernacula: Wegweiſer der Gottheit JEſu Chriſti aus dem A. T., ſamt einem Anhange wider D. G. Calixtum, Dresdæ A. 1649., Joh. Hülſemannus (ſententias 40. novas, ac Libris contrarias Symbolicis, Noſtro tribuere, & in Academiarum omnium Lutheranarum compromittere arbitrium, *in Epiſt. Dedic.*, Calovio teſte (364.), haud veritus), in *Dialyſi apologetica problematis Calixtini: Num Myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis, aut divi-*

(356.) Plura de controverſia hac, ſcriptisqve ἀμοιβαίοις, tum Miſlentæ & Presbyterii Tripolitani, tum Acad. Juliæ & Calixti, hujus Antwort auf Hülſemanni Meiſterliches Muſter, *num. 352.* allegata, § *105-109.* (*lit. Ttt. 1. 2. 3. 4. Uuu. 1, 2, 3 4, & Xxx. 1. a. b*), *Epiſtola ad Acad. Witeb.*, *Appendici Diſſertationis de 2. Qq. annexa*, §. 24., Wiederlegung Welleri, §. *14. 15. 16. 17. 39.* (*lit. B. 3. b. B. 4. a. b. C. 1. a. E. 3. b. E. 4 a. b.*), & Prolegomena der Verantwortung aufs Chur Sächſ. Schreiben, §. 2. (*ibid. lit. X. 3 4.*), ſuggerent. Conf. Calovii *L. 3. Hiſt. Syncret.*, *c. 5.*, *p. 578-579. 582. 583.* (357.) Verba Mandati exhibet Calovius, *L. 3. Hiſt. Syncret*, *p. 579 580. 1093.* (358.) Invenies illam in Prolegomenis, a Noſtro Apologiæ ſuæ contra Literas Elect. Sax. Vernaculæ auctiori (der Verantwortung) A. 1651 præmiſſis, §. 2., *lit. X. 3 a-Y. 2. a.* (359.) *V. Diſſ. de Autoritate S. Scripturæ*, §. *110. 11.*, *Append. Diſſ. de 2. Qq.*, §. *15. 29-37.*, die Wiederlegung Jac. Welleri, *in Ep. Dedic.*, & §. 55., & die Verantwortung aufs Chur-fürſtl. Schreiben, §. *11. 12.* (360.) V. Calixti Wiederlegung Welleri, §. 30., *lit. D. 4. b.*, Prolegomena (in qvibus ipſa Ducum Brunſvic. mandata exhibentur) der Verantwort. aufs Chur Sächſ. Schreiben, § 3 4. 5. (*lit. Y. 2. b. Y. 3. a. b. Y. 4. a.*), & die Verantwortung, §. 29 (*lit. Uu. 4. a.*, & conf. Calovii *L. 3. Hiſt. Syncret*, *c. 5.*, *p. 580. 581.* (361.) De Certamine hoc cum Joh. Scharfio Confer Noſtri Wiederlegung Welleri, §. 31-37 (*lit. E. 1. & 2.*), & Verantwortung, §. 30 (*lit. Uu. 4. b. Xx 1. a*). (362.) V. Noſtri Wiederlegung Welleri, §. 44. 45. 46., *lit. F. 3. b. F. 4. a. b. G. 1. a.* (363.) V. eandem *Confut. Welleri*, §. 75., *lit. L. 2. a. b.* (364.) *L. 3. Hiſt. Syncret.*, *c. 5.*, *p. 582.*

nitatis Chriſti, e ſolo V. T. poſſit evinci, Lipſiæ A. 1650., & Joh. Georg. Dorſcheus, *in Apologia pro Judicio Collegii Theologici Argentoratenſis, in cauſa Joh. Latermanni A. 1646. lato, contra Diſſertationes & Animadverſiones Theologi cujusdam Juliani*, Argentinæ eodem Anno 1650. edita. E qvibus, ſicut Wellero & Hülſemanno, in Apologiarum vernacularum Syntagmate, A. 1651. publicato, & paulo poſt memorando, a Noſtro dextre eſt reſponſum, ita Dorſcheus, Abr. Calovius (ſe Anno jam 1649., *in Inſtitutionibus Theologicis*, ac iterum A. 1655. *Tomo I. Syſtematis Theologici*, Helmſtadienſes & Regiomontanos errorum multorum graviſſimorum, & apoſtaſias a Religione Lutherana, librisqve illius ſymbolicis, XII. Collegiorum ſacrorum, ac XXXVII. Theologorum, imo & propriis ipſorummet teſtimoniis, conviciſſe, arroganter & inepte gloriatus (365.)), & tot alii, qvorum numerus indies accreſcebat, adverſarii, eadem aſſidue plerumqve iterantes, ac ſe invicem deſcribentes, qvorum peculiaris poſtea, ob multitudinem, Index exhibebitur, reſponſum illi nullum viſi ſunt mereri. Qvo tamen ne pleriqve, ſaltem potiores, defraudarentur, atqve inde gloriandi more ſuo arriperent occaſionem, Friderici Ulrici, filii, a Ducibus Brunſvicenſibus famam & orthodoxiam paternam, ſicut jam ante dictum (356.), contra importuniores aſſerere juſſi Adverſarios, Hermanni item Conringii, Gerh. Titii, Joach. Hildebrandi, Chriſtoph. Schraderi, Collegarum, & Diſcipulorum gratiorum, Vindiciæ variæ, qvas ſuo recenſebimus loco, pro Parente ac Præceptore poſthumæ prohibuerunt. Nos, præteritis jam, ſive Indicibus potius ſuis reſervatis, ſcriptis, & illorum, & horum, privatis, ſola deinceps potiora, aut publica autoritate in hoc geſta certamine, Hiſtoriam ejusdem breviter pertexturi, in medium afferemus.

§. LVII.

A. 1649., d. 16. Jun., ad **Auguſtum, Chriſtianum Ludovicum & Georgium Wilhelmum**, Duces Brunſvico-Lüneburgicos, Literæ a Joh. Georgio I., Saxonum Electore, de diſſidio hoc inter Theologos ſuos atqve Helmſtadienſes, miſſæ ſunt Reſponſoriæ, ſed, antеqvam his, & per eos Calixto, exhiberentur, a vero illarum Autore (qvem Theologum fuiſſe contentioſum illarum argumentum, & ſtyli nimia in hoc vehementia, ſatis ſuperqve oſtendunt, non alium autem qvam Jac. Wellerum, Aulæ Electoralis Protecclesiaſten, e dictionis Germanicæ & objectionum ſimilitudine, recte Noſter (367.) collegit) ad alios jam Zelotas, Argentinæ, Regiomonti Brunſvicique, degentes, ablegatæ, & per plurimorum illic manus vagatæ, nec multo poſt ſeorſim (358.) aliqvoties editæ, ac noviſſime A. 1680. a Dan. Hartnaccio *Quæſtionibus* ſuis *XXIV.*, *hac ætate inter Theologos controverſis*, præfixæ. In his ille, poſt ſolennes de Diſſidio iſto, & malis inde metuendis, qverelas, Ducum Brunſvicenſium zelum, qvo moti Theologos Helmſtadienſes & ſcripta hujus argumenti edere vetuerint, & confeſſionem doctrinæ ſuæ exhibere juſſerint, collaudat, indignationem tamen ſuam, de publicata nihilo minus Diatriba *de duabus Quæſtionibus* Calixtina, haud diſſimulans. Theologos Saxoniæ Academicos ab omni diſſidii excitati culpa abſolvit, contra vero Helmſtadienſibus, Calixto & Hornejo, non iſtam ſolum, ſed & ſtudium novitatum ſacrarum, Eccleſiæ noxiarum, conatus ſchismaticos, novam religionem Eclecticam, non Lutheranis ſolis addictam, ſed, ſub vano ſtudii antiqvitatis ſacræ prætextu, e ſectis ſingulis, veritati, & Catholicæ fidei morumqve doctrinæ, maxime congrua adoptantem, doctrinamqve de Bonorum Operum ad ſalutem neceſſitate periculoſam, tribuit, ac fabulam ſimul de Decretis contra eos Anni 1624. Gvelpherbytanis (§. *41.* jam exploſam), & Retorſionis, ab Academia Julia univerſa contra *Anticriſeos* Regiomontanæ Autores, in Programmate, A. 1649. factæ publico, vehementiam, objicit. Calixto ſoli, præter emendationem *Epitomes Theologicæ* diutius dilatam, Acta Thorunienſia, & reſponſum ad Theologorum Saxonicorum (de qvibus §. *54.* dictum eſt) Literas, *fraternas* (ſi Diis placet) *ac humaniſſimas*, aſperius, Judicia de Juſti Feurbornii & Jac. Welleri indole ad turbas prona Eccleſiaſticas, Joh. Hülſemanni paradoxis Theologicis, Joh. Scharfii eruditione minus ſolida, Theologorum Saxonicorum novo, qvem affectent, Papatu, & Deciſionis illorum Anti-Rahtmannianæ autoritate, *παῤῥησιαςικά*, velut totidem crimina, exprobrantur, &, ob ſententiam de Myſterio Trinitatis in V. T., nec clare ſatis revelato, nec creditu ad ſalutem neceſſario, nuperam, patrocinium Arianiſmi, verbis phraſibusqve Arianis ſuſceptum, affingitur. His fuſe præmiſſis, ſub finem Literarum, Calixto & Hornejo culpa certaminis, & excitati, & hactenus continuati, ſcandali inde orti, turbarum in Acad. Regiomont. ſacrarum, ſubſcriptionis Libri Concordiæ a Studioſis qvibusdam Helmſtadienſibus in Saxonia detrectatæ, imo ab adverſariis etiam Saxonicis, atqve aliis, hoc in diſſidio, forte peccatorum, denuo imputatur, & Principes Brunſvicenſes, ut utriqve ſcriptorum contra Saxonicos polemicorum, & criminationum contra eosdem, publicatione ſerio interdicatur, & Confeſſionis contra, tempore conſtituto exhibendæ, ac ſecum, & cum aliis Principibus Lutheranis, communicandæ, injungatur ſcriptio, rogantur. Saxonicis contra, inſuper habita Ducum Brunſvicenſium petitione contraria, ſuam de articulis controverſis doctrinam defendendi, & Helmſtadienſem, velut erroneam, ſcriptis publicis, modeſte tamen, impugnandi, reſervatur poteſtas. Qvin & minæ ſunt additæ, Electorem, tanqvam directorem Ordinum Rom. Imperii Evangelicorum ſupremum, ab horum nonnullis de tollendo diſſidio iſto jam compellatum, niſi ſuæ de compeſcendis Helmſtadienſibus voluntati ſatisfiat, officio haud defuturum, ſed Eccleſiæ, ſuisqve & aliorum Ordinum Lutheranorum ditionibus, ne iſti involvantur ſchismati, mature alia ratione proſpecturum. En argumentum literarum, Theologo inqvieto, qvam Principe magno politico, digniorum, Electori tamen affictarum, &, ſub hujus larva, ex ſuo ſenſu, a Wellero, ſtylo maledico pariter atqve imperioſo, exaratarum (368.). Comites iis erant additæ Literæ aliæ, non Theologorum Lipſienſium, Witebergenſium & Jenenſium ad Calixtum & Hornejum, Helmſtadienſes, monitoriæ, ſicut ab Hartnaccio, eumqve ſeqvente Andr. Carolo (369.), triennio ante exaratas, & §. *54.* jam memoratas, ad A. hunc 1649. perperam referentibus, falſo eſt traditum, ſed Jac. Welleri ſolius, ad eosdem Duces Brunſvicenſes, qverulæ, verumqve ejus nomen præferentes. In his, Calixtum, qvod A. 1646., in Epiſtola ad Hülſemannum familiari (cujus verba §. *45.* recitavimus), ſe Anteceſſore ſuo, Matthia Hoeo, *qvanto juniorem, tanto qvoqve imprudentiorem, & audaciorem, & ad turbas concitandas proniorem*, eſſe, ſcripſiſſet, graviter accuſavit, ac, licet ipſe in Noſtrum (ei objiciendo, daß er das Gottſelige Weſen mit der That gantz verleugne, die Ehre J. C. nicht ſtehen laſſe, und auf der Judenzenter, Arianzenter, Calvin- und Papiſtenzenter, leyre faſt anfangen wolle zu ſtimmen) longe atrocius debacchraretur, ſatisfieri tamen ſibi poſtulavit, & Calixto objurgato injungi, ne tanta in ſcriptis polemicis poſthac ſtyli utatur vehementia, ſed, Heterodoxiæ licet fundamentiqve fidei labefactati immerito inſimulatus, retorſionibus & conviciis durioribus abſtineat (370.). Noſter ambabus Epiſtolis, Electorali & Wellerianæ, ſerius ſibi d. 6. Oct. A. 1649., ne lectis illis irritaretur, a Georgio Wilhelmo Duce, Acad. Juliæ tunc Directore, tranſmiſſis, hujus & Principum reliqvorum Brunſvicenſium juſſu,

(365.) *L. 3. Hiſt. Syncret.*, *c. 5.*, *p. 504.* (366.) §. XVI. (367.) in Proleg. der Verantwort., §. 27., *lit. Cc. 3. b. & in Epilogo, lit. Yy. 1. a. Yy. 2. b.* (368.) *in 4.* Conf. de iis Calixti Epiſt. ad Zach. Prüeſchenkium d. 18. Nov. A. 1649. ſcriptam, in B. G. Struvii *Faſc. V. Act. Liter. p. 23.* (368.) Plura, ad Hiſtoriam illarum ſpectantia, V. in Calixti Prolegomenis der Verantwortung, §. 6. 7. 8. (*lit. Y. 4. Z. 1. & 2. ac Cc. 3.*), & confer, ex Adverſariis ejus, Calovium *L. 3. Hiſt. Syncret.*, *p. 504. 585. 586. 1094.*, Dan. Hartnaccium *in Qq. XXIV. inter Theologos controverſis p. 4. 5.*, ac Andr. Carolum *in Memorabilibus Sec. 17. Eccleſiaſticis, T. I., L. 5., c. 82., p. 1180. 1181.* (369.) *locis utrum præced. citatis.* (370.) V. de Literis hisce Wellerianis Calixti, ſe contra illas defendentis, Widerlegung Welleri, §. 24. 25. 26. 27. 28. 29. (*lit. D. 1. b-D. 4. a.*) & 41. (*lit. F. 2. a. b.*), ac Prolegomena der Verantwortung, §. 6. (*lit. Y. 4. a. b.*).

ſu, Apologiam oppoſuit, & eidem d. 14. Dec., cum Literis poteſtatem edendæ illius ſibi concedi poſtulantibus, exhiberi curavit Germanicam, ſingula accuſationum utriusqve capita accurate diſcutientem, cujus hic eſt Titulus: Verantwortung auf das jenige was ihm, in der Churfürſtl. Durchlauchtigkeit zu Sachſen, und dero Oberhofpredigern, D. Jacobi Welleri, an Ihre F. F. F. G. G. Gn. die regierende Hertzoge zu Braunſchweig und Lüneburg, abgelaſſenen Schreiben, aufgerückt und beygemeſſen wird. Cum autem Principes Brunſvicenſes, hoc ipſo tempore, poſt inſtitutum Hildeſiæ conventum, diſſidio huic ſacro ſopiendo eſſent intenti, eoqve fine, d. 29. Apr. A. 1650., novas ad Electorem Saxonicum ablegaſſent literas, ut utriqve parti ſcriptorum de articulis controverſis eriſticorum publicatione aliqvamdiu interdiceretur, & Conſiliarii interea Electoris & Principum Politici, Magdeburgum aut Qvedlinburgum conventuri, de cavendo ſchiſmate, & concordia reſtituenda, ſerio deliberarent, ſapienter ſvadentes, Calixtus ab iis, eodem d. 29. Apr., Apologiæ editionem differre eſt juſſus, ſed, qvod Epiſtola Electoralis per partem Germaniæ maximam jam eſſet ab adverſariis ſparſa, hanc etiam, præmonitis ea de re Principibus, Amicis qvibusdam dedit deſcribendam. Poſtqvam vero conſilia Principum Irenica, Witebergenſium, qvos Elector conſuluerat, Theologorum reſponſo, nec ſilentio partis utriusqve, nec Miniſtrorum conventu Politicorum, huic malo remedium poſſe afferri, ſed ſeriam Helmſtadienſium refutationem, ac Theologorum ſynodum orthodoxorum, ſive Zelotarum, his præferendam, temere judicante, A. 1650. exeunte, erant turbata (371.), & Reſponſoriæ Electoris fruſtra expectabantur, poteſtas ſua edendi Noſtro eſt facta, & Apologia hæc bis A. 1650. (372.), tum ſine mentione anni, tum adjecto ejus indicio, tertia autem vice, *Confutationi Welleri* vernaculæ ſubjuncta, novisqve Prolegomenis, ac Vindiciis contra Jac. Welleri (373.) & Abr. Calovii (374.) criminationes recentiores, variisqve Actis publicis, paſſim inſertis, ita, ut vel octuplo ſit auctior, amplificata, A. 1651. Helmſtadii prodiit (375.). Welleri, Hüllſemanni, Scharfii, Calovii, Antapologias, illi oppoſitas, ſed a Noſtro, in editione tertia auctiori, itidem jam confutatas, in Adverſariorum Scriptorumqve ejus Catalogis, enumerabimus.

§. LVIII.

A. 1650., qvanta pacis Eccleſiaſticæ, inter ſectas Chriſtianorum diverſas conciliandæ, arderet cupiditate, ſcripto iterum Calixtus gemino eſt teſtatus, *Judicio* ſcilicet *de Controverſiis, qvæ inter Lutheranos & Reformatos agitantur, & mutua partium, propter conſenſum in fundamentis, fraternitate atqve tolerantia, Theologico*, Latine pariter atqve Germanice, ſed Autore ignaro, Francofurti ad Mœnum publicato, & *Deſiderio ac Studio Concordiæ Eccleſiaſticæ*, Diſputatione academica Helmſtadii propoſito, & a Joach. Hildebrando (ſuo poſtea Collega) publice defenſo. Hiſtoriam & illius, qvod Andr. Kunadus, Theologus Witebergenſis, & hujus, qvod Joh. Hülſemannus, Profeſſor e Witebergenſi haud ita pridem factus Lipſienſis, atqve alii a pace alieni, impugnarunt, accuratiorem Scriptorum reſervamus Indici. A. ſeqventi 1651. ſylloge integra ſcriptorum ejus contra adverſarios Saxonicos apologeticorum, lingva, ad illorum exemplum, exaratorum vernacula, Helmſtadii (376.) prodiit, *Refutationem* (uti Titulus, ſuo loco exhibendus, oſtendet) *calumniarum Jac. Welleri, in Hodego divinitatis Chriſti Germanico ſparſarum, Apologiam adverſus Electoris Saxonici, & ejusdem Welleri, ad Duces Brunſvicenſes Epiſtolas auctiorem* (§. *præced.* fuſius laudatam), *Reſponſionem ad Joh. Hülſemanni exemplar Operum Calixti bonorum*, Appendice Anti-Scharfiana auctam, *Expoſitionem verſuum ſeptimi & ſeqventium Capitis XXXIX. Geneſeos*, ex *Hiſtoria Joſephi* decerptam, de ejus continentia, ac vitæ ſanctioris neceſſitate, contra eundem Hülſemannum defenſam, *Veteris Eccleſiæ Catholicæ Symbola & Confeſſiones*, ac *Deſiderium* tandem *Concordiæ Eccleſiaſticæ* recuſum, cum Vindiciis ejusdem adverſus *Judicium* Joh. Hülſemanni, unico complectens Volumine. Hanc, cauſæ ſuæ fiducia, ipſi Joh. Georgio I., Electori Saxonico, tantopere hactenus ab adverſariis contra ſe irritato, inſcripſit, &, in Epiſtola ad eum præmiſſa, ſe, nova Hüllſemanni dogmata de peccatis, a D. Paulo Gal. 5. damnatis, ſtatu gratiæ non excutientibus, vitæ emendatione ad ſalutem haud neceſſaria, unione corporis Chriſti & fidelium ſubſtantiali, & concordiæ eccleſiaſticæ deſiderio ad Dei abnegationem & Atheiſmum viam ſternente, vel præſente Electore, vel ſcriptis elenchticis, ſolide eſſe confutaturum, ſingulaqve fidei Chriſtianæ veræ ac antiqvæ adverſari, imo eandem evertere, demonſtraturum, eſt pollicitus.

§. LIX.

Media hæc inter cum Adverſariis domeſticis, qvibus invitum illi implicuerant, certamina, Allophylos etiam, ac præſertim Pontificios, priſtino animi ac calami robore, ſubinde aggredi ſenex χαλκέντερος haud deſtitit. Oſtendunt hoc non ſcripta ſolum hujus argumenti varia, iſto temporis intervallo edita, ſed Epiſtolæ etiam (qvarum Hiſtoria §. jam 38. breviter, fuſius autem in Vita Ranzovii, a nobis eſt expoſita) ipſius & Chriſtoph. Ranzovii, Eqv. Holſati, de hujus ad Pontificios Apoſtaſia, mutuæ, A. 1650. exaratæ, præſertim vero, qvæ inter Erneſtum, Landgravium Haſſo-Rheinfelſenſem, eandem meditantem apoſtaſiam, hujusqve Hyperaſpiſten, Valerianum Magnum, Monachum Capuccinum percelebrem, ac illum, A. 1651. & ſeqventibus, ſunt acta, ac, tum ſeorſim, tum junctim deinde a Friderico Ulrico, filio, Helmſtadii A. 1657. ac 1681. (377.), evulgata. Erneſtus hic, Princeps eruditus atqve cordatus, ſuumqve in controverſiis ſacris candorem, poſt Apoſtaſiam etiam, ſcripto vernaculo, ſub *Catholici Diſcreti* larva publicato, abunde teſtatus, ſcrupulos ſuos de Religionis, qvam hactenus profeſſus erat, Reformatæ falſitate, & Romano-Catholicæ veritate, e *Judicii de Catholicorum & Acatholicorum credendi regula*, a Valeriano Magno editi, lectione conceptos, Calixto, ut ab eo ſibi evellerentur, A. 1651. expoſuit, deqve iisdem, literis manu exaratis propria, aliqvoties cum illo contulit. Eodem deinde Anno, d. 26. Sept., Noſtrum, uti & Petrum Haberkornium, Theologum Academiæ Gieſſenæ, Zelotarum Lutheranorum rigidiorum haud infimum, ac Joh. Crocium, Antiſtitem aulæ Haſſo-Caſſellanæ Reformatum percelebrem, Epiſtola Germanica, Rheinfelſæ exarata, Moguntiæ vero, & mox Helmſtadii, excuſa, ac, Lipenio (378.) teſte, Coloniæ A. 1679. recuſa (379.), (a qva an *Propoſitiones* ejusdem *ad Theologos Auguſtanæ Confeſſionis*, Coloniæ A. 1651. (380.) itidem editæ, differant, ignoro), ad Colloqvium invitavit, de articulis Pontificios inter & Proteſtantes controverſis, inprimis autem de Pontificis Romani ἀναμαρτησία, Francofurti ad Mœnum cum Valeriano Magno, ac duobus ejus ſociis, inſtituendum, Principesqve illorum, ut in iter hoc conſentirent, pariter compellavit. Calixtus, Academiæ licet Juliæ tunc temporis Prorector, ſe ad Colloqvium tale, vel coram, qvolibet in loco, vel ſcriptis ἀμοιβαίοις, huc illuc transmittendis, inſtituendum, ſi non declamando, ſed ſyllogiſtice diſputando, controverſiæ diſcutiantur, & principum ſuorum accedat conſenſus, paratiſſimum eſſe, reſpondit. Joh. Crocii ad Erneſti Epiſtolam Reſponſio Caſſellis A. 1651. itidem prodiit Germanica, ſicut & Joh. Georg. Dorſchei, Theologi Argentinenſis, ultro

Diſputa-

(371.) De Conſiliis iſtis Ducum Brunſvic. Irenicis V. Calixti (Principum ſuorum de iis exhibentis Epiſtolas) Prolegomena der Verantwortung, §. 8. 9. 10. 11 (*lit. Z. 1. b. Z. 2. a. b. Z. 3. a.*), de iisdem vero per Witebergenſes turbatis, Calovii *L. 3. Hiſt. Syncret.*, *p.* 586. 588. 603. 1095. (372.) *in* 4. (373.) im Wegweiſer der Gottheit J. C., und erſten Probe wieder Calixtum. (374.) in der Nöhtigen Ablehnung. (375.) Plura de Apologiæ hujus Hiſtoria V. in illius *Prolegomenis*, §. 6. 7. 8. 9 10. 11. 27. (*lit. Z. 1. 2. 3. 4. & Cc. 3. a. b.*), *ac in Epilogo*, (*lit. Yy. 1. & 2.*) (376.) *in* 4. (377.) *in* 4. (378.) *P. I. Biblioth. Theol. Realis p.* 193. (379.) *in* 4. (*pl. 1.*) (380.) *in* 4. *V. Catal. Genevenſem Tourneſianum p.* 33.

Diſputationi ſe huic ingerentis, Ἐπίκρισις de illa, eodem Argentinæ publicata Idiomate (Bedencken über Erneſti, Landgraffen von Heſſen, Schreiben an Calixtum, und andere Theologos (381.)). Duces vero Brunſvicenſes, veriti, nec forte immerito, ne Pontificii Theologos Proteſtantes, qvorum unus, Noſter ſcilicet, inter Lutheranos eminebat moderatiores, alter, Haberkornius, Zelotarum rigidiorum, Calixto infeſtorum, jampridem ſe junxerat cœtui, tertius autem, Joh. Crocius, Reformatorum caſtra ſeqvebatur, diſſidia renovando inteſtina, inter ſemet ipſos committerent, prudenter, in Reſponſoriis ad Erneſtum, d. 17. Nov. A. 1651. exaratis, Noſtro poteſtatem cum Valeriano coram congrediendi denegarunt, ſcriptis vero Diſputationem inſtitui permiſerunt. Qvam repulſæ acceptæ cauſam nec ipſe Erneſtus, in literis ad Valerianum, poſtqvam ab hoc Jeſuitarum artibus factus erat alienior, diſſimulavit, ita ſcribens (382.): Ihr möget das vor euer Glück achten, daß die drey gelehrteſten Proteſtirenden Ketzer, Calixtus, Crocius und Haberkorn, aus Sorge, ſie möchten unter ſich ſelbſt uneins werden, und einen Katzenkrieg anfangen, ſich nach Franckfurt zu kommen geweigert haben. Denn, wenn ſie dahin kommen wären, wie würde es wol mit euch abgelauffen ſeyn? Solis ergo deinceps (ſi Colloqvium Haberkornii cum Valeriano Rheinfelſenſe, A. 1652. habitum, excipias) ſcriptis, & impreſſis qvidem, eſt diſputatum, initiumqve a Noſtro factum; edito A. 1651. ad Erneſti Qvæſtiones aliqvot Reſponſo, Eccleſias Pontificias omnium eſſe inqvinatiſſimas, Lutheranas autem in Holſatia & Tractu Brunſvicenſi puriſſimas, ac cæteris, ubiqvitatem amplectentibus, puriores; inter alia inculcante. Cui, oppoſitis, pro cauſa Pontificia, per Valerianum & ſocios, *Actionibus* (qvarum Tertia præſertim, Coloniæ A. 1652., & Qvinta, Herbipoli eodem Anno, editæ (383.), Calixtum impugnant) octo, & forte pluribus, interdicto tandem, ne Miſſionarii ſine venia qvicqvam ederent, Pontificio abruptis (384.), Continuationes, Appendices & Reſponſiones aliæ, ſucceſſerunt, in Scriptorum infra recenſendæ catalogo, & in *Actorum cum Erneſto* Syntagmate, ſupra allegato, junctim recuſæ. Eventum Diſputationis hujus, qvam Erneſti, & Conjugis ejus, Eleonoræ Mariæ, Comitis Solmenſis, ad Pontificios, in Urbe Colonienſi, poſt *Motiva Converſionis ad fidem Catholicam A. 1652.* (385.) edita; tranſitus eſt ſecutus, minus felicem Calixto a Zelotis complurimis, hisqve addendo Abr. Calovio (386.), falſo imputari atqve exprobrari, §. *38.* abunde jam eſt oſtenſum (387.).

§. LX.

Zelotæ interim Saxonici Electorales, præſertim vero Witebergenſes, Joh. Georgium I., Saxoniæ Electorem, precibus fatigatum aſſiduis, permoverant, ut ſolorum Theologorum, qvos vocabant, Orthodoxorum, excluſis ſibi ſuſpectis, Conventum, Lipſiæ d. 19. Jan. A. 1652. celebrandum, indiceret, in qvo de inteſtino Eccleſiæ Lutheranæ diſſidio tollendo, Helmſtadienſium dogmatis condemnandis, & nova de Qvæſtionibus controverſis Deciſione e ſenſu ſuo concinnanda, omnibusqve obtrudenda, a Theologis aulicis Dresdenſibus, Academicisqve Lipſienſibus ac Witebergenſibus, & Conſiliariis aliqvot Politicis, deliberaretur. Invitati ad Conventum hunc (de cujus celebrandi modo, ſententiisqve in eo rejiciendis, Witebergenſes, ab Electore Kal. Dec. A. 1651. conſulti, ſuum illi d. 2. Jan. A. 1652. expoſuere judicium), literis ad Duces Saxoniæ, Fridericum Wilhelmum Altenburgicum, Wilhelmum Vinarienſem & Erneſtum Gothanum, miſſis, *illorum* etiam ſunt tum Conſiliarii aliqvot, tum Theologi, præſertim Academici Jenenſes. Cum vero Wilhelmus & Erneſtus, qvibus Theologorum Electoralium præceps importunitas merito erat ſuſpecta, qvinam Articuli controverſi Lipſiæ eſſent decidendi, qva ratione ac forma, qvoqve fine, Declaratio illorum concinnanda, & annon alii etiam Theologi exteri, a partium ſtudio alieni, eodem convocandi, in Reſponſoriis, d. 16. Dec. A. 1651. ad Electorem exaratis, petiiſſent edoceri (388.), Congreſſus ille tempore conſtituto non potuit inſtitui. Novum autem mox Lipſienſes pariter atqve Witebergenſes M. Mart. A. 1652. poſtularunt, & Duces ſimul Brunſvicenſes denuo Epiſtola Electorali, ut Calixto acribus in religionem Lutheranam, ſive Factionem potius ſuam, invectivis interdiceretur, & Palinodia injungeretur, monendos, ſed incaſſum, ſvaſerunt. Ut vero Ducum Saxonicorum aliqvatenus ſatisfieret deſideriis, in novæ, qvæ ſperabatur, Synodi uſum, Index dogmatum Calixti, ejusqve Paraſtatarum, in illa obelo notandorum, σκιαγραφικῶς Germanicus, tribus circiter conſtans philyris (der ungefährliche Entwurf Helmſtädtiſcher und anderer, als D. Chriſtiani Dreyers zu Königsberg, und D. Joh. Latermanns zu Halberſtatt, Neurungen), e ſcriptis illorum, juſſu Electoris, a Conſiſtorii ſupremi Aulici Theologis, & horum Antesignano, Jac. Wellero, eſt congeſtus, &, mandato ejusdem, a Witebergenſibus, M. Aug. A. 1652., reviſus, auctus, & ordine commodiori, facto ubiqve Theſeos pariter atqve Antitheſeos indicio, diſpoſitus. In hoc indice XCIX. Aſſertiones de pace eccleſiaſtica, variisqve fidei capitibus, erroneæ, eodem, qvo Auguſtanæ Confeſſionis articuli, ordine collocatæ, ut in Synodo futura condemnarentur, Noſtro, cæterisqve Helmſtadienſibus & Regiomontanis, ſunt attributæ, & breviter impugnatæ potius, qvam refutatæ. Tranſmiſſus ille eſt d. 29. Jun. A. 1652. ab Electore Ducibus Saxonicis, iiqve, in literis adjunctis, ſimul ſunt edocti, de Aſſertionibus hiſce controverſis, qvarum numerus pro re nata augeri tunc poſſit vel minui, illarumqve falſitate & momento diſpari, in Conventu, a ſuis atqve ipſorum Theologis, affectibus omnibus ſepoſitis, poſt accuratam ſingularum diſcuſſionem, communibus ſuffragiis judicium eſſe ferendum, &, Declaratione de iis, qvoad θέσιν pariter atqve ἀντίθεσιν, unanimi omnium ſcripta conſenſu, ab iisdem, & adjunctis Conſiliariis Politicis, an hæc Collegiis aliis Theologorum Lutheranorum, extra Saxoniam, Academicis atqve Eccleſiaſticis, ut lectæ atqve examinatæ ſuos addant calculos, ſine illorum convocatione, ſit communicanda, poſſe deliberari (389.). Duces Saxonici eundem Indicem, M. Julio A. 1652., ad Theologos confeſtim Academiæ ſuæ Jenenſis, ut judicium de illo, accurato ſubjecto examini, ferrent, ſibiqve perſcriberent, ablegarunt Academicos (390.), Joh. Majorem, Joh. Muſæum & Joh. Tob. Majorem, qvorum in Calixtum favori (cenſura forte de Indice tranſmiſſo παῤῥησιαστικῇ prodito) poſterioris etiam hujus Conventus impediti culpam Calovius, & de illo, & de Indice, plura ſuggeſturus (391.), ſed e Jenenſium de *Conſenſu Repetito* Judicio (392.) haud raro emendandus, non ſine indignatione imputat. Ne tamen fœtus hic Wellerianus, ſymbolicam fruſtra ſperare auſus autoritatem, cui *Conſenſus*, de qvo paulo poſt dicetur, *Repetitus*, longe famoſior, uti Jenenſes (393.) probe, contradicente licet Calovio (duo hæc ſcripta plane diverſa eſſe, ut poſteriori tanto majorem conciliet dignitatem, commento) (394.), obſervarunt, & originem ſuam debet & materiam, omnino periret, a Joh. Hülſemanno, parentis ſui in cauſa hac ſocio, Anno ſeqventi 1653., luci expoſitus eſt publicæ, & *Vermi Conſcientiæ Calixtinæ* proprio (dem *Calixtini*ſchen Gewiſſenswurme), Volumini furfuris ejusdem ingenti vernaculo, Lipſiæ (395.) excuſo, præmiſſus.

§. LXI.

(381.) Argent. A. 1651. *in 4.* (382.) V. Valeriani Magni *Apologiam contra Jeſuitas*, Germanice verſam, *p. m. 62.* (383.) *in 4.* (384.) V. Valeriani *Apolog. contra Jeſuitas, Germ. verſam, p. 69. 70. 101.* (385.) Coloniæ *in 4.* (386.) *L. 3. Hiſt. Syncret., c. 5., p. 592.* (387.) De Actorum inter Calixtum & Erneſtum Hiſtoria conf. Calixti ipſius *Reſponſi ad Erneſtum*, A. 1651. editi, Partem priorem, & Joach. Felleri *Continuationem Hiſtoriæ Joh. Lati, p. 561. 570.* (388.) V. Theologorum Jenenſium Bedencken vom Conſenſu Repetito, in Calovii *L. 3. Hiſt. Syncret., c. 8., p. 1000. 1005.* (389.) V. Jenenſes *l. c., p. 1001. 1005. 1020.* (390.) V. Jenenſes *l. c. p. 1001.* (391.) im Berichte von den Helmſtädtiſchen Streitigkeiten, *Lib. 3. Hiſt. Syncret., c. 5., p. 589. 593.* & im Berichte über das Jeniſche Bedencken vom Conſenſu Repetito, *ib. c. 8., p.* [illegible] 1096. 1102. (392.) *loco num. 388. citato, p. 1000. 1001. 1002. 1005. 1020.* (393.) *l. c. p. 1000.* (394.) im Berichte über das Jeniſche Bedencken, *l. c., p. 1102. 1105. 1106.* (395.) *in 4.*

§. LXI.

Anno 1654. ineunte, Principes & Ordines reliqvi Germaniæ Lutherani univerſi, tot turbarum atqve litium Eccleſiæ ſuæ domeſticarum, ab Electoris Saxonici temere, nullaqve neceſſitate urgente, excitatarum Theologis, merito pertæſi, per Legatos ſuos, in Comitiis congregatos Ratisbonenſibus, de ſilentio, qvod Helmſtadienſes ſtudio pacis ultro offerebant, utriqve diſſentientium parti publica autoritate imponendo, ſolo Georgio II., Landgravio Haſſo-Darmſtattino, Gieſſenſibus ſuis Theologis, Saxonicorum confoederatis, imprudenter credulo, adverſante & contra proteſtante, deliberare coeperunt. Miſſæ ab his, communi nomine, ad Electorem Saxonicum, Joh. Georgium I., ſunt Literæ, Ratisbonæ d. 9. Jan. A. 1654. exaratæ, qvibus eum, ut Theologis ſuis, tum aliis, tum Lipſienſibus & Witebergenſibus, ulteriori Helmſtadienſium, & Calixti præſertim, ſive in ſcriptis, ſive in concionibus publicis, impugnatione atqve inſectatione, ad Colloqvium usqve de componendis Controverſiis iſtis Chriſtianum, ſerio interdiceret, ac nuper contra hos edita ſupprimi juberet, amice obteſtabantur. Ille vero, a Theologis, tam Aulicis, qvam Academicis Lipſienſibus atqve Witebergenſibus, qvos de negotio, cauſam illorum & culpam ſpectante propriam, temere conſuluerat, in conſilia abſtractus eſt plane contraria, &, nimiæ itidem credulitatis vitio, ſilentium Helmſtadienſibus qvidem, a libris Eccleſiæ Luth. ſymbolicis aliena amplexis dogmata, merito imponendum, Spiritui autem Sancto, ſuorum (uti putabat) voce ac calamo errores iſtos arguenti atqve refellenti, os minime poſſe obturari, facile perſvaſus (395.).

§. LXII.

Zelotæ Saxonici Electorales, hoc metu liberati, & ſucceſſu conſiliorum qvalicunqve redditi audaciores, majora Anno ſeqventi 1655. non dubitarunt aggredi, & Schisma, dum Calixtum, ac hujus Paraſtatas, pro virili Eccleſiæ Lutheranæ communione nitebantur excludere, moliri manifeſtum. Hoc fine, Conſiſtorii ſupremi Dresdenſis auſpiciis, *Conſenſus*, qvem vocant, *Repetitus fidei veræ Lutheranæ, in illis doctrinæ Capitibus, qvæ, contra puram & invariatam Auguſtanam Confeſſionem, aliosqve Libros Symbolicos, in Formula Concordiæ comprehenſos, D. Georg. Calixtus, Prof. Helmſtadienſis, ejusdemqve Complices, ſcriptis publicis impugnant*, a Profeſſoribus Theologis Lipſienſibus (e qvibus Joh. Hülſemannus σκιαγραφίας (396.), Daniel Henrici, hanc ſecutus, textus Latini (397.), Hieron. Kromayerus autem verſionis germanicæ (398.), fuiſſe traduntur Autores) & Witebergenſibus, eſt congeſtus, a ſupremo Conſiſtorio Dresdenſi, annitente Wellero, approbatus, &, juſſu Electoris, d. 14. Mart. A. 1655., tam Lipſiæ, qvam Witebergæ, a ſingulis Collegiorum Theologicorum Profeſſoribus ſubſcriptione ſua confirmatus (399.). In hoc, Helmſtadienſibus Theologis, Calixto & Hornejo, nec non Regiomontanis, Chriſt. Dreiero ac Joh. Latermanno, ut Lutheranis omnibus redderentur exoſi, LXXXV. (juxta Calovii (400.) computum, juxta Strauchianum autem (401.) LXXXVIII.) exprobrati ſunt Errores de plerisqve fidei Chriſtianæ capitibus Theologici, Auguſtanæ (cujus articulorum ille ſeqvitur ordinem) Confeſſioni, & reliqvis libris ſymbolicis, (uti Autores, verbis horum propriis in Theſi, Helmſtadienſium autem in Antitheſi, ſingulos, nullo momenti diſparis obſervato diſcrimine, promiſcue rejiciente, ſed mala ſæpe fide, recitatis, locisqve, e qvibus depromuntur, ſimul allegatis, oſtendere allaborarunt), contrarii. Eo autem conſilio hunc Conſenſum (novum Eridos ſacræ pomum) eſſe ſcriptum, ut vel ad Principes & Reſpublicas Lutheranorum ſingulas, e Lipſienſium ſententia, ab Electore Saxonico, vel ad Collegia tantum Theologica celebriora, Academica pariter atqve Eccleſiaſtica, a Theologis illius, ablegaretur, horumqve, ſi obtrudi iis poſſet, accedentibus ſuffragiis librorum ſymbolicorum augeret numerum, ipſe Calovius (402.) non diſſimulat. Sed ſpe atqve ſcopo ſuo dictatores hi Eccleſiæ Lutheranæ αὐτοχειροτόνητοι turpiter exciderunt, & ne in ipſa qvidem Saxonia Electorali, conatu maximo ac ſæpius iterato, ut libris illius ſymbolicis *Conſenſus* hic adjungeretur, ejusqve approbandi mentio juramento Candidatorum ſacro inſereretur, Senatu Aulico & Eccleſiaſtico prudenter obnitente, unqvam impetrare potuerunt (403.). Apud Duces Saxonicos, Altenburgicum, Vinarienſem atqve Gothanum, ſupra jam laudatos, qvibus, eodem A. 1655., is ab Electore Saxonico, ut a Theologis illorum, præſertim Jenenſibus, revideretur atqve approbaretur, erat transmiſſus, longe minorem invenit applauſum, a Jenenſibus non qvidem Judicio (qvod A. 1680. demum ab iis latum eſt), uti Gotfr. Arnoldus (404.) falſo tradidit, peculiari, ſed ſilentio, de qvo Calovius (405.) immerito conqveritur, a Ducibus Sereniſſimis injuncto, rejectus tunc prudenter atqve improbatus (406.). Qvo ſilentio etiam non ſolum *Conſenſus* iſtius cum Principibus, Rebuspublicis & Academiis aliis, communicatio, ipſo Calovio (407.) fatente, eſt impedita, ſed editio qvoqve per integrum ſufflaminata novennium. In lucem enim is demum, certaminis Theologis, ob Acta in Colloqvio Caſſellano Irenica, per Witebergenſes, moti Rintelenſibus occaſione, A. 1664. ab Abrah. Calovio eſt protruſus, & *Conſiliis* Collegii ſui Witebergenſis *Theologicis*, Francofurti ad Mœnum tunc (408.) publicatis, latine pariter atqve germanice inſertus (409.), deinde vero ſeorſim etiam, non a Jac. Wellero (A. 1664. jam defuncto, qvem tamen ἐργοδιώκτην fuiſſe largior) (410.), ſed eodem Calovio, cum præfatione ſua, Witebergæ (411.), latino ſermone A. 1665. ac 1666., germanico vero A. 1666., editus, ac nuper tandem, A. 1709., ibidem, præfixo Calovii ſolius, tanqvam autoris, nomine, latine recuſus (412.). Cujus cum opera, & in publicando hoc *Conſenſu*, & in eodem poſtea defendendo, alisqve, ſed incaſſum, obtrudendo, fuerit præcipua, mirum non eſt, Calovium ſcriptorem illius, licet perperam, non ab editore ſolum noviſſimo, ſed Frid. Ulr. Calixto etiam (413.), & Collegis ejus Helmſtadienſibus (414.), eſſe creditum. Paſſim certe eum a Calovio editore eſſe interpolatum atqve immutatum, in Confeſſionem Fidei transformatum, anathematismis, aliisqve προσθήκαις, auctum, & ipſo forte *Conſenſus Repetiti* Titulo ornatum, nec proinde pro eodem plane ſcripto, qvod Theologos Lipſienſes & Witebergenſes A. 1655. (non 1664., a Jenenſibus male ſubſtituto) junctim concinnaſſe narravimus, habendum, non ipſe ſolum, mentione illorum in fronte libri omiſſa, indicare voluiſſe videtur, ſed & e verſionis ſcripti illius germanicæ, qvam Theologi Lipſienſes A. 1671. novæ *Conſiliorum Theologicorum*, a Georgio Dedekenno collectorum, editionis, Jenæ tunc excuſæ (415.), appendici curarunt inſeri, haud exiguo a *Conſenſu* hoc, qvoad formam, ſtylum ac methodum, diſſenſu, a Theologis jam Jenenſibus A. 1680., in Judicio ſuo de illo vernaculo (416.) (Calovio, in Reſponſo ſuo, ad exprobrationem iſtam obmuteſcente), probabiliter ſatis eſt oſtenſum.

(395.) V. Calovium, de conſilii hujus ſui gloriantem ſucceſſu, im Berichte von den Helmſt. Streitigkeiten, *L. 3. Hiſt. Syncret.*, *c. 5.*, *p. 593. 594. 603.*, & im Berichte über das Jeniſche Bedencken vom Conſ. Rep., *ibid. c. 8. p. 1097.*, ac Gotfr. Arnoldum *T. II. Hiſt. Eccl.*, *l. 17.*, *c. 11.*, *p. 536.* (396.) V. Joh. Ad. Scherzeri *Collegium Bibliothecarium MS.*, *Cod. 49.* (397.) V. Calovii Bericht über das Jeniſche Bedencken vom Conſenſu Repet., *L. 3. Hiſt. Syncret. c. 8.*, *p. 1111.* (398.) V. Scherzerum & Calovium *locis modo citatis.* (399.) V. Calovii *L. 3. Hiſt. Syncret.*, *c. 5.*, *p. 594.* (400.) *in Præfat. ipſius Conſ. Repet.* (401.) in der Abgenöthigten Retorſion wieder Frid. Ulr. Calixtum *p. 9.* (402.) im Berichte über das Jen. Bed. vom C. R., *l. c. p. 1106. 1107.* (403.) V. Phil. Jac. Speneri Bedencken über den Hamburg. Religions-Eid *p. 11*, Freyheit der Gläubigen vom Anſehen der Menſchen *p. 66.*, & Sieg der Wahrheit und Unſchuld wieder D. Mayern *p. 36. 37.* (404.) *T. II. Hiſt. Eccl.*, *Lib. 17.*, *c. 11.*, *p. 536.* (405.) im Berichte über das Jen. Bedencken vom C. R., *l. c.*, *p. 1106.* (406.) V. Calovii Bericht von den Helmſt. Streitigk., *L. 3. Hiſt. Syncret.*, *c. 5.*, *p. 595.*, & Bericht über das Jeniſche Bedencken vom C. R., *ib. c. 8.*, *p. 1102. 1103. 1106.* (407.) *ibid. p. 604. 1103. 1104. 1105.* (408.) *in fol.* (409.) *P. I.*, *Tit. IX*, *n. 7.*, *p. 928-905* (410.) Ita credidit G. Arnoldus *l. c. p. 536.* (411.) *in 4.* (412.) *in 4.* (413.) *in Præfat. Demonſtrationis liqvidiſſimæ Conſenſui Rep. oppoſitæ*, *p. 18.* (414.) *in Pietate Acad. Juliæ*, *p. 6. 7. 34. 36.*, & in der Schutzrede wieder Æg. Strauchium paſſim. (415.) *in fol.* (416.) apud Calovium *L. 3. Hiſt. Syncret.*, *c. 8.*, *p. 1002. 1003. 1004.*

ſtenſum. Cum enim Editio Germanica Caloviana hoc ſuperbiat titulo: Wiederholter Conſens des wahren Lutherſchen Glaubens, in denen Lehrpuncten, welche, wieder die reine und unveränderte Augſp. Confeſſion, und andere in dem Chriſtliche Concordienbuche begriffene Glaubensbekäntniſſe, D. G. Calixtus, und die ihm anhangen, in öffentlichen Schriften angefochten; Jenenſi iſti Theologorum Lipſienſium ἐπιγραφῇ ſeqvens, paulo modeſtior, eſt præfixa: Kurtze Verfaſſung der reinen Lehre, nach dem H. Worte GOttes, der Chriſtlichen Kirchen Augſpurgiſcher Confeſſion, ſofern dieſelbe von den Helmſtädtern und dero Anhängern, D. Chriſt. Dreiern und D. Joh. Latermann, angefochten und verkehret wird; ſamt richtigem Gegenſatze ihrer abweichenden Neurungen, und deroſelben ſummariſchen Wiederlegung, aufgeſetzt von den Theologiſchen Facultäten zu Leipzig und Wittenberg. In hac Lipſienſium Theſis articulorum ſingulorum vocibus: Wir lehren, Antitheſis vero his: Hingegen lehren die Helmſtädter, ſemper inchoatur, cum in Caloviana contra Theſeos voces initiales perpetuo ſint: Wir bekennen (i. e. Profitemur), Antitheſeos autem iſtæ: Wir verwerfen diejenigen (i. e. *Rejicimus eos*), non dogmata ſolum ἑτεροδοξίας ſuſpecta, ſed & illorum Defenſores, a communione *fidei & Eccleſiæ vere Lutheranæ*, privato auſu, temere excludentes.

§. LXIII.

Poſt *Conſenſum* hunc *Repetitum* editum, bellum iſtud ſive certamen Lutheranorum domeſticum, qvod hactenus, Calixto noſtro A. 1656., &, ex Adverſariis potioribus, Mislenta A. 1653., Dorſcheo A. 1659., Hülſemanno A. 1661., & Wellero A. 1664., extinctis, vel tacitis qvibusdam induciis dilatum ac mitigatum videbatur, vel ab iis, qvi mortuos doctrina & autoritate minime æqvabant, antagoniſtis, Calovio ſcilicet atqve aſſeclis, ſaltem continuabatur, novo hoc Eridos ac diſſenſionis pomo in Eccleſiam, a turbatore illius Witebergenſi, qvaſi projecto, ſubito eſt exaſperatum, & acrius utrinqve recruduit. Anno enim 1667. Frid. Ulr. Calixtus, parentis famam & doctrinam vindicaturus, applaudente univerſa Academia Julia (417.), Helmſtadii (418.) *Demonſtrationem* edidit *liqvidiſſimam, qvod Conſenſus repetitus fidei vere Lutheranæ, qvem Abr. Calovius ſuperiore anno in vulgus ſparſit, nec Conſenſus fidei vere Lutheranæ cenſeri mereatur, nec vero fidei vere Lutheranæ Conſenſui D. Georg. Calixtus & D. Conr. Hornejus contraria docuerint, defendendæ innocentiæ & calumniæ retundendæ cauſa, autoritate publica conſcriptam.* Cui, cum, juſſu & autoritate Collegii Theologici Witebergenſis, D. Ægid. Strauchius Junior, hujus Aſſeſſor, & Hiſtor. Profeſſor publicus, *Conſenſum repetitum fidei vere Lutheranæ, in 88. punctis, qvæ contra Auguſtanam Confeſſionem, aliosqve Libros Symbolicos, in Formula Concordiæ, & ipſomet Corpore doctrinæ Julio, comprehenſos, G. Calixtus, ejusqve complices, Scriptis publicis ita impugnarunt, ut Lutheranorum titulo indignos ſeſe omnino reddiderint, a calumniis, mendaciis, depravationibus & iniqvis Cenſuris, D. Frid. Ulr. Calixti vindicatum*, Witebergæ A. 1668. (419.) oppoſuiſſet, ſub Georg. Chriſtoph. Calixti, Friderici Ulrici filii, adhuc pueri, nomine, ſcriptum vernaculum (Die Läſter- und Lügenkunſt Ægidii Strauchs, auß deſſen ehrvergeſſenen verleumbderiſchen Schriften außgezogen und vorgeſtellet), illi, eodem mox Anno 1668., Helmſtadii (420.) eſt repoſitum. Qvod a Strauchio A. 1669., in appendice Antapologiæ contra Academiam Juliam Germanicæ, mox memorandæ (der Gegenſchutzrede), peculiari, pari maledicentia, paucis caſtigabatur. Parens Frid. Ulr. Calixtus, cum, Strauchium ſibi, qvod Lutheranos, e *Conſenſus Repetiti* ſententia, per univerſum terrarum orbem diſperſos, inter Gallos & Italos non invenerit, in *Demonſtratione Liqvidiſſima* teſtato, ſcommate maledico, verbis ſtudioſe propoſito ambiguis, *mirum non eſſe, qvod in Gallorum & Italorum tabernis vinariis, vel fornicibus etiam, invenire eos non potuerit*, in *Conſenſu Vindicato*, regeſſiſſe, cerneret, in ſuam iſta injuriam, & *Fornicis* vocem de Lupanari, haud immerito interpretatus, Retorſione calumniatorem juridica, Acad. Witebergenſis Rectori d. 2. Jun. A. 1668., per Notarium ac Teſtes, exhibita, & mox Helmſtadii (ſub titulo abgenöhtigter Retorſionſchrift derer durch D. Æg. Strauchen wieder ihn außgegoſſenen Calumnien und Injurien) excuſa (421.), eſt ultus. Strauchius contra, per *fornices* ſe non *Lupanaria*, ſed ædificia ac diverſoria arcuata ſive concamerata, ſenſu vocis in ſcriptis veterum (uti a D. Joh. Joach. Zentgrafio, Theologo poſtea Argentinenſi, in Strauchii gratiam, Diatriba tunc peculiari Witebergæ eſt oſtenſum) freqventiſſimo, intellexiſſe, ſive vere, ſive ſimulate, coram Collegis proteſtatus Witebergenſibus, Retorſioni Calixtinæ, tanqvam illegitimæ & invalidæ, aliam, Helmſtadium per hos remiſſam, d. 10. Jun. repoſuit, & (ſub titulo Abgenöhtigter, in öffentlichem Judicio gethaner, Retorſion auf die ſchändliche, von D. Frid. Ulr. Calixto wieder ihn außgegoſſene, Injurien) Witebergæ (422.) juris itidem fecit publici. Ita invectivæ ac criminationes, qvibus ſcripta & Calixti Junioris & Strauchii polemica ſacra, ſive potius Eriſtica, ſcatent, & lectores omnes pios atqve cordatos valde offendunt, mordaciſſimæ, imo turpiſſimæ ac ἀθεόλογοι, in mutuas degenerarunt injurias, & λοιδορίας atqve ἀντιλοιδορίας forenſes, in illius Defenſione, ſive, uti termino uſus juridico vocavit, *Juſtificatione Retorſionis ſuæ*, & hujus de iſta *Admonitione* (Erinnerung und Bericht über Calixti Juſtification, ſeiner Retorſion), ſermone aliqvamdiu continuatas vernaculo, donec prior A. 1669. Apologia illis finem imponeret ſeqventi, Helmſtadii (423.) impreſſa: Ablehnung etlicher, von D. Ægidio Strauchen aufs neue ausgeſtürtzeten, Injurien und Calumnien, ſamt endlicher Proteſtation, in Schriften mit ihm weiter ſich nicht einzulaſſen. Præmiſerat Strauchius ſuæ Retorſionis Calixtinæ Retorſioni vernaculæ A. 1668. (424.) *Abominationem*, qvam vocat, *Calixtinam* (eine kurtze deutliche und wahrhaftige Beſchreibung des Calixtiniſchen Greuels, welchen Vatter und Sohn, mit ihrem ſchwärmeriſchen Anhange, an die heilige Stätte der Evangeliſch-Lutheriſchen Kirchen und Schulen zu ſetzen ſich unterſtanden haben), ſive Indicem errorum omnium, Calixto ſeniori affictorum, ſynopticum, ſimulqve vere ſycophanticum, *e Conſenſu Repetito* depromptum, ſed novis a ſe ubiqve interpolatum ſcommatis, ſarcasmis ac calumniis, qvem *longe virulentiſſimum, imo fœtidum pus aut meram bilem, eſſe, eaqve ſcriptum animi impotentia, qva nihil forte Theologici qvidem nominis in lucem prodiit*, Profeſſores Acad. Juliæ univerſi, Conringio interprete, vere judicarunt (425.). Huic, ſtylo plane ἀθεολόγῳ, nec ſatyrico, ſed ſcurrili potius, intexta ab eodem, e Theologo in morionem protervum ac mendacem mutato, eſt (426.) Confeſſio aſſeclæ Calixtini vernacula, *illuſtre* (uti Helmſtadienſes denuo recte pronunciant (427.)) *ſcientiæ Autoris ſui dæmoniacæ exemplum, ita, contra omne jus & fas, contraqve ſplendidiſſimam veritatem (qvicqvid etiam calumniator occlamet), impudenter confictum, ut diabolum ipſum, non hominem, loqvi juraveris.* Iſti ἀνωνύμως Vir in Acad. Julia eruditus, non ſine applauſu hujus publico (428.), A. 1668. (429.) oppoſuit die gründliche Wiederlegung des von D. Ægidio Strauchen fälſchlich erdichteten, und ſeinem greulichen Büchlein, Calixtiniſcher Greuel genandt, eingerückten Calixtiniſchen Glaubensbekäntniſſes, a Strauchii Hyperaſpiſta, M. Joh. Joach. Zentgrafio, Argentinenſi, Ordinis tunc Philoſophici Wireb. Adjuncto, fruſtra, eodem anno 1668. (430.), Reſponſo itidem vernaculo (in der Abfertigung eines Ungenandten Calixtiners Gründlicher Wiederlegung des von D. Æg. Strauchen fälſchlich erdichtetem Glaubensbekäntniſſes) impugnatam. Ipſa tandem Academia Julia famam atqve doctrinam Calixti ſui, adverſus *Conſenſum Repetitum*, Strauchiiqve *Vindicias* illius, ac *Abominationem Calixtinam* vernaculam, publico

(417.) *in Pietate Acad. Julia p. 8. 9.* (418.) *in 4.* (419.) *in 4.* (420.) *in 4.* (421.) A. 1668. *in 4.* (422.) A. 1668. *in 4.* (423.) A. 1669. *in 4.* (124.) *p.* 19-59. (125.) *in Pietate Acad. Juliæ p. 11.* Conf. Verſionem illius Germanicam (die Schutzrede) *p. 43. 54.* (426.) *p. 37-41.* (427.) *in Piet. Acad. Jul. p. 21.* Conf. die Schutzrede *p. 52. 53. 54. 64.* (428.) in der Schutzrede *p. 52. 64. 65.* (429.) Helmſtadii *in 4.* (430.) Witeb. *in 4.*

publico nomine, præſertim cum nec ſuæ, in ſcriptis iſtis maledicis, parceretur exiſtimationi, tueri denuo eſt coacta, in Programmate (cujus Herm. Conringium τὸν πάνυ autorem eſſe, a Calixto juniore (431.), ipſoqve Calovio (432.), imo & ſcriptorum Conringii, qvem Placcius qvoqve (433.) allegat, catalogo, Epiſtolis ejus A. 1694. præfixo, ſum edoctus) ſex qvaternionum prolixo & luculento, d. 29. Sept. A. 1668. publicato, &, ſub titulo *Pietatis Academiæ Juliæ, adverſus improbas & iniqvas calumnias, cum aliorum qvorundam, tum D. Ægid. Strauchii, aſſerta*, Helmſtadii, ac paulo poſt Witebergæ (ipſo Strauchio, cujus virulenta aliqvot linearum acceſſit ἐπίκρισις, curante), excuſo (434.). Cujus verſio etiam germanica, ſed liberior, & paſſim auctior, ſive paraphraſis potius egregia, a Chriſtoph. Schradero, Rhetore Academico (uti Calixtus junior, modo laudatus, me, meæ autem ſymbolæ Placcium (435.) certiorem reddiderunt), dextre concinnata (Der Fürſtlichen Julius-Univerſität zu Helmſtädt Schutzrede, wieder dero höchſtunbillige Verleumbder, inſonderheit D. Ægidium Strauchen), publico pariter nomine, eodem Anno 1668. (vel, ſi Strauchium audias, ſeqventi 1669.), Helmſtadii (436.) prodiit. Utrumqve ſcriptum (437.) in pleno Profeſſorum Academicorum conſeſſu eſt prælectum, emendatisqve emendandis unanimi ſuffragio comprobatum & editum, ac deinde, teſte Calovio (438.), publico totius Academiæ nomine, omnibus fere Aulis, Academiis, Collegiis & Coenobiis Lutheranis, transmiſſum. Utrumqve non Calixti ſolum, & Horneji orthodoxiam egregie vindicat, ſed *Conſenſus* etiam *Repetiti* autores, calumniarum in eos, mendaciorum & injuriarum immanium, accuſatos, non minori fraude qvam malitia, in Theſi falſa qvædam docuiſſe, multa in dogmatum fidei Lutheranæ numerum retuliſſe, qvæ vel mere ſunt problematica, vel paucorum Zelotarum propria, ab iisqve, ſine librorum ſymbolicorum ſuffragio, Eccleſiæ nuper obtruſa, cætera non e S. Codice, ſed libris, qvibus nimia tribuatur autoritas, & *Formula Concordiæ*, ab Helmſtadienſibus rejecta, perperam accenſeatur, aſtruere eſſe conatos ſymbolicis, ſed verba (qvorum nonnulla in iis ne qvidem inveniantur), in centonis modum ex illis congeſta, ſæpe, obtorto qvaſi collo, per vim, in ſententiam alienam detorſiſſe, & additamentis propriis, nullo ſcripturæ diſcrimine diſtinctis, interpolata, ſiniſtre explicaſſe, vel perverſe corrupiſſe, ſuſe oſtendit. In Antitheſi leges veræ contradictionis ab iisdem non eſſe obſervatas, Helmſtadienſibus (apoſtaſiæ a Confeſſione Auguſtana, hæreſiumqve, imo Paganiſmi & Atheiſmi, impudenter ac falſo inſimulatis), e verbis eorum, vel mutilatis, vel perverſis atqve depravatis, dogmata, a vera ipſorum mente aliena, imo huic contraria, ſæpe affiicta, alia vero, qvæ cum Patribus, & Theologis Lutheranis vetuſtioribus, iisdem ſunt communia, nullo momenti illorum diſparis obſervato diſcrimine, temere privata autoritate rejecta, &, una cum defenſoribus, e Lutheranorum cœtu proſcripta, non qverelis tantum inculcatur juſtiſſimis, ſed & luculentis paſſim exemplis demonſtratur. Calixti contra atqve Horneji dotes præclaræ, virtutes, & in Eccleſiam ac Acad. Juliam merita, veris juſtisqve celebrantur laudibus, & ambo *Viri ingenio, doctrina, induſtria, probitate, nemini hactenus ſecundi, de Eccleſia vero & ſtudiis, docendo ſcribendoqve, non hic duntaxat, ſed paſſim alibi, optime meriti, adeoqve vere magni* (439.), *Theologi doctrina & probitate plane eximii* (440.), & de *Acad. Julia optime meriti* (441.), gottesfürchtige, recht gelahrte, ſo wol des wahren Chriſtenthums, als der gründlichen Erudition, unnachläſſiger Beföderung ergebene Männer (442.), alte, gottesfürchtige, grundgelahrte, umb die löblichen Studia, und die Kirche GOttes, hochverdiente Leute (443.), imo rechte Männer GOttes (444.), merito appellantur. Nec Strauchius maledicam impune tulit proterviam, ſed dignis ſe modis, ob iſtam, in ſcriptis his Academiæ publicis, eſt caſtigatus atqve objurgatus, fruſtraqve ſua novis criminationibus ac maledictis, in Apologiis duabus vernaculis, der Schriftmäßigen Prüfung ſcil. der alſo genandten Helmſtättiſchen Gottesfurcht, A. 1668. *Pietati Acad. Juliæ*, ac Antapologia der Gegenſchutzrede wieder ſeine höchſtunbillige Verläumbder, von welchen er, unter dem Nahmen der Fürſtlichen Julius-Univerſität, angegriffen worden), A. 1669. Helmſtadienſium Apologiæ (der Schutz-Rede) repoſita (445.), conatus defendere (446.).

§. LXIV.

A. 1669., dum tanto utrinqve fervore diſceptabatur, amica diſſidii compoſitio a Friderico Wilhelmo, Duce Saxo-Altenburgico, eſt tentata, Johannesqve Georgius II., Elector Saxoniæ, ab affini hoc ſuo perſvaſus, d. 8. Febr. Witebergenſes non ſolum omnibus in poſterum perſonalibus, in controverſia hac, juſſit abſtinere, ſed & de tollenda illa, ac unitate Eccleſiæ primo qvoqve tempore reſtituenda, ſerio ſecum, ſepoſitis affectibus, eſſe ſollicitos, & hoc fine narrationem ortus ac progreſſus ejusdem hiſtoricam ſibi transmittere. Verum hæc conſilia, licet Helmſtadienſes, ea promoturi, ſcriptorum ſe apologeticorum editione ſuperſedere velle lubenti animo promitterent, præter immaturum Friderici Wilhelmi Principis, d. 22. Apr. eodem A. 1669. extincti, obitum, ſaxea Abr. Calovii, & Collegarum, qvi cum eo faciebant, litesqve augeri, qvam ſopiri, malebant, turbavit durities, Witebergenſium (447.). Hi enim, d. 22. Apr. A. 1669., talem Electori (ſub titulo eines Hiſtoriſchen und Theologiſchen Berichts von An- und Fortgange der Helmſtädtiſchen Streitigkeiten, und wie dieſelben, durch Verbindung an die beſchwornen Kirchenbücher, mit Abthuung aller vorbehaltenen Bedingung, kräftiglich abzuhelfen) ſuæ cum Helmſtadienſibus controverſiæ tranſmiſere narrationem, qvæ ſtyli, convitia & anathemata ubiqve eructantis, amarulentia, & conſiliis violentis pariter atqve virulentis, diſſidium potius exaſperaret, animosqve prodens irreconciliabiles concordiæ reducendæ ſpem omnem eriperet. Qvæ, a turbulento Abr. Calovii profecta calamo, & ab eodem, *in Hiſtoriæ Syncretiſticæ* vernaculæ, contra interdictum Electorale (ut immortales haſce controverſias redderet) A. 1682. & 1685. in lucem protruſæ, *libro tertio* (448.), juris facta publici, iſtamqve ob cauſam ſæpe hactenus, ſub hujus ſolius nomine, a nobis allegata, ac porro alleganda, qvalis ſit, vel inde conjicias, qvod, ex ipſo Collegio Witebergenſi Theologico, Joh. Meisnerus, Senior illius, & Collegarum omnium cordatiſſimus, ei, in aulam ablegandæ Dresdenſem, hiſce verbis ſubſcripſerit, ſeu potius contradixerit: *Subſcribo, me cum hac relatione, neqve in materialibus, neqve in formalibus, per omnia conſentire* (449.). Zelum ſane potius præcipitem, & dictatoria in ſacris poteſtate omnia turbandi cupidum, qvam ſerium pacis & unitatis Eccleſiaſticæ ſtudium, conſilia produnt temeraria, intempeſtiva atqve iniqviſſima, a Gothofr. Arnoldo (450.) merito exploſa, qvibus,

(431.) *in Epiſt. ad me, d. 17. Maji A. 1689. exarata.* (432.) *in Or. de Libertate Prophetandi. L. 3. Hiſt. Syncret.*, *c. 7.*, *p. 875. 877.* (433.) *Tomo II. Theatri Scr. Anon. & Pſeudon. p. 401.* (434.) A. 1668. *in 4.* (435.) *loco num. 433. citato* (436.) *in 4.* (437.) teſte Frid. Ulr. Calixto *in Epiſt. cit.* (438.) *L. 3 Hiſt. Syncret. c. 5.*, *p 599.* (439.) *in Piet. Acad. Jul p. 5.* (440.) *ib. p. 9.* (441.) *ib. p. 14.* (442.) in der Schutz-Rede *p. 4.* (443.) *ib p. 40.* (444.) *ib. p 42.* Similia amborum, Calixti pariter atqve Horneji, Elogia *ibid. p. 4. 5. 11. 12 42*, Calixti autem ſolius *ib. p 49.*, offendes. (445.) Utrumqve ſcriptum Witebergæ *in 4.* prodiit. (446.) Plura de *Conſenſus Repetiti*, novarumqve, qvas ille cauſatus eſt, turbarum & diſceptationum, hiſtoria V. in utroqve Acad. Juliæ contra illum ſcripto (*Pietate* ſcil. & der Schutz-Rede, Jenenſium Theologorum Judicio de illo vernaculo (apud Calovium *L. 3. Hiſt Syncret. c. 8*), *p. 000-1020.*, & Gotfr. Arnoldi *T. II. Hiſt. Eccl.*, *l. 17.*, *c 11.*, *p. 530.* Qvibuscum conferri poſſunt *Conſenſus* illius patroni, Abr. Calovius, in *præfat.* eidem adjecta, im Berichte von den Helmſtädtiſchen Streitigkeiten, *L. 3. Hiſt. Syncret.*, *c. 5.*, *p. 504-509. 604. 605. 606.*, & im Berichte über das Jeniſche Bedencken vom *Conſ. Rep.*, *ib. c. 8.*, *p. 1091. 1092. 1097-1108. 1111.*, ac Æg. Strauchius in der Abgenöthigten Retorſion *p. 7-19. 53-76.* (447.) V. Gotfr. Arnoldum *l. c.*, *p. 536*, & ipſum Calovium im Berichte von den Helmſtädtiſchen Streitigkeiten, *l c.*, *p. 563. 599. 604.* (448.) *Cap. V.*, *p. 563-609.* (449.) V. Eliæ Mart. Eyringii *Vitam Erneſti Pii, Ducis Saxon.*, *c. 14.*, *p. 67.* (450.) *l. c.*, *p. 535.*

qvibus, Elencho ſibi Helmſtadienſium, etiam qvoad perſonalia, publico interdici non poſſe, licet illis omnino imponendum ſit ſilentium, impudenti audacia proteſtati, Electori ſuo ſvaſerunt: 1. Synodum Theologorum Lutheranorum, non ad Helmſtadienſium doctrinam, cum factum a Saxonicis id jam ſit, examinandam, aut cum libris conferendam ſymbolicis, ad judicium de eadem poſtea ferendum, ſed ut ſuum tantum conſenſum cum fulminibus anathematum, per Saxonicos jam vibratis, teſtentur, convocari; 2. Si Synodus ſperari neqveat, eandem contra Helmſtadienſes conſpirationem, literis, non Principum aut Politicorum mutuis, ſed Theologorum Witebergenſium ac Lipſienſium ad reliqvos encyclicis, *Conſenſus Repetiti*, ab ipſis reviſi, tanqvam ſcripti novi ſymbolici, approbationem commendaturis, promoveri; 3. Conſenſu Theologorum jam impetrato, Reges demum, Principes & Reſpublicas Lutheranas, ut ſuos huic itidem adjiciant calculos, ab Electore commonefieri; 4. Juramento religionis omnium in ditionibus Electoralibus officiis fungentium publicis, ſive Politicis, ſive Eccleſiaſticis, clauſulam, Syncretiſmum improbantem, adjungi; 5. Profeſſoribus & Doctoribus Theologis, ſicut & Superintendentibus earundem, *Conſenſus Repetiti* ſubſcriptionem injungi; 6. Helmſtadienſes, Ducum Brunſvicenſium, ab Electore compellandorum, mandatis, ut *Corpori doctrinæ Julio*, non hypothetice (qvatenus S. Scripturæ id conſentiat), ſed ſimpliciter, absqve ulla reſervatione, ſubſcribant, doctrinæ Calixti, & aſſeclarum, ſuſpectæ non patrocinentur, ſed renuncient, ſcriptaqve eorundem recudi non curent, aut excuſent, adigi; & 7. tandem Calixtinos, velut ſectam novam, & in Imperio Romano haud tolerandam, publica autoritate, in hujus Comitiis, non Lutheranæ tantum Eccleſiæ communione, ſed & pace religionis, excludi. Tantæ iræ in animis Theologorum horum cœleſtibus, de pace componenda ſollicitis, ſupererant.

§. LXV.

Ob eandem Calovii, & Collegarum aliqvot Witebergenſium, in odio contra Helmſtadienſes injuſto ac Vatiniano, pertinaciam, Erneſti etiam, Ducis Saxo-Gothani, ob pietatem heroicam, & inter ævi noſtri Principes rariorem, inclyti, conatus in tollendo hoc diſſidio irenici, aliqvoties iterati, fuere irriti. Juſſu illius, Salomon Glaſſius, Theologus ob pietatem pariter atqve doctrinam celeberrimus, ſupremusqve Ducatus Saxo-Gothani Antiſtes, eodem, qvo Calixtus noſter, Anno 1656. defunctus, aliqvot ante obitum annis, ad conciliationem diſſidentium promovendam, Judicium de capitibus inter eos controverſis ſcripſit vernaculum, qvod Mich. Waltherus ſen. (451.) ſibi petenti ab autore ſuperſtite communicatum eſſe teſtatur. Lucem illud publicam Anno demum 1662., ab ejusdem morte ſexto (452.), mandato Ducali, ſed absqve autoris ac loci mentione, ſub hoc vidit titulo: Eines chriſtlichen, hochgelehrten, und umb die Gemeine GOttes wolverdienten Lehrers der ungeänderten Augſpurgiſchen Confeſſion beſcheidenes, unvorgreifliches und gründliches Bedencken über die, unter etlichen fürnehmen Chur-Sächſiſchen und Helmſtättiſchen Theologen, entſtandene Streitigkeiten, nach ſeinem ſeligen Tode ausgegeben. In iſto Glaſſius (qvem verum ἀδεσπότȣ hujus ſcripti parentem, eſſe ante me, El. Mart. Eyringius (453.), Vinc. Placcius (454.), &, qvi ab hoc allegantur, Joh. Ludov. Hartmannus (455.) & Olaus Nezelius, Svecus (456.), publice jam monuerunt) controverſias, qvas Hülſemannus Calixto, & ille viciſſim Hülſemanno, moverunt, ſingulas, per ſeptem locos ſparſas theologicos, breviter, ſed (ſicut Laur. Normanno (457.) recte eſt viſum) erudite ac εὐγνωμονικῶς, diſcuſſit, multas illarum meras oſtendit eſſe λογομαχίας, cæterarum ſtatu vero accurate formato, momentoqve ſimul (haud admodum plerumqve ingenti) definito, in nonnullis Calixto, in aliis Hülſemanno, nonnunqvam etiam, prudenter ἐπέχων, neutri, ſuum adjecit calculum, ubiqve autem ſana ac moderata de diſſentientium in ſingulis conciliatione ſuggeſſit conſilia. Judicium hoc Glaſſianum (cujus cenſor ineptus, Dan. Hartnaccius, *in controverſiis fere omnibus iniqviſſime in illo de Theologis judicari Electoralibus*, nimio partis hujus ſtudio perſvaſus (458.), non dignus eſt, qvem moremur), & aliorum, qvos conſuluerat, Theologorum cordatiorum haud diſſimilia, ſecutus Erneſtus, crebras initio ad Saxoniæ Electorem, & Duces Brunſvicenſes, qvibus illi, ut controverſiæ infauſtæ, Eccleſiam laceranti, utrinqve finem autoritate ſua imponerent, monebantur, dedit literas. Conſenſu Principum impetrato, ipſe conciliationis operi manum admovit, & hoc fine, exeunte Novembri A. 1671., D. Balth. Menzerum Jun., aulæ Haſſo-Darmſtattinæ Theologum, & Wilh. Veerportium, Conſiliarium ſuum Eccleſiaſticum, non in Aulas tantum Dresdenſem, Cellenſem & Gvelpherbytanam, ſed Academias etiam, certamini implicitas, Lipſienſem, Witebergenſem, Helmſtadienſem, mediamqve Jenenſem, ablegavit. Tollendi diſſidii gratia Menzerus Theſes qvasdam ſcripſit Diallacticas, geminamqve Abr. Calovii Diſſertationem *de Erroribus Synergiſtarum, Majoriſtarum & Interimiſtarum fugiendis, ac de Myſterio SS. Trinitatis in V. & N. T. ſancte credendo*, qvibus ille ab Helmſtadienſibus, conſenſum teſtaturis, ſubſcribi volebat, ejus poſtulatu, ſecum Witeberga Helmſtadium attulit. Verum, ob ſaxeam Saxonicorum, præcipue vero Witebergenſium, & hos inter Calovii, duritiem, ſecutamqve A. 1675. Erneſti mortem, nec bimeſtri hac legatione ſacra, cujus acta & ἀξιομνημόνευτα Veerportius in commentarios retulit ineditos, qvicqvam momenti ullius potuit effici (459.). Qvo minus mirandum eſt, Theologorum etiam, etſi magnæ autoritatis, privatorum qvorundam, (Phil. Jac. Speneri (460.), atqve aliorum, molimina hujusmodi Irenica eventum itidem deſtituiſſe optatum. Phil. Jac. Speneri Judicium, de certaminis inter Helmſtadienſes ac adverſarios vitiis & compoſitione, Irenicum, germanice, Erneſti Saxonis poſtulatu, M. Majo A. 1670., exaratum, cum Epiſtolis ejusdem, ac Theologi aulici Gothani, de illo, mutuis, legitur in den letzten Theologiſchen Bedencken, Halæ A. 1711. editis, *P. III., Art. I., Diſt. I., Sect. VI., p. 16-29.*)

§. LXVI.

Turbabat omnia iſtius generis conſilia, præ cæteris, Abr. Calovius, Theologus Academiæ Witebergenſis primarius, Zelotes plane furioſus, & ab omni charitate & manſvetudine Theologica alieniſſimus, qvem, ſpe licet *Conſenſus Repetiti* Eccleſiis (in qvas poteſtatem affectabat vere Pontificiam) Lutheranis, velut Symbolici, obtrudendi turpiter aliqvoties jam dejectum, A. 1671. 1677. & præſertim A. 1680., qvo memoria Libri Concordiæ celebrabatur ſecularis, conatus iſtos, miſſis ad Phil. Jac. Spenerum, aliosqve Theologos, Epiſtolis, Conſenſum iſtum commendantibus, ſed fruſtra, iteraſſe, Speneri ad Calovium reſponſoria, d. 22. Sept. A. 1671. exarata (461.), & familiares ad amicos alios (462.), teſtantur. In qvarum priore Theologus hic prudentiſſimus turbatoris iſtius Eccleſiæ propoſitum per literas encyclicas ſuffragia de Conſenſus Repetiti approbatione colligendi, velut *cauſæ publicæ qvam minime profuturum*, ſerio improbavit ac diſſvaſit, totqve *inſignes* Germaniæ, & exterarum regionum, *Theologos* Lutheranos, *qvi hactenus controverſiis illis* Saxonicorum & Helmſtadienſium *immiſceri noluerant, ægre in ſcriptum, qvo omnis ſpes conciliandi eos*,

(451.) *in Threnologia de Vita & obitu Glaſſii*, apud Wittenium *Dec. IX. Memor. Theol. Renov., p. 1213.* (452.) *in 4. (1. Alphab.)* (453.) in Vita Erneſti Pii, *Ducis Sax., c. 14., p. 68* (454.) *T. I. Theatri Anon. & Pſeudon. p. 423.* (455.) *in Tr. de Veri Chriſtianiſmi Impedimentis & adjumentis p. 90.* (456.) *in Diſp. ſynodali de Baptiſmo p. 43.* (457.) apud Placcium *l. c. p. 423.* (458.) *in Qv. XXIV., inter Theologos controverſ. Qv. X., p. 69. 70. 71.* (459.) V. de Legatione hac Erneſtina El. Mart. Eyringii *Vitam Erneſti Pii, c. 14., p. 66. 67. 68.*, & Programma Coburgenſe, in Veerportii funere A. 1686 propoſitum. (460.) V. ejus Sieg der Wahrheit und Unſchuld wieder D. Joh. Frid. Mayern *p. 35.* (461.) V. illam *P. III. Conſil. Theol. Lat., Cap. 6., Art. 1., Diſt. 1., n. 10., p. 34.* (462.) *ibid., P. III., c. 6., Art. 1., Diſt. 2., n. 7., p. 174., & num. 23., p. 210.* Confer ejusdem Speneri Freyheit der Gläubigen von dem Anſehen der Menſchen *p. 66.*

eos, qvos reducere optarent, tantum non uno ictu præciſa videatur, conſenſuros eſſe, vere prædixit. In poſterioribus itidem, ſi *Conſenſus Repetiti*, qvem ne omnes qvidem Witebergenſes approbent, *univerſalis ab Eccleſiis Lutheranis receptio tentetur*, isqve *Formulæ Concordiæ* Anno illius Jubilæo 1680. *aſſuatur, ſchisma propemodum inevitabile* imminere, & *loco conſenſus diſſenſum apud qvamplurimos, in θέσει etiam & ἀντιθέσει* cum Witebergenſibus hactenus *concordes, in publicum eſſe proditurum*, eſt ominatus. Theologis Jenenſibus (Joh. Muſæo, Fridemanno Bechmanno & Joh. Gvilh. Baiero) conatus iidem Caloviani fruſtranei Judicium *de Conſenſu Repetito, & Syncretismo*, qvem vocant, *Calixtino*, germanicum, ſolidum pariter atqve accuratum, Joh. Erneſti & Friderici, Ducum Saxoniæ, juſſu, publico Collegii totius nomine, a Muſæo, iſtius Seniore (*in Qvæſtionum etiam de Syncretismo & S. Scriptura*, Calovio oppoſitarum, *Proœmio*, ſuum, Collegarumqve, ab eodem *Conſenſu* diſſenſum haud obſcure profeſſo), M. Aprili A. 1680. ſcriptum, & ad hos ablegatum, extorſerunt. Ob qvod, in *Hiſtoria* ſua *Syncretiſtica* Vernacula (463.), A. 1682. ac 1685. juris (ſub tit.: Bedencken an Joh. Ernſt und Friderich, Hertzogen zu Sachſen, vom Conſenſu Repetito und von dem Calixtiniſchen Syncretismo) factum publici, Abr. Calovio, etſi adverſario, grates deberi agnoſcimus. Qvam enim illi ſubjunxit (464.) Relationem contrariam, Ducibus Saxonicis A. 1680. itidem transmiſſam (den Bericht über der Herren Jenenſium Theologorum Bedencken vom Conſenſu Repetito, und Calixtiniſchen Syncretismo), cum nihil ſolidi reſpondeat, veteres λογοδιαῤῥοίας inutili tantum repetat nænias, &, qvoad partem ferme dimidiam, e Narratione de controverſiis Helmſtadienſibus, Joh. Georgio II., Saxoniæ Electori, A. 1669. (uti §. *64.* monitum) exhibita, verbis iisdem ſit deſcripta, non eſt cur qvisqvam moretur. Merito certe Jenenſes in *Conſenſu Repetito* virgula notarunt cenſoria: 1. qvod Principum & Ordinum Imperii Lutheranorum omnium publica non ſit ſcriptus editusve autoritate, ſed a Theologis tantum aliqvot Electoralibus Saxonicis congeſtus, & forte ne his qvidem, ob diſſenſum a ſcripto ſimili, per Lipſienſes A. 1671. germanice publicato, §. *62.* jam expoſitum, variasqve mutationes, vere poſſit tribui (465.); 2. qvod nihilominus privata autoritate tumultuarium, de qvo §. *60.* eſt dictum, capitum inter Saxonicos & Helmſtadienſes controverſorum indicem in Confeſſionem Eccleſiæ Lutheranæ, ſive Conſenſum veræ ejus fidei, mutaverit (466.); 3. qvod ab actoribus & hoſtibus Helmſtadienſium, in cauſa propria judicum, ſibi partes, & jus ferendæ ſententiæ, vindicare temere ac injuſte auſis, ſit profectus (467.); 4. qvod diſcrimen inter dogmata fidei, qvæ vocant, fundamentalia ſive neceſſaria, & ſacra minoris momenti problemata (in qvibus diſſentire ſemper licuit), perperam negligat, & de utrisqve eandem ferat ſententiam, cum tamen pleræqve controverſiæ, temere in illo deciſæ, qvæſtiones hujusmodi ſpectent minus neceſſarias, curioſas, &, nec ad fidei confirmationem, nec ad vitæ ſanctitatem, utiles, imo errores adverſæ parti imputatos, ſed ab ea pro ſuis non agnitos, phraſesqve incommodas, & hinc ortas λογομαχίας (468.); 5. Qvod, in Antitheſi, diſſentientes, non ſolum nominibus adjectis deſignaverit, ſed &, cauſa nondum a tota Eccleſia, ejusqve Theologis a partium ſtudio alienis, legitime cognita, autoritate paucorum, & actorum qvidem, tali non gaudentium, privata, rejecerit temere ac damnaverit, imo Eccleſiæ & fidei vere Lutheranæ communione excluſerit, atqve ita ſchismati manifeſto viam ſternere non dubitaverit (469.); ac 6. tandem Helmſtadienſium mentem ſæpe non ſit aſſecutus, ſententiasqve freqventer, nec candide, nec dextre, contrariis illorum declarationibus diſſimulatis, propoſuerit, imo alienas contradicentibus affinxerit (470.). Qvæ ἐγκλήματα, ſatis ſuperqve, partim ab ipſis Jenenſibus, partim vero ab aliis Noſtri ac paraſtatarum vindicibus, demonſtrata, omnem, qvæ a Zelotarum aſſeclis *Conſenſui* iſti, male ſic dicto, falſo tribuitur, autoritatem deſtruunt.

§. LXVII.

Poſt Calovii, qvi A. 1686. & vivere, & omnia turbare, deſiit, obitum, occaſione novi adverſus Pietiſtas, qvos vocant, & Chiliaſtas certaminis, in qvo Zelotæ Saxonici, atqve alii, cum Helmſtadienſibus Theologis, Frid. Ulr. Calixto, Gebh. Theod. Meiero, & Henr. Wideburgio, novo qvodam Syncretismi (uti a Spenero (471.) belle eſt obſervatum) genere, contra illos amice conſpirantes, & junctis depugnantes agminibus, hos Fratrum in literis aliqvamdiu familiaribus dignabantur titulo (472.), paulatim, parte licet utraqve ſententiis ſuis inhærente (473.), ſopitum eſt, imo, Joh. Frid. Mayero (474.) judice, omnino intermortuum, bellum tanta hactenus utrinqve geſtum vehementia, & ita *Calixtinum*, qvod Val. Ern. Löſcherus (475.) maligne fingit, *ſchisma*, eodem teſte, *ſepultum qvaſi ac obliteratum.* Redintegratum tamen eſt, poſt luſtra aliqvot, & reſuſcitatum ab ipſo Löſchero juniore, Sebaſt. Edzardo, aliisqve Zelotis muſticis turbulentioribus, Joh. Fabricii junioris, Theologi Acad. Juliæ primarii, *Controverſiarum variarum conſiderationem*, A. 1704. editam, in qva, Calixti prædeceſſoris inſiſtens veſtigiis, ſummum ubiqve concordiæ eccleſiaſticæ ſtudium prodiderat & deſiderium, acriter impugnare aggreſſis. Nec finis, uti probe a Conringio eſt obſervatum (476.), infauſtæ συῤῥάξεως, *illaudabili paucorum zelo excitatæ*, ſperari unqvam poterit, niſi *Principum, aliarumqve ſummarum poteſtatum, ſeria acceſſerit Eccleſiæ rerum curatio, & ſevera* in compeſcendis litium non neceſſariarum incentoribus, Eccleſiæqve turbatoribus, *autoritas, ad ſolum clerum non remittenda. Non component*, qvod vere itidem monuit, *haſce turbas, qvi excitarunt. Si enim ingenium nonnullorum moresqve attendas, dixeris, ſaginari illos litibus & diſſidiis, ut hirudines cruore.* Citius utiqve reſtingvi potuiſſet incendium, ſi Noſter, propoſiti, qvo chartas Abr. Calovii, & Antagoniſtarum ſimilium, maledicas, ne legere qvidem, nedum refutatione dignari, conſtituerat (477.), circa reliqvos etiam tenax, ſilentio univerſos eſſet ultus, aut, cum primis controverſiæ autoribus ſemel jam eſſet reſponſum, & cordatiorum conſenſu abunde ſatisfactum, annos ſeniles, nobilioribus, qvos affectos habuit non paucos, debitos ac merito deſtinandos laboribus, ferræ contentionis cum iisdem, opera ignobili, & rectius filio, aut diſcipulorum alicui, relinqvenda, porro reciprocandæ noluiſſet impendere. Qvod votum commune mihi eſt, non ſolum cum Joh. Fabricio Jun. (478.), ſed & cum Johanne Chriſtiano, Barone a Boyneburg, Magnatum ſui ævi in Germania eruditorum cordatiſſimo, qvi, ſeni ſe optimo ſuperſtiti conſilia hæc A. 1649. ſuggeſſiſſe, *Epiſt. XX.* ad Joh. Conr. Dietericum (479.), verbis teſtatur ſeqventibus: *Credidi filio Calixti adultiori ad parentem literas, qvibus optimum ſenem rogo, ſibi parcat, nobis, Eccleſiæ reiqve publicæ. neqve clamoſis obtrectatoribus qvicqvam porro reſpondeat, qvandoqvidem jam ſatis honori datum ſit, & ruditas ipſorum, calumniari, cætera nihil ſciens, abunde cordatis cognita; ut deniqve, qvæ meditatur, perducat ad exitum, ac integre edat, ac cauſam pietatis, & rectæ doctrinæ, pro ſua pia, oret, illuſtret, firmet; adjecto, fore, ut, ſi rixis ſe implicari ſinit, iis collutuletur, ſimulqve graviter in publicum peccet. Paria per filium modeſte inſinua-*

(463.) *Libro III., Cap VIII. p 999-1089.* (464.) *ib. Lib. III., cap. VIII. p. 1090-1114.* (465.) V. Jenenſes im Bedencken, *l. c. p. 1002. 1003. 1004. 1006.* (466.) V. eosdem *p. 1002. 1003. 1005.* (467.) *V. p. 1008.* (468.) *V. p 1006. 1008. & ſeqq* (469.) V. Jenenſes *l. c. p 1003-1008.* (470.) V. eosdem *p. 1009. 1017. 1018. 1019.* (471.) im Siege der Wahrheit und Unſchuld wieder D. Joh. Frid. Mayern *p 38.* (472.) V. Anonymi Satyriſches Sendſchreiben an D. J Frid. Meyern *p. 7.* (473.) V. Joh. Fabricii Jun. *Defenſionem Conſiderationis Controverſiarum p. 39.* (474.) im Mißbrauche der Freyheit der Gläubigen, wieder D. Spenern, *p. 43. 44.*, & in der beleidigten und vertheidigten Unſchuld *p 44.* (475.) in den Unſchüld. Nachrichten von Theol. Sachen, *Sect. 6. A. 1705., p. 352* Conſ. Joh. Fabricii Jun Reſponſum, ei *in Defenſ. cit p. 38 39.* repoſitum. (476.) *in Pietate Acad. Juliæ p. 44. 45.* Conſ. Verſionem ejusdem germanicam, ſive die Schutzrede der Julius-Univerſität, *p. 90. 91.* (477.) V. ipſius Verantwortung auf das Chur-Sächſ. Schreiben, §. *27.* (*lit. Ll. 2. a.*), & ejusdem *Prolegomena*, §. *11.* (*lit.* Z. 4. *a*). (478.) *in Defenſ. cit. p. 40.* (479.) *p. 84. 85.*

vi, quæ is enuncianda ſuſcepit, ſumma mecum conſenſione. Gemina his, in *Epiſtola XXV* ad eundem Dietericum, A. 1650. exarata (480.), repetit: *Si Calixti*, ait, *loco eſſem, non reſponderem ipſe, ſed pro me delegarem filium, ut gerris illis ſatisfaceret. Forte Magnates illi tum conticeſcerent, rati, ſe multari contemptu; aut, ſi, furere pergant, poſſent cum filio impune committi; ſi vero & ipſi per ſtudioſos agant, committantur iſti inter ſeſe, ac annoſiores pueri ſcandaloſi eſſe deſinant, bono Eccleſiæ, Reipublicæ ſuoque.* Sed & idem ei conſilium Zach. Prüeſchenckius inculcavit, Conſiliarius Ducis Saxo-Vinarienſis intimus, in Epiſtolis duabus, A. 1649. ac 1651. ad illum exaratis (481.), e qvarum priore ſeqventia merentur adjici: *Id ſaltem tua pace moneo, inane illud contentionis filum multis ſcriptionum velitationibus longius haud eſſe ducendum. Sufficere mihi videtur, ſi vel uno bono & ſolido ſcripto (ut tua ſolent eſſe) adverſarios tuos ad unum omnes abſolveris. Sin vero ulteriorem ultionem paras, non alia ſplendidior eſt ratio, qvam ſi eorum calumnias vitæ innocentia, dicacitatem conſtanti ſilentio, imperitiam generoſo contemptu, vindicaris. Canem certe oblatrantem ſi meticuloſe caveas, vehementius concitatur; ſi inſtar neſcii prætereas, continuo iram ponit. Ita ingenium eſt obtrectatoris: ſi deſpicientiam ſimules, ſenſim exoleſcit; ſi moveri te fatearis, tanto fortius debacchatur.* Prudentibus hiſce monitis cum juſto ſerius noſter obtemperaret, certamen, tanto utrinqve animorum fervore, per tot luſtra, continuatum, Eccleſiæ non parum turbavit tranqvillitatem, plurimumqve dedecoris eidem attulit. Cum enim, ut denuo verbis utar Conringii (482.), *liber librum truderet, & acuerentur hinc inde convitiantium lingvarum ſpicula, turbati ſunt ſimplicium & infirmorum animi, ſaltem in ſuſpiciones, ſi non & in deteſtationes innocentium, vera autem doctrina apud ſegreges audivit peſſime.*

§. LXVIII.

Acerbis ſane ſarcaſmis Eccleſiæ Lutheranæ hæc Theologorum ſuorum diſſidia, & bella feralia inteſtina, Calixto, pacis & concordiæ ſvaſori, mota, nulloſqve triumphos habitura, e Pontificiis, præter Fratres Walenburgios, Jac. Maſenium & Auguſtinum Gibbonum de Burgo, ab ipſo allegatos Calovio (483.), exprobrarunt Lucas Holſtenius, ſub Chriſtoph. Ranzovii larva deliteſcens (484.), Autor *XV. Qq. de religione* vernacularum (der XV. Religionsfragen einer hohen Standsperſon), Straubingæ A. 1657. editarum, Anonymus (485.), & Jod. Keddius, Jeſuita ſcripto ἐπιχαιρεκακίαν ſuam profeſſus peculiari, Ingolſtadii A. 1653. (486.) ſub hac excuſo inſcriptione: Sächſiſcher und Helmſtättiſcher Religionsſtreit, nicht von Linſen und Haberſtroh, ſondern von den Hauptſtücken des Chriſtenthums, zwiſchen Hülſemann und Calixto, denen Lutherſchen Studenten, zur Academiſchen Uebung, problematice zu diſputiren vorgeſtellt. Cui an, in ſcheda Studioſorum ex Hulſemanni ſchola Lutheranorum (Copia eines Sendſchreibens der Lutherſchen Studenten an P. Kedden, de dato 1. Jan. A. 1654. (487.)), qvicqvam ad rem faciens ſit reſponſum, alii diſpiciant. E Reformatis Herm. Hildebrandus, Theologus Bremenſis (488.), hoc de litibus iſtis tulit judicium: *Helmſtadienſis Academiæ Theologi clariſſimi, aliiqve, nuper Cryptopapiſmi, novationum, & errorum variorum de Eccleſia, de poteſtate & jurisdictione Papæ, de juſtificatione & bonis operibus, de peccato originis, de cœna Domini, de ſacrificio Miſſæ, & aliis capitibus, a proximis confeſſionis ſuæ ſociis, publice, licet fervide fortaſſe magis, qvam ſolide, accuſati fuere.* Plurium Eccleſiæ Reformatæ Doctorum (de qvibus §. *36.* jam dictum) cenſuræ, cum hac conſpirantes, inter Calixtina ſuo loco recitabuntur Elogia. Qvi Fanaticis a plerisqve accenſetur, Chriſt. Hoburgius, in *Apologia Prætoriana* vernacula, ſub larva Eliæ Prætorii publicata (489.), Theologis, qvi certamine adverſus Helmſtadienſes ſcandaloſo inclaruerunt, non λογομαχίας tantum, & criminationes ex amarulento profectas animo, ſed ſpiritum etiam Antichriſti & vertiginis, tribuit.

§. LXIX.

Lutheranorum moderatiorum atqve cordatiorum, qvi, in certamine hoc ſacro, vel Calixti palam acceſſerunt partibus, vel, a partium ſtudio alieni, æqvius de illo, ejusqve doctrina, tulerunt judicium, ac adverſariorum furias ſunt deteſtati, longe maximus, in Germania, regnisqve ac provinciis vicinis, & fuit antehac, & etiamnum ſupereſt, numerus. De aſſeclarum doctrinæ noſtri ſacræ ingenti multitudine veriſſima certe eſt Academiæ Juliæ, Conringio interprete gaudii ſui uſæ, adverſus obtrectatores gloriatio (490.): *Vivere & florere, non unum, ſed complures, etiamnum in omnibus inclutis Academiis (nullam excipimus, ne Wittebergenſem qvidem), inqve univerſo ſacro miniſterio, ita qvi ſentiant & doceant, non ignorant Conſenſuales & ringuntur. - - Tertullianus in Apologetico ſuo qvondam dicebat ad gentes:* Exteri ſumus, & veſtra omnia implevimus; urbes, inſulas, caſtella, municipia, conciliabula, caſtra ipſa, tribus, decurias, palatium, Senatum, forum: ſola vobis relinqvimus templa. *Parum abeſt, ut idem gloriari neqveant qvos Syncretiſtas appellant; ſi certe iſthoc nomine venire debeant omnes, qvos rejicit Conſenſus repetitus.* Ex Academicis ſane Theologorum Germaniæ Collegiis, non Helmſtadienſe ſolum, ſed & Regiomontanum, Jenenſe, Altorfinum, Rintelienſe, Kilonienſe & Halenſe, eos hactenus, ſi paucos excipias, habuere Profeſſores, qvi ſacræ Calixti doctrinæ vel publice applauderent & patrocinarentur, vel occulte faverent & haud adverſarentur, reliqvorum vero, præter Witebergenſes, omnium iræ contra eandem jam ferme detumuerunt. Qvibus ſi addantur alii qvamplurimi τοῦ μακαρίτου partim diſcipuli, qvos §. *13. & 14.* enumeravimus, partim vero Hyperaſpiſtæ & Encomiaſtæ, qvos ſuis paulo poſt locis enumerabimus, præcipuis in Eccleſiis Germaniæ & Septentrionis functi dignitatibus, & autoritate gaviſi eximia, fautorum nominis Calixtini numerus hoſtium ejus & obtrectatorum turba haud erit inferior. Hos inter qvidam, neutri diſſentientium parti addicti, ſcriptis integris ſuum, de certamine Saxonicorum Electoralium cum Helmſtadienſibus temerario & ſcandaloſo, illiusqve vitiis, & controverſiarum potiorum momento exiguo, expoſuere judicium, ob prudentiam non minus Theologicam, qvam moderationem ac pacis amorem, merito commendandi. De Salom. Glaſſii, Phil. Jac. Speneri, & Theologorum Jenenſium, horumqve principis ac Promachi, Joh. Muſæi, ſcriptis huc ſpectantibus, publica jam luce donatis, §. *LXV. & LXVI.* fuſe eſt dictum. *Collegium* ejusdem Muſæi, *Theologi pie eruditiſſimi & limatiſſimo inſtructi judicio, de his controverſiis privatum ἀνέκδοτον, in qvo, utriusqve partis momentis exacte excuſſis, animo neutri parti dedito, mentem ſuam aperuit, & ſubinde Helmſtadienſes excuſavit, controverſiæ idcirco cum Calovio, irarum pleno, ipſemet poſtea implicitus*, a Joach. Langio (491.) honorifice allegatur. Simili inſtituto & moderatione in easdem controverſias ex profeſſo inqviſiverunt Pet. Muſæus, Theologus Kilonienſis, Johanne fratre haud inferior, *in libro* (cujus hiſtoriam Autoris reſervamus elogio) *de fugiendo Syncretiſmo*, A. 1670. Kilonii edito, & Theodoricus Hackſpannius, S. Lit. Prof. Altorfinus, in *Tractatu de controverſiis Witebergenſium & Helmſtadienſium Theologorum* MSto, qvi in Bibliotheca Joh. Wülferi, Eccleſiaſtæ Noribergenſis (492.), aliisqve, ſupereſt. E cæteris, qvi obiter tantum animi ſui ſenſa expoſuerunt, pauciſſimorum ac recentiſſimorum nonnulla adjiciemus ſuffragia. Phil. Jac. Spenerus (cujus de *Conſenſu* Saxonicorum *repetito*

cenſuræ

(480.) *p. 118.* (481.) V. has in Burch. Gotth. Struvii *Faſc. V. Actorum Literariorum p. 20. 50.* (482.) *in Pietate Acad. Juliæ p. 45.* (483.) *L. 3. Hiſt. Syncret., c. 5., p. 592.* (484.) *in Epiſt. ad Calixtum p. 28.* (485.) *Qv. III., p. 16 17.* (486.) *in 4.* (487.) *in 4.* (488.) *in Ep. Dedic. Declarationis orthodoxæ p. 14.* (489.) *p. 35.* (490.) *V. Pietatem Acad. Juliæ p. 29. 30.* (491.) *Tomo I. Anti-Barbari Orthodoxiæ p. 172.* (492.) V. Rud. Mart. Meelführeri *Acceſſiones ad Theod. Janſonii Biblioth. promiſſam p. 39. 40.*

cenſuræ §. LXVI. jam ſunt exhibitæ), diſſenſum licet ſuum ab Helmſtadienſibus, in quæſtionibus plerisqve controverſis, paſſim profeſſus, non tamen tanto illas, qvanti ab horum adverſariis eſſe falſo traduntur, judicat dignas momento, & Helmſtadienſes, ob iſtas, fraternitate ſacra neutiqvam eſſe excludendos, ſed pro veris nihilominus Eccleſiæ Lutheranæ membris habendos, pronunciat, imo zelotas Witebergenſes, ſchiſma exitioſum molitos, tantundem Eccleſiæ damni, qvantum illos, dediſſe, actaqve eorum probari a ſe non poſſe, ingenue fatetur (493.). Joh. Fabricius Junior (494.) majori adhuc παροινίᾳ certaminis hujus (qvod in ſchiſma degeneraſſe recte negat) & originem, & vitia, verbis detexit ſeqventibus: *Præclarus ille Vir* (G. Calixtus), *deqve re Theologica & literaria optime meritus, aliqvibus dogmatibus, qvæ nec nova erant, nec improbanda, ſed moderata & ad accurationem magis flectentia, nactus eſt, uti fit, adverſarios, qvi, ut eum odio aliorum exponerent, non modo errores doctrinæ, verum etiam hæretica ſomnia, ipſi affinxerunt, & fulmina condemnationis, ſed bruta atqve invalida, contra eum vibrarunt, proqve ea, qvam nec habebant, nec ullo jure habere poterant, autoritate, piis & prudentibus minime applaudentibus, Evangelica ex Eccleſia, in qva ſemper bonos, nomenqve ejus, laudesqve manebunt, ejicere niſi ſunt.* Qvibus paulo poſt hæc ab eodem adduntur: *Ego qvidem, fateor, æſtimo Calixtum, ſed ejus ſententiis me non adſtringo, niſi ubi non ſuppetunt rationes meliores, diuturnæ autem illi diſputationi, qvam ſuſtinuit, adeo non faveo, ut mallem, eum aut plane tacuiſſe, aut ſemel pro ſemper reſpondiſſe, qvo pretioſum tempus, ac nobile ingenium, melioribus ſcriptis impendere potuiſſet: tantum abeſt, ut me delectet infelix illud bellum, aut ego id reſtaurare annixus fuerim, præſertim qvum maximam partem conſtiterit in λογομαχίαις, ſeu vocum & phraſium variis acceptionibus, & inde natis infructuoſis conflictibus.* Pari æqvitate de eodem certamine judicium haud ita pridem tulerunt Gieſſæ Joh. Henr. Majus (*litem fidei fundamentum non concernere, inqve illa de vocibus multum fuiſſe dimicatum, ubi de re nullum ſit diſſidium,* vere arbitratus) (495.), Tubingæ Joh. Wolfg. Jægerus, Calixto haud obſcure patrocinans (496.), & Halæ Joach. Langius (497.), Theologi omnes Academici percelebres. Qvorum ultimus, *in certaminibus Syncretiſticis inconſultis, Helmſtadienſium præcipuos placidos* cenſet *fuiſſe, in diſſentientes æqvos, pacisqve Eccleſiaſticæ, citra veritatis injuriam, amantiſſimos, adverſariorum autem plerosqve αἱρετικοποιίας ſpiritualios, arrepta ex nonnullis ambigue, aut non ſatis caute, dictis occaſione, etiam cum ipſa veritatis injuria factitaſſe, qvicqvid zelus pro orthodoxia imperitabat præpoſterus,* ſeqve, horum ſcripta legentem, *ad intemperiem illorum obſtupuiſſe, miratumqve eſſe animorum impotentiam, paſſim cum non exigua ἀκρασίᾳ ſe prodentem,* fatetur.

§. LXX.

Theologorum moderatiorum judiciis ſimilia Politicorum, aliorumqve ordinis literarii Principum, tanto majoris æſtimanda, qvanto alieniores a partium illi ſtudio, & a præjudiciis plerosqve ſacrorum Doctores, controverſiis tantum innutritos, turbantibus, fuerunt, ſi brevitatis permitteret ſtudium, numero haud exiguo, poſſent ſubjungi. Joh. Chriſt. Boyneburgii & Zach. Prüeſchenckii loca qvædam, huc ſpectantia, §. LXVII. jam ſunt recitata. Longe plura ex illius Epiſtolis, tam ad Joh. Conr. Dietericum (498.), qvam ad Prüeſchenckium (499.), hujus autem ad Calixtum ipſum, exaratis (500.), addere nullo liceret negotio, in qvibus uterqve Calixti cordate patrocinatus eſt innocentiæ, adverſariorum autem importunitatem, autoritatem, qvam inter Lutheranos ſtulte affectabant, Pontificiam & dictatoriam, inſanabile de qvæſtionibus momenti haud adeo magni lites movendi haud neceſſarias, alienam non male dictis affingendi ſententiam, & calumniis convitiisqve ſacras polluendi diſceptationes, cacoethes, brutaqve anathematum temerariorum fulmina, deteſtatus, ſimulqve ſcripta illorum potiora eriſtica cenſuris notavit juſtiſſimis. Sed legi hæc in ipſis illorum, cum prolixiora ſint, malumus Epiſtolis, geminum ex iis Boyneburgii apophtegma tantum exhibituri, qvo Moſen Amyraldum inter Reformatos, Calixtumqve inter Lutheranos, eſſe Martyres (501.), hujus autem e zelotis Lutheranis adverſarios *totidem, qvot numero ipſi ſunt, vel eſſe, vel ambire eſſe, Pontifices* (502.), apposite, cum Lutheranus adhuc eſſet, ante ἀποστασίαν, pronunciavit. Thomæ Reineſio, ſummo Germaniæ Polyhiſtori, eorundem adverſariorum Calixti vehementia importuna hanc A. 1649. extorſit qvorelam, *in Epiſtola ad Joh. Vorſtium* obviam *duodecima* (503.): *Theologorum lis qvorſum evaſura ſit, anxii expectamus.* Οἱ ἀρχιερεωσυνικοὶ *minantur Synodum, & ex ea anathematiſmos. Lacerabitur ejusmodi dictatura, qvantum video, Eccleſia; & intemperie hominum ſacrorum, nihil moderati admittentium,* σφαδαζόντων, ὡς πῶλοι, εὐφορβίᾳ, καὶ ἄνω κάτω, *in hoc tantum, ne qvid cuiqvam concedant & ut ſoli ſapere judicentur,* ῥεμβομένων, *concordia peribit.* Plura aliorum, his ὁμοψήφων, feſtinanti coacervare non licet ſuffragia. Unicum ergo addidiſſe ſufficiat Joh. Nicol. Pechlini, Medici Cimbriæ noſtræ itidem πολυΐστορος, & de Eccleſiæ ſalute ſolliciti, in *Conſultatione de optima Chriſtianorum ſecta,* A. 1688. ſub larva Jani Philadelphi edita (504.), ita ſcribentis: *Certe ex terminorum ſcholaſticorum uſu abuſuqve accidit, ut non omnibus in eadem ſecta Theologis, adeo nec Collegis, conveniat. Notum, qva auctoritate atqve animadverſione Witebergenſes Theologi, præeunte Calovio, in cæteros uſi ſint, ſi forte aliis verbis terminisqve ſenſum ſacrorum, rem liberam atqve indifferentem, explicaſſent. Et ut Calixtus in nonnullis a Wittebergenſibus diſſenſerit, pietate tamen ſua & pacis ſtudio, jam & ſolida eruditione, triumphaſſe cæteros omnes videtur. Syncretiſmi nomen invidioſum qvidem eſt, ſed tamen amoris & pietatis in proximum plenum. Tolerant illi in Adiaphoris aliter ſentientes, & ſic tolerant, ut nihil per hoc Dei gloriæ detrahatur.*

§. LXXI.

Ita Calixti *virtus* & fama, tot inter, qvorum hactenus hiſtoriam breviter expoſuimus, certamina, tum ob ſingularem illius conſtantiam, invictum animi robur, perpetuamqve conſcientiæ ſerenitatem & tranqvillitatem, tum, ob optimorum qvorumqve, innocentiæ & ſuperſtitis, & defuncti, contra adverſariorum criminationes, multiplicesqve inſultus ac furias, patrocinatorum, favorem atqve applauſum, non illæſa tantum & inconcuſſa perſtitit, ſed, *vulnere* etiam, juxta omen Symboli ejus præclarum, *vireſcere* viſa, pulchrior ſemper effloruit (505.). Nihil jam in certaminum illorum narratione deſiderari, pro inſtituti noſtri ratione, ulterius poſſe videtur, niſi ut Catalogos Adverſariorum ejus, a qvibus ſcriptis laceſſitus eſt publicis, ἀλλοφύλων pariter atqve domeſticorum, longe plurimorum, dogmatum ab his

(493.) V. Judicia Speneri de hoc certamine prolixa, im Siege der Wahrheit und Unſchuld wieder D. Joh. Frid. Mayern, *p.* 36. 37. 38., *P. III. Conſil. Theol. Lat., c. 6., p.* 540. 541., & *P. III.* der letzten Theol. Bedencken, *c. 6., p. 11-29.* (494.) *in Defenſione Conſiderationis Controverſiarum p. 32. 39. 40.* (495.) *in Diſſ. de unico SS. Theol. principio,* Gieſſæ A. 1706. edita. V. ejus Excerpta *in Nov. Lit. Germ., M. Majo A. 1707, p. 160. 161.* (496.) *in Hiſt. Eccl. Sec. XVII., T. I., Decenn. V., Lib. V., c. 1., p. 689. 690., & c. 2., p. 700-704., ac Lib. VI., c. 2., p. 725.* (Edit. Hamb. 1709. in fol.) (497.) *T. I. Anti-Barbari Orthodoxiæ, p. 171. 172.* (498.) *V. Ep. 22. p. 99-102., Ep. 23. p. 105., Ep. 25. p. 110. 111., Ep. 26. p.* 113. 114. 122. 123., *& Ep. 95 p. 318.* (499.) V. illas, in B. G. Struvii *Actorum Literariorum Faſc. III. p. 10. 17., & Faſc. V. p. 24-29.* (500.) apud Struvium *l. c., Faſc. V., p. 17-21. 32. 33., 49. & ſqq.* (501.) *Ep. 26. ad Joh. Conr. Dietericum p. 122.* (502.) *Ep. 22. ad eundem, p. 100.* (503.) *pag. 34.* (504.) *p.* 112. (505.) V. Chriſtoph. Schraderi *Programma de ejus vita exeqviale p. 15.,* & Gerh. Titii *Laudationem funebrem* p. 18. 19. 26. 27. 29.

his zelo præcipiti atqve immoderato impugnatorum, ac partim maligne illi affictorum, & hyperaſpiſtarum tandem doctrinæ & famæ τȣ̃ μακαρίτȣ poſthumorum, compendiarios, aliqvoties jam promiſſos, hiſtoriæ ipſi ſubjungamus. In qvibus, potiora memoraſſe contenti, minutias haud ſectabimur, & Antagoniſtarum etiam, qvos e Diis minorum habuit gentium noſter qvamplurimos, leoni mortuo cum leporibus inſultare auſos, nomina pleraqve obſcura, ſilentio involuta, ſuæ relinqvemus caligini.

§. LXXII.

E Pontificiis, ſcriptis Calixtum impugnarunt:

1. Adamus Burghaber, Bavarus, Jeſuita, Th. D. & in Acad. Friburgenſi atqve Collegio Romano Profeſſor, *in Diſcuſſione Theologica Adiaphoriæ, ſeu Controverſiæ: An qvilibet in ſua fide ſalvari poſſit, ſi præſertim potiſſimos Chriſtianæ religionis articulos, in Symbolo Apoſtolico contentos, credat?* ed. Monachii A. 1655. in 4.
2. Laur. Forerus, Lucerna Helvetius, Jeſuita & Acad. Dillinganæ Cancellarius, cujus *Indifferentiſmus*, oder allerley Glaubens Kirche; das iſt: Zwey Geſpräche von der Calixtiniſchen, ietzo neu aufkommenden, und ſtarck einreiſſenden, allerley Religionen Kirche, Ingolſtadii A. 1656. *in 8.* prodiit.
3. Erneſtus, Landgravius Haſſo-Rheinfelſenſis & Cardinalis, de cujus ad Calixtum, pro apoſtaſia ſua, Epiſtolis §. *31. 38. & 59.* jam eſt dictum.
4. Jodocus Keddius, Embrica Clivenſis, Jeſuita Vindobonenſis, im Sächſiſchen und Helmſtädtiſchen Religions-Streite, ed. Ingolſt. 1653. in 4. (cujus hiſtoria e §. *68.* repetatur), & *in Apocalypſi Calixtina, cum Apologia pro Joh. Hülſemanno*, ibidem A. 1654. *in 4.* (*uti Catalogus nundinarum anni illius vernalium, & Lipenius P. I. Biblioth. Theol. p. 103.. teſtantur*) excuſa.
5. Phil. Labbeus, Biturix, Jeſuita Pariſienſis, qvi *Tomo I. Diſſertationis de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, Pariſiis A. 1660. *in 8.* edito, *Cenotaphium* adjecit *Johannæ Papiſſæ funditus exciſum, Mareſioqve, Salmaſio, Congnardo, Calixto, Hottingero, & aliis, oppoſitum*, &, *T. II. p. 817.*, ſcriptum, Calixti *Exercitationem de autoritate S. Scripturæ, & numero Librorum Canonicorum V. T.*, fidei in citandis Patribus ſubleſtæ inſimulaturum, de qvo infra in hujus dicetur recenſu, incaſſum eſt minatus.
6. Valerius de Maccionis, Nob. Montitanus & Eqv. Aur., Epiſc. Marochienſis, Vicarius in Saxonia inferiori Apoſtolicus, & Joh. Friderici, Ducis Brunſvico-Hannoverani, Eleemoſynarius, ſive potius (qvem Maccionio, *ab omni ſcientia deſtituto*, fœtum ſuum adoptandum dediſſe, e Franc. Wörgeri *Schediaſmate de Societate Ignatiana JEſu inimica*, in *Novis Lit. Lubec., M. Oct. A. 1702.*, exhibito, *p. 311.*, didici) Hieron. Mülmannus, Lipſienſis, Apoſtata, & Miſſionarius ordinis Jeſuitici Hafnienſis, *in Nube Lucida, ſive Declaratione Judicii ſuper duobus principiis, ſeu fundamentis fidei & dogmatum, qvæ D. G. Calixtus, ſtudio reconciliandæ inter Chriſtianos unitatis, cum in Tractatibus ſuis de auctoritate Antiqvitatis & primævæ Eccleſiæ, tum in aliis libris, commendat, tanqvam media dictæ unitati admodum congrua, Scriptura ſcilicet & Traditione*, Friderici III., Danorum Regis, poſtulatu (uti *præfatio* indicat) conſcripta, ac Coloniæ A. 1663. *in 12.*, ibidem A. 1664. *in 24.*, & Oſnabrugæ A. 1676. *in 12.*, edita. In hac, Calixtum *finem qvidem*, judicat, *intendiſſe optimum, nec male fundamentum* (Scripturam & Traditionem) *locaſſe, ſed in opere recte proſeqvendo defeciſſe*, dum 1. *Eccleſiam, qvam normam elegerat, non agnoſcat pro judice*; 2. *novitatem, in aliis accuſatam, ipſe, in deſignatione dogmatum, de qvibus partes conſentiunt, ad ſalutem neceſſariorum, affectet*; 3. *traditionem primæ Eccleſiæ verbotenus extollat, reipſa deprimat, ad ſecula qvinqve priora eam reſtringendo, pleraſqve traditiones pro Adiaphoris habendo, Patrumqve teſtimonia eludendo, &* 4. *ſtudio conciliandæ unitatis in fide, fidem vehementer attenuet, & in multis prorſus tollat.* Subinde etiam alia qvædam contra noſtrum inſperguntur ἐγκλήματα, qvibus (p. 6.) qvod *conſilia ſua Irenica diverſis libellis, ſed eodem pene tractationis & verborum genere, ſæpius repetito, propoſuerit*, (p. 8. & 9.) *qvod cum nulla earum partium, in qvas Eccleſiam Chriſtianam dividit, in omnibus conſentiat, & in nonnullis etiam a Lutheranis abeat, ac Romanæ parti accedat*, (p. 11.), *qvod omnes, qvi Chriſtum invocant, cenſeat Chriſtianos*, & (*p. 31-34.*) *qvod Catholicis inprimis ſit infenſus, & aſſertiones qvorundam Theologorum particulares male univerſæ tribuat Eccleſiæ*, inſimulatur. Reſponſum eſt ſcriptori huic, Pontificiis aliis paulo modeſtiori, in *Nube ſine aqva, ſeu caligine nubis, falſo dictæ lucidæ, in Declaratione Judicii D. Val. Maccionii oſtenſa per C. A. H.* (i. e. Chriſtianum Andreæ Hoysgardum). Cujus Opuſculi ψευδωνύμȣ, Hafniæ A. 1665. *in 12.* impreſſi, verum Autorem eſſe (ſicut *in Hypomnematis ad Alb. Bartholini Tr. de Scr. Dan.*, *p. 315. 316.*, jam monuimus) D. Joh. Wandalinum ſeniorem, Theologum Hafnienſem, & Seelandiæ Epiſcopum, Hoysgardi diſcipuli nomen mutuatum, Thomas Bartholinus, *Diſſ. II. de legendis libris p. 40.*, recte (Vinc. Placcio licet, *T. I. Theatri Anon. & Pſevdon*, *c. 9.*, *p. 376.*, temere contradicente) docuit.
7. Moguntinæ Academiæ Theologi, horumqve Promachus, Vitus Erbermannus, Jeſuita, de qvorum ſcriptis huc ſpectantibus, & Calixti contrariis, ſupra §. *47.* narrata poſſunt relegi.
8. Joh. Mülmannus, Lipſienſis, ex Apoſtata Lutherano ordinis ſocius Jeſuitici, & Principis tandem Naſſovio-Hadamarienſis Confeſſionarius, cujus prodiere: I. *Diſp. de Miſſis privatis*, Calixtinæ *de Miſſis ſolitariis* oppoſita, Monaſteriiqve (ubi Theologiæ is tunc agebat Profeſſorem) A. 1647. *in 4.* edita, & cum Calixtina, atqve Henr. Jul. Blumii *Defenſione illius contra Mülmannum*, Helmſtadii A. 1650. & Francofurti A. 1651. *in 4.* recuſa; II. *Diſp. de Calice Euchariſtico, contra G. Calixtum, deqve Maccabæorum utriusqve libri autoritate, contra Chriſtoph. Scheiblerum*, Monaſterii 1648. *in 8.* III. *Diſp. de Purgatorio, contra Calixtum & Sectarios*, Monaſterii A. 1648. *in 8.* impreſſa, & Juſti Geſenii *Diſp. Inaug. de igne purgatorio*, Calixto Præſide A. 1643. propoſitam, adorta, cui a Frid. Ulr. Calixto, in *Vindiciis*, iteratæ hujus editioni, A. 1650. Helmſtadii excuſæ, inſertis, & Herm. Conringii *Libro de Purgatorio*, ibidem A. 1651. *in 4.* publicato, eſt reſponſum. Plura de ſingulis Diſſertationum, qvas impugnarunt, Calixtinarum, ſuis locis, exhibebit hiſtoria.
9. Bartholdus Nihuſius, Wolpa Brunſvicenſis, noſtri, e diſcipulo ac cliente, poſt apoſtaſiam ad Pontificios, adverſarius ingratiſſimus pariter atqve impudentiſſimus, de cujus vita ac crebris in τὸν μακαρίτην, ſed irritis, inſultibus, §. *42. & 43.* fuſe ſatis relata poſſunt conſuli. Hujus calamo inepte ſcribaci debentur:

α. Epiſtola ad Calixtum, de primo principio Theologico, Hildeſiæ A. 1625. in 4. De illa, & Calixti Programmate Lectionibusqve contrariis, §. *42.* eſt dictum, ipſiusqve Calixti *Digreſſio de arte nova Nihuſii, p. 22-26. 35.*, & *Iterata compellatio ad Acad. Colon.. Georg. Caſſandri Dialogo de communione ſub una ſubjuncta, p. 319-326.*, poſſunt conferri.
β. Andabata Helmeſtetenſis, ſive Somnium G. Calixti, de convulſo abs ſeſe religionis Pontificiæ fundamento, recenſitum & evolutum; Scriptum in *Catal. Nund. A. 1626. Lipſ. Vern. p. 8.* promiſſum qvidem, ſed neutiqvam (uti Lipenius, *P. I. Bibl. Theol. p. 191.*, illud Coloniæ A. 1626. *in 8.* prodiiſſe ſcribens, & *Annotata* ſimul *Helmſtadienſia* perperam appellans, falſo tradidit) editum. V. §. *42.*, e Calixti *Digr. de A. N. p. 25, 26. 27.*

γ. Calix-

γ. Calixtus caſtigatus, ſive Apologia pro ſua de primo principio Theologico Epiſtola, reprehenſiunculas qvasdam G. Calixti diluens, ſimulqve obiter hujus ejusdem paſſim in ſcriptis errores alios, ingentemqve inſcitiam, faſtum & cavillandi libidinem, detegens. Hunc itidem, in Epiſt. ad Nic. Granium, A. 1626. pollicitus tantum eſt, & deinde ſuppreſſit. V. §. *42.*, *& Calixti Digr. de A. N. p. 25. 26.*

δ. Cribratio Superintendentis Bleicherodenſis, A. 1630. Germanice edita, & convitiis in Calixtum ſcatens ſcurrilibus. V. §. *2.*, & Calixti *Digreſſ. p. 3. 4. 28. 29. 31.*, *ac Compellationem iteratam ad Acad. Colon. p. 316. 317. 318.*

ε. Ars nova dicto S. Scripturæ unico lucrandi e Pontificiis plurimos in partes Lutheranorum, detecta nonnihil & ſuggeſta Theologis Helmſtadienſibus, G. Calixto & Conr. Hornejo, &c. Hildeſiæ 1632. in 4. Hiſtoriam ejus, & *Digreſſionis* Calixtinæ, illi oppoſitæ, §. *42.* fuſe expoſui. Confer ipſam Calixti *Digreſſionem p. 31-46.*

ζ. Apologeticus pro Arte nova, contra Andabatam Helmſtadienſem. Accedit Appendix de Qvæſtione, a Calixto *Parte I. Epitomes Theologiæ moralis* tractata: An juris Juſtinianei uſus in Occidente ſuſcitatus ſit a Lothario Saxone? Coloniæ 1640. in 8. V. de illo §. *42. ac 43.*, & qvæ Calixtus ei, in *Compellatione iterata ad Acad Colonienſem*, Georg. Caſſandri *Dialogo de communione ſub una*, Helmſtadii A. 1642. denuo a ſe edito, adjecta, pro *Digreſſione* ſua, regeſſit.

η. Epigrammatum Libri II., Coloniæ 1641. in 12. In horum (ſatis plerumqve frigidorum) *Libro priore*, *n. 80-89.*, *p. 10. 11.*, Decas occurrit Diſtichorum, Calixto, nomine partim expreſſo, partim ſuppreſſo, proterve inſultantium.

θ. Facula, Coloniæ A. 1641. *in 8.*, adverſus noſtrum edita. V. §. *42. & 43.*

ι. Irnerius, ſeu Qvæſtiones de Juriſconſulto illo Hiſtoricæ, a JCtis Bononienſibus excuſſæ, & ab ipſo, cum qvibusdam Appendicibus ſuis Anti-Calixtinis, publicatæ, Coloniæ 1642. in 8. Totum ſcripti hujus (breviter a Calixto A. 1642., *in iterata ad Acad. Colon. compellatione*, *p. 315. 329. 330. 331.*, fuſe autem & ſolidiſſime, una cum *Facula* & *Apologetici Appendice*, ab Herm. Conringio A. 1643., *in Comm. de origine Juris Germanici Hiſtorico* refutati) titulum, recenſumqve ſimul Hiſtoricum, §. *42. & 43.*, exhibui. Conf. Henr. Rixneri, Theologi Helmſtadienſis, qvasdam illius de Pontifice ineptias examinantis, *Diſp. II. Collegii in Epiſt. ad Galatas diſputatorii*, Jenæ A. 1656., Præſide Chriſt. Chemnitio, propoſiti, §. *28. 29. & ſeqq.*

κ. Triumphus Catholicorum de Georg. Calixto, Prof. Helmſtadienſi, Academiis Auguſtanæ Confeſſioni addictis annunciatus. Coloniæ 1642. in 8. Scheda exigua, cui paucis a Calixto, eodem A. 1642., *in ultima Compellationis iteratæ ad Acad. Colon. Appendice*, *p. 366-370.*, eſt reſponſum. Conf. de illa §. *42.*

λ. Suſcitabulum, oder Wecker vor die Hertzogthümer Braunſchweig und Lüneburg, in welchem eröfnet wird, wie aufrichtig Calixtus wieder Statium Buſchern, und ſonſt mit den Catholiſchen, handle. Coloniæ A. 1643. in 8. V. de illo ſupra §. *45.* dicta.

μ. Annotatio ad Leonis Allatii Diſſ. Epiſtolicam de communione Græcorum ſub una ſpecie, contra G. Calixtum, &c. Moguntiæ 1644. in 8. Plura de illa dicentur in recenſu Sylloges ſcriptorum de Communione ſub una, A. 1642. a Calixto editæ, cui eſt oppoſita.

ν. Anti-Criticus de fabrica crucis dominicæ, opinionem G. Calixti, Critici Helmſtadienſis (*in Appendice Juſti Lipſii tribus de cruce libris A. 1640. adjecta*), opinionem incertam eſſe, indicans. Coloniæ 1644. in 8.

ξ. Miſſive von der Tauſe Johannis, wieder G. Calixti und Brandani Detrii Diſput. de Baptismo. Moguntiæ 1644. in 8.

ο. Bedencken über die Einwürfe G. Calixti und Juſti Geſenii vom Fegefeur (*in Diſp. de igne Purgatorio, A. 1643. edita*). Moguntiæ 1644. in 8.

π. Bedencken über das von G. Calixto wieder des Pabſts primat ausgegangenes Büchlein. Moguntiæ 1644. in 8. Impugnatur in hoc Calixti *de viſibili Monarchia Eccleſiaſtica Exercitatio*, A. 1643. publicata, qvam Gerh. Titius, *in Tr. de Phraſibus veterum Eccleſiæ Doctorum* (Helmſt. A. 1676. *in 4.* excuſo), *p. 13-59.*, breviter contra illud vindicavit.

ρ. Teleſcopium, donatum in Germania genti Saxonum, ut eo utantur in fidei & religionis negotio. Moguntiæ 1645. in 8. Inſcriptum eſt Auguſto, Duci Brunſvicenſi, & paſſim Theologos vellicat Helmſtadienſes.

σ. Leonis Allatii Commentatio in Johannæ Papiſſæ fabulam, ab eo, cum Prologo & Epilogo ſuo (*Calixtum inſectantibus*), denuo edita, Coloniæ 1645. in 8.

τ. Hypodigma, qvo diluuntur nonnulla contra Catholicos diſputata in Corn. Martini tractatu de Analyſi Logica, impertitum ejus libelli commendatoribus, Georg. Calixto, Conr. Hornejo, cæterisqve; cum præfatione ad proceres provinciales Brunſvicenſes & Lüneburgenſes (*in qva, Calixtum patrocinii cauſæ Lutheranæ eſſe deſertorem, probare eſt annixus*). Accedunt alia nonnulla Joh. Morini, Leonis Allatii, Gisb. Lappii, & ipſius Nihuſii, opuſcula. Coloniæ 1648. in 8. V. de illo judicium Salom. Glaſſii *in Mantiſſa ad Philologiam ſacram.*

υ. Nutheticus ad Joh. Conr. Danhauerum, Dialecticæ, qvam ſacram vocat, fabrum, Catholicis ridiculum, A. 1648. editus, & in Danhaueri *Deliqviis Onirocritarum Batavorum*, Argentinæ A. 1650. *in 8.* publicatis, ſub finem (*p. 297-314.*), cum adjecta ei refutatione, recuſus; in qvo paſſim ſtolida in Calixtum etiam eructantur convitia.

10. Chriſtoph. Ranzovius, Eqves Holſatus, &, poſt apoſtaſiam, S. R. I. Comes, de cujus Epiſtola ad Calixtinam, a tranſitu ad Pontificios dehortatam, Reſponſoria, Romæ A. 1651., & alibi deinde ſæpius, edita, Lucæqve Holſtenio, Catechetæ Ranzoviano, vindicanda, ſed ab ipſo Calixto & Gerh. Titio refutata, §. *38.* haud pauca, longe autem plura in vita ipſius Ranzovii, *Tomo. I.* obvia, in medium attulimus.

11. Autor incertus der gründlichen Wiederlegung der Unwahrheiten und Calumnien, ſo Georg. Calixtus wieder Chriſtophorum, Grafen von Ranzou außgeſprenget, Moguntiæ A. 16[illegible]2. (*teſte Catalogo nundinali*) editæ.

12. Valerianus Magnus, Italus, Miſſionarius Ord. Capuccini Apoſtolicus, de cujus Calixtiqve ſcriptis Polemicis ἀμοιβαίοις §. *59.* jam eſt dictum.

13. Anonymus Jeſuita (qvi Jod. Keddius, *num. 4.* jam memoratus, fuiſſe creditur) in der gewiſſen Relation, wie D. Georg. Calixtus im Todtbette ſich verhalten, und in welcher Confeſſion er verſchieden ſey, A. 1656., de qva, a Gerh. Titio ſcripto peculiari A. 1657. refutata, qvæ §. *28.* relata jam ſunt, poſſunt relegi.

14. Anonymus alter, cujus Calixtiniſcher Papagonglaube, oder gründlicher und augenſcheinlicher Beweiß, daß der von D. Georg Calixto, unter dem Scheine der chriſtlichen Sanftmuht, eingeführte Indifferentismus, oder Religions Neutralitat, den ſchnurrechten Weg führe zum Atheismo oder gottloſem Unglauben, in Form eines Satyriſchen Luſtgedichtes lateiniſch verfertiget, und hernach verdeutſcht, Herbipoli A. 1659. *in 12.* prodiit.

15. Autor Continuationis originis & progreſſus Schismatum Florimundi Ræmundi, Libris X. XI. & XII. de Schismatis Vedeliano & Apolloniano Hollandiæ, Puritanico & Calvino-Papiſtico Britanniæ, Calixtino-Hülſemannico Saxoniæ, &c., commentantis, qvam, mihi non viſam, Coloniæ A. 1656. in 4. eſſe prodituram *Catalogus Nundinarum anni illius vernalium Lipſienſis*, *p. 27. 28.*, eſt pollicitus.

§. LXXIII.

E Reformatis nemo, qvi Calixtum ex profeſſo ſit adortus, mihi innotuit. Qvæ enim Joh. Vorſtius, *in Diſſertationum Sacrarum Libris*, & alii, ſparſim, in qvibusdam ejus ſcriptis, dogmata ſectæ ſuæ defenſuri, notarunt, huc non ſpectant, & minoris ſunt momenti. E Socinianis Staniſl. Lubienicius, Eqves Polonus, *Exercitationi* ejus *de Trinitatis myſterio* ſchediasma qvoddam A. 1662. oppoſuit, ex Neo-Arianis autem Chriſtoph. Sandius junior *Dialogum inter Chriſtophorum Pontificium, Martinum Lutheranum, Johannem Calviniſtam, Georgium Calixtum, Abrahamum Fanaticum, & Iſraelem Judæum*, opuſculum imperfectum, reliqvit. Qvorum neutrum in lucem prodiiſſe Sandii ipſius *Bibliotheca Anti-Trinitariorum*, cui notitiam illorum debemus, *p. 167. 172.* teſtatur. Adverſus Steph. Curcellæum, Remonſtrantium promachum, qvi Socinianis Calixtum faviſſe temere aſſeruerat, eum, ex ipſis Reformatis, Sam. Marefius, *in Defenſione fidei Catholicæ contra Curcellæum, Sect. II.*, §. *15-20.*, *p. 24. 25.*, vindicavit.

§. LXXIV.

Inter domeſticos Calixti adverſarios, ſive Zelotas rigidiores Lutheranos, ſcriptis eum adortos publicis, primus fuit collega Caſp. Pfafradius, Acad. Juliæ Theologus, qvem *Epitomes* ejus *Theologicæ* de puris naturalibus doctrinam, Anno jam eodem, qvo illa prodierat, 1619., in præfatione prolixa, Lutheri *libro de ſervo arbitrio* præmiſſa, impugnaſſe, §. *40.* narravimus. Hunc Præceptorem ſuum, invidiæ agitatum ſtimulis (ut Balth. Menzeri Sen., Theologi Gieſſenſis, literas ad Henr. Wideburgium A. 1620., & Henr. Höpfneri, Lipſienſis, ad Calixtum ipſum A. 1641. exaratas, qvibus certamini præluſerunt inteſtino, privatas qvippe, & §. *40. ac 46.* jam recenſitas, prætercam), diſcipulus ſecutus eſt haud degener, M. Statius Buſcherus, Parochus urbis Hannoveranæ Ægidianus, qvi, uti §§. *44. & 45.*, turbarum ejus & fatorum ſiſtentibus hiſtoriam, fuſe eſt expoſitum, Calixto ac collegis oppoſuit.

α. *Crypto-Papiſmum novæ Theologiæ Helmſtadienſis* vernaculum, Hamburgi A. 1640. in 4. excuſum, &, ſi Lipenio (*P. I. Biblioth. Theol. p. 193.*) credas, ibidem A. 1651. recuſum, cui, nomine Theologorum Acad. Juliæ publicato, *Refutatio ſolida bipertita*, itidem Germanica, a Calixto Lüneburgi A. 1641. eſt repoſita.

β. Einfältige Erklärung über die von den neuen Helmſtättiſchen Theologen, doch ohne Nahmen, außgeſprengete Teſtimonia Doctorum Auguſtanæ confeſſionis de conſenſu antiqvitatis. A. 1640. in 4.

γ. Nohtwendigen Bericht von Publicirung des Crypto-Papiſmi Helmſtadienſis, und warumb er ſich dem zu Hildesheim hierüber angeſtelleten Judicio nicht ſubmittiren können. A. 1641. in 4.

Addatur his ejusdem Schlangenbild des falſchen Chriſtenthums, ſcriptum homileticum, Cellis A. 1639. *in 4.* editum, in qvo paſſim itidem, imprimis vero *Serm. V. VII. & IX.*, Calixtum, collegasqve Helmſtadienſes, ob concordiæ Eccleſiaſticæ ſtudium, & doctrinam de bonorum operum neceſſitate, ſuppreſſis illorum nominibus, proterva dicacitate eſt inſectatus. *Crypto-Calviniſmus Helmſtadianus*, qvem ab eodem Buſchero germanice eſſe publicatum, Lipenius (*P. II. Biblioth. Theol. p. 22.*) perhibet, merum eſt ingenii ipſius, chimæras hujusmodi alias etiam enixi, figmentum.

§. LXXV.

Poſtqvam Buſcherus, deſertor certaminis vix inchoati profugus ac infelix, claſſicum inauſpicato cecinerat, & *ſecretioribus* aliqvamdiu *foederationibus*, adverſus Helmſtadienſes, & Calixtum præſertim, Joh. Georgii Dorſchei, & aliorum, hortatu, erat conſpiratum, a zelotis, ad arma capienda catervatim convolantibus, A. 1645. & ſeqq., undiqve, ſed potiſſimum tamen, ex aula Saxonici Electoris Dresdenſi, Academiisqve ejusdem Witebergenſi & Lipſienſi, harumqve exemplum imitatis Regiomontana & Argentinenſi, uno eodemqve fere tempore, vehementiſſimus in τὸν Κάλλιστον, ſed Buſcheriano haud felicior, ſchedis librisqve eriſticis qvamplurimis, factus eſt impetus. Primi omnium proſiluere Theologi Saxonici Electorales aulici atqve Academici, φιλοπρωτεύοντες, &, ab annis jam compluribus, in cæteros Eccleſiæ Lutheranæ Doctores poteſtatem ſibi, Pontificiæ æmulam, vindicare, ſed incaſſum, conati. Ab his, poſt Literas ſuas atqve Jenenſium ad Calixtum & Hornejum monitorias, d. 29. Dec. A. 1646. exaratas, de qvibus §. *54.* eſt dictum, digno (qvale autoris illarum, Joh. Hülſemanni, audacia cenſoria, duplici, eaqve craſſa ſatis ἀβλεψίᾳ ſemet ipſam deſtruens, exigebat) a Calixto exceptas reſponſo, publico omnium nomine, in lucem protrudebantur:

1. A. 1653. (in Joh. Hülſemanni Calixtiniſchem Gewiſſenswurme) der Ungefärliche Entwurf Helmſtättiſcher und anderer Neurungen, ſcriptum Dresdenſium & Witebergenſium opera ſociata. A. præced. 1652, congeſtum.
2. A. 1664. (*in Conſiliis Theologicis Witebergenſibus*, & aliqvoties poſtea ſeorſim etiam) Conſenſus repetitus fidei vere Lutheranæ, in illis doctrinæ capitibus, qvæ, contra puram & invariatam Auguſtanam Confeſſionem, aliosqve libros Symbolicos, in Formula Concordiæ comprehenſos, D. G. Calixtus, Prof. Helmſtadienſis, ejusdemqve complices, impugnant; latine pariter atqve germanice editus.
3. A. 1671. (in nova *Conſiliorum Theologicorum*, a Georg. Dedekenno collectorum, Editionis Jenenſis *Appendice*) Kurtze Verfaſſung der reinen Lehre, nach dem H. Worte GOttes, der Chriſtlichen Kirchen Augſpurgiſcher Confeſſion, ſo fern dieſelbe von den Helmſtädtern, und deren Anhängern, D. Chriſt. Dreiern und D. Joh. Latermann, angefochten und verkehret wird; ſamt richtigem Gegenſatze ihrer abweichenden Neurungen, und derſelben ſummariſchen Wiederlegung: Von den Theologiſchen Facultäten zu Leipzig und Wittenberg A. 1655. aufgeſetzt.

De qvorum, & *Conſenſus* inprimis *repetiti*, ſymbolicam temere ſperare auſi autoritatem, occaſione, ſcriptoribus, argumento, methodo, ſcopo, vitiis, editionibus, cenſoribus, adverſariis, vindicibus, fatis minus proſperis, & hiſtoria reliqva, cum ſupra, §§. *60-66.*, fuſe jam ſimus commentati, plura hic addere non lubet.

§. LXXVI.

In aula Dresdenſi turbator pacis Eccleſiaſticæ præcipuus erat D. Jac. Wellerus, Protecclesiaſtes, qvi, ephoria Eccleſiarum Saxoniæ Electoralis ſuprema, nuper A. 1646. ſibi commiſſa, haud contentus, eandem in reliqvas etiam omnes Lutheranas affectare videbatur. Ab hujus indole (de qva Calixti ipſius qverelam §. *45.* recitavimus) turbulenta, præter Epiſtolam adverſus Theologos Helmſtadienſes germanicam, a Joh. Georgio I., Electore Saxonico, ad Duces Brunſvicenſes, A. 1649. d. 16. Jun. miſſam, & aliqvoties editam, ab ipſo autem conſcriptam & Principi ſuo ſuppoſitam, junctamqve huic ad eosdem propriam, ſolum Calixtum (a qvo utriqve apologia dextre reſponſum eſt vernacula) accuſantem (de qvibus §. *57.* actum), profluxerunt:

1. Wegweiſer der Gottheit Jeſu Chriſti, wie dieſelbe klar geoffenbahret, und daß man im A. T., bey Verluſte der Seligkeit, habe glauben müſſen, Chriſtus ſey Gott; auß Gottes Worte, den alten Kirchenlehrern und Luthero, gezeigt: Nebſt einem Anhange wider D. G. Calixtum, darinn ſein unchriſtlich Beginnen außgeführt und wiederleget wird. Dresdæ 1649. & 1651. in 4. *Hodego* huic, *Diſſertationem* ſuam *de duabus qvæſtionibus, an Myſterium S. Trinitatis e ſolius V. T. libris poſſit demonſtrari, & num ejus temporis Patribus Filius Dei in propria ſua hypoſtaſi apparuerit*, A. 1649. editam, impugnanti, &, ſtatu controverſiæ ſubdole mutato, qvæ de myſterio Trinitatis obſcurius in V. T. revelato erant dicta, ad Chriſti deitatem detorqventi, Calixtus A. 1651. repoſuit die Wiederlegung der Unchriſtlichen und unbilligen Verleumbdungen, mit welchen D. Jac. Weller ihn zu beſchimpfen ſich unterſtanden hat, Helmſtadii *in 4.* excuſam, &

Digitized by Google

complura Editioni tertiæ der Verantwortung aufs Churſächſiſche Schreiben, huic ſubjunctæ, paſſim, ad eam a Welleri criminationibus vindicandam, inſerta ac addita.

2. Erſte Probe der Calixtiniſchen unchriſtlichen Verantwortung aufs Chur-Sächſiſche Schreiben, und Unwahrheiten. Dresdæ 1650. & 1652. in 4. Huic, controverſiam de Trinitatis in V. T. notitia præcipue diſcutienti, in Editione tertia der Verantwortung, qvam modo allegavi, paſſim itidem a Calixto A. 1651. eſt reſponſum.
3. Andere Probe Calixtiniſcher, erſt ohne Benennung des Ortes außgeſprengeter, nunmehr aber in ſeiner Wiederlegung wiederholter, Verantwortung, darinn abſonderlich gehandelt wird: 1. von der Formula Concordiæ, 2. von der Gegenwart, und allmächtigen Regierung Jeſu Chriſti, als Menſchenſohns, 3. von der neuen Art Calixti die Wahrheit der Lehre zu erforſchen, und 4. von unrichtiger Antwort Calixti auf die erſte Probe, und wie er die Realien übergangen. Dresdæ 1652. in 4.
4. Abwiſchung der unchriſtlichen Läſterung, damit D. G. Calixtus, in ſeiner Wiederlegung und Verantwortung, die Ehre J. C. beſchmitzet. Dresdæ 1652. in 4.
5. Kurtzer Entwurf der Frage: Ob Chriſtus ſey, im A. T., als wahrer GOtt, geglaubet? Witeb. 1652. in 4. (V. Lipenii *P. I. Bibl. Theol. p. 193.*)

§. LXXVII.

Witebergenſis Academiæ Theologi, qvi, cathedræ Lutheri (a Calvinianis licet, aliisqve heterodoxis, plus ſemel occupatæ) *ἀναμαρτησίαν* qvandam, & in Eccleſias reliqvas, doctrinam ejus amplexas, poteſtatem tribuunt ferme Pontificiam, ſicut in alios, diſſenſum vel leviſſimum a ſuis profeſſos præjudiciis, ita & in Calixtum, ſcriptis virulentiſſimis, præ cæteris omnibus, ſævierunt. Publico horum prodierunt nomine:

1. Judicia varia Conſiliaqve Anti-Calixtina, *in Volumine Conſiliorum Collegii Theologici Witebergenſis*, Francofurti A. 1664. *in fol.* excuſo, *P. I., Tit. IX.*, junctim, adjecto etiam ipſo *Conſenſu repetito*, publicata.
2. Juſta & neceſſaria Antapologia ad Theologorum Rintelienſium Epiſtolam Apologeticam, qva Literæ communicatoriæ & Epicriſis de Colloqvio Caſſellano vindicantur. Witeb. 1666. in 4. In hac (ab Abr. Calovio conſcripta) non minus Calixtus & Helmſtadienſes Collegæ, qvam Rintelienſes, illorum diſcipuli, Dictatoribus iſtis ſacris vapulant.
3. Hiſtoriſcher und Theologiſcher Bericht vom An- und Fortgange der Helmſtädtiſchen Streitigkeiten, und wie denſelben, durch Verbindung an die beſchworne Kirchenbücher, mit Abthuung aller vorbehaltenen Bedingung, abzuhelfen. Scriptum Joh. Georgio II., Electori Saxonico, d. 22. Apr. A. 1669. transmiſſum, & ab Abr. Calovio, illius autore, in *Hiſtoria* ſua *Syncretiſtica*, germanice A. 1682. & 1685. edita, *Lib. III., c. 5., p. 563-609.*, juris factum publici. V. Hiſtoriam illius §. *64.* fuſius expoſitam.

De Dramate ſcurrili, & in Calixtum injurio, eorum auſpiciis Witebergæ, d. 18. Oct. A. 1676., a ſtudioſis exhibito, filiiqve illius, Friderici Ulrici, in iſtud *Animadverſione*, §. 39. jam eſt dictum.

§. LXXVIII.

Inter ſingulos, qvi Calixtum ſcriptis impugnarunt, publicis, Academiæ Witebergenſis Theologos primus, ſi Calovium (*L. 3. Hiſt. Syncret., c. 5., p. 593.*) audias, fuit D. Jac. Martini, phraſin & doctrinam Calixti de Deo cauſa peccati per accidens in peculiari *de Cauſa peccati* Tractatu (Witeb. A. 1640. *in 4.* edito, & Noribergæ A. 1641. *in 8.* recuſo) confutare, uti ille perhibet, aggreſſus. Verum is Calixto hunc non oppoſuit, &, ſucceſſoribus longe modeſtior, *Diſp. VIII.*, §. *28.*, de phraſi illa, uti ab amico accepi, hoc tulit judicium: *Qvod attinet D. Calixtum, allegant ejus Epitomen Theologiæ. Verum, qvia illam pro ſuo ſcripto non agnoſcit, ſi nullum aliud ſuppetit indicium vel fundamentum, hoc certe parum probabunt.* Nec multo poſt §. *34.* fuſius eandem excuſat. Hunc ſecutus Wilh. Lyſerus *Exercitationi de Sanctiſſimo Trinitatis Myſterio* Calixtinæ, A. 1645. editæ, eodem anno, *Diſp. Trifolii veræ religionis V. T. tertiam* de *religione* oppoſuit *Iſraelitica*, ſed, uti §. *13.* jam indicatum, ſuppreſſo Noſtri nomine, qvem ejus paraſſe refutationem Joh. Tob. Majoris ad J. G. Dorſcheum Epiſtola, A. 1649. ſcripta, & ab hoc (*in Notis ad Theologum Latronem p. 147.*) allegata, me edocuit. Paulus qvoqve Röberus eandem de Trinitate Diatriben, qvinqvennio poſt, ſed Calixti nomine itidem diſſimulato, impugnavit in *Fide*, qvam vocat, *Catholica de myſterio SS. Trinitatis, ex utroqve Teſtamento, tam Vetere, qvam Novo, luculenter & firmiter demonſtrata, nec non ex omnibus ſeculis primitivæ Eccleſiæ Chriſtianæ comprobata, ut & ab omnivariis hoſtibus vindicata.* Qvam, Diſputationis Inauguralis loco, illo Præſide, Joh. Andr. Qvenſtedius, Theologiæ itidem Profeſſor, Witebergæ A. 1650. defendit.

§. LXXIX.

Qvi veteranis hiſce Theologis, intra biennium defunctis, A. 1649. & 1650. ſucceſſere, Joh. Scharfius & Abr. Calovius, qvanto illis ætate ac doctrinæ *ἀκριβείᾳ* erant inferiores, tanto immodeſtiores fuere, & ad pacem Eccleſiæ turbandam procliviores, omnesqve ferme *τῷ καθόλου* adverſarios inverecundia & maledicentia ſuperarunt. Qvid de Scharfii ſcriptis Anti-Calixtinis, ſtyloqve illorum Barbariſmis & Solœciſmis fœdato qvamplurimis, præter Reinholdum Blomium, *Judicii Peripatetici*, ſive *Æreoli*, ſub Anshelmi Janſonii larva Anno circiter 1647. ei oppoſiti, Satyræ (de qva *T. I., p. 51.*, dictum) elegantis, verum Autorem, homines cordati judicaverint, vel ſolæ Zach. Prüeſchenckii (in Ep. ad Calixtum A. 1649. exarata, & a B. G. Struvio *Faſc. V. Act. Liter.* edita, *p. 19. 20.*) & Thomæ Reineſii (*Ep. 12. ad Joh. Vorſtium p. 34. 35.*) docere poterunt cenſuræ. E qvibus ille ita ad noſtrum: *Sed qvid tandem ages cum illo tuo, cui ab acumine qvidem nomen eſt, parum vero acuminis atqve aceti eſſe in pectore videtur? Homo forte vereri perdidit, dum Appendice ſua, nuper edita, injurias, Priſciano illatas, ſero nimis atqve tam audacter purgare annititur. - - - Nullus ambigo, qvin tu eum victurus ſis tam facile, qvam (ut Plautus ait) pirum vulpes comeſt.* Ἐμφατικώτερον eſt ſeqvens Reineſii judicium: *Scharfius haud raro Stumpfius eſſe ſolet; ita malam cauſam perperam agendo reddit pejorem. Miror ingenium hominis* βαρβαραλάζονος; *ita nimirum ſibi placet in ſuis barbariſmis & ſolœciſmis, ut, ſatyrico ſale publice propterea defrictus, pergat nihilominus eadem oberrare chorda. - - - Fortaſſis hac via ad famam graſſari inſtituit, ſed illam virorum obſcurorum. Nauſeam* certe *legentibus*, uti vere idem obſervat, *cient*:

1. Programma auſpicale, Calixti *de duabus qvæſtionibus Diſſertationi*, & ſententiæ de obſcuriore myſterii Trinitatis in V. T. notitia, A. 1649. oppoſitum, de qvo, uti & Helmſtadienſi Calixti contrario, §. *56.* dicta relegantur.
2. Reſponſio ad Calixti Programma, & hujus Appendix, eidem & Blomii *Æreolo* repoſita, Witeb. 1649. in 4. Confutata eſt, tum (uti §. *56.* jam monuimus) in Calixti ipſius *Appendice Diſſertationis de duabus Qvæſtionibus, Notis Programmati ſuo Anti-Scharfiano adjectis, & Epiſtola ad Academiam Witebergenſem*, qvæ junctim Helmſtadii A. 1649. & 1650. *in 4.* prodierunt, tum in M. Oswaldi Stumpfii, ſcriptoris larvati, *Epiſtola ad Scharfium, ſuper Reſponſione ipſius ad Programma Calixti, exegetica*, ſtylo exarata ſatyrico, & A. 1650. *in 4.* (Calixto ignato, uti ipſe, *in Prolegomenis Apologiæ contra Electoris Saxonici literas* vernaculæ, §. *16.*, *lit. Aa. 1. & 2.*, Wellero inculcavit) publicata.

3. Fides Catholica de divinitate Chriſti, ab omnivariis hoſtibus vindicata, ex V. & N. T. luculenter demonſtrata, nec non ex omnibus ſeculis Eccleſiæ Chriſti aſſerta & comprobata, qvam (*Calixtinæ de obſcuriore Trinitatis in V. T. cognitione præcipue oppoſitam ſententiæ*), Reſpondente M. Joh. Meisnero, Collega, gradus Candidato Theologici, publice propoſuit. Witeb. 1649. in 4.
4. Militia Chriſtiana, Geiſtlicher Chriſtlicher Streit, oder Leichpredigt über D. Jac. Martini, Theol. Prof. primarium, auß 2 Tim. IV. 7. 8. Witeb. 1650. in 4. E qva, nec in cathedra eccleſiaſtica a freqventibus in noſtrum convitiis temperare eum ſibi potuiſſe, apparet.
5. Unſchuld D. Scharfii gegen D. G. Calixti falſche Auflagen wieder ihn, ſo in ſeiner Verantwortung, Appendice und Epiſtola ad Acad. Witeb., enthalten, an den Tag gelegt. Witeb. 1651. in 4.
6. Catholica fides de univerſali Dei gratia, Papiſtis, Jeſuitis, & Calvinianis præcipue, nec non Novatoribus hodiernis, Reſpondente pro gradu Licentiæ M. Andr. Kühnio, Superint. Hertzbergenſi, oppoſita. Witeb. 1651. in 4. Hujus Prologi, adverſus ſuam de notitia Trinitatis in V. T. implicita ſententiam, ineptæ ex Epiſtola Concilii (qvod Arianum fuiſſe Scharfius neſciebat) Antiocheni velitationi Calixtus anno eodem repoſuit appendicem latinam der Antwort auf Joh. Hülſemanni Meiſterliches Muſter, in Apologiarum germanicarum obviam volumine.
7. Proteſtatio adverſus atrocia D. G. Calixti ſcandala, orbi chriſtiano data, & fallaciſſima ejusdem crimina, illuſorias cavillationes, injuriasqve & calumnias, paſſim in maledicis ſuis chartis, præcipue ſcripto germanico der unchriſtlichen Wiederlegung und Verantwortung, effutitas. Witeb. 1652. & 1658. in 4. Cui, maledicentia inepta in Calixtum debacchanti, carmen Joſvæ Arndii haud diſſimile eſt præfixum.
8. Diſp. de Angelo fœderis, Angelo faciei Jehovæ & Angelo magni conſilii, Witeb. A. 1652. *in 4.* edita, in qva ſententiam Calixti, qvod Chriſtus nuſpiam in Scriptura ſimpliciter & abſolute angelus appelletur, nec ſub forma angelica in V. T. apparuerit, *in Diſſ. de duabus Qvæſtionibus, ejusqve Appendice*, A. 1649. propoſitam, impugnavit.
9. Apologeticus contra Jungium, Calixtum, Samſonium, Stumpfium, &c., Wittebergæ A. 1654. *in 4.* (teſte Lipenio *P. I. Biblioth. Theol p. 193.*) excuſus.
10. Novitatum Calixtinarum Luſtratio ſecunda, de bonis operibus, & eorum neceſſitate, qvam Witebergæ A. 1658. in 4. prodiiſſe idem Lipenius (*l. c. p. 178.*) perhibet.

§. LXXX.

Scharfium Collegam, ſatis licet ſcribacem, Abrah. Calovius, Eccleſiæ Lutheranæ Dictator αὐτοχειροτόνητος & turbator ſimul, qvoad vixit, præcipuus, certaminisqve hujus Theologorum ejusdem inteſtini, jam ferme ſopiti, inſtaurator, & numero, & mole, ſcriptorum ſuperavit Anti-Calixtinorum, ſed centonibus, uti vere Joh. Muſæus (*in Præfatione Qvæſtionum de Syncretiſmo & S. Scriptura*) judicavit, ſimillimorum, &, ob titulos horrendos, immanemqve in calumniis atrocibus eructandis, brutis anathematum fulminibus vibrandis, & ſchismate excitando, licentiam, ab Helmſtadienſibus (*in Pietate Acad. Juliæ p. 6. 7.*, & Paraphraſi hujus germanica *p. 15. 16. 17.*) virgula merito notatorum cenſoria. Potiora ex his (nec enim omnia enumerare nobis vacat, cum præſertim nihil fere ab eo ſit editum, in qvo bilem ſuam in τὸν μακαρίτην non evomuerit) ſeqventi exhibentur indice:

1. Conſideratio novæ Theologiæ Helmſtadio-Regiomontanæ, A. 1649. edita, & *Tomo I. Inſtitutionum Theologicarum* deinde inſerta. V. Sam. Pomarii *Diſp. IV. de moderatione Theologica*, §. 13. An eadem ſit cum *Digreſſione de nova Theologia Helmſtadio-Regiomontanorum Syncretiſtarum*, qvam Witebergæ A. 1651. *in 4.* prodiiſſe Henr. Pippingius, *in Sacro Decadum Septenario p. 129.*, & Lipenius *P. I. Biblioth. Theol. p. 192.*, teſtantur, αὐτόπται diſpiciant.
2. Prolegomena Inſtitutionum Theologicarum, & Examen novæ Theologiæ Calixti, ejusqve complicum Regiomontanorum, Mich. Behmii, Chriſt. Dreieri & Joh. Latermanni. Dantiſci 1649. *in 8.* V. de iis Calovium, inepte de abortu hoc ſuo gloriantem, *Lib. III. Hiſt. Syncret.*, *c. 5.*, *p. 584.*, & *Lib. II. Iſag. Theol.*, *c. 4.*, *p. 301. 302.*
3. Nöhtige Ablehnung etlicher Injurien, falſchen Auflagen und Bezüchtigungen, damit D. G. Calixtus ihn hat belegen und angießen wollen; ſamt nützlicher Entdeckung unterſchiedlicher anderer Calixtiniſchen guten Wercke. Witebergæ 1650. in 4. Huic paucis a Calixto A. 1651. reſponſum eſt, in Editione tertia auctiori der Verantwortung aufs Chur-Sächſiſche Schreiben, Refutationi Welleri ſubjuncta, §. *27.*, *lit. Ll. 1. & ſeqq.*
4. Apologia dem Rahte der Statt Dantzig übergeben, ſamt beygefügtem Schreiben an die Herren Regiments-Rähte in Preuſſen, zu Rettung ſeiner Unſchuld, wegen ſchwerer Bezüchtigung und gefährlicher Nachſtellung D. Calixti, und ſeines Königsbergiſchen Anhangs, D. Dreiers und D. Latermanns, darinn zugleich ihr höchſtſchädlicher Samaritiſcher Schwarm entdecket wird. Witeb. 1651. in 4.
5. Aſſertio invicta pluralitatis perſonarum divinarum, e V. T. cumprimis ſtabilitæ, contra blaſphemias Socinianorum, & impiam Calixti, ac complicum, cum his, in negandis V. T. documentis, colluſionem, Reſp. M. Sam. Pomario, Ord. Philos. Adjuncto. Witeb. 1651. in. 4.
6. Synopſis Controverſiarum potiorum, qvæ Eccleſiæ Chriſti, cum Hæreticis & Schismaticis modernis, Socinianis, Anabaptiſtis, Weigelianis, Remonſtrantibus, Pontificiis, Calvinianis, Calixtinis, aliisqve, intercedunt, ſecundum ſeriem articulorum Auguſtanæ Confeſſionis. Witeb. 1652. & 1685. in 4. Præfixa eſt illi præfatio adverſus Calixtum apologetica prolixa, in qva huic *ſchisma, hæreſin, apoſtaſiam, Samaritanismum, Atheismum, & qvid non? exprobrari*, e Reformatis Joh. Hornbeckius (*Lib. IX. Summæ Controv. p. 703. 704.*) merito eſt indignatus, autorisqve *animum, a ſuis æqve ac Reformatis abhorrentem*, deteſtatus.
7. Diſp. de apparitione filii Dei, Patribus V. T. in propria hypoſtaſi facta, Witeb. A. 1654. *in 4.*, teſte Lipenio (*P. I. Biblioth. Theol. p. 696.*), edita. A qva an Diſſ. de Apparitionibus filii Dei in V. T., qvam idem (*l. c. p. 193.*) Ad. Spenglero tribuit, & Witebergæ A. 1652. *in 4.* prodiiſſe teſtatur, diverſa ſit, dubito.
8. Syncretismus Calixtinus, a modernis Eccleſiæ turbatoribus, D. G. Calixto, ejusqve diſcipulo Joh. Latermanno, & utriusqve complice ac hyperaſpiſta, D. Chriſt. Dreiero, nimis infeliciter cum Reformatis & Pontificiis tentatus, qvoad poſtulata præcipua, tum generalia, tum ſpecialia, Diſputationibus aliqvot diſcuſſus, & ad lancem veritatis exactus. Adjectum eſt Epimetron in gratiam D. Calixti, Advocati & patroni Judæorum & Muhammedanorum, in puncto Idololatriæ, adverſus Apologiam Auguſtanæ Confeſſionis & Megalandrum Lutherum. Witeb. 1653. & 1655. in 4. Επίμετρον D. Frid. Ulr. Calixti *Diſputationi de Deo & attributis divinis*, Helmſtadii A. 1653. *in 4.* editæ, eſt oppoſitum, qvam noſtro, ejus parenti, Calovius vindicare incaſſum nititur.
9. Harmonia Calixtino-Hæretica, Novatores modernos, maxime D. Georg. Calixtum, nec non D. Chriſt. Dreierum, pernicioſæ, in plerisqve fidei articulis, cum Calvinianis, Pontificiis, Arminianis & Sociniſtis, adverſus Scripturam & Eccleſiam Catholicam, colluſionis & conſpirationis, adeoqve peſſimæ defectionis a vera fide, luculenter convincens; Diſputt. XIII. propoſita. Witeb. 1655. in 4. Harmoniæ huic (novo Eridos ſacræ pomo, in Eccleſiam projecto), & Programmati Calovii in Symbolum ſuum (de qvo poſtea dicetur), A. 1675. publicato, Frid. Ulr. Calixtus *Pietatis*

oppoſuit

oppoſuit *officium, optime merito Parenti ſuo, D. G. Calixto, Theologo celeberrimo, præſtitum, pii viri innocentiam a novis D. Abr. Calovii injuriis, portentoſo Programmate pridem vulgatis, juſte vindicans*, qvod cum *Viri cujusdam, in ſcriptis paternis probe verſati, pleniori conſilii ejusdem de ſtudio concordiæ Eccleſiaſticæ repræſentatione*, Helmſtadii A. 1675. *in 4.* prodiit, & ſpeciminibus, per articulos fidei complures, oſtendit haud paucis, qvomodo in Calovii, tum ſcriptis aliis, tum iſta præſertim *Harmonia*, parentis ſui verba ſophiſtice ſint truncata, ſententiæ perverſæ & detortæ, planeqve alienæ ex iis deductæ conſeqventiæ. Qvæ Calovius huic, *in Diſp. de officio Chriſti, cum ſacerdotali, tum regio*, Witebergæ A. 1676. excuſa, & a Joh. Andr. Kunado, gradus Licentiæ Candidato, defenſa, *Sect. II.*, *Qv. ult.*, regeſſit, in ejusdem Calixti junioris *Diſcuſſione nebularum, qvibus iniqvitatis Calovianæ myſteria, Pietatis officio revelata, Calovius Diſputatione nupera, conatu irrito, obumbrare tentavit*, Helmſtadii A. 1676. *in 4.* evulgata, dextre ſunt confutata. *Demonſtrationi, Harmoniam Calovii Calixtino-Hæreticam, per duo noviſſima F. U. Calixti ſcripta* (Officium pietatis & Diſcuſſionem nebularum), *adhuc eſſe in vado*, ſub *Huldrici Gotfridi* larva, ab ipſo, Witebergæ A. 1677. *in 4.*, editæ Calovio, Calixtus junior *Calovium cum ſua Harmonia Cretico-Sycophantica tertium confuſum, & ultimo e vado, in qvo per confictum* Huldreich *Gottfried collocaſſe eam ſibi eſt viſus, deturbatum, inqve fundum præcipitem actum*, &, cum *Appendice, qva Calovianæ alterius rhapſodiæ, nuperrime evulgatæ, extrema ſcurrilitas & improbitas nonnihil detegitur, perſtringitur & reprimitur*, Helmſtadii A. 1679. *in 4.* impreſſum, repoſuit. *Qvæſtionibus* tandem *XXIV.* (qvæ hunc denuo impugnarunt), *hac imprimis ætate controverſis inter Theologos, placide diſcuſſis*, & ἀνωνύμως a Dan. Hartnaccio, Pomerano, rhapſodo polypragmone (ſicut ipſemet, *P. III. Bibliothecarii Hodegi, p. 311.*, prodidit), in lucem A. 1680. *in 4.* protruſis, Anonymi (qvem ipſum Frid. Ulr. Calixtum eſſe credo, & Calovio *Qvæſtiones iſtas XXIV.* fallaci tribuiſſe conjectura video) *Brevis* ſatisfecit *Epicriſis, qva Qvæſtiones XXIV., hac imprimis ætate inter Theologos controverſæ, ab Anonymo placide diſcuſſæ, placide Auctori eidem domum remittuntur*, A. 1680. eodem *in 4.* juris facta publici.

10. Fides veterum, & inprimis fidelium mundi antediluviani, in Chriſtum verum Deum & hominem, ejusqve paſſionem meritoriam, adverſus peſtilentem Novatorum, maxime G. Calixti, hæreſin, e S. Scripturæ teſtimoniis, & Eccleſiæ conſenſu, aſſerta, Reſp. Chriſt. Bilefeldio, Doctoratus Theologici Candidato. Witeb. 1655. & 1669. in 4.

11. Syſtema Locorum Theologicorum, in qvo multæ paſſim Digreſſiones Anti-Calixtinæ occurrunt, inprimis vero Tomus illius primus, Witeb. A. 1655. *in 4.* editus, cui Appendix de Novatorum Helmſtadio-Regiomontanorum turpi defectione acceſſit.

12. Syntagmatis Anti-Syncretiſtici Loci & Controverſiæ, in uſum Collegii privati Diſputatorii, Theſibus ſuccinctis, additisqve ad ſcripta ſua majora remiſſionibus, exhibiti Witeb. 1668. & 1678. in 4. Recuſi qvoqve Lipſiæ A. 1668. *in 4.* (cum præmiſſo D. Joh. Ad. Scherzeri Programmate), Gieſſæ (curante D. Kiliano Rudrauffio), & Holmiæ Svecorum A. 1698. *in 8.* (curante M. Nicol. Bergio). His Theſibus, ultra CXX. errores Calixto & Syncretiſtis tribuentibus, Frid. Ulr. Calixtus, eodem A. 1668., *Reſponſiones ad Calovii Theſes Anti-Syncretiſticas* (*Helmſtadii in 4.*) oppoſuit, in Pietate Acad. Juliæ p. 7-10. commendatas, & a M. Car. Lud. Stromeyero, Ulmenſi, *in Dialyſi frivolarum F. U. Calixti Reſponſionum, noviſſime ad Theſes Anti-Syncretiſticas Calovii datarum*, admodum frivola, A. 1668. itidem Witebergæ in 4. publicata, viciſſim impugnatas. Plura de his Calovii Theſibus ipſius *Hiſtoria Syncretiſtica, L. 3. c. 5., p. 598. 599., & c. 8., p. 1101. 1114.*, ſuggeret. Editionis Holmienſis in Rich. ab Hardt *Holmia Literata, p. 89. Ed. ſec.*, occurrit mentio.

13. Programma ad Lectiones publicas invitatorium, A. 1675. Witebergæ propoſitum, qvo, in Symbolum ſuum (כריב נריבות יעץ) commentatus, *Calixtinas ſordes & noviſſima Diaboli excrementa* obſcœno crepavit calamo, ſcriptaqve contra Calixtum fuſe, ſed ſtulte, commendavit propria. De Frid. Ulr. Calixti *Officio Pietatis*, A. 1675. illi oppoſito, aliisqve ſcriptis ἀμοιβαίοις, hoc ſecutis, paulo ante, *num. 9.*, annotata conſulantur.

14. Programma aliud, Diſputationi Joh. Reinhardi Inaugurali Witebergæ A. 1675. præmiſſum, de paſſionis, mortis & reſurrectionis Chriſti notitia in V. T. obſcuriori, & in diebus exinanitionis ejus ad ſalutem non neceſſaria Calixti doctrinam (in der Verantwortung aufs Chur-Sächſ. Schreiben, *§. 18., lit. Hh. 3. & Ii. 4. Ed. tert.*, propoſitam) impugnans, ſed in Frid. Ulr. Calixti *Programmate de fide veterum, injurioſo Programmati Caloviano oppoſito*, eodem A. 1675., Helmſtadii (*in 4.*) mox refutatum.

15. Diſp. de officio Chriſti, cum ſacerdotali, tum regio. Witeb. 1676. in 4. De hac, & Frid. Ulr. Calixti *Diſcuſſione nebularum*, confeſtim ei repoſita, paulo ante, *num. 9.*, jam eſt dictum.

16. Leſſus in obitum D. Pet. Haberkornii, Theologi Gieſſenſis, Heroicus, ſed Muſis ſcriptus minus propitiis, Witeb. 1676. in 4. In hoc, poſt exhibitum Theologorum ſuæ ætatis Lutheranorum, defunctorum pariter atqve ſuperſtitum, γνησίως e mente ſua orthodoxorum, indicem tumultuarium parumqve accuratum, in Helmſtadienſes metris hiſce impudenter eſt debacchatus:

Prælia nulla timenda tibi cum pacis alumnis
Larvatis, Satanæ excrementa noviſſima nuper
Julia quæ peperit, ſputum lingentibus omne
Armini; falſo pietatis ſchemate mentes
Incautas nimium qvi dementare laborant.

Ἔκτρωμα hoc venæ Calovianæ trivialis & infelicis Frid. Ulr. Calixtus Helmſtadii eodem A. 1676. in 4. curavit recudi, eiqve, præter *Epiſtolam* ſuam *ad Amicum* contrariam, *Rhadamantum* adjecit *Poeticum*, errores iſtius metricos caſtigantem plane pueriles. Cujus autorem, literis tantum nominis initialibus J. F. L. deſignatum, non alium eſſe qvam Johannem Faes, Lüneburgenſem (Paſtorem poſtea urbis Stadenſis doctiſſimum), Vinc. Placcius, a me edoctus, *T. I. Theatri Anon., c. 10., p. 411.*, jam indicavit.

17. Demonſtratio, Calovii Harmoniam Calixtino-Hæreticam, per duo noviſſima Frid. Ulr. Calixti ſcripta, adhuc in vado eſſe, Witebergæ A. 1677. in 4., ſub *Huldrici Gotfridi* larva, ab ipſo edita Calovio. V. de illa, & Calixti junioris ſcripto contrario, paulo ante *num. 9. §. hujus* dicta.

18. Programma ad Theologiæ poſitivæ, publice proponendæ, auſcultationem invitatorium, F. Trin. A. 1678. publicatum. Witeb. 1678. in 4. Hujus in Helmſtadienſes, & G. Calixti inprimis *Epitomen Theologicam*, Joachimiqve Hildebrandi *Inſtitutiones ſacras*, cenſuris injuſtis ac calumniis Laur. Laurentinus, Svecus, Gymnaſiarcha & P. (ſive potius, qvem ſub larva iſta deliteſcere a Calixto juniore accepi, D. Gerh. Titius, Acad. Juliæ Theologus celeberrimus), *Programma*, Feſto Joh. Bapt. ejusd. A. 1678., oppoſuit contrarium, qvo *Auditores ad privatam Epitomes Theol. Calixtinæ ἀκρόασιν, & publicam Inſtitutionum Hildebrandinarum invitavit διάσκεψιν*, & utriqve autori ac ſcripto, contra Calovii convitia, ſimul patrocinatus, cenſoris temerarii indolem inqvietam ac turbulentam, vitæqve,

morum,

morum, doctrinæ ac librorum, vitia, vivis adumbravit coloribus; verbis uſus admodum qvidem aſperis, contumelioſis & injuriis, ſed e Calovii ipſius invectivis in Calixtum & Helmſtadienſes atrocibus maximam partem αὐτολέξει depromptis. Qvod Programma cum Calovius, *in Vindiciis famæ ſuæ contra Laur. Laurentinum*, Witeb. A. 1678. *in 4.* excuſis, Calixtinæqve Epitomes errores, ex adverſariorum mente, fuſe ſimul recenſentibus, & Daniel Guſtavus, Holſatus, Hyperaſpiſtes Calovii ψευδώνυμος & ſcurriliter maledicus, pro libello contenderent habendum eſſe famoſo, Autor iſtud, cum Epiſtola ſua ad JCros Rintelienſes ac Kilonienſes Germanica, ſub *Aurelii Probi* ſcripta nomine, horum, uti & Conſiliarii Ducalis ἀνωνύμου, Reſponſis, qvibus ab hoc illud crimine, Calovii potius ſcriptis intentando Eriſticis, abſolvitur, itidem vernaculis, Notis, ingentem convitiorum & calumniarum Calovii in Calixtum & Helmſtadienſes perqvam atrocium, e ſcriptis ejus Polemicis, ſiſtentibus farraginem, & Aurelii Probi Epilogo adverſus Dan. Guſtavum mordaci ac ſcoptico, Helmſtadii, ſub finem Anni 1678., *in 4.*, curavit recudi.

19. Vindiciæ famæ Calovianæ contra Laur. Laurentinum. Witeb. 1678. in 4. V. *num. præced. 18.* de iis dicta.

20. Hiſtoria Syncretiſtica, das iſt: Chriſtliches wolgegründetes Bedencken, über den lieben Kirchenfrieden, und Chriſtliche Einigkeit in der heilſamen Lehre der himliſchen Wahrheit, in dreyen Büchern verfaſſet von D. A. C., vornehmen und weitberühmten Theologo. A. 1682. & 1685. (ſine loci mentione) in 4. Hiſtoria hæc, ſive Rhapſodia potius incondita, ultimumqve zeli Caloviani præcipitis ac furioſi excrementum, in qva Autor pacem, qvam titulus commendat, Eccleſiaſticam pro virili impedire allaboravit, eoqve fine non in Calixtum ſolum, hujusqve aſſeclas, vehementer, & inepte ſimul, ubiqve eſt debacchatus, ſed & nova Joh. Muſæo, Jenenſibus, aliisqve, bella indixit, cum Gieſſæ A. 1682. clam eſſet excuſa, & Francofurtum ad nundinas allata autumnales, ipſius Joh. Georgii III., Electoris Saxonici, juſſu, & Legati ejus poſtulatu, a Senatu Francofurtenſi, exemplis ejus, qvæ reperiri poterant, omnibus ablatis, merito eſt ſuppreſſa, & tenebris addicta perpetuis. Qvam ſuppreſſionem ægerrime ferens Calovius, cum fruſtra eam crebris ad aulæ Dresdenſis proceres literis impedire eſſet conatus, Collegiorum qvorundam Academicorum de magiſtratus in ſcripta hujusmodi poteſtate conqviſivit judicia, & ex iſtis, qvæ cauſæ ſuæ favere qvodammodo videbantur, mutila, cæteris omiſſis, in lucem protruſit. Ipſa etiam paulo poſt e tenebris ſuis denuo emerſit Farrago hæc indigeſta, a lucifuga qvodam Autoris aſſecla (M. Joh. Schmidio, Nördlingenſi, zelota cæco & vagabundo), A. 1685., ſine loci Typographiqve (qvem Ratzeburgenſem fuiſſe Calixtus junior me edocuit) indicio, ſecunda vice publicata, ipſiqve Calovio inſcripta. Plura de illa, & ſuppreſſione ejus, ſuggerent Phil. Jac. Speneri Epiſtola ad Calovium, qva eum, poſt cenſuræ hujus publicæ juſtitiam juſto timidius defenſam, conſolatus eſt, d. 4. Oct. A. 1682. exarata, & *Parte III. Conſiliorum Theol. Latinorum, Cap. VI., Art. I., Diſtinct. IV., n. 3., p. 423-427.*, tacito licet Calovii nomine, evulgata, Gotfr. Arnoldi *T. II. Hiſt. Eccl., Lib. XVII., c. XI., p. 536.*, &, qvos Arnoldus allegat, Joach. Hildebrandus in der Verthädigung wieder D. K. Zweyhörnigt Thier, Frid. Ulr. Calixtus *in Qvæſtione de eorum, qvi ſine baptiſmo e vita excedunt, ſalute, lit. k.*, Calovius ipſe *in Rumore ἀδεσπότῳ lit. A. 2. & 3.*, Autorqve *Hiſtoriæ Infallibiliſmi, c. 3., n. 22.* Conferantur etiam Val. Ern. Löſcheri Unſchuldige Theol. Nachrichten, *Sect. 2. A. 1716., p. 211-218.*

21. 22. Oratio Auſpicalis, Witebergæ d. 7. Nov. A. 1650. recitata, deſiderium ſtudiumqve concordiæ nuperum nihil aliud ſpectare, qvam confuſionem Babelicam, verbo Dei contrariam, veræ concordiæ adverſam, impietati & idololatriæ propitiam, demonſtrans, Calixtiqve *Deſiderio & ſtudio Concordiæ Eccleſiaſticæ oppoſita*; nec non altera de libertate prophetandi, qvæ *Lib. III. Hiſt. Syncret., Cap. VII., p. 836-883.*, lucem demum A. 1682. viderunt publicam.

23. 24. Hiſtoriſcher und Theologiſcher Bericht vom An- und Fortgange der Helmſtädtiſchen Streitigkeiten, &c., A. 1669. im Nahmen der Theol. Facultät zu Wittenberg, geſchrieben; und Bericht über der Theologorum Jenenſium Bedencken vom Conſenſu repetito und Calixtiniſchen Syncretiſmo, A. 1680. aufgeſetzt. De qvibus duobus ſcriptis vernaculis, *Lib. III. Hiſt. Syncretiſticæ, c. 5., p. 563-609., & c. 8., p. 1090-1114.*, itidem luce primum donatis publica, qvæ ſupra, §. *64. & 66.*, narravimus ac monuimus, poſſunt relegi.

25. Synopticæ Poſitiones in Auguſtanam Confeſſionem, in qvibus, per omnes articulos, Helmſtadienſium & Regiomontanorum apoſtaſia ab Aug. Conf. invariata oſtenditur, ſcriptis ſuis editis ab ipſo, *L. 2. Iſagoges ad SS. Theol. p. 302.*, annumeratæ.

26. Harmonia Calixtinorum cum Remonſtrantibus, *in præfat. Conſiderationis Arminianiſmi, p. 13.*, promiſſa.

§. LXXXI.

E reliqvis Theologis Witebergenſibus, Andr. Kunadus Recenſionem Lipſiæ A. 1651. *in 4.* edidit Apologeticam judicii Calixtini de conciliatione Controverſiarum, qvæ inter Lutheranos & Reformatos agitantur, in Diſput. Synodali Grimmenſi inſtitutam, Sam. Pomarius autem in Diſſertationibus VIII. de moderatione Theologica, haud ſatis moderate ſcriptis, Witebergæqve A. 1674. publicatis, &, cum Witeberga Lubecam eſſet digreſſus, in Notis, Mnemoſyno Libri Concordiæ ſeculari vernaculo (dem hundertjährigen Ehrengedächtniſſe des Chriſtlichen Concordien-Buches) A. 1680. adjectis, paſſim noſtrum, ejusqve dogmata & conſilia irenica, vellicavit. Ægidii Strauchii Junioris, qvi immodeſtia & maledicentia ſcurrili omnes τοῦ μακαρίτου ſuperavit adverſarios, ſcripta pro *Conſenſu Saxonicorum repetito* Apologetica, cæteraqve eriſtica, ad hoc ſpectantia certamen, cum Academiæ Juliæ, Frid. Ulr. Calixti, aliorumqve Helmſtadienſium, contrariis, fuſe §. *63.* jam recenſuimus, nec hic Camarinam iſtam iterum movebimus. Qvæ idem *Continuationi* ſuæ *ſynopſeos hiſtoricæ Joh. Sleidani*, A. 1668. editæ, *p. 202, 203.*, loco plane alieno, ut adverſariis hic etiam oblatrare poſſet, adverſus Calixtum & Helmſtadienſes mendacia & convitia intexuit, eodem A. 1668. in *Apologia Academiæ Juliæ adverſus eum vernacula* (der Fürſtl. Julius-Univerſität zu Helmſtat Schutzrede), *p. 71. 72. 73.*, paucis ſunt confutata. Juvenum aliqvot academicorum Witebergenſium, qvi, præceptorum exempla imitati, certamini huic temere ſe immiſcuerunt, chartisqve ad famam inauſpicato graſſati ſunt eriſticis, ſuis itidem locis (Andr. Kühnii ſcilicet §. *28.*, Joh. Joach. Zentgrafii §. *63.*, & M. Car. Lud. Stromeyeri §. *80. n. 12.*) jam injecta eſt mentio, nec hic iterabitur. Addendus his Joſva Arndius, Güſtrovio-Megapolitanus, Joh. Scharfii in Acad. Witeb. convictor, deinde vero Protecclesiaſtes in patria aulicus, qvi, juvenili Calixto, tum in *Dialogo contra Henotas*, tum in *Qverela de Neutralitate ſacra*, Witebergæ A. 1650. *in 4.* editis, inſultare auſus licentia, ab illo obiter, uti §. *20.* monuimus, in apologiis caſtigatus eſt germanicis. Addendi etiam alii Witebergenſium ſive diſcipuli, ſive clientes & paraſiti. E qvibus Dan. Hartnaccius §. *80.*, *num. 9.*, jam eſt memoratus, Ulricus Raiterus qvidam, ſcripti *de fide Catholica* Anti-Calixtini Autor, ab hoc (*in Qvæſtionibus XXIV. controverſis p. 6.*) allegatur, & alibi (*p. 54.*) Reinhardus vocatur, ac, ut nomina cæterorum obſcura ſuis relinqvam tenebris, M. David Dimpelius, Parochus in vicinia Zörbigenſis, Calixti aſſeclas, zelo doctrinæ experte inſtigatus, libello allatravit potius, qvam impugnavit, vernaculo, Lipſiæ, ſub hac inſcriptione, A. 1655. *in 4.* publicato: Abziehung der Nebelkappe, damit die hin und wieder verborgenen Tockmäuſer, ſo ſich zwar öffentlich zur Formula Concordiæ bekennen, heimlich aber Papiſtiſcher, Calviniſcher, und anderer Neurung zugethan ſind, ſich noch zur Zeit bedecken.

§. LXXXI.

§. LXXXII.

E Lipſienſis Academiæ Theologis, præ cæteris in Calixtum ſæviit Johannes Hülſemannus, hoſtis ejus ex amico & adulatore προσκαίρῳ infenſiſſimus, Witeberga A. 1646., ſub ipſa certaminis initia, in Athenas evocatus Miſnicas. Hic, λογομαχιῶν & minutiarum, nimio ſubtilitatis ſcholaſticæ ſtudio, amantiſſimus, non in aliis ſolum ſcriptis, ob ſtyli obſcuritatem multorum jam cenſura notatis, inprimis autem in *Breviario Theologico extenſo*, ac *Prælectionibus* in hoc poſthumis, noſtro ferme ſoli oppoſitis, &, qvæ iſtis, Lipſiæ A. 1679. excuſis, præfixæ ſunt *Vindiciis dictorum S. Scripturæ claſſicorum*, *Prælectionibusqve in librum Concordiæ academicis*, ſæpiſſime Calixtum, qvavis arrepta occaſione, ſugillavit ac vellicavit, ſed & libris ſchediaſmatisqve ex profeſſo impugnavit peculiaribus. Qvalia ſunt:

1. Epiſtola ad D. Cœleſtinum Mislentam, Acad. Regiomontanæ Theologum, d. 8. Oct. A. 1646. ſcripta, & A. 1647., *in Cenſuris Theologorum Orthodoxorum contra D. Joh. Latermannum, a Miniſterio urbis Regiomontanæ Tripolitano conqviſitis*, *num. 39.*, *p. 186. & ſeqq.*, publicata, in qva Calixtum (cujus tunc ſe amicum adhuc ſimulabat) acerbe cumulatis traduxit calumniis, & doctrinam præſertim ejus de obſervationis præceptorum Dei ad ſalutem neceſſitate, in *Hiſtoria Joſephi* propoſitam, reprehendit. Vindicata hæc, contra eam, dexterrime eſt a Calixto, non in Appendice ſolum *Excerptorum Hiſtoriæ Joſephi*, huc ſpectantium, cum iſtis volumini Apologiarum adverſus Wellerum, alioſqve, germanico, A. 1651. inſerta (*lit. b. 1. b. 2. & ſeqq.*), ſed *Reſponſo* etiam, ſive tractatu peculiari, *de neceſſitate actuum pietatis, novitatis vitæ, & obſervationis præceptorum divinorum, ad ſalutem*, contra Hülſemannum, latino inedito, cujus argumenta præcipua ab autore, in der Antwort auf Hülſemanni Meiſterliches Muſter (in eodem Volumine obvia), *§. 32-58.*, fuſe recitantur.
2. Theſes Theologicæ de autoritate antiqvitatis Eccleſiaſticæ. Lipſiæ 1648. in 4. Calixti Diſputationi ejuſdem argumenti atqve tituli, qvæ Helmſtadii A. 1639. prodiit, nomine ejus ſuppreſſo, ſunt oppoſitæ.
3. Dialyſis problematis Calixtini: Num myſterium ſanctiſſimæ Trinitatis, aut divinitatis Chriſti, e ſolo V. T. poſſit evinci, & omnibus ejus temporis fidelibus ad ſalutem fuerit creditu neceſſarium? Cum refutatione Appendicis extorta. Lipſiæ 1650. in 4. De hac, Calixti *de duabus Qvæſtionibus Diſſertationem*, ejusqve *Appendicem*, A. 1649. editas, impugnante, Zach. Prieſchenckius, Conſil. Saxonicus, ſeqvens, in Epiſtola ad Calixtum, Kal. Febr. A. 1650. exarata, & a B. G. Struvio (*Faſc. V. Actor. Literar. p. 32. & ſqq.*) publicata, tulit judicium: *Lipſia, aliqvot ante ſeptimanas, meas ad manus inopinanter volavit ſacer plane & horribilis ille liber, ab Hülſemanno contra te divulgatus. Etenim in ſingulis fere paginis cernere nobis licuit, conſarcinatorem, nomini ſuo valde convenienter, calumniarum magis atqve tricarum exhibere putamina, qvam veræ pietatis ſolidæqve eruditionis nucleum.* Reſponſum eſt illi a Calixto A. 1651., *in Appendice Excerptorum Hiſtoriæ Joſephi*, paulo ante allegata, & Apologiarum vernacularum inſerta volumini.
4. Judicium de Calixtino deſiderio & ſtudio concordiæ Eccleſiaſticæ. Fribergæ 1651. in 4., & Lipſiæ 1651. in 4. Germanice deinde translatum a M. Godofr. Reiſio, Diacono Annæo Islebienſi, Lipſiæ A. 1657. *in 4.* prodiit. Refutatum eſt a Calixto, ſed paucis, ſub finem *Appendicis Excerptorum Hiſtoriæ Joſephi*, aliqvoties §. *hac* jam laudatæ, *lit. d. 2. d. 3. d. 4.* Conf. de illo Vinc. Placcii (perperam id & ἀνωνύμως prodiiſſe tradentis, & cum *Repræſentatione pleniori conſilii de ſtudio concordiæ Eccleſiaſticæ Calixtini* ἀδεσπότῳ, qvæ Gerh. Titio debetur, confundentis) *T. I. Theatri Anon & Pſevdon., c. 2., p. 86.*
5. Muſter und Außbund Calixtiniſcher guter Wercke, welche D. G. Calixtus, in ſeiner Verantwortung auf das Chur-Sächſiſche Schreiben, zur Bezeugung ſeiner Gottſeligkeit, hat ſehen laſſen. Lipſiæ 1650. in 4. Scripto hoc apologetico Hülſemannus errorem craſſiſſimum, de peccatis, a D. Paulo Gal. V. 19., 1 Cor. VI. 10. & 1 Tim. I. 10., damnatis, haud abſolute mortiferis, aut ſtatu gratiæ ſemper excutientibus, *ex Harmoniæ Pauli & Jacobi de juſtificatione Apoſtolicæ*, Grotio oppoſitæ, *Th. 24. & ſeqq.*, a Calixto ſæpius (uti §. *56. & 58.* jam monuimus) ſibi objectum & exprobratum, commodiore verborum ſuorum obſcuriorum, & ſenſum iſtum admittentium, interpretatione, a ſe eſt amolitus. Repoſita autem ei, mox A. ſeqv. 1651., in Apologiarum vernacularum ſyntagmate, eſt a Calixto die Antwort auf Joh. Hülſemanni Meiſterliches Muſter, de qva ſuo infra loco, in ſcriptorum Calixti indice, plura dicentur.
6. Calixtiniſcher Gewiſſenswurm, auß ſeinen, wieder die Evangeliſche, von ihm ſelbſten eidlich beſchworne, aber ſchändlich verlaſſene und verläſterte, Wahrheit, in teutſcher und lateiniſcher Sprache, außgegebenen Schriften, ſonderlich auß der Dedication-Schrift an ſeine genandte Wiederlegung, Verantwortung und Antwort, entdecket und entworfen. Lipſiæ 1653. in 4. Opus maledicum & mole ſua (*9. Alphabetorum*) horribile, poſt præmiſſam Saxonicorum σκιαγραφίαν (*de qva §. 60. dictum*) *novitatum Helmſtadienſium* vernaculam, Capitibus I. & II. certaminis, inter utroſqve orti, exhibens hiſtoriam, Cap. III. Librum Concordiæ adverſus Calixtum defendens, & controverſiam pertractans ubiqvitariam, Capp. IV. V. VI. & VII. errorem de peccatis mortiferis, autori a Calixto objectum, denuo inficians, & controverſiam de bonorum operum ad ſalutem neceſſitate ſimul diſcutiens, Capp. VIII. IX. & X. Hülſemanni de unione fidelium cum Chriſto myſtica, & perſeverantia eorundem, doctrinæ, adverſus Calixtum, patrocinans, & Cap. XI. tandem Calixti de ſectarum in religione diſſidentium conciliatione conſilia impugnans, ac eos, a qvibus Atheiſmi ille impudenter erat accuſatus, excuſans atqve defendens.
7. Diſp. de fundamento fidei, & articulis fundamentalibus. Lipſiæ 1654. in 4. Calixti illa & Chr. Dreieri, de his Symbolo comprehenſis Apoſtolico, impugnat ſententiam.
8. Refutatio Tractatus Calixti de pactis Dei cum hominibus, qvam Catalogus ſcriptorum Hülſemanni, Lipſiæ, ſine anni mentione, *in 8.* editus, MSStis ejus ἀνεκδότοις annumerat.

§. LXXXIII.

E Collegis Hülſemanni Lipſienſibus ſolus Hieron. Kromayerus, tum in Programmate Theologicæ profeſſionis auſpicali, Lipſiæ A. 1658. (*in 4.*) publicato, & dogmata noſtri, Saxonicis inviſa, nomine ſuppreſſo, breviter recenſente, *Locisqve Theologicis Anti-Syncretiſticis*, Lipſiæ A. 1668. & 1683. *in 4.* editis, tum etiam in *Theologia*, qvam vocavit, *Poſitivo-Polemica*, ſæpius excuſa, Calixti ſe adverſarium, ſed modeſtiorem, palam eſt profeſſus. Epiſtolarum, inter illum, ac ſe, amicos veteres, de controverſiis Irenicis, ac cæteris, qvas vocant, Syncretiſticis omnibus, poſt editos ab eo *Locos Anti-Syncretiſticos*, manſvete & placide, etſi diverſum ſentirent, reciprocatarum, volumen, in libri magnitudinem excurrens, poſt mortem ſuam publicatum iri, Frid. Ulr. Calixtus, *in Via ad Pacem inter Proteſtantes, P. II.*, *c. 16.*, *p. 343. 344.*, eſt pollicitus. E diſcipulis ac ſucceſſoribus Hülſemanni Enochus Hanmannus, Lipſienſis, Th. D. & Vice-Superintendens Röchlicenſis, Lipſiæ A. 1653. *in 4. Diſp.* edidit *Inauguralem* eruditam *de Symbolo Apoſtolico, an ſignum ſit diſcretivum Orthodoxi ab Heterodoxo, contra G. Calixtum, ejusqve aſſeclas.* Joh. Adamus Scherzerus, Theol. Prof. Lipſ. primarius, in Programmate, qvod *Theſibus* Abr. Calovii *Anti-Syncretiſticis*, a ſe Lipſiæ A. 1668. denuo (uti §. *80.*, *n. 12.*, dictum) publicatis, præmiſit, & A. 1679., in *Orationum & Programmatum* Syntagmate, *num. XI.*, *p. 162-171.*, curavit recudi, Tractatus integri, Syncretiſtis, ſive religionum conciliatoribus, a ſe oppoſiti, ſed hactenus

cis autorum adjectis illuſtratam. Adjungi duobus hiſce Theologis Argentinenſibus meretur diſcipulus illorum Daniel Pfeiffius, Stettinenſis, Paſtor deinceps & Profeſſor Hafnienſis, qvi unionem Chriſti cum fidelibus eſſentialem, poſt Hülſemannum, ob eam defenſam ἑτεροδοξίας a Calixto plus ſemel accuſatum, *in Diſſertatione de unione Myſtica Chriſti & fidelium*, Præſide D. Joh. Schmidio, Argentinæ A. 1648. propoſita, tuitus, cenſuram noſtri (in der Antwort auf Joh. Hülſemanni meiſterliches Muſter, §. *102. & 103.*, *lit. Sss. 1. & 2.*, obviam) provocavit, & Dorſcheum (*in Notis ad Theologum Latronem p. 209-219.*) nactus eſt hyperaſpiſtam, ſed tela in adverſarium imbellia ſine ictu jactantem.

§. LXXXV.

E cæterarum Germaniæ Academiarum Lutheranarum Theologis pauciſſimi ſe huic immiſcuere certamini, & ſerius præterea, rarius atqve modeſtius, Calixtum ac Helmſtadienſes impugnarunt. In Gieſſena Pet. Haberkornius, qvi Calixto, ſuppreſſo ejus nomine, *Syntagma Diſſertationum, qvibus tremendum SS. Trinitatis myſterium, ex* θεοπνεύστοις *V. T. ſcriptis, ſatis clare, ſolide & invicte, contra Rabbinos, Photinianos, Calvinum ejusqve aſſeclas, ut & Pontificios, aliosqve Antagoniſtas, demonſtratur*, Gieſſæ A. 1650. *in 8.* editum, oppoſuit, parum gloriæ judice eſt meritus Joh. Chr. Boyneburgio, *Ep. 26. ad Joh. Conr. Dietericum, p. 113. 114.*, ita ſcribente: *H. veſtratis pro ſanctiſſima Trinitate diſputationes accepi, qvas antehac muneri miſiſti. Interpretari qvis poſſit, diſputandi ejusmodi exercitationes, hoc anno* (1650.), *meſſis avenis, felicitate naſcendi, nihilo inferiores, ut qvæ multum inſvaves, addo & inſalubres, ecqvibus obtruduntur. Cerritus oportet ac blennus ſit, qvi per eas C.* (Calixto) *& cæteris, ſui fiducia & pretio tutis, vel tantillum negotii faceſſere ſe poſſe ſomniet.* Eandem de S. Trinitatis in V. T. revelationis modo controverſiam, in Gryphiswaldenſi, biennio poſt, Joh. Michaelis, Theol. Prof., Saxonicis ὁμόψηφος, in *Diſp. Inaug. de myſterio SS. Trinitatis e ſolius V. T. Libris demonſtrabili, & a fidelibus illorum temporum non ſolum cognito, ſed & cognitu credituqve neceſſario*, Præſide D. Joh. Beringio A. 1652. propoſita, ſibi ſumſit diſcutiendam. Theologi Tubingenſes & Würtembergici prudenter domeſtico certamine, per Saxonicos, ſibi etiam olim deciſionibus moleſtos dictatoriis, temere excitato, abſtinuerunt, ſi ſolum excipias Andr. Carolum, Abbatem San-Georgianum, qvi, in *Memorabilibus Hiſtoriæ ſeculi a N. C. decimi ſeptimi Eccleſiaſticæ*, opere rhapſodico, A. 1697. Tubingæ *in 4.*, Tomis III., publicato, multas paſſim de Calixto & Helmſtadienſibus narrationes ſeqviores, ex Hülſemanni, Calovii, Hartnaccii, aliorumqve, ſcriptis hoſtilibus, ἀκρισίᾳ inſigni, ſed ſibi familiari, corraſas, ſuis obtruſit lectoribus. Ob qvam temeritatem maledicam a Frid. Ulr. Calixto, in epiſtola dedicatoria, *Conſultationi de tolerantia Reformatorum* paternæ, A. 1697. Helmſtadii denuo editæ, præfixa, acriter caſtigatus, frigide admodum atqve inepte, *in Apologetico juſto ac neceſſario, Memorabilia Eccleſiaſtica a criminationibus Calixtinis vindicante* (Tubingæ A. 1699. *in 4.*), ſe ſuaqve defendit. Plures Calixti τοῦ καλλίστου e Lutheranis Antagoniſtæ, ſcriptis eum publice adorti peculiaribus, & mentione aliqva digni, hæc ſcribenti non ſuccurrunt, niſi addendi forte ſint hactenus memoratis, qvi controverſiarum Eccleſiæ Lutheranæ, ob Doctorum crebra diſſidia, domeſticarum, &, has inter, Calixto etiam & Helmſtadienſibus motarum, dederunt Indices, &, in judicio elenchtico, ſingulis adjecto, ſuum a noſtro in plerisqve diſſenſum, ſed modeſte, ſunt profeſſi. Id qvod factum eſt: I. a M. Frid. Dedekindo, Metaph. & Log. Profeſſore Gryphiswaldenſi, *in Synoptica Relatione de Syncretiſmo, & qvibusdam noſtratium Theologorum de rebus Theologicis inter ſe diſſenſibus*, ordine locorum digeſta Theologicorum, & Gryphiswaldiæ A. 1678. *in 8.* edita; II. a D. Auguſto Varenio, Theologo Academiæ Roſtochienſis primario, *in Breviario Theologico, ſive Theologica Controverſiarum præcipuarum, inter Theologos, Auguſtanam Confeſſionem invariatam profeſſos, poſt publicatum Librum Concordiæ, non ſine periculo aliqvando ſchiſmatis, agitatarum, Conſideratione*, Roſtochii A. 1682. *in 4.* publicata, cujus recenſum Lipſienſes, *in Actis Erud., M. Febr. A. 1683., p. 59-62.*, exhibuerunt; III. a D. Juſto Chriſtophoro Schomero, Varenii ſucceſſore, *in Collegio noviſſimarum controverſiarum in univerſam Theologiam poſthumo*, Roſtochii itidem A. 1703. *in 4.* juris facto publici.

§. LXXXVI.

Dogmata Calixti ſacra, a tot adverſariis, & domeſticis inprimis, tanto zeli præcipitis ac degeneris fervore impugnata, ac partim etiam falſo ac maligne ei affictа, præter triumviros modo laudatos, Dedekindum, Varenium & Schomerum, *Conſenſus* etiam Saxonicorum *repetitus*, & Abr. Calovii *Theſes* (de qvibus §. *80.*, *n. 12.*, dictum) *Anti-Syncretiſticæ*, fuſe recenſuerunt, &, ex unico ſæpe complura effingendo, ita multiplicarunt, ut (ſicut §. *37.*, e *Pietate Acad. Juliæ*, jam monui) in illo LXXXV., in his autem plura qvam CXX., ſint enumerata. Nos omiſſis iis, qvæ nullius aut minoris ſunt momenti, & a pauciſſimis, λογομαχιῶν inanium ſtudioſioribus, obelo notata, potiora tantum ſeligemus, qvæ plures, in hoc certamine, & motus excitarunt, & cenſores repererunt, ac ſingulis ſcripta locaqve tum Calixti ipſius, qvibus ea propoſuit, aut propoſuiſſe viſus eſt, tum antagoniſtarum, illa hoſtiliter adortorum, ac hyperaſpiſtarum, orthodoxiæ circa eadem Calixtinæ patrocinatorum, præcipua adjiciemus. Ἐγκλήματα, qvibus novaturiendi libidinem, nimium Philoſophiæ Ariſtotelicæ, Patrum Eccleſiæ veteris ac ſcholaſticorum, ſtudium, Lingvæ Hebrææ neglectum, amorem pacis Eccleſiaſticæ & ſcriptorum Irenicorum immodicum, Lutheri & Theologorum recentiorum contemptum, apoſtaſiam ab Eccleſia Lutherana & libris ejus ſymbolicis, ſyncretiſmum, ſchisma, hæreſes, aliaqve crimina his atrociora, tot ei exprobrarunt Adverſarii, generalia, cum ſupra, §. *31. 33. 34. 35. 36. 37. 38.*, illorum jam facta ſit mentio, autoresqve, de iis conſulendi, breviter ſimul indicati, *h. l.* prætereo, & ad magis ſpecialia progredior. Accuſatur ergo Calixtus a Zelotis immitibus:

1. Qvod Judæos & Muhammedanos ab Idololatria proprie dicta alienos ſtatuerit eſſe ac immunes, in *Diſp. de Verit. Relig. Chriſtianæ, Th. 34.*, *Deſiderio Concordiæ Eccleſiaſticæ* §. *2.*, & *Refutatione Welleri vernacula*, §. *48.* Reprehenſus idcirco eſt *in Conſenſu Repetito, Art. II., Puncto VII., p. 21. 22.*, Abr. Calovii *Epimetro Syncretiſmi Calixtini* (de qvo §. *80.*, *num. 8.*, dictum), *T. I. Syſtem. p. 189.*, *Theſibus Anti-Syncret. p. 2.*, & *L. 3. Hiſt. Syncret. p. 592. 851.*, ac Joh. Fechtii *Diſſ. de Eccleſia Judaica p. 89.*, defenſus autem a Friderico Ulrico, filio, *in Appendice peculiari Diſputationis de Deo & divinis attributis*, Helmſtadii A. 1653. editæ, & a Calovio, in *Epimetro cit.*, ei oppoſito, parenti falſo vindicatæ, nec non in *Tractatus de diverſis totius mundi religionibus Auctario I.*, ſive *Exerc. de Judæorum & Muhammedanorum Idololatria*, ibidem A. 1687. *in 4.* publicata.
2. Qvod (uti §. *35.* jam monitum) Eccleſias Chriſtianas, Orientalem & Occidentalem, hujusqve tres cœtus majores, Pontificium, Lutheranum & Reformatum, hactenus diſſidentes, ſed eadem tamen Symbola (Apoſtolicum, & reliqva, a Conciliis profecta Oecumenicis) amplectentes, in fundamento fidei conſentire docuerit, concordiæqve & fraternitatis ſacræ inſtaurandæ, aut tolerantiæ ſaltem mutuæ ſtabiliendæ, ob ſpem ſalutis omnibus communem, autor iis fuerit & ſvaſor aſſiduus atqve indefeſſus. Propoſita ab eo & ſerio inculcata ſunt conſilia hæc atqve monita irenica, A. 1634. *Parte I. Epitomes Theologiæ Moralis*, & *in Digreſſione de arte nova Barth. Nihuſii*, A. 1641. *Parte II. Apologiæ contra Buſcherum vernaculæ*, A. 1642. *in epiſtola ad Auguſtum Brunſvicenſem dedicatoria, Syntagmati ſcriptorum de communione ſub utraqve variorum præfixa* (*lit. a. b. c. d.*), A. 1644. *Parte I. Reſponſi Moguntinorum Vindiciis oppoſiti* (*Epiſtolam* iſtam defendente), A. 1645. *in Epicriſi*, *Scriptis ad Colloqvium Thorunienſe facientibus*

adjecta, A. 1648. in Exerc. de autoritate S. Scripturæ, §. 110. 111., A. 1650. in Deſiderio & ſtudio concordiæ Eccleſiaſticæ, & Judicio ſive Conſultatione de controverſiis Lutheranorum & Reformatorum Theologicis, mutuaqve partium fraternitate atqve tolerantia, A. 1651. in Apologia ad literas Elect. Saxonici Germanica auctiore, §. 27. (lit. Ll. 4. b. Nn. 1. b. Pp. 3. a - Qq. 2. b. Rr. 2. & 3.), Vindiciis Deſiderii ſui Concordiæ Eccleſiaſticæ, Excerptis Hiſtoriæ Joſephi (lit. d. 2. d. 3. d. 4.) ſubjunctis, & Epilogo Symbolorum Eccleſiæ Catholicæ, A. 1652. in Diſcurſu de vera religione & Eccleſia Chriſtiana germanico, & in Conſideratione tandem doctrinæ Pontificiæ (juxta Concil. Trident.) & Reformatæ (juxta Confeſſ. Thorun.) poſthuma. Improbarunt illa & impugnarunt, e Pontificiis, Theologi Moguntini, & promachus illorum, Vitus Erbermannus, A. 1644. in Anatomia Calixtina, ac A. 1645. Parte Ειρηνικȣ Catholici, Helmſtadienſi Calixtino oppoſiti, priore (V. §. 45.), Laur. item Forerus in Indifferentiſmo, A. 1656., Anonymus im Calixtiniſchen Papagonglauben, A. 1659., & Valerius de Maccionis in Nube lucida A. 1663., publicatis (V. §. 72.); E Lutheranis vero Statius Buſcherus in Crypto-Papiſmo Helmſtadienſi, Art. IV. (Parte II. Apologiæ Calixti Anti-Buſcherianæ, Art. II., refutato), Theologi Saxonici Electorales in Conſenſus Repetiti Proœmio, Puncto II., Art. VII., P. III., & Art. XXI., P. II., p. 2. 3. 79. 80. 81. 11:. 116. 117., Joh. Hülſemannus in Judicio de Calixtino Deſiderio & ſtudio Conc. Eccl., A. 1651. edito (cui a noſtro mox in Append. Apologetica Excerptorum Hiſtoriæ Joſephi, eodem anno, eſt reſponſum), & im Calixtiniſchen Gewiſſenswurme, Cap. XI. (V. §. 82.), Joh. Conr. Danhauerus in Myſterio Syncretiſmi, A. 1648. publicato, & Sigalione, iſtud A. 1651., contra Calixti junioris Vindicias, tuito (V. §. 84.); Joh. Muſæus (omnibus reliqvis modeſtior) in Append. Germanica Qvæſtionum de Syncretiſmo, & in Judicio (qvod Calovii Hiſtoria Syncretiſtica, Lib. III., exhibet) de Conſenſu repetito vernaculo, publico Theologorum Jenenſium ſcripto nomine, p. 1057-1089., Abr. Calovius (omnium maledicentiſſimus) in Syncretiſmo Calixtino, Harmonia Calixtino-Hæretica, Tomo I. Syſtematis locorum Theologicorum, Hiſtoria Syncretiſtica, Orationibus contra Deſiderium Concordiæ Calixtinum, & de libertate prophetandi, Exegemate Auguſtanæ Confeſſionis, Art. IV., Antapologia Theologorum Witebergenſium contra Rintelienſes, ejusqve præfatione, & ſcriptis aliis, §. 80. enumeratis, Joſva Arndius in Qverela de Neutralitate ſacra, & Dialogo contra Henotas, Witeb. A. 1650. excuſis (V. §. 81.), Joh. Ad. Scherzerus in Programmate contra Syncretiſmum, A. 1668. edito, & Tractatu ejusdem argumenti inedito (V. §. 83.), Sam. Pomarius in Diſputationibus VIII. de moderatione Theologica, A. 1674. Witebergæ propoſitis, & quarta inprimis illarum, nec non im Hundertjährigen Ehrengedächtniß des Concordien Buchs, p. 55. 56. 57., ac Notis illi adjectis, p. 101-130., aliiqve zelotæ qvamplurimi. Unioni cum Græcis Abr. Calovius (in Or. de Græcorum fide & religione moderna, Witeb. A. 1663. in 4. edita), cum Pontificiis collega Calixti, Herm. Conringius, hæreticos & idololatras hos eſſe, nec proinde communione eccleſiaſtica dignos, perſvaſus (in duarum de hæreſi ad Juſtum Geſenium Epiſtolarum, Conringianis Epiſtolicis a Chr. Henr. Rietmeiero A. 1708. ſubjunctarum, poſteriore, A. 1646. ſcripta, p. 188-202.), cum Reformatis autem Andr. Kunadus (in Recenſione Judicii de controverſiarum inter Lutheranos & Reformatos conciliatione Calixtini Apologetica, Lipſiæ A. 1651. in 4. excuſa, & §. 81. jam memorata) & Joach. Hildebrandus forte etiam, diſcipulus noſtri & ſucceſſor, Reformatorum de S. Cœna ſententiam errorem, & fundamentalem, & hæreticum, eſſe (in Diſp. de hæreſi in genere, A. 1657. Helmſtadii evulgata, §. 26-32.) contendens, ſpeciatim ſe oppoſuerunt. Patrocinati ſunt contra votis conſiliisqve Calixti irenicis, a D. Johanne Matthiæ etiam, Epiſcopo in Svecia Strengnenſi (in Ramo olivæ Septentrionalis ſecundo p. 149-156.), recenſitis ac commendatis, Helmſtadienſes, Regiomontani & Rintelienſes pleriqve, in ſcriptis plurimis, contra adverſarios ejus atqve ſuos, apologeticis, qvæ locis ſuis partim jam memoravimus, partim deinceps memorabimus. E qvibus lectionem præ cæteris merentur Frid. Ulr. Calixti, filii, Tractatus de hæreſi, Schismate & poenis Hæreticorum (Parte I. parentis doctrinam de articulis fundamentalibus, horumqve compendio Symbolo Apoſtolico, II. autem de Heterodoxorum tolerantia ſententiam, defendens), Helmſtadii A. 1690. in 4. editus, Declaratio mutuæ Chriſtianorum, in S. Rom. imperio publico & libero religionis exercitio gaudentium, citra omnem religionem miſcellam, tolerantiæ preſſior, Conſultationis de tolerantia Reformatorum paternæ editioni tertiæ, ibidem A. 1697. in 4. a ſe publicatæ, cum epiſtola ejusdem argumenti dedicatoria prolixa ad Gerh. Woltherum Molanum, Abbatem Loccumenſem, præmiſſa, & Via ad pacem inter Proteſtantes præliminariter reſtaurandam, ſtrata per colloqvia ſolennia, atqve alia pacificorum ſcripta irenica, cum Epicriſi ſua (ſive Parte ejus ſecunda), Helmſtadii A. 1700. in 4. luce donata publica. Addatur Viri cujusdam in ſcriptis Calixtinis probe verſati Plenior Repræſentatio conſilii Georg. Calixti, Viri & Theologi ſummi, de concordia Eccleſiaſtica, procul noxio Syncretiſmo, Samaritaniſmo, Babeliſmo ſeu religionum mixtura, Indifferentiſmo & Atheiſmo, reducenda, boni publici ergo ex omnibus ejus ſcriptis collecta & concinnata, Frid. Ulr. Calixto, filio inſcripta, & bis ab hoc Latine Helmſtadii, A. 1675. nempe, ſub finem Officii pietatis optime merito Parenti ſuo præſtiti, & A. 1700., Parte I. Viæ ad pacem, modo laudatæ, p. 100-1 5., Germanice autem, adjecta Præfatione ſua (ſub titulo Gründlicher und eigentlicher Vorſtellung desjenigen Bedenckens, welches vor Jahren G. Calixtus, wegen Stiftung und Wiederherbringung mehrerer Einigkeit und Verträgligkeit in der Kirchen GOttes, außgegeben), ibidem A. 1677. in 4. ſeorſim, juris facta publici. Cujus ſcripti egregii, ſed utraqve lingva ἀνωνύμως evulgati, autorem eſſe D. Gerh. Titium, Calixti ſenioris auditorem, convictorem domeſticum & tandem collegam (P. I. Viæ ad pacem, p. 100. 101., a ſe etiam detectum), Paraphraſten autem germanicum Zachariam Prüeſchenckium, Conſiliarium Saxo-Vinarienſem intimum, Calixti junioris literæ me A. 1689. jam reddidere certiorem, & Vinc. Placcius, ex his a me edoctus, T. I. Theatri Anon. & Pſevdon., c. 2., p. 86., publice monuit. Parentis hujus, D. Joh. Placcii, Poliatri Hamburgenſis, Calixto amici atqve addicti, MStum de Calixtino concordiæ Eccleſiaſticæ deſiderio Apologeticum in bibliotheca filii, publicæ Hamburgenſi donata, ſupereſſe, Catalogus ejus me docuit. An idem hoc ſit cum Hiſtorica deſignatione totius controverſiæ Calixtinæ, qvam virum hunc in ea admodum verſatum, & noſtri (ad qvem A. 1654. excurrerat) defenſione malam ſæpe ab ejus ex ordine ſacro adverſariis meritum gratiam, αὐτόγραφον ſibi, cum literis variis deſuper commutatis, reliqviſſe, filius, T. I. ejusdem Theatri, c. 11., p. 423., teſtatur, αὐτόπται definiant.

§. LXXXVII.

Accuſatur 3., qvod, Vincentium Lerinenſem ſecutus, duplex dogmatum fidei conſtituerit principium, primarium ſcil., legis divinæ autoritatem, ſive S. Scripturam, & ſecundarium, Eccleſiæ priorum V. ſeculorum Catholicæ traditionem, ſive conſenſum antiqvitatis primævæ, & illud ſecundum hoc, certum qvippe, indubitatum, & ab Apoſtolis ſuam trahens originem, in locis obſcuris & controverſis, explicandum eſſe docuerit. V. qvæ hanc in rem diſſeruit, A. 1629. in Proœmio ad Vincentii Lerinenſis Commonitorium, cum Auguſtini Libris IV. de doctrina Chriſtiana a ſe editum, A. 1634. P. I. Epitomes Theol. Mor. p. 125. 16:. 171. 172. 210. &c. (alleg. Conſil. Repet.), ſive potius in Digreſſione de arte nova Nibuſii, ei ſubjecta, locis paſſim plurimis, A. 1639. in Diſſ. de autoritate Antiqvitatis Eccleſiaſticæ peculiari, A. 1640. in Teſtimoniis, qvod Auguſtanæ Confeſſionis Doctores, juxta ſcripturam, conſenſum antiqvitatis

ſemper

ſemper maximi fecerint*, contra Statium Buſcherum (uti §. 45. narratum) publicatis, A. 1641. tota *Parte I. Apologiæ contra Buſcherum* vernaculæ, A. 1644. *Parte I. Reſponſi ad Moguntinorum Vindicias*, §. 127., A. 1645. *in Diſſ. de myſterio Trinitatis, Th. 17. 18. 19. 20. 21. 27. 28. 29. 30.*, & A. 1649. *in Append. ad Diſſ. de duabus quæſtionibus*, §. 11. *ac* 14. Adverſarios noſter hic nactus eſt, e Pontificiis Valerium de Maccionis *in Nube lucida, ſive Declaratione judicii ſuper duobus principiis fidei & dogmatum, a G. Calixto commendatis*, Coloniæ A. 1663. edita, & §. 72. fuſius jam delineata; e Lutheranis vero Statium Buſcherum *in Crypto-Papiſmo Helmſtadienſi, Art. I.*, & in der Einfältigen Erklärung über die, von den Helmſtädtiſchen Theologis außgegebene, Teſtimonia Doctorum Aug. Conf. de conſenſu antiqvitatis, A. 1640. (uti §. 45. relatum eſt) evulgata, Theologos Saxonicos Electorales *in Conſenſu Repetito, Art. II. Proœm., Punct. III. IV. & V., p. 9-13.*, J. G. Dorſcheum *in Judicio Argentinenſi Anti-Latermanniano, Sect. III. c. 1.*, & *in Apologia pro illo, c. 1.*, J. C. Danhauerum *in Myſterio Syncretiſmi p. 44-52. 158. 159.*, Jac. Wellerum in der andern Probe der Calixtiniſchen Verantwortung, *Sect. III.*, Joh. Hülſemannum in *Breviario Theologico extenſo, c. 18., p. 560-578.*, & in *Theſibus de autoritate Antiqvitatis Eccleſiaſticæ*, Calixtinæ ejusdem tituli *Diſſertationi*, ſuppreſſo Autoris nomine, Lipſiæ A. 1648. oppoſitis, Abr. Calovium *in Syncretiſmo Calixtino, Poſtul. Spec. V., p. 307-334.*, *Lib. II. Iſag. ad SS. Theol. p. 360-368.*, *T. I. Syſtem. p. 420. & ſq.*, *Diſſ. de Samaritanorum vero & indubitato credendi principio, repudiato ſecundario, ex Joh. IV.* (*a Pippingio, in Sacro Decadum Septenario p. 135.*, memorata), ſcriptisqve aliis, Matth. Waſmuhtum *in Anti-Conringio Apologetico p. 431-439. 443-457.*, horumqve commilitones plurimos. Sed nec hyperaſpiſtæ adverſus hos noſtro ſui defuerunt, e qvibus Frid. Ulr. Calixtus, filius, ſecundæ *Diſſertationum* paternarum *de veritate religionis Chriſtianæ*, & *autoritate Antiqvitatis Eccleſiaſticæ*, editioni, Helmſtadii A. 1658. *in* 4. publicatæ, ſuam *poſteriori aſſinem, qva recentiores quædam contra Eccleſiæ primitivæ autoritatem objectiones excutiuntur*, adjecit, Joh. Muſæus, *Qv. IV. de S. Scriptura*, ſententiam ejus a Calovio, contra mentem autoris, perverti, fuſe oſtendit, & Joh. Henricus Majus, Prof. Gieſſenſis, in *Diſp. de unico S. Theologiæ principio, Scriptura Canonica*, A. 1706. Gieſſæ edita, ac in *Novis Lit. Germ.* (*M. Majo A. 1707., p. 159. 160. 161.*) laudata, *in lite hac, fidei fundamentum non concernente, de vocibus multum fuiſſe dimicatum, ubi de re nullum ſit diſſidium*, recte judicavit.

4. Qvod non omnia, qvæ in S. Scriptura continentur, ſed præcipua tantum, qvæ illa primario & per ſe reſpicit ac intendit, redemptionem nempe generis humani concernentia, & naturam facultatemqve cognoſcendi humanam excedentia, peculiari revelationi divinæ eſſe imputanda, reliqva vero aliunde, ſive per experientiam, ſive per lumen naturæ, nota, ſicut & hiſtorica qvamplurima, ipſis ſacris ſcriptoribus (a Sp. S. tamen, ne qvidqvam, qvod non eſſet ex re, vero, decoro, congruo, ſcriberent, gubernatis) deberi, atqve adeo res potiores ſaltem, non autem verba ſingula, a Sp. S. eſſe dictata, *P. I. Reſponſi, Moguntinorum Vindiciis oppoſiti*, §. 72. 73. 74., ſit profeſſus. Qvam ſententiam, in *Conſenſu Repetito, Art. II. Proœm., Puncto II., p. 8. 9.*, & a Calovio, in *Theſibus Anti-Syncr. p. 3.*, ibiqve allegatis *Tomo I. Syſtem. p. 549. 361.*, *ac Harmonia Calixtino-Hæretica p. 805.*, damnatam, Joh. Muſæus in *Diſqv. de ſtylo N. T.* A. 1641., & *Vindiciis illius contra Jac. Groſſium*, A. 1642. Jenæ editis, Henr. Kippingius *Exerc. 30. de S. Scriptura, p. 213-217.*, aliiqve γνησίως Lutherani, nihilo minus defenderunt.

5. Qvod (*in Addendis ad Diſp. de autoritate S. Scripturæ*), *ſolius teſtificationis priſcæ Eccleſiæ interventu, ſi qvid* circa libros Scripturæ canonicos & apocryphos *controverſum eſt, decidi oportere* ſcripſerit. Unde Adverſarii ejus colligunt, qvod autoritatem Scripturæ ab Eccleſia crediderit dependere. V. Calovii *Theſes Anti-Syncret. p. 3.*, & ſcripta alia iſtic allegata, D. Chriſt. Lyſeri *Diſqv. de verbo Dei, ex Hebr. IV. 12.*, Præſide D. Joh. Meisnero, Witebergæ A. 1656. *propoſitam, c. 2.*, §. 28., *p. 82.*, & *Conſenſum Repetitum, Art. II. Proœm.*, *Puncto I., p. 7. 8.*

6. Qvod (*P. I. Reſponſi ad Moguntinorum Vindicias*, §. 75.) *Librum aliqvem Scripturæ, vel libri partem, innoxie in dubium vocari poſſe, qvod teſtium vel Codicum conſenſu, qvali cætera comprobantur, fulciri non videatur*, ſtatuerit. V. Matth. Waſmuhti, tragice, ob hanc ſententiam, ei indignantis, ſed verba ſophiſtice mutilantis, *Anti-Conringium p. 182. 183.*

7. Qvod (*in Hiſtoria Joſephi p. 43. 44.*, & *Concordia IV. Scriptt. Evang. p. 20. 499.*) menda aliqvot & errata librariorum, ſed capita religionis non concernentia, adeoqve doctrinæ Chriſtianæ nihil derogantia, in textum S. Scripturæ originalem irrepſiſſe, cum tot aliis Theologis & Philologis, etiam Lutheranis, agnoverit. V. *Conſenſum repetitum, l. c. p. 8.*, Calovii *Theſes Anti-Syncret. p. 4.*, & *Harmoniam Calixtino-Hæreticam p. 183. 184.*, Waſmuhti *Anti-Conringium p. 213.*, & Dan. Hartnaccii *Q. g. XXIV. inter Theologos controverſas, Qv. 2., p. 10-15.* Qvorum ultimus, diſputator plane ineptus, & vineta cædens propria, Calixti ſententiam ita impugnat, ut defendere potius aliorum, qvos haud parce allegat, conſenſu voluiſſe videatur.

§. LXXXVIII.

Accuſatur porro 8. qvod articulorum fidei fundamentalium, credituqve ad ſalutem omnibus neceſſariorum, numerum plus juſto reſtrinxerit ac imminuerit, omnesqve iſtos in ſolo contineri docuerit Symbolo Apoſtolico, ſigno Orthodoxorum & Heterodoxorum διακριτικῷ, a Doctoribus & eruditis, e Symbolis Niceno, Conſtantinopolitano & Athanaſiano, Anathematiſmis Epheſinis, Confeſſione Chalcedonenſi, Conciliorumqve Conſtantinopolitanorum II. & III., Milevitani ac Arauſicani II., Canonibus (junctim hunc in finem a ſe A. 1649. editis), dextre explicando. V., qvæ huc ſpectant, fuſe ab ipſo expoſita *in Admonitione, Auguſtini Libris de doctr. Chriſtiana, & Vinc. Lerinenſis Commonitorio, A. 1629. ſubjuncta, Ep. Dedic. Syntagmati Tractatuum de Communione ſub utraqve A. 1642. præfixa, P. I. Reſponſi Moguntinorum oppoſiti Vindiciis* (*paſſim, inprimis tamen* §. 35-64.), *Epicriſi, ſcriptis ad Colloqvium Thorunienſe facientibus A. 1645. adjecta, Judicio de Controverſiis Lutheranorum cum Reformatis, Symbolis Eccleſiæ Catholicæ* A. 1649. editis, *Notisqve* ſecundæ horum (*in Apologiarum vernacularum Syntagmate*) editioni A. 1651. adjectis, *& in Diſcurſu de vera religione & Eccleſia Germanico.* Oppoſuerunt ſe iis, e Pontificiis, Chriſtoph. Ranzovius *in Epiſt. ad Calixtum p. 12. 13.*, & Ad. Burghaberus (de qvo §. 72. dictum) *in Diſcuſſione Theologica Adiaphoriæ*, Monachii A. 1655. edita; e Lutheranis autem Statius Buſcherus *in Cryptopapiſmo Helmſtadienſi, Art. I.* (*lit. A. 4. b - C. 2. a.*), *Conſenſus repetiti* Autores, *Art. I. Proœm.*, *Puncto III.*, *p. 3. 4.*, J. C. Danhauerus *in Myſterio Syncretiſmi* (*p. 29. 30. 31. 44-52.*), *Sigalione, ſive Dialogo pro hoc Apologetico, & tribus in Symbolum Apoſtolicum, ſenſu triplici* (*Lutherano, Pontificio & Calviniano*) *explicatum, Tabulis, iſti adjectis* (*de qvibus* §. 84. *conſulatur*), Joh. Hülſemannus in *Judicio de Calixti deſiderio & ſtudio concordiæ Eccleſiaſticæ*, A. 1651. edito (cui a Calixto *in appendice Excerptorum Hiſtoriæ Joſephi* latina, qvam Apologiarum vernacularum ſyntagma exhibet, *lit. d. 3. 4.*, eodem A. 1651. eſt reſponſum), in *Diſp.* item *de fundamento fidei & articulis fundamentalibus*, Lipſiæ A. 1654. propoſita, Prælectt. in Lib. Concord. *p. 804. 805. 815. 816. 817.*, & *Tr. de auxiliis gratiæ p. 225.*, Joh. Muſæus im Jeniſchen Bedencken vom Conſenſu Repetito (*L. 3. Hiſt. Syncr. Calov.*), *p. 1064-1069.*, & *Ap-*

pendice

pendice Germanica Quæſtionum de Syncretiſmo, Enochus Hanmannus *in Diſp. Inaug. de Symbolo Apoſtolico*, Lipſiæ A. 1653. excuſa (de qva §. 83. relegatur), Abr. Calovius in *Diſp. de eodem Symbolo Apoſtolico*, Witebergæ Anno itidem 1653. (*teſte T. Crenio P. V. Animadv. p. 86.*) publicata, *Syncretiſmo Calixtino, Poſtul. Gen. I. II. & III., p. 8-193., Arminianiſmi Conſideratione p. 33., Tomo I. Syſtematis p. 236. & ſeqq., Theſibus Anti-Syncretiſticis p. 4.*, & *Conſideratione IV. Q q. Practicarum, contra Henr. Nicolai, p. 15. 16. 17.*, Thom. Ittigius in *Selectis Hiſt. Eccl. Sec. I. Capitibus, c. 3., p. 77. 78. 79.*, &, inter ipſos Helmſtadienſes, Herm. Conringius (ſuppreſſo licet Calixti nomine) in *præfatione ſcriptis Georg. Caſſandri & Georg. Wicelii de ſacris noſtri temporis controverſiis* A. 1659. præmiſſa, & a Calovio (*in Or. de libertate prophetandi, Lib. 3. Hiſt. Syncret. p. 875. 876.*) pro ſe allegata, *Epiſtolaqve de hæreſi ad Juſtum Geſenium priore*, A. 1641. ſcripta, ac *Conringianis Epiſtolicis* C. H. Rietmeieri A. 1708. ſubjuncta, *p. 158. 159. 160. & ſqq.* Cæteri Helmſtadienſes pleriqve (e qvibus ſolum jam Frid. Ulr. Calixtum, noſtri filium, hujusqve *Tractatus de hæreſi, ſchiſmate, ac pœnis Hæreticorum*, A. 1690. editi, *Partem primam, allegabo*), ſicut & Regiomontani, theſin Calixtinam, in ſcriptis ſuis apologeticis, animoſe φυλάττουσι.

9\. Qvod illa dogmata, qvæ ab omnibus veteribus Eccleſiis patriarchalibus unanimi conſenſu traduntur & approbantur, aut in qvibus Græci, Pontificii, Lutherani & Reformati, conſentiunt, pro veris, catholicis, & ab ipſis Apoſtolis profectis, eſſe habenda, ſi qvid autem una pars ſeorſim docet, id ſi non falſum, ſaltem de errore admodum ſuſpectum, eſſe, ſtatuerit. V. *Diſp. de autoritate Antiqvitatis Eccleſiaſticæ §. 10. 11., Apologiæ contra Elect. Sax. literas vernaculæ Ed. tertiam, §. 22. 23. (lit. Kk. 2. b. Kk. 3. a. b.), P. I. Refutat. Buſcheri Germanicæ, §. 40-54., p. 37-48., Digr. de arte nova p. 90. 91., Ep. Dedic. Syntagmatis Scriptorum de Communione ſub utraqve p. 7. 8. & ſeqq.*, & *P. I. Reſponſi ad Vindicias Moguntinorum, §. 22. 28.*, &, ex adverſariis Pontificiis, Valerium de Maccionis *in Nube lucida p. 16.*, e Lutheranis vero Stat. Buſcherum *in Crypto-Pap. Helmſt., Art. I.*, & *Conſenſum Repetitum, Art. II. Proœm., Punct. IV., p. 10. 11. 12., & Art. VII., P. I., p. 75. 76. 77.*

§. LXXXIX.

Accuſatur 10., qvod Dei exiſtentiam, unitatem, & attributa cætera, e lumine rationis naturali jam cognita, cum a Theologo, velut in diſciplinis inferioribus Philoſophicis tractata & demonſtrata, præſupponantur, articulos fidei, in *Epitome Theologica p. 69. 70.*, eſſe negaverit. V. Conſenſum Repetitum, *Art. I., Punct. I., p. 13. 14.*, Abr. Calovii *Theſes Anti-Syncr. p. 5., & T. II. Syſtem. p. 99.*, ac D. Joh. Deutſchmanni *Diſp. de uno Deo*, Witebergæ A. 1667. habitam. Defenderunt, contra hos, Calixti ſententiam veriſſimam Profeſſores Acad. Juliæ univerſi in der Schutzrede wieder Æg. Strauchium *p. 22. 23.*, & Frid. Ulr. Calixtus, filius, *in Caſtigatione abſurdæ novitatis, qvod eſſe Deum, eundemqve eſſe unum, ſint veriſſimi fidei articuli, imo myſteria fidei, a D. Joh. Deütſchmanno, Prof. Witeb., in Diſp. de Deo uno, aſſertæ*, Helmſtadii A. 1667. *in 4.* edita.

11\. Qvod nomen יהוה non ſolius Dei eſſe proprium, ſed Angelis etiam, aliisqve, in S. codice tribui, aſſeruerit. V. Abr. Calovii *Theſes Anti-Syncret. p. 5.*, & M. Georg. Schwartzii *Diſp. I. de nomine* יהוה, Witebergæ editam.

12\. Qvod Myſterium Trinitatis, in V. T., creditu ad ſalutem non fuiſſe neceſſarium, nec in libris illius ſacris ea propoſitum eſſe evidentia, ut e ſolis his dextre ac ſufficienter, contra hoſtes ejusdem, qveat demonſtrari, ſit arbitratus. Sententiam hanc ſuam noſter A. 1634., in *Epitome Theol. Mor. p. 74.*, paucis verbis tantum indicavit, fuſius autem, & ex profeſſo, A. 1645., in *Exerc. de ſanctiſſ. Trinitatis myſterio (Th. 5. 6. 7. 8.)*, A. 1649. *in Diſſertationis de duabus quæſtionibus parte priore atqve Appendice*, & A. 1651. *in Refutatione Welleri vernacula (§. 3-13. 44-94.)*, eiqve ſubjuncta *Apologia contra Electoris Saxonici literas auctiore (§. 1-20.)*, & hujus *Prolegomenis (§. 22-26.)*, nec non Appendice Anti Scharfiana der Antwort auf J. Hülſemanni meiſterliches Muſter, propoſuit ac defendit. E Lutheranis acriter eam impugnarunt Theologi Saxonici Electorales, *in Conſenſu repetito, Art. I., Punct. III. & IV., p. 16. 17. 18.*, Wilh. Lyſerus *in Trifolii veræ religionis V. T. Diſput. III. de religione Iſraelitica*, Witebergæ A. 1645. Calixti *Exercitationi de Myſt. Trin.*, nomine ejus ſuppreſſo, oppoſita (de qva, uti & Refutatione ejus, a Calixto promiſſa, *§. 53. & 78.* jam dictum), J. G. Dorſcheus in *Judicio Argentinenſi Anti-Latermanniano, Sect. III., c. 3., p. 56-59., Apologia pro iſto, contra Calixti Diſſ. de 2. Qq., hujusqve Appendicem, c. 3., p. 106. 107., Collatione ad Concil. Sirmienſe, p. 137-140. 181-191.*, & *Proœmio Diſſ. de LXX. Hebdomadibus*, Argentinæ A. 1651. editæ, Paulus Röberus *in Fide Catholica de myſterio Trinitatis, ex utroqve Teſtamento, tam vetere, qvam novo, luculenter demonſtrata*, Jac. Wellerus im Wegweiſer der Gottheit JEſu Chriſti, & der erſten Probe der Calixtiniſchen Verantwortung, Joh. Hülſemannus *in Dialyſi Problematis Calixtini*, Joh. Scharfius *in Programmate auſpicali, A. 1649. publicato, Reſponſione ad Calixti Programma contrarium, Fide Catholica de divinitate Chriſti, Fidei Catholicæ de univerſali Dei gratia Prologo, & Proteſtatione adverſus atrocia G. Calixti ſcandala*, Mich. Havemannus, Ducatus Bremenſis Superintendens, *in Theognoſia antiqviſſima, Moſaica, Prophetica, Rabbinica*, Fribergæ A. 1651. *in 12.* edita, Pet. Haberkornius *in Syntagmate Diſſertationum de tremendo SS. Trinitatis myſterio*, Abr. Calovius *in Aſſertione invicta pluralitatis perſonarum divinarum e V. T., Theſibusqve Anti-Syncretiſticis p. 6.*, & locis *Tomorum trium priorum Syſtematis Theologici* ac *Harmoniæ Calixtino-Hæreticæ*, iſtic allegatis, Joh. Michaelis, Theol. Gryphiswald., *in Diſp. Inaug. de myſterio SS. Trinitatis e ſolius V. T. libris demonſtrabili*, Joh. Ben. Carpzovius Jun., *in Diſp. de myſterio Trinitatis maxime e V. T. ſcriptura demonſtrato*, Joh. Andr. Qvenſtedius *Diſp. II. in Teſtamentum Davidicum*, Mich. Siricius *in Decade Diſputt. Theol.*, Gieſſæ A. 1669. edita, *Diſp. VI.*, Ad. Rechenbergius *in Diſp. de ſana in Theologia curioſitate, p. 20.*, & plures alii. Plerorumqve e ſcriptis his, & apologiarum Dorſcheo, Wellero, Scharfio & Hülſemanno, a Calixto oppoſitarum, hiſtoriam titulosqve integros, in præcedenti adverſariorum indice, *§. 75-85.*, jam exhibuimus. E Reformatis idem dogma Calixtinum Marcus Frid. Wendelinus (teſte Georg. Mœbio *in Vindiciis Hutterianis contra Wendelinum, Diſp. III. p. 69.*) obelo notavit, e Socinianis autem Dan. Zwickerus (*in Irenico-maſtige convicto, p. 530. 531.*), velut doctrinæ ſuæ favens, immerito allegavit, a Sev. Walth. Slutero (*in Exerc. de præſidiis generalibus Heterodoxorum p. 41. 42.*) refutatus. Steph. Curcellæo, Remonſtrantium doctori, qvod Socinianis noſter faverit, ex eodem, ni fallor, probare conato, dextre itidem a Sam. Mareſio, Theologo Reformato Groningenſi (*in Defenſione fidei Catholicæ contra Curcellæum, Sect. II., §. 15-20., p. 24. 25.*), eſt reſponſum. Approbarunt illud & defenderunt, præter Helmſtadienſes & Regiomontanos noſtri aſſeclas & hyperaſpiſtas, Thom. Reineſius *Ep. XI. ad Joh. Vorſtium p. 32.*, & Nicol. Hier. Gundlingius *P. I. Hiſtoriæ Philoſ. Moralis, c. 7., p. 95.*

§. XC.

Accuſatur 13. qvod filium Dei Angelum in V. T. (præterqvam Eſ. IX. 6. & Mal. III. 1.) ullibi vocari, aut ſub forma angelica Patribus V. T., ante incarnationem, apparuiſſe, ſit inficiatus, ſecusqve ſentientes Arianis gratificari aſſeruerit,

in

in Hiſtoria Joſephi (*ad Gen. XLVIII. 16.*) *p. 56. & ſeqq.*, *Diſſ. de myſterio SS. Trinit. Th. 24.*, *Diſſ. de 2. Qq. Parte poſteriori, & ejuſd. Appendice, ac Confutatione Welleri vernacula* §. *94-120.* Contra hanc ſententiam, & pro angelicis Chriſti in V. T. apparitionibus, depugnarunt Saxonici, *in Conſenſu repetito, Art. I., Punct. VI., p. 19. 20. 21., & Art. III., P. III., p. 44. 45.*, J. G. Dorſcheus *in Judicio Argentinenſi Anti-Latermanniano, Sect. III. c. 2., p. 51-56., Apologia illius, cap. 2., p. 50-106., Collatione ad Concilium Sirmienſe p. 141-181., & P. II. Vindiciarum ad Exodum, Diſp. IX., p. 190-205.*, Jac. Wellerus (cui *Confutationem* noſter oppoſuit vernaculam) im Wegweiſer der Gottheit J. C., Joh. Scharfius *in Diſp. de Angelo fœderis, faciei Jehovæ & magni conſilii*, Witeb. A. 1652. propoſita, Abr. Calovius & Ad. Spenglerus in Diatribis *de apparitionibus Filii Dei in V. T.* itidem Witebergenſibus, §. *80.* jam memoratis, idem Calovius *in Theſibus Anti-Syncret. p. 6.*, locisqve *Syſtematis*, *Harmoniæ Calixtino-Hæreticæ* & *Conſid. Arminianiſmi*, iſtic allegatis, & Henr. Kippingius *in Diatribarum*, qvas *Notis* ſuis ad Joh. Pappi *Epitomen Hiſt. Eccl.* ſubjunxit, *tertia, p. 257-272.*

14. Qvod Angelos pro nobis orare ſtatuerit. Qvæ θέσις ei tribuitur, ac heterodoxis accenſetur, a Joh. Conr. Danhauero *in Sigalione p. 145.*

15. Qvod ſtatum purorum naturalium homini, ante lapſum, cum Pontificiis, tribuerit, *in Epitome Theol. p. 94. 95., Diſp. de Peccato Originali*, A. 1649. edita, *Th. 15. & 22.*, ac *P. II. Refutationis Buſcheri vernaculæ Art. V.* Contra hunc inſurrexere Caſp. Pfafradius, collega Helmſtadienſis, in *Præfatione* (de qva §. *40.* jam dictum) prolixa, Lutheri *libro de ſervo arbitrio* A. 1619. præmiſſa, Statius Buſcherus *in Crypto-papiſmi Helmſtad. Art. II.* (*P. II. Apologiæ* Calixti *Anti-Buſcherianæ*, Art. V., refutato), Saxonici *in Conſenſu Repetito, Art. II., Punct. I., p. 22. 23.*, Joh. Hülſemannus *in Vindiciis dictorum Scripturæ p. 28.*, Joh. Scharfius *in Diſp. de gratia redemptionis*, §. *10.*, Abr. Calovius *in Theſibus Antiſyncret. p. 6.*, locisqve ſcriptorum aliorum, illic citatis, Joh. Ad. Oſiander, Theologus Tubingenſis, *in Deo in lumine naturæ repræſentato p. 32. 33. 34.*, & Dan. Hartnaccius, *in Q q. XXIV. inter Theologos controverſis, Qv. V., p. 19-23.*

16. Qvod corpora Protoplaſtorum, in ſtatu integritatis, natura fuiſſe mortalia, dono autem Dei ſupernaturali immortalia, docuerit. *V. Epit. Theol. p. 95. 96. 97., Tr. de pactis Dei cum hominibus, Th. 15., Exerc. de Pecc. Orig., Th. 10. & 15.*, & *Digreſſ. de arte nova Nihuſii p. 265. 266.*, ac, ex Adverſariis, Saxonicos *in Conſenſu repetito. Art. II., P. IV., p. 27. 28.*, Calovium in *Theſibus Anti-Syncret. p. 7.*, ſcriptisqve, qvæ ibi allegat, aliis, ac *Diſp.* peculiari *de immortalitate primorum parentum in ſtatu integritatis*, Regiomonti A. 1641. edita, Mich. Siricium *in Diſcurſu de lacrymis Chriſti p. 90. 91. 92.*, & Dan. Hartnaccium *l. c., Qv. 6., p. 23-31.*

17. Qvod, *in Epit. Theol. p. 133.*, Deum *cauſam peccati indirecte, improprie & per accidens, eſſe*, ſcripſerit. Qvæ phraſis (in editione poſteriori, vocem *dici* pro *eſſe* ſubſtituente, mutata & mitigata) ſubinde ab eo poſtea eſt dextre explicata, &, contra adverſarios, ipſorum etiam Witebergenſis Academiæ Theologorum antiqviorum, Phil. Melanchtonis, Æg. Hunnii, Dav. Rungii, Georg. Mylii, Leonh. Hutteri & Frid. Balduini, eadem uſorum, teſtimoniis, vindicata, in *Diſp. de peccato, Th. 83., Theſibus de providentia, Dei Th. 39. 40., Parte II. Apologiæ contra Buſcheri Cryptopapiſmum Germanicæ, Art. VII., Sect. I., p. 288-305.*, & *Programmate pro locutione hac ſua, ad auditores, peculiari*, ibidem *p. 305-312.* exhibito, *Appendice item ad Diſſ. de 2. Qq.*, §. *13. 29.*, *Apologiæ contra literas Elect. Saxonici* edit. tertia auctiori, *Refutationi Welleri* adjecta, §. *4.* (*lit. Dd. 1. 2. 3. 4.*), & der Antwort auf Hülſemanni meiſterliches Muſter, §. *75.* Ingenti hanc vehementia, poſt Balth. Menzerum (qvi primum, *in Epiſtola ad Henr. Wideburgium*, §. *40.* recitata, ceciniſſe videtur claſſicum), e zelotis, impugnarunt Statius Buſcherus (a noſtro *l. c.* fuſe refutatus) *in Crypto-Papiſmo Helmſtadienſi, Art. VII., §. 1. 2.*, Joh. Georg. Dorſcheus, qvi, *in Collatione ad Concil. Francofurt. p. 125.*, omiſſis ſophiſtice particulis reſtrictivis *indirecte, improprie & per accidens*, τῷ καλλίςῳ *aſſertionem, a qva ſaniores Ethnici abhorruerunt, Deum ſine ſummæ ſanctitatis contaminatione poſſe dici cauſam peccati*, tribuere non erubuit, & fraudem hanc, impudentiæ ab illo, *in Apol. ad literas Elect. Sax.*, §. *4.* (*lit. Dd. 4. a.*), merito inſimulatam, *in Notis ad Theologum Latronem p. 291. 292. 293.*, perqvam infeliciter eſt tuitus, Saxonici *in Conſenſu repetito, Art. II., P. V., p. 28. 29.*, Abr. Calovius in *Theſibus Anti-Syncret. p. 5.*, ſcriptisqve aliis, iſtic citatis, &, qvi hos ſeqvuntur, Joh. Gvilh. Baierus (ab Hartnaccio *P. III. Bibliothecarii Hodegi p. 204.* laudatus) *in Compend. Theol., P. II., c. 3.*, §. *4.*, Juſtus Chriſtoph. Schomerus *in Collegio Controv. noviſſ., c. 9., p. 88.*, ac Ad. Rechenbergius *in Diſſ. de eruditorum loqvendi licentia*, §. *32.* Imo, ex ipſis Reformatis, Georg. Stannarius, Prof. Marpurg., *in Regulis Philoſophicis*, Marpurgi A. 1661. editis, phraſin hanc Calixtinam, per aliqvot folia, ſi Hartnaccio (*l. c. p. 1. 1. 152.*) tuto credi poteſt, reprehendit. Commode tamen eandem, ſemel tantum a Calixto, in *Epitome Theologica*, autore inſcio edita, uſurpatam, nec deinceps, ſcandali accepti metu, iteratam, explicarunt atqve excuſarunt, Frid. Ulr. Calixtus, filius, *in Demonſtratione liqvidiſſima, Conſenſui repetito oppoſita, p. 110 & ſqq.*, Acad. Helmſtadienſis Profeſſores *in Pietate Acad. Juliæ p. 17. 18., & Paraphraſi hujus Germanica* (der Schutzrede) *p. 55. 56. 57.*, Jac. Martini, Theol. Witeb. (de qvo §. *78.* plura diximus), *in Tr. de cauſa peccati, Diſp. VIII*, Theologi Jenenſes *in Judicio de Conſenſu repetito vernaculo*, per Joh. Muſæum ſcripto, & a Calovio *L. 3. Hiſt. Syncret., c. 8.*, publicato, *p. 1025. 1026.*, & Joh. Reinbothus, Theol. Holſaticus (Calixtum terminum cauſæ per accidens ſenſu innoxie adhibuiſſe obſervans Svareziano), *in præfat. Concordiæ Evangelicæ M. Andr. Lonneri p. ult.* Imo Chriſt. Dreierus, Acad. Regiomontanæ Theologus, hunc loqvendi modum, ceu accuratum & neceſſarium, ex profeſſo defendere non dubitavit, *in ſolida Vindicatione Sanctitatis Dei*, A. 1654. edita, cui ab Abr. Calovio *ſolida Diſcuſſio ſcandaloſi Tractatus D. C. Dreieri, qvo, ſub religioſo Vindiciarum ſanctitatis Dei Schemate, Deum omnium peccatorum, ſcelerum flagitiorumqve, cauſam per accidens facere impio auſu molitur*, eodem A. 1654. Witebergæ (*in 4.*) eſt oppoſita.

§. XCI.

Accuſatur 18. qvod, peccatum originale, non poſitivum qvid, ſed carentiam tantum ſive privationem juſtitiæ originalis, eſſe docuerit. V. *Epitomen Theol. p. 106. 113., Exerc. de pecc. orig. §. 27. 28. 61. 62. &c.*, & *P. II. Apologiæ contra Buſcheri Cryptopap. vernaculæ, Art. V., p. 78-220.*, atqve, ex adverſariis, Statium Buſcherum *in Cryptopapiſmo Helmſt., Art. II.* (cui fuſe *l. c.* a noſtro eſt reſponſum), Saxonicos *in Conſenſu repetito, Art. II., Punctis VIII. IX. & X., p. 31-35.*, Abr. Calovium *in Theſibus Anti-Syncr. p. 7.*, & iſtic citata *Harmonia Calixtino-Hæretica p. 3. 7. 397. &c.*, ac Dan. Hartnaccium *in Qq. XXIV. inter Theologos controverſis, Qv. VII., p. 32-45.*

19. Qvod animarum humanarum, ſimul cum peccato originali, propagationem per traducem, qvam vocant, rejecerit, contra autem creationi earundem ſit patrocinatus. Ob ſententiam hanc, *in Diſſ. de pecc. orig.*, §. *66. & ſeqq.*, *Apologia adverſus Epiſtolam Elect. Sax.*, §. *27.* (*lit. Rr. 2. b. & Rr. 3. a.*), & tractatu peculiari (qvem Joh. Zeiſoldus, Prof. Jen., *in Diatriba pro creatione animæ Hiſtorico-Theologica, p. 120.*, laudat) ἀνέκδοτῳ, propoſitam, &, cum

 Theolo-

Theologis ac Philoſophis, non ſolum Helmſtadienſibus, Regiomontanis & Rintelienſibus, ſed Jenenſibus etiam (a qvibus adverſus Witebergenſes ſtrenue eſt defenſa), & Lutheranis aliis qvamplurimis, ipſi communem, contradictum ei eſt a Saxonicis Electoralibus, *in Conſenſu repetito, Art. II., Punct. VI. & VII., p. 29. 30. 31.*, J. G. Dorſcheo *in Diſp. de ſpeciei & animæ humanæ propagatione, ad Gen. I. 28.*, traducem contra illius & Lucæ Gernleri, Theologi Baſileenſis, argumenta atqve objectiones propugnante, *Theologicarumqve Diſſertationum Pentadecadi*, in editionibus ſecunda & tertia, Argentinæ A. 16.. & Francofurti A. 1693. excuſis (*teſte Joh. Fechtii Præfat. ad Dorſchei Comm. in IV. Evangg., lit. f. 3. a.*), ſubjuncta, Abr. Calovio *in Theſibus Anti-Syncret. p. 7.*, & *Harmonia Calixtino-Hæretica* (qvam hæ allegant) *p. 461. &c.*, ac Jac. Thomaſio, Prof. Lipſ., *in Diſſ. de origine animæ humanæ*, Lipſiæ A. 1669. edita, *p. 46. & ſeqq.* Defendit vero parentis doctrinam Frid. Ulr. Calixtus, filius, in *Exercitationum de creatione animæ, potiſſimum rationalis, Dogmatisqve huic doctrinæ annexis, VII. Speciminibus*, Helmſtadii A. 1689. *in 4.* publicatis, plenioremqve eorundem deductionem, in literis ad me, eodem anno exaratis, eſt pollicitus.

20. Qvod, peccatum originis ſolum cauſam adæqvatam damnationis eſſe, *in Lib. de bono perfecte ſummo p. 68.*, & *Exerc. de Pecc. orig. §. 37.*, negarit. V. Saxonicorum *Conſenſum repetitum, Art. II., Punct. XIII., p. 37. 38.*, & Abr. Calovii *Theſes Anti-Syncret. p. 7.*, aliaqve ſcripta iſtic citata. Sed, falſo hanc ei affingi ſententiam, in Acad. Juliæ *Apologia contra Æg. Straubium vernacula, p. 23. 24. 25.*, abunde eſt probatum.

21. Qvod, *in Epit. Theol. p. 125.*, peccata renatorum regnantia in numerum retulerit venialium. Qvem craſſum errorem e verbis ſuis, contrarium docentibus, ſed maligne detortis, a Joh. Hülſemanno, *in Præfat. Dialyſeos Problem. Calixtini p. 76.*, & dem Muſter *Calixtini*ſcher guter Wercke *p. 25.*, eſſe exſculptum, ſibiqve falſo itidem exprobratum, ipſe, in der Antwort auf das meiſterliche Muſter Hülſemanni, *§. 18. 19. 20.*, ὀφθαλμοφανερῶς demonſtravit.

§. XCII.

Accuſatur 22. qvod doctrinam de Meſſiæ, ſive Chriſti, deitate, morte, paſſione & reſurrectione, in V. T. obſcurius initio, & deinde paulatim clarius, longe autem clariſſime in N. T. demum, revelatam, nec ab omnibus fidelibus, V. T. tempore, ac in diebus exinanitionis Chriſti, explicite eſſe cognitam ac creditam, nec iisdem cognitu credituqve ad ſalutem fuiſſe neceſſariam, contenderit. V. qvæ de hoc problemate ab eo diſſeruntur, breviter qvidem *in Exerc. de Myſterio Trinitatis §. 6.*, *Diſſ. de 2. Qq. §. 5.*, *ejusqve Appendice §. 17.*, fuſius autem in *Confutatione Jac. Welleri Germanica, Hodegi ejus Deitatis Chriſti oppoſita calumniis, §. 63. 64. (lit. I. 3. a. b.) & 87. 88. 89. ac ſq. (lit. M. 4. N. 1. N. 2.)*, *Apologia item contra Elect. Sax. literas vernacula auctiore, iſti ſubjuncta, §. 15-20. (lit. Gg. 3-Kk. 2.)*, hujusqve *Prolegomenis, §. 21-26. (lit. Bb. 1-Cc. 3.)*, ac Appendice (*lit. Yy. 3. & 4.*). Impugnarunt ejus ſententiam Saxonici *in Conſenſu repetito, Art. III., Punct. I. & II., pag. 38-43.*, Jac. Wellerus (cui a noſtro in Confutatione citata fuſe eſt reſponſum) im Wegweiſer der Gottheit J. C., der erſten Probe Calixtiniſcher Verantwortung, & dem kurtzen Entwurfe der Frage: Ob Chriſtus ſey im A. T., alß wahrer Gott, geglaubet (*de qvibus §. 76. dictum*), J. G. Dorſcheus *in Diſſ. de LXX. Hebdomadibus*, Argentinæ A. 1651. edita, *§. 73. & ſqq.*, Joh. Scharfius *in Fide Catholica de divinitate Chriſti*, & *Proteſtatione adverſus Calixti ſcandala* (*§. 79. jam memoratis*), nec non in *Fidei Catholicæ de gratia redemptionis univerſali*, (Witeb. A. 1654. publicatæ) *§. 23-40. 48-63.*, *atqve Addendis*, & *Diſp. de Meſſia, ejusqve adventu in carnem*, A. 1658. propoſita, & circa Lutheri teſtimonia, de cognita a fidelibus V. T. Chriſti Deitate, potiſſimum occupata, Abr. Calovius *in Diſp. de fide Veterum*, A. 1655. habita, & *Programmate de paſſionis, mortis & reſurrectionis Chriſti, in diebus exinanitionis ejus, ac V. T., notitia Anti-Calixtino*, A. 1675. evulgato, & in Helmſtadienſi Calixti junioris *de fide veterum* contrario mox refutato (*de qvibus §. 80., num. 10. & 14., conſulatur*), *Theſibus* item *Anti-Syncretiſticis p. 6. 7.*, locisqve *Syſtematis & Harmoniæ Calixtino-Hæreticæ*, ibi allegatis, Mich. Siricius *in Decade Diſputt. Theol.*, Gieſſæ A. 1669. excuſa, *Diſp. VIII.*, & Dan. Hartnaccius *in Qq. XXIV. inter Theologos controverſis, Qq. XXIII., p. 131. 132. 133.* Patrocinatur contra eidem, præter filium, & Apologetas alios Helmſtadienſes, Zach. Prueſchenckius, Conſil. intimus Saxo-Vinarienſis, in Epiſtola ad S. J. peculiari, A. 1650. exarata, ac in B. G. Struvii *Faſc. V. Act. Liter., p. 30. 31. 32.*, obvia.

23. Qvod, Chriſtum, ſecundum carnem, filium Dei, non naturalem, ſed adoptivum, eſſe, ſtatuerit, &, in *Programmate* prolixo, F. Nativ. Chriſti A. 1643. propoſito, adverſus Conr. Hornejum, collegam, amice (*uti §. 34. jam narratum*) defenderit. Pro filiatione naturali, contra iſtud, depugnarunt Hornejus ipſe, *Parte* II. *Diſputt. Theol.*, A. 1646. edita; *Diſp.* I., *Sect.* III., *n. 40.*, & J. G. Dorſcheus *in Collatione ad Concilium Francofurdienſe*, A. 1649. publicata, *Sect.* III., *Cap.* II. *V. & VI.*, uterqve ſuppreſſo Calixti nomine. Qvibus J. C. Danhauerus etiam, *in Sigalione p. 145.*, ſuum adjecit calculum.

24. Qvod de communicatione idiomatum divinorum, humanæ Chriſti naturæ facta, in *Epitome Theologica*, ſermone (juxta Balth. Menzeri *Epiſtolam ad Wideburgium, §. 40.*, recitatam) uſus ſit lubrico, Libri Concordiæ de hac doctrinam, *Diſp.* III. *Theol.*, *Th. 43. & ſqq.* (teſte Calovio *L. 3. Hiſt. Syncret.*, *c. 5.*), Eutychianiſmi inſimulaverit, &, in eadem *Diſp.* III., *Th. 25. & ſeqq.*, ac *Judicio de Controv. Luth. cum Reform.*, *§. 37.*, idiomata divina de humana Chriſti natura in abſtracto eſſe prædicanda negaverit. V. Witebergenſium *Antapologiam contra Rintelenſes*, a Calovio ſcriptam, *p. 36-41.* Plura ἐγκλήματα, ad hanc ſpectantia doctrinam, ſuggerent Saxonicorum *Conſenſus repetitus, Art.* III., *Punct. IV., p. 45. 46.*, & *Punctis VII. VIII. IX. X., p. 48-52.*, Caloviiqve *Theſes Anti-Syncretiſticæ pag. 7. 8.*

25. Qvod, Anteceſſores ſuos in Acad. Julia ſecutus, Ubiqvitatem, qvam vocant, ſive omnipræſentiam humanæ Chriſti naturæ (*uti §. 33. jam fuſius eſt expoſitum*), rejecerit, conceſſa illi tantum multipræſentia, juxta promiſſiones Chriſti limitanda (qvam Calovius, ſtudioſe βαρβαρίζων, *in Diſp. de officio Chriſti ſacerdotali & regio, Qv. VI.*, inepte *multivoli præſentiam* appellat). V. *Diſp.* III. *de præcipuis religionis Chriſtianæ capitibus*, *Th. 43. & ſeqq.*, *Epit. Theol. p. 160.*, *Aſſertionem de S. Euchariſtiæ ſacramento*, *Judicium de Controv. inter Luth. & Reform.*, *§ 38-47.* *Epiſtolam ad Chr. Ranzovium p. 2.*, *Reſponſum ad Erneſtum, Haſſiæ Landgravium, p. 11.*, *Confutationem Welleri Germanicam, §. 62. 124-129. (lit. I. 2. b., C. 2-U. 1.)*, *Apologiam contra literas Elect. Sax. auctiorem, huic ſubjunctam §. 1. & 23. (lit. Cc. 4. a. b. & Kk 3. a.)*, die Antwort auf Hülſemanni meiſterliches Muſter, *§. 109.) lit. Uuu. 4. b. Xxx. 1. a.)*, & *Diſcurſum MS. de origine ſententiæ & controverſiæ de omnipræſentia & ubiqvitate carnis Chriſti*, ab Andr. Kühnio (in der Eröfnung des übertünchten Calixtiniſchen Grabes *p. 18.*) allegatum. Ob ſententiam hanc (qvam e Reformatis, Joh. Hornbeckius, *Lib. IX. Summæ Controv. p. 686. 690. 691.*, & Joh. Henr. Hottingerus *in Meletematis Irenicis, Primitiis Heidelbergenſibus inſertis*, *Cap. V., p. 213.*, ſuo exceperunt applauſu) acriter ſe illi, præter plures alios omnipræſentiæ carnis Chriſti patronos, e Lutheranis, oppoſuerunt Saxonici *in Conſenſu repetito, Art. III., Puncto V., p. 46. 47.*, & *Art. X., P. IV. & V., p. 93-96.*, Jac. Wellerus *in Appendice* des Wegweiſers der Gottheit J. C. *p. 262.*

p. 262. & ſqq., & in der andern Probe Calixtiniſcher Verantwortung, *Art. II.*, J. G. Dorſcheus *in Apologia pro Judicio Argentinenſi Anti-Latermanniano, c. 1., p. 36-40.*, & *in Notis ad Or. de Theologo Latrone, p. 269-280.*, Joh. Hülſemannus im Calixtiniſchen Gewiſſenswurme, *cap. 3.*, Abr. Calovius *in Harmonia Calixtino-Hæretica p. 9-47.*, *Theſibus Anti-Syncret. p. 8.*, & *Diſſ. de officio Chriſti ſacerdotali & regio, Qv. VI.*, Andr. Kühnius *l. c. p. 18-21.*, Mich. Siricius *in Decade Diſputt. Theol.*, *Diſp. X.*, Sam. Pomarius *in Notis*, dem Hundertiährigen Ehrengedächtniſſe des Concordien-Buchs *adjectis, p. 92. 93. 94. & ſqq.*, Ad. Rechenbergius *in Diſp. de ſana in Theologia curioſitate p. 31. 32. & ſqq.*, Conr. Tyburt. Rango *in Obice Syncretiſmi p. 152. 153. & ſqq.*, & Dan. Hartnaccius *in Q q. XXIV. inter Theologos controverſis, Qv. 20., p. 120-126.*

26. Qvod in fidem Catholicam de officio Chriſti ſacerdotali & regali fuerit injurius. Qvæ criminatio eſt Abr. Calovii in Diſp. de gemino hoc officio, Witebergæ A. 1676. propoſita, *Qv. VI.* obvia, ſed a Frid. Ulr. Calixto, *in Diſcuſſione nebularum illius* (uti §. *80., num. 9.* jam indicatum) confutata.

27. Qvod, *in Epit. Theol. p. 151., meritum Chriſti eſſe aliqva ex parte infinitum*, ſcripſerit. Qvam phraſin Balth. Menzero diſplicuiſſe, Epiſtola ejus ad Henr. Wideburgium, ſupra §. *40.* recitata, teſtatur.

§. XCIII.

Accuſatur 28. qvod, *in Epit. Theol. p. 241. 242.*, *Epit. Theol. Mor. p. 267.*, *Diſſ. de Pactis Dei, n. 158.*, & *Judicio de Controv. Luth. & Reform.*, *Th. 32.*, voluntatem hominis ad ſui converſionem cooperari, innuerit. V. Saxonicorum *Conſenſum repetitum, Art. XII., Punct. II., p. 101. 102.*, & *Art. XVIII., P. I. ac II., p. 109-112*, Caloviiqve *Theſes Ant.-Syncret. p. 9.*, & loca *Harmoniæ Calixtino-Hæreticæ*, iſtic allegata.

29. Qvod Auguſtinum, in doctrina de prædeſtinatione, Reformatis eſſe ὁμόψηφον conceſſerit, *in Judicio de Controvv. Luth. & Reform., Th. 15. 23. & 26.* Ob qvam confeſſionem ei indignantur ac contradicunt Abr. Calovius *in Syncret. Calixtino, Poſtul. Spec.* II., *p. 249-281.*, *Conſideratione IV. Q q. practicarum contra Henr. Nicolai, lit. L. 4. b.*, & *Antapologia Witebergenſi contra Rintelienſes, c. 7.*, Joh. Scharfius *in Diſſ. de univerſali Dei gratia, §. 58., & ſeqq.*, ac Æg. Strauchius *in Diſſ. de Prædeſtinatianis, §. 13.*

30. Qvod, *in Epitome Theologica*, juſtificationi duas partes aſſignet, remiſſionem peccatorum, & imputationem juſtitiæ Chriſti, tanqvam diverſas. Cui θέσει Balth. Menzerus, *in Epiſt. ad Wideburgium, §. 40.* exhibita, Saxonici *in Conſenſu repetito, Art. IV., P. VII., p. 62.*, & Abr. Calovius *in Theſibus Anti-Syncret. p. 9.*, ſe oppoſuerunt.

31. Qvod, *in Annott. ad Concil. Trident.*, neminem fidelium juſtificatorum præſumere debere, ſe in numero eſſe prædeſtinatorum, ſed de ſalute ſua incertum & dubium exiſtere, docuerit. V. Abr. Calovii *Antapol. Witeb. contra Rintelienſes p. 312.*, *Theſes Anti-Syncr. p. 10. 11.*, ſcriptaqve alia, iſtic citata, J. C. Danhaueri *Sigalionem p. 145.*, & Saxonicorum (omiſſa Calixti mentione, in Joh. Latermanno hoc dogma improbantium) *Conſenſum repetitum, Art. IV., P. XIII., p. 69.*

32. Qvod fidem, qvæ pro juſtitia imputatur, a miſericordia divina ita ſtatuerit elevari, ut nobis qvaſi perfecte promereatur juſtitiam, vel ipſa ſit juſtitia. V. ejus *Epit. Theol. p. 175. 176.*, ac *Tr. de Pactis Dei, §. 42. 43. 51. 52. 60.*, ac, ex adverſariis, Saxonicorum *Conſenſum repetitum, Art. IV., P. VI., p. 61. 62.*, Abr. Calovii *Theſes Anti-Syncret., p. 11.*, ac Dan. Hartnaccii *Q q. XXIV. inter Theologos controverſas, Qv. IX., p. 53-58.*

33. Qvod, *Parte* II. *Apologiæ contra Buſcherum vernaculæ p. 375-389.*, notitiam, ſive cognitionem, fidei juſtificantis partem eſſe negaverit. Qvam θέσιν Saxonici *in Conſenſu repetito, Art. IV., P. XI., p. 67.*, Joh. Scharfius *in Diſp. de fide vera*, Witeb. A. 1656. edita, *Qv.* I., & Abr. Calovius *in Theſibus Anti-Syncret. p. 11.*, ἑτεροδοξίας inſimularunt.

34. Qvod unionem Trinitatis, & corporis Chriſti, cum corporibus fidelium, per approximationem ſubſtantiæ ad ſubſtantiam, eſſentialem, Theologos Lutheranos antiqviores, & hos inter Witebergenſes, ſecutus, rejecerit, &, velut errorem fanaticum, Joh. Hülſemanno, aliisqve recentioribus (uti §. *56.* jam monitum), ſæpius exprobraverit, ac contra, Deum in fidelibus, per virtutem tantum ſuam ac dona, habitare præſentemqve eſſe, aſſeruerit. V. loca ipſius, huc ſpectantia, *in Epitome Theologiæ Moralis p. 14.*, *Apologia contra Buſcherum vernacula*, P. II., *p. 393-418.*, *Appendice Diſſ. de 2. Q q. §. 15.*, *Exerc. de autoritate S. Scripturæ §. 111.*, *Confutationis Welleri Germanicæ Epiſt. Dedicatoria, & huic ſubjuncta Apologia contra literas Elect. Sax. auctiore, §. 12. (lit. Gg. 2. a. b.) & 23. (lit. Kk. 4. a.)*, *ejusqve Prolegomenis, §. 2. (lit. Y. 1. b.)*, inprimis autem in der Antwort auf Hülſemanni Meiſterliches Muſter, *§. 63-103. (lit. Lll. 3. a - Sss. 2. b.)*. Defendere, contra iſta, unionem eſſentialem ſunt conati Statius Buſcherus (*l. c. Partis* II. *Apol.* refutatus) *in Cryptopapiſmo Helmſtadienſi, Art. VII., §. ult.*, Saxonici *in Conſenſu repetito, Art.* I., *Puncto V., p. 19.*, & *Art.* III., *P. VI., p. 47. 48.*, Joh. Hülſemannus im Calixtiniſchen Gewiſſenswurme, *cap. 8. 9. & 10.*, & *in Prælectionibus poſthumis in Form. Concordiæ, in Appendice ad Art. XII.*, Dan. Pfeiffius in *Diſſ.* peculiari *de unione myſtica Chriſti & fidelium*, Argentinæ A. 1648. edita, & §. *84.* jam memorata, hujusqve contra cenſuram noſtri (in der Antwort auf Hülſemanni Meiſterliches Muſter, §. *102. & 103.*, obviam) hyperaſpiſtes Joh. Georg. Dorſcheus, *in Notis ad Or. de Theologo latrone, p. 209-219.*, Abr. Calovius *in Theſibus Anti-Syncret. p. 5. 6.*, locisqve *Syſtematis Theologici*, iſtic citatis, & Ad. Rechenbergius *in Diſp. de ſana in Theologia curioſitate p. 42. 43.*

§. XCIV.

Accuſatur 35. qvod, abſtinentiam ab operibus carnis, obſeqvium legi divinæ præſtandum, amorem proximi, & vitæ ſanctimoniam, ad evitandam damnationem, & beatitudinem regni cœleſtis conſeqvendam, neceſſaria eſſe, ſerio inculcaverit. V. Digreſſionem hujus argumenti ad Gen. XXXIX. 11. ac ſqq., *in Hiſtoria Joſephi, p. 13-21.*, inſtitutam, qvam ſeorſim deinde A. 1651., adjectis brevibus illius, contra Joh. Hülſemanni *Epiſtolam ad Mislentam Præfationemqve Dialyſeos*, Vindiciis, ſub finem *Confutationis Welleri*, cæterarumqve Apologiarum vernacularum, curavit recudi, *Epitomen Theol. Mor. p. 3. 4.*, *Refutationem Crypto-Papiſmi Buſcheriani*, P. II., *Art. IV., p. 74-77.*, & *Art. VII., n. IV., p. 341-375.*, *Exerc. de autoritate S. Scripturæ, §. 110. 111.*, & die Antwort auf das Meiſterliche Muſter Joh Hülſemanni, *§. 22-64. 80-84.* Spectat huc etiam *Tractatus* ejus peculiaris *de neceſſitate actuum pietatis, novitatis vitæ, & obſervantiæ præceptorum divinorum, ad ſalutem*, ἀνέκδοτος, Hülſemanno itidem oppoſitus, de qvo §. *82.* allata poſſunt relegi. Notandum vero, Calixtum propoſitione illa, *Bona Opera ad ſalutem eſſe neceſſaria*, qvæ, a collega Conr. Hornejo, poſt Georg. Majorem, uſurpata & defenſa, tot inter Theologos motibus occaſionem præbuerat, licet ſenſum eam non incommodum admittere fateretur, ob ὁμωνυμίαν tamen termini *Bonorum operum*, abuſum Pontificium ſcandalumqve domeſticum, ſtudioſe abſtinuiſſe, &, ſe illa nec uſum unqvam eſſe, nec uſurum, ſed alias enunciationes biblicas æqvipollentes in locum ejus ſubrogaturum, in ſcriptis ſæpius ſignificaſſe publicis. V. die Wiederlegung Welleri, *§. 22. 23. 133. 134.*, die Antwort aufs Meiſterliche Muſter Hülſemanni, *§. 23. 25. 28.*, *Appendicem Excerptorum Hiſtoriæ Joſephi, lit. b. 1. b.*, & Friderici Ulrici, filii, *Tr. de hæreſi & ſchiſmate*, P. II., *§. 88. 89.*

p. 228. 229. Nec tamen moderatione hac ſua & prudentia evitare potuit, qvo minus & hæc de vitæ ſanctioris neceſſitate doctrina, veriſſima licet & omnibus inculcanda, a zelotis compluribus importunis, & de Chriſtianiſmi degeneris emendatione minus ſollicitis (qvorum nonnulli Hornejanam iſtam propoſitionem illi etiam falſo imputare atqve exprobrare non erubuerunt), ceu heterodoxa, vehementer impugnaretur. Factum id eſt, poſt Henr. Höpfnerum (de cujus Epiſtola ad noſtrum privata, A. 1641. ſcripta, §. *46.* eſt dictum), a Saxonicis *in Conſenſu repetito, Art. IV., Punctis IV. VI. VIII. XII. XIV. & XVI., p. 59-73.*, Joh. Hülſemanno *in Epiſtola ad Cæleſt. Mislentam A. 1646. exarata, Dialyſeos Problematis Calixtini præfatione*, & dem Muſter und Außbund Calixtiniſcher guter Wercke (de qvibus, a noſtro A. 1651., in der Antwort auf Hülſemanni meiſterliches Muſter, & *Appendice Excerptorum Hiſtoriæ Joſephi Apologetica*, refutatis §. *82.* conſulatur), nec non *in Brevi Inſtructione Studioſorum Lipſienſium, qvid de reſuſcitatione & excuſatione Phraſeos Majoriſticæ:* Bona opera ſunt neceſſaria ad adipiſcendam vitam æternam, *ſtatuendum*, Lipſiæ A. 1650. *in 4.* edita, ac dem Calixtiniſchem Gewiſſenswurme, *Capp. IV. V. VI. & VII.*, Joh. Georg. Dorſcheo *in Judicio Argentinenſi Anti-Latermanniano, Sect.* III., *c. 4., p. 59-62.*, Joh. Scharfio *in Novitatum Calixtinarum Luſtratione ſecunda de Bonis operibus, & eorum neceſſitate*, Witebergæ A. 1658. *in 4.* (*teſte Lipenio* P. I. *Biblioth. Theol. p. 178.*) excuſa, Abr. Calovio *in Theſibus Anti-Syncret. p. 10. 12.*, locisqve ſcriptorum aliorum Eriſticorum, qvæ illic cumulat, plurimis, Joh. Frid. Königio *in Acropoli ſalutis, ſeu Diſſ. in Rom.* III. *22. & ſqq.*, Gryphiswaldiæ A. 1653. propoſita, *c. 3., §. 14.*, Andr. Kühnio in der Eröffnung des übertünchten Calixtiniſchen Grabes *p. 21-32.*, Dan. Hartnaccio *in Qq. XXIV. inter Theologos controverſis, Qv. X. & XI., p. 58-92.*, aliisqve pluribus. Apologetarum doctrinæ hujus, Helmſtadienſium pariter atqve aliorum, non minor eſt numerus. E qvibus ſolum jam Thomam Reineſium, Polyhiſtorem, allegamus, inclytum, phraſi etiam Hornejanæ peculiari de illa patrocinatum Judicio, qvod *Epiſtolis ejus ad Joh. Vorſtium*, Col. Brandeb. A. 1667. publicatis, eſt inſertum, & harum ſecundæ, *p. 12-15.*, ſubjunctum.

36. Qvod meritum aliqvod bonis tribuerit operibus, *in Digreſſ. de Arte nova p. 412. & ſeqq.* Meram hanc eſſe calumniam, a Statio Buſchero, *Art. III. Crypto-Papiſmi Helmſtadienſis*, maligne confictam, fuſe ab ipſo, *P. II Apologiæ contra Buſcherum vernaculæ, Art. IV., p. 37-74.*, eſt oſtenſum. Qvod Calovium, *in Theſibus Anti-Syncret. p. 12.* audacter eandem recoqventem, latuiſſe vix credo.

§. XCV.

Accuſatur 37., qvod diſcrimen V. & N. T., pactiqve legalis & evangelici, in *Epitome Theologica* (de qva Balth. Menzeri cenſuram, huc ſpectantem, §. *40.* invenies), *Epitome Theologiæ moralis p. 71.*, & *Tractatu* præſertim *de Pactis Dei cum hominibus* peculiari, explicans, a vulgari Theologorum ſententia, in nonnullis, receſſerit. Enumerant hæc & diſcutiunt Saxonici, *in Conſenſu repetito, Art. V. p. 73. 74. 75.*, Joh. Hülſemannus *in Prælectionibus in Breviarium Theol.* poſthumis, Tractatum *de Pactis Dei* Calixtinum *p. 1176-1182.* impugnantibus, & *Refutatione* ejusdem (qvam reliqviſſe in *Catalogo ſcriptorum* perhibetur) ἀνεκδότῳ, Abr. Calovius *in Theſibus Anti-Syncret. p. 12. 13.*, & *Harmonia Calixtino-Hæretica p. 1087. ac ſqq.*, & Dan. Hartnaccius *in Qq. XXIV. inter Theologos controverſis, Qv. 13-19., p. 96-120.*

38. Qvod, in eodem *Tr. de Pactis Dei, Th. 74. 79. 91.*, pactum legale, ſive Moſaicum, proſperitatem ferme tantum & eminentiam externam ac temporariam Judæis promiſiſſe, docuerit. Hanc ſententiam ei tribuunt atqve impugnant Abr. Calovius *in Theſibus Anti-Syncret. p. 12, 13.*, *Harm. Calixtino Hær. p. 1093. & ſqq.*, & *Diſſ.* peculiari *de Vitæ æternæ in V. T. promiſſionibus*, Hartnacciusqve *l. c., Qv. 14. 15. & 16., p. 100-114.*

39. Qvod, ſacrificia V. T. directe & per ſe non alio tetendiſſe, qvam ad munditiem carnis, ſeu externam admiſſionem ad conventus Eccleſiaſticos & civiles, in eodem *Tr. de pactis, Th. 90. & ſeqq.*, aſſeruerit, & hac ratione typicam paſſionis & mortis Chriſti adumbrationem, iis factam, extenuaverit. V. Calovii *Theſes Anti-Syncret. p. 13.*, *ac Harm. Calixtino-Hæret. p. 1100.*, & Hartnaccium *l. c., Qv. 18., p. 117. 118. 119.*

40. Qvod de Sacramentis, in *Epitome Theologica*, ita loqvatur, ut placere Calvinianis qveat. V. Balth. Menzeri *Epiſt. ad H. Wideburgium*, ſupra §. *40.* recitatam.

41. Qvod, Sacramentorum veram conſtitutionem, & numerum definitum, nec e Scriptura, nec e veterum conſenſu, colligi & probari poſſe, *P. I. Reſponſi contra Moguntinos, §. 103., & in Conſideratione doctrinæ Pontificiæ juxta Concil. Trident., ad Seſſ. VII. §. 1.*, affirmaverit. V. *Conſenſum repetitum, Art. IX., Punct. I., p. 81. 82.*, & Calovii *Theſes Anti-Syncretiſt. p. 13.*

42. Qvod, *in Diſſ. de Baptiſmo, §. 122. 171. 193.*, infantes baptizatos fide, non propria, ſed aliena Eccleſiæ, parentum & ſuſceptorum, illis imputata, ſalvari, ſtatuerit. V. *Conſenſum repetitum, Art. IX., Puncto IV., p. 85. 86. 87.*, Calovii *Theſes Anti-Syncret. p. 10. 13.*, ſcriptaqve alia, iſtuc citata, ac *Antapologiam Witebergenſem contra Rintelienſes p. 477. 484.*

43. Qvod, S. Cœnam ſacrificium mortis Chriſti memorativum & repræſentativum haberi & appellari poſſe, judicaverit. V. *Exerc. de Sacrificio Chriſti ſemel in cruce oblato & initerabili, §. 47. 50. 97. 99. 120. 126. 133. 135., & P. II. Apologiæ contra Buſcherum, Art. VI. p. 221-288.* Qvæ ſententia a Statio Buſchero, *in Cryptopapiſmo Helmſtadienſi, Art. VI.*, Saxonicis *in Conſenſu repetito, Art. X., Puncto VII., p. 98. 99.*, & Calovio *in Theſibus Anti-Syncret. p. 14.*, ac *Harmonia Calixtino-Hæretica p. 782.*, eſt impugnata.

§. XCVI.

Accuſatur 44., qvod, Lutheri (in ſcriptis prioribus) & Melanchthonis ſecutus ſententiam, Pontifici Romano, in Eccleſia univerſali primatum dignitatis & ordinis inter Epiſcopos reliqvos, in occidentali vero primatum etiam poteſtatis cujusdam, & jura (jure humano, non divino) patriarchalia, concedi poſſe, *in Digreſſ. de arte nova Nihuſii p. 344. & ſqq.*, & *in Proœmio Commonitorii Vincentii Lirinenſis p. 160.*, exiſtimaverit. Qvam aſſertionem ſuam, a Statio Buſchero, *in Cryptopapiſmo Helmſtadienſi, Art. V.*, Calovioqve *in Theſibus Anti-Syncret. p. 15.*, *ac Harmonia Calixtino-Hæretica p. 784.*, impugnatam, ipſe *Parte* II. *Apologiæ contra Buſcherum vernaculæ, Art.* III., *p. 21-36.*, adverſus hunc, dextre vindicavit.

45. Qvod Pontificem Romanum Antichriſtum eſſe non crediderit. Qvod ex ſcriptis ejus fuſe oſtendere conatus eſt, eiqve, ob lenitatem hanc, indignatus, Joh. Hülſemannus *in Prælectionibus in Breviarium ſuum Theologicum poſthumis, p. 1230. 1231.*

46. Qvod, nec beatitudinem, nec damnationem eſſentialem & perfectam, in animas ſeparatas, ante diem extremum, conferri, *in Diſſ. de igne purgatorio Th. 7., Tr. de Pactis Dei, §. 17., & Diſp. de ſtatu animarum ſeparatarum, Th. 16.*, docuerit. V., ex adverſariis ejus, Saxonicos *in Conſenſu repetito, Art. XVII., Puncto* I., *p. 106. 107.*, Joh. Hülſemannum *in Prælect. in Form. Conc. poſthumis, Art. XX., Sect. 2. 3. & 4., p. 965-981.*, Joh. Meisnerum *Diſp.* II. *de ſtatu animæ ſeparatæ, Th. 7. & ſeqq.*, & Calovium *in Theſibus Anti-Syncret. p. 15.*

47. Qvod

Digitized by

47. Qvod *in Lib. de Extremo judicio p. 117. 118. 119.*, fideles aliqvod diſcuſſionis divinæ in conſcientiis ſuis judicium, in die extremo, eſſe ſubituros, cum Pontificiis, ſtatuerit, impugnatus idcirco a Joh. Andr. Qvenſtedio *in Diſſ. de die Pantocritico, Qv. 6.*

48. Qvod viſionem Dei beatificam pro intellectuali tantum habuerit. V. Henr. Phil. Herwarti, huic ſe opponentis ſententiæ, *Tr. de raptu Pauli, ex 2. Cor. XII.; p. 126. & ſqq.*

49. Qvod, *in Libro de Bono perfecte ſummo p. 68.*, infantes non baptizatos poenam tantum privativam ſive damni, non autem ſenſus, toleraturos, conjecerit. *V. Conſenſum repetitum, Art. XVII.*, *Puncto* II., *p. 108.*, & Calovii *Theſes Anti-Syncret. p. 15. 16.*

50. Qvod, *in Notis ad Concil. Trident. Seſſ. 25.*, Sanctorum defunctorum invocationem, ſi deſideria illi noſtra ſcire poſſent (qvod tamen fieri poſſe ſimul negavit), licitam & utilem fore crediderit. V. *Conſenſum Repetitum, Art. I.*, *Puncto* I., *p. 114. 115.*, & Calovii *Theſes Anti-Syncret. p. 16.*, ac confer, qvæ de alia ἐγκλήματος hujus, e προσφωνήσει ad filium primogenitum, Joh. Ericum, ſuperſtiti ereptum, valedictoria, occaſione, geminaqve Frid. Ulrici, filii natu minoris, adverſus iſtud pro parente apologia, ſupra §. 21. jam narravimus.

51. Qvod, *in Exerc. de ſacrificio Chriſti, ſemel in cruce oblato & initerabili, Th. 74-79.*, Lutherum aliosqve ſecutus, preces, pro defunctis, ad mitigandum electis examinis in judicio divino rigorem, effuſas, non improbandas, ſed permittendas, cenſuerit. Ob qvam ſententiam a Statio Buſchero qvidem, *Art. VI. Cryptopapiſmi Helmſtadienſis*, & Calovio *in Theſibus Anti-Syncret. p. 16.*, *Harmoniaqve Calixtino-Hæretica p. 788.*, ἑτεροδοξίας eſt inſimulatus, ſed falſo hoc fieri ipſemet, *P. II. Apologiæ, Buſchero oppoſitæ, Art. VI.*, *§. 26-30.*, *p. 247-254.*, abunde oſtendit.

§. XCVII.

Pleraqve hactenus noſtri dogmata, ab adverſariis, & zelotis præſertim Lutheranis, impugnata, recenſuimus, nec eorum, qvæ momenti alicujus eſſe videntur, ullum omiſimus. Pars horum maxima Qvæſtiones ſpectat problematicas, fundamentum fidei, ſive affirmentur, ſive negentur, neutiqvam labefactaturas, inqve iſtis ὁ μακαρίτης, pro ſententia ſua, plerumqve, præter rationes haud contemnendas, luculenta, vel ipſius S. Codicis, vel Patrum, Lutheri, aſſeclarumqve hujus vetuſtiorum, imo ſæpius Theologorum qvoqve Saxonicorum ac Witebergenſium, allegavit teſtimonia. E cæteris manifeſtæ qvædam ſunt veritatis, in Apologiis, partim ipſius, partim vero aliorum, abunde contra antagoniſtarum vindicatæ ſophiſmata, qvædam vero falſo ac maligne ipſi afficta, nec unqvam pro ſuis, vel ab eo, vel a ſucceſſoribus & diſcipulis, agnita. Qvæ cum ita ſint, zelotas, ut tot tantasqve, ob illa, turbas, ſummo cum Eccleſiæ ſcandalo ac detrimento, excitarent, atrociterqve adeo, inita inter ſe conſpiratione, in noſtrum ſævirent, non veritatis divinæ amorem, boniqve eccleſiæ publici ſtudium, ſed cauſas alias, *§. 33-36.* jam detectas, impuliſſe, nemo non cordatus & tranqvillitatis eccleſiaſticæ ſtudioſus, ex hactenus narratis, agnoſcet. Fuſius atqve clarius idem, tum generatim, tum qvoad ἐγκλήματα ſingula, demonſtrarunt ſcripta plurima pro τῷ μακαρίτῃ apologetica, tum ipſiusmet propria, ſuo infra loco recenſenda, tum aliena, qvorum, maximam jam partem ſupra paſſim adductorum atqve enumeratorum, indice compendiario, plura de ſingulis eorumqve occaſione, argumento, hiſtoria & adverſariis, cognoſcendi avidos ad præcedentes (in qvibus plenius de iis commentati ſumus) ablegaturo paragraphos, biographiæ huic Calixtinæ finis imponetur.

§. XCVIII.

Principem hæc inter locum merito ſibi vindicant Academiæ Juliæ totius, famæ Viri maximi, & inter ornamenta ac lumina ſua præcipua nemini ſecundi, qva par erat gratitudine, dexterrime aliqvoties patrocinatæ, publica, communiqve omnium ejus Profeſſorum nomine in lucem edita. Sunt autem iſta:

1. 2. Programmata duo pro Calixto, adverſus Presbyterii Regiomontano-Tripolitani *Anticriſin*, apologetica, A. 1649. publicata, de qvibus §. LV. conſulatur.

3. 4. Academiæ Juliæ pietas, adverſus improbas & iniqvas calumnias, cum aliorum qvorundam, tum D. Æg. Strauchii, aſſerta, qvæ (Herm. Conringium agnoſcens ſcriptorem) Helmſtadii A. 1668. *in 4.* prodiit, hujusqve paraphraſis germanica (ſub tit. der Schutzrede der Fürſtlichen Julius-Univerſität zu Helmſtadt, wieder dero höchſtunbillige Verleumbder, inſonderheit D. Ægid. Strauchen), eodem illic anno evulgata, & a Chriſtoph. Schradero concinnata. Pleniorem utriusqve hiſtoriam §. LXIII. ſuggeret.

Succedant iſtis qvæ a Frid. Ulr. Calixto, noſtri filio, collega, & vindice contra qvoslibet obtrectatores acerrimo atqve indefeſſo, ipſorum Ducum Brunſvicenſium (uti §. XVII. ſignificatum eſt) juſſu, ſed ſtylo ſubinde, ad exemplum Antagoniſtarum, juſto vehementiore ac perqvam maledico, ſunt publicata, & hoc ordine prodierunt:

1. Vindiciæ Diſſertationis de igne purgatorio, Præſide parente A. 1643. propoſitæ, contra Joh. Mülmanni, Jeſuitæ, Diſp. de Purgatorio, harumqve Prolegomena, Joh. Conr. Danhaueri *Myſterio Syncretiſmi* oppoſita, iteratæ Diſſert. illius editioni adjecta. Helmſt. 1650. in 4. V. §. *LXXII. (n. 8.) & LXXXIV.*

2. Diſp. de Deo diviniſqve attributis: cum Appendice de Qv.: Num recte dicatur, qvod Judæi & Muhammedani ab Idololatria ſint alieni. Helmſt. 1653. in 4. V. §. *LXXX. n. 8. & §. LXXXVI. n. 1.*

3. Diſp. de univerſalis primitivæ Eccleſiæ autoritate, recentiores qvasdam contra eam objectiones excutiens. Helmſt. 1654. in 4. ſubjuncta deinde ſecundæ *Diſſertationum* paternarum *de veritate religionis Chriſtianæ, & autoritate antiqvitatis Eccleſiaſticæ*, Editioni, ibid. A. 1658. *in 4.* publicatæ. V. §. *LXXXVII.*

4. Caſtigatio abſurdæ novitatis, qvod eſſe Deum, eundemqve eſſe unum, ſint fidei articuli, contra D. J. Deütſchmanni Diſp. de Deo uno. Helmſt. 1667. in 4. V. §. *LXXXIX.*

5. Demonſtratio liqvidiſſima adverſus Conſenſum repetitum, &c. Helmſt. 1667. in 4. V. §. *LXIII.*

6. Die Läſter- und Lügenkunſt Æg. Strauchii, Helmſt. A. 1668. *in 4.*, ſub filii, Georg. Chriſtoph. Calixti, nomine, edita. V. §. *LXIII.*

7. 8. 9. Abgenöhtigte Retorſionſchrift, A. 1668., & Juſtification der Retorſionſchrift, und Ablehnung neuer Injurien, A. 1669., contra Æg. Strauchium editæ. V. §. *LXIII.*

10. Reſponſiones ad Abr. Calovii Theſes Anti-Syncretiſticas. Helmſt. 1668. in 4. V. §. *LXXX. n. 12.*

11. Programma de fide veterum, injurioſo Programmati Caloviano oppoſitum. Helmſt. Anno 1675. in 4. V. §. *LXXX. (n. 14.) & XIII.*

12. Pietatis officium, Parenti ſuo, D. G. Calixto, præſtitum, ac D. Abr. Calovii Harmoniæ Calixtino-Hæreticæ & Programmati oppoſitum. Helmſt. 1675. in 4. V. §. *LXXX. n. 9. & 13.*

13. Diſcuſſio nebularum, contra Calovii Diſp. de officio Chriſti, &c. Helmſt. 1676. in 4. V. §. *LXXX. n. 9.*

14. Epiſtola ad amicum, contra Abr. Calovii Leſſum Haberkornianum. Helmſt. 1676. in 4. Vide §. *LXXX. n. 16.*

15. Animadverſio in triumphum Concordiæ repetiti Conſenſus dramaticum Witebergenſem. Helmſtadii 1676. in 4. V. §. *XXXIX.*

16. Scriptum de odio Abr. Calovii in B. parentem ſuum, Georg. Calixtum. Helmſt. 1676. in 4.

17. Apologia pro verbis qvibusdam Patris ſui (in der Verantwortung), contra Calovium. Helmſt. 1676. in 4. (*Duæ hæc Schediasmata, in Catalogo ei tributa Zeidleriano Lubecenſi, nec mihi ſunt viſa, nec ab ipſo, in ſcriptorum ſuorum Indice, memorantur.*)

18. Calovius cum ſua Harmonia Cretico-Sycophantica tertium confuſus, & ultimo e vado deturbatus. Helmſt 1679. in 4. V. §. *LXXX.*, *n. 9.*

19. Brevis Epicriſis in Qvæſtiones XXIV., hac ætate inter Theologos controverſas, ἀνωνύμως A. 1680. *in 4.* edita. V. §. *LXXX.*, *n. 9.*

20. Contradictio, Pſevdo-Hiſtoricorum, Joach. Felleri & Dan. Hartnaccii, falſiſſimis qvibusdam narrationibus oppoſita. Helmſt. 1679. in 4. V. §. *LXXXIII.*

21. Eclipſes mentis judiciiqve Ad. Rechenbergii, in ejus ad F. U. Calixtum epiſtola obſervatæ: Cum epimetris duobus contra Joach. Felleri & Dan. Hartnaccii in G. Calixtum & C. Hornejum injurias, & juſtiſſima nuperrimæ Reſponſionis Fellerianæ caſtigatione. Helmſt. 1680. in 4. V. §. *LXXXIII.*

22. Tr. de diverſis totius mundi religionibus, Judaica, Muhammedana, Idololatrica & Chriſtiana, IV. Diſputt. comprehenſus. Accedunt tria auctaria, qvorum primum de Judæorum & Muhammedanorum idololatria, ſecundum de cultu religioſo Vita functorum Sanctorum, horumqve reliqviarum & imaginum, in idololatriam degenerante, tertium vero de cultu religioſo hoſtiæ conſecratæ in materialem degenerante idololatriam, agit. Helmſt. 1687. in 4. V. §. *XXV.* & *LXXXVI.*

23. Præfatio atqve Epilogus apologeticus, qvibus iteratam Diſputationis de ſtatu animarum ſeparatarum paternæ editionem auxit. Helmſt. 1688. in 4. V. §. *XXV.*

24. Exercitationum de creatione animæ, potiſſimum rationalis, VII. Specimina. Helmſt. A. 1689. in 4. V. §. *XCI.*, *num. 19.*

25. Tr. de Hæreſi, ſchismate & poenis Hæreticorum. Helmſt. 1690. in 4. V. §. *LXXXVI. n. 2.*

26. Epiſtola Dedicatoria, parentis Conſultationi de tolerantia Reformatorum, Helmſtadii A. 1697. *in 4.* denuo a ſe editæ, præfixa, & Declaratio mutuæ Chriſtianorum in S. R. I. tolerantiæ preſſior, eidem adjecta V. §. *LXXXV.* & *LXXXVI. n. 2.*

27. Via ad pacem inter Proteſtantes præliminariter reſtaurandam, &c. Helmſt. 1700. in 4. V. §. *LXXXVI. n. 2.*

28. Programma pro parente apologeticum, Lipſienſi Joh. Ben. Carpzovii Junioris oppoſitum. Helmſtadii in 4. V. §. XXI. & LXXXIII.

Addantur his e ſcriptis ejus ineditis:

27. Volumen Epiſtolarum inter illum ac D. Hieron. Kromayerum, Theologum Lipſienſem, de controverſiis Irenicis, ac Syncretiſticis, qvas vocant, cæteris omnibus, manſvete & placide, etſi diverſum ſentirent, reciprocatarum, de qvo §. *LXXXIII.* plura diximus.

28. Chriſtliches Bedencken vom Syncretismo, Samaritanismo, Babelismo und Miſchmaſch in der Religion, cujus editionem, *in Catal. Nund. Lipſ. A. 1679. Vern.*, *p. 41.*, eſt pollicitus.

§. XCIX.

E reliqvis Calixti, in ordine Academiæ Juliæ Theologico, collegis & ſucceſſoribus doctrinæ ejus ac famæ ſunt patrocinati:

α. D. Conradus Hornejus, cujus ſcriptum hujus argumenti poſthumum perbreve, Noribergæ A. 1650. *in 4.*, ſub hoc, ſed ἀνωνύμως, prodiit titulo: Kurtzer Bericht, geſprächsweiſe aufgeſetzet, und entgegengeſtellet den unwahrhafften Außagen, womit die Profeſſores Theologiæ zu Helmſtadt zur Ungebühr beſchweret werden, an etliche Herren Abgeſandten nach Nürnberg überſchicket, und von denſelben zum Druck übergeben.

β. D. Gerhardus Titius, cujus huc ſpectant:

1. Diſp. in qva loca nonnulla Epitomes Theologicæ D. G. Calixti proponuntur & declarantur, qvæ Helmſtadii A. 1651. *in 4.* prodiit, & poſterioribus qvoqve *Epitomes* ipſius editionibus, Brunſvici A. 1653. & Helmſtadii A. 1661. editis, ſub *Declarationis qvorundam locorum* titulo, eſt præfixa.

2. Abfertigung der Papiſtiſchen verleumbderiſchen Relation von D. G. Calixti Tode, &c. Helmſtadii 1657. in 4. V. de illa §. *28.* fuſius narrata.

3. Oſtenſio ſummaria, qvod Pontificii dogmata ſua, ſibi peculiaria, non poſſint unanimi Scriptorum Eccleſiaſticorum, e qvinqve prioribus P. C. N. ſeculis ſuperſtitum, conſenſu probare. Helmſt. 1658. & 1663. in 4.

4. Tr. de Phraſibus ſeu locutionibus veterum Eccleſiæ Doctorum, qvibus, pro fucandis novitatibus ſuis, Pontificii hodie abutuntur. Helmſt. 1676. in 4. In hoc pariter atqve præcedenti ſcripta Calixtina paſſim, contra adverſariorum, inprimis autem Barth. Nihuſii, Viti Erbermanni, aliorumqve Pontificiorum, inſultus, vindicantur.

5. Repræſentatio plenior conſilii G. Calixti de concordia Eccleſiaſtica, ἀνωνύμως ſcripta, & per Frid. Ulr. Calixtum Latine A. 1675. & 1700., Germanice vero A. 1677., publicata. V. hiſtoriam ejus §. *LXXXVI. n. 2.* expoſitam.

6. Programma pro G. Calixto, ejusqve Epitome Theologica, apologeticum, Witebergenſi Abr. Calovii A. 1678., ſub Laurentii Laurentini, Sveci, larva, oppoſitum, eodemqve anno, cum Vindiciis contra Calovium, aliisqve acceſſionibus, recuſum. V. qvæ de illo §. *LXXX. n. 18.* diximus.

γ. D. Joach. Hildebrandus in Inſtitutionibus Sacris, Helmſtadii A. 1657. & 1660., longeqve auctioribus poſtea, ſub *Theologiæ Dogmaticæ* titulo, ibidem A. 1692., *in 4.* excuſis. V. de iis *Acta Erud. Lipſ.*, *M. Sept. A. 1692.*, *p. 413. 414.*

δ. D. Henr. Rixnerus, *in Diſp. in Cap.* II. *Epiſtolæ ad Galatas*, Jenæ A. 1656. edita, & ſupra (§. *LXXII.*, *n. 9.*, *lit. 1.*) jam memorata.

Theologorum exemplum e reliqvis Lycæi Helmſtadienſis imitati ſunt Profeſſoribus Herm. Conringius & Chriſtoph. Schraderus, Apologiarum pro noſtro, nomine Academiæ A. 1658. editarum publico, veri (*uti* §. *LXIII. ac XCVIII.* monitum eſt) Scriptores. De Conringii *Commentario de Origine Juris Germanici*, in qvo A. 1643., contra Barth. Nihuſium, & *Libro de Purgatorio*, in qvo A. 1651., contra Joh. Mülmannum, Jeſuitam, præceptoris hujus ſui famam & ſcripta fortiter dextreqve eſt tuitus, §. *XLIII* & *LXXII.* (*n. 8.* & *9.*) jam relata poſſunt conſuli. Schraderi etiam exſtant *Vindiciæ Diſputationis de juſtificatione* Calixtinæ, A. 1635., ſe reſpondente, propoſitæ, contra Joh. Hülſemanni cenſuram ei patrocinantes, Annoqve 1654. Helmſtadii *in 4.* publicatæ. De Henr. Jul. Blumii (in Pontificiorum deinceps caſtra transgreſſi) *Defenſione Exercitationis de Miſſis ſolitariis* Calixtinæ, A. 1650., Anonymi Gründlicher Wiederlegung des von Æg. Strauchio fälſchlich erdichteten Calixtiniſchen Glaubensbekäntniſſes A. 1668., & Joh. Faeſii *Rhadamanto adverſus Abr. Calovii Leſſum Haberkornianum Poetico* A. 1676., Helmſtadii itidem editis, §. *LXIII. LXXII.*

LXXII. (*n. 8.*) *&* LXXX. (*n.16.*) relegantur. M. Oſwaldi Stumpfii τῦ ψευδωνύμυ *Epiſtolæ adverſus Joh. Scharfii Reſponſionem ad Programma Calixti Exegeticæ*, A. 1650. (an Helmſtadii, an vero alibi, incertum) evulgatæ, §. LXXIX., *n. 2.*, facta pariter jam eſt mentio.

§. C.

Præter Helmſtadienſes, in aliis etiam locis, Viri complures eruditi doctrinæ atqve innocentiæ Calixti patrocinari non dubitarunt, præ cæteris autem Academiarum Regiomontanæ & Rintelienſis Theologi dogmata, cum illo ſibi communia, poſt motas ſuis qvoqve collegiis ob ea controverſias, animoſe, contra Witebergenſes, Zelotasqve alios, ſcriptis (qvæ alibi commodius enumerabuntur) hactenus ſæpe tuiti ſunt publicis. His addantur Zacharias Prüeſchenckius, Conſiliarius Saxo-Vinarienſis, cujus ad Calixtum atqve alios Epiſtolæ de certamine Calixtino novem, cum ſex ipſius Calixti, totidemqve amicorum cæterorum (Joh. Chr. Boyneburgii, Joh. Eichelii, &c.) reſponſoriis, A. 1649-1652. exaratæ, in Burch. Gotth. Struvii *Faſciculo V. Actorum Literariorum*, Jenæ A. 1707. (uti §. XXXI. *&* LXX. indicatum) prodierunt, Joh. Placcius, Poliater Hamburgenſis, cujus MSStorum huc ſpectantium ſupra §. LXXXVI. facta eſt mentio, & Chriſt. Andr. Hoysgardus (ſive potius Joh. Wandalinus), antagoniſta Valerii de Maccionis, cenſoris ſcriptorum noſtri Pontificii, Hafnienſis, §. LXXII., *n. 6.*, memoratus. Addantur etiam Theologi Eccleſiæ Lutheranæ, de qvibus §. LXV. LXVI. *&* LXIX. dictum, in certamine hoc ἀδέξιοι, Jenenſes, Salom. Glaſſius, Theodoricus Hackſpanius & Johannes ac Petrus Muſæi, qvi ſcriptis problemata ſacra, in iſto controverſa, diſcuſſerunt peculiaribus, & plerasqve Calixti de iis ſententias vel adprobarunt & defenderunt, vel excuſarunt & benigne ſunt interpretati. Iſtas Theologorum moderatiorum commentationes, *ll. cc.* laudatas, de vero controverſiarum ſingularum ſtatu, qvem vocant, ac momento accuratius edoceri avidis, præ cæteris commendamus. Jungi iſtis, tum eundem in finem, tum ad hiſtoriam certaminis plenius cognoſcendam, præter Calixti ipſius *Refutationem Cryptopapiſmi Helmſtadienſis Statii Buſcheri* Germanicam bipartitam, Diatriben *de duabus qvæſtionibus*, hujusqve *Appendicem*, & Apologiarum contra Wellerum, Hülſemannum, Electorisqve Saxonici literas, vernacularum Syntagma, A. 1651. editum, merentur Academiæ Juliæ *Pietas* & *Apologia* Germanica (die Schutzrede), Gerh. Titii *Repræſentatio conſilii Georg. Calixti de Concordia Eccleſiaſtica plenior*, Frid. Ulr. Calixti *Demonſtratio adverſus Conſenſum repetitum liqvidiſſima*, & *Præfatio Calovii cum ſua Harmonia Cretico-Sycophantica tertium confuſi*, Syllogeqve Epiſtolarum Prüeſchenckii, paulo ante memorata, de qvibus ſuis jam locis (§. *31. 63. 70. 80. 86.*) complura in medium ſunt allata. Joh. Placcii *Hiſtorica Deſignatio Controverſiæ Calixtinæ* (de qva §. *86.*, *n. 2.*, dictum) in lucem nondum prodiit, Gotfr. Arnoldi autem, Caſp. Calvörii & Joh. Wolfg. Jägeri, de eadem narrationes, locis §. *30.* jam allegatis exhibitæ, veritatis qvidem præ aliis ſunt ſtudioſæ, ſed juſto tamen breviores, & ſubinde haud ſatis accuratæ. Ex adverſariorum ſcriptis eriſticis Anti-Calixtinis, ferme innumeris, *Conſenſus* Theologorum Saxonicorum Electoralium *repetitus*, Joh. Hülſemanni Calixtiniſcher Gewiſſenswurm, *c. 1. & 2.*, & Abr. Calovii *Syncretiſmus Calixtinus*, atqve *Narratio certaminum cum Helmſtadienſibus* vernacula, Collegii Theologici Witebergenſis nomine A. 1669. conſcripta, & *Libro* III. *Hiſtoriæ Syncretiſticæ*, *c. 5.*, *p. 563-609.*, publicata (qvorum hiſtoriam §. *60-67. 80. & 82.* expoſuimus), diverſas utriusqve partis relationes collaturo ſufficient.

ELOGIA.

I. PRINCIPUM AC COLLEGIORUM INTEGRORUM.

Fridericus Ulricus, Dux Brunſvico-Gvelpherbytanus, in Epiſtola (de qva §. *12.* jam dictum), ad Erneſtum, Ducem Saxoniæ, Kal. Aug. A. 1633. exarata, qvam *Apologia* Calixti ipſius *adverſus Electoris Saxoniæ literas Germanica auctior*, §. *33.* (*lit. Xx. 2. a. b.*), integram exhibet, cum dimiſſionem ejus ex Acad. Julia non parum huic detrimenti eſſe allaturam Erneſto, eam deſideranti, ſignificaſſet, ita pergit: Daneben dann E. Ld. auch dieſes freundlich zu ermeſſen, daß es uns bey der lieben poſterität nicht geringen Verweiß bringen würde, wann wir einen ſo vornehmen Mann, der ſolche geraume Zeit bey unſer Julius-Univerſität ſein Ampt mit groſſem Nutz und Ruhm verrichtet, und der Kirche GOttes, wie auch dem lieben Vaterlande, ſo erſprießliche Dienſte gethan, und die beſte Zeit ſeiner Jahre darüber conſumiret, dergeſtalt auß Handen kommen laſſen ſolten.

Erneſtus, Landgravius Haſſo-Rheinfelſenſis, & S. Rom. Eccleſiæ Cardinalis, in Epiſtola ad illum αὐτογράφῳ, *ſe eum doctiſſimum & moderatiſſimum inter omnes Proteſtantium Theologos judicare*, teſte Frid. Ulr. Calixto, filio (*in Ep. Dedic. Apparatus Theologici Parentis*), eſt profeſſus. In alia, poſt ἀποστασίαν exarata, & latine pariter atqve germanice edita, cum reliqvis eum adverſariis ſuis comparans, *Calixti* ait *modeſtiam confundere animoſitatem Crocii, loqvacitatem Dorſchei, garrulitatem Ewichii, impertinentias Hulſii*, *ſeqve inter Calixtinos & Catholicos* fatetur *cunctabundum teneri, cum, uno excepto Calixto, reliqvos omnes Valerianus Magnus abſurdis irrefragabiliter oneret, ac pene irrideat*. V. Thomæ Crenii *T. V. Animadv.*, *c. 2.*, *p. 88.*, *& P.* XVII. *p. 58. 59.*, ac confer qvæ de Erneſto §. *59.* ſunt allata.

Magiſtratuum Thorunienſis atqve Elbingenſis judicium, in Epiſtola ad eum, Thorunio diſceſſurum, A. 1645. ſcripta, de ipſo honorificum, §. *51.* jam eſt exhibitum.

Academiæ totius Juliæ Elogia, qvibus in *Programmatis* duobus, contra adverſarios ejus Regiomontanos, A. 1649., & in *Pietate Acad. Juliæ*, hujusqve Paraphraſi Germanica, Æg. Strauchio, aliisqve ejusdem calumniatoribus, oppoſitis, A. 1668., Theologi hujus ſui κάλλιστα dotes, virtutes & merita, ornavit, §. *55. & 63.* itidem jam ſunt recitata. In Programmate funebri, defuncti A. 1656. dicato exeqviis, eadem, Chriſtoph. Schradero interprete, Rhetore ſuo, Calixtum *p. 3. Virum* appellavit *ſummum, Academiæ & Eccleſiæ magno bono natum, nec minore malo nunc eheu! extinctum*, *p. 13. ornamentum ſeculi, & Gvelphicarum provinciarum decus*, *p. 14. Virum pium, inſigniter doctum, in officio fidelem & induſtrium, comem & benignum, in cujus tot eruditis in publicum emiſſis voluminibus ſummum ingenium, judicium ſingulare, diffuſa lectio, accurata induſtria, &, qvæ Chriſtianorum maximæ virtutes ſunt, modeſtia, charitas, ac concordiæ omnium Chriſtianorum flagrans ſtudium, ita undiqve comparent, ut neminem oculatum fugere illud poſſit, cujus multijugam eruditionem, inſignem prudentiam, incredibilem morum ſvavitatem, alienum ab omni faſtu, ab omni contentione, animum, ſtudiorum & S. Eccleſiæ incrementa adjuvandi ardens deſiderium, Collegæ coram viderunt, amarunt, venerati ſunt*; *p. 15. optimum totius Chriſtianæ Eccleſiæ Doctorem, cui innocenti, Iliacos intra muros extraqve, immanes illatæ ſunt injuriæ*, & *p. 16.* tandem *Virum incomparabilem, Eccleſiæ Chriſtianæ Doctorem venerandum*. Addatur Programma, publico ejusdem nomine, in Frid. Ulr. Calixti, filii, funere A. 1701. propoſitum, in qvo *p. 4. & 9. Theologus* audit *incomparabilis, de Acad. Julia, & univerſa Proteſtantium Eccleſia, optime meritus*. In *Actis Eruditorum Lipſienſibus, M. Majo A. 1698.*, *p. 244.*, *Theologus* vocatur *poſt fata qvoqve ſua celeberrimus*.

II. THEOLOGORUM LUTHERANORUM.

α. HELMSTADIENSIUM, ac his ὁμοψήφων.

HENR. LUDOLPHUS BENTHEMIUS, Superint. Bardovic., *in præfat.* des Engelländiſchen Kirch-und Schulenſtaats (*lit. d. 2. b.*), e Lutheranis Chemnitium, refert, & Calixtum plurimi ab Anglis æſtimari, ſcriptaqve illorum, in certaminibus contra Pontificios, diligenter conſuli, Londiniqve Edvardum Stillingfletium, & Leidæ Stephanum le Moine, deſiderium ſuum, ut Calixtina omnia junctim recuderentur, ſibi expoſuiſſe, teſtatur.

JUSTO CHRISTOPH. BÖHMERO, Theologo Helmſtadienſi (*in Idea Eloqventiæ ſacræ p.6.*) *ſempiternum Acad. Juliæ decus*, ac (*ib. p.51.*) *Vir laudatiſſimus, lucidumqve olim Academiæ Juliæ ſidus.*

ANDREÆ HENRICO BUCHOLZIO, Antiſtiti Brunſvicenſi, *in Epicedio*, noſtri concordiæ Eccleſiaſticæ deſiderium fuſe deprædicante, *Vir* audit *incomparabilis, doctrina & vita Theologus, Præceptor optimus, optimus* item *Doctor,*

Qvem pietas, qvem relligio, qvem candor & omnis
Extinctum luget bonus. - - - - - -

JOH. EBERH. BUSMANNO, Theologo Helmſtadienſi (*in Obſervv. Sacris, §.11.*), *Vir utiqve ſummus, nec in Hebræa etiam lingva hoſpes.*

BALTH. CELLARIO, Theologo Helmſtadienſi (*in Politica p. 438.*), *Theologus accuratiſſimus.*

BRANDANO DETRIO, Aulæ Gvelpherbytanæ Architheologo (*in Octoſticho funebri*), *Vir magnus & κάλλιςος, qvo tellus maleſana porro non fuit digna, ſenex divinus, Præceptorqve ac hoſpes, per octennium, optimi parentis inſtar de ſe meritus.*

HENR. MART. ECCARDO, Theologo Rintelienſi (*in præfat. Defenſionis Germanicæ Judicii ſui de Colloqvio Caſſellano, in Proœmio Antapologiæ Witebergenſis contra Rintelienſes, p.18., allegata*), *præclarus & de Eccleſia Chriſtiana ſumme meritus Theologus.*

JOH. FABRICIUS Sen., Antiſtes Noriberg. Marianus (de cujus in Præceptorem hunc ſuum, *cujus doctrinam in Prælectionibus Theologicis, tanqvam in Epitome, expreſſit*, gratitudine filii cognominis *Oratio in memoriam Frid. Ulr. Calixti parentalis p.6.*, & ex iſta ſupra §. 13. allata, poſſunt conſuli), hoc defuncto poſuit Epitaphium:

Reconditorium hoc, viator, aſpicis?
Propius adeſto! qvis ſub urna ſit, vide.
Hic deliteſcunt, qvæ ſuperſunt, poſthuma
Viri optumi oſſa, & optumæ vaſculum animæ.
O terra felix! qvantus iſte, qvem tegis?
Sincerus, integer, citra fucum & dolum,
Virtute qvavis optuma laudem merens;
Divina ad invidiam eruditus dogmata,
Et univerſas optumas ſcientias:
Fungens ſacrorum interpretis vicem optumi
Oraculorum, antiqvitatis optumus
Scrutator, & boni gregis Dux optumus,
Et optumi Dei miniſter optumus.
Nunc, magna poſt peracta ſpartæ munia,
Ad optumæ vitæ avocatus gaudia,
Humi reliqvit corpus exanime ſuum,
Cæloqve mens haberi cœpit optume.
Qvod nomen ipſi ſciſcitaris amplius?
Jam ſæpe nomen optumi dictum eſt Viri.
Sed optumus qvis ſit, Pelasgus dixerit:
Κάλλιςος eſt Calixtus, Elmanum decus!
Tu, ſi pius ſis, manibus piis fave!

JOH. FABRICIO Juniori, Th. D. & Prof. Altorfino ac Helmſtadienſi, *in Orat. Auſpicali Helmſtadienſi, Amœnitatibus Theologicis inſerta, p.693.*, *Vir* audit *beatus, atqve apud eruditos & ſapientes celeberrimus*; ac, *Parte IV. Hiſtoriæ Biblioth. Fabricianæ p. 49.*, *Vir pius, doctus, in officio fidelis & induſtrius, comis & benignus, moderatus, pacisqve & concordiæ eccleſiaſticæ amans ac ſtudioſus, ut qvi maxime*; nec non *in Memoria Frid. Ulr, Calixti, p.7.*, *Vir optimus, & inter præcipua ſeculi ſuperioris ornamenta numerandus*, ac, *ibidem, p.11.*, *Vir, in qvo ſapientia ac probitas non hoſpitabantur, ſed habitabant, prudentiſſimus pariter atqve optimus.* Confer qvæ, ex ejusdem *Defenſione Conſiderationis Controverſiarum, §.69.* jam recitavimus.

ANDR. FRÖLINGIUS, Theologus Helmſtadienſis, *in carmine funebri, decus* eum vocavit *Lycæi Julii immortale, Virumqve, cui pietate doctrinaqve ſumma vix ulla ſecla futura parem ferent.*

JOH. HENICHII, Theologi Rintelienſis, verba, qvibus, *in Proœmio Inſtitutionum Theologicarum*, Calixtum Præceptorem celebravit, §.13. jam ſunt exhibita. Addantur iſtis hæc, qvæ immediate illa ſeqvuntur: *Eqvidem non ignoro, varia hactenus adverſus laudatum Virum ſcripta fuiſſe publicata, qvibus inclementer exagitetur, nec qvicqvam magis in ipſo improbari, qvam conſtans pacis & concordiæ Eccleſiaſticæ ſtudium. Sed, ſi qvis ejus opera in manus ſumat, ſepoſitoqve partium ſtudio, cum iis, qvæ diſſentientes objiciunt, contendat, facile deprehendet, ſolidiorem eſſe Calixtinam doctrinam, qvam ut tam frivolis objectionibus everti qveat.*

JOACH. HILDEBRANDUS, Theologus Helmſtadienſis & Cellenſis, eum *Virum venerandum, & præclarorum in Eccleſiam meritorum* (*in Tr. de primitivæ Eccleſiæ ſacris publicis, lit. B. 3. a.*), *Virum incomparabilem* (in *Diſſ. de unione perſonali* §. 19.), & *ſummum Theologum* (*in Exerc. de ritibus ſacris* §. 15.), ipſum autem pariter atqve collegam ejus, Conr. Hornejum, *inſigne illud par Theologorum, viros qve incomparabiles* (*in Inſtitutionibus Sacris*, teſte Calovio *Lib. 3. Hiſt. Syncret. p.595.*), ſalutavit. Confer Epicedium ejusdem elegiacum, in qvo hac defunctum προσφωνήσει compellat:

Summe Vir, & magnis meritis excelſe, Calixte,
Cui ſimiles paucos noſter hic orbis habet;
Summe Vir, æternumqve bonis venerande, Calixte,
Cui vix poſteritas eſt habitura parem;
Neſcio qvos verſus te dignos condere poſſim,
Cum ſupra laudem laus tua ſit poſita.
Maxime Doctorum, paucis, qvod ſentio, dicam:
Patribus antiqvis æqviparandus eras.
Judicium tibi divinum, ingeniumqve ſtupendum,
Contulerat, qvi dat munera qvæqve, Deus.
Enthea ſunt a te conſcripta volumina: qvisqvis
Illa legit, ſemper doctior inde redit, &c.

JOH. HILPERTO, Superint. Hildeſienſi (*in Disqviſ. de Præadamitis, lit. D. 3. a.*), *maximus* audit *ævi noſtri Theologus.*

GEBH. THEOD. MEIERUS, Theologus Helmſtadienſis, *in Monumentis Juliis Ordinis Theologici p.32.*, vitæ ejus hiſce verbis auſpicatur hiſtoriam: *Duos, ſingulari ingenio, ſanctiſſimis moribus, & incredibili bona eruditione, viros hæc noſtra ætas in cathedra Acad. Juliæ Theologica conſpexit., qvorum utrumqve plus ad elegantiorum ſtudiorum incrementa attuliſſe, qvam inde debiti virtutibus præmii accepiſſe, certum eſt, & poſteritas judicabit, nimirum Georg. Calixtum & Conr. Hornejum.*

HENR. RIXNERUS, Theol. Helmſt., *in Diſſ. de Communione Laic.*, §. 43., *Virum* eum appellat *celeberrimum, & antiqvitatis Eccleſiaſticæ peritiſſimum.*

JOH.

JOH. SAUBERTUS Jun., Theol. Helmſtad. & Altorfinus, *in Tr. de ſacrificiis Veterum p. 19., Virum magnum & θαυμάσιον*, ac *p. 599. beatum Germaniæ doctorem*, illum ſalutavit, interqve *aurea Muſarum capita, & illuſtres literarum proceres, in Orat. auſpicali de ſtudio lingvæ Hebrææ*, retulit.

GERH. TITIUS, Theol. Helmſtadienſis, *in Laudatione funebri memoriæ ſummi & incomparabilis Viri, G. Calixti, dicta*, veriſſimis eum fuſe ornavit laudibus, ac *p. 5. Virum undiqvaqve ſummum, p. 28., Virum, qvi ſacra prophanaqve ſapientia ſimiles pauciſſimos, ſuperiorem in erudito orbe hodie habuit neminem*, ac *p. 32. Virum excellenti ingenio, eruditione ſumma, agnitione vera Dei, probitate & meritis in Eccleſiam & ſacra ſtudia, immortale nomen promeritum, cuiqve pauca ferent ſimilem ſecla futura virum*, appellare non dubitavit. In Elegis funebribus ita eundem alloqvitur:

Ætatem ſuperans meritis, virtutibus annos,
Note per Eoas occiduasqve plagas,
Magne ſenex, ſacræ pridem cupidiſſime pacis,
Et fruſtra hoc multis nomine mille metus.

In præfat. Tractatus de phraſibus veterum Eccleſiæ Doctorum, p. 35., hæc de illo habet: *Qvid Academiæ noſtræ primarius Doctor, Dn. G. Calixtus, qvem inter raros & paucos excellentiſſimæ gratiæ viros deinceps merito numerabit pia mater Eccleſia, de me certe uno ſine exemplo præclariſſime meritus, Præceptoris qvippe, nutritii, parentis, erga me functus officio, paci Eccleſiaſticæ reducendæ in medium conſuluerit, omnibus eſt notiſſimum, neqve minus illud, eum hoc nomine (ut Nazianzenus Or. 14. loqvitur) ab utraqve parte male eſſe mulctatum.* In ipſo autem *Tractatu, p. 11.*, ita ſcribit: *B. Calixtus noſter, in lucubrationibus ſuis, ſumma induſtria & exactiſſimo judicio contra Pontificios elaboratis, de ſpuriis Veterum ſcriptis paſſim admonuit, & judicium dexterrime fecit, imprimis opere de conjugio Clericorum. Rem ſuis ſtudiis valde proficuam facient auditores noſtri, ſi, ſcripta τῦ Καλλίςυ juſta diligentia evolventes, judicia illa de veteribus ſcriptis, qvando occurrunt, peculiariter excerpent.* Eidem, *in Tr. cit. p. 3.., Vir* audit *judicio & eruditione maximus, p. 135. maximus & meritiſſimus noſter doctor*, in *Oſtenſione ſummaria contra Pontificios p. 19.*, & *in Diſſ. de hæreſi Photiniana, §. 8., Vir ſummus*, in *Pleniori Repræſentatione conſilii de concordia Eccleſiaſtica Calixtini, p. 109. (P. I. Viæ ad pacem Calixti junioris), Vir qvondam eruditione & judicio maximus, & ſingulari in gloriam Dei, & ſalutem Eccleſiæ, zelo flagrans, atqve his, aliisqve inſignibus donis, cum qvovis veterum comparandus*, in *Programmate Anti-Caloviano*, ſub Laur. Laurentini larva A. 1678. edito, *p. 3. 4., eminentiſſimus beatæ memoriæ Theologus, Vir incomparabilis, Theologorum facile princeps, nomenqve toto orbe erudito cultum & colendum*, ac in hujus tandem *Appendice, p. 49., immortale Holſatiæ decus ac gloria.*

D. HENR. UFFELMANNO, Prof. Helmſtadienſi & Lüneburgenſi (*in Tr. de imperfecta perfectione fidelium p. 175.*), *Vir* audit *non ſcripturæ minus, qvam antiqvitatis, peritiſſimus, ingenio judicioqve maximus, facultate imprimis polite, enucleate & ſplendide, ſcribendi incomparabilis.*

β. ALIORUM MODERATIORUM, ET A PARTIUM STUDIO ALIENORUM.

CHRISTOPH. ARNOLDO, Eccleſiaſtæ & Profeſſori Noribergenſi (*in Spicilegio ad J. H. Urſini Exercc. de Zoroaſtre p. 9.*) Vir audit, *ſuper qvem ſit pax.*

MART. BEERIO, Antiſtiti Noribergenſi (in Carm. funebri), *Theologus incomparabilis.*

D. JOH. BÖTTIGERUS, Antiſtes Magdeburgenſis (*in Vindiciis p. 99.*, teſte G. Titio *in Notis ad Programma Laur. Laurentini Anti-Calovianum p. 24. 25.*), ita de illo ac Calovio: *An putem a Calovio qvicqvam impietatis fore alienum, qui uſu eum non minus, ut alii, expertus ſum hominem impiiſſimum, non dicam in vita ac moribus plane Atheum, & tanto pejus Atheiſmi in doctrina reos facientem alios? Equidem qvi B. Calixti vitam ac mores norit, ut norunt mille & millies mille homines, qvid aliud Calovio objicient ac reſpondebunt, Atheiſmum in doctrinis objicienti Viro longe ſanctiori, qvam: Vide ſis, Calovi, ne major in te Atheiſmi nota ex moribus ac vita ſit.*

FRID. BRECLINGIUS teſtibus eum veritatis adverſus Chriſtianiſmum degenerem, in *Catalogi* illorum (*Tomo IV. Hiſt. Eccl. Gotfr. Arnoldi, Sect.* III., *n. 18.*, obvii) Prolegomenis, *p. 760.*, accenſuit.

JOH. FRANC. BUDDÆO (*T. I. Lex. Hiſtor. German. p. 492.*) *celebris* audit *Eccleſiæ Lutheranæ Theologus.*

M. DAVIDI CASPARI, Superintend. Rigenſi (*in Programm. fun. de vita D. Joh. Breveri, apud H. Pippingium in Sacro Decadum Septenario p. 931.*), *Eruditionis qvædam abyſſus.*

JOH. CONR. DURRIO, Theologo Altorfino (in Epicedii alcaici, innocentiæ ejus contra adverſarios patrocinantis, clauſula), *Vir de ſtudiis, æqve ſuis, ac de tota Eccleſia, ſumme meritus*; it. (*in Memoria Joh. Fabricii Sen. p. 12.*) *Vir ſummus, qvo Acad. Julia caput extulit*; ac (*in Notis in Mich. Piccarti Iſagogen in lectionem Ariſtotelis, c. XI., §. 14., p. 97.*) *prudentiſſimus meliorum ſtudiorum arbiter & æſtimator.*

ALBERTO zum FELDE (*in Analectis Disqviſitt. ſacrarum, Or. V., p. 219.*) *Theologus doctiſſimus.*

JOH. GERHARDO, Theologo Jenenſi (*Lib. II. Confeſſ. Catholicæ, P.* III., *p. 1138.*), *Theologus eximius.*

JOH. ERN. GERHARDO, Theologo Jenenſi (*in Diſſ. de unione perſonali*, Præſide D. Gothofr. Cundiſio A. 1644. propoſita, §. *29.*), *inſignis atqve celeberrimus Theologus.*

SALOM. GLASSIUS, Antiſtes ſupremus Saxo-Gothanus, *in Rhetorica ſacra, Tr. I., c. 7., p. m. 1117., Theologum* eum vocat *eminentiſſimum*, &, *in Judicio de controverſiis Saxonicorum ac Helmſtadienſium vernaculo* (de qvo §. *56.* dictum) *p. 149.*, aſſerit, Calixtus habe die Papiſtiſche Lehren, alß Principal Irrthümer, auß H. Schrift und Antiqvitat, in ſeinen Schriften, herlich wiederleget.

ABR. HINCKELMANNO, Theologo Hamburgenſi (*in præfat. Alcorani Arabici, lit. f. 2. b.*), *Theologus* audit *celeberrimus & magni ingenii.*

JOH. CHRISTOPH. HOLTZHUSIUS, Eccleſiaſtes Francofurtanus (in der Ablehnung des Offenſiv Cartels von der Gnadenwahl *p. 144.*), eum vocat einen hochvernünftigen Philoſophum und Theologum, ſed nimii ſimul amoris Philoſophiæ Ariſtotelicæ inſimulat, ac (*ibid p. 176.*) Philoſophis & Theologis polemicis Eccleſiæ Lutheranæ vere excellentibus, cum Muſæis, Danhauero & Scherzero, annumerat.

S. L., in Epiſt. ad Zach. Prüeſchenckium A. 1650. exarata (*apud B. G. Struvium, Faſc. V. Act. Liter. p. 35.*), ita de noſtro: *Dn. D. Calixtum virum ego divinis dotibus cumulate auctum & ornatum agnoſco, ejus in Eccleſiam & ſcholaſticam juventutem merita magni facio, indeqve adeo ipſum, ut Theologum ſenem, omni honore proſeqvendum cenſeo. Dona vero inſignia ſua, optandum eſſet, aliorſum, ac cumprimis in conflictum cum Pontificiis non infelicem, inſigne magis glorioſum, qvam in iſta lemmata ſceptica, inſumpſiſſe.*

JOACH. LANGII, Theologi Acad. Halenſis, locum huc ſpectantem §. *69.* exhibui.

SEVER. LINTRUPIUS, Prof. Hafnienſis, in *Pio Deſiderio de Diſputt. Theol., Novis Lit. Lubec. inſerto* (*M. Majo A. 1701., p. 146.*), ſcripta ejus ſelectiora omnia, Anglis jamdiu deſiderata, junctim, vel ob antiqvitatis Eccleſiaſticæ peritiam, edi optavit.

JOACH. LUTKEMANNO, aulæ Gvelpherbytanæ Theologo, *in Diſſ. de vero homine, Sect.* II., *§.20., p.61., Venerandus* audit *Senior.*

D. JOHANNI MATTHIÆ, Epiſcopo in Svecia Strengnenſi, *in Ramo* II. *olivæ ſeptentrionalis* (loca ſcriptorum ejus de ſtudio concordiæ Eccleſiaſticæ, *p.149-156.*, coacervante), *p.149., Theologus noſtra ætate ingenio, judicio & eruditione, eximius, concordiæqve Eccleſiaſticæ cupidiſſimus.*

JOH. MICRÆLIO, Theologo Stettinenſi (*P. III. Syntagm. Hiſt. Eccl. p.361.*), *Profeſſor Helmſtadienſis acutiſſimus, antiqvitatis ſacræ ſcrutator ſolertiſſimus, Harmonia Evangeliſtarum, aliisqve ſcriptis, commendatiſſimus.*

HENR. MUHLIO, Antiſtiti Holſatico, (*Diſp. III. de Apodixi ſcripturaria p. 131.*), *Theologus celeberrimus,* & (*in Differtt. Hiſtorico-Theol. p.351.*) *magnum Holſatorum decus.*

HENR. MÜLLERO, Theologo Roſtochienſi, *in Hiſtoria paſſionis J.C., n.4., incomparabilis noſtri ſeculi Theologus, n.5. Vir omni laude ſuperior, n.17. & 20. Vir magnus, n.32. æterna memoria dignus, n.33. ad invidiam doctus, n.34. ſummus,* &, *in Ep. Dedic., Vir maximus & longiore vitæ uſura dignus, cujus ſcripta toto orbe ſint celebrata.*

JOH. MUSÆO, Theologo Jenenſi (*in Diſſ. contra Steph. Curcellæum, §.21.*) *Vir venerandus*, Eidem Joh. Muſæo (*in Tr. de uſu principiorum rationis p. 16.*) *Theologus* audit *acutiſſimus.*

AD. RECHENBERGIO, Profeſſori Lipſienſi (*in Diſſ. de ſana in Theol. curioſitate p. 43.*) *Theologus doctiſſimus.*

JOH. REINBOHTIO, Præſuli Holſatico, *in Diſp. Inaug. de Catecheſi veterum, Th. 83., Vir doctiſſimus, eruditiſſime ſcribens,* &, in der Wiederholten Schutzrede wieder J. C. Danhauerum *p.86.*, ein ſo braver Theologus, mit dem Danhauer gantz und gar nicht wegen der Erudition zu vergleichen.

LUCAS FRID. REINHARTUS, Theol. Altorfinus, hoc mortuum commendavit Anagrammate, iſtiqve addito Tetraſticho:

Georgius Calixtus. • Ut luges, rixas cogi!

Dum luget, rixas cogi, de pace locutus | *E rixa & luctu clemens Deus avocat ipſum,*
Calixtus, heu! qvid accidit? | *Et nos ſinit lugere eum & diſcordias.*

JOH. CHRISTFRIDO SAGITTARIO, Superint. Gen. Saxo-Altenburgico (*in Diſp. de Qv.*: An Hebræi nudis inceſſerint pedibus? §. 16.) *magnus* audit *Theologus.*

JOH. BALTH. SCHUPPIUS, Antiſtes Hamburg., eum, im Bekehrten Ritter Florian *p.398.* (*in Append. Opp. Germ.*), einen hochgelahrten Mann, & *p.411.* den edlen Calixtum, vocavit, controverſiasqve, illi a Saxonicis motas, diſceptationi Hieronymi & Auguſtini de planta *Kikajon*, Jonæ memorata, alicubi *in Speculo poenitentiæ Ninivitice*, qvoad momentum, æqviparavit, vernaculo.

SEV. WALTH. SLUTERUS, Superint. Saxo-Lauenburg., *in Propylæo Hiſtoriæ Chriſtianæ p.17., Virum* eum ſalutat *harum literarum* (Hiſt. Eccl. ſcil.) *callentiſſimum,* & *p.27.* ita pergit: *G. Calixtus, ſi qvis alius, aptus fuerat ad pertexendam integram Eccleſiæ hiſtoriam, modo per alia, ipſi, dum viveret, oblata, laborioſiſſimæ huic operæ litare potuiſſet.*

PHIL. JAC. SPENERO (cujus conferri etiam poſſunt loca alia, §. *66. & 69.* allegata), in der Allgemeinen Gottesgelehrtheit *p.32.*, audit ein berühmter Theologus. Idem Spenerus, P. III. der letzten Theol. Bedencken, *c.6., Art. I., Diſt. I., Sect. 6., p.16.*, ita de illo: Es war der alte Herr D. Calixtus ein von GOtt, vor vielen, mit theuren Gaben, damit Chriſtl. Kirchen gedienet werden konte, außgerüſteter Mann, welchen Ruhm, ſo dann auch, daß vieles in ſeinen Schriften nicht wenigen Nutzen gebracht habe, ihm keiner abſprechen kan, der redlich, und ohne Affecten, von der Sache ſelbſt urtheilen wil.

PAULUS SPERLINGIUS Jun., Theol. Prof. Kilon., in Jambis, laureæ Philoſophicæ Frid Fabricii, affinis, A. 1656. dicatis, Til. Heshuſium, Joh. Caſelium, Corn. Martinum, G. Calixtum & Conr. Hornejum, Doctores Acad. Juliæ publicos, *Heroas olim heu atqve Atlantes ſeculi, Viroſqve principes*, appellavit.

Ab ELIA VEJELIO, Antiſtite Ulmenſi, *in Exerc. de Eccleſia Græca p.29., Vir* vocatur *antiqvitatis Eccleſiaſticæ peritiſſimus*, in *Diſſ.* vero *Iſagogica in Natalis Alexandri Selecta Hiſt. Eccl. capita, Art. IV., p.158., magnus Theologus, Virqve ſummæ eruditionis, & Theologiæ Scholaſticæ æqve ac Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ peritiſſimus.*

SAM. VOSSIUS, Tractus Roſtochienſis Superintendens, in tumulum noſtri, *Viri titulis* (uti præfatur) *& elogiis omnibus eminentioris, vere venerandi, ac πάνυ καλλίςα*, breve hoc ſcripſit Epitaphium:

Qvem vita, ſcripta, nomen, omnia optimum
Æternitati conſecrarunt optimæ,
Hac optimus Calixtus urna conditur.

In PET. WINSTRUPII Junioris, Epiſcopi in Scania Londinenſis, *Lib.* II. *Epigramm., p.615.*, Diſtichon hoc (ob qvod a Joſva Schwartzio, collega, ἑτεροδοξίας ille temere, uti e Sam. Puſendorfii *Specimine Controverſiarum* didici, eſt inſimulatus) legitur *ad Calixtum, Virum multijuga eruditione inſtructiſſimum, multis & magnis adverſariis obnoxium:*

O Calixte, calix te non deterret acerbus:
Helluo, ni fallor, ſtrenuus hujus eris.

DAN WÜLFERUS, Antiſtes Noribergenſis, ſeqventi ei parentavit Hexaſticho:

Magne Calixte animo magnis virtutibus aucto, | *Et tua ſcriptorum fama perennis erit,*
Et plus qvam longum vivere digne ſenex! | *Celſum animi robur doctus mirabitur orbis,*
Si poſt fata etiam veteris ſtat gloria facti, | *Qvodqve modis poterit, tot tua buſta colet.*

JOH. WÜLFERO, Eccleſiaſtæ Noribergenſi, *in Notis ad Salman Zevi Theriacam Judaicam p.33., Vir* audit *antiqvitatis callentiſſimus, & Chriſtianæ moderationis ſtudioſiſſimus,* nec non *p.334. Vir magnus, moderatione, pietate & judicio, excellens.*

GUST. GEORG. ZELTNERUS, Theol. Prof. Altorfinus, *Diſſ. I. de corruptelis & medelis Theologiæ, p.15.; Virum* eum *ſupra invidiam poſitum* vocat, & Theologorum nonnemini (*Joh. Hülſemanno*), a qvo, *qvod politioris literaturæ amatorem ſe probaviſſet, pediculoſus* appellatus eſt *Grammaticus*, merito indignatur, *Diſſ. II.* autem, *p.45., beatum & immortalis memoriæ Theologum* denuo illum ſalutat.

γ. IPSORUM E LUTHERANIS ADVERSARIORUM.

ABR. CALOVIUS, Prof. Witeb., in Libri cujusdam, noſtro transmiſſi, inſcriptione, & (teſte Joh. Fabricii Jun. *Memoria Frid. Ulr. Calixti p.8.9.*) *in Tractatu qvoqve de Methodo doc. & diſc. p.17., Theologum* eum ſalutavit *incomparabilem.* V. Calixti ipſius *Apologiam contra literas Elect. Sax. auctiorem, §.27., lit. Pp.3.a.*

ANDR. CAROLUS, Abbas in Duc. Würtenb. Sangeorgianus, *T. II. Memorabilium Eccleſiaſticorum* Sec. XVII., *Lib. VI., c.49., p.154.*, poſt oggeſtum illi (*e Calovii Epiſt. Dedic. Iſag. Theol.*) ψευδωνύμως *Profeſſoris Lutherani* convitium, Elogium mox *Viri doctiſſimi, & ſcrutatoris antiqvitatis ſagaciſſimi,* adjecit.

JOH. CONR. DANHAUERUS, Theol. Argent., *in Myſterio Syncretiſmi, Diſſ. I., p. 28.*, ad Henoticorum centum Calixtum adſcribens, *celebratiſſimum alias Theologum*, &, in *Memoria Lutheri Thaumaſiandri, p. 62.*, *magnum quidem, ſed iniqvum, Auguſtanæ Confeſſionis cenſorem*, eundem appellat. In *Sigalione, p. 112.*, ſub *Crœſi* eum larva hiſce verbis commendat: *Crœſus Teuto theſauris literariis abundat, & ſcientiæ, tam exoticæ, qvam ſacræ & interioris, fama regnat, hocqve nomine, neſcio an ſibi, certe aliis, feliciſſimus eſſe videtur.* Qvibus *ex p. 247.* ſeqventia addimus: *Ulcus a nobis petitur, non Jaſon: ii ipſi, qvi hic bella Domini præliantur, nec poſſunt ſine ſcandalo συνυποκρίσεως tacere, admetiuntur Crœſo ſuas, qvæ debentur, laudes, venerantur ætatem, magni ſemper fecerunt lumina ſcientiarum, qvibus fulget, mallent, ut pro Syncretiſmo Synaſpiſmum cogitaſſet, mallent, ut eſſet Synaſpiſtes, imo, ob ætatis reverentiam, Protaſpiſtes, qvam Syncretiſmi Hyperaſpiſtes.*

A JOH. GEORGIO DORSCHEO, Theologo itidem Argentinenſi, in Epiſtola honorifica, M. Jul. A. 1640. ſcripta, & *Apologiæ contra literas Elect. Sax. auctiori, §. 27. (lit. Pp. 2. b. Pp. 3. a.)*, a noſtro inſerta, *Vir ſummus*, in *Collatione ad Concilium Sirmienſe, p. 174.*, *magnus antiqvitatis helluo*, P. II. *Vindic. ad Exodum, Diſp. IX., p. 190.*, *Vir in his ſtudiis exercitatiſſimus, ibid. p. 197. Vir doctiſſimus*, &, *in Or. de Theologo latrone, p. 112.* (ubi *latrocinii in Eccleſiam, & colluſionis cum hoſtibus ejus*, maligne inſimulatur), *non levis armaturæ transfuga, ſed annoſæ prudentiæ fama conſpicuus anteſignanus*, eſt appellatus. Sub finem *Notarum ad Orat. eandem*, ſoli ferme oppoſitarum Calixto, huic Dionyſii Alexandrini de Nepote, Ægyptiorum Epiſcopo, Chiliaſta, ſeqvens applicatur judicium, ab Euſebio (*L. 7. Hiſt. Eccl. c. 23.*) recitatum: *In aliis multis Nepotem laudo & diligo, qvum propter fidem, ſedulitatemqve & exercitium in ſcripturis, tum propter Pſalmodiam, qva etiamnum multi ex fratribus delectantur, & hominem admodum veneror. At veritas amica eſt, & præ cunctis honoranda, &, ſi qvid recte dicitur, laudandum & approbandum, candide vero, qvæ non ſane ſcripta videntur, inqvirenda & refellenda.* Conf. ejusdem Dorſchei *Proœmium Apologiæ Judicii Argentinenſis Anti-Latermanniani p. 21.*, ubi, *ſperaſſe ſe, ait; Calixtum inſtructiſſimæ Bibliothecæ ſuæ apparatum, ceteraſqve tot annorum auctibus ditatas dotes, promovendis contra Jeſuitas certaminibus fuiſſe impenſurum.*

JOH. FECHTIO, Theologo Roſtochienſi, *in Diſſ. de Origene & Origenianis*, Witebergæ A. 1665. Præſide D. Joh. Meisnero propoſita, §. *99.*, *Vir* audit *antiqvitatis ſacræ atqve profanæ peritiſſimus.*

JOH. HÜLSEMANNUS, Prof. Lipſienſis, in literis eum familiaribus, & congreſſu Berolinenſi (ſicut *in Apologia contra Epiſtolam Elect. Sax. auctiori, §. 27., lit. Pp. 2. a. b.*, fuſe eſt narratum), nec non in teſtimonio Anni 1645. (de qvo §. *LI.* conſulatur) Thorunienſi, *Theologum veteranum, celebrem, & de Eccleſia optime meritum, Patremqve in Chriſto ſuum plurimum venerandum, & non in amore ſolum atqve oculis, ſed filiali etiam obſervantia, habendum*, ſalutavit, ac ei poſtea, *in Judicio de Deſiderio Concordiæ Eccleſiaſticæ Calixtino*, Epiphanii de Apollinari verbis uſus, *non exiguam artium liberalium ſcientiam, ſummam lingvæ Græcæ & artis diſputandi peritiam, & magnam in Eccleſia autoritatem*, tribuit.

JOH. FRID. MAYERUS, *in Bibliotheca Scriptorum Theologiæ Moralis*, Æg. Strauchii *Theologiæ Morali* A. 1705. adjecta, *p. 5.*, *Virum* eum vocat *magnæ eruditionis, qvem, utinam ex aſſe ſibi aſſerere poſſet Eccleſia noſtra.*

PAULUS RÖBERUS, Theol. Witeb., in colloqvio cum Chriſtoph. Schradero, Witeberga diſceſſuro, Theologos, qvorum princeps Calixtus tunc erat, Helmſtadienſes Fratres ſuos, addito virtutis doctrinæqve illorum haud vulgari elogio, appellavit. V. Schraderi *Vindicias Diſput. de Juſtificatione p. 12.*

JOH. SCHARFIUS, Prof. Witeb., *in Proceſſu diſputandi*, A. 1635. edito, *c. 1.*, *magni* illum *Theologi* (teſte ipſius *ad Acad. Witeb. Epiſtola*) ornavit titulo.

JAC. WELLERUS, Aulæ Dresdenſis Protecclesiaſtes, A. 1643. & 1646., in Epiſtolis ad Calixtum exaratis, eum *Theologorum præclariſſimum, optime meritum, ad publicum rei literariæ commodum datum & natum, Virumqve* θεοφιλέςατον, ſalutavit. V. *Refutationem Welleri vernaculam*, a noſtro editam, §. *28.* (*lit. D. 3. a. b.*)

MATTHIÆ WASMUHTO, Theologo Kilonienſi (*P. II. Vindiciarum S. Hebrææ Scripturæ p. 241. & 277.*); *Theologus* audit *celeberrimus.*

GOTTL. WERNSTORFIO (*in Diſſ. de Autoritate libb. Symbol., Aphor. II., §. 3.*) *Eruditiſſimus.*

III. POLYHISTORUM, POLITICORUM, JURISCONSULTORUM, MEDICORUM, PHILOSOPHORUM ET PHILOLOGORUM LUTHERANORUM.

THOM. BARTHOLINUS Sen., Prof. Med. Hafn., *in Orationibus p. 17.*, *Virum* eum vocavit *profundæ eruditionis*, &, *in Obſervv. de Unicornu p. 156.*, *Germanorum doctiſſimum.* Qvod poſterius judicium cum ægre tuliſſet Barth. Nihuſius, ita ei a Bartholino, *in Hypomnematis de cruce Chriſti p. 109. 110.*, eſt reſponſum: *Scio, inter vos lites hærere literarias, verum, niſi fallit Calixti fama, ipſe partibus ſuis deerit nunqvam. - - - Calixto qvod tituli iſtius laudem deroges, minus ex candore tuo factum. Homo fama eruditionis & modeſtiæ, qvæ virtutes copulatæ Theologum imprimis componunt, non vultu, mihi cognitus. Qvodnam de eo tulerit judicium candidiſſimus ingeniorum æſtimator, Gerb. Joh. Voſſius, hujus loci non eſt recenſere, ne bilem tibi moveam. Optandum ſane Chriſtiano orbi, æqve omnes modeſtos benignosqve ſcriptorum eſſe interpretes, ac doctos.*

D. HENR. BINNIUS, Acad. Helmſtad. JCtus, in Epicedio Græco, eum ſalutat μέγαν τε ϗ ἔνθεον ἄνδρα, & paulo ante

Ἀνέρα θαυμαςὸν, κυδνὸν, θεοφέγγεα τ᾽ ὀρθῆς
Ὀρθὸν ἀληθείης τε φίλον ϗ ἀμύντορ᾽ ἄριςον.

REINHOLDO BLOMIO, Conſiliario Oſtfriſico (*in Elegis funebribus*), *Senex* audit *venerandus.*

JOH. HENR. BOECLERUS, Prof. Argent., *in Comm. in Lib. I. Grotii de J. B. & P., c. 1., p. 161.*, *doctiſſimum* eum appellat, &, in *Bibliographia Curioſa* (*lit. F. 1. a.*), *inſigne ſpecimen Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcribendæ, in nonnullis fidei articulis, dediſſe*, judicat.

JOH. ANDR. BOSIUS, Prof. Jen., *in Sched. de notitia Scriptt. Eccl., c. 4., §. 21., p. 46.*, præcipuis illum Theologis accenſet Lutheranis, qvi controverſias ex antiqvitate illuſtrant.

AUG. BUCHNERUS, Prof. Witeb., *in Epiſtolarum Partis IIdæ XVma*, ad Joach. Hagemeierum *A. 1641. data, p. 52.*, hunc ita compellavit: *Rev. Dn. Calixtum atqve Hornejum meo nomine perhonorifice ſalutabis; qvos viros plurimi facio ob eruditionem inſignem, & illam minus vulgarem.*

D. CHRISTOPH. JOACH. BUCHOLZIUS, Acad. Rintelienſis JCtus, im Kehrab der kurtzen Erinnerung Æg. Strauchii, *p. 5.*, cum A. 1668. ſalutavit einen rechten Außbund eines frommen, grundgelehrten, aufrichtigen und chriſtlichen Theologi, &, im gründlichen Beweiſe, daß der Kehrab noch feſte ſtehe, *p. 16.*, ita A. 1669. de illo ſcripſit: Der fürtrefliche Theologus, D. G. Calixtus, iſt, wegen ſeiner groſſen Tugenden und Geſchickligkeit, auch chriſtlichen Wandels und Theologiſchen Wiſſenſchaft, billig mit den allervornehmſten, gelahrteſten und chriſtlichſten Lehrern der Kirchen GOttes zu vergleichen, ſolten auch ſeine Neider vor Neid und Boßheit berſten.

JOH. CASELIO, Prof. Helmſtadienſi, *in Diaſcepſi ad Matthiam Overbecium, de nobilium negotiatorum dignitate & ſtudiis liberalibus*, Helmſtadii A. 1609. edita, *p. 18.*, *Holſatus* audit *juvenis, patriæ decus & noſtri ordinis.* (Conf. *Lib. XV. Epp. Caſelii*, a Juſto Dransfeldio editarum, *p. 974.*)

JOH. COLUMBO, Prof. Upſalienſi (*in Notis ad Lactantii Lib. de mortibus perſecutorum p. 98.*), *Theologus celebratiſſimi nominis Helmſtudienſis.*

HERM. CONRINGIUS, Prof. Helmſt., *in Ep. Dedic. Diſp. de origine formarum Leidenſis*, in *Syntagmate Epiſtolarum p. 2. 3.* recuſa, Calixtum & Hornejum, Præceptores ſuos, A. 1630., *Philoſophos & Theologos ſine exemplo maximos*, in *præfatione* autem *Confesſionis Metrophanis Critopuli magnos Acad. Juliæ duumviros*, *in Vindicatione contra Wasmuhtum*, *p. 17. 18.*, *ſumma Acad. Juliæ lumina & columina*, &, *in Actione injuriarum contra eundem*, *p. 26.*, *magnos illos, & optime de literis & Eccleſia meritos, duumviros noſtros*, vocavit. Calixtum ſolum idem, *in præfat. Comm. de origine Juris Germanici*, *Virum* ſalutavit *incomparabilem, & maximum Theologum*, &, in *præfat. ad* Georg. Caſſandri & Georg. Wicelii *de ſacris noſtri temporis controverſiis Libros duos* (teſte Franc. Irenico *in Autorum Indice, Collegio ad Burgoldenſem annexo, p. 36. 37.*), *Virum, cujus eruditionem, animique moderationem, pii doctique omnes ſemper venerabuntur.* Qva *in præfatione ad Caſſandrum*, mihi non lecta, an in laudem noſtri plura etiam (ſicut *in Epiſtolarum Excerptis*, a Chriſtoph. Henr. Ritmeiero editis, *p. 138.*, eſt pollicitus) prolixius diſſeruerit, qvi legere, poterunt teſtari. Confer, qvæ, e *Pietate Academiæ Juliæ*, publico a Conringio ſcripta nomine, huc ſpectantia §. 63. jam recitavimus. Addi etiam meretur octoſtichon in imaginem noſtri, in *Muſis* ejusdem *errantibus* poſthumis *p. 30.* recuſum:

Hactenus inſolitæ qvem Eccleſia ſancta ſeqveſtrum
Pacis amat, meritis & pietate gravem,
Diſcordi qvamvis multum frendente caterva,
Maximus hac Cimber fronte Calixtus erat.
Omne ſacrum, & privum, & qvicqvid veneranda vetuſtas
Scivit, in arcano pectore clauſa latent.
Compoſitos mores, & candida munera mentis,
Ipſa etiam hæc oculis picta tabella refert.

Nec non Scazontes in tumulum defuncti, *ibidem p. 59. 60.* obvii:

Calixtus ille, cujus inclytum nomen
Miratur eruditus orbis, &, donec
Erit eruditioni honos, adorabit:
Deſiderator atqve curator pacis
Eccleſiaſticæ ille; ſed parum gratus,
Inviſus imo factionibus, felix
Chriſto favente & optimis peracceptus:
Hoc in ſepulchro conqvieſcit, expectans
Vocem inde rurſus evocantis in cælos.

ERN. CREGELIO, Acad. Altorfinæ JCto (*in Carm. funebri*) *Proteſtantis* audit *currusqve eqvitesqve Iſraelis*, item

Europæ Doctor, docto venerabilis ore
Incomparabilis ſenex.

THOM. CRENIUS, *P. VIII. Animadv.*, *c. 3.*, *§. 4.*, *p. 188.*, ob ſtyli latini elegantiam eum celebrat.

ANDR. CURTIUS, Conſil. Intimus Megapol., hoc extincto ſcripſit Epitaphium:

Heic eſt conditus optimus virorum,
Qvi, qvantum ſiliqvis fabæ, ſui ævi
Doctis præſtitit: impiger ſatelles
Recti, atqve unica Juliæ columna.
Buſtum ergo decorent odora anetha,
Et ſvaves violæ, genusqve florum.
Omnem at fama per orbem anus Calixti
Penna nomen agat timente ſolvi.

CASP. DANCKWERTHIUS, Med. D. & Conſul Huſenſis, *P. I. Chorograph. Cimbr.*, *c. 3.*, *p. 22.*, de Viris Cimbriæ agens eruditis, velut ἄλλων ἐξόχως, e Theologis Calixtum, e JCtis Paulum Cypræum, e Medicis Thom. Finchium, ſpeciatim commendat, ac *P. II.*, *c. 5.*, *p. 87.*, Calixtum *Theologum celeberrimum* (einen weitberühmten Theologum) ſalutat.

JOH. CONR. DIETERICO (*in Specillo Chreſtomathiæ Græcæ p. 42.*) *Vir* audit *in lingva Græca ſtupendus.*

JOH. EICHELIO, JCto Helmſtadienſi, in Epiſt. ad Georg. Frantzkium A. 1651. exarata, & in B. G. Struvii *Faſc. V. Act. Liter. p. 45. 46.* edita, *Vir venerandus ac ſenex optimus.*

GEORG. NIC. ERASMI, Paſt. Megapol., *Lib. I. Anagramm. ἐμμέτρων, num. 75.*, hoc in eum exhibet:

Georgius Calixtus, SS. Theologiæ Doctor, & ejusdem in alma
Juliana Profeſſor.

*

Egregius JEſu a Chriſto, o Dux, agmine lato
Polles: mons, ajo, es floridus arte cita.

JOH. PAULO FELWINGERO, Philoſopho Altorfino (*in Epicedio*), *mundi* audit *lampas, flos Theiologum, & prima veriqve boniqve columna.*

JOH. FRISCHMUHTIUS, LL. Or. Prof. Jen. (*in Diſſ. ad loca qvædam Scripturæ, qvibus Turcarum Perſarumqve doctores, Muhammedem Prophetam fuiſſe, probare ſatagunt*, Jenæ A. 1685. edita, §. 7.), ita de illo: *Qvod de Joh. Tarnovio, olim Theologo Roſtochienſi, & interprete Scripturæ haud ex multis, aſſeruit Sixtinus ab Amama, ſacr. Lingg. Profeſſor in Univerſitate Franekerana, in Antibarbaro Biblico, Eccleſias Evangelicas ignorare videri pretium hujus viri, id de Georg. Calixto qvoqve dicere nihil vetat, qvod pretium hujus viri multi etiam ignorarint. Non tamen id ignoravit Sereniſſimus Erneſtus ὁ μακαρίτης, Dux Saxoniæ, pietate & judicio nulli ſecundus, qvi in momentoſis negotiis & quæſtionibus eum adhibuit: non invitis Conſiliariis dexterrimis, politicis & eccleſiaſticis, Dn. Frantzkio, & Dn. Glaſſio, τοῖς νῦν ἐν ἁγίοις, non invito Satanæ noſtræ ornamento immortali, Joh. Gerhardo, qvi, cum ea legiſſet, qvæ Calixtus, contra Apoſtatam & Sophiſtam Nihuſium, aliosqve Adverſarios noſtros, ſolide pro veritate religionis Chriſtianæ & orthodoxæ diſputaſſet, eximii Theologi publico encomio illum, pro candido ſuo pectore, ornavit. Qvod ſane etiam Diſputatione pro veritate unicæ religionis Chriſtianæ eum meruiſſe, omnino apparet.*

CÆSARINO FURSTENERIO ψευδωνύμῳ (ſive Gotfr. Gvilh. Leibnitio, Polyhiſtori inclyto), *in Tr. de jure ſupprematus ac legationis Principum Germaniæ*, A. 1677. edito, *c. 31.*, *p. 140.*, *Vir* audit *egregius, qvi doctrina atqve judicio paucos pares habuit.*

NICOL. HIER. GUNDLINGIO, Prof. Halenſi, *in Hiſtoria Philoſ. Mor.*, *P. I.*, *c. 7.*, *p. 95.*, *Doctiſſimus ſane inter Lutheranos Theologus.*

MATTHIAS JOHANSEN, Joh. Auguſti, D. Holſ., Secretarius, Elegiam in obitum Calixti, *Viri incomparabilis, & Theologi ſine exemplo*, funebrem venuſtiſſimam, ejus præſertim concordiæ Eccleſiaſticæ ſtudium celebrantem, his exorſus eſt verſibus:

Dive

Diva anima, & tanti mens admiranda Calixti,
Cui reliqvus late par nihil orbis habet,
Neu iterum noſtris ſperanda ſcientia terris,
Et concors placitis undiqve vita piis,
Ad cœlos ceſſere ſuos. Hic cætera buſto
Tradimus, & parvæ grande cadaver humo.
Ite, parate rogum, communeqve condite funus,
Et docti, & ſancti, qvotqvot ubiqve, viri.
Credite, majorem nemo venerabitur urnam,
Non hoc officio dignior alter erit.
Nam ſimul antiqvis fidei morumqve magiſtris,
Et facimus toti juſta ſecunda ſcholæ.
Hic vir, hic eſt, in qvo nuper ſe abſolverat orbi
Natura, atqve aliud vix reparabit opus,
Qviqve animo terrasqve ſuo, cœlosqve minores,
Complexusqve ipſum, poſt ea cuncta, Deum,
Omnia contulerat, qvicqvid tot ſecula, qvicqvid
Scire homines ratio relligioqve ſinit.

MICH. KONGEHLIUS, Secret. Regiomontanus, im Immergrünenden Cypreſſenhayne *p. 78. 79.*, una cum imagine ejus, Teſſaradecaſtichon in hanc exhibet Germanicum, in qvo *alter Auguſtinus, Ariſtoteli etiam comparandus, & Cicerone ac Chryſoſtomo eloqventia ſuperior, ſalutatur.*

JOH. GEORG. KULPISIUS, Conſil. Int. Würtemberg., *P. II. Commentatt. Acad. in Sev. de Monzambano de ſtatu imperii Germanici librum, p. 100., Polyhiſtorem* eum vocat *inſignem.*

DAN. LIPSTORPIO (*in Formatione & excluſione Monarchiæ Papalis, P. II., c. 28., p. 161.*) audit *Theologus edecumata eruditione famigeratiſſimus.*

NICOL. CHRISTOPH. LYNCKERO, Barone & Conſil. Imper. aulico (*Lib. II. Inſtructorii forenſis, P. I., c. 2., lit. S. 1. b.*), judice, *ſcripta Calixti plurimum habent reconditæ antiqvitatis eccleſiaſticæ.*

JOACH. JOH. MADERO, Rectori ſcholæ Scheningenſis doctiſſimo, *in præf. ad Chronicon Montis Sereni p. 4., Sidus* audit *Acad. Juliæ qvondam illuſtre,* nec non *in Duodenario ſacro Præſulum Brunſvicenſium,* ἀνωνύμως edito, *p. 21., maximi nominis Theologus.*

JOH. BURCH. MAJO (*in Progr.* de vita D. Nic. Martini, Acad. Kilon. JCti, A. 1713. publicato, *p. 5.*) *Vir ſummus & exqviſitisſimus.*

ERICO MAURITIO Jun., Protodicaſterii German. Wetzlar. Aſſeſſori (*in Tr. de principiis Juris publici p. 57.*), Vir doctus.

GVILH. MECHOVIO, Scholæ Mich. Lüneb. Rectori (*in præfat. Philoſophiæ Paræneticæ, lit. B. 7. b.*), *Theologorum noſtri ſeculi facile princeps.*

JOH. HENR. MEIBOMIO, Prof. Med. Helmſtadienſi, & Poliatro deinde Lubecenſi, *in Notis ad verſ. 219. Herlingsbergæ Henr. Roslæ (T. I. Rer. Germ. Henr. Meibomii Jun.) p. 798., magnus Theologus,* in *Mæcenate* autem, *c. 24., p. 152., Theologorum Germaniæ hodie princeps, & ſine pari, amicus, & olim Collega ſuus non e multis.*

HENR. MEIBOMIUS Jun., Med. Prof. Helmſt., *in Append. ad Avi cognominis Chronicon Riddagshuſanum (T. III. Rer. Germ. p. 417.), Doctorem* eum vocat *Acad. Juliæ celeberrimum, qvem literatus orbis & Eccleſia purior ſuſpexit, & inter primos numeravit, immenſamqve* ejus *eruditionem,* & *infucatam pietatem,* ſimul commendat.

LEV. NICOL. MOLTKIUS, Aulæ Holſato-Gottorpienſis Procancellarius, *in Notis ad Thom. Brownii Religionem Medici, p. 32. 43., Virum doctisſimum,* &, *p. 306., Virum clarisſimum,* eum ſalutat.

DAN. GEORG. MORHOFIUS, Prof. Kilon., *Orat. VIII., p. 243., illuſtribus orbis literati e Cimbria ſideribus* eundem annumerat.

PHIL. ANDR. OLDENBURGERUS, JC., *P. II. Diſcurſuum ad Inſtrum. pacis* (ſub *Burgoldenſis* larva editorum), *Diſc. III., p. 24.*, ita de illo: *Non adeo ante multos annos, cum Witebergenſes ac Lipſienſes Theologi in optimum noſtrum D. G. Calixtum, mitem ac valde moderatum Theologum, ſuperbe pariter atqve acerbe inveherentur, qvot convitiorum plauſtra tum in ſcriptis Hülſemannianis & Wellerianis aſpeximus?*

MAGNO DAN. OMEISIO, Prof. Altorfino (*in Gloria Acad. Altorfinæ p. 35.*), *ſummus* audit *Theologus.*

OTTO OTTONIS a Mauderoda, Conſiliarius Brunſvico-Hannoveranus, in Dodecaſticho in obitum illius funebri, hoc ei tribuit encomium:

Doctius & melius nil vidit cultior orbis
Dotibus ingenii, magne Calixte, tui.

JOH. NICOL. PECHLINUS, Archiater Holſato-Gottorpienſis, *in Conſultatione de optima Chriſtianorum ſecta,* ſub larva *Jani Philadelphi* edita, *p. 103., Digresſionem de arte nova contra Nibuſium* juſtis ornans laudibus, Autorem ſimul *Virum a charitate Chriſtiana & doctrina commendatisſimum* appellat, & *p. 112.* denuo, verbis pluribus, in Vitæ historia §. *70.* jam recitatis, ei, & pacis ſacræ, qvo flagrabat, ſtudio, contra Witebergenſes, patrocinatur.

JOH. ALB. PORTNERUS, Conſiliarius Imperialis aulicus, defuncto Elegia parentavit cultiſſima, &, in iſta, *dulce Academiæ Juliæ decus, Theiologiqve jubar præſidiumqve chori,* illum ſalutavit.

ZACHAR. PRÜESCHENCKIUS, Conſil. Intimus Saxo-Vinarienſis, in Ep. I. ad Calixtum, A. 1649. ſcripta (*ap. B. G. Struvium Faſc. V. Act. Lit. p. 17. 18. 19.*), ita eum alloqvitur: *Tu, Vir optime, & inter præcipua ſeculi ornamenta numerande, ſincere ſancta omnino colis ſtudia, ſinceriorisqve Theologiæ ſtudioſos amas, foves, provehis, multorumqve hactenus, ut Latermanni & aliorum, qvi & ipſi aliqvavis paucas tempeſtates utiliter compoſuere, portus, ſinus, præmium, imo exemplum fuiſti; ipſarum deniqve antiqvitatum Eccleſiaſticarum, denuo jam ſeneſcentium, reductor & inſtaurator. Tu modo perge ea in via, qvam per tot annos pie ac laudabiliter calcaſti, porro incedere ſtrenue; nec morare illorum obtrectationes, livorem atqve publica molimenta, qvibus, ob deprædicatam paſſim eruditionem tuam, ſingulari cum pietate conjunctam, tu ſtimulus ſemper odiumqve fuiſti. Nimirum exiſtimant, Imperium ſe in foro Theologico unice exhibere: qvod qvia tu haud agnoſcis, deprehendens potius eorum nonnullos melioris literaturæ plane vacuos eſſe, rerumqve ſacrarum parum intelligentes, fit inde, ut, collatis ſignis, nunc plurimi adverſus te depugnare in animum induxerint. -- Sapientia Theologorum lenire publica mala debebat; horum vero non paucorum petulantia nunc magis etiam auget.* In alia ad Henr. Jul. Scheurlium Epiſtola, a Struvio itidem *l. c. p. 46. 47.* edita, ita A. 1651. ſcripſit: *Noſti procul dubio, me non ignotum eſſe Calixto veſtro, Viro inter præcipua ſeculi hujus ornamenta numerando, qvem certe tanti facio, qvanti unqvam Theologorum noſtratium, exiſtimatione cujusqve ſalva, feci ullum.* Conferantur alia ejusdem loca, §. *67. & 70.* allegata.

SAM. RACHELIUS, JCtus Kilon. & Conſil. Holſaticus, in Elegia parentali, Gerh. Titii *Laudationi Calixti funebri* adjecta, *decus* eum appellat *Holſatæ gentis, gloriam Juliados, magnumqve patronum Aonidum,*

Qvem pietas, candor, qvem relligioſa vetuſtas,
Ornavitqve piæ ſimplicitatis amor,
Vindice qvo coetus potuiſſet creſcere Chriſti,
Pacis amor partes & ſociare vagas.

THOMAS REINESIUS ὁ πάνυ, *Epiſt. II. ad Joh. Vorſtium* (A. 1647. ſcripta), *p. 10. 11., Academiam Juliam viris ſolide doctis abundare,* præfatus, *ſe genio ſcriptionis, qvem in Theologis ejus* (Calixto & Hornejo) *deprehenderit, maxi-*

me delectari, huic ſignificavit, & *Ep. III*, , *p. 18.*, de ſedibus primariis veteris Eccleſiæ ſe conſulenti reſpondit: *Calixtus iſta omnia te docebit* κάλλιςα, *quippe* Ἰρίβων ἢ πολλὰ παλαιά τ' εἰδώς, ἢ πανεπιςήμων.

GEORG. RICHTERUS, Reip. Noriberg. Conſiliarius, in Epiſtola ad Conr. Hornejum A. 1640. ſcripta (*in Syntagm. Epp. p. 130.*), Calixtum & Hornejum *Doctores Theologiæ, quos Germania hodie habet, ſummos*, in alia autem, ad Juſtum Geſenium A. 1643. exarata, eosdem *Theologorum par absque pari*, appellavit.

NICOL. RITTERSHUSIUS, Acad. Altorfinæ JCtus, in Oda funebri, his obitum ejus deploravit verſibus:

Et hoc ſerenæ frontis eburneum,
Quod involucris ruga ſenilibus
Famoſa vinxit, indecoro
Fune trahat Libitina fulcrum?
Vah! ille vultus, lingua reconditi
Canalis auri, vox in Hymettico
Effuſa portu, glorioſos
Mens ſimilis imitata divos,
E conjugatis forma ſororibus
Virtusque naſcens, candida perpetis
Statura famæ, totus una
Pallet amor cineratus urna!

JOH. WOLFG. ROSENFELDIUS, Præſes Cizenſis Aulicus, *in Tr. de ſumma poteſtate Principum Germanicorum* (ſub *J. W. Relfendſo* larva edito), *p. 221.*, *Theologum immortali laude dignum* eum ſalutat.

CASP. SAGITTARIUS, Prof. Jen., eum, *in Diſſ. de Antiquitatibus Amazoniis*, §. *17.*, nec non *in Introd. in Hiſt. Eccl.*, *c. 15.*, §. *6.*, *p. 331.*, *magni* vocavit *nominis Theologum*, & in eodem opere, *c. 33.*, *Sect. 32.*, *p. 954.*, *inſignem ac ſumme doctum Eccleſiæ noſtræ Theologum.*

MELCH. SCHMIDIUS, L. Gr. Prof. Helmſt., *in Or. in obitum Chriſtoph. Schraderi p. 8.*, Viri *ſummi* noſtrum ornat elogio, & ob *laborem ac diligentiam incredibilem, candidos mores vitamque ſanctiſſimam*, fuſius commendat.

CHRISTOPH. SCHRADERO, Acad. Juliæ Rhetori, *Programmatis* in memoriam Calixti Helmſtadienſis (cujus ſupra excerpta jam dedimus encomiaſtica), & *Paraphraſeos Pietatis Acad. Juliæ vernaculæ* (de qva §. *63.* dictum), nomine editorum publico, Orationisqve præterea Parentalis (qvæ tota huc ſpectat), privatæ pietatis inſtinctu Præceptori habitæ, Autori, in hac *p. 4. Vir* audit *de Acad. Julia, Eccleſia univerſa, & ſe quoque, optime meritus*; *p. 26. Vir Latinæ, Græcæ, Hebraicæ linguæ peritus, inſignis Poeta, præſtans Hiſtoricus, eximius Orator, perfectus Philoſophus, & Vir tam religioſus, quam eruditus*; *p. 27. 28. Vir incomparabilis, cujus propria fuit laus & vera gloria, in univerſo illo ac late patenti ſacrarum cœleſtiumque rerum campo, prudenti conſilio, diſerta oratione, eruditiſſimis ſcriptis, oraculi inſtar reſidere, & veluti regnare*; item *Parte I. Programmatum, num. 41.* (*lit. L. 3. a.*) *Acad. Juliæ venerandus Senior, ejusdemque, & Eccleſiæ Chriſtianæ totius, eximius Doctor*; ac in *Vindiciis* tandem *Diſput. de juſtificat.*, *p. 13.*, *Vir omni ſua laudatione major*, & *p. 21. Doctor cuivis veterum comparandus.*

CONR. SAM. SCHURTZFLEISCHIUS, Prof. Witeb., *Epiſt. 326. ad N. Heinium* (A. 1676. ſcripta), *p. 465. 466.*, ita ad iſtum: *Præclaram mihi collocaſti operam, & opuſcula multo gratiſſima collegiſti, præſertim Georg. Calixti, viri de antiquitate meritiſſimi, &, ſi Dorſcheum excipias, nemini in eo ſtudio poſtferendi, qvin etiam hoc majoris, ſi ad laudem Theologi adjungas, quæ Oratori elegantiam decusque ſcripturæ afferunt: quam artem accepit a Joh. Caſelio, ſummo Viro, & tali, ut Melanchtonem noſtrum unus iſte, & imitari, & æquare poſſit. Cujus libellos te legere nunquam pigeat, aut poeniteat.* Confer ejusdem *Epiſt. 458. ad H. Conringium, p. 734.*, ubi denuo Calixtus & Dorſcheus *Theologi* vocantur *doctrina lectiſſimeque ſummi, & in ſeculi hujus laudem, poſteritatisque admirationem, referendi.*

JUSTO SINOLDO SCHÜTZIO, Acad. Gieſſenæ JCto, *Vol. II. Collegii publici de ſtatu rei Rom.*, *Diſp. IV.*, *Th. 13.*, *lit. B.*, *Vir* (teſte C. W. Eybenio, *in Eponymologio T. Magiri aucto, p. 164.*) audit *incomparabilis.*

OTT. SPERLINGIO Jun., JCto Danico & Conſil. Regio, *in Diſſ. de monumento Benedictino Hamburgenſi p. 35.*, *ſummus non minus Hiſtoricus, quam Theologus.*

VAL. HENR. VOGLERO, Prof. Medico Helmſtadienſi, *in Introd. ad notit. bon. Scriptt.*, *c. 20.*, *p. 92.*, *Vir venerabilis memoriæ.*

JOH. CHRISTOPH. WAGENSEILIO, Prof. Altorfino, *in Diſſ. de lingva N. T. Avthentica*, *c. 2.*, §. *4.*, *p. 12.*, *Vir magni nominis ac eruditionis inuſitatæ.*

GEORG. WERNERO, JCto Helmſtad. academico, *in Epigramm. funebri, Atlas Academiæ Juliæ, Vir magnus & Theologus incomparabilis.*

JOH. JUSTO WINCKELMANNO, Conſiliario Haſſiaco, *in Notit. Vet. Sax. Weſtphal.* (ab. Eybenio *l. c.* allegata), *L. 3.*, *c. 9.*, *magnæ autoritatis & eruditionis Theologus.*

DICÆO IRENOPHILO, Poetæ ψευδωνύμῳ, in Epigrammate *Judicio* noſtri *de Controverſiis Luth. & Reform.* A. 1650. præfixo, *Vir meritis ingens, ſolide doctus pacisque amans*; nec non *pacis genius ſine felle.*

IV. SCRIPTORUM PONTIFICIORUM.

ADR. BAILETUS, Gallus (a Thoma Popeblount, *in Cenſura Autorum p. 909.*, allegatus) *in Judiciis Gallicis de Eruditis, Virum* eum *multæ lectionis, & ingenii ſagacis, celebremque Proteſtantem*, vocavit.

JOH. CHRISTIANUS, Baro a BOYNEBURG, *Ep. 33. ad Joh. Conr. Dietericum, p. 184.*, *Virum* illum appellavit *pietate, doctrina ac judicio, plane eximium*, & paulo poſt, *p. 190. 191.*, cum Theologis Proteſtantibus univerſis *Arndii religioſam prudentiam*, & *Calixti moderatisſimam in genuina religionum ac controverſiarum dijudicatione dexteritatem*, ſerio eſſet apprecatus, hoc ornavit elogio: *Eſt vir hic, & eruditionis incredibilis uſu, & judicii ſingulari acrimonia, & incomparabili eloquentiæ claritudine, & ſalutari meditationis Chriſtianæ ſolertia, & amore inaffectatæ pietatis, &, quod caput eſt, veritatis ac tolerabilis concordiæ, & ſinceriſſimo in Eccleſiam remque publicam ſtudio, & modeſta juſtæ induſtriæ conſtantia, exquiſitisſimo denique dicatisſimæ univerſis piis voluntatis candore, usquequaque eximius. Ep. 95.* ad eundem, *p. 318.*, *Virum* ipſum denuo ſalutat *doctrinæ amplitudine longe clarisſimum*, in aliis autem ad Zach. Prüeſchenckium (apud B. G. Struvium *Faſc. III. Act. Liter. p. 10.*) *Virum ſummum.* Cui etiam A. 1649. (*ibidem Faſc. V. p. 28.*) hoc de illo perſcripſit judicium: *Theologos utique, ſi unum Calixtum excipias, paucos ſuperſtites, novi, quorum doctrina opponi fiduciæ adverſantium mereatur.* Idem, in Epiſt. ad Zach. Prüeſchenckium A. 1663. exarata (apud B. G. Struvium *Faſc. V. Act. Lit. p. 63.*), Calixtum Germanis accenſet, qvibus *nemo hiſtoriarum peritior.* Confer alia Epiſtolorum ejus loca, §. *67.* & *70.* allegata. Qvæ tamen omnia ab eo, adhuc Lutherano, ante Apoſtaſiam ad Pontificios, ſcripta eſſe, non eſt diſſimulandum.

BARTHOLDUS NIHUSIUS, ingratus noſtri e diſcipulo (uti §. *42.* indicatum eſt) adverſarius, in Epiſtolis A. 1621., paulo ante apoſtaſiam, ad eum exaratis, ſe, *quantus quantus ſit, in ære ejus, ab annis XIV.*, *eſſe*, eſt profeſſus, illum autem *virorum ſummum* appellavit, animumqve ipſius, in errantes circa ſacra leniorem, *vere aureum* eſſe, *& prædicatione bonorum omnium digniſſimum*, judicavit; in alia autem *eruditionem, & ingenium, virtutesque non unius generis, omnia in illo magna* exiſtere, *& facile optimum ei quemque devincire*, agnovit. V. Calixti ipſius *Digreſſ. de arte nova Nihuſii p. 5.*

PHIL.

PHIL. PRIORIO, Gallo, *in Annott. in c. 8. Tertull. de exhort. caſtit.* (teſte Joh. Fabricii Jun. *Memoria Frid. Ulr. Calixti p. 9.*), *inſignis* audit *Lutheranus.*

CHRISTOPHORUS, Comes a RANZOU (ſive potius illuſtris hujus Apoſtatæ noſtratis Catechetes, Lucas Holſtenius), *in Epiſtola ad Calixtum p. 28. 29., Academiam Juliam, ſingulari Dei beneficio, & ſapientiſſimorum Principum cura, viris eruditis, & accurata docendi ratione, cæteris per ſeptentrionem ſcholis palmam præripere, helluationes, & morum corruptelam, bonæ mentis peſtem, obnixe adverſari, tum, qvod præcipuum ſit, majorem ſacræ antiqvitatis cognitionem ad fidei controverſias diſceptandas adhibere*, agnoſcit, Calixtumqve ipſum, *p. 3., Virum doctisſimum eundemqve optimum* (fruſtra hunc titulum ei invidente G. L., in *Epiſtola*, Editioni Moguntinæ præmiſſa), nec non *p. 31. Virum doctum, & antiqvitatis ſacræ unum fere præ cæteris ſtudioſum*, ſalutat.

CHRIST. ADOLPHUS THULDENUS, *Lib. I. Hiſt. per Europ., ad A. 1655., p. 20.* (teſte Franc. Irenico, *in Indice Autorum, Collegio ad Burgoldenſem adjecto, p. 36. 37.*), ita de illo: *In Brunonis vico Academia Helmſtadium Calixto qvodam, non indocto Lutheranæ factionis aſſertore, his temporibus inclaruerat.*

ADOLPHO GOTHOFR. VOLUSIO (*in Aurora Pacis religioſæ p. 30. 115.*) Vir audit *a calumniandi libidine remotus, & ſtudium pacis abunde oſtendens*; Dn. le FEVRE (*dans les Motifs invincibles p, 29. 51.*) *Eruditus ac præſtans Lutheranus.*

DIONYSIO WERLENSI (*in Philanthon. p. 206. 243.*) *Vir, qvo majorem non habuit illuſtris Julia.* V. Joh. Fabricii *P. IV. Hiſtoriæ Biblioth. Fabricianæ p. 150.*

V. SCRIPTORUM REFORMATORUM.

FRID. BECMANNUS, Theol. in Acad. Francof. Profeſſor, *in Diſp. Inaug. de Eccleſiæ Pontificiæ Idololatria, Th. 10.*, *magnæ* eum *famæ & eruditionis Theologum* appellat.

CONR. BERGIUS, Theol. Bremenſis, *in Praxi Cathol. p. 51. 144.*, ad ſuas partes illum trahit, teſte Joh. Conr. Danhauero, *in Myſterio Syncretiſmi, Diſp. I., p. 28.*

JOH. BERGIUS, Protecclesiaſtes Aulæ Brandeburgicæ (a Sam. Pomario *Diſp. IV. de moderatione Theologica*, §. *6.* allegatus), in Dedic. der Apoſtoliſchen Regel, eum vocat einen vortreflichen und recht friedfertigen Lutherſchen Theologum, &, in Tr. vom Willen GOttes *p. 168.*, einen vornehmen alten Lutherſchen Theologum.

DAVID BLONDELLUS, Prof. Amſtelod., in *præfatione libro* Joh. Dallæi *de jejuniis & Qvadrageſima*, Daventriæ A. 1654. edito, præmiſſa, ita de illo: *Felix, qvi rerum potuit cognoſcere cauſas. Illum unum curandorum corporum peritum, qvi Pathologicam cum Therapevtica feliciter conjunxit, Medicorum filii judicant. Idipſum patrum memoria unanimes ſenſere, qvi exhauriendæ errorum, Chriſtianiſmum inqvinantium, ſentinæ ſe totos dederunt. In Germania Mart. Chemnitius, cujus nunc illuſtribus veſtigiis feliciter inſiſtit inter gentis ſidera ſuo merito referendus, Georg. Calixtus.*

FRANC. BURMANNUS, Acad. Trajectinæ Theologus, *in Conſilio de ſtudio Theologico feliciter inſtituendo, Tomo II. Synopſeos Theol. addito, c. 2.*, §. *15.*, *p. 667.* (teſte Th. Crenio, inepte illi contradicente, *P. XVII. Animadv. p. 48. 49.*), *Viros* itidem *maximos in Lutherana communione Chemnitium eſſe & Calixtum*, vere judicavit.

ISAACUS CASAUBONUS, in Epiſtola ad Jac. Aug. Thuanum commendatitia, Londini VIII. Eid. Jul. A. 1612., ſcripta (*num. 692. Editionis Caſaubonianarum Græviana*), ita de illo: *Amico huic petenti συςατικὰ ad te non potui denegare: cum præſertim ex uno & altero colloqvio compererim, Virum eſſe doctum & judicii in literis non vulgaris. Ille enixe petiit a me, ut fores ſibi aperirem amicitiæ tuæ. Qva ſi illum, ex commendatione mea, fueris dignatus, mox, niſi fallor, dignum pronunciabis, qvem referas in eorum numerum, a qvibus velis coli.*

JOH. AMOSO COMENIO (*in Judicio duplici de Regula fidei p. 615.*) *Vir* audit *inſigniter in certaminibus Theologicis verſatus, ſolide pius, veritatis Evangelicæ propugnator ſtrenuus, dirigendis, non diſturbandis conſiliis idoneus, cui undiqve tuto fidi, & a cujus præſentia auxilii multum ſperari poſſit.* V. J. Fabricii *P. IV. Hiſt. Biblioth. Fabric. p. 50.*

JOH. CROCIUS, Theologus aulæ Haſſo-Caſſellanæ, *in Juſta defenſione Chriſtianæ & ſinceræ reſponſionis ad Erneſtum, Landgr. Haſſiæ, c. 1., p. 4.* (teſte Crenio *l. c. p. 59.*) ita ſcribit: *Luculentam inſignis moderationis laudem clariſſimo D. Calixto non invideo. - - Tanta* tamen *cumulari neqvit, qvin multo majori judicem dignum, qvamdiu cauſam Dei contra Papatum ſincere agit.*

LUDOV. CROCIUS, Theol. Bremenſis, in Epiſt. ad Gerh. Joh. Voſſium, Prid. Kal. Jul. A. 1635. data (*in Appendice Epiſtolarum Voſſianarum, num. 222., p. 146.*), hoc eum ornavit elogio: *In Acad. Julia vivit D. G. Calixtus, Vir in parte qvidem Lutheranorum; ſed pereruditus, modeſtus, æqvus & candidus, qvi edita nuper Parte Theologiæ Moralis, cum Digreſſione de arte nova Nihuſii, Veronii, aliorumqve Pontificiorum, mihi ſalivam movit, & ſpem injecit reparandæ doctrinæ, altercationibus ultimi ſeculi nimis labefactatæ & implicatæ: ſi modo plures, cum bono Deo, in hanc rem conſpirarent. Evolvit is fere omnem antiqvitatem ſacram, adhibito lumine analytico, qvo Dialecticæ & Sophiſticæ diſputationes a neceſſariis vinculis etiam certis ſapienter diſſeparantur: qvarum confuſio luminibus cæleſtis veri hactenus obſtruxit. Obſtant qvidem non pauci* Νυκτικόρακες, *qvi ferale carmen dicere, bonorumqve ſtudia traducere, non deſinunt. Sed & horum crocitationes Deus facile compeſcet, & in columbinos gemitus vertet.* Eidem, *in Inſtruct. de ratione ſtudii Theolog., c. 2.*, audit *Vir doctiſſimus.*

JOH. DALLÆUS, Paſt. Pariſienſis, *dans la Repliqve a P. Adam, Jeſuite, P. II., c. 14., p. 86.*, poſtqvam zelum impotentem Æg. Hunnii, Phil. Nicolai, Alb. Graueri, aliorumqve Lutheranorum rigidiorum (qvorum in Reformatos invectivas Jeſuita ſibi objecerat), erat deteſtatus, ita (*apud Pet. Bælium, T. I. Dictionarii Hiſt. & Crit., P. II., p. 1285.*) pergit: *Graces à Dieu, ils ne ſont pas tous dans les emportemens de vos Gibelins & de vos Granveres. Il y en a de plus doux & de plus traitables, & le feu Docteur Calixte, Theologien de Helmſtatt, le plus ſavant de tous les Lutheriens de ſon tems, l' a aſſez temoigné par deux ou trois livres, qv' il a publiez ſur ce ſujet.*

SAM. DIESTIUS, Theologus Daventrienſis, *Diſſ. III. Hiſtorico-Irenica de lite & pace Evangelicorum, Th. 9., p. 217.*, magiſtratibus Lutheranis, ut *Calixtinos, & his animi lenitate & modeſtia ſimiles, rigidioribus Witebergenſibus, eorumqve ſimilibus, qvi qvaſi* βοανεργὲς *videri volunt, præponant*, ſuaſit; ſicut indignabundi referunt J. C. Danhauerus *in Diſſ. de Gallioniſmo p. 20., ac in Illice & obice pacis p. 165. 166.*, Abr. Calovius *in Collatione Pſevdo-Apoſtolorum & Calvinianorum Diſp. II., p. 70., & in Obſervv. contra Mareſium*, §. *35.*, ac Sam. Pomarius *Diſp. III. de moderat. Theol.*, §. *7.*

JOH. LUD. FABRICIUS, Theol. Heidelb., *in Opp. p. 295.* (teſte Joh. Fabricii *Jun. Memoria Frid. Ulr. Calixti p. 8. 9.*) noſtrum *Virum* ſalutavit *incomparabilem.*

HERM. HILDEBRANDI, Paſtoris Bremenſis, locum huc ſpectantem, in vitæ hiſtoria, §. *68.*, jam recitavimus.

JOH. HORNBECKIUS, Theol. Traject. & Leidenſis, *Lib. IX. Summæ Controverſiarum, p. 686.*, Calixti *de Controvv. Luth. & Reform. Judicium* fuſius commendans, Autorem *Virum* vocat *celeberrimum*, & addit: *Qvod ſi cum*

ralibus, ac ille, hac in re ſemper agendum, facilis foret conciliatio ac conſenſus. Ibid. *p. 703. 704.*, eum, una cum Melanchthone, Paulo Ebero, Pet. Palladio, Chr. Pelargo & Chr. Donauero, Theologis Lutheranis *moderatis*, *piis*, *pacificis & prudentibus*, accenſet, *qvibus Spiritus pacis ac concordiæ molliora & meliora ſuggerit conſilia*, ac Abr. Calovio, in *præfatione Synopſeos Controverſiarum* prolixa, ei oppoſita, *ſchiſma*, *hæreſin*, *Apoſtaſiam*, *Samaritaniſmum*, *Atheiſmum, & qvid non?* illi, *animo a ſuis æqve ac Reformatis, & expetita toties Eccleſiarum unione, abhorrente, exprobranti*, merito indignatur. Conf. *p. 708.*, ubi, ſcripta ejus Irenica a Lutheranis rigidioribus *inſectatione & odio excepta eſſe*, conqveritur, & locum *libri I. Miſcell. c. 26. de conſociatione Evangelica*, §. 16., *p. 735.*, a Th. Crenio (*P. XVI. Animadv.*, *c. 3.*, *p. 252.*) allegatum. Ubi, hoc teſte, *non libenter videt diſputari, an hæreticis accenſeri debeat, vel ſchiſmaticis, Calixtus, eximius inter Lutheranos Vir, ideo qvod moderatus fuit, & Calixtinos opprimi, qvos juvari oportebat*; ſvadetqve his, *qvocunqve locorum ſint, dextram porrigi, ut ſolatium, qvod Lutherani negant, apud Reformatos cum fœnore recuperent.*

GEORG. HORNIUS, Prof. Leidenſis, *in Hiſt. Eccl. p. m. 527.*, ita: *In concordiam inter Lutheranos & Reformatos moderatiores utrinqve conſenſerunt, qvalis in Svecia Joh. Matthiæ, Epiſc. Stregnenſis, G. Calixtus, & alii plurimi, maxime politici. Sed omnis concordiæ hoſtis Witebergæ & Lipſiæ Joh. Hülſemannum & Abr. Calovium; Joh. Botſaccum Dantiſci, Danhauerum Argentoratenſem, & alios craſſos turbones, excitavit, qvi pium opus, Eccleſiis & Politiis ſalutare, novi Tobiæ & Sanballati diſturbarent.*

JOH. HENR. HOTTINGERUS, Theol. Tigurinus, *P. IV. Biblioth. Qvadripart.*, *c. 3.*, *p. 404. 405.*, ita de noſtro: *Noſtro tempore celeberrimus Theologus, Calixtus, multorum incus eſſe debuit Theologorum Auguſtanorum, tum ob concordiæ ſtudium (qvod tamen paulo contractius, intra Reformatorum utrinqve cancellos, ſubſtitiſſe ipſe mallem) preſſius ubiqve inculcatum, tum ob dogma S. Trinitatis in V. T. revelatum. Sed doctis & elaboratis Apologiis, uno volumine emiſſis, cauſam ſuam contra adverſarios maſcule defendit.* Idem, in *Meletematis Irenicis*, qvæ in *Primitiis* A. 1659. prodierunt *Heidelbergenſibus*, *c. 2.*, *p. 131.*, inter Theologos eum refert Lutheranos, ἄλλων κρείττονας, *pacisqve Eccleſiaſticæ cupidos*, & ſcripta ejus irenica recenſet; *Cap. IV.* autem, *p. 168.*, *Theologum* vocat *Helmſtadienſium celeberrimum, de mutua partium tolerantia atqve fraternitate, propter conſenſum in fundamentis, ſollicitum*; *Cap. V.*, *p. 213.*, *Virum clariſſimum*, & *Cap. VI.*, *p. 226. 227.*, *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ indefeſſum ſcrutatorem.*

SAM. MARESIUS, Theologus Gröningenſis, *in Diſſ. de Syncretiſmo*, §. 67., ita: *Qvod ſi cæteri partium Auguſtanarum Theologi moderationem celeberrimi D. Calixti, & ſuorum RR. Collegarum Helmſtadienſium, imitarentur, hanc charitatis ſerram cum Reformatis haud illibenter reciprocarent.* In *Stricturis in J. C. Danhaueri tres in Symb. Apoſt. Tabulas* (teſte ipſo Danhauero *T. II. Hodomor. Calvin. p. 3348.*): *Helmſtadiani Theologi, ac nominatim celeberrimus, moderatiſſimus & doctiſſimus Vir, D. G. Calixtus, aliqvid de Melanchthonis, communis illius Præceptoris, indole & ingenio retinent.* In *Obſervationibus Irenico-Theologicis ad Colloqv. Caſſellanum*, Joh. Melleti *Syndromo* inſertis, *Art. 29.*, *p. 113.* (cit. Sam. Pomarii *Diſp. III. de moderat. Theol.*, §. 5.): *Nec deſunt utrobiqve* (in Academiis ſc. & Eccleſiis Brandeburgicis & Brunſvicenſibus) *magni Viri, ordinis Eccleſiaſtici & Politici, qvi Calixtinam moderationem, hac in parte, Caloviano & Danhaueriano furori ſint procul dubio prælaturi.* Idem, *in Munimine Orthodoxiæ & perſeverantiæ Evangelicæ p. 82.* (apud Th. Crenium *P. V. Animadv. p. 88.*), eum *doctiſſimum Theologum*, ac in *Tr. de Canonicis Ultrajectinis*, *c. 9.*, *p. 175.* (cit. Pomario *l. c.*, *Diſp. IV.*, §. 6.), *Virum plur. reverendum & celeberrimum, ſummumqve inter Aug. Conf. Profeſſores & moderatiſſimum Theologum*, in *Refutatione* autem *præfationis Apologeticæ Steph. Curcellæi, Johannæ Papiſſæ reſtitutæ* ſubjuncta, *p. 320.* (teſte Crenio, *P. XVI. Animadv.*, *c. 3.*, *p. 252.*), eum & Herm. Conringium, Collegam, *Viros ſummos inter Lutheranos, ſummæqve eruditionis*, ſalutavit.

GERH. MEIERUS, Theol. Prof. Bremenſis, *Lib. 2. Biblioth. Theol. contractæ*, *c. 7.*, *p. 221.*, ſcripta contra Pontificios polemica potiora enumerans, varia inprimis Calixtina commendat.

STEPH. le MOYNE, Theol. Prof. Leidenſis, adeo ſedulo ſcripta, uti Crenius, *l. c. p. 254.*, refert, ſcripta legit Calixtina, ut *margines eorum* (in biblioth. Crenii reliqvorum) *omnes fere ſuis notis & obſervationibus compleverit*, & univerſa junctim recudi, in colloqvio cum Henr. Lud. Benthemio (teſte hujus *præfatione* des Engeländiſchen Kirch- und Schulenſtaats, *lit. d. 2. b.*), vehementer deſideravit.

BENED. PICTETUS, Theol. Genevenſis, *in Diſſ. de conſenſu & diſſenſu inter Reformatos & Aug. Conf. fratres*, A. 1697. edita, *c. 6.*, ob ſtudium concordiæ cum Reformatis, eum commendavit.

CLAUD. SALMASIO, in *Tr. de Transſubſtantiatione*, ſub *Simplicii Verini* edito *nomine*, *p. 515. 516.*, *doctiſſimus* audit *Lutheranorum Doctor & Theologus.*

MART. SCHOOKIO, Prof. Trajectino, *in Fabula Hamelenſi p. 9.*, *Reverendus & celeberrimus Theologus*, ac *p. 190. celebris Theologus.*

EDV. STILLINGFLEET, Epiſc. in Anglia Worceſtrienſis, ſcripta Calixtina junctim recudi, in colloqvio cum H. L. Benthemio habito, ſicut hic *l. c.* teſtatur, itidem deſideravit.

SAM. STRIMESIUS (*in Parænesi ad unionem Evangelicorum p. 94.*) eum *Filium pacis* ſalutat.

JOH. VORSTIUS, Gymn. Berolin. Rector, *P. I. Philol. Sacræ*, *p. 130.*, *Clariſſimum* eum vocat *Theologum*, &, *in Epiſt. ad Warn. Freündium p. 120.*, *Virum clariſſimum.*

JOH. WIRTZIUS, Theol. Tigurinus, *in Diſſ. de communione ſanctorum*, *Th. 77.*, ita: *Utinam* (*e Lutheranis*) *Calixtos, Donaueros, viciſſim experirentur Reformati, & non Nicolaitas, Hoeos, plurimos!*

VI. SCRIPTORUM REMONSTRANTIUM.

JOH. CLERICUS, Prof. Amſtelod., Lud. Morerii *Dictionario Hiſtorico* articulum de Calixti laudibus peculiarem, in editione Anni 1691. Trajectina, adjecit, & adverſus Vaulterium, illius, in editione Anni 1699. Pariſina, malignum interpolatorem, in cenſura hujus Gallica (Jac. Bernhardi *Novellis Reip. Lit.*, *M. Febr. A. 1700.*, *Art. 7.*, inſerta), verbis *p. 219.* defendit ſeqventibus: *Dans l' Article de George Calixte, celebre Theologien Lutherien, qve Mr. le Clerc avoit ajouté à Morery, au lieu des juſtes louanges, qve l' on donnoit à ſa moderation, on a mis ces paroles:* Il fut homme mol dans ſa religion; *ce qvi eſt une injure. On ajoute néanmoins, comme par explication:* tolerant tout ce, qvi n' en choqvoit point l' eſſentiel; *ce qvi n' eſt point molleſſe, mais ſageſſe & douceur, vertus inconnues aujourdhui en France, lors qv' il ſ' agit d' opinions Theologiqves.* Confer, qvæ huc ſpectantia in vitæ hiſtoria, §. 30., jam attulimus.

STEPH. CURCELLÆUS, *in Præfat. Apologetica ad Dav. Blondelli* Ἀνάκρισιν *famoſæ de Johanna Papiſſa qvæſtionis*, *p. 59.* (teſte Th. Crenio *P. XVI. Animadv.*, *c. 3.*, *p. 251. 252.*), Calixtum & Herm. Conringium *duos* vocat *doctiſſimos & integerrimos Viros.* Eidem Curcellæo (*in Opp. p. 817.*), teſte J. Fabricio (*P. IV. Hiſt. Biblioth. Fabric. p. 50.*) *Præſtantiſſimus* audit *Theologus.*

SIMON

SIMON EPISCOPIUS, in Epiſt. ad Mich. Schneiderum d. 13. Mart. A. 1634. exarata (qvam inter *Epiſtolas Remonſtrantium*, a Phil. Limburgio A. 1684. denuo editas, *num. 527.*, *p. 785. 786.*, invenies), hæc habet: *Qvia Theologiam ego exiſtimo Practicam eſſe, methodum fateor illam maxime mihi probari, qvæ cum methodo Philoſophiæ moralis, aliarumqve diſciplinarum Practicarum, convenit, qvalem ais* (V. Ep. præced. Schneideri 526., p. 783.) *obſervatam* (in Epitome Theol.) *a clariſſimo, & mihi non ſemel a veſtratibus Theologis, ob raram eruditionem, commendato ac laudato viro, D. G. Calixto. Utinam ejus viri ſcripta mihi videre ac legere contingeret!*

HUGO GROTIUS, in Epiſtola ad Joh. Cordeſium d. 6. Aug. A. 1634. ſcripta, qvæ 164. eſt *Epiſtolarum ad Gallos* (*p. m. 353.*), & 350. magni operis epiſtolici, ita de illo: *Neſcio, an videris Georg. Calixti præfationem ad editos a ſe libros Auguſtini de doctrina Chriſtiana, & Commonitorium Vincentii Lerinenſis, ejusdem de cœlibatu Clericorum opus, & Epitomæ Theologiæ moralis Partem I., cum Digreſſione de arte nova. Probo Viri judicium, & cum pacis amore conjunctam antiqvitatis reverentiam.* In *Epiſt. 667.* ejusdem operis epiſtolici, ad Jac. Lampadium Pariſiis d. 10. Oct. A. 1636. data, *p. 272.*, Calixtum *virum* vocat *eximium*, ſeqve, cognito ejus concordiæ Eccleſiaſticæ ſtudio, in legatione Gallica, *nihil magis optaſſe, qvam ex illius optima diſciplina habere aliqvem ſibi qvam conjunctiſſimum*, fatetur, ac talem ſibi in Brandano Detrio obtigiſſe gaudet. *Ep. 670.* ad Herm. Conringium, *p. 275.*, ita, eodem A. 1636., d. 12. Oct., ſcripſit: *Viris egregiis, Collegis tuis, & ſupra cæteros D. Calixto, cujus pietatem eruditionemqve juxta ſuſpicio, per te poſtulo commendari.* Ep. 674., ad ipſum d. 18. Oct. A. 1636. exarata *Calixtum*, *p. 274. 27.*, ita hunc alloqvitur: *Dudum eſt, Vir pl. reverende, qvod te ex fama, qvæ nihil tale latere patitur, cognovi atqve ſuſpexi. Hamburgi cum eſſem, acceſſit & amandi te cauſa, cum, per amicos tuos, & animum tuum mihi optime volentem, & benigna de laboribus noſtris judicia, cognovi. Legi, eodem tempore, cum voluptate præfationem tuam ad Auguſtini Libros de doctrina Chriſtiana, & ad Commonitorium Vincentii Lirinenſis, qva nihil prudentius, nihil hoc ſeculo utilius, ſcribi potuiſſe cenſeo. - - Neqve vero documenta* (venerationis primævæ antiqvitatis & tolerantiæ Chriſtianæ) *dare contentus addidiſti & documentis congruens exemplum, in illa nobili de conjugio Clericorum controverſia; qva ſuper re qvæ ſcripſiſti itidem, Hamburgi agens, cum voluptate ſumma legi, & hæc, qvæ legeram, aliis legenda monſtrare non omiſi. Francofurtum cum veniſſem, magno meo bono adeptus ſum amicitiam Viri ampliſſimi, Jac. Lampadii, qvicum libere collocutus, ſi qvid mihi ad pleniorem tui tuarumqve ſententiarum notitiam deerat, cognovi, tum ipſius relatu, tum ex libro tuo, qvo me donavit, qvi Theologiæ maxime neceſſariæ, i. e. ad mores Chriſtianos, ſine qvibus cætera omnia infructuoſa ſunt, pertinentis, partes exeqvitur potiſſimas, addita Appendice contra novum hominum genus, in hoc ratione utentium, ne ratione uti liceat. Has ob cauſas animo tibi factus ſum indies conjunctior, fortunæqve meæ, qvam Deus ex diu aſpera in mitiorem commutavit, id maxime deeſſe credidi, qvod non aliqvem, cui eadem placerent, qvæ tibi ac mihi, haberem vitæ ſocium. Id cum nunc tua ope conſecutus ſim, miſſo ad me Brandano* (Detrio ſc.)*, debitorem tibi me eo nomine profiteor, deinde vero & pro cumulo, qvem huic beneficio addidiſti, donatis mihi libris tuis, tum iis, qvos hactenus videram, tum illo non minus laudando de curſus noſtri clauſula, i. e. extremo judicio. Legi & hunc, eodem, qvo cætera, ſcriptum judicio ac animi moderatione. Efficiam, ut & alii legant, qvi, lectis pridem tuis ſcriptis de Harmonia Evangeliorum, & illo, qvem ego hic* (Lutetiæ) *legendum pluribus tradidi, de Theologia morali libro, te vero pretio æſtimant, qvos paucos eſſe & ignobiles veto te credere.* In alia ad illum, d. 4. Oct. A. 1637. perſcripta (*num. 840.*, *p. 369.*), *ſcripta ipſius, ſe judice, multum Pariſiis legi, magniqve a viris magnis fieri*, denuo eum edocet. In Epiſtola tandem 382. Appendicis, ad Gvilhelmum fratrem d. 25. Oct. A. 1636. miſſa *p. 863.*, de Brand. Detrio, Eccleſiaſte ſuo domeſtico ita ſcribit: *Brandanus ex Calixti diſciplina eſt, viri veritatis & antiqvitatis, pacisqve Chriſtianæ, amantiſſimi, & qvi ſtudium ſincerum pietatis multum controverſiarum cognitioni anteponit; qvod genus Theologorum mihi ſemper placuiſſe noſti.* Confer *operis epiſtolici Epiſt. 339.* ad Gerh. Joh. Voſſium, *p. 122.*, & *Appendicis* ejus *Epiſt. 341.* ad Gvilhelmum fratrem (in qva Academia Helmſtadienſis *Lutheranarum omnium* vocatur *modeſtiſſima*) *p. 852.*

GERH. JOH. VOSSIUS, in Epiſtolici Operis, Londini A. 1690. *in fol.* editi, *Epiſtola 100.*, ad Calixtum X. Kal. Febr. A. 1633. ſcripta, *p. 211. 212.*, ita eum alloqvitur: *Si amici mihi eſſent deligendi, præſtantiſſime Calixte, profecto eos vel maxime inter eruditos qværerem. Et inter eruditos non alii ſe mihi commendant, qvam qvos pietas; & inter pios vel maxime mihi probantur, qvorum integra in ſacris judicia eſſe video. Unde nihil præter morem meum faciam, ſi te, Vir clariſſime, in amicorum potiſſimis habeam. Imo, niſi habeam, degenerem a natura mea. Etenim, ſive pietatem cupiam, ſive doctrinam, ſive judicium acre, non aliis opus eſt mihi documentis, qvam præclaris monumentis tuis, qvæ cum voluptate, cum fructu, cum admiratione, legi. Et gratulatus mihi ſum qvam maxime, reperiſſe me in Germania virum, qvi non multorum in damnandis diſſentientibus impetum ſeqveretur, ſed vere noſſet, qvid ſit Catholica illa Eccleſia, qvam in Symbolo profitemur. Multum hoc ſchismatico ſeculo profeciſſe mihi videtur, qvi illud didicerit. - - Ex qvo tempore noviſſe te ex ſcriptis tuis cœpi, ſimul ingens mihi amor tui eſt ortus. - - Crede, eruditiſſime Calixte, ſi aliorum colui amicitias, tanto magis me tuam expetiviſſe, qvanto aliis dignior tu, & mihi bonorum magis ac fructuoſum erat, familiaritatem exercere cum viro veteris Eccleſiæ amantiſſimo, &, ut veritatis, ita pacis, ſic ſtudioſo. Debeo ego tibi, cum ob munera* (literaria)*, qvæ auro omni præpono, tum imprimis ob affectus indicium, qvod a te cœpit. Debent tibi, qvotqvot vere Chriſtiani ſunt, & eſſe volunt, h. e. tota Eccleſia. Perge tantum bene de illa mereri, & commoto huic ſeculo tranqvillitatem reddere, qvo nihil ſalutarius nobis, nihil Deo gratius, præſtari poteſt. Habebis certe optimum qvemqve laboribus tuis faventiſſimum. Ego qvidem nunqvam deſinam te amare, cui me obſtrictum eſſe fateor & lætor. Nam, ſi vere olim dictum eſt, firmiſſimam eſſe inter pares amicitiam, noſtra perpetua erit, qvando & mihi nihil aliud unqvam in votis fuit, qvam, pro tenuibus, qvas habebam, viribus, occurrere chriſtiani orbis diſſidiis. Vale, & Deum expecta laborum tuorum remuneratorem.* Hæc ille, a qvo noſter etiam poſtea, *Ep. 208.* ad Hug. Grotium, *p. 224.*, *princeps Germaniæ Theologus*, *Ep. 341.* ad ipſum, *p. 325.*, *aurei ſeculi cum D. Hornæo* (Collega) *germen*, *Ep. 380.* ad Georg. Ratallerum Dubletium, *p. 348. 349.*, *Theologus Confeſſionis Auguſtanæ facile omnium, qvi ea in religione Chriſtiana ſententiam profitentur, doctiſſimus & cordatiſſimus*, ac *Ep. 455.* ad ipſummet, *p. 400.*, *veritatis pariter ac concordiæ aſſertor*, appellatur. *Ep. 500.*, ad noſtrum 4. Kal. Nov. A. 1644. ſcripta, *p. 433.*, cum, *bene* illum *de noſtris poſterisqve temporibus promereri, Buſcheriqve, & aliorum ejus farinæ, deliriis bipartito Commentario ſolide adeo occurſum eſſe, ut nihil ultra reqviratur*, pronunciaſſet, ita pergit: *Eqvidem id ingenue dixero, qvod apud alios prædicare non deſino, nullius ſcriptis e Germania, aut vicinis terris, æqve me capi, qvam ejus, ad qvem nunc ſcribo* (i. e. Calixti). Qvibus gemina ſunt, qvæ, M. Apr. A. 1647., *Epiſt. 537.*, *p. 452. 453.*, denuo ad τὸν κάλλιςον perſcripſit: *Non ſane ex Germania qvicqvam huc locorum defertur, qvo æqve capiantur meliores animæ, ac illis ex Acad. Julia.* Conf. Joh. Clerici ſyllogen encomiorum moderationis Calixtinæ, e Voſſii & amicorum ejus, Epiſtolis, breviorem, *T. XVII. Biblioth. Univ. Hiſtor.*, *M. Apr. A. 1690.*, *p. 343. 344. 345.*, exhibitam, & Thomæ Bartholini, qvanti Voſſius Calixtum fecerit, *in Hypomnematis de cruce Chriſti*, *p. 110.*, teſtati, locum, in hac Elogiorum ſerie, ſub initium *num. III.*, jam recitatum.

VII. ALIORUM HETERODOXORUM.

D. JOH. WILH. PETRÆUS, *in Nube teſtium de regno Chriſti glorioſo, Lib. III., p. 103. 104.*, eum, ob ſpem meliorum Eccleſiæ temporum, & ſingularem (*in Tr. de ſupremo judicio p. 166. 167.*) erga Chiliaſtas moderationem, *Theologum* vocat *moderatum*, imo teſtibus regni illius accenſet, filii autem ejus, Frid. Ulr. Calixti, in ſe vehementiam contra deteſtatur. Eidem Petræo, *Lib. XIV. Uranidos p. 403.*, audit *fortisſimus Heros*, *doctusque Profeſſor, pacis amans, Patrumqve ſeqvax, pietatis amator.*

MART. RUARUS, popularis ejus ad Socinianos transgreſſus, in Epiſtola ad illum, A. 1635. ſcripta (*Cent. I. Epp., num. 68.*), *ſe eum inter præcipua ævi lumina venerari*, eſt profeſſus.

JAC. MEHRNINGIUS, Anabaptiſta, in der Tauffhiſtorie *p. 285.*, contra eum qvidem diſputat, ſed nihilo tamen minus illum den fürtrefflichen Calixtum ſalutat, & ob candorem, qvo aliis præſtet Anabaptiſtarum adverſariis, commendat.

CENSURÆ.

I. LUTHERANORUM MODERATIORUM.

HERM. CONRINGIUS, ejus Collega, in Epiſtola poſteriore ad Juſtum Gelenium A. 1646. ſcripta, & ſub finem *Conringianorum Epiſtolicorum* A. 1708. a C. H. Rietmeiero edita, *p. 188.*, *nimio pacis cum Heterodoxis ſtudio* τὸν κάλλιστον *nonnihil peccare*, judicavit.

JOH. CHRISTOPH. HOLTZHUSII, Eccleſiaſtæ Francofurtani, monitum de nimio ejus amore Philoſophiæ Ariſtotelicæ, paulo ante, inter Theologorum Lutheranorum Elogia, eſt recitatum.

JOH. SCHMIDIUS, Theol. Argent., in Epiſtola ad J. G. Dorſcheum d. 20. Apr. A. 1656. exarata, hoc de illo tulit judicium, a Dorſcheo, *in Epimetro Reſponſionis ad Aug. Ariſæi Epiſtolam*, recitatum: *Calixtum virum doctum fuiſſe ſæpius dixi, ſed novitatum ſtudioſum. Cui optarem, ut, qvas ſingulares ex ſe habuit opiniones, ſecum foviſſet, intra ſe clauſas continuiſſet, & ſecum curaſſet contumulandas. Hoc nuper, cum Illuſtriſſ. Ducis Brunſvicenſis dextram clauderem, candide repetii.*

PHIL. JAC. SPENERUS, *P. III.* der Theol. Bedencken, *Art. I.*, *Diſtinct. I.*, *Sect. 25.*, *p. 125.*, ſeqventem de Calixto pronunciavit cenſuram, in ſemetipſum potiori forte jure qvadrantem: Mir ſtehet immer vor Augen des ſehr begabten D. Calixti Exempel, der ein groſſes der Erbauung, ſo von ihm herkommen mögen, nicht nur durch particular opinionen gehindert, ſondern noch viel Aergerniß veranlaſſet, nachmohl aber die Sache zu ändern nicht mehr vermocht hat. Idem Spenerus, in Judicio de certaminis Helmſtadienſis compoſitione Irenico, *P. III.* der letzten Theol. Bedencken, *c. 6.*, *Art. I.*, *Diſt. I.*, *Sect. 6.*, *p. 16. 17. 18.*, in eo, paulo ante laudato, nimium dotium ſuarum amorem, Theologorum aliorum contemptum, novandi ſtudium, & pertinaciam in opinionibus ſuis defendendis, fuſe reprehendit.

JOH. HENR. URSINUS, Superint. Ratisbonenſis, im Berichte vom Unterſchiede der *Religionen p. 185.*, eum vocat einen allzuſehr friedliebenden Theologum.

II. ZELOTARUM LUTHERANORUM RIGIDIORUM, ET ADVERSARIORUM.

Horum Cenſuræ pleræqve, cum maledicæ potius calumniæ, convitiaqve falſiſſima, appellari mereantur, nec a ſano judicio, ſed mente invidia, odio, aliisqve affectibus pravis, corrupta, ſint profectæ, jure forſan, præſertim cum ſumma illarum capita, & ſcriptores, a qvibus plurimæ earum collectæ ſunt, diverſos, in Vita noſtri, §. 37., jam recenſuerimus, poſſent omitti. Ut tamen appareat, qvanta, in certamine, noſtro ab illis moto, zeli degeneris fuerit intemperies, qvanta calumniæ atrociter ſævientis rabies, Epiphonemate illo Virgiliano: *Tantæne animis coeleſtibus iræ?* merito caſtiganda, nonnullas illarum, ſed pauciſſimas, exhibebimus. Cæteras colligant, Thom. Crenius & alii, qvibus turpia odii Theologici excrementa ſunt in deliciis.

JOSUA ARNDIUS, *in Querela de Neutralitate ſacra p. 13.*, *ſeculi* eum *ſui tam ornamentum, qvam tormentum*, vocavit, &, in *Ep. Dedic.* ejuſdem, ſtylum ejus latinum Barbariſmorum & Soloeciſmorum inepte, uti in Vita §. 20. jam eſt narratum, accuſavit, caſtigatusqve obiter ob ſtultam hanc cenſuram, in Carmine, Joh. Scharfii *Proteſtationi contra ſcandala Calixti* A. 1652. præfixo, non minus atrociter, qvam Scharfius ipſe, in noſtrum eſt debacchatus.

ABR. CALOVIUS, cujus effrænem in τὸν κάλλιστον maledicentiam, a Joh. Hornbeckio (*Lib. IX. Summæ Controv. p. 703. 704.*) merito caſtigatam, vel ſoli ſcriptorum, ei oppoſitorum, tituli, cum excerptis pauculis, ſupra §. 80. jam recitati, abunde oſtendunt, in *Ep. Dedic. Iſagoges ad SS. Theol.*, *Abbatem* eum ſalutat *Regium Lutheranum*, *Pſevdonymumqve Profeſſorem Lutheranum*, & *Lib. I.* ejuſdem, *p. 323.*, *Syncretiſmum Calixtinum viam ſternere ad Atheiſmum, alibi oſtenſum a ſe eſſe* gloriatur. In *Syncretiſmi Calixtini titulo* illum *Eccleſiæ* vocat *turbatorem*, in Procemio autem *Novatorum Daduchum, qvi nullum articulum Auguſtanæ Confeſſionis intemeratum reliqverit*, ac, *in Epimetro p. 357. 358.*, eidem *eloqventiam caninam*, ἀναιδῆ *diſputandi rationem*, *& proletariam materiarum Theologicarum pertractationem*, vitia ſibimet ipſi propria, falſo exprobrat. Ridiculus inprimis faſtus eſt ſtolidus, qvo, Profeſſor adhuc muſteus & novitius, Calixtum, Profeſſorem veteranum, non ætate ſolum, ſed doctrina etiam, dignitate ac meritis, longe ſe antecellentem, in der Ablehnung *p. 67.*, einen alten Helmſtättiſchen Schulmeiſter contemtim nominare A. 1650. haud eſt veritus. V. *Apologiam Calixtinam contra literas Elect. Sax.*, §. 30. Alia ſcriptorum ejus loca, in qvibus Calixtus noſter *Dictator & Antichriſtus Julianus*, *Novator pernicioſus*, *Sycophanta*, *noviſſimus ſive fœtus, ſive excrementum hoſtis Chriſti & Eccleſiæ*, *Hæreticus*, *Lutheranæ fidei proditor*, *Apoſtatis qvibusvis exitioſior*, *Novatorqve peſtilens*, calamo mendaci ac maligno eſt appellatus, & *Syncretiſmi*, *Neutraliſmi ſacri*, *Babeliſmi*, *Samaritaniſmi*, *Atheiſmi*, *Apoſtaſiæ ab Eccleſia Lutherana, librisqve hujus Symbolicis*, *confuſionis religionum diverſarum*, *impudentiæ*, *qvæ omnem frontem exuiſſe*, *omnemqve conſcientiam ejuraſſe*, *videatur*, πωρώσεως, *juſto Dei judicio contractæ*, *mendaciorum*, *ſeductionis juventutis ſtudioſæ*, *impietatis*, *ſpiritus vertiginis*, *hæreticorumqve dogmatum*, ſæpiſſime, perfricta plane fronte, inſimulatus, a Laur. Laurentino, ſive Gerh. Titio, in *Notis Programmati* ſuo *Anti-Caloviano*, A. 1678., in Editione ſecunda, adjectis, ac §. 37. *atqve 80.* jam laudatis, *p. 19-34.*, in unam congeſta Syllogen exhibentur.

THOM. CRENIUS, *P. X. Animadv.*, *c. 2.*, §. 8., *p. 171. 172.*, plagiariis eum, ſolam Dorſchei, adverſarii, criminationem, nullis (uti locus, *ex Ep. Dedic. Collationis ad Concilium Sirmienſe*, mox recitandus oſtendet) confirmatam documentis, ſecutus, annumeravit.

JOH. CONR. DANHAUERUS, *in Sigalione p. 251. 252. 253. 254.*, Calixti Syncretiſmum Samaritaniſmo eſſe affinem, eundemqve ac hypotheſes alias, ad Atheiſmum, non craſſum illum & cyclopicum, ſed ſubtiliorem, deducere, contendit, & evincere obſcuris verborum ambagibus fruſtra conatur.

JOH. GEORG. DORSCHEUS (cujus verba, qvibus claſſicum adverſus noſtrum, in Epiſt. ad Joh. Tob. Majorem d. 3. Sept. A. 1646. exarata, cecinit, §. 53. Biographiæ jam recitavimus), in Epiſtola, inter *Cenſuras Anti-Latermanni-*

anas

anus p. 184. publicata, Calixtum *juventutem peregrinis opinionibus implere*, imo *plurimum de Atheiſmo, ſub ſpecie eruditionis priſcæ, inſtillare incautioribus*, eſt vociteratus. V. noſtri *Diſſ. de 2. Q q.*, §. *66.*, & Antwort auf Hülſemanni Meiſterliches Muſter, §. *103.* In *Judicio Collegii Theol. Argent. Anti-Latermanniano* (uti ὁ μακαρίτης, *in Refutat. Welleri Germanica*, §. *30.*, conqveritur), cum illo ac Helmſtadienſibus ſentientes *non poſſe recipi in ſinum Orthodoxorum*, aſſeruit. In *Apologiæ pro Judicio eodem Proœmio, p. 22. 23. 24.*, Syncretiſmum Calixti, nimiamqve antiqviorum Eccleſiæ Doctorum commendationem, ad Atheiſmum deducere, conſeqventiis variis ἀνακολούθοις denuo probare, & contemptus contra recentiorum Theologorum eum *cap. I.* convincere, allaboravit. A. 1649. *Collationi ad Concilium Francofurtenſe, Sect. III., c. 2., p. 125-128.*, prolixam in ejus novaturiendi in doctrina Eccleſiæ ſtudium, ac ſacrum de Q q. non fundamentalibus Scepticiſmum, invectivam, nomine licet ſuppreſſo, inſeruit; A. 1650. autem, *in Ep. Dedic. Collationis ad Concilium Sirmienſe*, illum denuo, haud nominatum, adortus, *rempublicam Eccleſiamqve iis poſtulatis ſtabilire eſſe aggreſſum, qvibus immaniter utramqve concutiat*, ſcribere non erubuit, verbisqve, qvibus ille (*in præfat. Diſſ. de 2. Q q.*) ſuum & Acad. Juliæ *ſtudium primævæ antiqvitatis Eccleſiaſticæ* expoſuerat, hæc repoſuit: *Miramur, cur toties cultum ſtudiumqve primævæ antiqvitatis Eccleſiaſticæ in ſua Academia deprædicet? Monumenta hactenus illius pauca conſpeximus. Qvæ inter arcana atqve abdita, Studioſis illibi commendata, ſemel atqve iterum nobis in manus venerunt, male concinnata & contra conſenſum Eccleſiæ noſtræ ſubdole adornata eſſe, obſervavimus. Qvæ lucem aſpexerunt, jam antea ab aliis, qvorum tamen nomina ſilentium preſſit, pleraqve elaborata & divulgata deprehendimus.* In *Oratione* tandem *de Theologo latrone, p. 111. 112. 113.*, in *Novatores* invehitur & *Schiſmaticos*, qvos *grandis dirique in Eccleſiam latrocinii, proditionis militiæ illius, & cum hoſtibus colluſionis*, inſimulat, ac *in ſanctam concordiam militiæ noſtræ qvamplurimas exonerare calumnias, ſymbola per articulos præcipuos lancinare, limites pie conſtitutos divellere, fidem cœleſti militiæ datam frangere, & in Chriſtum, ejusqve adverſarios, oſculum pariter diſpenſare*, indignabundus clamitat. Qva invectiva non alios, qvam Helmſtadienſes, & Calixtum præſertim, traduci, Notæ ad eandem produnt maledicæ, in qvibus noſter, p. 184-318., latrocinii in famam Theologorum, librosqve Symbolicos, & ipſam Auguſtanam Confeſſionem (cui per ſingulos eum contradicere articulos, *p. 286-318.*, inſtituta dogmatum utriusqve collatione, ſed paſſim ſubdola ac ſophiſtica, aſſeritur), Corpusqve Julium, commiſſi, fuſe eſt accuſatus. Taceo ſcommata ambigua *Juliani, Cenſorisqve & Novatoris Juliani*, non in his tantum *Notis*, ſed in *Diſputationibus* etiam in *Articulos abuſuum Aug. Conf. p. 81.*, *Epimetro Reſponſionis ad Epiſtolam Aug. Ariſæi*, & alibi, in eundem eructata.

JOH. FECHTIUS, *in Diſſ. de Eccleſia Judaica p. 77-84.*, Calixtum in multis fidei capitibus judaizare, conatus eſt oſtendere.

JOH. HÜLSEMANNUS A. 1646., in Epiſtola ad Mich. Behmium, ad hujus qvæſtionem, an Calixtus pro Schiſmatico ſit habendus, ita (*teſte T. Crenio, P. XVII. Animadv. p. 55.*) reſpondit: *Qvod qværis de Calixto, an eum habeam pro Schiſmatico? Reſp. ſcriptis ejus, maximam partem ex M. Ant. de Dominis ſeptimo volumine depromptis, ejusmodi principia ineſſe, qvæ novam Neutraliſtarum ſectam progignere aliqvando poſſint, haud abs re prudentibus videri qveat.* In *Tr. de Auxiliis Gratiæ, p. 134.*, nimium ejus in Patres affectum, & *p. 213. acumen Cimbricum*, tacito utrobiqve, ſugillavit, nomine, *p. 225. & 228.* autem, nec non *in Prælectionibus in Breviarium p. 1184.*, *multa* ſuorum dogmatum *ab Arminianis* illum *hauſiſſe* inculcavit. In *Dialyſeos Problematis Calixtini præfatione, p. 17.*, peccata ei in regulas Grammaticas (qvalia ipſemet in publicis non raro ſcriptis commiſerat), ex Epiſtolæ ad Höpfnerum privatæ ψευδογραφήματι unico, &, in ipſa *Dialyſi, p. 131. & 167.*, plagia e Petavio & Gretſero, ſed falſo (uti a noſtro, *in Appendice Excerptorum ex Hiſtoria Joſephi, lit. b. 4. b. c. 1. a. b.*, eſt oſtenſum), objecit. In *Verme Conſcientiæ Calixtinæ* vernaculo, opere plurimis falſiſſimisqve ſcatente in Calixtum convitiis, junctim in Indice, ſub nomine ejus, repetitis, Cap. XI., calumniatores improbos, a qvibus Atheiſmi ille erat accuſatus, excuſare & defendere non erubuit, ac, in *præfat. Dialyſeos, p. 76.*, *Lectorem Helmſtadienſem*, in ipſo autem ſcripto, *p. 13.*, *impudentem ſenecionem, cui fides in Eccleſia dudum perierit, Grammaticumqve pediculoſum*, ac im Muſter Calixtiniſcher guter Wercke, *p. 17.*, den alten Schulmeiſter zu Helmſtatt, eundem contemtim, perfricta fronte, appellavit. Ob qvæ poſteriora convitia, noſtri peritiam literaturæ politioris turpiter ac inepte carpentia, dignisqve ab ipſomet (*in Apologia ad literas Elect. Sax.*, §. *30.*, der Antw. auf das Meiſterliche Muſter Hülſemanni, §. *12. & 10.*, & *Appendice Excerptorum ex Hiſtoria Joſephi, lit. c. 1. a. b.*) excepta reſponſis, Guſt. Georg. Zeltnerus, Theologus Altorfinus (*Diſſ. I. de corruptelis & medelis Theologiæ p. 15.*), ſcriptori huic, cujus nomen ſuppreſſit, maledico merito eſt indignatus.

COELESTINI MISLENTÆ, & Miniſtrorum Eccleſiæ Regiomontanæ, ei ὁμοψήφων, atroces in τὸν καλλιστον calumnias, in vitæ ejus hiſtoria, §. *55.*, jam recitavimus. Adde his, ſi lubet, invectivas virulentas, a Thoma Crenio (cui tales in deliciis eſſe videntur), *P. XVII. Animadv.*, *p. 49-58.*, e ſcriptis illorum eriſticis, fuſe exhibitas.

SAM. POMARIUS, *Diſp. IV. de moderatione Theologica*, §. *2.*, eum *modernorum Syncretiſtarum magiſtrum & anteſignanum famoſiſſimum* appellat, &, *Diſp. VII.*, §. *2.*, nimiæ ſtyli contra adverſarios inſimulat acrimoniæ.

SAXONICORUM Theologorum, & JOH. SCHARFII, Cenſuræ de noſtri ſcriptis ac dogmatis immites atqve præcipites, in vitæ ejus hiſtoria, §. *54. & 56.*, poſſunt relegi.

ÆGIDII STRAUCHII Junioris calumniis atrocibus, ac convitiis horrendis atqve ſcurrilibus, qvibus ſcripta ejus ſcatent omnia, Helmſtadienſibus oppoſita, & §. *63.* recenſita, atqve ob maledicentiam adeo enormem notata, chartam non inqvinabimus. Nonnulla illorum, in *Academiæ Juliæ Pietate p. 12. 13.*, & *Apologia contra ipſum vernacula* (der Schutzrede) *p. 40. 41. 50. 51. 71.*, ſunt recitata.

WILH. ERN. TENZELIUS, *in Dialogis Menſtr. Germ.*, *M. Sept. A. 1689.*, *p. 975.*, tritum illud: *Ubi bene, nemo melius, ubi male, nemo pejus*; de Origene, Grotio, Calixto & Salmaſio, uſurpari ſolere, perhibet.

MICH. WALTHERI Senioris & MATTHIÆ WASMUHTI iniqviſſima de noſtro judicia, in Vitæ hiſtoria, §. *41. & 21.*, jam ſunt exhibita.

JAC. WELLERI mendaces in eum invectivas, e gemina ad Duces Brunſvicenſes Epiſtola, Electoris Saxonici ac ſuo A. 1649. exarata nomine, ibidem §. *57.* recitavimus. In der erſten Probe Calixtiniſcher Verantwortung idem illum non ſolum, *p. 73.*, den alten *Orbilium* contemptim vocavit, ſed & *p. 49.* tragica hac declamatione, velut Hæreticis & infidelibus ὁμόψηφον, maligne traduxit: Leyret denn nicht der hohe Geiſt D. Calixti auf der Leyer der Ketzer? tantzet nicht D. Calixtus nach der Juden Pfeiffen? gehet er nicht den Weg Bileams? führet er nicht Jüdiſchen, Arianiſchen, Photinianiſchen, ja Türckiſchen Grund? Stehet er nicht bey ihnen wieder die Chriſten? Sitzet er nicht mit den Spöttern, und wandelt im Rahte der Gottloſen? Iſt dieſes ein GOtt ergebener Theologus? D. Calixtus iſt der erſte Ertzſchänder unſerer Lehre. V. Apologemata illi repoſita, in Calixti *Apologia adverſus literas Elect. Sax. auctiore*, §. *18. & 30.* (*lit. Hh. 3. a. b. Xx. 1. a. b.*).

D. GOTTLIEBIUS WERNSTORFIUS, Theol. Witeb., *in Diſp. de Indifferentiſmo religionum*, A. 1707. edita, §. *69.*, *p. 37. 38.*, hujus noſtrum, ob concordiæ & tolerantiæ Eccleſiaſticæ ſtudium ac deſiderium, inſimulat.

WITEBERGENSES Theologi (ſive potius Abr. Calovius, qvi, Collegii illorum integri larva abuſus, bilem ſuam evomuit), A. 1669., im Hiſtoriſchen Berichte von den Helmſtättiſchen Streitigkeiten (*L. 3. Hiſt. Syncret. Calovianæ, c. 5.*), *p. 574.*, eum vocarunt einen Mann, der in der Scholaſtica Theologia faſt nur ſeine Zeit zugebracht, einen αὐτοδίδακτον, der nie Theologos orthodoxos gehöret hat, und in GOttes Wort eben wenig gegründet war, und ſich durch der Arminianer Schriften einnehmen, und in vielen Stücken verführen laſſen; ac, triennio ante, *in præfat. Antapologiæ ad Theologorum Rintelienſium Epiſtolam Apologeticam, p. 25., Novatorum principem, cui, in negotio Syncretiſmi, Caſſandrum & M. Ant. de Dominis imprimis ſeqvi volupe fuit.* In eadem *præfatione, p. 30. 31., conſpirationis cum Papiſtis & Calviniſtis, in qvamplurimis*, accuſatur, *articulis*, nec non, *p. 31. 32., conſenſus in multis cum Arminianis & Socinianis*; in ipſa autem *Antapologia, p. 64., qvod ad Arminianam ἀθεότητα abierit, & Libertiniſmo paret inducias*, ac *p. 514.*, qvod *hypotheſes ejus tandem in ἀθεότητα reſolvantur.*

AUTOR *Diſſenſus Theologorum Jenenſium a Saxonicis Electoralibus Orthodoxis* (qvi vel ipſe fuit Abr. Calovius, vel ejus diſcipulus) Jenenſibus indignatur, qvod Calixtum *beatum*, in ſcriptis ſuis, vocaverint, &, qvo loco habendi fuiſſent, qvi B. Pelagium, B. Neſtorium, dixiſſent, interrogat, Calixtum, addens, nihilo Hæreticis illis fuiſſe meliorem, ſi non deteriorem. V. Frid. Ulr. Calixti *Epimetron ad Eclipſes mentis & judicii Rechenbergiani p. 157. 158.*

III. PONTIFICIORUM.

(Circa has, cum omnes ferme maledicæ itidem ſint, falſæ ac injuſtæ, eadem, qva circa præcedentes, opus eſt cautela.)

LEO ALLATIUS, *in Diſſ. de Purgatorio, c. 48.*, Calixtum, Conringium, Geſenium, aliosqve hujus adverſarios, *ineptos* vocavit, *& rerum divinarum atqve humanarum plane jejunos*, teſte El. Vejelio, *in Diſſ. de Eccleſia Græca p. 32.*

JOH. CHRISTIANUS, Baro a BOYNEBURG, poſt apoſtaſiam ad Pontificios, in Epiſtolis ad Zach. Prüeſchenckium (*teſte B. G. Struvio Faſc. III. Act. Liter. p. 22. 27.*), ſeqviora hæc de noſtro tulit judicia: *M. Ant. de Dominis Calixti eſt magiſter: Ex hoc, ut & Arminianis ſcriptis, pleraqve ſua Calixtini ſapiunt. - - - Spero, ex collatione cum Principe Electore* (Moguntino) *jam aliqvoties habita, fore ut D. Calixtus adveniat, accitu honorifico invitatus, qvo tandem appareat, & ipſum illum, æqve ac alii faciunt, judicem antiqvitatis ſtatuere privatum ſuum ſpiritum, omnis mali in republ. & in Eccleſia incentorem, praviſſimarumqve conſeqventiarum repertorem.*

ABR. ECCHELLENSIS, *in Notis ad Hebed Jeſu Catalogum Scriptorum Chaldæorum p. 47.*, G. Calixto, & aliis Hæreticis, *inanem garrulitatem & pervicaciam*, in controverſia de numero Sacramentorum, exprobrat.

ERNESTUS, Haſſiæ Landgravius, & Cardinalis, poſt apoſtaſiam ad Pontificios, eum, invidendis antea a ſe ornatum laudibus, *inſtrumentum, qvo cacodæmon hactenus utatur, in Epiſtola* vocavit *peremtoria*. V. Frid. Ulr. Calixti *Ep. Dedic. Apparatus Theologici* Parentis.

VALERII de MACCIONIS, Itali, de noſtro cenſuras, in Vitæ hiſtoria, §. *LXXII.*, *n. 6.*, jam recitavimus.

MOGUNTINÆ Academiæ Theologorum, ſive Viti Erbermanni potius, horum Promachi, convitia & ſcommata adverſus illum maligna, ſed futilia, ibidem §. *47. & 52.* poſſunt relegi.

HIER. MÜLMANNUS, Jeſuita, *in Myſterio fraudis, P. III., c. 1., §. 5., n. 5.*, eum inſimulat, qvod *modo ex toto aſſe ſit Lutheranus, modo propendeat in Calviniſtas, modo, neqve in nullo, neqve per omnia, cupiat omnium eſſe amicus.* V. D. Joh. Maukiſchii *Diſp. de religionis Chriſtianæ Onomatologia & Pragmatologia p. 77.*

BARTH. NIHUSIUS, Diſcipulus noſtri & cliens poſt apoſtaſiam ingratiſſimus (de qvo in Vitæ hiſtoria §. *42. 43. & 72.* relata poſſunt conferri), Præceptorem hunc ſuum, in variis contra eum & Collegas ſchedis eriſticis inficetis (ob qvas J. C. Danhauero, *in Polemoſophia ſacra p. 279., Theologorum Helmſtadienſium* audit *flagellum*), appellare non erubuit *Andabatam putidiſſimum, futiliſſimum, mortalium miſerrimum, ſtolidiſſimum, infantisſimum, inſulſisſimum, impudentem, mendacem, Vertumnum, hominem ſummæ levitatis & ingenii corruptiſſimi, puerilem, fatuum, Sycophantam, qvi ne qvidem lingvam Germanicam calleat, cujus patriam pudere debeat, qvi maculam inuſſerit ſempiternam ſibi & univerſæ Academiæ Helmſtettenſi, anteſignanumqve eorum, qvi, qvum qvam maxime pueriliter argutari ament contra Catholicos, mille Salomonibus intelligentiores ſeſe interim audacisſime jactitent.* In *Cribratione Superintendentis Bleichrodenſis* Germanica de illo ſeqventia ſtulte ac impudenter effutiit: Iſt er doch nur ein kindiſcher Calmeuſer von Jugend auf, und hat weder fundamentaliter ſtudieret, oder unſere Catholiſche Sachen recht eingenommen, noch unter einigem Doctore, ſondern einzig und allein mit ſeinen Scholaren (cæcorum dux ipſe cæcus), exercitia gehabt, immittelſt zwar viele Bücher aufgeſchlagen, aber, ie länger er drein gekuckt, ie gröſſer Phantaſt nur worden. Hiſce convitiis, ab ipſo Calixto, *in Digreſſione de arte nova Nihuſii p. 4. 31.*, & *iterata Compellatione ad Acad. Colonienſem p. 316. 317. 353.*, ac Herm. Conringio *in præfat. Comm. de origine Juris Germanici*, jam collectis, plura ejusdem furfuris, e Nihuſii *Epigrammatis*, Nuthetico ad Danhauerum (in qvo Calixtus *p. 307. mortalium, qvotqvot ſunt, maledicentiſſimus*, & *p. 314. Vir, qvo magis eximium fidei Catholicæ obtrectatorem non facile eſt reperire*, vocatur), ſcriptisqve aliis, poſſent adjungi, niſi calumniis ſcommatisqve apoſtatæ ingrati ac furioſi, fidem apud neminem reperturis, nos diutius tæderet immorari.

CHRISTOPH. RANZOVIUS (ſive Lucas potius Holſtenius), *in Epiſtola ad illum, p. m. 28.*, hiſce verbis conſiliis ejus ac conatibus inſultavit irenicis: *Sola unionis conciliandæ mentio, paciſqve ſtudium, omnium* (Acatholicorum) *odio in ſe concitando ſufficit. Hic te ipſum tibi propono; qvi non meminiſſe non potes, qvomodo Turonenſi Colloqvio (ſive potius Thorunienſi) Auguſtani tui ad Calvinianos te rejecerint. Tum vero nuperi librorum indices oſtendunt, qvam non fraterne iidem congregales tui ſcriptis, non uno loco provulgatis, te exagitent. Ita, dum neſcio qvod Eccleſiæ ſimulacrum, ex omni ſectarum ſchismatumqve genere, tanqvam Babylonici Coloſſi pedes, ex ferro, teſta lutoqve, conflare conaris, illi ipſi, qvi conglutinari nec poſſunt, nec volunt, te, oleum operamqve perdentem, convitiis contumeliisqve traducunt: adeoqve, dum omnium eſſe cupis, nullius es; & Eccleſia, cujus ideam tibi fingis, ſpatio ferme imaginario coarctatur.*

In RICH. SIMONII *Hiſtoria Critica Commentatorum N. T.*, Gallice A. 1693. edita, *c. 48., p. 722. 723. 724.* hæc leguntur: *Ses Commentaires ſur le N. T. ne reſpondent point à ſa reputation. Sa Methode n' a rien de Critiqve & de recherché. Il s' appliqve neanmoins avec ſoin à chercher le ſens literal & naturel, ajoûtant en même tems qvelqves reflexions Theologiqves.* Cenſuræ huic in Vitæ jam hiſtoria, §. *18.*, eſt reſponſum.

VAULTERII, Galli, de ejus in religione mollitie cenſuram, a Joh. Clerico caſtigatam, ſupra, inter Elogia, ſub Clerici nomine, jam recitavimus.

SCRIPTA.

[De Frid. Ulr. Calixti, filii, Catalogo horum, in decem ea claſſes, ſive Tomos, digerente, qvi Helmſtadii, A. 1658. & 1697., *in 4.* prodiit, in Vitæ hiſtoria, §. *17.*, eſt dictum. Alios illorum Indices, ſed nec plenos, nec accuratos, Henn. Wittenius *in Centuria Memor. Theol. renov., Dec. IX., p. 1146-1150.*, & Paulus Freherus, *in Theatro Erud. p. 587. 588.*, exhibuerunt.]

I. LATINA EDITA.

N. PROPRIA.

Diſputationes Ethicæ. Helmſtadii 1605. in 4. De illis ita Chriſtoph. Schraderus *in Programm. Funebri p. 5.*: *Ex his duæ de ſummo bono, una item de virtute, & altera de juſtitia, tum ſunt publicatæ, eo ſcriptæ & habitæ judicio, ut, magnorum in Acad. Julia virorum ætati hunc adoleſcentem ſuccreſcere, ingeniorum veri cenſores haud vane judicaverint.*

Diſp. Theol. de Creatione & Angelis, Præſide D. Henr. Boethio. Helmſt. 1606. in 4. (Johanni Calixto, parenti, ab eo eſt inſcripta.)

Diſp. Philoſ. de Deo. Helmſt. 1608. in 4.

Diſp. de Juſtitia. Helmſt. 1609. in 4.

Diſp. de natura Logicæ, & univerſæ Philoſophiæ. Jenæ 1609. in 4. (*V. Schrad. Progr. Fun. p. 6.*). Recuſa, cum Conr. Horneji *Compendio Logicæ*, Norībergæ A. 1643, & 1654. in 12., teſtibus qvibusdam Catalogis.

Diſputationes XI. Logicæ. Helmſt. 1610. in 4.

De præcipuis Chriſtianæ religionis capitibus Diſputationes XV. Helmſt. A. 1611. (*qvo Barth. Nihuſius, ante apoſtaſiam, primam illarum publice defendit*) 1613. & (curante tertiam hanc editionem Friderico Ulrico, filio) 1658, in 4. V. de iis ipſius *Digresſionem de arte nova Nihuſii p. 8. 9.*, ubi modeſte *exercitia* vocantur *mere juvenilia.* Ob accurationem contra ſingularem illas commendant Gerh. Titius (*in Laudat. funebri p. 12.*), & Chriſtoph. Schraderus (*in Programm. Fun. p. 8.*), ita ſcribens: *Apparuit tum ſtatim candidis exiſtimatoribus in hoc, qvanqvam juvenili, ſpecimine, ea, qvam in genuino Philoſophiæ auditore Plato reqvirit,* φιλαχρίβεια: *nam & fontem ipſum rimatur, ſegregat certa ab incertis, cominus pugnat cum adverſariis, iisdem ne qvid affingat, ſollicite cavet, & veteris Eccleſiæ Doctorum ſententias cum cura expendit atqve in partes advocat, eaqve omnia ea, qvæ divini verbi tractatorem decet, animi modeſtia.* Saxonicis, cæterisqve Zelotis, ob doctrinam de communicatione Idiomatum Eutychianismi, *Diſp. III., Th. 43. & ſeqq.*, accuſatam, ſunt inviſæ. V. Abr. Calovium *L. 3. Hiſt. Syncret., c. 5., p. 571. 572.*, And. Carolum *T. I. Memorabb. Eccl. Sec. XVII., Lib. I., c. 74., p. 265.*, & alios.

Carmen Heroicum ad Fridericum Ulricum, Ducem Brunſvic., cum magnifica novi Collegii ædes in Acad. Julia inaugurarentur. Helmſt. 1612. in 4. (*1. pl.*). Laudat Julium, Ducem Brunſvic., Academiæ conditorem, & a Chr. Schradero, *in Or. Fun. p. 17.*, *divinum* vocatur.

Liber de Pontificio Miſſæ ſacrificio, Johanni Adolpho, Duci Holſatico, inſcriptus. Francofurti 1614. in 8. Hujus, Coloniæ A. 1611. a ſe conſcripti, in patria A. 1613. reviſi, & Francofurti, a Barth. Nihuſio, diſcipulo ſuo, tunc adhuc Lutherano, verum mendoſiſſime, editi, argumentum ipſemet, *in Digreſſione de arte nova Nihuſii p. 10. 11.*, fuſius expoſuit, novamqve editionem, a ſe ipſo recenſitam, ac propediem prodituram, eſt pollicitus. Monuit ſimul ibidem, ſibi, in eo, ad exemplum ævi, per juvenilem fervorem, & ſtudio contumelioſas Pontificiorum in Proteſtantes invectivas ulciſcendi, voces nonnullas contra adverſarios aſperiores excidiſſe, qvæ poſtea nemini magis, qvam ſibi ipſi, diſplicuerint. Confer de eodem C. Schraderi *Programma funebri p. 8. 9.*

Diſputt. II. de Sacramentis in genere. Helmſt. 1614. 1615. in 4. (*V. Filii Catal. ſcriptorum Parentis.*)

De nonnullis religionis Chriſtianæ capitibus controverſis Eccleſiarum noſtrarum Confeſſiones, Diſputatione Inaugurali, Præſide D. Henr. Boethio, propoſitæ. Helmſt. 1616. in 4. (*1. pl.*). Exhibent illæ Articulos aliqvot Auguſtanæ Confeſſionis, & tres de poteſtate ac primatu Papæ, qvi Smalcaldicis ſolent adjungi. V. de iis ipſius *Apologiam contra Buſcherum, P. II., p. 23.*

Diſp. de principio Theologiæ, contra Pontificios, eos in probationibus ſuis Theologicis circulum committere, & principium petere, demonſtrans. Helmſtadii 1616. in 4. Adjecta poſtea eſt A. 1619. *Epitomæ Theologiæ*, & cum ea qvinqvies, uti ſuo mox loca narrabitur, recuſa.

Diſp. de providentia Dei. Helmſt. 1616. in 4.

Demonſtratio adverſus Judæos, Meſſiam jamdudum veniſſe, ad diſputandum propoſita. Helmſt. 1616. in 4. Recuſa *in Faſciculo Diſſertationum & Programmatum* ejus *de perſona Chriſti* (*num. 7.*), ibidem A. 1663. in 4.

Diſp. de viſibilitate Eccleſiæ. Helmſt. 1616. in 4.

Diſp. de ſacra D. N. J. C. coena, Reſp. Joh. Conringio. Helmſt. 1616. in 4.

Diſp. de primo principio religionis Chriſtianæ. Helmſt. 1617. in 4.

Diſp. de peccato. Helmſt. 1617. in 4. Recuſa *in Syntagmate Tractatuum ejus de peccato diverſorum* (*num. 2.*), ibid. A. 1659. in 4.

Diſp. de Juſtificatione, Reſp. Chr. Braunio. Helmſt. 1617. in 4.

Diſp. de Deo, & tribus perſonis unius indiviſæ Deitatis. Helmſt. 1618. in 4. (*Allegatur a Joh. Andr. Qvenſtedio, in Teſtamento Davidico p. 31.*)

Diſp. de Baptiſmo. Helmſt. 1618. in 4. (*V. Filii Catal. Scriptorum parentis.*)

Diſp. de S. Euchariſtia. Helmſt. 1618. in 4.

Epitome Theologiæ, ex ore dictantis A. 1616. excepta. Accedunt præfatio de uſu diſciplinarum in Theologia & Diſp. de principio Theologiæ, contra Pontificios, eos in probationibus ſuis Theologicis circulum committere, & principium petere, demonſtrans. Goſl. 1619., Brunſv. 1634. 1647. & 1653., in 8., Helmſt. 1661. in 4. Duabus poſterioribus Editionibus adjecta eſt etiam D. Gerhardi Titii Declaratio qvorundam locorum hujus Epitomes, ſeorſim antehac, ſub forma diſputationis, Helmſtadii A. 1651. in 4. publicata. Epitomen hanc, in publicis prælectionibus Helmſtadii A. 1616. auditoribus dictatam, ſed nec editioni deſtinatam, nec unqvam recognitam, auditorum qvorundam opera, ſe inſcio & inconſulto, Goſl. A. 1619., & poſtea Brunſvigæ, non ſine mendis publicatam eſſe plurimis, ipſe, *in Digreſſ. de arte nova Nihuſii p. 11. 12.*, *P. II. Apologiæ contra Buſcherum p. 23.*, *& in Apologia adverſus literas Elect. Sax. auctiore*, §. 4. (*lit. Dd. 1. b. Dd. 2. a*), eſt conqveſtus, ac, *in Digreſſ. cit.*, novam editionem hiſce verbis pollicitus: *Revocabo iſta Deo juvante, ſub incudem, ut menda tollam, qvæ deſunt, ſuppleam, qvæ conciſe vel obſcure dicta ſunt, exponam & illuſtrem.* Conf. Gerh. Titii *Præfat.* ſuæ illius *Declarationis*, in qva, his repetitis, *Epitome* iſta *nihilo minus magno multorum excepta eſſe* dicitur *applauſu, cum interim ab aliis immites admodum cenſuras experiretur*, & hæc tandem adduntur: *Utinam ipſi ampliſſimo Autori, per objecta tot moleſtiſſima & publico bono noxia impedimenta, licuiſſet, aut hodie qvoqve liceret, præſtare, qvod aliqvando promiſerat! - - Haberemus ſine dubio librum, cui doctrinæ robore & elegantia, eo in genere, parem haud alius facile emoliri auſit.* Falſum autem eſt, qvod ab Abr. Calovio (*L. 3. Hiſt. Syncret., c. 5., p. 595.*) audacter traditur, Autorem emendare illam a Ducibus juſſum eſſe Brunſvicenſibus; falſa qvoqve relatio Jac. Welleri, in Epiſtola, ſub Joh. Georgii I., Electoris Saxonici, nomine, ad Duces Brunſvicenſes A. 1649. exarata, affirmare haud veriti, D. G. Calixtus habe, beydes gegen hohe Obrigkeit, ſo wol auch in öffentlichen Schriften, ſich erboten, ſeine Epitomen Theologiæ, darüber ſich ſchon vor 20. Jahren Streit erhoben, zu corrigiren, neu verbeßert außgehen zu laßen, und

indes vor die ſeinige nicht zu erkennen. Cui fabulæ ipſe Calixtus, *in Apologia contra has literas vernacula, l. c.*, diſerte contradixit, ſeqve, qvod ſui illa ſit foetus ingenii, nunqvam negaſſe, & pro tali etiamnum habere, errores autem in eadem, non Theologicos, ſed graphicos tantum ac typographicos, agnoſcere, horumqve ſolorum emendationem promiſiſſe, publice eſt profeſſus. Teſtantur idem *Diſcurſus*, qvibus eam, tanqvam ſuam, A. 1638. in privato illuſtravit Collegio ἀνέκδοτοι. Hafniæ, in Joh. Mohtii, Conſiliarii Danici, mihi olim viſi & lecti Bibliotheca. Commendarunt illam, præter Gerh. Titium *l. c.*, & in *Programmate* Anti-Caloviano, ſub Laur. Laurentini larva A. 1678. edito (in qvo *p. 9. aurea* vocatur, & *p. 7.*, *nihil Calovianum accurationi ejus ulla parte reſpondere, plusqve eruditionis in ſola præfatione, qvam univerſo Syſtemate Caloviano, prolixo qvamvis, & centonibus bene farcto, haberi*, aſſeritur), Joach. Lütkemannus (eandem præfationem *ſcriptum de ſtudio Theologico* appellans *elegantiſſimum*) *in Diſſ. de vero homine, Sect. II.*, *§. 20.*, *p. 61.*, Joh. Chriſtianus, Baro a Boineburg, *Ep. 33. ad Joh. Conr. Dietericum p. 184.*, &, ex ipſis adverſariis, Joh. Hülſemannus *in Methodo ſtudii Theologici p. 239.*, ac J. G. Dorſcheus *P. II. Theol. Zachariance p. 132.* Sim. Epiſcopii verba, qvibus A. 1634., *in Epiſtola ad Mich. Schneiderum*, methodum illius, cum Philoſophiæ moralis, aliarumqve diſciplinarum practicarum, methodo convenientem, præ aliis ſibi probari, ſignificavit, ſupra inter Autoris recitavimus elogia. Inter Cenſores ejus vetuſtiores eminent Caſp. Pfafradius, Calixti Collega, & Balth. Menzerus Senior, Theologus Gieſſenſis (*ingenii* nihilominus *dotes haud vulgares ſe in illa animadvertere*, ingenue confeſſus), qvorum judicia aſperiora, in vitæ noſtri narratione, *§. 40.*, jam ſunt exhibita, & loca ſimul indicata, in qvibus Epiſtolæ, qvam totam iſti inſeruimus, Menzerianæ, a Calixto utroqve, Patre ac filio, eſt reſponſum. E Zelotis recentioribus bilem ſuam, adverſus eam, ſæpius, qvam alii, effudit Abr. Calovius, qvi A. 1652., *in Iſagoge ad SS. Theologiam, Lib. I.*, *p. 342. 343. 344.*, in methodo illius, ab aliis laudata, nodum in ſcirpo qværens, haud pauca culpavit, ac, *Lib. II.*, *p. 239. 240.*, *ob multos* eandem, *qvibus ſcateat, errores, tyronibus cavendam eſſe*, ad Menzeri provocans Epiſtolam, inculcavit, A. 1678. autem (uti in Biographia, *§. LXXX.*, *num. 18.*, fuſius jam eſt narratum) *Programmate* eam peculiari, in contrario Laur. Laurentini τῦ ψευδωνύμυ (ſive Gerh. Titii) *Programmate* mox caſtigato, & in *Vindiciis famæ ſuæ contra Laur. Laurentinum*, huic repoſitis, ſigillatimqve varios, qvos tales vult credi, compendii hujus enumerantibus errores, ex profeſſo impugnavit. De Phraſi, qva noſter, in illa *p. 133.*, *Deum cauſam peccati indirecte, improprie & per accidens, eſſe*, docuit, a plurimis Heterodoxiæ accuſata adverſariis, ab ipſo autem (in *Programmate* peculiari, A. 1619. publicato, ſcriptisqve pluribus aliis), & Hyperaſpiſtis nonnullis, partim defenſa, partim excuſata, qvæ in eadem vitæ hiſtoria, *§. 90.*, *num. 17.*, prolixe ſunt relata, poſſunt relegi. Claudii Salmaſii deniqve exceptionibus, qvas *Epitomes* hujus de controverſia Euchariſtica, adverſus Reformatos, diſputationi, *in Tr. de Tranſſubſtantiatione*, ſub *Simplicii Verini* edito nomine, *p. 515. 516.*, repoſuit, & Barth. Nihuſius, *in Hypodigmate, Sect. 43.*, *p. 295.*, Calixto proterve exprobravit, a Gerhardo Titio, *in Tractatu de Phraſibus veterum Eccleſiæ Doctorum, qvibus Pontificii abutuntur, p. 128. 129.*, paucis eſt ſatisfactum. Conf. de Epitome hac Joh. Fabricii *Partem IV. Hiſtoriæ Biblioth. Fabricianæ p. 294. 295. 296.*

Theſes de Sacramentis in genere. Helmſt. 1619. in 4.

Diſp. de S. Cœna. Helmſt. 1619. in 4. (*V. Filii Catal. ſcriptorum illius.*)

Diſp. alia de S. Cœna. Helmſt. 1620. in 4. (*V. eundem Catalogum.*)

Diſp. de S. Scriptura, ejusqve autoritate & Canone, illo Præſide, ad gradum Doctoratus conſeqvendum, a Conrado Hornejo, Collega, propoſita. Helmſt. 1622. & 1666. in 4. De Barth. Nihuſii velitationibus adverſus hanc Epiſtolicis V. *Digreſſionem de arte nova Nihuſii p. 17. 18.*

Diſp. de gratia Dei erga omnes homines, qvod eorum attinet converſionem & ſalutem. Helmſt. 1622. in 4. (*V. Catal. filii.*)

Oratio funebris in memoriam Corn. Martini, Antwerpii, Philoſophi celeberrimi, & Profeſſoris in Acad. Julia primarii, cum tribus ejusdem argumenti aliis, per Rud. Diepholdium, Chriſtoph. Heidmannum & Conr. Hornejum, Collegas, habitis, variisqve Epicediis, edita. Helmſt. 1622. in 4.

Diſp. de religioſa adoratione. Helmſt. 1623. in 4.

Concordia qvatuor Scriptorum Evangelicorum, & locorum, qvæ in iis occurrunt, difficiliorum ac dubiorum explicatio: Additi ſunt duo Indices, qvorum prior exhibet ordinem, qvo illa ex Evangeliſtis eſt comportata, poſterior res plerasqve memorabiles. Halberſtadii 1624. Goslariæ 1638. & 1654., ac Helmſtadii 1663., in 4. Editionibus his (qvarum ultimam Frid. Ulr. Calixtus curavit, & e MSS. parentis locupletavit) alias addunt nonnulli, Brunſvicenſes ſcil. Annorum 1634. ac 1649. duas Lipenius (*P. I. Bibl. Theol. p. 637.*), Jac. le Long (*P. II. Biblioth. Sacræ, c. 14.*, *p. 380.*) & *Catalogi nundinales*, Helmſtadienſem A. 1643. Wittenius (*in Cent. Mem. Theol. renov. p. 1146.*) ac Longius (*l. c.*), & Brunſvicenſem A. 1654. *Index nundinarum anni illius vernalium.* De qvibus, an prodierint, dubito. Monoteſſaron hoc Evangelicum (qvod Lipenius, *l. c. p. 390.*, in ſcriptum *de Concordia Evangelicorum*, religionum ſectarumqve conciliationem moliens, abſurde transmutavit), inſcio primum Autore, mendoſe, uti, præter Editoris præfationem, Calixti etiam ipſius *Digreſſio de arte Nova Nihuſii* (novam Editionem, pleniorem pariter atqve emendatiorem, pollicita) *p. 11. 12.*, & *Apologia adverſus literas Elect. Sax. vernacula*, *§. 4.*, teſtantur, prodiit. Commendatum nihilo minus eſt a Salom. Glaſſio, *locis Rhetoricæ ſacræ plurimis*, *Compendii Hiſt. Eccl. Gothani Autore* (*breves & eruditos libellos* iſtud vocante), *Lib. II.*, *p. 45.*, ipſisqve adverſariis, Joh. Hülſemanno *in Methodo ſtudii Theol. p. 232.*, & J. C. Danhauero paſſim in *Chriſtoſophia*, ſcriptisqve aliis. Solus Calovius, fronte perfricta noſtri de editione, ſe facta ignaro atqve invito, qverelam in ſenſum detorqvens alienum, *Lib. II. Iſag. ad SS. Theol.*, *p. 209.*, *Calixti Concordiam talem eſſe* criminatur, *qvam vix ipſe Autor probet.* Joh. Vorſtio, explicationem ejus Capitis VI. Johannis Lutheranam, poſt ſuam ad Reformatos apoſtaſiam, *in Epiſtola ad Warnerum Freundium, p. 120. & ſeqq.*, refutare aggreſſo, a Gerh. Titio, *in Repetitione doctrinæ Proteſtantium de S. Cœna*, eſt reſponſum. E parte ejusdem ultima, paſſionis Chriſti explanante hiſtoriam, Phil. Caroli, Prof. Altorfinus, *Guſtum* ſuum *Philologiæ ſacræ, eandem ex antiqvitatibus illuſtrantem*, teſte Joh. Conr. Dieterico (*in Diſp. de uſu Scriptorum ſecularium*, Præſide Joh. Mich. Dilherro propoſita, *ad locum Joh. XIX. 17.*), exſcripſit, ob plagium iſtud hoc Viri docti notatus diſticho:

Legeris Harmoniam, Chriſti de morte, Calixti,
Legeris & Caroli, qvas conſuit inde, pagellas.

Conf. de illa Joh. Fabricii P. *IV. Hiſtoriæ Bibliothecæ Fabricianæ p. 48. 49.*

Diſp. de Baptiſmo. Helmſt. 1625. in 4. (*V. Catal. filii.*)

De immortalitate animæ, & reſurrectione carnis, Liber, memoriæ Pet. Overbeqvii, Belgæ, conſecratus. Helmſtadii 1627. in 4., ſine mentione loci (*qvem Qvedlinburgum fuiſſe ipſe, in Apologia contra literas Elect. Sax. auctiore, §. 8., lit. Ee. 4. b.*, *indicat*) 1649. in 4., & denuo Helmſtadii (curante Friderico Ulrico, filio) 1661. in 4. Qvarta vice prodiit *in Faſciculo ſcriptorum rariorum & curioſorum de animæ poſt ſeparationem a corpore ſtatu & immortalitate.*

Lipſiæ

Lipſiæ A. 1692. in 8. excuſo. Reliqvas, qvæ a Lipenio (*P. I. Bibl. Theol. p. 51.*), Wittenio, aliisqve, memorantur, Editiones annorum 1646. 1653. & 1662. Helmſtadienſes, chimæricas eſſe credo. *Liber eruditus* vocatur a Joh. Meisnero ſeu J. Fechtio *in Diſſ. de Origene & Origenianis*, §. 56. De Friderici Ulrici, Filii, gemino, pro Epilogo ejus, fratris ſui natu majoris memoriæ conſecrato, Apologemate, in vitæ hiſtoria, §. 25. & 96., eſt dictum.

Hiſtoria Magorum, e cap. II. Matthæi, die Ἐπιφανίων A. 1628., in Acad. Julia publice expoſita. Helmſt. 1628. 1641. & 1664. in 4.

Apparatus Theologicus, ſeu Introductio in ſtudium & doctrinam SS. Theologiæ, ſolus Helmſtadii A. 1628. in 4. editus (*teſte Parte II. Apol. contra Buſcherum p. 25.*), deinde vero, cum Fragmento Hiſtoriæ Eccleſiæ Occidentalis, e ſchedis paternis per Frid. Ulr. Calixtum, filium, adjecto, in lucem, qvam, ob imperfectionem ſuam, Autore (qvo minus illum pertexeret, ſacris impedito certaminibus) ſuperſtite, non viderat, fœtus inſtar poſthumi, A. 1656. prolatus publicam, multisqve tandem e MSto Autoris acceſſionibus auctior, cum filii Epiſtola Dedicatoria gemina ac præfatione (*de utriusqve ſcripti conſulendis hiſtoria*), Helmſtadii A. 1661. *in 4.* recuſus. In opere hoc eruditiſſimo, ſed inchoato tantum, nec ad finem perducto, de voce tantum Theologiæ, Theologi officio, lingvarum & Philoſophiæ uſu ac neceſſitate, diverſis orbis religionibus, Chriſtianæqve Sectis, Eccleſiæ per ſingula ſecula ſtatu, ſtudiis & Doctoribus, ſtudii Theologici partitione, Hiſtoria Eccleſiaſtica, Imperatoribusqve & Pontificibus Romanis, diſſeritur. Cætera morte Autoris ſunt intercepta. Joh. Chriſtianus, Baro a Boyneburg, *Ep. 20. ad Joh. Conr. Dietericum*, A. 1649. exarata, *p. 85.*, *Apparatum* hunc *ſcriptum* vocat *excogitatiſſimum*, ſibiqve a filio Autoris natu maximo relatum ait, qvod *gravem* Parens *ſuper nefanda cæde Caroli I., Regis Britanniæ, Diſſertationem* ei voluerit ſubjungere. D. G. Morhofius, *T. I. Polyhiſt., Lib. I., c. 17., p. 228.*, ita de illo: *Calixti Apparatus magna rei theologicæ jactura in ipſo pene initio defecit*; nec non *Tomo III., Lib. 5., p. 51. 52.: E noſtris* (autoribus ſtudii theologici bibliothecariis) *quem nominare poſſim, neſcio, niſi qvis G. Calixti Apparatum Theologicum hunc in cenſum referat. Sed ille vaſtius argumentum animo complexus erat, nec tantum de Scriptoribus Theologicis agere in animo habuit, ſed de omni apparatu Theologico in univerſum. Magnam certe fecimus jacturam in hujus libri defectu; paucula enim tantum attigit, ſed profecto eruditiſſima, & profundam antiqvitatis & hiſtoriæ, tum ſacræ, qvam civilis, cognitionem ſpirantia.* Commendant eundem Lev. Nic. Moltkius *in Notis ad Religionem Medici p. 160.*, Ad. Tribbechovius *in Tr. de Doctoribus Scholaſticis p. 159.*, & Sev. Walth. Sluterus *in Propylæo Hiſtor. Chriſtianæ p. 35. Ed. poſter.*, *Fragmentum* autem *Hiſt. Eccl. Occidentalis* (res Sec. VIII. IX. ac X., & qvomodo iis dominatus & corruptelæ Pontificis invaluerint, exponens) D. G. Morhofius, *l. c., T. III., Lib. 5., p. 60.*, & Caſp. Sagittarius *in Introd. in Hiſt. Eccl., c. 15., §. 6., p. 331. 332.* Conf. de utroqve Joh. Fabricii *P. IV. Hiſtoriæ Biblioth. Fabric. p. 301. 302.*

In Epiſtolam S. Pauli ad Titum Expoſitio literalis, in Acad. Julia A. 1627. publice propoſita. Helmſtadii 1628. & 1636., ac Brunſvigæ 1656., in 4. Methodum, in hac aliisqve Epiſtolarum Paulinarum expoſitionibus uſurpatam, verbis epiſtolæ dedicatoriæ, in vitæ hiſtoria §. 28., jam adumbravimus.

Tractatus de conjugio Clericorum, qvo oſtenditur Pontificiam legem, qva ſacris miniſtris conjugium univerſim & ſimpliciter interdicitur, ſacræ Scripturæ, rectæ rationi, juſtarumqve legum naturæ, & Eccleſiaſticæ primævæ antiqvitati, prorſus adverſari; inprimis autem, qvod Baronius, Bellarminus, & ſocii, aſſerunt, Apoſtolos eam ſanciviſſe, abſurdam novitatem eſſe. Sub finem agitur de hæreſi Hildebrandina, & additur Appendix, nonnihil ſcriptorum, ad rem facientium, complexa. Helmſtadii 1631. & Francofurti 1653. in 4. In *Epiſtola* ad Senatum Hildeſienſem *Dedicatoria*, hoc ſcriptum ſe concinnaſſe profitetur, ut ſpecimen tractationis controverſiarum, juxta methodum a Vincentio Lirinenſi *in Commonitorio* præſcriptam, & ex S. Scriptura ac traditione Eccleſiæ deductam, exhiberet, ſimilemqve operam in cæteris adverſus Pontificios controverſiis pollicetur. Appendici inſeruit: 1. Udalrici, Epiſc. Auguſtani, pro conjugio Clericorum Epiſtolam; 2. Georg. Caſſandri & Georg. Wicelii Loca de cœlibatu & conjugio Clericorum; 3. Supremæ Curiæ Pariſienſis in librum Rob. Bellarmini contra Gvilh. Barclajum ſententiam; 4. Facultatis Theol. & Acad. Pariſienſis in librum Ant. Santarelli, Jeſuitæ, Cenſuram & Decretum. Hugonis Grotii judicium duplex de *Tractatu* hoc honorificum, ex Epiſtolis ejus ad Autorem & Joh. Cordeſium, ſupra, inter Grotiana Calixti Elogia, recitavimus. Joach. Hildebrandus, *in Tr. de nuptiis veterum Chriſtianorum*, (*lit. B. 4. b.*) ita de illo: *Legi de his omnino meretur inſignis B. Calixti de conjugio Clericorum Tractatus, qvi præter fatum, qvod reliqva Viri ſcripta ſubierunt, hactenus ab adverſariis qvarumvis partium fere ſolus intactus permanſit, an ob ſcripti ſingularem ἀκρίβειαν, an qvod plauſibile & ſacris miniſtris gratum fuerit, qvod Autor defendit, argumentum, alii arbitrentur.* Qvæ obſervatio, isdem fere verbis, ab illo, *in Tr. de Hierarchia veteris Eccleſiæ p. 88. 89.*, eſt repetita. Gemina his ſunt, qvæ Gerh. Titius (*in Vindiciis* etiam *Aug. Conf. contra Bellarminum p. 48.* eundem laudans), *in Tr. de Phraſibus veterum Eccleſiæ Doctorum p. 11.*, annotavit: *Inſigne Calixti opus de conjugio Clericorum hactenus unum domeſticæ calumniæ dentes potuit effugere, argumento ipſo ſuo magis, qvam Ajacis adamantino clypeo, tutum.* Commendatur etiam a Joh. Conr. Dieterico (*librum* vocante *accuratum*) *in Hilaribus Livoniæ p. 39.*, Joh. Micrælio *Lib. 3. Syntagm. Hiſt. Eccl. p. 282.*, Joh. Gvilh. Baiero, *in Compendio Theologiæ Hiſtoricæ, Loco XX., p. 671.*, Thoma Crenio, *P. I. Animadv., c. 4., §. 10., p. 75.* (ubi *Tractatus* audit *luculentus, inter omnes Calixti libros optimus, planeqve orthodoxus, in qvo frangent potius dentes, qvam impriment, hæretici*), & *P. X., c. 1., §. 9. p. 93.*, *ac Exerc. I. de libris Scriptorum optimis* (ubi denuo *optimus omnium* Autoris ſui *librorum eſſe* perhibetur), G. H. Götzio (*librum egregium, ac lectu oppido dignum*, appellante) *in Diſſ. de fatis triſtibus, qvæ Theologorum filii ſubierunt, Sect. II., §. 4., p. 31.*, & Chr. Matth. Pfaffio (qvo judice *omne punctum fert*) *P. I. Introd. ad Hiſt. liter. Theol. p. 378.* Telas aranearum, a Barth. Nihuſio, in *Arte* ſua *nova*, ex hujus principiis, contra illum textas, noſter, *in Digreſſione de arte nova Nihuſii, p. 188-193.*, nullo diſſipavit negotio. Digreſſio pro veritate vetuſtæ de Johanna Papiſſa narrationis erudita, *p. 338-358.* obvia, qvam Joh. Henr. Boeclerus (*commentationem* vocans *operoſiorem*), *in Tr. de rebus Sec. IX. & X. p. 117.*, aliiqve plures, ſuis ornarunt encomiis, a Phil. Labbeo, Jeſuita, adverſario impari, *in Cenotaphio Johannæ Papiſſæ funditus exciſo*, qvod Mareſio, Salmaſio, Congnardo, Calixto, Hottingero, & aliis, oppoſuit, ac *Tomo I. Diſſertationis de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, Pariſiis A. 1660. edito, adjecit, eſt impugnata. Conf. de hoc Tractatu Joh. Fabricii *P. IV. Hiſtoriæ Biblioth. Fabricianæ p. 305. 306.*

Theſes de veritate unicæ religionis Chriſtianæ, Reſp. M. Mich. Schneidero, Islebienſi, propoſitæ. Helmſt. 1633. & (*cum Diſſ. de autoritate antiqvitatis Eccleſiaſticæ, ac Frid. Ulr. Calixti Diatriba pro hac Apologetica*) 1658. in 4. Commendantur a D. G. Morhofio, *T. III. Polyhiſt., Lib. V., p. 47.*, & Joh. Friſchmuhtio, *in Diſſ. ad loca Scripturæ, qvibus Turcarum Perſarumqve Doctores, Muhammedem veri nominis fuiſſe Prophetam, probare ſatagunt*, §. 7.

Epitomes Theologiæ Moralis Pars Prima: Una cum Digreſſione de arte nova, qvam nuper commentus eſt Bartholdus Nihuſius, ad omnes Germaniæ Academias, Romano Pontifici deditas & ſubditas, imprimis Colonienſem; Cujus Digreſſionis ergo hæc Epitomes pars ſeorſim nunc editur. Helmſtadii 1634. in 4. Utraqve auctior, ex Autoris MSto,

a Friderico Ulrico, ejus filio, ibidem A. 1662. *in 4.* denuo eſt publicata, ſola autem *Digreſſio* ſeorſim Francofurti A. 1652. *in 4.* recuſa. *Epitomen Theologiæ Moralis*, qvamvis non conſummatam, nec ad finem perductam, ſuis ornare non dubitarunt elogiis, præter Hug. Grotium (*Ep. 674. ad Autorem, p. 274. 275.*) & Ludov. Crocium (in Epiſt. ad Gerh. Joh. Voſſium, in Voſſianarum *Appendice, num. 222., p. 146.*, publicata), qvorum verba ſupra jam, inter judicia de noſtro honorifica, recitavimus. Herm. Conringius (*libellum* vocans *aureum*) in præfat. *Comm. de origine Juris Germanici*, Gebh. Theod. Meierus (noſtrum *primum omnium*, e Lutheranis, *Theologiam moralem diſciplinæ in morem pertractare inſtituiſſe*, obſervans) *in Introd. in Theologiæ Moralis ſtudium, c. 18., §. 10.*, & Joh. Mich. Langius, Theol. Altorfinus, in *Diſſ. Proœmiali de Theol. Mor. ſyſtematicæ origine & progreſſu*, Joh. Conr. Durrii *Compendio Theol. Mor.*, in editione nova A. 1698., præfixa, *§. 25.* Loca ejus varia, a Statio Buſchero A. 1640., *in Crypto-Papiſmo novæ Theologiæ Helmſtadienſis* vernaculo, ἑτεροδοξίας accuſata, Autor ipſe, in *Apologia* contra hunc Germanica bipartita, A. 1641. dextre vindicavit. Bartholdo Nihuſio, prioris de Jure Romano per Lotharium II., Imperatorem, in uſum fori revocato ſententiæ, in *Apparatu* propoſitæ *Theologico*, retractationem, in *Epitome* hac *p. 112.* factam, A. 1640., in *Apologetici pro arte nova Appendice*, A. 1641. *in Facula*, & A. 1642. *in Irnerio*, contumelioſe illi exprobrare, vulgatumqve iſtum errorem inepte defendere, haud verito, paucis itidem ab ipſo A. 1642., *in Iterata ad Acad. Colonienſem Compellatione, p. 315. 329. 330. 331.*, prolixe autem, ſolidiſſime & ex profeſſo, ab Herm. Conringio, A. 1643., *in Commentario* de origine Juris Germanici Hiſtorico, eſt reſponſum, ſicut fuſius, in Vitæ hiſtoria, *§. 43.*, jam narravimus. *Digreſſio*, qvæ *Epitomæ* acceſſit, & A. 1652. Francofurti ſeorſim prodiit, oppoſita eſt Bartholdi Nihuſii, Apoſtatæ, *Arti novæ dicto S. Scripturæ unico lucrandi e Pontificiis plurimos in partes Lutheranorum, Theologis Helmſtadienſibus, Georg. Calixto præſertim & Conr. Hornejo (qvi, ne hoc compendium negligant, monentur & rogantur), detectæ nonnihil & ſuggeſtæ*, opuſculo inepto pariter atqve maledico, Hildeſiæ A. 1632. *in 4.* excuſo. Utriusqve ſcripti, ſicut & qvatuor Nihuſianorum (*Apologetici ſcil. pro Arte nova, contra Andabatam Helmſtadienſem*, A. 1640., *Faculæ* A. 1641., & *Irnerii* atqve *Triumphi Catholicorum de G. Calixto*, A. 1642., Coloniæ *in 8.* editorum), in qvibus Digreſſio vellicata potius eſt & allatrata, qvam vere ſolideqve impugnata, & Calixti *Iteratæ ad Academiam Colonienſem Compellationis*, eidem, contra Apologemata iſta Nihuſiana, luculenter A. 1642. patrocinatæ, hiſtoria & argumenta, in Biographia noſtri, *§§. 42. 43. & 72.*, copioſius ſunt expoſita, & illic poſſunt relegi. Qvæ Statius Buſcherus, in *Cryptopapiſmo novæ Theologiæ Helmſtadienſis*, A. 1640. *Epitomæ Theologiæ Moralis* & *Digreſſioni* huic partem oppoſito maximam, paſſim in eadem obelo notavit, in *Apologia* contra illum Calixtina bipartita, A. 1641. examinata ſunt & refutata. E Lutheranis *Digreſſionem* commendarunt Joh. Conr. Danhauerus in *Polemoſophia ſacra p. 311. 338.*, Gerh. Titius (cui *longe doctiſſima* audit) *in Proœmio Oſtenſionis ſummariæ contra Pontificios p. 4.*, Balth. Bebelius *in Diſſ. Apol. pro Nic. Hunnio p. 5.*, & Joh. Nicol. Pechlinus, *in Conſultatione de optima Chriſtianorum ſecta*, ſub *Jani Philadelphi* edita nomine, *p. 103.*, ita ſcribens: *Nihuſius, deſertorum anteſignanus, ne temere ad Pontificias partes relapſus videretur; reperta arte nova, novam etiam Calixto, viro a charitate Chriſtiana & doctrina commendatiſſimo, refutandi neceſſitatem impoſuit, eo ſane ſucceſſu, ut, detectis captiuncularum ſpinis, omnis ex illo nova jactandi conatus perierit.* E Reformatis non minus de illa judicarunt honorifice Ludov. Crocius, *l. c.*; & Gerh. Joh. Voſſius, *Ep. 380.*, ad Georg. Ratallerum Dubletium A. 1640. exarata, *p. 348. 349.*, fuſius de controverſia, circa artem Nihuſii novam, inter eum Calixtumqve exorta, diſſerens, ac, *iſtis etiam palæſtræ conditionibus, qvas Nihuſius præſcribit, cauſam Proteſtantium ſuperiorem fore, ſeqve id, in familiari cum illo congreſſu, ſemel iterumqve eſſe expertum*, affirmans. Hugo Grotius non ſolum A. 1634., *Ep. 350. ad Joh. Cordeſium*, & A. 1636., *Ep. 674. ad ipſum Calixtum*, benigna perqvam de illa tulit judicia, ſupra, inter Elogia Autoris, ſuo loco jam exhibita, ſed &, in literis ad Gerh. Joh. Voſſium, anno, qvo in lucem prodierat, 1634., d. 2. Aug., Francofurti exaratis (qvas Editio *Epiſtolarum* ejus omnium Amſtelodamenſis, *num. 339., p. 122.*, & *Epiſtolæ Remonſtrantium Eccleſiaſticæ*, a Phil. Limburgio A. 1684. iterum publicatæ, *num. 531., p. 788.*, ſiſtunt legendas), hoc eandem ornavit Encomio: *Bertholdo Nihuſio, de nova illa, qva diſſentientes impetit, via, erudite & prudenter reſpondit Calixtus libro de arte nova, qvem ſubjunxit libro de Theologia morali.* Qvibus verbis, argumento ejus breviter expoſito, paulo poſt ſeqventia addidit: *Calixti librum ut legas, rogo: multa ſunt in eo utilia, multa ab aliis dicta qvidem, ſed a nemine exactius.* Qvid qvod, & inter ipſos Pontificios, amatores illa ſuos habuit, qvod vel ſola Arn. Meshovii, Th. Lic. & Paſtoris Petrini Colonienſis, teſtatur Epiſtola, ad D. Alardum Vaeckium, Superint. Schaumburgicum, Kal. Apr. A. 1637. miſſa, & in noſtri *Iterata ad Acad. Colon. Compellatione p. 299.* obvia, in qva, ſe *eam tam avare pervolutaſſe, ut helluo potius, qvam lector, fuerit digredientis Calixti*, eſt profeſſus. Conferri de illa, & ſcriptis Nihuſii contrariis, præter Autores *§. 42.* allegatos, & Grotii ad Voſſium, Voſſiiqve ad Ratallerum, qvas modo laudabamus, literas, merentur Calixti ipſius ad Voſſium Epiſtola, VI. Id. Sept. A. 1634. Hamburgi ſcripta, & in Voſſianarum *Appendice, num. 142., p. 94.*, publicata, Pet. Bælii de Nihuſio narratio, *Tomo II. Dictionarii Hiſtorico-Critici, P. I., p. 666-671.*, inſerta, & Joh. Fabricii *Pars IV. Hiſtoriæ Biblioth. Fabricianæ p. 296. 297. 298.*

Hiſtoria Joſephi, ſive XIV. poſtremorum capitum Geneſeos, & locorum in iis difficiliorum, Expoſitio literalis, ex ejus in Pentatevchum prælectionibus A. 1625. excepta, ac poſtea edita, a Steph. Tuckermanno, Paſtore in Wildermann. Helmſtadii 1634. in 4. (*Editio anni 1624., a Wittenio, in Cent. Memor. Theol. Renov. p. 1147., memorata, extra omnem chimærica eſt controverſiam.*). Ab Autore deinde recognita, & alicubi aucta, ſeorſim ibidem A. 1641. & 1654. *in 4.* eſt recuſa, & *Lucubrationibus* tandem ejus *in V. T. libros qvosdam*, junctim Helmſtadii A. 1665. *in 4.* publicatis, inſerta. Ἀποσπασμάτιον ejus, ſive Digreſſio ad hiſtoriam de Joſephi continentia, Gen. XXXIX. 11. ac ſeqq. obviam, neceſſitatem abſtinentiæ ab operibus carnis, obſervationis præceptorum divinorum, vitæqve ſanctioris, ad ſalutem inculcans, Helmſtadii etiam A. 1651. *Confutationi* ejus *Welleri*, cæterisqve Apologiis vernaculis, Appendicis inſtar, adjectis brevibus illius contra Joh. Hülſemanni *Epiſtolam ad Cæleſt. Mislentam, præfationemqve Dialyſeos Problematis Calixtini*, vindiciis, eſt ſubjuncta, & adverſus ejusdem Hülſemanni Muſter und Ausbund Calixtiniſcher guter Wercke, in der Antwort auf Hülſemanni meiſterliches Muſter (eidem Apologiarum inſerta volumini), *§. 22-64.*, contra *Epiſtolam autem ad Mislentam*, modo allegatam, in *Tractatu* peculiari ἀνεκδότῳ *de neceſſitate actuum pietatis, novitatis vitæ, & obſervationis præceptorum divinorum ad ſalutem*, latine conſcripto (cujus argumenta præcipua *ibidem, §. 32-58.*, recitantur), fuſius ab Autore vindicata. V. qvæ de illa, in vitæ noſtri narratione, *§. 82. & 94.*, jam monuimus. A Georg. Henr. Götzio (*in Diſſ. de cultu Joſephi, parentis Chriſti, p. 6.*) *Hiſtoria* hæc *Joſephi Patriarchæ* Calixtina merito vocatur *eruditiſſima*.

Annotationes ad XX. prima Exodi capita, e Prælectionibus ejus exceptæ, &, Præſide eodem, publica Diſputatione defenſæ, a Steph. Tuckermanno. Helmſt. in 4. *V. Præfat. Hiſtoriæ Joſephi.* Recuſæ ſunt, *inter Lucubrationes ad qvosdam V. T. libros*, ibidem A. 1665. in 4.

Diſp. de gratuita per fidem juſtificatione, Reſp. Chriſtoph. Schradero (Academiæ deinde Helmſtadienſis Rhetore).

Helmſt.

Helmſt. 1635. & 1646. in 4. Tertiæ Editioni, qvæ ibidem A. 1654. *in 4.* prodiit, Schraderi Animadverſio in nuperam D. Joh. Hülſemanni de ſe calumniam *(in Verme conſcientiæ Calixtinæ* ſparſam) eſt præfixa.

Diſp. de providentia Dei. Helmſt. 1635. in 4. (*V. Becmanni Catal. Biblioth. Francof. p. 89., & Lipenii P. II. Biblioth. Theol. p. 570.*)

De ſupremo judicio Liber, Dorotheæ Anhaltinæ, Auguſti, Ducis Brunſvicenſis, conjugis, memoriæ conſecratus. Helmſt. 1635. in 4. Denuo a Frid. Ulr. Calixto, filio, inſertis iis, qvæ Autoris manus adjecerat, eſt editus ibidem A. 1661. in 4. Commendatur ab Hug. Grotio (qvi, *eodem, qvo cætera* Calixtina, *ſcriptum eſſe judicio ac animi moderatione, & non minus laudandum*, aſſerit) *Ep. 674. ad Autorem (d. 18. Oct. A. 1636. exarata) p. 275.*, Lev. Nicol. Moltkio (eum *Tractatum abſolutiſſimum & eruditiſſimum* vocante) *in Notis ad Religionem Medici p. 264.*, Joh. Wilh. Petræo (ſingularem Autoris erga Chiliaſtas moderationem, *p. 166. & 167.* proditam, laudante) *in Nube teſtium veritatis de regno Chriſti glorioſo, Lib. III., p. 103. 104.*, ipſoqve Abr. Calovio, hoſtium τȣ̃ καλλίϛȣ infenſiſſimo, *Lib. II. Iſagoges ad SS. Theol. p. 249.*

Diſp. de Peccato, Reſpondente Paulo Müllero, Witebergenſi, Prof. Helmſtad. Theologo & Superint. Gen., Doctoratus Theologici Candidato, propoſita. Helmſtadii 1636. & 1651. in 4. A Statio Buſchero, *in Cryptopapiſmo novæ Theologiæ Helmſtadienſis, Art. II. de Pecc. Orig.*, eam impugnante, & diverſorum accuſante errorum, ac Frid. Ulr. Calixto, *in Scriptorum parentis Catalogo*, noſtro tribuitur, ab ipſo autem, *Parte II. Apologiæ contra Buſcherum vernaculæ, Art. V., p. 78-220.*, adverſus hujus eandem tuito criminationes, *p. 78.* Müllero, Collegæ ſuo, vindicatur.

Theſes de Corpore & ſangvine Domini, reapſe præſentibus in ſanctiſſima Euchariſtia, Reſp. Brandano Detrio, Hamburgenſi (aulæ poſtea Gvelpherbytanæ Theologo). Helmſt. 1636. in 4. Maximam deinceps partem inſertæ ſunt ab eo *Animadverſionibus* ſuis *& Annotationibus in Confeſſionem Reformatorum Thorunienſem*, in Batavia A. 1654., & Gvelpherbyti A. 1655., *in 4.* editis. Verſio illarum Germanica ſub hoc Francofurti A. 1653. *in 4.* prodiit titulo: Eines vortrefflichen Theologi Augſpurgiſcher Confeſſion Gründliche Erwegung des ſonderbahren Geheimnißes vom Abendmahle des Herren, darinn nicht allein Calvini und der Reformirten Meinung aufs genauſte unterſuchet und wiederleget, ſondern auch, wieder dieſelbe, die wahre weſentliche Gegenwart des Leibes und Blutes Chriſti, aus den Worten der Einſetzung, der erſten Kirchen einhelligem Conſenſe, auch theils der Gegener eignen Schriften und Hypotheſibus, dargethan wird. V. Vinc. Placcii (meam ſecuti ſymbolam) de ſcripto hoc Germanico ἀδεσπότῳ (qvod Calixtinis etiam *Catalogus Nundin. Vern. A. 1653. Francofurtenſis p. 28., Catalogus Genevenſis Tourneſianus p. 446.*, & Lipenius *P. I. Biblioth. Theol. p. 311.*, annumerarunt) monitum, *T. I. Theatri Anon. & Pſeudon., c. 11., p. 421.* Solæ hæ Theſes, e ſcriptis Calixtinis omnibus, diſplicuiſſe Hugoni Grotio videntur, a qvo, in Epiſtola ad Gvilhelmum fratrem d. 18. Sept. A. 1637. data, *contumelioſiſſimæ in eos, qvi πολυτοπίαν non agnoſcunt*, ſunt vocatæ. V. *Appendicem editionis Epiſtolarum ejus Amſtelodamenſis, num. 408., p. 871.*

Diſp. de Calice Dominico omnibus ad S. Euchariſtiæ communionem admiſſis porrigendo, Reſpondente, pro gradu Licentiæ, Erneſto Stiſſero, L. Hebr. Profeſſore Helmſtadienſi, propoſita. Helmſtadii 1636. in 4. Auctior deinde recuſa eſt cum *Georg. Caſſandri Dialogo, & ſcriptis aliorum, de communione ſub utraqve ſpecie*, junctim a noſtro editis, ibidem A. 1642. in 4.

Theſes Theologicæ de ſacra Scriptura, ex ejus Prælectionibus depromtæ, ipſoqve Præſide propoſitæ, a M. Jac. Hackmanno, Otterndorfienſi. Helmſtadii 1637. in 4.

Programma de hæreſi Neſtoriana, feſto Nativ. Chriſti, ab eo Rectore, propoſitum. Helmſt. in 4. ab ipſo, *in Progr. de adoptione Chriſti hominis*, A. 1643. publicato, *ſub initium*, allegatur.

Programma de hæreſeos Eutychianæ hiſtoria Rectorale, feſto Nativ. Chriſti A. 1637. propoſitum. Helmſt. 1637. in 4. Recuſum in *Faſciculo Tractatuum* ejus *de perſona Chriſti*, ibidem A. 1663. in 4.

Diſſertatio tripartita de Sacrificio Chriſti, ſemel in cruce oblato & initerabili, contra Pontificios. Helmſt. 1638. & 1644. in 4. Commendatur a Joh. Tob. Majore *in Diſſ. de precibus pro defunctis, §. 191.*, Joach. Hildebrando *in Tr. de primitivæ Eccleſiæ ſacris publicis, lit. B. 3. a.* (ubi *nobilem* eam vocat), *& in Offertorio primitivæ Eccleſiæ pro defunctis, c. 5., §. 11., p. 44.* (ubi *egregia* audit), ac Joh. Fechtio *in præfat. ad J. G. Dorſchei Comm. in IV. Evangeliſtas, lit. e. 1. a.* Statius Buſcherus, *in Cryptopapiſmo novæ Theologiæ Helmſtadienſis, Art. VI.*, multas ejus theſes, ceu heterodoxas, improbavit & vellicavit, ab Autore, *Parte II. Apologiæ Anti-Buſcherianæ vernaculæ, Art. VI., p. 221-287.*, dextre vindicatas.

Oratio de ſtudio Hiſtoriarum, imprimis vero de ſeculis ante & poſt Chriſtum natum inter ſe conferendis, A. 1638. in 4., teſte Catalogo qvodam edita. Prodiit etiam inter *Orationes* noſtri *ſelectas* Helmſtadii A. 1659. in 4.

Diſp. de autoritate Antiqvitatis Eccleſiaſticæ, Reſp. Joh. Henichio (Academiæ poſtea Rintelienſis Theologo). Helmſtadii 1639. in 4. Recuſa cum Diſſ. de veritate unicæ religionis Chriſtianæ, & Frid. Ulr. Calixti, filii, Diſputatione, qva recentiores qvædam contra Eccleſiæ primitivæ autoritatem objectiones excutiuntur, ibidem A. 1658. in 4. De doctrina ejus, & ſcriptis per Valerium de Maccionis, Joh. Hülſemannum, aliosqve, huic oppoſitis, relegantur, qvæ in vitæ hiſtoria, *§. 87.*, in medium jam ſunt allata.

Diſp. de æterna prædeſtinatione & electione. Helmſt. 1639. in 4.

Exerc. de hæreſi Neſtoriana, eiqve oppoſito Conſilio Epheſino, œcumenico tertio, Reſp. Theod. Mölmanno, Flensburgenſi. Helmſt. 1640. in 4. Recuſa, in *Diſſertationum* ejus *& Programmatum de perſona Chriſti Faſciculo*, ibidem A. 1663. in 4. Commendatur a Joh. Ern. Gerhardo (Calixtum, in ea, *hæreſeos Neſtorianæ hiſtoriam, more ſuo, h. e. accurate & ſolide, e veterum ſcriptis, expoſuiſſe*, affirmante) *in Diſp. de unione perſonali, Præſide D. Gothofr. Cundiſio Jenæ A. 1644. propoſita, §. 29.*, & Joh. Conr. Danhauero *Actu II. Chriſteidis p. 155.*

De bono perfecte ſummo, ſive æterna beatitudine, Liber, memoriæ Georgii, Ducis Brunſvic. & Lüneb., conſecratus. Helmſt. 1643. & 1664. in 4. ſub finem, *p. 43-70.*, de oppoſito etiam æternæ beatitudinis, ſive ſtatu damnatorum, in eo agitur. Acad. Juliæ Profeſſores univerſi, in der Schutzrede der Julius-Univerſität wieder Æg. Strauchium *p. 24.*, illum *librum egregium* (ein herliches Buch) appellarunt.

Diſp. de Peccato. Helmſt. 1643. in 4. (*V. Becm. Catal. Biblioth. Francof. p. 89.*)

Diſputationis II. de viſibili Monarchia Eccleſiaſtica, contra Pontificios. Helmſt. 1643. in 4., junctim recuſæ ibidem A. 1655. & (cum Friderici Ulrici, filii, præfatione) 1674. in 4. Impugnatæ ſunt a Bartholdo Nihuſio, im Bedencken über das von G. Calixto wieder des Babſts Primat außgegangene Büchlein, Moguntiæ A. 1644. *in 8.* excuſo, defenſæ autem contra illum a Gerh. Titio, in *Tr. de Phraſibus veterum Eccleſiæ Doctorum, qvibus Pontificii abutuntur*, Helmſtadii A. 1676. edito, *p. 53-59.*

Diſp. de Baptiſmo, ſeu ſacro regenerationis ac renovationis lavacro, Reſpondente, ad titulum Doctoris Theologi conſeqvendum, Brandano Detrio, Hamburgenſi, aulæ Gvelphicæ Concionatore. Helmſt. 1643. *in 4.* Detrio Reſpondenti,

denti, tanqvam Autori, tribuitur a Frid. Ulr. Calixto in *Scriptorum parentis, Catalogo,* ipſi autem Calixto juniori a Gerh. Meiero, *Lib. II. Biblioth. Theol. contractæ, c. 8., p. 242.*, falſo vindicatur. Oppoſuit illi Bartholdus Nihuſius Die Miſſive von der Tauffe Johannis, wieder G. Calixtum und Brand. Detrium, Moguntiæ A. 1644. *in 8.* impreſſam. Ad Origenis & Irenæi loca, pro Pædobaptiſmo in illa allegata, a Jac. Mehrningio, Anabaptiſta (candorem tamen Calixti, qvem *virum* ſalutat *egregium*, commendante, in Jod. Edzardo autem, ſectæ ſuæ itidem adverſario, hunc deſiderante), in der Taufhiſtorie *p. 172. & 285.*, nonnulla regeruntur. Plagii eandem Joh. Conr. Durrius, Prof. Altorfinus, A. 1674., in Epiſtola ad Jac. Thomaſium, verbis hiſce (*teſte B. G. Struvio Faſcic. VII. Act. Literar. p. 73.*) temere inſimulavit: *Tulit per hoſce proximos dies occaſio, ut publice doctrinam de baptiſmo auditoribus proponerem. Ibi obſervavi, intra unicam horam, Calixtum uſum eſſe opera G. J. Voſſii, & hunc bibiſſe ex fontibus Chemnitii, nulla facta mentione benefactorum ſuorum.*

Exercitationes de Tranſſubſtantiatione, contra Pontificios, duæ (*qvarum ſecundam Joh. Andr. Qvenſtedius, Theologus poſtea Witebergenſis, Reſpondentis functus officio, defendit*). Helmſt. 1643. in 4. junctim recuſæ, adjuncta ejusdem de ſancto Euchariſtiæ ſacramento Aſſertione, curante Friderico Ulrico, filio, ibidem A. 1675. in 4. Commendantur a Gerh. Titio, *in Oſtenſione ſummaria contra Pontificios, p. 81. 82.*

Diſſ. de igne Purgatorio, qvem credit Eccleſia Romana, & orbi Chriſtiano ſub anathemate credendum obtrudit, eo Præſide, ad titulum Doctoris conſeqvendum, à Juſto Geſenio, Concionatore aulico & Superintendente Gvelphico, propoſita. Helmſtadii 1643. in 4. Recuſa deinde, cum inſertis, ubi res poſcere videbatur, Vindiciis D. Frid. Ulr. Calixti, contra offucias Joh. Mülmanni, Jeſuitæ Monaſterienſis, ibidem A. 1650. in 4. Diatriben hanc, Calixto ſeniori a Joh. Mülmanno, ejus adverſario, tributam, Geſenio vindicarunt Calixtus junior *in Prolegomenis editionis ſecundæ*, Herm. Conringius *in Lib. de Purgatorio præfatione*, Gerh. Titius (*librum* appellans *doctiſſimum*) *in Oſtenſione ſummaria contra Pontificios, c. 13., p. 134.*, & Lev. Nic. a Moltken (eandem ſimiliter commendans) *in Notis ad Religionem Medici p. 285.* Non dubito tamen, plurima illius, Calixtinam redolentia doctrinam, Geſenio a Præſide ſuo eſſe ſubminiſtrata. Impugnarunt eam, e Pontificiis: 1. Bartholdus Nihuſius im Bedencken über die Einwürfe G. Calixti und Juſti Geſenii vom Fegefeur, edito Moguntiæ A. 1644. *in 8.*; 2. Joh. Mülmannus, Lipſienſis, apoſtata ac Jeſuita Monaſterienſis, *in Diſp. de purgatorio, contra Calixtum & Sectarios,* Monaſterii A. 1648. *in 8.* excuſa, cui non a Calixto ſolum juniore, in *Vindiciis*, editioni ſecundæ A. 1650., uti modo dictum, adjectis, ſed Hermanno Conringio etiam, in *Animadverſionibus in illius de Purgatorio Aſſertiones* (ſub finem adjectas), Helmſtadii A. 1651. in 4. publicatis, ipſiqve inſcriptis Geſenio, eſt reſponſum. Joh. Wilh. Petræus, in Μυστηρίῳ ἀποκαταστάσεως πάντων, *P. III., p. 32., §. 6. & 7.* illius, pro ſtatu animarum ſeparatarum medio defendendo, allegat.

Programma feſto nativitatis D. N. J. C. A. 1643. in Acad. Julia propoſitum, qvo controverſia: Num Chriſtus, ſecundum carnem, ſit filius Dei naturalis, vel adoptivus? excutitur, & Hadrianus I., Pont. Rom., male (*eum eſſe naturalem*) definiiſſe convincitur. Helmſt. 1643. & (*teſte Catalogo qvodam*) 1659. in 4. Recuſum etiam eſt (adjecto Schediaſmate, tunc primum edito, de Hormisda, Pontifice Romano, Joh. Maxentium, & monachos Scythas, unum e Trinitate crucifixum eſſe adſerentes, damnante) *in Programmatum & Diſſertationum* ejus *de perſona Chriſti Faſciculo*, ibidem A. 1663. in 4. Programma hoc ſex qvaternionum prolixum, Felicis, Epiſcopi Urgelitani, & Elipandi Toletani, de Chriſto, ſecundum carnem, filio Dei non naturali, ſed adoptivo tantum, ſententiam, ab Hadriano damnatam, defendens, Conr. Hornejo, Collegæ amiciſſimo, hac in controverſia contrariam tuito ſententiam, ſuppreſſo ejus nomine, illæſaqve amicitia, a Calixto eſt oppoſitum. V. Friderici Ulrici filii *Tr. de Hæreſi, ſchiſmate & poenis Hæreticorum, P. II., §. 88. 89. 90., p. 228. 229. 230.*, Joh. Fabricii Jun. *Amoenit. Theol. Diſp. IX. de Paradoxis Theologicis, p. 464.*, M. Frid. Dedekindi *Synopticam de Syncretiſmo relationem, c. 3., §. 4.*, & qvæ, huc ſpectantia, ſupra, in vitæ noſtri hiſtoria, *§. 34. ac 92.*, attulimus. Loca Conr. Horneji, Joh. Georg. Dorſchei & Joh. Conr. Danhaueri (*Parte* etiam *II. Homiliarum Academicarum, p. 148. 149.*, temere, ob patrocinium Felicis & Elipandi, Neſtorianiſmi noſtrum ſuppreſſo accuſantis nomine), qvibus iſtud impugnarunt, ibidem, *§. 92., n. 23.*, ſunt indicata. Commendatur illud contra a D. Joh. Reinbohtio in der Schutzrede wieder Danhauerum *p. 74. 75.*, D. Joh. Tob. Majore *ſub finem Diſſ. de filiatione Chriſti, ut hominis,* & D. Joach. Hildebrando *in Diſſ. de unione perſonali, §. 19.*

Reſponſi, maledicis Theologorum Moguntinorum, pro Romani Pontificis infallibilitate, præceptoqve communionis ſub una, Vindiciis oppoſiti, Pars I. de ſtudio concordiæ Eccleſiaſticæ; ad Anshelmum Caſimirum, Archiepiſcopum & Electorem Moguntinum. Helmſtadii 1644. in 4.

Reſponſi ejusdem Pars altera, infallibilitatem Romani Pontificis ſeorſim excutiens, Reſpondente M. Chriſtoph. Sporero, Trevirenſi (religionis Lutheranæ Proſelyto), publica Diſputatione exhibita. Helmſt. 1645. in 4. Utriusqve partis (tertia enim, communioni, qvam vocant, ſub utraqve patrocinatura, non prodiit) editionem novam, ab Autore, vindicias ſe illi adverſus Moguntionorum Εἰρηνικὸν *Catholicum bipartitum, Reſponſo* huic repoſitum, paſſim eſſe inſerturum, A. 1648. (*in Tr. de autoritate S. Script., P. II., §. 110., p. 181. 182.*) pollicito, fruſtra expectatam, auctiorem e MSto ejus redditam, filius, Frid. Ulr. Calixtus, Helmſtadii A. 1672. *in 4.* juris fecit publici. Hiſtoriam atqve argumentum, cum ſcripti hujus, tum contrariorum, a Theologis Moguntinis, ſive Promacho potius illorum, Vito Erbermanno, Jeſuita, noſtro oppoſitorum, ſupra, in Vitæ hiſtoria, *§. 47.*, fuſe expoſuimus, & iſtic volumus relegi.

Exercitatio de ſanctiſſimo Trinitatis myſterio, contra Socinianos, eo Præſide, a M. Joh. Latermanno, Coburgenſi (*poſtea Theol. D. & Prof. Regiomontano*), propoſita. Helmſtadii 1645. & 1653. in 4. Exercitatio altera, argumenta & objectiones Socinianorum contra Trinitatem refutatura, qvæ in illa *Th. 39.* promittitur, lucem non vidit publicam. Argumenti hujus, & turbarum, ob eam, a Zelotis Saxonicis, aliisqve, per qvos certatim ſcriptis impugnata eſt plurimis, excitatarum, noſtriqve pro illa Apologiarum, hiſtoria e Biographiæ *§§. 13. 56. 57. 58. 76. 78. 79. 80. 82. 84. 85. 89. & 90.*, poteſt repeti, ipſiusqve Calixti narratio, *in Confutatione Welleri Germanica, §. 3-13.*, brevior cum hiſce conferri. Staniſlaum Lubienitzium, Eqvitem Polonum Socinianum, Calixtinæ huic Exercitationi aliam, A. 1662. ſcriptam, ſed *ἀνέκδοτον*, oppoſuiſſe, teſtis eſt Chriſtoph. Sandius *in Biblioth. Anti-Trinitariorum p. 167.*

Exercitatio de Miſſis ſolitariis, contra Pontificios, Reſpondente Henr. Jul. Blumio, Hannoverano. Helmſtadii 1647. in 4. Recuſa cum Joh. Mülmanni, Jeſuitæ & Profeſſoris Theologi Monaſterienſis, Diſp. de Miſſis privatis, contra Calixtum, ei oppoſita, ſeorſimqve Monaſterii A. 1647. (*in 4.*) jam ante edita, & Henr. Jul. Blumii, Reſpondentis (ad Pontificios non multo poſt transgreſſi), Defenſione ejusdem contra Mülmannum, Helmſtadii A. 1650. & Francofurti A. 1651. in 4. Commendatur a Joh. Fechtio *in præfat. ad J. G. Dorſchei Comm. in IV. Evangeliſtas, lit. e. 1. a.* Sphalmata ejus, circa Patrum & Conciliorum allegationes, nonnulla a Thoma Reineſio, *Ep. II. ad Joh. Vorſtium p. 11.*, ſunt detecta ac emendata.

Exerc. de autoritate Sacræ Scripturæ, & numero librorum Canonicorum V. T., contra Pontificios, Reſp. Steph. Kenkelio, Flensburgenſi (*Theol. poſtea Doctore & Præpoſito Tunderenſi*). Helmſtadii 1648. in 4. Recognita deinde, &

aucta

aucta Appendice, novitati, qva Bibliorum lectione populus prohibetur, oppoſita, Ibidem 1654. in 4. *Tractatus aureus* audit Joh. Henichio *in Lib. de Verit. Relig. Chriſt.*, *c. 1.*; *p. 149.* Exercitatio *erudita* vocatur a Thoma Crenio, *P. X. Animadverſ.*, *c. 1.*, *§. 6.*, *p. 77.*, *eruditiſſima, & negotium hoc accuratiſſime diſcutiens*, a Gerh. Titio *in Oſtenſione ſummaria contra Pontificios*, *c. 1.*, *§. 1.*, *p. 22.*, *egregia* autem *& erudita* ab eodem *in Tr. de phraſibus veterum Eccleſiæ Doctorum, qvibus Pontificii abutuntur, p. 27. 28.*, ubi & Phil. Labbeo, *T. II. Diſſert. de Script. Eccl. p. 817.*, librum eam (ſub titulo *Subleſtæ fidei Georg. Calixti, Germani, & Joh. Coſini, Angli, in citandis exponendisqve Conciliis, Patribus, Doctoribus, adverſus libros ſacros, a Judaico canone exulantes, ſed ab Eccleſia pro Canonicis habitos*) impugnaturum minato, ſi iſte prodierit, confutationem a ſe oppoſitum, ipſiusqve adverſarii ſubleſtam fidem orbi monſtratum iri, regeſſit.

Diſſert. de duabus Qvæſtionibus: Num Myſterium ſanctiſſimæ Trinitatis e ſolius V. T. libris poſſit demonſtrari, & num ejus temporis patribus Filius Dei in propria ſua hypoſtaſi apparuerit? ad Chriſt. Ludovicum, Ducem Brunſvic. & Lüneburgenſem. Helmſtadii 1649. & 1650. in 4. De hac Diatriba, utriusqve qvæſtionis tuita negativam, A. 1649. a Joh. Scharfio *in Programmate Witebergenſi auſpicali, ac Reſponſione ad Calixti Programma*, Jacoboqve Wellero im Wegweiſer der Gottheit Jeſu Chriſti auß dem Alten Teſtamente, A. 1650. a Joh. Hülſemanno *in Dialyſi Problematis Calixtini de myſterio ſanctiſſimæ Trinitatis Apologetica*, & Joh. Georgio Dorſcheo *in Apologia pro Judicio Collegii Theologici Argentinenſis Anti-Latermanniano*, ac poſtea ab aliis etiam, impugnata, ſed a noſtro, contra Scharfium, Wellerum & Hülſemannum, in ſcriptis mox apologeticis diverſis, vindicata, ſupra, in vitæ τοῦ μακαρίτου hiſtoria, *§§. 56. 58. 76. 79. 82. 84. 89. & 90.*, fuſe jam eſt dictum, nec opus, ut iſtic allata *h. l.* repetantur.

Programma Programmati Joh. Scharfii (*qvo Diſſ. de 2. Q q. adortus erat*) auſpicali Witebergenſi oppoſitum. Helmſtadii A. 1649. (*Prid. Non. Maj.*) in 4. Adjectum etiam deinde eſt, & Notis qvidem Apologeticis contra Scharfii ad illud *Reſponſionem*, Witebergæ A. 1649. excuſam, auctum, *Appendici* mox memorandæ ad *Diſſ. de 2. Q q.*, Helmſtadii A. 1649. ac 1650. bis publicatæ, in qva itidem illud contra *Reſponſionem* Scharfianam defenditur. V. qvæ de illo, ac *Reſponſione* Scharfii, in Biographia, *§§. 56. & 79.*, prolixius ſunt narrata, injecta etiam ſimul larvati *Programmatis* hujus contra Scharfium vindicis, M. Oſwaldi Stumphii, *Epiſtolæ* pro eo ſatyricæ, A. 1650. editæ, mentione.

Appendix ad Diſſert. de duabus qvæſtionibus (*paulo ante memoratam*); Programma item Programmati Scharfiano oppoſitum, cum Notis, & Epiſtola ad Academiam Witebergenſem. Helmſtadii 1649. & 1650. in 4. Syllogæ huic Apologeticæ, Joh. Scharfii præſertim *Reſponſioni ad Programma ſuum* oppoſitæ (de cujus argumento Vitæ noſtri hiſtoria, *§§. 56. & 79.*, plura ſuggeret), a Scharfio (in der Unſchuld D. Scharfii, gegen D. G. Calixti falſchen Auflage gegen ihn, ſo in ſeiner Verantwortung, Appendice, und Epiſtola ad Academiam Witebergenſem, enthalten, an den Tag gelegt, Witeb. 1651. *in 4.*), Joh. Hülſemanno, *in Dialyſi Problematis Calixtini* (de qva §. 82. vitæ conſulatur) *Apologetica*, A. 1650. publicata, & Joh. Georg. Dorſcheo, *in Apologia pro Judicio Collegii Theologici Argentinenſis Anti-Latermanniano*, eodem A. 1650. edita, pro virili eſt reſponſum.

Exerc. de Peccato originali, Reſp. M. Joh. Chriſtoph. Arnſchwangero, Noribergenſi (*patriæ deinde Eccleſiaſta*). Helmſtadii 1649. in 4. Recuſa in *Volumine diverſorum* noſtri *de peccato Tractatuum*, ibidem A. 1659. & 1663. in 4. Pelagianiſmi accuſatur ab Abr. Calovio, *Lib. III. Hiſt. Syncret.*, *c. 5.*, *p. 587.*, a Joh. Ad. Scherzero autem, *in Syſtem. Theol. p. 111.*, ob ſtatum purorum naturalium, cum Papæis, defenſum, obelo notatur.

Aſſertio de S. Euchariſtiæ Sacramento, & vera in eo corporis ac ſangvinis dominici præſentia, Reſp. Sam. Voſſio, Nob. Megapolitano (*Superint. deinceps Oſtfriſico & Roſtochienſi*). Helmſtadii 1649. in fol. Diſput. dimidiæ tantum plagulæ Academica, ſub finem *Exercitationis de Transſubſtantiatione* ibidem A. 1675. *in 4.* recuſa.

Judicium de controverſiis Theologicis, qvæ inter Lutheranos & Reformatos agitantur, & de mutua partium fraternitate atqve tolerantia, propter conſenſum in fundamentis; Autore (qvi, in gratiam atqve uſum privatum magni Principis Germanici, conjugium cum ſponſa Reformatæ addicta religioni meditantis, ſcripſerat) inſcio, & admodum mendoſe, Francofurti, typis Joh. Frid. Weiſſii, A. 1650. *in 4.*, cum Anonymi præfatione, editum, Lugduniqve Batavorum (una cum adjecto ei *Deſiderio & ſtudio concordiæ Eccleſiaſticæ*) A. 1652. *in 12.* recuſum. Poſt mortem Autoris (novam ejus, ſed fruſtra, meditati editionem), emendatius, curante Friderico Ulrico, illius filio, ſub novo *Conſultationis de tolerantia Reformatorum, circa qvæſtiones, inter ipſos & Auguſtanam confeſſionem profeſſos controverſas*, cum eodem *Concord. Eccl. Deſiderio*, Helmſtadii A. 1658. *in 4.* prodiit, & denuo poſtea ab eodem filio editore, *Declaratione* ſua *mutuæ Chriſtianorum, in S. Rom. Imp. publico & libero religionis exercitio gaudentium, citra omnem religionum miſcellam, tolerantiæ preſſiori*, ſcriptorumqve, & Parentis, & ſuorum, *Catalogis*, utriqve præmiſſis, ibidem A. 1697. *in 4.* eſt publicatum. Germanice, ſub titulo Eines Gutachtens über die heutige Streitigkeiten, ſo zwiſchen den Lutheranern und Reformirten ſchweben, wie ſolche abzulegen, und Brüderſchaft, oder Verträglikeit, zu ſtiften wäre, cum Gotfr. Hottoni, Eccleſiaſtæ Gallici Amſtelodamenſis, ſcripto ſimilis argumenti, Francofurti ad Mœnum, typis Joh. Frid. Weiſſii, A. 1650. (ac, juxta alios, A. 1651. etiam) *in 4.*, eſt evulgatum, ſed non minus, qvam in Latina editione, mendoſe. Editio, qvam Lipenius (*P. I. Bibl. Theol. p. 572.*) Helmſtadii A. 1647. in 4., ſub titulo non minus erroneo eines Bedenckens wegen der Verächtlichkeit (leg. Verträgligkeit) der Kirchen GOttes, fingit prodiiſſe, prorſus eſt chimærica. Plura de ſcripti hujus Irenici (de concordia initio Eccleſiaſtica, articulisqve fidei & erroribus fundamentalibus, generatim differentis, deinde vero ſingulas, qvæ Lutheranis cum Reformatis, de prædeſtinatione, perſona Chriſti, ubiqvitate & S. Cœna, intercedunt, controverſias hiſtorice, qvoad ortum ac progreſſum illarum, diſcutientis, momentoqve illarum expenſo, diſſenſus in iis tolerantiam ſvadentis) argumento & hiſtoria Autoris *Prolegomena Apologiæ contra literas Electoris Saxonici Germanicæ auctioris*, *§. 12.*, Frid. Ulr. Calixti, filii, ejus *Preſſior declaratio*, paulo ante memorata, *§. 1. & 2.*, ac *Via ad pacem inter Proteſtantes, P. I., p. 188. 189.*, Lipſienſium recenſus poſtremæ editionis Latinæ, A. 1697. publicatæ, *in Actis Erud.*, *M. Majo A. 1698.*, *p. 244. 245. 246.*, Abr. Calovii *Syncretiſmus Calixtinus p. 194.*, & And. Caroli *Memorab. Eccl. Sec. XVII.*, *T. II.*, *Lib. VI.*, *c. 12.*, *p. 37.*, ſuggerent. Commendarunt illud, præter Dicæum Irenophilum & Achatium Philadelphum, Poetas larvatos, qvorum carmina primæ Editioni Latinæ Francofurtanæ ſunt adjecta, qvatuorqve Theologos Helmſtadienſes, Joh. Fabricium juniorem (*ſcriptum* illud *præſtantiſſimum, Tractatum præclarum, librumqve eximium, qui moderatis æqve ac doctis ingeniis ſemper placuit & probatus fuit*, vocantem), Joh. Andr. Schmidium, Chriſtoph. Tob. Wideburgium & Frid. Weiſium, qvorum elogia, partim ἄμετρα, partim metrica, qvartæ Helmſtadienſi A. 1697. ſunt præmiſſa, e Theologis Reformatis, Frid. Reichelius, Prof. Francofurtanus (cui *ſcriptum* audit *vix pretio ſuo æſtimandum, &, quod ab omnibus latinæ linguæ gnaris legatur, digniſſimum*) *in Diſſ. de conſenſu & diſſenſu Reformatorum & Lutheranorum p. 15.*, ac Joh. Hornbeckius, *Lib. IX. Summæ Controverſiarum, p. 686.*, in recenſu ejus prolixiori, ita ſcribens: *Denique merito prædicandum celeberrimi viri, G. Calixti, Theologi Helmſtadienſis, Judicium de Controvv. Theol. - - - - Judicium terſum, prudens,*

 ſanctum,

ſanctum, cui, qvod ad rei ſummam, totus lubensqve accedo. Nam, qvamvis aliam ab eo, tum in doctrina de prædeſtinatione, tum de cœna, ſententiam amplectar, de cujus alterutrius veritate nec diſputat, neqve contendendi ibi locus eſt, exiſtimo tamen, prout ab eo utraqve ſententia momentumqve proponitur, bene tolerari utramqve hic invicem poſſe, ac debere, qvomodo, ubi concordia inter partes vel habetur, vel conſulitur, expedire viſum fuerit. - - Qvod ſi cum talibus, ac ille, hac in re ſemper agendum, facilis foret conciliatio ac conſenſus. Zelotis contra Lutheranis rigidioribus admodum illud diſplicuit, e qvibus Abr. Calovius (*in Syncretiſmo Calixtino p. 194.*), ſe ejus, adhuc ἀνεκδότα, ſed in Acad. Regiomontana per Chriſt. Dreierum ac Joh. Latermannum, Profeſſores Theologos, diſſeminati, pleraqve φορτικὰ ἀκύσματα, A. 1649., *in Inſtitutionibus Theologicis*, ſuccincta jam notaſſe cenſura, gloriatur. Andr. Kunadus, Theol. Witeb., *Recenſionem Apologeticam Judicii Calixtini de conciliatione controverſiarum, qvæ inter Lutheranos & Reformatos agitantur, in Diſputatione Synodali Grimmenſi inſtitutam*, Lipſiæ A. 1651. *in 4.* edidit. In *Diſſert. ad Collationem Carthaginenſem*, Argentinæ, eodem A. 1651., ſub J. C. Danhaueri præſidio, a Joh. Frid. Heilbrunnero propoſita, §. *66.*, aſperius hoc de eodem fertur judicium: *Non ſuſtinet cenſuram juſti examinis ante qvinqvennium, in Colloqvio Thorunienſi, concinnatum, & nuperrime publici juris factum, D. Calixti de controverſiis Theologicis, qvæ inter Lutheranos & Reformatos agitantur, Judicium. In qvo multa deprehendas, præſertim in hiſtorica enarratione ortus & progreſſus inter Lutherum & Zwinglium de omnipræſentia agitati certaminis, contra manifeſtam hiſtoriæ fidem, mirum qva fronte, obtruſa κεινόμενα.* Plures hujusmodi cenſuras hoſtiles iniqviores prætereo. Alia in illo notavit Joh. Chriſtianus, Baro a Boineburg, Autoris tunc adhuc amicus, e cujus Epiſtola, ad Zach. Prüeſchenckium A. 1650. exarata, B. G. Struvius (*Faſcic. III. Act. Literar. p. 16. 17.*) ſeqventia excerpſit: *Nimium eqvidem hic mihi videtur preſſus & brevis; poterat enim, qvin & debebat, rem uberius exeqvi per ſe impeditam, ac, cum odioſa etiam ſit, explicatæ commentationis utiqve indigam. Hiſtoriam noſtrates inter & Zwingliſtas valde contractam, & tantum non acciſam, exhibet, in cujus tamen operoſiore memoratione multum eſt ſitum, ni fallor. Tum & parum loqvitur de gubernatione Eccleſiaſtica, circa qvam nec parum diſſidemus. - - - Reliqva, qvæ forte pertractari poſſunt in ejusmodi materie, Calixtus ne tetigit qvidem, cum vel potiſſimum rei ac argumenti commentationem præ ſe ferant. Inde autem hoc univerſum accidit, qvod ſummus vir iſthæc non eo fine videtur ſcripſiſſe, ut poſtea in publicum hoc pacto informata extruderentur. Et ſuſpicor fore, ut optima anima cruda illa properantia editionis inexpectatæ mire offendatur, utpote qvæ jam tum, per calumniandi artifices, reddita eſt neſcio cui ſiniſteritat obnoxia.*

Deſiderium & ſtudium concordiæ Eccleſiaſticæ, publicæ disqviſitioni expoſitum, Reſp. M. Joach. Hildebrando, Walkenredenſi (*Prof. deinde Helmſt. Theologo & Superint. Gen. Lüneburgico.*) Helmſtadii 1650. in 4. Recuſum Lugduni Bat. A. 1651. in 4. (*teſte Catalogo Mairiano, nec non Kirſteniano*), Helmſtadii A. 1651. in 4. (inter Appendices *Refutationis* ipſius *calumniarum Jac. Welleri Germanicæ*), Lugd. Bat. A. 1652. in 12. (*cum Judicio de controv. Luth. & Reform.*), Helmſt. A. 1655. in 4. (*teſte Wittenio in Centuria memor. Theol. renov. p. 1147.*), & in gemina tandem *Judicii* modo laudati, ſive *Conſultationis de tolerantia Reformatorum*, editione, a Frid. Ulr. Calixto, filio, Helmſtadii A. 1658. & 1697. *in 4.* publicata. Impugnatum eſt a Joh. Hülſemanno (illud 1. erroneum, 2. ſcandaloſum, 3. noxium, eſſe, oſtendere conato) in *Judicio de Calixtino Deſiderio & ſtudio concordiæ Eccleſiaſticæ*, Fribergæ & Lipſiæ A. 1651. Latine, Germanice autem (ex verſione M. Gotfr. Reiſii, Diaconi Islebienſis) ibidem A. 1657. *in 4.* edito, ſed ab Autore, eodem A. 1651., ſub finem *Appendicis Excerptorum Hiſtoriæ Joſephi* (in Apologiarum vernacularum Syntagmate), *lit. d. 2. d. 3. d. 4.*, vindicatum, uti in vita ejus, §. *82.*, *n. 4.*, fuſius jam monuimus. Præter Hülſemannum idem adortus eſt Abr. Calovius, *in Orat. auſpicali, deſiderium ſtudiumqve concordiæ nuperum nihil aliud ſpectare, qvam confuſionem Babelicam, verbo Dei contrariam, veræ concordiæ adverſam, impietati & idololatriæ propitiam*, criminante, Anno qvidem jam 1650., d. 7. Nov., Witebergæ recitata, ſed A. 1682. demum, *Libro III. Hiſtoriæ Syncretiſticæ vernaculæ, c. 7., p. 836-855.*, juris facta publici. Qvomodo Joach. Hildebrandus, Reſpondentis in Diſput. hac Calixtina A. 1650. functus officio, qvem Calovius, ſeptennio poſt, A. 1657., eam, in ſua *de hæreſi*, Helmſtadii refutaſſe audacter, *Lib. III. Hiſt. Syncret., c. 5., p. 587.*, & *in Antapologia Witebergenſi contra Rintelienſes p. 379. 380. 409.*, cavillatur, diſſenſum illic ſuum a mitiore noſtri de Reformatorum circa ſacramenta erroribus judicio ſaltem ſit profeſſus, ſupra in vita τοῦ μακαρίτου, §. *86.*, jam eſt expoſitum.

Diſp. de gratuita juſtificatione hominis peccatoris coram judicio Dei, illo Præſide, pro gradu Doctoris, a Gerh. Titio, Collega, propoſita. Helmſt. 1650. in 4.

Diſp. Inaug. de cultu ſanctæ virginis Mariæ apud Pontificios, ſub ejus præſidio, a Balth. Cellario, Prof. Theologo Helmſtadienſi, propoſita. Helmſt. 1650. in 4.

Diſp. Inaug. de primatu Romani Pontificis, illo Præſide, a M. Eraſmo Hannemanno, Paſt. & Superint. Wolfenbüttelano, exhibita. Helmſt. 1650. in 4.

Acta inter Erneſtum, Landgravium Haſſiæ, & D. Georg. Calixtum, ſigillatim edita Helmſtadii A. 1651., junctim vero ibidem A. 1657. & (a Frid. Ulr. Calixto filio recognita) 1681. in 4. Confer de illis, qvæ in vitæ hiſtoria §. *59.* ſunt allata, & Joh. Fabricii *P. IV. Hiſtoriæ Biblioth. Fabricianæ p. 309. 310.* Seorſim ex iis laudari merentur: 1. *Reſponſum* Calixti *ad Erneſtum, Landgr. Haſſiæ* (hiſtoriam invitationis ad Colloqvium cum Valeriano Magno, & reſponſiones ad nonnulla Erneſti, de Eccleſia, norma controverſiarum, ac ſimilibus aliis, erotemata, continens), Helmſt. 1651. *in 4.*; 2. *Reſponſi Continuatio*, ibid. 1651. in 4.; 3. *Appendix ad Erneſtum altera*, qvam Gerh. Titius (*in Tr. de phraſibus veterum Eccleſiæ Doctorum p. 155.*) *ſcriptum doctrinæ* vocat *profundiſſimæ*; 4. *Reſponſum ad Actionem, qvam tertiam, pro diſputatione inter præcipuos diſſidentes de fide Chriſtiana, numerans, & D. Calixto peculiariter oppoſuerunt, P. Valerianus Magnus, & ſocii ejus.* Helmſt. 1652. in 4.

Epiſtola ad Chriſtoph. Ranzovium, Eqvitem Holſatum, ſuum olim auditorem, d. 6. Maji A. 1650. ſcripta, qva eum ab Apoſtaſia ad Pontificios, qvam meditabatur, eſt dehortatus. Excuſa eſt, cum Ranzovii (ſive Lucæ Holſtenii potius, Hamburgenſis, Viri ſummi, Bibliothecæ Vaticanæ Præfecti, cujus hortatu atqve exemplo Ranzovius Lutheranam deſeruerat Eccleſiam) *Epiſtola ad Calixtum* contraria, *qva ſui ad Eccleſiam Catholicam acceſſus rationes expoſuit*, Romæ A. 1651. in 8., recuſa autem, cum eadem, Francofurti A. 1651., Moguntiæ (ſub titulo *Jucundi Congreſſus*, cum *Theologi Romani* [*qvem Hieron. Mülmannum, Jeſuitam eſſe, Sothwelli Bibliotheca Jeſuitica p. 344. teſtatur*] *Cautione brevi*, aliisqve centonibus, utriqve aſſutis) A. 1652. in 4., Romæ A. 1662. in 8., & Salisburgi A. 1686. in 12. Germanica utriusqve verſio Coloniæ A. 1652. in 8. prodiit. Ranzovianam, non qvoad dogmatica, ſed qvoad hiſtoriam apoſtaſiæ Ranzovii, cauſæqve illius, ſibi falſo imputatæ, noſter, in *Appendice* peculiari, *Reſponſo ad Erneſtum, Haſſiæ Landgravium*, A. 1651. Helmſtadii edito, adjecta, confutavit. Cui ab Anonymo, Moguntiæ A. 1652., contradictum eſſe, in der gründlichen Wiederlegung der Unwahrheiten und Calumnien, ſo G. Calixtus wieder Hrn. Chriſtophorum, Grafen von Ranzou, ausgeſprenget, *Catalogus Nundinalis* & Lipenius (*P. I. Biblioth. Theol. p. 83. 84.*) teſtantur. Præter Calixtum ipſum, Ranzovianæ reſponderunt Epiſtolæ Gerh. Titius, ejus Collega, *in Repræſentatione pleniori conſilii de concordia Eccleſia-*

Eccleſiaſtica Calixtini, Frid. Ulr. Calixti *Officio pietatis in parentem ἀνωνύμως* A. 1675. adjecta, *§. 33., p. 147-151.*, & Henr. Meierus, ex profeſſo eam refutare aggreſſus, in dem Pfeiler der Evangeliſchen Wahrheit, darinn erwieſen wird, daß die Evangeliſch-Lutheriſche Kirche die wahre, uhralte Catholiſche und Apoſtoliſche Kirche ſey, dem Ranzouiſchen Schreiben entgegengeſetzet, ſcripto Oſterodæ A. 1662. *in 8.* excuſo. Plura, ad Epiſtolæ utriusqve, & Calixtinæ (cujus de qvibusdam Eccleſiæ Lutheranæ nævis confeſſio huic à ſcriptore Pontificio der XV. Religions-Fragen einer hohen Standes-Perſon, qvæ Straubingæ A. 1657. prodiere, *p. 3.*, exprobratur), & Ranzovianæ, ſpectantia hiſtoriam, Vita noſtri, *§. 38.*, & Elogium Ranzovii, *Tomo I.* operis hujus obvium, ſuggerent.

Diſp. de Euchariſtiæ ſacramento, & vera in eo Chriſti præſentia. Helmſt. 1651. in 4. (*A ſolo Lipenio, P. I. Bibl. Theol. p. 655., ei tribuitur.*)

Expoſitio literalis in Epiſtolam ad Romanos. Brunſvigæ 1652. & Helmſtadii 1665. in 4.

Exerc. de ſtatu animarum ſeparatarum, præſertim beatarum, & de cultu, qvi iis convenit, Reſp. M. Joh. Sigism. Eſero, Noribergenſi. Helmſtadii 1653. in 4. Recuſa, cum Frid. Ulr. Calixti præfatione, & Epilogo pro parente (qvem *Conſenſus Saxonicorum repetitus*, qvod, ſub finem *libri de immortalitate animæ*, filio parentans, invocationem defunctorum, eo caſu, ſi ſcire illi noſtra poſſent deſideria, ſtatuiſſet eſſe licitam, accuſarat) Apologetico, in qvo de animarum ſeparatarum memoria rerum in corpore geſtarum, & pro vivis apud Deum interceſſione, agitur, Helmſt. A. 1688. in 4. Locum etiam invenit *in Faſciculo ſcriptorum rariorum & curioſorum de animarum ſeparatarum ſtatu, immortalitate*, &c. Francofurti A. 1692. in 8. publicato.

Expoſitio literalis in utramqve Epiſtolam ad Corinthios, qvomodo ante 30. annos, cum publice proponeretur, excipi potuit. Brunſvigæ 1653. & Helmſt. 1665. in 4.

Expoſitio literalis in Epiſtolam ad Galatas. Brunſv. 1653. & Helmſt. 1664. in 4.

Expoſitio literalis in Epiſtolam ad Epheſios. Brunſv. 1653. & Helmſt. 1664. in 4.

Expoſitio literalis in Acta Apoſtolorum, qvomodo illa olim excipi potuit, cum publice proponeretur. Brunſvigæ 1654. & Helmſt. 1663. (*ac, juxta Catalogum qvendam, 1673.*) in 4. Ipſa expoſitio breviſſima eſt, ſed digreſſiones paſſim prolixiores, qvam cæteræ, inſtituit. Capita XI. XIV. XVII. & XXVI. tota prætereuntur, e reliqvis autem qvædam tantum dicta ac loca explicantur.

Expoſitio literalis in Epiſtolam ad Philippenſes. Brunſv. 1654. & Helmſt. 1664. in 4.

Expoſitio literalis in Epiſtolam ad Coloſſenſes. Brunſv. 1654. & Helmſt. 1664. in 4.

Expoſitio literalis in Epiſtolam priorem ad Theſſalonicenſes, qvomodo ante 28. annos, cum publice proponeretur, excipi potuit. Brunſv. 1654. & Helmſt. 1665. in 4.

Expoſitio literalis in poſterioris Epiſtolæ ad Theſſalonicenſes caput primum, & verſus aliqvot ſecundi, qvomodo ante 30. annos, cum publice proponeretur, excipi potuit. Brunſv. 1656. & Helmſt. 1665. in 4. (*De Expoſitionibus his ejus in Epiſtolas N. T. pleraqve literalibus, tertia vice, uti filii ad me affirmant literæ, junctim recuſis, in Vita Autoris, §. 18., dicta poſſunt conferri.*)

Tractatus de Pactis, qvæ Deus cum hominibus iniit, legali & Evangelico, Reſp. Sam. Voſſio, Nobili Meclenburgico, ad diſputandum propoſitus. Helmſtadii 1654. in 4. Exſtat etiam Verſio ejus Germanica, ſub hoc Brunſvici A. 1676. & (adjecto Frid. Ulr. Calixti proœmio) 1678. *in 4.* publicata titulo: GOttes zweyfache Bundeslade, durch G. Calixtum, unter dem Titel eines Tractats de pactis Dei, verfertiget, und nunmehr durch den Fördernden verdeutſcht. Sub qvo agnomine des Fördernden, in Societate Germanorum ſibi attributo Fructifera, verum ejus interpretem, Zachariam Prüeſchenckium a Lindenhoven, Conſiliarium Ducis Saxo-Iſenacenſis intimum, latere, e Georg. Neümarckii Neuſproſſendem Palmbaume *p. 454.*, & aliunde, mihi conſtat. Tractatum hunc, a Guſt. Georg. Zeltnero (*Diſſ. II. de Theologiæ corruptelis & medelis p. 45.*) merito commendatum, ex Autoris adverſariis Joh. Hülſemannus (*doctrinam eum de diſcrimine legis & Evangelii plane invertere* criminatus), non ſolum *in Prælectionibus ad Breviarium Theologicum, p. 1176-1182.*, ſed & in *Refutatione* (qvam *Catalogus* ſcriptorum ejus Lipſienſis poſthumus relictam ab illo eſſe teſtatur) peculiari ἀνεκδότῳ, & Dan. Hartnaccius (nonnulla, Socinianis & Arminianis σύμφωνα, in eo deprehendiſſe ſibi viſus), *in Qvæſtionibus XXIV. inter Theologos controverſis, A. 1680. editis, Qv. 13-19., p. 96-120.*, impugnarunt. Addendus his Abr. Calovius, qvi, *Lib. III. Hiſt. Syncret. c. 5., p. 592.*, eum einen recht Arminianiſchen Schwarm-Tractat appellat, totamqve doctrinam de hominum juſtificatione & ſalute Evangelicam eodem everti a ſe, *in Harmonia Calixtino-Hæretica*, oſtenſum eſſe, falſo gloriatur.

Annotationes & Animadverſiones in Confeſſionem Reformatorum, in Colloqvio Thorunienſi d. 13. Sept. A. 1645. oblatam, & d. 16. Sept. publice lectam, in qvibus doctrinæ de peccato originis, auxiliis divinæ gratiæ, prædeſtinatione, & præſentia corporis & ſangvinis Chriſti in S. Coena, breviter, ſed nervoſe explicantur. Adjecta ſunt capita Confeſſionis Thorunienſis, de qvibus in his Animadverſionibus agitur. Prodierunt initio, inſcio Autore, mendoſe in Batavia, nulla loci facta mentione, A. 1654. in 4., deinde vero emendatius recuſæ ſunt Wolferbyti A. 1655., & (cum *Conſideratione doctrinæ Pontificiæ* poſthuma, a filio edita, iisqve præfixa) Helmſtadii A. 1659. ac 1672. in 4. Hiſtoriam illarum, in Colloqvio Thorunienſi A. 1645., ipſorum Reformatorum petitu, conſcriptarum, ex *Apologiæ adverſus literas Electoris Saxonici auctioris* §. 27. (*lit. Tt. 1. b.*), in Vita Autoris, *§. 50.*, jam exhibuimus. Qvæ de controverſia fuſe monentur Euchariſtica, pleraqve e *Theſibus* hujus argumenti Academicis, A. 1636. editis, & ſuo jam loco memoratis, in *Annotationes* has verbotenus ſunt translata.

De Jejuniis Oratio G. Calixti, & Diſputatio Henr. Höpfneri, Theologi Lipſienſis, junctim, additis duobus Prudentii hymnis, editæ. Hannoveræ 1655. in 4.

Expoſitio Oraculi Danielis de LXX. Hebdomadibus. Hannoveræ 1656. in 4. Recuſa, inter cæteras Autoris *in V. T. Lucubrationes*, Helmſtadii A. 1665. in 4. Calixtinæ loci hujus vexatiſſimi interpretationi oppoſuerunt ſeſe Abr. Calovius, *in Diſſ. de iisdem LXX. hebdomadibus*, Witebergæ A. 1663. *in 4.* edita, & Matth. Waſmuhtus (noſtrum *in ſcopulo hoc naufragium, ob neglectos Accentus Hebræos, feciſſe* temere pronuncians) *P. II. Vindiciarum S. Hebrææ Scripturæ, p. 241-315.*

Summa Colloqvii Hemelſchenburgenſis, Proprid. Kal. Sept. A. 1614., cum P. Auguſtino Jeſuita, de credendi principio, inſtituti. Helmſtadii 1657. & 1665. in 4. Qvæ ad ſcripti hujus (qvod anno jam 1614. Helmſtadii *in 4.* prodiiſſe Henn. Wittenius, *in Centuria Memor. Theol. renov., Dec. IX., p. 1146.*, falſo perhibet), & Colloqvii ipſius, ſpectant hiſtoriam, e Vitæ noſtri §. *9.* poſſunt repeti.

Orationes tres de Pontifice Romano, qvarum prima (Profeſſionis auſpicalis Theologicæ, A. 1614. habita) probat, cum Pontificia vel Jeſuitica religione non poſſe ſalvas conſiſtere reſpublicas & imperia, ſecunda autem & tertia (in memoriam reformationis, & die natali B. Lutheri, A. 1617. recitatæ) Pontificem Romanum Antichriſtum eſſe oſtendunt. Acceſſit Opuſculum pro Luthero, contra Pontificiorum calumnias, Apologeticum, Coloniæ olim A. 1611., in grati-

am

am Matthiæ Overbeckii, ſcriptum: Edente e MSS. parentis Frid. Ulr. Calixto. Helmſt. 1658. in 4. De *Oratione prima auſpicali* §. *10.* vitæ noſtri conferatur, de *Opuſculo* autem *Apologetico*, duo Lutheri dicta a Pontificiorum vindicante calumniis, Chriſtoph. Schraderi (*argutum* illud eſſe, *& tela, in Lutherum intentata, in Pontifices ipſos ſcite retorqvere,* judicantis, *Programma de eo funebre p. 9.*

Orationes ſelectæ, e MSS. collectæ & recenſitæ a Frid. Ulr. Calixto. Helmſt. 1659. & 1660. in 4. Undecim ſeqventes in Faſciculo hoc exhibentur Orationes: 1. de immutata & adulterata moneta; 2. de Cæſareæ majeſtatis dignitate & autoritate; 3. de recta juventutis informatione, & Præceptorum officio; 4. de veritate religionis Chriſtianæ, contra Judæos; 5. de populis a nobis in religione diſſidentibus, Judæis, Paganis & Muhammedanis, ad veritatis agnitionem perducendis; 6. de fine & ſcopo ſtudiorum; 7. de cauſis calamitatum, qvæ Eccleſiam Occidentis, poſt coeptam reformationem, afflixerunt, qvatenus qvidem a ſtudiis, & modo tractandi ſtudia, ad doctrinam & religionem adſerendam facientia, dependent; 8. de ſtudio Hiſtoriarum, inprimis vero de ſeculis ante & poſt Chriſtum natum inter ſe conferendis; 9. de cauſa odii, qvo exercetur hodie Philoſophia, & decreſcentis apud nos indies ſolidæ eruditionis; 10. Propoſitæ qvæſtionis ſolutio; 11. de Philoſophiæ inclyta dignitate & ſumma neceſſitate. De Methodo Judæos convertendi, in Orationum harum qvinta, ſicut & in *Vernacula Welleri Confutatione*, §. *47. ac ſeqq.*, a noſtro commendata, ab Hülſemanno, Wellero, Dorſcheo, Calovio, aliisqve adverſariis, paſſim ſugillata, in Frid. Ulr. Calixti, filii, autem *Diſp. de religione Judaica* A. 1686. vindicata, Mart. Diefenbachii *Judæus convertendus*, Germanice Francofurti A. 1696. *in 4.* editus, §. *6.*, *p. 31-37.*, plura ſuggeret. Oratio octava *de ſtudio hiſtoriarum*, cum adjecta *Seculorum tabula*, ſeorſim etiam Helmſtadii *in 4.* prodiiſſe perhibetur *in Catalogo Tourneſiano Genevenſi p. 16.*

Tractatus de Peccato diverſi, in unum Volumen a Frid. Ulr. Calixto, Autoris filio, congeſti. Helmſt. 1659. & 1663. in 4. Exhibet hoc Syntagma Diſſertationes duas de peccato & peccato originali, junctim recuſas, una cum Excerptis de peccato ex Apologia contra Statium Buſcherum vernacula, & brevi de peccato in Spiritum ſanctum diatriba, in illo primum edita.

Conſideratio doctrinæ Pontificiæ, juxta Concilii Tridentini, & Reformatæ, juxta Confeſſionis in Colloqvio Thorunienſi A. 1645. exhibitæ, ductum, a Frid. Ulr. Calixto, filio, edita, & Carolo Ludovico, Electori Palatino, dedicata. Helmſt. 1659. & 1672. in 4. De *doctrinæ Reformatæ Conſideratione*, qvæ eadem eſt cum *Annotationibus in Confeſſionem Reformatorum Thorunienſem*, ſeorſim A. 1654. & 1655. editis, ſuo paulo ante loco plura diximus. *Pontificiæ doctrinæ Conſiderationi*, in Colloqvio itidem Thorunienſi A. 1645. conſcriptæ, & a D. Henr. Muhlio, in uſum prælectionum ſuarum, cum Diſſ. præliminari de Concilio Tridentino, Kilonii A. 1716. *in 4.* denuo editæ (*), occaſionem & argumentum (in noſtra etiam vitæ hiſtoria, ſupra §. *10.*, breviter jam enarrata) Autor ipſe, *in Apologia adverſus literas Electoris Saxonici vernacula auctiori*, §. *27.* (*lit. Tt. 2. a. b.*), expoſuit, illiusqve editionem pollicitus eſt, ac ſimul de Coeleſtini Miſlentæ, Theologi Regiomontani, qvi, *in Anticriſi p. 140. & ſeqq.*, excerpta qvædam utriusqve *Conſiderationis*, mala fide mutilata ac truncata, exhibuerat, &, ex iſtis, *dogmata* ſibi *Papiſmum, Calviniſmum, Arminianiſmum & Synergiſmum, interpolantia, erronea, pernicioſa, periculoſa, Samaritica, chimærica & Atheiſtica*, proterve affinxerat, atroci conqveſtus impudentia. Haud æqviores in eum fuere Saxonici, a qvibus, *in Conſenſu repetito, Art. VII., Puncto III., p. 81.*, accuſatur, qvod, *ſingulos fere articulos, in qvibus decreta & Canones Concilii Tridentini libris Lutheranorum repugnant Symbolicis, in Pontificiis tolerari poſſe doceat, emolliat, excuſet, & nonnullos, præter & contra ſenſum & publicam doctrinam interpretum Concilii, & qvotidianam praxin moderni Papatus, torqveat.*

Summa capitum religionis Chriſtianæ, e Corpore doctrinæ Julio excerpta, cum Frid. Ulr. Calixti, filii, Corollario. Helmſt. 1661. in 4. Filio ſoli male tribuitur ab Henr. Pippingio *in Sacro Decadum Memor. Theol. renov. Septenario p. 905.*

Diſſertationum & Programmatum de perſona Chriſti Faſciculus, a Frid. Ulr. Calixto, filio, collectus & editus. Helmſt. 1663. in 4. Junctim in iſto recuſa exhibentur, qvæ ſigillatim antea prodierant, ſuisqve jam locis maximam partem ſunt memorata:

1. 2. Programmata duo, in feſto nativitatis Chriſti propoſita.
3. Programma, hiſtoriam hæreſium, qvæ veritatem nativitatis & humanæ naturæ Chriſti impugnarunt, exhibens.
4. Programma de Eutychis hiſtoria & hæreſi.
5. Diſp. de hæreſi Neſtoriana, & Concilio Epheſino.
6. Programma feſto Nativ. A. 1643. propoſitum, qvo controverſia: Num Chriſtus, ſecundum carnem, ſit filius Dei naturalis vel adoptivus? excutitur, &c. Cui accedit Schediaſma (tunc primum editum) de Hormiſda, Pontifice Romano, Joh. Maxentium, & monachos Scythas, unum e Trinitate crucifixum eſſe adſerentes, damnante.
7. Diſp. de perſona & officio Chriſti.
8. Diſp. Meſſiam jamdudum veniſſe, contra Judæos, demonſtrans.

Lucubrationes, ad qvorundam V. T. librorum intelligentiam facientes, a Frid. Ulr. Calixto, filio, junctim editæ, & Friderico III., Daniæ Regi, inſcriptæ. Helmſt. 1665. in 4. In hoc Syntagmate, partim denuo, partim tunc primum, prodierunt:

1. Qvatuor priorum Geneſeos capitum Expoſitio literalis, hactenus ἀνέκδοτος (*qvam ſe ex ore* τοῦ μακαρίτου *A. 1632. excepiſſe Chr. Schraderus, Programm. 89. privato, teſtatur*).
2. Hiſtoria Joſephi Patriarchæ, ter jam ante ſeorſim excuſa.
3. Annotationes ad XX. priora Exodi capita, antea itidem jam editæ.
4. Lex Dei Moſaica, in claſſes juxta Decalogum digeſta, & expoſita, in qva ſingulis præceptis Leges ceremoniales & judiciales, eo pertinentes, ſubjiciuntur; Commentatio hactenus inedita, auditoribus A. 1622. dictata, &, in filii *Catalogo ſcriptorum parentis, Epitomes juris divini* ornata titulo.
5. Proœmium in Prophetas. Scriptum itidem antea ἀνέκδοτον, A. 1623. dictatum, qvod *egregium* in eodem filii appellatur *Catalogo.*
6. Expoſitio oraculi Danielis de LXX. hebdomadibus, A. 1656. jam edita.

Diſp. Theol. Moralis de uſuris, e MSS. Georg. Calixti collecta, & ad diſputandum propoſita a F. U. Calixto, filio. Accedit Corn. Martini, Prof. Helmſt., Epiſtola de uſuris, ad Matthiam Overbeqvium. Helmſt. 1667. in 4.

Exegetica Recenſio Pſalmi primi, a D. Chriſtoph. Henr. Ritmeiero, Prof. Helmſt., cum præfat., edita. Helmſt. 1713. in 4.

Scholæ Propheticæ ex Academicis ejus prælectionibus in IV. Prophetas majores, ab interitu vindicatæ a Joh. Ern. Schulenburgio, Concionatore Qvedlinburgenſi aulico. Qvedlinb. 1713. in 4. De his plura in Catalogo ineditorum ſunt dicta, & huc transferenda. (*3. Alphabb.*)

(*) V. *Partem LVIII.* der gelehrten Famæ *p. 714. 715.*

Judicium

Judicium de conatibus Joh. Duræi Irenicis honorificum, in collatione cum eo Brunſvicenſi, d. 5. Dec. A. 1639., conſcriptum, & a Frid. Ulr. Calixto, filio, *in Via ad pacem inter Proteſtantes præliminariter reſtaurandam*, Helmſtadii A. 1700. *in 4.* excuſa, *P. I., p. 97-100.*, luſtris duodecim elapſis, editum. Qvæ ad hiſtoriam ejus ſpectant, in vita Autoris, §. 44., poſſunt relegi.

Diſputationes Metaphyſicæ, a juvene editæ, qvas ipſemet, *in Programmate de cauſa per accidens* (*P. II. Apologiæ contra Buſcherum recuſo*), *p. 308.*, allegat, e qvinta illarum nonnulla recitans. Laudantur etiam a Chr. Schradero, tum *in Programmate funebri p. 8.*, tum *in Orat. parentali p. 25.*, ubi hoc eas ornat elogio: *Optarim ſane in manibus ſtudioſorum, cum reliqva illius Philoſophica, tum Diſputationes ejus Metaphyſicas, eſſe, in qvibus de excelſa iſthac diſciplina ſolide & perſpicue philoſophatur.*

Diſputationes Phyſicæ (itidem juveniles), a Chr. Schradero, *in Progr. fun. p. 8.*, laudatæ.

PROGRAMMATA varii argumenti plurima, qvæ Frid. Ulr. Calixtus, in *Scriptorum Parentis, junctim edendorum, Catalogo, Tomo* horum *decimo* recuſum iri, A. 1658. fruſtra eſt pollicitus. Mihi ex iis, præter ſeptem illa, qvæ, partim ſeorſim, partim vero *in Faſciculo Diſſertationum & Programmatum de perſona Chriſti*, A. 1663. evulgato, edita, ſuis hactenus locis recenſui, innotuerunt:

1. Programma *pro loco Epitomes Theologicæ p. 133.*, qvo *Deus cauſa peccati indirecte, improprie & per accidens, eſſe* perhibetur, Apologeticum, φράσιν hanc declarans pariter atqve vindicans, A. 1619. ſeorſim editum, & totum ferme A. 1641., *Parte II. Apologiæ contra Statii Buſcheri Cryptopapiſmum Helmſtadienſem Germanicæ, Art. VII., Sect. I., p. 305-312.*, denuo exhibitum. Confer, qvæ in vita Autoris, §. 90., *num. 17.*, de illo ſunt dicta.
2. Programma prælectionibus publicis, Barth. Nihuſii ad ſe *de primo principio Theologico Epiſtolæ* oppoſitis, M. Junio A. 1625. præmiſſum, & Brunſvici excuſum. V. de illo, & ſcriptis, qvibus Nihuſius ſe refutaturum id eſſe fruſtra eſt minatus, Calixti ipſius (partem ejus haud exiguam recitantis) *Digreſſionem de arte nova Nihuſii p. 23-26.*, & qvæ ſupra, in Vita ejus, §. 42., ex iſta excerpſimus.
3. Programma de vita D. Henr. Jul. Strubii, Prof. Theologi Helmſtadienſis, funebre, Id. Dec. A. 1629. publicatum, & in Georg. Henr. Götzii *Elogiis 80. Theologorum Germanorum*, Lubecæ A. 1709. editis, *num. 13., p. 99-107.*, recuſum.

EPISTOLÆ LATINÆ, e qvibus prodierunt:

Conſolatoria ad Auguſtum, Ducem Brunſvicenſem, de Chriſtiani Franciſci, filioli ejus, obitu, A. 1639. ſcripta, in Mart. Goskii *Arbuſto Auguſto*, A. 1650. & 1693. *in fol.* excuſo, *f. 310.*

Epiſtola ad Senatum Dantiſcanum, de Colloqvio Irenico Thorunienſi, d. 21. Sept. A. 1644. exarata; *in Apologia contra literas Electoris Saxonici vernacula auctiore, Refutationi calumniarum D. Jac. Welleri* A. 1651. ſubjuncta, §. 27., *lit. Ll. 3. b. Ll. 4. a. b.*

Una ad Colloqvii Thorunienſis Præſides regios, duæ ad Lutheranorum in eodem Præſidem, patronos & Theologos, ac una ad Senatum Thorunienſem, de iis, qvæ, in hoc Colloqvio, tum a ſe, tum a zelotis qvibusdam rigidioribus, in ſe injuriis, ſunt geſta, Thorunii A. 1645. ſcriptæ; *in eadem Apologia*, §. 27., *lit. Oo. 4. a. b. Pp. 1. a. Tt. 2. b. Tt. 3. a. b. Tt. 4. a. b.*

Una ad Henr. Hôpfnerum, Theologum Lipſienſem, A. 1642. data; in Joh. Hülſemanni *Dialyſi Problematis Calixtini*, Lipſiæ A. 1650. excuſa. V. qvæ de illa, in vita noſtri, §. 46., ſunt narrata.

Una ad Joh. Kirchmannum, Scholæ Lubecenſis Rectorem, Flensburgi d. 2. Jan. A. 1635. exarata; in *Appendice Epiſtolarum* Marqv. Gudii, Trajecti ad Rhenum A. 1697. editarum, *num. 229., p. 293.*

Qvinqve ad Zach. Prüeſchenckium, Conſil. Intimum Saxo-Iſenacenſem, de certaminibus ſibi motis, A. 1649. 1650. & 1652. (*in cujus locum 1662. male eſt ſubſtitutus*) conſcriptæ; in Burch. Gotth. Struvii *Faſciculo V. Actorum Literariorum*, Jenæ A. 1707. *in 8.* publicato, *p. 21. 22. 23. 30. 35. 36. 61. 62. 63.*

Septem ad Georg. Richterum, Reip. Noriberg. Conſiliarium; inter Richteri & amicorum *Epiſtolas ſelectiores*, Noribergæ A. 1662. *in 4.* impreſſas, *p. 118-125.* De prima illarum in vita noſtri, §. 12., plura diximus.

Una ad Joh. Schwartzkopfium, Auguſti, Ducis Brunſvic., Cancellarium, de Zelotarum Saxonicorum contra ſtudia ſua Irenica furore, & Erneſti, Haſſiæ Landgravii, Joh. Chriſtiani, Baronis a Boyneburg, ac Henr. Jul. Blumii, ad Pontificios Apoſtaſia, ſine anni ſcripta mentione; in B. G. Struvii *Faſciculo V. Actor. Literar.*, A. 1707. edito, *p. 59. 60. 61.*

Qvinqve ad Gerh. Joh. Voſſium, Prof. Amſtelod., A. 1632. 1634. 1644. & 1645. exaratæ; *in Appendice adoptiva Epiſtolarum* Voſſii, Londini A. 1690. *in fol.* a Paulo Colomeſio publicatarum, *num. 142. p. 94., n. 207. p. 132. 133., n. 393. p. 264., n. 403. p. 269., & n. 404. p. 270.*

CARMINA varia, Græca pariter atqve Latina, qvæ Frid. Ulr. Calixtus, filius, *Tomo X. Operum* parentis, uti ex illorum *Catalogo*, A. 1658. edito, patet, junctim denuo exhibere voluit, & Chriſtoph. Schraderi *Oratio parentalis, p. 14. 15. 17. 18.*, laudibus, qvarum aliqvas in vita noſtri, §. 20., jam recitavimus, ornavit invidendis. Ex his, ſparſim editis, mihi innotuerunt:

Carmen Heroicum in D. Laur. Scheurlii, Theologi, tertium Acad. Juliæ Prorectoratum, Academiam illam cum Argo navi comparans, qvod Joh. Caſelii Ἀκαδημιάρχῃ, Helmſtadii A. 1609. *in 4.* edito (*lit. D. 3. & D. 4.*), eſt ſubjectum.

Carmen Heroicum in natalem Philippi Sigismundi, Epiſcopi Osnabrugenſis & Verdenſis, Ducisqve Brunſvicenſis, qvadrageſimum tertium, in gratiam Bartholdi Nihuſii, auditoris ſui ingratiſſimi, ſcriptum, & ſub hujus nomine editum Helmſtadii A. 1610. in 4. Sibi illud noſter poſtliminio vindicavit, ac ſimul principium ejus & finem exhibuit, *in Digreſſione de arte nova Nihuſii p. 7. 8.* Confer, qvæ de eodem, in vita ipſius, §. 42., ſunt dicta.

Carmen Heroicum ad Fridericum Ulricum, Ducem Brunſvicenſem, cum magnifica novi Collegii ædes in Acad. Julia inaugurarentur. Helmſt. 1612. in 4. Suo id jam loco memoravimus, & a Chr. Schradero, *l. c. p. 17.*, *divinum* vocari monuimus.

Carmen Heroicum in Bibliothecam Juliam, a Frid. Ulrico, Duce Brunſvicenſi, Academiæ Juliæ A. 1619. donatam, Chriſtoph. Heidmanni de iſta *Orationi* adjectum, &, cum hac, in Joh. Andr. Schmidii *Acceſſione prima Collectionis de Bibliothecis Maderianæ*, Helmſtadii A. 1703. *in 4.* publicata, *p. 267. 268.*, recuſum. Inſigne ejus Elogium in C. Schraderi *Or. cit. p. 15.* invenies.

Carmen Heroicum in Auguſti, Ducis Brunſvicenſis, Harmoniam Evangeliorum vernaculam, in Mart. Goskii *Arbuſto Auguſto*, A. 1650. & 1693. impreſſo, *f. 169. 170.*, obvium.

Senarii Jambici de Jurisprudentiæ & litium forenſium abuſu, ad Joh. Luningium, Conſiliarium Duc. Brunſvic., qvos Herm. Conringius, ſub finem editionis tertiæ *Commentarii* ſui *de origine Juris Germanici*, Helmſtadii A. 1665. *in 4.* evulgatæ, *p. 323-326.*, curavit recudi.

ℶ. ALIENA, EDITA ATQVE ILLUSTRATA.

D. Auguſtini Libri IV. de doctrina Chriſtiana, Liberqve de fide & Symbolo, ac Vincentii Lirinenſis Commonitorium, cum Proœmio Calixti prolixo, atqve Admonitione, ſub finem adjecta. Helmſtadii A. 1629. in 8., & (curante Friderico Ulrico filio) iterum A. 1655. in 4. Solum Vincentii *Commonitorium*, cum noſtri Diſſertatione de illo, e *Proœmio* deprompta, Salviani Operibus, in Editione illorum, Bremæ A. 1688. *in 4.* publicata, eſt ſubjunctum. In *Proœmio* noſter (uti ab ipſomet etiam, *in Digreſſione de arte nova Nihuſii p. 2. 3.*, paucis eſt indicatum), de Auguſtino primum & Vincentio, ſcriptisqve illorum, a ſe editis, differit, ac deinde, occaſione e Vincentii arrepta *Commonitorio*, fuſe pro antiqvitatis & traditionis Eccleſiaſticæ autoritate, &, ex hac, contra Pontificis Romani primatum & poteſtatem, diſputat; in *Admonitione* autem, ſub finem addita, de Vincentii denuo ſcriptis, Catecheſeos veterum ratione, & Symbolo Apoſtolico, commentatur. Notæ, qvibus idem Auguſtini *libros de doctrina Chriſtiana* (teſte Joh. Faeſio, *in Notis ad Lil. Greg. Gyraldi Tr. de ſepultura p. 91.*) illuſtravit, etiamnum ſunt ἀνέκδοτοι. Editionem hanc Hugo Grotius, in judiciis de *Proœmio* perqvam honorificis, Epiſtolæ ad Joh. Cordeſium (qvæ eſt *164. ad Gallos*) A. 1634., & alteri ad ipſum Calixtum (qvæ *674ta* eſt Collectionis Epiſtolarum omnium Amſtelodamenſis) A. 1636., inſertis, ac ſupra inter Elogia noſtri jam recitatis, Joh. Henr. Hottingerus *P. III. Biblioth. Qvadripart., c. 1., p. 217., ac c. 4., p. 302.*, & Thom. Crenius (nodos tamen, neſcio qvos, in ſcirpo, more ſuo, qværens) *in Animadverſ. Philol. & Hiſtor., P. I., c. 7., p. 113., P. II., c. 2., p. 29., & P. IV., c. 5., p. 208.*, de nota meliore commendarunt. Sugillavit contra, e Pontificiis, Barth. Nihuſius, *in Cribratione Superintendentis Bleicherodenſis*, A. 1630. edita, cujus convitia ineptiſſima *in Digreſſione* Calixtina *de arte nova Nihuſii, p. 3. 4. 28. 29.*, recitantur. Confer de illa Joh. Fabricii *Partem IV. Hiſtoriæ Biblioth. Fabric. p. 114. 115.*

Teſtimonia, qvod Auguſtanæ Confeſſionis Doctores, juxta Sacram Scripturam, conſenſum antiqvitatis ſemper maximi fecerint, ab ipſo & Conr. Hornejo, Collega, collecta, & Statii Buſcheri Cryptopapiſmo Helmſtadienſi oppoſita. A. 1640. in 4. Qvæ ad hiſtoriam illorum, & ſcripti Buſcheriani vernaculi (der einfältigen Erklärung), eodem A. 1640. (*in 4.*) iis repoſiti, ſpectant, in vita noſtri, §. *45.*, jam expoſuimus.

Juſti Lipſii de Cruce Libri III., ad ſacram profanamqve hiſtoriam utiles, cum notis: Accedunt Georg. Calixti Appendix de vera forma crucis, e prælectionibus ejus, & Georg. Caſſandri in eandem rem Epiſtola. Brunſvici 1640. (&, *ſi Catalogo cuidam credendum, 1650. etiam*) in 8. Appendix Calixti, de ſedili inprimis medio crucis acuto, plerisqve antehac ignoto antiqvariis, erudite differens, Germanice etiam tranſlata, in der Geiſtreichen Paſſions-Schule, Francofurti A. 1688. & 1699. *in 8.* excuſa, cum D. Henr. Mülleri Leidendem Jeſu, aliisqve hujus argumenti opuſculis, prodiit. Commendatur illa a Joh. Henr. Meibomio (ſententiam ejus, a Joh. Mich. Dilherro etiam *in Notis ad crucifixionem*, Cl. Salmaſio *Ep. I. & II. de cruce*, & Thoma Bartholino *in Diſſ. de latere Chriſti aperto, c. 7.*, & approbatam & confirmatam, fuſius exponente & laudante), *in Mæcenate, c. 24., p. 152. 153.*, & Chriſtoph. Ad. Ruperto *Ep. 35. ad T. Reineſium p. 224.*; fruſtra autem impugnata eſt a Barth. Nihuſio, cum *in Anti-Critico de fabrica crucis Dominicæ, incertam G. Calixti, Critici Helmſtadienſis, opinionem eſſe, indicante*, Coloniæ A. 1644., tum *in Epiſtola de cruce, ad Thom. Bartholinum*, ibidem A. 1647. *in 8.* edita.

Georg. Caſſandri Dialogus de communione ſub utraqve ſpecie, una cum aliis ſuperiore ſeculo ſcriptis & actis, eodem facientibus, editus a G. Calixto. Cujus & acceſſit de hac ipſa controverſia Diſputatio, & ad Academiam Colonienſem iterata Compellatio. Helmſtadii 1642. in 4. Exhibentur in hoc Syntagmate:

1. Calixti Epiſtola ad Auguſtum, Ducem Brunſvicenſem, Dedicatoria prolixa (novem qvaternionum), de Articulis fundamentalibus, pace Eccleſiaſtica promovenda, ratione controverſias tractandi, judice illarum, & Arte nova Barth. Nihuſii.
2. Georg. Caſſandri Dialogus inter ſimplicem & prudentem, de ſuſpenſione Concilii Tridentini, & communione ſub utraqve ſpecie, eam ob cauſam hic recuſus, qvod in editione Operum ejus omiſſus eſſet Pariſienſi.
3. Auguſtini Baumgartneri, Legati Bavarici, Oratio, pro communione ſub utraqve impetranda, d. 27. Jun. A. 1562., in Concilio Tridentino, habita, cum Obſervationibus Calixti.
4. Georg. Caſſandri tres Epiſtolæ de communione ſub utraqve, & Miſſis ſolitariis.
5. Georg. Wicelii Judicium de Miſſis ſolitariis, e *Via regia*.
6. Acta Seculi XVI., de communione ſub utraqve ſpecie, varia.
7. Gvilh. Lindani de eadem Locus e *Panoplia*.
8. Pii IV., Pont. Rom., Epiſtolæ duæ de illa a ſe permiſſa.
9. G. Calixti Diſp. de Calice Dominico, omnibus ad S. Euchariſtiæ communionem admiſſis porrigendo, A. 1636. jam edita, hic autem auctior, cum Addendis, recuſa.
10. Ejusdem Iterata Compellatio ad Academiam Colonienſem, *Digreſſionem de arte nova Bartholdi Nihuſii*, A. 1634. editam, primamqve illius Compellationem, in iſthac factam, contra Nihuſii *Apologeticum pro arte nova & Irnerium*, vindicans, de qva ſupra in Vita noſtri, §§. *42. 43. & 72.*, narrata poſſunt relegi. Commendarunt hunc Tractatum ſive Faſciculum Joach. Hildebrandus (*pulcherrimum* vocans) *in Exerc. de ritibus ſacris*, §. *41.*, Gerh. Titius *in Vindiciis Aug Conf. contra Bellarminum, p. 43.*, *Oſtenſione ſummaria contra Pontificios p. 43. 44. & ſeqq.*, ac *Tr. de Phraſibus veterum Eccleſiæ Doctorum p. 139.*, Lev. Nic. a Moltken *in Notis ad Religionem Medici p. 32.*, El. Vejelius *in Diſſ. de Eccleſia Græca p. 25.* (ubi Nihuſius, refutare illum aggreſſus, *magnis excidiſſe auſis* judicatur), & *Defenſione Diſſ. hujus contra L. Allatium p. 124.* (ubi *doctiſſimum* eum appellat), Joh. Fechtius (cui *luculentus* audit) *in Apparatu ad Supplem. Hiſt. Eccl. Sec. XVI. p. 64.*, & Joh. Chriſtoph. Rumetſchius *in Collatione Concilii Niceni & Tridentini p. 42.* E Pontificiis contra irrito eundem conatu, licet perqvam furioſe, impugnarunt:

1. Theologi Moguntini, horumqve Promachus, Vitus Erbermannus, Jeſuita, in *Anatomia Calixtina, ſeu Vindiciis Catholicis, pro aſſerendo ſacræ Romanæ Eccleſiæ tribunali in fidei cauſis infallibili, præceptoqve communionis ſub una ſpecie, contra G. Calixti novantiqvas impugnationes*, Moguntiæ A. 1644. editis, ſed in noſtri *Reſponſo bipartito, maledicis Theologorum Moguntinorum Vindiciis oppoſito*, A. 1644. ac 1645. refutatis, & Ἐιρηνικῷ (in qvo *Reſponſum* hoc iidem denuo adorti ſunt) *Catholico, Helmſtadienſi Calixtino oppoſito*, duabusqve partibus Moguntiæ A. 1645. & 1646. *in 4.* publicato. De qvibus ſcriptis Polemicis ἀμοιβαίοις, in Vita noſtri, §. *47.*, & *Reſponſi* Calixtini recenſu, fuſe jam eſt dictum. Confer qvæ Ἐιρηνικῷ Erbermanni, in Gerh. Titii *Oſtenſione ſummaria contra Pontificios*, Helmſtadii A. 1658. edita, & A. 1663. recuſa, *cap. II., p. 43-69.*, ſunt repoſita.
2. Bartholdus Nihuſius, cujus Annotatio ad Leonis Allatii Diſſert. Epiſtolicam de communione Græcorum ſub una ſpecie, contra G. Calixtum, cum Additamento, ubi (*e Calixtina loci Joh. VI. 54., pro communione ſub utraqve, explicatione*) docetur, qvam belle Calixtus e Scriptura probet ſuas contra fidem Catholicam opiniones, & teſtimonio

deniqve

deniqve Abrahami Ecchellenſis, Maronitæ (*ex Epiſtola ad Nihuſium*), ſumptionem ſolius panis Euchariſtici uſitatam itidem eſſe Chriſtianis in Oriente cæteris, confirmatur, Moguntiæ A. 1644. in 8. prodiit.

3. Leo Allatius in Diſſ. Epiſtolica de communione Græcorum ſub una ſpecie, contra G. Calixtum, modo memorata, qvam Nihuſius, *in Annotatione ad eam*, alio qvidem tempore a ſe editum iri eſt pollicitus, ſed promiſſo haud ſatisfecit.

4. Joh. Mûlmannus, Lipſienſis, Jeſuita Monaſterienſis, in Diſp. de Calice Euchariſtico, contra Georg. Calixtum, deqve Maccabæorum utriusqve libri autoritate, contra Chriſtoph. Scheiblerum, Monaſterii A. 1648. in 8. excuſa.

5. Jacobus Benignus Boſſvetus, Epiſc. in Gallia Meldenſis, *in Tr. Gallico de la Communion ſous les deux eſpeces*, Pariſiis A. 1682. *in 12.* edito, cujus recenſum Lipſienſes, *in Actis Erud., M. Jun. A. 1683., p. 230. 231.*, exhibuerunt, examen autem, noſtri etiam labori patrocinans, Hect. Gottr. Maſius, Theologus Hafnienſis, in Diſputationibus Academicis, Hafniæ A. 1687. & ſeqq. publicatis, inſtituit.

Scripta facientia ad Colloqvium, ab Uladislao IV., Rege Poloniæ, Thorunii, ad d. 10. Oct. Gregoriani A. 1644., indictum, & deinde usqve ad d. 28. Aug. A. 1645. dilatum. Acceſſit G. Calixti Conſideratio & Epicriſis. Helmſtadii 1645. in 4. Exhibentur in Sylloge hac Diplomata Regis & Epiſcoporum Poloniæ ad Ordines regni Evangelicos invitatoria, & horum Epiſtolæ ad illa reſponſoriæ. In ſubjecta his Epicriſi de concordia Eccleſiaſtica, ejusqve neceſſitate, ac conſeqvendæ mediis, articulis fidei ad ſalutem creditu neceſſariis, ac Colloqvia Irenica inſtituendi ratione, diſſeritur. Conf. de illa Joh. Fabricii *P. IV. Hiſtoriæ Biblioth. Fabric. p. 304. 305.*

Sanctæ, Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ, ejusqve primorum & Oecumenicorum Conciliorum, Symbola & Confeſſiones, Latine, in uſum Auditorum ſuorum, editæ. Helmſtadii 1649. in 4. Auctiores recuſæ, Notis qvibusdam de Symbolo adjectis Apoſtolico, ſub finem der Wiederlegung der Verleumbdungen D. Jac. Welleri, ibidem A. 1651. in 4. In ſecunda hac editione (cujus Epilogus tertiam Græco-Latinam, & recentiores qvoqve inſecutarum Synodorum confeſſiones addituram, promiſit) Latine tantum exhibentur: 1. Symbolum Apoſtolicum; 2. Symb. Niceno-Conſtantinopolitanum; 3. Symb. Athanaſianum; 4. Anathematiſmi Epheſini; 5. Confeſſio Chalcedonenſis; 6. Capitula Conciliorum Conſtantinop. II. & III.; 7. Milevitani Concilii contra Pelagium Capitula; 8. Concilii Arauſicani II. Capitula contra Pelagianos. Symbola hæc fidei ſuæ confeſſionem eſſe noſter voluit, ſeqve omnes, doctrinam ſacram, in iis, ſive contractius, ſive prolixius, expoſitam, ſincere amplectentes, cœleſtis patris & Eccleſiæ Catholicæ filios, fratresqve ſuos, agnoſcere, A. 1651., *in Epilogo illorum*, verbis, qvæ in vita ejus, §. *35.*, jam recitavimus, profeſſus eſt emphaticis, e §. *88.* ulterius illuſtrandis. Qvod autem Lutheranis ea, in locum Auguſtanæ Confeſſionis, voluerit obtrudere, uti Calovius, *Lib. III. Hiſt. Syncret., c. 5., p. 590.*, criminatur, longe eſt falſiſſimum.

Cypriani & Auguſtini de unitate Eccleſiæ libelli; qvibus acceſſit G. Calixti in eorum lectionem Introductionis fragmentum, in qvo contra Pontificis Romani primatum & jurisdictionem diſputatur. Helmſtadii 1657. in 4.

Bartholdi Nihuſii ad IV. præcipua capita Opuſculi de communione ſub utraqve ſpecie, a Mart. Becano, Jeſuita, ſcripti, Notæ, in Acad. Julia, ante Apoſtaſiam ad Pontificios, conſignatæ, &, una cum illius ac hujus Epiſtolis, cura G. Calixti, editæ Helmſtadii A. 1659. in 4. Memorantur a T. Crenio *P. XVI. Animadverſ., c. 3., §. 13., p. 356.* *Notas* Nihuſii ipſe etiam Calixtus, *in Digreſſ. de arte illius nova p. 31.*, allegat.

II. GERMANICA PROPRIA EDITA.

Collegii Theologici Helmſtadienſis Conſilium de bello, religionis cauſa, contra Imperatorem non ſuſcipiendo, Germanicum, Georgio, Duci Brunſvico-Lüneburgico, iſtud poſtulanti, transmiſſum, inſciis autem, & illo, & Helmſtadienſibus, a qvodam Joachimo Gerdſon, cum Conſilio Theologi alterius contrario, & in Theologos Helmſtadienſes valde injurio, ſine loci mentione, editum. Contra Statii Buſcheri calumnias, qvibus A. 1640., *in Cryptopapiſmo novæ Theologiæ Helmſtadienſis, Art. VII., Sect. 2.*, adortus illud eſt, ineptas, a Calixto A. 1641., *Parte II. Apologiæ contra Buſcherum vernaculæ, Art. VII., Sect. 2., p. 312-328.*, egregie eſt defenſum.

Gründliche Wiederlegung eines unwahrhaften Gedichtes, unter dem titul: Cryptopapiſmus novæ Theologiæ Helmſtadienſis, daß iſt: Heimlich Pabſthum der neuen *Theologie* auf der Fürſtlichen *Julius-Univerſität* zu Helmſtatt; welches M. Statius Buſcher, Prediger zu S. Ægidii in Hannover, zu Hamburg A. 1640. drücken und ſpargiren laſſen, zu Rettung der Unſchuld und Wahrheit, auf Fürſtlichen Befehl, geſtellet und publiciret in zwey Theilen. In deren Erſten vornehmlich von der Richtſchnur Chriſtlicher Lehre, und wie, zuforderſt auß H. Schrift, hernach auß dem Conſens der erſten uhralten Kirchen, wieder das Pabſthum, und allerhand neue falſche Lehre und Irrthum, gründlich und mit Beſtande zu diſputiren, im Anderen aber, 1. von der Chriſtlichen Kirche, 2. von der Gewalt und Obrigkeit des Pabſtes, 3. von der Rechtfertigung und guten Wercken, 4. von der Erbſünde, 5. vom Abendmahle des Herren und der Päbſtlichen Opfermeſſe, 6. von etlichen Neben-Puncten, gehandelt wird. Lüneburgi 1641. in 4. Qvæ ad ſcripti hujus bipartiti ἀδεσπότου, a Calixto publico Ordinis Acad. Juliæ Theologici concinnati nomine (cujus de peccato Excerpta, in Syntagmate etiam *Tractatuum* noſtri *de peccato diverſorum*, Helmſtadii A. 1659. *in 4.* prodierunt), totiusqve cum Buſchero certaminis, ſpectant hiſtoriam, in vita τοῦ μακαρίτου, §§. *44. 4 . & 74.*, fuſe jam ſunt expoſita. Commendarunt illud, non Collegæ ſolum Helmſtadienſes *in Pietate Acad. Juliæ p. 4.* (in qva *Apologeticum hunc multa, minus etiam recte in vulgus nota, perſpicue planeqve docuiſſe, & facem qvandam illuſtrem ad accuratam capeſſendam doctrinam accendiſſe*, vere aſſeritur), & in der Schutzrede wider D. Strauchen *p. 10.*, ſed Gerh. Joh. Voſſius etiam, *Epiſt. 500.*, ad noſtrum A. 1644. exarata, *p. 433.*, ita ſcribens: *Buſcheri, & aliorum ejus farinæ, deliriis, bipartito Commentario ſolide adeo occurſum video, ut nihil ultra reqviratur.* Hulſemanni, Calovii, & adverſariorum aliorum, hoſtiles ac temerariæ de eodem cenſuræ ſupra, in Vita noſtri, §. *45.*, jam ſunt allegatæ. Joh. Fabricius, *Parte III. Hiſtoriæ Biblioth. ſuæ p. 148., & P. IV. p. 299.* Partem hujus ſcripti Calixto, capita autem de Neceſſitate Bonorum operum, Autoritate Antiqvitatis eccleſiaſticæ & ſtudio Concordiæ Eccleſiaſticæ, D. Conr. Hornejo, falſo tribuens, locis *Refutationis Jac. Welleri* Calixtinæ (*lit. D. 4. & Y. 3.*) de iſto non agentibus, perperamqve intellectis, in errorem eſt inductus. Conf. de illo die fortgeſetzte Samlung von Theol. Sachen, *Sect. 5. A. 1720., p. 791-796.*

Vorrede über. Auguſti, Hertzogen von Braunſchweig-Wolfenbüttel, Harmonie, oder Vereinigung der Hiſtorie der vier Evangeliſten, vom Leiden und Sterben Chriſti, mit derſelben gedruckt. Lüneburgi 1641. in 8.

Verantwortung auf dasienige, was ihm, in der Churfürſtl. Durchlauchtigkeit zu Sachſen, und dero Oberhofpredigern, D. Jac. Welleri, an die regierende Hertzogen zu Braunſchweig und Lüneburg, abgelaſſenen Schreiben, aufgerückt und beygemeſſen wird. Bis initio, Autore inſcio, A. 1650. in 4., tum ſine mentione anni, tum adjecto ejus indicio, ſed locis, in qvibus lucem aſpexit, haud additis, eſt excuſa. V. ipſius *Prolegomena Editionis tertiæ*, §. *13.* Tertia tandem duas haſce ſecuta eſt Editio, ab Autore ipſo publicata, & *Confutationi calumniarum Jac. Welleri Germanicæ*, Helmſtadii A. 1651. *in 4.* impreſſæ, adjecta, qvæ novis Prolegomenis, vindiciisqve contra criminationes Jac. Welleri (im Wegweiſer der GOttheit J. C., und der erſten Probe wieder Calixtum) & Abr. Calovii (in der Nöhtigen Ablehnung) recentiores, nec non variis Actis publicis, paſſim inſertis, ita ab eo eſt amplificata, ut prioribus, tres tantum implentibus qvaterniones, vel

octuplo

octuplo ſit auctior. Hiſtoriam Apologiæ hujus, ac duarum, qvibus oppoſita eſt, Joh. Georgii I., Electoris Saxonici, & D. Jac. Welleri, Epiſtolarum, Vita noſtri, *ſupra* §. 17., ſatis jam prolixam exhibuit. Repoſuerunt ei, ex adverſariis Saxonicis: 1. Jac. Wellerus A. 1650. den Wegweiſer der Gottheit J. C., & die II Probe der Calixtiniſchen Unchriſtlichen Verantwortung, qvibus a noſtro in Vindiciis adverſus illum, editioni tertiæ auctiori paſſim inſertis, A. 1651. eſt reſponſum; 2. Joh. Hülſemannus A. 1650. das Muſter und Ausbund Calixtiniſcher guter Wercke (qvod ſcriptum in noſtri Antwort auf Hülſemanni meiſterliches Muſter A. 1651. eſt confutatum), & A. 1653. den Calixtiniſchen Gewiſſens-Wurm; 3. Joh. Scharfius A. 1651. ſeine Unſchuld wieder G. Calixti falſche Auflagen an den Tag gelegt, & A. 1652. *Proteſtationem adverſus atrocia G. Calixti ſcandala*; 4. Abr. Calovius A. 1650. Die Nöhtige Ablehnung wieder Calixtum, cui pauca a noſtro A. 1651., in Editione tertia auctiori (*§. 27., lit. Ll. 1. ac ſeqq.*), ſunt regeſta. De qvibus ſcriptis Eriſticis omnibus, qvæ ſupra, in Vita noſtri, *§. 76. 79. 80. & 82.*, fuſe ſunt dicta, poſſunt conſuli. Præter Autorem ipſum, patrocinatus illi eſt Fridericus Ulricus, filius, cujus *Apologia pro verbis qvibusdam patris ſui* in der Verantwortung, *contra Calovium*, Helmſtadii A. 1676. in 4. prodiiſſe traditur.

Wiederlegung der unchriſtlichen und unbilligen Verleumbdungen, mit welchen D. Jac. Weller, Chur-Sächſiſcher Oberhofprediger, ihn zu beſchimpfen ſich unterſtanden hat: Jmgleichen Verantwortung auf dasjenige, was ihm in der Churfürſtl. Durchlauchtigkeit zu Sachſen, und dero ietzgemeldeten Oberhofpredigern, an die regierende Hertzoge zu Braunſchweig und Lüneburg, abgelaſſenen Schreiben, aufgerucket und beygemeßen wird: darneben Antwort auf D. Joh. Hulſemanni meiſterliches Muſter Calixtiniſcher guter Wercke, in der ſein gantzer Diſcurs (*in Harmonia* Jacobi & Pauli), welchen er Hug. Grotio, der geſprochen, daß die von S. Paulo 1. Cor. VI. 9. 10., Gal. V. 19. 20. 21., 1. Tim. I. 9. 10., benennte Sünden einen Menſchen, der ſelbige begehet, des Standes göttlicher Gnade entohnigen, entgegengeſetzet, von Wort zu Wort, Lateiniſch und Deutſch, einem jeglichen wird vor Augen geſtellet, umb zu urtheilen, ob nicht D. Hülſemann Grotio wiederſprochen, und geleugnet, daß die daſelbſt benandte Miſſethaten die Thäter auß dem Gnadenſtande herausſtoßen. Accedit Appendix Latina, in qva recuſa ſiſtuntur: 1. Expoſitio ſeptimi & ſeqq. verſuum Cap. XXXIX. Geneſeos, de Joſephi continentia, ex Hiſtoria Joſephi excerpta; 2. Sanctæ, Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ, ejusqve primorum Oecumenicorum Conciliorum, Symbola, & Confeſſiones; 3. Deſiderium & ſtudium concordiæ Eccleſiaſticæ. Helmſtadii 1651. in 4. Primum, qvod in hoc Apologiarum vernacularum Syntagmate, Johanni Georgio I., Saxoniæ Electori, Epiſtola (de qva, in vita Autoris, §. 18., dictum eſt) inſcripto Dedicatoria, comparet, ſcriptum Jacobi Welleri, Theologi illius aulici, *Hodego divinitatis JEſu Chriſti* Germanico (dem Wegweiſer der Gottheit JEſu Chriſti), qvo is noſtri *de duabus quæſtionibus Diſſertationem* A. 1649. impugnaverat, eſt oppoſitum. De ſecundo, Apologia ſcilicet contra Electoris Saxonici, & ejusdem Welleri, geminas ad Duces Brunſvicenſes literas, qvæ, bis jam ante edita, hic vel octuplo exhibetur auctior, modo narrata poſſunt relegi. In tertio, qvod Johannis Hülſemanni, Theologi Lipſienſis, Muſter und Außbunde Calixtiniſcher guter Wercke, opuſculo contra *Apologiam* præcedentem A. 1650. publicato, eſt repoſitum, non ſolum controverſia, Hülſemanno mota, cujus in titulo facta eſt mentio, *§. 1-22.*, diſcutitur, ſed & ſtudii piæ vitæ ad ſalutem neceſſitas, in *Hiſtoria Joſephi* a noſtro inculcata, contra eum, *§. 22-64.*, aſſeritur, doctrina ejusdem de unione Dei & fidelium eſſentiali, *§. 64-103.*, impugnatur, Apologetica qvædam perſonalia, *§. 103-113.*, admiſcentur, & Appendix tandem ſubjungitur, ea, qvæ Joh. Scharfius, *in Diſſ. de gratia univerſali*, ſuæ de notitia Trinitatis in V. T. implicita ſententiæ, e Concilii Antiocheni (qvod Arrianum fuiſſe is neſciebat) Epiſtola, oggeſſerat, refellens. De excerptis ex Hiſtoria Joſephi (qvibus breves pro iis, contra Hülſemanni *Epiſtolam ad Cæleſt. Miſlentam ac præfationem Dialyſeos Problematis Calixtini*, nec non pro *Deſiderio & ſtudio concordiæ Eccleſiaſticæ*, contra ejusdem de illo *Judicium*, acceſſerunt vindiciæ), Eccleſiæ Catholicæ Symbolis (qvibus Doctorum Lutheranorum, de Apoſtolici autoritate idem ſecum ſtatuentium, adjecit teſtimonia), ac *Deſiderio & ſtudio concordiæ Eccleſiaſticæ*, ſeorſim jam ante evulgatis, & ſub hujus Syntagmatis finem recuſis, ſuis plura locis ſunt relata. Commendatur hoc Syntagma a Joh. Henr. Hottingero (*Calixtum doctis & elaboratis Apologiis, uno volumine emiſſis, cauſam ſuam contra adverſarios maſcule defendiſſe*, judicante), *P. IV. Biblioth. Qvadripart., c. 3., p. 404. 405.*, & Zach. Prüeſchenckio, in *Epiſtola* ad Autorem A. 1651. exarata, ac a B. G. Struvio, *Faſc. V. Act. Liter. p. 49.*, edita. In qva, poſtqvam ſtyli contra adverſarios duritiem *patientiæ ejus ſæpius læſæ imputaverat*, hæc ſubjungit: *Ex tanto Theologorum examine, qvi plures eruditas, ad diſceptandas rixas verius qvam qvæſtiones Theologicas, adferret deciſiones, præter te (non blandior) vidi neminem: credant alii, necne, orbis eruditus & veritati deditus parum penſi habet.* Ex adverſariis Saxonicis, A. 1652. ei repoſuerunt Jac. Wellerus die Andere Probe Calixtiniſcher Verantwortung & die Abwiſchung der unchriſtlichen Läſterung Calixti, Joh. Scharfius *Proteſtationem adverſus atrocia G. Calixti ſcandala*, & Abr. Calovius *præfationem Synopſeos controverſiarum Apologeticam*, A. 1653. autem Joh. Hülſemannus, volum. des Calixtiniſchens Gewiſſenswurms grande vernaculum. De qvibus narratio prolixior, in Vita noſtri, *§§. 76. 79. 80. & 82.*, jam eſt exhibita. De methodo convertendi Judæos, *in Confutatione Welleri*, *§. 47. & ſeqq.*, ac *Oratione* deinde peculiari, commendata, ab adverſariis autem ſugillata, conferantur, qvæ a Mart. Dieſenbachio, *in Judæo convertendo*, *§. 6., p. 31-37.*, ſunt congeſta. De tota hac Sylloge conſuli etiam poteſt Joh. Fabricii *Pars IV. Hiſtoriæ Bibliothecæ Fabricianæ p. 300. 301.*

Diſcurs von der wahren Chriſtlichen Religion und Kirchen, auf Begehren einer hohen Fürſtlichen Perſon, vor 20. Jahren, aufgeſetzt, und von einem Liebhaber der reinen Wahrheit außgegeben. Scriptum hoc, de regno Papali, ejusqve ortu, progreſſu, fraudibus & artibus, Lutheri reformatione, Articulis fidei fundamentalibus, concordia Eccleſiaſtica cum Pontificiis poſſibili, modoqve ejus ope ſcrutinii conſenſus Eccleſiæ antiqvioris ſanciendæ, diſſerens, Noribergæ primum, lingva Germanica, a frugi qvodam Calixti diſcipulo (*teſte filio in præf. Paraphraſeos Latinæ*), eſt editum, deinde vero Brunſvici A. 1652. *in 4.*, & A. 1708. *in 8.*, imo (*juxta Catalogum qvendam*) Francofurti etiam *in 12.*, ſine mentione anni, recuſum. Editio Latino-Germanica, in Frid. Ulr. Calixti, filii, *Diſputationum de qvatuor diverſis totius mundi religionibus Syntagmate*, Helmſtadii A. 1687. *in 4.*, ſub hoc prodiit titulo: *Georg. Calixti Diſcurſus de vera Chriſtiana religione & Eccleſia, earundemqve ſtatu. ante plures qvam 50 annos lingva vernacula ſcriptus, nunc autem a Frid. Ulr. Calixto Latina donatus Paraphraſi, amplificatus, atqve, præmiſſis Prolegomenis de religionum numero, ac Chriſtianæ antiqvitate, denuo editus. Accedit ſub finem ipſe textus Germanicus.* Idem cum ſcripto hoc eſt Diſcurſus MS. vom Anfange und Fortgange des Päbſtlichen Reiches, qvem, in Bibliotheca Joh. Mohrii, Conſiliarii Danici, Hafniæ mihi olim viſum, Catalogus illius diſtrahendæ, A. 1705. excuſus, (*lit. R. 4. a.*) ἀνεκδότοις annumerat. Verſionem eſſe germanicam *Diſſertationis noſtri de veritate religionis chriſtianæ*, A. 1633. editæ, perperam tradit Joh. Alb. Fabricius *Lib. V. Biblioth. Græc., P. III., c. 8. p. 111.*

Eines vortreflichen Theologi Augſburgiſcher Confeſſion gründliche Erwegung des ſonderbahren Geheimniſſes vom Abendmahle des Herrn, &c. Francofurti 1653. in 4. Verſio hæc eſt Germanica *Theſium* Calixti *de corpore & ſangvine Domini, reapſe præſentibus in ſanctiſſima Euchariſtia*, Helmſtadii A. 1636. *in 4.* editarum, ἀνωνύμως impreſſa, de qva plura ſupra in illarum attulimus recenſu.

SCRIPTA

SCRIPTA INEDITA, AFFECTA ET PROMISSA.

Commentarius in Geneſeos capita IV. priora, A. 1622. dictatus, & Expoſitio in reliqva, ab auditoribus e diſcurſibus publicis excepta. V. Filii, editionem polliciti, Catalogum ſcriptorum parentis. MSSta illorum in Bibliotheca Joh. Mohtii, paulo ante laudati, Hafnienſi, aliisqve pluribus, ſuperfuerunt.

Comm. in Exodum, in ſolo *Bibliothecæ cujusdam Brunſvicenſis* memoratur *Catalogo*. Cui vix fides videtur habenda, cum filius, *l. c.*, ſolam in 20. capita Exodi priora Parenti tribuat Expoſitionem, bis, uti ſuo jam loco monuimus, editam.

Commentarii in Eſaiam, Jeremiam & Ezechielem, ab auditoribus A. 1623. excepti, qvorum editionem filius *l. c.* promiſit, MSSta autem Joh. Mohtius, & alii, aſſervarunt. Splendido hos elogio, ob diſſertationes inſignes de rebus gentium, qvarum mentio in Prophetis iſtis occurrit, Orientalium, e priſcis ſcriptoribus inſtitutas, Chriſtoph. Schraderus, prælectionum noſtri in hoſce vates olim auditor, *in Orat. parentali ei habita, p. 20.*, ornavit, & Melch. Schmidius qvoqve, *in Laudatione Schraderi funebri p. 8.*, commendavit.

Commentarios ejus in IV. Prophetas majores, ſub Scholarum Propheticarum titulo, Joh. Ern. Schulenburgius, Conc. Aul. Qvedlinburgenſis, Qvedlinburgi A. 1713. in 4. edidiſſe traditur *in Catal. nund. vern. A. 1713. Lipſ. p. 7.*

Explicatio difficiliorum hinc inde in S. Scriptura locorum, ab Autore, morti vicino, langvida manu ſcripta, qvam filius, *l. c.*, a ſe juſſit expectari.

Reſponſio ad qvæſtionem de petitione Naamanis Syri, ab Auguſto, Duce Brunſvicenſi, A. 1638. ipſi propoſitam, illam non præteritorum, ſed futurorum, deprecationem continere, aſſerens; allegatur a Joh. Andr. Qvenſtedio, diſſentiente, in *Exerc. ſua de eadem petitione Naamanis, ad 2 Reg. V. 18.*, Witeb. A. 1678. edita, *§. 23.*

Syſtema Theologicum, a juvene Coloniæ Agrippinæ A. 1611. (*teſtibus filii ad me literis*) cœptum adornari.

Diſcurſus ad ſuam Theologiæ Epitomen, in privato A. 1638. inſtituti Collegio, qvorum exempla (e qvibus unum a Joh. Mohtio mihi eſt oſtenſum), qvod auditores eos, alii magis, alii minus feliciter, excepiſſent, multum diſcrepare, eædem filii me docuerunt literæ.

Notæ ad Auguſtini Libros IV. de doctrina Chriſtiana, A. 1629. a ſe editos, ineditæ, qvæ a Joh. Faeſio, *in Annott. ad Lil. Greg. Gyraldi Tr. de ſepultura p. 91.*, allegantur.

Controverſiæ Lutheranorum cum Pontificiis, juxta methodum a Vincentio Lirinenſi, *in Commonitorio*, præſcriptam, ex S. Scriptura, & traditione Eccleſiæ, diſcuſſæ, qvas, *in Epiſtola dedicatoria Tractatus de Conjugio Clericorum*, primi illarum ſpeciminis, A. 1631. promiſit. Succeſſerunt huic alia laboris iſtius ſpecimina, *de juſtificatione*, *de communione ſub utraqve*, *de ſacrificio Chriſti, ſemel oblato, & initerabili*, *de viſibili Monarchia Eccleſiaſtica*, *de Transſubſtantiatione*, *de igne purgatorio*, *de Miſſis ſolitariis*, *de autoritate S. Scripturæ & numero librorum Canonicorum V. T.*, ſigillatim, uti ſuis jam dictum eſt locis, publicata, ſed totum tamen controverſiarum cum Pontificiis Syſtema haud abſolventia.

Tract. contra viſibilem Pontificis Monarchiam, qvem ſe A. 1624. in publicis dictaſſe prælectionibus ipſe, *P. II. Apologiæ contra Buſcherum p. 24.*, teſtatur. Præter *duas de viſibili Monarchia Eccleſiaſtica Diſputationes*, A. 1643. 1655. & 1674. editas, nihil hujus argumenti ἀνέκδοτον ſupereſſe, filius per literas me docuit.

Exerc. ſecunda de ſanctiſſimo Trinitatis myſterio, Socinianorum contra illud argumenta & objectiones refutatura, qvam in prima de eodem, A. 1645. edita, *Th. 39.*, eſt pollicitus.

Refutatio Diſputationis tertiæ Trifolii veræ religionis V. T., a Wilh. Lyſero, Theologo Witebergenſi, Exerc. ſuæ de Myſterio Trinitatatis A. 1645. oppoſitæ, qvam eum paraſſe Joh. Tob. Major A. 1649. J. G. Dorſcheo, per Epiſtolam (*uti §. 78. Vitæ noſtri jam eſt indicatum*), retulit.

Tr. de creatione animæ, de qvo ita Joh. Zeiſoldus, *in Diatriba Hiſtorico-Theologica pro eadem creatione animæ, p. 120.: Accerſendus qvoqve huc Dn. D. Georg. Calixtus b. m., qvi non ſolum publice iſtam ſententiam propoſuit, & qvidem ſæpius, verum qvoqve in peculiari Tractatu, qvi in plurimorum virorum doctorum verſatur manibus, dilucide expoſuit, qvem non ſolum diſcipuli, verum alii qvoqve accuratioris Sophiæ ſtudioſi, ſecuti fuere, & adhuc ſeqvuntur.* Filio Autoris, Frid. Ulr. Calixto, is, teſtibus illius ad me literis, fuit ignotus.

Diſcurſus de origine ſententiæ & controverſiæ de omnipræſentia & ubiqvitate carnis Chriſti, qvem MS. a diſcipulis aſſervari Andr. Kühnius refert, in der Eröffnung des übertünchten Calixtiniſchen Grabes *p. 18.*

Reſponſum de neceſſitate actuum pietatis, novitatis vitæ, & obſervationis mandatorum divinorum, ad ſalutem, contra Joh. Hülſemannum, cujus hiſtoria in Vita Autoris, §. *82.*, jam eſt expoſita, qvodqve filius (in literis ad me), poſt excerpta A. 1651. publicata, Autoris manu, qvia nihil tale inter MSS. ejus inveniatur, conjicit eſſe abolitum.

Conſilia de emendandis Eccleſiarum defectibus, de propagandis ſtudiis, de Scholis & Academiis recte conſtituendis, &c., qvæ a ſe *Tomo VIII.* (ſolis illis deſtinato) Editionis omnium Parentis operum publicatum iri, Frid. Ulr. Calixtus in illorum A. 1658. promiſit *Catalogo*, ſed, a me promiſſi A. 1689. commonefactus, *rationes ſatis graves horum, aliorumqve id genus fragmentorum, diſſvadere editionem*, reſcripſit.

Diſſertatiunculæ variæ de Votis, de Canonicorum officio, &c., qvas *Tomo X.* Editionis Operum ejus omnium eſſe prodituras filius, in horum *Catalogo*, A. 1658. eſt pollicitus.

Diſſ. ſuper nefanda cæde Caroli I., Regis Britanniæ, qvam *Apparatui Theologico* eum ſubjungere voluiſſe, Joh. Chriſtianus, Baro a Boineburg, a filio edoctus, A. 1649. Joh. Conr. Dietericum (*Ep. 20. ad eum, p. 85.*) reddidit certiorem.

Epitome Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ priorum IV. ſeculorum, cujus *Tomo V.* Operum omnium edendæ filius A. 1658., in *Catalogo*, ſpem fecit fruſtraneam.

Opus de Hiſtoriarum ſcriptoribus imperfectum, qvod eodem *Tomo V.* publicare filius, teſte *Catalogo*, voluit, ſed poſtea, in literis ad me, *mutilum* eſſe, *mancum & ad editionem inidoneum*, eſt confeſſus. Qvo autore igitur Ant. Teiſſerius, *in Auctario ſive Parte II. Catalogi Catalogorum p. 89.*, propediem edendum illud eſſe, A. 1705. retulerit, ignoro.

Tr. MS. de Scriptoribus Eccleſiaſticis, cujus mentionem in ſolius M. Gotfr. Hermanni *Diſp. II. de jure zeli circa religionem*, Witebergæ A. 1703. edita, *Aphor. III.*, *§. 3.*, *p. 12.*, offendi.

Commentationes pauculæ in Ariſtotelis doctrinam de anima, qvas filii ad me memoravit Epiſtola.

Epiſtolæ ἀνέκδοτοι, qvarum & numerum eſſe haud admodum ingentem, & editionem vix ſperandam, ex iisdem filii literis, in vita noſtri, §. *31.*, jam eſt indicatum. Mihi ſolæ ex iis innotuerunt duæ ad Frid. Lindenbrogium, JCtum Hamburg., Latinæ, A. 1632. & 1633. datæ (qvas, in Volumine Epiſtolarum, ad Lindenbrogium a viris doctis ſcripta-rum,

rum, inedito, Reinholdus Blomius, civis ejus inclytus, aſſervabat), una de jurejurando reciproco ad Joh. Chriſtianum, Baronem a Boineburg (qvam *luculentam* hic, *Ep. XX. ad Joh. Conr. Dietericum p. 85. 86.*, appellat, ac A. 1649. ſcriptam ad ſe eſſe ſignificat), & una tandem de Colloqvio Thorunienſi, ad Principem viduam Brunſvico-Schôningenſem, Germanica, qvam in Bibliotheca urbis Hamburgenſis publica reperi olim & perlegi.

Opuſcula qvædam *ἀνέκδοτα*, qvæ in nova Bibliotheca Academiæ Juliæ Rudolphea aſſervari, Herm. ab Hardt, in *Orat. de hujus memorabilibus*, A. 1702. edita, teſtatur. V. illam in Joh. Andr. Schmidii *Acceſſione I. Collectionis ſcriptorum de Bibliothecis Maderianæ, p. 288.*

Sylloge Diſcurſuum ejus, in prælectionibus & diſputationibus privatis, A. 1641. & ſeqq., habitorum, qvam multa continere egregia poſſeſſor illius, Willehadus Fabricius, Paſtor in Cimbria noſtra Loydtenſis eruditus, mihi retulit.

Omnium ejus ſcriptorum, editorum pariter atqve *ἀνεκδότων*, Editio, qvam, X. Tomis includendam, Frid. Ulr. Calixtus, filius, A. 1658., in *Catalogo* illorum, eſt pollicitus, ſed promiſſis haud ſatisfecit. *Σκιαγραφίαν* ejus prolixiorem in Vita noſtri, §. 17., jam exhibui.

FALSO ILLI TRIBUUNTUR.

Frid. Ulr. Calixti, filii, *Diſp. de Deo & attributis divinis*, Helmſtadii A. 1653. *in 4.* edita, ab Abr. Calovio *in Epimetro Syncretiſmi Calixtini*, illi oppoſito, *p. 357. 358.* V. qvæ de illa, in Vita noſtri, *§. 80., n. 8., & §. 86., n. 1.*, ſunt dicta.

Abr. Calovii, adverſarii, *Mataeologia Papiſtica*, Dantiſci A. 1647. & Witebergæ A. 1656. in 4. edita, a Mart. Lipenio (*in Homonymoſcopia, Sect. II., p. 659., ob errorem hunc, jam notato*) *P. I. Biblioth. Theol. p. 443.*

Ejusdem Calovii Demonſtratio præexiſtentiæ filii Dei Ante-Marianæ & antemundanæ, Witebergæ A. 1654. in 4. excuſa, a Lipenio modo citato (Helmſtadii eam prodiiſſe perperam tradente), *ibidem p. 509.*

CLEMENS II.,

qvem Sigebertus Gemblacenſis (1.) 153mum, Franc. Coſterus 151mum (2.), Ludov. Jacobus a S. Carolo (3.) 149um, Amalricus Augerius in Catalogo Paparum 160mum, Eccleſiæ Romanæ Pontificem fuiſſe, tradunt, anteqvam ad culmen hoc dignitatum eccleſiaſticarum ſupremum eveheretur, nomine SVIDGERI, prout ab Alberto Stadenſi, Chronici Stederburgenſis autore (4.) & Henr. Wolthero (5.), vel SVIDEGERI, ſicut ab Herm. Contracto (6.), Gobelino Perſona (7.), C. Bruſchio & Joh. Trithemio (8.), recte illud effertur, gaviſus eſt proprio. Qvod varie alii detorqventes, modo *Svedegherum* cum Theodorico Engelhuſio (9.), modo *Svittergerum* cum Chronographo Saxone, per Leibnitium edito (10.), modo Svidegorium cum Amalrico, modo *Swickerum*, cum Anonymo Chronici Ducum Brunſv. ſcriptore (11.), modo *Svikerum* cum *Chronici Reicherspergenſis*, a Chriſtoph. Gewoldo publicati, autore (12.), modo *Svigerum* cum Gobelino Perſona (13.), modo *Sviggerum* cum Lupoldo de Bebenburg (14.) & Mart. Cruſio (15.), modo *Sviderum* cum epitaphii Bambergenſis inſcriptione, modo *Schwyderum* cum Joh. Pomario (16.), modo *Sindgerum* vel *Sindigerum*, cum M. Adamo Bremenſi (17.), Alb. Krantzio (18.), Platina & Baronio (19.), modo *Synderum* cum Jac. Wimphelingio (20.), modo *Sungerdum* cum Abr. Saurio *in Diar. Hiſt. ad d. 21. Dec. p. 521.*, ſed perperam, appellant. Recte enim Joh. Trithemius (21.): *Ejus nomen fuit ante Papatum, ſicut ſcripſimus, Suidegerus, per u, & non Syndegerus per y, ut imperite a plerisqve ſcriptum legitur.* Onuphrium Panvinium, qvi ſtirpe humili, & parentibus egenis, natum eſſe contendit, nullius antiqviorum autoritati innixus, Andr. Angelus (22.) merito reprehendit. Conſtat enim ex Adamo Bremenſi (23.), Alb. Stadenſi (24.), & Krantzio (25.), nobili ortum fuiſſe familia, qvam Meinſtorfiam ſive Meiendorfiam eſſe, non Herm. Kirchnerus ſolum (26.), a Bernh. Mallincrotio (27.) allegatus, ſed & alii pleriqve recentiores, uno ore affirmant, diſſentiente licet, & Familiam Toparcharum Morsleviæ & Hornburgi Saxonicam fruſtra ſubſtituente, Anonymo *Chronici Ducum Brunſvicenſium*, circa A. 1280. concinnati, ſcriptore, paulo ante laudato, cujus verba, cum accuratiori deinde ſubjicienda ſint examini, e Joh. Joach. Maderi *Antiqvitatum Brunſvicenſium Syntagmate* adjicimus (28.): *Iſte Hinricus* (de Henrico autem II. Imperatore loqvitur) *ſancte & juſte regnum rexit; Epiſcopatum Bavemberch fundavit, ubi Swickerum, Canonicum Halberſtadenſem, Epiſcopatui præfecit; qvi poſtea in Papam eſt aſſumptus, & Clemens II. appellatus. Iſte Swickerus erat de qvibusdam Nobilibus in Saxonia, qvorum fuit proprietas Morsleve & Hornborch* (apud Dietericum perperam legitur *Homborg*): *qvam Thidericus, Nobilis de eodem genere, filium non habens, Halberſtadenſi Eccleſiæ dedit, indignatione motus contra ſororem ſuam, dominam Clementiam, cui eadem proprietas debuerat ſucceſſiſſe.* Secutus ſcriptor hic eſſe videtur alium autorem *Annalium a Pipini Regis temporibus, ad Lotharii usqve Imperatoris obitum*, ineditorum Sec. XII. ſcriptorum *ἀνώνυμον*, cujus verba, a viro illuſtri, Godofr. Gvilh. Leibnitio per epiſtolam Tenzelio communicata, ab hoc autem (*in Biblioth. Curioſa*, germanice edita, *Sect. IX. A. 1704., p. 905-911.*) mihi oppoſita, qvum plura de Noſtri parentibus, fratribus ac ſorore, ſingularia, etſi parum certa, nec *Chronici Ducum Brunſvicenſium* narrationi ſatis congrua, complectantur, integra itidem ſubjungo: *Anno MXL. Eberhardus piæ memoriæ, Babenbergenſis Epiſcopus, obiit, cui Rex Heinricus Svitgerum, ſuum Capellanum, boni teſtimonii Diaconum, generali piorum omnium electione, ſucceſſorem deſtinavit. Hujus mater fuit Amulrad, ſoror Waltardi, Magdaburgenſis Archiepiſcopi, qvæ nupſit Conrado de Maresleve & Horneburch, genuitqve ei hunc Svitgerum, qvi erat Canonicus S. Stephani in Halberſtat- poſtea Epiſcopus in Babenberch, tandem Romæ Papa & Conradum, qvi, ut dicitur, fuit Canonicus S. Mauritii in Magdeburch, poſtea Aqvilejæ Patriarcha, & Adalbertum. Hic qvandam fœminam, qvæ ſua propria extitit, ſibi in matrimonium conjunxit, qvæ ſorori ſuæ, qvæ* dignamenta (Leibnitius legi vult Domina Clementia), *vel Margaretha dicebatur, nimiam intulit injuriam: Unde ejus conſilio & juſſione, in eadem urbe, Horneburch dicta, occiſa eſt. Propterea ipſe Albertus eandem urbem, cum prædiis illuc pertinentibus, tradidit Halberſtadenſi Eccleſiæ precaria viciſſitudine, ne videlicet ipſa, aut*

filii

(1.) *in Chronico, ad A. 1046.* (2.) *in Catalogo Pontificum, Enchiridio Controverſiarum præfixo*, cum qvo conſentit *Chronologia Eccleſiaſtica*, Ingolſtadii A. 1579. ἀνωνύμως edita. (3.) *Lib. I. Biblioth. Pontificiæ p. 47.* (4.) *ad A. 1047.*, *in Henr. Meibomii Opuſcc. Hiſt. p. 273.* (5.) *in Chron. Archiepp. Brem., T. II. Rer. Germ. Meib., p. 31. 35.* (6.) *in Chron., ad A. 1046. & 1047.* (7.) *in Coſmodromio, Æt. 6., c. 56.* (8.) *in Annalibus Hirsangienſibus, ad A. 1046*, ap. Wilh. Ern. Tenzelium *in Dialogis Menſtruis. M. Mart. A. 1694., p. 225.* (9.) *in Chron. Univerſ. p. 46.*, apud Tenzelium *l. c. p. 226.* (10.) *T. I. Acceſſ. Hiſtor., ad A. 1013.* (11.) *in J. J. Maderi Antiqq. Brunsvic. p. 6.* (12.) *ad A. 1043., ap. Tenz. p. 226.* (13.) *l. c., Æt. 6., c. 54.* (14.) *in Lib. de Zelo Veterum Principum Germanorum p. 4.*, apud Tenz. *l. c.* (15.) *P. II. Annal. Svevic. p. 204.*, apud eundem Tenzelium. (16.) *in Chron. Sax., ap. Tenz. p. 222.* (17.) *L. 2. Hiſt. Eccl., c. 50., p. m. 75.* (18.) *L. 4. Metrop. c. 15. 16., L. 4. Saxon. c. 41.*, & alibi. (19.) *T. XI. Annal., ad A. 1046., n. 1. 2., p. 160.* (20.) *in Proſtheſi ad Joh. Trithemii Catal. Vir. Illuſtr. German.* (21.) *loco num. 8. citato.* (22.) in der Holſteiniſchen Adel-*Chronica, Lib. I. p. 76. 77.* (23.) *l. c.* (24.) *in Chron., ad A. 1032.* (25.) *L. 4. Metrop. c. 16.* (26.) *Lib. I. de Officio & Dignit. Cancellarii, c. 6.* (27.) *in Tr. de S. Rom. Imp. Archi-Cancellariis, Lib. II., p. 236.* (28.) Leguntur in eo *p. 6.*, & a Joh. Conr. Dieterico, *in Breviario Pontificum p. 205.*, ac Wilh. Ern. Tenzelio, *in Dialogis Menſtruis Vernaculis, M. Jan. A. 1692., p. 59., & M. Mart. A. 1694., p. 229.*, allegantur & approbantur.

filii ejus, eandem hæreditatem ſortirentur (*). Qvanqvam & illi cum reliqvis forte poſſent conciliari, ſi, qvod Dn. Tenzelius conjicit, ſed nullis adhuc confirmare potuit documentis, loca iſta tractus Halberſtadienſis, *Morsleve* & *Hornborch*, Meiendorfios habuiſſe Dynaſtas, eſſet demonſtratum. Familia autem hæc Meinſtorfia, Caroli jam Magni temporibus florentiſſima, pleriſqve aliis, non Holſatiæ ſolum (e qva ortum eam traxiſſe, pagi duo Wagriæ vetuſti, nomine Meinſtorf inſignes, aliusqve in vicinia civitatis Hamburgenſis Meiendorf appellatus (29.), arguunt), ſed & reliqvæ Germaniæ, palmam vetuſtatis reddit dubiam. Ipſa Inſignia, qvæ triplicem tantum (uti Ranzoviana duplicem) diverſi coloris aream, cum ſuperimpoſitis galeæ plumis coloris atri ſeptenis, totidemqve flammulis nigricantibus, oſtentant (30.), ſimplicitate ſua antiqvitatem hanc liqvido teſtantur. Qvod enim de Ranzovianis, in pari cauſa, judicium, metris incluſum, tulit Henr. Ranzovius, Prorex Cherſoneſi noſtræ inclytus, huc etiam qvadrat:

Forma qvid hæc ſimplex? ſimplex fuit ipſa Vetuſtas:
Simplicitas formæ ſtemmata priſca notat.

Oriundos e Gente hac Meinſtorfia fuiſſe Udonem I., Eridagum, Ludolfum, Udonem II., Comites Holſatiæ antiqviſſimos, Albioni, Witekindi, Saxonum Regis, patrueli, in gubernatione illius, a Carolo M., & hujus poſteris, ad finem usqve ſeculi IX., ſubrogatos, Eridagum item, Adalgarium, & Adaldagum, Hamburgenſis Eccleſiæ Præſules, Albertum, Archiepiſc. Rigenſem, & Adelvardum, Epiſc. Verdenſem, eximia ſacri ordinis Sec. IX. X. & XIII. lumina, Hiſtorici non ignobiles, Andr. Angelus (31.), & Hier. Henningius (32.), Henr. Ranzovii autoritatem ſecuti, nec non Caſp. Danckwerthius (33.), iſtorum premens veſtigia, tradiderunt. Qvi utinam narrationibus ſuis ſcriptorum aut monumentorum veterum, qvorum fide Ranzovius, cui ad omnia patriæ tabularia & archiva patuit aditus, Meinſtorfiis hos pariter atqve Svidgerum noſtrum annumeravit, mentionem adjeciſſent! Ita enim & nobis certiora liceret tradere, & exteris omnis hactenus relata in dubium vocandi anſa eriperetur. Ineunte ſeculo XI., niſi fallor, pleriqve Meinſtorfiorum noſtratium, ob Venedorum continuas in Cimbriam excurſiones, & immanem contra Chriſtianos ſævitiam, Cherſoneſum patriam reliqverunt, &, Ranzoviorum exemplo, in vicinas Imperii Germanici provincias, Marchiam Brandeburgicam, Archiepiſcopatum Magdeburgenſem, & Ducatum Brunſvicenſem, commigrarunt. Qvi enim in iſtis deinceps, per ſecula qvinqve, & qvod excurrit, floruere, Meiendorfios, a noſtratibus Meinſtorfiis eſſe ortos, cum ſimilitudo nominis atqve inſignium (qvæ Meinſtorfii in tres, Meiendorfii autem in qvatuor areolas diſcolores, diſtingvunt (34.)), tum ipſorummet confeſſio, & Hiſtorici harum regionum indigenæ, Andr. Angelus ac Hier. Henningius (35.), abunde evincunt. Qvi, licet maturius, Seculo ſc. X., circa A. C. 913., transmigrationem hanc, ob Danorum & Hungarorum incurſiones, factam eſſe ſtatuant, imo inveniri etiam teſtentur (36.), qvi, e *Speculo Juris Saxonici* & *Jure Weichbildico* (*Art. 10. 12. 13.*), Meiendorfios, jam a Caroli M. temporibus, Judices in Marchia & Tractu Magdeburgico Cæſareos fuiſſe, colligant, argumentis tamen idoneis conjecturas haſce non ſuffulciunt. Primus certe ex Meiendorfiis, in Henningii tabula familiæ utriusqve genealogica obviis, qvem Marchici ac Magdeburgenſes aliqva veri ſpecie vindicare ſibi poſſunt, eſt Fridericus, Canonicus circa A. 1200. Magdeburgenſis, qvi circa Sec. XII. & XIII. floruit confinia. Pari incertitudine laborat illorum ſententia, qvi, Angelo & Henningio teſtibus, leve iſtud Inſignium Meinſtorfianorum atqve Meiendorfianorum diſcrimen a Svidgero, ſive Clemente II., qvem celebramus, ortum traxiſſe, arbitrantur. Remanſere tamen, cæteris digreſſis, Meinſtorfii complures in utroqve Cimbricæ Cherſoneſi Ducatu, & ſobolem ſuam, ſerie continua, ad A. usqve 1664., propagarunt. Hoc enim Chriſtoph. Meinſtorfius, Henningi filius, Nicolai, Strandiæ Præfecti, nepos, Toparcha prædii in eadem Strandenſi inſula Seegardenſis, qvi, poſt Nicolai fratris (Danubio, cum Vindobonam abiret, ſubmerſi) obitum, ſolus ex linea hac Holſatica ſupererat, d. 5. Oct. ἄπαις expiravit. Mortem ejus Ad. Olearius, Ducum Holſato-Gottorpienſium bibliothecæ Præfectus, peculiari luxit ſcripto vernaculo, familiæ ſimul Meinſtorfianæ explicante hiſtoriam (37.). Qvod ſchediaſma, olim mihi lectum, ſi cum Marci Wagneri, viri Hiſtoriæ Germanicæ peritiſſimi, de Gente Meiendorfia (in Andrea, circa A. 1667., triennio poſt Meinſtorfiam Holſatiæ, teſte Frid. Geſenio (38.), itidem extincta) libello germanico, Magdeburgi A. 1581. (39.) excuſo, ſed nunqvam mihi viſo, hæc ſcribenti, ad manum fuiſſet, & cum ſchemate Hier. Henningii genealogico (40.), ac Andr. Angeli Caſpariſqve Danckwerthii narrationibus (41.), potuiſſet conferri, longe forte accuratius de utraqve licuiſſet commentari. Prælibanda enim de iis hoc loco aliqva fuerunt, cum, ex harum alterutra Clementem prodiiſſe, recentiores pleriqve, traditioni πατροπαραδότῳ creduli, conſentiant, nec Henr. Woltherum, qvi (42.) de *Epiſcopatu Babebergenſi* (cui Noſter aliqvamdiu præfuit) *veniſſe*, aut Henr. Pantaleonem, Poliatrum Baſileenſem, qvi (43.), in civitate Bambergenſi natum eſſe, manifeſto errore perhibet, morentur. Utra vero e duabus hiſce ſtirpis ejusdem familiis, Holſaticane Meienſtorfiorum, an vero Meiendorfia, per Marchiam Brandeburgicam, Ducatusqve Brunſvicenſem, Magdeburgicum & Halberſtadienſem, olim diffuſa, Pontificem hunc protulerit, cum priori eum hactenus Hiſtorici noſtrates pariter atqve exteri complures, per ſeculum integrum, & qvod excurrit, nemine contradicente, aſſeruiſſent, ante ſex aut ſeptem demum luſtra, poſt utramqve jam extinctam, cœptum eſt diſceptari. Hermannus Contractus, ſcriptor noſtro coævus, &, qvi iſtum e Recentioribus ſunt ſecuti, C. Bruſchius, Ferd. Ughellus (44.), Bernh. a Mallin-

(*) Hoc Fragmentum ipſe poſtea qvoqve Leibnitius A. 1707., *in Syntagmate Scriptorum Rerum Brunſvicenſium, T. I.* Hannoveræ *in fol.* edito *p. 577.*, exhibuit, & aſtruere ex illo in Introduct. Operis *p. 24.* eſt conatus, Clementem gente non fuiſſe Holſatum, ſed ex Dynaſtis Hornburgenſibus, qvi olim in ditione Halberſtadienſi, in Brunſvicenſium finibus floruere, genus duxiſſe. Iisdem credulus annalibus vetuſtis Joh. Mich. Heineccius, Eccleſiarum Goslarienſis & Halenſis Antiſtes, *Libro Antiqvitatum Goslarienſium*, A. 1707. a ſe editarum, primo, p. 40. 41., Marslebiorum familiæ, olim in Tractu Qvedlinburgenſi celeberrimæ, mea pariter atqve Tenzeliana (qvam probabiliorem tamen eſſe putat) de Natalibus illius ſententia rejecta, Clementem vindicare eſt aggreſſus. Halberſtadienſi diœceſi Clementem qvoqve vindicare eſt conatus D. Joh. Andr. Schmidius in Diſſ. de Triumviris Halberſtadienſibus, Clemente II., Joh. Semeca & Conrado de Halberſtadt, Helmſtadii A. 1715. *in 4.* edita, Reſpondente Autore Chriſtoph. Frid. Erhardo, Mariævallenſi. In illa, pro Tenzelii & Leibnitii ſententia, iisdem, qvibus illi uſi ſunt, argumentis, contra meam, modeſte tamen, *Sect. I.*, *p. 5-24.*, diſputatur, ſed nihil novi affertur, & *p. 8.* ad Joh. Georg. Leuckfeldii, velut iis ὁμοψήφῳ, *Antiqvitates Halberſtadienſes* (*ad A. 1046.*, *p. 420. ac ſeqq.*) provocatur. (29.) V. C. Danckwerthii *P. II. Chorograph. Cimbr.*, *c. 12.*, *p. 146.* (30.) V. Andr. Angelii Lib. I. der Holſteiniſchen Adel-Chronica *p. 71.*, Hier. Henningii *Genealogias Familiarum Saxoniæ, qvæ Epiſcopos protulere, nobilium p. 61.*, C. Danckwerthium *l. c. p. 146.*, & Tenzelii *Dial. Menſtr.*, *M. Mart. A. 1694.*, *p. 227.* (31.) *l. c. p. 70. & ſeqq.* (32.) *l. c. fol. 6. 7. 8. 9.* (33.) *P. II. Chorogr. Cimbr.*, *c. 12.*, *p. 146.*, *P. III.*, *c. 2.*, *p. 173. 174. & c. 12. p. 251.* (34.) V. Angelum *l. c. p. 71.*, Henningium *l. c. p. 61.*, Danckwerthium *l. c. p. 146.*, & Tenz. *l. c. p. 227.* (35.) *ll. cc.* (36.) V. Henningium *l. c. fol. 7.* (37.) Prodiit iſtud Slesvigæ A. 1665. in fol., ſub tit.: Traur Gedächtniß und Denckzeichen Herrn Chriſtophori von Meinſtorf, Erb-Herrn auf Seegard, ſo der letzte und Beſchlieſſer des alten fürnehmen Meinſtorffiſchen Stammes geweſen. (38.) *in Dial. Germ. de Electione Clementis X.*, *Pont. Rom.*, A. 1670. edito, apud Tenz. in *Dial. Menſtr.*, *M. Jan. A. 1692.*, *p. 58. 59.* (39.) in 4., ſub tit. Kurtzer Außzug von dem alten Stamm und Geſchlecht derer von Meiendorf. V. Mich. Hertzii *P. IV. Biblioth. Germ.*, *lit. Q. 3. a.* (40.) *l. c. fol. 7. 8. 9.* (41.) V. Genealogiam Meinſtorfiorum Holſatiæ veterum apud Andr. Angelum, *l. c. p. 80.*, & apud Danckwerthium, *P. III.*, *p. 173. 174.* (42.) *in Chronico Archiepp. Brem.* (*T. II. Rer. Germ. Meibom. Jun.*) *p. 33.* (43.) *in Chronographia Eccleſiaſtica*, Baſileæ A. 1568. *in fol.* edita, *p. 84.* (44.) *T. I. Italiæ Sacræ p. 32. 33.*

crot (45.), Joh. Conr. Dietericus (46.), ipſeqve Epitaphii Bambergenſis autor, dum Saxonem eum appellant, utriqve parti æqve favent, cum Saxoniæ nomen generalius ſit, & freqventisſime apud veteres Holſatiæ tribuatur, veræ antiqviſſimorum Saxonum patriæ, & ab his ipſum etiam nomen ſuum adeptæ. Qvi primus eum Marchiæ ſuæ, hujusqve Genti Meiendorfiæ, *in Iconibus ac Elogiis Virorum Marchiæ Brandeburgicæ Præſtantium*, A. 1671. editis, vindicare audacter eſt aggreſſus, Mart. Frid. Seidelius, Conſiliarius Brandeburgicus, nullis opinionem hanc muſteam argumentis, nullis ſcriptorum, vel veterum, vel recentiorum, teſtimoniis, aſtruit, ſola hæc verba, uti vir Cl. Henn. Wittenius me edocuit, Clementis iconi ſubjeciſſe contentus:

SVIDIGERUS a MEIENDORF, NOBILIS MARCHICUS, EPISC. BAMBERGENSIS ET CANCELLARIUS CÆSARIS, TANDEM PAPA ROMANUS, CLEMENS II. DICTUS. OBIIT A. C. MXLVII.

Qvi promachum hunc ſecuti ſunt, & in Virorum Marchiæ illuſtrium numerum itidem eum retulerunt, (*) Polyhiſtores duo eximii, Joh. Chriſtoph. Becmannus, Academiæ ad Viadrum Francofurtanæ Theologus (47.), & Joh. Schilterus, JCtus e Cancellario Saxo-Jenenſi Argentinenſis (48.), ad ſolam Seidelii provocant autoritatem, nihilqve pariter, qvo ſententiam ſibi cum eo communem tueantur, documentorum in medium afferunt. Nec ſane video, qvid, ad veri ſaltem ſpeciem aliqvam ei conciliandam, poſſit afferri, ſolo hoc excepto, qvod Familia Meiendorfiana, a ſeculis jam compluribus, fortunis ſuis ſedem in Marchia elegerit. Cum autem conſtet, fatente Henningio (49.) gentem hanc Holſaticæ eſſe originis, Marchiciqve, uti paulo ante monitum, neminem ex ea ortum, qvi ante Sec. XI. vel XII., in terris ſuis, aut vicinia, vixerit, qveant allegare, in Cimbria autem Meinſtorfios, ab ævo Carolino, ad Clementis usqve ætatem, continua propemodum ſerie, dignitatibus ſupremis, & ſacris & profanis, eſſe functos, Hiſtorici etiam ipſorum Indigenæ teſtentur, argumentum hoc imbelle ſponte ſua corruere, nemo non agnoſcit. Imo, ſi vel oſtendi poſſet, Meiendorfios, ante ſeculum XI., in Marchiam, aut ejus viciniam, immigraſſe, nemo tamen ire poterit inficias, longe eſſe probabilius, ex Holſatica, qvam ex Marchica gentis Meinſtorfiæ linea, prodiiſſe Clementem, cui vitæ ejus, in Holſatia magnam partem tranſactæ, hiſtoria innotuit. Primæ certe functioni ſacræ in Eccleſia Holſatiæ Metropolitana, ſive Hamburgenſi, eſt admotus. Slavis, ad qvos Hamburgo ea tempeſtate præcones Evangelii mitti ſolebant, doctrinam fertur annunciaſſe Chriſtianam. Ab Adalberto deniqve, Archiepiſcopo Hamburgenſi, incrementorum Eccleſiæ ſuæ cupidiſſimo, ad ſummum Pontificatus faſtigium ſua commendatione eſt evectus, ſpe haud dubie iſta (neutiqvam irrita) ducto, indulgentiorem erga Eccleſiam ſuam præ aliis fore Clementem, qvi ex ſinu ejus & Dioeceſi prodiiſſet. Qvod ſi Hiſtoricorum hic recentiorum, ſilentibus antiqvis, in ſubſidium advocare licet autoritates, Marchicis, præter ſcriptores noſtrates, Henr. Ranzovium, monumenta haud dubie ſecutum vetuſtiora, Jonam Elverſeldium (50.), Caſp. Dancwerthium & Ad. Olearium (51.), Germanos item complures, & hos inter Hier. Henningium, Genealogorum gentis ſuæ facile principem (52.), & Henr. Anſh. Zieglerum (53.), ad Chronicon vetus Holſaticum provocantem, teſtem opponimus domeſticum, eundemqve Hiſtoricorum patriæ ſuæ primicerium, Andr. ſcil. Angelum, Strausberga Marchicum, Eccleſiæ patriæ præpoſitum. Is certe, in *Chronico Nobilitatis Holſaticæ vernaculo* (54.), Clementem Nobilibus Holſatis, ad ſummas evectis dignitates eccleſiaſticas, diſertis verbis accenſet, non facturus utiqve, ſi Marchiæ, patriæ ſuæ, ulla veri ſpecie vindicari eum poſſe exiſtimaſſet. Argumenta hæc pro Natalibus Clementis e Gente Meinſtorfia Holſaticis, *Parte I. Iſagoges* meæ *ad Hiſt. Cimbricam* A. 1691. propoſita (55.), uti ἔνδοξα tantum ſunt, neutiqvam vero ἀποδεικτικὰ, aut viris eruditis, nihil de ortu illus certi, ob veterum ſilentium, definiri poſſe perſvaſis, ſatisfactura, ita Marchicos, Seidelium, Becmannum, eorumqve συμμάχους, traditioni de Clemente e Meinſtorfiorum genere oriundo vulgatæ credulis, κατ' ἄνθρωπον iis oppoſita, ad ſilentium ferme redigunt. Robur certe illorum infringere fruſtra conatus eſt, qvi cauſam Marchicorum, ſive Halberſtadienſium, potius Meiendorfiorum, adverſus locum *Iſagoges* meæ jam allegatum, tuendam A. 1692., in Dialogis Menſtruis anni iſtius vernaculis (56.), ſuſcepit, vir celeberrimus, Wilh. Ern. Tenzelius, uti ex iis, qvæ, in *partium Iſagoges tertiæ ac qvartæ* Prolegomenis, eodem A. 1692., ipſi a me ſunt repoſita, apparet. Qvibus licet ille A. 1694. (57.) exceptiones ſuas, cum novis aliqvot argumentis, oppoſuerit, & iſtis tamen in antapologia mea, qvam *Homonymoſcopia Hiſtorico-Philologica* (58.) A. 1697. exhibuit, ſatisfactum eſt, & antagoniſta tandem eruditisſimus A. 1698. (59.), Diſceptationem hanc amicam (*.) interrumpens, ingenue confeſſus, nihil certi, in controverſia iſta, anteqvam pars alterutra monumentis ſua aſtruere qveat ævi antiqvioris idoneis, fruſtra hactenus veſtigatis, utrinqve poſſe definiri. Id qvod ipſemet qvoqve agnoſco, plus ſemel publice profeſſus, argumenta, qvibus pro Henr. Ranzovii, primi Natalium Clementis Cimbricorum patroni, ſententia, ex Meiendorfiorum Genealogia, vitæqve Clementis hiſtoria, collegi, probabilia tantum eſſe, & adverſus ſolos Marchicos, traditionem vulgatam veriſimilem eſſe perſvaſos, κατ' ἄνθρωπον militare, ἀποδεικτικὰ autem, Clementem ἀναντιῤῥήτως vel Cimbriæ, vel Marchiæ, viciniſve Saxoniæ inferioris tractibus, aſſerentia, nec a me, documentorum Ranzovii (qvorum is, ſola rei geſtæ narratione more ſuo contentus, nullum nobis reliqvit indicium) ignaro, nec ab antagoniſtis, in tanta hiſtoriæ iſtius ævi genealogicæ caligine, poſſe expectari. Allegavit Tenzelius, ut Clementem Meiendorfiis Marchiæ tractusqve Halberſtadienſis vindicaret, præter Frid. Geſenium (60.), pro his militantem (cui tamen, cum Marchicus ſit, ac teſtis proinde domeſticus, imo & recentior, ac vulgariter tantum in Hiſtoriis verſatus, nec ipſe multum tribuit), loca præſertim ſcriptoris *Chronici Ducum Brunſvicenſium*, qvod J. Joach. Maderus primus edidit, anonymi, & autoris Annalium a Pipino ad Lotharium ἀνεκδότων, itidem incerti, teſtium haud ſatis inter ſe concordium, jam ſupra a nobis recitata, in qvibus Noſter e Familia Dynaſtarum Morsleviæ & Hornburgi, in Tractu Halberſtadienſi, Saxonicorum oriundus fuiſſe perhibetur. At prioris ſcriptoris, qvi circa A. demum Æræ Chriſtianæ 1280. vixit, & periocha iſta, una cum poſterioris, qvam ſecutus videtur, narratione, Meiendorfiis, qvorum nulla fit mentio, niſi, Morsleviæ & Hornburgi hos fuiſſe poſſeſſores, documentis probetur idoneis, hactenus incaſſum qvæſitis, haudqvaqvam patrocinatur, & autoritas, ob relationem de Canonicatu Clementis Halberſtadienſi, nulli veterum memorato, ſuſpectam, ac errorem manifeſtum, qvo eundem Epiſcopatui (qvem anno demum 1042. obtinuit) Bambergenſi ab hujus fundatore, Henrico II. Imperatore (A. 1024. jam mortuo), admotum eſſe fabulatur, chronologico-hiſtoricum, in controverſia hac merito a me

in

(45.) *in Tr. de S. R. I. Archi-Cancellariis p. 58.* (46.) *in Breviario Pontificum p. 205.* (*) Marchiæ Clementem ſe, cum Tenzelio & Wagnero, vindicaturum eſſe *Diſſ. IV. de Claris Marchicis*, A. 1707., in Ep. ad Seb. Kortholtum, promiſit Georg. Pet. Schultzius, Francofurto ad Viadrum Marchicus, Med. D. (47.) *in Notitia Dignitatum, Diſſert. 13., c. 3., p. 367. Editionis A. 1677 Jenenſis.* (48.) *in Opere de Libertate Eccleſiarum Germanicarum, Lib. 3., cap. 11., §. 15-18., pag 450-453.* (49.) *l. c. p. 61.* (50.) *in Tr. de Statu & Ordd. Holſatiæ, p. 330. Syllogei Scriptorum de Regno Daniæ Stephanianæ*, & in Epigrammate infra recitando. (51.) *ll. cc.* (52.) *l. c. p. 6. 7.* (53.) im täglichen Schauplatze der Zeit, *ad d. 9. Oct., p. 1213. 1214.* (54.) *Lib. I. p. 25. 71. 75.* (55.) *cap. 14., §. 4. 5., p 212-218.* (56.) *M. Jan. A. 1692., p. 57-61.* (57.) *M. Mart. A. 1694., p. 209-234.* (58.) *P. II., Cap V., §. 15., p. 431-441.* (59.) *M. Oct. A. 1698., p. 929. 930.* (*) A. 1704. Tenzelius eam renovavit in *Bibliotheca Curioſa*, Germanice edita, *Sect. IX., p. 905-911.*, & novum pro Halberſtadienſibus Anonymi *Annalium a Pipini Imperio, ad Lotharii Imp mortem*, ἀνεκδότων teſtimonium mihi oppoſuit, ſupra jam recitatum. Litem adhuc ſub judice eſſe recte cenſet J. F. Buddæus T. I. Lex. Hiſt. p. 671. (60.) *in Dial. Germanico de Clementis X., Pont. Rom., Electione*, A. 1670. edito.

in dubium eſt vocata. Impoſitum ambobus forte vel a rumore incerto, vel a monachis ævi iſtius impudentioribus, qvibus fabulæ ejusmodi, falſam viris illuſtribus, in gratiam gentis ſuæ, affingentes patriam, debentur qvamplurimæ, & narratione qvidem hac, ἀσυστάτῳ ac male cohærente, ſpecioſiores. Objicitur porro Meinſtorfiorum patronis a Tenzelio moderna, qvam inferius paulo recitabimus, Epitaphii Bambergenſis inſcriptio, e Dan. Papebrochii, Jeſuitæ doctiſſimi, *ad Acta Sanctorum menſis Maji Propylæo*, ſive *Conatu ad Catalogum Pontificum Chronico-Hiſtorico* (61.), deprompta. Sed nec illa, SVIDERUM a MAYENDORF noſtrum appellans, qvicqvam fidei meretur, cum ipſemet Papebrochius, in verbis a Tenzelio allegatis, *e literarum Romanarum forma, Clementis ævo, non ſolum apud Germanos, ſed etiam apud Romanos, exoleta, nec multo plus qvam ab annis centum reſtitui paulatim cœpta*, vocum aliqvot (*Sviderí* & *Bambergenſis*) novitate, zifris numeralibus Arabicis, ipſaqve Bambergenſium confeſſione, eam, una cum lapide, cui inſculpta eſt, recentiorem eſſe, & medio demum ſeculo XVII. concinnatam, abunde demonſtraverit. Nec immerito idem, nimiæ licet timiditatis a Tenzelio inſimulatus, familiæ, qvod iſta nobis obtrudit, ac vir doctiſſimus e monumentis certis atqve vetuſtis depromptum eſſe fruſtra ſibi perſvadet, nomini Mayendorfiano fidem adhibere noluit, qvod, ævo Clementino, Germanis vix dum ullus cognominum uſus in ſcripturis fuerit publicis, & ex traditione proinde incerta deſumptum illud eſſe conjectavit. Mihi certe, uti alibi jam fuſius monui (62.), autor inſcriptionis hujus, & errorem ſuum de Clemente Romæ extincto, & cognomen Mayendorfianum, ex opere Hier. Henningii mutuatus eſſe videtur genealogico, ſed, in locum familiæ, e qva is Clementem nobiscum derivat, Meinſtorfiorum Holſaticæ, Meiendorfiam, Germanis ſuperioribus notiorem, & in eadem cum iſta tabula ab Henningio propoſitam, facili nominum adeo affinium confuſione, ſubſtituiſſe. Andreæ tandem Angeli, noſtræ ſententiæ verbis diſertis patrocinati (63.), ἁμαρτήματα μνημονικὰ, in confundendis alibi (64.), dum de Clemente ejusqve majoribus loqvitur, ejusdem paronomaſiæ vitio, Meinſtorfiorum ac Meiendorfiorum cognominibus, horumqve inſignibus qvadripartitis, a tripartitis illorum parum diverſis, paulo poſt (65.) per incuriam Clementis iconi, e Joh. Bapt. de Cavalleriis *Imaginibus Pontificum* deſumptæ, ornatus ergo, adjiciendis, commiſſa, hominem eum fuiſſe oſtendunt, & ſui nonnunqvam immemorem. In præjudicium vero noſtratium ea non poſſunt allegari, multo autem minus ex inſignibus iſtis, in editione Iconum harum Cavalleriana haud obviis, Clementis proprium de Natalibus ſuis Meiendorfianis ſuffragium, aliqva veri ſpecie, exſculpi. Sed miſſis tandem aliqvando iis, qvæ ad intricatam de genere Clementis ſpectant controverſiam, & in ſchediaſmatis Tenzelii meisqve ἀμοιβαίοις, ſupra jam allegatis, fuſius in utramqve partem diſceptata poſſunt relegi, ad ipſam Vitæ ejus Hiſtorian progrediar.

Svidgerus igitur Meinſtorfius, cum animum ad ſacrum vitæ genus (in qvo majores ejus, Eridagus, Adalgarius, Adelvardus & Adeldagus, meritis in eccleſias Cimbricam, Saxonicas & Boreales, jam inclaruerant) appuliſſet, & curriculum ſtudiorum, in Baſilica Goslarienſi (ſi fides anonymo *Chronici cœnobii Montis Francorum Goslarienſis* autori (66.) habenda) inchoatum, more ſeculi iſtius, abſolviſſet, ad dignitates paulatim adſpirare cœpit eccleſiaſticas. Slavis tamen, anteqvam ad has eveheretur, Chriſtianæ pietatis dogmata, ut dignum ſe iſtis oſtenderet, inculcaſſe, Henningio, famam ſecuto, teſte (67.), perhibetur. Circa A. 1032. Diaconus fuit Hermanni, Archiepiſcopi Hamburgenſis ac Bremenſis, Collegisqve in munere iſto gaviſus eſt viris nobilitate & generis, & morum, inſignibus, Theodorico ac Adalberto, qvi Bezelino poſtea in Archiepiſcopatu ſucceſſit (68.). Monachi Hamersleb., Hier. Emſeri, Joh. Letzneri, & aliorum, traditionem de illo Goslarienſis Eccleſiæ functo Præpoſitura ipſe Joh. Mich. Heineccius (*Lib. I. Antiqq. Goslar., ad A. 1040., p. 40. 41. 42.*) exploſit. Canonicum etiam Halberſtadienſem ædis D. Stephani eum aliqvando extitiſſe, cum ſcriptores alii omnes de hac dignitate ſileant, ut ſolis anonymis duobus, qvorum verba ſupra recitavimus, autoribus, fidei haud ſatis exploratæ Hiſtoricis, cum Joh. Conr. Dieterico (69.), accredam, anteqvam ex aliis monumentis vetuſtis narrationi huic major accedat autoritas, vix poſſum adduci, licet, Hermanni, Archiepiſcopi ſui, Præpoſitura olim Halberſtadienſi functi, ope, Canonicatum impetrari ab ipſo potuiſſe, Tenzelio, ingenioſe ita conjicienti (70.), lubens largiar. Certum eſt autem, Henrici III. ſive Nigri, Imperatoris, eum fuiſſe Cancellarium, ac poſtea ſecundum etiam Eccleſiæ in Franconia Bambergenſis Epiſcopum, Everhardo in cathedra iſta ſubrogatum (71.). Video qvidem C. Bruſchium, Andr. Angelum (72.), Jon. Elverfeldium, Hier. Henningium (73.), & Bernhardum a Mallincrot, Decanum Monaſterienſem (74.), Henrico II. Imperatori, qvem Claudum & Sanctum cognominarunt, Svidgerum, tanqvam Cancellarium, addicere, & tanta qvidem Mallincrotium confidentia, ut Herm. Kirchnerum (75.), meliorem, cum J. Conr. Dieterico (76.), amplexum ſententiam, & pro Henrico III. militantem, erroris arguere non dubitet. Sed, ſi accuratius temporum excutiantur rationes, liqvido conſtabit, ipſummet in iſto, cujus Kirchnerum perperam inſimulat, errore verſari. Cum enim Adamus, Alb. Stadenſis, Woltherus & Krantzius, Svidgerum, in Eccleſia Hamburgo-Bremenſi, Hermanni, qvi Unwano Anno demum 1029. in cathedra iſtius Archiepiſcopali ſucceſſit, fuiſſe teſtentur Diaconum, nemini oculato Mallincrotius perſvadebit, Henrici eum Secundi, qvem A. 1024. obiiſſe Hiſtorici conſentiunt, extitiſſe Cancellarium, ac, poſt mortem illius, ab eqvis ad aſinos transgreſſum, Diaconum evaſiſſe Hamburgenſem. Henrico proinde Tertio Noſter, ſplendido fungens Cancellarii officio, inſerviit, anno demum 1039. imperium auſpicato, Eccleſiæqve Bambergenſi, non A. 1040., uti nonnulli tradiderunt, ſed, uti Chronographus Saxo innuit, vel A. 1041. exeunte, vel ſub ſeqventis 1042. (pro qvo Caſp. Bruſchius *T. I. Epit. de Epiſcc. Germ. c. 15., f. 237.*, militat) initium, ab eodem præfectus eſt Epiſcopus, neutiqvam autem ab Henrico II., qvem Chronographus iſte, ab illuſtri Leibnitio editus (77.), & compilator *Chronici Ducum Brunſvicenſium* Maderianus, ſæpe jam allegatus, hic denuo nobis obtrudunt. Hujus verba ſupra jam recitavimus, qvibus Chronographi nunc jungimus ſeqventia: *A. 1041. Henricus II. Rex Natalem Domini Mumigardevorde* (i. e. Monaſterii Weſtphalorum) *feſtive peregit. Ibi Dominus Svittergerus, Bavenburgenſis Præſul, Pontificalem promotionem a venerabili Bardone, Archiepiſcopo Moguntino, glorioſe percepit.* Parachroniſmum hic trium vel qvatuor luſtrorum erroneum nemo non, paulo ante de Henrici II. anno emortuali dictorum memor, vel primo facile obſervat intuitu. Conjecturam, qva celeb. Tenzelius (78.) ἀνιστορησίαν hanc, duorumqve Imperatorum cognominum confuſionem, in *Chronici Ducum Brunſvicenſium* compilatore, cliente ſuo, & Mallincrotio, excuſare nititur, ingenioſam eſſe non diffiteor. Obſervandum enim monet, Henricum I.

(61.) *p. 186. 187.* (62.) *in Homonymoſc., Sect. II., c. 5., §. 15., p. 440.* (63.) *Lib. I. Chronici Nobilit. Holſaticæ p. 25. & 71.* (64.) *l. c. p. 75.* (65.) *p. 70.* (66.) *p. 3., in Append. Tomi I. Acceſſionum Hiſtoricarum*, a G. G. Leibnitio A. 1697. editi. Conf. Anonymi *Fragmentum de Cathedrali Goslarienſium Eccleſia*, in J. J. Maderi *Antiqq. Brunſv. p. 146.* (67.) *in Geneall. cit. p. 7.* (68.) V. M. Adami *Hiſt. Eccl. Lib. 2. c. 50.*, Anon. *Hiſt. Archiepp. Brem., c. 16., p. 77.*, Alberti Stadenſis *Chron., ad A. 1032.*, Alb. Krantzii *Metrop. L. 4. c. 10.*, & *Saxoniam, L. 4. c. 39.*, ac Henr. Woltheri *Chron. Archiepp. Brem.* (*T. II. Rer. Germ. Meibom.*) *p. 33.* (69.) *in Breviario Pontif. p. 205.* (70.) *in Dial. Menſtr. Germ., M. Mart. A. 1694., p. 233.* (71.) V. Andr. Angelum *l. c. p. 75. & ſeqq.*, Baronium *T. XI Annal., ad A. 1046., n. 12., p. 162.*, & cæteros pleroſqve de Noſtro ſcriptores. (72.) *l. c.* (73.) *l. c. p. 6. 7.* (74.) *in Tr. de S. Rom. Imp. Archi-Cancellariis p. 58.* (75.) *L. 2. de Officio Cancellarii c. 1.* (76.) *l. c.* (77.) *ad A. 1041., p. 248., T. I. Acceſſionum Hiſtoricarum Leibnitii.* (78.) *in Dial. Menſtr., M. Mart. A. 1694., p. 233. 235., & in Biblioth. Curioſa, Sect. IX. A. 1704., p. 505.*

ricum I., ſive Aucupem, numero Imperatorum a Pontificibus Romanis, Italisqve illorum adulatoribus, ob neglectum coronationis Romanæ, excludi, hoc autem excluſo Henricum III. recte Secundum appellari, & Anonymum ſuum, cum Mallincrotio, Italos forte iſtos catalogi Auguſtorum caſtratores incaute ſecutum eſſe ſuſpicatur. Eſto! tueatur cæteros excuſatio hæc erroris, in Hiſtorico licet Germano vix tolerabilis, ſpecioſa! Chronici tamen Brunſvicenſis compilatori, clienti Tenzeliano, neutiqvam patrocinabitur. Non enim circa ſolos is impingit numeros, ſed Bambergenſis Epiſcopatus fundatorem ait fuiſſe Henricum, a qvo idem Svidgero eſt commiſſus. Epiſcopatum autem iſtum ab Henrico II., ſive Sancto, A. C. 1006. eſſe erectum conſtat, nec proinde de Henrico III., ſive Nigro, cui Noſter dignitatem debuit Epiſcopalem, verba Anonymi, uti Tenzelio videbatur, qveunt explicari. Cum Bambergenſi Noſter Eccleſiæ per qvadriennium circiter præfuiſſet, in comitatu Henrici III. Imp. (non Ildi, qvem hic qvoqve Jac. Heerbrandus, Theol. Tubingenſis (79.), ſubſtituit), Eccleſiæ Romanæ morbis medicinam allaturi, Romam A. 1046. eſt profectus. Laborabat Eccleſia hæc, reliqvarum in Europa princeps, ſchiſmate graviſſimo, &, eodem tempore, a tribus Anti-Papis, qvi largitione, ſeditionibus & artibus magicis, ad dignitatem illam pervenerant, omnibusqve probris ac flagitiis eam polluebant, varias in partes miſere diſtrahebatur. Benedictus IX., qvi, nummorum & Necromantiæ ope, cathedram, poſt obitum Johannis XX., A. 1033. occupaverat, per tumultum A. 1045. a Sylveſtro III. deturbabatur, ſed mox, pulſo poſt 49. Pontificatus ſui dies Sylveſtro, eidem reſtituebatur. Novi autem periculi metu, cognato ſuo, Gregorio VI., dignitatem pontificiam ſimoniace vendidit, ob qvod factum cum & male audiret, & poenitentia illius non multo poſt duceretur, violenter eam ſibi denuo vindicavit. Ita tria hæc Monſtra (qvorum unum Lateranenſem, alterum Marianam, tertium Petrinam ædem occuparat) in ipſa urbe, de eccleſiæ gubernatione, magno cum piorum omnium ſcandalo, decertabant. Qvod qvoniam Pſevdopaparum iſtorum inſolentia ac impudentia indies augebatur, merito ſui Henricus cenſuit eſſe officii, ut autoritate Imperatoria mature illi iretur obviam, latronesqve hi eccleſiæ ſeptis ejicerentur. Italiam igitur armata manu, adſcitis in ſocietatem itineris multis Germaniæ Præſulibus, ingreſſus, Sutrii, prope urbem, Epiſcoporum coegit ſynodum, & tres hoſce Pontifices ſchiſmaticos, malisqve artibus intruſos (qvibus qvartum alii addunt), poteſtate ac dignitate ſua exuit. Benedictus poenæ fuga ſe ſubduxerat ſpontanea. Sylveſter ad Epiſcopatum juſſus eſt redire Sabinenſem, Gregorius autem in monaſterio Galliæ Cluniacenſi exulare, & cucullum iſtic induere (80.). An Gregorius hic, ceu a Baronio (81.), &, qvos Dictericus allegat, M. Ant. Sabellico (82.) ac Gabr. Bucelino (83.), nec non aliis, pro legitimo eum agnoſcentibus Pontifice, traditur, ſeipſum Pontificatu abdicaverit, cum ab Imperatore (in qvem, ob poteſtatem hanc uſurpatam, Baronius invehitur) non eſſet remotus, aliis diſqvirendum relinqvimus (84.). Sede hoc pacto vacante, de novo Pontifice cœptum eſt conſultari, dignitasqve iſta ab Imperatore, ac Patribus in ſynodo congregatis, Adalberto, Eccleſiæ Hamburgenſis Archiepiſcopo, oblata, qvi, Imperatorem in Italiam comitatus, magnæ apud hunc erat autoritatis. Is vero, licet ambitioſiſſimus, electioni huic noluit conſentire, ſed Svidgerum noſtrum, qvi præſens ibidem erat, in locum ſuum ſubſtituit, ſynodoqve univerſæ commendavit (85.). Nec fruſtranea fuit hæc commendatio. Patres enim, dotibus virtutibusqve ipſius cognitis, uno ore Romanæ illum Eccleſiæ Pontificem dari poſtularunt, reluctantem licet, & ſummam hanc dignitatem obnixe deprecantem (86.). O Virum ſingularis modeſtiæ, qvi perſvaderi vix potuit, ut honores eos, conſenſu Synodi totius unanimi ſibi, nihil tale cogitanti, oblatos, acciperet, qvos alii prece, pretio, largitionibus ſimoniacis, tumultibus ſeditioſis, & ope cacodæmonis ipſius magica, ambibant! Ex ultimo ſcilicet ſeptentrione advocandus erat, qvi corruptos clericorum Italiæ mores, & doctrina & exemplo ſuo, emendaret, collapſamqve ordinis eccleſiaſtici ſanctitatem inſtauraret. In anno electionis definiendo Hiſtorici diſcrepant. Tota hic via aberrant Jac. Heerbrandus, Theologus Tubingenſis (87.), & Amalricus Augerius, in Annum incidiſſe eam credentes 1050., qvi ab obitu Noſtri fuit tertius. Ad A. 1047. eam referunt Lambertus Schafnaburgenſis Chronographusqve Saxo, a Leibnitio editus, &, qvi horum premunt veſtigia, C. Bruſchius *l. c.*, Henr. Meibomius Sen. (88.), Bernh. Mallincrotius (89.) ac Joh. Chriſtoph. Becmannus (90.). Malo tamen ego ſeqvi autoritatem Hermanni Contracti, Comitis Veringenſis, noſtro coævi, Mariani item Scoti, Alberti Stadenſis, Sigeberti Gemblacenſis, Autoris annal. Hildes. Leibnitiani, Alberici, trium fontium Monachi (91.), Henr. Woltheri (92.), hosqve e recentioribus ſeqventium, Cæs. Baronii, Andr. Angeli, Ferd. Ughelli, Lud. Jacobi a S. Carolo, Gvilh. Cavii, aliorumqve plurium, qvi, anno præcedente 1046. factam eandem eſſe, perhibent. Cum Sutrii d. 21. Dec., uti traditur (93.), eſſet electus, qvatriduo poſt, ipſo Chriſti ſervatoris natali, in urbe Romana eſt inauguratus, Clementisqve Secundi nomine adſcito, paulo poſt Henricum Imperatorem, cum Agnete conjuge, ritu ſolenni coronavit (94.). Qvi ſanctitate, integritate ac gloria, Eccleſiæ fuiſſet præfuturus, ſi fata longiorem ei vitam indulſiſſent, ſatis oſtendunt Acta ipſius in Pontificatu, qvantumvis perbrevi, præclara ac laude digniſſima. Cum enim obſervaret, ſimoniam in Eccleſia Romana admodum invaluiſſe, omnesqve ad munera ſacra promotiones hujus fœdari ſordibus, in eam mox curam incubuit, ut zizanium hoc ex agro eradicaretur dominico, & Petrinum contra ſimoniacos anathema renovaretur, Italisqve in memoriam revocaretur. Hoc fine A. 1047. Synodum in urbe Romana, Cæſaris conſenſu accedente, convocavit, Decretisqve compluribus, a Petro Damiano, *in Epiſt.* ad Henricum, Archiepiſc. Ravennatem (95.), recenſitis, peſtem hanc jugulavit, atqve ex ovili ſuo exturbavit (96.), perpetuam hoc facto laudem & gloriam, vel ipſo Baronio judice, conſecutus. Reſtitutis hac ratione Deo & Eccleſiæ, qvæ ipſis debebantur, Cæſari etiam, ex ſervatoris præcepto, ſua reddere aggreſſus, neminem in poſterum Pontificem, ſine illius conſenſu, juſſit creari, Romanosqve juramento præſtito polliceri coegit, ſe Paparum electione poſthac velle abſtinere, nec unqvam ei eſſe interfuturos (97.). Qvid qvod urbem etiam Beneventanam, qvæ Cæſari, domino legitimo, pertinaciter obſeqvium negabat, Baronio teſte (98.), ſacro anathematis percuſſit fulmine. Nec ſilenda eſt gratitudo ejus erga Eccleſiam, in cujus ſinu natus

& edu-

(79.) *in Or. de VII. Clementibus, Pontificibus Romanis, lit. E. 2. a.* (80.) V. Bennonis Cardinalis *Vitam Gregorii VII.*, Alb. Krantzii Saxoniam *L. 4. c. 41.*, Georg Calixti *Tr. de Conjugio Cler. p. 380. 381.*, Sev. Binii *T. III. Concil.*, *P. II.*, *p. 188.*, J. Conr. Dieterici *Breviar. Pontificum p. 202-205.*, J. Chriſtoph. Wagenſeilii *Diſſ. de Pontificibus Germanis p. 21. 22.*, & autores antiqvos, ab his allegatos. (81.) *T. XI. Annal.*, *ad A. 1046.*, *n. 3. & 4.*, *p. 160. 161.* (82.) *9. Ennead 2.*, *col. 663.* (83.) *Lib 12. Menol. p. 807.* (84.) V. qvæ Calixtus Baronio oppoſuit *l. c. p. 381.* (85.) V. M. Adami Bremenſis *Hiſt. Eccl.*, *L. 3.*, *c. 8.*, *Scholiaqve Anonymi in locum eundem antiqva*, Alb. Krantzii *L. 4. Metrop. c. 32.*, & Baronium *l. c.*, *num. 5.*, *p. 161.* (86.) V. Herm. Contracti verba apud Calixtum *l. c.*, & Baronium *l. c.*, *n. 1. 2.*, *p. 160.* (87.) *in Or. de VII. Clementibus, Pontificibus Romanis, lit. E. 2. a.* (88.) *in Notis ad Gobelini Cosmodr.*, *Æt. 6.*, *c. 54.* (89.) *l. c. p. 58.* Idem tamen p. 137. præfert A. 1046. (90.) *in Notitia Dignitatum p. 367.* (91.) *in Chron.*, *ad A. 1046.*, *T. II. Acceſſionum Hiſtor. Leibnitii p. 78.* (92.) *in Chron. Archiepp. Brem.* (*T. II. Rer. Germ. Meibom.*), *p. 35.* (93.) V. Andr Angeli *Lib. I. der Holſtein. Adel-Chronica p. 75.* (94.) V. Alb. Stadenſem ad 1047., Herm Contractum, *Anon. Hiſt. Archiepp. Brem. c. 18. p. 79.*, Henr. Woltherum & Andr. Angelum *ll. cc.*, Baronium *T. XI.*, *p. 160*, & Ferd. Ughellum *T. I. Italiæ Sacræ p. 32. 33.* (95.) V. eam *T. III. Conciliorum p. 1094. Edit. Binianæ.* (96.) V. Baronium *T. XI*, *ad A. 1047.*, *n. 1.*, *p. 162.*, Mallincrotium *L. 2. de Archicancell. S. R. I. p. 137.*, J. Conr. Dietericum *l. c. p. 205. 206.*, & (qvod is allegat) *Chronicon Pontificum Theod. Petr:ji p. 66.* (97.) V. Krantzii *Sax. L. 4. c. 40.*, Jac. Wimphelingii *Addit. ad Joh. Trithemii Catal. Vir. Illuſtr. Germ.*, & Jac. Heerbrandi *Or. cit.*, *fol. E. 2.*, *E. 3.* (98.) *l. c.*, *ad A. 1047.*, *n. 3.*, *p. 162.*, *ex Leone Oſtienſi.*

& educatus erat, Hamburgenſem, hujusqve præſulem Adalbertum, ſuum olim in Diaconatu collegam. Precibus enim illius obſecutus, omnia, qvæ a ſuis in ſede Pontificia prædeceſſoribus Eccleſiæ huic Metropolitanæ conceſſa erant, privilegia, in ipſo Synodi Romanæ conſeſſu, lubens confirmavit (99.). Epiſcopatum, cui præfuerat, Bambergenſem, jugo ac jurisdictione Archiepiſcopatus Moguntini liberatum, liberum ſuiqve juris reddidit. V. Caſp. Bruſchii *T. I. Epitomes de Epiſcopatibus Germaniæ*, *c. 1.*, *fol. 1. b.* Viros etiam doctos ac religioſos ſingulari proſecutus eſt amore, inqve his Petrum Damiani, Cardinalem & Epiſcopum Oſtienſem, rara ſanctitate vitæqve auſteritate celebrem, cujus ad ipſum Epiſtolam Baronius *in annalibus Eccleſiaſticis* legendam exhibet (100.). Henricus interim III., Imperator, reditum in Germaniam A. 1047. meditans, cum intelligeret, ſe Romanos civis ipſorum, Gregorii VI., remotione, ac ſubrogatione hominis exteri, vehementer offendiſſe, ac inſidias proinde vitæ hujus ſtructum ab iis iri facile prævideret, Clementem ſecum ex Italia in Germaniam iterum abduxit (101.). Sed nec Germania Pontificem hunc optimum ab inſidiis hominum improborum liberare potuit. Cum enim IX. menſes, diesqve XIX., in Pontificatu exegiſſet, (102.), morte præmatura, & eccleſiæ perqvam luctuoſa, vivis ereptus, veneno, clam ipſi præbito, periit, qvod, ex ipſis Pontificiis, Pet. Cratepolius, &, qvi hunc allegat, Mallincrotius (103.), non potuerunt diffiteri. Majori παῤῥησίᾳ idem confirmat Alb. Krantzius (104.), *indubitatum* hoc eſſe affirmans, faceteqve addens, præmature obiiſſe Clementem, vel *propter aeris Romani novitatem, vel ob inſveti cibi novam coctionem, qvam Italici Magiſtri ſingulari norunt ingenio temperare.* Nec deſunt, qvi veneni propinati autorem detegere ſe poſſe arbitrantur. Benno enim Cardinalis, *in Vita Gregorii VII., ſive Hildebrandi* (105.), Clementi primum tribuit locum inter VI. illos Pontifices, qvos Gerh. Brazutus, Benedicti IX., a ſede Pontificia remoti, & Hildebrandi familiaris (neutiqvam autem Clementis aut Damaſi Cancellarius, qvi Jac. Heerbrandi (106.), fruſtra ad Bennonem provocantis, eſt error), *homo maleficiis incomparabilibus aſſvetus*, intra XIII. annorum ſpatium, veneno ſuſtulit. Alii, prout Heerbrandus, Sabellicum ac Joh. Balæum haud dubie ſecutus, teſtatur (107.), nefandi hujus criminis accuſant ipſum Clementis in Pontificatu ſucceſſorem, Stephanum, Epiſcopum Brixienſem, Damaſi II. poſtea nomen adeptum, qvi, cum ne unico qvidem menſe cathedram Romanam tenuiſſet, juſto Dei judicio, ſimilibus petitus inſidiis, periit. Qvæ Heerbrandus, de veneno Clementi, per Monachum, in hoſtia infecta, Stephani juſſu, præbito, addit, cum cæteri, qvos evolvere licuit, autores de facinore hoc deteſtando ſileant, ægre apud me fidem inveniunt. Diſſenſus autorum, cujus ſupra injecta eſt mentio, de anno Pontificatus Clementis initiali, emortualem etiam controverſum reddidit. Licet enim omnes largiantur, eum 9. menſibus, ac 19. diebus, dignitate Pontificia eſſe gaviſum, Lambertus tamen Schafnaburgenſis, C. Bruſchius, Joh. Balæus, Bernh. Mallincrotius, Henr. Meibomius Sen. (108.), & alii, qvi A. 1047. electum eſſe tradiderunt, mortem ejus ad A. 1048. credunt eſſe referendam. Hermannus autem Contractus, ejusqve paraſtatæ, ſupra recenſiti, una cum *Chronici Stederburgenſis* autore (109.) & Mart. Frid. Seidelio (110.), electionem, in A. 1046., tempus vero obitus in ſeqventem 1047., longe rectius, me judice, rejiciunt. Diem emortualem VII. Id. Oct. (111.), ſive nonum menſis iſtius, fuiſſe, pleriqve conſentiunt (112.), qvo memoria ejus etiamnum in Eccleſia Bambergenſi recolitur. In Epitaphio contra Bambergenſi dies 10. menſis ejusdem ſubſtituitur. Sed hujus, recentioris qvippe, exigua eſt autoritas, nec proinde vel Dan. Papebrochius (113.) judicium de die ſuſpendendi, vel Tentzelius (114.), memoriam Noſtri a decimo Oct. die, ipſi emortuali, in præcedentem nonum, S. Dionyſio ſacrum, ne feſtorum numerus plus juſto augeretur, rejectam eſſe, conjectandi, ob illius diſſenſum, cauſam habuit idoneam. Locum mortis qvod attinet, in Germania Clementem fatis conceſſiſſe, qvod Leo Oſtienſis in hanc eum cum Imperatore rediiſſe teſtetur, ſtatuunt haud pauci, etſi incertum ſit, qvanam in urbe expiraverit. Alii vero, a Platina haud dubie, Noſtrum, poſt Imperatoris diſceſſum, Romæ ſubſtitiſſe perſvaſo, & ad ſcriptores vetuſtiores, ſibi ὁμοψήφους, provocante, ſeducti, vel pro civitate Romana, cum Hier. Henningio (115.), iſtumqve, uti ſuſpicor, ſecuto Epitaphii Bambergenſis autore, militant, vel locum mortis incertum eſſe, cum Joh. Chr. Wagenſeilio (116.), hujusqve premente veſtigia Chriſt. Franc. Paulino (117.), arbitrantur. Sepultus eſt, non Hamburgi, ſicut Theod. Petrejus (118.) fabulatur, ſed in civitatis Bambergenſis, cujus olim Epiſcopum egerat, baſilica (119.), in qva etiam, poſtqvam, ob ſanctitatem, inter patronos illius Dioeceſeos ac cœlites eſt relatus (120.), Leonis IX., Pontificis, bullam Canonizationis Clementis II. Dan. Papebrochius exhibet teſte Joh. Andr. Schmidio *in Diſſ. de Triumviris Halberſtadienſibus p. 23.* Memoria ejus Officio anniverſario d. 9. Oct., uti paulo ante dictum, celebratur. Sepulchrum Bambergenſe, ſi Papebrochium (121.), ad amici provocantem epiſtolam, ſed a Tenzelio. Svecorum, qvi Bambergam A. 1632. occuparunt, vindice (122.), pro virili confutatum, audias, in bello tricennali Germanico, *Hæretici hoſtes, cum rerum illic potirentur, ſpe inveniendi theſauri alicujus, reſerarunt, oſſa diſſiparunt, & lapidem, qvo claudebatur, fregerunt vel avexerunt, nec tamen impune, cum omnes in rabiem ſint acti, qvi ſceleris fuerant participes. Repoſitus* deinde *lapis eſt novus ex ſimili marmore, ſed cujus integritas atqve color diverſus diverſam a monumento ſepulcrali ipſo, a pavimento paulo plus qvam dimidium pedem elevato, ætatem, ſatis indicant.* Iconem tumbæ, poſt Corn. Hazartum, qvi minus accurate delineatam in *Triumpho Pontificio* exhibuerat, ſiſtit idem Papebrochius, ſimulqve ſculpturas illius ſollicita illuſtrat explicatione, a Tenzelio (123.), qvoad nonnullas, caſtigata ac emendata, & lapidis tandem novi ſepulchralis hanc addit epigraphen, ſed recentiorem, uti tum ab ipſo, tum a nobis paulo ante, eſt monitum, nec ab erroribus hiſtoricis immunem:

(99.) V. Krantzii *L. 4. Metrop. c. 32.*, & *L. 4. Sax. c. 42.*, ac Alb. Stadenſem *ad A. 1046.*, Anon. Hiſt. Archiepp. Brem *c. 18.*, *p. m. 79. 80.*, Henr. Woltherum *l. c. p. 35.* (100.) *T. XI.*, *ad A. 1047.*, *num. 13. 14.*, *p. 165.* (101.) V. Leonis Oſtienſis *Chronicon Caſſinenſe c. 81.*, & ex eo Baronium *l. c.*, *num 3. p. 162.*, ac Mallincrotium *l. c.*, *Lib. 2.*, *p. 137.* (102.) V. Lud. Jacobi *Biblioth. Pontif.*, *Lib. I. p. 47*, Franc. Coſteri *Catalogum Pontificum, Enchiridio præfixum*, aliosqve eorundem Indices. (103.) *l. c. p. 58. 137.* (104.) *L. 4. Metrop. c. 15* & *22.*, *L. 5. c. 1.*, & *L. 4. Sax. c. 41.* (105.) ap. Matth. Flacium *in Catal. Teſt. Verit. p. 228.* (106.) *in Or. cit.*, *fol. E. 2. E. 3.* (107.) V. Heerbrandum l. c., Joh Balæum *in Actis Rom. Pontificum p. m. 162. 163.*, M. Ant Sabellicum (qvem Dietericus allegat) *9. Enn. 2.*, *col. 664.*, & J. C. Wagenſeilii *Diſſ. de Pontificibus Germanis p. 23.* (108.) *in Notis ad Gobelini Cosmodrom. Æt. 6.*, *c. 54.* (109.) *ad A. 1047.* (110.) *in Elogiis Virorum Marchiæ Brandeb. præſtantium.* (111.) In Gobelini Perſonæ *Cosmodromio*, *Æt. 6.*, *c. 54.*, *p. 261.* *Tom. I. Rer. Germ. Meibomiani*, pro *VII. Id. Oct*, culpa typothetæ, perperam legitur *XII. Id. Oct.* (112.) V. Alb. Stad. ad A. 1046., Baronium *T. XI.*, *ad A. 1047.*, *n. 16.*, *p. 167.*, Ferd. Ughellum *T. I. Italiæ Sacræ p. 33.*, Lud. Jacobum *Lib. I. Bibl. Pontif. p. 47.* Andr Angelum *Lib. I.* der Holſt. Adel *Chronica p. 75. & ſeqq.* (qvi tamen *p. 80.*, ſui oblitus, d. 21. Oct. ſubſtituit), & alios. (113.) *in Propylæo ad Acta SS. M. Maji p. 186. 187.* (114.) *in Dial. Menſtr. M. Mart A. 1694.*, *p. 222.* (115.) *in Genealogiis ſæpius citatis p. 7.* (116.) *in Diſſ. de Pontificibus Germanis p. 23.* (117.) *Parte III.* der zeitkürtzenden erbaulichen Luſt, *num. 67*, *p. 455.* (118.) *in Chronico Romanorum Pontificum p. 66.*, *apud J. Conr. Dietericum l. c. p. 20.* (119.) V. C Bruſchium, Andr. Angelum, Lud. Jacobum & J. Conr. Dietericum *ll. cc.*, Bernh. a Mallincrot *L. 1. de Archicancell. p. 58.*, & alios (120.) teſte Nicol. Serario *L 5. Rer. Mogunt. p. 740.*, qvem allegant Dietericus *l. c. p. 206.*, & Mallincrotius *p. 128. 137.* Qvi tamen *p. 240.* narrationem hanc in dubium vocat, relatum ſibi eſſe addens, in Serarii libro mendum occurrere typographicum. (121.) *l. c. p. 186. 187.* (122.) *l. c. p. 213-222.* (123.) *l. c. p. 209-212.*

Rmus IN CHRISTO PATER ET DOMINUS D. SVIDERUS A MAYENDORF SAXO. 2. EPISCOPUS BAMB. POSTEA SUMMUS PONT. CLEM. 2. DICTUS. OBIIT ROMÆ 10. OCTOB. ANNO 1047.

Synopticam vitæ Noſtri hiſtoriam Jonas ab Elverfeld, Poeta Cimbriæ haud ignobilis, hoc complexus eſt carmine, in Henr. Ranzovii *de Cimbrorum Origine & Rebus Geſtis* libello, qvi A. 1594. prodiit (*fol. E. 6.*), obvio:

Svidigerus Cimbris dicor Meindorfius olim,
Itala Clementem poſtea terra vocat,
Ardua Pontificis dum tradit munia, Cæſar
Henricus qvem me Tertius eſſe jubet;
Cæſareus poſtqvam rego Cancellarius aulam,
Regnaqve conſiliis Teutonia ſervo meis.
Hinc ego Bambergæ deſignor Epiſcopus urbi,
Annis qva tueor paſtor ovile tribus:
Me Sutrii donec, plenis conſenſibus, ingens
Officii tollit Pontificalis honor.
Et ſic, qvæ rigido proavis ſunt Marte negata,
Arte mea veniunt ſubdita regna mihi.
Ordine ſed Primo vocor a Clemente Secundus,
Non factis: merito præſtat uterqve ſuo.
Qvem caput agnoſcit, nocuo tamen inde veneno
Extingvit donis invida Roma meis.
Juſta mihi celebris ſolvit Bamberga ſepulcri,
Æthere chriſticolas nunc ago Præſul oves.

Effigiem Clementis ſpectandam exhibent:

1. JOH. BAPT. de CAVALLERIIS, Italus, *in Imaginibus Pontificum Romanorum, æri inciſis*, & qvi huic eam debent,
2. HIER. HENNINGIUS, *in Genealogiis Familiarum Nobilium Saxonicarum, qvæ Pontifices ac Epiſcopos protulerunt, p. 6.*
3. ANDR. ANGELUS, *in Chronico Nobilitatis Holſaticæ Vernaculo, Lib. I., p. 76.*
4. MART. FRID. SEIDELIUS, *in Iconibus ac Elogiis Virorum Marchiæ Brandeburgicæ præſtantium*, A. 1671. editis.

Conferri de illo poſſunt, præter omnes Hiſtoriæ Pontificum Romanorum ſcriptores, qvi (ſi recentiſſimos excipias) fuſe a Ludov. Jacobo a S. Carolo, tota *Parte II. Bibliothecæ Pontificiæ*, enumerantur, Præſulumqve & Sanctorum Bambergenſium nomenclatores & encomiaſtas (Caſp. Bruſchium, Joh. Epiſcopum, Joh. Cycnæum, Mart. Hofmannum, Jac. Gretſerum, Joh. Armbruſterum & Melch. Ad. Paſtorium), a Mich. Hertzio, *P. IV. Biblioth. Germ.*, aliisqve, recenſitos, ac Joh. Andr. Schmidii *Diſſ. de Triumviris Halberſtadienſibus, Clem. II., Joh. Semeca & Conr. de Halberſtadt*, Helmſt. A. 1715. editam, ſchediasmata item mea ac WILH. ERN. TENZELII, qvorum in vitæ hiſtoria jam facta eſt mentio, de Natalibus ejus contraria, aliosqve Autores ibidem allegatos:

M. ADAMUS Bremenſis, *Lib. 2. Hiſt. Eccl. c. 50., & L. 3. c. 8.*, ALBERICUS, Monachus Trium Fontium, *in Chronico (T. II. Acceſſ. Hiſtor. Leibnitii), ad A. 1046. & 1047., p. 78. 79.*, ALB. STADENSIS *in Chronico, ad A. 1032. 1046.*, ANDR. ANGELUS *Lib. I.* der Holſteiniſchen Adel-*Chronica p. 25. 75. 76. 77. 80.*, ANNALIUM Anonymi Sec. XII. in Saxonia ſcriptorum, & AMALRICI AUGERII de Biferris Catalogi Paparum, de illo Excerpta, e MSS. exhibita a G. G. Leibnitio inter Scriptores Rer. Brunſvic. p. 577. 578., LUDOV. AURELIUS, Perusinus, *in Compendio Annalium Baronii, Lib. XI., p. 742. 743. 744.*, JOH. BALÆUS *in Actis Pontif. Rom. p. 162. 163.*, ROB. BARNS *in Vitis Romanorum Pontificum p. 172.*, CÆS. BARONIUS *Tom. XI. Annal. Eccleſiaſt., ad A. 1046. & 1047., p. 160-167.*, JOH. CHRIST. BECMANNUS *in Notitia Dignit., Diſſ. 13., c. 3., p. 367.*, BENNO Card. *in Vita Gregorii VII., Catalogo Teſt. Verit. Flaciano inſerta, p. 227. 228.*, LAUR. BEYERLING *Tomo V. Theatri Vitæ Humanæ p. 150.*, BREMENSIUM Archiepp. Hiſtoriæ Scriptor Anonymus, *c. 16. (inter Scriptores R. Septentr. Lindebr.) p. 77., & c. 18. p. 79. 80.*, CASP. BRUSCHIUS in *Epitome Annalium Archiepiſcopatus Moguntini, Epiſcopatuumqve hujus Suffraganeorum & Bambergenſis, c. 1. fol. 1. b. & c. 15. fol. 237.* JOH. FRANC. BUDDÆUS *T. I. Lex. Hiſt. Germ. p. 671.*, GEORG. CALIXTUS *in Tr. de Conjug. Cler. p. 380. 381., & in Fragmento Hiſt. Eccl. Occident.*, *§. 67-71.*, GVILH. CAVE *in Chartophyl. Eccl. p. 221., & in Hiſt. Lit. Scr. Eccl., Sec. XI., p. 422.*, CENTURIATORES Magdeburgenſes *Cent. XI. c. 10*, CHRONOGRAPHUS Saxo (*T. I. Acceſſ. Hiſtor.* a G. G. Leibnitio A. 1697. editus), *ad A. 1041. & 1047., p. 248. 250.*, JOH. CLUVERUS *in Epit. Hiſtor. p. m. 418.*, CONCILIORUM Editiones, Biniana *T. III, p. 1094.*, Pariſina A. 1644., *T. XXV. p. 413-416.*, & reliqvæ ſuis itidem locis, CASP. DANCKWERTHIUS *P. II. Chorogr. Cimbr., c. 12., p. 146.*, J. CONR. DIETERICUS *in Breviar. Pontif. p. 203-206.*, JONAS ab ELVERFELD *in Tr. de Holſatia, Cl. II., Lit. M. 3. b. M. 4. a.*, THEODORICUS ENGELHUSIUS, *in Chronico, in Vita Henrici III., Imp.*, JAC. GAULTERIUS *in Tab. Chronographica Status Eccleſiæ Catholicæ*, Coloniæ A. 1616. in fol. edita, *p. 628.*, JAC. HEERBRANDUS *in Or. de VII. Clementibus, Pontificibus Romanis*, Tubingæ A. 1580. *in 4.* excuſa, JOH. MICH. HEINECCIUS *Lib. I. Antiqvitt. Goslar., ad A. 1040., p. 40. 41. 42., & ad A. 1045., p. 43. 44.* HIER. HENNINGIUS *in Genealogiis citatis p. 6. 7. 61.*, HERMANNUS CONTRACTUS *in Chronico, ad A. 1046. & 1047.*, Autor Annalium HILDESENEMENSIUM (inter Leibnitii Scr. rer. Brunſv.) ad A. 1046. & 1047., p. 731., LUDOV. JACOBUS a S. CAROLO *Lib. I. Biblioth. Pontificiæ p. 47.*, HERM. KIRCHNERUS *Lib. I. de Officio & Dignit. Cancellarii c. 6., & L. 2. c. 1.*, ALB. KRANTZIUS *L. 4. Saxon. c. 39. 41. 42., & in Metropoli L. 4. c. 15. 16. 20. 32., ac L. 5. c. 1.*, WOLFG. KRÜGERUS *in Catalogo Mille Virorum Celebrium p. 235.*, AD. HENR. LACMANNUS *in Or. de Ord. Eqv. Cimbrici in rem Chriſt. meritis p. 3. 4. 24. 25.*, LAMB. SCHAFNABURGENSIS *in Chronico, ad A. 1047.*, ANT. LANDINI *in Chronologia di Summi Pontifici p. 152.*, G. G. LEIBNITIUS *in Introd. ad Scriptt. rer. Brunſv. p. 24.*, LEO OSTIENSIS *in Chronico Caſſinenſi, Lib. 2. c. 80. 81.*, BERNH. a MALLINCROT *in Tr. de S. R. I. Archi Cancellariis, Lib. I. p. 58., L. 2. p. 128. 137. 225. 236. 240.* MARIANUS SCOTUS *in Chronico ad A. 1046. & 1047.*, MARTINUS POLONUS *in Chronico Pontificum*, JOH. MICRÆLIUS *P. III. Hiſt. Eccl. p. 75.*, PHIL. MORNÆUS *in Myſterio iniqvitatis, p. 509-513.*, JOH. GOTFR. OLEARIUS *T. I. Bibl. Scr. Eccl. p. 171.*, JOH. PALATIUS *T. II. de geſtis Pontificum p. 312.*, HENR. PANTALEON *in Chronogr. Eccleſ., p. 84., & P. II. Proſopograph. p. 117.*, DAN. PAPEBROCHIUS *l. c.*, DAN. PAREUS *in Medulla Hiſt. eccl. p. 279.*, CHR. FRANC. PAULINUS P. III. der zeitkürtzenden erbaulichen Luſt, *n. 67. p. 453. 454. 455.*, & im Philoſophiſchem Feyrabend, *c. 21., p. 320. 321., c. 22. p. 366.*, GOBELINUS PERSONA *in Cosmodromio, æt. 6., c. 54., p. 261. & c. 56. p. 265. (T. I. Rer. Germ. Meib.)*, ac HENR. MEIBOMIUS Sen. *in Notis ad c. 54., ibid. p. 362.*, LUD. EL. du PIN *T. VIII. Biblioth. Scr. Eccl. Gallicæ p. 24.*, BAPT. PLATINA *in Hiſtoria Pontificum*, JAC. REVIUS *in Hiſt. Pontif. Rom. p. 113.*, JOH. SCHILTERUS *Lib. 3. de libertate Eccl. Germ., c. 11., §. 15-18., p. 450-453.*, MART. FRID. SEIDELIUS *l. c.*, SIGEB. GEMBLACENSIS *in Chronico, ad A. 1046. (T. VII. Bibl. PP. Bignæi, col. 1489.)*, B. G. STRUVIUS *in Syntagm. Hiſt. Germ., Diſſ. XIV., p. 407. 408.*, JO. TRITHEMIUS *in Annal. Hirſaug., ad A. 1046.*, FERD. UGHELLUS *T. I. Italiæ Sacræ p. 32. 33.*, J. CHR. WAGENSEILIUS *in Diſſ. de Pontificibus Romanis, e Germanorum Gente creatis, Altorfii A. 1683. edita, p. 21-24.*, JAC. WIMPHELINGIUS *in Addit. ad Joh. Trithemii Catal. Vir. Illuſtr. Germ. (T. I. Opp. Trithemii p. 411.)*,

HENR.

HENR. WOLTHERUS *in Chronico Archiepp. Brem.* (*T. II. Rer. Germ. Meib.*) *p. 33. 35.*, HENR. ANSH. ZIEGLERUS im Tägl. Schauplatze der Zeit, *ad d. 9. Oct.*, *p. 1213. 1214.*

ELOGIA.

JAC. HEERBRANDUS, Theol. Tubing. (*l. c. fol. E. 2.*), *bonum ac ſimplicem* eum vocat *gregis dominici Paſtorem, Bonum ac Pium Germanum, Artium Italicarum ignarum & imperitum.*

ANDR. ANGELUS (*l. c. p. 76.*) einen hochgelahrten verſtändigen Mann.

JONAS ab ELVERFELD (*in Tr. de Holſatia, l. c. & inter Stephanii Scriptt. de Regno Daniæ p. 330.*) & CASP. BRUSCHIUS (*T. I. Epitomes de Germaniæ Epiſcopatibus, c. 15., fol. 237. a.*) *Virum eximia doctrina, virtute & ſapientia, præditum.*

HIER. HENNINGIUS (*l. c. p. 7.*) doctrinam ejus excellentem celebrat.

HERM. KIRCHNERVS (*L. 2. de Offic. Cancell. c. I., apud Mallincrotium l. c. p. 58.*), ſagaciſſimi illum fuiſſe ingenii judicat.

BERNH. a MALLINCROT ipſe (*l. c. p. 128.*), ob vitæ ſanctitatem, in Sanctorum Germaniæ Cancellariorum retulit Catalogum.

CENSURÆ.

MART. POLONUS, *Chronici Pontificum* Autor, &, qvi hunc in *Hiſtoria* ſua MS. verbotenus ſolet exſcribere, RICOBALDUS Ferrarienſis, Clementem vocant *Invaſorem Eccleſiæ, qviqve per vim Papatum habuerit.* V. Wagenſeilium *l. c. p. 23.*

ALBERTUS STADENSIS, *in Chronico f. 36. a.* (in Catalogo Pontificum), itidem *Invaſorem Eccleſiæ* illum appellat.

SCRIPTA, ſive EPISTOLÆ potius, ob qvas, jam ante me, Ludov. Jacobus a S. Carolo & Gvilh. Cavius (*ll. cc.*) Scriptoribus eum Eccleſiaſticis annumerarunt.

Epiſtola ad Johannem, Archiepiſc. Salernitanum, Anno I. Pontificatus, 12. Kal. Mart., Indict. XV., ſcripta, qva tranſlationem ejus ab Epiſcopatu Peſtano ad Metropolin Salernitanam confirmat, Palliumqve illi transmittit. Legitur in plerisqve Conciliorum Editionibus (e qvibus imprimis allegari merentur Colonienſis A. 1606. Biniana, *Tomo III. p. 1094.*, & Pariſina e Typographeo Regio A. 1644. publicata, *Tomo XXV.*, *p. 413-416.*, eam exhibentes), nec non in Cæſ. Baronii *Tomo XI. Annal. Eccl.*, *ad A. 1047.*, *n. 11. 12.*, *p. 165.*

Reſcriptum Synodale in gratiam Archiepiſcopi Ravennatis A. 1046. publicatum, qvo illi Locus in Conciliis a Pontifice proximus decernitur, in Ferd. Ughelli *Tomo II. Italiæ Sacræ p. 360.*, & *Tomo IX. Editionis Conciliorum Labbeanæ, in Append. p. 1251.*, obvium. V. de eo Gvilh. Cavii *Hiſt. Lit. Scr. Eccl.*, *P. I. p. 422.*, & *P. II. p. 208.*

Epiſtola ad Clerum Bambergenſem ab eo, jam Pontifice, ſcripta, qvæ, *Romanæ Eccleſiæ flecti omne genu terreſtrium, ac pro ejus arbitrio januam cœli aperiri & claudi,* aſſerit, ac illum, *qvi, diabolico inſtinctu pulſatus, ſe Romanorum Pontificum Decretis opponat,* jubet *excommunicari, Anathemate devinciri, & morti æternæ addici.* Allegatur hæc, e Chronico qvodam Bambergenſi, a Frid. Spanhemio Jun. *in Summa Hiſt. Eccl.*, A. 1689. edita, *p. 454.*, ſed, cum genio Clementis haud congruat, ac apud Autores alios altum de illa ſit ſilentium, fœtus haud dubie eſt ὑποβολιμαῖος.

Privilegium magnificum, Eccleſiæ datum Bambergenſi, qvod a ſe magno de Epiſcopatibus Germaniæ Operi inſertum iri, Caſp. Bruſchius *Tomo I. Epitomes illius, c. 15.*, *f. 237. b.*, eſt pollicitus.

JOHANNES CLUVERUS (1.)

Crempenſis (2.), d. 16. Febr. A. 1593. in lucem hanc editus, patrem habuit Michaelem Cluverum (qvi, ex familia hujus nominis honeſta, & in Ducatu Bremenſi ac Hadelia celebri, ortus, ſartor initio in iſta civitate fuit, deinde autem mercatura tenui vitam toleravit), matrem Margaretam, Johannis Meitzendorfii filiam. Decennis ſcholam patriam inſtinctu Pauli Evandri Rectoris, invito licet parente, qvi ſuo illum opificio deſtinaverat, freqventare cœpit. Ea autem alacritate lingvarum ac artium elementa illic hauſit, ut qvinqvennio poſt (A. 1607.), ad ulteriores in iis progresſus faciendos, in ſcholam Hamburgenſem ablegaretur. In hac per triennium Paulum Sperlingium ac Joh. Huswedelium, viros clariſſ., præceptores coluit, victum autem informatione privata liberorum Henr. Claenii civis, ac Hieronymi Molleri Canonici, ſibi paravit. A. 1610., habita Oratione de diſciplinæ publicæ præſtantia, præceptoribus ac commilitonibus valedixit, & ſeqventi anno incunte in Roſtochienſem ſe Academiam contulit, viatico 100. tantum marcarum Lubecenſium ab amicis & cognatis inſtructus. Reliqva vitæ academicæ ſubſidia partim teſtamento Hieron. Knakkerüggii Hamburgenſis, partim Joach. Morſii, Philologi eruditiſſimi, & aliorum popularium liberalitati debuit. Cum in Roſeto hoc, ductu Profeſſorum maximi nominis, ſolidam in Theologia, Philoſophia ac reliqva literatura eruditionem ſibi comparaſſet, iter per Germaniam literarium A. 1613. inſtituit, inqve illo, tum aliis viris doctis, tum præcipuis Theologis Pontificiis, Lutheranis ac Calvinianis, innotuit. Salutatis deinde in patria parentibus, Roſtochium eodem A. 1613. rediit, & Philoſophiæ Magiſter d. 14. Oct. A. æt. XX. eſt renunciatus, pauloqve poſt inter ordinis Philoſophici Adjunctos (qvos vocant) locum adeptus. Varias dehinc acroaſes privatas, Logicas, Heſiodeas, aliasqve inſtituit, publice autem Ovidii Metamorphoſeon libros illuſtravit, eo cum omnium applauſu, ut Profeſſio Poeſeos publica ei offerretur (3.). Ipſe autem patriæ civitati inſervire maluit, cujus Scholæ cum die 17. Maji A. 1614. præficeretur, eadem veſpera a Meldorpienſibus ad functionem eccleſiaſticam, a Gerhardo autem Ranzovio Pro-Rege ad Conrectoris in ſchola Hatherslebienſi officium poſtridie eſt invitatus. Meldorpienſem vocationem huic prætulit, & in Dithmarſiam profectus, Diaconus eccleſiæ illius A. æt. 21. eſt conſtitutus, ſeptennioqve integro in munere hoc (licet a Barltenſibus, Londinenſibus & Brocktorfianis ad Parochi officium avocaretur), Regis voluntati obſecutus, perſtitit. A. 1621. oblatum ſibi Marnenſis in eadem Dithmarſia eccleſiæ paſtoratum ſuſcepit qvidem, ſed biennio ſaltem ei præfuit. Aliqvot enim menſibus, poſt habitam, Roſtochii die VI. Maji A. 1623. Diſput. Inaug. theologicam elapſis, a Chriſtiano IVto Daniæ Rege in arcem Steinburgenſem evocatus, & novellæ in Dania Academiæ Soranæ Profeſſorem Theologum, Eccleſiæqve ibidem Paſtorem agere, nihil tale exſpectans, juſſus eſt. Illuc delatum viri Daniæ eruditi honorifice exceperunt, ac triennio poſt, juſſu regio, Joh. Paulus Reſenius, Theologus eximius, ac Seelandiæ Epiſcopus

(1.) Joh. Olivier perperam vocatur in Lud. El. du Pin *Bibliotheque des Auteurs ſeparez, T. II.* V. *Acta Erud. Lipſ.*, *M. Dec. A. 1720.*, *p. 542.*
(2.) Dithmarſus fuiſſe falſo traditur a Gisb. Voetio *L. 2. Biblioth. Stud. Theol.*, *Sect. I.*, *c. 10.*, *p. 421.*, & *Sect. II.*, *c. 9.*, *p. 859.*
(3.) Profeſſor Poeſeos Roſtochii fuiſſe falſo traditur im compendiöſen Gelehrten-Lexico *p. 492.*

pus (permiſſu Acad. Roſtochienſis, in qva pro gradu olim diſputaverat) Doctorem, una cum Caſp. Bartholino Seniore, A. 1626. creavit (4.). Septennio iſto, qvo Soræ vixit, gaviſus eſt qvotidiana conſvetudine Juſtini Hoegii, Academiæ Directoris, Heroisqve πολυμαθεςάτȣ, ac collegarum eruditiſſimorum, Joh. Meurſii, Hiſtorici ac polyhiſtoris excellentis, Joh. Laurembergii, Mathematici ingenioſi, Joach. Burſeri, Phyſici acutiſſimi, Chriſtoph. Heidmanni, Philologi perdocti, & Mart. Troſtii, LL. Orient. interpretis peritiſſimi. Ex qvorum converſatione ac amicis colloqviis ſolidam ſe tandem doctrinam ſibi comparaſſe, qva erat modeſtia, affirmare ſolebat. Delectus etiam eſt Soræ ac deſtinatus a Chriſtiano IV. Rege, ad pietatis ac religionis dogmata Principi Friderico (Parentis deinde Succeſſori) explicanda, teſte Dethlevo nepote (5.). A. 1630. in Dithmarſiam a Rege ſereniſſimo remiſſus, & Superintendens ejus Provinciæ eſt conſtitutus, ingenti gaudio, cum reliqvorum incolarum, tum Meldorpienſium imprimis, qvi, qvod eum Paſtorem denuo eſſent nacti, impenſe ſibi gratulabantur. Nec ſane immerito, cum & fide & diligentia incomparabili ſingulis officii ſui partibus fungeretur, inſuper habitis variis, qvæ ultimo hoc vitæ qvadriennio catervatim eum infeſtabant, adverſitatibus. Pauperum curam geſſit adeo ſedulam ac ſeriam, ut non dubitarit, una cum parochiæ curatoribus, Meldorpii oſtiatim in eorum uſum eleemoſynas ab incolis colligere, exemplo inter Lutheranæ Eccleſiæ miniſtros rariſſimo qvidem, ſed omnium imitatione digniſſimo. Reliqva etiam vita ejus inculpata fuit, & talis omnino, qvæ auditoribus ſpeculi virtutum Chriſtianos decentium vicem præſtare poſſet. Uxorem ſibi A. 1614. elegit Annam, Petri Roggii, Parochi in Stormaria Halekerkenſis filiam (6.), qvæ A. 1632., morbo diuturno exantlato, eſt defuncta, cum intra 18. conjugii annos tres ſeqvioris, & ſex nobilioris ſexus liberos marito peperiſſet. Ex his Michael Süderhartſtättenſi poſtea eccleſiæ in Dithmarſia eſt præfectus, Petrus vero, civis Sleſvicenſis, pater evaſit Dethlevi, Mathematici in Societate Regia Anglicana excellentis, & avitæ gloriæ æmuli feliciſſimi. Annuo tempore poſt obitum Roggiæ elapſo, fidem conjugii dedit Magdalenæ Crameriæ, cum qva anteqvam nuptias poſſet celebrare, qvadragenario paulo major, ſummo omnium cum luctu, A. MDCXXXIII., ipſo Chriſti ſervatoris natali (ſeu 25. Dec.), præmatura morte deceſſit (7.). Polyhiſtor plane eximius, & principibus patriæ noſtræ ſcriptoribus accenſendus, nec cuiqvam eorum ſecundus facile futurus, ſi diuturniorem vitæ uſuram fata ei indulſiſſent. Theologus certe fuit cordatiſſimus ac ſolide doctus, qvi, cum ab omni ἑτεροδοξίας ſuſpicione eſſet immunis (errat enim graviter Joh. Fechtius (8.), qvi cum J. H. Heideggero (9.) Calvinianis eum accenſet), polemico tamen ſcribendi genere (qvo ſolo multi Theologos excellentiores dignoſci ἀθεολόγως opinantur) fere ſemper abſtinuit, & talentum ſuum librorum ſacrorum illuſtrationi impendere, ſucceſſu felici, maluit (10.). Literarum humaniorum inſigni præterea pollebat peritia, eaqve ſtyli elegantia animi ſui ſenſa ſcriptis mandabat, qvæ non barbaris ſolum aliqvot ſeculi noſtri Theologis, ſed multis etiam hæc ſtudia profeſſis, ruborem qveat extorqvere, imo qvæ ipſi antiqvorum dictioni par viſa eſt Joh. Andreæ Boſio, Critico & docto & accurato (11.). In hiſtorico autem ſtudio eam conſecutus eſt gloriam, qvam nemo hoc ſeculo alius, omniumqve calculis, ob dictionis concinnitatem, methodi elegantiam, judicii acrimoniam, veritatis amore, reliqvis omnibus hiſtoriæ univerſalis ſcriptoribus jure optimo præfertur.

Vitam & Laudes ejus prolixius perſecuti ſunt:

1. Nicol. Bullenius, Diac. Meldorpienſis, *in Sermone exeqviali vernaculo ex Zach. XIII. 7.* Glückſt. 1635. in 4.
2. M. Michael Cluverus, Paſt. Süderhartſtättenſis, *in præfatione Diluculo parentis Apocalyptico A. 1647. præfixa*, qvam multa falſo tradere V. Cl. Dethl. Cluverus monuit, indicium eorum etiam pollicitus.

Et qvi huic Præfationi ſua debent;

3. Theophilus Spizelius, Eccleſiaſtes Auguſtanus, *in Templo Honoris Theologorum Orthodoxorum Reſerato, (Auguſtæ A. 1673. in 4. edito) num. 16.*, ubi etiam effigies ejus exhibetur.
4. Henningus Witte, Prof. Rigenſis, *Decade IIIia Memoriæ Theologorum Renovatæ, p. 356-360.*
5. Paulus Freherus, Medicus Noriberg., *in Theatro Eruditorum p. 454. 455.*
6. Caſp. Sagittarius, *in Introd. ad H. E. c. 12. §. 19. p. 167. 168. 169.*
7. M. Erdmannus Uhſeus in den Leben der berühmteſten Kirchen-Lehrer des 16. und 17. Seculi, *p. 561. 562. 563.*

Wilh. Alardi, Lamp. Alardi, Joh. Ad. Fabricii, & aliorum in obitum ejus Epicedia, adjecta ſunt ſermoni funebri Bulleniano.

Conferri etiam de Cluvero poſſunt Joh. Micrælius *in Syntagm. Hiſt. Eccl. P. III. p. m. 363.*, Nicol. Scribonius *Libro I. Luſuum Gottorpicorum Anagramm. p. 17.*, Mart. Zeilerus *Parte III. Catalogi Hiſtoricorum p. 57.*, Alb. Bartholinus *in Lib. de Script. Danorum p. 69.*, meaqve ad illum *Hypomnemata, p. 264. 265.*, Gvilh. Crowæus *in Elencho Interpretum Scripturæ p. m. 203.*, Henningus Witte *in Diario Biograph. ad A. 1633.*, Chr. Wilh. Eybenius in *Eponymologio Critico Joh. Magiri aucto p. 226. 227.*, *Homonymoſcopia* noſtra, *Sect. II., c. 7., §. 30., p. 663.*, And. Caroli *Memorabilia Eccleſiaſtica Sec. XVII., L. 4., c. 22., p. 812.*, *Nova Literaria Lubecenſia, M. Jul. A. 1698., p. 123. 124.*, Thomæ Crenii *Præfatio Faſcis IVti Exercitationum Philologico Hiſtoricarum p. 32. 33. 34.*, & *Pars XV. Animadverſionum p. 112. 113. 114.*, J. Franc. Buddæi *T. I. Lex. Hiſtorici p. 683.*, Joh. Fabricii *P. V. Hiſt. Biblioth. Fabric. p. 216. 217.*, Alb. Thura *Idea Hiſt. lit. Dan. p. 198. 199.*

ELOGIA.

THEOLOGI HAFNIENSES (*in Judicio ſuo, Diluculo ejus Apocalyptico præfixo*) eum vocant *Virum de Eccleſia non uno nomine bene meritum.*

CASP. ERASMUS BROCHMANNUS, Theol. D. & PP. Hafn. Primar., (*ſub finem Orationis de Vita ac Obitu Caſp. Bartholini*), *eximium Dei ſervum.*

JOH. CONR. DANHAUERUS, Theol. Argent., (*Parte II. Homil. Acad. p. 52., it. in Hodoſophia Chriſtiana p. 806., & in Chriſtoſophia p. 349. 415.*), *celebrem ac illuſtrem ſeculi noſtri Hiſtoricum.*

HENR. ERNSTIUS, JCtus Acad. Soranæ, & Frid. III. R. Daniæ Conſiliarius (*in Ariſtarcho Philoſ. p. 263.*), *Eximium Eccleſiæ Doctorem.*

ACTORUM LIPSIENSIUM Collectores (*M. Jul. A. 1686. p. 369.*) *Celeberrimum Polyhiſtorem.*

JOH. MICRÆLIUS (*l. c.*) ait *eum egregia ingenii in Philoſophia ac Philologia Documenta publicaſſe.*

ABRAH. CALOVIUS (*in Carm. a Wittenio p. 360. allegato*) eum vocat *Virum magnum*, & ſcripta ejus *Dio Numine plena*; it. (in *præf. Orthotomiæ* Noſtri *Apoſtolicæ*) *Athletam Chriſti, dum in Eccleſia militante agebat, non minus præclarum, qvam ſtrenuum.*

THEO-

(4.) *V. Eraſmi Vindingii Acad. Hafnienſem p. 183.* (5.) *V. Nova Lit. Lubec., M. Jul. A. 1698. p. 124.* (6.) V. Joach. Morſii Epiſtolam, & Barthol. Merulæ Phaleucos in Nuptias ejus, ed. Hamb. 1614. in 4. (7.) C. Sagittarius (*in Introd. in H. E., cap. XII. §. 19. p. 168.*) falſo mortem ejus ad A. 1632. refert. (8.) *in Diſqviſitione de Eccleſia Judaica p. m. 90.* (9.) in Enchir. bibl., L. 3., c. 29., p. 1036. Utrumqve refutavit Th. Crenius *P. XV. Animad. p. 112. 113. 114.* (10.) *in Epitome Hiſt. p. m. 618* recte de aliqvot celebribus Seculi ſuperioris Theologis cenſet, *eos beatiores fuiſſe futuros, ſi plus pacis, qvam diſſidii, Eccleſiis peperiſſent.* (11.) *V. Diſſ. de comparanda Eloqv. Civili p. 69.*

THEOPHILUS SPIZELIUS (*loco ante laudato*) ita de illo: *Si qvem hoc ſeculo Muſæ Theologicæ & Hiſtoricæ pari amplexæ ſunt favore, certe is fuit Cluverus, qvi utriusqve ſtudii præclariſſima & in perpetuum victura dedit monumenta. - - Qvicqvid per infinitos fere, qvos evolvit a teneris, libros notabile vidit, id obſervavit intente, non perituris tantum chartis aut locis communibus lecta tradens, ſed adamante velut omnia notans, & feliciſſimæ inſculpens memoriæ, ut qvibusdam haud præter rem Bibliotheca Animata diceretur.*

JOH. HENR. HEIDEGGERUS (*in Enchirid. Bibl., Lib. 3., c. 29., p. 1016.*) *Virum* eum vocat *doctiſſimum*, ſed male (*ibid. p. 1036.*) Exegetis Apocalypſeos, non Lutheranis, ſed Reformatis, accenſet.

DAN. GEORG. MORHOFIUS (*Orat. VIII. p. 243.*) Illuſtribus eum orbis literati e Cimbria ſideribus accenſet.

THOMÆ CRENIO (*l. c. p. 33.*) audit *Theologus optimus, interpres non ſublimioris tantum judicii, doctrinæqve exactioris, ſed cumprimis ſpiritus vere theologici, cui Sp. S. πλοὺν μέτρῳ προφητείας vel interpretandi donum eminentiſſimum conceſſerat.*

CASP. BÜSSINGIO (*in Præf. Computi ejus Chronologici, A. 1701. denuo recenſiti*) *Celeberrimus Theologus pariter ac Polyhiſtor.*

GEORG. HENR. GÖTZIO (in den Miſcellan-Predd. *p. 583.*) *Magnum orbis eruditi lumen.*

CENSURÆ.

Scriptoribus prohibitis primæ Claſſis accenſetur in Decreto Congregationis Romanæ, d. 26. Oct. A. 1640. publicato, hujusqve autoritatem ſecuto Indice Librorum prohibitorum, juſſu Alexandri VII. Romæ A. 1667. in fol. edito; item in Indice Hiſpanico Antonii Sotomajoris Inqviſit. Generalis, eodem A. 1667. Madriti evulgato, *p. 586.*

SCRIPTA EDITA.

LATINA.

Oratio de vera animi tranqvillitate, ductu Joh. Kirchmanni habita. Roſt. 1613. in 4.

Diſp. de nobili controverſia: Utrum potior ſit Eccleſiæ, qvam S. Scripturæ autoritas? Præſide D. Eilhardo Lubino Theol. PP. Roſt. 1613. in 4. Ibid. 1620. in 4.

Collegium Diſputationum Logicarum. Roſt. 1614. in 4.

Diſp. Inaug. Theologica de verbis divini Prophetæ Zachariæ cap. XIII. v. 7., Præſide Joh. Affelmanno Th. D. & PP. Roſt. 1623. in 4.

Computus Chronologicus, qvo, ex ſacris potiſſimum Bibliis, qva certitudine numerus Annorum Mundi ab ejus conditu, usqve ad ſalutiferum JEſu Chriſti ex virgine ortum colligatur, breviſſime & accuratiſſime oſtenditur. Hafniæ 1627. in 4., Hamb. 1639. in 4. Regiomonti 1642. in 4. (qvæ edit. tertia curata eſt a filio Michaele). Recuſus etiam eſt in Thomæ Crenii *Faſce IV. Exercitationum Hiſtorico-Philologicarum*, Leidæ A. 1700. in 8. edito, *num. 3., p. 159-214.*, ſeorſim autem, in uſum Lectionum ſuarum publicarum, a Caſp. Büſſingio, Paſt. & Prof. Hamburg., cum Præf. ſua, recenſitus Hamb. 1701. in 8. Scriptum Chronologicum, omnium optimum, idqve breviſſimum, cui tuto inniti, ejusqve ſententiæ, probe ſtabilitæ, per omnem inhærere ætatem, poſſumus, ſcriptum vere aureum, & libellus non mole, ſed ſoliditate, gravis, audit Caſp. Büſſingio in Præf. ſuæ Editionis: Th. Crenio (*in præf. ſuæ edit.*) vero Computus *eximius, non ob argumenti duntaxat dignitatem, ſed etiam ſolidam rerum explicationem, perſpicua brevitate, e limpidiſſimis S. Scr. fontibus deductam, omnino magni faciendus.*

Harmonia Evangeliſtarum, ſecundum Paſchata & Itinera Domini, paulo accuratius, qvam vulgo ſolet, digeſta, & breviſſime delineata. Soræ & Roſtochii 1627. in 4. Regiom. 1642. in 4., (3. plagg.) Commendat eam Abr. Calovius *L. 2. Iſag. Theol. p. 209.*, & Joh. Andr. Schmidius (qvo judice *ex ea multi non parum profecerunt*) *Tomo II. Introductionis Sagittarianæ in Hiſt. Eccl. p. 10.*

Oratio anniverſaria, qva oſtenditur Romam Pontificiam eſſe Jeroſolymam apoſtaticam, Domini interfectricem, ex Apocal. II. 8. Soræ & Roſtochii 1627. in 4.

Elementa eloqviorum Dei, e perſpicuis Spiritus ſancti fontibus concepta collectaqve, qvibus minor Catecheſis Lutheri ceu commentario illuſtratur, & adultioribus via Dei diligentius exponitur: Præfixa eſt Approbatio Facult. Theol. Hafnienſis. Subjunguntur Appendices nonnullæ, interqve eas IV. Concilia univerſalia, & XXV. Articuli Friderici II. Regis Daniæ. Hafniæ 1628. in 12. Commendat illa D. Caſp. Bartholinus Sen. Theol. Hafnienſis *in Conſilio de Studio Theologico (ed. Hafn. 1628. in 8.) p. B. 6. a.*

EPITOME HISTORIARUM totius Mundi, a prima rerum origine usqve ad A. C. 1630., e DC. amplius Autoribus ſacris profanisqve ad marginem adſcriptis deducta, & Hiſtoria unaqvæqve ex ſui ſeculi ſcriptoribus, ubi haberi potuerunt, fideliter aſſerta, Lugd. Bat. 1631. 4to. Ab ipſo autore continuata ab A. 1630. ad A. ſibi Emortualem 1633., recuſa eſt Lugd. Bat. 1637. 1639. 1640. 1645. 1649. in 4to. Hildeſiæ 1640. in 4., *j. Catal. Bibl. Ott. Sperl. p. 90.* Acceſſerunt poſtea libris X., qvibus ipſe Cluverus Epitomen hanc comprehenderat, XImus, XIImus, XIIIus & XIVtus, ex Adolphi Brachelii, ſcriptoris Pontificii, Hiſtoriarum noſtri temporis Libris Vto, VIto, VIImo, VIIIvo & IXo, ſine mentione autoris, ad verbum tranſcripti, resqve ab A. 1633. ad A. 1653. geſtas exhibentes, ſed ipſius Cluveri, ſcriptoris Lutherani, ſententiis non ſemper conſoni, in editionibus Lugd. Bat. 1657. in 4to, Uratislav. 1662. in 4to, Amſt. 1662. in 4to. Tandem adjecta eſt etiam incerti Autoris Continuatio Epitomes hujus ab A. 1653. ad A. 1667. noviſſimis ejus editionibus, publicatis Amſtelod. A. 1668. 4to., Lugd. Bat. 1671. 4to., Uratislav. 1673. 4to. Omnes has XII. Editiones (ſi primam & penultimam excipias) ipſe vidi. Wittenius addit Edit. Lipſienſem A. 1668., & Lipenius aliam Roterod. A. 1672. in 4to. evulgatam. Mendaci ac fabuloſo rumori debentur, qvæ Marqv. Gudium Jenæ A. 1656. ſibi, de Epitome hac a Jeſuita erudito ſcripta, & MSto ejus, in Dithmarſia A. 1627., Belli Cæſarei tempore, in excurſione infelici, a Danis occiſi, ab his per Cluverum redempto, ſibiqve plagio turpi vindicato, narraſſe, Dethl. Marcus Friſius, temere iis credulus, in Ep. Germanica ad Georg. Schröteringium A. 1697. data, & a Vinc. Placcio *Tomo II. Theatri Anon. & Pſeudon., p. 190.*, inſerta, teſtatur, & *Lexicon eruditorum compendioſum Lipſienſe vernaculum p. 490. repetiit.* Cæterum ſeqvitur in hac Epitome (qvam Philippo Cluverio, Dantiſcano, Geographo celebri, erronee tribuunt Giſb. Voetius *Lib. 2. Biblioth. Stud. Theol. p. m. 421.*, Aug. Pfeifferus *in præfat. Introduct. in orientem p. 8.*, P. Freherus, *in Theatro Viror Erud., P. IV. p. 1515.* & Georg. Caſp. Kirchmaierus *in Diſſertt. de Paradiſo, Ave Paradiſi, &c.*, Leidæ A. 1700. recuſis, *p. 119. 155.*, in *Homonymoſcopia* jam noſtra, *Sect. II., c. 7., §. 30., p. 663.*, notati) Cluverus noſter eam annorum mundi ſupputationem, qvam ipſe olim in Computo Chronologico propoſuerat. Dividit omnem Hiſtoriam in X. Periodos Temporum, qvarum Ima ab eo appellatur Longævorum, IIda Diſperſionis Gentium, IIIia Patriarcharum ac Deorum Gentilium, IVta Judicum Hebræorum & Heroum Paganorum, Vta prophetarum ac poetarum, VIta Sapientum & Monarcharum, VIIma Philoſophorum & Scribarum, VIIIva Eccleſiæ Enitentis, IXa Eccleſiæ Vigentis, Xma de-

niqve Eccleſiæ forinſecus obſidionem patientis,& intus cum feris confligentis. Cuilibet periodo peculiarem Hiſtoriæ ſuæ librum aſſignavit. Sermonis ſtructura teſſellata qvaſi eſt, & ex variis optimorum autorum locis, ſingulari judicio & ſtyli nitore, coagmentata. Exemplar Epitomes hujus, multimodis emendatum ab ipſo Autore, apud Hæredes exſtare, a Kortholto vel Ad. Tribbechovio ſibi relatum eſſe, teſtatur C. Sagittarius *in Introd. in H. E. c. 12. §. 19. p. 169.* Appendicem Ildam ex Brachelio operi huic præclaro ſatis incongrue eſſe aſſutam ante me jam obſervarunt eruditiſſimi Acadd. Lipſienſis & Witebergenſis Profeſſores, Johannes Cyprianus, & Conr. Sam. Schurtzfleiſchius. Ex qvibus ille, *in Hiſtoria Caroli Guſtavi Regis Sveciæ p. 8.* ita ſcribit: *Joh. Cluveri Epitomes Hiſtoriarum Appendix tota, a Lib. XI. ad XIVtum, ad verbum tranſcripta eſt e Brachelii Lib. 5. 6. 7. 8. & 9. Hiſtoriarum noſtri temporis, & ſine mentione autoris, Romanæ religioni addicti, licet ſatis candidi, Hiſtoriarum ſcriptori orthodoxo aliqvando male cohæret.* Hic autem, *in Notis Epiſtolæ de Belgicis Motibus adjectis* (*p. O. 1. b.*), recte monet *ab Hiſtoriæ Cluveri Continuatore Brachelium plurimum repoſcere.* Cujus plagii (ut obiter hoc addam) ipſe Cluverus, in locum Continuatoris perperam ſubſtitutus, ab Adolpho Clarmundo ψευδωνύμῳ (*P. IX. Biograph. Germ. p. 36.*) inepte accuſatur. Indicem rerum, nominum propriorum, virorum, mulierum, locorum, officiorum &c., de qvibus in hac Epitome agitur, Budiſſæ A. 1665. a Chriſtoph. Hendreichio, Elect. Brandeburgici Bibliothecario, eſſe editum, *in Catal. Nund. Lips. Autumn. ejus anni*, & apud Lipenium, ei credulum, lego. Exſtat etiam Martini Neſſelii, Scholæ Auricenſis in Friſia Orientali Rectoris, Compendium Hiſtoriarum Vet. & Novi Teſtamenti, ex Epitome Cluveriana excerptum, & in 2. libros digeſtum, cujus editionem Rintelienſem A. 1645. in 12. publicatam ipſe vidi. Lipenius (*P. II. Bibl. Theol. p. 29.*) Roſtochii illud A. 1681. in 4to recuſum eſſe teſtatur. Qvamvis autem libro adeo vendibili, toties cuſo ac recuſo, ac a nemine hactenus vituperato, non opus ſit ſuſpenſa Elogiorum hedera, viſum tamen eſt aliqvot de eo judicia honorifica, ex plurimis ſelecta, adjicere. JOH. CONR. DANHAUERUS Theol. Argent. *in Anti Chriſtoſophiæ prodromo*, Epitomen hanc verbis hiſce *p. 75.* commendat: *Ex omnibus Hiſtoricis, qvi Univerſalem Hiſtoriam collegerunt, mihi tanqvam paraſtatam elegi, in toto hoc inſtituto ſeqvendum, Joh. Cluverum, qvi Hiſtoriarum totius Mundi Epitomen tanta diligentia, accuratione, ἀπαθείᾳ, fide, elegantia, nervorum aſtrictione, cum Chronologiæ adæqvatione, & autorum, qvibus evictionem præſtat, compoſitione eclogario plane ſtudio collegit, ut ad perfectionem vix qvicqvam deſideres, nec opinor facile deſideraturus videatur ex partium ſectatoribus qvisqvam, niſi omnino obbrutuerit.* JOH. JONSTONUS (*in Tr. de Naturæ Conſtantia p. 74. 75.*) ita de illa: *Si de univerſali hiſtoria loqvamur, deduxit eam egregie Joh. Cluverus, Profeſſor Soranus. Vincere tamen in qvibusdam videtur clariſſ. Conradus Graſerus, præceptor noſter obſervandus. Qvi iſtos duos tanqvam Pollucem & Caſtorem conjunxerit, ei ſecuritatem in turbido alias Hiſtoriarum oceano auſim ſpondere.* VITUS LUDOV. a SECKENDORF, Eqv. Francus, & Conſil. Intimus Duc. Saxon. (*in Compendio Hiſt. Eccl. Gotha A. 1666. in 8vo ἀνωνύμως edito p. 10.*) hæc habet: *Noſtra ætate in Hiſtoricis in Germania præclaram laudem meruit Epitome Joh. Cluveri, in juſtæ fere Hiſtoriæ modum elaborata, connexa cum artificio, & ſententiis utilibus ornata.* THEOPHILUS SPIZELIUS (*in Templo Honoris Reſerato num. 16.*) ſuam de illa ſententiam his exponit verbis: *Surgenti famæ Cluverianæ felix auſpicium dedit celebratiſſima illa Hiſtoriarum Epitome, ad A. 1633. ab ipſo continuata. Legerat qvippe ſtrenue autores, utriusqe lingvæ monumenta, mores, antiqvitates, populorum inſtituta, geſta temporum, inventa prudentum, totamqve orbis hiſtoriam evolverat, & ex tam divite penu ſuam inſtruxerat peram. Commendat opus laudatiſſimum mira qvoqve ſtyli dictionisqve elegantia, qvæ ex iſtis derivata fontibus in copioſum gloriæ flumen excrevit. Sed & verborum nitori veritas acceſſit narrationum; ſiqvidem exuto (uti ſcribit in præfatione) partium ſtudio, nudam in Dei veri gloriam ſectatus eſt veritatem.* IDEM (*in Feliciſſimo literato Sect. II. p. 23.*) Cluverum appellat *elegantiſſimum Hiſtoriæ univerſalis conditorem.* Eandem Epitomen CHRISTOPH. SCHRADERUS (*in Programm. privato nomine propoſitis num. 34.*) vocat *elegantem*, CASP. SAGITTARIUS (*in Diſſ. de Expoſit. Infantum p. 14.*) *non indiſertam*, ABR. CALOVIUS (*Lib. 2. Iſag. Theol. p. 138.*) *eximiam*, JOH. HORNBECKIUS (*apud Joh. Fechtium in Diſqv. de Eccleſia Judaica p. 90.*) *Hiſtoriam notæ haud infimæ.* JOACH. PASTORIUS, *in Oratt. de præcipuis Hiſtoriæ Autoribus & Argumentis, Or. II.* (*ſit. N. 1. b. N. 2. a.*), præ cæteris Hiſt. Univ. ſcriptoribus Cluveri ſibi *Epitomen* merito placere profitetur. JOH. HENR. BOECLERUS, *in Diſſ. de Utilit. ex Hiſt. Univ. capienda* ita de ea: *Joh. Cluverus epochas biblicas & propheticas aliter judicio & contextu ſeqvitur: in qvantum habuit, qvi præirent. Aut, ſi dicendum clarius eſt, Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ aptavit, qvicqvid ad connexionem rerum pertinet.* JOACH. PASTORIUS *in Palæſtra Nobilium*, §. 12., his, *tq. totius Hiſtoriæ compendium, & velut enchiridion, qvod ubiqve ſecum ferre poſſint*, Epit. Cluv. commendat, qvod *illa omnem fere meliorem antiqvioris hiſtoriæ ſuccum exhauſerit, plerumqve etiam verba bonorum autorum retineat, ac ſtylo qvoqve proinde non poenitendum afferre adjumentum poſſit.* Chr. Ad. Rupertus a Creenio *l. c.* allegatus, *in Methodo Stud. Philol. p. 194.*, ſe *ab elegantia ſtyli ſemper eam commendaſſe profitetur.* JOH. ANDR. BOSIUS Hiſt. PP. Jen. (*in Introduct. ad Notitiam Rerumpp. c. 4. p. 61., & in Diſſ. de comparanda Prudentia & Eloqv. civili, p. 29.*) primum ei locum tribuit inter Hiſtoriæ Univerſalis Syſtemata Recentiora, & (*in Diſſ. cit. p. 69.*) *tantam dictionis ejus* cenſet eſſe *puritatem, elegantiam, dignitatem, ut multis etiam veterum æqviparari poſſit.* Præter Autores jam adductos, lectionem ejus literarum ſtudioſis ſerio commendant GISB. VOETIUS *in Biblioth. Stud. Theol. Lib. 1. p. 228., & Lib. 2. p. 249. 326. Edit. Ultraj. 1651. 12.*, JOH. HENR. HOTTINGERUS *in Biblioth. Qvadripart. P. I. c. 4. p. 70., & in Methodo Studiorum Juveni Nobili præſcripta* (*qvæ invenitur in Enchiridio Viatoris Chriſtiani Germanico*) *p. 233.*, JOH. HENR. URSINUS *in Muſagete p. 19.*, HENR. ERNSTIUS *in Statera Juriſprudentiæ & JCti c. 3. p. 103.*, JOH. CONR. DURRIUS *in Conſilio de Rat. Studiorum p. 12.*; SAM. RACHELIUS *in Introd. ad Jus Publ. c. 11. p. 68.* DAN. GEORG. MORHOFIUS (cæteris eam Epitomis præferens Hiſtoricis omnibus) *T. III. Polyhiſt., L. 4., p. 30.*, MICH. HAVEMANNUS *in Amuſio, Sect. II. c. 31. p. 673.*, THOM. CRENIUS *in Notis ad Tractatus varios de Philologia & Studiis Liberalibus*, junctum Leidæ A. 1696. editos, *p. 289. 290.*, BALTH. BEBELIUS *in Conſilio de Methodo Studii Theol.*, A. 1704. per J. F. Mayerum edito, *p. 16.*, HERM. DIET. MEIBOMIUS *in Or. de genuinis Hiſt. Germ. fontibus p. 39.* (ubi *multa dictionis elegantia, & diligentia in rebus Germanicis*, præſertim laudantur). Solus in pulcherrimo hoc corpore Hiſtoriæ univerſalis neſcio qvam ἀταξίαν, imperfectionem, politices imperitiam, aliosqve nævos, ſibi deprehendiſſe videtur muſteus ille, & absqve populi ſuffragio ſeipſum obtrudens, Hiſtoricorum cenſor Dan. Hartnaccius in *Judicio de ſcribenda Hiſtorica vernaculo p. 16.*, & *Bibliothecario vernaculo p. 25.* Cui, Jonſtonianum Polyhiſtorem, (a ſe, ſi ſumptuum prodigum offendat bibliopolam, continuandum.) Epitome Cluverianæ inepte præferenti, ſaniorem mentem haud immerito precamur. V. qvæ hanc in rem, *in Hypomnematis ad Tomum III, Polyhiſtoris Morhofiani p. 122.*, monuimus. Nimiam in Cluveriana Epitome Brevitatem notat Joh. Wolfg. Jägerus *in Præfat. Decennii I. Hiſt. Eccl. Sec. XVII.* Burch. Gotth. Struvio (*in Biblioth. Hiſtor. c. 8., p. 210.*) judice, *ad Eccleſiæ ſtatum eſt directa, nec tamen adeo juſta, cum fidem proletariorum Scriptorum haud raro Autor ſit ſecutus.*

Ortho-

Orthotomia apoſtolica, Epiſtolarum Pauli XIV. veram analyſin, ac brevem, ubi opus eſt, epilyſin exhibens, cum ingenuis vulgatæ verſionis caſtigationibus edita a filio autoris M. Mich. Cluvero, cum præfat. D. Abrah. Calovii de Commentatoribus in Epiſtolas Paulinas, ac hujus orthotomiæ uſu. Roſtochii & Lipſiæ 1643. in 4. *Ob nervoſam brevitatem, & eximiam analyſin, laudem & diligentem lectionem hæc Orthotomia meretur* judice eodem Calovio *L. 2. Iſag. Theol. p. 228.*

Diluculum Apocalypticum, ſeu Commentarius poſthumus in Apocalypſin, editus cura filii M. Mich. Cluveri. Stralſundiæ 1647. fol. Præfiguntur illi, 1. Editoris dedicatio ad Chriſtianum IV. Regem Daniæ; 2. Ejusdem Præfatio de vita & ſcriptis parentis ſui; 3. Diploma Chriſtiani IV. Regis Daniæ, qvo ſingulæ in Cimbria noſtra Eccleſiæ Regiæ exemplum hujus Commentarii ſibi comparare jubentur (*). 4. Facultatis Theologicæ Hafnienſis Judicium de eodem honorificum. 5. Epiſtolæ de illo encomiaſticæ Caſp. Er. Brochmanni, Joh. Qviſtorpii Sen. & Abr. Calovii, Theologiæ in Scholis Hafnienſi, Roſtoch. & Witebergenſi Profeſſorum. Ipſe Commentarius dividitur in tomos III., qvorum Imus Fundamenta veræ explicationis Apocalypſeos, & continuam textus prophetici analyſin, IIdus Exegeſin IX. priorum capitum, IIIius Exegeſin XIII. poſteriorum capitum, lectori exhibet. De hoc Comm. ita Theoph. Spizelius (*in Templo Hon. Reſerato num. 16.*): *In Comm. in Apocalypſin, in id modis incubuit omnibus, ne ignota, incerta, peregrina & ſcandaloſa afferret exegemata, ſed ut interpretatio magnam partem verbis ſcripturæ & ſanctorum Patrum reſponderet, in hiſtoricis vero applicationibus ipſorum Hiſtoriographorum, ſive eccleſiaſticorum, ſive profanorum, documenta proferret, deniqve connexionem & ſeriem Myſteriorum apprime obſervaret.* Ant. Reiſerus (*in Epiſt. ad Spizelium, Templo Honoris modo laudato annexa*) Cluverum vocat *Myſteriorum Apocalypſeos præ Alcaſare reſeratorem ex Hiſt. Eccl. fideliſſimum.* Phil. Jac. Spenerus (*P. III. Conſil. Theol. Lat. p. 801.*), inter Lutheranos Apocalypſeos Commentatatores, *vix alium ſibi æqve placuiſſe atqve Cluverum & Dölingium, ſed nec videre hos omnia aut pleraqve,* ſignificat. Alardus Vaekius, Theol. Schaumburgicus (*in Comm. in Symb. Apoſt. p. 10.*), ipſum Comm. *eximium* appellat. Aug. Pfeifferus (*in Anti-Chiliaſmo c. 5. p. 204.*), Cluverum ſalutat einen berühmten und gründlichen Außleger der Apocalypſeos. Commendatur idem Comm. a Joh. Henr. Heideggero in *Enchirid. Bibl.*, *Lib. 3.*, *c. 29.*, *p. 1016.*, Abr. Calovio (*eximium* eum vocante) *in præf. Orthotomiæ Apoſtolicæ* Cluveri, & Joh. Micrælio (cui *Commentarius* audit *egregius*) *Lib. 3. Syntagm. Hiſt. Eccl. p. 477. edit. tertiæ.*

Tuba Sionis Evangelica, ſive Expoſitio Periocharum ſolennium, qvas Evangelia vocant, methodica, & ad perſpicuam totius doctrinæ chriſtianæ propagationem, e Textibus ipſis apte deducendam, & qvotannis conſtanter urgendam accommodata. Lubecæ 1647. in 4. (Male ex unico hoc ſcripto geminum fabricatur Henn. Wittenius *Dec. III. Mem. Theol. p. 360.*)

GERMANICA.

Grundfeſte der viel angefochtenen, aber unumſtößlichen Catholiſchen Wahrheit von der Perſon Jeſu Chriſti, oder eine gründl. Erklärung des vortreflichen Evangelii Joh. I. 1 - 15. Hamb. 1617. in 8.

Primum Diluculum Apocalypticum; Erſtes Morgenlicht der Offenbahrung Johannis, durch Anleitung des H. Geiſtes erſehen. Goslar. 1620. in 8.

INEDITA (**)

Diſpoſitiones & Explicationes LXXX. Pſalmorum Davidis, ad doctrinam, conſolationem & correctionem in pietate directæ. *Harum lucubrationum Diluculum A. 1620. Cluverum lingva vernacula evulgaſſe falſo tradit Wittenius l. c. p. 358., cum Diluculum illud Apocalypſin, non Pſalmos, illuſtrare, notorium ſit.*

Diſcipulus Emaunticus, ſeu Scrutinium Scripturarum, Chriſti paſſiones, crucem, ingreſſum in gloriam, inqve nomine ejus prædicationem poenitentiæ & remiſſionis peccatorum prædicentium.

Pinax Hæreſeologicus, ſive ſeries & Cognatio præcipuarum Hæreſium, qvæ Eccleſiam Chriſti a tempore Apoſtolorum ad A. C. 1626. infeſtarunt: Qvo inter alia oſtenditur, diabolum duobus Anti-Chriſtis, Orientali & Occidentali, continuam per hæreſes viam paraſſe. Hunc Pinacem, cum aliis nonnullis ejus MStis, penes ſe eſſe mihi ſignificavit doctiſſimus illius nepos, Dethl. Cluverus, Societ. Regiæ Anglic. Aſſeſſor.

FALSO TRIBUTA.

Tr. de Angelolatria, } a Joh. Micrælio *in Syntagm. Hiſt. Eccl. P. III. p. m. 363.* edit. ſec.; ac G. M. Königio *in Bibl.*
Tr. de Baptiſmo, } *V. & N. p. 199.* Autor eorum eſt Steph. Clotzius, ſub cujus nomine, Cluverianum immediate præcedente, memorari debuiſſent.

Germania antiqva Phil. Cluverii a Joh. Alb. Fabricio *in Menologio, ſive Libello de Menſibus p. 11.*
Italia & Sicilia Antiqva Phil. Cluverii a Joh. Andr. Qvenſtedio *in Dialogo de Patriis Viror. Illuſtr. p. 444.*

ESDRAS (***) EDZARDUS,

Hamburgenſis, Jodoci Edzardi Glanei, primi novæ ædis Michaelitanæ Paſtoris, alibi fuſius a nobis celebrati, e Barbara Graveleja filius, Edzardi Ludolphi Middochii, Eccleſiaſtæ in Tractu Jeverano Tettenſis, nepos, Jodoci autem Glanei, Antiſtitis in Urbe Bremenſi Ansgariani, & deinde, cum, ob ſingularem in doctrina Lutherana animoſe defendenda conſtantiam, a Senatu Calviniano ab hoc remotus eſſet officio, Paſtoris in Comitatu Oldenburgico Hohenkirchenſis, & Superintendentis Jeverani, e filia, Middochio nupta, pronepos, diem 28. Junii A. 1629., habuit natalem. Gente Judæum eum fuiſſe falſo credit Jac. Basnagius loco inter Elogia exhibito. Literarum rudimentis, ad Annum usqve ætatis decimum tertium, domi a privatis imbutus Præceptoribus, A. 1642. (qvo &, d. 14. Jul., Templi Cathedralis adſcriptus eſt Vicariis (****) claſſem primam ſcholæ publicæ, Rectore M. Daniele Arnoldo, freqventare cœpit, & ex iſta A. 1644. in vicinum translatus eſt Gymnaſium, hujusqve Profeſſores celeberrimos, Joach. Jungium, Joh. Adolphum Taſſium atqve Henr. Vagetium, in Philoſophicis pariter atqve Philologicis ſtudiis, per triennium, habuit hodegos. Theologiæ ſacris Lipſiæ A. 1647. a Joh. Hülſemanno, hoſpite ſuo & ſtudiorum moderatore, A. 1648. autem Witebergæ, a Jacobo Martini, cujus convictu utebatur, eſt initiatus, &, in Lutheri ipſius muſeo, Johannis Eringii, Medicinæ Doctoris & Profeſſoris egregii, aſſiduo, non ſine fructu ingenti, gavisus contubernio. Anni ſeqventis 1649. dimidium Cygnææ in Miſnia, ut Philologiam, lingvarum inprimis orientalium, ductu Joh. Zechendorfii, ſcholæ iſtic publicæ Rectoris, & Chriſt. Daumii, ejusdem Conrectoris, excoleret accuratius, exegit, reliqvam autem partem itineri per Germaniam ſuperiorem impendit literario, & in iſto Lipſiæ Caſp. Barthium, Polyhiſtorem, Gothæ Salom. Glaſſium, Theologum, Tubingæ Thomam Lanſium, JCtum, aliisqve in urbibus alios viros celebres,

(*) *Conf. Ant. Heimreichii Hiſt. Eccl. Slesvic. p. 210.* (**) *V. Theoph. Spizelii Templum honoris, num. 16.* (***) In Ad. Clarmundi Biographiis Erud. Vernaculis, *P. VIII.*, *p. 225.*, ridicule *Lazarus* vocatur. (****) V. Joh. Alb. Fabricii *P. II. Mem. Hamb. p. 624.*

bres, ſalutavit ac ſibi conciliavit. A. 1650. Baſileam adiit, & iſtic Joh. Buxtorfii junioris, in ſtudiis Hebraico, Chaldaico, Thalmudico & Rabbinico, χειραγωγίᾳ feliciter aliqvamdiu uſus, Tiguri Joh. Jac. Huldricum & Joh. Henr. Hottingerum compellavit, reliqvaqve Helvetia (in qva Buxtorfii commendatitiis inſtructo literis publici aliqvoties honores ſunt exhibiti), Rhætia item, Svevia & Alſatia ſuperiori, peragratis, Argentinæ tandem A. 1651. ſubſtitit. In urbis hujus Academia illuſtri Theologiæ denuo, & ultra biennium qvidem, vacavit, ſingulis illius Profeſſoribus, præcipue vero D. Joh. Georgio Dorſcheo, hoſpiti, cujus omnia Muſarum receptacula ipſi patuerunt, longe gratiſſimus. Dorſcheo A. 1653. ex Academia patria in Roſtochienſem avocato, ipſe etiam inde, poſt luſtratas in itinere civitates Sveviæ, Bavariæ & Franconiæ, potiores, in Gieſſenam diſceſſit, hujusqve Theologos, Juſtum Feurbornium ac Pet. Haberkornium, ſeqventi, & præceptores, & hoſpites, & in Diſputationibus aliqvot Præſides, veneratus eſt biennio. Hamburgum tandem ad ſuos, viſis in tranſitu præcipuis Haſſiæ & Ducatus Brunſvicenſis Urbibus, A. 1655. reverſus, ſeqventi 1656. Roſtochium, ut Dorſcheum ſuum, ac Gryphiswaldiam, ut D. Abrah. Battum ſalutaret, excurrit, nec multo poſt in Academiam Roſtochienſem denuo delatus, titulum Licentiati Theologiæ academicum, alibi jam ante oblatum, M. Aprili ambiit, &, poſt examen ſolenne, atqve habitam prid. Kal. Aug. Diſputationem contra Judæos & Socinianos inauguralem, die 2. Septembris, Procancellario D. Herm. Schuckmanno, Decano autem & Brabevta Dorſcheo, impetravit. A qvo uti in priori, qvo ad Diſput. ejus inauguralem Auditores invitavit, Programmate (1.), ductu loci in Hiſtorica Esdræ, c. VII. v. 10., obvii, cum ſacerdote hoc Judæorum ſanctiſſimo, ſibiqve *ὁμωνύμῳ, cor ſuum ad Legem Domini qværendam, ſervandam & docendam, parante*, & in altero, qvo actum promotionis indixit, & locum Act. XXII. 3. illuſtravit (2.), cum Paulo *ad pedes Gamalielis educato*, ita in Oratione ſolenni *de fictitia Ordinis Carmelitici antiqvitate*, d. 2. Sept., Eliſæ ſacro, in ipſo promotionis actu, habita (3.), cum Eliſa, per Eliam uncto, & pallii injectione in Prophetam inaugurato, eſt comparatus. Hoc titulo impetrato, ſedem fortunarum in urbe patria fixit ſtabilem, & uxorem d. 26. Jan. A. 1657. duxit Angelicam, Georgii Leſſii, Mercatoris Hamburgenſis, ex Amalia Pilgrimia filiam, neptemqve Pancratii Pilgrimii, Mercatoris Noribergenſis, é Carinthia patria, ob conſtantiam in religione Lutherana, exulis, d. 9. Sept. A. 1688., poſt diuturnum ac fœcundum annorum 31. conjugium, defunctam. Filios hæc ei octo, duasqve puellas, eſt enixa, e qvibus parenti, Jodoco Pancratio primogenito, fideli, in literis lingvisqve ſacris docendis, ac Judæis convertendis, illius, per luſtra complura, *συνέργῳ* (4.), Nicolao item, Petro, Davide Ludolpho, Franciſco Eliezere & Amalia, morte jam ante immatura extinctis, Georgius Eliezer, Lingvæ Græcæ & Hiſtoriarum in Gymnaſio patrio Doctor publicus, Joh. Esdras, Eccleſiæ Lutheranæ Londinenſis in Anglia Paſtor, Sebaſtianus, Logices & Metaphyſices in Athenæo Hamburgenſi Profeſſor, & Barbara Eliſabetha filia, ſoli fuere ſuperſtites. Cum patrimonio ſatis amplo, dote uxoris luculentiſſima aucto, gauderet, otium vitæ privatæ literarium dignitatibus, ad qvas ſubinde invitatus eſt, academicis (*), aliisqve non minus ſplendidis, imo Lingvarum etiam Orientalium in Gymnaſio patrio Profeſſioni, A. 1675. oblatæ, ſed hortatu ipſius Eberhardo Anckelmanno, civi atqve auditori ſuo, collatæ, prætulit, & partim Judæorum ad ſacra chriſtiana converſioni, partim vero domeſticæ & gratuitæ (nec enim *δίδακτρον* unqvam, vel poſtulavit, vel obtrudi ſibi eſt paſſus) Studioſorum, & Hamburgenſium, & Exterorum, catervatim ad ſe confluentium, in literis Hebraicis, Chaldaicis, Thalmudicis & Rabbinicis, aliisqve Orientalibus, inſtitutioni, ad obitum usqve, ſummo cum Germaniæ & Septentrionis vicini Eruditorum applauſu, die Veneris qvolibet hebdomadatim continuatæ, impendit. Qvas lingvas licet jam ante egregie calleret, non dubitavit tamen, Hamburgum ex academiis redux, ut in literatura Thalmudico-Rabbinica magis adhuc proficeret, Davidis Cohen de Lara, doctiſſimi Synagogæ patriæ Antiſtitis, menſtruo ipſi, ſicut ab eruditiſſimo Mourræo accepi, octo imperialium pretio perſoluto, aliqvamdiu uti informatione. Cui & ipſe viciſſim, cum Rabbinus hic *πολύγλωττος* A. 1668. *Lexici* ſui *alphabetici Thalmudico-Rabbinici tomum priorem* juris faceret publici, adjumento fuiſſe, teſte Chriſtoph. Woltereckio (5.), perhibetur haud exiguo. Ad *Tractatum* autem ejusdem *de Vocabulorum Rabbinicorum cum Græcis, aliisqve Europæis, convenientia*, A. 1638. jam editum, qvas ſymbolas (Woltereckio itidem memoratas) Noſter, puer tunc novennis, conferre potuerit, non video. Qva fide, qvove ſucceſſu, ipſe ſacras haſce lingvas ac literas juvenes ferme innumeros docuerit, plurimi illorum in ſcriptis etiam grata mente deprædicarunt publicis, & hos inter, qvi ſoli a nobis memorabuntur, viri eximii & longe celeberrimi, David Clodius in Acad. Gieſſena, Tilem. Andr. Rivinus in Lipſienſi, Henr. Muhlius in Kilonienſi, Aug. Pfeifferus in Witebergenſi, Steph. Maſius in Roſtochienſi, Joh. Eberh. Busmannus in Julia, Alb. ab Holten in Tubingenſi, Joh. Henr. Majus in Gieſſena, Theod. Daſſovius in Leucorea & Kilonienſi, Joh. Andr. Dantzius in Jenenſi, Aug. Herm. Franckius in Halenſi, Eberh. Anckelmannus in Athenæo Hamburgenſi, Joh. Jac. Schudtius in Francofurtano, & Joh. Wülferus in Noribergenſi, easdem noſtra ætate, ſumma cum laude, profeſſi, omnes autem e ſchola, velut ex Eqvo Trojano, progreſſi Edzardina. Collegiis gratuitis Hebræo-Biblicis, a Joh. Wilh. Petræo (6.) etiam publice commendatis, bis hebdomadatim ab eo jungebantur Collegia, qvæ Joh. Winclerus (7.) celebravit, Pietatis domeſtica, ſive ſcholæ, uti Phil. Lud. Hannekenius, pietatis collegiis privatis infenſior (8.), appellari mavult, catecheticæ, in qvibus Judæorum, ad religionem ab ipſo Chriſtianam converſorum, & Chriſtianorum etiam qvorundam, liberi tenerioris ætatis primis fidei & pietatis Chriſtianæ imbuebantur initiis. Famam enim ejus præcipue auxit, & per omnem Europam longe lateqve diffudit, feliciſſimus ſtudii, Infidelibus ac Heterodoxis in eccleſiam Chriſtianam, & caſtra Lutheranorum, traducendis, toto vitæ tempore impenſi, ſucceſſus, a Theologis tot atqve viris eruditis certatim celebratus. Non enim complures ſolum Pontificios, Reformatos & Anabaptiſtas, ut, cœtibus ſuis Heterodoxis relictis, Lutheranis ſe jungerent, permovit, ſed nonnullos etiam Turcas & Æthiopes, præſertim vero aliqvot Judæorum centurias, ſacris chriſtianis initiavit, & Proſelytis converſis, qvod pleriqve pauperes eſſent, ac alienæ benignitatis indigi, de vitæ ſubſidiis, e fiſco peculiari, a ſe inſtituto, ac hominum opulentorum complurium largis ſubinde non parum aucto donariis, proſpexit. Anno certe 1679. duodetriginta jam Judæos, teſte Abr. Calovio (9.), chriſtianæ religionis numerabat Proſelytos, ſuo ad illam ſtudio perductos. Qvorum numero qvanta, per annos, qvibus ſuperſtes fuit, viginti octo ſeqventes, acceſſerit multitudo, vix dici poteſt, & vel inde conjicias, qvod, uti a Joh. Frid. Mayero (10.) eſt traditum, Anno 1690. Hamburgi complures integræ Judæorum familiæ, vel centenis filiis nepotibusqve florentiſſimæ, ab eo converſæ, ſuperfuerint, ſolisqve qvatuor prioribus ejusdem

anni

(1.) Recuſum illud legitur in Dorſchei *Sylloge Semeſtri Miſcellaneorum Hiſtorico-Theologicorum*, Roſtochii A. 1669. *in 4.* edita, *num.* [illegible], *p.* 187-2[illegible]. (2.) Recuſum eſt in eadem *Sylloge, num. 12., p.* 2[illegible]-246. (3.) Invenitur & iſta in *Sylloge* modo laudata, *p. 77-104.* (4.) Vitam illius, d. [illegible]0. Jul. A. 1659. nati, ac cœlibis, in domo paterna, d. 2?. Apr. A. 1703, æt. 44., denati, exhibent *Nova Germaniæ Literaria Hamburgenſia, M. Jun. A. 1703., p. 240.* (*) Profeſſionem Theologicam (in qva J. G. Dorſcheo ſucceſſurus erat) Roſtochienſem detrectaſſe a Joh. Jacobo Schudtio, *P. I.* der Jüdiſchen Merckwürdigkeiten, *Lib. V., c. 8., p. 381.*, traditur. Ubi & idem falſo perhibet, Canonicum eum Hamburgenſem fuiſſe. (5.) *loco inter Biographos Noſtri mox allegando p. 128.* (6.) *in Præfat.* des Spruch-Catechiſmi. Conf. Eberh. Anckelmanni *Or. Auſpic. p. 92. 93.* (7.) *in Epiſtola de Collegiis Pietatis, ad Phil. Lud. Hannekenium, Germanica, p. 12.* (8.) in der Antwort auf Joh. Wincleri Sendſchreiben *p. 7.* (9.) in Elogiis ad Joh. Henr. Majum, infra inter Elogia Noſtri recitandis. (10.) *in Muſæo Miniſtrorum Eccleſiæ, P. III., c. 3., p. 45.*

anni menſibus novem Proſelyti novi, ab ipſo perſvaſi, Synagoga ſua relicta, ad Chriſtianos tranſierint. Nec immerito proinde, ex ipſis Reformatis, Rich. Kidderus, Epiſcopus in Anglia Bathonienſis & Wellenſis (11.), poſt methodum noſtri Apellas e V.T. convincendi laudatam, ex qvo tempore miracula ceſſarunt, neminem forte plures, qvam illum, Judæos ad Chriſti fidem convertiſſe, judicavit. Fuere hos inter & Rabbini nonnulli, magnæ inter populares autoritatis, & in literatura vernacula præclare verſati, e qvibus Erneſtus Chriſtianus Zarvoſſi, juventutis poſtea judioſæ in Academia Jenenſi ad eandem hodegus, David Hieronymus, aliiqve, nobis innotuerunt. Nec deſperandum forte fuiſſet de ipſo Davide Cohen de Lara, Archiſynagogo Hamburgenſi, noſtriqve præceptore, ſupra jam laudato, ſi vita illi contigiſſet paulo diuturnior. Lectulo enim emortuali affixus, cum de veritate religionis Judaicæ ambigeret, die, qva expiravit, decima Octobris A. 1674., Edzardum accerſi juſſit, & cum eo, ſibi aſſidente, ſermones hujus argumenti aliqvamdiu miſcuit. Qvod cum Judæis eſſet nunciatum, XXX. ex primoribus, Apoſtaſiam ejus veriti, ſubito, in conclave adventu, & amica cum Noſtro diſputatione, colloqvia hæc interturbarunt, moribundus autem, collationi illorum auſcultans, anteqvam eſſet finita, deceſſit, &, cuinam religioni ſit immortuus, incertum reliqvit (12.). Proſelytorum horum Edzardinorum nonnulli qvidem etiam, more recutitis familiari, Chriſtianis ſacris valedicentes, ad ſynagogam ſuam remigrarunt, ſed adeo tamen, in tanta multitudine, pauci, ut apoſtatæ hi, ad ſuperſtitiones ſuas relapſi, vix qvadrageſimam, uti traditur, a Noſtro converſorum partem conſtituant. Imo inter hos ipſos non defuere, qvi, cum, a Judæis, vel ſeducti & pecunia corrupti, vel vi doloqve malo in regiones longe diſſitas, ipſasqve inſulas Americanas, clam deportati, aliqvamdiu a ſacris chriſtianis defeciſſent, ſponte Hamburgum, poſt annos complures, ſunt reverſi, & eadem denuo amplexi. Exempla aliqvot *Novorum Germaniæ literariorum Hamburgenſium* ſuppeditabunt collectores (13.); qvi, repertos etiam eſſe in hoc Proſelytorum numero, qvi gentiles alios Chriſto lucrifecerint, publicisqve, in eccleſia pariter atqve republica, officiis admoveri meruerint, teſtantur. Doctrinæ cæteroqvin Lutheranorum aſſecla & hyperaſpiſtes Noſter fuit conſtantiſſimus, & Zelotes in ea, ne controverſiis qvidem & dogmatis minoris momenti exceptis, adverſus Allophylos, ac Theologos moderatiores, animoſe defendenda, Præceptorum, qvorum præjudiciis mordicus inhærebat, exemplo, rigidiſſimus, ſed juſto ſæpe importunior, cum, poſt auditores Pythagorico jam aſſvefactos ſilentio, reſponſa ſua aliis etiam, tanqvam oracula, obtruderet, nec placida mente, in rebus etiam levioribus, diſſentientes ferre didiciſſet. Sectariis, dogmata, in Imperio Germanico doceri publica ſanctione prohibita, ſpargentibus, infeſtum eum fuiſſe, taliumqve, præſertim Staniſlai Lubienicii, Doctoris Sociniani, Polonia exulis, ex urbe patria, diverſorum licet generum Fanaticos, ipſosqve Judæos, tolerare jampridem aſſveta, ejectionem urſiſſe, &, qva apud Magiſtratum pollebat autoritate, impetraſſe (14.), nemo, vel miratur, vel indignatur. Qvis vero non culpet nimiam viri, adverſus ejusdem ſecum doctrinæ Lutheranæ confeſſores, ſed praxeos chriſtianæ, qvam vulgo fieri ſolet, ſtudioſiores, vehementiam? Qvalem olim, cum Hamburgi auditor ipſius eſſet, expertus eſt Aug. Herm. Franckius, Theologus poſtea Halenſis. ab eo, cum prælectionibus domeſticis non ſemper intereſſet, acerbe, qvod ſemel tantum qvotidie cibum caperet, & ſtudii veræ pietatis freqventius inculcaret neceſſitatem, coram aliis, adjecto epiphonemate, qvod *diabolum haberet*, traductus. Qvi tamen, cum hæc ipſi invectiva coram ſynedrio academico Lipſienſi ab Adverſariis A. 1689. objiceretur, inſigni manſvetudine, ſe vehementiam hanc Præceptori chariſſimo, ob temperamentum fervidum atqve igneum ad vitium iſtud procliviori, inqve alios auditores eadem ratione invehi & debacchari ſolito, libenter condonare, reſpondit (15.). Qvis moroſam non rideat invidiam, qva, ob Judæorum & Heterodoxorum in Literas merita juſtis, qvas nec ethnicis denegamus, laudibus celebrata, mihi ipſi, cum, poſt editum *Cimbriæ Literatæ Prodromum*, & eruditionem Roderici a Caſtro, Medici Hamburgenſis, Judæi, ἰατρικὴν in iſto commendatam, A. 1688. illum inviſerem, & aliis ſimul, zelotes hic ἰδιογνώμων auſus eſt indignari? Fatendum tamen, & minorem fuiſſe hanc ejus importunitatem, & facilius, diverſas ob cauſas, excuſari poſſe, qvam zelum præcipitem ἀνέντον & plane furioſum, filii ejus Sebaſtiani, juvenis nec autoritate ulla, nec meritis in eccleſiam, aut literas, conſpicui, in Theologos qvosvis, Lutheranos pariter atqve heterodoxos, ſchedis maledicis, brutisqve fulminibus ſuis, per annos jam complures, promiſcue, temeritate intolerabili, ſed & ridicula ſimul, ob diſſenſum a præjudiciis ſuis ſacris leviſſimum, ſævientis, qvem cordati omnes, ſanam ei mentem apprecantes, merito deteſtantur. Famæ monumentis ingenii literariis acqvirendæ incurioſus, ſuumqve iſtud: *Scriptis eliciuntur ſcripta*, Schreiben macht ſchreiben; apologiæ loco, ſubinde iterare ſolitus, pauca tantum & exigua qvædam in lucem edit ſchediasmata, & horum ultimum, ob tædium ſphalmata corrigendi typographica, imperfectum reliqvit. Sed & de aliorum in literatura Hebræo-Rabbinica conatibus, & ſcriptorum inprimis Rabbinicorum translationibus, qva erat moroſitate, inclementer plerumqve judicavit. *Qvotiescunqve* enim *de nova verſione Rabbini alicujus audiebat, novum inde vanæ ambitionis pabulum, & lingvæ ipſius inſecuturum damnum non exiguum, metuens, indignari fere*, teſte Abr. Hinckelmanno, amicorum haud infimo (16.), *ſolebat; prudenterne*, uti ille cenſuit, an imprudenter, invidæ ἀλογογνωμοσύνῃ indulgendo, aliorum eſto judicium. Senex firmiori fere, qvam juvenis, gaviſus eſt valetudine, ſed ultimo tamen biennio aliqvoties virium qvandam ſenſit imbecillitatem, paucis licet diebus evaneſcere ſolitam. Septem hæc ante obitum hebdomadibus eum denuo invaſit, &, cum ἀγρυπνίᾳ ac ciborum faſtidio augeretur, d. 21. Dec. A. 1707. decumbere, laboresqve conſvetos intermittere, coegit. Moribundus d. 30. Dec., præſente Hieron. Paſmanno, ædis Michaelitanæ Archidiacono, a qvo ἐφόδιον acceperat euchariſticum, filios (Judæorum etiam in religione chriſtiana inſtitutionem gratuitam inpoſterum, uti fertur, continuaturos), ut, ſuo majorumqve exemplo, Auguſtanam Confeſſionem, cæterosqve Libros Symbolicos, & veram ſinceramqve pietatem, adverſus Pontificios, Calvinianos, Syncretiſtas, & alios Fanaticos Hypocritasqve, pro virili aſſererent, nec ulla calamitate vel perſecutione ſe deterreri paterentur, eſt hortatus. Nec multo poſt, die eadem, Proſelytos, qvi adhuc in religione chriſtiana inſtituebantur, ad lectum adduci juſſos, graviter itidem, ut in illa per omnem vitam perſeverarent, admonuit, ſimulqve, oculo nullis conſpicillis (qvibus nunqvam uſus eſt) munito, loca aliqvot V.T., qvibus ad conſtantiam excitarentur, in Hebræo codice ipſemet evolvit. Kalendis tandem ipſis Januarii anni ineuntis 1708., ſomno, in qvem inciderat, meridiano ceſſante, qvadrante poſt auditam horam nocturnam duodecimam tertio, placide, & ſine ullo dolore, inter adſtantium preces, Annos 78. & 6. menſes natus, expiravit.

(11.) *Parte III. Demonſtrationis Meſſiæ contra Judæos*, Anglice A. 1700. edita, *Cap. XI. p. 473.*, cujus Excerpta Lipſienſes, *in Actis Erud. M. Dec. A. 1707. p. 543.*, exhibent. (12.) Fuſius hæc, ex ipſius Edzardi & conſultiſſimi Ott. Sperlingii narratione, in Elogio Davidis expoſuimus. Confer *P. II. Iſagoges noſtræ ad Hiſt. Cimbr., c. 5., §. 2., p. 97.*, Joh. Chriſtoph. Wolfii (*invictæ* Davidem *pertinaciæ* accuſanti) *Hiſtoriam Lexicorum Hebræorum p. 71.*, Joh. Jac. Schudtii (ab hoc allegati) *Compendium Hiſtoriæ Judaicæ p. 564.*, & Eb. Anckelmanni *Orat. Auſpic. p. 100. 101.* (13.) *M. Febr. A. 1708., p. 78. 79.* (14.) De Actis contra Lubienicium V. Vitam hujus, *Hiſtoriæ Reformationis Polonicæ*, ab illo ſcriptæ, præfixam, Pet. Bælii *Dictionarii Critici & Hiſtorici Tomum II. P. I., p. 412-417. Edit. primæ, & p. 1907-1910. Edit. ſecundæ*, Gotfr. Arnoldi *T. II. Hiſtoriæ Eccleſiaſtico-Hæreticæ, L. Germ. editæ, L. 17., c. 13., p. 560. 561.*, Dav. Schulteti (defendere illa contra Arnoldum aggreſſi) *Innoc. Theol. Hamb. p. 178-181.*, & laudati ab hoc Ern. Sal. Cypriani *Diſſ. de Mortibus Socinianorum* (*in Pentade Diſſertt. Eccleſiaſt.*) *p. 113. & ſq.* (15.) V. das Leipzigiſche Gerichtliche Protocoll wegen der Pietiſten *p. 41. 42.* (16.) *in Præfat. Alcorani Arabici, lit. t. 1. b.*

Vitæ ejus Hiſtoriam nobis ſuggeſſerunt:

1. JOH. GEORG. DORSCHEI (ad A. usqve 1656. eam tantum perſecuti) *Programma ad Diſputationem Inauguralem invitatorium*, ſupra jam allegatum, qvocum & alterum Programma, promotionis actui præmiſſum, Oratioqve ſolennis, in iſto habita, qvæ ibidem laudantur, poterunt conferri.
2. NOVORUM GERMANIÆ LITERARIORUM HAMBURGENSIUM Collectores, *M. Febr. A. 1708., p. 76-80.* (Horum totam narrationem poſtea Joh. Alb. Fabricius *Parti II. Memoriarum Hamburgenſium, p. 1032-1044.*, inſeruit).
3. ANONYMUS (qvi Chriſtophorus eſt Woltereckius, noſter ex auditore amicus, juvenis doctiſſimus) im Ausführlichen Berichte von allerhand neuen Büchern, *Sect. I. A. 1708., p. 125. 128.*
4. JOH. JAC. SCHUDTIUS, *Parte I.* der Jüdiſchen Merckwürdigkeiten, *Lib. V., c. 8., p. 377-384.*, cujus excerpta *Sectione XLVI.* des Neuen Bücherſaals, *p. 734-737.*, leguntur.

Conferantur de illo JOH. SAUBERTUS Jun., *in præfat. ad Jacobi Jehudæ Leonis libros de Templo Hieroſolymitano.* THEOPH. SPIZELIUS *in Præcoci Maturitate Joh. Jac. Thurmii* (Auguſtæ A. 1670. *in 4.* edita) *p. 27. 28.*, JOH. FRID. MAYERUS, *in Muſæo Miniſtrorum Eccleſiæ, P. III., c. 3., p. 44-56.*, CHRIST. DAUMIUS *in Epiſtolis ad Thom. Reineſium p. 2. 6. 39.*, VINC. PLACCIUS *in Tr. de Script. Anon. & Pſeudon., P. I., p. 130. 131.*, BENED. HOPFERUS in Epiſtola hodœporica, ad amicum A. 1674. ſcripta, & *Philologicis* Rol. Mareſii, in Edit. Lipſienſi, ſubjuncta, *p. 683. 684.*, MART. DIEFENBACHIUS *in Judæo Convertendo*, Germanice Francofurti A. 1696. edito, *§. 8., p. 41-45.*, EBERH. ANCKELMANNUS *in Orat. Auſpicali* (G. H. Götzii *Elogiis Philologorum Hebræorum* inſerta) *p. 92. 93. 97. 100. 101. 103. 104.*, JOH. FRANC. BUDDÆUS *in Lexici Hiſtorici Appendice p. 9.*, JOH. CHRIST. BLUMIUS *in Jubilæo Theologorum Emeritorum, c. 3., p. 74. 75.*

INSCRIPSERUNT ILLI:

JOH. HENR. MAJUS, Theologus Gieſſenus, *Vitam Joh. Reuchlini*, Durlaci A. 1687. *in 8.* editam.

D. HENR. PHIL. HERWARTUS, Superint. Martisburg., *Scrutinium Philologicum*, Francof. 1659. *in 8.*

THEOD. DASSOVIUS, Theol. Kilon., *Diſp. de Vera & æterna Salvatoris Deitate*, Præſide D. Pet. Haberkornio habitam, Gieſſæ 1673. *in 4.*

CASP. CALVÖRIUS *Hiſtoriam Moſis, ſeu in ejus illuſtria facta Diſſertationes, Hermanno ab Hardt oppoſitas*, Goslariæ 1696. in 4.

ELOGIA.

THOM. REINESIUS, *Ep. XII. ad Joh. Vorſtium*, M. Oct. A. 1649. ſcripta, *p. 35.*, ita de illo: *Clariſſimos Viros, Jungium & Taſſium, meis verbis peramanter ſalutabis. Nuper mecum fuit Diſcipulus ipſorum emendatiſſimus, & egregiarum minarum Juvenis, Esdras Edzardi.*

JOH. BALTH. SCHUPPIUS, im unterrichteten Studenten (*in Append. Opp. Germ.*) *p. 215.*, eum, & Æg. Gutbierium, vocavit zwey tapfere vortrefliche Männer, & Magiſtratui Hamburgenſi ſvaſit, ut horum, in controverſiis Judaicis verſatiſſimorum, opera ad convertendos apellas, uteretur.

JOH. GEORG. DORSCHEUS, *in Programmate ad Diſp. ejus Inaug. Invitatorio*, ſupra allegato, *p. 206. 207. 209.*, eum, *ob cor variarum ſcientiarum ubertate pleniſſimum, & doctrinam induſtriamqve pertinaciſſimam*, commendavit, *Hoſpitem ſibi eruditionis & pietatis ſtudio gratiſſimum*, verumqve *Esdram*, ſive *qvæſitorem Legis divinæ diligentiſſimum*, ſalutavit, ac *conſummatum aliqvando Esdram futurum*, *Deoqve ſuo loco inſignem præſtiturum operam*, eſt ominatus.

PHIL. JAC. SPENERUS, *P. I.* der Theologiſchen Bedencken, *c. 2., Reſp. 10., p. 420.*, (cum qvo loco confer alia *P. I. Conſil. Theol. Lat., Art. I., c. 1., Sect. 24., p. 65., c. 2., Art. 1., Sect. 16., p. 264.*) Studioſis Theologiæ, ut collegia illius Hebræo-Biblica freqventarent, verbis ſvaſit ſeqventibus: im Hebräiſchen wird noch mehr Fleiß anzuwenden ſeyn; vielleicht aber giebts Gelegenheit bey Hrn. Lic. Edzardi in Hamburg ſich eine weile aufzuhalten, welches nie keinen gereuet hat, ſo ſich ſeiner bedienet; *Parte* autem *IV., Art. I., Sect. 18., p. 96.*, de converſione Judæorum ſollicitis commercium cum eo, velut hac in palæſtra exercitatiſſimo, commendavit. Idem SPENERUS, *P. II. Conſil. Theol. Lat., c. 3., Art. 3., n. 9., p. 79.*, *incomparabilem* ejus in convertendis Judæis *induſtriam* celebrat, *P. III. p. 446.*, *Virum in literatura Hebraica profundiſſimum* illum ſalutat, & *p. 600.* ita ſcribit: *Celeberrimum Ezardi tanti facio, ac paucos alios, qvi nunc vivunt, & ab eo plurima adhuc cauſæ Dei promitto.*

AVG. VARENIUS, *in Progr. Invit. ad Diſp. Inaug.* Eberh. Anckelmanni, Auditoris ejus, hoc eum A. 1671. ornavit Elogio: *In ſanctioribus LL. Or. & Theologiæ textualis ſtudiis ducem habuit Virum Pl. Rev., Esdram Edzardum, Th. Lic.; qvi, prout ipſe, non ſcriptis ſolum conſenſum antiqvioris Synagogæ, in primariis ſcripturarum V. T. de Meſſia oraculis, & præſentis ab illo ipſo apoſtaſiam, teſtantibus, ſed & vivæ vocis & συζητήσεως ſanctioris miniſterio, id agit, ut qvorum cordi, in lectione V. T., velamen impoſitum eſt, agnoſcant, qvantum a fide majorum & prudentia juſtorum degenerarint, nec, niſi qvo jam ex fœdere gratiæ potiti ſunt, redemptorem expectent; neqve aliud magis negotii ſibi dari credit, qvam illud Paulinum Rom. XI. 14.* τὸ παραζηλῶσαι τὸν Ἰσραήλ; *ita, ut non deſint ingenia decora, qvæ jam nunc in partem curarum veniant, & deinceps ſuccedant, inſtitutione ſua efficit.*

ABR. CALOVIUS in Elegis qvalibuscunqve, Joh. Henr. Maji *Diſſertationi de Veritate Religionis Chriſtianæ, adverſus Judæos*, A. 1679. adjectis, ita de illo:

Hoc te Præceptor docuit, ſuper æthera notus
(Ipſos Rabbinos maximus ille docet.)
Edzardum, fidum tibi qvondam Gamalielem,
Deſigno, Domini qvi Vir, & Os Domini,
Qvi ſancta cura duodetriginta fideles
Reddidit in Chriſtum, flamine dante Dei,
Fluminis ut tingi ſeſe paterentur in unda,
Mundariqve ſimul ſangvine, Chriſti, tuo.

RICH. KIDDERUS, Epiſc. Bathon. in Anglia, (loco, in Vita Noſtri, ex *Actis Erud. Lips.*, jam allegato), methodum Judæos e V. T. convincendi, per literas ab illo ſibi communicatam, laudans, Reverendum eum Senem appellat, qvo nemo forte plures Judæos, ex qvo tempore ceſſarunt miracula, ad Chriſti fidem converterit.

ELIAS VEJELIUS (ſub *Obadiæ* abſconditus larva), im Beytrage an *Speneri Pia Deſideria p. 155.*, hæc habet: der Welt-berühmte Lic. Esdras Edzardi thut ein groſſes an den Juden.

MATTH. WASMUHTO (*in Programm. Anti Conringiano p. 54.*) *Celeberrimus ille* audit *hebraizantium Phœnix, qvi vere Eſræo zelo paravit cor ſuum ad qværendam legem Domini, & ad faciendum & docendum in Iſraele (convertendo qvod faxit Numen!), præceptum & judicium* (*Esr. VII. 10.*), *& qvidem ſecundum manum Dei ſui, qvæ bona eſt ſuper ipſo* (*ibid v. 9.*).

JOH. WINCLERO (*in Ep. Germ. de Collegiis Pietatis, ad Phil. Lud. Hannekenium, p. 12.*) ein theurer und von allen hoch geprieſener Mann.

PHIL.

PHIL. LUD. HANNEKENIO (in der Antwort auf Joh. Wincleri Sendſchreiben *p. 7.*) ein hochberühmter Philologus Hebræus.

AD. TRIBBECHOVIO (*in Diſſ. Inaug. ad Joh. XIV. 6., p. 27.*) *Vir in Judaicis ſcriptis verſatiſſimus.*

HENR. PHIL. HERWARTO (*in Ep. Dedic. Scrutinii Philologici*) *Theologus eximius, Hiſtoricus eminens, Philologus ſingularis.*

JOH. EBERH. BURMANNO (*in Obſervatt. Sacris, §. 9.*) *Vir celeberrimus, ac de omni in univerſum Hebræa literatura, tum de ſe qvoqve, præclariſſime meritus.*

ABR. HINCKELMANNUS (*in Præf. Alcorani Arabici, lit. f. 1. a.*) ita de illo: *In pio labore Judæos convertendi, meritiſſimi Theologi, Esdræ Edzardi, zelus, pietas & doctrina, præ cæteris eluxit.*

SAM. SCHELGVIGIO (*in Itinerario Anti-Pietiſtico p. 50.*) audit ein theurer, und, wegen ſeines unermüdeten Fleiſſes in Bekehrung der Juden, hochzuſchätzender Herr.

JOH. FRID. MAYERUS (*in Muſæo Miniſtrorum Eccleſiæ, P. III., c. 3., p. 44.*) eum *ipſiſſimum ævi noſtri Esdram, cujus in Evangelio laus perampla eſt*, ſalutat, filiosqve ſimul illius patriſſantes, ac collaboratorem in converſione Judæorum, Eberh. Anckelmannum, commendat.

SEV. WALTH. SLUTERO (*in Diſſ. de Colloqvio Nicodemi cum Chriſto, lit. D. 4. a.*) *Vir* audit *maximus, qvem, ob accuratam rerum Hebræarum notitiam, totus jamdudum orbis Hebræus admiratur.*

JOH. HENR. MAJO (*in Diſp. de Verit. Relig. Chriſt. Proœmio p. 4.*) *Sanctiorum Hebræarum literarum vindex atqve ſtator, immortaliter de ſe, ſtudiisqve ſuis, meritus*; it. (*in Vita Joh. Reuchlini p. 57.*) *Vir & pietate, & eruditione, excellens, & alter qvaſi Reuchlinus*; it. (*in Præfat. Examinis Hiſtoriæ Criticæ N. T. Rich. Simonis*) *Omnis ætatis memoriæqve clariſſimus Theologus ac Philologus, cujus informationi plurimum debeat.*

THEOD. DASSOVIO (*in Dedic. Diſp. de Vera & æterna Salvatoris Deitate*) *LL. Or., apud Hamburgenſes, Doctor conſummatiſſimus, cæteraqve Philologus incomparabilis.*

LIPSIENSIBUS *in Actis Erud., M. Febr. A. 1684., p. 99.*) *Famigerabilis ille Polyglottus*; it. (*M. Mart. A. 1686. p. 153.*) *Clariſſimus ævi noſtri Philologus*; it. (*M. Sept. A. 1690, p. 479.*) *Theologus Hamburgenſis famigeratisſimus, & vir optimus.*

JOBUS LUDOLFUS (*in Duce Judæorum ſublato, c. 5., §. 4., p. 26.*) ita de illo: *Amicus noſter, Dn. E. Edzardus, S. Th. Lic., cujus ſtudia practica pro converſione Judæorum omnibus bonis merito commendamus.*

CAR. LUNDIUS, Acad. Upſalienſis JCtus, *in Or. Fun. Laur. Normanno habita* (apud Henr. Pippingium *in Triade Decadum Memor. Theol. p. 1475.*), *Virum* eum ſalutat *ſummum, eruditione atqve doctrina, & lingvarum potisſimum orientis ſingulari peritia, non per Germanias tantum, ſed univerſum qvoqve orbem chriſtianum, celebratisſimum.*

D. G. MORHOFIUS (*T. III. Polyhiſt. Lib. V., p. 54.*) Virum *literarum Rabbinicarum peritiſſimum.*

CHR. DAUMIUS (*Ep. I. ad Reineſium p. 2.*) *Amicum ſuum cariſſimum.*

MICH. KIRSTENIUS (*in Progr. Invit. ad Or. Auſpic. Eberh. Anckelmanni p. 7. 8.*) hiſce A. 1675. verbis in laudes ipſius eſt digreſſus: *Qva fronte prætermiſero nomen & memoriam Rever. & Clariſſ. Esræ Edzardi noſtri, S. S. Theol. Lic. Hamburgenſis? Phœnix eſt in ſacra literatura, ſive interpres feliciſſimus, & inuſitata dexteritate, qvod tot documentis & teſtibus, ex ejus disciplina profectis, conſtat. Nulla qvidem ipſi docendi neceſſitas impoſita, docuit annis pluribus tamen, docetqve, ardore & contentione ſumma, & incredibili ſucceſſu, nec alia mercede, qvam recte factorum conſcientia: ut fama de ipſo longe lateqve ſit diſſipata, ad eumqve concurratur undiqve, tanqvam ad oraculum, qvod etiam eſt. Qvid multa? Ezræ vetuſto ſimillimum ſe exhibet, legi divinæ docendæ & vindicandæ unicé intentus, ut ille: ad hoc comparavit cor ſuum, toto pectore id agit, qvod de ipſo prædicavit dudum ex Theologis noſtris princeps unus, Acad. Roſtoch. Profeſſor, Aug. Varenius, ut, inter innumeros, unius teſtimonio utar. Cordi ipſius, ita comparato, nihil carius eſt, qvam* παραζηλῶσαι τὰς Ἰυδαίυς, καὶ σώζειν τινὰς ἐξ αὐτῶν, *qvod D. Paulo* (*Rom. XI. 14.*) *placet. Ei fini, qvicqvid librorum illis ſupereſt, perſcrutatus eſt, ut ſuis armis adoriatur ipſos, vincatqve. Dicerem plura, ſi aut res pateretur, aut modeſtia illius, & mea: nam profecto nihil moror, ſi qvi ſint, qvi auſint dictitare, amicitiæ noſtræ me plus dediſſe, qvam veritas permittit; nimis enim omnia in propatulo ſunt.*

CASP. SAGITTARIO (in *Epiſtola*, M. Hermanni ab Hardt *Diſſertationi de Fructu Librorum Judaicorum* adjecta,) *Vir* audit *ſummus, & inter Chriſtianos excellentiſſimus Rabbi.*

CONR. SAM. SCHURTZFLEISCHIO (*in Diſſertationibus Academicis, Progr. 181., p. 467.*) *Vir, ſi literas Hebræas ſpectes, incomparabilis.*

VINC. PLACCIO (*in Tr. de Script. Anon. & Pſevdon., P. I., c. 9., p. 67.*) *Amicus ſuus ſingularis, rariſſima eruditione ac pietate nobilior, qvam ut ſua commendatione qvicqvam ei poſſit accedere*, it. (*in Theatro Scr. Anon. & Pſevdon., T. I. p. 4.*) *Vir ex merito famigeratiſſimus.*

JOH. WEISSIO, Prof. Gieſſenſi (in *Carmine*, Pet. Haberkornii *Disputationi de Infantibus ſine baptismo defunctis* ſubjuncto), *Philologus magnus, Hebræusqve profundus.*

JOACH. FELLERO (*in Poemate Panegyrico in Magiſtrorum Lipſienſium promotionem*, A. 1690. edito, *p. 42.*) *Vir, mundi lingvas qvi callet Eoi absqve pari.*

BENED. HOPFERUS, Prof. Tubing. (in *Epiſtola poſteriori* de itinere ſuo literario, ad Amicum d. 5. Maji A. 1674. ſcripta, & Rol. Mareſii *Philologicis*, in Editione Anni 1687. Lipſienſi, ſubjuncta, *p. 683. 684.*), ita de illo: *Nulli qvidem muneri publico alligatus eſt apud Hamburgenſes, ſed tamen Licentiati Theologiæ titulum, cognitione Lingvæ ſanctæ profundiori, literarumqve Rabbinicarum, eximie tuetur. - - - Niſi me omnia fallunt, qvi diligentius verſatus ſit in rarisſimis & reconditiſſimis Hebræorum ſcriptis, præſens ætas neminem habet, nec acriorem ullum Antagoniſtam Judæi, qvorum jam plures Chriſto aggregavit.*

JOH. ALB. FABRICIUS hiſce illi Scazontibus (in qvorum etiam *inſcriptione communis per Germaniam Hebræarum literarum Doctor meritiſſimus*, παραζηλωτής, *catecheres, nutritiusqve Judæorum Chriſto lucrandorum, & feliciter adductorum, zelo, eruditione, induſtria, cura & fide, incomparabilis*, ſalutatur) parentavit (V. *Nova Lit. Germ., M. Febr. A. 1708., p. 80*):

Edzarde, noſtræ lumen urbis, & ſecli,
Qvem multa erat fas ſecla vivere annorum,
Ergo anno oriente flebilis occidis nobis?
Sic eſt: peracto te Deus vocat curſu.
Ita ſol, qvadrigis qvando ſplendidis cœli
Late patentem regiam peragravit,
Radiis, calore, dulce recreans terras,
Caliginoſos hinc ſubit maris fluctus,
Lumenqve nobis ſubtrahit ſuum invitis
Deſideratum. At haud is interim extinctus,
Sed conditur, cras pulchrior rediturus.
Nec te meritorum fama, conditum qvamvis,

Nec filiorum claritas, nec inſignis
Numerus clientum, te patietur extingvi,
Qvos erudiſti, qvos Deo reduxiſti,
Qvos liberali dextera nutriviſti.
Sed majus utiqve pulchriusqve te lumen
Manet in beatis manſionibus cœli,
Lumen, fideles qvod manere Doctores
Promiſit ipſe luminum parens. Lumen
Hoc geſtiens videre, jam valedicis
Nobis. In hoc oriri lumine ut poſſis,
Libenter occidis terris, novumqve annum
In civitate ſupera mavis ordiri,
Ubi mille temet, mille gaudia, expectant.
Salve perennis lucis Hoſpes, ut pridem,
Edzarde, noſtræ es lumen urbis & ſecli.

Eidem, *in Bibliographia antiqvaria, c. 1., p. 4.*, audit *magnus ille Hebraicarum literarum per Germaniam ſtator & propagator.*

MART. DIEFENBACHIO (*in Judæo Convertendo p. 9.*) audit der weltberühmte Judenbekehrer; it. (*p. 37.*) ein preiswürdiger Theologus.

MAGNO RONNOVIO, Sveco, IV. etiam ejus filios, *paternæ eruditionis & laudis æmulos*, commendanti (in *Præfat. Cod. Thalmudici de Æſtimationibus*, Ultraj. A. 1690. *in fol.*, cum tribus verſionibus notisqve, editi), *noſtri temporis Esdras.*

RUD. MART. MEELFÜHRERO (*in Acceſſionibus ad Theod. Janſonii Biblioth. Promiſſam p. 55.*) *Literarum Rabbinicarum propagator longe lateqve celeberrimus.*

M. CHRIST. REINECCIO (*in Diſſ. de Traditione Eliana de ſex Mundi Millenariis*, A. 1696. edita, *Sect. 3., c. 15.*) *Lumen illud Hebraicæ literaturæ fulgidiſſimum.*

NOVORUM GERMANIÆ LITERARIORUM HAMBURGENSIUM Collectoribus (*M. Febr. A. 1708., p. 76.*) *Vir multorum in Eccleſiam, & rem literariam, meritorum.*

ANONYMO (im Nachricht von der Statt Hamburg, *P. III., c. 8., p. 268.*) Ein vollkommener Meiſter der Orientaliſchen Sprachen.

M. JOH. CHRISTOPH. WOLFIO (*in Hiſtoria Lexicorum Hebraicorum p. 71.*) *ille ævi noſtri Esdras.*

MIHI (*P. II. Iſagoges ad Hiſt. Cimbr., c. 1., §. 2., p. 97.*) *Modernorum ſtudii Hebræo-Rabbinici Doctorum Phœnix, ingentem Apellarum numerum, κατηχήσεως ſuæ, & de ſuſtentandis Proſelytis ſollicitudinis, ope, Chriſto lucratus.*

VAL. ERN. LOSCHERO (in den Unſchuld. Nachrichten, *Sect. XV. A. 1707., p. 955.*) Ein berühmter Orientaliſte, und Beforderer der Judenbekehrung.

JOH. JOACH. ZENTGRAFIO (*in Vindiciis S. Cod. Hebræi incorrupti contra Marcum Meibomium, p. 37.*) *lingvæ Hebrææ propagator feliciſſimus.*

D. POLYC. LYSERO, Superint. Gen. Lüneburgico (*in Epiſt. de obitu Gottl. Frid. Seligmanni ad Henr. Pippingium* A. 1708. ſcripta) *Vir Dei, Theologus ὀρθοδοξότατος, Exegetes incomparabilis, e cujus ſchola, non modo Germania, ſed univerſa Europa, egreſſos diſcipulos Doctores veneratur; commune eccleſiæ chriſtianæ bonum, ſibi vivens, & a publicis muneribus vacans, ut magis viveret aliis, novus ævi noſtri Esdras, omni ſuo præconio major.*

JOH. JAC. SCHUDTIO (*in Compendio Hiſtoriæ Judaicæ p. 519.*) *Theologus & Philologus per totam Europam celeberrimus.*

JAC. BASNAGIUS (falſo eum, uti a Joh. Alb. Fabricio, *P. II. Memor. Hamb. p. 1032. 1033.*, jam eſt monitum, gente Judæum, & dignitate Rabbinum, Chriſtianæqve religionis Proſelytum, fuiſſe arbitratus), *in Hiſtoria Judæorum Gallica, T. V., Lib. VII., c. 31., p. 2080.*, ita de illo: *On y a vu* (à, Hambourg) *depuis un Rabbin ſçavant, nommé Ezdard, ou Esdras, qui, aiant embraſſé le Chriſtianiſme, a converti pluſieurs de ſes freres, evenement fort rare. Kidder, Eveqve de Bath & Wels* (*Demonſtrat. part. 3. chap. ult. p. 473*) *aſſure, qv' il ne ſ' eſt point fait un ſi grand nombre de converſion depuis le tems des miracles, qv' Esdras en a fait à Hambourg.*

AUG. HERM. FRANCKIUS (*Programm. I., p. 6. 7.*) *Præceptorem* eum ſuum vocat *fidelem & candidum*, ejusqve *in ſe, & in alios qvamplurimos, jam a multis retro annis, merita grata mente profitetur.*

JOH. WULFERO (*in Notis ad Salman Zevi Theriacam Judaicam p. 353.*) *Vir indefeſſi laboris.*

JOH. FRANC. BUDDEO (*in Programmate Diſſ. Inaug. Joh. Andr. Dantzii A. 1710. præmiſſo, p. 11.*) *Vir in literis Orientalibus conſummatiſſimus, ſingularique prorſus in iis tradendis ac propagandis dexteritate pollens.*

JOH. HENR. FEUSTKINGIO (*in Sched. de Palinodia ſacra, §. 47., p. 116.*) *Phoenix in ſacra literatura, interpresqve feliciſſimus.*

SAM. WERENFELSIO, *in Or. de vita Joh. Jac. Buxtorfii* (in *Opuſculis recuſa*) *p. 821.*, *Vir raro non minus Dei zelo, qvam eruditione, ut qvi omne ſtudium, admirabilemqve, qvam in literis Hebraicis peritiam acqviſiverat, unice ad miſeram Judæorum gentem Chriſto acqvirendam impendit.*

CENSURA.

FRID. ULR. CALIXTUS, Acad. Juliæ Theologus, in Epiſtola qvadam ad amicum, Edzardum & Matthiam Wasmuhtum, qvi parenti ſuo, Georgio, Lingvæ Hebrææ imperitiam falſo exprobraverant, qvod uterqve ipſi ſola ejusdem lingvæ cognitione plus juſto ſe efferre, in cæteris autem eruditionis ſolidæ partibus minus verſatus eſſe, videretur, Hebräiſche Narren (*ſtultos Hebraiſtas*), contemptim vocavit.

SCRIPTA EDITA.

א. LATINA & HEBRÆA.

Esdræ Edzardi, & aliorum, Collegium Theologicum. Roſtochii 1656. in 4. Memoratum hoc vidi in duobus bibliopoliorum Hamburgenſium Catalogis, qvale autem ſcriptum ſit ignoro.

Theſes Inaugurales de præcipuis doctrinæ chriſtianæ capitibus, contra Judæos & Photinianos, ex V. & N. T., pro Licentiati gradu conſeqvendo, Præſide D. Joh. Georg. Dorſcheo, propoſitæ. Roſtochii 1656. in 4. & fol. (*2. Pl.*). Recuſæ in Joh. Frid. Mayeri *Muſæo Miniſtrorum Eccleſiæ* (Lipſiæ A. 1690. & 1693. *in 4.* impreſſo), *P. III., c. 3., p. 48- 6.* Commendatæ ſunt a Joh. Henr. Hottingero *in Bibliothecario Quadripartito, Lib. III., c. 1., p. 357.*, & Georg. Matth. Kônigio *in Biblioth. Vet. & Nova, lit. E., p. 268.*

Conſenſus Antiqvitatis Judaicæ cum explicatione Chriſtianorum, ad locum Jer. XXIII. 5. 6., εἰς το παραζηλῶσαι τοὺς Ἰουδαίους editus. Hamb. 1670. in fol. & 4. (3½ pl.) Exhibentur in eo Interpretum & Doctorum gentis Judaicæ, veterum pariter atqve recentiorum, teſtimonia LXXI., Chriſtianorum explicationem vaticinii Jeremiani de Meſſia confirmantia, verbis illorum propriis Hebræo-Rabbinice, absqve ulla verſione, repræſentata. Commendarunt eum Lipſienſes *in Actis Erud., M. Mart. A. 1686., p. 153.*, Ad. Tribbechovius *in Diſſ. Inaug. ad Joh. XIV. 6., p. 27.*, Joh. Henr. Majus *in Diſſ. de Verit. Relig. Chriſt., p. 20.*, & Mart. Diefenbachius *in Judæo Convertendo p. 19.*

Theſes Rabbinicæ, Hamburgi A. 1670. in 4., *teſte Catalogo qvodam*, excuſæ, qvæ forſitan eædem ſunt cum ſcripto præcedenti.

Conſenſus Judæorum cum explicatione Chriſtianorum de Meſſia, ad Pſ. CX., & vocem præſertim verſus primi לאדני. in 4. Hujus primus tantum Hebræo-Rabbinice, ſine verſione, prodiit qvaternio. Cætera enim Noſter, tædio captus ſphalmata corrigendi typographica, licet 30. annis, vel pluribus etiam, adhuc ſuperſtes, addere neglexit, & imperfectum laborem hunc reliqvit. De illo Joh. Henr. Majus, anno jam 1679., *in Diſp. de Verit. Relig. Chriſt. p. 30.*, hæc annotavit: *Conſenſum Judæorum ad Pſ. CX. exhibet Præceptor noſter affecto opere, qvod tamen dudum integrum habuiſſemus, niſi typothetarum, ſeu ruditas, ſeu negligentia, obſtitiſſet hactenus. Ex illo tamen qvaternione, qvi editus eſt, ſatis docemur, nobis teſtimoniis ſuis haud deeſſe Ebræos.*

IV. Capita priora Geneſeos Hebraica, ejus auſpiciis, cura ac ſumptibus, æri qvam emendatiſſime, a Joach. Wichmanno, ſculptore Hamburgenſi, inciſa. Hamburgi, ſine mentione Anni, in 4.

Claudii, Regis Æthiopum Abyſſinorum, Confeſſio Fidei, Æthiopice, & cum verſione illius latina, e Bibliotheca ejus, a Jobo Ludolpho edita, & *Lexico* ſuo *Grammaticæqve linguæ Æthiopicæ*, Londini A. 1661. *in 4.* excuſis, adjecta. V. Wilh. Ern. Tenzelii *Dialogos Menſtruos Germanicos*, *M. Jul. A. 1691., p. 534. 539.*

ב. GERMAN.

Brevis Deſcriptio vernacula methodi, a ſe, in convertendis Judæis, adhibitæ. a Joh. Frid. Mayero, *in Muſæo Miniſtrorum Eccleſiæ*, qvod Lipſiæ A. 1690. & 1693. *in 4.* prodiit, *Parte III.*, *Cap. III.*, *p. 46. 47. 48.*, juris facta publici. Commendarunt hanc, præter Mayerum, Rich. Kidderus, Epiſcopus in Anglia Bathonienſis & Wellenſis, *Parte III. Demonſtrationis Meſſiæ contra Judæos*, Anglice A. 1700. edita (de qva Lipſienſes, *in Actis Erud.*, *M. Dec. A. 1700.*, *p. 543.*, conſulendi), *Cap. XI. ſeu ultimo*, & Mart. Dieſenbachius *in Judæo Convertendo*, *§. 8.*, *p. 41-45.*

AFFECTA & INEDITA.

Conſenſus Judæorum, inprimis veterum cum Chriſtianis, circa præcipua V. T. de Meſſia loca & vaticinia, cujus ſpecimina in Jer. XXIII. 5. 6. & Pſ. CX., uti paulo ante indicatum, jam prodierunt. De hoc ita Lipſienſes, *in Actis Erud.*, *M. Mart. A. 1686.*, *p. 153.*: *Suffragia Rabbinorum* (Chriſtianorum interpretationi locorum de Meſſia conſona), *multis abhinc annis, ſtudioſe congeſſit, partemqve illorum aliqvam publicæ luci expoſuit, clariſſimus ævi noſtri Philologus, Esdras Edzardus.* Conf. Eberh. Anckelmanni *Or. Auſpicalem p. 97.*

Verſio Latina *Michlol Jophi*, ſive Commentarii Hebræo-Rabbinici R. Salomomis Ben. Melech in libros V. T. Biblicos, auſpiciis ejus, ab auditoribus domeſticis, uti a nonnemine illorum (*Wilhado Fabricio*) accepi, fruſtillatim, & per partes, concinnata. Hanc expectari ab eo publice juſſit Joh. Eberh. Busmannus, *in Obſervationibus Sacris*, *A. 1674.* Helmſtadii editis, *§. 9.*

Notæ, in Raymundi Martini Pugionem Fidei contra Judæos, qvarum editionis M. Franc. Henr. Hoyerus, Paſt. in Oſtfriſia Nordanus, in *Præfat.* des Bekehrten Judens, libelli Helmſtadii A. 1679. excuſi, hujusqve fidem ſecutus Mart. Dieſenbachius, *in Judæo Convertendo p. 110.*, ſpem fecerunt.

Animadverſiones in loca Rabbinorum, ab Hugone Grotio in Commentariis Biblicis perperam allegata, de qvibus ita D. G. Morhofius *T. III. Polyhiſtoris, Lib. V.*, *p. 54.*: *De Grotii Commentariis hoc notandum eſt, in Rabbinorum locis citandis & explicandis, non raro eos fallere. Secutus enim plerumqve aliorum fidem eſt Grotius, Lingvarum Orientalium non adeo gnarus. Plurima horum errorum ſpecimina notavit harum Literarum peritiſſimus Dn. Esdras Edzardi, qvæ ipſe mihi aliqvando oſtendit.*

PAULUS ab EITZEN,

Hamburgenſis, familia Urbis iſtius natus patricia, imo, ſi Joh. Ad. Cypræum (1.) audias, *Nobiliſſima omniumqve ferre vetuſtiſſima*. Annum æræ chriſtianæ 1522. (d. 25. Jan. (*)) natalem, cum ſeptuageſimum ab iſto, 1591. ſcil., in Epiſtola ad Joh. Piſtorium, illo decurrente ſcripta, decimum ætatis ſuæ appellet climactericum. Curriculo ſtudiorum ſcholaſtico abſoluto, in Academiam miſſus eſt Witebergenſem, in qva Lutheri & Melanchthonis fuit auditor, eosqve in ſtudiis ſacris pariter atqve profanis brevi fecit progreſſus, qvorum ope ad munera ipſi publica mature ſatis patuit aditus. Circa annum certe jam 1544., in Gymnaſio Marchiæ Brandeburgicæ ad Svevum Colonienſi floruit, & Rectoratu iſtius, uti credo, functus, auditorem, præter alios, habuit Abrah. Bucholzerum, magni poſtea nominis Chronologum, de Sileſiæ ſcholis pariter atqve eccleſiis præclare meritum (2.), nec multo poſt profeſſioni in Acad. Roſtochienſi admotus eſt Dialecticæ (3.). Hinc in patriam eſt revocatus, & ædis cathedralis Paſtor, Lectorqve Theologiæ ſecundarius, in M. Joh. Frederi, ad eccleſiæ Stralſundenſis ἐπισκοπὴν capeſſendam A. 1547. digreſſi, locum, vel F. Johannis A. 1548., pro qvo Nomenclator Eccleſiaſtarum Hamburgenſium Anonymus, vel ſeqventi potius 1549., pro qvo Ad. Traſigerus (4.) & Georg. Haccius (5.) militant, conſtitutus, ac d. 13. Maji, ſive die Mercurii Dominicam, qvam *Jubilate* vocant, ſecuto, in templo D. Mariæ Magdalenæ, una cum M. Joach. Degenero, novello iſtius Eccleſiaſta, & ſuo poſtea in Baſilica ſucceſſore, ritu Ordinationis ſolenni inauguratus (6.). Sexennio vix elapſo, d. 17. Aug. A. 1555., ad Superintendentis dignitatem, junctumqve iſti Lectoris Theologiæ primarii officium, a Senatu evectus, in utraqve ſparta D. Joh. Æpino, ante biennium defuncto, poſt inaugurationem a M. Joh. Högelio, Antiſtite Petrino, Kal. Sept. factam, auſpicato ſucceſſit, nec minori, qvam is, fide, dexteritate ac prudentia, ſeptennio ſeqventi, coetibus patriæ ſacris præfuit (7.). A. ſeqv. 1556., poſtqvam novam de rebus eccleſiaſticis Conſtitutionem (die Neue Kirchenordnung), a Senatu d. 28. Apr. ſibi miſſam, eodem die promulgaverat, & ſacrorum Miniſtris, in ædem D. Mariæ Magdalenæ convocatis, curaverat prælegi, Witebergam d. 4. Maji comite Franc. Rodewaldio, Poliatro Hamburgenſi, ſummos Artis Medicæ illic itidem ambituro honores, eſt profectus (8.), habitaqve ſub Præſidio Melanchtonis d. 18. menſis ejusdem *Diſputatione de veræ Dei Eccleſiæ, & hominum aliorum, diſcrimine inaugurali*, ſeqventi 19. Licentiatus, 27mo autem Doctor Theologiæ, una cum Conr. Beckero, Paſtore Stadenſi, a Joh. Bugenhagio, Decano, & Georg. Majore, Brabevta, renunciatus (9.). In patriam redux, nomine totius ordinis eccleſiaſtici publico, A. 1557., ut diſſenſum hujus, in con-

(1.) *in Annalibus Epiſcc. Sleſvic.*, *L. 3.*, *c. 6.*, *p. 448.* (*) teſte Jac. Saxio *in Annott. MSS. ad Calend. Hiſt. P. Eberi.* (2.) V. Melch. Adamum *in Vitis Theol. Germ. p. 549.*, & Mart. Hankii *Lib. I. de Rer. Rom. Scriptoribus p. 242.* (3.) V. Wolfg. Juſti *Hiſtoriam Academiarum Europæ, & Virorum in iis celebrium*, A. 1554. *in 8.* editam, *num. 66.* (4.) *in Chron. Hamb. MS.*, *ad A. 1549.* (5.) *in Append. ſermonis, in Ergaſterii Hamburgenſis inauguratione habiti, ſub nomine Degeneri.* (6.) V. Traſ. & Haccium *ll. cc.* Fabricium *P. II. Mem. Hamb. p. 503.* (7.) V. Anonymi *Catal. MS. Eccleſiaſtarum Hamburgenſium*, &, qvi hunc ſeqvitur, Chr. Sig. Wolfium *in Præf.* der Thränen Qvelle. (8.) V. Anonymi *Catalogum modo allegatum.* (9.) V. Gotfr. Svevi *Acad. Witeb.*, *lit. Ddd. 4. a. Fff. 1. b.*, & Andr. Sennerti *Lib. I. Athen. Witeb. p. 89. 100.* D. Georg. Majoris Or., in promotione iſta, de capta A. 1453. Conſtantinopoli, habita, cum D. Joh. Bugenhagii Progr. Invit. ad eandem, prodiit Witeb. A. 1556. in 8. Legitur hoc etiam *T. II. Script. publ. Witeb.*, *fol. Bb. 7. & 8.*

troverſia Euchariſtica, a Johanne Calvino, qvi *ſecundam* ſuam *adverſus Joach. Weſtphalum Defenſionem* Verbi Divini in Saxonia inferiori Miniſtris haud ita pridem audacter inſcripſerat, teſtaretur, Weſtphali collegæ poſtulatu, aliorumqve Saxoniæ Presbyteriorum exemplo, *Confeſſionem de S. Cœna contra Sacramentarios* conſcripſit, & reliqvorum eccleſiaſtarum omnium approbatam Chirographis, Latine pariter atqve Germanice edidit, qvam, triennio poſt, ſcriptis, Eccleſiæ Hamburgenſis adjunctam Symbolicis, ſenex etiam, ſeptem fere luſtris a prima editione elapſis, adverſus Reformatos Bremenſes defendit (10.). Eodem A. 1557. certamen Interimiſticum & Adiaphoriſticum, qvod, inter Melanchthonem & Matthiam Flacium, horumqve aſſeclas, annis jam compluribus agitatum, Eccleſiæ turbabat tranqvillitatem, cum Val. Curtio (Superint. Lubec.), Joach. Morlino, Mart. Chemnitio, Joach. Weſtphalo, aliisqve Saxoniæ Inferioris Theologis, componere, ſed fruſtra, eſt aggreſſus. Octo enim ab ipſis conſcripti ſunt Articuli, & ab utraqve parte, ut hos approbarent, deſideratum. Qvod Flacius qvidem cum ſuis, arbitrium totius controverſiæ Theologis hiſce deferens, lubenti fecit animo, Melanchthon autem, cui articuli juſto rigidiores, & in Flacianam proclives ſententiam, videbantur, fieri, a ſe poſſe negavit (11.). His in eccleſiam meritis, & ſcriptis ſimul eruditis, cum brevi inclaruiſſet, & ingentem apud exteros etiam ſibi paraſſet autoritatem, ad Conventus iſtorum temporum de religionis Negotiis publicos, ac colloqvia de controverſiis ſacris potiora, freqventer vel a Magiſtratu ſuo eſt ablegatus, vel ab aliis invitatus. Solo certe A. 1561. qvatuor iſtiusmodi congreſſibus interfuit, in Thuringia ſcil. Numburgenſi (qvem Adolphi, Ducis Holſatici, Legatus, cum Mich. Boethio, ejusdem Conſiliario, acceſſit, cujusqve Hiſtoria, ab utroqve conſignata, ἀνέκδοτος ſupereſt), in Saxonia autem Inferiori Möllenſi, Brunſvicenſi & Lüneburgenſi. In Möllenſi Legati trium civitatum, Lubecenſis, Hamburgenſis & Lüneburgenſis, eccleſiaſtici pariter atqve politici, foedus qvoddam ſacrum inierunt, & doctrinæ S. Codicis, Auguſtanæ Confeſſionis, Articulorum Smalcaldicorum, Catecheſeos Lutheri, atqve Confeſſionum ab Anteceſſoribus ſuis editarum, conſtanter eſſe inhærendum, Zvinglianos autem mœnibus ſuis excludendos, unanimiter decreverunt (12.). In Brunſvicenſi conſultatum eſt, qvomodo Calviniſmo eſſet reſiſtendum, in Bremenſem jam civitatem, per Alb. Hardenbergium, Paſtorem, illic ab officio remotum, invecto. Qvocum ut Diſputatio ſolennis inſtitueretur, Senatus qvidem Bremenſis Noſtrum, & una cum illo Tilem. Heshuſium, Joach. Morlinum, Superint. Brunſvicenſem, & Conr. Beckerum, Antiſtitem Stadenſium ſupremum, in Urbem A. 1556. ſuam jam evocarat, ſed haud eo, qvem ſperaverat, qvod Hardenbergius Colloqvium detrectaret & ſubterfugeret, cum ſucceſſu (13.). In Lüneburgenſi tandem Theologorum Saxoniæ inferioris Synodo, eodem A. 1561. congregata, Confeſſionem qvidem, Heterodoxiis, in ipſa Eccleſia Lutherana poſt Lutheri ſparſis obitum, oppoſitam, & Melanchtoni, ejusqve Corpori Doctrinæ, parum æqvam, chirographo ſuo, cum reliqvis, approbavit (14.), ſed editionem tamen ejus, qvod Anathemata in diſſentientes juſto ſibi viderentur rigidiora, in literis ad Valent. Curtium, Superintend. Lubecenſem, diſſvaſit, cumqve iſtis nihil proficeret, ſubſcriptionem retractavit (15.). Qvam ob cauſam cum male apud zelotas audiret, Apologiam A. 1562. Hamburgi edidit vernaculam (16.), in qva profitetur, ſe non ſolum omnia, qvæ in S. Codice, Eccleſiæ antiqvæ ſymbolis, Confeſſione Auguſtana, ſenſu literali intellecta, ejusdem Apologia, Articulis Smalcaldicis, utroqve Lutheri Catechiſmo, & Hamburgenſium contra Librum *Interim* ac Heterodoxias recentiores Confeſſionibus, continentur, credere, ſed Lüneburgenſis etiam de ſingulis articulis controverſis (Juſtificatione ſc., Miniſterio Evangelii, Peccato Originis & Libero Arbitrio, Pœnitentia & definitione Evangelii, Legis & Evangelii diſcrimine, Pædobaptiſmo, S. Cœna, Fide atqve Bonis Operibus, Traditionibusqve tandem & Adiaphoris) doctrinam, qvam ſigillatim fuſius explicat, amplecti, contrariasqve opiniones rejicere. Editionem autem ejus, & præfationem in hac adjectam, monet non poſſe non a ſe improbari, qvod, novis has in eccleſia turbis materiam eſſe præbituras, certo prævideat. Orthodoxiæ ſcilicet Lutheranæ conſervandæ ſtudio nemine Zelotarum ævi iſtius rigidiorum Eitzenius erat inferior, nec minus, qvam illi, a Calviniſmo, acriter per ipſum (qvod hactenus narrata liqvido oſtendunt) impugnato, aliisqve in doctrina ſacra erroribus, alieniſſimus, uti non Gotfr. ſolum Arnoldus (17.) recte monuit, ſed, ex ipſis etiam zelotis, cenſoribusqve & adverſariis τοῦ μακαρίτου, Jac. Andreæ, Nicol. Selneccerus (18.), Æg. Hunnius (19.), Conr. Schlüſſelburgius (20.), Leonh. Hutterus (21.) & Joh. Micrælius (22.), publice ſunt profeſſi. Qva tamen erat animi moderatione, veritatis amori pacis jungebat ſtudium, & ab anathematis, qvibus Zelotæ immodeſtiores ac φιλοπρωτεύοντες in qvoslibet diſſentientes, Pontificum inſtar, ſæviebant, temerariis ac intempeſtivis, vulnera Eccleſiæ non ſanaturis, ſed exaſperaturis, abhorrebat. Philippo præſertim Melanchtoni, ſuo & totius Germaniæ præceptori, qvod in controverſiis ſacris paulo timidior eſſet & inconſtantior, cum diſcipulis aliis, qvi rigidiorum partes ſeqvebantur, poſt fata noluit inſultare, ſed famæ ejus ſerio, cum alibi, tum in ſcripto, qvo Lutheri cum de cœna domini doctrinam ad vitæ usqve finem approbaſſe, nec ad Reformatos unqvam defeciſſe, contra Bremenſes aſſeruit, vernaculo ἀνεκδότῳ, pro virili ſerio eſt patrocinatus. *Corpus Doctrinæ* ejusdem, ſive *Locos Theologicos*, a Luthero, Chemnitio, Chytræo, aliisqve ordinis ſacri optimatibus, invidenda meritos elogia, qvos zelotæ omnium excutere manibus allaborabant, & ferme, tanqvam librum hæreticum, execrabantur, contra obtrectatores iſtorum (etſi qvædam, ab autore, in doctrina de Libero Arbitrio præſertim, temere mutata, ſibi improbari haud (*) diſſimularet) itidem defendit, ſingulisqve Eccleſiarum Holſaticarum Paſtoribus voluit diſtribuere (23.), imo novam eorundem editionem, annotationibus ſuis, ex ſcriptis veterum, apologeticis auctiorem, eſt molitus. Qvæ moderatio ejus cum zelotis etiam Hamburgenſibus, Joh. Cruſio, Paſt. Petrino, Joh. Bodekero, Parocho Jacobæo, Georg. Tappio, Catharinæ, & Joach. Magdeburgio, Petrinæ ædis Diaconis, & horum promacho, Joachimo Weſtphalo, Antiſtiti Catharinæo, indolis admodum turbulentæ Theologo, minime arrideret, perpetua, qvoad eccleſiæ patriæ præfuit, ipſi, cæterisqve mollioribus, Theodorico Jürgens, ſive Zario, Paſtori Nicolaitano, Joach. Degenero, ædis cathedralis Antiſtiti, Franc. Baringio, Diacono Petrino, ac genero ejus, M. Herm. Brüggemanno, Eccleſiaſtæ Johannæo, qvos Philippiſtas ob affectum in Phil. Melanchtonem vocabant, cum rigidioribus iſtis, ſive Flacianis, interceſſere certamina. Præter Noſtrum hi Zario imprimis erant infeſti, qvi, Calvinianæ de S. Cœna heterodoxiæ a Weſtphalo & Tappio temere in publicis inſimulatus concionibus, tum in ſacris ad populum ſermonibus, tum in Apologia peculiari, Senatui oblata, crimen hoc diluit, &, poſtqvam, hujus juſſu, d. 19. Jul.

(10.) V. qvæ de illa in Scriptorum dicentur Catalogo, & Conf. *Partem IV. Iſagoges meæ ad Hiſt. Cimbr., c. 10., §. 11., p. 581. 582.* (11.) V. Sam. Pomarii notas *Mnemoſyno Libri Concordiæ Vernaculo adjectas p. 74 75 76.*, & qvæ, in vita Val. Curtii, huc ſpectantia attulimus. (12.) V. Anonymi *Continuationem MS. Chronici Hamb. Trat ſigeriani, ad A. 1561.* (13.) V. Conr. Tyb. Rangonis *Hiſt. Syncretiſmi, Parte II., Sect. 35*, & P. J. Rithmeieri, *P. III. H. E. Brunſv., c. 7., p. 233-244.* (14.) V. Confeſſiones Lüneburgenſis editionem primam atqve avthenticam, Magdeb. A. 1561. in 4. excuſam. (15.) V. Anonymi Hiſtorie des Sacrament-Streits (ed. A. 1591.), *p. 655. 656. 657.*, Conr. Schlüſſelburgii *L. 2. Theol. Calvin. p. 134*, Joh. Micrælii *P. III. Syntagm. Hiſt. Eccleſ. p* 472., &c. (16.) *in 4.* ſub. Tit. Rechte und wahre Meinung von etlichen Artikeln, &c. V. Catal. ſcriptorum ejus, paulo poſt exhibendum. (17.) T. II. der Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie, *Lib. 16, c. 18., p. 226.* (18.) in *Epiſtolis ad ipſum, quarum loca infra exhibebuntur.* (19.) *in Præfat. Apologetica Librorum de Perſona Chriſti, T. I. Opp. p. 323.* (20.) *in Præf. Theol. Calv. lit. C. 4. a. Edit. Germ.* (21.) *in Concordia Concorde, c. 12., p. 367.* (22.) *l. c. p. 369. 370.* (*) V. Conr. Schlüſſelburgii *Lib. 2, Theol. Calv. p. 251.* (23.) teſte D. Henr. Mollero *in Ep. ad ipſum A. 1568. ſcripta.*

Jul. cum cæteris Eccleſiaſtis, ſcripta eccleſiæ Hamburgenſis ſymbolica (Confeſſiones ſcil. contra librum *Interim*, Oſiandrum, Majorem, ac Sacramentarios, Epiſtolamqve de Adiaphoris) chirographo ſuo approbarat, idemqve poſthac ab omnibus munerum ſacrorum Candidatis fieri debere cautum erat, eſt abſolutus, litigiumqve per amneſtiam ſopitum mutuam. Hujus Zarii, A. ſeqv. 1561. defuncti, profeſſioni, de ſuo cum Lutheri doctrina euchariſtica conſenſu, in lectulo emortuali cygnææ Noſter interfuit, ejusqve hiſtoriam, relatione vernacula comprehenſam, ut amici innocentiam contra obtrectatores vindicaret, juris fecit publici. Cæteri, qvi Eitzenio ὁμόψηφοι erant, Eccleſiaſtæ moderatiores, illo Hamburgi vivente, Adverſariis pares fuere, cum autem is in Holſatiam A. 1562. avocatus Ephoria eccleſiæ patriæ, tot litium & diſſenſionum de ſacris inteſtinarum tædio, ſe abdicaſſet, Weſtphali ſucceſſoris importunitati paulatim ſuccubuerunt (24). E patria, Anno, qvem dixi, 1562. (25.) (errant enim tam Caſp. Dancwerthius (26.) & Ant. Heimreichius (27.), ad Annum 1555. qvo Hamburgenſis ἐπισκοπὴ Noſtro eſt commiſſa, qvam Nicol. Heldvaderus (28.) & Joh. Ad. Cypræus (29.), ad ſeqventem 1556., migrationem hanc referentes, & parachroniſmi ingentis ex hactenus narratis facile convincendi) in Aulam Holſato-Gottorpienſem tranſiit. Cum enim Adolphus, Dux Sleſvigo-Holſaticus, Friderico fratri A. 1556. in Epiſcopatu ſucceſſiſſet Sleſvicenſi, de Theologo Auguſtanæ Confeſſionis celebri magnæqve autoritatis, cui ſuprema rerum eccleſiaſticarum, & in iſto, & reliqvis ditionibus ſuis, ephoria, ſive Superintendentis Generalis dignitas, cum adjuncto proteccleſiaſtæ aulici munere, committeretur, accerſendo, fuit ſollicitus, & ſvaſu tandem Adami Tratſigeri, Cancellarii ſui, invito licet Canonicorum collegio (30.), e vicina civitate Hamburgenſi Eitzenium, promiſſo ſtipendio 900. Marcarum ex Epiſcopatus reditibus annuo, ſatis ea tempeſtate ſplendido, evocavit, ſuumqve juſſit eſſe ſuffraganeum (31.). Vocatum jam eſſe, & conſilio nonnunqvam atqve opera ſua Adolpho inſerviiſſe, ante Annum 1562. conjicio, cum præcedenti 1561., uti ſupra eſt monitum, ejus ad Conventum Numburgenſem fuerit Legatus. Munera tamen, ad qvæ vocatus erat, ſplendida A. 1562. demum adiit, qvo Senatui patriæ Eccleſiarum hujus Ephoriam Kal. Junii reſignavit qvidem, ſed loco dimiſſionis perpetuæ temporariam tantum, ſive poteſtatem aliqvamdiu Principi Holſatico, ejusqve eccleſiis, inſerviendi, obtinuit. Reditum certe illius in patriam cupide, non a moderatioribus tantum verbi divini miniſtris, ſed Conſulibus etiam ac Senatoribus, expectatum fuiſſe atqve deſideratum, &, qvoad ejus ſpes aliqva ſupererat, Superintendentis ſpartam locumqve decennio vacaſſe integro, iſtoqve tandem elapſo, cum fruſtra revocaretur, ſubrogatum ipſi A. 1571. eſſe Joach. Weſtphalum, qvi hactenus abſentis vices obierat (32.), Joach. Degeneri & Herm. Brüggemanni, collegarum priſtinorum, ad eum Epiſtolæ me edocuerunt ἀνέκδοτοι. Sleſvigam delatus, non eccleſias ſolum Ducatus utriusqve, Sleſvicenſis & Holſatici, familiæ Gottorpienſis ſubjectas imperio, gubernavit, ſed Adolpho etiam Principi, &, poſt hujus, A. 1586. defuncti, obitum, filiis qvoqve & ſucceſſoribus, Friderico, Philippo & Joh. Adolpho, ſummo eum honore, gratia ac benevolentia, non minus qvam parens, proſecutis (33.), a concionibus in arce vicina Gottorpienſi fuit aulicis. Qvanti Adolphus eum fecerit, vel inde perſpicias, qvod A. 1576. Chriſtiani, filii ſui, baptiſmo ſponſorem eum adhibere non dubitaverit, qvod ex literis, qvibus d. 15. Jul. ad actum hunc ſacrum eſt invitatus, mihi eſt cognitum. Sunt, qvi ædis etiam in urbe Sleſvicenſi cathedralis Paſtorem fuiſſe, ex Epitaphii, in hac ipſi erecti, inſcriptione, paulo poſt recitanda, in qva *Eccleſiæ hujus* vocatur *Superintendens*, colligunt, ſed fidem, me judice, vix majorem, qvam Joh. Micrælius (34.), Superintendentem eum Lüneburgenſem manifeſto appellans errore, merentur. Nulla enim in epigraphe Paſtoralis officii fit mentio, & per Eccleſiam, cujus Superintendens fuiſſe traditur, univerſa Eccleſia Sleſvigo-Holſatica, non autem ſola Sleſvicenſis oppidana, cujus, cum noſter in urbe hac viveret, Rud. a Cattwick & M. Joh. Luchtius fuere Antiſtites, eſt intelligenda. Gymnaſii autem cathedralis, A. 1576. a Duce Adolpho aperti, ſed qvadriennio poſt, ob juventutis ſtudioſæ paucitatem, & beneficiorum, qvibus allicienda hæc erat, defectum, extincti, Profeſſorem eum Theologum eſſe conſtitutum, ac in ſolenni ejusdem Inauguratione A. 1576., cum Paulo Cypræo, JCto, peroraſſe (35.), imo inter Canonicos etiam ædis ipſius cathedralis locum octinuiſſe, e certioribus longe conſtat documentis. Imo & ante apertum illuſtre hoc Gymnaſium, in ſchola publica Sleſvicenſi extra ordinem aliqvamdiu, & ſumma qvidem diligentia, juventutis inſtitutioni vacare haud eſt pigratus. In Epiſtola enim, qva A. 1570. M. Junio, Pauli Henriciqve Ranzoviorum filiis *Rudimenta* ſua *Dialectica*, A. 1574. demum excuſa, dedicavit, in ipſo ludo Sleſvicenſi ſcripta, *ſe, præter concionandi munus, aliasqve qvas officii ratio affert occupationes, ſingulis ſeptimanis decies & ſexies, tum Theologica, tum Philoſophica, & inprimis Ethica & Hiſtorica, Studioſis in ſchola publica tunc prælegiſſe, iisqve lectionibus, qvaſi recreationis gratia, binis horis Dialectica exercitia intermiſcuiſſe, teſtatur*. Inſulæ qvoqve Nordſtrandicæ Præpoſitum eum, ab A. 1582. ad 1593., fuiſſe, Ant. Heimreichius teſtatur (36.), qvi & (37.) Conſtitutiones ejus, qvibus in eccleſiis ruralibus atqve inſularibus Catecheſin, tempore dierum feſtorum atqve dominicorum pomeridiano, ex ſacro plebi ambone inculcari, ac hybernas diebus Mercurii & Veneris conciones haberi, juſſit, haud immerito commendat. A. 1570. ab Adolpho Duce Serveſtam Anhaltinorum ablegatus, M. Majo iſtic Colloqvio inter Jacobum Andreæ, Theologum Tubingenſem, & Wolfg. Amlingum, Calvinianum, habito, uti ex Annotationibus ipſius de iſto MStis, didici, interfuit, ſimulqve, in vicinam Acad. Witebergenſem profectus, Theologis iſtius Crypto Calvinianis, ut *blaſphemam* ſuam de perſona Chriſti *doctrinam*, publicis eodem anno Diſputationibus defenſam, retractarent, autor extitit, niſi id facerent, a tota ipſos Saxonia Inferiori ſcriptis impugnatum iri publicis, minatus (38.). Sed & alii Principes ejus, in negotiis controverſiisqve magni momenti, ſacris, conſilium ſæpius exqviſiverunt, Fridericus nempe II., Danorum Monarcha, cui ſuum de libro Concordiæ, qvod ἀνέκδοτον ſupereſt, A. 1581. expoſuit judicium, Johannes Senior, Dux Sleſvigo-Holſaticus, cui A. 1580. ſermone funebri in cantionem Simeonis cygnæam vernaculo parentavit (39.), & Wilhelmus, Haſſiæ Landgravius, literarium cum illo inſtituere commercium, ac deliberationibus de Libri Concordiæ receptione, uti & Conſtitutione Haſſiæ Eccleſiaſtica, hujus ope, ipſum adhibere haud dedignatus. Ab eodem A. 1576. Profeſſio Academiæ Marpurgenſis Theologica, cum munere conjuncta eccleſiaſtico, poſt D. Henr. Victoris obitum, Noſtro eſt oblata, &, cum ipſe pariter atqve Jac. Heerbrandus, Theologus Tubingenſis, eam recuſaſſent, Ægidio demum Hunnio collata (40.). A. 1576. ab Auguſto etiam Saxone, ad ornandam Acad. Witeb. fruſtra evocabatur, teſte H. Muhlio

(24.) V. de hoc certamine Hamburgenſi vitam Joach. Weſtphali, & *P. IV. Iſagoges meæ ad Hiſt. Cimbr.*, *c. 16.*, *§. 10. 11. 12.*, *p. 570. 572. 583.* (25.) *V. Catal. MS. Eccleſiaſtarum Hamb.*, & Wolfium *l. c.* (26.) *P. I. Chorograph. Cimbricæ*, *c. 4.*, *p. 25.* (27.) *L. 4.* der Schleswigiſchen Kirchen-Hiſtorie, *c. 2.*, *p. 198.* (28.) *P. II. Sylvæ Chronol. Circ. Balth. p. 157.* (29.) *in Annal. Epiſcop. Sleſvic.*, *L. 3.*, *c. 6.*, *p. 447. 448.* (30.) V. Heimreichium *l. c. p. 181. 182.* (31.) V. *Heldvad.*, *Cypræum, Dancwerthium & Heimreichium* (qvantum fuerit ſalarium *p. 189.* indicantem) *ll. cc.* (32.) V. Jod. Methodii *Or. de Vita Weſtphali Funebrem, lit. I. 1. a.* (33.) V. Cypræum *l. c. p. 448.* (34.) *P. III. Syntagm. Hiſt. Eccl. p. 529.* (35.) V. Heldvaderum *l. c. p. 202.* & *Iſagogen* meam *ad Hiſt. Cimbr.*, *P. III.*, *c. 4.*, *§. 1.*, *p. 349. 350.* (36.) *in Chronico Friſiæ Borealis*, *c. 13*, *p. 317. Edit. prioris.* (37.) *in Hiſt. Eccleſ. Sleſvic. Vernacula*, *L. 4.*, *c. 3.*, *p. 220. 221.* (38.) V. Jac. Andreæ Bericht auf D. Pauli von Eitzen 6. Uhrſachen wieder die Form. Conc., ap. Hutterum *in Concord. Concorde*, *c. 18.*, *p. 595.* (39.) teſte Jac. Krögero in Append. der Relation von der zu Odenſee A. 1580. geſchehenen Belehnung. (40.) V. Henr. Leuchteri *Antiqvam Fidem Heſſorum p. 227.*, & Æg. Hunnii *Præfat. Apologeticam Librorum de Perſona Chriſti, T. I. Opp. p. 323.*

H. Muhlio *Diſſ. I. Hiſtorico-Theol. p. 110.* Longe major numerus fuit Magnatum, Virorum Nobilium, Theologorum ævi iſtius celebrium, aliorumqve hominum eruditorum, qvi vel conſilia ejus de negotiis arduis deſiderarunt, vel amicitiam expetiverunt, & literario confirmarunt commercio, ſub finem Elogii hujus Biographici, ex Epiſtolarum ad eum, qvod ſupereſt, Volumine MSto magnam partem recenſendi. Solius hic mentio injicietur Caroli Danzæi, Legati in aula Danica Gallici, qvi *Rationem ineundæ inter Eccleſias Reformatas Concordiæ*, a ſe conſignatam (cujus αὐτόγραφον ſex plagularum olim, inter Noſtri MSSta, conſpexi), illi transmittere, cenſuræqve ejusdem ſubmittere, non dubitavit. Verum eædem, qvæ tot ipſi patronos atqve amicos conciliarunt, virtutes, candor ἀνυπόκριτος, & moderatio in certaminibus ſacris pacis eccleſiaſticæ ſtudioſa, zelotarum animos adverſus eum, in aula viventem Gottorpienſi, non minus, qvam cum in patria adhuc verſaretur, eo præſertim tempore, qvo controverſiæ de *Libro Concordiæ*, cum Jacobo Andreæ, præcipuo hujus architecto, cæterisqve autoribus ac patronis ejusdem, eſt implicitus, vehementer irritarunt. Cum is ab Auguſto, Saxoniæ Electore, Adolpho, Duci Holſatiæ, ut Eccleſiarum in ditionibus ejus miniſtris αὐτοχειρὶ approbandus obtruderetur, eſſet transmiſſus, Noſter illius, ceu Libri Symbolici, in Eccleſias Cimbricas introductionem & ſubſcriptionem ſumma animi contentione diſſvaſit ac impedivit (41.), qvod iis, in doctrina ſalutis concordibus, hoc adverſus errores exoticos, qvibus nunqvam erant turbatæ, remedio, non magis qvam vicinis Danicis, opus eſſe putaret. Nec immerito in ea verſabatur ſententia, tanti momenti negotium, omnes Eccleſias Lutheranas concernens, in communi harum Synodo eſſe tractandum, neutiqvam autem privato ſex Theologorum, velut novorum fidei dictatorum, arbitrio permittendum, & ex diverſo agendi modo, in Eccleſia hactenus inuſitato, plurimas Eccleſiæ & Reip. turbas, piisqve Doctoribus, heterodoxiæ ſuſpicionem incurſuris, perſecutiones, imminere, haud vane præſagiebat. Imo longe putabat conſultius, nullam confeſſionem novam cudi eccleſiisqve obtrudi, ne Auguſtanæ Confeſſionis autoritas hoc pacto vileſceret & infirmioribus dubia redderetur, negotia & pacta Romani Imperii politica, huic, tanqvam fundamento, innixa turbarentur, Pontificii Lutheranos defectionis ab iſta & mutatæ religionis inſimularent, ac inter ipſos Proteſtantium Theologos nova ſuborirentur diſſidia atqve certamina. Sed & indignabatur Jacobo Andreæ, præcipuo libri iſtius autori, qvod, cum opiniones Melanchthonis, aliorumqve Theologorum, vulgo receptis haud congruæ, notatæ in eo eſſent ac rejectæ, ſua tamen (*de univerſis creaturis cum Deo filioqve Dei perſonaliter unitis, & Chriſto per diſpenſationem, qvotiescunqve velit, carnem aſſumente*) & præceptoris ſui, Joh. Brentii (*de Angelorum ante mundi creationem exiſtentia, divinæ & humanæ naturæ in homine qvolibet unione, & nullis certis locis cœlo infernoqve tribuendis*) dogmata qvædam, non minus, uti Noſtro videbatur, erronea, vel ſilentio præteriiſſet, vel occulte in eodem texiſſet atqve palliaſſet. Has ille cauſas recuſandæ ſubſcriptionis Libri Concordiæ Scripto (de cujus editione ac verſione latina ſuo loco dicetur) Germanico, d. 21. Sept. A. 1576. (42.), poſtulatu, vel Adolphi, Ducis Holſatici, uti Schlüſſelburgius (43.) & Hoſpinianus perhibent, vel, qvod Hutterus (Adolpho inſcio & inconſulto illud, & exaratum, & publicatum eſſe, ex hujus Epiſtola, profeſto Paſchatis A. 1579. ad Auguſtum Saxonem data, qva nihil ſibi cum eodem rei eſſe profitetur, aſtruens) mavult (44.), Wilhelmi, Haſſiæ Landgravii, eſt complexus, &, a 77. Cimbriæ ducalis Paſtoribus ſua approbatas ſubſcriptione, publicavit. Epilogum iis adjecit ſeqventem, verbis pene totidem, ex Epiſtola alia, d. 4. Jan. A. 1579. exarata, a Schlüſſelburgio (45.) Germanice repetitum, ingentis, qvo ſe Libro huic oppoſuit, zeli indicem: *Tandem, qvemadmodum antea, in timore ac invocatione Dei, bona ac ſalva conſcientia, pollicitus ac profeſſus ſum, cauſas haſce denegatæ ac recuſatæ ſubſcriptionis, non ſolum coram hujus Libri Autoribus, ſed univerſis ac ſingulis, ubi hoc mihi mandatum ac imperatum fuerit, ſolidis ac firmis fundamentis, in nomine Domini, meo ipſius periculo, certiſſima ſpe ac ſiducia auxilii & aſſiſtentiæ Altiſſimi, firmiter me defenſurum eſſe; ita adhuc promptum ac paratum in nomine D. N. J. C. me offero, ſperoqve, ubi neceſſitas poſtulaverit, mihiqve a clementiſſimis Dominis meis imperatum ac mandatum fuerit, unicuiqve Autorum hujus Libri, vel cunctis ac univerſis conjunctim, vel toti theologicæ ſocietati, bona conſcientia, ſpe ac fiducia firma auxilii ac præſidii benigniſſimi ac fidelisſimi Domini, abunde ſatisfacturum, neminiqve qvicqvam conceſſurum, ſed collato pede fortiter ac animoſe cum eo congreſſurum eſſe, prout res ceciderit, ſive ad reſtim, ſive ferrum, ſive ignem, ſive aqvam. Ego, præter hanc meam ardentisſimam ac asſiduam ad Deum precationem, fidelemqve admonitionem ac cohortationem, nihil qvicqvam amplius, in hoc negotio, efficere ac præſtare poſſum. Fidelis Dominus Jeſus bene juvabit, neqve propriam hanc ſuam cauſam ac miniſtros derelinqvet. Ipſi honor & gloria in ſempiternum* (46.). Sunt, qvi alias recuſatæ ab eo & impeditæ ſubſcriptionis Libri Concordiæ cauſas comminiſcuntur, etiam *politicas*, qvas Joh. Micrælius (47.), & *carnales*, qvas Joh. Ben. Carpzovius Sen. (48.) ſibi indagaſſe videtur, ita ſcribens: *Sub cenſuris nonnullorum in Formulam Concordiæ judicia carnalia latitarunt, cujus rei documentum fuit Holſatiæ Principis Judicium, qvi, a Paulo ab Eitzen, Theologo Primario, ſummo Corporis Philippi admiratore, & D. Jacobo Andreæ infenſo, inductus, parum æqvus inde cenſor factus eſt.* Verum illi in Noſtrum haud dubie ſunt injurii. Qvem licet affectui forte in Philippum præceptorem aliqvid dediſſe, Schlüſſelburgio (49.), Huttero (50.), Micrælio (51.) & Carpzovio (52.) largiamur, & a condemnatione heterodoxorum juſto rigidiori; uti eidem Micrælio (53.) eſt obſervatum, abhorruiſſe concedamus, odio tamen Jacobi Andreæ, uti Hutterus (54.), Micrælius (55.) & Carpzovius (56.) fingunt, vel in gratiam Theologorum, a qvibus, ſi Hutterum audias (57.), incitatus eſt, Haſſiacorum, zelotis, Librum hunc commendantibus, ſe oppoſuiſſe, audacter inficiamur. Qvam ægre iſtius autores Theologi tantæ autoritatis diſſenſum tulerint, qvantoqve ſtudio ad ſuas eum partes pertrahere allaboraverint, ſatis oſtendunt Literæ ad Noſtrum Anno, qvi ſcriptionem cenſuræ ſecutus eſt, 1577. a Jacobo Andreæ & Nicol. Selneccero, cæterorum anteſignanis, d. 26. Aug. Altenburgo peramice exaratæ, (58.), qvibus eum, ne ſcriptum iſtud henoticum impugnaret, ſunt obteſtati, ſimulqve illuſtre ὀρθοδοξίας teſtimonium illi perhibuerunt. Jac. enim Andreæ ſuas hiſce verbis orditur: *Cum mihi nota ſit pietas, &, qvod in te eſt, ſtudium pacis & veritatis, non potui intermittere, qvin denuo ad te ſcriberem de communi negotio concordiæ Eccleſiarum noſtrarum. Etſi enim ex Judicio veſtro intellexi, qvod de Libro Torgenſi Electori Saxoniæ transmiſſum eſt, vobis modum non probari, qvo exiſtimamus nos eccleſiæ pacem reſtitui poſſe, tamen per gratiam Dei animadvertere non potui, te a nobis in doctrina diſſentire, cum pie & conſtanter perſeveres in doctrina, qvam nobis Lutherus piæ & ſanctæ memoriæ inviolatam reliqvit.* Opiniones deinde Joh. Brentii, ab Eitzenio notatas, prolixe excuſat, his inter alia verbis utens: *Qvid ante ſeptennium ad ipſum Brentium ſcripſeris,*

(41.) V. Cypræum *l. c. p. 448.*, C. Danckwerthium *P. I. Chorogr. Cimbr.*, *c. 4.*, *p. 24.* Leonh. Hutterum *in Concordia Concorde c. 12.*, *p. 367. & ſqq.*, Joh. Micrælium *P. III. Syntagm. Hiſt. Eccleſ. p. 369. 370. 529.*, & alios plures. (42.) V. Conr. Schlüſſelburgii *Lib. 2. Theol. Calv. p. 133. 134.* Rud. Hoſpinianus, *in Concordia Diſcorde fol. 71.*, Annum 1572. perperam ſubſtituit. (43.) *ll. cc.* (44.) *in Concordia Concorde, c. 12.*, *p. 376. 400. 401.* (45.) *l. c. p. 133.* (46.) V. Joh. Ad. Cypræi Verſ. Lat. hujus Judicii *l. c. p. 458. 459.* (47.) *P. III. Syntagm. Hiſt. Eccl. p. 529.* (48.) *in Iſagoge ad Libros Eccl. Luth. Symbolicos p. 18. 19.* (49.) *l. c. p. 288.* (50.) *l. c. p. 367.* (51.) *l. c. p. 369. 370.* (52.) *l. c.* (53.) *l. c. p. 529.* (54.) *l. c. p. 367.* (55.) *l. c. p. 369. 370.* (56.) *l. c.* (57.) *l. c. p. 376. 400.* (58.) Poſſidet Apographa illarum, uti & Reſponſoriæ Eitzenii, Willehadus Fabricius, Paſt. Loydienſis, Vir Doctiſſ., a qvo mihi eadem ſunt communicata. Editæ ſunt poſtea, ex iſtis, cum Reſponſoria Eitzenii, a D. Henr. Muhlio, A. 1715., *in Diſſertationum Hiſtorico-Theologicarum Primæ de Reformatione Cimbrica additamentis, p. 194. 195. 196.*

ſcripſeris, noviſti, &, poſt illas Literas, nullum ſcriptum amplius edidit, ſicut & multis annis ante mortem, de hoc argumenti genere. Tandem noſtrum per JEſum Chriſtum orat & obteſtatur, ne Libro Concordiæ ſe ulterius opponat. Pari ratione Nicol. Selneccerus, *virum pium ac candidum* eum ſalutans, cum Deum atqve homines eſſet teſtatus, *ipſum a Jacobo Andreæ candide diligi & magnifieri,* ſuum hoc judicium de orthodoxia ejus ſubjungit: *Nullus certe mihi perſvaſerit unqvam, te a noſtra ſententia vel minimo diſſentire. Si enim qvisqvam eſt, qvi te (abſit ſuſpicio aſſentationis!) inter eos refert, qvi, licet pauci ſint numero, primas merito obtinent recta docendo, & cæteris doctrina & vita prælucendo, certe is ego ſum, & ab hoc meo judicio nemo me abſtrahet.* Imo affirmare idem non dubitat, ſententiam Eitzenii in Judicio de F. C. Germanico, ad Electorem Saxoniæ miſſo, eandem eſſe cum ſua & reliqvorum Doctorum Saxonicorum. Utriqve Noſter pridie Feſti omnium SS. A. 1577. Germaniçe reſpondit, ſe Librum Concordiæ per conſcientiam *non poſſe approbare, ſed paratum eſſe Rationes, contra eum, ſuo & Confratrum nomine, A. 1576. ſcriptas, coram qvolibet, inprimis autem Electoribus Saxone & Brandeburgico, defendere.* In hac ſententia eum poſtea, ad finem usqve vitæ, perſtitiſſe, documento eſt, præter Commentationes varias Epiſtolasqve ineditas, Libro eidem Concordiæ oppoſitas, & ſuo infra loco enumerandas, Hiſtoria Colloqvii, a D. Conr. Schlüſſelburgio, Epiſcopatus tunc Ratzeburgenſis Superintendente, zelota importuno, d. 29. Aug. A. 1593. in Æde Sleſvicenſium cathedrali, cum ipſo habiti, ab adverſario, incertum qva fide, immiſtis ſcommatis variis Theologo indignis, conſignata (59.). In eo enim, nihil boni in Libro Concordiæ inveniri, ſeqve potius dextræ amputationem toleraturum, qvam iſtum ſua approbaturum ſubſcriptione, profeſſus eſſe perhibetur, ſed & ſimul, Calviniſmo ſe haud eſſe addictum, hujusqve dicam non niſi a nebulonibus perfrictæ frontis mendaciſſimis ſibi impingi, proteſtatus. Qvæ idem Schlüſſelburgius de laboribus ejus in ſenectute chymicis, & ſtudio Lapidem Philoſophicum ſibi parandi fruſtraneo atqve, uti ipſe judicat, ἀθεολόγω, cavillatur, an fidem mereantur, alii diſqvirant. Cum ſeptuagenario tandem major Noſter, ob corpus ætate ac laboribus fractum, omnibus ſuis muneribus, eorumqve functionibus ſingulis, haud amplius ſufficeret, rude a Joh. Adolpho, Duce Holſatico, donatus, Vicarium A. 1593. obtinuit collegam aulicum, M. Jac. Fabricium ſeniorem (60.). Cui, peculiari, qvod legi, Diplomate, ut, loco Eitzenii, munerum eccleſiaſticorum Candidatos examinaret, ac Parochiis ſuis præficeret, Eccleſiasqve Nordſtrandiæ, & alias longius diſſitas, viſitaret, d. 28. Jan. A. 1593. eſt injunctum, &, qvinqvennio poſt, Noſtro jam defuncto, omnium Cimbriæ Ducalis Eccleſiarum ephoria decreta, ſed hac tamen lege, ut & minore, qvam ille, ſtipendio, & Præpoſiti Generalis titulo, contentus, Superintendentis axiomate (A. 1636. demum ipſi collato) abſtineret (61.). Cum Ahaſvero, ſutore Judæo immortali, teſte paſſionis Chriſti αὐτόπτῃ, in æde ſacra Hamburgi, poſt reditum in civitatem hanc patriam ex Acad. Witebergenſi, A. 1547. reperto, Noſtrum, Studioſum adhuc, aliqvoties eſſe collocutum, multaqve, Hiſtoriam evangelicam & regionum orientalium illuſtrantia, ab iſto edoctum, Chryſoſtomus Dudlæus qvidam, Weſtphalus, ab ipſo ſe Eitzenio Sleſvigæ hæc accepiſſe aſſerens, in Narratione de peregrinatore hoc chimærico vernacula, A. 1618. Revalia ad amicum perſcripta, & A. 1645. (62.) recuſa (der gründlichen und warhafften Relation von einem Jüden Ahaſvero, &c.), iſtiusqve fidem ſecutus compilator Anonymus *Relationis de duobus Paſſionis Chriſti Teſtibus,* itidem Germanicæ, Amſtelod. A. 1647. (63.), ac ſine loci mentione A. 1661. (64.) excuſæ (qvi in locum Anni 1547. metatheſi numerorum 1574. ſubſtituit), audacter contendunt, ſive potius mentiuntur. Fabulæ iſtius putidiſſimæ vanitatem Joh. Seb. Mitternachtius (65.), Wilh. Ern. Tenzelius (66.), M. Gotfr. Thilo (67.), M. Joh. Paſchius (68.), aliiqve (69.), jampridem abunde detexerunt, ac nos proinde ejusdem refutatione merito ſuperſedemus. Eitzenio certe hæc cum Judæo immortali, ſive impoſtore potius, immortalem ſe profeſſo, converſatio (qvam & ipſam in dubium vocabunt, qvi A. 1547. eum, nec Studioſum amplius fuiſſe, nec Hamburgi vixiſſe, ex hac Vitæ illius Hiſtoria cognoverint) immortalitatem conciliare non potuit. Die enim 25. Februarii A. C. 1598., teſte (70.) Ant. Heimreichio (a qvo Nic. Heldvaderus (71.) & Caſp. Dancwerthius (72.), ſeqventem 1599. ſubſtituentes, diſſentiunt; falſo Eitzenius etiam d. 23. Febr. A. C. 1595. obiiſſe traditur ab Henr. Muhlio, *Diſſ. I. Hiſtorico-Theol. de Reformat. relig. in Cimbria p. 121.*) ætatis vero 77mo, ac ephoriæ Eccleſiarum Cimbriæ Ducalis ſupremæ (cujus vacationem qvinqvennio ante impetraverat) 36to, non autem (qvi Dancwerthii eſt error, computum ab A. 1555. perperam exorſi) 44to, vitam cum morte commutavit, qvoad ſolas tamen corporis, qvæ violentiæ ejus ſuccubuerunt, exuvias, Templo Urbis Sleſvicenſis Cathedrali illatas. Famæ enim celebritate, doctrina ſacra & philoſophica ſolidiori, monumentis hujus literariis multis pariter atqve præclaris, virtutibus ſacro præſule dignis, & plurimis ſummisqve in Eccleſias Cimbricas meritis, parta, de hoc etiam hoſte triumphavit, & dudum immortalitatis evaſit particeps. Superſtes etiam poſt obitum fuit in Liberis, qvos in conjugio fœcundo ſuſtulit, ſexus utriusqve diverſis. Ex Filiis ſolus mihi innotuit Paulus, J. U. D., Conſiliarius Ducalis Holſaticus & Canonicus Sleſvicenſis, parens Pauli alterius, Canonici Magdeburgenſis, qvi, filia D. Henr. Boethii, Acad. Juliæ Theologi, uxore ducta, Helmſtadii A. 1626. eſt mortuus (73.). E Filiabus natu maximam M. Herm. Brüggemanno, Eccleſiaſtæ Johannæo Hamburgenſi, Gertrudem, Paulo Cypræo, JCto maximi nominis, Conſiliario Holſatico & Canonico Sleſvicenſi, Margaretam autem Wolfgango Kalundio, Præfecturæ initio Gottorpienſis & dein Apenradenſis, Scribæ, elocavit. Qvarum ultimam, a paterna virtute degenerem, horrendorum ſcelerum, una cum marito & gnata, ream evaſiſſe, Joh. Wouwerius, Præfectus Gottorpienſis, d. 19. Maji A. 1610., Sebaſtiano a Bergen, Reip. Hamburgenſis Conſuli, in Epiſtola (qvam cum plurimis aliis Bibliotheca publica Hamburgenſis aſſervat) ἀνεκδότῳ, verbis ſignificavit ſeqventibus: *Heri tormenta admoveri juſſi (horret animus & meminiſſe refugit) filiæ D. Pauli ab Eitzen, Superintendentis olim & Paſtoris aulici. Multa concurrunt, qvæ & infanticidii, & magicarum ac execrandarum neqvitiarum, & tandem atrociſſimi homicidii, in ejus Genero commiſſi, eam & filiam accuſant. Maritus jam faſſus eſt ſcelus, & ſupplicium expectat.* Illa nempe ac maritus, conſcia filia, generum, Nicol. Esmarchium, Conſulem Apenradenſem, qvod egeſtatem ſuam non ea, qva ipſi voluiſſent, prodigalitate ſublevaret, d. 22. Apr. A. 1610., per venatorem globo in itinere trajici curarunt. Ob qvod facinus, paulo poſt detectum, Kalundius rotæ ſupplicio eſt affectus, eiqve impoſitus, uxor ejus, ob numeroſas interceſſiones, gladio tantum percuſſa.

(59.) *L. 2. Theol. Calv. p. 134. Edit. Germ.* (60.) V. Ant. Heimreichii *Chron. Ditbmarſ. Lib. 3., c. 5., p. 262., & Hiſt. Eccl. Sleſv., L. 4., c. 2., p. 188.* (61.) V. Caſp. Dancwerthii *Chorogr. Cimbr., P I., c. 4., p. 25.* (61.) *in 4.* (63.) *in 12.* (64.) *in 8.* Cujus Editionis Titulus eſt: Relation von 2. Wallbrüdern einem Jüden und Heiden. (65.) *in Diſſertatt. ad Joh. XXI. 22., de Qv.: An Johannes Evangeliſta, & Judeus qvidam, a tempore paſſionis Domini ſint ſuperſtites* (ed. Numburgi A. 1665. *in 8.*), *Diſſ. XIX., p. 397-420.* (65.) *in Dial. Menſtr. Vernac., M Oct. A. 1694., p. 799-815.* (67.) *in Diſp. de Judæo Immortali,* ed. Witeb. A. 1668. (68.) *in Morte Immortalium Mortis Chriſti Teſtium,* ed. Witeb. A. 1685. (69.) V. Joh. Cluveri *Epit. Hiſt. ad A. 1604, p. m. 637.*, Nic. Heldvaderi *P. II. Sylvæ Chronol. p. 271.*, Caſp Posneri *Diſſ. de Longævitate Hominum, §. 23*, M. Joh. Lyſeri *Diſſ. de Animæ Ἀφθαρσίᾳ, in Proœm.* Adde, qvi ab his aliisqve allegantur, J. Henr. Hottingerum *P. III. Hiſt. Eccl., p. 547. & ſeqq.*, J. Conr. Danhauerum *in Dramate Sacro, Theat. II., Phæn. 1.*, Joh. Hornbeckium *in Proleg. Tr. de Converſione Judæorum, num. 5., p. 18.* Mart. Zeilerum *Cent. 6. Ep. 7.*, & Thom. Bartholinum *Cent. V. Hiſt. Anat. & Med. Rar., Hiſt. 28, p. 47.* (70.) L. 4. *Hiſt. Eccl. Sleſv., c. 2., p. 188., & in Chronico Friſiæ Borealis, c. 13., p. 317. primæ Edit.* (71.) *P. II. Sylvæ Chronol. p. 263.* (72.) *P. I. Chorogr. Cimbr., c. 4., p. 25.* (73.) V. Programma Funebre Exeqviis Nepotis hujus ab Acad. dicatum Julia.

ſa, filia autem, Eſmarchii vidua, bonis omnibus, tutorum filii ipſius fidei commiſſis, exuta, noſtraqve Cherſoneſo ejecta. V. Jonæ Hoyeri MSS. A liberis iſtis ac generis hoc parenti ſoceroqve, in Templo Sleſvicenſium Cathedrali, poſitum eſt Monumentum Epitaphium:

Prædicamus Chriſtum crucifixum.

PAULO ab EITZEN, Theol. Doct., Eccleſiæ hujus Superintendenti, purioriſqve Doctrinæ juxta Auguſt. Confeſſ. Defenſori acerrimo, Filius Paulus, Paulus Cypræus, J. U. D. D., & Wulfgangus Kalund, Generi, cum Uxoribus, Gertrude & Margareta, amoris ergo, FF. A. C. 1600.

Hanc Vitæ Noſtri, a nemine antea juſto ſtudio expoſitæ, Hiſtoriam, paulo brevius jam olim, *in Iſagoge ad Hiſt. Cimbricam, P. II., c. 7., §. 2. & 3., p. 176-185., P. III., c. 4., §. 1., p. 350., & P. IV., c. 10., §. 4., p. 571., & §. 10. 11. 12., p. 579-583.*, ſparſim propoſitam, ex monumentis variis, editis atqve ineditis, collegi, & nunc denuo locupletatam exhibeo. Qvacum conferri poſſunt, qvæ de vocatione ad Eccleſiarum Cimbriæ Ducalium Ephoriam, & Libro Concordiæ per Noſtrum impugnato, cæteris vitæ capitibus prætermiſſis, fuſius diſſeruit JOH. ADOLPHUS CYPRÆUS (Nepos, ni fallor, ipſius) *in Annalibus Epiſcoporum Slesvicenſium, Lib. III., c. 6., p. 447-463.* Digna eſt etiam, qvæ conferatur, D. Henr. Mulii Digreſſio de illius in Eccleſias Cimbricas meritis, & adverſus librum concordiæ certaminibus, Hiſtorico-apologetica, *Diſſertationum Hiſtorico-Theologicarum*, Kilonii A. 1715. *in 4.* editarum, *Primæ de Reformatione religionis Cimbrica, p. 97-121.*, inſerta, variisqve documentis *p. 183-198. 202-208.*, illuſtrata.

Conſulantur etiam de illo, præter Autores alios, jam ante allegatos, JOS. SIMLERUS *in Biblioth. Univerſali p. 544.*, & JOH. JAC. FRISIUS, ejus Continuator, *p. 655.*, LUD. LAVATERUS *in Hiſt. Sacramentaria p. m. 128.*, LAUR. SURIUS *in Comm. Hiſtorico, ad A. 1557., p. 500.*, CONR. SCHLÜSSELBURGIUS *L. 2. Theol. Calv. p. 133. 124. 253. 288. Edit. Germ., & L. 4. p. 275.*, RUD. HOSPINIANUS *in Concordia Diſcorde fol. 71.*, LEONH. HUTTERUS *in Concordia Concorde c. 12., p. 366-401.*, HENR. LEUCHTERUS *in Antiqva Fide Heſſorum p. 227.*, NIC. HELDVADERUS *P. II. Sylvæ Chronol. p. 157. 202. 263.*, JOH. MICRÆLIUS *P. III. Syntagm. Hiſt. Eccl., p. 369. 370. 472. 529.*, ANONYMUS Autor *Catalogi Eccleſiaſtarum Hamburgenſium MSti*, CASP. DANCKWERTHIUS *P. I. Chorograph. Cimbr., c. 4., p. 24. 25.*, J. C. DANHAUERUS *in Illice & Obice Pacis Eccleſiarum Sanctæ p. 21.*, J. C. BECMANNUS *in Catal. Biblioth. Francof. p. 156.*, ANT. HEIMREICHIUS *in Hiſt. Eccl. Sleſvic., L. 4., c. 2., p. 181. 182. 188. 220. 221., in Chron. Friſiæ Borealis c. 13., p. 317.*, & *in Chronico Dithmarſico, Lib. 3. c. 5., p. 262.*, WILH. ERN. TENZELIUS *in Dial. Menſtr. Vernac., M. Oct. A. 1694. p. 805-809.*, HENR. ERN. TREIBERUS in der Jubeljahrsposaune der *Form. Conc. p. 143. 144.*, GOTFR. ARNOLDUS *T. II.* der Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie, *Lib. 16., c. 18., p. 226.*, DAV. SCHULTETUS im Hamburgiſchen von der Schulen zur Kirchen beruffenen Prediger *p. 64. 65. 66.*, JOH. ALB. FABRICIUS *P. II. Memor. Hamburg. p. 859.*, M. JOH. HERM. ab ELSWICH *in Diſq. de Formula Concordiæ, num in Dania ſit combuſta, §. 24., p. 52-58.*, JOH. BACMEISTERUS *in Actis Philippicis* (Tubingæ A. 1719. editis) *p. 41. & ſqq.*, JOH. MELCH. KRAFTIUS in præfat. des Zweyfachen zweyhundert-jährigen Jubel-Gedächtniſſes, *lit. c. 2. c. 3. c. 4.*

Supereſt Volumen *in fol.* ingens MStum, plusqvam centenis conſtans plagulis, Epiſtolarum ad Eitzenium a Principibus, Magnatibus, Theologis, aliisqve viris doctis, de argumentis variis, imprimis autem negotiis controverſiisqve cœtus Lutherani, tum in regionibus aliis, tum in Cimbria urbeqve Hamburgenſi, eccleſiaſticis, ab A. 1562. ad 1592., ſcriptarum, qvod Hafniæ A. 1685., cum MSStis aliis M. Jac. Fabricii, Succeſſoris Eitzenii, in Bibliothecæ Beckerianæ auctione publica, venditum, ipſemet mihi comparavi, ſed non multo poſt M. Chriſtoph. Kraheo, Antiſtiti Diœceſeos Hatherslebienſis Regio, amicis id precibus efflagitanti, poſſidendum tranſſcripſi. E cujus Bibliotheca, a defuncti Hæredibus A. 1691. diſtracta, qvonam pervenerit, hactenus ignoro. Occurrunt in iſto, præter literas Paſtorum Cherſoneſi noſtræ Cimbricæ plurimorum, aliorumqve hominum doctorum minus celebrium, Epiſtolæ Johannis Senioris, Adolphi & Joh. Adolphi, Ducum Holſaticorum, Henr. Ranzovii, Proregis Cimbrici, Bened. Aleſeldii, Cœnobii Prezenſis Præpoſiti (V.), D. Ad. Tratſigeri, Cancell. Holſato-Gottorpienſis, Dithm. Kenkelii, Conſulis Bremenſis, D. Laur. Niebueri, Cancellarii Megapolitani, Pet. Hegelundii Epiſc. Ripenſis, Andr. Sev. Velleji, Decani Ripenſis, Dav. Chytræi, Lucæ Bacmeiſteri & Sim. Pauli, Theologorum Roſtochienſium, D. Henr. Molleri, Theologi Witeb. (IV.), Bartholom. Meieri, Superint. Haſſo-Caſſellani (VII.), Herm. Hammelmanni, Superint. Oldenburgici, M. Joh. Vorſtii, præpoſiti Eccleſiarum Holſaticarum Regii Generalis (IV.), Volqv. Jonæ, præpoſiti Generalis Holſato-Gottorpienſis (XXXI.), Joh. Eckenbergii, Superint. Lüneburg., M. Georg. Boethii, Diœceſeos Hatherslebienſis, M. Pet. Generani Apenradenſis (III.), Joh. Piſtorii Eiderſtadienſis (VIII.), Georg. Petræi & Andr. Thomæi Tunderanæ, Præpoſitorum, Chriſtoph. Knopfii, Aulæ Danicæ Eccleſiaſtæ, Joach. Degeneri (LXXXIII.), Franc. Baringii (VI.) & Herm. Brüggemanni (VIII.), Paſtorum Hamburgenſium, Chriſt. Havemanni Bremenſis, Pet. Bockelmanni (XIX.) & Joh. Hameri (XII.), Huſenſium, Caſp. Peuceri Budtſtadienſis, D. Mich. Rhederi, Decani & Syndici Hamb., D. Wilh. Molleri, Syndici Hamb., D. Joh. Boukii, Acad. Roſtoch. JCti, D. Joh. Warwichii, Archiatri Danici, D. Joh. Bokelii, Poliatri Hamburg., Henn. Oldendorpii Acad. Argentinenſis (IV.), & Sebaſt. Theodorici Winshemii ac Alb. Lemeieri (XII.) Witebergenſis Profeſſorum Philoſophicorum, Matthæi Delii, Scholæ Hamb. Rectoris, &c.

De JAC. ANDREÆ, Theologi Tubingenſis, & NICOL. SELNECCERI Lipſienſis, Libri Concordiæ autorum, de hoc ad ipſum Epiſtolis, Altenburgo A. 1577. exaratis, qvas, in volumine jam dicto non obvias, Willehadus Fabricius, Paſt. Loydtenſis, Amicus noſter, in Epiſtolarum Joh. Bernhardi, Præpoſiti Alſenſis, MSto aſſervat Syntagmate, ac H. Muhlius A. 1715. edidit, in Vitæ jam dictum eſt Hiſtoria.

JOH. PISTORII, Præpoſiti Eiderſtadienſis, ternas ad eum, in Volumine Epiſtolarum ad Piſtorium, qvod Pet. Axenius, JC. Doctiſſ., poſſidet, *ἀνεκδότως* offendi.

ELOGIA.

JAC. ANDREÆ & NICOL. SELNECCERI Judicia de illo, ejusqve orthodoxia, perqvam honorifica, ex Epiſtolis modo laudatis, in Vitæ Hiſtoria recitavimus.

CONR. SCHLUSSELBURGIUS, Zelotes ipſi infenſiſſimus, nihilominus, *in Ep. Dedic. Theol. Calvinianæ, Germanice verſæ (lit. C. 4. a.)*, Scripta ejus pro Auguſtana Confeſſione, Calvinianis oppoſita, commendat.

REFORMATI BELGÆ, in Scripto contra Lib. Concordiæ *ἀνωνύμως* (*teſte Schlüſſelburgio L. 2. Theol. Calv. p. 288.*), ſenem eum ſalutarunt venerabilem (einen Ehrwürdigen alten Herren).

JOH. AD. CYPRÆUS, *in Annal. Epiſcoporum Slesvic, L. 3., c. 6., p. 447.*, ipſum *celeberrimum ac famoſum Auguſtanæ Confeſſionis Doctorem* appellat.

JOH. MICRÆLIUS, *P. III. Syntagm. Hiſt. Eccl., p. 369. 370., orthodoxum, & oppugnatorem Calvinianorum acerrimum.*

GEBH.

GEBH. THEOD. MEIERUS (*in Monumentis Theologorum Acad. Juliæ p. 19.*) *celebrem illum in Holſatia Theologum.*

JOH. FRID. MAYERUS (*in Diſp. de Nimia Lenitate Phil. Melanchtonis, c. 4., §. 2., p. 34.*) *Theologum Eccleſiæ Hamburgenſis eximium.*

JOH. BRUNSMANNUS, in Ep. ad me d. 19. Jul. A. 1700. exarata, *Virum doctiſsimum moderatiſſimumqve.*

EGO (*P. I. Iſagoges ad Hiſt. Cimbr., c. 13., §. 3., p. 197.*) *Theologum cordatiſsimum.*

HENR. MUHLIUS (im Vorberichte des Unverfälſchten Sinns Lutheri von der Seligkeit der Gläubigen in dieſem Leben *p. 38.*) einen alten Holſteiniſchen Theologum, deſſen Verdienſte auch umb die Hamburgiſche, und andere reine Evangeliſche Kirchen, billig höher zu achten, alß daß man ſie ietzund, in ſeinem Vatterlande, auf ſo nachtheilige Art verkleinern und ſchmälern ſolte; it. (*Diſſ. I. Hiſtorico-Theol. de Reformat. Cimbrica p. 97.*) *Virum doctrina & meritis egregium, Lutheriqve & Melanchthonis germanum diſcipulum, Theologum celebratiſſimum*; it. (*ibid. p. 121.*) *Theologum egregie cordatum.*

CENSURÆ.

INDEX Librorum Prohibitorum ROMANVS *p. m. 84.*, uti & HISPANICUS, ab Ant. Sotomajore, Inqviſitore Generali, Madriti A. 1667. in fol. editus, *p. 821.*, autoribus eum primæ claſſis damnatis accenſent. Conf. Franc. Magdaleni *Elenchum Librorum in Indice Romano prohibitorum p. 493.*

CONR. SCLÜSSELBURGIUS, *Lib. II. Theol. Calvin. p. 133. 134.*, prolixe admodum, ob Librum Concordiæ rejectum, & ſubſcriptionem Confeſſionis Lüneburgenſis retractatam, ei, λεγοδιαξ ἔοία futili ac maledica, inſultat, ipſumqve, ut alia taceam ſcommata, appellat einen unbeſtändigen Mann und Mercurialiſchen Wetterhan, über den der Schwindelgeiſt gerahten, & ob Chymiæ qvoqve ſtudium, uti ſupra monuimus, exagitat.

JOH. MAJOR, Poeſ. Prof. Witeb., *in Synodo avium, ſeu carmine Heroico de Philippiſtarum & Flacianorum certaminibus, p. 31.*, eum, Witebergam, ut diſſidium componeret, ad Melanchthonem ablegatum, *Iſpidam* vocavit, ſive Halcyonem, *jaculis inſtructam ac arte Pelasga.* V. Joach. Felleri *Notas ad banc* Synodum, in B. G. Struvii *Faſcic. IV. Actorum Literariorum editas, p. 77. 78.*

SCRIPTA EDITA.

ℵ. LATINA.

Diſp. Theol. Inaug. de Diſcrimine veræ Eccleſiæ Dei, & aliorum Hominum, Præſide Philippo Melanchthone, pro Licentia aſſumendi gradum Doctoratus, d. 18. Maji A. 1556., in Acad. Witeb. habita. Witeb. 1556. in 8. Recuſa ſine loci mentione, ſumptibus Chr. Enochi Buchtæ, A. 1678. in 4. Occurrit etiam in editione gemina *Operum* Melanchthonis (autoris forte illius) *Theologicorum*, Witeb. A. 1577. & 1601. *in fol.* excuſa, *Tomo IV.*, *p. 595-604.*

Confeſſio de S. Cœna contra Sacramentarios, publico Ordinis Hamburgenſis Eccleſiaſtici nomine A. 1557. ſcripta, &, una cum aliis *Miniſtrorum Saxoniæ Inferioris de Euchariſtiæ Sacramento Confeſſionibus*, Joh. Calvino oppoſitis, a Joach. Weſtphalo, Paſt. Hamb. Catharinæo, illarum collectore, Magdeburgi A. 1557. in 8. edita. Has inter illa occurrit *lit. O. 6. b. - P. 1. a.*, omnium, qvi tunc vivebant, Eccleſiaſtarum Hamburgenſium ſuffragiis & chirographis, uti nomina ſingulorum, ei ſubjecta, teſtantur, comprobata. Qvænam ejus ſcribendæ fuerit occaſio, in Vitæ jam noſtri Hiſtoria eſt expoſitum. Iterato ab omnibus Eccleſiæ Hamb. Miniſtris ſua, tanqvam ſcriptum ejus ſymbolicum, d. 19. Jul. A. 1560. confirmata eſt ſubſcriptione, ſimulqve a Senatu & Presbyterio decretum, ab omnibus poſthac munerum ſacrorum Candidatis, & hanc, & reliqvas Hamburgenſium Confeſſiones, eodem pacto eſſe approbandas. Saxonice etiam, cum adjecta Admonitione ad Eccleſiam Hamburgenſem de cavendis Zwinglianorum erroribus, (ſub tit.: Der Prediger to Hamborg ſchlechte und rechte Bekändtniſſe van dem Hochwerdigen Sacramente des Lives und Blodes unſers leven Herren Jeſu Chriſti, mit eener trüen Vermaninge ende Warninge an de Chriſtlike Gemene) Hamburgi, typis Joh. Wiekradii, A. 1557. in 8., & denuo, præfixo Anonymi libello paracletico (Troſtböckſchen, darinn de eddel dürbar Schatt des Göttliken Wordes verfatet iß), ibidem A. 1582. in 8., prodiit. In lingvam Germanicam, ſeu Miſnicam illius dialectum, & eam, & cæteras Confeſſiones Saxonicas, ſupra laudatas, Wolfg. Waldnerus (*teſte J. C. Becmanno in Catal. Bibl. Francof. p. 123.*) tranſtulit, atqve Francofurti ad Viadrum A. 1591. *in 4.* curavit excudi. Impugnavit eam, 33. jam annis a prima editione elapſis, ſub Miniſtrorum vicinæ Eccleſiæ Bremenſis nomine, D. Chriſtoph. Pezelius, Theologus ejuſd. civitatis Calvinianus. in der Erinnerung wieder der Prediger zu Hamburg Bekäntniß vom H. Abendmahl, und daran gehenckte Vermahnung, im Nahmen und wegen aller Evangeliſch-Reformirten Kirchen. Cui, Bremæ A. 1590. in 4. excuſæ, cum Eitzenius, Confeſſionis Autor, eodem Anno die Erinnerung von dem Bremiſchen Buche, ſo A. 1590. wieder die Prediger zu Hamburg außgegangen iſt, oppoſuiſſet, repoſita eſt a Pezelio ſeqv. A. 1591. des Miniſterii zu Bremen freundliche Gegenerinnerung an D. Paulum von Eitzen, darinn ſeine Erinnerung von dem Bremiſchen Buche, ſo A. 1590. wieder die Prediger zu Hamburg außgegangen iſt, chriſtlich und beſcheidentlich beantwortet wird, mit Anzeige, was in ſolcher Erinnerung ohne und auſſer Streit ſey, ſamt beygefügtem Schreiben an die Prediger zu Hamburg, Bremæ itidem in 4. impreſſa. Confer, qvæ, de ſcriptis hiſce ἀμειβάοις, *P. IV. Iſagoges ad Hiſtor. Cimbr., c. 10., §. 11., p. 581. 582.*, jam diximus.

Defenſio veræ doctrinæ de Cœna D. N. J. C., contra Sacramentariorum & Anabaptiſtarum errores. Urſellis 1557. in 8. &, juxta nonnullos, Hamburgi etiam A. 1563. in 8. In *præfat.*, ſtudium pacis ac unitatis Eccleſiæ profeſſus, de ſuo in *Defenſione* hac inſtituto ita ſcribit: *Contraxi bona fide in breves Propoſitiones præcipua argumenta totius controverſiæ de cœna Chriſti, in qvibus diſputationis cardo vertitur, omiſſis aliis ſcurrilibus & blaſphemis cavillationibus ac qvæſtionibus, de qvibus diſputare nolo.* Qvanti eam Vitus Winshemius Senior, L. Gr. & Med. in Acad. Witeb. Profeſſor, a Zwinglianis alieniſſimus, fecerit, verbis hiſce Conr. Schlüſſelburgius, *L. 4. Theol. Calvin. p. 275.*, exponit: *Conſtat hoc etiam inter Profeſſores & Studioſos Acad. Witebergenſis, D. Winshemium D. Pauli Ezenii, Hamburgenſis Eccleſiæ Doctoris, Libellum contra Calviniſtas editum, de qvo plurima exemplaria Hamburgo ſibi afferri ſuo ſumptu curabat, inter Academiæ alumnos partitum eſſe, & eosdem ſæpe numero ad lectionem libri illius admonuiſſe, ut ſibi caverent a fermento Calviniſtarum.* Mentionem Libri hujus etiam injiciunt Lud. Lavaterus, Zwinglianus, in *Hiſtor. Sacramentaria, ad A. 1557., p. 128.*, ejusqve exſcriptor Laur. Surius, Pontificius, *in Comm. Hiſtor., ad A. 1557., p. 100.* Qvorum uterqve *eadem fere* in illo judicat *afferri, qvæ a Joach. Weſtphalo & Joh. Timanno jam ante allata fuerant.*

Commentarius in Geneſin. Francofurti 1560. in 8. Allegatur, tum ab aliis Autoribus, tum a Joh. Wilh. Petræo *P. II.* der Wahrheit des herlichen Reiches Chriſti wieder Joh. Winclerum *p. 11.*, Eliſabethæ ſimul, Anglorum Reginæ, inſcriptum eſſe illum teſtante. Lipenius, qvi (*P. I. Bibl. Theol. p. 729.*) Jenæ eum A. 1637. *in 4.* tradit eſſe recuſum, fidem haud meretur. Errat etiam Paulus Bolduanus, *in Biblioth. Theol. fol. 19. a.* autoribus, in totum commentatis Pentatevchum, Noſtrum perperam annumerans.

Admonitio de præcipuis capitibus controverſiæ de Cœna Domini. A. 1561. in 8. Hujus, nec mihi viſæ, nec ab aliis memoratæ, ſoli mentionem injiciunt Joh. Chriſtoph. Becmannus *in Catal. Biblioth. Francof. p. 156. 157.*, & Henr. Muhlius (Hamburgi A. 1563. eam prodiiſſe perhibens) *Diſſ. I. Hiſtorico-Theol. p. 107.*

Ethicæ Doctrinæ Pars I., ſive Libri IV. priores. Witeb. 1571. in 8. Pars II., ſive Libri V. poſteriores. Ib. 1577. in 8. Totum opus bipartitum, librisqve IX. comprehenſum. Witeb. 1574. in 8. Auctius deinde recuſam, adjecto etiam Catechiſmi Examine, Slesvigæ 1585. in 8. & Witeb 1588. in 8. Scriptum hoc (qvod, juſſu Magiſtratus ſupremi, ſingulæ Eccleſiæ Ducales Slesvigo-Holſaticæ ſibi compararunt, teſte Ant. Heimreichio *in Hiſt. Eccl. Slesvic.*, *L. 4.*, *c. 3.*, *p. 221.*, *& in Chronico Friſiæ Borealis*, *c. 13.*, *p. 324. 325.*) *totum fere eſſe Theologicum*, recte monuit Vinc. Placcius *in Epitome Conſilii de Studio Philoſ. Practicæ p. 34.*

Poſtilla, ſeu Enarratio Evangeliorum Dominicalium & Feſtivalium. Witeb. 1572. in 8. Erfurti 1586. in 8. (Errat Heimreichius, qvi, *in Hiſt. Eccl. Sleſv.*, *L. 4.*, *c. 3.*, *p. 221.*, A. 1570. eam jam prodiiſſe perhibet).

Rudimenta Artis Dialecticæ, Libris IV. comprehenſa. Witeb. 1574. in 8. (1½ *Alphab.*)

Catechiſmi Examen, ſumma chriſtianæ pietatis capita ſuccincte exhibens, juſſu & autoritate Adolphi, Ducis Holſatiæ, in gratiam Principum Juniorum, editum A. 1583. (*V. Tit. Editionis Fabricianæ ſupra, tom. I. p. 165.*). Recuſum deinde, *Doctrinæqve* autoris *Ethicæ* adjectum, Sleſvigæ A. 1585. in 8., tandem vero a M. Jac. Fabricio, Eitzenii Succeſſore, *pro Schola Illuſtri Gottorfienſi* (uti Titulus innuit), denuo recenſitum Sleſvigæ A. 1605. in 8. (*7 pl.*) Fabricius, *in præfatione*, maximopere illud commendat, cum ob ſummam perſpicuitatem, tum ob congeriem ſelectiſſimorum S. Scripturæ dictorum, jucundiſſimam juxta ac utiliſſimam, & perpaucos ſe in hoc genere vidiſſe libellos, qvos utroqve nomine cum eo conferret, nullum autem, qvem anteferret, profitetur. Hoc, una cum *Ethica* noſtri *doctrina*, Adolphus, Dux Holſatiæ, A. 1585. a ſingulis ditionum ſuarum Eccleſiis emi juſſit atqve aſſervari, teſte H. Muhlio *Diſſ. I. Hiſtorico-Theol. p. 120.*

Litaniæ Publicæ, ſive Explicationes textuum S. Scripturæ, feriis poenitentialibus anniverſariis, in Eccleſiis Ducalibus Sleſvigo-Holſaticis, plebi propoſitorum, ſigillatim annis diverſis *in 8.* publicatæ.

Epiſtolæ X. ad Joh. Piſtorium, Præpoſitum Eiderſtadienſem, Theologicæ, ab A. 1580. ad 1591. exaratæ, qvæ in H. Muhlii Diſſertt. Hiſtorico-Theologicarum, Kilonii A. 1715. editarum, *Primæ de Reformatione Cimbrica Additamentis*, *p.* 190-194. 197. 198. 204-208., prodierunt, una cum Reſponſoria ad D. Jac. Andreæ & D. Nicol. Selneccerum Germanica, A. 1577. exarata, ibidem *p. 196.* obvia.

Scriptum de Calumnia, Francofurti A. 1618. editum, qvod Thom. Hydius *in Catal. Biblioth. Bodlejanæ*, eumqve ſecutus Mart. Lipenius (*P. I. Biblioth. Theol. p. 214.*), Paulo ab Eitzen tribuunt. Qvod tamen cum omnibus aliis ſit ignotum, an Noſtro debeatur, dubito.

Diallacticon Viri cujusdam boni & literati de veritate, natura atqve ſubſtantia corporis & ſangvinis Chriſti in Euchariſtia, ἀνωνύμως A. 1557. & 1576. in 8. editum, *tomoqve Operum* Theod. Bezæ *ſecundo* recuſum, cujus autor partes, in controverſia euchariſtica diſſidentes, velut ὐδέτερος, conciliare nititur, ſed in Reformatorum tamen ſententiam videtur proclivior, perperam haud dubie Noſtro, ab iſta alieniſſimo, in Ott. Sperlingii Jun. *Indice Scriptorum Hamburgenſium* tumultuario MS. vindicatur. Conſuli de illo poſſunt, e Reformatis Lud. Lavaterus *in Hiſt. Sacramentaria*, *ad A. 1557.*, *p. 125.*, e Lutheranis vero Autor der Hiſtorie des *Sacrament*-Streits *p. 557. 558.*, & Conr. Schlüſſelburgius, cenſor illius perqvam rigidus, *Spiritus Tenebrarum Diallacticon*, in Catalogo Autorum, *Theologiæ Calvinianæ* præfixo, appellare iſtud haud veritus, *Libro* ejusdem, Germanice tranſlatæ, *Secundo p. 49. 56. 103. 234. 235.*, *ac Tertio* p. 96. 110.

ב. GERMANICA.

Warhaft Tůcheniſſe und Bericht van dem laetſten Bekåntniſſe und ſaligem Affſcheede des Ehrwůrdigen und Wolgelarden Herren, Diderici Jarii, edder Jůrgens, Paſtoren to S. Nicolai binnen Hamborg. Hamb. 1561. in 4. Argumentum ſchedæ hujus Saxonicæ perbrevis in Vita Noſtri jam enarravimus. Conſer *P. IV. Iſag. ad Hiſt. Cimbr.*, *c. 10.*, *§. 12.*, *p. 582. 583.*

Rechte und wahre Meinung und Verſtandt Göttlicher Schrift und der Augſpurgiſchen Bekåntniß von etlichen Artickeln, welcher eine ſchlechte Erklårung ietz nöhtig iſt, zuſammengezogen aus der Augſpurgiſchen Bekåntniß, die A. 1530. übergeben iſt, der Apologie, Smalkaldiſchen Artickeln, und Catechiſmo Lutheri, vor alle dieienige, die Wahrheit und Frieden lieb haben. Hamb. 1562. in 4. (*13 pl.*). Scripti hujus apologetici, cui ſubſcriptio Confeſſionis Lüneburgenſis, A. 1561. ab ipſo facta, ſed paulo poſt diverſas ob cauſas retractata, Zelotis inconſtantiæ eum Theologo indignæ arguentibus, præbuit occaſionem, hiſtoriam ac recenſum, in præmiſſa Vitæ Hiſtoria itidem invenies. Ein nützliches Buch audit Henr. Muhlio, im Vorberichte des Unverfålſchten Sinns Lutheri von der Seligkeit der Glåubigen *p. 30.*

Tröſtlicher einfåltiger Unterricht, wie ſich ein Chriſte, in den Gedancken von der Göttl. Ausverſehung und Erwehlung halten ſolle. Sleſvici A. 1581. in 4. Laudat hoc opuſculum, & ab Autore Meinoni ab Eitzen, civi Hamburgenſi, fratri ſuo, inſcriptum eſſe teſtatur, H. Muhlius *Diſſ. I. Hiſtorico-Theol. p. 107.* Alberto zum Felde, *in Analectis Diſqviſitt. ſacrarum*, *Or. I.*, *p. 12 13.*, *Libellus* audit *breviſſimus qvidem, ſed ſolidiſſimus, cujus doctam ſimplicitatem demiretur.*

Chriſtlicher einfåltiger Unterricht aus GOttes Worte, wie ſich, ein frommer Chriſte, in den vielfåltigen Gezåncken vom Abendmahl unſers Herren JEſu, halten ſolle. Sleswig 1582. in 4. Scriptum Wilhelmo, Haſſiæ Landgravio, dedicatum, cui ſimilia de cœteris fidei chriſtianæ articulis, ſive doctrinæ catecheticæ Partibus ſingulis, uti in ἀνεκδότων atqve affectorum indice monebitur, edere decreverat.

Leichpredigt über Adolphum, Hertzogen zu Holſtein Gottorf, aus Hiob. I. 20. 21. 22. Sleswig 1586. in 4.

Leichpredigt über Friderichen, Hertzogen zu Holſtein Gottorf, aus Sap. IV. Sleswig 1587. in 4.

Chriſtliche Unterweiſung, wie von den zweyen Artickeln Chriſtlicher Lehr und Glaubens, von Göttlicher Ausverſehung, und vom H. Abendmahl, aus wahrem Grunde Göttliches Wortes, zu Beweiſung der lauteren Wahrheit, gegen allerley Secten und Irrthůmer, könne beſcheidentlich, ohne ärgerlich Gezåncke, Sprach gehalten werden. Sleswig 1588. in 4. In hac duo opuſcula de prædeſtinatione & S. Cœna, qvæ paulo ante memoravimus, vernacula, ſeorſim A. 1581. & 1582. edita, junctim, ſed longe auctiora, exhibuit, obſervante H. Muhlio *Diſſ. I. Hiſtorico-Theol. p. 107. 108.* Ubi perperam A. 1558. prodiiſſe traditur, culpa typothetæ.

Erinnerung von den Bremiſchen Buche, ſo A. 1590. wieder der Prediger zu Hamburg Bekåntniß vom H. Abendmahl ausgegangen iſt. A. 1590. Hujus Scripti, Chriſtoph. Pezelio, Theologo Bremenſi, oppoſiti, & A. 1591. ab illo iterum impugnati, Hiſtoria ex Recenſu Confeſſionis de S. Cœna Hamburgenſis, paulo ante exhibito, poteſt repeti.

Deutſche Poſtilla über die Sontags- und Feſt-Evangelia. Sleswig 1591. in 4. (Bolduanus, *in Bibl. Theol. p. 163. b.*, & Draudius, Editionem Anni 1592. Sleſvicenſem, in fol. publicatam, memorant.) Hanc, Adolphi, Ducis Holſatici, coram qvo homiliæ illius erant habitæ, mandato editam, filius hujus, Joh. Adolphus, edicto peculiari, d. 21. Sept. A. 1591., a ſingu-

a ſingulis ditionum ſuarum eccleſiis juſſit coemi, & a præconibus ſacris, in concionibus, normæ inſtar, obſervari. V. Henr. Muhlii (edictum illud recitantis) *Diſſ. I. Hiſtorico-Theol. p. 120. 208.*

Urſachen, warumb die Subſcription des Bergiſchen Buches, oder Confeſſion, billig ſol werden abgeſchlagen, genommen auß dem ernſtlichen Befehle Chriſti: Hütet euch vor den falſchen Propheten, Matth. VII., und: Prüfet die Geiſter, 1. Joh. IV. Judicium hoc vernaculum, Libro Concordiæ, ejusqve ſubſcriptioni, d. 21. Sept. A. 1576. oppoſitum, cujus Recenſum & Hiſtoriam in Biographia jam exhibuimus, Witebergæ primus A. 1614. Leonh. Hutterus, Prof. Theologus, in *Concordia* ſua *Concorde, ſeu Opere de Origine & Progreſſu Formulæ Concordiæ Eccleſiarum Auguſtanæ Confeſſionis, contra Rud. Hoſpiniani Concordiam Diſcordem, in fol.* edito, ibidemqve A. 1622. *in 4.* recuſo, *cap. 12.* (*p. 366-401. Edit. poſter.*), typorum beneficio juris fecit publici, adjectis tum Prolegomenis ſuis adverſus Eitzenium Hiſtorico-Elenchticis, tum Jacobi Andreæ, Theologi Tubingenſis, Autoris Libri Concordiæ præcipui, ſcripto contrario (*p. 385-400.*), titulo hoc inſignito: Bericht auf die vermeinte 6. Urſachen D. Pauli von Eitzen, warumb er die Formulam Concordiæ nicht unterſchreiben könne. Latinam ejusdem Verſionem, a ſe concinnatam, Joh. Adolphus Cypræus, Eitzenii Nepos, in Pontificiorum caſtra transgreſſus, *in Annalibus Epiſcoporum Sleſvicenſium*, Coloniæ A. 1634. in 8. excuſis (*Lib. 3. c. 6., p. 448-463.*), Epitomen autem compendiariam Rud. Hoſpinianus, Theologus Scholæ Tigurinæ Reformatus, in *Concordia Diſcorde*, Tiguri A. 1607. in fol. impreſſa (*fol. 71.*), exhibuit. Aſperiores Zelotarum Lutheranorum de illo cenſuras aliqvot in Biographia jam recitavimus, nec tamen omnes. Leonh. Hutterus *l. c.* iſtud *ſcriptum* appellat *aculeatum & virulentum*, qvod autor odio contra Jac. Andreæ, aliisqve affectibus, abreptus, & ab Haſſiacis incitatus, conſcripſerit, Conr. Schlüſſelburgius autem (*L. 2. Theol. Calv. p. 134.*) vier kalte, lahme und nichtige Uhrſachen, die lange nicht der Wichtigkeit ſind, daß ſie können dem Gewiſſen gnug thun, warumb einer, umb derſelben willen, nicht könne das Concordien-Buch annehmen. Cæteris vero omnibus immitius de illo judicat, ſive potius rhetoricatur, Joh. Conr. Danhauerus, *in Illice & Obice Pacis Eccleſiarum Sanctæ p. 21.* ita ſcribens: *Qvid non acerbitatum ac injuriarum*, propter Formulam Concordiæ, *tulit fulmen belli ſacri, D. Jac. Andreæ, alter Stephanus, & ſpiritu, cui nemo valuit ἀντιστῆναι, & ſorte, qva verborum in eum ſaxeus depluit imber, concitatus a dæmone non ſolum τῷ ἔξω, ſed etiam τῷ ἔσω, ac intra eccleſiæ viſcera ſæviente? Æterna caligine ac oblivione ſopiendus erat libellus infelix D. Pauli ab Eitzen, Superintendentis Holſatici, qvo D. Jac. Andream acerbiſſime impugnavit, niſi publicationem ejusdem, una cum antidoto Andreano, ad tutelam famæ Andreanæ, ad ſpongiam infamiæ, ipſi Concordiæ Libro aſperſæ, ad ſpem fore ut vel e flammacibus expectari poſſit, adqve ſolatium pariter ab efferatis hoſtibus afflictorum, pertinere viſum eſſet REDONATO LUTHERO (h. e. Leonh. Huttero), in ſua Concordia Concorde c. 12.*

Præfatio qvam A. 1590. præfixit den geiſtlichen Pſalmen und Liedern in ſeiner Ordnung von einer hohen Fürſtlichen Perſon (Chriſtina ſc. Haſſiaca, Adolphi, Ducis Holſatiæ, Vidua) zuſammengeleſen, und außgegeben zu Sleswig A. 1590. V. Ant. Heimreichii *L. 4. Hiſt. Eccl. Sleſv., c. 3., p. 221.*

Epiſtola ad Annam, Auguſti, Electoris Saxonici, conjugem, Germanica, d. 28. Jun. A. 1579. ſcripta, qva illi Libellum ſuum ſupplicem, Auguſto Electori ſimul transmiſſum, adverſus Libri Concordiæ editionem, commendavit. Prodiit, una cum Epiſtola Latina ad Henr. Ranzovium, de libro eodem, perbrevi, M. Febr. A. 1579. exarata, in Val. Ern. Löſcheri Unſchuldigen Theol. Nachrichten, *Sect. 2. A. 1717., p. 209-214.*

Send-Schreiben an Landgraf Wilhelm von Heſſen wieder das Concordien-Buch, M. Febr. A. 1578. Edidit Muhlius *Diſſ. I. hiſtorico-theol. p. 183-190.*

INEDITA ET AFFECTA.

α. QVÆ POST AUTORIS OBITUM SUPERFUISSE MIHI CONSTAT.

Inſtitutio Chriſtianæ Religionis. } MSS. in fol. fuere in Biblioth. D. Pauli Sperlingii Jun., Theologi Kilonienſis,
Loci Theologici. - - - } A. 1679. mortui, teſte illius, poſt obitum poſſeſſoris ſui auctione publica diſtractæ, Catalogo. Editionem M. Jac. Fabricius Sen., Eitzenii in Eccleſiarum Cimbriæ Ducalium Ephoria ſucceſſor, Sperlingii autem ſocer, & ante ipſum, uti credo, MSStorum iſtorum poſſeſſor, in Ep. Dedic. *Examinis Catechetici* illius, A. 1605. hiſce verbis deſideravit: *Reliqva ſcitu neceſſaria, temporis atqve ætatis ſucceſſu, ex plenioribus ſcriptis, Locis Communibus, aut Libro Inſtitutionis hujus ipſius autoris, qvam publici juris fieri optandum eſſet, addi poterunt.* Inſtitutionem relig. Chriſtianæ in Gymnaſio Sleſvicenſi, ab A. 1585. ad 1588., ab Eitzenio eſſe traditam, H. Muhlius, ejusdem poſſeſſor, *Diſſ. I. Hiſtorico-Theol. p. 98.*, teſtatur.

Acta der Naumburgiſchen Handlung, oder des daſelbſt A. 1561. gehaltenen Convents, von ihm und Lic. Mich. Boethio, alß Fürſtl. Holſteiniſchen Geſandten zu demſelben, aufgezeichnet (*10 pl. in fol.*)

Judicium von der Diſputation vom Abendmahl, zwiſchen den Würtenbergiſchen und Heidelbergiſchen Theologen. A. 1567. geſchrieben (*1. pl. in 4.*).

Bedencken der Theologen, Superintendenten, und Prediger in Holſtein, über die Schwäbiſche Union-Schrift. Hoc, juſſu Adolphi Principis, d. 21. Sept. A. 1576. conſignatum, & a 77. Cimbriæ Paſtoribus ſua ſubſcriptione approbatum, ab altero ejusdem argumenti prolixiori, per Hutterum edito, prorſus & omnino eſſe diverſum, perhibet H. Muhlius *l. c. p. 101. 102.*

Erinnerung der Uhrſachen, warumb das Torgiſche Bedencken und Emendirte Bergiſche Buch, zu unterſchreiben ſol geweigert werden. A. 1577. (in fol.)

Bedencken von der Formula Concordiæ, und allen ihren Artickeln, A. 1579. geſchrieben. in fol.

Entdeckung und Verwerfung der neugeſchmiedeten Confeſſion Jacobi Andreæ, an Frid. II., König in Dennemarck, A. 1581. (in fol.)

Kurtze Verzeichnung etlicher vornehmen bedencklichen Puncten in der Formula Concordiæ, M. Mart. A. 1582. V. Muhlium *l. c. p. 103.*

Aliæ Epiſtolæ & Commentatiunculæ, Librum Concordiæ impugnantes, ejusqve ſubſcriptionem diſſvadentes (*in fol.*)

Defenſion und gründlicher Bericht, daß Philippus Melanchthon niemahls der Calviniſchen Lehre zugethan geweſen, oder beygepflichtet habe, wie ihm das Bremiſche A. 1590. außgegangene Buch beymißt, ſondern daß er, ſonderlich in der Lehre vom H. Abendmahle, biß an ſein Ende, mit Luthero, und unſerer Kirchen, einig blieben ſey (in 4.) Qvod ſcriptum, *P. II. Iſag. meæ ad Hiſt. Cimbr., c. 7., §. 2., p. 178. 179.*, laudatum, Joh. Frid. Mayerus etiam, *in Diſſ. de nimia Lenitate Phil. Melanchtonis, c. 4., §. 2., p. 34. 35.*, ex iſta allegavit.

Omnia hæc, a M. Jac. Fabricio Seniore olim collecta & aſſervata, ex Bibliotheca Nepotis ejus, Jac Beckeri, Advocati Hafnienſis (in qva ipſemet ea inſpexi), Hafniæ A. 1685. auctione publica diſtracta, jure emptionis ſibi vindicavit Joh. Mohtius, Conſiliarius Danicus, ſed (uti a viro doctiſſimo, Joh. Brunsmanno, A. 1700. per epiſtolam ſum edoctus), cum mutuo deinde nonnemini dediſſet, recuperare haud potuit.

Bedencken über die Heßiſche Kirchenordnung (*2. pl. in fol.*). Judicium hoc, qvod ipſe ex eadem Biblioth. Beckeriana ſum adeptus, cætera Conſtitutionis iſtius Haſſorum Eccleſiaſticæ capita approbat, Exorciſmi autem, Gynæcobaptiſmi & privatæ abſolutionis prohibitionem, ſacræqve Cœnæ ad certum tempus aſtrictionem, Eitzenio diſplicuiſſe teſtatur.

XL. Epiſtolæ de Negotiis Controverſiisqve Eccleſiaſticis, ab A. 1569. ad 1591., ad Joh. Piſtorium, Præpoſitum Eiderſtadienſem, exaratæ, qvæ, una cum tribus Piſtorii ad illum, in Volumine Epiſtolarum ad Piſtorium ἀνεκδότῳ, qvod in Pet. Axenii, JCti Slesvicenſis, ſupereſt Bibliotheca, leguntur. Decem ex his A. 1715. Kilonii a D. Henr. Muhlio eſſe editas, ſupra jam monuimus.

β. ILLA, DE QVIBUS, AN AB AUTORE SINT ABSOLUTA, VEL ADHUC SUPERSINT, DUBITATUR.

Annotationes in N. T., de qvibus ita ad eum Caſp. Peucerus, Paſt. Buttſtadienſis, A. 1587. ſcripſit: *Mirifice expectamus Annotationes tuas in N. T., & qvæ magna dexteritate profeſſus es in Locos, libellum vere aureum.*

Comm. in hiſtoriam paſſionis Chriſti, qvem edere illum voluiſſe, ex Joach. Degeneri Epiſtolis ad eum, A. 1569. & 1570. ſcriptis, didici.

Commentarius in periochas dierum dominicorum atqve feſtorum epiſtolicas, in iisdem Epiſtolis Degenerianis memoratus.

Annotationes in Phil. Melanchtonis Corpus Doctrinæ, ſive Locos Theologicos, e ſcriptis veterum, Apologeticæ, qvarum editionem, præter Caſp. Peucerum (cujus verba paulo ante recitavimus), Bartholom. Meyerus, Concionator Aulicus Haſſo-Caſſellanus, in Epiſtolis d. 20. Dec. A. 1580. & d. 13. Apr. A. 1584. exaratis, ab ipſo ſerio efflagitavit. Prioris hæc ſunt Epiſtolæ verba: *Laborem tuum in edendis Dn. Philippi Locis Theologicis, una cum Annotationibus ex ſcriptis veterum (ubi in controverſiam cadunt), vehementer probo, & velim iſta te communicare cum amicis, qvibus ſi placet, dabimus operam, ut, vel Smalcaldiæ, vel Francofurti, imprimantur, neqve hæc in parte defuturum nobis puto illuſtriſſimi Principis mei ſtudium, ſi opus ſit.* Has, manu Jac. Fabricii deſcriptas, ſe poſſidere, Henr. Muhlius, *Diſſ. I. Hiſtorico-Theol. p. 110.*, ſignificavit.

Admonitiones ſive Commentationes Germanicæ de ſingulis doctrinæ chriſtianæ capitibus, qvarum ſpecimen illa exhibet, qvam de S. Cœna A. 1582. publicavit. De his ita ipſe, in Epiſt. ad Joh. Piſtorium d. 14. Jul. A. 1581. exarata: *Scribo modo brevem Admonitionem Germanicam de Cœna, qvam, volente & adjuvante Deo, curabo imprimi. Habeo enim in animo, ſi Deus & vitam, & auxilium, dederit, breves Admonitiones Germanicas de ſingulis articulis doctrinæ conſcribere. Utinam tecum ſæpe colloqvi, & tecum conferre, tuumqve pium & eruditum judicium audire, poſſem.* Qvibus gemina ſunt hæc alterius ad eundem Piſtorium, d. 4. Aug. A. 1581. ſcriptæ: *Complevi jam Germanicum ſcriptum de Cœna, & hodie incepi ſcribere de Baptiſmo. Si Dominus dabit vitam & auxilium, de omnibus partibus catecheticæ doctrinæ breves & ſimplices explicationes conſcribam Teſtamenti mei vice, & ſic huic mundo & contentionibus omnibus valedicam.*

Scriptum de Baptiſmo Germanicum, qvod & ipſe A. 1581., in verbis Epiſtolæ ad Piſtorium modo allegatis, promiſit, & Joh. Hamerus, Parochus Huſenſis, in literis ad eum A. ſeqv. 1582. exaratis, tanqvam ſub prælo jam verſans, memoravit.

Admonitio ad Fanaticos Eiderſtadienſes, ex Inferiore Germania exules, contra Miniſterii Eccleſiaſtici & Baptiſmi Contemptum, qvam ſe Caſpari Hoyero, Eiderſtadiæ Præſidi, miſiſſe, qvo Paſtores, in illis convertendis, ea uterentur, Joh. Piſtorio, in Epiſt. prid. Paſch. A. 1588. ſcripta, ſignificavit.

Sermo Funebris in Exeqviis Johannis Senioris, Ducis Holſatiæ, e Luc. 11. 29-32., A. 1580. habitus, teſte Jac. Krögero in Append. der Hiſtorie der Odenſeeiſchen A. 1580. geſchehnen Belehnung.

Epitome Hiſtorica, de qva ita ad ipſum A. 1565. Herm. Brüggemannus, Gener, Hamburgo ſcripſit: *Audio te Epitomen Hiſtoricam conficere.*

GEVERHARDUS (1.) ELMENHORSTIUS

Hamburgenſis, patre Everhardo, inclytæ iſtius reipublicæ Senatore, A. 1586. (2.) præmature orbatus, prima literarum ſtipendia in ludo civitatis patriæ triviali fecit. Inde, cum lingvarum ac artium propædevmata celeriter arripuiſſet, ad Academias dimiſſus, Theologico (3.), cui ſe devoverat, ſtudio operam ſerio dedit, ſimulqve literas elegantiores, qvarum ingentem ipſi amorem natura indiderat, aſſidue ſucceſſu admirabili tractavit. Lugdunum Batavorum exeunte ſeculo ſuperiori delatus, Paulo Merulæ, Joh. Meurſio, Danieli Heinſio, aliisqve Scholæ illius luminibus, familiariter innotuit. Joſephum autem Scaligerum, ſummum omnis literaturæ ea tempeſtate antiſtitem, morum elegantia ac probitate, indolis præſtantia, & inſigni, qva in ſtudiis verſabatur, diligentia, ita ſibi conciliavit, ut paterno plane amore eum proſeqveretur, regiamqve ipſi ad *edita doctrinæ ſapientum templa ſerena*, & celebritatem nominis conſeqvendam, viam oſtenderet. Hujus hortatu vetuſtos Autores, fontes veræ ac ſolidæ eruditionis, pene omnes evolvit, & qvæcunqve vel Hiſtoriæ & Antiqvitatum Græcarum ac Romanarum notitiæ lucem afferre, vel ad ſermonis puritatem ſtyliqve elegantiam conducere, vel emendandis locis eorundem vexatis, atqve in mendo cubantibus, inſervire poſſe videbantur, ſedulo enotavit, & in hypomnematum ac adverſariorem codices congeſſit. In ſtudii theologici curriculo ejusdem ſvaſu duces ſecutus eſt, non modernos ſyſtematum & compendiorum compilatores, ſcripturam ad ſectæ ſuæ placita, & domi natas opiniones confirmandas detorqventes, nimiaqve diſputandi prurigine, & doctrinæ practicæ epidemio neglectu laborantes; ſed antiqvos primorum ſeculorum Doctores, Apoſtolorum temporibus proximos, martyrii gloria & vitæ ſanctitate illuſtres. Horum ille monumenta nocturna diurnaqve manu verſavit, & ex iis vera catholicæ fidei dogmata hauſit, tutiſsima contra hæreſes præſidia depromſit, ſaluberrimaqve vitæ pie inſtituendæ præcepta ſtudioſe collegit. Ad eorundem normam omnes ſcriptorum medii ævi, & ſectarum, in qvas noſtra ætate chriſtianismus diſſiluit, innumerarum ſententias privatas exegit, charitatis, qvam heterodoxis etiam debemus, mire obſervans, & ab anathematiſmis hujus ſeculi alieniſsimus. Qvam ſollicite, qvove judicio in arduo hoc negotio ſit verſatus, ſatis oſtendunt aureæ ad Gennadii *de dogmatibus eccleſiaſticis librum* obſervationes, elegantiſsimum & accuratiſsimum doctrinæ ſacræ in primitiva eccleſia receptæ compendium, abſqve partium ſtudio exhibentes. Lugduno in patriam A. 1602. (4.) reverſus, otium vitæ privatæ literarium, ambitioſæ captationi & fucato ſplendori munerum publicorum ſapienter prætulit, Muſarumqve & Polymathiæ ſtudiis a vulgo ſecretus vacare, qvam plebis imperitæ applauſum demegoriis publicis

(1.) Gerhardus perperam vocatur in J. G. Walchii *Hiſt. Crit. L. Lat.*, *c. 7.*, *p. 334.*, & G. M. Königii *Biblioth. V. & N. p. 271.* (2.) V. Ad. Traſigeri Jun., *Seriem Senatus Hamb. Chronologicam p. 53.* (3.) Juris eum, vel Medicinæ potius, Doctorem fuiſſe, Nic. Wilkenius, in Vitæ illius brevi narratione, infra allegand, *p. 58.*, falſo credidit. (4.) V. Joſ. Scaligeri *Epiſtolam 256. ad eum A. 1602. ſcriptam, p. m. 545.*

blicis, civium aliorum exemplo, venari maluit. Non tamen paſſus eſt otium hoc ſuum langvere, ſed apparatum doctrinæ variæ, qvem ex lectione infinita congeſſerat, ejusdem ope porro auxit, & adjecto ad ſcribendi operam, ac monumenta ingenii literis mandanda animo, Plautum & Juvenalem, Poetarum latinorum difficillimos, Arnobium item, Minutium ac Lactantium, apologetas & hyperaſpiſtas fidei Chriſtianæ eximios, emendare atqve illuſtrare eſt aggreſſus. Cui labori feliciter & cum applauſu eruditorum exantlando eum per ætatem nondum parem eſſe judicans Scaliger, autor ipſi fuit, ne ingentem variarum, qvas coacervarat, obſervationum acervum indigeſtum ſeculo obtruderet, ſed maturo judicio accurate concoqveret, & ad editionem paulatim appararet. Scripſit eo fine V. Non. Qvint. A. 1603. peculiarem ad illum Epiſtolam, e cujus inſcriptione qvamvis editor Lugdunenſis (5.) Elmenhorſtii nomen expunxerit, ex Autorum tamen, qvorum editionem is eſt molitus, mentione non alium qvam eum objurgari confeſtim ſum hariolatus. Juvat ex iſta in aliorum, eadem prurigine laborantium, gratiam, verba nonnulla apponere, qvibus præcocem hunc Noſtri impetum & juvenilem confidentiam ſufflaminavit: *Dicis*, inqvit, *te in Juvenalem aliqvid moliri. Ego, ſi mihi, qvi te longa ætate prætereo, ullam fidem habes, autor tibi ſum, ut, antequam aliqvid edas, prius deſcendas in te ipſum, & perpendas, qvid ferre recuſent, qvid valeant humeri: &, ut uno verbo dicam, diſce prius qvam doce. Nam ſi ii, qvi totam ætatem in literis triverunt, & optime de illis meriti ſunt, non potuerunt effugere morſum Momi; ſi, inqvam, non raro illis contigit humanitus peccare, qvid de te fiet, qvi neqve ad eam ætatem perveniſti, qvam poſtulat ratio, ut doctus vel mediocriter evadas, neqve eam eruditionem conſecutus es, qvam non potes ſine ea ætate. Nuper poſtremis meis tibi gratias de tuo Arnobio egi. Noli putare me tibi gratias agere de libro, ſi aut errores per ætatem commiſeris, aut ſi non ex dignitate talem autorem exornatum dederis, ut non ſit locus reprehenſioni. Non, inqvam, pro eo ago tibi gratias, ſed pro bono in me animo tuo, qvo potes qvidem per me contendere cum iis, qvibuscum fortaſſe non potes eruditione. Sed amice, uter noſtrum majus ludibrium debebit, tu, qvi auſus fueris autorem, qvem vix docti attrectare audent, tanqvam meliorem a te factum edere; an ego, qvem tu in tua præfatione ultro appetiiſſe amicitiam tuam dicis? Qvid amici mei dicent, qvibus bene notus ſum, adeo me pauperem amicorum fuiſſe, ut neceſſe fuerit me ambire amicitiam tuam, qvod te prius noſſem, qvam me - - - Tu audes moliri, qvod ego non auſim, non alius, qvi meliore ſit ingenio, non dicam qvam ego, ſed qvam qvivis bene doctus. - - Diſce modeſtiam perſeqvi, dum habes, qvi te paterna benevolentia moneat.* Eodem A. 1603. inter eum, & civem ipſius ingenii pariter atqve eruditionis gloria illuſtrem, Johannem Wowerium, ob Minutii Felicis editionem, qvam uterqve parabat, graves exortæ ſunt ſimultates, qvarum oblivionem, & priſtinæ cum Wowerio amicitiæ redintegrationem Scaliger Noſtro qvatuor ad eum miſſis Epiſtolis (6.) ægre perſvaſit. Harum Prima graviter eum objurgat, qvod adverſarii eruditionem a ſe in familiari ſermone fuiſſe extenuatam auſus fuiſſet aſſerere, & ob ἀθυροςομίαν iſtam his verbis indignabundus ipſum compellat: *Nudius tertius qvidam utrique noſtrum notus convenit me, qvi ſe ab amico accepiſſe diceret, magnas inter te & * * * ſimultates ortas eſſe, idqve tua, non illius culpa, propter Minutii editionem. Tolerabile id qvidem, ſi ſola interceſſerit parium ſtudiorum contentio.* Ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσι. *Sed longe diverſam narrabat cauſam, qvi nobis id retulit. Qvæ ſi vera eſt, nunqvam tam oblitos judicii ſui homines invenies, qvi eam probare poſſint. Convenio conſcientiam tuam, ſi tu hac in re meliora præſtare poſſis qvam ille, qvi tibi & ætate & rerum uſu longe antecellit. Tu, niſi verum odiſti, negare hoc non potes. Sed ego hæc tanti non facerem, niſi major cura me ureret; auſum te dicere, me ejus ingenium extenuaſſe verbis. Qvod qvam falſum ſit, neminem alium præter te teſtem appellem. Ut ego adeo inſaniverim? meam ut mentem illa cæcitas inceſſerit? Qvid de te ſuſpicari, imo qvid arbitrari debeo, qvi ita de me ſenſeris? Qvis virum illum magis tibi commendavit, qvam ego? Qvis magnificentius de eo ſenſit? An tu tantum eſſe eum ſcires, niſi ego tantum prædicaſſem? Non poſſum facere, qvin tecum hanc injuriam expoſtulem. Aut purga illam, aut abuti amicitia noſtra noli.* Acerbas haſce illuſtris Scaligeri in Elmenhorſtium invectivas eo fine legendas exhibeo, ut agnoſcant Juvenes, qvam exoſa ſit viris doctis αὐθάδεια iſtius ætatis literaria, & præproperum ſcripturiendi cacoethes, ac ut alieno infortunio edocti ſibi a vitiis iſtis caveant; neqvaqvam vero, ut famæ Elmenhorſtianæ labem aliqvam poſthumam adſpergam. Is enim, poſtqvam, heroe illo autore, ab his ineuntis ætatis erroribus reſipuit, magnisqve eosdem virtutibus compenſavit, poenitentia ſua leves iſtas maculas dudum abſterſit. Arnobium certe & Minutium, qvos κενοδοξίᾳ hac juvenili ductus mature nimis orbi literato obtruſerat, ad incudem poſtea revocavit, &, cum integro ſeptennio a ſcribendo ſibi temperaſſet, habitu longe, qvam antea, nitidiori denuo publicavit. Wowerium autem, poſtqvam in gratiam cum eo rediit, & ſuperſtitem qvibus potuit officiis cumulate adeo eſt proſecutus, ut *amicorum ocelli* titulum ab eo promeruerit (7.), & vita functum æternæ poſterorum memoriæ commendavit, Elogio ejus ſcripto, ac monumentis literariis poſthumis ab interitu vindicatis. Non autem cum ſolo Wowerio, aut cæteris, qvi eruditionis laude excellebant, civibus, Lindebrogiis puta, Morſio, Huswedelio, Nic. Kellinghuſio, Luca Holſtenio, & J. Loccenio gratiæ conjunctionem coluit, ſed amicos præterea habuit plerosqve, qvi Germaniam utramqve ea tempeſtate ornabant, Criticos atqve Philologos celebriores, Scaligerum, Meurſium, Heinſium, Caſaubonum, Gruterum, And. Schottum, Phil. Cluverium, Rutgerſium, Voſſium, Er. Puteanum, Goldaſtum, Segethum, Weitzium, Buchnerum, aliosqve complures. Hos ille per epiſtolas freqventer alloqvi, & ſubſidia ad editiones ſcriptorum veterum ab iis poſtulare, nec gravate viciſſim ex ampliſſima ſua Bibliotheca (poſt obitum ipſius publica auctione (8.) ab hæredibus Leidæ diſtracta), qvæ conatibus eorum literariis inſervire poſſent, impertiri. Totum vitæ ſpatium, qvod natura ipſi breve ſaltem indulſerat, unice in aſſidua ſtudiorum atqve librorum tractatione conſumpſit, a qvibus ipſum nec munerum, qvæ fugiebat, publicorum curæ, nec domeſticæ, qvas in uxorem A. 1610. ductam (9.) derivabat, occupationes abſtrahebant. Pertinaci hac diligentia valetudinem, qva non admodum firma gaudebat, labefactavit, maciemqve ſibi, nephritidem, & crebros langvores acceſſivit, qvi tandem in morbum fatalem degenerarunt, qvo A. 1621. (10.) in ipſo ætatis flore, ingenti literarum elegantiorum detrimento, eſt extinctus. Tanta enim ipſius in iſtas exſtant merita, qvæ, ſi vitam ei fata prorogaſſent, aliis majoribus cumulaſſet, ut inter principes iſtius ætatis Criticos atqve Philologos locum haud infimum jure optimo ſibi depoſcat. In lectione autem ſcriptorum Eccleſiaſticorum & ſtudio Patrologico ita excelluit, ut merito dubitem, an æqvalium qvisqvam in hoc ſtadio paria cum ipſo facere, aut palmam illi ambiguam reddere potuerit.

(5.) Extat ea in Editione Epiſtolarum Scaligeri, Lugduni Bat. ab Elzeviriis A. 1627. in 8. publicata, *num. 464. p. 858 859.*, & ſcripta eſſe perhibetur ad Amicum qvendam. (6.) Inveniuntur illæ *in Edit. modo laudata num. 260. 261. 262. 263. p.* 547-551. Conf. Pet. Bælii *T. I. Dictionarii Hiſt. & Crit.*, *P. II.*, *p. 1037.* Primam, qvam *h. l.* recitamus, VII. Kal. Apr. A. 1603. ſcriptam, Thom. Crenius, qvod ἀνέκδοτον hactenus fuiſſe falſo crederet, denuo exhibuit *P. I. Animadv. Philol.*, *c. 6.*, *§. 1.*, *p. 96. 97.* (7.) *Cent. I. Epiſt. 93.* (8.) teſte And. Schotto *in Epiſt. MSta ad Joh. Meurſium A. 1624. exarata*, & Gerh. Joh. Voſſio *Epiſt.* 543. *p.* 455., ubi etiam Filii ejus A. 1648. jam adulti meminit. (9.) V. Joh. Wowerium *Cent. II. Epiſt 91. p. 223.* (10.) V. Joh. Loccenii *Epilogum Editioni Apuleji Elmenhorſtianæ adjectum*; Joh. Starckii *Præfat. Theſauri Epiſtolaris*; G. M. Königii *Biblioth. V. & N. p.* 271., Joh. Loccenii (brevi poſt Filii dilecti ſepulturam expiraſſe eum tradentis) *Elegiam ἀνέκδοτον*, & Joh. Arceri tria Epicedia Jambico-Elegiaca (parum ingenioſa), in obitum illius, in Joach. Morſii *Albo MS.*, *fol.* 596. 597., olim mihi lecta

Brevem ejus biographiam vernaculam Nicol. Wilckenius Vitis Lindebrogiorum Germanicis, ἀνωνύμως a ſe Hamburgi A. 1723. editis, *p.57-71.*, ſubjunxit.

Exſtant ad eum Epiſtolæ Virorum hujus ac ſuperioris ſeculi celeberrimorum ſeqq:

JOSEPHI SCALIGERI XIII. (ab A. 1602. ad A. 1609. ſcriptæ) *in Editione Epiſtolarum ejus Lugduno Batava, A. 1627. in 8. publicata, num. 256-268. 464., p.545-556. 858. 859.*

ISAACI CASAUBONI III. (A. 1602. & 1613. exaratæ), *in editione Epiſtolarum ejus Hagienſi, A. 1638. a Joh. Frid. Gronovio curata, num. 203. 204. 205., p. 251. 252.; in Brunſvicenſi autem a J. G. Grævio A. 1656. publicata, num. 254. 266. 750.*

JOHANNIS WOWERII Hamburgenſis XXVI., ex qvibus XVII. in Centuria I., & IX. reliqvæ in Centuria II. Epiſtolarum ejus, ab ipſo Elmenhorſtio A. 1618. editarum, inveniuntur.

DANIELIS HEINSII Una A. 1616. ſcripta, & Woweriano de Bibliorum Interpretationibus, qvod Noſter edidit, Syntagmati præfixa.

NICOLAI KELLINGHUSII Hamburgenſis, Conſiliarii Oſt-Friſici Una, A. 1616. data, & Heinſianæ l. c. ſubjuncta.

JOH. RUTGERSII - - - -
PHIL. CLUVERII - - - -
JOH. BRANTII Secretarii Antwerp.
} Singulorum ſingulæ, A. 1618. & 1619. ad eum miſſæ, & Editioni Apuleji A. 1621. ſubjectæ.

ERYCII PUTEANI Unica, Lovanii Kal. Sext. A. 1619. ſcripta, qvæ invenitur *& in Editione Apuleji modo laudata, & in Apparatu novo ac miſcellaneo Epiſtolarum Puteani (Antwerpiæ A. 1637. in 16. edito & Coloniæ A. 1681. in 8. recuſo), Cent. II. num. 23. p. 135. 136. edit. Colonienſis, ac p. 46-49. Antwerpienſis.*

AUGUSTI BUCHNERI Unica, qva in amicitiam ejus ſe inſinuat, *Parte II. Epiſtolarum, n. 126., p. 351. 352. Edit. Dresd. 1680. in 8.*

LUCÆ HOLSTENII duæ, A. 1619. exaratæ, in *Epiſtolarum* Marqv. Gudii, A. 1697. editarum, *Appendice, num. 225. 226., p. 289. 290. 291.*

ELOGIA.

ISAACUS CASAUBONUS (*in Epiſt. 254. A. 1602. ad eum ſcripta*) eum vocat *Virum eruditiſſimum.*

JOH. WOWERIUS Hamb. (*Cent. I. Epiſt. 93.*) *amicorum ocellum.* Idem (*Cent. I. Epiſt. 30. A. 1602. ſcripta*) ita eum alloqvitur: *Agnoſco in te non obſcura indicia erectæ indolis & eminentioris ingenii.*

JANUS GRUTERUS (*in præfat. Edit. ſuæ Ciceronianæ*) eum refert inter *viros doctos, & patriæ* (Germaniæ) *ſidera.*

GERH. JOH. VOSSIUS (*Lib. 2. de Hiſt. Lat. c. 14. p. m. 218.*) eum appellat *Virum clariſſimum, &, dum viveret, amiciſſimum*; item (*Ep. 543. ad Frid. Spanhemium p. 455.*) *Virum bene de ſtudiis meritum, Lib.* autem *III. de Theol. Gent., c. 4., p. 748., Amicum ſuum* τὸν μακαρίτην. Eidem, *in Præfat. Reſponſionis ad Herm. Ravenſpergeri de libro H. Grotii Judicium*, audit *Vir ſine ambitione doctiſſimus, deqve Patribus antiqvis optime merens*, teſte Joh. Fabricio *P. I. Hiſt. Biblioth. Fabric. p. 174.*

ANDR. SCHOTTUS (*in duabus Epiſtolis MStis A. 1617. ad Joh. Meurſium miſſis*) *Virum ſane optimum juxta & doctiſſimum*; item: *Virum eruditiſſimum & humaniſſimum.*

PHIL. CLUVERIUS (*in Epiſt. ad eum, Editioni Philoſophi Madaurenſis inſerta*) *Amicorum jucundiſſimum.*

ERYCIUS PUTEANUS, *Epiſtola C. Centuriæ II. Apparatus Epiſtolarum novi*, ad Joh. Brantium exarata, *p. 204.* ita de mortuo: *Siccine igitur Elmenhorſtius noſter vivere deſiit?* Μὴ μὰν ἀσπουδεί γε ϗ ἀκλειῶς. *Occupavit vitam, & ſic nunqvam moriturus. Sed qvam multa interrupta atqve impedita hærent! qvibus ille manum aut adhibuerat, aut deſtinaverat, non profecto vilem aut plebejam. Teſtis Apulejus, nitide docteqve editus.*

JOH. RUTGERSIUS, Guſtavi Adolphi Regis Sveciæ Conſil. intimus, ipſum (*in Epiſtola ſuo ad Apulejum Spicilegio præmiſſa*) his verbis compellat: *Incredibile dictu eſt, Geverharde Elmenhorſti V. C., qvantopere literæ tuæ me affecerint. Nam ea venuſtate, iisqve Gratiis ſcriptæ erant, ut ipſe Muſarum pater, non qvinta nectaris ſui parte, ut ille ait, ſed vero tota eas ambroſia perfudiſſe videatur. - - - Hæc ſtudia Philologica mihi nonnunqvam memoria repetenti, tuam, Elmenhorſti præſtantiſſime, tuiqve ſimilium felicitatem mirari ſubit, qvi ſecreti a vulgo in amœniſſimis Muſarum atqve ſapientiæ viretis gratisſimo otio acqvieſcitis. Hinc tot ac tanta immortalis ingenii tui monumenta, qvibus inſtans ſeculum illuſtraſti, futurum devinxiſti. Nam ut graviora ſtudia, qvibus, Deo fretus, eccleſiam tibi obligaſti, hic omittam, qvot & qvanta ea ſunt, qvæ, poſt innumeros eosdemqve ſummos viros, nullis priorum ingeniis obſervata, in eruditisſimum ſcriptorem Apulejum notata habes! Eqvidem non is ſum, cui promptum ſit in adulationes ingenium, ſed hoc verisſimum velut a jurato teſte judicium noſtrum habe: Tot ac tanta ea ſunt, ut cordatos impoſterum a ſimili conatu deterrueris. - - - Vale, o meum & Germaniæ tuæ decus.*

HENRICUS SALMUHT (*in Notis ad Gv. Pancirolli Res deperditas atqve noviter inventas P. I. p. 63.*) eum vocat *Virum clariſſimum atqve doctisſimum.*

CORN. MARTINI Prof. Helmſtad. (*in Animadvv. ad Apuleji Lib.* περὶ ἑρμηνείας) eum appellat *Virum in his literis* (Dialecticis) *exercitatisſimum.*

JOH. HUSWEDELIUS Prof. Roſtoch. (*in Carmine Minutio ejus adjecto*) *patriæqve decus noſtrumqve.*

JOH. PHIL. PAREUS (*in Indice Exegetarum Plauti, ſuæ illius Editioni Neoſtadienſi A. 1617. præfixo*) *Philologum ſolertisſimum.*

JOH. WEITZIUS (*in Carmine, qvo Apulejum ejus ornavit*) ita illum alloqvitur:

Muſæ, Elmenhorſti, Latiæ decus atqve Pelaſgæ,
Et patriæ æternum vivida fama tuæ.

CASP. BARTHIUS (*in Adverſariis l. 45. c. 21. p. 2108.*) eum ſalutat *Virum doctisſimum*; item (*in Notis ad Galli Confeſſoris Compendium Doctr. Chriſt. p. 53.*) *Virum eruditisſimum, cujus diligentia in eccleſiaſticis nobis parum reliqvi facit.*

LUCAS HOLSTENIUS (*in Carmine Proclo ejus adjecto*) *Virum magnum, & noſtri lucidum ſeculi decus.*

PHIL. CAROLI, PP. Altorf., (*in Animadvv. ad Agell. l. 7. c. 19.*) *Philologum Clarisſimum, præclaris multis Voluminibus, publico deſtinatis, immortuum.*

GISBERTUS VOETIUS Theol. Ultraject. (*P. III. Diſpp. Select., Diſp. de Canonizat. SS., p. 400.* (11.)) *Virum diligentisſimum, & diffuſisſimæ Lectionis*; it. (*in Exerc. de Prognoſticis Cometarum*, a Thom. Crenio (*) allegata) Virum in utraqve literatura, & Antiqvitatibus tam profanis, qvam Eccleſiaſticis, verſatiſſimum.

HENR. VAGETIUS Prof. Hamb. (*in Carmine Syntagmati Woweriano de Interpretationibus Bibl. præfixo*) *Vindicem optimarum literarum acerrimum.*

(11.) teſte Chriſt. Wilh. Eybenio *in Eponymol. Magiri aucto p. 305.* (*) *P. II. Animadvv. Philol., c. 4., p. 145.*

PET.

PET. LAMBECIUS (*Lib. II. Prodromi Hiſt. Lit., c. 1., p. 141.*) *Virum illuſtrem Hamburgenſem, ſed in patria infortunatum.*

JOH. LOCCENIUS (*in Epilogo Editionis Apuleji Elmenhorſtianæ*) *Virum clariſſimum & doctiſſimum, cujus obitus acerbus eſt omnibus, qvi ſciunt æſtimare merita tanti viri in remp. literariam, & jam nunc rei literariæ damnum in illius morte.*

ELIAS VEJELIUS Superint. Ulm. (*in Eccl. Græca p. 18.*) *Virum doctiſſimum.*

HENN. WITTENIUS (*in Diar. Biogr. ad A. 1621.*) *Polyhiſtorem inclytum.*

GVILH. CAVIUS (*in Prolegomenis Hiſtoriæ Scriptorum Eccleſiaſticorum Literariæ, Sect. V.*) eum accenſet editoribus librorum alienorum, *extra omnem controverſiam doctrina & integritate venerandis.*

THOM. ITTIGIUS (*in Dedic. Heptados Diſſertt. de Selectis Hiſt. Eccl. Capitibus*) eum vocat *Polyhiſtorem celeberrimum.*

PET. BÆLIUS (*T. I. Dictionarii Hiſt. & Crit., P. II., p. 1037.*) *Un homme de lettres, qui avoit beaucoup de lecture.*

JOH. GEORG. WALCHIUS (*in Hiſt. Crit. L. Lat., c. 7., p. 334.*) *Criticum eruditum, de Apulejo, Arnobio & Minutio Felice, meritum.*

CENSURA.

INDEX EXPURGATORIUS HISPANICUS, Philippi IV. Regis autoritate, & cura Antonii Sotomajoris Inqviſitoris Generalis, Madriti A. 1667. in fol. editus, *p. 431.* complura exhibet, qvæ Theologi Hiſpani ex Notis ejus in Arnobium, Minutium Felicem, Proclum, Apulejum & Gennadium Maſſilienſem cenſuerunt eſſe expungenda.

SCRIPTA.

I. EDITA.

Arnobii Diſputationum adverſus Gentiles Libri VII; Acceſſit ejusdem argumenti Dialogus, M. Minutii Felicis Octavius, cum Notis Geverh. Elmenhorſtii. Hanoviæ apud Wechelum 1603. in 8. Editio hæc rariſſima, nec mihi, nec illuſtri Gudio, viſa, memoratur in *Catal. Nund. Autumn. Lips. A. 1603. p. 9.*, in Indice Expurgatorio Hiſpanico modo citato *p. 431.*, & Catalogis Bibliothecarum Fresneanæ, Conringianæ, Ittigianæ, Wandalinianæ ac Heinſianæ. Memorat eandem, & Jos. Scaligero dedicatam eſſe teſtatur, Thom. Ittigius *in Præf. Tractatus de Bibliothecis Patrum p. 28. 29.* Eſt autem illa, qvam ſimultatibus inter Noſtrum ac Wowerium (Minutium ſuum eodem anno publicantem) exortis occaſionem præbuiſſe ſupra diximus. Sunt, qvi eum Wowerii veſtigia in Notis ſuis ſecutum eſſe, & plagio hoc literario civem doctiſſimum (ejusdem criminis ab aliis accuſatum) irritaſſe opinantur (*). Jos. Scaliger, cui autorem hunc noſter inſcribere voluit, cum ſpecimen editionis ſibi transmiſſum *Epiſtola 263.* (*Non. Jun. A. 1603. ſcripta*) valde commendaſſet, contentione iſta cum Wowerio motus *Epiſtola 464.* (*V. Non. Qvint. A. 1603. exarata*). Elogium illud retractavit, & dedicationem libri, minus qvippe honorificam ſibi futuram, eſt deprecatus. Relegi poſſunt verba hujus Epiſtolæ, qvæ ſupra in biographia recitavimus. Cœterum ipſe laborem hunc ſuum ad incudem poſtea revocavit, & nitidiori auctioriqve utriusqve ſcriptoris editione (de qva mox diſſeremus), qvicqvid in priore iſta peccatum erat, correxit atqve emendavit.

Arnobii Diſputationum adverſus Gentiles Libri VII., collatis diverſis Codicibus recenſiti, & Obſervationibus illuſtrati. Hamburgi 1610. (**) in fol. In iterata hac Editione (qvam Joſepho Scaligero itidem nuncupavit) textum Arnobii ex Franciſci Sabæi Brixiani Codice vetuſto, Romæ A. 1542. impreſſo, potiſſimum recenſuit, &, ubi is corruptus ac mendoſus erat, ad excerpta MSStorum, virorumqve doctorum emendationes confugit, optimasqve ex iis, accurato judicio ſelectas, illi (raro tamen, & nunqvam pene, niſi ipſa ratio juberet) inſeruit. Hoc pacto Arnobium innumeris fœdiſſimorum mendorum nævis liberavit, ac infinitis ejus locis male affectis ſalubriter medicinam adhibuit. Ea vero, qvæ plane corrupta nullo modo intelligi, & absqve melioris Codicis ope emendari poterant, intacta ſtudioſe reliqvit. Subjecit textui Variarum Lectionum Collectanea, in qvibus eos, qvorum emendationes probat & ſeqvitur, nominat. In Obſervationibus autem id potiſſimum egit, ut ſenſum autoris ediſſereret, breviterqve & aperte, ubi is obſcurus eſt, ex aliis autoribus dilucidaret. Obſervationes ejus, Variarum Lectt. Collectanea, & geminus in Textum & Obſervationes index, exhibentur etiam in editione Arnobii Lugduno Batava, ſumptibus Johannis le Maire A. 1651. in 4. excuſa, & a Salmaſio, ſicut nonnulli perhibent, caſtigata, una cum Theod. Canteri Notis, Godſch. Stewechii Electis, & Deſid. Heraldi Animadverſionibus ac Caſtigationibus. Commendat Editionem Elmenhorſtii Arnobianam J. H. Boeclerus *in Comm. de Script. Gr. & Lat. p. 61.* Obſervationes autem ei adjectas Claud. Salmaſius (qvi *in præfat. Edit. Lugduno Batavæ modo laudatæ* eas *diffuſum & magni ſtudii Commentarium* vocat) And. Rivetus (qvi *Lib. 2. Critici Sacri p. 240. Heraldum & Elmenhorſtium in emendando & illuſtrando Arnobio bonam operam navaſſe* judicat) & Jac. Göttenius (qvi *Lib. 1. Obſervatt. S. p. 29. Noſtrum elegantiſſima ad Arnobium notare ſolere* ſcribit).

M. Minutii Felicis Octavius: Geverh. Elmenhorſtius recenſuit, ac Franc. Balduini Prolegomena, ſuumqve Librum Commentarium adjecit. Hamburgi 1612. in fol. Commentarius Elmenhorſti integer (una cum Nicol. Rigaltii, Joh. Wowerii, Deſid. Heraldi, Joh. Meurſii, & ipſius Editoris Annotationibus) adjectus eſt Editioni Minutii geminæ, a Jac. Ouzelio Lugduni Bat. A. 1652. in 4. ac A. 1672. in 8. publicatæ. In illa exhibetur ad calcem libri, in hac autem ſingulis ipſius Textus paginis eſt ſubjectus. Adjectus eſt etiam, cum Notis Wowerii, Heraldi & Rigaltii integris, aliorumqve ſelectis, a Jac. Gronovio ſuæ Dialogi Minutiani Editioni, Lugd. Bat. A. 1709. *in 8.* impreſſæ. Notas ex Elmenhorſtianis ſelectas Joh. Daviſius, in ſua Minutii editione, Cantabrigiæ A. 1707. *in 8.* publicata, cum ſimilibus aliorum, exhibuit. V. *Acta Erud. Lips., T. IV. Supplem., Sect. X., p. 422. 423.* Commendant præ aliis Elmenhorſtianam Minutii Editionem Joh. Huswedelius (*in præfixo Carmine*), Joh. Henr. Boeclerus (*in Comm. de Script. Gr. & Lat. p. 64.*), Jac. Ouzelius (qvi *in præfat. ſuæ Editionis* Commentarium Noſtri vocat *laborioſum*), & Joh. Gotfr. Olearius (qvi *in Abaco Patrol. p. 316. 317.* eundem *inſignem* appellat). Nicol. Rigaltius (*in præfat. ſuæ Editionis Minutii, Pariſiis A. 1643. in 4. publicatæ*) ita de Elmenhorſtiana judicat: *Annis poſt Wowerium novem ſeptima Minutii Felicis editio venit in lucem, ab Geverh. Elmenhorſtio elaborata, Balduini præfatione recuſa, & Wowerii Notationibus interſperſis, adjectisqve inſuper veterum ejusdem argumenti autorum paginis locuples. Illic præterea Variæ Lectt. exhibitæ, ac ſæpenumero citatus perperam liber MStus, non alius ſane, qvam ille regius.*

Gennadii Maſſilienſis Presbyteri Liber de Eccleſiaſticis Dogmatibus, Veteris cujusdam Theologi (***) Homilia Sacra,

(*) V. Nic. Rigaltii *verba infra alleganda*, & Pet. Ant. Burchardi, amici noſtri, *Theſes Minutianas p. 7.* (**) In J. H. Boecleri *Rhapſodia de Scriptt. Gr. & Lat. p. 65.* culpa typographi ſubſtituitur Annus 1510. (***) Hunc Chromatium Epiſc. Aqvilegienſem eſſe, & Homiliam locum Matth. V. de VIII. beatitudinibus illuſtrare tradit Joh. Hülſemannus *in Patrologia, Vindiciis Dictorum S. Scripturæ adjecta, p. 1053.* Sibi ipſi autem contradicit, dum *p. 1089.* eandem Valeriano Epiſc. Cemelienſi tribuit.

cra, Martialis Lemovicenſis Epiſtolæ II. ad Burdigalenſes, Lemovicenſes & Toloſanos (*); Geverh. Elmenhorſtius ex MSS. promulgavit, & Notis illuſtravit. Hamb. 1614. 4to. Duplicem Phil. Labbei errorem (*in Diſſert. de Scr. Eccl. p. 59.*), circa Editionem hanc Gennadii Elmenhorſtianam commiſſum, recte notarunt Joh. Gotfr. Olearius *in Abaco Patrol. p. 304. 30*. Thom. Ittigius (fuſius de Martiali commentatus) *in Diſſ. de Patribus Apoſtolicis, §. 27. 28., p. 72-76. & in Tr. de Biblioth. Patr. p. 717. 718.* & Joh. Andr. Schmidius (Lud. Ell. du Pin, *T. I. Novæ Bibl. Scr. Eccl., p. 183.*, Labbei errorem incaute exſcripſiſſe ſimul obſervans) *in Diſſ. de Pſeudo-Novo Teſtamento, c. 3., p. 110.* Fallitur enim Jeſuita, dum Martialis Epiſtolas Helmſtadii prodiiſſe, & Gennadii Catalogo Virorum Illuſtrium adjectas eſſe fabulatur. Lapſus hujus cauſa (ab Oleario etiam & Ittigio omiſſa) derivanda eſt a ſphalmate μνημονικῷ, qvo Gennadii Catalogum, a Joh. Fuchtio Helmſtadii A. 1612. editum, cum ejusdem libro de Dogmatibus Eccleſiaſticis, ab Elmenhorſtio biennio poſt publicato, temere confudit. Exemplum ejus, qvod in Bibliotheca Reip. Hamburgenſis exſtat, Obſervationibus MStis eſt auctum & illuſtratum a Viro ſummo Frid. Lindebrogio. Notæ Gennadii libro adjectæ magni a viris eruditis, & ſtudii Patrologici cultoribus æſtimantur. Caſp. Barthius eas *illuſtre doctrinæ patrum compendium* vocare eſt ſolitus, teſte Chriſt. Daumio *in præfat. ad Hieronymi, Scriptoris Græci, Dialogum de Trinitate.* Gisb. Voetius (*l. 2. Bibl. Stud. Theol. p. m. 249. 536. 600.*) *in Apparatu patrologico utendum eſſe imprimis* cenſet *Manuductione & Indicio Gev. Elmenhorſtii in Notis ad Gennadium, in qvibus Repertorium aliqvod materiarum ad Patres intendiſſe videatur.* Gerh. Meierus (*lib. 2. Biblioth. Theol. Contractæ c. 14. p. 272.*) illi ὁμόψηφος eas *Introductionis in lectionem patrum loco eſſe poſſe* judicat. Joh. Tob. Major Theol. Jenenſis (*in Diſſ. de precibus pro Defunctis §. 77.*) *lectu digna in illis Autorem annotaſſe* ſcribit. J. Chr. Baro a Boyneburg, *Ep. 31. ad J. C. Dietericum, p. 177.*, in Elmenhorſtii *Commentariis ad Gennadium & Arnobium Repertorium qvoddam materiarum ad Patres cerni*, judicat. Dan. Francus. *in Tr. de Papiſtarum Indicibus Libb. Prohib., c. 5. p. 85.*, eas *doctiſſimas* vocat. Commendat etiam Jac. Thomaſius *in Schediaſmate Hiſtorico de Sectis Philoſoph. p. 50.*, & Gvilh. Cavius *in Hiſt. Scriptt. Eccl. Liter. p. 266.* (ubi *doctiſſimas* illas appellat). Prohibita eſt earum lectio Religionis pontificiæ Aſſeclis Decreto, a Congregatione Judicis Expurgatorii Romana d. 4. Febr. A. 1627. publicato. V. *Appendicem Indicis Romani A. 1624. excuſam p. 170., & Franc. Magdaleni Elenchum Librorum in eodem prohibitorum p. 251. 252.* Ob illuſtrationem Epiſtolarum, Martiali Lemovicenſi ſuppoſitarum, Elmenhorſtio indignatur, *bonasqve horas eum melius collocare* potuiſſe cenſet Andr. Rivetus *lib. 1. Critici Sacri p. 138.*

Procli Archiepiſc. Conſtantinopolitani Opuſcula, qvæ reperiri potuerunt, omnia, nunc primum Græce & Latine junctim edita & recenſita, ex Biblioth. Geverh. Elmenhorſtii. Lugd. Bat. 1617. 8. Exhibentur in hac Editione (qvam Labbeo, Gerhardo, Oleario aliisqve Scriptorum Eccleſiaſticorum Nomenclatoribus ignotam fuiſſe miror) 1. Editoris Epiſtola ad Georg. Stampelium Superint. Lubecenſem Dedicatoria, Socinianorum erroribus, ac Andreæ imprimis Dudithii ad Joh. Laſitium Epiſtolæ, Cracoviæ A. 1590. excuſæ, oppoſita; 2. Ejusdem præfatio de Proclo & ejus Scriptis, cum Lucæ Holſtenii Elogio hujus Editionis metrico; 3. Procli Epiſtola de Fide ad Armenos; 4. Homilia in Nativit. D. N. J. C.; 5. Oratio in Transformationem Domini; 6. Literæ Synodicæ ad Dominum Epiſcopum; 7. Epiſtola ad Johannem Antiochenum; 8. Alia Epiſtola ad Domnum; 9. Dionyſii Exigui Verſio Libelli de Fide ad Armenos; 10. Procli Homilia in Chriſti Natalitia, ex Bibliothecæ Palatinæ MSto admodum mendoſo; 11. Fragmentum de traditione divinæ Liturgiæ, a Gvilh. Morellio Pariſiis A. 1561. editum; 12. Homilia latina in laudem Joh. Chryſoſtomi, a Cæs. Baronio Tomo V. Annalium primum publicata; 13. Variæ Lectiones, & Joh. Meurſii Emendationes nonnullæ in Homiliam de Nativitate Chriſti. De mendis & corruptelis Codicis MSti, ex qvo Proclum in hac Edit. exhibuit, ipſe conqveritur *in Epiſt. Inedita ad Joh. Meurſium A. 1617. ſcripta.* Non omnia Procli Opuſcula eundem fuiſſe complexum, docebunt te Analecta Procli, a Vinc. Riccardo, Clerico Regulari Theatino, e variis Bibliothecis eruta, & Græce ac Latine Romæ A. 1630. in 4. publicata, in qvibus Oratt. ejus XXI., & Epiſtolæ nonnullæ Commentario illuſtratæ inveniuntur. Imo ne dimidiam qvidem illorum partem hanc Edit. exhibere, obſervat Gvilh. Cavius *in Hiſt. Scriptt. Eccl. Lit. p. 238.*, qvi, XX. etiam Procli Homilias a Franc. Combefiſio, *in Tomo Auctarii Biblioth. SS. PP. Imo*, A. 1648. Pariſiis editas eſſe, teſtatur.

C. Sollii Apollinaris Sidonii, Arvernorum Epiſcopi, Opera, ex poſtrema recognitione Joh. Wowerii V. C.; Gev. Elmenhorſtius edidit, ex Vett. Codd. textum emendavit, & Indicem copioſum vocabulorum obſcuriorum adjecit. Hanoviæ apud Aubrios 1617. in 8. Expreſſa eſt hæc Editio (Nicol. Kellinghuſio Conſiliario Oſtfriſico inſcripta) ex Pariſienſi, qvam Joh. Wowerius A. 1598. curaverat, & deinde in ſuo illius Codice (qvem poſt obitum ejus V. C. Joach. Morſius vili pretio a ſcholaſtico qvodam præſtinavit) Novis Emendationibus, ex MSto Achillis Tatii Romano depromptis, aliisqve Obſervationibus illuſtrarat. Ipſe etiam Elmenhorſtius egregie de hoc autore eſt meritus, cum infinitis (*velut in præfat. affirmat*) locis, ope Variarum codicis antiqvi Lectionum, a Morſio itidem ſecum communicatarum, textum ejus emendaverit, ut indicem, qvem adjecit, egregium taceam. Siſtit autem hæc Editio 1. Joh. Wowerii Epiſtolam Dedicatoriam, ad Gutardum Ratæum Epiſc. Monſpelienſem A. 1597. ſcriptam, & de Sidonio Prolegomena; 2. Joh. Savaronis Vitam Sidonii; 3. Autorum Variorum de eodem Teſtimonia ac Judicia; 4. Ipſa ejus Scripta; 5. Wowerii Notas; 6. Elmenhorſtii Indicem vocum in eo obſcurarum. Commendatur, & Savaronianæ pariter atqve Wowerianæ (de qva in Wowerii Elogio plura diximus), præfertur ab Olao Borrichio *Diſſert. II. de Poetis p. m. 78.*, ac Thoma Popeblountio *in Cenſura Autorum p. 307.*

Manſveti, Epiſcopi circa A. 680. Mediolanenſis, *de Fidei Catholicæ Profeſſione* Epiſtola, ex Anglicano Codice a Lindebrogio emendata, ab ipſo autem edita, & Gerh. Joh. Voſſio inſcripta. Lugd. Bat. 1618. (**). Recuſa eſt *Tomo VI. Concil. p. 601.*, teſte Gvilh. Cavio *in Chartophyl. Eccl. p. 159.* Appendici Magnæ Patrum Bibliothecæ inſerere etiam voluit And. Schottus. *V. Ep. ejus ad Voſſium, in Appendice Voſſianarum, num. 36. p. 19.*

Cebetis Thebani Tabula Græce, cum Verſione Latina & Notis Joh. Caſelii, ex Bibliotheca Gev. Elmenhorſtii nunc primum edita, & Cornelio Martini, Prof. Helmſtadienſi, ab eo dedicata. Lugd. Bat. 1618. in 4. Admodum mendoſa, & depravatiſſime excuſa eſt hæc Editio, qvod non ſolum Henr. Ernſtius *Lib. 1. Var. Obſerv. c. 1. & 2.* (qvibus & Textus ejus paſſim emendatur, & Notæ Caſelii ex alio illarum MSto augentur) advertit, ſed ipſe etiam Editor *in Epiſtola ad Joh. Meurſium A. 1618. exarata* (qvæ enormia in Cebete atqve Theodulfo Errata agnoſcit) non diffitetur. Joach. Morſium, qvi, *in Albo MS. fol. 595.*, Epictetum ſimul cum Cebete ab Elmenhorſtio editum eſſe perhibet, ſua haud dubie fefellit memoria.

Theodulphi Aurelianenſis Paræneſis Metrica ad Judices, nunc ſecundo edita, & ex Veteribus Codicibus pluribus locis emendata. Lugd. Bat. 1618. in 4. Ἀκέφαλον eſſe hoc Poema, ac verſus XIX. ab initio deficere, tum in hac Elmenhorſtiana (*de cujus mendis Querelam ipſius modo attulimus*), tum in Pariſina Petri Danielis, & Lipſienſi Andr. Rivini

Editione

(*) Has ſpurias eſſe inter omnes conſtat. C. Barthius *l. 45. Adverſ. c. 7. &* 21. Autorem earum eſſe putat Aurelianum Clericum Rhemenſem, qvi ſub Arnulpho Imp. claruit. V. G. J. Voſſii *Lib. 2. de Hiſt. Lat. c.* 38. *p.* 336. (**) *V. Ep. ipſius ad Voſſium A. 1618. ſcriptam, in Append. Voſſianarum, num. 38. p. 20., & aliam Andr. Schotti, ibid. n. 36. p. 19.*

Editione, obſervat Chriſt. Daumius *in ſuis ad Paulinum Prolegomenis*. Phil. Labbeo & J.Gotfr. Oleario nihil de hac illius Editione conſtitit.

Joh. Woverii Hamburgenſis Epiſtolarum Centuriæ duæ, cum Clarorum Virorum ad eum Epiſtolis, ab Elmenhorſtio editæ. Hamburgi A. 1618. (*) in 8. In præfat. tertiam etiam illarum centuriam pollicetur.

Joh. Woverii Syntagma de Græca & Latina Bibliorum Interpretatione ab eo editum, & J. Grutero, Dan. Heinſio ac J. Meurſio inſcriptum. Hamb. 1618. in 8. Præfixa ſunt Elogia metrica Joh. Huswedelii & Henr. Vagetii, ac Epiſtolica Dan. Heinſii & Nic. Kellinghuſii, in honorem editoris Elmenhorſtii ſcripta; Vitæ item Woverii brevis hiſtoria, eodem Autore, qvam poſtea Jac. Thomaſius Woverii de Polymathia Libro A. 1665., in Editione Lipſienſi, præmiſit, ac Henn. Wittenius *Decadi I. Memoriæ Philoſophorum Renovatæ, p. 79-82.*, inſeruit.

L. Apuleji Madaurenſis, Philoſophi Platonici, Opera, qvæ exſtant, omnia; Gev. Elmenhorſtius ex MSS. & Vett. Codd. recenſuit, Librum Emendationum, indices abſolutiſſimos, & Notas amicorum adjecit. Francof. ex Offic. Wechelio-Aubriana 1621. in 8. Editio hæc, Johanni Rutgerſio, Regis Svedici Conſil. intimo, nuncupata, cum morte Elmenhorſtii aliqvamdiu fuiſſet interrupta, cura Johannis Loccenii, Itzehoenſis, Philologi atqve JCti inſignis (qvi Indicem imprimis ſtudioſe revidit, & in ordinem congruum redegit), publicam tandem lucem aſpexit. Exhibet autem illa 1. Elmenhorſtii Epiſtolam Dedicatoriam; 2. Ejusd. Prolegomena de vita & ſcriptis Apuleji; 3. Veterum de eodem Teſtimonia; 4. Ipſa illius Scripta & Fragmenta, cum indice Rerum; 5. Elmenhorſtii Librum Emendationum; 6. Phil. Cluverii Animadverſiones, potiſſimum Geographicas, in Apuleji Lib. de Mundo, Elmenhorſtio inſcriptas; 7. Joh. Rutgerſii Notas ad Apulejum, Eidem nuncupatas; 8. Erycii Puteani Spicilegium in Apulejum, ex 2. MStis, Bembino & Manganiano; eidem A. 1619. tranſmiſſum; 9. Joh. Brantii, S. P. Q. Antwerpienſi ab Actis, Spicilegium in Apulejum, A. 1617. ſcriptum; 10. Cornelii Martini, Prof. Helmſt., Animadverſiones in Librum Apuleji περὶ ἑρμηνείας; 11. Thomæ Segethi & Joh. Weitzii Elogia hujus Editionis metrica; 12. Joh. Loccenii Epilogum ad Lectorem; 13. Elmenhorſtii Indicem in Apulejum, a Loccenio reviſum, in qvo vocabula priſca ac dictiones ejus eleganter commemorantur, & adductis aliorum ſcriptorum teſtimoniis explicantur. In Prolegomenis refert ſe in emendando autore hoc adjutum eſſe Excerptis Codicis Puteanei, Bavarici, Bremenſis. & Membranarum Florentinarum (qvæ fratribus Lindebrogiis debuit), Codice MSto Bonav. Vulcanii, ab Heinſio ex Biblioth. Leidenſi ſubmiſſo, Variis Lectionibus MStorum Palatinorum, a J. Grutero Codici ſuo adſcriptis, Excerptisqve MSti Bertiniani a Melch. Goldaſto ſibi communicatis. Se ipſum præterea ait contuliſſe editiones Romanam, Aldinam, Venetam ac Baſileenſes, pro regula autem ſemper habuiſſe Membranas Florentinas, earumq; ope loca aliqvammulta, ſcabie prius atqve ulceribus fœda, nitori priſtino & nativæ integritati reſtituiſſe; multis interim mendis, qvæ manum Medicam reſpuebant, relictis. Correctionis ſuæ rationem dedit in Libro Emendationum; in indice autem obſcuris lucem attulit, &, qvæ ad ſalutem eruditiſſimi ſcriptoris facerent, breviter diſſeruit. Laborem in editione hac a Noſtro exantlatum ſummopere commendant JANUS RUTGERSIUS (*cujus verba jam ante inter Elogia adduximus*), ERYC. PUTEANUS (*qvi in Epiſtola, Spicilegio ſuo Apulejano præfixa*, ita eum alloqvitur: *Specimen Apulejanæ Editionis accepi, o pulchrum & induſtria tua dignum! -- Sed profecto tuum hic oſtendis, qvi alienum ornas; Vincis, qvicqvid Typographi præſtant, & tanqvam vivere, imo loqvi Apulejus incipiat, vitam & lingvam donas. Video Philoſophum non pallio ridiculum, ſed toga decorum; video qvem amare literarum omnium myſtæ poſſint. Iſti qvidem præ gemmis omnibus typi ſunt, & facis aureum, qvem fruſtra appellamus.*) Idem Puteanus, *Epiſtola C. Centuriæ II. Apparatus Epiſtolarum novi*, ad Joh. Brantium ſcripta, *p. 204.*, Apulejum *nitide docteqve* ab Elmenhorſtio eſſe *editum*, judicat. JOH. HENR. BOECLERUS *in Comm. de Script. Græc. & Lat. p. 50.*, TOB. MAGIRUS *in Eponymologio Critico p. 22.* (ubi eam *emaculatiſſimam* vocat), JOH. ANDR. BOSIUS *in Diſſ. de Prudentia & Eloqventia Civili comparanda p. 74. 75.*, JOH. ALB. FABRICIUS (*eximiam* eam ſalutans) *P. I. Biblioth. Lat. p. 138.*, D. G. MORHOFIUS (cui editio eadem *egregia* audit) *Lib. IV. Polyhiſt. Lit.*, *c. 14.*, *§. 3.*, *p. 202.*, THOM. BARTHOLINUS (indicem præcipue commendans) *Diſſ. VI. de Legendis Libris p. 193.*, THOM. CRENIUS *P. XI. Animadvv. Philol.*, *c. 1.*, *p. 1.* (*optimam* eam eſſe Edit. judicans), MICH. HAVEMANNUS *in Amuſio, Sect. II.*, *c. 3.*, *p. 275.*

Jac. Aug. Thuani Teſtamentum, ab eo editum, teſte Joach. Morſio *in Albo ſuo MS. p. 595.*, mihi nondum viſum.

Waltrami, Epiſc. Numburgenſis, Tr. de Inveſtitura Epiſcoporum & Abbatum, pro Juribus Imperatorum & Regum, e Biblioth. ejus editus a Melch. Goldaſto in Syntagmate Scriptorum de Henr. IV. Imp. & Greg. VII. Papa, Hanov. 1611. *in 4.* V. Struvii *Biblioth. Hiſtor. c. 7.*, *p. 115.*

Jani Gulielmii Notas in Ciceronis Orat. pro Plancio, ab Elmenhorſtio publicatas, qvas *in Comment. Plautino Taubmanno-Gruteriano, Witebergæ A. 1621. excuſo, pag. 1416.* allegari video, nec vidi, nec ab aliis laudatas eſſe memini. Obſervo tamen *in Catal. Biblioth. Rutgerſianæ pag. 118. 119.* mentionem Notarum Jani Gulielmii in Oratt. Ciceronis MStarum in fol., qvas Elmenhorſtius αὐτοχειρὶ deſcripſit, & Rutgerſius ex ejus defuncti Bibliotheca, cum aliis Codicibus ineditis, ſibi comparavit. Suſpicor proinde, Elmenhorſtium avtographum hoc ſuum Grutero communicaſſe, illumqve Notas Gulielmo exinde depromptas, in celebri illa Editione Ciceroniana Hamburgenſi, A. 1618. publici juris feciſſe.

XII. Epiſtolæ ad Gerh. Joh. Voſſium A. 1617. 1618. 1619. & 1620. ſcriptæ, comparent inter Epiſtolas Virorum Clarorum ad Voſſium, cum Voſſianis a Paulo Colomeſio Londini A. 1690. in fol. publicatas, *num. 26. 27. 28. 29. 30. 34. 35. 37. 38. 39. 40. 43.*, *p. 15. 16. 18. 19. 20. 21. 22. 24.*

INEDITA VEL AFFECTA.

Libellus peculiaris, qvo ſe Socinianorum violenta ora, & calumnioſas criminationes, contra dogma Trinitatis, Incarnationis & alia plura diſpuncturum, & vetera, imo veteratoria, eſſe, ac millies ab Orthodoxa Antiqvitate exploſa, de qvibus illi tanqvam novis gloriantur, evidentiſſimis rationibus eſſe demonſtraturum, *in præfat. Procli A. 1617.* eſt pollicitus.

Plauti & Prudentii } Editiones, qvas ipſum molitum eſſe diſces ex Joh. Woverii Epiſtola, qva A. 1610. ſubſidia ad illas ei promiſit. V. *Cent. II. Epp. Woverii num. 91. p. 384.*

Laboris ejus in Prudentium affecti mentionem qvoqve injecit Nic. Heinſius, in ſuæ ejusdem Editionis, Amſtelod. A. 1667. in 12. evulgatæ, Præfatione.

Nova Satyrarum Juvenalis Editio, qvam Joſ. Scaliger (*cujus verba ſupra in Biographia adduximus*) A. 1603. ipſi, qvem labori huic arduo parem non putabat, ſerio diſſvaſit; Iſaacus autem Caſaubonus A. 1602. maturari voluit, ſuas

(*) Nonnulla libri hujus exempla Annum 1608. in titulo oſtentant, ſed per negligentiam Typographi.

ſuas etiam in aliqvot loca Notulas, & e MSS. collectas Varias Lectiones, pollicitus. V. *Epiſt. ejus 254. in Edit. Græviana, p.287.*

Lactantii Editio, qvam eum in animo habuiſſe didici ex Epiſtola MSta Andr. Schotti, ad J. Meurſium A.1624. miſſa, qva Lindebrogium petit rogari, ut ex Bibliotheca Elmenhorſtii, ab hæredibus auctione diſtrahenda, remitti ſibi curet Lactantii Opera, ſua manu notata, qvæ poſt Apulejum edere moliebatur Elmenhorſtius, una cum variis in eadem Lectionibus, e Codice Cæſar-Auguſtano collectis.

Pauli Oroſii Libri VII. Hiſtoriarum adverſus Gentes, ab O. C. ad A. C. 416., cum VI. membranaceis Codicibus ab eo collati, & infinitis locis emendati, qvorum ipſe *in Epiſtola ad J. Meurſium V. Non. Jun. A.1617. ſcripta* meminit. Delituit hic ejus labor poſtea in bibliotheca Jani Rutgerſii, cujus Catalogus, Leidæ A. 1633. excuſus, *p.119.120.* MStis ejus annumerat, duos Oroſii Codices impreſſos in 4. & 8., ab Elmenhorſtio cum MStis diligenter collatos & auctos. Hiſtoriæ Oroſii adjungere eum etiam voluiſſe ſcriptum ejuſdem *de Lib. Arbitrio contra Pelagium*, & qvæ ad Auguſtinum is ſcripſit, diſco ex Epiſt. ad Voſſium V. Kal. Nov. A. 1618. exarata, qvæ invenitur *in Append. Epp. Voſſii, num. 38., p. 20.*

Autores de Viris Illuſtribus Eccleſiaſticis, qvos juſſu ſuo Lubecæ jam excudi, ac brevi a ſe Joh. Meurſio transmiſſum iri, III. Kal. Apr. A. 1617. illi ſignificavit.

Theodori Studitæ Homiliæ Aſceticæ, qvarum editionem in gemina ad J. Meurſium Epiſtola A. 1617. aliaqve ad Voſſium A. 1618. promiſit.

Pantaleonis Diaconi Conſtantinopol. Homilia Græca de laudibus Michaelis Archangeli, multaqve alia Patrum Græcorum Opuſcula, qvæ in iiſdem ad Meurſium Epiſtolis A. 1617. a ſe publicatum iri ſpopondit.

Acta Latina Concilii Chalcedonenſis, ex Membranis Vetuſtiſſimis ab eo infinitis locis emendata, & Notis illuſtrata: qvæ & *in Alloqvio ad Lectorem, Editioni Procli ſubjuncto*, & *in IV. Epiſtolis ad Joh. Meurſium A. 1617., aliisqve ad Voſſium A. 1618. & 1619. miſſis* promiſit, ac editioni jam parata eſſe ſignificavit. In harum prima, III. Kal. Apr. A. 1617. ſcripta, ita ait: *Nos Actis Concilii Chalcedonenſis jam ultimam manum impoſuimus, qvæ, ſpero, proximis Nundinis prodibunt ſplendide.* In altera, V. Non. Jun. A. 1617. exarata, refert ſe in appendicem eorum conjeciſſe Zonaræ, Balſamonis & Stephani Epheſini Scholia Græca, addıturumqve iis eſſe Matthæi Blaſtaris Notas, ſi nanciſci detur. Tertia VIII. Kal. Oct. A. 1617. de mora Typographorum in iis excudendis his verbis qveritur: *Acta Chalcedonenſia jam per integrum annum otioſa jacent apud Wechelianos, qvorum veternum, ſpero, brevi excutiam.* Mentionem editionis eorum, a Noſtro promiſſæ, fecit etiam And. Schottus in Literis eodem A. 1617. ad Meurſium miſſis, ubi *ſe perlibenter* ſcribit *ex Luca Holſtenio audiviſſe de Synodo Chalcedonenſi, Canonibus antiqvis, & aliis qvibusdam ab Elmenhorſtio edendis, ac addit paratum ſe eſſe qvædam ad hoc inſtitutum facientia communicare, modo nihil ſuis admiſceat, qvod Pontificios poſſit offendere.* Joh. Arcerii Epigrammata duo, Græcum & Latinum, in Synodum Chalcedonenſem, Notis doctiſſimis ab Elmenhorſtio illuſtratam, leguntur in *Albo J. Morſii MSto fol. 595.* MStum Elmenhorſtianum poſt mortem autoris nactus eſt Joh. Rutgerſius (in cujus *Bibliothecæ Catalogo ante laudato p. 118.*, in MStorum recenſu, occurrit mentio *Concilii Chalcedonenſis, manu Elmenhorſtii aliqvot Volumm. deſcripti, & Editioni parati in fol.*), eoqve itidem defuncto, affinis ipſius Daniel Heinſius. Ab Heinſio illud vel prece vel pretio impetrare maximopere A. 1636. laborarunt Franciſcus Barberinus, S. R. E. Cardinalis, ejusqve Bibliothecarius Lucas Holſtenius, in cujus Commonitorio MSto, Ludovico Elzevirio, Roma in Belgium A. 1636. remeanti tradito, hæc verba inveni: *Cum Heinſio ages diligenter de Concilii Chalcedonenſis exemplari MSto, qvod ex Gev. Elmenhorſtii civis mei bibliotheca acceperat Dn. Rutgerſius, unde poſtea ad Heinſium pervenit. Qvi ſi Codicem iſtum a ſe impetrari patiatur, habebit ab eminentiſſimo ſtudiorum meorum patrono, Cardinali Barberino, ἀντίδωρον qvemcunqve tandem voluerit codicem Latinum, Græcum, vel Syriacum MStum, cujus qvidem hac in urbe copia ſuppetat. Vel, ſi codicis poſſeſſione abdicare ſe nolit, id ſaltem obtineas, ut, cautione cujuscunqve voluerit pretii interpoſita, utendum nobis ad unum alterumve menſem tranſmittat.* Sed & Hugo Grotius ac Claudius Salmaſius, niſi me conjectura fallit, ut eodem potirentur, omnem moverunt lapidem, Collectionisqve Epheſinæ titulum illi indiderunt. Digna ſunt, qvæ hic legantur, ipſa Grotii verba, ex Epiſtola ad Salmaſium d. 5. Oct. A. 1630. Pariſiis ſcripta (*): *De Collectione Epheſina Hamburgum haud minus ſepties ſcripſi: & amici qvidem operæ non parſerunt, ſed qvi ex Delmenhorſtii ſupellectile illum librum accepit, trico eſt, & Imperatoris jus obtendit in ea, qvæ Palatini Principis fuere. Satis apparet, obtentui id ſumi: neſcio an is qvoqve detrahi illi poſſit literis Imperatoris ad Senatum Hamburgenſem, qvas in uſum Regiæ Bibliothecæ Legati a Gallia, qvi nunc ſunt Ratisbonæ, poſſent impetrare, honeſta ſpecie, ne omnibus pereat liber omnibus ſcriptus, & Eccleſiæ perutilis. Id ſi Rigaltius ſuorum eſſe vellet operum, rem faceret meliorem omnibus iis, qvas jampridem facit. Sed abeſſe in agendo frigus deberet. - - Libri ἴσον illius habet Heinſius certo certius; Sed puto, videbit jam clariſſimus Juſtellus, apud eum non tantum ſe poſſe, qvantum ſperaverat.* Cæterum exſtat hodieqve in Bibliotheca Reipublicæ Hamburgenſis MStum antiqvum membranaceum, ſed mutilum, Actorum Concilii Chalcedonenſis, qvod forte Prototypon illud eſt, e qvo ſuam Editionem Noſter voluit exprimere.

Hermetis Triſmegiſti Pimander, qvem Græce ac Latine edere voluit, teſte Joach. Morſio *in Albo MS., fol. 595.*

Canones Apoſtolorum, Veterum Conciliorum Conſtitutiones, Decreta Pontificum antiqviora, ex MStis altera prope parte auctiora, & editione adornata ab Elmenhorſtio in fol.; Comparent inter MSta Biblioth. Rutgerſianæ, *in Catalogo illius, p. 118.*

Johannis Zonaræ Commentarii in Canones Apoſtolorum & Conciliorum, Græce & Latine Editioni ab eo parati, in fol. Exemplar eorum MStum Rutgerſius itidem penes ſe habuit, teſte *Catalogo Bibliothecæ ejus, p. 118.* Promiſit eos Elmenhorſtius in V. Epiſtolis MStis, A. 1617. ad Joh. Meurſium exaratis. Prima iſtarum, III. Non. Aug. A. 1617. ſcripta, teſtatur ipſum illorum Editionem ex MSS. Palatinis molitum eſſe, ac integrum ejusdem Zonaræ Epiſtolarum opus additurum iis fuiſſe, ſi a Theod. Douza (qvem iſtud poſſidere Heinſii indicio cognoverat) impetrari potuiſſet. In alia, bimeſtri poſt tempore VIII. Kal. Oct. A. 1617. exarata, his verbis utitur: *Zonaras totus abſolutus eſt, qvem cum Balſamone Græco ſtudioſe contuli, & jam Typographo noſtro commiſi, licet ſciam alios ejus Editionem maturare. Crede mihi, non niſi caſtratum Zonaram ſibulati iſti Patres* (**) *nobis dabunt.* Exeunte deniqve eodem anno (XV. Kal. Nov.) conqveritur, ſe Zonaræ ſuo typographum invenire non poſſe, ac minatur propriis ſe eum ſumptibus eſſe publicaturum. Andr. Schottus etiam de iisdem A. 1617. ita ad Meurſium ſcribit: *Elmenhorſtius, Vir ut eruditisſimus, ſic humanisſimus, Zonaram in Canones Apoſtolorum & Conciliorum Græce meditatur extrudere, & jam, puto, Lutetiæ exierint.*

Joh.

(*) Inveniuntur ea *in Collectione Epiſtolarum Grotii ad Gallos, num. 118., p. 270. 271.*, & in Syntagmate Epiſtolarum ejusdem omnium Amſtelodamenſi, *num. 265., p. 100.* (**) Jeſuitæ, qvi Zonaræ Exegeſin ſeqventi A. 1618. Pariſiis Græce ac Latine in fol. publicarunt. V. J. Gotfr. Olearii *Abacum Patrol. p. 209. 210.*, J. Hallervordii *Biblioth. Carioſ. p. 272.*

Joh. Wouwerii Epiſtolarum Centuria Tertia, qvam, poſt priores duas, a ſe jam publicatas, eum luci deſtinaſſe, Joach. Morſius, *in Albo MS. fol. 595.*, teſtatur.

Epiſtolæ XXI. ad Joh. Meurſium inveniuntur in Volumine MSto Epiſtolarum, a viris doctis ad eundem ſcriptarum, qvod a Zachar. Lundio editioni paratum in Bibliotheca ſua aſſervat cognatus noſter ampliſſimus, Joh. Mohtius, Regis Danici Secretarius.

V. Epiſtolæ ad Frid. Lindebrogium exſtant in Sylloge inedita Epiſtolarum ad illum ab amicis exaratarum, qvam poſſidet Reinholdus Blomius, Pomeraniæ Svedicæ Præſes.

Duas ad Joh. Kirchmannum, & qvinas ad Lucam Holſtenium, easqve *αὐτογράφους*, apud Virum illuſtrem Marqvardum Gudium, Auguſtiſſimi Daniæ Regis Conſiliarium, vidiſſe recordor.

Epiſtola, ad Joach. Morſium Leidam, M. Apr. A. 1619., ſcripta, *αὐτόγραφος* ſupereſt in *Albo Joach. Morſii MSto fol. 594.*

Conferri poſſunt de Elmenhorſtio Georg. Matt. Königius *in Biblioth. Vet. & Nova p. 271.*, Henn. Wittenius *in Diario Biogr. ad A. 1621.*, Chr. Wilh. Eybenius *in Eponymologio Magiri aucto p. 305.*, Pet. Bælius *T. I. Dictionarii Hiſt. & Critici P. II., p. 1037. Edit. primæ, & T. II. p. 1119. Edit. ſecundæ*, Joh. Starckius *in Præfat. Theſauri Epiſtolaris*, Joh. Franc. Buddæus *T. II. Lexici Hiſtorici p. 28.*, Joh. Fabricius *P. I. Hiſtoriæ Biblioth. Fabricianæ p. 174.*

VINCENTIUS FABRICIUS

(qvod ille cognomen latinum, loco vernaculi Schmidiani, *μεταφράσει* eruditis familiari, adoptavit), Hamb. A. 1612., d. 28. Aug. Juliano, in lucem editus (1.), annum pariter atqve diem natalem communem habuit cum Marco Zuerio Boxhornio, Profeſſore & Polyhiſtore Academiæ Lugduno-Batavæ celeberrimo (2.), *Cognatus*, hanc ob cauſam, ab iſto, verbis, in Epiſtola A. 1638. exarata (3.), appellatus ſeqventibus: *Amiciſſime Cognate: Miraberis forte, tam arctæ neceſſitudinis nomen a me uſurpari, cum conſangvinitatis vinculo, qvod ſciam, conjuncti non ſimus. Auſus tamen ſum ita apud te ordiri, inſuper habitis, quæ a JCtis veſtris de cognationum gradibus operoſe diſputantur. Solius Labeonis autoritatem jam ſeqvor, cui cognati ſunt, qvi commune naſcendi initium habuerunt. Qvod in nobis verum eſſe, ipſe me docuiſti, mortalium ſvaviſſime, cum natalem noſtrum, qvi idem tuus eſt, eruditiſſimo carmine, ante biennium, celebrares. Et, profecto, ita eſt; eodem die terrarum inqvilini uterqve facti ſumus. Gemelli ſumus, niſi qvod eandem matrem non agnoſcimus. Ejusdem ſideris, ſive favorem, ſive inclementiam, experimur, ſi ſtandum ſit ſententiæ genethliacorum, qvibus ſi geneſis noſtra excutienda foret, una fidelia duos parietes dealbarent. Itaqve te merito ſic appello, mi Cognate.* Patrem Noſter habuit Petrum Schmidium, mercatorem Hamburgenſem, Matrem Eliſabetham Meieriam. Familiarum, qvibus parentes hi ortum debuere, dignitatem, in Poematio ad Boxhornium, modo allegato, extenuat, ita de ſe canens:

Non ſpes ingenii puerum, non indolis ardor,
Eripuit plebi: Non pondera divitis auri,
Non celebres utroqve atavi de ſangvine ducti,
Addiderant faſtum: ſed opum, ſed ſtirpis egenti,
Qvod potuit, ſolos animos fortuna reliqvit,
Indomitos, laudiqve pares.

In Epiſtola contra, ad Conſtant. Hugenium A. 1633. exarata (4.), eandem ſatis magnifice verbis hiſce extollit: *Domo Hamburgenſis ſum, parentibus, ex antiqviſſimis civitatis noſtræ familiis utrinqve oriundis, natus. Qvorum ille, niſi facultates his proximis tempeſtatibus valde fuiſſent acciſæ, admoveri ad reipublicæ, ut olim uterqve atavus meus, eorumqve majores, gubernacula potuiſſet.* A parentibus, indolem filii igneam & præcocem (ob qvam a Conſt. Hugenio (5.) deinceps *puer diſertus, non puer, Virqve imberbis*, eſt ſalutatus) admiratis, ſtudiis deſtinatus, ſcholam initio patriæ publicam (in qva Daniele ſe Arnoldo uſum eſſe præceptore, ipſemet perhibet (6.)), & dein, hac ob peſtem aliqvamdiu diſſipata, juſſu matris (Patrem enim 14. natus annos amiſerat), Lüneburgenſem, ab A. æt. 16to, per menſes XV., freqventavit. Periiſſe ſibi hoc, qvod ſcholis freqventandis impendit, tempus, ſæpius eſt conqveſtus, tum alibi, tum in Poematio ad Boxhornium jam allegato, in qvo metris hiſce iſtud pueritiæ ſuæ deplorat infortunium:

At mihi florentes inſcitia diſtulit annos,
Abjectusqve labor, præceptorumqve meorum
Fatalis ſtupor, & veſana libido docendi
Qvisqvilias. Jacuit; qvantum fuit indolis altæ,
Oppreſſum tenebris immortaliqve veterno
Defecit, cecidere animi, langvorqve malignus
Forſitan auſuræ preſſit primordia mentis.
Sic ego ludibrium fati, ter qvinqve per annos,
In pœnam vixi, donec mea vincula rupi,
Evicitqve dolor tandem ſecernere vulgum,
Meqve mihi adſerui, devitatoqve viarum
Limite plebejo, Cyrrham tentare patentem
Præſumſi, & doctas clam ſollicitare Camœnas,
Sepoſitus fidis laribus, teneriſqve libellis
Elicere, & tacito Phœbum concludere tecto.

Alia ſcilicet via, in juventute, ſtudiorum aggreſſus curriculum, ſpretis pædagogorum vulgarium ineptiis, ludisqve publicis relictis, intra muſæi privati parietes, ex aſſidua autorum cujuscunqve generis veterum lectione, ſed plus juſto, uti ipſemet in Carmine ad Boxhornium fatetur, deſultoria ac vagabunda, plurimum, & qvidem pene *αὐτοδίδακτος* (licet Henr. Vagetii, cognati ſui, literarumqve poſtea Human. in Gymnaſio Hamb. Profeſſoris, ſe conſiliis ſubinde, nec ſine fructu, uſum eſſe, haud diſſimulet), profecit (7.). Lipſienſem A. 1631. aditurus Academiam, cum, bellicis illic omnia fervere motibus, & civitati a Svecis obſidionem imminere, advertiſſet, mente in ipſo mutata itinere, Lugdunum Batavorum, literis a Vagetio ſuo ad Dan. Heinſium inſtructus commendatitiis (8.), deflexit, &, per menſes XVIII. (9.), in Hollandicis hiſce commoratus Athenis, Jurisprudentiæ initio, dein (Adolphi Vorſtii præſertim auſpiciis) Medicinæ, ac tandem denuo Jurisprudentiæ, iterata ſtudiorum apoſtaſia, ſe addixit (10.). Conſtantior longe fuit, qvo literas elegantiores, muſasqve poeticas, ab ipſis pene incunabulis, natura duce, deperierat, affectus, tanti autem nondum viceſimum ætatis annum ingreſſi in iisdem profectus, venaqve imprimis, in fundendis verſibus latinis, præſtans adeo, & pene incomparabilis, ut admirationem ei atqve amicitiam interiorem virorum, & Scholæ Leidenſis, & Bataviæ univerſæ, maximorum, Pet. Cunæi, Cl. Salmaſii, Hugonis & Cornelii Grotiorum, Dan. & Nicolai Heinſiorum, Gerh. Joh. & Matthæi Voſſiorum, Pet. Scriverii, Caſp. Barlæi, M. Z. Boxhornii, Adr. Blyenburgii, Joh. Beverovicii, J. Frid. Gronovii,

(1.) V. ejus Elegiam in Natalem ſuum 19., A. 1631. ſcriptam, qvæ duodecima eſt *Libri 2. Poematum*, in Edit. horum prima, Leidæ A. 1633. publicata. (2.) V. ipſius Poemation ad Boxhornium, de utriusqve Natali, heroicum, & in Poematis ejus, & ſub initium *Epiſtolarum* Boxhornii, qvæ Amſtelod. A. 1662. in 12. prodierunt, obvium. (3.) V. *Epiſtolas* Boxhornii *p. 95. 96.* (4.) *in Operibus p. 283.* (5.) *in Carmine in Amores Noſtri Nortwicenſes, in Opp. p. 670.* (6.) *in Epiſtolis p. 277.* (7.) V. *Ipſius Diſſ. de Divitiis, ſub initium.* (8.) V. Ipſius Ep. ad Vagetium, in Edit. prima *Poematum*, A. 1633. excuſa, *p. 84-90.*, obviam. (9.) *V. Epiſt. ad Conſt. Hugenium* A. 1633. ſcripta, *in Operibus p. 283.* (10.) V. Ejus Epiſt. ad Henr. Vagetium (*in Operibus p. 279.*), *Dedicat. Diſſertationis de Divitiis, & Poemation ad Boxhornium de Utriusqve Natali*, nec non D. G. Morhofii *Manes Fabricianos p. 6.*

vii, nullo negotio conciliaverint. In Epiſt. certe ad Henr. Vagetium, A. 1634. exarata (11.), ipſe affirmare haud eſt veritus, *nullum fere eſſe in Hollandia magni nominis aut dignitatis, cui non innotuerit.* Præcipuo tamen tyronem hunc Phoebeium, ſe, aliisqve vatibus veteranis, jam ſuperiorem, amore proſecutus eſt Dan. Heinſius, *ingenium ejus celſum, & Poetico æſtu agitatum,* teſte vel ipſo Encomiaſta poſthumo, Ant. Thyſio Juniore (12.), *admiratus,* de qvo ipſemet Fabricius, in Epiſt. ad Vagetium jam laudata, ita pergit: *Cl. Heinſius non ceſſat qvotidie me novis amicitiis implicare. Ejus domo, tanqvam mea, utor. Vix eſt ſeptimana, qva non cœnem cum ipſo, aut prandeam. Filium fratrem mihi, filiam ſororem eſſe juſſit.* Gemina his de parente refert Nicol. Heinſius, in *Epiſtola,* qva *Librum Sylvarum* ſuarum *Poeticarum tertium* Fabricio A. 1665. inſcripſit, *dedicatoria,* ita hunc compellans: *Bonarum artium ſtudio in celeberrima Batavæ Gentis Academia aſſixus, domum præ cæteris noſtram, me etiamnum puero (luſtrum ſeptimum nunc agitur), ſedulus admodum freqventabas, ac parentis mei ab ore perpetim pendebas, & jam tunc Poëſin hanc noſtram tam pulchre, tamqve feliciter, abs te excultam, ſubit meminiſſe, ut, qvicqvid eruditæ juventutis, ſub illam tempeſtatem, magno confluxu, apud Lugdunenſes noſtros ſe collegerat, id omne facile poſt te relinqveres, ac longe ſuperares. - - Ne nunc enarrem, parentem jam olim meum indole tua, ad præclarum qvodvis contendente, ſic capi & deliniri ſolitum, adeoqve præſentisſimam ingenii vim in te fuiſſe miratum, ut, qvotiescunqve me ad hæc muſarum ſacra conatu omni conſectanda inſtigabat, qvod fiebat ab illo ſatis freqventer, tuo potisſimum exemplo pulcherrimo hic uteretur, idqve mihi imitandum aſſidue proponeret.* A. 1632. Lugduno Batavorum in prædium Jani Douſæ, viri ſummæ in Rep., & Batavica, & literaria, dignitatis, conceſſit, eumqve, in juvenibus generoſis compluribus, ipſius commiſſis fidei, ad ſtudia academica ſublimiora præparandis, ſtrenue adjuvit (13.); & in iſto præterea ſeceſſu Elegias elucubravit eroticas, qvæ, *Amorum Nordvicenſium* inſignitæ titulo, Primum *Poematum Juvenilium,* A. ſeqv. 1633. editorum, Librum abſolvunt. A. 1634., qvo etiamnum in Batavia hærebat, eam jam, in gente iſta erudita, de ſe concitaverat expectationem, ut Pet. Cunæus ac Dan. Heinſius annorum 22. juvenem Gymnaſii Ultrajectini proceribus, de idoneo literarum elegantiorum Profeſſore, in iſtud evocando, deliberantibus, commendare non ſint veriti (14.). Sed cum nec Belgio, nec vitæ academicæ, a fatis deſtinaretur, in Cimbriam A. 1635. rediit, & Eqvitis cujusdam præcipuæ dignitatis Holſati pædagogum, ſpatio annuo, egit domeſticum, veteremqve interea temporis cum Zacharia Lundio, Poeta Cimbrorum inclyto, Pylade ſuo (eodem deinceps, qvo ipſe, A. 1667. defuncto), renovavit amicitiam. A. ſeqv. 1636. vitæ Nobilium aulicæ, moribus ac ingenio ſuo haud congruæ, pertæſus, patriam repetiit, &, a Mich. Wichmanno, J. U. L. (cui *Diſſ. de Divitiis,* tunc temporis editam, inſcripſit), Bartholdo, filio ſuo, in itinere, qvod is aggrediebatur, literario, comes, ac morum ſtudiorumqve ephorus, adjunctus, cum iſto Coloniæ initio Agrippinæ, per menſes XVIII., ſubſtitit, Cardinali Ginetto, Pontificis in urbe hac Nuncio, Jeſuitisqve & Dominicanis ejusdem, imo Nepoti etiam, qvi ibidem tunc verſabatur, Pontificio, familiariſſimus (15.). Colonia A. 1638., tractu Germaniæ Rhenano ante luſtrato, in Belgium abiit Fœderatum, amicisqve veteribus, vel coram, vel per literas, ſalutatis, Ultrajecti, ſtudiorum & Wichmanni, & propriorum, cauſa, annum exegit integrum. Inde, ineunte Anno 1639., in Angliam trajecit, viſisqve, trimeſtri ſpatio, urbibus præcipuis, ac hominibus regni iſtius eruditis celebrioribus, imprimis autem Joh. Seldeno ac Patricio Junio, converſatione freqventiori ſibi conciliatis, in Gallias, cum Wichmanno, literis Cl. Salmaſii ad Inclytum Curiæ Pariſienſis Senatorem, Claud. Sarravium, & Gerh. Joh. Voſſii ad Hug. Grotium, Legatum Svecicum (16.), instructus commendatitiis, perrexit. In harum metropoli, Lutetia, menſem integrum, Avarici Biturigum ſpatio trimeſtri (17.), aliis autem in urbibus breviori tempore, commoratus, non Sarravio ſolum (qvocum abſenti epiſtolicum qvoqve intercesſit commercium) ac Grotio, ſed Fratribus etiam Puteanis, Bibliothecæ (qvam Poemate peculiari celebrare conſtituerat) Thuanææ Præfectis, Iſm. Buhaldo, aliisqve viris dignitate aut eruditione præſtantibus, familiariter innotuit. Galliam, per annum integrum, & qvod excurrit, perluſtratam, A. 1640., Italiam petiturus, reliqvit, ſed, cum Taurinum vix perveniſſet, &, non peſtis ſolum, in Italia ſævientis, inclementia, ulterius vetaretur progredi, ſed literis etiam maternis in patriam revocaretur, eandem mox repetiit; &, Gradu Licentiati Jur. Utr. academico Avarici Biturigum d. 27. Jun. impetrato, Rhotomagi navem conſcendit, iſtaqve Hamburgum delatus, peregrinationi finem impoſuit literariæ. A. ſeqv. 1641., d. 9. Maji, nuptias celebravit (18.) cum Angela, Joh. Weſthovii, Med. D. & Practici Hamburgenſis, filia, qvam, in 26. annorum conjugio, tres ſibi nobilioris, ac totidem ſeqvioris ſexus, enixam liberos, poſt qvadrigam horum amiſſam (19.), moriens, cum filio Friderico, J. U. Cand., Conſuleqve deinceps, circa A. 1708., Gedanenſi, & ſcriptorum parentis editore, filiaqve itidem unica, reliqvit ſuperſtitem. Biennio, qvod annum nuptialem excepit, proximo in patria ſubſtitit, ac Claudio Memmio, Comiti de Avaux, Legato Gallico, eodem A. 1642. (qvo *Irenam, ſeu Votum pro Pace,* Noſter ejus conſecravit nomini) delato, ab Epiſtolis aliqvamdiu fuit latinis, uti a Morhofio, Polyhiſtore ſummo, a Memmio illum poſtea Gedanenſibus commendatum eſſe itidem teſtato, coram olim accepiſſe recordor. A. 1643. a Johanne, Epiſcopo Lubecenſi, ac Duce Sleſvigo-Holſatico, Eutinum ad Conſiliarii evocatus dignitatem, Principi huic erudito operam ſuam lubens addixit, &, per annum integrum, ſvavisſima Chriſt. Casſii, Miniſtri ejusdem Primarii, ſibi doctisqve omnibus amiciſſimi, fruens conſvetudine, fideliter inſerviit. Johanni, impetrata dimiſſione honorifica, valedixit A. ſeqv. 1644., qvo Reip. in Boruſſia Dantiſcanæ Senatus, Memmiana, uti jam dictum, permotus commendatione, in urbem ſuam evocato Syndici munus commiſit amplisſimum, Conſulatus poſtea, ac loci in ordine Senatorio honoratisſimi, accesſione A. 1666. ſplendidius redditum (20.). In officiis iſtis arduis, fide, induſtria, prudentia & dexteritate ſingulari, Senatus ſibi Dantiſcani amorem, ac civium conciliavit venerationem, nullumqve non laborem, in Reipublicæ gratiam lubenti aggreſſus animo, in ſolo Poloniæ regno triginta, partim ad Reges, partim ad Regni Comitia, ſuſtinuit Legationes. Sed nec raro ad Principes alios ablegatus eſt Exteros, e qvibus ſolius jam meminiſſe lubet Friderici III., Danorum Monarchæ, qvi, cum claſſe ſua, in anchoris ſtante, in portus Gedanenſis conſpectum A. 1658. delatus, miſſum ad ſe a Magiſtratu Fabricium benignisſime habuit (21.). Tot vero inter Legationes, omnium difficillima, ipſiqve fatalis, fuit poſtrema Warſovienſis, ad Regni Polonici Comitia, A. 1667. ſuſcepta, in qva, poſt tempus plusqvam trimeſtre negotiis jam publicis, ſummas inter moleſtias, impenſum, morbo febrili correptus acuto, cum is, præter Archiatrorum Regiorum, periculo eum lethali vacare initio arbitratorum, expectationem, ingraveſceret, d. 11. Apr. (qvæ ſecunda erat Feſti Paſchalis) A. eodem 1667., æt. 55., expiravit. Hunc vitæ finem, militis in acie glorioſe occumbentis morti pro patria, Horatio judice, *decoræ* non abſimilem, Warſoviæ, in ſede Regia, Procerumqve Poloniæ totius conſpectu, Fabricius habuit Gedanenſis, virtutum Romani, veteribus tantopere celebrati, ci-

(11.) *in Opp. p. 301.* (12.) *in Or. Parent. Danieli Heinſio habita, p. m. 189. Edit. Witt.* Conf. ipſius Fabricii *Ep. Dedic. Libri Sylvarum* ad Heinſium. (13.) *V. Epiſt. ejus, in Operibus p. 272.* (14.) *V. Epiſt. ad Henr. Vagetium, A. 1634. ſcriptam, in Operibus p. 301.* (15.) *V. Epiſtolas ad Henr. Vagetium Colonia A. 1638. exaratas, in Opp. p. 312-318.* (16.) Voſſianas ad Grotium, 18. Kal. Maji A. 1639. ſcriptas, exhibet Epiſtolarum Voſſianarum Syntagma Colomeſianum, *num. 353., p. 314.* (17.) V. *Epiſtolas ad Salmaſium & Vagetium, in Opp. p. 307. 320.* (18.) V. Henr. Vagetii *Epithalamion in haſce Nuptias, in Opp.* Fabricii *p. 790. 795.* (19.) V. *Epiſt. ad Joach. Paſtorium A. 1659. ſcriptam, in Opp. p. 375.* (20.) V. *Epiſt. ad Joach. Paſtorium p. 430. Opp.* (21.) V. Fabricii *Epiſt. ad Zach. Lundium, in Opp. p. 377.*

ti, civilium æmulus haud infelix, JCtus præterea, Politicus & Orator excellens, & Poeta imprimis vix ulli modernorum ſecundus, cujus felicitatem ac facilitatam, in fundendis verſibus priſcæ illius atqve optimæ notæ latinis, incomparabilem, uti Exteri pariter atqve Germani eruditiores, ipſi σύγχρονοι, ſummis merito dignati ſunt laudibus, ita poſteri perpetuo admirabuntur.

In Vitæ ejus Hiſtoria concinnanda, præter ipſiusmet Fabricii Epiſtolas, aliaqve Scripta, ac Poemation imprimis ad M. Z. Boxhornium, de Natali utriusqve, heroicum, ſupra jam allegatum, fuerunt adjumento:

1. ANONYMI Relatio de illa germanica, Sermoni Funebri, in exeqviis defuncti habito, Appendicis loco ſubjuncta, qvam MStam vir ſummus, Dan. Georg. Morhofius, Kilonio mihi transmiſit.

2. DAN. GEORG. MORHOFII ipſius Manes Fabriciani, ſive Poema Elegiacum in obitum Vincentii Fabricii, hortatu Chriſt. Caſſii, Epiſcopi Lubecenſis Conſiliarii Intimi, ſcriptum, eidem inſcriptum, &, cum Epigrammatis aliqvot, Fabricii memoriæ itidem ſacris, Kilonii A. 1667. in fol. primum editum, deinde autem, ſub finem Operum Fabricii, junctim Lipſiæ A. 1685. in 8. excuſorum (*p. 819. & ſqq.*), ac in Morhofii *ipſiusmet Operibus Poeticis, L. 3. Manium, p. 526-538.*, recuſum.

3. Brevior Narratio de Noſtro Biographica, *in Actis Eruditorum Lipſienſibus, M. Jun. A. 1686., p. 278. 279.*, occurrens.

4. Sylloge gemina Carminum in laudem Fabricii adoptivorum, vetuſtiorum ſcilicet, Editioni jam Poematum alteri, Amſtelodami A. 1638. evulgatæ, & recentiorum, Operum demum omnium collectioni, Lipſiæ A. 1685. impreſſæ, una cum D. G. Morhofii, Godofr. Peſchwizii, Fab. Guſtmeieri, & Frid. Fabricii filii, in obitum ejusdem Epicediis, adjectorum, de qvibus infra plura dicentur.

Eruditorum ad eum Epiſtolæ extant ſeqventes:

HUG. GROTII Unica, in laudem Poematum ipſius, Lutetiæ d. 7. Maji A. 1639. ſcripta, legitur in Grotianarum omnium Volumine, *num. 1167., p. 530.*

CLAUD. SALMASII Una, in Volumine MSto Epiſtolarum ad Joh. Meurſium, per Zachar. Lundium collecto, qvod Joh. Mohtius aſſervat.

DAN. HEINSII Una, in eodem Volum. ἀνεκδότῳ.

GERH. JOH. VOSSII Una, Prid. Non. Jan. A. 1639. exarata, in Syntagmate Voſſianarum Colomeſiano, *num. 346., p. 329.*

CLAUDII SARRAVII, curiæ Pariſienſis ſupremæ Senatoris, Octo, ab A. 1639. ad 1648. ſcriptæ, inter Epiſtolas ejus Arauſione A. 1654. editas, auctioresqve, in Appendice Epiſtolarum Marqv. Gudii, Ultraj. A. 1697. *in 4.* recuſas, *num. 9. p. 15. 16., n. 10. p. 16., n. 19, p. 23., n. 22. p. 24. 25., n. 31. p. 32. 33., n. 33. p. 34. 35., n. 42. p. 41. 42., & num. 192., p. 196. 197. 198.*

CASP. BARLÆI Una, d. 4. Dec. A. 1632. exarata, *P. I. Barlæanarum, n. 201., p. 429. 430.*

MARCI ZUERII BOXHORNII Sex, A. 1633. 1634. 1637. 1638. 1639. & 1646. exaratæ, in Boxhornianis, Amſtelod. A. 1662. in 12. excuſis, *p. 24. 25. 35. 61. 62. 95. 96. 97. 208.*

JOH. BLOMII, Biblioth. Hamburg. Præfecti, Una de Henr. Vagetii, Prof. Hamburg., obitu, A. 1659. ſcripta, ſubjuncta Vagetii in Joh. Caſelii Νυχθήμερον *Commentario*, Hamburgi eod. A. 1659. in 8. per Blomium edito.

Conferri etiam de illo poſſunt NICOL. HEINSII *Epiſtola* ad eum *dedicatoria, Libro III. Sylvarum* A. 1665. præfixa, in Editione *Poematum* Amſtelod. A. 1666. publicata, ZACH. LUNDII *Epiſt. ad ipſum Dedicatoria libri ſecundi Poematum Juvenilium*, ac ipſa *Juvenilia, Lib. 1. p. 16. 17., Lib. 2. p. 31-36. 56-66., Lib. 3. p. 74., & Lib. 4. p. 100. 112. 115.*, HENN. WITTENII *Diar. Biograph. Sec. 17., T. I., ad A. 1667., lit. Yyy. 4. a.*, OL. BORRICHII *Diſſ. V. de Poetis Latinis, §. 212., p. m. 163.*, THOMÆ REINESII & CHRIST. DAUMII *Epiſtolæ mutuæ, p. 52. 54. 55.*, JOACH. PASTORII Oda ac Anagramma ad illum, *P. I. Sylvarum Poeticarum* (Dantiſci A. 1656. in 12. editarum), *Lib. 3., p. 97.*, M. BERNH. PET. KARLII, Osnabrugenſis, *Meditationes crudiores de Germania artibus literisqve nulli regioni ſecunda p. 36.*, CAR. ARNDII *Bibliotheca Politico-Heraldica p. 214. 231. 232.*, PET. BÆLII *Tomus II. Dictionarii Hiſtor. & Critici p. 1212. 1213. Edit. ſecundæ*, JOH. ALB. FABRICII *Centuria Fabriciorum p. 74.*, JOH. FRANC. BUDDÆI *Tomus II. Lexici Hiſtorici p. 98.*

ELOGIA.

JOH. CASIMIRUS, Rex Poloniæ, *Viri boni ac recti* eum titulo ornavit. V. Ipſius Epiſtolam ad Nathaneelem Dilgerum, *in Opp. p. 414.*

HUGO GROTIUS, in Ep. ad Cl. Sarravium (*V. Epp. ad Gallos, n. 196., p. 204.*), eum *Virum* vocat *doctiſſimum.* In Epiſtola autem ad ipſum, de Poematis ſibi miſſis, Lutetiæ d. 7. Maji A. 1639. exarata (*in Volum. Epp., n. 1167., p. 530.*), hiſce verbis compellat: *Pervenere jam nunc ad me, Poetarum ſuaviſſime, Poemata tua, qvorum tam varia, tamqve jucunda, lectione ita ſum delectatus, ut & ſeculi cauſa gaudeam, & privatim, pro inſcripta nomini meo parte, gratias agam, qvantas poſſum, maximas. - - Tantum hæ tuæ proluſiones dederunt nobis ingenii tui guſtum, ut non dubitem, cuicunqve te arti dederis, in ea mihi de te maxima polliceri.* In alia ad Mart. Opitium (*ibid., n. 1176., p. 532.*) ita de illo, ac Gronovio, d. 11. Maji A. 1639., judicavit: *Sunt duo in Batavis Germani Juvenes, dicerem ſupra Germaniæ ſaporem, niſi tu pridem Germaniæ craſſitiæ labem abſterſiſſes: Horum Gronovius Criticen cum laude exercet, Poeſin Fabricius, digni, qvi noſcantur, ambo.*

Qvanti DAN. HEINSIUS eum fecerit, Nicolai Heinſii filii, Ant. Thyſii & Fabricii ipſius, verbis, in biographia, jam expoſuimus. In Epiſt. qvadam ad Joh. Beverovicium ita Idem de Noſtro eſt ominatus: *Qvem ſi fata ſupereſſe ſinunt, terris omnibus Germaniam oſtendet.* Qvod omen hoc diſticho reddidit Zach. Lundius, *L. 4. Poem. Juvenil. p. 112.*:

Teutoniam oſtendet cunctis, me judice, terris
Fabricius, vivum ſi pia fata volunt.

GERH. JOH. VOSSIUS, in Ep. ad Fabricium, Prid. Non. Jan. A. 1639. ſcripta (*V. Epp. Voſſii, n. 346., p. 329.*), Verſus ejus appellat *elegantiſſimos, qvi caneſcent ſeclis innumerabilibus.* In Ep. ad Hug. Grotium, 18. Kal. Maji A. 1639. exarata, commendatitia Fabricii in Galliam abituri (*ibid. n. 353., p. 334.*), *amare ſe illum*, ſcribit, *ob animi candorem, & egregiam doctrinam.* Ibid., Ep. 475., p. 419. Noſter *Vir* audit *elegantiſſimi ingenii*, &, in alia, ad Grotium 5. Kal. Jun. A. 1634. miſſa (*num. 228., p. 240.*, ac inter *Epiſtolas Remonſtrantium*, a Phil. Limburgio A. 1684. editas, *num. 529., p. 787.*), *Juvenis elegans atqve eruditus.* Eidem Voſſio, in Ep. ad Grotium IV. Id. Sept. A. 1638. ſcripta, & a Jano Gvilh. Meelio, inter *Virorum Inſignium Epiſtolas Selectas* (*Dec. I., n. 9., p. 42. 43. 44.*), Amſtelod. A. 1701. edita, *p. 48.*, audit *juvenis, ut carmine pollens, ſic aliis etiam ſtudiis excultus, &, qvod caput eſt, moribus perhoneſtis.*

CLAUD. SARRAVIUS, Ep. IX. ad Fabricium (*in Append. Gudianarum p. 15. 16.*), *Omnis virtutis & eruditionis Candidatum*, d. 29. Aug. A. 1639., Ep. autem *XXII.* (*ibid. p. 24. 25.*) *Poetarum hujus ſeculi facile principem*, 3. Kal. Apr. A. 1640., ipſum ſalutavit. Ep. CXCII. ad eundem d. 17. Dec. A. 1648. ſcripta (*ibid. p. 196-198.*), Carmina illius impenſe commendat, & Hugoni etiam Grotio admodum placuiſſe teſtatur. In Ep. ad Hug. Grotium (*in Append. Grotianarum ad Gallos p. 470.*) *Elegantiſſimum* eum vocat, & in alia ad Cl. Salmaſium, d. 18. Jun. A, 1639. Gallice exarata, ſed hactenus ἀνέκδοτον, & in Biblioth. Gudiana mihi inſpecta, verbis extollit ſeqventibus: *Je ne puis vous remercier dignement de l' honneur, qv' il vous a pleu me faire, me donnant la connoiſſance de Monſ. Fabricius. Certainement, Monſieur, c' eſt un fort gentil perſonnage, du qvel je ne puis qve je ne faſſe grand cas, tant pour ſon ſingulier merite, qve pour les teſmoignages, qv' il vous a pleu rendre à ſon Erudition. Il m' a donné un Recueil de ſes Poeſies, certes excellents.*

CONST. HUGENIUS Sen. his eum Choliambis, in Carmine in *Amores* ipſius *Nordvicenſes* (qvod *in Opp. Fabricii p. 670.*, & Hugenii *Momentis Deſultoriis, Lib. I., p. 26. 27.*, legitur), compellat:

- - - - - - Novenarum
Myſtes Dearum, non Novelle, non priſce,
Sed ſic uterqve, ut uter ſies, parum conſtet
Puer diſerte, non Puer, Vir imberbis.

CASP. BARLÆUS, in Ep. ad Fabricium d. 4. Dec. A. 1632. ſcripta (*P. I. Epp., n. 201., p. 429. 430.*), illum, ac *Or.* ejus *de Obſidione Leidenſi*, verbis ſeqventibus, in populares ipſius injuriis, commendat: *Scribis, te Hamburgenſem eſſe; Verum, aut ego vehementer fallor, aut nihil Saxonicum, vel Hamburgenſe, ſapit tua dictio & ſcribendi genus. Germania ſuperior. ſi pleraqve ingenia ſpectes, hodie inferior jure dici poſſit. Te aliosqve excipio, qvi ſoli indole erectiores animos geritis, &, inanibus ſonis non contenti, orationem componitis ad maſculas periodos, in qvibus nec nervos deſideres, nec ſuccum bonæ mentis. - - Gratulor Leidæ, qvæ encomiaſten nacta eſt, etiam inter peregrinos. Debebant lautius haberi, qvi tam erudite, tam laute & copioſe, de fame publica verba fecerunt.* Gemina his habet in Ep. ad Pet. Cunæum (ibid. n. 224. p. 485.): *Annon mecum judicas, Poëtam iſtum terſe & nitide loqvi. Rara eſt in Germanis iſta ſcribendi* ἀκρίβεια.

MARCUS ZUERIUS BOXHORNIUS, in *Ep.* ad ipſum *Prima*, d. 9. Aug. A. 1633. ſcripta (*V. Epp. Boxh. p. 24. 25.*), ita eum alloqvitur: *Ex qvo ſvaviſſimis tuis ſermonibus licuit intereſſe, & Erotica, aliaqve tua poematia, qvæ nuper ediſti, penetrare, ſingularem qvandam ingenii tui facilitatem ſimul & amœnitatem non videre tantum cœpi, ſed venerari. Eſt in verſibus tuis, præter alia multa, qvæ ut hoc ſeculo rariſſima, ita in te qvam maxime laudanda, inaffectata qvædam puritas dictionis, qvam tantopere in antiqvitate exoſculamur, in noſtri ævi ſcriptoribus, paucis admodum exceptis, qværimus hactenus, & invenire non valemus. Aſiaticum tumorem pene omnes induere, & caſtitas ſermonis contemptui eſſe cœpit. - - Aliam tibi mentem, mi Fabrici, gratulamur, erectam, maſculam, qvæ qvo propius abeſt ab antiqvitate, eo magis hoc ſeculo debet æſtimari.* Ep. IIda, d. 21. Jul. A. 1634. exarata, *p. 35.*, *Eruditiſſimum* eum vocat, *& rerum ſvaviſſimum, facilemqve* illius *ad fundendos verſus venam* deprædicat. Ep. Tertia, Kal. Febr. A. 1637., ita (*p. 61.*) Noſtrum compellavit: *Victura ſcribis, & qvæ omnis erudita poſteritas merito ſemper æſtimabit. - - Magnitudine ingenii datum tibi eſt qvidvis aſſeqvi.* Ep. IVta, d. 28. Aug. A. 1638. (*p. 95.*), *mortalium* eum appellavit *ſvaviſſimum.* Ep. Vta, d. 10. Jan. A. 1639. (*p. 96. 97.*), *corculum Muſarum* illum ſalutavit, & ita eſt affatus: *In nupera Poematum tuorum editione, excitati ingenii, nec minoris doctrinæ, indolem, in cæteris humanitatem tuam, libenter agnoſco, juvenis eruditiſſime. Qvi, qvicqvid antiqvæ venuſtatis eſt, animo complexus, & nunc publico teſtatus, eorum tibi famam devinxiſti, qvos, qvanqvam pleriqve eorum paria haud poſſint, commendatos voluiſti.*

NICOL. HEINSIUS (cujus judicium, de vena Noſtri poetica incomparabili, honorificum, ex *Ep. Dedic. L. 3. Sylv.*, in Biographia jam exhibuimus), in *Præf. Carminum Adoptivorum*, *exqviſitam* ejus ſcribendi *felicitatem* deprædicat, *Lib.* autem *Elegiarum 1.*, *Eleg. 3.*, ita illum compellat.

Vincenti, qvem Calliope, qvem cuncta ſororum
Naſcentem Clario fovit in amne cohors.

Eidem, in Carmine *Adoptivis* Fabricii *alteris* (*in Opp. p. 788.*) inſerto, audit:

Parnaſſi columen, Parnaſſi prima voluptas.

HENR. VAGETIUS (teſte Joh. Blomio, *in Epiſt. de obitu ejus*, ad Fabricium, paulo ante allegata) Cognatum hunc ſuum, in lectulo emortuali, *ut Juris Utriusqve, ſic etiam melioris Literaturæ, æternum decus* appellavit, ſeqve eum *vehementer admirari* eſt teſtatus.

AUG. BUCHNERO (*P. I. Epp., Ep. 28. ad Zach. Lundium A. 1637. exarata p. 90.*) *Juvenis* audit *incomparabilis ingenii.*

OL. BORRICHIO (*Diſſ. V. de Poet. Lat., §. 212., p. m. 163.*) *Vir undiqvaqve doctiſſimus, cujus Elegos, faciles, tereres, candidos, ipſæ Charites videntur pepigiſſe.*

JOH. MEIERO, Scholæ Ripenſis Rectori, in Carmine ad eum, primæ Poematum Editioni A. 1633. præfixo, *Patriæ non ultima gloria terræ, & Poeta, qvo vix limatior alter ad genium Heinſiadæ.*

In ACTIS ERUD. LIPSIENSIBUS, *M. Jun. A. 1686., p. 278.*, Fabricius *maximorum virorum delicium atqve corculum, non Poeta tantum ac Medicus, ſed & Orator ac JCtus plane eximius, Vir item, tum ob Poeſin elegantiſſimam variamqve eruditionem, tum ob res pro civitate Gedanenſi præclare geſtas, digniſſimus, cujus memoria nunqvam in Rep. literaria intermoriatur*, Carmina autem ejus *oppido qvam terſa ac perpolita*, vocantur.

JOACH. PASTORIUS, *P. I. Sylv. Poet., L. 3., p. 97.*, hoc Nominis ejus exhibet anagramma, eloqventiam illius commendans:

Vincentius Fabricius. ** *Sicubi fatur, vinciens.*

DAN. GEORG. MORHOFIUS (in *Manibus Fabricianis*, ſupra laudatis), ita, inter alia, de Noſtro canit:

Occidit heu magnum ſeclorum nomen & inſtar:
Orbis delicias invidia claudit humus.
Occidit, & tenues complet Vincentius urnas,
Cujus non uno gloria ſole patet.
Ipſe heic Corycio Phœbus tumulatur in antro,
Inqve uno virtus, gratia, ſvada, perit.
Fabricius jacet hei! cujus per ſecula magnum
Stat nomen, cujus fama per aſtra volat.

- - - - - - - - - - - - -

Hei mihi! qvantus erat! non perditur unus in uno,
Multorum e multis unus hic inſtar erat.
Vix puer ille ſuos ſuperat Vincentius annos,
Et matura ſuum mens ſtetit ante diem.
Jamqve illi Phœbi chorus aſſurrexerat omnis,
Pectora jam multo numine fœta notans.
Qvis fuit ille, qvis o cœlo deductus ab ipſo
Spiritus, & qvantis ignibus acta chelys!
Ipſe ſui Phœbus dotes miratus alumni
Attonita ſacros imbibit aure ſonos.

Gloria

Gloria prima fuit Batavis placuiſſe Poetis,
Et qvendam, hæc inter nomina, ferre locum.
Ipſe Amor, ipſa Venus, geniali nectare chartas
Imbuit, & dulcis fluxit ab ore favus.
Illimis, nitidus, priſcoqve ſimillimus auro,
Sermo fuit, qvalem Roma vel ipſa velit.
Hos, reor, auritæ qvercus, nec ſurda ſecutæ
Saxa ſonos, variis ſubſiliere modis.

Sub finem hoc annectit Epitaphium:

Fabricius jacet heic: Titulos ne qvære viator.
Omnes hoc titulos, omnia nomen habet,
Ultima cui demum completur linea rerum,
Virtutum poſtqvam ſingula puncta tulit.

IDEM MORHOFIUS, *T. I. Polyhiſt., Lib. 7., c. 3., p. 379.*, Fabricium in Elegiis *terſum eſſe & nitidiſſimum* judicat; *Lib.* autem *1., c. 24., p. 310.*, ita ſcribit: *In Vinc. Fabricii Epiſtolis nativa qvædam elegantia eſt, qvam ejus qvoqve elaboratiſſima Carmina oſtendunt.*

ADR. a LINDA, Conſul Reip. Dantiſcanæ primarius, hoc defunctum luxit Hexaſticho (*V. Adoptiva altera in Opp. Fabricii p. 804.*):

Qvi qvondam patriæ defendit jura, diſerto
Intrepide pugnans ore, ſtyloqve potens,
Nunc jacet elingvis: damnum haud reparabile! magni
Fata viri lugent urbs, patriæqve patres.
Fabricio tantum parva hæc Reſpublica debet,
Qvantum Roma ſuo maxima Fabricio.

JOH. PET. TITIUS, Prof. Dantiſc., imagini Noſtri (qvem etiam, *in Manuduct. ad excerpendum p. 50.*, *ſummum doctrinæ omnis* vocat *ornamentum*) hoc ſubjecit Epigramma:

Cui Vultum Charites, Muſæ fibrasqve manusqve,
Et Sophie pectus finxerat atqve Themis,
Cui lingvam, eloqvio Reges qvæ mulceat ipſos,
Formarat digitis aurea Svada ſuis,
Urbis amor, doctiqve decus, Vincentius, orbis,
Fabricius, patriæ gloria, talis erat.

SAM. SCHELGVIGIO, Theologo Dantiſc. (in Carm. Operibus præfixo) audit:

Immortale decus noſtræ, Fabricius, Urbis,
Gloria Pruſſiaci deliciumqve ſoli,
Qvem Graji dixere ſuum, pariterqve Latini,
Maximus ingenio, maximus eloqvio.

CHRIST. WEISIO (*in Inſtitt. Oratoriis p. 683.*) *Vir celeberrimus, variaqve eruditione paſſim commendatiſſimus.*

GODOFR. a PESCHWIZ hac defunctum celebravit inſcriptione ſepulchrali (*V. Adoptiva altera, in Opp. Fabricii pag. 820-824.*):

Poſteritati S.

Viator, qvi tranſis, reſta ac pellege.

VINC. FABRICIUS H. S. E., *Vera Virtute, Muſa, Gratia & Fortuna, rara feliciqve congerie, ſi qvisqvam forte alius, factus, eductus, abſolutus; Ortus Hamburgi optimis Parentibus, ab ſe tamen potius genitus, ut magnæ Animæ ſolent, Initium Nominis idem ſui & Propago, Sublimi Ingenio, Acri Judicio, Navitate Incomparabili, omnis Scientiam Antiqvitatis & Doctrinæ invaſit, occupavit, tenuit; Poeta, Orator, Medicus, JCtus, divinitate mentis res Gentium complexus omnium & Seculorum, etiam Hetruſca & Gallorum Facundia decorus, ut plurimum extra umbram, in luce Hominum, Actibus rerum, prudenter verſatus eſt. Decora Oris Comitate, ſine oſtentatione, Supercilio, cæteris inanium, omnium horarum Homo, omnibus Thaumaſius. Atqve hinc illa Doctorum undiqve æmula Appetitio illius, & Amores Claudii de Memes, Sarravior., Grotior., Salmaſior., Putean., Heinſ., Scriver. Cunæor., Voſſior., Seldenor., Gronovior., Bulialdor., Hugen., Boxhorn., Barlæor., Vorſtiorum, Seculi ſui & Literarum Principum. Initio Epiſcop. Lubec. Conſil., mox Gedani Syndicus, demum & Conſul, oſtendit in Sparta, Ore & Calamo, qvis eſſet, Orator apud Regem ter decies. Fabricius, qvo, etſi non tuo, certe haud minus gloriari Gedanum, qvam ſuo olim Roma, potes, oſtendit iſte, qvam haud ſemper ex vero ſit Oraculum Politicorum;* Malum in Rep. Signum Peregrinus; *dum, nulli, niſi peſſimo, malus, duo conjunxit difficillima, prodeſſe Reip., & placere. Tandem Warſaviæ Legatus, ipſis Regni Comitiis, Febri, ipſis Dei Hominis Triumfalibus, Animam poſuit, III. Id. Apr. A. O. R. MDCLXVII., Vitæ LIV.*

Epicedium ſuum Idem his orditur Elegis:

Omnia virtuti ſimilis, pars altaqve Phœbi,
Fabricius, patrii pronuba Svada fori.
Qvo viguit Gedanum, velut Arpinate Qvirites,
Qvem Themis & Conſus dixerat eſſe ſuum

M. BERNH. PET. KARL Oſnabr., *in Meditationibus de Germania literis artibusqve nulli regioni ſecunda, p. 36.*, Poetis eum Germaniæ ἐξοχωτέροις verbis hiſce accenſet: *Non Vinc. noſtrum Fabricium memorabo, cujus elegantiſſima & longe ſvaviſſima omnis generis Carmina maxima etiam Belgii lumina, Heinſios, Scriver., Boxhorn., Grot., Hugen., Salmaſ., Barlæos, &c., tanti feciſſe conſtat, ut nihil ſupra.*

EGO (*P. IV. Iſag. ad Hiſt. Cimbr., c. 10., §. 26., p. 616.*) *Poetam* eum *ſeculi noſtri cultiſſimum* ſalutavi.

PET. BÆLIO (*Tomo II. Dictionarii Hiſtor. & Crit. p. 1212. Edit. ſec.*) audit *bon Poete, & bon Medecin, habile Orateur & ſavant Juriſconſulte.*

JOH. FRANC. BUDDÆO (*T. II. Lex. Hiſtor. p. 98.*) Ein guter Poete und Medicus, desgleichen ein geſchickter Redner und kluger Rechtsgelehrter.

SCRIPTA EDITA.

N. PROPRIA.

Oratio de Obſidione & Liberatione Civitatis Leidenſis, Lugduni Batavorum IV. Non. Oct. A. 1632. habita. Lugd. Bat. 1632. in 4. Recuſa in Operibus, junctim Lipſiæ A. 1685. editis, *p. 29-52.* Ob hanc ei ab Academia, per Dan. Heinſium, a S. P. Q. Leidenſi autem, per Syndicum, actæ ſunt gratiæ, & honorarium oblatum, eſt, ſicut ipſe, *in Epiſtolis p. 278.*, teſtatur. Caſp. Barlæi judicia de illa honorifica paulo ante, inter autoris Elogia, recitavimus.

Poematum Juvenilium Libri III. Ad calcem adjectæ ſunt Epiſtolæ aliqvot ſeriæ & jocoſæ. Lugd. Bat., ex Offic. Elzevir., A. 1633. in 12. In Sylloge hac, Conſt. Hugenio, Principis Arauſionenſis Conſiliario & Secretario, inſcripta, præfixisqve Dan. Heinſii (cujus Carmen in *Poematis* etiam ipſius, *p. 404. 405.*, legitur), Caſp. Barlæi (cujus Epigramma *L. 2. Miſc.* ipſius, *p. 453.*, itidem offendes) & Pet. Scriverii, in *Amores* ejus *Nordvicenſes*, Joh. Meieri autem in carmina omnia, luſibus metrico-Encomiaſticis commendata, Scriverii autem hortatu edita, præter tres poematum libros, qvorum Primus *Seceſſus Nordvicenſis* (a Nordvico, Jani Douſæ prædio, in qvo Erotica hæc effudit), Secundus *Elegiarum Juvenilium Monobiblos*, & Tertius *Miſcellaneorum Liber* appellatur, Epiſtolæ etiam (*p. 75. & ſeqq.*) comparent ad Pet. Cunæum, Caſp. Barlæum, Henr. Vagetium, Dav. Cramerum, aliosqve, partim ſeriæ, partim jocoſæ.

Poematum Editio ſecunda, priori multo auctior & emendatior, ut plane ſit alia. Acceſſit Pranſus paratus, ſeu Satyra in Poetas, & eorum contemptores. Amſtelodami 1638. in 12. In nova hac Editione, priori (cujus tamen Carmina aliqvot omiſſa in ea eſſe obſervavi) multo locupletiore, ſed admodum, uti ipſe Fabricius, in Ep. ad Henr. Vagetium (*in Opp. p. 319.*) conqveritur, mendoſa, exhibentur: 1. Elegiarum Libri IV. (qvorum Secundus VIII. Fabricii & totidem

Zachar. Lundii, Elegias amatorias, ſibi invicem oppoſitas, (*) complectitur), Gerh. Joh. Voſſio, Hug. Grotio, Conſt. Hugenio & Pet. Cunæo, inſcripti; 2. Sylvarum Liber, ad Dan. Heinſium; 3. Miſcellaneorum Liber ad Joh. Beverovicium; 4. Manes Corneliæ Voſſiæ, ad Matthæum Voſſium, ejus Fratrem; 5. Vindemiæ Anni 1638., ad Joh. Frid. Gronovium; 6. Elegiarum Juvenilium Reliqviæ, ad Nicol. Heinſium; 7. Liber Adoptivorum, ſeu Conſt. Hugenii, Dan. Heinſii, Caſp. Barlæi, Pet. Scriverii, Jani Bodecheri, Henr. Vagetii, J. Frid. Gronovii, Corn. Grotii, Nic. Heinſii, Zach. Lundii, in laudem Autoris, & Poematum ejus, Carmina; 8. Pranſus Paratus, ſive ſatyra proſaica, qva tum Poetæ hujus ſeculi, Anagrammatiſtæ imprimis, Feſcennini & extemporanei, ac ſpeciatim Pogon Myrtilus & Polyphilus, tum Poetarum contemptores, facete admodum exagitantur, Claud. Salmaſio inſcripta, & (teſte Morhofio, *in Prælectt. Polyhiſt. MSS.*, *c. 7.*,) Lugd. Bat. A. 1655., cum aliis Juliani Imp., Senecæ, Juſti Lipſii, Er. Puteani, Ferrarii, Nannii, Sangeneſii & Jani Bodecheri, Satyris, recuſa. Poemata hæc, in Editione Operum Fabricii omnium Lipſienſi, A. 1685. excuſa, *p. 439-705.*, ſub *Partis* illorum *Primæ* Titulo, ſunt recuſa, Parteqve IIda, qvæ poſt A. 1638. ſcripta ſunt, complectente, aucta. Mirifice illa Pet. Cunæo, Hug. Grotio & Conſt. Hugenio, placuiſſe, autor Henr. Vagetium, in Epiſtolis ad eum (qvas *in Opp. p. 280. 281. 284.* invenies) edocuit. Verum, non hi ſolum triumviri, ſed, qvotqvot, inter eruditos, a primæ usqve editionis tempore, Muſas poeticas, vel ipſi coluerunt, vel juſto æſtimarunt pretio, ingenti Poemata Fabriciana proſecuti ſunt applauſu, & invidendis certatim ornarunt encomiis, qvorum haud pauca, a Grotio, Voſſio, Heinſiis, Sarravio, Boxhornio, Borrichio, Morhofio, Actorum orbis Eruditi Lipſienſium collectoribus, aliisqve, profecta, ſupra, in Elogiorum autoris recenſu, recitavimus. Nec recordor inclementius cujusqvam de iisdem legiſſe judicium, ſi leviuſculam excipias Morhofii animadverſionem, veſtigia ſe in illis nonnunqvam obſervaſſe Lotichiana, *in Prælectt. Polyhiſt. MSS.*, *c. 9.*, & *T. I. Polyhiſt.*, *L. 7.*, *c. 3.*, *p. 379.*, profeſſi. Plagii in Carmina Fabriciana idem viciſſim Æg. Menagium, Poetam Galliæ inclytum, tum privatim ſæpius, tum publice, in *Polyhiſtore Literario*, *I. 1.*, *c. 9.*, *p. 81.*, verbis, etſi ſubobſcure, inſimulavit ſeqventibus: *Novimus &c. e Vinc. Fabricii Poematibus, nobili Poetæ Gallico aliqva acumina ſublecta. Sed illa minutiora ſunt, qvam ut attendi debeant. Et caſu interdum talia eveniunt, qvod ſingulari Diſſertatione de Furtis Poetarum oſtendere voluit Menagius.*

Poſitiones Medicæ miſcellaneæ de præcipuis ac pleriſqve cerebri affectibus, Præſide D. Adolpho Vorſtio ad diſputandum propoſitæ. Lugd. Bat. 1634. in 4. Recuſæ in Operum omnium Editione Lipſienſi, qvæ A. 1685. prodiit, *p. 230-237.* Elegia ipſiusmet in eas legitur *Lib. IV. Eleg.*, *num. 6.*, *p. 88. 89.*, Hendecaſyllabi autem Jani Bodecheri Banningii *in Adoptivis Carminibus p. 203. 204. 205.*

Poemation Heroicum de ſtupendo & admirabili caſu, qvi in Hollandia, tempore peſtis, contigit, ad nobiliſſ. & incomparabilem virum, Claud. Salmaſium. Addita eſt Zach. Lundii Metaphraſis ejusdem Metrico-Germanica. Hamb. 1636. in 4. Exponitur in illo hiſtoria puellæ Leidenſis, peſte, qva laborabat, per coitum cum ſponſo liberatæ. Recudi curavit Theoph. Bonetus, & inſeruit Parti II. Medicinæ ſeptentrionalis collatitiæ, Genevæ A. 1686. in fol. editæ, teſte P. Bælio T. II. Dictionarii Hiſt. & Crit. *p. 1213.*

Diſſ. de divitiis, an vir ſapiens eas poſſidere, & qvomodo tuto, ſine moleſtia, cum aliqvo emolumento, honeſte habere poſſit. Hamburgi, ſine mentione anni (qvi haud dubie fuit 1636.), in 4. Recuſa A. 1685. Lipſiæ *in Operibus*, *p. 53-106.*

Themiſtocles Tragoedia. Hamburgi in 4. Recuſa in iisdem *in Operibus*, *p. 752-784.*

Conſiderationes monetales, circa commiſſionem monetariam, Varſoviæ celebrandam, probe expendendæ. A. 1659. in 4. Ἀνωνύμως ſunt editæ, germaniceqve recuſæ, & Fabricium autorem dicuntur agnoſcere, teſte Gabr. Groddeckio *in Sched. de Scriptt. Hiſt. Polon.*, § 16.

Opera Omnia, Orationes ſcilicet ad Reges Poloniæ nomine publico habitæ, Diſſertationes argumenti varii, Epiſtolæ ad viros illuſtres ac eruditos, & Poemata, poſt Editionem Belgicam altera fere parte auctiora, junctim edita, accurante Frid. Fabricio, filio unico, cujus Epiſtola ad Senatum Gedanenſem dedicatoria iis eſt præfixa. Lipſiæ A. 1685. in 8. In Syntagmate hoc, tum in Carminibus encomiaſticis Joh. Ern. Schmiedenii, Conſulis Gedanenſis, D. Iſr. Conradi, Medici, Samueliſqve Schelgvigii & Joh. Pet. Titii, Profeſſorum Gymnaſii Dantiſcani, illi præfixis, tum in *Actis Eruditorum* Lipſienſibus, compendiarium ejus, *M. Jun. A. 1686.*, *p. 278. 279.*, exhibentibus Recenſum, vitiisqve illud typographicis valde eſſe defœdatum ſimul monentibus, commendato, exhibentur:

1. Oratiunculæ XI. civiles, ad Joh. Caſimirum, Regem Poloniæ, ejusqve conjugem, nomine civitatis Gedanenſis publico habitæ (*p. 1-28.*); qvas, præ aliis Orationibus Politicis, *ſibi arridere*, Chriſt. Weiſius, *in Inſtitt. Oratoriis p. 683.*, eſt profeſſus, conſentiente Car. Arndio *in Biblioth. Politico-Heraldica p. 214.* Octo ex his Oratiunculis recuſæ ſunt inter *Orationes Procerum Europæ, eorundemqve Miniſtrorum, Latinas*, a J. Chr. Lünigio Lipſiæ A. 1713. *in 8.* editas, *Parte II.*, *n. 79. 80. 81. 82.*, *p. 22-30.*, *n. 84. p. 33.*, *n. 90. p. 43-46.*, *n. 93.*, *p. 64-67.*, *n. 105.*, *p. 119-122.*
2. Oratio de Obſidione & Liberatione civitatis Leidenſis (*p. 29-52.*) - - } de qvibus, jam
3. Diſſ. de divitiis viri ſapientis (*p. 53-106.*) - - - - - - - - } ante editis, ſu-
4. Pranſus paratus, ſeu ſatyra in Poetas, & eorum contemptores (*p. 107-152.*) } pra eſt dictum.
5. Pauli Parutæ Diſcurſus III. politici, ex Italico latine verſi (*p. 153-221.*)
6. Relatio Hiſtorica de Parlamento Pariſienſi (*p. 222-230.*)
7. Poſitiones Medicæ de affectibus cerebri, A. 1634. jam editæ (*p. 230-237.*).
8. Epiſtolæ hactenus ineditæ ad Henr. Vagetium, Pet. Cunæum, Caſp. Barlæum, Conſt. Hugenium, Adr. Blyenburgium, Claud. Salmaſium, Joach. Paſtorium, Salom. Wahlium, Leonem ab Aitſema, Val. Thilonem, Nicol. Schafshuſium, Zach. Lundium, Joh. Blumium, Iſm. Bulialdum, Nicol. Heinſium, Jac. Oiſelium, Carolum Ducem Megapolitanum, Johannem Epiſc. Lubecenſem, Adr. de Linda (Conſulem Gedanenſem), Lucam de Linda, & alios (*p. 238-439.*). Qvæ licet omnes lectu ſint digniſſimæ, & a D. G. Morhofio (*P. I. Polyhiſt. Lit.*, *Lib. 1.*, *c. 24.*, *p. 310.*), ob *nativam qvandam* illarum *elegantiam*, merito celebratæ, eminere tamen inter cæteras mihi videntur hiſtorica de Comitiis Polonicis eorumqve ratione, ad Johannem, Epiſc. Lubec. (*p. 387-404.*), & tres de primo Rege Chriſtiano, ad Adr. de Linda, antiqvariæ (*p. 415-429.*).
9. Poematum Pars I., ea continens, qvæ A. 1638. prodierunt, cum adoptivis, qvæ iisdem acceſſere, prioribus (*p. 439-705.*).
10. Poematum Pars Altera, hactenus inedita (*p. 705-739.*).
11. Strena, ſeu Votum pro pace, ad Claud. Memmium, Comitem de Avaux, Regis Galliæ Legatum Extraord., A. 1642. ſcriptum (*p. 739-752.*).

12. The-

(*) Duarum ex his, in qvibus Fabricius virgines, Lundius autem viduas ducendas eſſe ſvadet, Metaphraſis Metrico-Germanica ἀδέσποτος A. 1710., Parte V. der Außerleſenen Halliſchen Anmerckungen, *num. 4.*, prodiit.

12. Themiſtocles, Tragœdia, jam ante edita (*p. 752-784.*).

13. Carmina Adoptiva poſteriora, hactenus inedita, Nic. Heinſii, M. Z. Boxhornii, Henr. Vagetii, Reinh. Blomii, Val. Thilonis, Chriſtoph. Caldenbachii, Joh. Meieri (*p. 785-801.*)

14. Dan. Georg. Morhofii Manes Fabriciani, Godofr. de Peſchwiz Monumentum ſepulcrale, Fabricio poſitum, Frid. Fabricii Pietas in parentem, & Fab. Guſtmeieri Carm. Funebre (*819-828.*)

15. Index luculentus rerum & verborum.

IX. Epiſtolæ Fabricii ad Gerh. Joh. Voſſium, ab A. 1632. ad 1647., ſcriptæ, in Syntagmatis Epiſtolarum Voſſianarum, Londini a Paulo Colomeſio publicati, appendice obviæ adoptiva, *num. 159., p. 104. 105., num. 178. p. 114. 115., num. 229. p. 151. 152., n. 253. p. 166. 167., n. 264., p. 174. 175., n. 271. p. 178., n. 274. p. 181. 182., n. 280. p. 185. 186., n. 441. p. 289. 290.*

ב. ALIENA.

Titi Livii Patavini Hiſtoriæ Romanæ Editio, Lugd. Bat. A. 1634. ab Elzeviriis publicata, qvæ ut, qvantum fieri poterat, nitide & emendatiſſime prodiret, curavit, uti Epiſtola ipſius, ad Adr. Blyenburgium eod. A. 1634. exarata, teſtatur (*V. Opp. p. 300. 301.*)

INEDITA ET AFFECTA.

Libri duo de laude parvi, qvos *per otium* a ſe *eſſe concinnatos, ſed adhuc ulterius expoliendos,* Henrico Vagetio, in Epiſtola, Tunderæ A. 1635. ſcripta, indicavit. V. *Opp. p. 305.*

Poema de Bibliotheca Thuana, ab eo promiſſum, qvod, ſuo, Fratrumqve Puteanorum, illi præfectorum, nomine, Claudius Sarravius, ab A. 1639. ad 1642., qvinqve Epiſtolis (nona ſcil., 22da, 31ma, 33ma & 42da Editionis Epiſtolarum Sarravianarum Gudianæ), freqventer ſatis, ſed fruſtra, efflagitavit, ac, in ultima, A. 1642. exarata, ipſemet ſpem fere omnem, de iſto impetrando, abjecit.

XIII. Epiſtolæ ad Frid. Lindebrogium, & Elegia de puella, qvæ, habitum viri mentita, poſtqvam triennium militaverat, Amſtelodami duxit uxorem. MStas has, in Volumine Epiſtolarum ad Lindebrogium ἀνεκδότῳ, aſſervavit Reinh. Blomius, JC. Hamburg.

Jambi ad Joach. Morſium, Thomæ Segethi & Thomæ Rhædi Poemata editurum, ſcripti, & in Albo Morſii MSto, *fol. 585.*, mihi lecti.

THOMAS FINCHIUS

(qvem *Fintium* Ant. Verdierius (1.), *Feuchium* Pet. Gaſſendus (2.), *Findlium* Wilh. Ern. Tenzelius (3.), perperam appellant) Flenopolin Cimbrorum, patriam mihi cum illo communem, Patre Jacobo, avoqve huic cognomine, urbis Senatore, Matre autem Anna Thorſchmedia, Thomæ, Senatoris itidem Flensburgenſis, filia, natus, d. 6. Jan. A. 1561., ortu ſuo illuſtriorem reddidit. Teneram ætatem ægritudinibus adeo habuit obnoxiam, ut Medicus, curæ illius præfectus, parentibus ſpoponderit, omnes ſe itinerum vias, qvas emenſurus eſſet, auro obducturum. Qvod prognoſticon infauſtum Noſter, per luſtra pene tria, cum adoleviſſet, cultiorem pervagatus Europam, ſenexqve factus propemodum centenarius, temperantiæ morumqve facilitatis ope, mira felicitate eluſit (4.). Matre aliqvot a partu diebus amiſſa, in parentis, qvi Philippum olim Melanchthonem Witebergæ audierat, literati primum ſinu, ac deinde in ædibus avunculi, Reinholdi thor Smeden, Senatoris eruditi, ad hujus, ac patrui, Thomæ Finchii, Conſulis, ſibi cognominis, nutum, eſt educatus, ſtudiorumqve, qvibus deſtinabatur, rudimentis, a M. Sebaſt. Schrödero ac M. Thoma Schattenbergio, Scholæ publicæ tunc moderatoribus, Præpoſituræ poſtea eccleſiaſticæ admotis, ita imbutus feliciter, ut, 16. natus annos, civitate patria relicta, in academiam A. 1577. commigraverit Argentinenſem. Illic qvinqvennio commoratus integro, Profeſſoribus, qvorum ductu admirandos in Matheſi, Philoſophia & Eloqventia, faciebat progreſſus, celeberrimis, Joh. Sturmio, Melch. Junio, Mich. Beuthero, Hub. Giphanio, Theoph. Golio, Conr. Daſypodio, Dav. Wolckenſteinio, Joh. Bentzio, & Joh. Ludov. Havenreutero, ita diligentiam ſuam, & vitæ morumqve integritatem, probavit, ut omnes plurimi eum facerent, ac Melch. Junius, Acad. Rector, honorificam illius pariter atqve patriæ civitatis mentionem Programmati publico, 17. Kal. Febr. A. 1600., tanto ab abitu intervallo, inſeruerit. Dav. Wolckenſtenium principem ſibi, & ad ſuſcipiendam, & ad ingrediendam ſtudiorum Mathematicorum rationem, extitiſſe, fatetur ipſe *in præfat. Geometriæ rotundi.* Elapſo qvinqvennio iſto in patriam ab avunculo, qvi, poſt ſororem jam elocatam, tutelæ onere liberari cupiebat, eſt revocatus, nec tamen ante illam repetiit, qvam annum integrum Academiis Germaniæ illuſtrioribus, Jenenſi imprimis, Witebergenſi, Heidelbergenſi ac Lipſienſi, perluſtrandis, ac Doctoribus illarum præcipuis converſatione freqventiori ſibi devinciendis, impendiſſet. Flenopolin redux, poſt res domeſticas jam expeditas, per qvinqve, in civitate hac natali, menſes, qvod peſtis, in Germania ſævientis, inclementia in iſtam redituram ſufflaminaret, ſubſtitit, nuptiisqve D. Pet. Severini, Archiatri Danici, cum Druda Thorſmedia, Reinholdi avunculi filia, interfuit, &, novi hujus affinis commendatione, Nicol. Kaaſium ac Chriſt. Friſium, Regni Danici Cancellarios, fama autem inſignis Mathematum peritiæ Henr. Ranzovium, Proregem ac Mæcenatem Cimbricum, a qvo Bredenbergam humaniſſime eſt evocatus, patronos auſpicato ſibi conciliavit. Sævitia peſtis in Germania remittente, Baſileam A. 1583. ſe contulit, &, ſpatio illic ſemeſtri commoratus, hominum doctorum hortatu *Geometriam Rotundi* edidit, opus eximium, & a Mathematicis ævi iſtius principibus ſummo cum applauſu exceptum, in ſtudio autem Medico Fel. Platerum, Thom. Eraſtum, Theod. Zwingerum, Joh. Nicol. Stupanum & Caſp. Bauhinum, habuit præceptores, illorumqve ſvaſu, idem continuaturus, non in Monſpelienſem, qvam petere ipſemet decreverat, tranſiit Academiam, ſed Galliæ Italiam prætulit. Hanc A. 1584. ingreſſus, ſedem ſtudiorum civitatem elegit Patavinam, &, in Athenæo hujus celeberrimo, Medicos præſtantiſſimos, Bernhardinum Paternum, Hier. Mercurialem, Hier. Capivaccium, Albertinum Bottonum, Melch. Gvilandinum, Hier. Fabricium ab Aqvapendente, & Herc. Saxoniam, Philoſophosqve ſimul excellentes, Franc. Piccolominæum, Archang. Mercenarium, Jac. Zabarellam, & Malerium Mathematicum, ſedulo, nec ſine fructu ingenti, audivit. Nationis Artiſtarum & Medicorum Germanicæ Procurator initio, & dein, circa A. 1586., Conſiliarius ibidem electus, Privilegia ejus, Principis & Senatus Veneti benignitate, auxit, Bibliothecam ejusdem primus inſtituit, & de certis huic reditibus proſpexit, Coemiterium Germanorum A. 1587. condidit (5.), & ita cæteroqvin in Officiis his ſe geſſit ſcholaſticis, ut ſtatuam marmoream in æde D. Sophiæ, literis inſcriptam aureis, ſit promeritus (6.). Patavio A. 1587. Piſas diſceſſit, & ex Andr. Cæſalpini Lazariqve Bonamici, qvibuscum literarium

(1.) *in Supplemento Biblioth. Conr. Gesneri p. 50.* (2.) *L. 4. de Vita Tych. Brahei p. 139. 140.* (3.) *in Dialogis Menſtruis Germanicis, M. Jun. A. 1698., p. 502.* (4.) V. Thomæ Bartholini *Centuriam V. Hiſtoriarum Anatomicarum Rariorum, Hiſt. 28., p. 49. 50.* (5.) V. Jac. Phil. Tomaſini *Inſcriptt. Patav. p. 187. 188.* (6.) *V.* Chriſt. Oſtenfeldii *Or. Fun. illi habitum p. 44. 45.*

terarium poſtea ipſi interceſſit commercium, conſvetudine familiari plurimum profecit. Piſis Florentiam perrexit, & Noſocomium D. Mariæ, per Menſes aliqvot, ut praxeos clinicæ peritiam augeret, freqventavit, luſtratisqve dein, celeriori itinere, Ferrâria, Bononia, Senis, Roma, Capua, Neapoli, Puteolis, Vicentia, Verona, Mediolano, Taurino, Venetiis, cæterisqve urbibus & Academiis Italiæ nobilioribus, Baſileam eodem A. 1587. rediit, & Doctoris Medici titulum, die Bartholomæi, brabevta Theod. Zwingero, primo inter competitores (Rob. Keuchenium, Dav. Occonem & Matth. Martini) loco, ſumma cum laude reportavit (7.). Hoc inſignitus, celebriores Germaniæ provincias, Franconiam, Sveviam, Bavariam, Auſtriam, totumqve tractum Danubianum, Poſonium item, Jaurinum ac Comorram Hungariæ, peragravit, inqve Academiis Friburgenſi, Herbipolitana, Altorfina, Tubingenſi, Ingolſtadiana, Lavingana, Dillingenſi, ac Viennenſi, paulo diutius commoratus, per Moraviam, Bohemiam, Miſniam, Marchiamqve, Flenopolin, civitatem patriam, repetiit. Praxin illic artis Medicæ auſpicato mox eſt aggreſſus, ſed, vix facto illius initio, a Philippo, Duce Holſato-Gottorpienſi, in aulam ſuam vicinam, ad Archiatri evocatus dignitatem, vocationi huic paruit, & nuptias paulo poſt, d. 30. Aug. A. 1590., Tonningæ, in arce ducali, celebravit cum Soſtrata Ivaria, Virgine parentibus in provincia Eiderſtadienſi honeſtis, locupletibus, ac inter ſuos primariis, prognata, ſed 24. poſt annos, cum, in raræ felicitatis conjugio, liberos illi ſexus utriusqve complures (de qvibus, uti & poſteris illorum, inferius dicetur) peperiſſet, d. 25. Jun. A. C. 1614., æt. 40., ipſi, Viduo dein, qvoad ſuperſtes conjugi fuit, moeſtiſſimo, erepta (8.). In ipſa nuptiarum ſolennitate, allatæ illi ſunt Academiæ Hafnienſis Profeſſorum literæ, qvibus, Nicol. Kaaſii, Cancellarii Regii, ſvaſu, Mathematica ipſi in eadem deferebatur Profeſſio. Hanc, cum Philippus, cui inſerviebat, M. Oct. ejusd. A. 1590., phthiſi obiiſſet, dimiſſione a Joh. Adolpho, fratre illius ac ſucceſſore, impetrata, lubens ſuſcepit, ſed A. demum 1591., M. Julio, poſt finem *Horoſcopographiæ* editioni impoſitum, adiit, & A. 1602., cum Rhetorica, Chriſtiani Friſii, Toparchæ Borrebyenſis, Cancellariiqve Regii, auſpiciis, commutavit. Anno ſeqv. 1603., cum Andreas Chriſtiani, Prof. Medicus & Bonorum Communitatis Regiæ Oeconomus, Soram, Scholæ Illuſtri præficiendus, diſcederet, œconomia Communitatis Academicæ Hafnienſis ipſi eſt commiſſa, &, per annos ſeqventes 52. continuos, usqve ad A. 1654., fide ac prudentia incomparabili, maximoqve cum Communitatis emolumento & incremento, adminiſtrata. Oeconomi enim priores ædes atqve aream dupla acceſſione locupletavit, novum in alumnorum regiorum uſum extruxit cœnaculum, ſplendidum & elegans illud ædificium, eorundem deſtinatum habitationi, qvod Regentiam vocant, erexit, officinas Oeconomiæ omnes, cum ingenti conflagraſſent incendio, magnifice inſtauravit, &, cum A. 1627., Cimbria a milite occupata Cæſareo, magnus Hafniam Studioſorum exulum conflueret numerus, ex his plusqvam XL., ultra numerum in fundatione definitum, ad menſam Communitatis liberam regiis admiſit auſpiciis. Profeſſio artis Medicæ ſecunda, qvæ, ob eundem D. Andr. Chriſtiani diſceſſum, A. 1603. vacabat, poſt D. Pet. Severini, Archiatri Regii, cui deſtinabatur, obitum immaturum, Finchio itidem eſt decreta, ſed eo eventu, ut, priusqvam ſecundam hanc auſpicari poſſet, D. Andreæ Lymvico, Collegii Medici Seniori, M. Majo ejusd. A. 1603. defuncto, in primaria jam ſuccederet, Collegiiqve ſimul Medici Decanatum obtineret perpetuum, per annos dein 53. continuos (9.) ab ipſo, & genero Ol. Wormio, qvi vices ſenis emeriti A. 1640. ſubiit, adminiſtratum. Collegii Philoſophici binis jam ante vicibus, A. 1593. ſc. & 1599., fuerat Decanus. Ad Rectoratum totius ſocietatis academicæ qvinqvies eſt evectus, annis nempe 1598. 1606. 1615. 1624., & 1633., ſextaqve vice A. 1642. denuo ſibi decretum ob ætatem recuſavit, ab A. 1614. autem, ad obitum usqve, per 42. annos continuos, in cœtu Profeſſorum univerſo, tanqvam Senior illius, eminuit. Sed & aliis, præter academicos hoſce, admotus honoribus, Templi Hafnienſis Mariani, ab A. 1600. ad A. 1604., egit Ædilem, a Chriſtiano autem IVto, Daniæ Rege, deinceps, & ædis Cathedralis Roeſchildenſis donatus eſt Canonicatu (10.), & Archiatris ſuis adſcriptus (11.), valetudiniqve, tum propriæ (in itinere imprimis Norwegico), tum Reginæ utriusqve, Sophiæ Matris, & Annæ Catharinæ Conjugis, Principumqve liberorum, curandæ ſæpius adhibitus. Muneribus iſtis, academicis (qvorum tandem vacationem A. 1640. provectiori ætate obtinuit, etſi Communitatis Regiæ procurationem, magno rei familiaris, non famæ, detrimento, porro continuarit (12.)), aliisqve, uti ſumma nunqvam non invigilavit fide & induſtria, ita, qvod dotes animi & ingenii attinet, par, extra omnem controverſiam, fuit ac idoneus, vir qvippe rarioris ac ſolidiſſimæ, tum in literatura elegantiori, tum in Philoſophia univerſa, eruditionis, & Medicus imprimis atqve Mathematicus, coævorum pauciſſimis ſecundus. Gerh. Joh. Voſſius certe, qvi in Mathematicorum, & Joh. Ant. Lindanus, qvi, in ſcriptorum Medicorum ævi recentioris celebriorum enumeratione, nomen adeo illuſtre ſiluerunt, incuriæ ſupinæ notam vix effugient, cum, in utroqve doctrinæ genere, monumenta ingenii extent Finchiani, etſi haud adeo numeroſa, perqvam tamen luculenta, & applauſum virorum in ſtudiis iſtis principum tantum non unanimem promerita. Summopere autem in Noſtrum injurius eſt Pet. Gaſſendus, Philoſophus & Mathematicus Galliæ ſuæ incomparabilis, qvi (13.), iniqvioris eum de ſtudiis Tych. Brahei, Aſtronomorum principis, judicii, narratione minus honorifica (qvæ verane an falſa ſit, haud ſatis exploratum mihi eſſe fateor), inſimulaſſe haud contentus, vulgari duntaxat eorundem peritia fuiſſe imbutum temere pronunciavit, verbis uſus ſeqventibus: *Quo facinus* (Huenæ Inſulæ Tychoni ereptæ) *elevari ſpecioſa qvadam ratione poſſet, Chriſtoph. Walchendorphius, aulæ Magiſter, diuturnum fovens odium ab usqve rixa, ob vulneratum ſeqvacem Tychonis canem excitata, duos deſtinavit in Inſulam viros in doctis vulgo habitos* (inqve iis *Thomam Feuchium*), *ut de Tychonis ſtudiis referrent. Ji autem, vulgari duntaxat ſphæræ cognitione imbuti, & qvi organa vocarentur, uſurparentur, inſervirent, neſcii, ita locuti ad gratiam ſunt, ut declararint, Tychonis ſtudia nihili omnino pendenda, ac eſſe non modo inutilia, ſed noxiæ etiam curioſitatis. Id prætextui deinceps aulæ Magiſtro fuit.* Diſſidii aliqvid inter Tychonem & Finchium, Aſtronomiæ, qvam ipſe Hafniæ docebat, reſtitutæ gloriam Tychoni fortaſſe invidentem, e ſtudiorum eorundem tractatione, ſubortum eſſe, ſuſpicor. Juſto tamen aſperius ultus hoc eſt Gaſſendus, qvi, ſi eruditionem Noſtri in Aſtronomia, & Matheſi univerſa, eximiam & neutiqvam vulgarem, vel e conſvetudine cum illo familiari, vel e ſcriptis publicis, accuratius cognoviſſet, longe mitius haud dubie, qvo erat candore, de eo judicaſſet, nec præcipiti hac cenſura juſtam adverſus ſe concitaſſet indignationem Chriſt. Oſtenfeldii, in *Or. Parentali*, Finchio habita (14), Collegæ ac Proſocero ſuo verbis patrocinati ſeqventibus: *Unus ſolum doctus nobilisqve Gallus petulantem ſtylum in Finchii famam ſtrinxit, eorumqve numero illum adſcripſit, qvi vulgo docti habentur.* Mores Senis χαριεςάτȣ, & antiqvæ virtutis ac fidei, integerrimos, ac tales omnino, qvales virum bonum ac ſapientem decent, Thomæ Bartholini, Nepotis inclyti, adumbrabimus penicillo (15.): *Per univerſam vitam a ſe pompam removit, & uſu*

rerum

(7.) *V.* Caſp. Virlingii, Glogovienſis, *Panegyrin orgiis Apollinis & Sophiæ dictam, in Promotione qvatuor utriusqve Myſtarum*, T. F. R. K., D. O., & M. M., carmen qvaternionis unici, Baſileæ A. 1587. in 4. impreſſum. (8.) Epitaphium, qvod uxori, in æde Hafnienſi Mariana, erexit, recitant Laur. Aſſerous *in Inſcriptt. Selandicis, lit.* C. 2. b., Er. Vindingius *in Acad. Hafn. p. 168. 169.*, & Pet. Reſenius *in Inſcriptt. Hafn. p. 99. 100.* (9.) *V.* Thomæ Bartholini *Præfat. Ciſtæ Medicæ Hafnienſis, & Orat. in obitum Ol. Wormii.* (10.) *V.* Thomæ Bartholini *Diſſ. VIII. de Med. Dan. Domeſt. p. 371.* (11.) *V.* Wilh. Wormii *Or. in Exceſſum Thomæ Bartholini p. 20.* (12.) *V.* Wilh. Wormium *l. c. p. 19. 20.*, & Thomæ Bartholini *Or. Funebrem, Ol. Wormio habitam.* (13.) *L. 4. de Vita Tych. Brahei, p. m. 139. 140.* (14.) *p. 39. 40.* (15.) *V.* Thomæ Bartholini *Hiſt. 28. Centuriæ V. Hiſtor. Anatom. Rariorum, p. 49. 50.*

rerum ornamenta metiebatur. - - - Coercuit luxuriam, gulam temperavit, cui tamen neceſſaria ſuggeſſit, etiam durioris ſubſtantiæ, qvæ libentius avidiusqve adpetebat, qvam cupedias: Divitias æqvis oculis aſpexit, frugalitatem coluit, & animum, metu vel gaudio affectum, ſub vinculis habuit, iracundiam lenivit, adverſitates ſprevit, & qvanqvam liberorum, generorum, nepotum, abnepotum, affinium amicorumqve, ſæpius funera audiverit, & inter tot grandævæ vitæ moleſtias verſaretur, conſtanti tamen animo omnia perpeſſus, nunqvam lacrymas fudit, niſi defunctæ conjugis, & Bibliothecæ Vulcano conſumptæ, memoria recurrente. Cæterarum ſcilicet opum, qvibus triſti orbatus erat incendio, jacturam ſenex ſapientisſimus fletu ac dolore ſerio cenſuit indignam, Bibliothecæ vero, libros imprimis Medicos atqve Mathematicos rarisſimos, cum operibus propriis affectis, & Actis Collegii Hafnienſis Medici plurimis (ipſius, ceu Decani, cuſtodiæ creditis), complexa, eodem igne infauſto abſumptæ, damnum hoc irreparabile exiſtimans, & in literis ad Thom. Bartholinum, Nepotem, A. 1642. ſcriptis (16.), & in congresſibus amicorum qvotidianis, ſine gemitu & lacrymis, recordari haud potuit, uti Nepos iſte *Θαυμάσιος*, avo cognominis, paremqve Vulcani in Bibliothecam qvoqve ſuam expertus ſævitiam, alibi etiam teſtatur (17.) Verum, qvicqvid ferali iſto incendio res ejus familiaris acceperat detrimenti, Numen propitium benedictione larga abunde reſarſit, ingentibusqve Finchium deinceps cumulavit divitiis. Qvarum ut dignum is ſe oſtenderet poſſeſſorem, beneficentisſimus nunqvam non extitit, tum in alios, opis ſuæ indigos, tum in pauperes præcipue literarum ſtudioſos, qvos inter Laurentium Martini Scavenium, puerum octennem, rerumqve omnium indigum, in familiam A. 1599. receptum, per annos 13. continuos, ita aluit & educavit liberaliter, ut Profeſſor Academiæ Hafnienſis Theologus, Seelandiæqve Epiſcopus, tandem evaſerit (18.). Nec ſuperſtes tantum ſibi coævis proſpexit, ſed, ut defunctus etiam perpetuam in poſteros exerceret benignitatem, pauperibus moribundus 1500. legavit imperiales, ſtudii autem Philoſophico-Medici cultoribus, non Danis ſolum, ſed & e Ducatu Slesvicenſi Holſatia ac Eiderſtadia, Urbeqve, cujus ſeorſim fecit mentionem, Flensburgenſi, oriundis, in Acad. Hafnienſis civium numerum relatis, anno jam 1619. (19.), d. 6. Jan., literis ſolennibus, ſua, triumqve Generorum, Caſp. Bartholini, Georg. Fuirenii & Ol. Wormii, ſubſcriptione corroboratis, 2200. imperiales, acceſſione 800. aliorum nova, morte appropinqvante, ne tribus chiliadibus qvicqvam deeſſet, auctos, & Collegio Medico Hafnienſi concreditos, eſt largitus. Ex horum reditibus annuis, ſive uſuris, qvotannis vel qvinqve juvenibus, in Academia viventibus Hafnienſi, vel uni ad exteros profecto, 100. Joachimicos voluit numerari. Hodie, Bartholino teſte, ex Teſtamento iſto Finchiano, aliis forte reditibus amplificato, qvinqve ſingulis annis Medicinæ ſuſtentantur Studioſi, qvatuor ſcilicet in Acad. Hafnienſi, qvorum ſinguli thaleros 42., qvintus autem in regionibus exteris, qvi ſolus 120. accipit (20.). Debet etiam Academia Hafnienſis Finchii in ipſam, ac ſtudia Medica, affectui, inſigne Collegium ſive Theatrum Anatomicum, qvod D. Sim. Pauli, primus & hujus Præfectus, & Anatomes Profeſſor, in *Oratione*, qva illud inauguravit, ſolenni, Hafniæ A. 1641. (21.) excuſa, *Finchianum* merito ſalutat. Debet eadem benignitati hæredum Finchianorum æmulæ, qvod Theatro iſti, 1000. Imperialium, ab his donatorum, impenſis, eſt ſuperimpoſitum, Rerum Naturalium palatium, hanc oſtentans Inſcriptionem (22.).

MUSÆUM NATURÆ,
LIBERALI SUMTU,
DIVINI SENIS,
D. THOMÆ FINCKII,
PROFESSORIS PER ANNOS LXVI.
OPTIME MERITI,
IN QVEM NATURA OMNIA SUA
MUNERA CONTULIT,
PUBLICO BONO EXTRUCTUM,
UT, CUM NATURÆ PERENNITATE,
FAMA EJUS ESSET SEMPER
SUPERSTES.
A. C. cIɔ IɔCLVII.

Febricula tandem, & calculi pectorisqve doloribus, per duas decumbenti hebdomadas infeſtis, in ſenectute vegeta, d. 24. (*non 26., qvem Henn. Wittenius* (23.) *ſubſtituit*) Apr. A. 1656. confectus, exemplo longævitatis Medicæ, cum Sebiziis Argentinenſibus, paucisqve forte aliis, ipſi communis, memorabili, & rarioribus merito per Thomam Bartholinum (24.), Henr. Meibomium Jun. (25.) Caſp. Posnerum (26.), & Joh. Jac. Baierum (*) annumerato, A. æt. 96. deceſſit, cum annis 53. Collegii Medici Decanus, annis 42. Academiæ Senior, & ſimul viduus, 66. autem annis, atqve adeo diutius, qvam Collegarum ſuperſtitum qvisqvam vixerat, Profeſſor fuiſſet. In Senioris Academici dignitate Jac. Finckius filius, Phyſicæ Profeſſor, in Collegii vero Medici Decanatu nepos Thomas Bartholinus, defuncto, ob ætatis præ Collegis prærogativam, ſucceſſit. Rariori adhuc *εὐτεκνίας* literariæ exemplo, Apollo hic Parnaſſi Danici, e Conjuge unica, Soſtrata Ivaria, Eiderſtadienſi (cujus majores, ſerie longa, & pene hæreditaria, provinciæ iſtius functi erant præfectura), A. 1590. ducta, in XXIV. annorum conjugio, IX. ſuſtulit liberos, tres ſexus nobilioris, ſex autem foeminei, &, in his, Jacobum paulo ante laudatum (27.), qvatuorqve filias, Annam, Margaretam, Dorotheam & Druidam, Caſp. Bartholino Seniori, magni nominis Medico & dein Theologo, Georg. Fuirenio & Ol. Wormio, Medicis πολλῶν ἄλλων ἀνταξίοις (28.), & Joh. Erasmi Brochmanno, Theologo, Academiæ Hafnienſis (Fuirenio ſolo excepto) Profeſſoribus inclytis, auſpicato elocatas. E qvinqve his liberis, ſuperſtes non avus ſolum, ſed & proavus factus atqve abavus, 79., ſi Er. Vindingium (29.) & Chr. Oſtenfeldium (30.), 97. autem, ſi Thomam Bartholinum (31.) audias, naſci ſibi vidit utriusqve ſexus poſteros, nepotes, pronepotes, abnepotes, de qvibus ita Avo, in Epigrammate ad Manes ejus A. 1656. ſcripto, gratulatus eſt Thomas Bartholinus:

 Ecce

(16.) V. eas in Th. Bartholini *Cent. I. Epp. Med., n. 11., p. 28. 30.* (17.) *in Præfat. Ciſtæ Medicæ Hafn., & in Diſſ. de Bibliothecæ propria Incendio p. 30.* (18.) V. Er. Vindingii *Acad. Regiam Hafn. p. 346* (19.) Annum 1618. perperam ſubſtituit Joh. Svaningius *in Chronol. Danica p. 105* (20) V Thomæ Bartholini *Ciſtam Medicam Hafnienſem, Loculo 21., p. 197. & ſeqq.*, ubi ipſas etiam Fundationis ſtipendii hujus Medici literas exhibet.. (21.) *in 4.* (22.) V. Thomæ Bartholini *Deſcriptionem Domus hujus Anatomicæ Hafnienſis* peculiarem Hafniæ A 1662. in 4vo excuſam, Sim. Pauli *Orat. cit.* Pet. Reſenii *Inſcriptt. Hafn. p. 246.*, & Henn. Wittenii *Dec. II. Memor. Med. Renov p. 192.* (23.) *T. I Diar. Biograph. Sec. XVII., ad A. 1656., lit Iii. 1. a.* (24) *Cent. V. Hiſt. Anat. Rarior., Hiſt. 28.* (25) *in Epiſt. de Longævis p. 24.* (26.) *in Diſſ. de Longævitate, §. 51.* (*) in Diſſ. Ep. de longævit. Medicorum p. 10. 11. (27.) V. de illo Er. Vindingii *Acad. Hafn p. 289-298.*, Pet. Reſenii *Inſcr. Hafn. p. 101. 102.*, & *Hypomn.* mea *ad Alb. Bartholinum de Scr. Dan. p. 250 251.* (28. Casp. Bartholini Sen. Tetraſtichon in eum ac tres Generos, omnes Medicinæ Doctores, V in *Epigrammatis* Bartholini, *Claſſe III lit. C. 2. b.* (29.) *in Acad. Hafn. p. 166. 167.* (30) *in Or. in obitum Finchii p. 58.* (31.) *Cent. V. Hiſt. Anat., Hiſt. 28. p. 49.*, & in Epigrammate ad Manes Finchii A. 1656. ſcripto, *L. 8. Carm. p. 222.*

Ecce tuam prolem luſtra, Pater, atqve Nepotes!
Hos numera. ætatem ſi numerare potes.
Qvatuor excluſis, centum numerantur ariſtæ,
Et totiens Atavus dictus es, atqve Pater.
Ætas digna Seni, fortuna beata, decusqve;
Cum prole æternum vivere dignus Avus:
Et ſi qvis vitam tituloſqve æqvare laboret,
Hujus ad exemplum diſcere nemo poteſt.

Non autem ἐκ τῶν τυχόντων poſteri hi Finchiani fuere, ſed viri pleriqve inſignes, & in patriæ nati gloriam, Bartholini ſcilicet, Wormii, Fuirenii, Brochmanni, Vindingii, Jacobæi, Tormii, qvi, una cum Matthiadis, Svaningiis, Lerchiis, Oſtenfeldiis, Scaveniis, Skelderupiis, Foſſiis, Steenbuchiis, progeneris Noſtri atqve abgeneris, ſoli fere Academiæ Hafnienſi, & Daniæ eruditæ, præcipuam deinde conciliarunt, & partim etiamnum conciliant, famam ac celebritatem, ab Eraſmo Vindingio, progenero ejusdem, in *Hiſtoriæ Academiæ Regiæ Hafnienſis*, familiæ Finchianæ, tot illius luminum genitrici foecundiſſimæ, A. 1665. merito dedicatæ, inſcriptione, magnam partem enumerati. Digna certe fuit gens hæc nobiliſſima, tot ordinis in Dania literarii primores enixa, qvam Vitus Beringius A. jam 1645., in Elegia ſupremis honoribus Medicis Henr. Fuirenii & Thomæ Bartholini, nepotum Finchianorum, ſacra (32.) una cum Noſtro, ejus autore, venuſta hac προσφωνήσει Metrica, venerabundus compellaret:

Te loqvor, æternæ renovatrix magna juventæ,
Innumeræ ſtirpis pignore foeta parens,
FINCHIA progenies, Muſarum vaſta propago,
Doctorum cunis prodigioſa domus,
Tot reptata animis felicibus, una trionum,
Unaqve Parrhaſiæ Palladis alma penus:
Tuqve, ſerenati cui ridet gratia coeli,
Candidaqve illimi ſidera nube vacant,
Fortunate ſenex: en, felix aſpice germen,
Nec jam pene capax ſe numerare genus;
Aſpice foecundas ſpatioſo ſtemmate ceras,
Aſpice in æternas pignora fuſa tribus., &c.

Exuviæ Finchii ſacello S. Rochi, in æde Mariana Hafnienſi, Joh. etiam Pratenſis, Pet. Severini, Bartholinorum & Wormiorum, Medicorum illuſtrium, ſuperbienti tumulis (33.), illatæ, hac monumenti ſepulcralis Inſcriptione prætereuntium alliciunt oculos (34.):

THOMAS FINCKIUS *Flensburg.*,

Philos. & Medic. Doctor, Illuſtriſſ. Holſatiæ Ducis Philippi Medicus qvondam Aulicus, Academ. poſtea Hafnienſis Mathemat. & Eloqventiæ per 13., Medicinæ vero per 53. Annos, Prof. Publ., Facultat. Decanus & Senior, Canonicus Roeskild., Regiæ Stud. Oeconom. LII. Ann. præfectus, dum vixit, Pater, Avus, Abavus, Atavus, 79. Liberor., Viduit. 42., Ætatis 96., 6. Kal. Maji A. 1656. placide defunctus, ex Dormitorio ſuo glorioſam Reſurrectionem expectat.

Symboli loco, qvam Epitaphio uxoris inſculpi juſſit, Albo autem Joach. Morſii (*p. 401.*) ipſemet inſcripſit, uſurpavit, ſententiam: MENS GENEROSA ULTRA POLOS.

Vitæ Finchii Hiſtoriam plenius, & ex profeſſo, perſeqvuntur:

1. PET. SPORMANNUS, Hiſt. Prof. Hafnienſis, in Programmate, qvo exeqvias ejus A. 1656. indixit, academico.
2. AUTOR Biographiæ ejus Danicæ, ex Programmate Spormanni latino translatæ, & Hafniæ in 4. editæ.
3. CHRIST. OSTENFELD, Med. D. & Finchii, Proſoceri ſui, in Medica Profeſſione ſucceſſor, cujus *Oratio in Obitum ejus Parentalis*, d. 13. Maji A. 1656. habita, cum præfixa defuncti effigie, & Epicedio Thomæ Bangii, ſub finem adjecto, Hafniæ eodem A. 1656. in 4. prodiit.
4. THOMAS BARTHOLINUS, Nepos inclytus, Spormanni ſecutus narrationem, in *Ciſta Medica Hafnienſi*, Hafniæ A. 1662. in 8. excuſa, *Loculo LVII., p. 584-590.*
5. ERASMUS VINDINGIUS, Progener, Hiſt. & Geograph. Prof. Hafnienſis, *in Academiæ Regiæ Hafnienſis Hiſtoria*, A. 1665. edita, *p. 160-170.*
6. HENN. WITTENIUS, Spormanno ſua debens ac Bartholino, *Decade II. Memor. Medicor. Renov.* (ed. Francof. A. 1676.), *p. 189-193.*, & brevius *T. I. Diarii Biographici Sec. XVII., ad A. 1656., lit. Iii. 1. a.*
7. PAULUS FREHERUS, Med. Noriberg, Vindingium ſecutus, *in Theatro Eruditorum, p. 1383. 1384. 1385.*
8. HYPOMNEMATA noſtra in Alb. Bartholini *Lib. de Script. Dan., p. 446-449.*

HENN. ARNISÆI, Archiatri Danici, Epiſtola ad illum de Chriſtiani IV., Regis Daniæ, Conſtitutionibus, pharmacopœos & pharmacopolia ſpectantibus, legitur in Thomæ Bartholini *Ciſta Medica Hafnienſi, Loculo XXVII.*

Conferri etiam de illo, præter Autores alios, in Biographia jam allegatos, poſſunt THOM. BARTHOLINUS *in Ep. Dedic. Obſervationum de Unicornu* A. 1645. editarum, & ipſi inſcriptarum, *in Tr. de Medicina Danorum Domeſtica, Diſſ. II. p. 35. 53. 95. 96., & Diſſ. VIII. p. 365. 371., Cent. V. Hiſtor. Anatom. Rarior., Hiſt. 28., p. 49. 50. in Diſſ. de Bibliothecæ ſuæ Incendio p. 30., in Deſcript. Domus Anatomicæ Hafn. p. 40., in Ciſta Med. Hafu., variis in Loculis, in Orat. in Exceſſum Ol. Wormii p. m. 185., & in Carminibus L. 7. p. 209., L. 8. p. 222.*, CASP. BARTHOLINUS Sen. *Claſſe III. & IV. Epigrammatum, lit. C. 8. b. C. 10. b. C. 11. a.*, ALB. BARTHOLINUS *in Lib. de Scriptis Danorum p. 144.*, ANT. VERDIERIUS *in Supplem. Biblioth. Conr. Geſneri p. 50.*, JOH. IS. PONTANUS *in Deſcript. Daniæ Chorographica, Hiſtoriæ Danicæ annexa, p. 656. 787.*, PET. RESENIUS *in Inſcriptionibus Hafnienſibus, p. 98. 99. 100. 106. 107. 246.*, HENR. ALBERTIUS *in Anagrammatis, T. I. Delic. Poet. Dan. Frid. Rooſtgardi p. 61.*, NICOL. SCRIBONIUS *L. 1. Luſuum Anagramm. Gottorp. p. 18.*, GEORG. NIC. ERASMI *L. 2. Anagramm. Ἐμμέτρων, n. 74.*, GEORG. BRAUNIUS *L. 4. Theatri Urbium, in Deſcript. Flensburgi*, CONR. ASLACUS *in Chronologia, Orationi Jubilææ de Religionis in Dania Reformatione ſubjuncta, ad A. 1590. 1603. 1618.*, WILLICH. WESTHOVIUS *in* Poematis *P. I. p. 127. 128. 191. 192., & P. II. fol. 44.*, BERTILIUS CANUTUS *in Reliqviis Juvenilium p. 76. 91., & in Parodiis Horatianis p. 64.*, DAV. ORIGANUS *in Reſponſione ad J. Ant. Magini Apologiam Ephemeridum ſuarum, Novis Motuum Coeleſtium Ephemeridibus, Francof. ad Viadr. A. 1009. editis præfixa*, JOH. BAPT. RICCIOLUS *in Chronico Mathematicorum, Almageſto Novo, (Bonon. A. 1651. in fol.) præmiſſo*, NICOL. BASSÆUS *in Collectione Librorum Latinorum Univerſali p. 342. 423. 519.*, JOH. CHRISTOPH. BECMANNUS *in Catal. Biblioth. Francof. p. 175.*, GEORG. MATTH. KONIGIUS *in Biblioth. Vet. & Nova p. 30:.*, CHR. WILH. EYBENIUS *in Eponymologio Critico Tob. Magiri aucto p. 350. 351.*, WILH. WORMIUS *in Orat. in Exceſſum Thomæ Bartholini p. 19. 20. 99.*, ISAGOGE mea *ad Hiſt. Cimbr. P. III., c. 3., §. 7. p. 272., & §. 30. p. 338.* PET. WINSTRUPII Jun. in longævitatem ipſius Epigramma, *L. 3. Epigr. p. 954.*, D. JOH. JAC. BAIERUS, Med. Prof. Altorf., in Diſſ. Epiſt. de Longævitate Medicorum *p. 10. 11.*, M. CHRIST. FEUSTELIUS *in Miſcellaneis Sacris & eruditis p. 659-664.*, JOH. KLEFEKERUS *in Bibliotheca Eruditorum præcocium p. 92. 93*, THEOD. CRUSIUS *in Symbolotheca docta p. 70.*

ELOGIA.

(32.) V. eam in Thomæ Bartholini *Lib. 5. Carm., p. 122. 123. & ſqq.*, & in Frid. Rooſtgardi *Deliciis Poetarum Danorum, T. II., p. 18-23.*
(33.) V. Thomæ Bartholini *Lib. 7. Carm., p. 209.*
(34.) Exhibent illam Thom. Bartholinus *in Ciſta Med. Hafn., Loc. LVII., p. 589.*, Er. Vindingius *in Hiſt. Acad. Hafn. p. 108.*, Pet. Reſenius *in Inſcript. Hafn. p. 98. 99. 100.*, & Henn. Wittenius *Dec. II. Memor. Med. Renov. p. 192.*

ELOGIA.

CASP. BARTHOLINUS Sen., gener, *Claſſe IV. Epigrammatum, lit. C. 10. b. C. 11. a.*, hoc nominis ejus exhibet Anagramma:

Thomas Finchius, Doctor Medicus & Mathematicus.
ἀναγρ.
Charites Muſis comit Entheus, ſantam docto cudit.

NICOL. SCRIBONIUS autem, *L. 1. Luſuum Anagr. Gottorp.*, *p. 18.*, ſeqvens:

Thomas Finchius, Medicinæ Doctor & Profeſſor
ἀναγρ.
Ab profecto ſis Danorum decor, ſeneſcito mitis.

LAZARUS BONAMICUS, Prof. Piſanus, *in Præfat. Commentariorum de Motu*, honeſtam Finchii mentionem, teſte Er. Vindingio (*in Hiſt. Acad. Hafn. p. 163.*), injecit.

JOH. ANT. MAGINUS, Patavinus, Math. PP. Bononienſis, in *Apologia Ephemeridum ſuarum contra Dav. Origanum, Tabulis Primi Mobilis*, Venetiis A. 1604. in fol. editis, adjecta, impenſe ſibi paſſim de honorifico Noſtri de Ephemeridibus ſuis judicio gratulatur, eumqve *Virum in rebus Mathematicis eruditiſſimum, & hominem vere ingenuum*, appellat, *animiqve* illius *egregiam ſinceritatem* deprædicat. In Epiſtola etiam ad eum, A. 1586. exarata, & huic *Apologiæ* inſerta, *ſummum* illi *ingenium, ſuaves mores, & doctrinam non vulgarem*, tribuit.

DAVIDI ORIGANO, Acad. Francofurto-Viadrinæ Mathematico, *in Reſponſione ad J. Ant. Magini Apologiam* (qvam, una cum eadem, *Novis* ſuis *Motuum Cœleſtium Ephemeridibus Brandeburgicis*, Francof. ad Viadr. A. 1609. in 4. excuſis, præfixit), audit *clariſſimus Medicus & Mathematicus.*

JOH. ISAACIUS PONTANUS, *in Deſcript. Daniæ chorographica p. 656.*, ita de illo: *Qvin & Flensburgo, patriæ ſuæ, ornamento exiſtit Thom. Finckius, Geometricis artibus & ſcriptis clarus, hodie inter primarios Regiæ apud Hafnienſes Academiæ Profeſſor.* Ibid. *p. 787.* præcipuis Daniæ viris eruditis, cum iſta ſcriberet, adhuc ſuperſtitibus, eum annumeravit.

GEORG. BRAUN, Præpoſ. Colon., *L. 4. Theatri Urbium*, in Deſcriptione Flensburgi, hujus ornamentis Noſtrum, iisdem, qvibus Pontanus, verbis, modo recitatis, annumerat.

CHRISTOPH. DIBUADIUS, Danus, *in Ep. Demonſtrationis in Geometriam Euclidis Numeralis*, Lugd. Bat. A. 1603. editæ, *Dedicatoria, clariſſimis* illum *Mathematicis* accenſet.

CASP. ER. BROCHMANNO, Theologo Hafnienſi, *in Or. de vita & morte Caſp. Bartholini*, Generi ipſius (*apud Henn. Wittenium Dec. I. Memor. Med. Renov. p. 57.*), audit *Vir excellentiſſimus, Mathematicus, per univerſum prope orbem Europæum, ſcriptis elaboratisſimis notisſimus.*

JOH. BAPT. RICCIOLUS, *in Chronico Mathematicorum*, qvod *Almageſto* ejus *Novo*, Bononiæ A. 1651. in fol. edito, eſt præfixum, ita de Noſtro: *Thomas Finckius, Flensburgenſis, floruit A. 1583., qvo Geometriam Rotundi, cum Tabulis Sinuum, edidit, ac deinceps obſervavit ſtellas & cometas, ut liqvet ex Epiſtolis ejus, qvas refert Maginus in Tabulis Directionum, & ex Tychonis tomo ſecundo.*

CASP. DANCWERTHIUS, *P. I. Chorogr. Cimbr.*, *c. 3.*, *p. 22.* Viros Cimbriæ eruditos ἐξοχωτέρας, & gloria aliis ſuperiores literaria, celebraturus, e Theologis Georg. Calixtum, e JCtis Paulum Cypræum, e Medicis Finchium, allegaſſe eſt contentus.

CHRIST. OSTENFELDIO, *in Orat. in obitum ipſius funebri p. 17.*, audit *æternum literarum decus, patriæqve ac ſeculi ornamentum*, it. *p. 70. Magnus & divinus Senex.*

RECTORI ACAD. HAFN. (*in Progr. ad Exeqvias D. Sim. Pauli Invitatorio*) *Maximus Vir, qvi, in ſummam patriæ & Academiæ gloriam, rarisſimo felicitatis exemplo, vulgarem vitæ fortunæqve humanæ ſortem multum ſupergreſſus, diu floruit, ac bene vixit, Neſtor noſter.*

THOM. BARTHOLINO, Nepoti, *Cent. V. Hiſtor. Anat. Rar.*, *Hiſt. 28.*, *p. 49.*, audit *Vir priori ſeculo libris, hoc ſeculo liberis clarus*; *Diſſ. VIII. de Med. Dan. Domeſt.*, *p. 365.*, *Senex liberis librisqve orbi notus*; *in Or. Parentali, Ol. Wormio habita* (apud Witteniium *Dec. II. Mem. Med. Renov. p. 185.*), *Senex omni merito & encomio antiqvior, priori ſeculo libris, hoc liberis ſuis, clarisſimus*; *in Or. in obitum Henr. Fuirenii (ibid. p. 195.) Medicus ſummus*; *in Præf. Ciſtæ Medicæ Hafn.*, *Senex divinus.*

IDEM THOM. BARTHOLINUS (cujus in πολυτεκνίαν Noſtri felicem Epigramma Biographia jam exhibuit), *Diſſ. II. de Medicina Danorum Domeſtica, p. 36.*, hæc de illo habet: *In reliqvis* (præter Aſtronomiam) *divinæ Matheſeos partibus, qvanta inventionum gloria apud nos deſudarint Thom. Finckius Sen., Chriſtoph. Dibuadius, & Erasmus Bartholinus, Medici pariter & Mathematici illuſtres, nemo inter eruditos ignorare poteſt. Th. Finckius, edita Geometria Rotundi & Horoſcopographia, doctiorum ſalivam movit. Novas* præterea *de Unicornu Obſervationes*, Patavii A. 1645. in 8. editas, Finchio, Avo ſuo, inſcripſit, &, *in Epiſt. Dedic.*, qvanti is ab eruditiſſimis qvibusqve τῶν συγχρόνων ſit æſtimatus, verbis hiſce expoſuit: *Galilæum memini, qvo homine nihil majus natura condidit, cum omnium fere rerum memoriam, cum viſu, ætas gravis, & indefeſſi labores, ſubtraxiſſent, mihi tamen Finckianum nomen ſuggeſſiſſe. Neqve id ſilebat Claramontius, ætate & doctrina ſpectatus, cujus Cæſenæ humanitatem ſum expertus. Snellium taceo, magnum Belgii decus, qvi, ex publico loco, Geometriam tuam auditoribus, Golio & Walæo, viris jam illi paribus, inſtillabat: ne anteacti ſeculi alios repetam, Henr. Ranzovium, Tych. Brahe, Moeſtlinum & Berneggerum, mortales Deos, & orbium cœleſtium arbitros, qvibus cum eſſes oraculo, cœlorum molem, & ſcientiæ dignitatem, Te & Longomontano Atlantibus ſuſtineri, jam cineres clari lætantur. Magnum ſane tantis ſideribus innotuiſſe, plus tamen inter ea caput exeruiſſe, qvod ſuperiori noſtraqve memoria, nunqvam intermoritura gloria, utroqve ſole oſtentaſti.*

VITI BERINGII Elegos in Finchii, & familiæ Finchianæ, laudem perelegantes in Biographia jam exhibuimus.

WILH. WORMIUS, *in Or. in Exceſſum Thomæ Bartholini p. 19. 20.*, ita de illo: *Magnum patriæ lumen, Thomas Finchius. Hic, licet in ampla dignitate fortunaqve natus, omnia tamen hæc fortunæ bona ingenii amplitudine ſuperavit, ſubtilis Mathematicus, eloqventisſimus orator, felix Medicus, prudens Paterfamilias. Qvovel nomine ſacram ejus memoriam adhuc habet Academia, torrente & maſcula loqventis oratione, per plures annos, tamdiu animata, donec vacationem, & honeſtum otium, provectior ætas procuraſſet; in qvo ne deſiſteret negotioſus eſſe, communitatis Regiæ procurationem porro continuavit, magno rei familiaris, non famæ, detrimento. Solus ille ex Profeſſorio ordine, qvi, qvantum ad nos pervenit, annis cum ſeculo certavit, viciſſetqve, ni unicum obſtitiſſet luſtrum; ſolus, qvi, tota patria, pater, avus, proavus, abavus, filiorum, nepotum, pronepotum & abnepotum, viventium ſalutationes vivus excepit, donec tandem, qvi nullis morborum potuit minis, ſenio ſuccubuit, glorioſus ſenex, magnus Academiæ Doctor, felix Regum Prin-*

Principumqve Archiater, numeroſæ familiæ, qvam ſplendide locupletavit, non inficiandus autor, artis ſuæ exemplum ſine exemplo.

D. JOH. BAGGERO, Seelandiæ Epiſcopo (*in Programm. ad Exeqvias Thomæ Bartholini invitatorio*), audit *grande illud & grandævum patriæ & Academiæ noſtræ decus, magnus Aſclepiadeorum princeps.*

DAN. GEORG. MORHOFIUS, *Orat. VIII., p. 243., illuſtribus* eum *orbis literati e Cimbria ſideribus* annumerat.

EGOMET (*in Præf. Biblioth. Septentr. Erud., §. 24., p. 42.*) *Daniæ* illum vocavi *Hippocratem.*

CENSURÆ.

PET. GASSENDI Judicium de ejus doctrina, & Aſtronomiæ peritia, iniqvius in Biographia jam eſt allegatum, & juſto ſimul notatum obelo.

SCRIPTA EDITA.

ℵ. LATINA.

Ephemeris cœleſtium Motuum Anni 1582., ex Tabulis Prutenicis ſupputata. Argentinæ, apud Nicol. Wyriot, A. 1581. in 4. Honorifice admodum eam laudat Joh. Ant. Maginus (Finchium, ob ſuarum Ephemeridum, eodem tempore editarum, perfectionem, laborem hunc cœptum in annos plures continuare noluiſſe, perſvaſus), *in Apologia Ephemeridum ſuarum, contra Origanum*, paulo ante allegata. Legi permittit *Index Expurgatorius Hiſpanicus*, ab Ant. Sotomajore, Inqviſitore Generali, Madriti A. 1667. in fol. editus, *p. 937.*

Geometriæ Rotundi Libri XIV., ad Frid. II., Regem Daniæ. Baſileæ 1583. in 4. Recuſi (*teſtibus Alb. Bartholino in Tr. de Scr. Dan. p. 144., & H. Wittenio Dec. II. Mem. Med. Renov. p. 193.*) Ibid. A. 1591. in 4. Hiſtoriam ſcripti hujus, inter Finchiana omnia præcipui, qvantoqve cum applauſu cœtus Mathematici illud ſit exceptum, verbis Er. Vindingii (*ex Acad. Regia Hafn. p. 162. 163.*) placet exponere: *Cum paſſim viri docti ſollicitis eum precibus urgerent, ut, qvas Triangvlorum Analyſes, ſolidas illas & expeditas, delinearat, partimqve, ex Albategnii, Joh. Regiomontani, Er. Reinholdi, Franc. Maurolyci, particularibus præceptis, partim privata induſtria & attentione, in regularum generalitatem redegerat, eas juris publici faceret, & commodam Baſileæ ſibi offerri videret occaſionem, eam negligere noluit. Itaqve ſemeſtris temporis ſpatio ibi commoratus, Geometriam Rotundi edidit, qvæ, ut juvenilis qvidem fervoris ac peregrinationis feſtinatione potius effuſa, qvam elaborata, cenſeri poſſit; viris tamen doctis, ac præſtantibus artificibus, Chriſtoph. Clavio, Joh. Ant. Magino, Adr. Romano, Mich. Moeſtlino, Snellio utriqve, Patri & Filio, Barthol. Pitiſco, Phil. Lansbergio, Nicol. Urſo Dithmarſo, Dan. Miverio, aliisqve pluribus, ita placuit, ut alii privatis ad eum literis, alii in publicis, & lectionibus ſuis, & ſcriptis ac monumentis, illius cum honore meminerint.* Præter Mathematicos hos illuſtres, a Vindingio recenſitos (e qvibus Wilibrodus Snellius, Prof. Lugduno-Batavus, prælectionibus libros hos, Thoma Bartholino teſte (*), illuſtravit publicis), Opus Finchianum, ceu in Trigonometria & Cyclometria ἄλλων ἀντάξιον, commendarunt Georg. Ludov. Frobenius *in præf. Clavis Univerſi Trigonometricæ*, Benjam. Urſinus *in præf. Trigonometriæ Logarithmicæ*, Thom. Bartholinus *Diſſ. II. de Medicina Danorum Domeſtica p. 35.*, Mart. Hortenſius *in Diſſ. de Studio Mathematico* (Amſtelod. A. 1645., in Sylloge ſcriptorum *de Studiis inſtituendis* variorum, excuſa) *p. 88.*, Chriſt. Oſtenfeldius (cui illud *celebre* audit *victurumqve opus, felicis ingenii fœtus nobiliſſimus, præclara encomia a celeberrimis per univerſum orbem Mathematicis promeritus*) *in Orat. in obitum Finchii p. 39.*, & Mich. Havemannus *in Amuſio, Sect. II., c. 16., p. 515.* Lectionem ejus Romano-Catholicis permittit *Index Expurg. Hiſpanicus* Ant. Sotomajoris, ſupra allegatus, *p. 937.*

Henr. Ranzovii Horoſcopographia, continens fabricam cardinum cœleſtium ad qvodvis datum tempus, & viam deductionis Ptolemaicam, edita a Finchio, cum præfixa Epiſtola ad Ranzovium dedicatoria. Argentinæ 1585. in 4. Recuſa dein, cum Pauli Alexandrini Εισαγωγῇ εἰς τὴν Ἀποτελεσματικὴν, e Biblioth. Ranzoviana, Græco-Latine ab Andr. Schatone, Prof. Witeb., publicata, Witeb. 1588. in 4. Henrico Ranzovio, Proregi Cimbrico, tanqvam Autori, illam tribuunt Finchius ipſe, *in Titulo, & Epiſt. Dedicatoria*, Baſileæ A. 1583. exarata, ac Pet. Lindebergius *in Hypotypoſi Ranzoviana c. 3. p. m. 162.* Verum enimvero, licet Ranzovii conſcripta ſit auſpiciis, eandem etiam, *in præf. Calendarii*, commendantis, & a Finchio dedicatam ſibi eſſe addentis, non alium tamen parentem fœtus hic agnoſcit, qvam Finchium, illum ſibi etiam in *Horoſcopographiæ* poſterioris, A. 1591. ſub proprio editæ nomine, uti mox dicetur, præfatione, vindicantem.

Horoſcopographia, ſeu de inveniendo ſtellarum ſitu Aſtrologia, in qva tabulæ declinationum, aſcenſionum rectarum, differentiarumqve aſcenſionalium, generales: aſcenſionum pro ſphæræ omni gradibus definitæ obliqvitate: poſitionum & cœleſtium domorum pro Germania, magnaqve orbis arctoi parte, cardinum vero pro Ranzoviana Holſatica; Cum ſolis diario: Revolutio, profectio, directio. Ad Henr. Ranzovium, Vicarium Regium. Sleſvici, ſumptibus Henr. Ranzovii, A. 1591. (*in cujus locum Paulus Bolduanus, in Biblioth. Philoſ. p. 326., male A. 1594. ſubſtituit*) in 4. In præfat. Autor refert, ſe, jam ante, librum ejusdem tituli & argumenti, petitu Henr. Ranzovii, edidiſſe, ſed *qvem feſtinatio effuderit, nec ſuſcepta peregrinatio elaborari permiſerit, & diſceſſus ac abſentia magno erratorum graphicorum cumulo corruperint: ſecunda ſe ergo vice Horoſcopographiam eſſe aggreſſum, & ita in illa progreſſum, ut vix ulla ſuperioris ſupereſſe videantur veſtigia.* Commendatur *Horoſcopographia* hæc Finchiana poſterior, ſub vero Autoris nomine edita, a Pet. Lindebergio *in Hypotypoſi Ranzoviana, c. 3., p. m. 65.*, & Thoma Bartholino *Diſſ. II. de Med. Dan. Domeſt. p. 35.*

Ἔνδοξα Παράδοξα, in Agone Philoſophico & Medico, Baſileæ, pro ſummo utriusqve Facultatis gradu, propoſita. Baſileæ 1587. in 4., item Tubingæ eod. A. 1587. in 4.

Theſes de Conſtitutione Philoſophiæ Mathematicæ. Hafn. 1591. in 4.

Theſes de hypotheſibus aſtronomicis, dimenſionibus mundi, & primi motus circulis. Hafniæ A. 1592. (*in cujus locum Alb. Bartholinus & H. Wittenius perperam A. 1594. ſubſtituunt*) in 4.

Theſes Philoſophicæ, in Magiſtrorum promotione propoſitæ. Hafn. 1594. in 4.

Theſes Logicæ, in Magiſtrorum promotione propoſitæ. Hafn. 1594. in 4.

Theſes de ortu & occaſu ſiderum. Hafn. 1595. in 4.

Theſes de diebus & noctibus. Hafn. 1601. in 4.

Theſes de menſibus & annis. Hafn. 1602. in 4.

Tabulæ multiplicationis & diviſionis, ſeorſim etiam monetæ Danicæ accommodatæ. Hafn. 1604. in fol. oblonga. (*V. Vind. & Alb. Barthol.*)

Tractatio de Medicinæ conſtitutione, Diſputationibus XVII., ab A. 1605. ad 1627., ventilata. Hafniæ in 4. Illam

(*) *in Ep. Dedic. Obſervationum de Unicornu.*

lum Thom. Bartholinus verbis hiſce commendat *Diſſ. II. de Med. Dan. Domeſt., p. 53.: Thom. Finchius diſerto calamo Therapevtica propoſuit.*) Appendix de canonis Triangulorum uſu, etiam in cyclometricis, Hafniæ A. 1627. in 4. edita, tanqvam ſcriptum peculiare, ab Alb. Bartholino (*in Tr. de Scr. Dan. p. 144.*) & Er. Vindingio (*in Hiſt. Acad. Hafn. p. 170.*) memoratur, cum tamen προσθήκη tantum ſit mathematica, Diſputationi Medicæ *de Medicamentorum uſu particulari Therapevticæ* (uni ex XVII. modo laudatis), eodem A. 1627. publicatæ, adjecta.

Diſp. de hæmorrhagia narium, Reſpond. Simone Pauli (Archiatro poſtea Danico). Hafn. 1629. in 4.

Diſp. de Prognoſticis in 4. (*In Catalogo Roſenkrantziano illi tribüitur, ſed una fortasſis eſt e XVII. Therapevticis*).

Ephemerides variæ, Hafniæ in 4. (teſtibus Vindingio & Alb. Bartholino) editæ.

Schediasmata varia Medica, præcipue practica, a Thoma Bartholino, autoris Nepote, publicata *in Ciſta Medica Hafnienſi*, Hafn. A. 1662. in 8. excuſa (*). In illa enim, e λειψάνοις Finchianis, lucem viderunt:

Loculo XVI. Duæ Approbationes Medicæ diſpenſationum theriacalium Joh. Steinii, Pharmacopœi Hafnienſis, nomine Collegii Medici A. 1609. & 1620. ſcriptæ.

Loculo XX. Facultatis Medicæ Hafnienſis Conſilium de Peſte, A. 1619. ſcriptum, A. 1637. reviſum, A. autem 1654. auctum, & Danice editum (*p. 175-197.*).

Loc. XXVIII. Medicorum Hafnienſium Reſponſum commune, ac ſingulorum ſimul Judicia, de homicidio fœtus in utero, cujus Janus Nicolai a Gertrude Martinia, ab ipſo verberibus affecta, accuſabatur A. 1630.

Loc. XXX. Collegii Med. Hafn. Judicium de curatione Medica Joh. Krügeri, Chirurgi Malmog. 1630.

Loc. XXXIII. Collegii Med. Hafn. Judicium de abortu Margaretæ Johannæ. 1633.

Loc. XXXVII. Examen Monocerotis Grönlandici, num venenis reſiſtat, a Finchio, Ol. Wormio & Joach. Scheelio, d. 3. Oct. A. 1636. inſtitutum.

Loc. XXXIX. Judicium Finchii de curatione uxoris gravidæ Tych. Brahei, Nob. Dani, a M. Tancredo Lælio A. 1639. peracta.

Loc. XLI. Collegii Med. Hafn. Conſilium de morbis inter nautas regios graſſantibus, A. 1640. ſcriptum.

Loc. XLII. Collegii Med. Hafn. Conſilium de Pſora ſcorbutica, A. 1640. exaratum.

Loc. XLIV. Medicorum Hafnienſium Conſultatio de affectu Chriſt. IVti, Regis Daniæ, A. 1644. inſtituta.

Epiſtolæ Duæ ad Joh. Ant. Maginum, Mathematicum Bononienſem, A. 1585. & 1586. exaratæ, & ab hoc, cum totidem Reſponſoriis ſuis, in *Apologia Ephemeridum ſuarum contra Dav. Origanum, Tabulis primi Mobilis*, Venet. A. 1604. in fol. editis, adjecta, publicatæ.

Epiſtola ad Thomam Bartholinum de Lucentibus, & aliis qvibusdam, Phyſica, A. 1642. ſcripta, qvam Bartholini *Centuria I. Epiſtolarum Medicinalium*, Hafn. A. 1663. in 8. excuſa, *num. XI., p. 38. 39.*, legendam exhibet.

Carmen, Mich. Mœſtlini *Epitomæ Aſtronomicæ*, Tubingæ A. 1610. in 8. impreſſæ, præfixum.

DISPUTATIONES MEDICÆ INAUGURALES, ILLO PRÆSIDE HABITÆ.

Wilhadi Adamii, Randruſienſis, Theſes de Peſte. Hafn. 1603. in 4.

Chriſt. Bordingi, Aarhuſii, Chriſt. V., Daniæ Principis, Archiatri, Theſes de Hydrope. Hafn. 1611. in 4.

ב. DANICA.

Tres Tabulæ, qvotidianæ numerandi neceſſitati accommodatæ. Hafn. 1615. in 16.

INEDITA ac AFFECTA.

(Omnia fere, in Bibliothecæ incendio, igne abſumpta.).

Stoecheoſis Mathematica, in Dedic. Horoſcopographiæ A. 1591. promiſſa, qvam, tot doctorum hominum votis expetitam, lucem nondum vidiſſe ægre fert Chriſt. Oſtenfeldius *in Or. in obitum Finchii p. 57.*, ſimulqve alia etiam ingenii ejus monumenta, *æternum victura*, in tenebris adhuc deliteſcere conqveritur.

IX. Epiſtolæ Αὐτόγραφοι ad D. Joh. Hartmannum Beierum, Medicum & Mathematicum Francofurtenſem, qvas Bibliothecam civitatis ad Mœnum Francofurtanæ publicam, in Volumine Epiſtolarum ad Beierum MSto, aſſervare, teſtatur Wilh. Ern. Tenzelius (noſtrum perperam *Findlium* appellans) *in Dial. Menſtr. German., M. Jun. A. 1698., p. 502.*

JOHANNES FISCHERUS,

Lubecenſis, in ſchola jam patria felices in ſtudiis progreſſus fecit literariis, ductu præſertim Henr. Bangerti, Conrectoris tunc illius celeberrimi, cui, poſtea A. 1664. ad Rectoris evecto dignitatem, carmine Heroico, Hamburga transmiſſo, gratulabatur (1.). Ex iſta digreſſus, A. 1653. in vicina Academia Roſtochienſi Aug. Varenium (a qvo deinceps A. 1666. egregio, contra adverſarios Stadenſes inſtructus eſt teſtimonio) (2.), hujusqve Collegas, in Altorfina A. 1658. Theod. Hackſpannium & Joh. Conr. Durrium (3.), & in aliis Theologos alios celebres, ſacri Duces, ſucceſſu itidem fauſtiſſimo, habuit curriculi. Cum Academias, Magiſtri Philoſophiæ ornatus titulo, reliqviſſet Germanicas, ac iter meditaretur Gallicum, A. 1662., uti ab amico ipſius qvodam mihi eſt narratum, in templo in Parochum incidit ruralem, qvi ſoli fere hactenus immorato Theologiæ Theoreticæ ac Polemicæ, contra Practicam autem noxiis occupato præjudiciis, &, in colloqvio familiari, Frid. Breclingii *Lapidem Paſtorum Lydium*, nuper editum, librum appellare Qvakerorum ſcatentem erroribus haud verito, præceps iſtud exprobrabat judicium, &, ut mentem mutaret, & veræ ſeriæqve Chriſtianismi praxeos ſtudio totus deinde vacaret, ſuis perſvadebat monitis. Ruri apud hunc menſtruo commoratus tempore, Hamburgum, & inde Stadam, ſe contulit, vitamqve illic agens privatam A. 1665. Richardi Baxteri, Theologi Angliæ Reformati, *Libellum de Abnegatione ſui ipſius neceſſaria*, in lingvam a ſe translatum Germanicam, juris fecit publici. Qvem cum, e Paſtoribus urbis Stadenſis, in ſermonibus ex ambone ſacro habitis, unus zelo præcipiti, tanqvam fanaticum & ἑτερόδοξον, improbaret, alius vero laudaret, & cum noſtro defenderet, ſacra inter illos orta eſt controverſia, ſcriptis aliqvot continuata eriſticis, & ægre tandem, poſtqvam ab utraqve parte Collegiorum in Academiis Germaniæ Lutheranis Theologicorum conqviri coeperant judicia, tribus iſtorum, verſioni patrocinatis Fiſcherianæ, ſopita. Junctim, & ſcripta illa eriſtica, & Judicia Academica, prodiiſſe perhibentur in Sylloge peculiari A. 1669. (4.), ſub titulo Aergerlicher Zänckereyen in Religions-Sachen, excuſa. Litem iſtam, oblivione propemodum jam ſepultam, animo hoſtili, & cenſura, ob hunc, iniqviori, Fiſchero A. 1693. iterum exprobravit Joh. Frid. Mayerus, diſſeminatorum

(*) Pleraqve illorum locum etiam ſuum invenerunt in D. Mich. Bernh. Valentini, Med. Prof. Gieſſeni, *Pandectis Medico-Legalibus*, Francof. A. 1701. in 4. editis. (1.) V. Joh. Henr. a Seelen *P. I. Athenarum Lubecenſium p. 310. 311. 312.* (2.) V. Seelenium *l. c. p. 310.* (3.) V. Diſputationes Altorfinas, in Scriptorum memorandas Indice. (4.) *in 4.* V. Seelenium *l. c. p. 310. 311.*

librorum hæreticorum verbis eum accuſare haud veritus ſeqventibus (5.): So machts der von H. D. Spenern ſo hoch geprieſene Herr Fiſcher in Liefland; wovon gantz Stade Zeugniß geben kan, alß welches er mit Calviniſchen Büchern verwirret und betrübet; dem die Herren Theologi zu Gryppswalde die Wahrheit deswegen geſagt, und die Herren Theologi zu Upſal offenbahren noch ietzo ſeine Verdienſte. Controverſiæ Stadenſis occaſione, & Paſtore, qvi in hac Paraſtata ipſius fuerat, commendante, a Chriſtiano Auguſto, Comite Palatino familiæ Neoburgico-Sultzbacenſis, Principe Pontificio qvidem, ſed pio, prudente, moderato atqve erudito, non multo poſt ad ſupremam Eccleſiarum in ditionibus ſuis Lutheranarum vocabatur ἐφορίαν, iisqve, licet aliqvamdiu munus iſtud recuſaret, ingenti cum illarum commodo, qvod Princeps omnia illius conſilia de Chriſtianiſmo degenere emendando approbaret & exeqveretur, auſpicato præficiebatur. Teſtem allego D. Phil. Jac. Spenerum, Theologum eodem, qvo ipſe, veræ pietatis Zelo flagrantem, qvocum officio hoc fungens amicitiam contraxit intimam, ita de Pylade hoc ſuo ſcribentem (6.): *Tanto feliciores illi ſunt, qvibus tales Principes coelitus dati, qvi, cum a religione ipſa alieni ſint, pietatem tamen, juxta ejus regulas, promoveri & cupiunt, & juvant. Uti memini ex maxime reverendi Domini Fiſcheri (qvi nunc generalis Livoniæ Superintendens eſt, prius vero Eccleſiarum Principatus Sultzbacenſis moderator erat) ore audiviſſe, non facile ſe ullum conſilium ſuppeditaſſe, qvo in noſtris Eccleſiis, Principatui iſti ſubjectis, Chriſtianiſmus verus promoveretur, qvod non confeſtim Principem habuerit aſſentientem, qvi adeo ſuam etiam præbuit autoritatem, ut aliis parendi eſſet neceſſitas. Ita merito divinam prædicamus ſapientiſſimam directionem, qvæ ſuis etiam benefacit per eos, qvi Eccleſiæ noſtræ membra non ſunt.* Qvid qvod, uti ab alio noſtri amico accepi, cum aulæ Sultzbacenſis Cancellarium, hominem impium, a baptiſmo infantis, cujus ſuſceptor, qvem vocant, ille erat deſignatus, arcuiſſet, a Principe hoc eſt defenſus, & ægerrime tandem A. 1673. dimiſſus. Hoc enim anno in Livoniam, per Carolum XI., Sveciæ Regem, interprete Comite Tottio, Prorege Livonico, Menſe Septembri, ad Superintendentis provinciæ iſtius generalis evocabatur officium (7.), &, licet inauguratio technis Eccleſiaſtarum qvorundam, ſibi a Zelo tanti Praxeos Chriſtianæ & Eccleſiaſticæ εὐταξίας ἐργοδιώκτου metuentium, ſpatio ferme impediretur annuo, Rigæ, die 23. Jul. A. 1674., ſermone ſacro in locum Jerem. XV. 19. 20. 21. publice habito, illi præficiebatur (8.). Cui muneri aliæ non multo poſt dignitates Præſidis Protoſynedrii eccleſiaſtici, Academiæ Dorpatenſis Procancellarii (9.), & Profeſſoris Theologi in eadem primarii (10.), cum Epiſcopi titulo, & ſuprema ſacrorum metropoleos Rigenſis ephoria, beneficio acceſſerunt regio. Singulis Theologus hic, non eruditione ſolum eximia, ſed & ſanctitate vitæ morumqve rariori, & Zelo gloriam divinam promovendi, coetuumqve ſacrorum vitia emendandi epidemia, ardentiſſimo, plerisqve aliis ſuperior, ita eſt functus, ut novi gentis Livonorum Apoſtoli elogium, alibi (11.) jam ei tributum, ingenti præſertim de rudibus agricolarum illius animis accuratiore Chriſtianiſmi, plerisqve hactenus nominetenus ſaltem cogniti, notitia imbuendis, praxiqve ejusdem veræ aſſvefaciendis, ſollicitudine, meruiſſe videatur. Caroli enim XI., Svecorum Monarchæ, cujus opem, in conatibus his ſacris arduis, ſæpe, nec fruſtra, implorabat, auſpiciis, non ſolum Academiam Dorpatenſem A. 1690., habita d. 22. Auguſti ſolenni Oratione, ut Procancellarii illius officio, ſibi commiſſo, ſatisfaceret, inſtauravit, Pernaviam, velut locum commodiorem, Dorpato deinde A. 1699. translatam, Rigamqve, Livoniæ metropolin, A. 1677. Athenæo novo (cui Joh. Uppendorfius noſtras præficiebatur) exornavit regio, ſed in univerſa etiam regione ſcholas paſſim lingvæ Livonorum vernaculæ triviales (qvæ ob cauſas hactenus toleratæ non erant politicas), ne vulgo in religione ac literarum rudimentis proficiendi deeſſet occaſio, curavit aperiri (12.). In ejusdem uſum, ipſo hortatore & ἐργοδιώκτῃ, Biblia Sacra, per interpretes, qvos ope conſilioqve adjuvabat, idoneos, in tres Livoniæ Dialectos, Letticam, duplicemqve Eſthonicam, ſunt translata, &, ex iſtis (de qvibus in Scriptorum plura dicentur Indice) verſionibus, duæ, Lettica ſcilicet & Eſthonico-Dorpatenſis, ab eo in Sacerdotum, qvibus præerat, reviſæ Synodis, ac deinde ſumptibus potiſſimum editæ propriis, regia tamen ſublevatis munificentia. Eſthonica contra altera, in Eccleſiarum Wyhrienſium, Jerwenſium, Oeſilienſium, aliarumqve vicinarum, uſum concinnata, ob Clericorum lucem non vidit diſſidium, ſed adhuc deliteſcit inedita (13.). Conatus noſtri, atqve συνέργων, incolas Ingriæ, Livonis vicinos, a ſacris Ruſſicis ad Lutherana, ſine vi tamen ulla, traducendi, a Phil. Jac. Spenero, in Epiſtola ad ipſum A. 1687. exarata (14.), hiſce verbis eſt celebratus: *Circa converſionem Ingricam veſtram laudo induſtriam & fidem, nec vero puto grave futurum, qvod a brachio ſeculari opem vix ſperare poteſtis, modo non prohibeamini Evangelicis uti mediis, qvibus benedictio divina neutiqvam deeſſe poteſt, nec Moſcus illis iraſci. Nam, cum forte haberet hæc gens, de qvo conqvereretur, ſi fidei ſocii, qvacunqve adhibita vi, ad noſtra ſacra pertraherentur; omnis tamen qverelarum vis perit, ſi oſtendetur, non aliud vos egiſſe, qvam ut lucem verbi divini præferretis hominibus, eousqve divinorum omnium ignaris, & non alios Eccleſiæ noſtræ adduceretis, qvam volentes atqve veritatis virtute convictos: qvæ ſola converſio eximio illo nomine digna eſt, non vero, ſi renitentes ad nos pertraheremus.* Ruſticis Livoniæ, in caritate annonæ ſumma fame propemodum confectis, largiter vitæ ſuppeditavit ſubſidia, & præterea autoritate ſua, teſte D. Joh. Ant. Söldnero genero (15.), effecit, ut complures illorum centuriæ, in ſingulis urbibus, non ſolum alerentur, ſed & ſanitati reſtituendæ Medicis committerentur. Opum enim ſuarum perqvam liberalis fuit diribitor, easqve pene omnes gloriæ Numinis, a qvo ſibi donatæ erant, promovendæ, & egenorum miſerorumqve calamitatibus ſublevandis, impendiſſe perhibetur. Acris vitiorum Ordinis Eccleſiaſtici Cenſor, complures, qvi dedecori huic erant, Miniſtros verbi divini impios a ſuis removit officiis, multaqve alia in ſacris Coetuum Livonicorum præclare emendavit, plura emendaturus, ſi per adverſarios ejusdem ordinis licuiſſet invidos atqve maledicos, ad qvorum calumnias retundendas, famamqve ſuam coram ipſo Svecorum Rege defendendam, ei qvotannis fere, uti ab amico illius accepi, Holmiam fuit trajiciendum. Zelum hunc & rigorem Præſulis religioſiſſimi adverſus Ordinis ſacri carcinomata Phil. Jac. Spenerus A. 1687., in Epiſtola ad amicum (16.), verbis commendavit ſeqventibus: *Delectavit me, cum ex te intelligerem, Venerandum Fiſcherum ephoriam etiam in urbicum Miniſterium Rigenſe nactum eſſe. Nec enim hoc in iis, in qvibus cauſam Dei promoveri ſtudebit, Virum illum aut adverſum experietur, aut ſibi gravem, cum omnino omnis ipſius in iſtam curam unice dirigatur labor, omnis ſolicitudo. Unde nemo Eccleſiaſticorum hactenus ei infeſtus eſſe potuit, niſi qvi mercenarii indole, qvæ ſua, non qvæ JEſu Chriſti ſunt, qværere malunt: tali enim qvi ſunt animo, ipſum non ſatis propitium eo usqve ſenſere Ephorum, qvi vacunæ, avaritiæ, & luxui eorum, qvi Eccleſiæ inſerviunt, ſemper infeſtiſſimus fuit, ſed Zelo hoc ſuo non potuit non eorum odia incurrere, qvi omnia ſibi licere cupiunt. Aſſiſtet deinceps etiam fido huic ſuo miniſtro Dominus, cumqve theatrum jam amplius aperuerit, laboribus ipſius eo uberiorem qvoqve adjiciet bene-*

dictio-

(5.) in der Warnung vor dem Ketzeriſchen Büchlein, der Klugheit der Gerechten, §. 3., p. 7. (6.) *Tomo I. Conſil. Theol. Latin.*, c. 2., *Art.* 3., *n.* 16., *p.* 363. (7.) V. Jonæ Joh. Phragmenii *Rigam literatam* (ſeu Diſp. de Scriptoribus Rigenſibus), Roſtochii A. 1699. Præſide D. Zach. Grapio Juniore, propoſitam, *p.* 12. 13., & M. Adr. Preusmanni *Rigam anni* 16 8. *literatam p.* 7. (8.) V. Phragmenium *l. c.* (9.) V. Phragmenium & Preusmannum *ll. cc.* (10.) *V.* Henn. Wittenii ἐπίμετρον *Tomi II. Diarii Biographici Sec. XVII.*, *lit. f.* 1. *b.*, & Jacobi le Long *P. II. Bibliothecæ ſacræ p.* 635. (11.) *in Homonymoſcopia, Sect. I.*, *c.* 3., §. 10., *p.* 60. (12.) *V.* Chriſt. Kelchii Liefländiſche Hiſtorie, *P. V.*, *p.* 628. 629. (13.) V. Kelchium *l. c.* (14.) *P. III. Conſil. Theol. Latin.*, *c.* 6., *Art.* 2., *n.* 3., *p.* 612. 613. (15.) *in Methodo medendi per ſimplicia*, apud Dethl. Cluverum, *T. I. Novæ Criſeos temporum*, *n.* 52., *p.* 415. (16.) *P. I. Conſil. Theol. Lat.*, *c.* 2., *Art.* 1., *n.* 36., *p.* 297.

dictionem. An Academiæ Upſalienſis Theologi adverſariorum noſtri auxerint numerum, & A. 1693. conatibus ejus ſacris ſe oppoſuerint, uti a Joh. Frid. Mayero, cujus verba ſupra recitavimus, iſtumqve ſecuto Joh. Bened. Carpzovio Juniore, vero ſcripti maledici, A. 1693., ſub titulo der Außführlichen Beſchreibung des Unfuges der Pietiſten, editi, Autore, *Turbatorem* illum *Eccleſiæ Livonicæ* fuiſſe *Pietiſticum* criminato (17.), eſt traditum, merito, cum Phil. Jac. Spenero, dexterrimo famæ Fiſcherianæ, contra calumnias Carpzovianas, Vindice (18.), dubito. De illorum enim cum noſtro controverſia nihil ſibi conſtare, amicus ejus intimus, Joh. Uppendorfius, Athenæi regii Rigenſis Rector, mihi, de eadem tunc ſciſcitato, per literas d. 19. Maji A. 1693. reſpondit. Conſtat autem contra, Fiſcherum, eodem anno 1693., ſacro Svecorum Jubilæo, d. 4. Martii, abſentem, Regis juſſu atqve ſumptibus, ab Ordine Academiæ Upſalienſis Theologico, per Pet. Rudbeckium, hujus Seniorem, titulo, qvem non ambierat, Doctoris Theologi, cum aliis XIV. regni Svedici, ornatum eſſe, Antiſtitibus (19.). Certaminum tandem cum adverſariis ſacri potiſſimum Ordinis Livonicis, & conatuum, qvos hi artibus eludebant variis, in emendandis diœceſeos ampliſſimæ, ſibi commiſſæ, Eccleſiis irritorum, pertæſus, A. 1699. Livoniam, non rediturus, ſponte reliqvit, & in Cherſoneſum Cimbricam, ſibi natalem, denuo trajiciens, Lothi inſtar, imminenti Ruſſorum in Livoniam irruptioni, toti provinciæ, armis ſubactæ, vaſtitatem atqve πανωλεθρίαν allaturæ, auſpicato ſe ſubduxit. Fide enim indigna merito videntur, qvæ, ex adverſariis ejus, Joſva Schwartzius (20.) de illo Rigæ a dignitate Epiſcopali remoto, & Joh. Wilh. Petræus (21.) de clandeſtino ejus e Livonia (in cujus ſacrorum Ephoria D. Jac. Langius, Superintendens hactenus Ingrienſis atqve Narvenſis, digreſſo A. ſeqv. 1700. ſubrogabatur (22.)) diſceſſu, publice ſpargere non dubitarunt. In Cimbriam redux, eodem anno 1699., munere Superintendentis in urbe patria Lubecenſi, ob mortem D. Auguſti Pfeifferi, vacante, in Candidatorum qvidem Indicem, Senatui exhibendum, cum qvinqve Theologis aliis, ab Ordine relatus eſt Eccleſiaſtico, ſed illo, extero poſtea Sacerdoti collato, non potitus, atqve ita, Prophetas in patria a civibus ſuis ſolere contemni, exemplo edoctus proprio. Longe majori dotes ejus virtutesqve eximias in pretio habuit Fridericus III., Elector Brandeburgicus, & Rex paulo poſt Boruſſicus, qvi eum, Phil. Jac. Speneri, Antiſtitis tunc Berolinenſis, uti credo, hortatu, Hamburgo, ubi privatus vivebat, tum qvatuor ejusdem Speneri Epiſtolis, M. Dec. A. 1699., & M. Jan. ac Mart. A. 1700., ſcriptis (23.), tum literis vernaculis propriis, d. 20. Martii A. 1700. exaratis, Halam Saxonum, ut diſſidia Theologorum urbis illius Academicorum, præſertimqve Aug. Herm. Franckii, ac Presbyterii Urbani, multas graviſſimasqve Eccleſiæ turbas minitantia, una cum duobus Conſiliariis ſuis Intimis, Gothofredo Stöſſero a Lilienfeld, Ducatus Magdeburgici Procancellario, & Sam. Strykio, Anteceſſore Halenſi primario, amica transactione componeret, evocabat. Obtemperavit noſter Principis Sereniſſimi deſideriis, &, Berolinum mox, indeqve Halam, profectus, una cum Stöſſero & Strykio, JCtis, parti utriqve, qverelis & apologiis contrariis per integrum anni 1700. trimeſtre (M. Apr. Maj. & Jun.) auditis, injuriarum mutuarum ἀμνηστίαν, & controverſiarum compoſitionem, perſvaſit, legibus hanc firmavit æqviſſimis & præſtantiſſimis, ab utraqve in poſterum obſervandis, totiqve negotio d. 24. Junii finem feliciter impoſuit. Fuſius ſingula, in conventu hoc acta atqve decreta, in narratione exponuntur vernacula, per Fiſcherum, uti creditur, concinnata, &, juſſu Electoris, Coloniæ ad Svevum A. 1700. (24.) ſub hoc excuſa titulo: Bericht deſſen, was, wegen der, zwiſchen den Evangeliſch-Lutheriſchen Geiſtlichen von der Univerſitat und Stadt-Miniſterio in Halle, eine zeithero geſchwebten Differentien, durch die von Churfürſtlicher Durchlauchtigkeit zu Brandeburg gnädigſt verordnete Commiſſion, abgehandelt, und, zu dero Beruhigung, in Göttlichem Segen, angerichtet worden. Negotio hoc arduo feliciter expedito, ab eodem Electore, Rege jam ſimul Boruſſico, anno ſeqventi 1701., in civitatem revocatus eſt Halenſem, & Superintendens Ducatus Magdeburgici generalis, Conſiſtorii Halenſis ſupremi Aſſeſſor primarius (25.), Præpoſitusqve Cœnobii Mariani Magdeburgenſis; ſive (juxta Thom. Crenium (26.)) Bergenſis, conſtitutus. Officiis hiſce, per qvadriennium adminiſtratis, fungens, acerrimus denuo fuit Praxeos Chriſtianæ, & emendationis vitiorum in Ordinibus omnibus, præcipue autem eccleſiaſtico, epidemiorum ergodioctes. In doctrina tamen Lutheranorum recepta nihil mutavit, a novaturiendi in ſacris libidine, & fanaticis opinionibus, imo Chiliaſmo qvoqve & Jac. Böhmii erroribus, uti e Judicio patet de formula Juramenti eccleſiaſtici Hamburgenſis vernaculo, alieniſſimus. Doctrinam ſuam Chiliaſticam eum, in convivio Berolinenſi ſecum diſputantem, impugnaſſe, & interdictum, qvo *Evangelium* ſuum conjugisqve de ſalute damnatorum ſperanda *æternum* vendi prohibebatur, paulo poſt neglectum, in aula impetraſſe Brandeburgica, ipſe Joh. Wilh. Petræus *in Hiſtoria Vitæ propriæ* indignabundus narrat Germanica (27.); inconſtantiæ tamen eum ſimul inſimulans, qvod regnum mille annorum adhuc eſſe expectandum, in literis ad Spenerum e Livonia miſſis, olim agnoviſſet. Fatalis ei fuit Annus æræ Chriſtianæ non 1703. (uti a Jacobo le Long (28.) perperam traditur), ſed (teſtibus Novellis publicis) 1705., ac ætatis 69., inqve iſto dies Maji decimus ſeptimus. Uxorem, cum filia, fratre & affini, uno eodemqve anno 1696., in Livonia, ſicut literæ me docuerunt Uppendorfianæ, jam amiſerat. Superſtites tamen defuncto fuere liberi aliqvot, &, hos inter Chriſtianus Gottliebius, Sultzbacenſis, Artis Medicæ Candidatus (29.), ac filia, Johanni Antonio Söldnero, Med. Doctori & Practico Rigenſi atqve Altonavienſi (cujus *Methodus medendi per ſimplicia* Altonaviæ A. 1700. prodiit) (30.), elocata. Symboli loco, teſte Thoma Crenio (31.), verbis uſus eſt Paulinis, 2 Timoth. I. 12. obviis: Οἶδα ᾧ πεπίστευκα.

Phil. Jac. Speneri Epiſtolæ ad illum Theologicæ ſedecim *Parte III. Conſiliorum* hujus *Theologicorum Latinorum*, Francofurti A. 1709. *in 4.* excuſorum, *p. 109-112. 215. 216. 217. 289-292. 296-299. 360-363. 376. 377. 378. 392-395. 612. 613. 614. 654. 655. 656. 713. 714. 715. 756. 757. 758. 762. 763. 764. 780. b. 781. a. b. 782. a. b.*, leguntur, ſed ſuppreſſo ipſius nomine.

Conferri etiam de Fiſchero (cujus vitæ hiſtoriam, ab alio ſcriptam, nullibi hactenus invenire licuit), præter Longium, Phragmenium, Kelchium, Preusmannum & Seelenium, aliosqve, ſupra jam allegatos, poterunt eadem Speneri *Conſilia Theologica Latina*, *P. I.*, *p. 17. 18. 95. 96. 297. 363.*, *ac P. III. p. 169. 170. 173. 180. 338. 416.*, Ejusdem Beantwortung des Unfugs der Pietiſten, *c. 3.*, *§. 5.*, *p. 171.*, Freyheit der Gläubigen vom Anſehen der Menſchen, *p. 119. 120.*, & Sieg der Wahrheit wieder D. Joh. Frid. Mayern *p. 33. 34.*, Vinc. Placcii *Tomus I. Theatri Anonymorum & Pſevdonymorum*, *c. 11.*, *p. 414. 415.*, Joh. Fabricii *Pars IV. Hiſtoriæ Biblioth. Fabricianæ p. 418.*, Joach. Meieri (a Seelenio allegati) *Diſſ. de Claris Fiſcheris p. 33.*, & *Homonymoſcopia* noſtra (ſcriptores enumerans illi cognomines), *Sect. I.*, *c. 3.*, *§. 10.*, *p. 59. 60.*

(17.) *cap. 4.*, *p. 33.* (18.) in der Beantwortung des Unfuges der Pietiſten, *c. 3.*, *§. 5.*, *p. 171.* (19.) V. Henn. Joh. Gerdeſii, Paſt. Wismar., *Appendicem Hiſtoricam* des frölichen Jubels im Norden, ed. Hamburgi A. 1693. *in 4.* Spenerum *loco num. præced. allegato*, & Phragmenium *loco num. 7. citato.* (20.) *in Tr. German. de D. Henr. Muhlii Chiliaſmo p. 427.* (21.) *in Hiſtoria Vitæ propriæ Germanica p. 296.* (22.) *V. Nova literaria Lubecenſia, M. Oct. A. 1701.*, *p. 300.* (23.) Legi illæ poſſunt *Parte III. Conſiliorum Theologicorum Latinorum* Speneri, *cap. 6.*, *Art. 3.*, *num. 28.*, *p. 780. b. - 782. b.* (24.) *in 4.* (25.) *V.* das ietzt lebende Halle des Jahrs 1701. *p. 23.*, & Pet. Ambr. Lehmanni Hiſtoriſche Remarqves des 1701. Jahrs, *num. 11.*, *p. 88.* (26.) *Parte XVI. Animadverſſ.*, *c. 2.*, *p. 229.* (27.) *p. 296.* (28.) *P. II. Bibliothecæ ſacræ p. 615.* (29.) V. Adr. Preusmannum *loco num. 7. citato.* (30.) V. Dethl. Cluverum *loco num. 15. allegato.* (31.) *Parte XII. Animadverſionum*, *c. 2.*, *p. 210.*

ELOGIA.

D. Phil. Jac. Spenerus (cujus judicia aliqvot de noſtro honorifica in vitæ jam recitavimus hiſtoria), *Parte III. Conſil. Theol. Lat.*, *p. 169. 170.* (*in Epiſtola ad Joh. Wilh. Petræum*), ita de illo: *Qvæ Domino Fiſchero apud vos vitio verſa, ignoro, id vero ſcio virum eſſe, qvi Sulzbaci rem divinam egregie promovit, & nunc in Livonia idem agit: adeo, ut ex ipſius conſiliis, divina accedente benedictione, plurimum Eccleſiæ promittam.* Eadem *Parte III.*, *p. 173. & 180.*, Theologis eum annumerat *pietatis promotioni faventibus, multamqve ſpem facientibus novæ lucis Septentrionem illuſtraturæ*; ac *p. 338. Virum tam inſigniter de cauſa Domini merentem, p. 758. Decus Eccleſiæ*, &c, *p. 781. a.*, *Theologum primariæ dignationis & exqviſitæ prudentiæ*, ſalutat.

Ab eodem Spenero, in Tractatu von der Freyheit der Gläubigen vom Anſehen der Menſchen in Glaubens-Sachen, noſter appellatur *p. 92* der vortrefliche Liefländiſche *General-Superintendens*; ac *p. 119. 120.* der ümb das Reich GOttes theuer verdiente, und noch ſtets, mit reiner Lehr, unermüdetem Eifer vor GOttes Ehre, und die Wahrheit Alten und Jungen tief einzutrücken, Chriſtlicher Klugheit und Theologiſchen Wandel, verdienende Gen. Superintendens in Liefland (von dem H. D. Mayer, und andere, was der Kirchen, und ieder Stände darinnen, Rechte ſeyn oder nicht ſeyn, zu lernen vor eine Ehre achten ſolten); nec non ein rechtſchaffener Theologus, der ſich mit Rhetoricationibus und Wortblumen nicht abweiſen läſt, ſondern, wie er die Wahrheit kräftig treibet, alſo ſie auch gegen alle Verträhungen deutlich und gründlich darzuſtellen gewohnet iſt. Confer ejusdem Sieg der Wahrheit und Unſchuld, wieder D. J. F. Mayern, *c. 2.*, *p. 33. 34.*, ubi eines treflichen und wolverdienten Mannes, & Beantwortung des Unfuges der Pietiſten, *c. 3.*, *§. 5.*, *p. 171.*, ubi eines umb die Kirche theuer verdienten Mannes, elogia Fiſchero tribuuntur.

Chriſt. Kortholto (*in Tr. de variis S. Scripturæ editionibus*, *c. 30.*, *p. 371. edit. ſecundæ anni 1686. auctioris*) *Vir* audit *Zelo domus Dei plenus deqve Eccleſia, præſertim illorum locorum* Livoniæ ſcilicet), præclare meritus.

Dethl. Cluvero (*T. I. Novæ Criſeos temporum, num. 52., p. 415.*) ein weitberühmter Theologus.

Joh. Fabricio (*l. c. p. 418.*) *Vir de literis æqve ac pietatis ſtudio præclare meritus.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Diſp. de Libertate Chriſtiana contra jugum Traditionum ἀγράφων tuenda, Præſide Theodorico Hackſpannio. Altorfii 1658. in 4.

Pentas Miſcellaneorum Philoſophicorum, Præſide Joh. Conr. Durrio propoſita. Altorfii 1659. in 4.

Dogmatum fidei Chriſtianæ, ex S. Scriptura, juxta ſeriem Auguſtanæ Confeſſionis, repetitorum. Decas prima, in Synodo Livoniæ diœceſana, qvæ Wendæ d. 5. 6. & 7. Julii A. 1676. habebatur, ad diſputandum propoſita. Rigæ 1676. in 4.

Eorundem Decas altera, in Synodo, qvæ Dorpati d. 13. 14. & 16. Auguſti habebatur A. 1690., propoſita. Rigæ 1690. in 4. V. Jonæ Joh. Phragmenii *Rigam literatam p. 13.*

II. GERMANICA ET LIVONICA.

א. PROPRIA.

Chriſtiani Conſcientioſi Sendſchreiben, darinn er fraget, ob er in der Lutheriſchen Religion könne ſelig werden, beantwortet von Chriſtiano Alethophilo, Theol. Studioſo. Es iſt hiebeygefüget die Epiſtel Chriſtiani Conſcientioſi ſelbſt. Prodiit circa A. 1670., in 4., ac deinde, ſine mentione loci, A. 1682. ac 1714. in 12. recudebatur. Qvibus editionibus Jenenſis etiam anni 1712. in 12. eſt addenda, ſi fidem Catalogus meretur nundinalis. In hoc Reſponſo Chriſtiani Alethophili, ſive (qvem ſub larva iſta latere Phil. Jac. Spenerus, *Parte I. Conſil. Theol. Lat. p. 17. 18.*, detexit) Fiſcheri noſtri (perperam enim iſtud a Vinc. Placcio, *Tomo II. Theatri Anon. & Pſevdon. p. 176.*, Valentino Alberti, Theologo Lipſienſi, der gründlichen Antwort auf Chriſt. Conſcientioſi Sendſchreiben an alle Evangeliſche Univerſitäten, Lipſiæ A. 1670. in 4. impreſſæ, ſcripti contra eundem adverſarium, ab hoc diverſi, Autori, a Chriſtoph. Auguſto Heumanno autem, *in Schediaſmate de Libris Anonymis & Pſevdonymis*, *P. II.*, *p. 143.*, erronea literarum initialium J. F., qvibus Paulus Antonius, *in Notis ad Concilii Tridentini dogmata p. 149.*, Autorem deſignaverat, interpretatione decepto, Joachimo Fellero, Profeſſori Poeſeos Lipſienſi, tribuitur), examini ſubjecta eſt Epiſtola Chriſtiani Conſcientioſi, ſcriptoris itidem Pſevdonymi (qvem Joh. Schefflerum, Medicum Sileſium, ad Pontificios transgreſſum, fuiſſe, illius moribundi poſtea docuit confeſſio, teſte Val. Alberti præfatione des gründlichen Gutachtens über die Päbſtliche Schriften Florim. Ræmundi und Joh. Scheffleri), A. 1670. ſub ſeqventi edita titulo: Sendſchreiben an alle Evangeliſche Univerſitäten, in welchem er ſeine Gewiſſens-Scrupel proponiret, und zu erörtern bittet: I. Ob er in der Lutheriſchen Religion könne ſelig werden, weil ſie nicht die Catholiſche iſt, in der allein, ſecundum omnes Doctores, die Seligkeit zu hoffen? II. Ob dieienige die Catholiſche ſey, die ſo genennet wird, oder, ſo es die nicht iſt, welche es denn ſey? Scriptori huic, apoſtaſiam tunc meditanti, ſcrupulisqve ſuis tanta ſatisfieri poſtulanti evidentia, ut judicio ſuo privato (in controverſiis religionis, uti contendebat, non adhibendo) haud opus eſſet ad verum a falſo diſcernendum, a Fiſchero ſolide eſt reſponſum, cum applauſu tum aliorum, tum præſertim Phil. Jac. Speneri, opuſculum hoc, *in Conſiliis Theologicis Latinis*, *T. III. p. 456.*, *& T. I. p. 17. 18. 95. 96.*, honorifice commendantis, & loco ultimo (*T. I. p. 95. 96.*) ita de illo ſcribentis: *Reſponſum hoc hic ſecunda vice recuſum eſt, dignum, qvod a te, & omnibus, qvi cum Pontificiis converſari neceſſe habent, diligenter & cum cura legatur. Cum jam octo & plures anni effluxerint, qvod vice prima libellus prodiit, nullus inventus eſt, qvi in eo refellendo periculum virium facere auderet; cum tamen ſciam, Virum Illuſtrem ingenti pretio emturum fuiſſe, ſi qvis cum ſucceſſu id facere qviviſſet. Sed manebit hoc etiam libello invicta veritas.* Qvibus gemina ſunt, qvæ, in ejusdem Speneri Epiſtola ad Amicum von der wachſenden Gefahr vor dem Pabſtuhm, A. 1681. exarata, *Parte IV.* der Theologiſchen Bedencken, *Art. I*, *Sect. VII.*, *p. 30.*, leguntur: Mir deucht am rahtſamſten, daß, durch einige wolgegründete, deutliche und kurtze Scripta, des Pabſtuhms Ungrund und Greuel vorgeſtellet, und ſolche mehr als vorhin unter die Leute gebracht werden. Hiezu ſehe ich ſehr rahtſam, ſo auch deswegen, noch vor der Meß, ſolle wieder aufgelegt werden Chriſtiani Alethophili Antwort auf Chriſtiani Conſcientioſi Sendſchreiben, welche nicht nur von mir, ſondern von vielen verſtändigen, ſo Politicis, als Predigern, vor das ſolideſte gehalten wird unter allen denen, welche von langer Zeit ausgegangen. Es iſt gerichtet gegen die allgemeinſte Angriffe der Papiſten, von der Kirche und unſerem Predigampt, und wird denen, welche ſtudiret haben, ein völliges Vergnügen geben, und ſie verwahren gegen die Verführung. Hingegen achte nicht, daß ſich iemahls einer der Papiſten unternehmen wird ſolches zu refutiren; oder, da es einer verſuchen wird, bin ich verſichert, es wird elend abgehen. Impugnavit tamen demum Reſponſum hoc Fiſcherianum (cujus Autorem ignorabat) D. Joh. Brevingius, Protonotarius Apoſtolicus, Collegiiqve Canonicorum in æde D. Bartholomæi Francofurtana Decanus & Scholaſticus, in ſcripto, Moguntiæ A. 1683. *in 12.* ſub ſeqventi publicato epigraphe: Des Glaubens und Religions-Scrupel, durch der Herren Proteſtirenden

Antwort

Antwort vermehret, und nicht verbeſſert. Sed illi, ſtatum controverſiæ pervertenti, & Chriſtianum Conſcientioſum ad hanc ſibi qvæſtionem reſponderi voluiſſe contendenti: An in Lutheranorum ſalvari poſſet religione, cum fides illorum in privatum cujusl.bet judicium ultimato reſolvatur? ejusqve negativam defendenti, biennio poſt a Fiſchero, ſub eadem larva Chriſtiani Alethophili denuo deliteſcente, libellus ſeqvens eſt repoſitus.

Wahrer Chriſten vernünfftiger Gottesdienſt, in Prüfung der Glaubens-Lehre nach der Schrift, gegen den unvernünftigen blinden Gehorſam in Glaubens-Sachen, wozu D. Joh. Breving, in ſeinem Tractätlein: des Glaubens und Religions-*Scrupel*, durch der Herren *Proteſt*irenden Antwort vermehret, und nicht verbeſſert; die Einfältige zu verleiten trachtet, aus GOttes Worte verthädiget von Chriſtiano Alethophilo, der H. Schrift Befliſſenen. Zu des Leſers Nachricht iſt D. Brevings Tractat hinten angedruckt. Rigæ 1685. in 12. Fiſcherum Autorem eſſe, e Joh. Uppendorfii literis didici, & deinde Val. Ern. Löſcherus qvoqve, in den Unſchuldigen Nachrichten von Theologiſchen Sachen, *Sect. II. A. 1712., p. 242. 243.*, publice monuit. Commendatur a Phil. Jac. Spenero *Parte I.* der Theologiſchen Bedencken, *c. 1., Sect. 11., p. 111.*

Predigt von Chriſtgläubiger Unterthanen Pflicht, bey der Carolo dem XI., Könige in Schweden, von den Liefländiſchen Ständen, zu Riga, am 23. Sept. A. 1687., geleiſteten Huldigung, aus 2. Reg. XI. 17., gehalten. Rigæ 1687. in 4. V. Jonæ Joh. Phragmenii *Rigam literatam p. 13.*

Erfordertes Chriſtliches Bedencken über die Eides-Formulam Reverendi Miniſterii zu Hamburg. A. 1690. in 4. Recuſum in Actis Pietiſticis, Francofurti A. 1691. *in 4.* editis, *num. 17.* Controverſiæ Presbyterii Hamburgenſis de nova Juramenti eccleſiaſtici formula, A. 1690. ei obtruſa, qvam Judicium hoc Fiſcherianum improbavit, hiſtoriam *Parte IV. Iſagoges* noſtræ *ad Hiſtoriam Cimbricam, c. 10., §. 22., p. 602-606.*, invenies. Criminationibus, qvibus Judicium iſtud Joh. Frid. Mayerus, illud eine mit öffentlichen groben Unwahrheiten und ſchmählichen Anzüglichkeiten angefüllete Schrift appellare haud veritus, ac peculiarem ejusdem refutationem, ſed nunqvam editam, pollicitus, A. 1691., *in Additamento* der Schutzſchrift des Miniſterii zu Hamburg wieder D. Phil. Jac. Spenerum *p. 86.*, inſectari non dubitavit, a Phil. Jac. Spenero, Fiſcheri vindice, eodem A. 1691., in der Freyheit der Gläubigen von dem Anſehen der Menſchen in Glaubens-Sachen, *c. 8., p. 119. 120.*, & A. 1692., im Siege der Wahrheit und Unſchuld wieder D. Mayern, *c. 2., p. 33. 34.*, breviter qvidem, ſed nervoſe, eſt reſponſum.

Die Offenbahrung des Sterbens und Lebens des Herren JEſu Chriſti, in und an ſeinen Gläubigen, oder Leichpredigt, aus 2. Cor. IV. 10., über Wilh. Ludov. Spenern (D. Phil. Jac. Speneri Sohn), Theol. Candidatum, zu Wenden in Liefland A. 1696. gehalten. Berolini A. 1697. in 4. Recuſa Francofurti A. 1697. *in 4.*, in Appendice der Siebenden Abtheilung der Chriſtlichen Leichpredigten D. Phil. Jac. Speneri, adjectis XXII. Concionibus ipſius Wilh. Ludov. Speneri. V. Val. Ern. Löſcheri Unſchuld. Nachrichten von Theol. Sachen, *Sect. 5. A. 1712., p. 806.*, & *Catal. nundin. Lipſ. A. 1697. vern. p. 13.*

Das Bild eines guten und glücklichen Regenten, oder Leichpredigt über Carolum XI., König von Schweden, am 24. Nov. A. 1697. gehalten. Rigæ 1698. in fol. V. *Nova literaria Lubecenſia, M. Jul. A. 1698., p. 110.*, & Phragmenium *l. c. p. 13.*

Bericht deſſen, was, wegen der, zwiſchen den Evangeliſch-Lutheriſchen Geiſtlichen von der Univerſitat und Stadt-Miniſterio in Halle, eine Zeit hero geſchwebten Differentien, durch die von Churfürſtlicher Durchlauchtigkeit zu Brandenburg gnädigſt verordnete Commiſſion abgehandelt, und, zu dero Beruhigung, in Göttlichem Segen, angerichtet worden. Coloniæ ad Svevum 1700. in 4. De hac Relatione, qvæ in lucem ἀνωνύμως prodiit, ſed Fiſchero tribuitur *in Continuatione Bibliothecæ Nominalis Ludovicianæ p. 28.*, conſulantur, qvæ ſub finem Vitæ illius jam ſunt narrata.

Judicium de Gratiæ revocatricis termino Germanicum, cum alio ſimili D. Franc. Jul. Lütkenii, aulæ Danicæ Theologi, Lipſiæ A. 1701. in 4. editum. V. Joh. Fabricii *P. IV. Hiſt. Biblioth. Fabric. p. 418.*

ב. ALIENA.

Richardi Baxters Nohtwendige Verleugnung unſer ſelbſt, aus dem Engliſchen verdeutſchet durch J. F. L. (*i. e. Joh. Fiſcherum Lubecenſem*). Hamburgi 1665. in 8., Francofurti 1675. & 1682. in 12. De Controverſia Stadenſi, ob verſionem hanc temere noſtro mota, Vitæ ipſius plura retulit hiſtoria. Fiſchero eam deberi Vinc. Placcius, *Tomo I. Theatri Anon. & Pſevdon., c. 11., p. 414. 415.*, jam monuit.

Biblia, das iſt die gantze Heilige Schrift Altes und Neues Teſtaments, durch D. Mart. Lutherum verdeutſchet; ſamt Joh. Arndii Informatorio Biblico, Joh. Habermanns Gebeten, und einem Geſangbuche, ausgegeben von Joh. Fiſchern, mit einer Vorrede deſſelben von der Heiligung, aus Joh. XVII. 17. Rigæ 1677. in 8. obl.

Joh. Arndii, Gen. Superint. des Fürſtenthums Lüneburg, Fünf geiſtreiche Bücher vom wahren Chriſtenthum; anietzo aufs neue wieder aufgelegt, und dieſer ietzige Druck, über alle vorige Editiones, mit neuen Anmerckungen, aus dem ſel. H. Luthero, Dorſcheo und Varenio, von einem hocherleuchteten Theologo unſerer Kirchen mit Fleiß zuſammengetragen, und vielen Marginalibus, vermehret, auch alle loca Scripturæ von neuem nachgeſchlagen, und mit groben Littern gedruckt: Wobey ein nützliches Bibel-Regiſter, da man alle Capittel und Verſicul, ſo in dem gantzen Buche citiret und erkläret, nachſchlagen kan, nebenſt einem nöhtigen Regiſter über die Sonn- und Feſttags-Evangelia, und gantzen Catechiſmum; ſamt vielen ſchönen Sinnbildern, und derſelben nützlichen in teutſchen Verſen verfaſſeten Erklärungen, auch geiſtreichen Gebeten, darinn der gantze Inhalt eines ieden Capittels enthalten. Rigæ A. 1679. in 8. Ex acceſſionibus, editioni huic Rigenſi (qvam Lipſienſis anni 1693. *in 8.*, libellis qvibusdam aucta Arndianis, aliæqve deinceps, expreſſerunt) ἀνωνύμως adjectis, Fiſchero debentur Præfatio egregia & prolixa (qvam *piam & doctam* Placcius merito appellat), Emblemata ingenioſa, metricæqve illorum explicationes, elegantes pariter atqve argutæ, & preces pleræqve, ſingulis ſubjunctæ capitibus. V. Monitum de his, ſub finem præfationis obvium, Vinc. Placcii *T. I. Theatri Anon. & Pſevdon., c. 11., p. 414.*, & Jonæ Joh. Phragmenii *Rigam literatam p. 13.*

Biblia V. & N. T., in lingvam Livoniæ Letticam, Caroli XI., Regis Svecorum, juſſu & auſpiciis, ipſius autem hortatu, directione atqve auxilio, a Viris doctis translata, ab ipſo in Paſtorum Livonicorum ſynodis reviſa, & propriis maximam partem ſumptibus, Rigæ A. 1689. *in 4.*, ſub titulo hoc (qvem Lubecenſium *Nova anni 1699. literaria, M. Julio, p. 194. 195.* recitant) edita Lettico: Ta Swehta Grahmata, ieb Deewa ſwehtais Wahrds, kas preekſch un pehz ta Kunga JEſus Kriſtus ſwehtas Peedſimſchanas, no teem ſwehteem Deewa-Zilwekeem, Praweeſcheem, Ewangeliſteem ieb Preezas-Mahzitaieem, un Apuſtuleem, uſrakſtihts. Tahm Latweeſcham deewa draudſibahm par Labbu iſtaiſita. V. de hac verſione Jac. le Long *P. II. Biblioth Sacræ p. 372.*, Chriſt. Kelchii Liefländiſche Hiſtorie, *P. V. p. 628.*, Chriſt. Kortholti (eam honorifice, velut primam e fontibus lingva concinnatam Livonica, una cum Fiſchero, celebrantis) *Tr. de Variis S. Scripturæ editionibus, c. 30., p. 371.*, Henn. Wittenii *Præfat. Tomi I. Diarii Biographici Sec. XVII.*, Lubecenſes (qvibus *Opus* audit *prorſus inſigne, &, ob Eccleſiæ commodum, æternis laudibus dignum*) *l. c.*, Joh. Alb. Fabricii (Rigæ illam A. jam 1686. prodiiſſe perperam credentis) *Lib. IV. Bibliothecæ Græcæ, P. I., c. 5., p. 194.*, & Joh. Frid. Mayeri (mentionem Fiſcheri, ergo dioctæ atqve editoris ejus, ob hoſtile, qvo ipſum proſeqvebatur, odium, omittentis) *Hiſtoriam Verſionis Bibliorum Germanicæ Lutheri, c. 6., §. 8., p. 73.* Phil. Jac. Speneri incentiva, qvibus noſtrum,

in labore hoc Biblico, ſæpius interrupto, occupatum, ut eum abſolveret, additis conſiliis, A. 1681. & 1687., in ſuis hortatus eſt Epiſtolis, *Parte III. Conſiliorum Theolog. Latin. p. 377. 613.* leguntur. Ex Interpretibus, qvorum opera Verſio iſta Bibliorum Lettica eſt adornata, præcipuus fuit Wolfg. Glückius, Præpoſitus in Livonia Mariæburgenſis, uti literæ me docuerunt Joh. Uppendorfii, d. 19. Maji A. 1693 exaratæ, in qvibus is etiam indignabundus narrabat, illam tunc *nondum, ob intempeſtive ſcrupuloſas Præfectorum rei nummariæ obſervationes, in publicum uſum fuiſſe diſtractam.* Novi Teſtamenti, ſeorſim Lettice & Eſthonice Rigæ A. 1685. in 4., & Regiomonti A. 1701., editi, mentio apud Longium, *l. c. p. 372.*, occurrit.

Bibliorum V. & N. T. Verſio duplex Eſthonica, Caroli XI., Regis Svecorum auſpiciis, Fiſcheri autem hortatu atqve directione, itidem concinnata, qvam A. 1688. ſub prælo ſudaſſe Henn. Wittenius, ejusqve narrationem (ſed omiſſa noſtri mentione) repetens Joh. Frid. Mayerus (*ll. cc.*), Rigæ A. 1685. & 1686. *in 4.* jam prodiiſſe Joh. Alb. Fabricius (*l. c.*), ibidem vero A. 1689. *in 4.* lucem demum vidiſſe Jac. le Long, unicam verſionem tantum memorans (*l. c.*), perhibent. Chriſt. Kelchius contra (*l. c.*) Bibliorum, in lingvas Letticam pariter atqve Eſthonicam, noſtri hortatu, translatorum, mentionem etiam qvidem injicit, ſed ſolius Novi Teſtamenti Verſiones Letticam & Eſthonico-Dorpatenſem, in Conventibus Paſtorum, ipſo Præſide, reviſas, in lucem tantum prodiiſſe, alteram vero Eſthonicam, in uſum Eccleſiarum Wyhrienſium, Jerwenſium, Oeſilienſium vicinarumqve, adornatam, ob Clericorum diſſidia, ineditam adhuc deliteſcere, teſtatur.

Janæ Leade Scriptorum omnium Verſio e Sermone Anglico Germanica, Amſtelodami A. 1694. & 1696. in 8. edita, qvam Fiſchero deberi Gerh. a Maſtricht, Syndicus Bremenſis, apud Placcium (*T. I. Theatri Anon. & Pſevdon.*, *c. 11.*, *p. 415.*), tradidit, ſed mihi nondum perſvaſit.

[Perperam noſtro, per Ephr. Prætorium, ὁμωνυμίας fraude deceptum, *in Indice Autorum*, editioni ſecundæ *Bibliothecæ Homileticæ*, A. 1698. excuſæ, adjecto, tribuuntur die Chriſtliche Hertzbewegende Betrachtungen, in tres partes diviſæ, a I. D. in lingvam e Belgica translatæ Germanicam, & iſta Lipſiæ A. 1692. *in 8.* publicatæ. Harum enim verus ſcriptor eſt Joh. Fiſcherus, Batavus, Parochus, per 56. annos, Wüdeneſenſis, Oſterlekenſis, Bovenkarſpelenſis, Zutphanienſis, & tandem Amſtelodamenſis, d. 22. Apr. A. C. 1694., & ætatis 77., defunctus, de qvo Adriani a Weſel *Sermo funebris*, Pet. Rabi *Bibliotheca Europæ Belgica anni 1694.*, *M. Febr. p. 183.*, *& M. Jun. p. 567. 568.*, Henr. Lud. Benthemii Holländiſcher Kirchen-und Schul-Staat, *P. II.*, *c. 4.*, *p. 374. 375.*, & *Homonymoſcopia* noſtra, *Sect. I.*, *c. 3.*, *§. 10.*, *p. 60.*, *Addendaqve* ejusdem, poſſunt conſuli.]

MARTINUS FOGELIUS,

Hamburgenſis, in locum τȣ̃ V, literæ cognominis ſui initialis, qva, vulgarem Germanorum ſcribendi conſvetudinem ſecutus, A. 1652., in Diſputatione, Joach. Jungio Præſide habita, & A. 1657., in *Vitæ* ejusdem Jungii *Hiſtoria*, etiamnum utebatur, cognatam huic literam F, accuratione qvadam critica novaturiente, & cordatioribus vix ſeſe approbatura, deinceps ſubſtituit, Diatribamqve, cujus infra, inter ἀνέκδοτα ejus, mentio recurret, cur in vocibus germanicis, per V. ſcriptis, τὸ F. potius adhibendum judicet, pollicitus eſt peculiarem (1.). Natus eſt Hamburgi, ipſa Feſti Paſchalis nocte, A. C. 1634., die VI. Aprilis Juliani, patre cognomine, cive honeſto, Caſpari, Incolæ in Miſnia Senftenbergenſis, filio, matre autem Juditha Gailkirchia, e gente apud Brabantos celebri oriunda, hisqve parentibus, e ſeptem, qvos genuerant, liberis, ſolus fuit ſuperſtes. Puer domi initio a parentibus, & deinde, in ſchola Johannæa, a Dan. Arnoldo, Zach. Moſero, Georg. Buſchio & Joh. Kopio, Ludimagiſtris publicis, formabatur. In Gymnaſium A. 1650. admiſſus, ſtudia Philoſophica Joach. Jungii, Mathematica Joh. Ad. Taſſii, Philologica autem & Hiſtorica Henr. Vagetii & Pet. Lambecii ductu, impenſe coluit (2.), nec Lingvas Orientales, Hebræam, Chaldæam, Syriacam & Arabicam, qvarum peritia Æg. Gutbierius, harum Doctor, ipſum imbuebat, neglexit. Jungio tamen imprimis ſe applicuit, &, in amicitiam ab illo admiſſus interiorem, Philoſophiam, qvam is profitebatur, & a ſervitute vindicabat Peripatetica, accuratiorem, ſed in ſectariam non multo poſt a diſcipulis perperam itidem immutatam, adeo imbibit fideliter ac feliciter, ut inter univerſos ſummi hujus Philoſophi Cimbrici aſſeclas & defenſores, extra controverſiam, deinceps eminuerit, meritoqve proinde, a Vinc. Placcio (3.), *diſcipulus Jungii facile omnium excellentiſſimus* ſit ſalutatus. A. 1653., ſub veris initium, Academiam Gieſſenam, & paulo poſt Marpurgenſem atqve Heidelbergenſem, A. autem 1654. Argentinenſem, adiit, &, in Theologia, cui operam dare tunc decreverat, Joh. Schmidio, in reliqva autem Polymathia Joh. Henr. Boeclero, ſibi per omnem deinde vitam amiciſſimo, gaviſus eſt hodego. A. 1656., triſti de adverſa patris valetudine nuncio accepto, patriam, perluſtrata in itinere Acad. Julia, repetiit. In hanc A. 1657. redux, Jungii ſui, eodem extincti, & a ſe ſcripto eleganti biographico celebrati, auſpiciis, lingvas, & ſcientias Philoſophicas, juventutem patriæ ſtudioſam, ſucceſſu egregio, coepit docere, iſtisqve acroaſibus privatis, & ἀνεκδότοις ſimul præceptoris eximii editioni præparandis, qvinqvennium ferme impendit integrum, fortunæ novercantis inſultus mente generoſa contemnens. Superatis hiſce, Mart. Vevetzerum, civem ſuum, familia ortum præcipua, in itinere, per Europæ provincias regnaqve nobiliora, Ephorus atqve Achates ejus perpetuus, ab A. 1662., per qvadriennium, comitatus eſt, proximum, &, Germaniam, cum illo, primum pervagatus, poſtqvam Vindobonam attigerat, inde, per regiones Alpeſtres, in Italiam tranſiit. Hujus urbibus reliqvis nobilioribus luſtratis, Venetiis trimeſtri hæſit tempore, lauream artis Medicæ (cui, Theologia relicta, ſe mancipaverat) ſupremam Patavii, d. 29. Jan. A. 1663., Brabevta Hieron. Frizimelica (qvem nimium, in ſe laudando, fuiſſe, eſt indignatus), obtinuit, Romæqve menſes octo exegit continuos. Florentiæ, non Ant. ſolum Magliabecchium, aliosqve homines eruditos, ſibi conciliavit, ſed ipſum etiam Hetruriæ Principem, Coſmum III., qvi, Hamburgum poſtea, in itinere, A. 1668. delatus, Noſtrum, priſtini amoris memor, munere ſe digno donavit, &, ſexennio poſt, ad illuſtrem Magalottum, Cubicularium ſuum ac in aula Cæſarea Legatum, honorificentiſſime amantiſſimeqve de eodem perſcripſit. A. 1664., cum Vevezero, Galliam Ciſalpinam percurrit, &, per Pedemontium Sabaudiamqve, in Tranſalpinam profectus, Lugduni, per tres menſes, & Monſpelii per aliqvot hebdomadas, ſubſtitit. Inde in vicinam Hiſpaniam transgreſſus, in Regia aliqvamdiu hæſit Madritenſi, ſuperatisqve clauſtris Pyrenæis in Galliam regreſſus, provincias hujus plerasqve cultiores peragravit, & Salmurii qvinqve, Pariſiis autem octo menſes, exegit. Gallia relicta, per Belgii Regii Foederatiqve Provincias, ac tractus Germaniæ, oceano propiores, patriæ, M. Auguſto A. 1666., cum Vevezero comite, feliciter redditus, iter, in qvo, ubivis locorum, notatu digna, ſive ad lingvas, ſive ad rerum naturam, ſive ad hominum mores, artes, inventa ac vitam civilem, pertinerent, ſumma obſervaverat induſtria, virosqve Principes & eruditos (uti libri Elogiorum, αὐτοχειρὶ ab his inſcriptorum, pleni, qvos ſecum reportabat,

(1.) *in Annot. Generali VII. ad Jungii Doxoſcopias Phyſicas Minores, num. 10.*

(2.) V. Vitam Joh. Vagetii, condiſcipuli illius ac ſucceſſoris, ἀνέκδοτον, a filio hujus, Aug. Vagetio, conſcriptam, ac mihi communicatam.

(3.) *in præfat. Acceſſionum Ethicarum*, A. 1695. editarum.

bat, literæqve ad ipſum deinceps freqventer exaratæ, luculenter demonſtrant) in ſui rapuerat amorem atqve admirationem, abſolvit literarium. In patriam redux, inter Medicos ejus potiores (Phyſici enim, ſive Poliatri, dignitas a Bened. Hopſero (4.) falſo ei vindicatur), praxi artis ſalutiferæ felici, inclaruit, & tempus, ab hac vacuum, ſtudiis philoſophicis, privatæqve juventutis in iſtis inſtitutioni, librorum item ſcriptioni, & experimentis phyſicis curioſioribus, impendit. Uxorem d. 17. Maji A. 1669. duxit Geſam Rademanniam, virginem, præter filias qvatuor filium ipſi (qvi qvadrimeſtris, cum ſorore unica, parenti fuit ſuperſtes) enixam, &, poſt obitum Noſtri, Georgio Heldio, J. U. Lic., ac Senatori Hamburgenſi, ſecundis junctam nuptiis. Qvinqvennio poſt, cum de Gymnaſio Hamburgenſi, ob docentium paucitatem pene collapſo, iterum inſtaurando deliberaretur, qvatuorqve novi eligerentur Profeſſores, ipſe, ordine hos inter primus, d. 11. Jan. A. 1675., Interpres Logices & Metaphyſices publicus eſt deſignatus, munusqve iſtud oratione ſolenni *de melioris Logicæ conſtitutione* d. 25. Febr. auſpicatus (5.). Sed *oſtendere*, uti belle Kirſtenius, phraſi utens Virgiliana, obſervat, *tantum fata* Fogelium Muſis Hamburgenſibus, *nec ultra eſſe ſiverunt*. Vix enim munere novo, qva par erat diligentia, aliorum cauſa ſibi haud parcens, fungi cœperat, cum corpus, minus alioqvin robuſtum, & lucubrationibus præterea nocturnis debilitatum, octavo illius menſe, febris, qva laborantibus aliis medebatur, purpuratæ contagio cœpit infeſtari, ac d. 15. Oct. lectulo eſt affixum. Virulentiæ morbi, qvem fatalem ſibi fore præſagiebat, alexipharmaca qvidem & remedia varia, tum ab ipſo, tum a Medicis aliis amicis, ſunt oppoſita, ſed ſucceſſu votis haud reſpondente. Die 20. Oct., invaleſcente illo, animo ſenſibusqve, extra ſe poſitus, & caro qvaſi gravatus, cœpit percelli. Media tamen nocte ſibi redditus, recuperato ſermonis uſu, mente integra, ad cognatos amicosqve adſtantes, non de rebus ſolum domeſticis, ſed ſua etiam (qvam Joh. Vagetio, condiſcipulo veteri, & ſcholæ tunc Verdenſis Rectori, a Magiſtratu committi, votis feriis, iisqve haud fruſtraneis, exoptabat) Profeſſione, monumentisqve literariis ἀνεκδότοις, tum Jungianis, tum propriis, cordate, & ſic, ut admirationi fuerit, peroravit. Deinde ad Deum converſus, actis huic pro rationis ac lingvæ uſu reddito gratiis, mortem, inter preces aſſiduas, aliaqve pietatis chriſtianæ argumenta, animo expectavit intrepido, ac die tandem ſeqventi 21. Oct., hora ſexta veſpertina, qvieſcenti ſimilis, anno ætatis 42, placide oppetiit. Hunc vitæ finem habuit Fogelius, ales (ſi ad vernaculum ejus cognomen alludere fas eſt) Phœbeius perqvam canorus, & Phœnix civitatis patriæ, ſua ætate, literarius, aqvilina, in Philoſophiæ univerſæ, præcipue tamen naturalis, & cognatæ huic artis Medicæ, arcanis, rationis pariter atqve experimentorum ſubſidio, indagandis perſpicacitate præditus, Jungioqve Præceptori, cujus ſectæ juſto videbatur addictior, ſapientiæ theoreticæ gloria neutiqvam ſecundus, Polymathiæ autem elegantioris & lingvarum cognitione, & illo, & Philoſophis pleriſqve aliis, ſuperior. Ingenii ejus, qvæ publice exſtant, monumenta, qvid ab illo expectari potuerit, ſatis qvidem luculenter oſtendunt, ſed paucula tamen ſunt & exilia, ſi cum ἀνεκδότοις conferas atqve affectis, qvorum pleraqve, ultimam autoris ſui manum, ob mortem ejus immaturam, haud experta, lucem vix unqvam videbunt publicam. Bibliothecam habuit, non ob numerum adeo, qvam ſelectum & ordinem librorum accuratum, memorabilem. In digerendis enim & collocandis illis has rationes ſeqvebatur. Primo non multos in unum compingi curabat volumen, ſed ſeorſim ſingulos ſuo muniri involucro. Deinde per claſſes, ſive ordines, diſponebat congeneres, adeoqve ad eandem diſciplinam pertinentes conjungebat, nullo reſpectu magnitudinis, formæ, aut idiomatis, habito. Præterea, in digerendo, rerum argumenta, ſive partes humanæ ſcientiæ, potius, qvam alia, reſpiciebat. Nec contentus vulgaribus diviſionibus, paucisqve claſſibus, diſtinctiones atqve collocationem accuratiſſimam, per partes ſive ſegmenta longe plura, effingebat, ita ut, qvæ ad unum genus, ſive totum ſpectarent aliqvod, per ſpecies partesqve ſeorſim exhiberentur, iteratis rurſus, ſi opus eſſet, diviſionibus. Qvod cum, in ipſa librorum collocatione, qvod unius partes diverſæ, ſive eadem etiam doctrina, diverſo reſpectu, ad diverſos referantur ordines, exacte adeo obſervari non poſſet, indicem Bibliothecæ adornare cœperat longe copioſiſſimum, qvem tamen, ob prolixitatem, abſolvere non potuit. Exſtat alius Catalogus ejusdem brevior, methodi hujus Fogelianæ, a D. G. Morhofio (6.) & Vinc. Placcio (7.) publice laudatæ, ac a Pet. Lambecio, in Bibliothecæ Cæſareæ diſpoſitione, itidem obſervatæ, non pauca exhibens veſtigia, ab amico, cum hæredes libros illius (qvos idem Morhofius (8.) *rariſſimos* vocat, *ſummaqve* a poſſeſſore *diligentia & curioſitate eſſe conqviſitos, ac, velut κειμήλια, aſſervatos*, teſtatur) A. 1678., M. Auguſto, auctione publica diſtrahere molirentur, concinnatus, typisqve Hamburgenſibus (9.) excuſus. Triſte hoc diſtractionis fatum Bibliothecam ſubire Fogelianam noluit Joh. Fridericus, Dux Brunſvico-Hannoveranus, & per G. G. Leibnitium pretio 2000. nummorum uncialium ſibi, ſuisqve uſibus, eam vindicavit. Præter Bibliothecam, Muſeum etiam Noſter collegerat rerum naturalium atqve artificialium rariorum, qvod a J. Dan. Majore (10.) ac Rud. Capello (11.), uti & inſigne Nummophylacium, qvod a Car. Cæſare Baudelotio, Curiæ Pariſienſis Advocato (12.), commendatur, a Car. Patino autem (13.) Cimeliarcheis reliqvis Hamburgenſibus, qvæ plurima eſſe addit, una cum Lüderiano, per ipſum deſcripto, præfertur.

Vitæ Fogelii (ex Autoribus aliis allegatis hinc inde auctæ) ſeriem debeo MICH. KIRSTENII, Med. D., & Phyſ. ac Poeſeos in Gymnaſio Hamburg. Profeſſoris, *Programmati*, qvo exeqvias defuncti d. 28. Oct. A. 1675. indixit, *Funebri*, in qvo is prolixiorem ejusdem Hiſtoriam *p. 3. 4.* haud obſcure eſt pollicitus. Recuſum eſt illud A. 1711. in J. Alb. Fabricii *Vol. III. Memor. Hamburg.*, *p. 430-440.*

Conferri etiam, præter Autores jam allegatos, & in Elogiorum Scriptorumqve recenſu allegandos, poſſunt HENN. WITTENIUS, *in Diar. Biograph. Sec. 17.*, *T. I.*, *lit. LlII. 1. a.*, *& T. II. p. 110.*, GEORG. MATTH. KÖNIGIUS *in Biblioth. Vet. & Nova p. 310.*, D. G. MORHOFIUS *in Polyhiſtore Literario*, *P. I.*, *L. 1.*, *c. 5.*, *p. 37.*, *c. 7. p. 62. 63.*, *c. 16. p. 205.*, *ac P. II.*, *c. 1.*, *p. 3.*, *uti & in Epiſt. de ſcypho vitreo per ſonum vocis humanæ rupto*, *p. 44. 47.*, VINC. PLACCIUS *in Præf. Tractatus de Script. Anon. & Pſeudonym.*, *in Tr. ipſo p. 16. 54. 73. 90. 141. 150. 159. 168. 170. 211. 236. 239.*, *in Notis ad Joh. Rhodii Catal. Scriptorum Suppoſitit. p. 38.*, *& in Invitatione ad Anonymos ſuos augendos p. 38.*, THEOD. JANSONIUS *in Bibliotheca Promiſſa & Latente p. 20. 21. 22. 23.*, CORN. a BEUGHEM *in Bibliogr. Phyſico-Medica p. 88. 89.*, ANT. TEISERIUS *P. II. Catalogi Catalogorum p. 197.*, JOH. ALB. FABRICIUS *P. II. Mem. Hamb. p. 1093.*, GEORG. ABR. MERCLINUS *in Lindenio de Script. Med. Renovato p. 786.*, WILH. ERN. TENZELIUS *in Colloqv. Menſtr. Vernac.*, *M. Jul. A. 1692.*, *p. 587.*, M. GOTFR. VOCKERODT *in Introduct. in Hiſtor. Societatum Literar.*, *Sect. II.*, *c. 3.*, *§. 9.*, ISAGOGE mea *ad Hiſt. Cimbr.*, *P. IV.*, *c. 8.*, *§. 15.*, *p. 550. 551.*, *c. 10.*, *§. 26. 27. p. 617. 619.*

(4.) *V. Epiſtolarum* ejus, Rol. Mareſii *Epiſtolis Philologicis*, in editione Lipſienſi, adjectarum, *ultimam*, A. 1674. ſcriptam, *p. 693.* (5.) V. Mich. Kirſtenii *Monumenta Gymnaſii Hamburg. Inſtaurati p. 5. 11.*, *Programma* ejusd. *Invitatorium ad Orat. Fogelii auſpicalem*, & J. Alb. Fabricii *P. II. Mem. Hamb. p. 1093.* (6.) *P. I. Polyhiſt. Lit.*, *L. 1.*, *c. 5.*, *p. 37.* (7.) *in Tr. de Arte Excerpendi p. 122.* Conf. præfat. Catalogi editi, e qva noſtram Biblioth. Fogelianæ ſciagraphiam depromſimus. (8.) *in Ep. de Scypho Vitreo p. 44.* (9.) A. 1678. in 8. (10.) im Bedencken von Kunſt-und Naturalien-Kammern, p. 13. (11.) *in Sciagraphia Nummophylacii Luderiani.* Conf. Dan. Gvilh. Molleri *Diſſ. de Technophyſiotameis*, *c. 7.*, *p. 43.* (12.) *en le Traitté de l'Utilité des Voyages p. 681.* (13.) *in Introduct. ad Hiſtor. Numiſmatum c. 25.*, *p. 222.*

OCTAVII FERRARII Jun. Epiſtola ad eum *Parte II. Operum* Ferrarii *variorum*, a D. Joh. Fabricio Gvelpherbyti A. 1711. junctim editorum, *p. 81. 82.*, legitur.

ELOGIA.

OCT. FERRARIUS (in *Ep. cit. p. 81.*) *eruditionem* ei tribuit *minime vulgarem.*

MICH. KIRSTENIUS, *in Programm. funebri*, ita de illo: *At tu etiam nobis, Martine Fogeli, ſubduceris, morte tam præcipiti, inexpectata, ærumnoſa? Tu, inqvam, virorum optime non minus qvam doctiſſime, patriæ decus inuſitatum, Muſarum noſtrarum, nuper reſuſcitatarum, præcipua ſpes, & deſiderium nunc triſte & infinitum. Qvod dicam hoc eſſe literarum, Philoſophiæ, & imprimis Lycæi noſtri, fatum? Vix inſtauratum eſt, &, te erepto, percellitur, labefactatur, & ad ruinam videtur rurſus inclinari. - - Multum in Fogelio amiſimus.* Et ſub finem: *Ita fuit M. F., vir optimus, induſtrius, boni publici amantiſſimus, philoſophico plane ingenio, eoqve vaſto & acerrimo, judicio exqviſitiſſimo, & una ſumma fide & humanitate; qvod rarum eſt: qviqve, cum lingvis, & doctis propriis, & elegantioribus Europæ cæteris, omnes prope ſcientias, ultra communem modum, conjunxerat. Phœnicem dixeris Hamburgenſium, non facile redituτum. Jacent opera interrupta, minæqve librorum ingentes, ut ad Virgilii verſus alludamus.* Commendat præterea, in eodem, *mores* ejus *ſvaves atqve emendatos, & candoris veriqve ſimplicem amorem.* EIDEM (*in Progr. ad Fogelii Orat. Profeſſionis Hamb. auſpicalem invitatorio*) audit *vir lingvarum plurium, aliarumqve rerum, peritia, & Philoſophia tota, eaqve accuratiſſima, inſtructus;* item (*in Monumentis Gymn. Hamb. inſtaur. p. 11.*)

Fogelius, cui divinæ rationis acumen
Acrius, & ſeſe, tota Minerva dedit.

AUTORI Catalogi Bibliothecæ Fogelianæ (*in Præfat.*) *Vir rara, diffuſa accurataqve doctrina, ingenioqve & judicio acerrimo, præditus.*

DAN. GEORG. MORHOFIO *Vir clariſſimus* (*P. I. Polyhiſt.*, *L. 1. c. 5.*, *p. 37.*), *Vir Doctiſſimus, ſibiqve amicus* (*ib. c. 7.*, *p. 62.*, *& c. 16. p. 205.*), *Vir clariſſ. & humaniſſimus, qvi multos ſcriptores rariſſimos, ſumma diligentia & curioſitate conqviſitos, ut κειμήλια, ſervat* (*in Ep. de ſchypho vitreo p. 44.*), *Vir optimus* (*P. II. Polyhiſt.*, *c. 1.*, *p. 3.*), *Hiſtoriæ naturalis indagator acerrimus* (*in Hiſt. Nat. c. 1.*, *T. II. Polyhiſt.*, *Lib. II. p. 141.*)

FRANC. REDIO (*in Tr. de Generatione Inſectorum*), *Vir nobiliſſimæ famæ, ſibiqve amiciſſimus.*

ANDR. MULLERO, Præpoſ. Berolinenſi (*in Notis ad Orat. Domin. Sinice editam*), *Vir longiore vita digniſſimus.*

VINC. PLACCIO, *in Tr. de Script. Anon. & Pſeudonymis* (ad qvem Fogelium ſymbolas contuliſſe haud exiguas, in præfat. fatetur) *p. 236. amicorum & civium ſuorum decus*, in *Invitat. ad Anonymos ſuos augendos p. 38. Vir doctrinæ incomparabilis*, &, *in præfat. Acceſſionum Ethicarum, Diſcipulus Jungii facile omnium excellentiſſimus.* Eidem PLACCIO, *T. I. Theatri Scr. Anon.*, *c. 14.*, *p. 603.*, *Vir Logices, ſi qvis alius, inſigniter peritus.*

D. LUCÆ SCHRÖCKIO Jun. (*in Memoria Welſchiana p. 38.*) *Vir, magno cum Aſclepiadei chori luctu, ipſi ereptus.*

PET. AXENIO *in Notis ad Phædrum p. 35.*) *Vir exterſi judicii, & græce & latine, bonisqve omnibus artibus, Philoſophia imprimis & Medicina, eruditiſſimus.*

GEORG. WOLFG. WEDELIUS, *in Progreſſu Academiæ Naturæ Curioſorum Germanicæ*, hujus eum Fautoribus honorifice annumerat.

HENN. WITTENIUS (*T. I. Diar. Biogr. Sec. 17.*, *lit. LIII. 1. a.*) πολυγλωττίαν ejus & πολυμάθειαν, verba Progr. fun. Kirſteniani, ſupra recitata, exſcribens, deprædicat.

BENED. HOPFERO (*in Epiſt. ſupra allegata*) audit *Medicus clariſſimus.*

WILH. ERN. TENZELIO (*l. c. p. 587.*) Ein berühmter Hamb. Profeſſor.

GOTFR. VOCKERODTIUS (*l. c.*) *Mortem* ejus, *præmaturam univerſæ reipublicæ literariæ* fuiſſe, ait, *acerbam.*

DANIELI le CLERC (*in Præfat. Hiſtoriæ Medicæ Artis, Gallice A. 1702. editæ*) *fameux Profeſſeur de Hambourg.*

AUTORI des Berichts von der Stadt Hamburg (*P. III.*, *c. 8.*, *p. 267.*) Ein in Phyſica curioſiori & elegantiori unvergleichlicher Mann.

JOH. ALB. FABRICIO (*Lib. IV. Biblioth. Græcæ*, *P. II.*, *c. 36.*, *p. 582.*) *Vir eruditus & dignus vita longiore.*

MIHI (*P. IV. Iſag. ad Hiſt. Cimbr.*, *c. 10.*, *p. 617.*) audit *Diſcipulorum Joach. Jungii princeps, ingenio excellenti, judicio exqviſito, ac doctrina multiplici, plerisqve civium ſuperior.*

SCRIPTA EDITA.

א. PROPRIA.

Analyſis logica apparentis demonſtrationis, L. 6. Phyſic. Acroaſ. Ariſtotelis, c. 32., expreſſæ, Præſide D. Joach. Jungio propoſita ad diſputandum. Hamburgi 1652. in 4.

Hiſtoria vitæ & mortis Joach. Jungii, Mathematici ſummi, cœteraqve incomparabilis Philoſophi, ſeorſim edita Hamburgi A. 1657. in 4., & Argentinæ 1658. in 4. Legitur etiam in Henn. Wittenii *Continuatione Decadum Memor. Philoſ. Renov.*, Francof. A. 1679. *in 8.* excuſa, *Decade VI.*, *p. 261-279.* Editione Hamburgenſi auctiorem eſſe Argentinenſem, ſed & in hac complura omiſſa, ipſemet, *in Præfat. Doxoſcop. Phyſ. Min.* Jungii, ſive Annotationum Generalium, iis præfixarum, ſecunda, teſtatur, eamqve ob cauſam, Vitam Jungii denuo a ſe, juſtæ magnitudinis volumine, deſcriptum iri, promittit. Commendata a me eſt *P. II. Iſag. ad Hiſt. Cimbr.*, *c. 8.*, *§. 3.*, *p. 208.*

Phyſicæ, qvæ hactenus tradita eſt, Sciagraphia, excerpta ex Epiſtola qvadam M. F. H. (i. e. Mart. Fog. Hamb.), in 4. Schedion dimidii qvaternionis, A. 1662., & ſeorſim, & cum *Doxoſc. Phyſ. Min.* Jungii, editum, qvod Phyſicæ vulgaris Ariſtotelicæ vitia breviter detegit.

Obſervatio de ſubmerſis non ſuffocatis, *in Miſcellaneis Academiæ Naturæ Curioſorum, Annis VI. & VII.*, *n. 125.*, *p. 162. & ſqq.*, obvia. (Corn. a Beüghem, *in Bibliogr. Med. p. 88.*, aliàs etiam Noſtri Obſervationes Phyſico-Medicas *Tomo V.* eorundem inſertas eſſe teſtatur.)

Lexicon Philoſophicum Homonymiarum communiſſimarum, tum omnibus lingvis communium, tum Latinæ imprimis propriarum, ſignificationis pariter & adſignificationis, ſed qvæ puris autoribus reperiuntur uſurpatæ, qvorum expreſſis verbis omnes acceptiones propoſitæ confirmantur: Opus poſthumum, a Joh. Vagetio, Fogelii autoris, in Profeſſione Gymnaſtica Hamburgenſi, ſucceſſore, ſumptibus propriis (cum bibliopolæ hos illi nollent impendere), editum Hamburgi A. 1689. in 4. Recuſum ibidem A. 1700. in 4. (*juxta Catal. Nund. Lipſ. A. 1700. Vernal. p. 58.*). De illo ita Morhofius, *P. II. Polyhiſt. Lit.*, *c. 1.*, *p. 3.*: *Commendavit & nuper ad methodum generalem LICC. Mart. Fogelii Lexicon Homonymorum, qvi illud edidit, Cl. Joh. Vagetius, optime de viro optimo meritus, & meriturus, ſi cætera ejus inedita in lucem protraheret.* Commendatur etiam a Joh. Alb. Fabricio *Lib. IV. Biblioth. Græcæ*, *P. II.*, *c. 36.*, *pag. 582.*

ב. ALIE-

ב. ALIENA.

Joach. Jungii, Lubecenſis, Med. D. & Prof. in Gymn. Hamb. Philoſophici, Doxoſcopiæ Phyſicæ minores, ſive Iſagoge Phyſica Doxoſcopica, in qva præcipuæ opiniones, in Phyſica paſſim receptæ, breviter qvidem, ſed accuratiſſime, examinantur: Ex recenſione & diſtinctione M. F. H. (*i. e. Mart. Fog. Hamb.*), cujus Annotationes qvædam accedunt. Hamburgi 1662. in 4. Recuſæ ibidem A. 1679. in 4. Doxoſcopias haſce Jungii Phyſicas Minores (de qvibus in autoris prolixius dictum eſt Elogio) Fogelius, e præceptoris ſui ſchedis, collegit, ordinavit, ſuisqve annotationibus, tum generalibus, libro toti præfixis, tum ſpecialibus, eidem ſubjunctis, illuſtravit, *labore* (uti Vinc. Placcius, *in Tr. de Scr. Anon. & Pſevdon.*, *P. I.*, *c. 6.*, *p. 54.*, de iis differens, vere judicat), *qvamvis ob accurationem, uti ex univerſi operis partibus ſingulis patet, ſummam, ubiqve curioſe obſervatam, ſatis magno, attamen utiliter collocato.* Conf. ejusd. Placcii *Tomum I, Theatri Scr. Anon.*, *c. 6.*, *p. 320.* Annotationes Fogelii *eruditiſſimæ* vocantur a Franc. Redi, *in Tr. de Generat. Inſectorum.*

Friderici Martens, Hamburgenſis, Chirurgi, Hodœporicum ſui in Spitzbergam & Grönlandiam itineris nautici, A. 1671. facti, Germanicum, Hamburgi A. 1675. in 4. editum, Italiceqve dein a Jac. Rautenfelſio, Nobili Curlando, Boniæ A. 1683. in 12., Belgice a Simeone de Vries Amſtelodami A. 1685. in 4., & Anglice ab Anonymo Londini A. 1695. in 8., translatum ac publicatum, de qvo, ſub Martini nomine, fuſius differuimus. Hortatu Fogelii (uti Autor *in Præfat.* fatetur) illud eſt conſcriptum, ductuqve Relationis Actorum Societatis Regiæ Anglicanæ Philoſophicorum XXIXæ, varia de Grönlandiæ hiſtoria naturali exhibentis problemata, & erotematum non unius generis propriorum, ab illo ſuppeditatorum ac propoſitorum, inſigniter locupletatum, tandemqve ab ipſo Fogelio commodiori ordine diſpoſitum, novis plantarum & animalium, hactenus ignotorum, Nominibus, ſua excogitatis induſtria, auctum, & editioni præparatum. Laborem Fogelii, ei impenſum, commendat Rob. Hookius, in *Epiſtola, Itinerario Ceylanico* Rob. Knoxi præfixa.

SCRIPTA INEDITA ET AFFFCTA.

(Horum tredecim ab autore *Catalogi Bibliothecæ Fogelianæ*, ſub finem illius, longe plura autem, e Fogelii ipſius Indice iſtorum, ſibi transmiſſo, a Dan. Georg. Morhofio, *P. I. Polyhiſtoris Literarii, Lib. I.*, *c. 7.*, *p. 62. 63.*, & hunc ſecuto Theod. Janſonio ab Almeloveen, in *Bibliotheca Promiſſa & Latente p. 20. 21. 22. 23.*, enumerantur)

α. PHYSICA.

1. Hiſtoria Naturalis ſelecta, & hactenus præterita, cujus Pars I. agit de ſimilaribus, II. de plantis, III. de animalibus. Hujus Partem I., ſive Iſagogen Haplophyſicam in hiſtoriam apparenter ſimilarium, ab autore ante obitum abſolutam, & Partem III., ſive Iſagogen Zooſcopicam, in fine imperfectam, ac capitibus præterea decimo (*de Multipedibus terreſtribus*) & duodecimo (*de apodibus terreſtribus*) mutilam, inter MSta Fogelii ſupereſſe, autor Catalogi bibliothecæ *l. c.* teſtatur.
2. Didactica Phyſicæ, cujus Pars eſt præcipua de experientia phyſica.
3. Hiſtoria Phyſicorum (cujus mentio in V. Placcii *Tr. de Scr. Anon.*, *P. I.*, *c. 4.*, *p. 39.*, tanqvam prælo paratæ, injicitur).
4. Attributa corporum naturalium.

β. MEDICA.

5. Artis Medicæ Syſtema inchoatum, & multis partibus magis minusqve abſolutum, cujus tamen edi merentur, qvæ adſunt, judice autore Catalogi biblioth.
6. Conſilia & Judicia Medica, qvæ ſuperſunt, facileqve poſſunt concinnari & perfici, ut edantur.
7. Obſervationes Diæteticæ.
8. Obſervationes Noſoſcopicæ.
9. Obſervationes Therapevticæ.
10. Didactica Medicinæ, cujus Pars præcipua de experientia medica jam eſt perfecta.
11. Hiſtoria Medicorum præterita. (Honorificam hujus fecit mentionem Dan. le Clerc *in præfat. de l' Hiſtoire de Medecine p. 6.*)
12. Tr. de ſimpliciorum operationibus.
13. De Turcarum Nepenthe Libri IV., qvibus accedit Commentatio de affinitate lingvæ Turcicæ & Hungaricæ. Hos *ἀποσπασμάτιον* eſſe Commentarii *de ſimplic. operat.*, jam memorati, ac editioni fuiſſe paratos, Fogelius ipſe Morhofio ſignificavit. Poſt mortem tamen illius, teſte *Bibliothecæ Catalogo*, non omnes IV. Libri apparuerunt, neqve Capita omnium diſtincta, multumqve materiæ in chartis repertum qvidem eſt, ſed non ſatis digeſtæ. Honorifice illorum meminit Andr. Müllerus, *in Notis ad Orat. Domin. Sinice editam.*

γ. GEOGRAPHICA.

14. Hiſtoria Geographorum, cujus Pars I. de Geographis univerſalibus, qvi totum terrarum orbem deſcripſerunt, ſive Introductio in Geo-Hiſtoricorum hiſtoriam, ferme elaborata eſt. Inſerere etiam operi huic voluit mapparum Geographicarum hiſtoriam.
15. Caſtigationes in Atlantes, & Phil. Cluverii Compend. Geographicum.
16. Compendium Geographicum, ſitu omnium locorum diſtincto auctum.
17. Hiſtoriæ Geographicæ ſelectæ.
18. Didactica Geographiæ.
19. Hiſtoria itineris ſui per Germaniam, Italiam, Galliam, Hiſpaniam & Belgium.

δ. LOGICA.

20. Logicæ Hamburgenſis ſupra caeteras omnes, hactenus editas, præſtantia, aliqvot demonſtrationum Euclideorum exemplis & analyſi oſtenſa; ſcriptum editioni maturum.
21. Eadem præſtantia Logicæ Hamburgenſis Jungianæ, aliis exemplis aſſerta.
22. Scholia & Animadverſiones in Joach. Jungii Logicam Hamburgenſem, qvibus, in MSto autoris relicto, nonnulla deſunt, ad Lib. Vtum & Lib. VItum totum pertinentia, teſte autore Catalogi bibliothecæ.
23. Or. de melioris Logicæ conſtitutione, d. 25. Febr. A. 1675., ſub Profeſſionis ſuæ initium, in Gymnaſio Hamburgenſi, recitata. Ex hac nonnulla recitat Vinc. Placcius *T. I. Theatri Scr. Anon.*, *c. 14. p. 603.*

ι. DIDACTICA.

24. Didactica.
25. Didactica Didacticæ.
26. Hiſtoria Didactica & Logica præterita.

ζ. GRAMMATICO-PHILOLOGICA.

27. De Lingvæ Finnicæ indole Obſervationes, qvas Morhofius magno Hetruriæ Duci pridem eſſe transmiſſas teſtatur: Catalogus autem bibliothecæ nondum pure & diſtincte indicat fuiſſe deſcriptas.
28. Diatriba de Germanorum Litera V, ſive cur, in vocibus Germanicis, per V. hactenus ſcriptis, litera F ſit ſubſtituenda. Promiſſa eſt ab autore *Annot. VII. Generali ad Doxoſc. Phys. Jungii, n. 10.* Confer, qvæ, ſub initium Vitæ Noſtri, de illa diximus. De litera Germanorum B. in hac eum Diatriba prolixius diſſeruiſſe, falſo tradit, ſtudiiqve ſuperflui illum accuſat Joh. Burch. Menkenius *Declam. II. de Charlataneria eruditorum p. 75.*
29. Lingvæ Germanicæ Etymoſcopia.
30. Lingvæ Germanicæ Orthographia.
31. Lingvæ Latinæ obſervationes.
32. Definitiones Grammaticæ.
33. Etymoſcopia Philoſophica, qva oſtenditur lingvarum totius fere telluris cognatio.
34. Lingvarum varietates.

η. HISTORICO-PHILOSOPHICA ET ANTIQVARIA.

35. Hiſtoria Philoſophica, a Morhofio memorata.
36. Hiſtoria Collegiorum & Societatum hominum curioſorum, in diverſis orbis partibus, qvam eum meditatum eſſe, ſed, morte præventum, edere non potuiſſe, Rud. Capellus, *in Sciagr. Nummophyl. Lüderiani*, teſtatur. De eadem etiam intelligenda verba Morhofii (*in Prælect. MSS. Polyhiſt., c. 1.*, & *Hiſtoria Naturali ἀνεκδότῳ, c. 1.*) *ſeqventia: Qvid non diſci aliqvando poterit e Vitis Phyſicorum & Academicorum plerorumqve Italorum, qvas edere parat Cl. Fogelius.*
37. Hiſtoria Lyncea, ſive nobiliſſimæ Lynceorum Societatis Romanæ, in Partes II. diſtincta, qvarum Prior Lynceographeum, ſeu Regulas vivendi, Lynceis proprias, & Lynceorum; ab A. 1603. ad 1623., geſta, poſterior autem ſingulorum Lynceorum Vitas, exhibet. Opus hoc, qvod Autor A. 1671. jam, *in Catal. Nund. Lipſ. Autumn. p. 23.*, publice promiſit, & Anno iſto in lucem prodiiſſe Georg. Matth. Königius (*in Biblioth. Vet. & Nova p. 310.*), hujusqve autoritate propemodum ſeductus Gotfr. Vockerodtius (etſi dubitabundus, *in Introd. ad Notit. Societatum Literariarum, Sect. 2., c. 3., §. 9.*), falſo tradiderunt, Vinc. Placcius (*P. II. Tr. de Scr. Anon. & Pſeudon. p. 213.*) A. 1674. *jam jam edendum* vocavit, Morhofius autem (*P. I. Polyhiſt. Lit., L. 1., c. 7., p. 63.*), *Elegans & curioſum* illud appellans, ſemetipſum editioni jam deſtinatum vidiſſe teſtatur. Alibi tamen (*in Prælect. ſc. MSS. de Notitia Autt. c. 4.*), imperfectum illud a Fogelio eſſe relictum, idem monet, & longe qvidem verius. Faciem enim ejus autor *Catalogi bibliothecæ Fogelianæ* ita delineat, ut *Parte I. qvædam, in annorum ſerie, & illis, qvæ in iis tractata ſunt, deſiderari, poſteriorem mera ad vitas Lynceorum conficiendas collectanea, cum qvibusdam illorum libellis, exhibere, totius autem operis, & partis præcipue ultimæ, juſtam deeſſe ſtructuram*, ſignificet. Dignum tamen vel ſic eſt, qvod edatur, id qvod mecum (*in Homonymoſc., Sect. II., c. 7., §. 22., p. 658. 659.*) Morhofius & Vockerodtius, *locis citatis*, ac Bened. Hopferus, *in Epiſt.* ſupra allegata, publice deſiderarunt.
38. Hiſtoria Mathematicorum præterita.
39. Hiſtoria Hevreticæ.
40. Hiſtoria Philologorum.
41. Opificiorum Variorum Hiſtoria.
42. Nummophylacii Lüderiani (a Georg. Lüdero, Cive Hamburgenſi, collecti) Catalogus, ſingulari diligentia congeſtus, & tribus voluminibus (*in fol.*) comprehenſus, qvorum primum (1132. paginarum) Nummos iſtius veteres 6891., Secundum vero (pagg. 460.) Recentiores 1604. deſcribit, ac Tertium deniqve (paginis 102.) Syllabum exhibet veteris & recentioris Nummophylacii Lüderiani, ſeu compendioſum nummorum 8500. Lüderianorum recenſum, ſingulos (additis autorum, qvi de iis egere, locis, literisqve N. R. iſtis, qvorum nemo meminit, adjectis), breviſſime qvidem, ſed ita tamen, ut, non paucis in locis, Enchiridii Hiſtoriæ univerſalis vicem præbere poſſit, recognoſcentem. Plura de hoc Catalogo invenies in Rud. Capelli, Prof. Hamb., *Sciagraphia* ejusdem *Nummophylacii Lüderiani*, Hamb. A. 1678. in fol. excuſa, in qva duæ etiam Fogelii Præfationes, voluminibus Catalogi primo & ſecundo præmiſſæ, lucem viderunt publicam. Confer de eodem *Iſagogen meam ad Hiſt. Cimbr., P. IV., c. 8., §. 15., p. 550.*

ἈΝΕΚΔΟΤΟΙΣ & AFFECTIS hiſce, a Morhofio, & partim etiam a Catalogi Bibliothecæ Autore, enumeratis, addantur ſeqventia, qvorum a neutro facta eſt mentio:

θ. MISCELLA PROPRIA.

43. Catalogus Bibliothecæ propriæ, ingens ac laborioſus, inchoatus, ſed non abſolutus, de cujus methodo, in Vita Autoris, jam dictum.
44. Hiſtoria Vitæ Joach. Jungii prolixior, juſtæqve magnitudinis volumine deſcripta, de qva, in brevioris editæ recenſu, itidem jam dictum.
45. Tr. de Toxico Baleſtario, a Thoma Bartholino peculiari commendatus Epigrammate, qvod *L. 8. Carminum* ejus, *num. 88., p. 236.*, legitur.
46. Comm. in Lib. Vtum Metaphyſicorum Ariſtotelis, qvem propediem a ſe editum iri, in Catalogo Lectionum Gymnaſii Hamburg., A. 1675. eſt pollicitus.

ι. JUNGIANA, EDITIONI DESTINATA.

47. Joach. Jungii Doxoſcopiæ Phyſicæ Majores, ſive Prælectiones & Diſputationes Phyſicæ ineditæ, ab ipſo concinnatæ, & publice promiſſæ, tum in *præf. Doxoſc. Phys. Min.* ejusdem, tum *in Catal. Nund. Vern. A. 1678. Lipſ. p. 48.*
48. Joach. Jungii Gymnasmata Logica de Demonſtratione, Zabarellæ oppoſita, qvæ, in eadem *Præfat. Doxoſc. Phys. Min.*, promittit, & ab autore commendata ſibi eſſe teſtatur.
49. Ejusd. Jungii Notæ marginales perpetuæ MSStæ ad editionem Ariſtotelis Pariſienſem, qvas Fogelium theſauri inſtar aſſervaſſe, Editionemqve illarum molitum, ſed morte præventum eſſe, refert Morhofius, *in Hiſtoria Naturali ἀνεκδότῳ, P. I., c. 12.*, & *T. II. Polyhiſt., Lib. 1., c. 9., p. 46., Lib. II., P. I., c. 12., p. 230.*

Ἀνέκδοτα

'Ανέκδοτα hæc Fogeliana omnia generatim commendant Mich. Kirſtenius, *in Progr. Funebri, ſub finem*, D. G. Morhofius *P. I. Polyhiſt. Lit., L. 1., c. 7., p. 63.* (ubi ita de iis ſcribit: *Hæc de Fogelio ſperari poterant, in ſingulare Hiſtoriæ literariæ commodum; quorum nunc an ſpes ulla ad editionem ſuperſit, vix dixerim. Sunt in illis eleganter excogitata, & laborioſe collecta, pleraqve jam ad prælum parata*), & *P. II. c. 1., p. 3.* (ubi editionis deſiderium profitetur), ac Bened. Hopferus (*non de trivio petita* eſſe judicans) in *Epiſtola ſæpius jam allegata.* Jactura eorundem deploratur a Gotfr. Vockerodtio *l. c.*, & Wilh. Ern. Tentzelio, *in Dial. Menſtr. German., M. Jul. A. 1692., p. 587.*

JOHANNES FRIDERICUS GRONOVIUS,

Hamburgi (*) A. 1611., VI. Id. Sept., tempore antelucano, in ædibus avi materni, natus, Patrem habuit Davidem Gronovium, Wismarienſem, J. U. D., Joh. Friderici, Archiepiſcopi Bremenſis, Epiſcopi Lubecenſis, Ducisqve Holſatici (cujus nomen Noſtro eſt impoſitum), per luſtra qvatuor Conſiliarium, ac dein Collegii Canonicorum Hamburgenſis per biennium, Reipublicæ autem Bremenſis annuo ſpatio, Syndicum, A. 1633. defunctum, Matrem vero Margaretam, Laur. Langermanni, Canonicorum Hamburgenſium Senioris, & Conſiliarii Holſatici atqve Schaumburgici, filiam. Frater ei fuit Laurentius, Civitatis Hamburgenſis patriæ Centurio eruditus, Sorores autem Anna Catharina, Johanni Helmio, Procancellario in Ducatibus Cimbricis Danico, Gertrudis Eliſabetha, Matthiæ ab Haren, Miniſtro Svecico, Margareta Juditha, Matthiæ ab Hein, Vigilum Præfecto, ac Cæcilia, Paulo Buckio primum, Eqvitum Magiſtro Svedico, ac dein Joach. Tilio, Duci Legionario, elocatæ (1.). Tyrocinia ſtudiorum Bremervördæ, ſede Archiepiſcopi, intra lares paternos, domeſticorum præceptorum ductu, poſuit, anno autem 1626. (qvo etiam qvindecennis, d. 23. Dec., in Canonicorum Hamburgenſium receptus eſt numerum (2.)) Bremam ablegatus, claſſis primæ in ſchola publica, per hybernum ſemeſtre, fuit diſcipulus, & æſtate ſeqventi Gymnaſii (cujus Matthias Martinius tunc erat Rector) civibus adſcriptus, in illo, ac dein Hamburgenſi, ſtudia humaniora & philoſophica felicitate tractavit plusqvam vulgari. Viginti natus annos, M. Febr. A. 1631., in comitatu Legatorum ad Proteſtantium Comitia Bremenſium, Holſaticorum, Megapolitanorum & Lubecenſium, ſuperiorem adiit Germaniam, viſisqve obiter Academiis Lipſienſi & Jenenſi, in Altorfina conſedit, & Juris qvidem præcipue ſtudium, Bremæ jam pulchre inchoatum, excoluit, ſed ita tamen, ut a Mich. Virdungo, qvi tunc unus ex illa felici literis elegantioribus ætate iſtic ſupererat, identidem ad has ſe revocari pateretur. Iſtis enim, ad qvas naturæ ferebatur inſtinctu, ſedulam, uti ipſe poſtea A. 1652. publice eſt teſtatus (3.), nunqvam non *dedit operam, reclamantibus licet iis, qvibus in ipſum jus erat, & ad tribunalia illum potius ac ſubſellia vocantibus.* Parente defuncto, M. Aprili A. 1633., domum rediit, plurimumqve in ſtudiis e freqventi, in civitate patria, cum Hugone Grotio, illic tunc exule, profecit converſatione, de qva ipſe ita A. 1634. ad Georg. Richterum ſcripſit: *Nunqvam ab eo recedo, niſi doctior, nunqvam adeo, niſi meditatus, qvid doceri velim.* In Belgium hinc Fœderatum A. 1634. abiit, Grotii inſtructus literis ad Claud. Salmaſium (qvo *neminem mortalium plura ſe docuiſſe*, Noſter, in Epiſt. ad Caſp. Hofmannum, A. 1638., grato prædicavit animo) commendatitiis, d. 18. Mart. exaratis (4.), in qvibus heros ille literarius hoc de eo, admodum adhuc juvene, tulit judicium: *Gronovius, qvi has a me literas impetravit, eſt omnium bonarum literarum amans, profectu magno, certe pro gentis captu. Nec dubito, qvin ad ſolidam frugem perventura ſint ejus ſtudia, ſi bonum nanciſcerentur ducem; qvem cum a me ſibi monſtrari poſceret, te indicavi.* Hæſit autem initio Groningæ apud Ant. Matthæum, JCtum, parenti ſuo antehac, in Acad. Marpurgenſi, perqvam familiarem, ac inde paulo poſt in Hollandiam pellectus, majore, qvam unqvam, contentione, ipſos qvinqve annos, Leidæ, aliisqve in locis, ſed potiſſimum tamen Hagæ Comitum, in literis fere totus humanioribus, etſi legum ſtudium nunqvam omnino ſeponeret, exegit. Hagam (in qva eum, ab A. 1634. exeunte, ad initium usqve A. 1639., vixiſſe, IX. ipſius Epiſtolæ, inde, qvinqvennio jam dicto, ad Gerh. Joh. Voſſium (5.), aliæqve ad amicos alios, exaratæ, teſtantur) Groninga evocabatur, ut juniori Principi Landsbergenſi Palatino, Arauſionenſis ex ſorore nepoti, a ſtudiis eſſet, ſed, cum a Theologis negotium iſtud, ob religionem, qvam tunc adhuc profitebatur, Lutheranam, eſſet impeditum, Michaeli Pavio, Eqviti D. Marci & Exſcabino Amſtelodamenſi, ſuam, in filio inſtituendo, operam, ſtipendio centum Joachimicorum annuo, addixit (6.). Non multo poſt tamen e caſtris Lutheranorum ad Reformatos (qvorum in gratiam Edmundi poſtea Albertini *de Euchariſtia opus* Daventriæ A. 1654. edidit) cum tranſiiſſe, e Joh. Chriſtenii, JCti Daventrienſis, ad Gerh. Joh. Voſſium colligo Epiſtola, Prid. Kal. Dec. A. 1640. exarata (7.), qva, Gronovium, in locis Lutheraniſmo addictis, ob religionis Reformatæ profeſſionem, difficulter eſſe emerſurum, eſt auguratus. A. 1639., M. Aprili, rebus, qvod ſedem ſe poſthac fortunarum in Fœderato poſiturum Belgio non ſperaret, convaſatis, in Angliam trajecit (8.), viſisqve urbibus ejus celebrioribus, & Bibliotheca Oxonienſi (ad cujus MStos Codices acceſſum liberiorem, exteris difficulter indulgeri ſolitum, Patricii Junii, qvo familiariſſime utebatur, obtinuit beneficio (9.)), accuratius luſtrata, in Galliam inde perrexit. In hac, Lutetiæ aliqvamdiu, ſub finem anni 1639. (10.), inter amicos cum Claud. Sarravio, Henr. Valeſio, Gabr. Naudæo, Joh. Lud. Balſacio, Rol. Mareſio, aliisqve eruditis, congreſſus (11.), Juliomagi autem Andium, per menſes octo anni ſeqv. 1640. priores integros, eſt commoratus (12.), &, hortatore pariter atqve brabevta Polycarpo Singebero, Anteceſſore academico, gente Germano, ſupremos juris utriusqve honores ſcholaſticos, prid. Kal. Mart., in Panegyri ampliſſima, ſibi paſſus conferri (13.). Reliqva hinc æſtate, ac parte autumni, in potioribus Galliæ provinciis urbibusqve conſumpta, Italiam ingreſſus, M. Octobri Venetias appulit (14.), & in *Academiam* illic *Incognitorum* a Joh. Franc. Lauredano, Senatore Veneto, iſtius fundatore ac Præſide, honorifice eſt receptus (15.), Romæ Urbano VIII., Pontifici, non ignotus vixit (16.), Florentiæ autem Codices Bibliothecæ Mediceæ MStos ſedulo excutiens, illorum ope, & alios haud paucos emendavit autores, & (velut ipſe poſtea A. 1668., in

(*) Batavus fuiſſe falſo perhibetur a Joh. Caſp. Eberto im Cabinette des gelehrten Frauenzimmers *p. 106.* (1.) V. Laur. Joh Gronovii, Hamburgenſis, J. U. L., *Memoriam Cæciliæ Gronoviæ*, amitæ ſuæ, A. 1662 *in fol. pat.* editam. (2.) teſtibus Ulr. Winckelio, J. U. L., *in literis, ad me d. 2. Jan. A. 1621. exaratis*, & Joh. Alb. Fabricio *P. II. Memor. Hamb p. 612.* (3.) *in præfat. libri novi ſeu qvarti obſervationum.* (4.) V. illas in Grotii *Epiſtolis ad Gallos*, *n. 158., p. 340. 341.*, & in *editione Epiſtolarum* ejusdem omnium *Amſtelodamenſi, n 352., p. 123.* (5.) V. illas in appendice Voſſianarum adoptiva, *num. 211. 236. 238. 241. 249. 253. 266. 269 275.* (6.) V. Epiſtolam ejus qvartam ad Joh Kirchmannum, A. 1635. exaratam, *in appendice ſecunda Gudianarum, num. 257., p 324.*, & ſecundam ad Gerh. Joh Voſſium, Haga Id. Nov. A. 1634. ſcriptam, *in Voſſianarum appendice, num. 211., p. 134. 135. 136.* (7.) *in appendice Voſſianarum, num. 303., p. 202.* (8.) V. Marci Zuerii Boxhornii *Epiſtolas, p. 103., in Ep. ad Joh. Iſ. Pontanum ſcripta.* (9.) V. Ejus *Ep. XI.* ad G. J Voſſium, Oxoniæ prid. Non. Sext. A. 1639. ſcriptam, *l. c., num. 281., p. 187.* (10.) V. Claudii Sarravii *Ep. 11. & 12 ad eum p. 17. 18.* (11.) Amicos hoſce ſuos Pariſienſes ipſe recenſet in Ep. ad Rol. Mareſium A. 1651. ſcripta. *V. Appendicem Mareſianarum, p m. 561.* (12.) teſte Ipſius ad Georg. Richterum Epiſtola. Conf. Sarravianas ad eum, Andegavi agentem, A. 1640, a M. Jan. ad Auguſtum usqve ſcriptas, *num. 16. 20. 23. 24 25. 27.* (13.) Conf. de hac promotione academica Ipſius Epiſtolam, Andegavo, Id. Maj. A. 1640, ad Georg. Richterum perſcriptam. (14.) V. Sarravii *Ep. 29. ad eum, p. 30. 31.* (15.) V. Vitam ejus, in lib. Italico ἀνωνύμῳ, *le glorie de gli Incogniti*, Venetiis A. 1647. edito, *p. 236-240.*, obviam. (16.) V. Georg Richteri *Epiſtolam* ad ipſum, A. 1642. ſcriptam.

in *in allocutione ad Coſmum Medicen, Hetruriæ Principem*, Leidam delatum (17.), publice eſt profeſſus) plus centum Livii ac Senecæ Tragici loca, nemini antehac ne doctiſſimorum qvidem intellecta, ita reſtituit, ut jam ſine offenſione legantur. Ex Italia in Auſtriam, & inde Ratisbonam, ubi Cæſar tunc agebat, A. 1641. migravit, hinc autem, per Bojarios, Vindelicos Helvetiosqve, in Galliam rediit, &, M. Decembri Rhotomagi aliqvantiſper commoratus, literas, Pariſiis 6. Kal. Dec. exaratas, a Claudio Sarravio, ſuorum in Gallia amicorum principe, accepit (18.), qvibus hoſpitium ipſi apud Senatorem Pariſienſem, cum 1000. librarum honorario, ſed incaſſum, offerebatur. Ipſe enim, pedicis iſtis apud Gallos detineri ſe haud paſſus, in Belgium, exeunte eodem A. 1641. (19.), perrexit, eo animo, ut inde in patriam urbem reverteretur, ac ſedem ibi fortunarum collocaret. Verum, cum Daventrienſis in Tranſiſalania Reipublicæ Magiſtratus Eloqventiæ & Hiſtoriarum in Gymnaſio ſuo Profeſſionem, a Mart. Schookio, Groningam, ad Logicen ac Phyſicen docendas, accerſito, relictam, jam ante, ſvaſu Gerh. Joh. Voſſii (*neminem ſibi occurrere, cujus, & doctrinam, & induſtriam, magis commendare ſit paratus*, in Epiſtola ad Joh. Chriſtenium Kal. Jan. A. 1640. exarata (20.), teſtati), A. 1640. ipſi, Romæ cum diſcipulis agenti (per literas Joh. Chriſtenii, JCti Daventrienſis), & dein A. 1641. Pariſios reverſo, oblatam, qvam nulli, anteqvam in Belgium rediiſſet, ac, qvid ſibi mentis eſſet, expoſuiſſet, conferre decreverant (21.), reduci denuo, cum annuo 800. florenorum Hollandicorum ſtipendio (22.), deferrent, mente mutata, eam, Claudio Sarravio (23.), aliisqve amicis, gratulantibus, A. 1643. ſuſcepit. Spartam hanc, inventa ibidem conjugii, & honeſti, & concordis, & fœcundi, conditione, cum proceribus pariter atqve civibus (qvorum ſingulari benevolentia in numerum XLVIII. Virorum allegebatur (24.)) eſſet gratiſſimus, per luſtra tria continua (25.), ſive annos XVI. (26.), ornavit, imo a Daventrienſibus, cum, ad Hardervicenæ Academiæ Profeſſionem A. 1647. vocatus, & per literas, & coram, eo ſe migraturum promiſiſſet, poſtqvam illi ſtipendio annuo 150. Florenos adjecerant, detineri ſe haud difficulter eſt paſſus, literasqve vocationis Hardervicenas Curatori Academiæ Wiinbergio, *inſigni*, ſi Corn. Tollium audias (27.), *levitate*, remiſit. Lugduno-Batavam tamen Academiam Lycæo Trans-Iſalaniæ A. 1658. prætulit, & Lingvæ Hiſtoriæqve Græcæ Profeſſionem, in qva non Dan. Heinſio, uti Georg. Matth. Königius (28.), ac Joh. Chriſtoph. Rumetſchius (29.) falſo perhibent, ſed Lamb. Barlæo (30.), ſucceſſit, eleganti *de Græcæ Hiſtoriæ Lingvæqve, & omni literarum ſtudio*, Oratione, qvæ publice legitur, XIV. Kal. Oct. illic eſt auſpicatus (31.), nec multo poſt Bibliothecæ etiam Athenæi ejusdem præfectus (32.). Ab hoc tempore Batavi ipſi dictaturam, qvam Philologis ſeculo præterito ac Criticis Leidenſibus, Juſto Lipſio, Joſ. Scaligero, Dan. Heinſio, Claudio Salmaſio, pene tanqvam propriam, audacter, Europa reliqva connivente, vindicare cœperant, detulerunt, poſt Salmaſii obitum, literariam, nec jure forſitan, qvam illis, minori, cum Lingvarum Græcæ ac Latinæ peritia, ſtyli elegantia, facundia, acumine critico, & antiqvitatum, cœterarumqve literarum elegantiorum, cognitione, plurimisqve in haſce & ſcriptores antiqvos meritis, nemine illorum fuerit inferior, nec pauciores, qvam iſti, amicos, ac nominis ſui cultores, non in Belgio ſolum, ſed exteris etiam regionibus, ſibi conciliaverit. Inſanabile illa tempeſtate Belgii Typographos & Bibliopolas invaſerat cacoethes Veterum ſcripta non niſi cum Notis Variorum publicandi, qvas literatores & pædagogi nonnulli ſemidocti, e virorum ſuperioris ævi eruditorum in illa Notis ac Commentariis, improbo auſu miſere mutilatis, aliisqve, qvibus σποράδην eadem illuſtrata erant, monumentis (omiſſa pleruraqve librorum & capitum mentione), absqve judicio excerpentes, rejectis obſervationibus majoris momenti egregiis, ac Indicibus utiliſſimis, ſolas Varias Lectiones, minutiasqve ſimiles ſcholaſticas, lectoribus obtrudebant. Plurimæ de illo exſtant querelæ, & invectivæ in Eclogarios iſtos ineptos, omni ſtudio, ut Philologorum præſtantiſſimorum labores exegetici integri paulatim interirent, annixos, juſtiſſimæ, hominum eruditorum, Joh. Gallœſii (*excerpta talia in præjudicium magis literarum, qvam utilitatem, cedere*, judicantis) (33.), Merici Caſauboni (34.), J. Georg. Grævii (*), Caſp. Sagittarii (35.), Ant. Borremanſii (36.), Adr. Baileti (37.), D. G. Morhofii (38.), Joh. Clerici (39.), Henr. Chriſt. Henninii (40.), &, qvi hunc allegat, Joh. Alb. Fabricii (41.), Pet. Burmanni (Corn. Schrevelio, Ant. Thyſio, & Joh. Laurentio, JCto, Phædri editori, potiſſimum indignantis) (42.), cumqve laudantis Thomæ Crenii (43.), Joh. Georg. Neumanni (Morhofii, non nominati, verbis a ſe interpolatis, utentis) (44.), J. G. Walchii (**), aliorumqve complurium. Pravo huic mori, cujus contagio etiam Germani deinceps ſunt infecti, cum Joh. Georgio Grævio, Nic. Heinſio, paucisqve aliis, pro virili, & monitis cordatis, & exemplo proprio, Gronovius Noſter, de tot ſcriptoribus vetuſtis immortaliter meritus, reſtitit, teſte vel ipſo cenſore ejusdem Morhofio (45.), cujus verba adjici merentur: *Typographi* ait ille, *Belgæ nuper, reclamantibus illic viris doctis, peſtem inducere cœperunt bonis autoribus, ineptis Variorum Editionibus, procuratis a pædagogis qvibusdam, qvi in autorum ſcriptis nihilo plus, qvam occiſa ſus, ſapiebant. Gronovius, Grævius, Heinſius, paſſim de ea reconqveruntur. Mericus Caſaubonus, in peculiari Diſſ. de Editione Homerica Belgarum, vehementer exagitat typographos illos. V. Borremanſii Var. Lect. c. 7. Non contemnendi tamen Commentarii Variorum, qvi, curantibus Gronovio, Grævio & Heinſio, prodierunt. Ii enim ſuas Notas adjecerunt integras, & ex aliis optima adjecerunt. Qvorum judicio qvæ inſtituta ſunt collectanea, haberi in pretio debent. Grævius tamen, qvantum in ſe eſt, abolere hanc peſtem conatur, editis integris autorum Commentariis in Svetonium, Ciceronis Epiſtolas, & alia.* Moribus (qvorum τὸ ἐπιεικὲς ϗ ἀκίβδηλον Vinc. Fabricius (46.) deprædicavit) Noſter fuit candidis atqve commodis, & in ſcriptis etiam (ſi eriſtica adverſus Emericum Cruceum & Mart. Schookium excipias, ſatis aculeata, qvæ adverſariorum ipſi extorſit importunitas atqve maledicentia).

(17.) *p. 10.* (18.) V. Sarravii *Ep. 35. ad illum p. 36. 37.* (19.) V. Hug. Grotii Ep. ad G. J. Voſſium d. 23. Nov. A. 1641. ſcriptam, *inter Epiſtolas Remonſtrantium, num. 566., p. 812.* (20.) V. Syntagma Epiſtolarum Voſſii, *num. 272., p. 277.* (21.) V. Joh. Chriſtenii Epiſtolas III. ad Gerh. Joh. Voſſium A. 1640. & 1641. exaratas, *in Voſſianarum Appendice, num. 303. 305. 319., p. 202. 204. 205. 214. 215.*, & Gronovii ipſius Ep. ad Georg. Richterum. (22.) V. Ep. ad G. Richterum. Schockius, Anteceſſor ejus, tantum 700. florenos qvotannis acceperat, teſte Chriſtenio *Ep. 303.* ad Voſſium, *l. c. p. 202.* (23.) *Ep. 49., Id. Mart. A. 1643. ſcripta, p. 46. 47. 48.* (24.) *V. Ipſius Epiſtolam ad Georg. Richterum* A. 1651. exaratam. (25.) teſte Theoph. Hogerſio *in Juvenilibus p. 47.* (26.) *V. Ipſius Or. Leidenſem de Hiſtoriæ & lingvæ græcæ ſtudio auſpicalem.* (27.) in Ep. ad Gerh. Joh. Voſſium, Hardervico XI. Kal. Sept. A. 1647. ſcriptam, *in Append. Voſſianarum, num. 436., p. 288.* (28.) *in Biblioth. Veteri & Nova p. 365.* (29.) *in Schediaſm. de conjecturis ultimi temporis p. 80.* (30.) V. Sam. Tennulii, affinis ejus, Epiſtolam ad Laur. Gronovium, ipſius fratrem, cum 7. Kal. Sept. Barlæum in Lit. Gr. Profeſſione Leidæ excepturus, Daventria diſceſſiſſet, ſcriptam, Daventriæqve in fol. editam. (31.) Conf. Sam. Tennulium *l. c.*, & ipſius Epiſtolam de Vocatione ſua Leidenſi, ad Joh. Logeſium A. 1658. ſcriptam, in Thomæ Crenii *P. VI. Animadv., c. 1., p. 32-35.* (32.) V. Fratrum Grasbeckiorum *dedicationem Aurelii Victoris*, a ſe A. 1670. editi, ipſiqve inſcripti. (33.) *Ephem. IV. Erud. Gall. A. 1667. (ad d. 7. Febr.) p. 619. 620. edit. latinæ Nitſchianæ.* (34.) *in Diſſ. de Optima Homeri Editione.* (*) *in præf. Svetonii & Catulli.* (35.) *in Commentatione de Vita & Scriptis Plauti, Terentii ac Ciceronis, p. 67. 68. 69.* (36.) *in Variis Lectionibus, c. 7., p. 74. 75.* (37.) *Tomo I. p. 519. & T. II. Judiciorum de Eruditis Gallicorum, P. II. p. 583. & ſeqq.* (38.) *T. I. Polyhiſt., Lib. 4., c. 11., p. 128. 129., in Prælect. Polyhiſtoricis MSS., c. 6., & aliis, itidem ἀνεκδότοις, de Notitia Autorum, c. 13.* (39.) *in Arte Critica, P. I., c. 2., p. 67. 68., & Tomo I. Parrhaſianorum, ſub Theod. Parrhaſii larva, Gallice Amſtelod. A. 1699. editorum, p. 229-234.* (40.) *in ſua Juvenalis Editione.* (41.) *in Biblioth. Lat. p. 86.* (42.) *in Præfat. Phædri ſui.* (43.) *P. V. Animadv. Philol. & Hiſtor., c. 1., p. 21. 22.* (44.) *in Diſſ. de Retractationibus Eruditorum §. 20.* (**) *in Hiſt. Crit. Lat. Ling., c. 7. p. 317. 318. 319.* (45.) *in Prælect. MSS. de Notitia Autorum, modo allegatis, c. 13.* Conf. *T. I. Polyhiſt., Lib. 4., c. 11., p. 128. 129.* (46.) in Ep. ad Salmaſium A. 1639. ſcripta, V. *Opp. ejus p. 307. 308.*

dicentia) a rixis ac mordacitate, Criticis pleriſqve familiari, uti Gvilh. etiam Saldenus obſervavit (47.), alienior. Religionem Lutheranam, uti ſupra dictum, cum Reformata commutavit, Atheiſmi autem, & negligentiæ circa religionem, a Mart. Schookio (48.), falſo haud dubie, & hoſtili animo, accuſatur, more Theologis qvibusdam immodeſtioribus, contra viros eruditos inſurgentibus, ſolenni. Etſi enim a controverſiis & litigiis ſacris abhorruerit, praxeos tamen Chriſtianismi tanto fuiſſe ſtudioſiorem, non Chriſtophori tantum Arnoldi, Theologi Noribergenſis, cum ipſo diu verſati, eumqve *virum admirandæ pietatis pariter ac eruditionis*, & *Philologum pium*, ſalutantis (49.), evincit judicium, ſed hæc etiam Ipſius, de Periocha Joſephi de Chriſto controverſa ſententiam rogati, in Ep. Reſponſoria, ad eundem Arnoldum A. 1651. exarata, verba (50.) oſtendunt: *De loco* τοῦ ἑλληνίζοντος Ἑβραίου *noli me in palæſtram iſtam vocare.* Τοῖς μαθοῦσι γράμματα *res expeditiſſima eſt. Sophiſtis non poteſt perſvaderi, qvi ſtatim ad impietatem bonis viris objiciendam, & Grammaticos eſſe Theologiæ (qvam iſti in Sophiſticen converterunt) ignaros, decurrunt. Hoc Scaligero, Caſaubono, Salmaſio accidit. Itaqve conſtitui anſas illas calumniaturis non dare, & vita potius ac ſententiis pietatem, ac ſi qvid in ſacris profeci, oſtendere, qvam qvæſtiones, qvas ſui fori eſſe putant, tangendo oſtentare.* Dotibus animi atqve ingenii tam præclaris, non proceres ſolum Batavicos, ſed Principes etiam atqve Magnates exteros, ſibi conciliavit. Chriſtina, Regina Svedica, A. 1655., in itinere Belgico, Daventriam, ut eum videret, deflexit. V. Galeatii Gvaldi *Hiſtoriam Chriſtinæ Italicam, Lib. 2., p. 37.*, ubi vocatur *Un certo Granovio, buonio da lei molto ſtimato, come gran litterato.* Dux Megapolitanus, teſte Chriſtoph. Gräfio (51.) Conſiliariis eum ſuis adſcripſit, Ludovicus autem XIV., Gallorum Monarcha, in homines doctos non regni ſolum ſui, ſed Europæ pene totius, munificentiſſimus, annuo, ob famam doctrinæ multiplicis, donavit honorario. Inter Proceres ejusdem Regis aulicos, ſingularis, uti a viro illuſtri, Marqv. Gudio, accepi, & celeberrimus etiam Morhofius (52.), in *Polyhiſtore* ſuo, retulit, in ipſum fuit humanitas atqve benignitas Cl. Memmii, Comitis Avauxii. Non enim is ſolum, mille Gronovio imperiales, ob Livium ſibi inſcriptum, transmiſit, ſed etiam, cum Monaſterium Weſtphaliæ, ad Panegyrin Irenicam, Regis ſui Legatus, abiret, ac Daventriam, ubi Noſter tunc eloqventiam docebat, tranſiret, pedes domi eum ſuæ acceſſit ac ſalutavit, comitatemqve miranti inuſitatam reſpondit: *Tu eam doces artem, qvam ego exerceo.* Vivis tandem Noſter Lugduni Batavorum ſexagenarius exceſſit d. 28. Dec. A. 1671. (53.), in cujus locum Georg. Matth. Königius (54.) ſeqventem 1672. perperam ſubſtituit. Königium ſeqvuntur Adolphus Clarmundus in Vitis Eruditorum qvorundam Germanicis, Witeb. A. 1703. editis, fatalem Noſtro annum Chr. 1672., & ætatis 63um, fuiſſe, falſo (num. 19, p. 163.) perhibens, J. Franc. Buddæus *T. II. Lex. Hiſt. p. 305.*, & Joh. Alb. Fabricius *P. II. Memor. Hamb. p. 612.* Uxores duas habuit Adelheidam ſcilicet (qvam Boxhornius Attiliam vocat) Tennuliam, Sam. Tennulii, Philologi Batavi haud incelebris, ſororem, Daventriæ, M. Jan. A. 1643. ductam, & ob probitatem, moresqve ſvaviſſimos, a marito commendatam (55.), ac, qvam huic, Daventriæ A. 1657. peſte, cum filiarum triga, extinctæ (56.), ſubrogavit, Catharinam Glagoviam (57.). Filios reliqvit duos patriſſantes, Jacobum, literarum elegantiorum, poſt parentem, in Academia Lugduno-Batava Profeſſorem, de ſcriptoribus plurimis vetuſtis, Græcis pariter atqve Latinis, præclare meritum, & Laurentium Theodorum, variæ atqve eximiæ eruditionis JCtum, cujus Specimen Criticarum in Pandectas, e Florentino exemplari, Emendationum, Leidæ A. 1685. editum (58.), nihil vulgare, de ingenio ejus, orbi erudito promiſit.

VITÆ ipſius Hiſtoriam, ab ipſo conſcriptam, ſed imperfectam, ac ad A. 1650. ſaltem perductam, legendam exhibet *Daventria Illuſtrata* JAC. REVII, Profeſſoris in Gymnaſio Daventrienſi clariſſimi, Lugd. Bat. A. 1651. *in 4.* edita, *Lib. 6., p. 712. 713.* Aliam autem, ſed pariter mancam, & ad A. usqve 1647. tantum pertextam, una cum effigie & ſcriptorum Catalogo, ANONYMI *Le Glorie de gli Incogniti*, ſive Societatis Incognitorum Venetæ, a Joh. Franc. Lauredano, Senatore, fundatæ, Hiſtoria, eodem A. 1647. Venetiis Italico ſermone (*in 4.*) publicata, *p. 236-240.* Utriqve nonnulla me debere fateor. Anonymi Leben des berühmten Joh Frid. Gronovii, nebſt einigen ſeinen Briefen, die guten theils bißher ungedruckt, Hamburgi A. 1723. *in 8.* prodiit. Autor illius eſt D. Nicol. Wilckens, Archivarius Hamburgenſis.

THEODORI RYCKII, Lit. Human. in Acad. Leidenſi Profeſſoris, Oratio funebris, publice ei dicta, ob ſtylum humilem, aliasqve rationes ſonticas, ab hæredibus defuncti (teſtibus viri celeberrimi, Theod. Janſonii ab Almeloveen, literis, Prid. Eid. Jul. A. 1695. ad me exaratis) eſt ſuppreſſa. Editam eſſe falſo tradit Ant. Teiſerius *P. II. Catalogi Catalogorum p. 251.* Elogium Noſtri promiſit D. ANDR. PLANTECOVIUS, Med. Lubec., in *Epiſtola de ſcriptis* ſuis ineditis, *Novis Lit. Lubecenſibus* M. Oct. A. 1707. inſerta, *p. 314.*

ABR. BERKELII Lacrymæ in obitum ipſius Græcis verſibus effuſæ, cæteraqve aliorum in eundem Epicedia, Leidæ A. 1672. prodierunt.

Judicia Eruditorum de ipſo honorifica complura, a ſe collecta, exhibuit THOMAS POPEBLOUNT, Anglus, *in Cenſura Autorum p. 1056. 1057. 1058.*

Scripta ſua ad usqve 1670. edita, ipſemet, in Epiſtola ad Angelicum Aproſium, M. Januario illius exarata, cujus ſuo infra loco fiet mentio, enumeravit.

Catalogus Bibliothecæ defuncti, auctione diſtractæ publica, Lugd. Bat. A. 1673. in 4. prodiit.

EX ERUDITORUM AD IPSUM EPISTOLIS PRODIERUNT:

HUGONIS GROTII Septem, A. 1636., 1637., 1638., 1639. & 1643. ſcriptæ, in Volumine *Epiſtolarum* ejus omnium, Amſtelod. A. 1686. excuſo, *num. 673., p. 274., n. 808., p. 351., n. 874. p. 384., n. 911. p. 402., n. 1142. p. 517., n. 1168. p. 530., & num. 1628. p. 719.*

CLAUDII SALMASII XLVI., ab A. 1634. ad 1648. exaratæ, *in Libro Epiſtolarum* ejus *Primo*, Leidæ A. 1656. *in 4.* per Ant. Clementium edito.

CLAUDII SARRAVII, Curiæ Pariſienſis Senatoris, XVII., A. 1639. 1640. 1641. 1643. 1644. 1647. & 1650. ſcriptæ, inter *Epiſtolas* ejus, Arauſione A. 1654. & Ultrajecti A. 1697. (cum Gudianis) excuſas, *num 11. & 12., p. 17. 18., n. 16. p. 20. 21., n. 20. p. 23. 24., n. 23. 24. 25., p. 25-28., n. 27. p. 28. 29., n. 29. p. 30. 31., n. 35. & 36. p. 36. 37. 38., n. 39. p. 39., n. 49. p. 46. 47., n. 62. p. 59., n. 141. p. 146. 147., n. 175. p. 178. 179., & n. 253. p. 245. 246.*

(47.) *Lib. I. de libris, & eorum uſu ac abuſu, c. 3., p. 87.* (48.) *in Vindiciis Alteris de Fœnore Unciario, p. 172. 173.* (49.) *in Spicilegio ad Joh. Henr. Urſini Exercitationes de Zoroaſtre p. 4.* (50.) V. Chr. Arnoldi *Teſtimonium Flavianum p. 204. 205.* (51.) *Parte II. Dyetæ Sacræ, ſive in Politico Orientali, lit. G.* (52.) *P. I. Polyhiſt. Literarii, L. 1., c. 25., p. 317.* (53.) V. Henn. Wittenii *Diar. Biographicum Sec. XVII, T. I., lit. Ffff. 2 a., & T. II. p. 102.* (54.) *in Biblioth. Vet. & Nova p. 365.* (55.) in Ep. ad Gerh. Joh. Voſſium 7. Kal. Febr. A. 1643. (die poſt nuptias duodecimo) exarata, & in Voſſianarum *appendice adoptiva, num. 378., p. 255. 256.*, obvia. Conf. Voſſii de hoc conjugio gratulatoriam, inter Voſſianas, *num. 496., p. 431. 432.*, ac Epithalamia Caſp. Barlæi (*P. II. Poem.*, L. 3. *Eleg.*, *p. 149. 150.*), M. Z. Boxhornii (*in Poem. p. 64.*), & Nic. Heinſii (L. 2. *Poem. Juvenilium p. 282. 283. 284.*). (56.) teſte Vinc. Fabricio, *in Ep. ad Val. Thilonem, in Operibus p. 365.* (57.) V. Theoph. Hogerſii *Epithalamion in Nuptias cum illa, in Poematis Juvenilibus p. 1-8.* (58.) V. de illo *Acta Erud. Lipſ., M. Nov. A. 1685., p. 531. & ſeqq.*

GERH. JOH. VOSSII VII., A.1638. 1642. 1643. & 1644. exaratæ, in *Epiſtolarum* ipſius Volumine, Londini A.1690. (*in fol.*) edito, *num.310. p.302.303.*, *n.342. p.325.*, *n.453. p.399.*, *n.460. p.407.*, *n.475. p.419.*, *n.485. p.425.*, *n.496. p.431. 432.*

MARCI ZUERII BOXHORNII XII., ab A. 1634. ad 1643. ſcriptæ, inter *Epiſtolas* illius, Amſtelodami A. 1662. in 12. impreſſas.

GEORG. RICHTERI, Reip. Norib. Conſiliarii, nonnullæ, inter *Epiſtolas ejus atqve amicorum*, Noribergæ. A. 1662. in 4. publicatas.

JOH. LUDOV. BALSACII, Gallicæ Tres, inter *Epiſtolas Selectas* (*Les Lettres Choiſies*), Amſtelod. A. 1656. *in 12.* editas, *p.319.320.353-357. P. II. Lib. III. n. 3.22.23.*

TANAQVILIS FABRI Una, *inter Epiſtolas Criticas, T. I., num. 75.* (ed. Salmur. A. 1674. in 4.)

OCTAVII FERRARII, Prof. Patavini, Una de Veſtitu Romanorum, ſuper qvibusdam Obſervationibus Gronovii ad primam operis Ferrarii *de Re Veterum Veſtiaria* editionem A.1642. publicatam, in editione ejusdem ſecunda, Patavii A. 1654. (*in 4.*) excuſa, *Parte III., p.123-131.*, una cum Reſponſoria Gronovii, Daventriæ Prid. Kal. Maji A.1646. ſcripta (*p.131-133.*) Duæ aliæ Ferrarii ad Gronovium, perqvam honorificæ, prior ſine anni mentione, poſterior vero A. 1669. exarata, *Parte II. Operum variorum* Ferrarii, a Joh. Fabricio Gvelpherbyti A. 1711. *in 8.* junctim editorum, *p. 112. 113. 227-230.*, leguntur.

ROLANDI MARESII Una de Studio Critico, *Libro II. Epiſtolarum* ejus *Philologicaram, num. 7.*

ISMAELIS BULIALDI Una de Solis defectu, cujus Livius *Lib.37.c.4.* meminit, cum *Notis* Gronovii *in Livium* Lugd. Bat. A. 1645. edita, & in ſeqventibus Livii editionibus Gronovianis recuſa.

THOMÆ REINESII & GRONOVII Epiſtolæ XXXIII. Amoebææ MSStæ ſuperfuerunt inter Jac. Thomaſii, Prof. Lipſienſis, ἀνέκδοτα, teſte Chriſtiano Thomaſio, Jacobi filio, in horum Indice, parentis *Originibus Hiſtoriæ Philoſophicæ & Eccleſiaſticæ, ſeu Schediasmati Philoſophico*, in editione ſecunda Halenſi Anni 1699. (*in 8.*), ſubjuncto, *p. 232.* Autor etiam Anonymus des Monatl. Außzuges auß allerhand Büchern, *M. Jan. A. 1700.*, *p. 45.*, Volumen Epiſtolarum Reineſii ad Gronovium penes ſe eſſe ſignificat.

MERICI CASAUBONI ad eum nonnullæ, a Theod. Janſonio ab Almeloveen, in Editione Epiſtolarum utriusqve Caſauboni (Iſaaci & Merici) noviſſima, Roterod. A. 1709. *in fol.* publicata, exhibitæ. V. *Acta Erud. Lips.*, *M. Majo A.1710.*, *p. 190.*

INSCRIPSERUNT EI:

PHIL. PAREUS Commentarium ſuum de Particulis Lingvæ Lat., Fancof. A. 1647. *in 12.* editum.

VINC. FABRICIUS, Hamburgenſis, Conſul Gedanenſis, *Vindemias* ſuas *Poeticas*, in *Operibus p. 633-643.* obvias, & *Elegiam XIII. Libri II.*

CORN. SCHREVELIUS *Martialem*, a ſe, *cum Notis Variorum*, Leidæ A. 1656. in 8. editum.

NICOL. HEINSIUS *Caſtigationes ſuas in Faſtos Ovidii.*

FRATRES GRASBECKII *Aurelium Victorem*, a ſe, *cum Notis Variorum*, Lugduni Batavorum A.1670. (qvo Gronovius Rectoratu Academiæ ſecundo fungebatur,) in 8. publicatum.

JAC. GRONOVIUS filius Polybium, eodem A. 1670. Amſtelodami, Græce ac Latine, cum notis, a ſe editum.

CARMINA IN HONOREM EJUS CONSCRIPTA.

CASP. BARLÆI, MARCI ZUERII BOXHORNII, NICOL. HEINSII & THEOPH. HOGERSII, Epithalamia, qvæ paulo ante allegavimus, Nuptiis ejus geminis conſecrara.

NICOL. HEINSII Elegia, qva de Profeſſione Leidenſi ipſi eſt gratulatus, *Orationi* Gronovii *de Græcæ Hiſtoriæ Lingvæqve ſtudio auſpicali A.* 1658. annexa, & *Libro* etiam *III. Elegiarum* Heinſii, *num. XII.*, odvia.

Ejusdem Elegia alia, qva, ad Obſervationes ſuas Antiqvarias edendas, ipſum eſt hortatus, *Lib. I. Poematum Juvenilium p. 228.229.*

JOH. BANNINGII BODECHERI in laudem ejus Carmen, qvod in hujus *Poematis p. 176.* inveniri, Morhoſius, *P. II. Polyhiſt. Liter.*, *c. 12.*, *p. 142.*, teſtatur.

VINC. PLACCII *Prodromus Triumphi, Famæ J. F. Gronovii in Parnaſſo decreti, Libro III. Poem. Juvenilium, p. 300-303.*, obvius.

PET. STRATENI *in Poematis, p. 103. 163. 144. 182. 183.*

CONST. HUGENII Jambi, Albo ejus inſcripti, & *in Momentis Deſultoriis, Lib. IV. Epigramm.*, *p. 144. 145.*, editi.

Conferri etiam de illo, præter Autores alios, partim in Vita jam allegatos, partim vero, in elogiorum ac ſcriptorum recenſu, mox allegandos, poſſunt GEORG. RICHTERI, amicorumqve *Epiſtolæ, paſſim locis compluribus*, THOMÆ REINESII *Epiſtolæ ad Caſp. Hofmannum & Chriſtoph. Ad. Rupertum p. 301.568.582.604.613.614.* VINC. FABRICII *Opera p. 307.308.342.36*[illegible]*.633.* GEORG. MATTH. KÖNIGII *Biblioth. Vetus & Nova p. 365.*, & (qvam ille ſcripta ejus magnam partem recenſere teſtatur) CORN. ASPASII *Bibliotheca Ambroſiana p. 152. & ſqq.*, Dn. de MONÇONYS *Voyages p. 152.*, ADR. BAILETI *Jugemens des Sçavans, T. II., P. II., p. 493. 494. 495.*, ac *Tr. Gallicus des Satyres Perſonelles, T. II., p. 328.*, HENN. WITTENII *Diar. Biograph. Sec. XVII., T. I., lit. Ffff. 2. a., & T. II. p. 102.*, SORBERIANA Poſthuma, A. 1694. edita, *p. 69. 70. 71.*, CHRISTOPH. GRÄFII *Dyotæ Sacræ Pars II., ſive Politicus Orientalis, lit. G.*, CORN. a BEUGHEM *Apparatus ad Hiſt. Lit. Noviſſimam Conſpectus II., p. 139. 398.*, *& Tertius p. 304.*, *Bibliographia* item *Hiſtorica p. 107. 156.*, JOH. ALB. FABRICII *Bibliotheca Latina p. 24. 25. 67. 71. 72. 77. 89. 98. 99. 102. 116. 121. 128. 135. 199. 200.*, *Appendixqve illi adjecta p. 69. 112.*, ADOLPHI CLARMUNDI (Scriptoris inepti, Collectanea qvædam de illo, ex aliis corraſa, ſiſtentis) Lebens-Beſchreibung Haupt-gelehrter Männer (ed. Witeb. A. 1703.), num. 19., p. 160-163., D. G. MORHOFII *Polyhiſtoris Tom. I. Lib. V., c. 1., p. 224. 225.*, JOH. FRANC. BUDDÆI *T. II. Lexici Hiſtorici p. 305.*, JOH. CHRISTOPH. WOLFII Vindiciæ pro Marqv. Gudio contra Jac. Gronovium; Phædro ſuo adjectæ *p. 73-79.*, JOH. KLEFEKERI *Bibliotheca Eruditorum præcocium p. 110-116.*, JOH. FABRICII *Pars III. Hiſtoriæ Biblioth. ſuæ p. 522.*

ELOGIA.

HUGO GROTIUS juvenem, non in Epiſtola ſolum ad Salmaſium commendatitia (cujus verba in vita Noſtri jam recitavimus), A. 1634., ſed & in alia ad Mart. Opitium (*num. 1176., & p. 532. editionis Epiſtolarum omnium Amſtelodamenſis*), d. 11. Maji A. 1639., commendavit, ſcribens: *Sunt duo in Batavia Germani juvenes, dicerem ſupra Germaniæ ſaporem, niſi tu pridem Germaniæ craſſitiæ labem abſterſiſſes; Horum Gronovius Criticen cum laude exercet, Poeſin Fabricius* (Vincentius ſcilicet), *digni, qvi noſcantur, ambo.* IDEM, in Ep. ad Gerh. Joh. Voſſium, d. 23. Nov. A. 1641. ſcripta (*inter Epp. Remonſtrantium Eccleſiaſticas, num. 566.; p. 812.*), eum, ac Is. Voſſium, *par* vocat *lectiſſimum*.

CLAUD.

CLAUD. SALMASIUS, *Epiſt. 46. Libri I.*, ad ipſum A. 1634. exarata, literis ejus, qvibus nonnullas ad Martialem obſervationes ſecum communicaverat, ita reſpondet: *Qvæ ad Martialem notaſti, ejusmodi ſunt, ut non ſolum εὐστοχίαν tuam prodant, ſed etiam manifeſto indicent, qvam profunde his literis immerſus, non levem fugacemqve inde tincturam, veluti perfuſorie aſperſus, retuleris, qvinimo δευτοποιῷ, ac plus qvam dibapho, penitus imbutus.*

JOH. KIRCHMANNUS A. 1634., in Epiſtola ad Henr. Vagetium, in appendice Gudianarum (*num. 217., p. 283.*) edita, hoc de illo tulit judicium: *Gronovius fuit mihi acceptiſſimus, in qvo egregia ſigna τῦ ἀμείνονος πηλῦ deprehendi, nec dubito, qvin aliqvando in doctorum luſtro inter primos cenſeri poſſit, modo vitam illi Deus conceſſerit.*

DAN. HEINSIUM *ſingularem* ejus *doctrinam & induſtriam admiratum eſſe*, teſtatur Ant. Thyſius Jun., *in Or. Parentali, Heinſio habita.*

JOH. CHRIST., Baro a BOYNEBURG, *Ep. IV. ad J. Conr. Dietericum d. 11. Sept. A. 1645. ſcripta, p. 12.* ita: *Per mihi placet nitidum Gronovii ingenium. Spero mox, qvæ politico more in T. Livium notavit, editum iri.* Idem, in Epiſt. ad Zach. Prüeſchenckium A. 1663. exarata (apud B. G. Struvium *Faſc. 8. Act. Liter. p. 62.*), Germanis eum accenſet, qvibus, *in re Latina ac Græca, & in omni antiqvaria, nemo ſubactior*; &, in alia ad eundem, A. 1665. ſcripta (*ib. p. 64.*), Germanis *ſupra vulgus interiores literas exqviſite doctis, præclarisqve nominibus, qvalia ſeculi ſuperioris fiduciæ non immerito æqvali, qvin opponi, imo vero etiam anteferri, mereantur.*

GERH. JOH. VOSSIUS, *L. 3. Inſtitt. Poet., c. 13., p. 73.,* & *in Lib. de Scient. Math., c. 66., p. 391.*, eum vocat *Virum clarisſimum & amicisſimum*, ac, *in Lib. de Philologia, c. 2., §. 24., p. m. 15., Virum clariſſimum & amiciſſimum, cujus ingenio ac doctrinæ multa jam debet, pluraqve brevi hoc ſeculum debebit.* In Epiſt. ad Joh. Meurſium, A. 1639. exarata (qvam MStam legi), ita de illo ſcripſit: *Juvenis eſt integræ vitæ, & ingenii acumine doctrinaqve pollens, dignus plane amore tuo & omnium bonorum.* In Ep. ad Joh. Chriſtenium (*num. 273., p. 277. editionis Voſſianarum Londinenſis*), Kal. Jan. A. 1640., *Virum* eum appellavit *ſingularis in literis doctrinæ*, &, ut Daventriam vocaretur, verbis ſvaſit ſeqventibus: *De Gronovio ſic habe: non alium occurrere mihi, cujus & doctrinam, & induſtriam, magis commendare ſum paratus, ſi certò Pariſiis adhuc agere conſtaret.* In Epiſt. ad Ludov. Crocium (*ibid. num. 283.*), *Vir* ab eodem vocatur *bono judicio in optimis qvibusqve Latii ac Græciæ ſcriptoribus verſatus, a cujus ingenio magna omnino & pulchra nobis ſperamus.* Prolixius tandem & Gronovium, Idem, & *Lib.* ejus *de Seſtertiis*, in Epiſt. ad ipſum poſtrid. Kal. Jan. A. 1644. exarata (*l. c., num. 485., p. 425.*), hisce verbis, deprædicavit: *Qvam gaudeo de munere tuo, molem ſi libelli ſpectes, minuto, ſin fructum, ingenti! Ita multa bona de Seſtertio, obiter etiam de aliis, doces vel doctiſſimos, in his etiam heroas illos, Budæum, Hotomannum, Scaligerum, & tot alios in Rep. literaria principem obtinentes locum. Gratulor ingenio tuo, gratulor urbi veſtræ* (Daventriæ), *imo orbi, qvando ut voce urbem, ſic orbem calamo, doces. Deus te diutiſſime conſervet, præſertim ſeculo hoc ad barbariem non ſenſim eunte, ſed gradu adeo præcipiti graſſante. Qvæ eo fidentius ſcribo, qvia nihil periculi eſt, ne ſermo cujusqvam inſtare poſſet, qvando non minus modeſtiam mirari ſoleo, qvam ingenio acri acre additum judicium, & utriqve raram eruditionem & multijugam. Utinam a publico munere amplius tibi otii ſit, qvo propediem frui liceat aliis etiam, qvæ primus docebis. Hoc vere pulchrum eſt, poſtqvam multi adeo exſcriptores potius, qvam ſcriptores, eſſe cœperunt. - - Miror interdum tot bona prodire a Gymnaſio veſtro, cum minora qvædam Academiæ præſtent.*

GEORG. RICHTERUS, Reip. Norberg. Conſiliarius, A. 1637., in Ep. ad Dan. Heinſium, *præſtantiſſimi ingenii juvenem, & elegantiorum literarum ſtudioſum haud e multis*, &, in alia ad Nic. Rittershuſium, *juvenem ſupra ætatem mire doctum*, eum ſalutavit; A. 1638. autem, in Ep. ad ipſum ſcripta (*inter Epp. ſelectas p. 236.*), *magnis ſe* illum *ingeniis, citra adulandi ſtudium, annumerare*, eſt profeſſus, ac A. 1642., in alia ad Noſtrum, ſcripta ejus *ingenii* vocavit *magni monumenta præſtantiſſima, & qvæ certe ſeculum ferent.*

LUCÆ HOLSTENIO (*Ep. VI. ad Pet. Lambecium, p. m. 16.*) *Vir* audit *egregius.*

OCTAVII FERRARII Elogia complura illius, & ſcriptorum ejus, ſplendida inveniuntur in Epiſtolis ad ipſum duabus, *Parte II. Operum variorum* (Gvelpherbyti A. 1711. *in 8.* junctim editorum) *p. 112. 113. 227-230.*, obviis. Conf. Epp. ad Jac. Gronovium, filium, *ib. p. 274-277.*

NICOL. RITTERSHUSIUS, JCtus Altorfinus, in Reſponſoria ad Richterianam, A. 1637. ita de illo ſcripſit: *Ego certe ſic erga hominem affectus ſum, ut optarim plurimos ſoles cum illo condere, jucundiſſimaqve colloqvia perpetuare. Ita me cepit ſuis dotibus, qvas ex ſupervacuo tibi commemorem, qvippe qvi multo me penitius eas noveris.*

CLAUD. SARRAVIUS A. 1640. eum, *Ep. 23.* ad ipſum ſcripta (*p. 25. 26.*), *Virum* appellavit *inter ſumma literarum numina maxime conſpicuum*, A. 1641. autem, *Ep. 35.* (*p. 36. 37.*), *Virum ſummum, omni virtute præſtantiſſimum, omnigenæ doctrinæ theſaurum, Muſarum corculum & delicium ſuum fraternum.* A. 1650., *Ep. 253.* (*p. 245. 246.*) ita illum compellavit: *Te ſane ſolum iſtis in regionibus excellere video, & eruditam criſin exercere. Nec enim illos, qvi Florum, Suetonium, Curtium, aliosqve autores, nuper adornarunt, tibi æqviparem. Sola typorum elegantia iſtas editiones commendat, non autem eorum labor, qvi nobis eos ita belle & nitide cultos exhibent. Tu vero altiora ſapis, & penetras in ipſum profundum, qvod ut diu, cum tua gloria, & publica utilitate, facias, Deum precor.* Ad Vinc. Fabricium A. 1639. (*Ep. 10. p. 16.*) ita de Gronovio ſcripſit: *Et ſane is eſt, qvi poſſit cum eruditisſimis ad æternam aſpirare gloriam: parum dixi, qvidni enim & de palma contendere? O te beatum tanto populari & amico! Ego certe, utriqve veſtrum innotuiſſe, in maxima felicitatis meæ parte repono.* Confer judicium ejusdem de Livio Gronovii perqvam honorificum, ex Epiſt. ad Alex. Morum A. 1643. ſcripta, ſuo poſt loco recitandum.

MARCUS ZUERIUS BOXHORNIUS A. 1634. Gronovium, in Ep. ad eum (*in Sylloge Epiſtolarum p. 33.*), hoc ornavit elogio: *In literis tuis genius tuus elucet ſupra ſeculum, & ævi melioris. Non poſſum niſi magna omnia de te mihi perſvadere. Qvippe peculiari qvodam inſtinctu ferri mihi videris ad vindicandam literarum noſtrarum majeſtatem.* Octennio poſt autem, A. ſcil. 1642., in alia (*l. c. p. 162.*), ſeqventi: *Tu, in hoc ſcripturæ genere* (Critico ſc.), *eo ingenio, eaqve felicitate, verſatus es, ut has literas plurimum obſtrictas curis tuis agnoſcamus.* Gemina his ſunt, qvæ ad Joh. Iſ. Pontanum A. 1637. (*ib. p. 71.*) ſcripſit: *Gronovius Criticus eſt eruditionis magnæ, &, qvod rarisſimum, judicii paris. Nonnunqvam tamen a via aberrat.* Eidem, *ſub initium Animadv. in Juſtinum*, audit *eruditisſimus.*

HERM. CONRINGIUS (*in Conringianis Epiſtolicis auctioribus*, Helmſt. A. 1719. editis, *p. 277.*) ita de illo: *Criticus Grammaticus perqvam felix eſt Gronovius, omnibus certe etiam Batavis major. Severiorum literarum peritiam hactenus in illo non deprehendi; eoqve non etiam mihi de ejus ad Grotium annotatis multum polliceor.*

VINC. FABRICIUS, in Epiſt. ad Cl. Salmaſium A. 1639. ſcripta (*in Operibus p. 307. 308.*), *ſpirantem* eum vocat *bibliothecam*; & addit: *Multi jam anni ſunt, qvod eruditionem illius excellentiſſimam admiror, & τὸ ἐπιεικὲς ϗ ἀκίβδηλον morum amo.* In Ep. ad Salom. Wahlium (*p. 342.*) eidem Noſter audit *Vir haud dubie eximius, & vere ac ſolide, non ambitioſe, doctus*; in Ep. autem ad Val. Thilonem (*p. 365.*) *Vir ob exqviſitisſima ſcripta celebratus, qvove vix qvisqvam eorum, qvi nunc vivunt, in politioris literaturæ receſſus, atqve ipſa adyta, intimius ſe penetravit.*

THOM. REINESIUS, *in Defenſione Variarum Lectionum contra Andr. Rivinum p.13.*, *luminibus* eum *ævi noſtri* accenſet, *in Epiſtolis ad Daumium, p. 56.*, *Virum doctum, & ad candorem probitatemqve formatum*, in *Scholiis* autem *ad Fragmentum Petronii, p. 101.*, *exactisſimum* ſalutat, ac *Ep. XVII.* ad Joh. Vorſtium, A. 1653. exarata, ita de illo ſcribit: *Gronovium qvin adieris Daventriæ, non dubito. Eſt enim ſumma, & humanitate, & doctrina, ingeniorum etiam ſcrutator pene divinus, & communis Germanorum in iſtis locis ſuſceptor.*

PET. SERVIO, *in Diſſ. de Odoribus*, Romæ A. 1641. edita, *p. 24.*, audit *Gronovius noſter*, ac *p. 45. Doctisſimus.*.

DAV. BLONDELLO (*in Præfat. libro Joh. Dallæi de Jejuniis & Qvadrageſima, Daventriæ A. 1654. edito, præmiſſa*) *Vir celeberrimus.*

JOH. HENR. BOECLERO (*in Notis in Corn. Nep. Pauſaniam, c. 13., n. 6.*) *Vir illuſtri eruditione, & meritis in rem literariam clariſſimus.*

AUG. BUCHNERO (*Lib. I. de commutata dicendi ratione, c. 7., p. 120.*) *Eruditisſimus.*

CHRISTOPH. AD. RUPERTUS, in Ep. ad Georg. Richterum A. 1641. ſcripta, Gronovii *famam, ſtupendis progreſſibus inclareſcentem*, veneratur.

TANAQVIL FABER, *Epiſt. Critica 75.* (a Thoma Popeblountio, *in Cenſura Autorum p. 1056. 1057.*, allegata), ita Noſtro applaudit: *O factum bene, Gronovi præſtantiſſime! Qvanta lux literis Græcis propediem acceſſura eſt, poſtqvam tu illarum interpretandarum provinciam ſuſcepiſti? Nunc demum habet Academia florentiſſima* (Lugduno-Batava) *virum, ſcriptorum editorum copia nobilem, & cujus ſplendore tam clara per ſe Profesſio illuſtretur. - - Tu omnes numeros conſummatæ eruditionis jampridem impleviſti.*

JOH. SCHEFFERO, *in Notis ad Phædri Lib. 3. Fab. 3.*, *Vir* audit *maximus*, in *Notis ad Fragmentum Petronii, p. 111.*, *Vir ſummus*, & *in Diſſ. de generoſi nobilisqve informatione literaria, p. 14.*, *Vir clarisſimus.*

CHRIST. DAUMIO (*in Epiſtolis ad Reineſium p. 151.*) *Vir ad reſtituendum genuinum Autoribus ſenſum peculiari qvopiam genio natus, a Charitibusqve educatus.*

NICOL. HEINSIUS, *Lib. I. Eleg. VII.*, ita de illo:

Me meus Aoniis Gronovius induet ulnis,
Ah pereat, ſi qvem non manus illa trahit!
Digna vel Auſoniæ Svada cultrice vetuſtæ
(Qvam procul a Latio nunc Venus iſta ſuo eſt!).
De me, Dii, facile eſt, ſi rumpit ſtamina Clotho,
Hanc modo continuet Parca benigna colum.

Item *Lib. III.*, *Eleg. XII.*, poſtqvam de barbarie, Bataviæ imminente, erat conqveſtus:

Non tulit, & noctem Gronovius arcuit altam;
Is mora lapſuris artibus una fuit:
Optimus antiqvi, Gronovius, arbiter ævi,
Cui nihil ignotum ſecula cana ferunt.
Gaude, Roma parens, hoc vindice, Græcia gaude!
Reſtituit patriæ vos labor iſte meæ.
Deſidiæ labor iſte, manu pernocte fugatæ,
Exuvias veſtras dedicat, ecce, tholis.
Qvamlibet externo lætare, Batavia, partu,
Et merita accenſe laudibus illa tuis.
Barbariæ jugulum qvicunqve petiverit hoſpes,
Hic tua progenies, hic mihi civis erit.

IDEM, in Elegia de Gronovii Obſervationibus antiqvariis (*Lib. I. Poem. Juvenil. p. 228. 229.*), ita eum alloqvitur:

Inclyte Gronovi, cui tot veneranda vetuſtas
Hactenus abſtruſas larga recluſit opes;
Cui ſua, luminibus non inſpicienda profanis,
Pectora nudavit tota Latina Venus.
O Anima, o Vatum certiſſima vita piorum,
Myſtica fax Cyrrhæ, Pieridumqve ſalus,
\- - - -
Suggeſſit medicas jam qvælibet ora papyros,
Nullaqve inexcuſſa eſt Bibliotheca tibi. &c.

EIDEM (*in præf. Ovidii*) *Vir* audit *toto orbe celeberrimus.* Ex ejusdem Notis in Ovidium alia plurima Noſtri Elogia peti poſſunt.

JOH. STRAUCHIO, JCto Jenenſi & Gieſſeno, *in Diſſ. de Centeſimis Uſuris p. 18.*, *Vir* audit *celeberrimus*, *ingens Criticorum decus, p. 23.* ὁ πάνυ, *p. 24. Vir ſummus.*

SAM. SORBIERIO (*in Sorberianis Poſthumis p. 69. 70.*) *Vir eruditionis ſtupendæ.*

CORN. SCHREVELIO (*in Martialis, a ſe editi, inſcriptione*) *Magnum ævi noſtri ſidus.*

EZECH. SPANHEMIO (*Diſſ. 6. de præſtantia & uſu Numism. antiqv.*) *Princeps harum literarum, vir longe doctiſſimus, novus Livii ſoſpitator*; it. (*Diſſ. 9.*) *Interiorum hodie literarum decus, & pecuniæ veteris optimus interpres.*

JOH. GEORGIO GRÆVIO (*in Ep. dedic. editionis Epiſtolarum Iſ. Caſauboni auctioris*, a ſe A. 1656. publicatæ) *Vir ingenio, doctrina, dignatione, maximis in rem literariam meritis, nulli hujus ætatis ſecundus*; it. (*in Lectionibus Heſiodeis, c. 24. p. 123.*) *Doctor ſuus, vir ſummi ingenii & eruditionis, cui qvantum debeant hæ reconditæ literæ, nemo ignorat, niſi barbarus & omnis humanitatis expers.* Aliud Elogium J. G. Grævii, longe prolixius, V. in Præfat. XXXII., Svetonio præmiſſa, *p. 178. 179.*

MARQV. GUDIO (*a J. Chr. Wolfio in Vindic. Gudii contra Jac. Gronovium p. 77. allegato*), *in Comm. ad Phædrum p. 214.*, audit *Vir magnus, p. 258. Unus inſtar omnium*, & *p. 307. Vir, cujus ſincerum ac ſubtile judicium maximi ſemper fecerit.*

JANO BROUKHUSIO (*ad Propert. p. 100. 394.*, *ap. eund. Wolfium*) *Vir conſummatæ eruditionis, & capitalis eruditionis antiqvæ vindex.*

JOH. ANDR. BOSIUS, *in Exerc. ad Periocham Joſephi de Chriſto*, eum *p. 6.* vocat *Virum maximum & optimum, p. 70. Principem harum literarum. p. 82. Magnum nomen, & ſubacto virum judicio.* IDEM, in Epiſtola ad Marqv. Gudium A. 1659. ſcripta (*qvam in Appendice Gudianarum, num. 5., p. 42., invenies*), ita de illo: *Unum alterumqve ex eruditioribus Belgis nobis concilia, ante omnes vero magnum Gronovium, cujus virtutem & eruditionem ſic veneror & colo, ut nullum alterum magis.* Eidem, *in præf. Corn. Nepotis*, audit *Vir ſummus & Criticorum noſtræ ætatis facile princeps*, in *Notis* vero ad eundem, *lit. E. 7. b.*, *Vir longe doctiſſimus*, &, *lit. Ff. 2. a.*, *Vir ampliſſimus & de lit. hum., ſi qvis alius, præclare meritus.*

CHRISTOPH. ARNOLDUS, Theol. Noriberg., in Epiſt. ad Georg. Richterum A. 1651. exarata (*inter Epp. Selectas Richteri p. 471. & ſqq. obvia*), ita de illo ſcribit: *Daventriam adventanti, tanqvam totius Athenæi, atqve ipſius urbis, dexteram Gronovius porrigens, vultu Germano me excepit, apud qvem literas ſedem ac domicilium collocaſſe, ſtatim intellexi. - - Veteres Autores interpretandi illum præ cæteris pollere peritia, ipſi Batavi pleno ore prædicant.* IDEM, *in Spicilegio ad Joh. Henr. Urſini Exercitationes de Zoroaſtre p. 4.*, *Virum* eum ſalutat *admirandæ pietatis pariter ac eruditionis, piumqve Philologum.*

JOH. SAUBERTO Juniori (in Tr. de Sacrificiis, c. 10., p. 219.) audit *piperati pectoris Criticus.*

JOH.

JOH. PET. TITIO, Prof. Dantiſcano (*in Manuductione ad excerpendum p. 375.*) *Vir ad ornandas & promovendas literas elegantiores unice natus.*

PET. DAN. HUETIO judice (*Lib. 3. Comm. de rebus ad ſe pertinentibus p. 56.*), *nemo acutius & felicius, neque etiam cautius ac moderatius, criticam artem, poſt ornatas literas, exercuit, quam Gronovius.*

ACTORUM ORBIS ERUDITI LIPSIENSIUM COLLECTORES, *M. Oct. A. 1682., p. 298., præcipuis* eum *hujus ſeculi Criticis, & veræ eruditionis aſſertoribus*, annumerant, *M. Dec. A. 1698., p. 547., Virum de bonis literis, & priſcis ſcriptoribus, eximie meritum* ſalutant, &, *M. Febr. A. 1683., p. 49. 50.*, hoc ornant Elogio: *In critico ſtudiorum genere eximiam noſtris temporibus navavit operam doctrinæ copia, ingenii acumine, & indagandi felicitate, præſtantiſſimus Vir, J. Fr. Gronovius: Qvi pluribus, Græcis æqve ac Latinis, Scriptoribus, MSStorum Codicum ope & ingenii ſolertia, utiliſſimis Emendationibus lucem attulit, veraſqve e Variis Lectionibus conſtituit.*

JOH. DAN. MAJORI (*in Hadria Glorioſa, lit. F. 1. a.*) *Vir* audit *clariſſimæ eruditionis.*

DAN. GEORG. MORHOFIO, *in Prælect. de Notitia Autorum MSStis, c. 14.*, & *Lib. V. Polyhiſt. Lit., c. 1., §. 12., p. 224. Magnum qvondam ſeculi noſtri decus, Vir in bonis autoribus emendandis ingenioſiſſimus & diligentiſſimus;* it. *in Prælect. in Hiſtor. Univerſalem MSStis*, in Auguſti Hiſtoria, *Judex in antiqvitate Romana peritiſſimus.*

JOACH. FELLERO (*in Ep. Dedic. Diſp. de Satyris*) *Seculi hujus eruditiſſimum monſtrum.*

FRID. SPANHEMIUS Jun. (*in Præf. Introductionis ad Chronologiam & Hiſtoriam Sacram*) Criticis eum præcipuis, & in ſtudio hoc heroibus, accenſet.

GEORG. CASP. KIRCHMAIERO (*in Diſp. de Fœnore Unciario, ac Uſurariæ Pravitatis Peſte*, Witebergæ A. 1692. edita, *p. 12.*) audit *Vir ſummus atqve Polyhiſtor*, it. in Comm. in Taciti German., c. 7., ſub fin., *Vir maximus.*

Eidem G. C. KIRCHMAIERO (*in Annott. in Corn. Nep. Præf. n. 6.*) *Magnus judicio & meritis in literas;* it. (*in Epaminond., c. 2., num. 5.*) *Vir ingentibus præclarus meritis.*

PAULO COLOMESIO (*in Gallia Orientali p. 82.*) *Vir clariſſimus, Academiæ Leidenſis lumen.*

JAC. TOLLIO (*in Præf. Auſonii*) *Præceptor ſuus, in qvo nunc, uti olim in Scaligero, genium felicium Criticorum proprium, conſentiens eruditorum orbis veneratur.*

THEOD. RYCKIUS (a Thoma Crenio *Exerc. I. de Libris Scriptorum Optimis p. 19.* allegatus), *in Animadvv. ad Taciti Lib. XV. Annal. p. 269.*, ita de illo: *Huic certe viro debemus, qvod literæ nondum penitus in his terris extinctæ ſint.*

PET. FRANCIO (in Carmine, ipſius *Laudationi Jac. Golii* ſubjecto) *lux ævi ſui.*

GERHARDO a MASTRICHT (*in Schediasm. de Suſceptoribus*) *Philologorum celeberrimus & nunc primus.*

GVILH. SALDENO, Ultrajectino, Theologo Batavo (*Lib. I. de Libris, & eorum Uſu ac Abuſu, c. 3., p. 87.*), *Vir magnus, & a mordaci ac rixoſo genio alienior.*

VINC. PLACCIO (*in Tr. de Script. Anon. & Pſeudon. p. 267.*) *Vir nuper, magno cum detrimento reip. literariæ, fatis functus;* it. (*in Epiſtola, qvare cum Chr. Thomaſio nihil ſibi amplius cenſeat eſſe diſputandum*, A. 1695. edita, *p. 30.*) *Vir poſthuma raræ doctrinæ laude inclytus.* Plura & ſplendidiora Elogia V. in ejus Prodromo Triumphi Gronoviani, ſupra laudato.

NICOL. CHRISTOPH. LYNCKERUS (*Lib. 2. Inſtructorii Forenſis, P. I., c. 2., lit. A. 1. b.*) principibus Criticorum eum accenſet.

PET. BÆLIUS, *T. I. Dictionarii Hiſtorico-Critici*, Gallice editi, *p. 321.*, eum vocat *Un ſavant Critiqve*, &, *in Novellis Reip. Lit. Gallicis, M. Jul. A. 1687., p. 763. 764.*, hoc dignatur Elogio: *Il y a des noms ſi celebres dans la republiqve des lettres, qve les voir ou les entendre rappelle à l' eſprit l' idée de tout ce, qve la Grece & le Latium a eu de plus conſiderable. Celui de Gronovius eſt de ce nombre heureux. Tout ce, qvi eſt ſorti de la plume de celui, qvi a fait connoitre le premier ce nom dans le païs des belles lettres, a par tout un caractere exqvis.* Ibidem paulo poſt eundem ſalutat *un grand homme.*

JOH. CLERICO, *in Arte Critica*, P. III., *Sect. I., c. 16., p. 368.*, audit *Criticus doctiſſimus*, it., *Tomo VI. Biblioth. Univerſalis Hiſtoricæ*, Gallice editæ, *M. Aug. A. 1687., p. 306., Un de plus habiles Critiqves, qvi ait été dans ces provinces;* it., *Tomo XXIV.* ejusdem, P. II., *p. 509., Un excellent Critiqve;* it. *Tomo XXIII. de la Biblioth. choiſie, p. 446., Un tres-grand homme en matiere de Critiqve.*

PET. AXENIO (*in Notis ad Phædri Lib. I. Fabul., p. 20.*), *Vir illuſtri eruditione*, it. (*ib. p. 135.*) *Politiſſimus omni doctrina atqve eruditione.*

JOH. BRAUNIO, Theologo Groningano (*L. 1. de veſtitu Sacerdotum Hebræorum, c. 15., §. 6.*), *Vir, dum viveret, in literis primus.*

JOH. LOMEIERO (*in Tr. de Bibliothecis p. 221.*) *Criticorum noſtri ſeculi anteſignanus.*

JOH. FABRICIO Juniori, Theologo Altorfino & Helmſtadienſi (*in Amœnitatibus Theologicis, Exerc. 1. de Denario S. Petri, p. 82.*), *Vir magna gloria;* & (*P. III. Hiſt. Biblioth. ſuæ p. 522.*) *Vir nitido ingenio, doctiſſimus & Criticorum princeps.*

JAC. PERIZONIO (*in Animadvv. ad Franc. Sanctii Minervam p. 121. & 412.*) *Vir ſummus*, it. (*in Diſſ. de Morte Judæ p. 78.*) *Vir ſummus & maximi inter Criticos meriti*, it. (*in Not. ad Ælian. L. III. c. 30.*) *Feliciſſimus Criticus* (*V. Wolf. l. c.*)

JAC. EMMENESIO, *in Notis ad Virgilii Georgica*, editioni Poetæ hujus, *cum Notis Variorum* Lugd. Bat. A. 1680. a ſe publicatæ, inſertis, *p. 226., Præclarum illud omnis eruditionis domicilium, cujus ruinam ætatem dolebit poſteritas;* it., *p. 286., vir Salmaſio non inferior.*

JOH. CHRIST. RUMETSCHIO (*in Schediasm. de Conjecturis Ultimorum Temporum p. 89.*) *JCtus & Polyhiſtor. celeberrimus;* it. (*in Aqvila Leopoldina p. 96.*) *Reconditæ eruditionis & politioris literaturæ, apud Batavos, cum Nic. Heinſio & Iſ. Voſſio, Triumvir.*

CHRISTOPH. GRÄFIO, *Parte II. Dyotæ Sacræ*, ſive in Politicorum Orientalium (qvibus is Noſtrum, ob lingvæ Hebrææ peritiam, fide Jac. Revii, annumerat) Catalogo, *lit. G., Incomparabilis Criticus & Philologus.*

CHRISTOPH. CELLARIO (*in Præfat. ſuæ Silii Italici Editionis p. 7.*) *Vir ſummus*, it. (*in Prolegomenis Minutii Felicis*) Vir *ſummo ingenio & doctrina*, it. (*in Annott. ad Lactantii Inſtit. Div L. 1. c. 5. n. 28.*) *Feliciſſimus purgator librorum.*

JOH. FRANC. BUDDÆO (*T. II. Lex. Hiſt. p. 305.*) ein berühmter *Polyhiſtor.*

THOMÆ CRENIO, *P. I. Animadverſ. Hiſtor. & Philolog., c. 3., p. 35., Vir incomparabilis & eruditiſſimus;* it. *P. V., c. 1., p. 1., Vir Scaligeri, Heinſii & Salmaſii cathedra & loco plane dignus;* it. *P. VI., c. 1., p. 25., Literatorum olim lumen.*

JOH. ALB. FABRICIO (*P. I. Biblioth. Lat. p. 89.*) *Vir, ut norunt omnes, in hoc literarum genere* (Critico) *præſtantiſſimus*; & (*T. I. Codicis N. T. Apocryphi p. 298.*) *Vir doctrinæ illuſtris.*

FRATRIBUS GRASBECKIIS (*in inſcriptione Aurelii Victoris, a ſe A. 1670. ipſi dedicati*) *Vir multis Europæ Regibus & Principibus, imprimis Ludovico XIV., Gallorum Monarchæ, ob inſignem antiqvitatis & Hiſtoriarum cognitionem, & egregia de utrisqve merita, carus.*

CAR. DRELINCURTIO (*in Notis ad Apologiam Medicam*) *Vir meritiſſimus & exactiſſimus.*

ADR. BAILETO (*T. II. des Jugemens des Sçavans, P. II., p. 493.*) *Homme de grande literature, tres verſé dans toute l'antiqvité, & habile Critiqve.*

JOH. CASP. EISENSCHMIDIO (*in Disqv. de Ponderibus & Menſuris Veterum, Sect. I., c. 3., p. 49.*) *Vir eruditiſſimus, vaſtæqve lectionis.*

JOH. BURCH. MENCKENIO (*in Notis ad Declam. II. de Charlataneria eruditorum p. 65. 66. edit. Amſtelod.*) *Vir omnium modeſtiſſimus, qvi adeo ab omni altercatione, maxime cum annos juveniles ſuperaſſet, alienus fuit, ut ne verbo qvidem qvenqvam offenderit, & nec provocatus deſcenderit in arenam.*

JOH. GVILH. BERGERO (*in Eclogis Archæologicis ad dolum aleæ veteris, §. 3., p. 8.*) *Vir acerrimi ingenii, præſtantiſſimus & princeps pecuniæ veteris explanator.*

CENSURÆ de illo,. ab Æmulis pleræqve & Adverſariis profectæ.

EMERICUS CRUCEUS, Ludimagiſter Pariſienſis, in ſua *Sylvarum Statii Frondatione, ſive Anti Diatriba*, Gronovii *in Sylvas Statii Diatribæ* A. 1639. oppoſita, maledicentia, qvam merito Sam. Sorbierius (*in Sorberianis Poſthumis p. 69. 70. 71.*) deteſtatur, ſumma in Noſtri famam eſt debacchatus. Impudentiam hominis, vel ex unico hoc, qvod idem allegat, agnoſces anagrammate:

Johannes Fredericus Gronovius. * *Ego unus, cor aſini ferens, rudo.*

MART. SCHOOKIUS, Prof. Groningenſis, *in Vindiciis ſeriis ſuæ, & aliorum virorum doctorum, de foenore unciario ſententiæ*, Gronovii Ἀνεξηγήσει *primæ* repoſitis, Groningæqve A. 1661. editis, ſumma itidem ſtyli acerbitate in adverſarium hunc ſuum deſævit. In iis enim *p. 4.* Noſtro exprobrat, qvod *ſe & ſua duntaxat miretur, ſeſeqve, ab exceſſu Salmaſii* (*ſed hactenus abſqve populi ſuffragio*), *pro reip. literariæ dictatore gerat, copiasqve non tam eruditionis, qvam maledicentiæ, conducat; it., qvod ex protrito magno illo Salmaſio, qvo vivo vix in ſcriptis diſſenſum profiteri ſuſtinuerat, tropæum famæ erigere moliatur*, monetqve ſimul, *omnia Gronoviana Phidiæ operibus neqvaqvam eſſe adæqvanda. Pag. 7.* ei objicit, qvod *rei nummariæ audire velit oraculum. P. 8.* eum vocat *Grammaticalogo Critico Juris-conſultum*, & *domi*, refert, *ſolere, e ſublimi cathedra, qvoscunqve lingvæ latinæ autores, Aſcenſianum in morem, interpretari, obſervatiunculam qvamqve, claſſici alicujus Autoris dicto illuſtratam, non qvidem nummo ſeſtertio, ſed contra auream imaginem, vendere, ſimulqve omnes aliarum Academiarum Profeſſores Philologos notare, traducere, ridere, ut reales doctores & commentatores. pag. 8. 9. Ineptias* ejus ſugillat *criticas, omnibus realibus deſtitutas, nudisqve in verbis hærentes. P. 18. Hectorem* eum *papyraceum*, & *p. 43. Senatus Critici principem, qvi ſolus ſcilicet noverit, qvid libri boni complectantur*, ironice ſalutat, *pag.* autem *73. 74. & ſeqq.*, tanqvam *Dialecticæ non ſolum ignarum, ſed & inimicum* traducit, atqve idcirco pro Critico haberi non poſſe, Cratetis & Martiani Capellæ aſtruere conatur teſtimoniis. *p. 77-79. Grammaticum* illum *ex diſciplina Comitis de Clarevalle, & edecumati eloqvii ſuperſtitioſum obſervatorem*, appellat, ac nihilo tamen minus Soloecismos ipſi aliqvot objicit, *pag.* autem *84. putidas contradictiones, aniles fabulas, coccysmosqve Grammaticos*, exprobrat. Æqve immitem ac virulentum produnt animum *Vindiciæ* ejusdem Schookii contra Noſtrum, de eadem controverſia, *alteræ*, A. 1668. publicatæ, in qvibus *p. 157.*, peculiari ſe opere eſſe oſtenſurum, qvod Gronovius *Criticus* ſit *furfuraceus*, minatur, ac *p. 172. 173.* Atheismi illum, & negligentiæ circa religionem, accuſat.

FURETERIUS, Scriptor Gallus, *incommodis* eum *pædagogis, & imperitis Criticis*, annumeravit, ob præcipitem hanc cenſuram ab Adr. Baileto (*in Judiciis de Eruditis T. II., P. II., p. 494.*), uti par erat, notatus. V. Thomæ Pope-blount *Cenſuram Autt. p. 1057. 1058.*

JOH. DOUJATIUS, Anteceſſor Pariſinus, in ſplendida Livii editione, Lutetiæ A. 1682., in Delphini uſum, publicata, jactantiæ Noſtrum inſimulavit, refutatus a vindice parentis, Jac. Gronovio, *in Reſponſione ad cavillationes Raph. Fabretti*, Lugd. Bat. A. 1685. *in 8.* edita. V. *Acta Eruditorum Lipſienſia, M. Majo A. 1685., p. 208.*

ADAMUS EBERTUS, Scriptor δοκησίσοφος, & in judiciis temerarius, *in Relationibus* ſuis *ex Parnaſſo, p. 190.*, hanc de illo, ac Philologis aliis principibus, tulit ſententiam: *Caſaubono, Lipſio, Gronovio, Salmaſio, magna fama non eſt ex merito, ſed qvod magnos autores publicaverunt.*

JOH. GEORG. WALCHIO (*in Hiſt. Crit. L. Lat., c. 11., p. 459.*) judice, Joh. Frid. & Jac. Gronovii, *alioqvi de bonæ mentis literis maxime meriti, ſtilo latino haud ſunt commendabiles, longeqve abſunt a Pet. Cunæi elegantia.*

SCRIPTA EDITA.

א. PROPRIA.

Danielis Heinſii Encomium meritum; qvod monumentis Gronovii editis, in Vita ipſius, accenſetur ab autore Anonymo *de le Glorie de gli Incogniti, p. 236. & ſeqq.*

Diatribe in P. Statii Papinii Libros V. Sylvarum. Hagæ 1637. in 8. Inſcripta eſt Theod. Graswinckelio, JCto, & in editione Poetæ hujus, cum Notis variorum, a Joh. Veenhuſio Lugd. Bat. A. 1671., *in 8. maj.*, publicata, recuſa. In ea *ſe vix ullum Statii locum tetigiſſe, præterqvam ubi interpretes erraront, & mentem ejus non ſunt aſſecuti*, ipſe, *in Epiſt. ad Georg. Richterum* (*inter hujus Epiſtolas ſelectas p. 226.*), profitetur. Secundis eam poſtea curis auctiorem & accuratiorem dare voluit, teſte autore *Gloriæ Incognitorum p. 239.* Commendatur illa ab Hug. Grotio, in duabus ad autorem Epiſtolis, A. 1637. ſcriptis, *num. 808. & 874., p. 351. 384.* (qvibuscum etiam tertia, A. 1636. exarata, & *num. 673., p. 274.*, obvia, qva loca Statii plurima, in ipſius gratiam, emendavit, meretur conferri), Dan. Heinſio in Epigr. peculiari (qvod in *Poematis* ejus, *p. 410. 411.*, invenies), Vinc. Fabricio, in Carmine encomiaſtico (*in Miſcellaneis, p. 152. Poematum*), Joh. Henr. Boeclero *in Comm. de Script. Gr. & Lat. p. 60.*, D. G. Morhofio *T. I. Polyhiſt. Lib. IV., c. 13., p. 195.*, & Joh. Alb. Fabricio *P. I. Biblioth. Latinæ p. 102.*, ac in edit. ejusdem ſecunda, *L. II., c. 16., p. 438.* Cl. Salmaſius, Ep. 107. ad Autorem A. 1637. ſcripta, hoc de illa tulit judicium: *Cum dixero, a multis annis, in hac academia, non prodiiſſe opus, in qvo limatiſſimi judicii, & eruditionis conſummatæ, plura veſtigia impreſſa compareant, veras ac tuas tibi laudes reddidero, non adſcitas, nec fucatas.* Autor *Gloriæ Incognitorum*, Venetiis A. 1647. Italice editæ, *p. 236.*, ſeqventi eam Epigrammate, imagini Gronovii ſubjecto, deprædicat:

Statius, a ſtando dictus, niſi fulciat illum
Ridica, cum coepit jam titubare, cadet.

Nicol. Heinſius autem, in Elegia ad Autorem (*L. I. Poem. Juvenil. p. 229.*), hoc diſticho:

Jam tibi victuri ſpecimen juvenile laboris,
Statius, in famam grande præivit iter.

Joh. Veenhuſius, *in præfat. ſuæ editionis Statianæ,* ita de illa judicat: *Gronovio præ reliqvis tantum Statius debet, qvantum cœteris omnibus, qvi aliqvid lucis ei affuderunt.* Soli illa diſplicuit Emerico Cruceo, Monacho, & Collegii cujusdam Pariſienſis pædagogo, cujus editionem Statii, *cum Veterum & Recentiorum Commentariis*, Pariſiis A. 1618. *in 4.* evulgatam, Gronovius in ea virgula ſubinde notaverat cenſoria. Is, ſua vindicaturus, ſub larva *Mercurii Frondatoris* (qvam, præter alios, Chr. Ad. Rupertus, *in Annott. ad Synopſin Hiſtoricam Chr. Beſoldi p. 291.*, huncqve ſecutus Vinc. Placcius, *in Tr. de Scriptt. Anon. & Pſevdon. p. 225.*, nec non Adr. Bailetus, *in Tr. Gallico de Satyris Perſonalibus T. II. p. 328.*, ac Morhofius *l. c.*, illi detraxerunt), *Antidiatriben, ſeu Frondationem Sylvarum Papinii Statii,* ei oppoſitam, & ſtylo (uti, e *Sorberianis p. 69. 70. 71.*, paulo ante eſt monitum) ſcriptam inſigniter maledico, Pariſiis A. 1639. *in 24.*, ac deinde etiam *Muſcarium ad Statii Sylvas* (cujus notitiam J. Alb. Fabricii *Libro II. Biblioth. Lat. c. 16.*, *p. 438.*, debeo) ibid. A. 1640. *in 8.*, luci ſtitit publicæ, ſed a Gronovio, in *Elencho Antidiatribes*, jam jam memorando, mox eſt refutatus, & facete admodum exagitatus.

Elenchus Antidiatribes Mercurii Frondatoris (*i. e. Emerici Crucei*) ad Statii Sylvas. Acceſſit Epiſtola Claudii Salmaſii (*cujus nonnulla Cruceus itidem vellicaverat*) Epiſt. ad autorem. Pariſiis 1640. in 8. De hoc *Elencho* (adverſus qvem novam qvidem Cruceus, teſte Ruperto, mox allegando, paravit Apologiam, ſed non edidit) ita Claud. Sarravius, *Ep. 10. ad Vinc. Fabricium* (*p. m. 16.*), A. 1639., anteqvam in lucem prodiret, judicavit: *Dabit Gronovius noſter Elenchum Antidiatribes Emerici Crucei, in qvo miſer ille Cruciarius miris vapulat & torqvetur modis. Nil mihi dudum lectum eſt amoenius hoc poſtremo amici noſtri opere, qvod jam ſub prælo ſudat.* Morhofius, *l. c.*, eundem *ſcriptum* appellat *elegans & feſtivum.* Certaminis hujus ſui cum Cruceo literarii hiſtoriam Gronovius ipſe, in Epiſt. ad Georg. Richterum Juliomago A. 1640., Id. Maji, exarata, verbis accuratius exponit ſeqventibus: *Non erat ſatis ſemel Papinii Statii Sylvas attigiſſe. Vix prodiit liber meus, & ſubito adverſarium invenit. Is eſt Emericus Cruceus, Monachus, & neſcio in qvo Collegio Pariſienſi Pædagogus. Qvi cum impar ante me Achilli congreſſus fuiſſet, non temperavi mihi, qvin locis qvibusdam inſubidum hominis judicium redarguerem. Ille, qvaſi conflictus cum Gevartio bene ei ceſſiſſet, integro anno vix tandem Antidiatriben, ſive Frondationem, ut appellat, exſculpſit, in qva omni convitiorum genere in me debacchatur, & præcipuas obſervationes noſtras ſucco loliginis aſperſit. Cum Roterodami commodum navem conſcendere vellem, id futile ſcriptum redditum eſt mihi, miſſu magni Salmaſii, ad qvem exemplaria aliqvot deſtinaverat Puteanus. Ego, dum Angliam viſo, feſtinato calore ex itinere reſpondi. Nec ille dignus erat, cujus ratio ulla haberetur, nec noſter ille abortus lucem merebatur. Ut tamen Lutetiam veni, tantum apud me potuerunt præſtantiſſimorum Virorum ſtimuli, ut haud invitus typographo darem. Cæterum per abſentiam meam opuſculum ita deformatum eſt, ut me ejus pigeat poeniteatqve.* Brevius eandem Chriſtoph. Arnoldus A. 1651., in Epiſt. ad Richterum, ita eſt complexus: *De Gronovianis ſic habe: In Papinii Statii libros V. Sylvarum Diatriben jamdudum edidit, & Crucæo, Pariſienſi Philologo, crucem in ea (ac forte per decuſſationem, ceu loqvi amat Vitruvius) ſæpiſſime fixit. Neqve is eandem divellere, in Sylvarum Frondatione, ſive Antidiatriba ſua, ſuperſedit. Tandem Gronovius Elenchum Antidiatribes, cum Cl. Salmaſii Epiſtola Frondatori feliciter oppoſuit.* Gronovium, ſcripti hujus contra Cruceum ſatyrici deinceps ductum poenitentia, omnia fere illius exempla coemiſſe, rariusqve iſtud hoc pacto reddidiſſe, traditur in dem *Compendiöſen* Gelehrten-*Lexico p. 878.*, ac in *Notis*, J. Burch. Menckenii *Declamationi I. de Charlataneria eruditorum adjectis, p. 66.*, ubi eadem etiam exempla Vulcano tradidiſſe perhibetur. Chriſtoph. Ad. Rupertus A. 1641., in Epiſtola ad Richterum, hoc de illo tulit judicium: *Satis mirari non poſſum, Gronovii famam, ſtupendis progreſſibus inclareſcentem, obſtructum ire ludimagiſtellum qvendam Pariſienſem (is eſt, ut audio, Emericus Cruceus, & fidem facit Salmaſius, qvi in Epiſt. ad Gronovium* σαυρώνυμον *appellat), nec in illum ſolum, ſed & Salmaſium, qvem inter heroes abs te, & omnibus ſine affectuum caligine dijudicantibus, collocari ſcio. - - Sed ignorantiam iſtius & malignitatem egregie, ni fallor, uterqve defricuit. Ajunt tamen, parare novam contra Gronovium apologiam, qva qvid voluptatis allaturus ſit cordatioribus, in promptu eſt conjicere. Illud mihi graviſſimum, tot bonas horas non tam Gronovio auferri, qvam bono publico.* Confer de eodem certamine *Sorberiana* poſthuma *p. 69. 70. 71.*, Adr. Baileti *Tr. Gallicum de Satyris Perſonalibus, Tomo II., p. 328.*) Th. Crenii *P. XI. Animadverſſ., c. 1., p. 72-77.*, & *Hypomnemata* mea *ad Tomi I. Polyhiſt. Morhofiani Lib. IV. p. 396.*

Obſervationum (*Philologico-Criticarum*) Libri III., ad Wilh. Vandermærium, JCtum. Lugd. Bat. A. 1639. in 8. Longe dein auctiores atqve emendatiores recuſi Ibid. A. 1662. in 8. De iſtis ita Hugo Grotius, d. 25. Mart. A. 1639. (*Ep. 1142., p. 517.*) ad autorem ſcripſit: *Tantæ ſunt ſvavitatis, Gronovi doctiſſime, Obſervationes tuæ, ut ſemel in manus ſumptas, qvanqvam in multis negotiis, deponere nunqvam potuerim. Sunt omnia plena emendationibus ingenioſis, explicationibus pereruditis.* Marcus Zuerius Boxhornius, Anno jam 1634., in duabus ad Noſtrum epiſtolis, *p. 36. & 39.* collectionis harum Amſtelodamenſis obviis (qvarum poſterior *Exercitationum* iis *Criticarum* tribuit titulum), etiamnum ἀνεκδότας lucem publicam cenſuit mereri. Verba prioris adjicio: *Qvod libelli tui editionem ſpectat, promovere eam non deſiſtam. Dignus enim ille eſt videre lucem, qvi tot antiqvis ſcriptoribus illam dedit. Ita ego qvidem judico, ita qvi apud nos ſtatores harum literarum.* Eidem Boxhornio, *in Animadverſionibus ad L. 16. Annalium C. Corn. Taciti, p. m. 42.*, *Obſervationes* hæ audiunt *elegantiſſimæ.* Thom. Reineſius (*in Defenſ. Var. LI., contra Andr. Rivinum p. 17.*) ſcriptum hoc *libellum* ſalutat *eruditiſſimum,* Vinc. autem Fabricius, in Epiſt. ad Henr. Vagetium (*inter Opp. p. 319.*), *inuſitatæ eruditionis opus.* D. G. Morhofio judice (*in Prælectt. MSS. de Notitia Autorum, c. 14.*) & *L. V. Polyhiſt. Lit., c. 1., §. 12. multa* in illo *erudite* ſunt *& ingenioſe excogitata.* Nicol. Heinſius (*in Notis ad Ovidii L. 3. artis amandi, verſ. 267.*) *Obſervationes* has *limpidæ antiqvitatis Romanæ fontes ſitientibus diligenter* monet eſſe *terendas.*

Obſervationum Liber Novus, in qvo tum alia ad optimorum utriusqve lingvæ Autorum intellectum, tum promiſſi *in Notis ad T. Livium* qvorundam locorum uberiores Tractatus, repræſentantur. Acceſſerunt varii indices. Daventriæ 1652. in 12.

Liber de Seſtertiis, in qvo, poſt maximos viros, imprimis Budæum, Agricolam, Hotomannum, Ciacconium, Scaligerum, res nummaria veterum hac parte illuſtratur, & Varro, Cicero, Cæſar, Livius, Seneca, aliiqve optimi Autores, nec non Juriſconſulti in Digeſtis, compluribus locis, aut corruptis emendantur, aut male intellectis explanantur. Ad Claudium Sarravium, Curiæ Pariſienſis Senatorem. Daventriæ 1643. in 8. Editioni huic primæ, ſumptibus Curatorum Gymnaſii Daventrienſis, teſte ipſo autore in Epiſt. ad Gerh. Joh. Voſſium poſtrid. Id. Dec. A. 1643. ſcripta (qvam Voſſianarum *appendix adoptiva, num. 379., p. 256. 257.*, exhibet), publicatæ, præfixisqve Joh. Chriſtenii, JCti Daventrienſis, ac Nicol. Heinſii Carminibus commendatæ, XIII. poſt annis ſucceſſit altera, longe auctior, inqve

libros IV. diviſa, ſub hoc titulo: *De Seſtertiis, ſeu Subſecivorum pecuniæ veteris, Græcæ & Romanæ, Libri IV. Acceſſerunt L. Voluſius Mæcianus, JCtus, & Balbus Menſor de aſſe, item Paſcaſii Groſippi (per anagr. Gaſp. Scioppii) Tabulæ Nummariæ.* Ad Nicol. Fuqvetum, Regis Galliæ ærarii Præfectum. Amſtelodami, apud Elzevirios, 1656. in 8. Tertiæ editioni poſthumæ, a filio, Jacobo Gronovio, Lugduni Batavorum A. 1691. in 4. curatæ, & 4. alphabetis cum dimidio incluſæ, præter novas Parentis, qvas ſuo is libri hujus exemplo alleverat, marginales annotationes, vel locis ſuis inſertas, vel, ſi ampliores eſſent, ſub finem paginarum adjectas, acceſſerunt: 1. Autoris *Mantiſſa Pecuniæ Veteris*, & tres *de Fœnore unciario ac centeſimis uſuris*, contra Mart. Schookium, *ἀντεξηγήσεις*; qvas inter duæ priores, jam antea editæ, auctiores ex avtographo exhibentur, tertia autem in hoc primum Syntagmate prodiit; 2. Ejusdem Diatriba in ſcriptum Nicolai Abrami, argumenti haud diſſimilis; 3. Joſ. Scaligeri, Joh. Meurſii, Jac. Gretſeri, Thomæ Reineſii, Balſamonis, Guntheri ac Joh. Frid. Gronovii ipſius, Schediaſmata de Nummo poſterioris ævi, *Hyperpyro* appellato, duosqve pretio æqvante thaleros; 4. Claudii Salmaſii ad J. Frid. Gronovium Epiſtola, & Gronovii reſponſoria, primam totius hujus laboris referentes occaſionem atqve originem; 5. Duplex Rationarium (*Λογαρικὴ παλαιὰ καὶ νέα*), vetus ſcilicet Auguſti Cæſaris, & novum Alexii Comneni Imperatoris, totum notis ſcriptum, & a Gronovio parente, via explanandi feliciter reperta, latine tranſlatum. Plura de ultima hac editione, ejusqve auctariis, ſuppeditabunt Jac. Gronovii, editoris, *Præfatio* illius, & Recenſus ejusdem prolixiores, qvos Lipſienſes, *in Actis Eruditorum, M. Aug. A. 1691., p. 375. 376.*, Henr. Basnagius, *en l' Hiſtoire des Ouvrages des Sçavans, M. Jul. A. 1691., p. 477-483.*, & Joh. Clericus, *T. XXV. Biblioth. Hiſtoricæ Univerſalis*, Gallice publicatæ, *P. I., p. 204-221.*, exhibuerunt, de ſolis autem acceſſionibus ævi antiqvioris Joh. Alb. Fabricius, *in Appendice Biblioth. Latinæ p. 69. 112.* Occaſionem & inſtitutum operis ſui autor ipſemet, *in præfat. editionis ſecundæ*, hiſce verbis exponit: *Unum deprecor, ne, in opere tumultuario, & majorem partem inter officinæ moras nato, lineam poſcas, & nos omnino iisdem, qvibus pleriqve, veſtigiis, æris primo, dein argenti, tum auri, formis & ponderibus & pretiis annumerandis, decurriſſe poſtules. Eqvidem & horum ſi qvid hinc petes, fere nihil non referes; ſed aliud illorum fuit, aliud noſtrum inſtitutum, qvi, ab initio usqve, non omnia bene ſatisqve de priſco numiſmate dicta repetere, ſed ſubſeciva tantum & prætermiſſa perſeqvi, animo habuerimus. Aliqvid in Decies Seſtertio, qvod priores fugerat, viſum blandiebatur; id igitur ſolum cum ſtudioſis communicavimus, cætera non tangentes, niſi qvatenus illud ſine his non intelligebatur. Hæ primæ fuerunt lineæ hujus voluminis, anno hujus ſeculi XLIII. ductæ.* Confer Epiſtolam ejus de eodem, ad Gerh. Joh. Voſſium 3. Id. Oct. A. 1643. ſcriptam (*num. 377. & p. 255. appendicis Voſſianarum*), in qva ſe, in iſto, ait, cum perſpicuitati, in ſententia ſua proponenda, tum ſoliditati *ἀναντιῤῥήτῳ*, in argumentis, qvibus Budæi, Georg. Agricolæ, Portii, Hotomanni, Scaligeri & Paſcaſii Groſippi, errores nummarios impugnet, conqvirendis, ſtuduiſſe. Non immerito autem, ab adverſario, Mart. Schookio, adactus, ſcripto huic (cujus compendium, a ſe concinnatum, Joh. Pet. Titius, Gymn. Dantiſcani Profeſſor, una cum Gronovii *Epiſtola de diſcrimine Denariorum Libræ & Drachmarum Minæ*, ad ſe A. 1671. exarata, *Manuductioni* ſuæ *ad excerpendum*, Gedani A. 1675. in 12., ſub *Commentarii de re nummaria* titulo, adjecit) aliqvas ipſemet Autor laudes, *in Ἀντεξηγήσει de Centeſimis Uſuris ſecunda, p. 74.*, modeſte admetitur, dum ſcribit, *Diſſertationem ſuam de occaſione tranſlati ad uſuras aſſis, ejusqve partium, eam eſſe, in qva inceſſerit omnibus lætitiis, & qvam Deo, ingenii datori, inter prima, qvæ in bonis literis utiliter elaboraverit, acceptam referat.* Ea enim eſt illius præſtantia, ut ab omnibus ferme in iſto literarum genere accuratius verſatis, ceu Phidiæ qvoddam ſignum, hactenus probatum ſit atqve commendatum. Gerh. Joh. Voſſii judicium de editione prima perqvam honorificum, *Ep. 485.* autori A. 1644. expoſitum, inter elogia hujus, ſupra jam recitavimus. De eadem Claud. Sarravius ad Salmaſium, *Ep. 53. (p. 51.)*, ita A. 1643. ſcripſit: *Gronovii Diatriba de Seſtertiis, ſi qvid judico, plena eſt bonæ frugis.* Cum dein auctior idem Commentarius editione ſecunda prodiiſſet, majorem etiam orbis eruditi meruit applauſum. Joh. Schefferus, *in Lib. de Stylo, ejusqve Exercitiis, p. 61.*, *Opus* vocat *nunqvam ſatis laudatum, recens nunc recuſum, ſicqve elaboratum, ut deſiderari nihil amplius poſſit, in hoc qvanvis intricatiſſimo argumento*, nec non, *in Notis ad Phædri Lib. 4. Fab. 5., p. 167.*, *Opus feliciſſimi ingenii ac eruditionis profundiſſimæ*, D. G. Morhofius (*in Prælect. MSS. de Notitia Autorum c. 14.*) *Tractatum elegantiſſimum*, Jac. Perizonius (*in Animadvv. ad Franc. Sanctii Minervam p. 412.*) *Opus præclarum*, Thom. Crenius autem (*P. I. Animadvv. Philol. & Hiſtor, c. 3., p. 35.*) *Opus eruditiſſimum, librorumqve Gronovii Regem*, & (*P. II. p. 230.*) *Opus incomparabile; qvod, cum Ezech. Spanhemii Commentario de præſtantia Numiſmatum, cæteris omnibus de re veterum nummaria ſcriptoribus præferri mereatur.* Burch. Gothilfius Struvius, *in Biblioth. Numiſmatum antiqvorum, c. 1, p. 16 17.*, omnium Facultatum ſtudioſis cenſet eſſe utiliſſimum. Commendant etiam Joh. Pet. Titius *l. c. p. 198.*, & Chriſtoph. Graſius *P. I. Dyotæ Sacræ p. 14.* Qvorum ultimus Gronovium qvidem *omnium optime de re nummaria*, ait, *ſcripſiſſe videri*, ſed, Joh. tamen Vorſtio (*in literis ad ſe*) judice, *rem omnem non abſolviſſe.* Joh. Scheffero, *in Addendis Notarum ad Var. Hiſt. Æliani p. 444.*, *opus* audit *eruditionis profundiſſimæ.* Car. Drelincurtius Jun. (*in Notis ad Apolog. Medicam*) librum hunc *eruditiſſimum, & non vulgaribus, ſed interioribus & reconditis literis plurimis, plenum* eſſe judicat. Ezech. Spanhemio (*Diſſ 9. de præſtant. & Uſu Numiſm.*) Gronovius audit *pecuniæ veteris optimus interpres.* Æg. Menagius, *in Amœnitatibus J. Civ., c. 5., p. 34.*, *Commentarium* appellat *doctiſſimum.* D. G. Morhofius, *Lib. V. Polyhiſt. Lit., c. 1., §. 12., p. 224.*, *fœtum* vocat *inſignem, ob qvem autor vel maxime laudandus.* Crenius, *Exerc. 1. de Libris Scriptorum Optimis p. 18. 19.*, fuſius hoc opus extollit, ſimulqve refert, Gronovium usqve adeo intento cogitatione fuiſſe animo, cum illud edolaret, ut etiam per totum compoſitionis tempus a toro conjugali abſtinuerit. Joh. Caſp. Eiſenſchmidio (*in Diſqv. de ponderibus & menſuris veterum, Sect. IV., p. 125.*) judice Gronovius, *in Tr. de Seſt. eruditiſſimo, totam rationem numerandi ſeſtertiariam exhauſiſſe videtur.* Joh. Alb. Fabricio, *in Bibliogr. Antiqvaria, c. 16., p. 531.*, Tr. hic *Comm.* audit *exqviſitus, & de pecunia veterum Romanorum, ejusqve pretio, unice commendandus.* Joh. Gvilh. Bergero (*in Eclogis ad dolum Aleæ veteris, §. 3., p. 8.*) judice, Gronovius *præſtantiſſimus eſt & princeps Pecuniæ veteris explanator.* Aſperius de illo judicium ſolus, qvantum mihi conſtat, tulit Claud. Salmaſius, dolore invido, ob partem operis, qvod de re veterum nummaria ipſe moliebatur, ſibi a Gronovio præreptam, ſtimulatus, in Epiſt. ad Claud. Sarravium, Curiæ Pariſienſis ſupremæ Senatorem. Qvam cum Ant. Clementius, Epiſtolarum Salmaſii editor, non qvidem cum cæteris, Gronovii metu, publicaſſet, ſed legendam tamen deſcribendamqve multis concederet, Noſter acriorem ad Clementium hunc Epiſtolam edidit apologeticam, in qva mores Salmaſii malignos vivis depinxit coloribus, ejusqve ſimul plagia critica complura recenſuit. Utraqve Epiſtola, & Salmaſiana, & Gronoviana, ad calcem noviſſimæ hujus de Seſtertiis Commentarii editionis, A. 1691. lucem vidit publicam. Confer de iis D. G. Morhofii *Polyhiſt. Liter. Lib. V., c. 1., §. 12., p. 224.*

Sermo Propempticus ad Legatos Fœderati Belgii, cum, pacificationi Monaſterienſi interfuturi, Daventriæ conveniſſent. Daventriæ 1645. in fol.

Gratulatio ad Gvilhelmum II., Principem Arauſionenſem, cum Geldriæ, Hollandiæ & Zeelandiæ Rector, copiarumqve

rumqve Fœderati Belgii Imperator, renunciatus eſſet. Amſtelod. 1647. in fol. Commendatur, ob eloqventiam, a D.G. Morhofio, *in Prælect. Polyhiſtoricis MSS., c. 7., & T. I. Polyhiſt., L. 6., c. 3., p. 281.*

Oratio, in Gymnaſio Daventrienſi, cum in eum Rectoris magnifici dignitas transferretur, habita, Daventriæqve A. 1648. edita.

Obſervatorum in Scriptoribus Eccleſiaſticis, qvibus tamen paſſim æqvales illis & vetuſtiores utriusqve lingvæ Autores interpoſiti, & illuſtrantur, & emendantur, Monobiblos, Bernh. Mallincrotio, Decano Monaſterienſi, inſcripta. Daventriæ 1651. in 12. Caput X., qvo Pontii Paulini nonnulla emendantur, ſuæ librorum Benedicti Paulini Petrocorii *de Vita Martini Turonenſis* editioni, Lipſiæ A. 1681. in 8. excuſæ, inſeruit, Caſparisqve Barthii in iſtos *Notis* ſubjecit, Chriſt. Daumius, caput autem XVII., in qvo Lactantii qvibusdam male affectis medicina adhibetur, in noviſſimam Ciceronis hujus chriſtiani editionem, a ſe Lipſiæ A. 1698. in 8. publicatam, tranſtulit Chriſtoph. Cellarius, Profeſſor Saxo-Halenſis. Commendant hæc Obſervata Chriſt. Daumius & Thom. Reineſius (qvorum alter alteri, *impenſe ea ſibi placere, in Epiſtolis mutuis p. 96. 97.*, ſignificavit), Thom. Ittigius *in Heptade Diſſertationum, Diſſ. II., §. 110., p. 322.*, Conr. Sam. Schurtzfleiſchius (cenſoribus Patrum præcipuis Gronovium annumerans) *in Judiciis de noviſſimis prudentiæ civilis ſcriptoribus, num. 5., p. 11.*, & Val. Ern. Löſcherus (qvi autorem omnes Patrum Criticos judicio, & crebra illorum emendatione, cenſet, antecellere, ſed multa tamen aliena de Autoribus profanis inſperſiſſe) *in Farragine Lectionum Sacrarum, Diſſertationi de Pajoniſmo A. 1692. adjecta, p. 186.* De Emendationibus in Aldhelmi *Lib. de Virginitate, Cap. 4. 8. 15. & 20.* obviis, Henr. Whartonus, qvi eundem Londini A. 1693., cum Bedæ *Operibus Theologicis*, edidit, *in Ep. Dedic. judicat, Emendationes* eum ad lib. ipſum *qvamplurimas* qvidem *cap. 4. & 8. adduxiſſe, verum ſola conjectura nixum parum profeciſſe*, feliciorem autem *cap. 15. & 20.* fuiſſe in corrigendo Aldhelmi Carmine, qvod cum MSto illud Oxonienſi notæ melioris contuliſſet. V. Wilh. Ern. Tenzelii *Dial. Menſtr. Vernac., M. Nov. A. 1694., pag. 951. 952.*

Oratio de Græcæ Hiſtoriæ Lingvæqve, & omni literarum ſtudio, Lugduni Batavorum XIV. Kal. Oct. A. 1658. habita, cum lingvam Græcam, & Græcas Hiſtorias, docere aggrederetur. Lugd. Bat. 1658. in 4. maj. Subjecta ſunt ei Carmina gratulatoria Nicol. Heinſii, Jani Ulitii & Phil. Munckeri.

De Centeſimis Uſuris, & Foenore Unciario, Ἀντεξήγησις adverſus Theologiſtorico-Philoſophologum. Acceſſit Mantiſſa Pecuniæ Veteris. Ad Nicol. Fouqvetum, Regis Galliæ ærarii Præfectum. Lugd. Bat. 1661. in 8. Auctior recuſa, uti paulo ante dictum, ſub finem tertiæ *Librorum IV. de Seſtertiis* editionis, Ibid. A. 1691. in 4. Oppoſita eſt a Noſtro, ab hoſtibus Lombardorum, menſam Foenebrem in Belgio Foederato exercentium, in arenam hanc (uti adverſarius, *in Vindiciis Seriis p. 4. 5.*, perhibet) pertracto, Mart. Schookii, Profeſſoris antehac Daventrienſis, & tunc Groningani, *Exercitationi ſacræ decimæ nonæ de Foenore Trapezitico*, qva is A. 1657. hoc contra Salmaſium, & Gronovi, *libros de Seſtertiis*, defenderat. Repoſitæ autem ei ſunt a Schookio *Vindiciæ ſeriæ ſuæ, & aliorum virorum doctorum, Sententiæ de Foenore Unciario, contra Joh. Frid. Gronovium*, Groningæ eodem A. 1661. in 8. excuſæ, &, ſub finem *Vindiciarum alterarum*, Coloniæ Brandenburgicæ A. 1688. in 8vo recuſæ. Has viciſſim impugnavit Gronovii ἀντεξήγησις ſecunda, jam memoranda.

De Centeſimis Uſuris, & Fœnore Unciario, Ἀντεξήγησις ſecunda. Lugd. Bat. 1664. in 8vo. Auctior itidem recuſa ad calcem tertiæ *Librorum de Seſtertiis* editionis, Lugd. Bat. 1691. in 4. Huic Schookius, nuſpiam in ea nominatus, ſed nihilo tamen minus, diſſimulato nomine, conviciis hoſtilibus ubiqve exagitatus, oppoſuit *Vindicias alteras de Foenore Unciario, oppoſitas ridiculæ, ſed ſimul ſycophanticæ battologiæ J. Frid. Gronovii, qvæ manifeſtam ſe exhibet in* Ἀντεξηγήσει *Secunda*, Coloniæ Brandeburgicæ A. 1668. in 8., una cum *Vindiciis* prioribus, ſub finem illarum recuſis, editas. In iſtis *p. 157.* aliud ille opus minatur, qvo, Gronovium *furfuraceum* eſſe Criticum, ſit oſtenſurus, in *Vindiciis* autem *prioribus, p. 85.*, Vindicias contra eundem pro Hadr. Junio, qvem Noſter, in Ἀντεξηγήσει prima, *ridiculum Batavum* vocaverat. Repoſita eſt a Gronovio *Vindiciis* hiſce Schookii *alteris*, totiqve certamini, ob maledicta & convitia mutua utriqve parum honorifico, finem, ſed poſt utriusqve obitum, impoſuit:

De Centeſimis Uſuris, & Foenore Unciario, Ἀντεξήγησις Tertia poſthuma, a Jac. Gronovio, autoris Filio, in tertia *Librorum de Seſtertiis* editione, Lugd. Bat. A. 1691. in 4. excuſa, inter acceſſiones illius alias, demum juris facta publici.

(Dignum eſt, qvod adjiciatur, Joh. Strauchii, JCti eleganter eruditi, de controverſia hac judicium, in *Diſſ. de Centeſimis Uſuris & Foenore Unciario*, Jenæ A. 1672. edita, *c. 4., p. 29. 30.*, obvium: *Unciarium foenus paria cum Centeſima facere, Mart. Schookius contendit, argumentis illis non qvidem plane ſpernendis, infirmioribus tamen, qvam, ut Gronovium, in omnia alia abeuntem, infringant. Schookius, ſua ſe obſcuritate haud raro involvens, a ſenſibus qvam verbis melioribus, ab ubertate ingenii, qvam judicii rectitudine, dilaudari magis meretur. Parum ſibi qvoqve interdum videtur conſtare. Ut prætereeam perpetuum cavillandi ſtudium, in qvo delicias qvæſivit maxime & exultavit. Neqve illud inultum abſtulit, haud perfunctorie caſtigatus ab adverſario, cui tanto pronior victoria fuit, qvod in locis ſibi opportunis & exploratis, Schookio autem alieniſſimis, invaderetur.* Geminum huic eſt alterum Oct. Ferrarii, in Epiſt. ad Gronovium A. 1669. exarata (*T. II. Opp. variorum p. 228.*) obvium: *Avide nuper perlegi, qvæ in fatuum ſcripſiſti: in qvibus neſcio magis ſolidam doctrinam, an facetiarum leporem, admiratus ſim. Magno velit ille redemtum, intactum Pallanta.*)

Allocutio ad ſereniſſimum Principem, Coſmum, Magnum Hetruriæ Ducem, cum Academiam viſitaret, publice IV. Id. Jan. facta. Lugd. Bat. 1668. in fol.

Laudatio Funebris Jacobi Golii, Arabicæ Lingvæ & Mathematicorum in Acad. Lugduno-Batava Profeſſoris. Lugd. Bat. 1668. in 4. maj.

Oratio de Lege Regia, recitata 8 Febr. A. 1671., cum faſces Academiæ Lugduno-Batavæ ſecundum deponeret. Lugd. Bat. 1678. in 8. Joh. Barbeyrac, Prof. Lauſannenſis, Verſio illius Gallica adjecta eſt Gerh. Noodtii Orationibus duabus de Poteſtate Principum & libertate conſcientiæ, ab eodem Gallice translatis, editisqve Amſtelod. A. 1714. in 12. Recenſum ejus, ac Notarum Barbeyracii, V. in Joh. Clerici *Bibliotheqve ancienne & moderne, T. I. P. II., p. 451-454.*, in Anonymi *Journal literaire, T. IV., P. I., M. Majo & Junio A. 1714., p. 62-74*, *in Actis Erud. Lipſ., M. Oct. A. 1714., p. 470. 471. 472.* (*ubi p. 470.* Oratio hæc *docta* vocatur, *& qvæ reliqvis omnibus, qvi in eo lapide volvendo hactenus deſudarunt, facile palmam præripiat*), & *Memoriis Trevoltianis, M. Aug. A. 1716., Art. 7. Pulchra* vocatur a Joh. Alb. Fabricio *l. 4. bibl. lat., c. 9., p. 807.* Argumentum ejus verbis explicabo Morhofii, ita *in Prælect. ad Hiſtor. Univerſ. MSStis*, ubi de Auguſti agit imperio, differentis: *An tempore Auguſti Lex Regia fuerit lata, qva Populus Romanus omnia jura in Auguſtum contulit, vehementer in Hiſtoricos controvertitur. Pertinax Hiſtoriarum ſilentium allegant negantes, & in his Mart. Schookius in Lib. ſingulari de Qvadruplici Lege Regia, qvi eam pro figmento Triboniani habet. Defendunt tamen illam, ex loco qvodam*

dam Dionis, & Fragmento alicujus Legis Veſpaſiani tempore renovatæ (*in Op. Inſcriptt. p. 242.*), *Rupertus in Comm. ad Enchirid. Pomponii c. 12., Boeclerus, & præcipue Gronovius in ſingulari Or. de Lege Regia. Qvi etiam rationes monſtrat, qvare Legis hujus nomen & memoria ab Hiſtoricis fuerint occultata. Cujus ego, ut peritiſſimi in Antiqvitate Romana judicis, ſententiæ malim accedere, qvam Schookio, aliisqve, qvi ab ejus partibus ſtant, JCtis.* Cœterum Scripta Schookii, qvibus Or. hanc præcipue Noſter oppoſuiſſe videtur, de Lega iſta Regia prodiere ſeqventia:

1. *de Figmento Legis Regiæ Epiſtola, ad Ant. Schookium, J. U. D.*, Groningæ 1661. in 12.
2. *Exercitationes Juridico-Hiſtoricæ, inter qvas occurrunt Vindiciæ ſuæ Sententiæ de Lege Regia.* Groningæ 1663. in 4.
3. *Tr. de Qvadruplici Lege Regia.* Ff. ad Viadr. 1668. in 12.

De Muſeo Alexandrino Exercitationes Academicæ, A. 1667. poſt ferias caniculares habitæ, a filio Jacobo exceptæ, & *Volumine VIII. Theſauri* ſui *Antiqvitatum Græcarum* (*p. 2738-2766.*) Leidæ A. 1699. in fol. editæ. V. *Acta Erud. Lipſ., M. Jan. A. 1701., p. 30.* Mentionem illarum, etiamnum ineditarum, e Greg. Leti *Italia Regnante p. 518.*, fecit Georg. Matth. Künigius *in Biblioth. Vet. & Nova p. 365.*

EPISTOLÆ Gronovii variæ, ſparſim editæ.

Ad Chriſtoph. Arnoldum, Theologum Noriberg., Duæ, A. 1651. & 1661. ſcriptæ, in Arnoldi *Teſtimonio Flaviano*, Norib. A. 1661. *in 12.* edito, *p. 203. 204. 205. 285. 286.* Una ad Caſp. Barlæum, Haga 7. Kal. Febr. A. 1637. ſcripta, in Thomæ Crenii *P. IV. Animadvv. Philol. & Hiſt.* (*Ed. Leidæ 1699. in 8.*), *c. 1.*, *§. 6.*, *p. 30. 31.*

Duæ ad Joh. Andr. Boſium, de ejus affecta editione Joſephi, hujusqve ſubſidiis, A. 1659. & 1669. datæ, *in Appendice Epiſtolarum Thomæ Reineſii & Boſii mutuarum* (*Jenæ 1700. in 12.*), *p. 411 - 414.*

Una ad Octav. Ferrarium, Prof. Patavinum, Reſponſoria ad hujus Epiſtolam ſuper qvibusdam Gronovii de Veſtitu Romanorum Obſervationibus, ad primam Operis ſui *de Re Veterum Veſtiaria* editionem (A. 1642. publicatam), Daventriæ Prid. Kal. Maji A. 1646. ſcripta, in editione ejusdem Operis ſecunda, Patavii A. 1654. in 4. excuſa, *Parte III.*, *p. 131-133.* Præcedit eam Ferrariana *p. 123-131.* Tres aliæ ad Ferrarium, A. 1667. 1669. & 1670. exaratæ, & in Ferrarii *Operibus Variis*, junctim a D. Joh. Fabricio Gvelpherbyti A. 1711. *in 8.* denuo editis, *P. II.*, *p. 223 - 227. 230. 231.*, obviæ.

Una ad Hug. Grotium, de ratione Studii Juridici eum conſulens, inter Epiſtolas Centum Vir. Clar. Ineditas, a Joh. Brantio Amſtelod. A. 1702. in 8. evulgatas, num. 39.

IV. ad Caſp. Hofmannum, Med. Prof. Altorfinum, inter *Epiſtolas Selectas Georg. Richteri & Familiarium ejus*, Norib. A. 1662. in 4. editas.

IV. ad Joh. Kirchmannum, A. 1633. 1634. & 1635. ſcriptæ, *in Append. Secunda Epiſtolarum Marqv. Gudii*, Ultraj. A. 1697. in 4. editarum, *num. 254-257.*, *p. 320-325.*

Una ad Joh. Logeſium, de ſua in Acad. Leidenſem vocatione, Daventriæ M. Mart. A. 1658. exarata, in Thomæ Crenii *P. VI. Animadvv.* (*Leidæ A. 1700. in 8. edita*), *c. 1.*, *p. 32 - 35.*

Una ad Rolandum Mareſium, de lectione antiqvorum, & emendationibus qvibusdam Livianis, V. Id. Martii A. 1651. Mareſianæ repoſita, *in Appendice Adoptiva Epiſtolarum Philologicarum* Mareſii, Lipſiæ A. 1686. in 12. recuſarum, *n. 5.*, *p. 555 - 562.*

Nonnullæ ad Joh. Rhodium, Danum, varia huic dubia de Acia moventes, una cum Rhodii *Diſſ. de Acia*, in edit. ejus ſecunda Hafnienſi, A. 1672. in 4. excuſa. V. Thomæ Bartholini *Vol. I. Act. Med. Hafn. p. 295.*

XIII. ad Georg. Richterum, Reip. Norib. Conſiliarium, inter *Epiſtolas hujus & amicorum ſelectas*, Norib. A. 1662. in 4. impreſſas.

Una ad Bernh. Rottendorfium, Medicum Monaſterienſem, commendatitia Marqv. Gudii & Sam. Sciaſſii, M. Jul. A. 1664. ſcripta, in Gudianarum, Ultraj. A. 1697. editarum, *Appendice prima adoptiva, num. 38.*, *p. 72. 73.*

Duæ ad Claud. Salmaſium, A. 1638. & 1646. exaratæ, in Gudianarum *appendice ſecunda*, *num. 258. 259.*, *p. 325-329.*

Nonnullæ ad Claud. Sarravium, Senatorem Pariſienſem, cum Sarravianis Arauſione A. 1654. editæ, teſte Morhofio, *in Prælectt. MSS. de Notitia Autorum*, *c. 8.* In editione Sarravianarum Ultrajectina, Gudianis A. 1697. adjecta, eas non inveni.

Una ad Joh. Pet. Titium, Prof. Dantiſcanum, *de diſcrimine Denario rum Libræ* & Drachmarum Minæ, A. 1671. ſcripta, in Titii *Comm. de re nummaria, Manuductioni ad Excerpendum*, Dantiſci A. 1675. in 12. editæ, adjecto, *p. 291-295.*

V. ad Mich. Virdungum, Prof. Altorfinum, inter Richterianas, aliqvoties jam memoratas.

XVII. ad Gerh. Joh. Voſſium, ab A. 1633. ad 1644. exaratæ, in Voſſianarum, Londini A. 1690. in fol. editarum *appendice adoptiva*, *n. 171.*, *p. 111.*, *n. 211.*, *p. 134. 135. 136.*, *n. 236. & 238.*, *p. 155. 156. 157.*, *n. 241. p. 159.*, *n. 249. p. 164.*, *n. 263. p. 173. 174.*, *n. 266. p. 175.*, *n. 269. p. 177. 178.*, *n. 275. p. 182.*, *n. 283. p. 187.*, *n. 344. p. 232. 233.*, *n. 377. p. 255.*, *n. 378. p. 255.*, *n. 379. p. 256. 257.*, *n. 388. p. 261. 262.*, *n. 401. p. 268.*

Aliæ nonnullæ, mihi nondum lectæ, qvas, una cum Andr. Alciati, aliorumqve virorum doctorum Epiſtolis, Lugd. Bat. A. 1695. *in 8.* editis, juris fecit publici Ant. Matthæus, JCtus Leidenſis. V. *Acta Erud. Lipſ.*, *M. Jun. A. 1696.*, *p. 290.*

Epiſtola una ad Pet. Francium, inter hujus *Poſthuma*, Amſtelod. A. 1706. in 8. edita. V. *Acta Erud. Lipſ.*, *M. Majo A. 1706.*, *p. 209. 210.*, & *Nova Lit. Germ.*, *M. Majo A. 1707.*, *p. 155.*

Nonnullæ ad Joh. Coccejum, Theol. Leidenſem, in hujus Operibus ἀνεκδότοις, Amſtelod. A. 1706. *in fol.* excuſis, obviæ. V. *Acta Erud. Lipſ.*, *M. Jul. A. 1707.*, *p. 288.*

XVI. ejus Epiſtolæ, magnam partem hactenus ineditæ, Una ſcil. ad Claud. Sarravium, Una ad Henr. Valeſium, duæ ad Pet. Lambecium, qvatuor ad Hug. Grotium, una ad Caſp. Barlæum, qvatuor (jam ante, uti ſupra indicatum eſt, editæ) ad Joh. Kirchmannum, duæ (itidem tantum recuſæ) ad Claud. Salmaſium & una (cui Scriptorum ſuorum Indicem M. Jan. A. 1670. adjecit) ad Angelicum Aproſium, junctim prodierunt Hamburgi A. 1723., in D. Nicol. Wilckenii *Appendice Vitæ illius Germanicæ*, *p. 53-104.*

Carmina varia, ſeparatim excuſa, qvæ ſcriptis ejus editis autor *Gloriæ Incognitorum* anonymus, in Vita ipſius, *p. 236. & ſeqq.*, accenſet.

Reſponſio Jambica elegans ad Jambos Vindemiales Vinc. Fabricii, ſibi inſcriptos, qvæ, in *Operibus* Fabricii, Lipſiæ A. 1685. *in 8.* editis, *in Libro Carminum Adoptivorum p. 680-686.*, legitur, nec non in *Poematis* ejusdem, Leidæ A. 1638. (*in 12.*) auctioribus recuſis, p. 207-212.

ℶ. ALIENA, AB IPSO EDITA, EMENDATA AC ILLUSTRATA.

Iſaaci Caſauboni Epiſtolæ, qvotqvot reperiri potuerunt, nunc primum junctim editæ. Accedit Epiſtola de morbi ejus mortisqve cauſa, deqve iisdem Narratio Raph. Thorii, Medici. Hagæ Comitum, apud Theod. Maire, A. 1638. in 4.

in 4. Exhibet hæc editio (qvam Hugoni Grotio J. Henr. Boeclerus, *in Bibliographia Curioſa lit. M. 2. a.*, perperam tribuit), in opere ipſo DCXXXIX., in appendice autem CXVI. Caſauboni Epiſtolas, qvarum pleraſqve Noſter ab Andr. Riveto, Theologo Batavo percelebri, editionem earundem, ſtudioſe a ſe collectarum, molito qvidem, ſed mole occupationum impedito, obtinuit, ejusqve ſvaſu, una cum aliis, a ſemetipſo ac amicis conqviſitis, publicavit, ac Adr. Ploſio Epiſtola peculiari dedicatoria inſcripſit, poſtqvam laborem ἄφαζον (teſte Epiſtola ipſius ad Joh. Meurſium ἀνεκδότῳ, A. 1638. exarata), in iis Editioni parandis, exantlaſſet. Commendant eam Hugo Grotius *Ep. 1168.* ad editorem, d. 7. Maji A. 1639. ſcripta (*p. 530.*), & Georg. Richterus, Reip. Norib. Conſiliarius, in literis ad eundem A. 1642. exaratis, qvæ Caſaubonianas iſtas *theſaurum* vocant *ingentem, pro cujus publicatione orbem literatorum in ære ſuo Gronovius habeat*, ſed Romæ tamen eas, *tanqvam librum hæreticum, Vulcano eſſe traditas*, rumoris publici fide, perhibent. Obſcuriorum ejus locorum Clavis in Pauli Colomeſii *Opuſculis, p. 159-177.*, occurrit. Editionem Epiſtolarum Caſauboni novam, & hac Epiſtolis 82. auctiorem, temporumqve ordine accuratius digeſtam, Brunſvici dein A. 1656. in 4. Vir celeberrimus, Joh. Georg. Grævius, Gronovii, Doctoris ſui, publicavit auſpiciis; aliam autem, iſta etiam locupletiorem, una cum Vitis Iſaaci & Merici Caſaubonorum, luci jam publicæ, uti ex ejus ad me literis ſum edoctus amicis, deſtinat Theod. Janſonius ab Almeloveen, Med. D. & Athenæi Harderviceni Profeſſor.

T. Livii, Patavini, Hiſtoriarum Libri ſuperſtites, ex Recenſione J. Frid. Gronovii, Tomis III. Accedit Tomus IV., Gronovii in eosdem Notas, cum Iſmaelis Bulialdi de ſolis defectu, cujus Livius L. 37. meminit, Epiſtola, exhibens. Lugd. Bat. 1645. in 12. it. Ibid. A. 1654. in 12. ac Amſtelod. 1651. in 12. (unico parvo volumine, typis minutiſſimis. V. Fabricii *L. I. Bibl. Lat., c. 11., p. 188.*). Eadem dein editio, & emendatior (ope inprimis Codicum, qvi in præfat. commendantur, MSStorum, a Marqv. Gudio & Luca Langermanno communicatorum), & auctior, adjectis, & paginæ cuilibet ſubſtratis, præter perpetuas Gronovii, & Car. Sigonii integras, ſelectis Variorum Notis, reddita, Ferdinandoqve Fürſtenbergio, Epiſcopo Paderbornenſi, inſcripta, prodiit Tomis III., Amſtelodami, apud Elzevirios, A. 1665. in 8. maj., & (*juxta Catal. Schultzianum*) Ibidem etiam A. 1669., forma eadem. Poſthuma eſt, & a Jacobo Gronovio, filio, curata, qvæ Amſtelodami A. 1679. in 8. maj., Tomis itidem III. prodiit, &, præter Notas Car. Sigonii & Joh. Frid. Gronovii perpetuas, novas etiam filii, modo laudati, Henr. Valeſii, atqve aliorum, in hac demum adjectas, exhibet, ac Fürſtenbergio pariter eſt inſcripta. Exſtat etiam alia Livii editio, ex recenſione Gronoviana, Amſtelodami A. 1678. in 12., volumine unico, & charactere minutiſſimo, excuſa. Verum ea ſolum Autoris textum, a Noſtro emendatum, absqve Notis ullis, complectitur. Seorſim Amſtelod. A. 1678. in 8. prodiere Jac. Gronovii, Filii, *Epiſtolæ, in qvibus multa T. Livii loca Geographica emendantur & illuſtrantur*, aliqva etiam *h. l.* mentione dignæ, & in editione Anni 1679. recuſæ. E Gronovianis editionibus (teſte Joh. Alb. Fabricio *l. c. p. 189, 190.*) expreſſæ ſunt duæ editiones Anglicanæ, Cantabrigiæ A. 1679. & Londini A. 1703. duobus voluminibus *in 8.* excuſæ, nec non (uti *in Novis Lit. Germ., M. Jan. A. 1700., p. 41.*, perhibetur) Oxonienſis Thomæ Hearne, A. 1708. *in 8. maj.* publicata, cui & Notæ Gronovii acceſſerunt. V. de Editione illa Hearnii *Acta Erud. Lipſ., M. Jun. A. 1709., p. 241-248.*, de Joh. Clerici autem editione, Gronovianas itidem ſecuta, & Tomis X. Amſtelod. A. 1710. *in 8.* publicata, *Acta A. 1711., M. Jun., p. 17. 18. 19.* Expreſſa etiam eſt ex iisdem Veneta anni 1692. in 12. (*2. Voll.*), teſte J. A. Fabricio *Vol. II. Biblioth. Lat. p. 212.* Editiones haſce Gronovii Livianas, in qvibus autorem iſtum nobiliſſimum, plus 1000. locis (velut ipſe, in Ep. ad Georg. Richterum, aſſeverat), emendatiorem integrioremqve, e MSS. variis, reddidit, qvarumqve primam, A. 1645. ſibi inſcriptam, Claud. Memmius, Comes de Avaux, 1000. Imperialibus, uti in Vita Noſtri jam indicavimus, eſt remuneratus, publico atqve communi applauſu eruditi hactenus ſunt proſecuti. Hugo Grotius, in Epiſt. ad Gvilhelmum Fratrem d. 29. Oct. A. 1644. exarata (*in Append. Epiſtolarum ejus, num. 730., p. 973.*), ita ſcribit: *Qvæ ad Livium notavit Gronovius, qvædam vidi; ſunt egregia.* Claud. Sarravius, non in peculiari ſolum ad Gronovium Epiſtola (*num. 141., p. 146. 147.*), d. 25. Oct. A. 1645., ipſius in Livium merita fuſe celebravit, ſed in alia etiam ad Alex. Morum, M. Nov. A. 1643., hoc de iis tulit judicium: *Gronovius, Livio ſuo æternum addictus, implebit Patavium ſuo nomine. Tot eximia in unum caput congerit, ut pulchre Turnebum mihi referre videatur, non autem jejunos illos, qvi utplurimum leves nugas magno & prolixo ſtudio popello venditant.* Octav. Ferrarius, *in Epiſt.* ad Gronovium (*P. II. Opp. var. p. 113.*), ita eum alloqvitur: *Ex iis, qvas deguſtavi* (notis tuis ad Livium), *exclamare cogor, nemini mortalium plus Livium debere, qvam tibi.* Chriſtoph. Ad. Ruperto (*Ep. 68. ad Th. Reineſium p. 604.*) judice, *videtur, ut ad ſolem luna, ſic ad Gronovium Sigonius* (optime cœteroqvin de Livio meritus), *diſparere.* Rolandus Mareſius, *Libro II. Epp. Philolog., Ep. 7. ad Gronovium, p. m. 270.*, ejus *emendationem Livianæ Hiſtoriæ, ſuo judicio, optimam & abſolutiſſimam* eſſe pronunciavit, imo qvasdam emendationes *p. 268.* appellavit *mirandas.* Radb. Herm. Schelius, *in Notis ad Hygini Lib. de Caſtrametatione, ἀνωνύμως editis, p. 89.* (*teſte J. Pet. Titio in Manud. ad excerp. p. 33.*), *plus*, cenſet, *Livium uni debere Gronovio, qvam cæteris de eo bene meritis omnibus.* J. Alb. Fabricio, *Lib. I. Bibliothecæ Latinæ, c. 11., p. 181.*, Gronovius *Vir* audit *de his literis, ac de Livio, immortaliter meritus.* D. G. Morhofius, *in Tr. de Patavinitate Liviana, c. 1., p. 4.* Noſtrum *acerrimum & diligentiſſimum* ſalutat *Livii emaculatorem, Notas autem ejus, in Prælect. Polyhiſtoricis MSS., c. 6., Eruditiſſimas.* Eidem Morhofio, *L. 4. Polyhiſt. Lit., c. 11., p. 149.*, Gronovius audit *Vir eruditiſſimus, & cui uni Livius longe plurimum debet.* Præter hos, editiones illius Livianas generatim commendant, cæterisqve omnibus præferunt, Joh. Henr. Boeclerus *in Comm. de Scr. Gr. & Lat. p. 49.* (ubi *emaculatiſſimæ* vocantur), & *in Bibliographia Curioſa, lit. F. 6. a.*, Joh. Andr. Boſius, *in Diſſertt. de comparanda Prudentia & Eloqventia Civili, Diſſ. I., Th. 33., p. 11.* Ol. Borrichius *in Conſpectu Scriptorum L. Lat. p. 10.*, Adr. Bailetus, *in Judiciis de Eruditis*, ſupra jam allegatis, J. G. Walchius *in Hiſt. Crit. L. Lat., c. 7., p. 336.* Joh. Clericus *T. I. de la Biblioth. Choiſie de l' an. 1703., p. 144.*, B. G. Struvius *in Biblioth. Hiſtor., c. 4., p. 41.* aliiqve complures. Amſtelodamenſem vero Anni 1665. ſpeciatim, tanqvam omnium optimam ac præſtantiſſimam, deprædicant Paulus Colomeſius *en la Bibliotheqve Choiſie p. 29. 30.*, D. G. Morhofius (ex ea pleraqve a Joh. Doujatio in Pariſienſem anni 1682., Delphini deſtinatam uſibus, translata eſſe obſervans) *in Collegio de legendis autoribus methodico-practico MSto, c. 2., & in Prælectionibus Polyhiſtoricis ἀνεκδότοις, c. 6.*, Mart. Hankius *L. 2. de Rerum Rom. Scriptoribus p. 236. 422.*, Joh. Hallervordius *in Bibliotheca Curioſa p. 241., & in Spicilegio de Hiſt. Lat. p. 126.*, Thom. Popeblount (*elegantem* eam vocans, ſed Doujatianam tamen Pariſienſem illi præferens) *in Cenſura autorum p. 93.*, Dan. Gvilh. Mollerus *in Diſſ. de præparatione ad iter Italicum p. 82.*, Nic. Chriſtoph. Lynckerus, JC. Jenenſis (*nitidam* eam appellans, ſed *emendationes* Gronovii *multis in locis violentas eſſe* judicans), *in Inſtructorio Forenſi, L. 2., P. I., c. 1., lit. M. 1. a.*, Joh. Alb. Fabricius *L. I. Biblioth. Latinæ c. 11., p. 188. 189.*, Burch. Gothilfius Struvius, *in Bibliotheca Antiqvitatum Romanarum generali, Syntagmatis illarum Libro I., Jenæ A. 1701. edito, præfixa, §. 5., p. 9.*, & Lipſienſes (*ſplendidiſſimam* appellantes, *ſtupendumqve laborem, nec minus judicium*, Editoris admirantes) *in Actis Erud., M. Jun. A. 1709., p. 244. 245.*

Editionem Anni 1679. præ aliis commendant Thom. Crenius (cui Notæ Noſtri *eruditiſſimæ* audiunt & *omnium optimæ*) *P. VIII. Animadv. Philol. & Hiſtor., c. 1., §. 8., p. 31. 32.*, Joh. Alb. Fabricius *l. c. p. 189.*, & J. G. Walchius *in Hiſt. Crit. L. Lat., c. 8., p. 388.*

L. Annæi Senecæ, Philoſophi, Opera omnia, ex ultima Juſti Lipſii & Joh. Frid. Gronovii emendatione, & M. Annæi Senecæ, Rhetoris, qvæ exſtant, ex Andr. Schotti recenſione, Tomis III. Accedunt Gronovii ad utrumqve Notæ, Chriſtinæ, Svecorum Reginæ, inſcriptæ, Tomo IVto comprehenſæ. Lugd. Bat. 1649. in 12. Amſtelodami 1659. in 12. (Becmannus, *in Catal. Biblioth. Francof. p. 419.*, editionem etiam Lugduno-Batavam, A. 1660. in 12. publicatam, incertum qva fide, memorat). Recentior eſt & locupletior editio Anni 1672. Amſtelodamenſis, Tomis III. a Joh. Schultingio *in 8.* publicata, cujus novas acceſſiones ex ſeqventi illius titulo cognoſces: *L. Annæi Senecæ, Philoſophi, Opera, quæ exſtant, integris Juſti Lipſii & Joh. Frid. Gronovii, ſelectisqve Variorum Commentariis illuſtrata. Accedunt Liberti Fromondi in Quæſtionum Naturalium Libros &* Ἀποκολοκυνθωσιν *Notæ & Emendationes; Tomi II. M. item Annæi Senecæ, Rhetoris, Opera, quæ exſtant, integris Nicol. Fabri, And. Schotti, Joh. Frid. Gronovii, & ſelectis Variorum Commentariis illuſtrata, & Indice accuratiſſimo aucta. Accedunt Joh. Schultingii in eundem Notæ & Emendationes, hactenus ineditæ.* Præceſſit Schultingianam hanc alia utriusqve Senecæ editio, Notis Variorum illuſtrata, ſed mihi nondum viſa, Lugduno-Batava ſcil. Anni 1669., qvam Tomis IV. in 8. abſolvi, & Notas etiam Gronovianas exhibere, Morhofius, *in Prælect. MSS. de Notitia Autorum, c. 13.*, teſtatur. Lipſiæ etiam A. 1694. in 12. L. Annæi Senecæ Opera, ex Editione Gronovii, cum novo Chriſtoph. Cellarii, Prof. Saxo-Halenſis, indice, prodierunt (ſi *Catalogo Nundinarum anni iſtius autumnalium ſemeſtri p. 34.* tuto credi poteſt), nec non ex Lipſii & Gronovii emendatione, Venetiis etiam A. 1695. *in 12.*, 3. Voll. teſte J. A. Fabricio *Vol. II. Biblioth. Lat. p. 509.* Solæ L. Annæi Senecæ Epiſtolæ, ex recenſione Juſti Lipſii, cum argumentis Joh. Frid. Gronovii, Francofurti ad Viadrum A. 1663. in 8. ſeorſim ſunt recuſæ; Liber autem de Providentia, cum Notis Lipſii ac Gronovii, curante J. Henr. Ackero, Rudolſtadii A. 1711. in 8. Codices utriusqve Autoris MSStos, e bibliothecis publicis Londinenſi Regia, Erfurtenſi & Harlemenſi, privatisqve Jani Gruteri, Bernh. Rottendorfii, Iſ. Voſſii & Nicol. Heinſii, una cum tribus editionibus vetuſtis, Tarviſina ſc. A. 1478., Veneta A. 1492., & Frobeniana Eraſmi, A. 1515. excuſa, ſuppeditatos, qvi in emendandis iis magno fuere uſui, ipſe, in præfatione, Notis A. 1649. præmiſſa, veramqve emendandi autores rationem delineante, &, ex hac, Joh. Andr. Schmidius, *in Diſſ. de Theologia Senecæ p. 26. 27.*, enumerarunt. Ad noviſſimam editionem A. 1672. poſthumam, ſive Schultingianam, plurimum contulit Alb. Rubenius, qvi Senecam cum variis MSS. Belgicis contulerat, ſibiqve obſervata Gronovio tranſmiſerat. Commendant editiones utriusqve Senecæ Gronovianas, præ aliis, Joh. Henr. Bœclerus *in Comm. de Scr. Gr. & Lat. p. 54., & in Bibliographia Curioſa lit. D. 5. a.*, Rolandus Mareſius *L. 2. Epp. Philol., Ep. 7. ad Gronovium, p. m. 270.*, Joh. Andr. Boſius *in Diſſert. de comparanda Prudentia & Eloqventia Civili, Diſſ. II; Th. 126., p. 59.*, D. G. Morhofius *L. 4. Polyhiſt. Lit., c. 12., §. 8., p. 175.*, & Ol. Borrichius *Diſſ. I. de Poetis Latinis §. 30., p. m. 58.*, ſpeciatim autem Gronovio-Schultingianam anni 1672., idem Borrichius *in Conſpectu Scriptorum L. Lat. p. 12.*, Thomas Crenius *P. IV. Animadvv. Hiſt. & Philol.* (Leidæ A. 1699. edita), *c. 1., p. 24. 26.*, Joh. Alb. Fabricius, *P. I. Biblioth. Lat. p. 67. 71. 72.*, & in edit. ejusdem ſecunda, *Lib. II., c. 9., p. 356. 357. 365.* Burch. Goth. Struvius *in Biblioth. Philoſ., c. 2., §. 9., p. 24.*, Thom. Popeblount *in Cenſura Autorum p. 99. 111.*, J. G. Walchius *in Hiſt. Crit. L. Lat., c. 8., p. 402.*

Auli Gellii Noctium Atticarum Libri XIX., ab eo (*ex MSti Regii Pariſienſis Variis Lectionibus, a Salmaſio codici ſuo adſcriptis*) emendati. Amſtelod., apud Joh. Janſonium, 1651. & 1665. in 12. Iidem denuo editi, ac Notis atqve Emendationibus ejus ad IX. Libros priores, nunc demum adjectis, illuſtrati. Lugd. Bat. 1687. in 8. Secunda hæc editio, a filio Jacobo, poſt mortem parentis, publicata, e MSStis a Joh. Scheffero, Prof. Upſalienſi, & Bernh. Rottendorfio, Medico Monaſterienſi, communicatis, cumprimis autem e Regii Pariſienſis (qvod Lambecius etiam *in Lucubrationum Gellianarum Prodromo*, A. 1647. evulgato, unice erat ſecutus), & Lincolnienſis Anglici, excerptis, a Jacobo filio (qvi in itinere accuratius ea perluſtraverat literario) ſubmiſſis, priori longe emendatior eſt reddita. Notas, qvas eidem addere cœperat, ultra librum nonum pertexere, mortis, qva A. 1671., dum huic vacaret labori, occubuit, violentia eum haud eſt paſſa. V. Recenſus ſecundæ hujus editionis, in *Actis Eruditorum Lipſienſibus, M. Mart. A. 1688., p. 123. 124. 125., in Ephemeridibus Eruditorum Pariſienſibus Gallicis A. 1688., n. 21., p. 548. 549.*, Pet. Bælii *Novellis Reip. Lit. Gallicis, M. Jul. A. 1687., p. 763-768.*, & Joh. Clerici *T. VII. Biblioth. Univerſ. Hiſtoricæ, Gallice editæ, M. Oct. A. 1687., p. 94. 95. 96.* Tertia Gellii Editio Gronoviana, cum Notis perpetuis Joh. Friderici & Jac. Gronoviorum, prodiit Lugd. Bat. A. 1706. in 4. (Accedunt Caſp. Scioppii integra MSS. Codicum collatio, Pet. Lambecii Lucubrationes Gellianæ, Excerpta ex Lud. Carrionis Caſtigationibus utilia, & ſelecta variaqve Commentaria, ab Ant. Thyſio & Jac. Oiſelio congeſta.). Recenſum illius, & in eo hiſtoriam tam hujus, qvam præcedentium editionum, V. *in Actis Erud. Lipſ., M. Jun., A. 1706., p. 246-249.* Editionem Anni 1651. primam, tanqvam omnium emendatiſſimam, præter Joh. Hallervordium, *in Biblioth. Curioſa p. 100.*, & Joh. Alb. Fabricium (qvo obſervante Lugduno-Batava Ant. Thyſii & Jac. Oiſelii, cum Notis Variorum, A. 1666. publicata, hanc ut plurimum ſeqvitur) *P. I. Biblioth. Lat. p. 135.*, commendavit Chriſtoph. Arnoldus, & in Epiſtola ad Georg. Richterum A. 1651. ſcripta, & in *Præfatione*, Phil. Caroli *Animadverſionibus in A. Gellium & Q. Curtium*, Noribergæ A. 1663. a ſe editis, præmiſſa, in qva ita ſcribit: *Editionem novam Noctium Atticarum, prioribus omnibus multo caſtigatiorem, cura docti hominis, h. e. accuratiſſima Gronovii diligentia, apud Ludov. Elzevirium, ante annos fere XII. excuſam, primore inter omnes loco cenſere debes.* Secundam laudant Pet. Bælius & Joh. Alb. Fabricius *ll. cc.* Tertia *luculenta* vocatur a J. Alb. Fabricio *L. 3. Biblioth. Lat., c. 1., p. 513. Ed. ſec.*, ac commendatur etiam a Th. Crenio *P. XVI. Animadv., c. 1., §. 3., p. 33.*

P. Papinii Statii Poemata, ab eo emendata, & cum Notis qvibusdam edita. Amſtelod. 1653. in 24. Textum Poetæ hujus, qvalis a Gronovio eſt recenſitus, expreſſit Chriſt. Daumius, Scholæ Cygnææ Rector, in ſua ejusdem editione, Commentariis Caſp. Barthii ampliſſimis illuſtrata, & voluminibus II. Cygnææ A. 1664. in 4. publicata, teſte Joh. Alb. Fabricio *P. I. Biblioth. Lat. p. 102.* Notas Gronovii idem Daumius (non autem Thom. Reineſius, uti a Fabricio *l. c.* perperam traditur), in Epiſtola ad Thom. Reineſium A. 1653. exarata (*inter Amœbæas ipſius ac Reineſii p. 151.*), hiſce verbis extollit: *Remitto cum largis gratiis Gronovii Papinium. Valde me delectarunt Notæ tam accuratæ, & in pondere non magno ſatis ponderoſæ, viri ad reſtituendum genuinum autoribus ſenſum peculiari qvopiam genio nati, a Charitibusqve educati.* Plura editionis hujus elogia ſupra, in recenſu *Diatribes ad Sylvas Statii*, jam exhibuimus.

Edmundi Albertini, Eccleſiæ Pariſienſis Reformatæ Paſtoris, Opus de Euchariſtia, Libris III. comprehenſum, ac ab eo editum. Daventriæ 1654. in fol. *Lib. I.* (teſte ac judice Dav. Blondello, in Præf. *Libri* Joh. Dallæi *de Jejuniis & Quadrageſima*, Gronovii laborem editioni impenſum itidem celebrante) *Reformatorum de Euchariſtia ſententiam luculentiſſime demonſtrat, ſingulasqve, tam Scholaſticorum, qvam aliorum nuperorum, opiniones, ipſorummet adverſario-*

rum

rum adhibita manu, potentiſſime refellit. Secundus univerſorum Patrum, a Juſtini Martyris temporibus ad ipſam Caroli Magni ætatem, incorruptam doctrinam, ex legitimis eorum monumentis, fortiter vindicat. Tertius, qvi totus hiſtoricus eſt, errorum occaſiones, ortus & incrementa, ſolerter inveſtigat, & fideliter indicat. Confer de illo *Hypomnemata mea ad T. III. Polyhiſtoris Morhofiani p. 126. 127.*

Notæ in M. Tullii Ciceronis Opera, inter ſelectas Variorum Notas, qvæ Gruterianis, in Cornelii Schrevelii editione hujus autoris, Amſtelod. A. 1661. in 4. excuſa, acceſſerunt, paſſim obviæ.

Notæ in M. Valerii Martialis Epigrammatum Libros, a Corn. Schrevelio ſuæ illorum editioni, Lugd. Bat. A. 1661. excuſæ, ac Notis Variorum illuſtratæ, paſſim locis ſuis inſertæ. Has tanti facit Thom. Crenius, *P. III. Animadvv., c. 1., p. 18.*, ut, *vel ob eas ſolas, alibi non inveniendas, Schreveliana hac editione literatos carere non poſſe*, judicet. Cæterum edidit Schrevelius Poetam eundem, cum Notis Variorum, etiam jam ante Lugd. Bat. A. 1656. (in 8.), ipſiqve Gronovio inſcripſit. Qvæ editio, mihi olim viſa, an Notas Noſtri aliqvas itidem exhibeat, jam non recordor.

L. Annæi Senecæ Tragœdiæ: Joh. Frid. Gronovius recenſuit. Acceſſerunt ejusdem & Variorum Notæ. Amſtelod. 1661. in 8. Eædem, cum Notis Gronovii, ex chirographo ejus auctis, & Variis aliorum, locupletiſſimoqve indice, denuo publicatæ a Jac. Gronovio. Amſtelod. 1682. in 8. maj. Emendationem Tragici hujus Noſter aggreſſus eſt, plurimaqve loca illius depravata correxit, ac verſus ſæpe integros, loco ſuo motos, reſtituit, ope potiſſimum codicis Bibliothecæ Mediceæ, ſive Florentinæ, membranacei, antiqviſſimi pariter ac integerrimi, qvem tum ipſemet, tum Nicol. Heinſius (e cujus excerptis variarum lectionum ſua ſupplevit), cum vulgatis Florentiæ diligenter contulerant. De hoc ita ipſe, in Ep. ad Georg. Richterum (*inter Epp. hujus Selectas p. 242.*): *Tragicum Senecam, ex venerandæ vetuſtatis libro, locis plurimis, in qvibus heroes illi, Lipſius, Scaliger, Gruterus, ut alios taceam, hæſerunt, emaculavi.* Et *in allocutione ad Coſmum, Hetruriæ Principem, p. 10.: Ego, qvam parum in hoc genere valeam, & optime ſcio, & libenter agnoſco, ſed (ut modeſtiſſime dicam), plus centum T. Livii Hiſtoriarum, & L. Annæi Senecæ Tragœdiarum, loca, qvæ nemo antehac ne doctiſſimorum qvidem intelligebat, nunc ope Medicea ſine offenſione leguntur.* Poſt diſtractam editionem Anni 1661, priorem, qvam Carolo Ludovico, Electori Palatino, inſcripſerat, novam, eamqve auctiorem, moliebatur, & jam recenſere ſcriptorem hunc cœperat, ſed, vix abſoluto *Thyeſte*, labori A. 1671. immoriebatur. Publicavit tamen eam A. 1682., e ſchedis paternis, filius, & præfationem eidem præfixit, in qva Notas, qvæ paternis adjectæ ſunt, Variorum ſe autore neutiqvam, monet, acceſſiſſe, & aliqva paſſim indigere cenſet correctione. V. Recenſum ejus *in Actis Eruditorum Lipſienſibus, M. Febr. A. 1683., p. 49. 50.* De editionibus hiſce Senecæ Gronovianis (qvarum ergodioctes A. jam 1643. & 1650. fuit Claud. Sarravius, uti Epiſtolæ ejus *49. & 253., p. m. 46. 245 246.*, teſtantur) honorifice admodum eruditi judicant. Ol. Borrichius, *Diſſ. I. de Poetis Latinis, p. m. 57.*, ita ſcribit: *Omnibus Senecæ Tragici editionibus accuratior hactenus illa, qvæ e pluteis J. F. Gronovii exiit, ut qvæ textum exhibeat curioſiſſime emendatum, & notas eruditas.* Commendant easdem, & aliis præferunt, D. G. Morhofius *in Collegio MS. de legendis Autoribus, c. 3.*, & *L. 4. Polyhiſt. Lit., c. 12., §. 8., p. 175.* Thom. Crenius (poſteriorem *optimæ* atqve *accuratiſſimæ* titulo dignatus, Notasqve Gronovii *doctiſſimas* ſalutans) *P. V. Animadvv. Philol., c. 1., p. 1. 4. 5.*, & Joh. Alb. Fabricius (Noſtrum *imprimis de Tragico hoc præclare meritum* eſſe judicans) *P. I. Biblioth. Latinæ p. 77.*, ac in edit. ejusdem ſecunda, *Lib. II. c. 9., p. 377.*

M. Accii Plauti Comoediæ XX. Accedunt Commentarii ex Variorum Notis & Obſervationibus, recenſente J. F. Gronovio. Lugd. Bat. 1664. in 8., Ibid. 1669. in 8. Memoratur & in Catalogo qvodam editio Amſtelodamenſis anni 1674. in 8., & a J. Alb. Fabricio *Lib. I. Biblioth. Lat. c. 1., p. 12.*, alia anni 1684. in 8. Editionem Comici hujus, a Noſtro, ſex MSStorum (e qvibus tria Iſ. Voſſius, unum Hadr. Junius, unum Marqv. Gudius, & unum deniqve Bibliotheca Leidenſis ſuppeditavit) ope, recenſitam, & accurate emendatam, aliis præfert Ol. Borrichius *in Conſpectu ſcriptorum L. Lat. p. 5., & Diſſ. I. de Poetis Latinis p. 43.*, *omnium optimam* eſſe judicat Joh. Schefferus *in Notis ad Fragm. Petronii p. 164.*, prcæterqve hos commendant D. G. Morhofius, *in Prælectt. Polyhiſt. MSS., c. 6.*, Joh. Clericus *P. I. Artis Criticæ, c. 2., p. 64.*, Thom. Crenius (*neminem ſeculo XVII. de Plauto Gronovio melius eſſe meritum, ejusqve editione neminem paulo humaniorem carere poſſe*, pronuntians) *P. III. Animadvv. Philol., c. 1., p. 10.*, ac J. Alb. Fabricio *l. c.* Senariorum in Plauto verſuum rationem eum non ſatis habuiſſe perſpectam Rich. Bentlejus, *in Emendationibus in Menandri reliqvias p. 54.*, judicat, teſte Joh. Alb. Fabricio, *in Supplem. Biblioth. Lat., Lib. I., c. 4., p. 5.*

C. Salluſtii Criſpi Scripta, cum Ant. Thyſii, ipſius, & Variorum Obſervationibus, ex J. F. Gronovii Recenſione. Lugd. Bat. 1665. in 8. Recuſa ibidem A. 1677., & Amſtelod. A. 1686. ac 1690. in 8., teſte J. Alb. Fabricio *L. I. Bibl. Lat., c. 9., p. 155.* Commendatur hæc editio a Joh. Alb. Fabricio, *in Biblioth. Lat. l. c.*, B. G. Struvio *in Biblioth. Hiſtor., c. 4., p. 46.*, Thoma Popeblount *in Cenſura Autt. p. 66.*, J. Chr. Nevio in Acceſſ. ad Wheari Relectt. Hiſtor. *p. 121.*, & J. G. Walchio in Hiſt. Crit. *L. Lat. p. 368.* Notas Gronovii in Salluſtium ſelectas Joſ. Waſſe ſuæ Salluſtii editioni, cum Notis variorum Cantabr. A. 1710. in 4. excuſæ, inſeruit. V. Fabricii *ſupplem. Bibl. Lat. p. 50.* Scholia ipſius in Salluſtium MSS. *in 4.* fuere in Biblioth. Marqv. Gudii. V. *Catal. illius* (*inter MSS. Lat. n. 311.*) *p. 570.*

M. Fabii Qvintiliani Inſtitutionum Oratoriarum Libri XVI., ad fidem Vett. Codd. ſumma diligentia recogniti & reſtituti, nec non Ejusdem Declamationes, cum Turnebi, Camerarii, Parei, Gronovii, & aliorum, Notis. Addita ſunt Calpurnii Flacci Excerpta X. Rhetorum Minorum, ſeu Florida ex eorum Declamationibus, cum Obſervationibus J. F. Gronovii & Joh. Schultingii Tomis II. edita. Lugd. Bat. 1665. in 8. maj. (*.) Recenſum editionis hujus ſeqventem compendiarium ſiſtit Joh. Alb. Fabricius *P. I. Bibl. Latinæ, p. 98. 99.* (†). *Prodiere Qvintiliani Inſtitutiones, cum utraqve collectione Declamationum, & Calpurnii Flacci 51. Excerptis Rhetorum decem minorum Declamationibus, & Dialogo Qvintiliani de cauſis corruptæ Eloqventiæ, nitidiſſime excuſæ, Lugd. Bat. A. 1665. in 8. 2., Voll., curante Pet. Galandio, qvi Inſtitutionibus Notas Adr. Turnebi, Joach. Camerarii, Dan. Parei, J. F. Gronovii, & ſelectas Variorum, Declamationibus XIX. Notas paucas ejusd. Gronovii, cæteris Declamationibus Pet. Pithoei, Pet. Ærodii, atqve item Gronovii, Obſervationes, Calpurnio Flacco Pithoei, Gronovii & Joh. Schultingii, ac deniqve Dialogo de Oratoribus Radbodi Herm. Scheelii Commentarium, Pithoeiqve & Gronovii, atqve ex Lipſio, Pichena, Acidalio, excerptas Notas, deniqve ejusdem Schultingii, qvi Declamationes etiam Qvintiliani illuſtraturum ſe promiſit, Animadverſiones, adjecit.* Commendant eam Ol. Borrichius (*nusqvam fidelius Qvintiliani Opera, qvam in illa, eſſe edita*, judicans) *in Conſpectu Scriptorum L. Lat. p. 16.*, & D. G. Morhofius (rariorem eſſe ſimul innuens) *in Prælectt. de Notitia Autorum MSStis, c. 13.* Recenſum hujus editionis Qvintiliani exhibet etiam Thom. Crenius *P. XVI. Animadverſionum, c. 1.. §. 1., p. 14. 15.*, recteqve ſimul notat errorem Joh. Alb. Fabricii *l. c.* illam Pet. Gallandio, Prof. Pariſienſi, ſeculo integro circiter, anteqvam ea prodiret, jam defuncto (cujus Notæ tantum, e Pariſina ipſius A. 1549. in fol.

(*) Notæ in Qvintiliani Dialogum de Oratoribus, ſeu Cauſis corruptæ Eloqventiæ, ſeorſim prodiere in edit. Upſalienſi, cum Notis Variorum, a Joh. Arndio Bellmanno, Eloqv. Prof., A. 1706. in 8. publicatæ. V. *Nova Lit. Lubec., M. Jun. A. 1707., p. 182. 183.* (†) Conf. Edit. Secundæ *Lib. II., c. 15., p. 432.*

curata deſumptæ, huic acceſſerunt), tribuentis. Ol. Borrichius, *in Analectis de L. Lat.*, §. *64.*, *p. 57.* (teſte Crenio *l. c. p. 19. 20.*), eam vocat *accuratiſſimam*, Edm. Gibſonus autem (*in præfat.* edit. ſuæ Oxon. A. 1693.) *præſtantiſſimam*. Notæ ejus in Qvintilianum locum etiam invenerunt in Pet. Burmanni editione illius, Lugd. Bat. A. 1720. *in 4.* excuſa.

Sebaſt. Corradi Qvæſtura, ſeu Liber de vita & ſcriptis Ciceronis, curante Gronovio, denuo recuſus Lugd. Bat. A. 1667. in 12., teſte Morhofio (qvi *aureum* illum ſalutat) *in Prælect. Polyhiſtoricis MSS.*, *c. 6.*, ac *T. I. Polyhiſt.*, *Lib. 4.*, *c. 11.*, *p. 136.*

Notæ in Heſychii, Grammatici Alexandrini, Lexicon vocum Græcarum, editioni hujus, a Corn. Schrevelio Lugd. Bat. A. 1668. in 4. publicatæ, una cum Notis aliis Junii, Scaligeri, Salmaſii, Palmerii, Gvieti, Sopingii, Cocceji & Tanaqv. Fabri, adjectæ. V. Joh. Hallervordii *Biblioth. Curioſam p. 129.*, & ipſius Gronovii (ſibi, Schrevelio mortuo, curam editionis a Bibliopola commiſſam eſſe teſtantis) Epiſt. ad Oct. Ferrarium A. 1667. exaratam, ac *P. II. Opp. variorum Ferrarii*, *p. 224. 225.*, obviam.

Jac. Palmerii, Eqvitis Galli, Exercitationes in optimos fere Autores Græcos, Herodotum, Thucydidem, Xenophontem, &c. Lugd. Bat. 1668. in 4. Harum editionis curam ſe geſſiſſe ipſe Gronovius (*in Ep. cit. ad Ferrarium p. 224.*) teſtatur.

Caji Plinii Secundi, Veronenſis, Hiſtoriæ Naturalis Libri XXXVII., cum Commentariis & Adnotationibus Hermolai Barbari, Ferd. Pintiani, Beati Rhenani, Sigiſm. Gelenii, Jac. Dalechampii, J. C. Scaligeri, Cl. Salmaſii, Iſ. Voſſii, & aliorum. Accedunt Variæ Lectiones, ex MSS. compluribus ad oram paginarum accurate indicatæ, & J. Frid. Gronovii Notarum liber ſingularis, ad virum illuſtrem, Joh. Capellanum. Tomi III. Lugd. Bat., apud Hackium, 1668. & 1669. in 8. An A. 1675. in 8. ibidem, totidem voluminibus, uti Catalogus qvidam fidei haud ſatis certæ tradit, ſit recuſa editio hæc, etiamnum dubito. Joh. Hallervordius, *in Biblioth. Curioſa p. 342.*, eam vocat *correctiſſimam*. *Notas* autem Gronovii Joh. Henr. Boeclerus (*in Comm. de Scr. Gr. & Lat. p. 55.*) *Eruditas*, ac Joh. Braunius (*L. 1. de Veſtitu Sacerdotum Hebræorum*, *c. 15.*, §. *6.*) *doctiſſimas*. Joh. Harduinus, Jeſuita, in *præf.* ſuæ editionis Plinii, in Delphini uſum, Pariſiis A. 1685. *in 4.* editæ, Gronovii in autorem hunc Obſervationes paucas qvidem eſſe, ſcribit, ſed maximi æſtimandas, ſeqve optare, ut ſuæ ſint tales. Addit tamen, eum Græcos ſcriptores non ſatis conſuluiſſe, qvi Plinio illuſtrando plurimum inſerviant. V. Pet. Bælii recenſum editionis Harduini, *in Novellis Reip. Lit. Gallicis*, *M. Majo A. 1686.*, *p. 581.* Commendat etiam eas, una cum editione ipſa, J. Alb. Fabricius, *P. I. Biblioth. Lat. p. 89.*, Gronoviumqve *non paucis Plinianis inſignem lucem attuliſſe* judicat. Gunth. Chr. Schelhammerus, *in Additt. ad Conringii Introd. Med.*, *c. 10.*, *p. 348.*, *nitidiſſimam* eam vocat *editionem, in qva nihil forte poſſet deſiderari, ſi recto cum judicio omnia eſſent ex Commentatoribus excerpta.*

Notæ in C. Plinii Junioris Epiſtolas, ſuæ illarum editioni, Lugd. Bat. A. 1669. in 8. excuſæ, una cum Obſervationibus Variorum excerptis, per Joh. Veenhuſium, inſertæ. V. Joh. Alb. Fabricii *P. I. Biblioth. Lat. p. 121.*, & editionem ejusdem ſecundam, *L. 2.*, *c. 22.*, *p. 482.*

Ambr. Aur. Theodoſii Macrobii Opera, cum Notis Variorum, Joh. Iſacii Pontani, Joh. Meurſii & Joh. Frid. Gronovii, cura Jac. Gronovii. Lugd. Bat. 1670. & Londini 1694. in 8. Hunc titulum editionis iſtius, mihi non viſæ, exhibet Joh. Hallervordius *in Biblioth. Curioſa p. 254.* Erroris autem illum arguit Joh. Alb. Fabricius, *P. I. Biblioth. Lat.*, *p. 199. 200.*, & in ſecunda illius editione, *L. 3. c. 12.*, *p. 623.* ita ſcribens: *Lugduni Batavorum A. 1670. in 8. Oxonienſis Macrobii Editio repetita eſt, additis ad Commentaria in Somnium Scipionis Animadverſionibus, non Joh. Friderici, ut in Hallervordii Bibliotheca legitur, ſed Jac. Gronovii, qvi, duobus uſus MSStis, non pauca in illo reſtituit.* Qvæ ſi ita ſe habent, nullæ in editione hac Noſtri partes fuere, nec proinde opus, ut de illa ulterius qvicqvam dicatur, qvam optimam cæteroqvin omnium eſſe judicat D. G. Morhofius, *L. 4. Polyhiſt. Lit. c. 14.*, §. *19.*, *p. 212.*

Notæ in Auſonii Poemata, una cum integris in eadem Joſ. Scaligeri, Mariangeli Accurſii, Marqv. Freheri, Pet. Scriverii, ſelectis vero Eliæ Vineti, Caſp. Barthii, Val. Acidalii, & J. G. Grævii, Annotationibus, publicatæ, in Jac. Tollii editione illorum, Amſtelod. 1671. in 8.

Notæ in C. Svetonium Tranqvillum, a Joh. Georg. Grævio, in prima ſua illius editione, Commentariis ac Notis Variorum integris illuſtrata, Ultrajecti A. 1672. in 4. publicatæ, & auctiores in altera, Hagæ Comitum A. 1691. ac Trajecti A. 1703. in 4. excuſa, denuo recenſitæ. V. de utraqve Joh. Alb. Fabricii *P. I. Biblioth. Latinæ p. 128. 129.*, de ſola autem poſteriore *Acta Erud. Lipſ.*, *M. Apr. A. 1690.*, *p. 208.* Notæ hæ a Grævio, *in præfat.*, prolixe commendantur.

C. Cornelii Taciti Opera, Juſti Lipſii, Beati Rhenani, Fulvii Urſini, M. Ant. Mureti, Curtii Pichenæ, Joſ. Merceri, Jani Gruteri, Val. Acidalii, Hug. Grotii, Joh. Freinshemii, & aliorum ſelectis Commentariis illuſtrata. Joh. Frid. Gronovius recenſuit, & Notas ſuas paſſim adjecit. Accedunt Jac. Gronovii Excerpta ex Variis Lectionibus MSti Oxonienſis. Amſtelod. 1673. in 8. Tomis II. Ibid., e Typogr. Blaviana, A. 1685. in 8. (qvam tamen edit. priori poſthabendam eſſe cenſet J. Chr. Nevius *in Acceſſ. ad D. Wheari Relectt. Hiſtor. p. 133.*). Poſthuma eſt, ſed Ludovico tamen XIV., Regi Galliæ, a Noſtro, jam moribundo, inſcripta. Diu certe ante obitum huic autori illuſtrando inſudaſſe videtur, cum M. Z. Boxhornius, Anno jam 1642. (*in Epp. p. 162.*) ad ipſum ſcripſerit: *Tacitus tibi certe multum debet.* Commendat hanc editionem D. G. Morhofius, tum *in Prælectionibus de Notitia Autorum MSStis*, *c. 13.* (ubi *pulcherrimam* eam vocat, & Notas Gronovii jam antea ſeorſim publicatas fuiſſe perhibet), tum in *Collegio de legendis Autoribus methodico-practico ἀνεκδότῳ*, *c. 4.*, ubi ita ſcribit: *Ad Hiſtoriam Taciti ipſummet, & verborum intellectum, commendari unice debet illa Variorum editio, qvæ Lugduni Batavorum prodiit, curante Gronovio, in qva habentur Lipſianæ Notæ integræ, ut & aliorum optimorum Commentatorum, tum & Gronovianæ, ac Index Berneggerianus.* Conf. ejusd. *Tomum I. Polyhiſtoris Lib. 4.*, *c. 13.*, *p. 191.* Præſtantioribus Taciti editionibus eandem etiam accenſet Joh. Alb. Fabricius, *P. I. Biblioth. Lat. p. 116.* Thom. Crenius (Amſtelodami A. 1685. in 8. recuſam eſſe tradens) *P. VIII. Animadv. Philol. & Hiſtor.*, *c. 1.*, §. *3.*, *p. 9.*, Thom. Popeblount *in Cenſura Autorum p. 141.*, & J. G. Walchius *in Hiſt. Crit. L. Lat.*, *c. 8.*, *p. 392.* Notæ J. F. Gronovii in Tacitum recuſæ ſunt in Abr. Gronovii, nepotis illius, editione hujus Hiſtorici, Leidæ A. 1720. *in 4.* impreſſa. V. Joh. Alb. Fabricii *Vol. II. Biblioth. Lat. p. 755. 756.*, & *Acta Erud. Lipſ.*, *M. Sept. A. 1721.*, *p. 381-387.*

Notæ ſelectæ in Ciceronis Epiſtolarum ad Familiares Libros XVI., e ſchedis paternis a Jacobo filio communicatæ, comparent in editione illorum, Tomis II., Amſtelodami A. 1677. *in 8.*, a Joh. Georg. Grævio, cum Notis integris Pet. Victorii, Pauli Manutii, Hier. Ragazonii, Dion. Lambini ac Fulvii Urſini, ſelectisqve Variorum, publicata.

Notæ in Catullum, Tibullum & Propertium, e Libris Obſervationum excerptæ, in Joh. Georg. Grævii editione illorum, cum integris, Commentariis Joſ. Scaligeri, Achillis Statii, M. Ant. Mureti & Douſarum, aliorumqve Notis ſelectis, Ultrajecti A. 1680. in 8. evulgata, obviæ.

Notæ Criticæ in Tib. Claudii Donati Vitam Virgilii, adjectæ illi in frontiſpicio editionis Virgilianæ, cum Notis Variorum, a Jac. Emmeneſio Lugd. Bat. A. 1680. *in 8. maj.* publicatæ.

Notæ

Notæ in Hugonis Grotii Libros III. de Jure Belli & Pacis, Hagæ Com. A. 1680. in 8. maj. a Nicol. Blancardo, in ſua illorum editione (de qva Ephemeris XVII. Eruditorum Pariſina Anni 1680., ad d. 15. Jul., poteſt conſuli), primum publicatæ, recuſæ autem deinceps in aliis operis ejusdem editionibus, Amſtelodamenſi ſcilicet Anni 1689. *in 4.* (cujus Georg. Beierus, *in Schediasmate I. de Notitia Autorum Juridicorum p. 23., & in Specim. ejusdem ſecundo, p. 3. 4.*, mentionem injicit), Francofurto-Viadrina, a Joh. Chriſtoph. Becmanno, cum Notis Variorum, A. 1691. & 1699. *in 4.* evulgata (cui tamen illæ non integræ, ſed excerpta tantum earundem, acceſſerunt), Lugduno-Batavo Gothofr. Spinæi, Prof. Leidenſis, cum Notis Variorum ſelectis, A. 1696. in 4. excuſa, Moeno-Francofurtana Joh. Tesmari, JCti Marpurgenſis, cum Commentario illius perpetuo, A. 1696. in fol. publicata, ac Ultrajectina *προλεγομένων*, & *Libri I.*, a Gvilh. a Mielen, cum Commentario ſuo, A. eod. 1696. in fol., edita, Notasqve Gronovianas in eandem tantum partem Operis Grotiani priorem exhibente. Cæteræ cum Muelenii Comm. in Lib. II. ibid. A. 1700., & cum Comm. in Lib. III. Amſt. A. 1704. in fol., prodierunt, nec non in editione Librorum Grotii de J. B. & P., a Joh. Barbeyraco Amſtelod. A. 1720. *in 8.* publicata. Breves illæ ſunt, &, recte obſervante Wilh. Ern. Tenzelio (*in Dial. Menſtr. Germ., M. Majo A. 1696., p. 451.*, ubi etiam ab autore editioni, monet, non fuiſſe deſtinatas, ignaroqve & indignante filio, Jac. Gronovio, lucem aſpexiſſe publicam), diſpoſitionem tantum operis, explanationes vocum aliqvot criticas, & loca autorum, qvæ exemplorum, aliorumqve memorabilium, a Grotio ex antiqvis allegatorum, illuſtrationi inſerviunt, parallela, lectoribus ſuggerunt. Confer Georg. Beieri, J. U. D., recenſum illarum, *in Specimine ſecundo Notitiæ Autorum Juridicorum*, Lipſiæ A. 1701. edito, *num. 2., p. 3. 4. 5.* Joh. Chriſtoph. Becmannus, *in præf. ſuæ editionis*, & Henr. Ern. Keſtnerus, JCtus Rintelienſis, in *Polyhiſtore Juridico*, Francof. A. 1699. edito, *§. 8., p. 19.*, ob *elegantem paraphraſin autoris verborum, & adjuncta, ex aliis ſcriptoribus, verba & facta parallela, eas commendant.* J. Franc. Buddæus, *in Hiſt.* J. Nat. (inter *Selecta J. N. & G.* obvia), *§. 30., p. 51. 52.*, ita de illis: *Sunt iſtæ, uti conſtat, diverſi prorſus generis, qvam qvibus vexatus laceratusqve a cæteris fuerat Grotius. Non de rebus ipſis, ſed ſenſu Grotii ſollicitus eſt, qvem ut recte percipiat lector, anniti debet: hinc obſcurius dictis lucem affundit, qvod nemo rectius facere poterat Gronovio.* D. G. Morhofius, *in Prælect. MSS. de Notitia Autorum, c. 26.*, ac *T. III. Polyhiſt., Lib. 6. p. 73.*, hoc de iis tulit judicium: *Gronovii Notæ & Diſſertationes noviſſimæ, Grotiani Operis de J. B. & P. editioni Belgicæ additæ, extemporales videntur, nec eum in finem ſcriptæ, ut lucem publicam aſpicerent. Sed poſt mortem ejus, ut fieri ſolet, conqviſita ſunt, tam ab hæredibus, qvam typographis, qvæ nomen ejus præfixum habent. In non paucis diſſentit a Grotio, argumenta contra ipſum velut in aciem producens, & tangit difficillimas nonnunqvam qvæſtiones.* Nic. Chriſtoph Lynckerus, JC. Jenenſis, *Lib. 2. Inſtructorii Forenſis, Sect. 2. P. I., c. 2., lit. d. 2. a.*, ita de iisdem: *Gronovius nil ſolidi depromit, nudus paraphraſtes; ut tamen in emendandis locis veterum ſcriptorum, Grotio citatorum, qvæ hactenus deſiderari poterant, magni uſus ſit.* Ab Hect. Gothofr. Maſio, Theologo Hafnienſi (im treuen Lutherthum *p. 179. 180.*), Gronovius obelo notatur, qvod, *in Notis ad L. 1. c. 4., p. 52.*, a Grotio, qvæſtionis, an liceat Chriſtianis, pro religione, adverſus ſuperiores, in ultimo diſcrimine, bellum gerere? partem probante negantem, diſſentire ſe profiteatur. Huic calculum ſuum adjicit Georg. Beierus, *l. c., ſpec. II., p. 3. 4.*, Noſtrum reprehendens, qvod Monarchomachorum ſubinde opiniones, contra Grotium, defendat. Monarchomachis etiam annumeratus eſt a Joh. Henr. Ackero (*in Commentatione* de iſtis, Rudolſtadii A. 1716. edita, teſtibus Lipſienſibus *in Actis Erud., M. Sept. A. 1716., p. 440.*

Notæ ſelectæ in Ciceronis Libros XVI. Epiſtolarum ad T. Pomponium Atticum, in editione illorum, a Joh. Georg. Grævio, cum Notis Variorum, partim integris, partim ſelectis, Amſtelod. A. 1684. in 8. publicata, obviæ. V, de editione hac Pet. Bælii *Nouvelles de la Republiqve des Lettres, M. Majo A. 1684., p. 280-288.*, & Joh. Georg. Grævii *Præfat. illius.* Hasne, an alias, etiamnum *ἀνεκδότως*, intelligat D. G. Morhofius, qvi, *in Prælect, Polyhiſtoricis MSS., c. 6.*, Gronovium *in Epiſtolas ad Atticum magna diligentia eſſe commentatum, easqve Notas aliqvando edendas*, ſcribit, anceps hæreo.

Aſconii Pediani in Orationes Ciceronis Commentarii, ab eo paſſim emendati, & conjecturis aliqvot illuſtrati, comparent in editione Operum Ciceronis Lugduno-Batava, a Jac. Gronovio, filio ipſius, A. 1692. *in 4.* evulgata. V. *Acta Erud. Lipſ., M. Mart. A. 1693., p. 139.*, & Joh. Clerici *Biblioth. Univerſalem Hiſtoricam, T. XXIV., P. II., p. 509.*

T. Phædri Fabularum Æſopicarum Libri V., cum ejus Notis perpetuis, Jac. Gronovii Caſtigationibus, & Nicol. Diſpontini Collectaneis, qvibus indicis more dictionem Phædri illuſtravit. Edente Jac. Gronovio, Lugd. Bat. 1703. in 8. V. J. Alb. Fabricii *L. 2. Biblioth. Lat., c. 3., p. 322.*, qvi Notas Noſtri vocat *eruditas.* Recenſum editionis hujus ſiſtit Joh. Clericus *T. IV. de la Biblioth. Choiſie, p. 263-273.* Commendatur a J. G. Walchio *in Hiſt. Crit. L. Lat., c. 8., p. 342.*

Emendationes ejus ad Fragmentum *Satyrici* T. Petronii Arbitri Tragurianum, a Joh. Scheffero, in ſuis ad illum *Notis*, paſſim laudatæ. An editæ ſint, nec ne, certò mihi haud conſtat.

SCRIPTA INEDITA ET AFFECTA.

α. PROPRIA.

Obſervationes Antiqvariæ, ad qvas edendas Nicol. Heinſius (*L. 1. Poem. Juvenil. p. 228. 229.*) peculiari illum hortatus eſt Elegia, e cujus verſibus ſeqventibus, Romanas in iis antiqvitates præſertim fuiſſe illuſtratas, addiſces:

At te curarum felicem, vindice qvo nunc
Roma renaſcentes Martia jactat avos.
Jamqve animas Latia tot majeſtate verendas
Semicremis ſpectes ora levare rogis.
Fallor? an ipſa mihi jam viſa reſurgere Roma eſt,
Et Dea ruderibus celſior ire ſuis?

Opus de tota Re Nummaria, qvod eum, poſt librum de Seſtertiis editum, ſub manibus habuiſſe J. Henr. Boeclerus, *in Bibliographia Curioſa* (*lit. L. 7. b. L. 8. a.*), teſtatur.

Volumen Elogiorum, *ἀνεκδότοις* ejus annumeratum ab autore Anonymo de *le Glorie de gli Incogniti, p. 239. 240.*

Exercitationes Criticæ, qvas edi A. 1634. optavit M. Z. Boxhornius, in Epiſtola ad Autorem, qvam inter reliqvas Boxhornianas *p. 39.* invenies. Sed is forte, uti ſupra jam monitum, *Libros Obſervationum* intelligit, qvinqvennio poſt editos.

Satyra, qvam M. Z. Boxhornius, ſibi A. 1634. ab Autore tranſmiſſam, Danieli Heinſio oſtendit, cujusqve *lectione* Heinſius *ſe impenſe eſſe oblectatum, cum in ea præclara omnia, accurata, & ſupra ſeculum, videret, candide eſt teſtatus.* V. aliam Boxhornii ad Gronovium Epiſtolam, A. 1654. exaratam, *l. c. p. 33. 34.*

Epiſtolæ ad Viros Eruditos plurimæ.

Ex his V. ad Joh. Meurſium, in Volumine Epiſtolarum ad hunc a viris doctis ſcriptarum, qvod Joh. Mohtius Hafniæ aſſervat, *ἀνεκδότῳ*, mihi ſunt lectæ.

IV. ad Claud. Salmaſium, *αὐτόγραφοι*, in viri illuſtris, Marqv. Gudii, bibliotheca aſſervantur, qvas itidem inſpexi.

XVI. ad Frid. Lindebrogium, ab A. 1631. ad 1645. exaratæ, cum aliis virorum doctorum ad eundem, penes Reinholdum Blominum, Regis Svedici in Germania Miniſtrum, fuerunt.

XXXIII. ipſius ac Thomæ Reineſii mutuæ inter *ἀνέκδοτα* Jac. Thomaſii ſuperſunt, teſte illorum indice, qvem Chriſt. Thomaſius, Jac. fil., parentis *Originibus Hiſtoriæ Philoſophicæ & Eccleſiaſticæ, ſeu Schediaſmati Philoſophico,* in editione ſecunda Anni 1699. Halenſi, ſubjunxit, *p. 232.*

Epiſtolæ ad Caſp. Barthium & Th. Reineſium a Chr. Daumio aſſervabantur, uti ipſemet Ep. 58. ad J. Frid. Hekelium (*p. 97.*) A. 1678. eſt teſtatus.

β. ALIENA VETERUM, EDITIONI DESTINATA, INQVE EA NOTÆ ET COMMENTARIA.

Herodiani Hiſtoriarum Libri VIII., Græce ſcripti, qvibus illuſtrandis Noſter, cum ad Pertinacis usqve perveniſſet exceſſum, eſt immortuus. V. Königii *Biblioth. Vet. & Novam p. 365.*

Annæ Comnenæ, Alexii Comneni, Imp. Conſtantinop., filiæ, Alexias, ſive de parentis ſui rebus geſtis Libri XV., qvorum ſe exemplar Græcum MStum, illo, qvod Dav. Hoeſchelius edidit, triplo auctius, nactum eſſe, Georgio Richtero, cum e peregrinatione in Bataviam rediiſſet, per epiſtolam p. 242. ſignificavit. De editione ejusdem, qvam moliebatur, ita Gerh. Joh. Voſſius, *in Lib. de Philologia, c. 2., §. 24. p. m. 15.: A. C. 1140. claruit Anna Comnena, Alexii Comneni, Imp. Conſtantinop., filia, qvæ Alexiade ſua, ſeu XV. libris de rebus geſtis patris ſui, doctrinam & facundiam pariter comprobavit. Atqve hoc magis patebit, ubi integram ediderit clariſſ. & amiciſſimus Joh. Frid. Gronovius. Cujus ingenio ac doctrinæ multa jam debet, pluraqve brevi hoc ſeculum debebit.* Urſit editionem Claud. Sarravius, in duabus ad Noſtrum Epiſtolis, A. 1643. & 1647. exaratis (*num. 49., p. 47. 48., & num. 175., p. 178. 179.*), imo in poſteriore ſpopondit, ſe, ſi Gronovius id deſideraret, curaturum, ut hæc ipſius editio, e typographia regia Pariſienſi, cum reliqvis omnibus Hiſtoricis Byzantinis, prodiret. Nunqvam tamen lucem illa aſpexit publicam, ac falſò proinde M. Joh. Paſchius, *in Gynæceo Docto*, Witebergæ A. 1686. edito, *p. 30., nuper libros Alexiados Annæ Comnenæ a Joh. Gronovio publici juris factos eſſe*, tradidit, poſt Caſim. Oudinum, a qvo idem error, *in Supplemento de Scr. Eccl. p. 378.*, eſt commiſſus. Confer de promiſſa hac editione Joh. Alb. Fabricii *L. V. Bibl. Gr., P. II., c. 5., p. 392.*

1. Obſervationes in Epiſtolas Ciceronis & Terentium, phraſium reconditarum vim & elegantiam egregie exponentes, & ex aliis Autt. illuſtrantes. 2. Flores Plautini. 3. Annotationes in L. Annæum Florum. (Hæc tria MSS. Gronoviana Oxoniæ, in Biblioth. Bodlejana, inter Codd. Eduardi Bernhardi, aſſervantur, teſte J. C. Wolfio *in Præf. ad Caſauboniana, p. 37. 38.*)

Notæ in Terentium, qvarum editionem Joh. Alb. Fabricius, *in Supplemento Biblioth. Latinæ, L. I., c. 3., p. 13.*, pollicetur.

Titi Lucretii Cari de Rerum Natura libri VI., carmine ſcripti heroico, qvorum emendationem & illuſtrationem præ manibus Noſtrum habuiſſe, ex Cl. Salmaſii ad ipſum Epiſtolis, ab A. 1634. ad 1638. exaratis, *Libroqve primo* Salmaſianarum, Lugd. Bat. A. 1656. edito, obviis, me obſervaſſe recordor.

Notæ in Ciceronis Opera, ab Annotationibus in *Libros Epiſtolarum Familiarium & ad Atticum*, qvæ in Grævianis horum editionibus A. 1677. & 1684. jam prodierunt, diverſæ, ac a Joh. Georg. Grævio, *in Præfat. Editionis Epiſtolarum ad Familiares*, A. 1677. promiſſæ. D. G. Morhofius, *in Prælectt. Polyhiſtoricis MSS. c. 6.*, earundem mentionem injecit, & editioni omnium Ciceronis Operum, qvam Grævius per partes moliatur, additum iri ſignificavit.

Obſervationes ad Juſtini Hiſtoriam, qvas MSS. (*in 4.*) in ſua aſſervavit Bibliotheca Marqv. Gudius. V. *Catal. illius (inter MSS. Lat. n. 313.) p. 570.* Ex illa has nactus eſt Joh. Alb. Fabricius. V. ejus *Supplem. Biblioth. Lat., Lib. 3. c. 3., p. 241.* Prodierunt forſan in edit. Abr. Gronovii Leidæ A. 1719. in 8. V. Fabricii Vol. III. Bibl. Lat. p. 62.

Sylva Miſcellanearum Annotationum & Emendationum in T. Livium, Senecam, &c., qvam A. 1647. juſſit ab eo expectari Autor Anonymus *Gloriæ Incognitorum*, Italice editæ, *p. 239. 240.*

Notæ in T. Petronii Arbitri Satyricon, qvas MSS. fuiſſe in Jac. Oizelii, JCti Batavi, & M. Chriſtoph. Krahei, Præpoſiti Hatherslebienſis, Bibliothecis, Catalogi illarum, typis excuſi (& Oizelianus qvidem *P. II., p. 292.*), teſtantur.

Diatriba ad P. Statii Papinii Libros Sylvarum (*de qva ſupra dictum*), ſecundis curis auctior & accuratior, promiſſa A. 1647. in Anonymi *le Glorie de gli Incogniti, l. c.*

Diatribæ ad Statium reliqvæ, qvas ipſe A. 1639., *L. I. Obſervatt., c. 15., p. 58.*, eſt pollicitus.

Obſervationes in omnia Statii Poemata, de qvibus ipſe, *L. 3. Obſervv., c. 24., p. 267.*, ita ſcribit: *Statium* (in Libris his Obſervv.) *vix, immo non, attigi. Servo eum mihi integrum ad aliud ſingulare opus.* Georgio etiam Richtero, ex itinere literario redux, per Epiſtolam ſignificavit, ſe, *Statium cum ſex vel ſeptem MSS., in peregrinatione, denuo conferendo, magnam in eum Obſervationum ſylvam collegiſſe.* V. *Epiſtolas* Richteri *p. 242.*

Comm. in Thebaida & Achilleida Statii *ἀνέκδοτος*, in Anonymi *le Glorie de gli Incogniti l. c.* memoratus. Applauſit huic labori affecto, cum ſignificatione gaudii ex nuncio ejus concepti, Hugo Grotius, *Ep. 874., ad Noſtrum d. 10. Dec. A. 1637. ſcripta, p. 384.*

Martiani Capellæ editio affecta, de qva, ex Epiſtola ejus ad Mich. Virdungum, nonnulla attulit Morhofius *T. I. Polyhiſt., L. 4., c. 14., p. 213.*

Phil. Cominæi Hiſtoria, qvam brevi ab eo expectari juſſit J. Chr. Baro a Boyneburg, Ep. 26. ad J. C. Dietericum A. 1650. ſcripta, *p. 125.*

MARQVARDUS (*) GUDIUS,

civitatem Holſatiæ noſtræ, non Hamburgenſem (ſicut a Gvilh. Cavio (1.) perperam eſt traditum), ſed Rendesburgenſem, patriam (**) adeptus, iſti, Petro, ejus Conſule, & Catharina, hujus uxore, gente Tunderenſi, Kal. Febr. A. C. 1635., natus, ortu ſuo æternam & nunqvam intermorituram peperit gloriam. E fratribus, Petrus eccleſiæ ruralis Eddelakenſis in Dithmarſia fuit parochus, Michael Dethlevi, Comitis Ranzovii, Conſiliarius, & prædii eqveſtris Lindevithani adminiſtrator, Chriſtianus autem in vicina urbe Flensburgenſi mercaturam exercuit. Puer ſcholam freqventavit patriam, &, ex hujus præceptoribus, plurimum ſe ſemper debere profeſſus eſt Johanni Jonſio, concivi ſuo, Conrectori tunc illius, & poſtea Rectori, ac tandem Gymnaſii ad Mœnum Francofurtani Prorectori, viro omnis literaturæ, cujus amorem diſcipulo feliciter inſtillavit, elegantioris peritiſſimo, & novo inprimis Hiſtoriæ Philoſophicæ phosphoro. Doctorem hunc eximium, qvem, ab A. 1649., non publice tantum, ſed & privatim qvotidie, in Græcis & Dialecticis, ſe audiviſſe, in annotationibus de Vita ejus, qvas poſſideo, MSStis, ipſemet teſtatur, *virum de primis ſuis ſtudiis optime meritum* in iisdem appellavit, carmine ad Rectoris evectum dignitatem, Hamburgi jam vivens, A. 1652. celebra-

(*) Gaſpar Gudius perperam vocatur in Ant. Teiſerii *Additions nouvelles aux Eloges de Mr. de Thou p. 17.* (1.) *in Hiſt. Lit. Scriptt. Eccleſ., P. I. p. 380., & P. II., p. 28. Edit. Genev.* (**) Batavum eum, poſt Franc. Combefiſium, perperam vocavit Tillemontius *T. III. Memor. Hiſt. Eccl., P. II., p. 18.*, notatus, ob hunc errorem, a Joh. Alb. Fabricio, *L. V. Biblioth. Græcæ, P. I., c. 1., p. 205.*

celebravit heroico, & mortuum A. 1660., in Epiſtola ad Pet. Blockium peculiari (2.), acerbe luxit, omnibus, qvæ a grato exigi poſſunt diſcipulo, officiis cum proſecutus. E patria in vicinum urbis Hamburgenſis A. 1652. ablegatus Gymnaſium, in ſtudiis philoſophicis Joach. Jungium & Joh. Adolphum Taſſium, carmine a ſe A. 1654. laudatum epicedio, in philologicis autem, hiſtoricis, & polymathia reliqva, Pet. Lambecium & Henricum Vagetium, Profeſſores illius celeberrimos, duces, per annos tres, habuit, continuos. Totidem deinde annos (1655. ſcil., & duos ſeqventes) Jurisprudentiæ, & literis ſimul, qvarum amorem nunqvam abjecit, elegantioribus, imo antiqvitatum etiam, profanarum pariter atqve eccleſiaſticarum, ſcrutinio accuratiori, in Academia impendit Jenenſi, hoſpite gaviſus Joh. Ern. Gerhardo, multiplicis doctrinæ Theologo, & contubernali (uti ab hujus accepi filio) Joh. Vagetio, Profeſſore poſtea Gymnaſii Hamburgenſis Philoſophico, in amicitiam autem interiorem non a Joh. Tob. Majore ſolum, Theologo, & Joh. Andr. Boſio, Hiſtoriarum interprete, utroqve πολυμαθεστάτῳ, ſed Thoma etiam Reineſio, aulæ vicinæ Saxo-Altenburgenſis Archiatro, ſummoqve totius Germaniæ Polyhiſtore, qvocum aſſiduum literarum ipſi interceſſit commercium, auſpicato admiſſus. E Jenenſi Academia in Lipſienſem diſceſſit & Erfurtinam, in qva cum Joh. Georg. Grævio perpetuo duraturam contraxit amicitiam (3.), & iſtic non minus, qvam Jenæ, tanta ſtudiis incubuit aſſiduitate ac diligentia, ut, nec ſomni, nec cibi capiendi, temporibus parceret, & raro alibi, qvam in muſæo, auditoriis, aut bibliothecis, inveniretur. A. 1658. (non 1656., qvem ſermo funebris Zitſcherianus (4.) ſubſtituit), relictis Academiis, Francofurtum ad Mœnum, literis Jonſii ſui non unis invitatus, ſub initium Februarii, ad ſpectandam novi Imperatoris, Leopoldi, electionem atqve coronationem, abiit, &, ſeptimeſtri apud præceptorem hunc priſtinum commoratus tempore, *voluptatem*, uti ipſe teſtatur (5.), *ex qvotidiana ejus conſvetudine, cepit plane ſingularem*, *eiqve* viciſſim, *in adornandis atqve edendis Libris de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ, qvantum per alias occupationes licebat, libenter & re præſto fuit, & conſilio.* Qvæ verba ipſius propria, uti, in editionis labore, præceptorem valetudinarium, & iſti eodem anno immortuum, a Noſtro haud parum ſublevatum eſſe, oſtendunt, ita vanam nonnullorum & in Jonſium valde injuriam ſuſpicionem (*.) de Gudio vero, operis eximii autore, e MSto hujus, in bibliotheca defuncti invento, enatam, abunde refellunt. Francofurto digreſſus, & Rheno ſecundo in Bataviam deſcenſurus, Duisburgi Joh. Frid. Gronovio, Criticorum principi, familiariter innotuit, eumqve, Leidam redeuntem, comitatus, iſtic atqve Ultrajecti aliqvamdiu ſtudia feliciter continuavit. Exeunte anno 1659., Amſtelodamum delatus, eodem tempore, & a Senatu hujus reipublicæ, ſpe Profeſſionis in illuſtri Gymnaſio obtinendæ ſimul facta, ad Dav. Blondelli *Animadverſiones* in Cæſ. Baronii *Annales Eccleſiaſticos*, publicæ relictas bibliothecæ, revidendas, ac editioni parandas, & ab Alex. Moro, Theologo, ad juvenes duos Gallos nobiles Salmurii, in ædibus Moſis Amyraldi, ſtipendio 600. librarum annuo, in veteri inſtituendos hiſtoria, invitabatur. Utriqve huic functioni ephoriam Noſter prætulit Samuelis Sciaſſii, Hagienſis, juvenis locupletiſſimi, domi aliqvamdiu primum informandi, & in exteras deinde regiones, promiſſo, præter ſumptum omnem liberum, lauto congiario, ſervuloqve peculiari, deducendi, conciliatore Gronovio, eodem A. 1659. ſibi oblatam (6.). Qvod conſilium proſperrime ipſi ceſſit. Tanto enim ſtudiorum pariter atqve ſui amore nobiliſſimi adoleſcentis inflammavit animum, ut totum ſe ille, præceptoris exemplo, literis elegantioribus, Criticæ & Antiqvitatum cognitioni, devoveret, &, poſt inſignes in his progreſſus (qvorum ſpecimina in bibliotheca Gudiana ſuperfuerunt (7.)), ab exteris in patriam redux, avelli a ſe ſtudiorum hunc ducem non pateretur, ſed per annos complures in Batavia, ſuo utentem convictu, detinuerit, plurimisqve affecerit beneficiis, ac tandem in Holſatiam ſecutus, ibiqve (fallitur enim Joh. Franc. Buddæus, qvi, *T. II. Lex. Hiſt. p. 315.*, in itinere eum obiiſſe perhibet Italico) cœlebs extinctus, omnium ferme bonorum ex aſſe hæredem ſcripſerit. Qvæ hæreditas lautiſſima, cum tres tonnæ, qvam vocant, auri qvadrantes, uti ferebatur, excederet, accedente paulo poſt dote uxoris opulentæ ingenti, fortunas Noſtri, hactenus tantum mediocres, adeo auxit atqve amplificavit, ut omnes propemodum Cherſoneſi patriæ homines eruditos, non opum minus, qvam doctrinæ atqve famæ, amplitudine, ſuperaret (8.). Sed hæc felicitas, una cum ſtipendii, literarum elegantiorum cultoribus a moribundo deſtinati (9.), ephoria, aliqvot demum poſt luſtris ipſi obtigit. Nobis, temporis ſeqventibus ſeriem, in Bataviam revertendum, ut Gudium, itineri literario, cum Sclaſſio ſuo, jam accinctum, inde in regiones Europæ cultioris comitemur exteras. E Belgio is fœderato A. 1660. in Brabantiam primum atqve Flandriam, & hinc paulo poſt in Galliam, abiit, Pariſiisqve partem, & iſtius anni, & ſeqventis 1661., maximam, uti Epiſtolæ ad Æg. Menagium qvinæ, illic ſcriptæ, oſtendunt, exegit. Hinc Toloſam & Monſpelium diſceſſit, imo ad montes usqve Pyrenæos eſt evagatus, per qvos, hoc ipſo tempore, Maria Tereſia, ſponſa Hiſpanica, Ludovico XIV., Galliæ Regi, obviam ducebatur. Sub finem anni 1661., e Telonis Martii portu in Italiam trajecit, atqve, exſcenſu in illam in Nolano ditionis Genuenſis facto, luſtratisqve urbibus reliqvis viſu dignis, Romæ per annum integrum 1662., hinc Florentiæ (10.), & Romæ denuo A. 1663. (qvo Pet. Lambecius (11.) iſtic familiariter ſe ipſo uſum eſſe teſtatur), ut utriusqve civitatis bibliothecis, & virorum eruditorum conſvetudine, eo frueretur diutius, ſubſtitit. Roma deinde Neapolin & Hydruntum excurrit, & per Alpes atqve Galliam tandem in Bataviam remigravit. In toto hoc itinere, vere, ſi qvod unqvam tale inſtitutum eſt, literario, qvicqvid in univerſa eſt Gallia & Italia nobilium bibliothecarum, non perluſtravit modo, ſed diligentiſſime excuſſit, multos antiqviſſimos autorum veterum, Græcorum & Latinorum, codices, ac monumenta virorum doctorum inedita, vel contulit, vel deſcripſit, longe autem majorem eorundem numerum e latebris ſuis, Catalogorum, qvos de bibliothecis Venetis ac Patavinis Phil. Jac. Tomaſinus, de aliis alii, ediderunt, ductum ſecutus, nulliqve labori ac ſumptui parcens, imo, uti ipſe Nic. Heinſio ſignificavit, vel Crœſos animoſa emptione provocans, feliciter eruit, & qvocunqve ſibi pretio paravit, merito, ob ſtupendam hanc induſtriam, a J. Frid. Gronovio, D. G. Morhofio (cui *ſagaciſſimus* audit *& feliciſſimus MSS. codicum indagator*), Lipſienſibus, aliisqve viris eruditis, celebratus atqve commendatus (12.). Singulare præterea ſtudium collectioni tum Nummorum, tum Inſcriptionum veterum, non minori felicitate, impendit, & harum, qvas inprimis ſollicite ubiqve locorum veſtigabat, aliqvot millia, delectu licet accurato uſus, congeſſit hactenus ἀνέκδοτα, Gruteriqve ſimul volumen, editas complectens, infinitis locis, aut mutilis, aut fœdiſſime corruptis, αὐτόπτης emendavit (13.). Amicos, in itinere hoc, ſibi conciliavit, qvotqvot Belgium, Gallia ac Italia, alebant viros interiori literarum peritia præ cæteris illuſtres, comites vero

 ejusdem,

(2.) V. illam inter *Epiſtolas* Noſtri, *num. 13., p. 14. 15.* (3.) *V. Epiſt. ejus 19. ad Grævium p. 20. & ſq.* (4.) *p. 22.* (5.) *in Annotatt. MSS. de Vita Jonſii.* (*) Hos inter referendus Henr. Dodwellus, *in Diſſ. de ætate Pythagoræ p. 190.* ita ſcribens: *Hoc etiam probavit Cl. Jonſius, vel, Jonſii nomine, verius fortaſſe Marqv. Gudius.* Cui reſponſum jam eſt a Joh. Alb. Fabricio *Lib. IV. Biblioth. Græcæ, P. I., c. 19., p. 601.* (6.) V. *Epiſt.* ejus *21. ad Grævium*, Amſtelodami d. 14. Oct. A. 1659. ſcriptam, *p. 23. 24. 25.* (7.) *V. Catal. ejus p. 508. 512.* (8.) V. Wilh. Ern. Tenzelii *Dialogos Menſtruos Germanicos, M. Jul. A. 1690., p. 694.*, & *Acta Erud. Lipſienſia, M. Mart. A. 1697., p. 139.* (9.) V. de illo *Nova Literaria Lubecenſia, M. Oct. A. 1707., p. 307. 308.* (10.) V. *Ep. 7. ad Nic. Heinſium, Florentiæ A. 1662. exaratam.* (11.) in Epiſt. ad Ren. Franc. Sluſium de ſecundo ſuo itinere Italico, *Libro I. Comm. de Biblioth. Cæſar. Vindob.* inſerta. (12.) V. Ipſius *Epiſt. 7. ad Nic. Heinſium p. 9. 10.*, J. Frid. Gronovii *Ep. ad Bernh. Rottendorfium, in appendice Gudianarum, num. 38., p. 72. 73.*, D. G. Morhofii *Lib. de Patavinitate Liviana, c. 1., p. 13.*, & *Acta Erud. Lipſ., M. Mart. A. 1697., p. 139.* (13.) V. *Epiſt.* ejus *ad Nic. Heinſium, modo allegatam, p. 10.*

ejuſdem, cum in Italia verſaretur, præter Lambecium, paulo ante laudatum, Henricum habuit Meibomium juniorem, Medicum poſtea Acad. Juliæ πολυμαθέςατον, & Ezech. Spanhemium, in Baronum deinceps evectum ordinem, & famam haud minorem eruditione omnigena, qvam ſumma inter proceres aulæ Boruſſicæ dignitate, & tot ad Reges exteros legationibus, conſecutum. Qvorum ille (13.), ſe Latium antiqvum ſimul cum Noſtro luſtraſſe, &, in inſcriptionibus qvibusdam e marmoribus recte deſcribendis, ipſum juviſſe, poſt annos 30. elapſos, publice eſt profeſſus, hic vero, occaſione certaminis, de prærogativa Inſcriptionum & Nummorum veterum, in Hiſtoria & Antiqvitatibus illuſtrandis, controverſa, amici, in urbe inſtituti Romana, Opus *de Numiſmatum præſtantia & uſu* eximium ibidem A. 1664. juris fecit publici, & pro his, adverſus Gudium, inſcriptionibus patrocinatum, *Diſſertatione qvinta*, erudite depugnavit (14.). Digna etiam eſt, qvæ celebretur, ſagacitas ejus, qva, Patavium delatus, primus omnium ridiculum atqve inveteratum, & civium urbis illius, poſt effoſſum, ſub ſeculi XIV. finem, in æde D. Juſtinæ, marmor antiqvum, inſcriptionem ſepulcralem T. Livii Halys, Liberti, oſtentans, oſſa, ibidem A. 1413. in capſa reperta plumbea, ac inde in prætorium deportata, ſplendidoqve mauſolæo, in parte hujus occidentali extructo, ac tabellis æneis, lapide iſto aliisqve inſcriptionibus, ac vetuſtiſſima T. Livii, Hiſtorici nobiliſſimi, imagine marmorea, exornato, A. 1548. illata, velut λείψανα ſcriptoris hujus rerum Romanarum inclyti, ſuiqve concivis, ſtulta pietate, per tot jam ſecula, colentium, & eruditorum ferme omnium, Patavinis hactenus temere credulorum, errorem ſolerter detexit, ſcripturæqve compendiis de Liberto dextre explicatis, cordatiorum animis exemit. Licet enim cum Sertorio Urſato, Eqvite & Profeſſore Patavino, fabulæ hujus patrono, velitatio aliqva ipſi interceſſerit initio literaria, cujus hiſtoriam, ex Urſati *Marmorum*, qvæ Patavii A. 1671. (15.) prodierunt, *eruditorum Epiſtola VIII.*, Joh. Clericus *Tomo IX. Bibliothecæ Univerſalis Hiſtoricæ*, gallico ſermone editæ (16.), breviter exhibuit, pleriqve tamen Critici & Antiqvarii eruditiores ſuo ſententiam Noſtri confeſtim approbarunt calculo, &, hos inter, Joh. Frid. Gronovius, qvam primæ Livii editioni A 1645. inſeruerat, inſcriptionem Patavinam, ab illo monitus, in ſecunda A. 1665. expunxit (17.). Prolixius hæc exponere nobis non vacat. Conſulantur, tum qvi ſolam fuſius enarrarunt fabulam, Xicco Polentonus, Urbis Patavinæ Seculo XV. ſcriba, *in Epiſtola de oſſium Livii inventione*, ad Nicolaum Florentinum ſcripta, & *Originibus* Laur. Pignorii *Patavinis* inſerta (18.), ac Jac. Phil. Tomaſinus, Epiſc. Æmonienſis, *in Vita T. Livii Patavini*, Utini A. 1630. & Amſtelod. A. 1670. excuſa, tum, qvi Gudii inſiſtentes veſtigiis (qvæ & nos, in examine ejuſdem, *in Homonymoſcopia* obvio (19.), ſumus ſecuti), vanitatem illius ſimul oſtenderunt, Titumqve Livium Halyn, Libertum, a T. Livio, Hiſtorico, diverſiſſimum eſſe, inculcarunt, Joh. Clericus (20.), Ludolphus Neocorus ac Henr. Sikius (21.), & Noſter inprimis Morhofius, ab ipſo Gudio, mecum, plus ſemel, in familiaribus colloqviis, accuratius ſingula edoctus, pluraqve cæteris in medium afferens (22.). Fine peregrinationi literariæ, de qva *vere dici poſſe, iter tum muſicum inter eruditos hactenus peregiſſe neminem*, Frid. Brummerus (23.) judicavit, qvamqve omnibus aliis, ad exteros abituris, in exemplum proponendam eſſe Pet. Zitſcherus (24.) merito cenſuit, ſub initium anni 1664. impoſito, in Sciaſſii ſui, ducem ſtudiorum incomparabilem avelli a ſe nolentis, patria, Batavia, & convictu jucundiſſimo, ſeqventi ſexennio, ac forte diutius, ſubſtitit, eiqve, cum in ſtudiis literariis, tum in lite de bonis hæreditariis, cum tutoribus ſuis, forenſi, felicem nacta exitum (25.), & opera præſto fuit, & conſilio. Partem temporis iſtius maximam, modo Hagæ, modo in vicino huic prædio Sciaſſii Vorburgenſi (in qvo A. 1666. Frid. Brummerus, Lipſienſis, JCtus doctrinæ, in polymathia etiam elegantiori, eximiæ (26.), & A. 1670. Dan. Georg. Morhofius (27.), humaniſſime excepti, poſt ſpectatos theſauros ejus literarios, arctiorem cum ipſo contraxerunt amicitiam), tranſegit, ſed inde tamen, cum Sciaſſio, nonnunqvam & in alia Bataviæ atqve Germaniæ loca, ac anno qvidem 1664., Monaſterium, literis Joh. Frid. Gronovii ad Bernh. Rottendorfium, Medicum doctiſſimum, inſtructus commendatitiis (28.), ut urbis iſtius, ac tractus Germaniæ vicini, bibliothecas excuteret, A. 1668. autem Amſtelodamum (29.) & Hamburgum (30.), excurrit. A munerum publicorum prenſatione atqve ambitu qvantopere, otio hoc fruens literario, abhorruerit, vel inde perſpicias, qvod complura, eaqve honorifica & ſplendida, ultro oblata, Profeſſionem ſcil. academicam Duisburgenſem A. 1664. (31.), & Daventrienſem literarum humaniorum, a Joh. Frid. Gronovio & Theoph. Hogerſio haud ita pridem ornatam, A. 1668. (32.), imo morum qvoqve & ſtudiorum Caroli XI., Regis Sveciæ, juvenilium ephoriam (33.), recuſaverit. Cimbriæ tamen noſtræ vir patriæ amantiſſimus, cum in eam a Chriſtiano Alberto, Duce Holſato-Gottorpienſi, A. 1671. revocaretur, & non in aulicæ ſolum bibliothecæ præfectura, ipſe βιβλιοθήκη ἔμψυχος, Adami Olearii deſignaretur ſucceſſor, ſed & Aulæ ſimul Cancellariæqve adſcriberetur Conſiliariis, opera ſua deeſſe noluit. Huic Principi per ſeptem circiter annos inſerviit, deinde autem, exortis inter illum, ac Chriſtianum V., Daniæ Regem, diſſidiis, aulam Gottorpienſem, in qva locum non eſſe conſiliis ſuis, ad conſervandam pacem & tranqvillitatem patriæ publicam directis, videbat, muneribus, qvibus hactenus in ea functus erat, abdicatis, reliqvit, &, Hamburgum ſecedens, proximum iſtic qvadriennium privatus in otio tranſegit literario. Inde A. 1682. a Monarcha Danico, modo laudato, cui ipſa naſcendi ſors eum obſtrinxerat, ut, in Cancellaria Sleſvigo-Holſatica, ſibi eſſet a conſiliis, evocatus, haud invitus voluntati regiæ paruit, &, familia atqve bibliotheca Glückſtadium translatis, omnium illic rerum fortunarumqve ſuarum ſedem collocavit. Anno ſeqventi 1683. ab eodem ad Ferdinandum Fürſtenbergium, Epiſcopum Monaſterienſem & Paderbornenſem, Principum Germaniæ eruditiſſimum, ipſemet pari inter politicos prærogativa conſpicuus, in aulam ablegatus Monaſterienſem, adeo hunc, ſe præſente, in arce Neuhuſiana, M. Junio, mortuum, morum & ſtudiorum ſibi conciliavit ſimilitudine, ut Codicum MSStorum omnium a moribundo, digniori iſtos poſſeſſori relinqvi haud poſſe arbitrato, hæres in tabulis voluntatis deſignatus ſit ultimæ (34.). Mortuo Ferdinando, electioni ſucceſſoris ejus in Monaſterienſi Epiſcopatu, Maximiliani Henrici, Electoris & Archiepiſcopi Colonienſis, juſſu regio, interfuit, ac domum poſtea reverſus conjugem

(13.) *in Addit. ad Val. Henr. Vogleri Introd. in Notit. Bon. Script. p. 162.* Confer *Programma Helmſtadienſe de Meibomii Vita funebre p. 14. 15.* (14.) Conf. de hoc certamine D. G. Morhofii *Prælect. Polyhiſt. MSS.*, *c. 15.*, Ben. Hopferi *Epiſt. ad Amicum, Rolandi Mareſii Philologicis, in Edit. Lipſienſi ſubjunctam, p. 687.*, Georg. Paſchii *Tr. de variis modis tradendi Moralia, c. 4., §. 32. - p. 451 452.*, & Leibnitii *Diſſ. de Nummis Gratiani, Menſi Auguſto* des Monatl. Außzugs auß allerhand Büchern, A. 1701. a J. G. Eccardo ſubnexam, *p. 5. 6.* (15.) in 4., ſub tit.: *Marmi Eruditi, overo Lettere ſopra alcuna antiche Inſcrizioni.* (16.) *M. Apr. A. 1688., p. 49-63.* (17.) V. *Lib. 4. Polyhiſt. Lit.* D. G. Morhofii, a Lipſienſibus auctum, *cap. 11. p. 150.* (18.) *Cap. 17.* (19.) *Sect. II., c. 4., §. 36., p. 383-385.* (20.) *l. c.* (21.) *in Bibliotheca* Libr. *Novor.*, *M. Sept. & Oct. A. 1698., p. 627. 628.* (22.) *in Tr. de Patavinitate* Liviana, *toto ferme Cap. III.*, *p. 26-37.* (23.) in Epiſt. ad Th. Reineſium, apud Tenzelium *in Dial. Germ. Menſtr.*, *M. Oct. A. 1697., p. 837.* (24.) *in Serm. Fun. Germanico, in ejus habito exeqviis, p. 24.* (25.) *V. Ep. 9. ad Alb. Ruſium p. 11., & Ep. 22. ad J. G. Grævium p. 25. & ſeqq.* (26.) *V. Ep. ejus num. 23. laudatam.* (27.) V. Morhofii *Hiſtoriam vitæ ſuæ, Diſſertationibus Academicis & Epiſtolicis ſubjunctam, p. 11.* (28.) V. Epiſt. illam Gronovii *in Append. Gudianarum, n. 38., p. 72. 73.* (29.) *V. Ep. 17. ad Joh. de Sebriek p. 18.* (30.) *V. Ep. 25. ad Grævium, p. 29. 30.* (31.) *V. Ep. 22. ad Grævium, p. 25 - 28.* (32.) *V. Ep. 12. & 17. ad Joh. de Sebrieck, Conſulem Daventr., & Ep. 18. ad Gymnaſii Curatores, p. 13. 14. 18. 19. 20.* (33.) V. Zitſcherum *l. c. p. 24.* (34.) V. Inſcriptionem tumbæ ſepulchralis, D. G. Morhofii *Elegiam funebrem in Poem. Latinis p. 520.*, Ejuſd. *Lib. de Patavinitate Liviana, c. 1., p. 13.*, & Hect. Gotfr. Maſii *Præfat. Opuſculorum Theologicorum* Herm. Zoeſtii, e MSto Biblioth. Gudianæ Fürſtenbergiano a ſe A. 1701. editorum.

conjugem cum morte jam colluctantem moeſtus offendit, triſtiqve hujus aſpectu, ac mox ſecuto e vita exceſſu, in luctum conjectus eſt graviſſimum. In patria, poſt reditum, juri dicendo, in Cancellaria utraqve regia, Glückſtadienſi & Slesvicenſi, magna & dexteritate, & integritate, nullis, uti in lectulo emortuali, ſancte affirmabat (35.), ſe corrumpi paſſus muneribus, & vindictam idcirco peccatorum hujusmodi divinam haud extimeſcens, denuo vacavit, &, Rege, a qvo non multo poſt Conſiliariis etiam Status publici ac Provincialibus Cimbricis eſt adſcriptus, jubente, novo legum Ducatus Slesvicenſis ἐπιχωρίων Codici conſcribendo ſe accinxit. Qvi tamen labor, cum pars hujus Ducalis, a Rege per aliqvot annos occupata, Chriſtiano Alberto, Principi ſuo, pace Altonavienſi, M. Jun. A. 1689., reſtitueretur, & ipſe, Slesviga relicta, Glückſtadium remigraret, eſt interruptus, & ſucceſſu caruit. Glückſtadii haud diu fuit ſuperſtes, ſed eodem anno 1689. morbo (in qvo, decumbens licet, a librorum variorum lectione temperare ſibi non poterat (*)) correptus eſt lethali, remittere qvidem nonnunqvam ita viſo, ut hymnos jam Deo voveret ſoterios, poſt recuperatam a ſe concinnandos valetudinem, ſed recidiva tamen ita exaſperato, ut omnem & Medicorum urbanorum, & exotici cujusdam, his adjuncti, in curando illo, operam & diligentiam eluderet. Hoc laborans, cum ab amicis, & Petro inprimis Zitſchero, Paſtore artis Glückſtadienſis pio atqve erudito, ſæpius inviſeretur, ſanitatis qvidem amiſſæ reſtitutionem ſe deſiderare eſt profeſſus, ſed hac tamen conditione, ſi Numinis gloriæ illuſtrandæ, promovendisqve hominum aliorum commodis, eſſet inſervitura. Mentione aliqvando ſummæ ipſius eruditionis a Zitſchero in colloqvio injecta, hanc etiam vanitatem eſſe, ſed vanitatum tamen omnium nobiliſſimam, regeſſit, & arguto hoc reſponſo argumentum ſermonis illi ſimul ſuggeſſit parentalis, in ſuis poſtea habiti exeqviis. Imo & addidit, in ſtudiis ſe omnibus eo ſemper collimaſſe, ut in ſalutari veri Numinis atqve Servatoris ſui cognitione ſibi eſſent adjumento, iſtamqve, ex autorum profanorum & exoticorum lectione, voluptatem percepiſſe maximam, qvod arma hi ſibi, qvibus autoritatem ſacri codicis contra empæctas tueri poſſet, ſubminiſtraſſent. Pios atqve doctos inter hujusmodi ſermones, morbi tandem violentiæ ſuccubuit, &, undecim ferme luſtris in orbe hoc exactis, d. 26. Novembris (in cujus locum October ab Henn. Wittenio (36.) falſo ſubſtituitur) anni æræ chriſt. 1689., teſte tumbæ ſepulchralis inſcriptione, morte immatura, ac reip. literariæ univerſæ luctuoſa, vivis eſt exemptus. Exeqviæ d. 25. Febr. A. 1690., uti Zitſcheriana Parentatio & Epicedia (qvæ, obiter inſpecta, Wilh. Ern. Tenzelio (37.) erroris, qvo annum hunc atqve menſem emortuales Noſtro fuiſſe perperam tradidit, præbuiſſe videntur occaſionem) oſtendunt, exuviis ejus Glückſtadii ſunt celebratæ, & hæ poſtea Rendesburgum deportatæ, ac monumento ædis urbanæ illatæ gentilitio, bibliothecæ, qvam, libris, qvorum plura uno collegerat exemplaria, e ſua ſelectis, conſtantem, ſuperſtes templo eidem civitatis donaverat patriæ, vicino. Thori vitæqve ſociam Noſter, e Batavia in Cherſoneſum revocatus Cimbricam, Mariam Eliſabetham elegit, Petri Pauli, Mariæ Eliſabethæ Saxonicæ, Friderici, Ducis Holſato-Gottorpienſis, viduæ, Conſiliarii, & Huſenſis præfecturæ gubernatoris, ob pietatem & candorem eximium ſæpiſſime ab ipſo commendati, filiam unicam, non virtutibus minus, qvam fortunæ bonis, egregie dotatam, & marito inprimis, qvocum, per duo luſtra, & qvod excurrit, ad annum usqve fatalem 1683., in pacatiſſimo vixit conjugio, & nunqvam in gratiam rediit, admodum morigeram (38.). Dignum eſt, qvod, e Zitſcheri *Sermone funebri* (39.), integrum adjiciatur, primum, qvo, in mariti domum deducta, hunc, uti ipſemet amicis, non ſine lacrymis, narrare eſt ſolitus, vernaculo ſermone compellavit, alloqvium: Ich bin nun hie, und bin hie als eine Geſpännin, die ſich erinnern wird, daß alle ihre Vergnügungen darinn beſtehen, wie ſie euch gefallen möge. Nehmet dann hin dieſe erſte Verſicherung, die ich unzerbrüchlich werde halten, daß ich nichts wiſſentlich werde thun, woraus euch das minſte Mißvergnügen kan entſtehen. Aber nehmet ihr denn auch dieſe erſte Bitte hin, die ich nicht gerne wolte geweigert ſehen: Ich bin iung, und muß durch tägliche Erfahrung erſt werden, wie ich und ihr mich zu ſeyn verlangen. Derohalben habt Gedult mit meiner Schwachheit, und wann ich etwas euch unbehägliches, wieder meinen Willen, von mir geſchehen ſolte, ertraget ſolches mit Sanftmuht, bis eure Anführung, die allemahl meine Regul ſeyn wird, mich fähiger mache, nach eurem Wunſche euren Willen zu erfüllen. E conjuge hac (qva defuncta ſexennium vitæ reliqvum viduus transegit) qvinqve ſuſtulit liberos, &, duobus ante parentem immatura morte defunctis, filium unicum, Petrum Marqvardum, ſtudiis qvidem a ſe deſtinatum, & Bibliothecæ incomparabilis hoc fine deſignatum ex aſſe hæredem, verum, qvod, in tenera jam ætate, magni genitoris fideli orbaretur χειραγωγίᾳ, nec iſtis omnibus, qvibus ipſe, paterna ſeqvi jubens veſtigia, eum deſtinaverat, imbutum, nec ad tantam in Juridico-Politico, qvantam Zitſcherus (40.) (Phœnicem eum ex cineribus paternis reſurrecturum fore incaſſum ominatus), aliiqve, ſperabant, eruditionis ſolidioris enixum gloriam, ſed, diſtracto theſauro iſto librario, in prædio rurali diverſo vitæ genere delectatum, cum filiabus geminis, reliqvit ſuperſtitem. Filiarum natu major, Maria Æmilia, qvam, puellam adhuc, lingvas Latinam, Gallicam & Anglicam, juſſu paterno, edoceri, & haud contemnendos jam tum in iſtis feciſſe progreſſus, αὐτόπτης obſervavi, Dn. Lerchio poſtea nupſit, Chriſtiani V. & Friderici IV. Regum Daniæ, Conſiliario Status, qvi in Inſula Laalandia domicilium habuit; Soror autem hujus natu minor, Maria Eliſabetha, Jacobo Johanni Wasmaro, ejusdem Monarchæ, & Filii Succeſſoris, in Cancellaria Cimbrica Glückſtadienſi, Conſiliario, eſt elocata.

Studia Noſtri, & in literas merita, qvod attinet, locum ille inter Polyhiſtoras ævi noſtri ἐξοχωτέρους, eruditione, in omni ferme literarum, elegantiorum præſertim, genere, recondita, accurata & multiplici, eruditiorum omnium ſuffragiis amice conſpirantibus, meritus eſt eximium, heroibusqve literariis, qvi Germaniam atqve Cimbriam noſtram a ſupercilioſo exterorum contemptuglorioſe vindicarunt, imo palmam his dubiam reddiderunt, extra omnem annumerandus controverſiam. Non enim ſolum inter JCtos & Politicos eminebat, ſed Hiſtoriæ etiam & antiqvitatis univerſæ, cum profanæ, tum eccleſiaſticæ & literariæ, adyta omnia, vulgo literatorum inacceſſa, penetraverat, ſcriptoresqve ævi veteris omnes, Græcos atqve Latinos, non lectione ſolum aſſidua ſibi reddiderat familiariſſimos, ſed cum MSStis etiam, tam propriis, qvam bibliothecarum Italiæ, Galliæ, Germaniæ, Belgii, illuſtrium qvamplurimis, ſollicite collatos, ſagacitate incomparabili, locis innumeris feliciter adeo emendaverat ac reſtituerat, ut Criticorum ac Philologorum modernorum nemini, vel interiori lingvæ utriusqve peritia, vel ſtyli elegantia, vel inſignibus in autores claſſicos meritis, eſſet ſecundus. Inſcriptionum antiqviorum, qvarum complures, in itinere literario, ipſe e lapidibus deſcripſerat, & incredibili collectas diligentia luci publicæ deſtinabat, chiliadas, ænigmata obſcuriſſima dextre adeo, Oedipus horum incomparabilis, interpretabatur, ut Scaligero etiam, Grutero, Reineſio ac Sponio, Criticis in palæſtra hac antiqvaria principibus, palmam prærepturus videretur. Nec prætereunda ſingularis ejus, in Carminibus, & Latinis, ad poetarum ſeculi aurei perfectionem proxime accedentibus, & Germanicis, nullis modernorum inferioribus, vena facili ac limpi-

(35.) V. Zitſcherum *l. c. p.* 27. (*) Aliqvot ante obitum horis Notas in Clementem Alexandrinum ſcripſiſſe a Joh. Franc. Buddæo (*T. II. Lex. Hiſt. p.* 315.) traditur. (36.) *Tomo Secundo Diarii Biograph. Sec. XVII. p.* 169. (37.) *in Dialogis Menſtruis Vernaculis, M. Jul. A.* 1690., *p.* 692. (38.) Dan. Georg. Morhofii Epithalamion in Gudii cum illa nuptias vernaculum, & Phalencos latinos, huic præmiſſos, in *Poematis* illius *Germanicis, P. I., p.* 55-65., ſolos autem Hendecaſyllabos *in Veneribus Novis p.* 21. 22., & *Operibus Poeticis Latinis p.* 358., invenies. (39.) *p.* 25. 26 (40.) *l. c. p.* 30. 31.

limpidiſſima effundendis, felicitas, ſi lucem iſta aliqvando viderint, omnibus hujusmodi deliciarum amaſiis mirifice ſeſe approbatura. Merito autem eruditi omnes ſummopere doluerunt, qvod vir ſummus, partim ob nimiam in expoliendis aſſidue, manu ultima nunqvam impoſita, laboribus ſuis ἀκρίβειαν, a moroſitatis labe haud immunem, partim vero ob negotiorum, qvorum moli, ſtudiis infeſtæ, cum opibus abundaret, ſe ſubducere, & otio perfrui literario, facillime potuiſſet, publicorum & forenſium multitudinem, hiſce oppreſſus, & famæ commodorumqve reipublicæ literariæ incurioſus ac immemor, nec proprii monumenta ingenii, qvorum pleraqve imperfecta reliqvit; nec tot alios bibliothecæ ſuæ incomparabilis theſauros literarios, ſuperſtes in lucem proferre potuerit, nec per alios, ſuam ſponte operam offerentes, eadem paſſus ſit donari. Etſi enim præclara ſint, & minime contemnenda, utriusqve generis cimelia literaria, partim ab ipſo, cum in vivis eſſet, aliqvoties e gazophylacio ſuo Phoebeo deprompta, partim vero poſthuma, ſtudio Joh. Georgii Grævii & Pet. Burmanni laudabili ab interitu vindicata, juſto tamen pauciora & exilia eſſe haud immerito nobis videntur, ſi cum ingenti illa etiamnum in tenebris deliteſcentium, & e carcere forte nunqvam emerſurorum librario, conferamus multitudine. Indignationis, qva eruditi tenaciorem hanc juſto tanti Muſagetæ & Polyhiſtoris moroſitatem ſunt proſecuti, publicæ interpretem, e pluribus, ſolum allegabo Dan. Georg. Morhofium, amicorum ipſius intimum, qvi non ſolum, Noſtro adhuc ſuperſtite, facta *tomo I. Polyhiſtoris* (40.) Bibliothecæ ejus mentione perqvam honorifica, *nullos ex ubertate iſtius fructus ad orbem literatum perventuros eſſe, cum illuſtris poſſeſſor, negotiis civilibus oppreſſus, vacare curis non poſſet eruditis*, publice A. 1688. indoluit, ſed & Elegia, qva mortuum anno ſeqventi 1689. celebravit, hanc de iſto reip. literariæ infortunio qverulam in defunctum intexuit invectivam:

Nunc tam multa jacent animi monumenta ſagacis,
Artificis tanti ſæpe polita manu:
Sic tamen, ut nulli ſuccederet ultima ſcripto,
Ac extrema manum poſceret usqve novam.

\- - - - - - - - - - - - -

Heu mihi! qvis potuit curas ſvadere forenſes?
Qvis tibi te rapuit, Gudi, alienus amor?
Curia non fuerat, non iſta negotia tanti,
Ingenii ut premeres tot monumenta tui.
Sæpius admonui: ſtudium qvid inutile, Gudi,
In fraudem doctæ poſteritatis amas?
Nullane cura tui eſt? tanta eſt oblivio famæ?
Virtutis pretium tam tibi vile tuæ eſt?
Qvid prodeſt latuiſſe, ſinuqve recondere gazas,
Æternum poterant qvæ tibi ferre decus?
Rumpe moras, dixi: celeri pede labitur ætas,
Canitiesqve tuum jam premit alta caput.
Litera crebra venit, vellit tibi Cynthius aurem:
Fama tuas pulſat, Pegaſus ipſe, fores.
Tu tamen hæc fruſtra nobis cantantibus aures
Obſtruis, in famam ſævus hebesqve tuam.
Et nunc te rapiunt noſtris fata invida rebus,
Et ſeqvitur manes noſtra qverela tuos.
Nos levia illa tuo monumenta paramus honori,
Immenſum poteras cum ſtruere ipſe tibi.
Teſtis & hæc noſtri ſit amoris, ſitqve doloris,
Pagina, ſit culpæ, tempus in omne, tuæ.

Imo nec defuere, qvi Noſtrum, hanc ob cauſam, & ſuperſtitem, & defunctum, invidiæ inſimularunt literariæ. Qvos inter Paulus Colomeſius (41.), poſtqvam Photii eum Etymologicon, aliosqve multos Codices MStos, poſſidere, indicaverat, ut *tandem* aliqvando *in reip. literariæ bonum illos haberet*, publice optavit, Bernh. Pet. Karlius (42.) *bibliothecam* illius, *a Morhofio adeo celebratam, nemini hactenus magnopere profuiſſe*, eſt conqveſtus, ac vir in Academia Lipſienſi eruditus, qvi *Librum IVtum Polyhiſtoris* Morhofiani *Literarii* ſuis paſſim interpolavit auctariis, *invidia* ipſum qvadam *maluiſſe ſecum retinere premereqve, qvæ habuit, qvam cum erudito orbe communicare*, perſvaſus (43.), Lexicon Photianum, modo memoratum, *duriore, poſt mortem viri ampliſſimi, domino liberatum eſſe*, literatis ſignificavit (44.). Eodem ſpectant verba Epiſtolæ Medici Bataviæ doctiſſimi, Theod. Janſonii ab Almeloveen, ad me X. Kal. Sept. A. 1695. exaratæ, ſeqventia, majori longe παῤῥησίᾳ eandem in ipſo notantia invidiam: *Eſt hoc vitium pluribus doctis viris qvaſi innatum, & ſatis, ne plura colligam exempla, in Marqv. Gudio conſpicuum, de qvo juſtiſſime dixeris, qvod olim ille Publius Syrus de avaro, ipſum nempe, niſi cum moritur, nil rectum facere. Certe ejus mors multum viris literas humaniores colentibus adtulerit boni: qvippe brevi nunc lucem videbunt publicam ingenti numero eruditiſſimæ clarorum virorum Epiſtolæ, Inſcriptiones, Phædrus aliqvot fabulis, uti dicitur, auctior, alia, auro contra cara, qvæ inextingvibili fere tractare deſidero ardore.* Hæc ille, cujus de morte Noſtri, qvem ab omni invidiæ literariæ culpa nec ipſe auſim abſolvere, judicium ἐπιχαιρέκακον paulo mihi durius & iniqvius eſſe videtur, cum longe plus emolumenti Gudium, ſi diutius vixiſſet, & ipſe ſua perficere potuiſſet atqve edere, literis, & earum cultoribus, fuiſſe allaturum, ac forte mores etiam paulatim mutaturum, ſim perſvaſus, nec erga omnes promiſcue eruditos pari uſum eſſe duritia, ſed cum multis illorum amicitiam coluiſſe, librosqve his varios, imo & Codices MSStos atqve obſervationes proprias literarias, rogatum ſubinde communicaſſe, pluribus documentis compertum habeam. Ipſe ſane Colomeſius alibi (45.), non ob eruditionem ſolum, ſed & ſingularem in converſatione erudita affabilitatem, & ſibi obſervata atqve cognita aliis, in iſta impertiendi προθυμίαν, hiſce illum verbis commendavit: *M. Gudius, qvi ſait une infinité de choſes, & qvi prend un extréme plaiſir à en faire part, m' aprit à la Haye*, &c. Thomæ Reineſio, novum Inſcriptionum Syntagma molienti, rariores aliqvas, ex ſuo earundem theſauro, liberaliter illum A. 1666. ſubminiſtraſſe, & nihil etiam in poſterum fuiſſe denegaturum, Epiſtolarum hujus & Frid. Brummeri mutuarum fragmenta, a Tenzelio (46.) publicata, oſtendunt. Joh. Jonſii *qvatuor*, de qvibus ſupra jam dictum, *de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ libros*, Dan. Georg. Morhofii *Polyhiſtorem*, Pet. Axenii *ad Lib. I. Fabularum Phædri Annotationes*, & Ægid. Menagii (mentione licet beneficii accepti non raro Noſtrum defraudantis) *in Diogenem Laertium Commentarios*, præclaris e penu ipſius locuplete obſervationibus qvamplurimis eſſe ditatos, & autores iſtorum, ceu par erat, grata mente paſſim ſunt profeſſi, & tres ad Menagium Epiſtolæ, qvæ varia Laertii, in vita præſertim Platonis, loca illuſtrant, Pariſiis A. 1660. exaratæ, ac cum reliqvis Noſtri editæ, teſtantur. Simili ope Joh. Andr. Boſius, cum in Cornelio Nepote illuſtrando & denuo publicando occuparetur, anno jam 1656., ab illo eſt ſublevatus. In hujus enim gratiam totum hunc autorem ſerio revidit, & ſuas cum illo conjecturas criticas communicavit (47.). Plurimi præterea viri eruditi MSStos bonorum autorum Codices, benigne ſibi, editionem illorum molientibus, e Bibliotheca illuſtri, ab ipſo communicatos, publice commendarunt, Joh. Frid. Gronovius ſcilicet (48.) Livianum & Plautinum, Jac. Gronovius (49.) Livii (cujus & exemplar editum, cum 30. MSS. ſtudioſiſſime a Noſtro collatum, ingens novæ, qvam poſt paternas meditabatur, adjumentum, obtinuiſſe perhibetur

(40.) *Lib. I., c. 7., p. 70.* (41.) *in Diſſ. de Scriptis Photii, Gvilh. Cavii Chartophylaci Eccleſiaſtico A. 1685. ſubjuncta, p. m. 35.* (42.) *in Diſſ. de Germania Literis nulli regioni ſecunda p. 41.* (43.) *Cap. 14., p. 2:6.* (44.) *Cap. 7. p. 88.* (45.) *en la Bibliotheqve Choiſie p. m. 105.* (46.) *in Dialogis Menſtruis Germanicis, M. Oct. A. 1697., p. 835. 836. 837.* (47.) V. Gudii *Epiſtolam* ad Thom. Reineſium A. 1656. ſcriptam, apud Tenzelium *l. c. p. 831. 832.* (48.) *in Præfatt. Editionis Livianæ Anni 1665., & Plautinæ A. 1669.* (49.) *in Epiſtolis ad loca Livii Geographica p. 17. 23.*

betur (50.)) complures, & Pomponii Melæ unicum (51.), Joh. Georg. Grævius (52.) Proclianum *Expoſitionis in Heſiodum*, viriqve eruditi e Gallico Orationum Ciceronis Verrinarum, & Sam. Sciaſſii ex Hiſtoriæ Flori tribus Pariſienſibus regiis, excerpta, Is. Voſſius (53.) Catullianum, Theod. Schrevelius (54.) duos Juvenalis, Alb. Ruſius, JCtus Bataviæ inſignis (55.), excerpta Florentini Inſtitutionum atqve Pandectarum decantatiſſimi, Chriſt. Daumius (a qvo benefactoribus ſuis alibi etiam (56.) eſt annumeratus) (57.) Ganfredi Poeticam, aliaqve ſeqvioris ævi MSSta, & Jac. Perizonius (58.) varias *Variæ* Æliani *Hiſtoriæ*, e codicibus Florentinis duobus, ac uno Mediolanenſi, lectiones. Longe plures iſtis, ex eruditiſſimis qvibusqve ſingularum, qvas in itinere perluſtravit literario, aliarumqve Europæ regionum, hominibus, amicos ipſi eruditio omnigena, morum elegantia, cæteræqve virtutes, conciliarunt. Qvos inter eminent, mihiqve, partim ex Epiſtolarum, a Pet. Burmanno editarum, Syntagmate, partim vero aliunde, innotuerunt, ex Italis Caſp. Scioppius, Car. Dati, Sertorius Urſatus, Car. Offredus, Octav. Falconerius, Leo Allatius, Ant. Magliabechius, Bened. Mellinus, Franc. Maria Ceſſinus, & Camillus Peregrinus, Capuanus; e Gallis Pet. de Marca, Henr. Valeſius, Æg. Menagius, Emer. Bigotius, Pet. Dan. Huetius, Alex. Morus, Tanaqv. Faber, Steph. le Moyne, Nicol. Melchis. Thevenotius, Paulus Colomeſius, & Bened. Arnoldus (*Monachus Romæ Benedictinus*); e Batavis Joh. Frid. & Jac. Gronovii, Is. Voſſius, Nic. Heinſius, J. Georg. Grævius, Wilh. Goeſius, Alb. Ruſius, Theod. Schrevelius & Is. Gruterus; ex Anglis Thom. Galeus & Henr. Oldenburgius, ex Arctois Ol. Borrichius ac Joh. Schefferus; e Germanis Ferd. Fürſtenbergius, Ezech. & Frid. Spanhemii, Thom. Reineſius, Gothofr. Gvilh. Leibnitius, Bernh. Rottendorfius, Joh. Andr. Boſius, Chriſt. Daumius, J. Henr. Horbius; e Cimbris deniqve popularibus Pet. Lambecius, Chriſt. Caſſius, Joh. Jonſius, Chriſt. Kortholtus, Sam. Rachelius, Henr. & Marcus Meibomii, Daniel Georg. Morhofius, Jac. Holſtius & Pet. Axenius. Taceo plurimos nominis Gudiani cultores, qvos famæ hujus magnitudo, collectosqve ab eo ſtudioſe nummos antiqvos, inprimis Græcos (qvos J. Frid. Gronovius (59.) publice celebravit, ſed manus τῦ δεῖνα furaces, poſt obitum poſſeſſoris, maximam partem ſurripuiſſe perhibentur), qvamplurimos, theſaurum vetuſtarum inſcriptionum, & bibliothecam præſertim illuſtrem, oculis uſurpandi curioſis cupido, in Holſatiam in itineribus pertraxit literariis, ac, ut virum ſummum coram ſalutarent, impulit. Bibliotheca hæc, qvam illaudatam præterire nobis minime licet, in itinere per Belgium, Galliam, Italiam & Germaniam, literario, ab ipſo, ſumptibus, qvos Sam. Sciaſſii, comitis iſtius, liberalitas ſuppeditabat, haud exiguis, & ſucceſſu invidendo, collecta, ac in patria deinceps aucta, libros qvidem editos (qvos inter e recentiſſimis pauciſſimi locum in illa invenerunt) qvod attinet, 9287. (qvorum tamen complures multis conſtitere voluminibus) tantum, Catalogo teſte, eſt complexa (1259. ſcil. Theologicos, 310. ad Hiſtoriam ſpectantes Eccleſiaſticam, 716. Juridicos, 722. Medicos, 410. Phyſicos, 818. Philoſophicos, Politicos, Ethicos, Oeconomicos & Militares, 352. Oratorios, 1050. Poeticos, 282. Epiſtolicos, 44. de ratione ſtudiorum methodicos, 367. Grammaticos & Lexicographos, 501. Philologicos, Criticos, Antiqvarios, & in LLCC. congerendis occupatos, 192. Bibliothecarios, 267. Mathematicos, 215. Geographicos, 1407. Chronologicos ac Hiſtoricos, 328. Biographicos, & 41. alios Miſcellaneos), ac numero proinde iſtorum, e privatis etiam, vel pares, vel ſuperiores, nonnullas habuit. Selectum vero eorundem, & rariorum, qvibus veterum præcipue autorum lingvæ, & Græcæ, & Latinæ, omnium editiones antiqviores & præſtantiores pleræqve, ſedulo congeſtæ, accenſendæ videntur, multitudinem, ſi ſpectes, pauciſſimæ, e publicis etiam, cum illa poterunt comparari. Longe tamen majorem, qvam libri editi, famam illi conciliarunt Codices MSti Græci 87., Orientales 17., Latini autem, iisqve immixti lingvarum Europæ aliarum, 372., in Catalogi appendice fuſe enumerati, magnamqve partem, non antiqvitate ſolum, ſed & raritate ſua (cum nonnulli vix alibi locorum occurrant), commendabiles, qvorum potiſſimi, publice a viris eruditis celebrati, ſcriptorum poſſeſſoris indici a nobis paulo poſt ſubjungentur. Horum enim & copia, & præſtantia, theſaurus librarius Gudianus, non privatas ſolum omnes ſuperavit, ſed & plerisqve Regum, Principum, Civitatumqve & Academiarum illuſtrium, publicis palmam præripuit. Accedebant Epiſtolæ & commentationes hominum ævi recentioris doctiſſimorum qvamplurimæ αὐτόγραφοι, ſtudioſe a Noſtro conqviſitæ, & 124. autorum veterum (qvos prior Catalogi appendix longa ſerie recenſet) Codices, editi qvidem, ſed ab Hermol. Barbaro, Andr. Alciato, Franc. Cicereo, Jac. Cujacio, Hier. Groslotio, Gerh. Falckenburgio, Franc. Raphelengio, Lev. Torrentio, Joh. Fungero, Juſto Rycqvio, M. Ant. Mureto, Joſ. Scaligero, Phil. Mornæo, Iſ. Caſaubono, Joh. Wouwerio, Joſ. Mercero, Pet. Scriverio, Cl. Salmaſio, Daniele & Nicolao Heinſiis, Gerh. Joh. Voſſio, Ad. Vorſtio, Dav. Blondello, Renato Moreau, Henr. Ernſtio, Jano Ulitio, aliisqve Criticis & Philologis ἐξοχωτέροις, ac ipſo Gudio, horum principibus accenſendo, vel cum MSStis collati, vel emendationibus ac notis, manu adſcriptis propria, illuſtrati. Qvales a literarum elegantiorum amaſiis ſummo haberi in pretio, & ipſis ferme MSStis æqviparari veteribus, nemo eruditorum ignorat. Inter Encomiaſtas, qvos Bibliotheca hæc Gudiana ex eruditis nacta eſt qvamplurimos, eminet Dan. Georg. Morhofius, qvi non ſolum eam alibi paſſim (60.) *ſupellectilem literariam ampliſſimam*, & *Bibliothecam incomparabilem*, theſaurum autem MSStorum illius *incomparabilem* itidem (61.), *ſelectiſſimum atqve eximium* (62.), appellavit, deqve eruditorum epiſtolis, in hoc reconditis, plurima lectu digna in medium attulit (63.), ſed in *Polyhiſtore* etiam, de MSStis diſſerens (64.), hoc eam invidendo dignatus eſt elogio: *Prodeat nunc ultimo loco, ſed principe profecto loco nominanda; illuſtris & excell. viri, Marqv. Gudii, Reg. Maj. Daniæ Conſiliarii Status, celebratiſſima bibliotheca, qvam ſi privatarum omnium ego reginam dixero, nihil ultra veritatem aut jactantius loqvi videbor. Tanta eſt in illa MSStorum codicum, & antiqviſſimorum, & rariſſimorum, copia, is ſelectus, ut vel cum regiis contendere bibliothecis poſſit. Sunt in illa libri Græci, Latini, nusqvam in luce viſi, toto orbe literato, præcipue in Italia, ſummo ſtudio conqviſiti, qvos vel non extare amplius, multi, aut jamdudum periiſſe crediderunt. Hos emaculatos in lucem edere, non annorum aliqvot, ſed ſeculi, labor eſſet. Cum hoc primum mihi ingredi ſacrarium daretur, in Latium & Athenas veteres reductus, & in iſta rerum varietate totus mihi ſtupere videbar. Verum, cum viderem, qvam ipſa illa copia votis eruditorum, & labori etiam Herculeo, obſiſtat, nullos ex ubertate iſta fructus ad orbem literatum perventuros indolui, præſertim cum illuſtris ejus Bibliothecæ poſſeſſor, negotiis civilibus oppreſſus, vacare eruditis curis non poſſet.* Hæc ille, *publice*, uti paulo poſt addit, *intereſſe* perſvaſus, *opes has Holſatiæ noſtræ non ignorari*, de qvibus & in Epicedio ita cecinit Gudiano (65.):

(50.) V. Morhofiani *Polyhiſtoris Tomi I. Lib. IV.* (Lipſiæ interpolatum), *c. 11., p. 149.* (51.) V. ejus *Præfationes* duarum Melæ editionum, A. 1685. ac 1696. evulgatarum, & ex iſtis *Acta Erud. Lipſienſia, M. Sept. A. 1696., p. 431.* (52.) *in Præfatt. Editionum ſuarum Heſiodi, Orationum Ciceronis & Flori*, qvarum loca in Syntagmate *Præfationum & Epiſtolarum* ejus *p. 18. 66. 86.* invenies. (53.) *in Obſervatt. ad Catullum p. 3.* (54.) *in Præfat. Juvenalis*, a ſe Leidæ A. 1664. editi. (55.) V. Gudii *Ep. IX. ad illum p. 11.*, & Ruſianam ad Gudium, *in Append., num. 17., p. 55.*, & confer Tenzelium *l. c. p. 813.* (56.) *in Catalogo Poetarum Eccl.*, ſuæ Poematis Paulini *de Martini Vita* Editioni præfixo, & Ep. 44. ad Joh. Gebhardum *p. 134.* (57.) *Ep. 51. 52. & 55. ad Joh. Frid. Hekelium p. 86. 87. 92.* (58.) *in Præfat. ſuæ edit. Æliani*, Lugd. Bat. A. 1701. publicatæ, de qva V. *Acta Erud. Lipſ., M. Nov. A. 1701., p. 489.* (59.) *in Præfat. Plauti.* (60.) *T. I. Polybiſt., Lib. I., c. 7., p. 64., & c. 25. p. 316-319.* (61.) *in Lib. de Patavinitate Liviana, c. 1., p. 13.* (62.) im Unterricht von der Teutſchen Sprache und Poeſie, *P. II., c. 7., p. 352.* (63.) *locis num. 60. citatis.* (64.) *T. I., Lib. I., c. 7., p. 70.* (65.) *in Opp. Poet. Lat. p. 519.*

Nam qvot in hoc tumulo veterum monumenta Librorum,
Secula quæ in lucem nulla dedere, jacent?
Qvantus in his latitat, qvo clauſus carcere, cenſus,
Centimanus qvem non eruat ipſe Gigas!

Ante Morhoſium Joh. Frid. Gronovius (66.), *Gudium, a qvadriennii peregrinatione, ſupra qvam dici poteſt eleganter ac muſice tranſacta, reducem, bonarum chartarum, MSS. Codicum, Græcorum & Latinorum, editorum & ineditorum, & variorum librorum, copiam, Nummorum qvoqve, Lapidum & Inſcriptionum, ſupellectilem, attuliſſe*, anno jam 1669. eruditis nunciavit, Frid. Brummerus autem, triennio ante, Thomæ Reineſio, in Epiſtola ad hunc ſcripta (67.), *Manuſcripta* eum *ingenti numero advecta, multasqve virorum doctorum Epiſtolas, nondum publicatas, ſibi oſtendiſſe, ac nullum fere ſcriptorem, qvem Manuſcriptum non poſſideat, eſſe latinum*, retulit. Bened. Hopferus, Prof. Tubingenſis, teſtis itidem αὐτόπτης, A. 1674. amicum, in Epiſtola familiari (68.), certiorem reddidit, *rara* Noſtrum *peregrinantium felicitate, in itinere Gallico & Italico, plurima ſelectiſſima Manuſcripta, tam Græca, qvam Latina, convaſaſſe, & magnam partem hujusmodi, qvæ nec impreſſa hactenus ſint, nec in aliis Europæ bibliothecis crebro compareant.* Chr. Daumius, in Syllogé Epiſtolarum ad Boſium, & alios, *p. 178.*, Biblioth. Gudianam *omnium in Germania MSStis inſtructiſſimam eſſe* judicavit. Collectores Actorum orbis eruditi Lipſienſes, elogium Bibliothecæ Gudianæ Morhoſianum A. 1688. (69.), e *Polyhiſtoris Literarii Libro I.*, excerpſiſſe non contenti, novem poſt annis (70.), in *Epiſtolarum* poſſeſſoris recenſu, *tot* eum *MSStis, cimeliisqve literariis, auctum, & tanqvam ſpoliis opimis onuſtum*, e peregrinatione *domum rediiſſe confirmarunt, ut hac ex parte ipſius bibliotheca, alioqvin omnis generis melioribus libris inſtructiſſima, privatarum ſortem longe ſuperaret, & regiarum prope fortunam adæqvaret.* Pari admiratione & alii eandem proſecuti ſunt homines eruditi, qvos inter Ant. Reiſerus (71.), *ſingulari* illam *ſtudio, multoqve ſumptu, hinc inde eſſe collectam, & rarioribus etiam MSStis, alibi non extantibus, ornatam*, Wilh. Ern. Tenzelius (72.) *librorum copia, raritate & præſtantia, pares paucas habuiſſe*, Georg. Schubartus (73.) *bibliothecarum*, qvas, in ſuo per Saxoniam ſuperiorem & inferiorem itinere, viderit, *privatarum* fuiſſe *emendatiſſimam*, & Pet. Burmannus (74.) atqve Pet. Zitſcherus (75.), ſupellectilem librariam, MSStorum copia inſtructiorem, vix usqvam intra privatos inventum iri parietes, judicarunt. Addantur his Vinc. Placcius (76.) *ditiſſimam librorum rariſſimorum penum*, & Bernh. Pet. Karlius (77.) *pretioſiſſimum Holſatiæ theſaurum*, illam ſalutantes, Rud. Capellus (78.), Hect. Gothofr. Maſius (79.) & Gottlobius Krantzius (80.), bibliothecis illuſtrioribus Europæis eandem accenſentes, Sev. Walth. Sluterus (81.), MSStorum ejus deſiderans editionem, & Henn. Wittenius (82.) atqve Burch. Gotthilfius Struvius (83.), Morhoſianas illius laudes repetentes, ſuisqve approbantes calculis. Qvanto autem pretioſior theſaurus hic Holſatiæ noſtræ fuit literarius, tanto magis jactura illius, maximam jam partem diſſipati, nobis eſt dolenda. Poſt obitum enim viri illuſtris, Catalogo priori, Cancellariæ Regiæ Glückſtadienſis juſſu, ab Ottone Krantzio, Urbis Secretario, adjunctisqve illi cognatis defuncti qvibusdam, confecto, una cum Nummophylacio, curæ Joh. Dieterici Michaelis, Med. Doctoris & Practici, concredita, per annos qvidem complures integra (ſegregatis tamen ante libris, qvorum plura uno aderant exemplaria, editis, templo Rendesburgenſi, uti ſupra jam dictum, legatis) Glückſtadii, in uſum filii unici, hæredis ejus ex aſſe ſcripti, donec adoleſceret, aſſervabatur, & eruditis nonnunqvam patebat. Cum vero is, ab exteris reverſus, qvoad doctrinam & literarum librorumqve amorem, minime ſe patriſſaturum, nec proinde bibliothecæ paternæ poſſeſſione magnopere delectari, ſatis oſtendiſſet, & hæc interim A. 1695., una cum Nummophylacio, a τῷ δεῖνα (cujus nomini, certas ob cauſas, parcendum) eſſet compilata, & κειμηλίοις ſuis compluribus ſpoliata, ab illo, de theſauro iſto per venditionem alienando, cœptum eſt cogitari. Qvod cum Chriſtiano V., Danorum Monarchæ auguſtiſſimo, innotuiſſet, Regiæ ſuæ Hafnienſi luculentam adeo acceſſionem adjungere qvidem, oblato pretio haud exiguo, voluit, ſed cum longe majus poſtularetur, conſilia iſta, dolentibus viris Daniæ eruditis (84.), ſunt interrupta. Auctione tandem publica Hamb. A. 1706., Menſibus Aug. & Sept., pretio ingenti (MSStis tamen, exceptis qvæ emptorem ſatis liberalem non invenerunt, (*)), me præſente, eſt diſtracta, & hoc fine Kilonii, anno præcedenti 1705., ingens (85.), nec plane contemnendus, illius prodiit Catalogus, a M. Matthia Lobetanzio, Femarienſi, Eccleſiæ poſtea Haſelovienſis Parocho, uti perhibent, concinnatus, libros initio impreſſos, commodo, qvem ſcientiarum, artium atqve argumentorum, diverſitas ſuggeſſit, diſpoſitos ordine, hinc cum MSStis collatos, aut Notis virorum eruditorum illuſtratos αὐτογράφοις, ac tandem ipſos Codices (qvorum recenſioni Obſervationes de iis viri cujusdam docti, lectu non indignæ, acceſſerunt) MSStos, fuſe enumerans, & hac inſignitus Epigraphe: *Bibliotheca, exqviſitiſſimis libris in Theologia, Jure, Medicina, Hiſtoria Literaria, omniqve alio ſtudiorum genere, inſtructiſſima, imprimis autem multorum a viris doctiſſimis, Scaligero, Blondello, Salmaſio, aliisqve, emendatorum, ac eorum manibus notatorum, & MSS. Codicum Arabicæ, Græcæ Latinæqve Lingvæ, qvorum plurimi lucem nondum viderunt, præclariſſimo uberrimoqve apparatu cum nulla privatarum comparanda, a viro illuſtri, Marqv. Gudio, Reg. Maj. Dan. Conſiliario Status, uti & ſupremi Tribunalis & Regiminis in Ducatibus Sleſv. & Holſ., ſummo ſtudio & delectu congeſta* (86.). MSStorum Codicum (qvos, in auctione duplici A. 1706. & 1709. haud diſtractos, & in Holſatiam a filio revectos, junctim adhuc aſſervari, & emptorem dignum deſiderare, præter famam publicam, Joh. Alb. Fabricius (87.) teſtatur) ſyllabus molis longe minoris, eodem tempore, in exterorum gratiam, prodiit (88.) peculiaris. Qvalem etiam virum in Anglia eruditum *Epiſtolis ſelectioribus clariſſimorum noſtri ſeculi virorum, hactenus ineditis*, & has inter Gudianis, qvarum editionem, e Theatro Oxonienſi Scheldoniano prodituram, Anno jam 1699. promiſit, ſed nondum exhibuit, cum aliis ſimilibus τῶν ἀνεκδότων, qvæ Bibliotheca Vaticana, Heidelbergenſis & Holſteniana, aſſervant, Catalogis, voluiſſe ſubjungere, Henr. Sikius (89.) nos edocuit. Conr. Sam. Schurtzfleiſchius, *Tomo II. Epiſtolarum arcanarum* (Halæ A. 1712. edito), *Ep. 368. ad Nic. Chr. Lynckerum*, A. 1705. ſcripta, *p. 510.*, Gvilhelmum Erneſtum, Ducem Saxo-Vinarienſem, de Bibliotheca Gudii emenda optat interpellari, & his eam verbis celebrat: *Nulla eſt in Germania inter privatas Bibliothecas præſtantior, nulla inſtructior, ſi codices* ((MSS.)) *reputo, qvibus multas*

(66.) *in Præfat. Plauti, a ſe A. 1669. editi.* (67.) apud Tenzelium, *in Dialogis Germanicis Menſtruis, M. Oct. A. 1697., p. 836. 837.* (68.) V. hanc *in appendice Epiſtolarum Philologicarum* Rol. Mareſii *p. 687. Edit. Lipſienſis.* (69.) *M. Oct. p. 566. 567.* (70.) *M. Mart. A. 1697., p. 139. 140.* (71.) *in Epiſt. Dedic. Anti-Barclaji, Gudio inſcripti.* (72.) *in Dialogis Menſtr. Germ. M. Jan. A. 1692., p. 63.* (73.) *in Præfat. Bibliographiæ Militaris Gabr. Naudæi*, Jenæ A. 1683. a ſe editæ. (74.) *in Præfat. Epiſtolarum Gudii.* (75.) *in Sermone Funebri Germanico p. 30.* (76.) *in Invitatione ad Opus ſuum de Scriptoribus Anonymis & Pſeudonymis augendum p. 17.* (77.) *loco num. 42. citato.* (78.) *ſub finem indicis Nummographorum, in Sciagraphia Nummophylacii Luderiani.* (79.) *in Præfat. trium Opuſcc. Theol. Herm Zoeſtii, e Biblioth. Gudiana editorum.* (80.) *in Præfat. Memorabilium Biblioth. Eliſabethanæ Uratislavienſis*, A. 1699. publicatorum. (81.) *in Propylæo Hiſtoriæ Chriſtianæ p. 120. Edit. ſecundæ.* (82.) *Tomo II. Diarii Biographici Sec. XVII. p. 169.* (83.) *in Introd. ad Notitiam Rei Literariæ, c. 4., §. 14., p.* 147. 148. (84.) V. Hect. Gotfr. Maſium *in Præfat., num. 79. citata.* (*) Hæc A. 1710., 3000. thaleris emta, bibliothecæ Gvelpherbytanæ acceſſerunt. V. *Acta Erud. A. 1710. p. 468.* (85.) Prodiit is in 4., & tria, qvæ vocant, qvaternionum Alphabeta, cum 3. Plagulis, complectitur. (86.) Mentionem & Laudes hujus Catalogi, ipſiusqve Bibliothecæ, V. *in Novis Lit. Germ., M. Jun. A. 1706. p. 224., ac M. Nov. p. 374.*, nec non *in Novis Lit. Lubec., M. Aug. A. 1706., p. 256.* (87.) *Nova Lit. Germ., M. Jun. A. 1706., p. 224.*, & le Journ. 39. des Sçav. A. 1706. p. Ausf. Bericht A. 1708. p. 531. (88.) in 8. (*pl.* 2½.) *V. Lib. 3. Biblioth. Græcæ, A. 1707. edito, c. 22., p. 558.* Conf. Woltereckii 1037. 1038. (ubi ipſe Gudius perperam ejus autor eſſe creditur). (89.) *in Bibliotheca Librorum Novorum, M. Nov. & Dec. A. 1699., p. 405.*

tas Principum Bibliothecas vincit. Refert deinde Fridericum IV., Regem Daniæ, 10000. Imperiales, ut eam ſibi vindicaret, Gudii obtuliſſe filio, hunc autem 24000. efflagitare, ſvadetqve Principi, ut 12000. offerat. Ibid., Ep. 382. ad Godofr. Chriſt. a Rappold, Cancellarium Saxo-Vinar., Hamburgo A. 1706., cum auctioni bibliothecæ Gudianæ intereſſet, exarata, p. 568., ita de illa ſcripſit: *Omnes profecto exteri mirantur, eum theſaurum ex Holſatia exportari, de qvo Roma ac Vienna certant, & Angli Daniqve haud obſcure æmulantur. Filius eqvidem Regi Daniæ, tanqvam Principi & Domino ſuo, pro 6000. Imperialibus bibliothecam vendere conſtituerat, ſi munere Conſiliarii ſe ornaret. At repulſam paſſus, auctionis inſtituendæ conſilium cepit: libros autem collatos & Codices Bibliothecæ Principis deſtinavit, ſi præſenti pecunia redimantur. 24000. Imperialibus conſtare patri ſuo mihi affirmavit, ſi 12000. Imperiales accipiat, theſaurum ſibi venalem futurum. Cum ſubjicerem, nullum tam care empturum, reſpondit, pro octonis millibus venditurum, repoſui, ne id qvidem futurum. - - Qvoad conjicio, infra 6000. vix a Gudio vendetur; nam & alia ſunt MSS. in indice non expreſſa, ob gravem, ut intellexi, cauſam, qvam epiſtolæ committere non auſim. Ep. 383.* ad Joh. Chriſtoph. ab Hoffmann, Ducis Saxo-Vinar. primarium ſtatus miniſtrum, Hamburgo A. 1706. ſcripta, *p. 570. 571.*, hæc de eadem habet: *Magnus MSS. apparatus ſupereſt, omnibus privatorum Bibliothecis, qvas in Italia, Gallia, Anglia & Belgio, vidi, præferendus. - - - Leibnizius 4000. Imperialibus æſtimavit, & præſenti mihi aſſirmavit, dignum Principe theſaurum hic aſſervari. Idem miratus eſt Holſatos, gloriæ cupidos, nunc gloriam nominis deſerentes, qvod tam raros codices exportari patiantur. - - Totus prope literatus orbis in Codices manu exſcriptos oculos convertit. Romæ, Viennæ, Londini, Hafniæ, talem tamqve luculentum eruditionis theſaurum, qui vere privatorum opes excedit, mirifice prenſant, qvem Iſ. Voſſius, cum viveret, Germaniæ præreptum voluit, & patruelis fraude ſurreptum avexit in Belgium, venditurus, niſi ex eo per Gudii neceſſarios, & auctoritate regiminis Glückſtadienſis, opportune in Holſatiam retractus fuiſſet.* Deinde, MSS. hæc partim a Ferd. Fürſtenbergio, Epiſc. Paderb., Gudio fuiſſe donata, partim ejusdem beneficio a Bernh. Rottendorfio accepta, partim vero ex monaſteriis Italiæ Galliæqve ab eo conqviſita, narrat. Ep. 384. ad N. C. Lynckerum Vinariæ A. 1706. exarata, p. 573., hæc refert: *Una ſpes Gudio ſupereſt in Anglis & Batavis, theſaurum MSS. prenſantibus: pro ſolo Photii Etymologico, qvod 2. volumm. conſtat, millia numum offeruntur. Romæ qvidam purpuratus, ut fama tenet, emere codices geſtit. - - Sed fortaſſe Angli multo locupletiores vincent.* Ep. 385. ad D. Ant. Lüderum, Med. Hamb., Vinariæ A. 1706. ſcripta, Gudio juniori, pro MSS. Biblioth. paternæ, Ducis Saxo-Vinarienſis nomine, 4000. Thaleros, & Conſiliarii aulici titulum, obtulit.)

TUMBÆ GUDIANÆ INSCRIPTIO (90.):

Viri Illuſtris & Generoſi, MARQVARDI GUDII, qvod reliqvum eſt, hac in tumba reconditur. Qvi, poſtqvam elegantiſſimum perſpicaciſſimumqve ingenium puer juvenisqve oſtenderat, incredibili aſſiduitate & induſtria firmaverat, in peregrinationibus ſummos Belgii, Galliæ, Italiæ, Germaniæ, Viros in ſui admirationem pellexerat, magnos Græciæ Latiiqve theſauros, hactenus abſconditos, & ipſis poſſeſſoribus ignoratos, congeſta incomparabili ſupellectile libraria, & in omnium Bibliothecarum exemplum inſtructa, exportaverat: in patria, ducta in uxorem virgine nobiliſſima, Maria Eliſabetha Paulina, Sereniſſimi primum Principis Sleſvigo-Holſatici, hinc Sereniſſimi & Potentiſſimi Daniæ Regis, Status & Regiminis Holſatici Conſiliis admotus, fidem, prudentiam, dexteritatem, omnibus probavit, dignusqve habitus, qvi, in negotiis Regiis, ad Reverendiſſimum Epiſcopum Monaſterienſem, Ferdinandum, Principum doctorum Principem, ipſe inter privatos Eruditorum Princeps, Legatus mitteretur, magno ab ipſo moriente MSStorum Codicum Legato honoratus. Qvas inter ingenii opes ita vixit, ut, cum Viris per Europam celebratiſſimis, interiore Antiqvitatis Eccleſiaſticæ, Græcæ, Romanæ, omnisqve rei Literariæ, notitia, civili prudentia, Critice, ſoluta ligataqve Eloqventia, vel præripere palmam, vel dubiam facere, potuiſſet, ſibi illas poſſidere, Amicis ac Doctis oſtendere, qvam oſtentare publice, maluit.

Natus eſt die primo Februarii Ann. CIↃDCXXXV.

Obiit Die XXVI. Novemb. Ann. CIↃDCLXXXIX.

Ad hanc vitæ Gudii hiſtoriam (qvam a me conſcribi, anno jam 1692., Wilh. Ern. Tenzelius, in *Dialogis anni illius menſtruis* (91.), optavit) congerendam, præ cæteris autoribus, in ea jam allegatis, magno nobis uſui fuit PETRI ZITSCHERI, Hafnienſis, arcis regiæ Glückſtadienſis Paſtoris, Sermo *de vanitatum nobiliſſima* (von der edelſten Eitelkeit), eruditione ſcilicet, funebris biographicus, lingva germanica, in ejus exeqviis, Glückſtadii d. 25. Febr. A. 1690. habitus, eodemqve *in fol.* iſtic editus.

MICH. GUDII, Sleſvicenſis, fratris ipſius nepotis, Oratio in memoriam ejus Panegyrica, M. Dec. A. 1706. (uti Joh. Burch. Majii *Programma* ad eam teſtatur *invitatorium*) in Academia recitata Kilonienſi, lucem non vidit publicam.

DAN. GEORG. MORHOFII Epithalamion in nuptias ejus Germanicum, præfixiqve huic Hendecaſyllabi latini, & ſeorſim prodierunt, & Kilonii A. 1682., *Parte I. Poematum Germanicorum p. 55-65.*, junctim, ſoli autem Phaleuci *in Veneribus Novis p. 21. 22., & Operibus Poeticis Latinis p. 355.*, lucem denuo aſpexerunt.

Ejusdem Elegia in obitum ipſius funebris, Kilonii A. 1690. in fol. edita, & Lipſiæ mox in 8., curante Frid. Bened. Carpzovio, recuſa, in iisdem qvoqve *Operibus Poeticis Latinis*, Lubecæ A. 1697. excuſis, *Libro II. Manium, p. 518-521.*, locum invenit.

Ex Eruditorum ad eum EPISTOLIS, Epiſtolarum ipſius Syntagmati, Ultrajecti A. 1697. edito, acceſſerunt:

FERD. FÜRSTENBERGII, Epiſcopi Monaſterienſis & Paderbornenſis, Una, Gudianæ ad ipſum (cui reſpondet), *num. 15., p. 17. 18.*, ſubjuncta, ac A. 1668., M. Apr. exarata.

Nec non, qvæ in appendicem adoptivarum, Gudianis adjectam, ſunt congeſtæ:

BENED. ARNOLDI, Monachi Bened. Romani, Una Gallica, *num. 33.*

N. BALCONINI Una Gallica, *num. 37.*

EMERICI BIGOTII Duæ Gallicæ, *num. 35. & 36.*

JOH. ANDR. BOSII Duæ Latinæ (A. 1659. & 1673. ſcriptæ), *n. 5. & 6.*

FRANC. MARIÆ CEFFINI Una Latina (Piſis A. 1662. ſcripta), *num. 7.*

CAR. DATI Duæ Italicæ, *num. 26. & 27.*

WILH. GOESII Una Latina, *num. 24.*

JOH. GEORG. GRÆVII Sex Latinæ, *num. 11. 12. 13. 14. 15. 16., p. 46-55.* (Recuſæ hæ poſtea ſunt inter reliqvas Grævii *Præfationes* & *Epiſtolas*, a Joh. Alb. Fabricio collectas, & Hamburgi A. 1707. editas, *num. 69-74., p. 453-470.*)

ISAACI GRUTERI Una Latina, *num. 18.*

JAC. HOLSTII (Med. Tonning.) Una Latina, *num. 21.*

JOH. HENR. HORBII (Theol. Hamburg.) Una Latina, *num. 20.*

ANT. MAGLIABECHII Tres Italicæ, *num. 28. 29. 30.*

(90.) Exhibetur ſub finem *Sermonis Funebris* Zitſcheriani. (91.) *M. Jan. p. 63.*

MARCI MEIBOMII Una Latina, *num. 19.*
STEPH. le MOYNE Una Latina, *num. 10.*
CAR. OFFREDI Una Italica, *num. 2.*
CAMILLI PEREGRINI, Capuani, Duæ Italicæ, *num. 31. & 32.*
SAM. RACHELII, JC. Kilon., Una Latina, *num. 23.*
THOMÆ REINESII Qvatuor Latinæ (A. 1655. & 1656. ſcriptæ), *num. 1. 2. 3. 4.* (Longe plures, e Bibliotheca Joh. Andr. Boſii & Caſp. Sagittarii, ad Joh. Andr. Schmidium, Theologum Helmſtadienſem, una cum Gudii ἀμοιβαίοις, pervenerunt, teſte Wilh. Ern. Tenzelio, nonnullarum excerpta fuſe exhibente, *in Dialog. Germ. Menſtr., M. Oct. A. 1697., p. 824-835.* Imo Gudius ipſe, uti a Morhofio, *T. I. Polyhiſt., Lib. I., c. 23., p. 287., & Collegii Epiſtolici P. I., c. 1., p. 32.*, eſt traditum, *Reineſianarum, ad ſe ſcriptarum,* volumen ſatis magnum in bibliotheca ſua aſſervabat.)
ALB. RUSII Una Latina, *num. 17.*
EZECH. SPANHEMII Duæ Latinæ, *num. 8. & 9.*
NICOL. MELCHISED. THEVENOTII Una Gallica, *num. 34.*
GOTFR. GVILH. LEIBNITII Latina ad eum Epiſtola ἀνέκδοτος, Hannoveræ d. 4. Apr. A. 1679. exarata, in Muſeo meo, H. Br. dono, locum invenit.
Addantur his:
JOH. JONSII, Præceptoris, Epiſtola de Spartis, Cadmi Sociis, Gudio inſcripta, & ab illo Jenæ A. 1655. *in 4.* edita.
Epiſtolæ Dedicatoriæ, qvibus illi CHRIST. KORTHOLTUS, Theologus Kilonienſis, *Tractatum de Origine & Natura Chriſtianiſmi ex impia cavillantium Ethnicorum ſententia* (Kilonii A. 1672. *in 4.*), ANT. REISERUS, Antiſtes Hamburgenſis, *Anti-Barclajum* ſuum, *ſeu Apologiæ Rob. Barclaji, Qvakeri, pro Theologia vere Chriſtiana Examen* (Hamburgi A. 1683. *in 8.*), & BALTH. HELDIUS, Dithmarſus, *Dyadem Orationum* (Sleſv. 1685. *in 4.*), conſecrarunt.
MEUS *Cimbriæ Literatæ Prodromus,* ſive *Diſſ. de meis in hiſtoria patriæ literaria conatibus Epiſtolica,* ipſi inſcripta, & Sleſvigæ A. 1687. *in 4.* edita.
JOH. SCHEFFERI Epiſtola ad Sam. Rachelium, qva Gudii deſideravit amicitiam, in appendice. Gudianarum adoptiva, *num. 22.*, & Joh. Frid. Gronovii commendatitia Noſtri atqve Sam. Sciaſſii, ad Bernh. Rottendorfium A. 1664. M. Jul. exarata, ibidem *num. 38., p. 72. 73.*, obvia.
Duæ, item HENR. OLDENBURGII, Societ. Regiæ Anglicanæ Secretarii, de Gudio, ejusqve ἀνεκδότοις ac MSStis, Londino ad D. G. Morhofium A. 1672. & 1673. perſcriptæ, qvas in eadem Appendice, *num. 39. & 40., p. 73. 74.*, invenies.
Conferri de illo, præter Autores alios, antea jam allegatos, poſſunt LIPSIENSES *in Actis Erud., M. Oct. A. 1688., p. 566. 567., & M. Mart. A. 1697., p. 139-146.* (ubi vitæ ejus breviter traditur, & ex Epiſtolis editis illuſtratur, hiſtoria), WILH. ERN. TENZELIUS (paulo fuſius itidem, qvæ ad vitæ & ſcriptorum ſpectant notitiam, congerens) *in Dialogis Menſtruis Germanicis, M. Jul. A. 1690., p. 693. 694., M. Jan. A. 1692. p. 63., & præſertim M. Oct. A. 1697., p. 805-863.*, JOH. FRID. GRONOVIUS *in Præfat. Plauti, A. 1669. a ſe editi,* D. G. MORHOFIUS *T. I. Polyhiſtoris, Lib. I., c. 7., p. 54. 64. 70., c. 16. p. 177., c. 24. p. 291., c. 25. p. 316-319., Lib. 4. c. 7. p. 88., c. 11. p. 149. 150., c. 12. p. 171., c. 14. p. 216.*, & locis aliis, in indice autorum annotatis, in *Lib. de Patavinitate Liviana, c. 1., p. 13., ac c. 3. p. 28. 29. ſqq., & Parte II.* des Unterrichts von der Teutſchen Sprache und *Poeſie, c. 7., p. 352.*, PAULUS COLOMESIUS *in Opuſc. Liter.* (*dans le Recueil des Particularitez*), *p. 127. 128., & la Bibliotheqve Choiſie p. 105.*, HENN. WITTENIUS *Tomo II. Diarii Biograph. Sec. XVII. p. 169. 170.*, BENED. HOPFERUS in Epiſt. ad Amicum A. 1674. ſcripta, & Rolandi Mareſii *Philologicis*, in Editione Lipſienſi, ſubjuncta, *p. 687. 688.*, THEOD. JANSONIUS *in Biblioth. Promiſſa & Latente p. 24.*, PET. BÆLIUS *in Novellis Reip. Lit. Gallicis, M. Jun. A. 1685., p. 615. 616.*, PET. BURMANNUS *in Præfat. Epiſtolarum ejus, a ſe editarum,* BURCH. GOTTH. STRUVIUS *in Introd. ad Notit. Rei Lit., c. 4., §. 14., p. 147. 148. edit. ſec., & c. 8., §. 23., p. 429. 430.* CORN. a BEUGHEM *in Apparatu ad Hiſt. Lit. Noviſſ., Conſp. IV., p. 125.*, JOH. FRANC. BUDDÆUS *T. II. Lexici Hiſtorici Germanici p. 315.*, JOH. CHRIST. WOLFIUS *in Vindiciis pro Gudio, contra Jac. Gronovium,* editioni ſuæ *Fabularum* Phædri Flensburgenſi A. 1709. adjectis, JOH. ALB. FABRICIUS *Lib. V. Biblioth. Græcæ, P. I., c. 1., p. 205.*, JOH. FABRICIUS *Parte IV. Hiſtoriæ Biblioth. Fabricianæ p. 13. 14. 15.*

ELOGIA.

א. ITALORUM.

LEONEM ALLATIUM, *in Tr. de Synodo octava Photiana,* honorificam admodum & ſui, & *Diſſ.* ſuæ *de Clinicis,* injeciſſe mentionem, ipſe olim mihi narravit.
FRANC. MARIA CEFFINUS Epiſtolam ad eum ſuam, Piſis Kal. Febr. A. 1662. ſcriptam (*in Append. Gudianarum, n. 7., p. 43.*), his verbis eſt exorſus: *Ingens eruditio ac doctrina, qva literatorum allicis animos, nec minor ea humanitas, qva cunctorum corda obſtringis, aureis me devinxere catenis.*

ב. GALLORUM.

PET. DAN. HUETIUS (*in Notis ad Origeniana, p. 24. ed. Colon. A. 1685.*) eum *virum* ſalutat *eruditum*, nec non (*Lib. III. Comm. de rebus ad ſe pertinentibus p. 73.*) virum *celebre nomen in literis merito ſuo conſecutum.*
STEPH. le MOYNE, *Ep. 10. ad eum* (*in append. Gudianarum p. 45. 46.*), fuſe doctrinam illius celebrat, & *a nemine majora cultioraqve, qvam ab ipſo, nunc eſſe expectanda,* pronunciat.
ÆGID. MENAGIUS non ſolum, in *Obſervationibus ad Diog. Laertium*, paſſim eum laudavit, ſed &, in colloqvio cum Balth. Heldio (teſte hujus *Ep. dedicatoria Dyadis Orationum*), *hominem* appellavit *divinum, tantumqve literarum Herculem, vel Gallum, vel, Homeri inſtar,* πολύπατριν, *eſſe*, optavit.
PAULUS COLOMESIUS, *in Gallia Orientali* (honorificam etiam *p. 119. & 268.* ejus injiciente mentionem) *p. 192.*, *virum eruditione & humanitate magnum,* in *Opuſcc. Literariis p. 127. ſavant homme de la Duché de Holſtein,* ac in *Biblioth. ſelecta*, Gallice edita, *p. 105.*, *homme qvi ſait une infinité de choſes, & qvi prend un extreme plaiſir à en faire part,* Noſtrum ſalutavit.
JOH. CLERICUS (*T. IV. de la Biblioth. Choiſie p. 254.*) eum *Virum* vocat *eruditum*, & ob judicii critici accurationem (*l'exactitude & bon gout*) commendat.
FRANC. COMBEFISIUS, *in Bibliotheca Concionatoria,* A. 1662. edita, *T. I., p. 19.* (teſte Joh. Alb. Fabricio *Lib. V. Bibl. Gr., P. I., c. 1., p. 205.*), eum vocavit *ingenuum, ſupraqve ætatem eruditum, ac literarum avidum adoleſcentem.*

ג. GER-

2. GERMANORUM, BELGARUM ET CIMBRORUM.

ACTORUM ORBIS ERUDITI LIPSIENSIUM COLLECTORIBUS, *M. Oct. A. 1688., p. 566. 567., Vir* audit *ſummus, M. Mart. A. 1697., p. 139., Vir, cum eruditionis fama, tum dignitate, dum viveret, illuſtris*, &, *M. Oct. A. 1710. p. 468., excellentis doctrinæ Vir, & inter principes olim Criticos habitus.*

ANONYMO Autori (qvi Gothofr. Gvilh. Leibnitius eſt) *Diſſertationis de Nummis Gratiani* (Joh. Georg. Eccardi *Excerptorum e libris recentioribus M. Auguſto A. 1701. ſubnexæ*), *p. 5. 6., Vir inſignis, & noſtro tempore in antiquarum Inſcriptionum doctrina princeps, acerrimi ingenii, & ditiſſimæ eruditionis.*

PET. AXENIO, in *Notis ad Lib. I. Fabularum Phædri p. 10., ingenioſiſſimus, p. 130. Vir emendatiſſimi ingenii & exterſi judicii, Muſarum amor, p. 139. Vir accuratiſſime doctus & eruditus, p. 140. Vir ſanandis bonis ſcriptoribus, in morbo cubantibus, natus.*

FRID. BRUMMERO, in Epiſt. ad Thom. Reineſium A. 1666. exarata (*in Tenzelii Dial. Germ. Menſtr., M. Oct. A. 1697., p. 837.*), Vir *de qvo vere dici poteſt, neminem hactenus inter eruditos tam muſicum iter peregiſſe.*

JOH. FRANC. BUDDÆO (*T. II. Lex. Hiſtor. p. 315.*) ein berühmter *Polyhiſtor.*

JOACH. FELLERO (*in Italia Erudita in Miſnia, Carm. 16.*) *Teutoniæ Varro, Cimbri oraclumqve Monarchæ.*

JOH. GEORG. GRÆVIO, in *Præfat.* Heſiodi, A. 1667. a ſe editi, *Vir clariſſimus & elegantiſſimus, cui plurimis nominibus ſit devinctus*; in *Lectionibus Heſiodeis, cap. 2., p. 11., Vir doctiſſimus, & ſibi conjunctiſſimus, cui brevi plurimum res literaria debebit*; in *Præfat.* Orationum Ciceronis, A. 1699. publicatarum (*in Syntagm. Præfatt., num. 14., p. 66.*), *Vir ſummus, cujus memoria nunqvam exoleſcet*; in *Præfat.* Flori, A. 1680. editi (*ibid. num. 15., p. 86.*), *Vir dignitate, ingenio, & doctrina recondita, inprimis hujus ſeculi conſpicuus, ſibiqve longo multorum annorum uſu conjunctiſſimus*; &, in *Præfat.* tandem *Tomi V. Theſauri Antiqq. Rom.* (ibid. *num. 51., p. 318. 319.*), *Vir excellens ingenio, doctrina & dignitate, ſibiqve, cum ſupereſſet, per omnem ætatem conjunctiſſimus.*

JOH. FRID. GRONOVIUS, in Epiſt. ad Bernh. Rottendorfium, Medicum Monaſterienſem, A. 1664. M. Jul. exarata (qvam Gudianarum *appendix, num. 38., p. 72. 73.*, exhibet), huic illum, & Sam. Sciaſſium, comitem, verbis commendavit ſeqventibus: *Qvi tradiderunt has tibi, clariſſimi Viri, M. Gudius, Holſatus, & Sciaſſius Hagenſis, & boni ſunt, bonis prognati, & omni liberali doctrina cultiſſimi. Qvicqvid eſt tota Gallia & Italia nobilium bibliothecarum, non perluſtrarunt modo, ſed & excuſſerunt: multos antiqviſſimos Codices contulerunt aut deſcripſerunt: multos ære ſuo pararunt ac poſſident: in his & in illis obſervata plurima, qvæ adhuc ignoramus, brevi ſunt, cum Deo benevolente, in lucem daturi, toti in literis & literarum cauſa viventes, opesqve & operas inter ſe communicantes. Et hujus etiam peregrinationis non alia illis cauſa eſt, qvam ut Germaniæ pluteos percenſeant. Vides, qvam rarum & incomparabile par ad te allegarim.* Gudium ſolum idem, in *præfat.* editionis ſuæ Plautinæ, hoc A. 1669. dignatus eſt Elogio: *Celeberrimus D. Marqv. Gudius, a qvadriennii peregrinatione, ſupra qvam dici poteſt eleganter ac muſice, tranſacta, redux, attulit bonarum chartarum, MSS. Codd. Græcorum & Latinorum, editorum & ineditorum, & rariorum librorum, copiam, nummorum qvoqve, lapidum & Inſcriptionum, ſupellectilem. Ipſe qvoqve bonos & veteres Autores plures cum MSS., diligentia & fide maxima, contulit, emendavit & reſtituit. Inſcriptionum, cura ejus ſingulari collectarum, & bene diſpoſitarum, qvas inter non paucæ difficillimæ ſed jucundiſſimæ expoſitionis ſunt, mentionem feci num. 47., & ſolidam nobiliſſimi Viri eruditionem ſemper magnifeci, & expertus ſum ipſe ſæpius.* Qvem locum Rud. Capello, *in Nummophylacii Lüderiani Sciagraphia* eum recitanti, debeo.

BENED. HOPFERO (*in Epiſt. ad Amicum*, paulo ante allegata, *p. m. 687.*) *Vir* audit *eximius.*

JOH. HENR. HORBIO (*in Hiſtoria Origeniana p. 34.*) *Vir doctiſſimus & celeberrimus.*

JOH. JONSIO (*Lib. 2. de Scriptoribus Hiſt. Philoſ., c. 9., p. 163.*) *Doctiſſimus juvenis.*

CHRIST. KORTHOLTUS (*in Ep. Dedic. Tractatus de Origine & natura Chriſtianiſmi*) *raram & omnigenam* ejus celebrat *eruditionem.*

GOTTLOBIUS KRANTZIUS, Prof. Uratislav., *in Præfat. Memorabilium Biblioth. Eliſabethanæ Uratislavienſis*, A. 1699. editorum, comitem illum adjungit Joh. Sambuco, Thomæ Rhedigero, Joh. Vinc. Pinello, Peireſcio, aliisqve *viris ſummis, qvi, bibliothecis collectis illuſtribus, ingenti ſumptu, omniqve conatu, literas ac literatos juverunt.*

PET. LAMBECIUS (*Lib. I. Comm. de Biblioth. Vindobon.*) *Virum* vocat *eruditiſſimum.*

GOTFR. GVILH. LEIBNITIUS, in Epiſtola ἀνεκδότῳ, Hannoveræ d. 4. Apr. A. 1679. ſcripta, hiſce verbis compellat: *Qvod potiſſimum diſcere opto, hoc eſt: Qvando tandem ex tanto theſauro tuo aliqvid in publicum erogare voles? Velim enim meminiſſe te, & qvid ſeculo, & qvid patriæ, debeas: ut habeat noſtra ætas, qvod Scaligeris Salmaſiisqve opponat, Germania autem, qvod exteris, eruditioni noſtrorum hodie inſultantibus, etiam præferat.* Idem ſeqvens de illo tulit judicium, teſte Joach. Frid. Fellero (*in Otio Hannov. p. 209.*): *Doleo tantum virum non ſatis noſci eruditis, qva parte merebatur.*

LUBECENSIBUS (*in Novis Liter. Septentr., M. Sept. A. 1698., p. 164.*) *Polyhiſtor* audit *celeberrimus.*

JOH. BURCH. MAJUS (in Programm. Kilonienſi, Mich. Gudii Orationi in memoriam ejus A. 1706. conſecrato) ita de illo: *Magnum eſt in orbe nomen illuſtris Viri, Marqv. Gudii, Polyhiſtoris longe lateqve celebratiſſimi, maxima ac immortalia in univerſam rem literariam merita.*

GERH. a MASTRICHT (*in Hiſtoria Juris Eccleſiaſtici p. 270.*) *Clariſſimum* eum ſalutat *& eruditiſſimum.*

HENR. MEIBOMIUS Jun., *in Additt. ad Val. Henr. Vogleri Introd. in notit. Bon. Script. p. 162., Virum illuſtrem, erudito orbi nimis cito ereptum*, & in editione iſtorum auctiori, A. 1700. excuſa, *p. 157., Virum, cum in vivis eſſet, eruditionis fama & dignitate illuſtrem.*

DAN. GEORG. MORHOFIUS, cum in *Lib. de Patavinitate Liviana, c. 1., p. 13., ſagaciſſimum & feliciſſimum MSS. Codicum indagatorem, c. 3. p. 29. & c. 12. p. 158. Virum in literis elegantioribus incomparabilem*, in *Præfat. Orationis* M. Ant. Majoragii *de Auro, diligentiſſimum deliciarum literariarum indagatorem, T. I. Polyhiſtoris, Lib. 1., c. 7., p. 54., Virum ſummum*, & paulo poſt *p. 70.*, præmiſſo inſigni bibliothecæ ejus elogio, ſupra jam recitato, *ſingulare ſeculi noſtri decus*, venerabundus appellavit, ſimulqve *eſt obteſtatus, ne ſua in vetuſtis autoribus admirabili plane, εὐστοχίᾳ obſervata, ne Poemata, qvæ cum antiqvis de palma contendunt, ne incomparabile illud Inſcriptionum opus, tot annos illi perpolitum, luci publicæ, poſteritati, ſuæqve amplius invidere gloriæ vellet.* Fuſius idem, in Epithalamio pariter atqve Epicedio, antea jam allegatis, ſummam Gudii eruditionem, dotes ingenii eximias, & famam longe lateqve in orbe literato diffuſam, celebravit. In illius, lingva concinnati Germanica, inſcriptione ac proœmio *Virum doctrinæ incomparabilis, Phœbi delicium & novem ſororum, artium decus elegantiorum, aureiqve ſecli certam propaginem, externi orbis cenſorem ſtudioſum, Germani jubar & perenne ſidus*, in ipſo autem textu dieſer Zeiten Pracht, des Cimberlandes Zier, & den Phœnix der gelährten Welt, eum appellavit. In hoc vero, poſt Grævium, Huetium, Menagium, cæterosqve defuncti in

ſti in regionibus exteris amicos, verſibus compellatos qverulis, ſeqventibus præſertim, qvanto ſui ornamento, morte illius, reſpublica orbata ſit literaria, indicavit Elegis:

Veſter amorqve noſterqve, ſuorum gloria Cimbrum,
Gudius, heu qvanti nominis umbra! cadit.
Tot vobis qvondam titulis, tot honoribus, auctus,
Qvas patria moriens ſpes tumulavit humo!
Qvæ non invidiæ meruit ſuffragia? noſtris
Si gens nominibus non ſatis æqva fuit.
Qvas Latii congeſſit opes! qvas Itala tellus
Civibus ægreſcat non patuiſſe ſuis.
Ignorata domi veteris veſtigia Romæ
Eruit ille ſuis advena doctus agris.
Qvanta erat ingenii penetrantis in abdita rerum
Machina! qvam ſaturum pectus & ampla penus!
- - - - - - - -
Qvicqvid Graja notat, qvicqvid Romana vetuſtas,
Et qvæcunqve domi gens ſibi nota ſapit,
Ille ſuis animo diſtinxerat omnia ſeclis,
Ducta per ætates omnia ſcripta ſuas.
- - - - - - - -
Qvid referam excuſſos ſua ad incunabula Faſtos,
Qveis noſtræ prodit relligionis opus?
Scilicet hac poterat Noſter regnare palæſtra,
Hac ipſos poterat vincere parte Duces.
Hiſtorias veterum qvam volverit ille ſophorum,
Extuderit ſenſus, contuleritqve tribus,
Te pateat nobis, ſed qvanto teſte! Menagi,
Laerti in doctis qvi canis iſta ſcholis.
Tu meminiſſe potes, veſtri meminere Poetæ,
In Batavis Muſas qvi coluere, ſciunt:
Qvam caſte priſcisqve ſimillima vatibus ille
Scripſerit, ingenium qvod, qvis in arte nitor.
- - - - - - - -
Speratæ pereunt tot in uno funere meſſes:
Nec ſatis hanc cladem natio docta capit.
Nec levibus miſeri jacturis carpimur: uno,
Uno nunc pereunt omnia naufragio.

LUDOLPHO NEOCORO & HENR. SIKIO (*in Biblioth. Librorum Novorum, M. Mart. & Apr. A. 1698., p. 149.*) *Vir* audit *ſummus.*

AD. OLEARIO (*in Præfat. Itinerarii Orientalis Georg. Anderſoni*) Ein ſehr gelahrter, wolgereiſeter und hocherfahrner Mann.

JOH. WILH. PETRÆO (*in Nube Teſtium de Regno Chriſti glorioſo, Lib. 2., p. 114.*) *Vir magnus & eruditus.*

VINC. PLACCIO (*in Invitatione ad Opus ſuum de Scriptoribus Anonymis augendum p. 17.*) *Vir fama ſuper æthera notus.*

CONR. SAM. SCHURTZFLEISCHIO (*in Epiſtola, Nicol. Pet. Sibberi Schediaſmati de Libris Latinorum Eccleſiaſticis A. 1706. præfixa*) *Vir maximus, & in literatos, cum viveret, propenſiſſimus.*

VITO LUD. SECKENDORFIO (*in Comm. de Lutheraniſmo, Lib. 3., Sect. 21., §. 84., p. 342.*) *Vir doctiſſimus, magnæqve in aula Holſatica dignitatis.*

SEV. WALTH. SLUTERO (*in Propylæo Hiſtoriæ Chriſtianæ p. 120. Edit. ſec.*) *Vir celeberrimus.*

EZECH. SPANHEMIO, *Diſſ. V. de præſtantia & uſu Vet. Numiſm., Vir doctrina inſignis, Diſſ. VI. Vir longe eruditiſſimus,* & *Diſſ. IX. Vir ab omni liberali doctrina egregie inſtructus, idemqve peracri ingenio.*

FRID. SPANHEMIO Jun. (*in Summa Hiſtoriæ Eccleſ. p. 131. 132., & in Introd. ad Hiſt. Sacr., T. I., p. 330.*) *Ornamentum rei literariæ.*

BURCH. GOTTH. STRUVIO (*in Biblioth. Antiqq. Rom., Libro I. Syntagmatis illarum A. 1701. præfixa, p. 32.*) *Vir illuſtris.*

JOH. WERLHOFIO (*in Progr. Fun., Henr. Meibomii Jun. memoriæ ſacro, p. 14.*) *Vir in re antiqvaria & literaria incomparabilis.*

HENN. WITTENIO (*T. II. Diar. Biograph. Sec. XVII. p. 169.*) *Polyhiſtor maximus.*

JOH. CHRISTOPH. WOLFIO (in Vindiciis pro ipſo contra Jac. Gronovium, Phædro ſuo adjectis *p. 65. 66.*) *Vir de re literaria omnium judicio meritiſſimus, & eruditis, qvoad viveret, percharus, poſt funera deſideratiſſimus.*

PET. ZITSCHERO, *in Sermone Funebri p. 4.*, der gelahrteſte Mann unſers gantzen Nordens; *p. 19.* ein Mann, an welchem alleine Holſtein beſeſſen, was das ſinnreiche Italien, das hurtige Franckreich, das gelahrte Engelland und Holland, an vielen gehabt; *p. 20.* ein Mann, der nirgend beſſer bekandt, als in der Frembde, woſelbſt man auch die bloſſe Benennung ſeines Nahmens veneritt; *p. 31.* der, ſo lange die Gelahrſamkeit in der Welt etwas gelten mag, wird unſterblich ſeyn; *p. 25.* der in ſeinem Gehirn eine lebendige Bibliotheck præſentirte; *p. 30.* ein Poet, der mit den allerbeſten einen Wettſtreit können halten, ein Hiſtoricus, der auch die allerfernoſten Antiqvitäten außgeforſchet, ein Mann der ja ſo univerſell in ſeinem Wiſſen, als ſeine unvergleichliche Bibliotheck, die wegen der MSS. ſo vollkommen, daß wol keine privat Bibliotheck ihr den Vorzug wird nehmen.

MIHI deniqve, *in Prodromi Cimbriæ Literatæ inſcriptione*, patriæ Muſageta, ac Vir illuſtris, in ſeculi ornamentum & patriæ gloriam natus; *in Præf. Iſagoges ad Hiſt. Cimbr.*, Cimbriæ Muſageta & Polyhiſtor incomparabilis; &, in *Homonymoſcopia, Sect. II., c. 4., §. 36., p. 385.*, Vir illuſtris, & merito ſuo dudum inter lumina Cimbriæ, & ſeculi noſtri, potiora relatus.

CENSURÆ.

De JAC. GRONOVII proterva adverſus defunctum, in ſuis ad Phædrum Emendationibus, maledicentia, a JOH. CHRISTOPH. WOLFIO caſtigata, infra, in hiſtoria laboris in Phædrum Gudiani, nonnulla afferentur.

SCRIPTA EDITA.

ℵ. PROPRIA.

Εὐφημία, ſeu verſa Panegyrica, M. Joh. Jonſenii, ad Scholæ Rendesburgenſis Rectoratum vocati, novis honoribus gratulans. Hamb. 1652. in fol. (Carmen juvenile heroicum). (*1. pl.*)

Apotheoſis Joh. Adolphi Taſſii, Matheſeos Profeſſoris Hamburgenſis, ſive Epicedion illi ſcriptum. Hamb. 1654. in fol. (*1. pl.*)

Scazon in laudes Thomæ Reineſii, Jenæ, circa A. 1655., excuſſus. V. Reineſii ipſius (ἀμεζείαν illius in ſe laudando amice improbantis) *Epiſtolam primam* ad Gudium, inter adoptivas, Gudianis adjectas, *num. 1. p. 36.*

De Clinicis veteris eccleſiæ Exercitatio Hiſtorica, Præſide Joh. Andrea Boſio, Prof. publico, a Joh. Brandshagen, Preza Holſato, propoſita. Jenæ A. 1657. in 4. Recuſa ibidem A. 1664. in 4. Ibid. 1707. in 4. Imperfectam hanc eſſe, & alium, qvam ſe, autorem, telam inchoatam aliqvando continuaturum, agnoſcere, Brandshagius Reſpondens verbis, in Epilogo, ſignificavit ſeqventibus: *Hactenus, lector bone, habes tantum Hiſtoriæ Clinicæ primam partem. Ratio non una, noſtris rationibus interveniens, iſtam materiæ diſſolutionem nobis imperavit. Supereſt altera & potior pars, qvam magnitudo rei & perſonarum dignitas illuſtrabit, in qva cum tertium Clinicorum genus primas teneat, recoqvenda*

omnino

omnino erit de Baptiſmo Conſtantini celebris controverſia, & auctoritas Euſebii ab injuriis Baronianis vindicanda: deinde poſtea conditio Clinicorum in veteri eccleſia, ſtatusqve eorum omnis, curioſius explicabitur. Hæc interim, qvæ voto noſtro, tanqvam prima exercitii academici libamenta qvædam, ὡς ἐμοὶ φίλος πρῶτιστος ϗ ἐπιδέξιος *liberaliter tranſcripſit, judicio modeſtiori expende. - - - Qvod ſi vero tibi, lector, iſtam opellam & qvalemcunqve voluntatem non omnino improbari intellexero, erit fortaſſe aliunde ſpes certa, ut non iſta tantum, qvæ jam legis, multis locis diſſingantur, & faciem amoeniorem induant, ſed reliqva etiam, ſi tanti erunt, qvamprimum numeris ſuis exacta videas.* Verus ſcilicet autor ſchediaſmatis hujus elegantiſſimi, ſub popularis ſui publicati nomine, fuit Gudius noſter, Apellis inſtar poſt tabulam latendum ſibi tunc arbitratus, ſed a me, ab ipſomet de κρύψει iſta nominis ſui edocto, *P. II. Iſag. ad Hiſt. Cimbr., c. 3., §. 9., p. 58. 59.*, eruditis A. 1692. detectus, qvi partem reliduam, una cum priore multis locis aucta, prælo qvidem paratam jam eſſe affirmavit, ſed edere tamen ſuperſtes neglexit. Ipſe Gudius, in Epiſt. ad Thom. Reineſium A. 1656. exeunte ſcripta (apud Tenzelium *in Dial. Menſtr. Germ., M. Oct. A. 1697., p. 833.*), hiſce verbis Diatribæ iſtius ſuæ injecit mentionem: *De Baptiſmo Clinicorum in veteri eccleſia, ductu meo & conſilio, qvidam ſolidæ eruditionis ſerio cupidus Diſſertatiunculam dabit. Confido egregia multa vobis circa lectularios hoſce obſervata, e qvibus ſi habere aliqvid liceret, foret id mihi in deliciis.* Ad pertexendam illam ergodioctes ipſi extitit Præſes ejusdem, Joh. Andr. Boſius, in cujus epiſtola priore ad Noſtrum, A. 1659. exarata, hæc (*in appendice Gudianarum, num. 5., p. 42.*) leguntur: *Qvando autem tua de Clinicis prodibunt? partis ejus, qvæ apud nos excuſa eſt, dudum diſtracta ſunt exemplaria, jamqve permiſi typographo, ut denuo excudat, aut noſtris de Pontifice brevi recudendis, ſubnectat. Qvod ſi tacita ſpes eſt, integram prodituram, faxo ut omittat.* Gudium tale qvid edidiſſe Iſaacus etiam Gruterus A. jam 1664. reſciverat, qvo ita illum (*ep. 18. appendicis jam memoratæ*) compellavit: *Hippolyti autem tui, & ſi qvod de Clinicis te autore extat, ut obſcura fert fama, opuſculi, exempla, monſtra, unde haberi meis qveant impenſis.* Conferatur Wilh. Ern. Tenzelius, qvi, *l. c. p. 834. 840. 846.*, Diatriben hanc Gudio, poſt me, publice, e locis epiſtolarum ipſius, Boſii & Gruteri, modo recitatis, itidem aſſeruit. Sub Boſii eam nomine honorifice allegarunt Balth. Bebelius (in Antiqq. Eccl. Sec. IV. T. poſt., *p. 773.*, teſte G. H. Götzio *in Concc. Miſcell. p. 457.*, *Tractatum pereruditum* appellans), Joh. Gvilh. Baierus (*in Diſſ. pro Concilii Niceni autoritate, c. 6., §. 12., p. 135.*) cui *doctiſſima* audit, & Chriſtoph. Sontagius (*in Auctario veneni Matæologiæ Arminianæ p. 39.*) *bellam* eandem eſſe judicans, ſub Gudiano autem veri (a qvo ſibi oblata erat) autoris, ex ipſis Pontificiis, Leo Allatius, *in Tr. de Synodo octava Photiana*, ſicut narratum olim a Noſtro mihi eſſe recordor.

Jambi in fontem mellitum tractus Paderbornenſis, Ferd. Fürſtenbergii, Epiſcopi Paderbornenſis, verſibus elegantiſſimis æternitati conſecratum. A. 1683. in fol. (½ *pl.*) De his ita Morhoſius in Elegia in obitum Autoris funebri:

Hæſerat attonitus qvondam Fernandus in illis,
Viſus & illecebris mollibus ille capi.
Mellea mellifluo caneret cum flumina verſu,
Ut ſapor a cantu dulcior iret aqvis.

Marqv. Gudii, & doctorum virorum ad eum, Epiſtolæ. Qvibus accedunt, ex Bibliotheca Gudiana, clariſſimorum & doctiſſimorum, qvi ſuperiore & noſtro ſeculo floruerunt, virorum Epiſtolæ, hactenus ineditæ, & Claudii Sarravii, Senatoris Pariſienſis, antea qvidem editæ, ſed jam ex eadem bibliotheca auctiores publicatæ; curante Petro Burmanno, Profeſſore Trajectino. Trajecti ad Rhenum, apud Franc. Halmam, A. 1697. in 4. maj. (*4. Alphab.*). Lugd. Bat., apud Joh. de Vivie, 1711. in 4. Continet Syntagma hoc epiſtolicum, Joh. Georg. Grævio (qvi illas, poſt Gudii mortem, in ſuam delatas, una cum Phædro illius, poteſtatem, edendas ſibi commiſerat) epiſtola a Burmanno inſcriptum dedicatoria, & alia inſuper ornatum præfatione, in qva de Gudio, cæterisqve epiſtolarum autoribus, paucis diſſerit, & Centurias Eraſmianarum, Caſaubonianarum, Caſelianarum, Wouwerianarum & Lipſianarum ἀνεκδότων, integras, a Noſtro (teſte Morhoſio *T. I. Polyhiſt., Lib. I., c. 25.*) aſſervatas, ſed ad Grævium haud perlatas, ab hæredibus itidem, ſed fruſtra (cum relatio illa Morhoſii, uti paulo poſt forte monebitur, dubiæ ſit fidei), optat publicari:

1. (p. 1-35.) XXVII. Epiſtolas Gudii ipſius latinas, duas ſcil. ad Æg. Menagium (de ſcriptis Theophraſti & Eunapio Pariſiis A. 1661. exaratas), totidem ad Nicol. Heinſium, uti & ad Joh. de Schriecke, Conſulem Daventrienſem, decem ad Joh. Georg. Grævium, ſingulas autem ad Camillum Peregrinum, Bened. Mellinum, Ezech. Spanhemium, Wilh. Goeſium, Alb. Ruſium, Mich. Erminium, Chriſt. Caſſium, Pet. Blockium popularem, Ferd. Fürſtenbergium, Epiſc. Paderbornenſem (cujus reſponſoria humaniſſima, Gudianæ A. 1668. repoſita, huic, *num. 15., p. 17. 18.*, mox ſubjungitur), Alb. Niropium, & Gymnaſii Daventrienſis Curatores.
2. Tres alias Gudii ad Æg. Menagium Epiſtolas, (*) Pariſiis A. 1660. ſcriptas, Locaqve Diogenis Laertii, in Vita præſertim Platonis, varia obſervationibus eruditis (maximam deinde partem Menagii inſertis Commentario) illuſtrantes, ſeorſim, in ſesqviqvaternione peculiari, qvod ſerius, poſt editionem Syntagmatis jam abſolutam, e Gallis ab Hervæo Pet. Sim. Valheberto eſſent ſubmiſſæ, ſub finem illius, impreſſas. (Qvæ Th. Crenius in harum allegationibus emendat, v. *P. XVII. Animadv. p. 106. 107.*)
3. (p. 36-74.) XXXVI. Virorum doctorum ad Gudium Epiſtolas, partim Latinas, partim Italicas, partim Gallicas, hisqve immiſtas duas Henr. Oldenburgii ad D. G. Morhoſium, & ſingulas Joh. Frid. Gronovii ad Bernh. Rottendorfium, ac Joh. Schefferi ad Sam. Rachelium, de Gudio, laudibusqve ejus & MSStis, exaratas, qvarum Catalogum, ſupra jam exhibitum, hoc loco non repetemus.
4. (p. 75-334.) Epiſtolas CCLXV. virorum, qvi ſeculis XVI. & XVII. inclaruerunt, doctiſſimorum, hactenus ἀνεκδότους, e Gudii (qvi omnium avtographa felici ſtudio collegerat) bibliotheca nunc primum editas, omnes (ſi qvatuor circiter Italicas excipias) ſermone latino, ad alios homines eruditos, & nonnullos etiam Principes, maximam autem partem ad Joh. Kirchmannum (cui CXXVI. ſunt inſcriptæ), Franc. Calvum (Typographum Pontificium), Franc. Cicerejum, M. Ant. Majoragium, Joh. Meurſium, Gothofr. Jungermannum & Claud. Salmaſium, exaratas. Qvas inter XXVII. Andr. Alciati, II. Andr. Camutii, III. Seb. Corradi, V. M. Ant. Majoragii, V. Jac. Bongarſii, II. Beati Rhenani, III. Jos. Scaligeri, VIII. Is. Caſauboni, XX. Joh. Oporini, II. Hug. Grotii, II. Marci Velſeri, V. Dav. Hoeſchelii, V. Juſti Lipſii, XI. Jani Gruteri, X. Georg. Remi, VI. Joh. Rutgerſii, VII. Dan. Heinſii, II. Caſp. Barthii, II. Melch. Goldaſti, XIX. Conr. Rittershuſii, III. Chriſtoph. Coleri, VII. Mich. Piccarti, III. Mart. Ruari, IX. Joh. Caſelii, IV. Joh. Wouwerii, V. Joh. Meurſii, II. Joh. Kirchmanni, V. Frid. Lindebrogii, II. Lucæ Holſtenii, II. Joh. Chriſtenii, XV. Jani Gebhardi, III. Caſp. Hofmanni, III. Steph. Joh. Stephanii, II. Thomæ Reineſii, VI. Joh. Frid. Gronovii, VI. Is. Voſſii, ſingulæ autem Laz. Bonamici, Balth. Bonifacii, Lud. Coelii Rhodigini, Hier. Cardani, Gaud. Merulæ, Ant. Minturni, Domin. Molini, Marii Nizolii, Jani Parrhaſii, Baſil. Chalcondylæ, Thomæ Phædri, Bened. Theocreni,

(*) Una harum ad Menagium Epiſtolarum, in Verſibus Epicharmi, apud Diog. Laertium obviis, reſtituendis occupata, in Menagii in hunc Obſervationibus integra jam ante prodierat.

ni, Cæſ. Trivultii, Er. Roterodami, Jac. Aug. Thuani, Seb. Gryphii, Theod. Canteri, Jul. Pflugii, Lev. Torrentii, Andr. Schotti, Hub. Giphanii, Theod. Buſſii, Eilh. Lubini, Herib. Roſweydi, Ubb. Emmii, Caſp. Gevartii, Georg. Mich. Lingelshemii, Georg. Calixti, Gerh. Joh. Voſſii, & aliorum, qvos prætereo, hominum minoris famæ eruditorum, occurrunt. Celebravit illas, & plures ſimul aliorum virorum, qvorum nihil in hac ſylloge prodiit, doctorum, cæterisqve haud inferiorum, etiamnum ineditas, ac mihi etiam magnam partem olim a Gudio monſtratas, nonnullaqve ſimul, & ex illis, & ex hiſce, ἀξιομνημόνευτα recenſuit, Dan. Georg. Morhoſius *Tomo I. Polyhiſtoris, Lib. I., cap. 25., p. 316-320.* Ubi & Pauli Manutii ſimul Epiſtola ad Joh. Cratonem prolixa & elegantiſſima, Id. Jun. A. 1570. ſcripta, qvam Manutianarum editores omiſerunt, nec Burmannus in hoc recudi curavit Syntagmate, e Theſauro Gudiano, προγυμνάσματος inſtar, ab illo eſt publicata.

5. (p. 335-388.) LVIII. Epiſtolas virorum doctorum, aliunde, qvam ex Bibliotheca Gudiana, depromptas, & ab editore, Pet. Burmanno, prioribus, appendicis inſtar, ſubjunctas, Tres ſcil. Alberici Gentilis ad Hug. Donellum, III. Franc. Junii, IV. Dionyſii Gothofredi, IV. Marqv. Freheri, II. Jani Gruteri, VI. Hub. Giphanii, II. Jos. Scaligeri, II. Is. Caſauboni, III. Gothofr. Jungermanni, VI. Pet. Brederodii, III. Pauli Meliſſi, II. Phil. Camerarii, & ſingulas Frid. Sylburgii, Everh. Pollionis, Pet. Weſenbecii ac Joh. Caſelii, ad Scip. Gentilem, II. Scip. Gentilis ad Jac. Aug. Thuanum & Dion. Gothofredum, III. Claud. Salmaſii ad Juſtum Kriexium, Unam Ferdinandi I. Imp. ad Er. Roterodamum, II. Er. Roterodami ad Nicol. Everhardum, II. Joh. Secundi ad Everh. Nicolaium, fratrem, Unam Nicol. Grudii ad Nicol. Everhardum, patrem, & III. ejusdem ad Everh. Nicolaium, fratrem, exaratas.

6. Claudii Sarravii, Senatoris Pariſienſis (d. 30. Maji A. 1651. mortui), CCLXXV. Epiſtolas ad Chriſtinam, Sveciæ Reginam, Claud. Salmaſium (cui pleræqve ſunt inſcriptæ), Joh. Lud. Balzacium, Dav. Blondellum, Jac. Candalium, Pet. Cornelium, Vinc. Fabricium, Tan. Fabrum, Joh. Freinshemium, Jac. Gothofredum, J. Frid. Gronovium, Hug. Grotium, Dan. & Nicol. Heinſios, Pet. Lambecium, Alex. Morum, Jac. Oldenburgium, Jac. Palmerium, Sam. Petitum, Joſv. Placæum, Joh. Georg. Richterum, Is. Sarravium, Henr. Valeſium, Janum Ulitium, Is. Voſſium, & Jac. Uſſerium, una cum Chriſtinæ Auguſtæ, Balzacii, Tan. Fabri, Grotii & Salmaſii, ad ipſum nonnullis, eruditorumqve in obitum ejusdem Epicediis, a filio Iſaaco jam ante Arauſione A. 1654. (*in 8.*) editas, & Chriſtinæ Reginæ dedicatis. Has, cum plurimis in locis, qvæ offendere tunc ſuperſtites eruditos, aliosqve, poterant, mutilatæ, prodiiſſent, Gudius noſter, Pariſiis vivens, cum autoris contulit avtographis, & lacunas ex iſtis omnes ſupplevit, e Gudiano autem exemplari, adjectis ſupplementis iſtis, Burmannus, in altera hac editione, tertia fere parte auctiores exhibuit, ac ita Morhofii, a qvo, *T. I. Polyhiſt.*, *Lib. I.*, *c. 24.*, *p. 290. 291.*, & ipſæ Sarravii Epiſtolæ fuſe erant deprædicatæ, & auctior hæc editio a Gudio efflagitata, poſt Noſtri obitum, ſatisfecit deſiderio.

Recenſus totius hujus Epiſtolarum, tum Gudianarum, tum adoptivarum, iſtis adjunctarum, Syntagmatis prolixiores Lipſienſes, *in Actis Erud.*, *M. Mart. A. 1697.*, *p. 139-146.*, Couſinus *in Ephemeridibus Eruditorum Gallicis Anni 1699.*, *num. 42.*, *p. 809. 810. 811.*, & Wilh. Ern. Tentzelius *in Dialogis Menſtr. Germ.*, *M. Oct. A. 1697.*, *p. 805-863.*, exhibuerunt, &, ex altera editione Lugduno-Batava, Pariſienſes *in Ephem. erud. anni 1712.*, *M. Jan.*, *p. 107-115.* Commendarunt illas Lipſienſes (Gudianas, licet perpaucas, *elegantes & bonæ frugis pleniſſimas* appellantes) *l. c. p. 140. 141.*, Henr. Meibomius Jun. (*magna rerum literariarum copia refertas eſſe* judicans) in *auctariis ad Val. Henr. Vogleri Introd. in Notit. Bon. Script.*, A. 1700. recuſis, *p. 157.*, Joh. Franc. Buddæus (*theſaurum* eas, *tamdiu, tamqve anxie, eruditorum votis expetitum*, ſalutans, *& non exiguum* ex iis *uſum ad rem literariam & eccleſiaſticum redundaviſſe* agnoſcens) *in Diſſ. præliminari ad Supplementum Epiſtolarum Lutheri p. 7.*, Burch. Gotth. Struvius *in Introd. ad notit. Rei Lit.*, *c. 8.*, *§. 23.*, *p. 429. 430.*, & Joh. Fabricius, *Parte IV. Hiſtoriæ Biblioth. Fabricianæ p. 13. 14.* Neglectum ordinis, in illarum collocatione, chronologici, & conjunctionis τῶν ἀμοιβαίων, haud immerito Tenzelius *l. c.*, *p. 811. 815. 817.*, culpavit; juſto autem contra aſperiorem de iisdem Joh. Georg. Eccardus (in Schediasmate ἀνωνύμῳ, ſub Titulo des Unmaßgeblichen Vorſchlags von einer Bibliothek Teutſcher Geſchichtsbücher A. 1705. edito, *p. 6.*) tulit cenſuram, ita ſcribens: In Gudii außgegebenen Epiſteln ſind Sachen, ſo ihm mehr zur Schande, alß Ruhm, gereichen. Qvibus verbis qvænam illarum loca, ab ipſo haud indicata, notentur, ignorare me, fateor. G. G. Leibnitius etiam, teſte Joach. Frid. Fellero (*in Otio Hannoverano p. 208. 209.*, Burmanno editori indignabatur, qvod, non Grævii ſed ſuo uſus judicio, *multa haud ſuppreſſerit parum digna Gudio, aut qvæ magis pertinent ad officia amicorum, quam ad incrementa literarum.* An diverſæ ab Epiſtolis Gudianis, in hoc publicatis Syntagmate, ſint tum illæ, qvæ in *appendice Epiſtolarum* Franc. & Joh. Hotomannorum, a Joh. Gvilh. Meelio Amſtelod. A. 1700. *in 4.* editarum, teſte Eccardo, modo allegato, (im Monatl. Außzüge auß neuen Büchern, *M. Oct. A. 1700. p. 691.*), prodierunt, tum ἀνέκδοτοι, qvas Oxonienſes A. 1699., inter *Epiſtolas ſelectiores, hactenus ineditas, clariſſimorum noſtro ſeculo virorum, Jos. Scaligeri, Is. Caſauboni, Andr. Schotti, Caſp. Scioppii, Cl. Salmaſii, Dan. & Nicol. Heinſiorum, Georg. Mich. Lingelshemii, Dan. Eremitæ, Chriſtoph. Forſtneri, Lucæ Holſtenii, Henr. Valeſii, & aliorum*, una cum Catalogis MSStorum in Bibliothecis Vaticana, Heidelbergenſi, Gudiana & Holſteniana, aſſervatorum, e Theatro a ſe publicandas Sheldoniano, lucem eſſe viſuras, in prima operis pagina, typis jam excuſa, tituloqve ejus (in Henr. Sikii *Bibliotheca Libror. Novor.*, *M. Nov. A. 1699.*, *p. 805.*, repetito), ſunt polliciti, mihi non conſtat. Meeliana enim ſylloge oculos hactenus meos effugit, Oxonienſis autem in lucem nondum prodiit.

Diſſertatio de qvæſtione: Majorne ſit Inſcriptionum uſus, an nummorum, in re literaria?   in 4. Velut edita memoratur *Parte I. Bibliothecæ Kielmanſeggianæ p. 258.* Confer, qvæ de illa ſupra, in vita Gudii, ſunt dicta.

Carmina qvædam minutiora, tum Latina, tum Germanica (e qvibus ſatyricum adverſus Herm. Höpfnerum, Aulæ Holſato-Gottorpienſis ab A. 1677. Cancellarium, ſub titulo παρονομαστικῷ & mordaci, Hamans Hofnärriſches Verhalten, Sleſvigæ ἀνωνύμως excuſum, autoris ipſius mihi innotuit indicio), ſeorſim ſubinde diverſis edita temporibus.

2. ALIENA.

Joh. Jonſii, Rendesburgenſis, Diſſertationum de Hiſtoria Peripatetica partis primæ prima, in qva recenſentur, qvi Ariſtoteli fuerunt Homonymi, &, unde Secta ejus Peripatetica fuerit appellata, indicatur. Hamburgi 1652. in 4.

Ejusdem Epiſtola ad Marqv. Gudium de Spartis, Cadmi ſociis, aliisqve nonnullis. Accedit Fragmentum de ordine librorum Ariſtotelis. Jenæ 1655. in 4. (Utrumqve hoc civis & Præceptoris ſui ſchediasma, ſe curante, eſſe editum, Noſter in ſchedis de vita ejusdem, mihi lectis, teſtatur.)

Gaſp. Scioppii Grammatica Philoſophica, non modo tironibus lingvæ latinæ, ad artem illam uno trimeſtri perfecte addiſcendam, ſed & latine doctiſſimis, ad reddendam eorum rationem, qvæ legunt aut ſcribunt, inprimis utilis, vel neceſſaria. Acceſſit in hac editione (e *Mediolanenſi anni 1628. expreſſa*) editoris, M. G. (*i. e. Marqv. Gudii, qvi literas tantum nominis initiales præfationi* ſubjecit), Præfatio de veteris ac novæ Grammaticæ latinæ origine, dignitate & uſu. Amſtelod., apud Jod. Pluymerum, 1659. in 8. In *Præfatione* Gudius de Scioppii dotibus & nævis, Grammaticæ San-

ctio-Sciopptanæ præ vulgari prærogativis, & hujus magiſtrorum, in præceptis ſuis imperfectis & vitioſis defendendis, pertinacia, breviter diſſeruit, ſeqve de iis, qvæ in Scioppiana deſiderari poſſunt, alio fortaſſe tempore diſputaturum eſt pollicitus. Præfationi ſubjungitur index librorum Scioppii de literarum & lingvæ latinæ ſtudio. Recuſa eadem eſt plurimis in locis, e ſchedis autoris, qvi paulò ante mortem accuratius omnia recognoverat, emendata & locupletata, una cum ejuſdem *Auctario Grammaticæ Philoſophicæ*, ſub nomine Mariangeli a Fano Benedicti, Mediolani A. 1629., *Paradoxis Literariis, in qvibus multa de literis nove, contra Ciceronis, Varronis, Qvintiliani, aliorumqve literatorum hominum, tam veterum, qvam recentiorum, ſententiam, diſputantur*, ſub larva Paſcaſii Groſippi, ibidem A. 1628., & *Animadverſionibus in Gerh. Joh. Voſſii Lib. de vitiis ſermonis*, Ravennæ A. 1647., jam ante editis, aliisqve opuſculis literariis (e qvibus *Auctarium* & *Paradoxa* anno etiam 1659. lucem, cum illa, jam denuo viderant), Amſtelodami A. 1664. in 8. Commendatur gemina hæc editio illius Gudiana a Joh. Andr. Boſio, in Epiſt. ad Gudium A. 1659. exarata (*in adoptiva Gudianarum appendice, num. 5., p. 42., obvia*), D. G. Morhofio *T. I. Polybiſt., Lib. IV., c. 10., p. 121. 122.*, & Vinc. Placcio (præfationem Noſtri *elegantem* vocante) *T. I. Theatri Scr. Anon., c. 9., p. 359.*

Franc. Sanctii, Hiſpani, Minerva, ſeu de cauſis Lingvæ Latinæ Commentarius, e bibliotheca ſua, ab eo, cum nova præfatione, denuo editus. Amſtelod., apud Jod. Pluymerum, A. 1664. in 8. Commendat hanc editionem Morhofius *l. c. p. 121.*, & Noſtri præfationem *dignam lectu* eſſe judicat.

Ἱππολύτου, Ἐπισκόπου καὶ Μάρτυρος (*Hippolyti nempe, Epiſcopi Sec. III. Portuenſis, a Patrologis omnibus celebrati*), Ἀπόδειξις περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου, ἐκ τῶν ἁγίων γραφῶν, Græce tantum, e duobus MSStis (*Rhemenſi & Ebroicenſi*), ab illo, cum ſua præfatione, publicata, Pariſiis, apud Cramoyſios, A. 1661. in 4. & 8. Inſerta deinde eſt, una cum ejuſdem Hippolyti *Explicatione Hiſtoriæ Suſannæ, & Annorum Captivitatis Babylonicæ* (qvam in Gudiana etiam editione A. 1661. prodiiſſe Gvilh. Cavius, *P. II. Hiſt. Lit. Script. Eccl. p. 28.*, falſò perhibet, ego autem in illa non inveni), ſuaqve Verſione Latina, & Notis, Græco textui adjectis, a Franc. Combefiſio *Parti I. Auctarii Bibliothecæ Græcorum Patrum noviſſimi*, Pariſiis A. 1672. *in fol.* a ſe editi, *p. 26. & ſeqq.*, &, cum iisdem, *Tomo XXVII.*, ſive Ultimo, *Bibliothecæ Patrum Maximæ*, Lugduni Gallorum A. 1677. *in fol.* evulgatæ, ſed Latine tantum, recuſa. Novam illius pariter atqve cæterorum Hippolyti Operum editionem Joh. Millius, Anglus, Th. D. & Aulæ Edmundianæ Oxonienſis Præfectus, teſte Cavio *l. c., P. I., p. 51.*, molitus qvidem eſt, ſed juris ſuperſtes non fecit publici. Noviſſime recuſa eſt Græco-Latine, cum notis F. Combefiſii, Tanaqv. Fabri (e *Lib. II. Ep. 70.* depromptis) paucisqve Gudii, ac emendationibus Joh. Alb. Fabricii, in Fabricii editione Operum Hippolyti, Hamburgi A. 1716. in fol. publicata. Verſionem ejus latinam M. Henr. Elmenhorſtius etiam, Eccleſiaſtes Hamburg., A. 1667., in Epiſt. ad Jac. Thomaſium, a ſe editum iri, eſt pollicitus. V. Burch. Gotth. Struvii *Faſcic. VII. Act. Literar. p. 60. 61.* Genuinum hunc Hippolyti fœtum (probè diſtingvendum ab *Oratione de conſummatione mundi, Antichriſto, & ſecundo Chriſti adventu*, illi ſuppoſita, ac, ſub ejus nomine, Græco-Latine, a Joh. Pico, claſſium inqviſitoriarum in Senatu Pariſienſi Præſide, Pariſiis A. 1557. *in 8.* edita, qvam ſpuriam eſſe Andr. Rivetus, *L. 2. Critici Sacri c. 11., p. 212. 213.*, Rob. Cocus *in Cenſura Scriptt. Eccl. p. 127. 128. 129.*, aliiqve, oſtenderunt, & Noſter, in exemplari ſuo, teſte *bibliothecæ Catalogo p. 510.*, marginalibus notis atqve emendationibus paſſim illuſtravit) Gudius, Codicis illius MSti, in *Catalogo* modo laudato *p. 531.* memorati, poſſeſſor, primus e tenebris eruit, & *opera tumultuaria caſtigatum*, Petro de Marca, Archiepiſc. Pariſienſi, & Henr. Valeſio (ſicut ab ipſomet *Ep. 14. ad Ferd. Fürſtenbergium* de illo A. 1668. ſcripta, *p. 15. 16. 17.*, refertur) inſtigantibus, Pariſiis diſceſſurus luce donavit publica. Verſionem tunc latinam, ne Pontificios loca illius complura, placitis ipſorum contraria, offenderent, addere ſe noluiſſe, Combefiſianæ autem non omnia ſibi probari, in colloqvio mihi familiari olim is ſignificavit. Notæ & Animadverſiones in eundem, qvas, in Combefiſianæ editionis uſum, a Noſtro Emericus Bigotius, in Epiſtolis ad ipſum ſcriptis (*35. & 36. in Adoptivarum Appendice*), fruſtra efflagitaverat, margini exemplaris proprii αὐτοχειρὶ adjectæ, in Bibliotheca ſuperfuerunt. V. hujus Catalogum *p. 510.* Franc. Combefiſius (a J. A. Fabricio *Lib. V. Bibl. Gr., P. I., c. 1., p. 205.*, A. jam 1662., *T. I. Biblioth. Concionatoriæ p. 19.*, hoc de illo tulit judicium: *Produxit anno ſuperiori ingenuus, ſupraqve ætatem eruditus ac literarum avidus adoleſcens, M. Gudius,* περὶ νοθείας *minus ſuſpectum Hippolyti opus, ſicqve antiqvo Epiſcopo dignum & Martyre.* Loca ejus multa, teſte eodem Fabricio, emendavit atqve illuſtravit Tanaqvil Faber *Lib. II. Epiſt. 70., p. 323. & ſeq.* Γνησιότητα ſcripti, præter Leonem Allatium, illud, Theologiæ Pontificiæ haud ſatis congruum, in manus Gudii incidiſſe, ejusqve ſtudio in lucem prodiiſſe, Romæ olim, ipſo præſente, indignatum, publice agnoverunt Frid. Spanhemius Jun. *in Summa Hiſt. Eccl. p. 131. 132.*, & *T. I. Introduct. ad Hiſt. Sacram p. 330.*, ac, qvem is allegat, Steph. le Moyne *in Variis Sacris*, Gvilh. Cavius *P. II. Hiſt. Lit. Scriptt. Eccl. p. 28.*, Caſp. Sagittarius (*magnis illud ſtudiis exceptum eſſe, etiam ab iis, qvi ſuppoſititium hactenus monumentum, ſub tanti ſcriptoris jactatum nomine, agnoſcere noluerunt, neminemqve adeo amplius, qvin germanus ſit Hippolyti fœtus, dubitare*, perhibens) *in Introd. in Hiſt. Eccl., c. 1., §. 6., p. 6.*, Thom. Ittigius *in Præfat. Tractatus de Bibliothecis & Catenis Patrum p. 30.*, & Bened. Hopferus in *Epiſtola ad Amicum*, A. 1674. ſcripta, & Rol. Mareſii Philologicis ſubjuncta, *p. 688.* Qvorum ſententiæ ſuum etiam adjiciunt calculum, qvi editionem Gudianam, *eleganter plane*, judice Cavio (*l. c. p. 28.*), *excuſam*, honorifice allegarunt, Pet. Dan. Huetius *in Notis ad Origeniana p. 24. Ed. Colon. A. 1685.*, Joh. Georg. Grævius *in Lectionibus Heſiodeis, c. 2., p. 11.*, Chriſtoph. Sandius *in Tr. de Vet. Scriptt. Eccl. p. 27.* (*ed. Colon. ſecundæ 1676.*), Chr. Kortholtus *in Prodromo Cultoris Theologiæ Academico p. 157.*, Joh. Wilh. Petræus, *in Nube Teſtium de Regno Chriſti glorioſo, Lib. II., p. 114.*, & Joh. Alb. Fabricius *Lib. V. Bibl. Gr., P. I., c. 1., p. 205.*

M. Ant. Majoragii Orationes duæ, altera de laudibus auri, qva omnis generis hominum, præcipue eccleſiaſticorum, vitia falſe traducuntur, altera apologetica contra Gaudentium Merulam, de vitioſa ejus locutione, inter ἀνέκδοτα autoris Mediolani a Gudio repertæ, & ex ejus bibliotheca primum editæ. Ultrajecti 1666. in 4. In omnibus Orationum Majoragii editionibus deſiderantur, & a D. G. Morhofio, *T. I. Polybiſt., Lib. I., c. 25., p. 318.*, ceu nitidiſſimæ, ſunt commendatæ. Sola prior *de laudibus auri Oratio*, *Philochryſi* ab autore inſignita titulo (cujus αὐτόγραφον Gudium poſſediſſe *Catalogus Biblioth. ejus p. 559.* teſtatur), a Dan. Georg. Morhofio, cum præfatione ſua, & propria *de auro Oratione*, Lubecæ A. 1690. *in 8.* denuo eſt edita, & Frid. Bened. Carpzovio, Senatori Lipſienſi, inſcripta, Lipſiæ (qvamvis titulus in locum hujus Kilonium ſubſtituat) eodem A. 1690. *in 4.*, Carpzovio curante, recuſa, & *Orationum* tandem Morhofianarum, junctim Hamburgi A. 1698. *in 8.* impreſſarum, Syntagmati, *num. X., p. 304-364.*, inſerta.

Trajani Boccalini, Romani, Commentarius Italicus in Corn. Tacitum, Coſmopoli (ſive Amſtelod. potius), A. 1677. in 4. editus, & in *Diario Erud. Gallico Pariſienſi, Ephem. II. A. 1679. (ad d. 23. Jan.)*, *p. 24.*, memoratus. Conf. de illo J. Fabricii *P. III. Hiſt. Biblioth. ſuæ p. 489. 490.* E Bibliotheca hunc Gudiana, curante Blavio, Bibliopola Amſtelodamenſi, prodiiſſe, Morhofius, *T. III. Polybiſt., Lib. 2., p. 17.*, hiſce verbis teſtatur: *Olim, tanqvam* κειμήλιον, *ſervabatur, in eruditorum bibliothecis, nunc a Blavio editus eſt, qvi e bibliotheca Gudiana ipſum accepit.* Perperam ergo, Genevæ eum eſſe excuſum, Joh. Deckherus (*notas* illius *ingenioſiſſimas* vocans, & a Republica Veneta Chriſtinæ, Svecorum Reginæ, donatas eſſe perhibens), *in Conjecturis de ſcriptis adeſpotis, Sect. X., p. m. 137.*, eſt hariolatus.

Phædri, Auguſti Imperatoris Liberti, Fabulæ Æſopiæ, cum commentariis Marqvardi Gudii, & aliorum, edente Petro Burmanno, Acad. Trajectinæ Profeſſore. Amſtelodami A. 1698. in 8. (*2. Alph.*), Trajecti ad Rhenum (cum acceſſionibus qvibusdam) A. 1718. in 8. maj. Mythographum hunc eximium Noſter (qvi duos ejus Codices MSStos, totidemqve impreſſos, a Claud. Salmaſio notis αὐτοχειρὶ illuſtratos marginalibus, teſte *Bibliothecæ Catalogo p. 513. 517. 554.*, poſſedit) emaculare & notis illuſtrare eſt aggreſſus, cum, in itinere Gallico, in eundem MStum incidens codicem Rhemenſem, e qvo Nicol. Rigaltius Fabulas illius ediderat, hujus ope menda innumera, a Rigaltio relicta, mirabili ſolertia, a Morhofio *T. I. Polyhiſt., Lib. I., c. 7., p. 54. & Lib. IV., c. 12., p. 171.*, jam celebrata, ſuſtuliſſet, ac reſtituiſſet, e Divionenſi autem membranaceo (de qvo *Catal. Biblioth. p. 554.* conſulendus) 30. Fabulas novas, & nunqvam hactenus editas, inſigni ſuæ editioni futuras & ornamento & augmento, primus eruiſſet. Qvarum tamen qvinqve tantum (Joh. Georg. Eccardus in Excerptis *Germanicis Anni 1700., M. Dec. p. 846.*, tres ſubſtituit), de milvio ægrotante, leporibus vitam ſibi abrumpere cupientibus, vulpe naturæ impetum ſeqvente, arboribus ſibimet ipſis noxiis, & mure leoni referente gratiam, in illa prodierunt, ac in Amſtelodamenſibus Dav. Hoogſtratani, A. 1701. in 4. & 1706. in 12. impreſſis, ſicut & in Pariſienſi Dn. Deniſe, A. 1708. *in 12.* publicata, & metaphraſi hujus Gallico-Metrica, notisqve, aucta, nec non in Flensburgenſi Joh. Chriſtoph. Wolfii, A. 1709. *in 8.* excuſa, ſunt recuſæ, qvod apographum Gudii, e qvo illæ ſunt exhibitæ, in fine, pluribus foliis abſciſſis, lacerum eſſet atqve mutilum. Ipſi Gudio ſuperſtiti ſuos hos in Phædrum labores in lucem proferre haud licuit. Poſt cujus obitum cum in Joh. Georg. Grævii manus incidiſſent, is, cum ipſemet editioni ob alia non poſſet præeſſe negotia, Burmanno, auditorum doctiſſimo, ſuis hanc curandam commiſit auſpiciis, eumqve, notas Noſtri, e multis ac minutis ſchedis, magno labore colligentem ac digerentem, ſicubi, in lacunis ſupplendis, & intricato verborum ſenſu expediendo, hæſitabat, conſilio & ope, cum ſententiam defuncti de plurimis Phædri locis, e colloqviis cum ſuperſtite habitis, optime noſſet, ſublevavit. Notis Gudianis Burmannus aliorum etiam eruditorum adjunxit annotationes, & Conr. Rittershuſii qvidem ac Nicol. Rigaltii (cujus geminæ exhibentur, priores ſcil. A. 1599., & poſteriores A. 1617. ac 1630. publicatæ) integras, non minus qvam Gudianas, in locum rejecit peculiarem, Tan. Fabri autem, Joh. Schefferi, Joh. Freinshemii, Joh. Lud. Praſchii, Caſp. Scioppii, Franc. Gvyeti, Iſ. Neveleti, Joh. Meurſii & Pet. Axenii, excerptas, una cum Nicol. Heinſii brevioribus ineditis, & obſervationibus propriis, textui Phædri, emendatiſſime excuſo, ſubſtravit. Finem libro imponunt indices duo, tum in Fabellas Phædri, tum in annotationes, copioſi atqve accurati, qvibus tertium philologicum, a Nicolao Diſpontino adornatum, poſthac ſubjunctum iri promittitur. Plura, ad hiſtoriam ac notitiam editionis hujus ſpectantia, recenſus illius prolixiores, qvos Lipſienſes *in Actis Erud., M. Jul. A. 1698., p. 343. 344.*, Ludolphus Neocorus & Henr. Sikius, *in Biblioth. Libror. Novor., M. Mart. & Apr. A. 1698., p. 147-151.*, Dn. Couſinus *in Diario Eruditorum Gallico Anni 1699., num. 42., p. 811. 812.*, & Joh. Clericus *T. IV. de la Biblioth. Choiſie, p. 245-274.*, exhibuere, ſuppeditabunt. Editionis ſecundæ anni 1718. Trajectinæ σκιαγραφίαν invenies im Boekzaal der geleerde Werelt, *M. Jul. A. 1718., Art. 7.*, & *Diario Erud. Gallico, M. Jul. A. 1719., n. 10.* Labores hoſce in Phædrum Gudianos, etiamnum ineditos, multi eruditorum commendarunt, &, ut in lucem proferrentur, optarunt atq; urſerunt, Joh. Georg. Grævius ſcil. in plerisq; ad eum Epiſtolis, Ol. Borrichius Editionem Phædri, ab eo expectatam, *in Conſpectu præſtantiorum Scriptorum L. Lat. p. 12.*, *emendatiſſimam*, ac *Diſſ. I. de Poetis Latinis, §. 28., p. 56.*, *laudatiſſimam, & locis infinitis emendatam*, appellans, D. G. Morhofius, Polyhiſtoris *T. I., Lib. I., c. 7., p. 54.* (ubi *mirabilem* ejus *ſolertiam, in reſtituendis locis Phædri corruptis*, extollit, notasqve vocat *limatiſſimas*), ac *Lib. IV., c. 12., p. 171.* (ubi *commentarium* ipſius *conatus omnium eſſe victurum* judicavit), nec non *in Tr. de Patavinitate Liviana, c. 12., p. 158.*, Pet. Bælius *in Novellis Reip. Lit. Gallicis, M. Jun. A. 1685., p. 615. 616.*, Joh. Alb. Fabricius (*inſignibus* ejus *in Phædrum Annotationibus fata* ipſius *præmatura interceſſiſſe* dolens) *P. I. Biblioth. Latinæ p. 55.*, Thom. Popeblount (editionem illius omnium fore *laudatiſſimam ac emendatiſſimam* ominatus) *in Cenſura Autorum p. 97.*, J. G. Eccardus (qvi factam A. 1698. editionem A. 1700. adhuc ignoravit) *l. c.*; & Pet. Axenius *in Notis ad Lib. I. Phædri p. 10. 129. 130. 139. 140. 141.* Qvorum ultimus *p. 130.* his Noſtrum verbis compellavit: *Iterum iterumqve rogandus mihi es, o Muſarum & noſter amor, ne Phædri, incomparabili ſtudio, partim ex ingenio, partim MSti Codicis Rhemenſis, qvem Rigaltius minus diligenter verſavit, ope, abs te emendati, editionem diutius trahas. Ego qvalemcunqve moram impatienter fero, cumqve doctiſſimos tuos labores cogito (cogito autem ſæpiſſime), meis, ita me veritas amet, intra me erubeſco.* Sed &, poſt editionem, non minus honorifica viri docti de iisdem tulere judicia. Qvos inter Lipſienſes (*in Actis Erud. A. 1698., p. 343.*) Notas Gudii *eruditas*, & Burmannianam hanc editionem *priorum cunctarum compendium*, Thom. Crenius *P. V. Animadv. Philol. & Hiſtor., c. 1., §. 5., p. 20.*; eandem *elegantiſſimam*, Lud. Neocorus autem & Henr. Sikius, *l. c. p. 148. 149.*, Notas Gudianas *doctiſſimas & elegantiſſimas, digniſſimasqve, qvæ cum eruditis communicarentur, præclarum viri ſummi fœtum, omnibus votis ab orbis eruditi viris pridem expetitum, & egregie doctrinæ monumentum*, appellarunt, &, *ob iſtas præcipue hanc editionem omnes priores longis paraſangis ſuperare, p. 151.* pronunciarunt. *Præclaram* hanc editionem vocat J. Alb. Fabricius *L. 2. Biblioth. Lat., c. 3., p. 321. ed. ſec.* Commendat etiam Joh. Georg. Walchius *in Hiſt. Crit. L. Lat., c. 8., p. 342.* Cenſorem Notæ in Phædrum Gudianæ ſolum hactenus invenerunt Jac. Gronovium, qvi, in ſua Mythographi ejusdem editione (Lugd. Bat. A. 1703. *in 8.*), ſive Emendationibus, illi adjectis, invidiæ agitatus ſtimulis, proterva iis pariter atqve autori Gudio turpiter paſſim inſultavit maledicentia, & huic levitatem animi, jactantiam, tenacitatem nimis lentam, non tam ſtudia, qvam aliud nugax qviddam ſpectantem, nimiam in emendando audaciam criticam, plagia, & ingratitudinem in parentem ſuum, Joh. Frid. Gronovium, maligne exprobravit, imo (Wolfio judice), *ſub Emendationum in Phædro titulo, perpetuam in illum invectivam, rebus ad literas minime omnium pertinentibus, ut defuncto ægre faceret, repletam, eruditis legendam tradidit.* Sed patrocinati ſunt famæ Gudii, contra hujus in leonem mortuum convitia, ex profeſſo Joh. Chriſtoph. Wolfius, amicus noſter & olim collega doctiſſimus, *in Vindiciis Gudii ab acerbioribus cenſuris Jac. Gronovii*, editioni ſuæ Phædri Flensburgenſi, A. 1709. *in 8.* excuſæ, ſubjunctis, obiter autem, teſte Wolfio, Dav. Hogſtratanus in notis recentioribus, eidem autori, ſecundis a ſe curis Amſtelod. A. 1706. *in 12.* publicato, adjectis, paſſim non uno in loco, & Joh. Clericus in recenſu editionum Gudianæ pariter atqve Gronovianæ, *T. IV. Biblioth. Selectæ, p. 245-274.*

Inſcriptiones antiqvæ totius orbis Romani, in abſolutiſſimum corpus redactæ, olim auſpiciis Joſ. Scaligeri & Marci Velſeri, induſtria autem & diligentia Jani Gruteri: nunc curis ſecundis ejusdem Gruteri, & notis Marqv. Gudii, emendatæ, & tabulis æneis, a Joh. Jac. Boiſſardo confectis, illuſtratæ: denuo cura viri ſummi, Joh. Georg. Grævii, recenſitæ. Accedunt hujus Annotationum appendix, Edv. Holtheni Spicilegium (e ſcriptis virorum doctorum & Theod. Janſoni ac Joh. Maſſonii ſymbolis, collectum), & Indices XXV., ab Holtheno emendati & locupletati, ut & Tironis, Ciceronis Liberti, & Senecæ Notæ. Amſtelodami, apud Franc. Halmam, A. 1707. in fol. (*37. Alphab.*). V. *Acta Erud. Lipſ., M. Sept. A. 1707., p. 429.*; *Nova Literaria Germanica, M. Apr. A. 1707., p. 112.*, & Joh. Alb. Fabricii

Lib.

Lib. IV. Biblioth. Lat., c.5., p.757.758. Recenſum operis, a Pet. Burmanno, Prof. Trajectino, publicati, prolixiorem exhibent *Nova Literaria Germanica, M. Mart. A.1708., p.82-85.*, Chriſtoph. Woltereckius im Außführl. Bericht von neuen Büchern, *Sect. III. A.1708., p.225-251.*, Ephemerides Erud. Gallicæ A. 1708., *P. I., n.13., p.492-500.*, Joh. Clerici *T. XIV. de la Biblioth. Choiſie, Art. I., p.1-55.*, Joh. a Gavern Boeckzaal, *M. Sept. & Oct. A.1707., p.197-209.* Acta Erud. Lipſienſia (qvæ plurimas novas Gudii annotationes, in hac edit. omiſſas, e D. Joh. Diet. Michaelſenii Codice, longa ſerie addunt), *T. V. Supplem., Sect. I., p.1-37.*, & Joh. Fabricii *Pars III. Hiſt. Biblioth. ſuæ p.90. 91.* Depromptæ ſunt Notæ Gudii ex ejus exemplari editionis Commelinianæ *Inſcriptionum Romanarum* Jani Gruteri Heidelbergenſis, A. 1603. *in fol.* excuſæ, in qvo (*teſte Catalogo Bibliothecæ p.508.*) *loca Inſcriptionum innumera, cum in iis verſaretur regionibus, ubi ab antiqvis erant poſitæ, αὐτόπτης* contulerat, emendarat, reſtituerat & ſuppleverat.

ALIENA QVÆDAM,
E BIBLIOTHECA GUDIANA, NON AB IPSO, SED AB ALIIS, EDITA.

Marini Neapolitani Vita Procli, Philoſophi Platonici, qvam altera parte (in editionibus prioribus omiſſa) de virtutibus Procli theoreticis ac theurgicis (ex apographo cod. MSti bibliothecæ Gudianæ, e Mediceo deſcripti, de qvo *Catal. Biblioth. p.542.* conſulendus) auctiorem, & nunc demum integram, D. Joh. Alb. Fabricius, Prof. Hamburgenſis, primus græce, cum prolegomenis, verſione latina, notis, & elencho ſcriptorum Procli, edidit Hamburgi A. 1700. in 4.

Hermanni Zoeſtii de Monaſterio, Monachi in Coenobio de Campo S. Mariæ, ſeculo XV., circa Concilii Baſileenſis tempora, Ciſtercienſis, Tria opuſcula theologica: 1. de poteſtate eccleſiaſtica & papali; 2. de vocibus definitivis in generalibus conciliis; 3. Calendarium Hebraicum; qvæ, hactenus inedita, e codice MS. bibliothecæ Gudianæ (A. 1438. exarato, &, cum aliis, poſſeſſori a Ferd. Fürſtenbergio, Epiſcopo Monaſterienſi & Paderbornenſi, legato) edidit, & præfatione auxit, D. Hector Gotfr. Maſius, Theologus Acad. Hafnienſis. Hafniæ 1701. in 8. (*10. pl.*) Laudantur *in Novis Lit. Lubec., M. Sept. A.1698., p.164.* Gvidonis, Epiſcopi Elnenſis, *Tr. de Waldenſibus*, ex eadem bibliotheca cum illis publicandus, notæqve Maſii, qvæ ille A. 1692., *in Catal. Nund. Vern. Lipſ., p.43.*, expectari itidem a ſe juſſit, ſimul non prodierunt.

Dicæarchi Fragmentum græcum de monte Pelio, nunqvam antea vulgatum, qvod, e Gudii bibliotheca deſcriptum, Joh. Alb. Fabricius Joh. Hudſono, Th. D. & Biblioth. Oxonienſis Bodlejanæ Præfecto, transmiſit, hic autem *Tomo ſcriptorum Geographiæ veteris Græcorum minorum ſecundo*, Oxoniæ A. 1703. *in 8.* edito, juris fecit publici. V. *Acta Erud. Lipſ., M. Mart. A.1704., p.101.*

Marcelli Sidetæ Carmen græcum heroicum de Medicina ex piſcibus, qvod, poſt Frid. Morellium, Joh. Alb. Fabricius, e MS. Gudiano, cum verſione latina & notis, *Libro I. Bibliothecæ Græcæ* (Hamburgi A. 1705. *in 4.* excuſo) *Cap.3., p.14-21.*, evulgavit.

CollatioCommentarii Hieroclis in Pythagoræ Carmina aurea, a Gudio cum codice Mediceo inſtituta, e qva lectiones hujus, ab editione Needhamii Anglica diſcrepantes, Joh. Chriſtoph. Wolfius, in Diſſ. epiſtolica ad Joh. Burch. Menckenium, qva Comm. hic Hieroclis, ope illarum, partim illuſtratur, partim emendatur, Lipſiæ A. 1710. in 8. excuſa, publicavit.

Wilhelmi Langii, Dani, Prof. Hafn., Catalogus librorum MSS. biblioth. Mediceæ, a Joh. Alb. Fabricio Petri Lambecii *Prodromo Hiſtoriæ Literariæ*, in iterata editione, Hamburgi A. 1710. in fol. excuſa, ſubjunctus.

M. Ægidii Corbolienſis, Monachi Sec. XII. Benedictini, Poema librorum IV. heroicum de antidotis, ſive de virtutibus & laudibus compoſitorum medicaminum, paſſim a Gudio Notis qvibusdam & emendationibus illuſtratum, & a Polyc. Lyſero, Poes. Profeſſore Helmſtadienſi, *in Hiſtoria Poetarum ac Poematum medii ævi*, Halæ A. 1721. *in 8.* excuſa, *p.502-692.*, editum.

Galfredi de Vineſauf, Scriptoris ſeculo XIII. Anglici, Poetria nova, ſive ars poetica, carmine heroico tradita, e IV. Codd. MSS. Gudianis, cum variis illorum lectionibus, a Polyc. Lyſero, ibidem *p.861-978.*, juris facta publici.

SCRIPTA INEDITA.
א. PROPRIA.

Volumina duo ſpiſſa Inſcriptionum Græcarum, & Latinarum, in itinere Italico, maximo labore, & diligenti ſtudio, undiqve collectarum qvarum nonnullis Notæ qvoq; ab eo ſunt additæ. Accedit tertium volumen, indicem eorum, de qvibus agunt inſcriptiones, complectens alphabeticum. (*in 4.*) V. *Catal. Biblioth. p.563.* De his ita ipſe *Ep. 7. ad Nicol. Heinſium*, A. 1662. ſcripta, *p.10.*: *Toto itinere, ἐν παρόδῳ, veterum inſcriptionum ἀνεκδότων aliqvot millia, non absqve delectu, congeſſi, eodemqve tempore Gruteri volumen, infinitis locis, aut mutilis, aut foediſſime corruptis, αὐτόπτης emendabam.* Frid. Brummerus Thomæ Reineſio, in epiſtola ad illum d. 15. Oct. A. 1666. exarata (apud Tenzelium *in Dial. Menſtr. Germ., M. Oct. A. 1697., p.835.836.*), ſeqventia de iisdem retulit: *Gudius non ſolum inſcriptionum ſuarum theſaurum mihi aperuit, ſed liberaliter etiam aliqvas exinde uſui tuo ſubminiſtravit. - - Attemperavit autem & digeſſit Gudius ſuas prorſus ad exemplar & modum Gruterianarum, qvibus numero vix ceſſerint, confecto in easdem ſimili indice, niſi qvod Imperatorum unumqvemqve, cum omnibus elogiis ſuis, item Conſules poſteriores, ordine alphabetico, qvod hactenus in Scaligeriano indice deſideratur, accurate collocavit, ut lectoribus inqviſitionis laborem minueret. Sane nihil haberem optatius, qvam ut hoc pretioſiſſimum cimeliarchium in tuis manibus eſſet; gaudeo tamen non mediocriter, me eo perduxiſſe Gudium, ut nihil ex eo tibi, qvandocunqve volueris, ſit denegaturus.* Cui Reineſius (*ibid. p.837.*) ita reſpondit: *De inſcriptionibus communicatis a Gudio amo vos; vellem indicaſſes, an editurus ſit ſuas, & an cum commentario. Si nudas, uti Gruterus, extruſerit, non placebunt, neqve erit iſte labor momenti magni. Non ſufficit, ejusmodi legere poſſe; ſed facere, ut intelligat poſteritas, hoc opus.* Henr. Meibomius Jun., *in Addit. ad V. H. Vogleri Introd. in Notit. Bon. Scriptt. p.162.*, mentionem hiſce verbis earundem injecit honorificam: *Nihil nunc magis optandum eſt, qvam ut eæ qvoqve Inſcriptiones, qvas magno labore, & ſummo judicio, illuſtris Marqv. Gudius, erudito orbi nimis cito ereptus, congeſſerat, ex ejus MSStis, in Daniam delatis, edantur: nam &, in qvibusdam illarum e marmoribus recte deſcribendis, me ipſum juviſſe lætus recordor, cum, ante hos pene 30. annos, antiqvum Latium ſimul luſtraremus.* Plura illarum occurrunt elogia in ſcriptis D. G. Morhofii, qvi, *in Tr. de Patavinitate Liviana, c.3., p.29.*, ita ſcribit: *Primus hunc errorem* (de Livii oſſibus) *, cum apud Patavinos verſaretur, detexit vir incomparabilis, Marqv. Gudius, qvi, cum omnes Italiæ angulos perreptaret, ut veteris reip. Romanæ λείψανα erueret, Inſcriptiones ſc. a Grutero præteritas (qvarum ille vaſtum totqve eruditorum votis optatum opus, qvodqve omnibus in illo genere ſcriptis palmam facile præripiet, magnum antiqvitatis theſaurum, pene ad umbilicum deductum habet), facile, qva fuit ſagacitate, vidit, fucum ſibi facere Patavinos, qui hoc monumento manium Livianorum cuſtodes haberi voluerunt.* Tomo *Polyhiſtoris I., Lib. I., c.7., p.70.*,

operis hujus, qvod *incomparabile* vocatur, *& tot annos autori perpolitum*, editionem efflagitat, ac *Lib. IV., c. 14., p. 216.*, his denuo verbis mentionem illius injicit: *Aliud adhuc Inſcriptionum volumen præ manibus habet M. G., Gruteriano & Reineſiano longe accuratius: totam enim Italiam perreptavit ad congerendos hoſce theſauros.* Fuſius idem, *in Prælectionibus Polyhiſtoricis MSS., c. 15.*, commendat, &, *hiſtoriam Romanam*, ex hiſce inſcriptt., *multis modis a Gudio eſſe emendatam*, ſimul teſtatur. In Elegia tandem funebri, Gudii manibus ſacra, his illud metris celebrat:

Qvas Latii congeſſit opes, qvas Itala tellus
Civibus ægreſcat non patuiſſe ſuis!
Ignorata domi veteris veſtigia Romæ
Eruit ille ſuis advena doctus agris.
Fallor? an heic acie Cimbri ſe faſſa minorem
Roma dedit faciles ſic qvoqve victa manus.
Qvicqvid Gruteri ſinuoſa volumina condunt,
Reineſii hac qvicqvid tentat in arte labor,
Omne infra genium tanti moliminis hæret,
Nec ſat in his tenebris lucis & artis habet.
Vidimus hunc veterum perimentem monſtra notarum,
Herculeas poterant qvæ retinere manus:
Nam, qvaſi divina produceret omnia virga,
Oedipodem tot ſe præſtitit ille Davis.
Sed nunc ille jacet ſolidi labor improbus ævi:
Nam qvis Apellæum continuaret opus?

Præter triumviros hoſce, laudibus idem ſuis ornarunt, & editionem, Gudio vel ſuperſtite adhuc vel jam defuncto, deſiderarunt, Ezech. Spanhemius (cujus diſceptationis cum Noſtro amicæ, de Nummorum præ Inſcriptionibus prærogativa, in vitæ hiſtoria jam facta eſt mentio) *in Tr. de præſtantia & uſu Numiſmatum p. 83.*, Joh. Georg. Grævius paſſim in ſuis ad Autorem *Epiſtolis*, ſupra laudatis, ac in *Præfat. Tomi V. Antiqq. Rom.* (*ſive in Syntagm. Præfatt., num. 51., p. 318. 319.*), Joh. Frid. Gronovius, *in Præfat. Plauti, a ſe A. 1669. editi*, Lipſienſes *in Actis Erud., M. Oct. A. 1688., p. 566., M. Jun. A. 1691., p. 303., & M. Sept. A. 1693. p. 432.*, Pet. Bælius *in Novellis Reip. Lit. Gallicis, M. Jun. A. 1685., p. 615. 616.*, Rud. Capellus *in Sciagraphia Nummophylacii Lüderiani*, Bened. Hopſerus (*veterum Inſcriptionum Romanarum pene tria* eum *millia collegiſſe, qvas apud Gruterum, & alios recentiores, fruſtra qvæſiveris*, affirmans) *in Epiſtola ad amicum, Rol. Mareſii Philologicis ſubjuncta, p. m. 687.*, Henn. Wittenius *T. II. Diar. Biograph. Sec. XVII. p. 170.*, Joh. Alb. Fabricius *in Append. Biblioth. Latinæ p. 7[?].* & in edit. ejusdem ſecunda, *l. 4. c. 6., p. 700.*, Burch. Gotth. Struvius, *in Bibliotheca Antiqvitatum Romanarum, Libro I Syntagmatis illarum, Jenæ A. 1701. edito, præfixa, p. 32.*, & Anonymus autor *Diſſertationis de Nummis Gratiani, Joh. Georg. Eccardi Excerptis Libror. Recent. Germanicis Menſtruis* (*M. Aug. A. 1701.*) *inſertæ, p. 5. 6.* Verum, uti Gudius ſuperſtes, prout Anonymus hic recte judicat, *nimia Inſcriptiones ſuas* (*non tantum coram ſingulari ſpectantis diligentia emendatas, ſed & acerrimi ingenii vi, & ditiſſimæ eruditionis præſidiis, illuſtratas*) *edendi mora, magna parte gloriæ ſe, magno fructu ſeculum, privavit*, ita ſpes de iis, poſt obitum ipſius, in lucem emerſuris publicam itidem hactenus fuit fruſtranea. Incaſſum enim bibliopolæ Anglici operam & ſumptus ſuos, teſte Chauvino (*in Diario Eruditorum Gallico Berolinenſi, M. Jan. & Febr. A. 1697., p. 100. 101.*), obtulerunt, & rumor de illis in Joh. Georg. Grævii manus delatis, ac ab ipſo publicandis, a Lipſienſibus (*in Actis Erud., M. Sept. A. 1693., p. 432., & T. III. Supplem., Sect. XI., p. 497.*), Tenzelio (*in Dial. Menſtr. Germ., M. Oct. A. 1693., p. 850.*) ac Struvio (*l. c.*), ſparſus, non ſatis certus (uti ab interpolatore *Libri IV. Tomi I. Polyhiſtoris* Morhofiani, *c. 14., p. 216.*, jam eſt monitum) extitit (*).

Tr. de cultu Reliqviarum, qvem, cum Jenæ A. 1656. ac 1657. viveret, eſt molitus. Conſuli de illo poſſunt excerpta Epiſtolarum ipſius & Thomæ Reineſii, de hoc argumento, mutuarum, a Tenzelio, *in Dialogis Germ. Menſtruis, M. Oct. A. 1697., p. 824-828. 833. 834.*, exhibita.

Exercitationis hiſtoricæ de Clinicis veteris Eccleſiæ pars poſterior inedita, qvam, cum priori, multis locis aucta, ac ſimul recudenda, a ſe juſſit expectari. V. qvæ de priori hac, A. 1657. jam publicata, in ſcriptorum editorum attulimus Catalogo.

Codex novus legum Ducatus Sleſvicenſis provincialium, cujus, juſſu Chriſtiani V., Regis Daniæ, inchoati tantum, & haud pertexti, in vitæ hiſtoria jam facta eſt mentio.

Annotata de Nummis veteribus, qvæ *in Catalogo Bibliothecæ p. 563.* memorantur, & a Frid. etiam Brummero, in Epiſtola ad Thomam Reineſium A. 1666. exarata (*apud Tenzelium in Dial. Menſtr. Germ., M. Oct. A. 1697., p. 837.*), qvod *non publici* eſſent *ſaporis*, ſunt commendata.

Obſervationes in Autores vetuſtos, a D. G. Morhofio (ἐυςοχίαν autoris *plane admirabilem* celebrante) *T. I. Polyhiſt., Lib. I., c. 7., p. 70.*, & hunc ſecutis Lipſienſibus, *in Actis Erud., M. Oct. A. 1688., p. 566.*, commendatæ.

Poemata, qvæ Morhofius, *l. c. p. 70.*, edi itidem optavit, & *cum antiqvis de palma* judicavit *contendere*, in *Elegia* autem (cujus metra, huc ſpectantia, inter autoris jam recitavimus elogia) funebri fuſius celebravit, ejusqve exemplo Lipſienſes etiam (qvibus *elegantiſſima* audiunt) *l. c.*, & Henn. Wittenius, *T. II. Diar. Biogr., Sec. XVII., p. 170.*, laudarunt.

Epiſtolæ ad Thomam Reineſium & Joh. Andr. Boſium ineditæ complures, qvas, a Boſio collectas, & ab hujus hærede, Caſp. Sagittario, ſibi relictas, Joh. Andr. Schmidius, Acad. Juliæ Theologus, una cum Reineſianis & Boſianis ad Gudium, teſte Tenzelio (excerpta illarum, ſibi lectarum, *in Dial. Menſtr. Germ., M. Oct. A. 1697., p. 824-838.*, exhibente), poſſidet.

ב. ALIENA, EDITIONI DESTINATA.

Photii, Patriarchæ Conſtantinopolitani, Etymologicum (Lexicon alii, aut Gloſſarium, appellant) Græcum alphabeticum, cujus codicem chartaceum (non membranaceum, uti Lipſienſes, *in Actis Erud., M. Mart. A. 1699., p. 161.*, *perperam* tradiderunt) MStum, ſpiſſis duobus in forma qvarta majore (non *in fol.*, qvod eosdem Lipſienſes *l. c.*, & interpolatorem *Libri IV. Tomi I. Polyhiſtoris Morhofiani, c. 7., n. 5., p. 88.*, crediſſe video) conſtantem voluminibus, nulla qvidem ſui parte, ſicut alii, mutilum, ſed lectu, ob perpetua literarum, qvibus totus eſt conſcriptus, compendia, perdifficilem, in ſua, theſauri inſtar, aſſervabat bibliotheca. In hac mihi ipſi is olim eſt inſpectus, in *Catalogo* ejusdem, *p. 539. 540.*, memoratus, & a viris eruditis compluribus, partim αὐτόπταις, Ezech. ſcil. Spanhemio (*in Tr. de Uſu & præſtantia Vet. Numiſm., Diſſ. V., p. 358.*), Paulo Colomeſio, eundem hunc Lexici Photiani, a Svida, *Etymologici Magni* autore, & Franc. Turriano *in Epiſtolarum Pontificum Defenſione*, jam olim allegati, Codicem Hagæ ſibi antea, in Iſ. Voſſii bibliotheca, eſſe viſum teſtante (*in Diſſ. de ſcriptis Photii, Gvilh. Cavii Chartophylaci annexa Eccleſiaſtico, p. 35. 36.*), Frid. Brummero (*in Epiſt. ad Thom. Reineſium, apud Tenzelium, in Dial. Menſtr. Germ., M. Oct. A. 1697., p. 836., obvia*), D. G. Morhofio (*T. I. Polyhiſt., Lib. I., c. 16., p. 177., & Lib. IV., c. 7., p. 88.*), & Ant. Reiſero (*in Ep. Dedic. Anti Barclaji*), partim aliis, ad hos provocantibus, Gerhardo a Maſtricht (*in Hiſtoria Juris Eccleſiaſtici p.*

269.

(*) A. 1714. Trajecti ad Rhenum, editionem curante Franc. Heſſelio, Canonico Trajectino Mariano, ſumptibus Franc. Halmæ, excudebantur, cum in ordinem jam ante congruum a Joh. Koolio, Senatore Amersfordienſi, Joh. Georg. Grævii auſpiciis, eſſent digeſtæ. V. *Acta Erud. Lipſ., M. Febr. A. 1714., p. 96., & M. Majo A. 1716., p. 213*, Joh. Maſſonii *T. V. de la Hiſtoire Critique de la Republ. des lettres p. 406.*, & *T. III. du Journal libraire, P. I., M. Jan. & Febr. A. 1714., p. 238.*

269.270.), Vinc. Placcio (*in Tr. de Script. Anon. & Pſeudon., P. I., c. 9., p. 65.*), Theod. Janſonio (*in biblioth. promiſſa & latente p. 43. 44.*), Wilh. Ern. Tenzelio (*in Dial. Germ. Menſtr., M. Jul. A. 1692., p. 607. 608.*), Thoma Popeblountio (*in Cenſura Autorum p. 354.*), & Joh. Hallervordio (*in Biblioth. Curioſa p. 340.*), publice paſſim allegatus. Nec proinde juſtam, an in Gudiana ille bibliotheca inveniretur, dubitandi cauſam habuerunt vel Lipſienſes (*in Actis Erud., M. Jan. A. 1696., p. 38.*), ſuum deinde errorem ingenue agnoſcere & retractare (*M. Mart. A. 1699., p. 161.*) haud veriti, vel Gvilh. Cavius, horum temere ſecutus autoritatem (*P. II. Hiſt. Lit. Scriptt. Eccleſ. p. 163.*), cum antea (*P. I. p. 389.*) *aſſervari penes Gudium* recte tradidiſſet. Rariſſimus utiqve, & ingenti merito in pretio habendus, eſt codex hic Gudianus, non tamen, uti nonnulli crediderunt, unicus. Poſſedit olim in Anglia Rich. Thomſonus hoc *Etymologicum*, ex Italia illuc aſportatum, & Joſ. Scaligero communicavit, cujus hoc, ex Epiſt. 235., ad eum exarata (*p. 503.*), de illo addi meretur judicium: *Remitto tibi Photium tuum, optimum ſane librum, & quem edi e re literaria eſt, quanquam omnia, quæ in illo ſunt, hodie in aliis, unde ipſe hauſit, extant. Qvia tamen laborem legentium levare poſſet, qvod in eo omnia congeſta ſunt, quæ ſparſim in aliis relegere labor eſt, non exiguam a ſtudioſis gratiam iniveris, ſi tam utilem librum in publicum exire patiaris.* In bibliothecis Mendoziana & Strozziana idem inveniri, Phil. Labbeus (ab interpolatore *Libri IV. Tomi I. Polyhiſtoris Morhofiani, c. 7., p. 88.*, allegatus), *in Nova Bibliotheca MSStorum, p. 173.*, teſtatur. MStum Thomæ Galei, viri inter Anglos doctiſſimi, Londinenſe antiqviſſimum, in membrana literis qvadratis, ſed non ſatis accurate, exaratum, ac in fine mutilum, ab autore *Catalogi MSStorum Biblioth. Gudianæ, p. 539.*, Lipſienſibus *in Actis Erud. A. 1696. p. 38.*, Tenzelioqve (nihil ei deeſſe falſo perſvaſo) & interpolatore *L. 4. Polyhiſt. Morhofiani, ll. cc.*, Oxonienſe autem Bibliothecæ Bodlejanæ, itidem mancum, qvod a Galeano forſitan haud diverſum eſſe ſuſpicor, a Morhofio ipſo (*T. I. Polyhiſt., Lib. I., c. 16., p. 177.*), ejusqve fidem ſecutis Joh. Alb. Fabricio (*in Exerc. de Lexicis Græcis, Decadi Decadum ſubjuncta, §. 3.*) & Tenzelio (*l. c.*), memoratur. Etymologicon hoc, a Scaligero tantopere laudatum, *Catalogi MSStorum Gudianorum* autor (*l. c. p. 539. 540.*) *codicem* appellat *rariſſimum ac præſtantisſimum, quo Græcæ literaturæ theſaurus incomparabilis continetur, cujusqve editionem Græcæ lingvæ ſtudia magnopere juvare, atqve ad innumera autorum illius loca emendanda, reſtituenda, explicanda, inſervire poſſe, nemo dubitaverit, cum totus in tradendo & exponendo genuino vocum Græcarum ſenſu verſetur.* Lipſienſes (*in Actis Erud., M. Jan. A. 1696., p. 38.*) *inſigne opus*, editione digniſſimum, & (*M. Mart. A. 1699., p. 161.*) *Theſaurum præſtantisſimum*, Paulus Colomeſius (*l. c.*) *Codicem luce dignisſimum*, Ant. Reiſerus (*l. c.*) *MStum Biblioth. Gudianæ rarius, alibi non extans, orbiqve literato minime invidendum*, D. G. Morhofius (*T. I. Polyhiſt. Lib. I., c. 16., p. 177.*) *Gloſſarium, magno commodo Literatoribus & Hiſtoricis, ob multa ex autoribus deperditis, qvorum laciniæ etiam venerationi eſſe debent, deprompta, futurum*, interpolator autem *Libri Polyhiſt. IVti* (*c. 7., p. 88.*) *Lexicon nec Grammaticarum, nec literariarum rerum, copia, prout, qvi videre, fidem faciunt, Suidæ, Heſychio, aut cuicunqve demum alii Lexico, cedens*, idem ſalutarunt. Ipſum Gudium, cum in Batavia adhuc viveret, editionem illius eſſe molitum, Wilh. Goeſii ad eum Epiſtola (*in Append. I. Adoptivarum, num. 24., p. 62.*, *obvia*) me edocuit. Sed hoc conſilium poſtea, negotiis in patria obrutus politicis atqve forenſibus, abjecit, & codicem præterea ſuum aliis, idem ſaxum volventibus, utendum concedere noluit. *Thom.* enim *Galeus, apud qvem Londini pars Etymologici hujus latebat, editionem ejus* (verſione latina & notis illuſtrandam) *aliqvando moliens, eum ob rem* (verba interpolatoris *Lib. IV. T. I. Polyhiſt. Morhof.*, *l. c.* obvia, recito) *ad M. Gudium ſcripſerat, ut vel ipſummet Photiani Lexici codicem, vel ſane deſcriptum, bona fide edendum, ſibi mitteret, vel, ſi hoc etiam diſpliceret, acciperet ipſe, ſub conditione tamen certa edendi, quæ Galeus prompto animo miſſurus erat, qvi multa ſimul de antiqvitate codicis, & de reliqvis, quæ ad illum pertinere exiſtimabat, erat percontatus. Verum, cum, ſveto ſibi more, Gudius conditiones, nec audire, nec accipere, ſuſtineret, Galeus etiam, mutilum edere librum nolens, ab incepto deſtitit.* Conf. Morhofii ipſius (mentionem aliqvam editionis Anglicæ, qvam ex MSto Oxonienſi illic moliantur viri docti, injicientis) *T. I. Polyhiſt., Lib. I., c. 16., p. 177.*, Henr. Oldenburgii Epiſt. ad Morhofium, d. 6. Febr. A. 1673. exaratam, & appendici Gudianarum adoptivæ, *num. 40., p. 74.*, inſertam (in qva, ut Gudius MStum Photianum, in uſum editionis Londini prodituræ, per unum ſibi menſem, cum codice Anglico conferendum, & poſtea incolume reſtituendum, commodaret, fruſtra poſtulavit), & *Catalogum biblioth. Gudianæ* (a Galeo, ut collationem hujus codicis obtineret, Dan. Elzevirium, Bibliopolam Amſtelodamenſem, ſeqveſtrum, qvi 1000. Florenorum Belgicorum, ſive 400. Imperialium, ſumma de eo mature reddendo caveret, conſtitutum eſſe, teſtantem) *p. 539.* Plura de hoc Etymologico idem *Catalogus*, ſicut & Lipſienſes, Colomeſius, Morhofius, Tenzelius & Joh. Alb. Fabricius, locis ſæpe jam allegatis, ſuggerent. Addantur iis Joh. Diecmanni Symbola, Vinc. Placcii *Tomo I. Theatri Scr. Anon., c. 9., p. 358.*, inſerta, Joh. Alb. Fabricii *Bibliothecæ Græcæ Volum. IX., ſive Libri V. Pars V., c. 38., p. 566. 567. 568.*, & *Vol. X. p. 23.*, & Joh. Chriſt. Bielii, Brunſvicenſis, Epiſtolæ de Codice hoc Gudiano (qvem a Galeano diverſum eſſe, nec Photium autorem agnoſcere, contendit) excerpta, *in Actis Erud. Lipſienſibus, Tomo VI. Supplem., Sect. VI., p. 253-261.*, exhibita.

Scriptores Græci Geoponici, notis illuſtrati, qvas cupide a ſe, & aliis viris Angliæ eruditis, expectari, D. G. Morhofio, in duabus ad illum Epiſtolis, A. 1672. ac 1673. exaratis, & in appendice Gudianarum, *num. 39. & 40., p. 73. 74.*, *excuſis*, ſignificavit Henr. Oldenburgius. Huc ſpectant, qvæ *in Catalogo Bibliothecæ Gudianæ p. 511. 543.* memorantur, Chriſtiani ſcriptoris anonymi Ἐκλογαὶ περὶ γεωργίας, *ex variis antiqvis autoribus deſumptæ* (MStum *in 8.* chartaceum), & editio Γεωπονικῶν Baſileenſis Joh. Alex. Braſſicani, *in 8.* impreſſa, ac a Gudio, cum tribus codicibus MSStis bibliothecæ Palatinæ, unoqve Gottorpienſi, collata. De qva ita Morhofius, *T. II. Polyhiſt., Lib. II., P. II., c. 21., p. 404.*: *In Gudiana bibliotheca exemplar eſt Geoponicorum autorum, collatum cum MSS. codicibus, qvod integras periodos habet, quæ in vulgatis editionibus non reperiuntur.* Conf. Joh. Alb. Fabricii (idem exemplum jam poſſidentis) *Lib. V. Biblioth Græcæ, P. II., c. 5., p. 506.*

C. Julii Cæſaris editio nova, qvam illum, in Batavia viventem, molitum eſſe Wilh. Goeſii ad ipſum Epiſtola (in adoptivarum, Gudianis adjectarum, appendice, *num. 24., p. 62.*, obvia) teſtatur. Huic inſervire haud dubie debuerunt tria exemplaria Cæſaris impreſſa, qvorum duo ipſius manu cum MSS. pluribus fuere collata, & paſſim emendata, tertium autem notis marginalibus a Jano Ulitio illuſtratum. V. *Catal. Biblioth. p. 514.*

Valerii Maximi dictorum factorumqve memorabilium Libri IX., notis illuſtrati. Expectari hos ab eo juſſit Æg. Menagius, *in Amoenitatibus Juris Civilis, c. 19., p. 93.*, ita ſcribens: *An ita ibi legendum, Marqv. Gudio, qvi Valerio Maximo caſtigatiſſimo, cum notis eruditis, brevi nos beabit, examinandum relinqvo.* Conf. Pet. Bælium (*in Novellis Reip. Lit. Gallicis, M. Jun., A. 1681., p. 616.*), Theod. Janſonium (*in Biblioth. latente & promiſſa p. 24.*), & J. Alb. Fabricium (*L. 2. Biblioth. Lat. c. 5., p. 335. 336. ed. ſec.*), ejusdem editionis Valerii promiſſæ, e Menagii loco, mentionem injicientes. De qvatuor membranaceis, & duobus chartaceis codicibus, qvos Noſter poſſedit, Valerii MSStis *Catalogus Bibliothecæ ejus p. 567. 568.*, de editione autem illius Francofurtana, a Chriſtoph. Colero A. 1627. *in 8.* publicata, qvam ipſe cum XXV. MSStis vetuſtiſſimis contulit, & ex iis emendavit, idem *p. 514.*, poteſt conſuli. Hanc editio-

nem

nem nunc poſſidet Joh. Alb. Fabricius, Gudii Catalogum Codicum, a ſe cum ea collatorum, *in Supplemento Biblioth. Lat., L. II. c. 5., p. 135-140.*, & *Vol. II., p. 459-464.*, exhibens.

Joh. Caſelii Scripta, in qvibus colligendis, & editioni parandis, occupatum eum fuiſſe, Morhoſius, *T. I. Polyhiſt., Lib. 6., c. 3., p. 278.*, & *in Prælectionibus Polyhiſtoricis MSS., c. 7.*, teſtatur.

Ejusd. Joh. Caſelii Oratio de officio civitatum erga Principes, in qvarum territorio ſunt ſitæ, occaſione controverſiæ Ducum Brunſvicenſium cum civitate Brunſvicenſi olim ſcripta, qvam ſe, ad urbem Hamburgenſem ſui erga Reges Daniæ, & Duces Holſaticos, officii commonefaciendam, ſeorſim, cum notis, editurum eſſe, in colloqvio familiari, mihi ſignificavit.

Pauli Flemmingii Poematum germanicorum (in editionibus cæteris omnibus, hactenus publicatis, mendis fœdatorum innumeris) editio nova, ab ipſo longe emendatiſſima reddita, qvam mihi itidem (uti *P. I. Iſag. ad. Hiſt. Cimbr., c. 8., §. 7., p. 145.*, jam monui) aliqvoties eſt pollicitus, &, poſt ipſum, conſultiſſimus atqve eruditiſſimus ipſius amicus, Pet. Axenius, a ſe juſſit expectari. Uterqve, cum Buchnero & Morhofio, autorem illorum Poetarum Germaniæ vernaculorum eſſe judicabat principem.

SCRIPTA FALSO NOSTRO ATTRIBUTA.

Joh. Jonſii Libri IV. de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ, Francoſ. A. 1659. in 4. editi, qvos Gudio a qvibusdam perperam vindicari, ſub initium vitæ ejus, jam oſtendimus.

Hiſtoria Eccleſiaſtica ἀνέκδοτος, a Wilh. Ern. Tenzelio, verſibus Elegiæ funebris Morhoſianæ, qvibus ejus peritia Hiſt. Eccl. celebratur, ambiguis, ſupra inter elogia recitatis, decepto, *in Dial. Menſtr. Germ., M. Jul. A. 1690., p. 693. 694.*, illi affiicta.

E CODICIBUS BIBLIOTHECÆ GUDIANÆ MSSTIS
cum omnium Notitia ex hujus peti poſſit Catalogo, rariores tantum nonnulli atqve
ἐξοχώτεροι, ab aliis viris eruditis publice commendati, locis horum
allegatis, breviter, ne plane de theſauro hoc ſileamus,
a nobis recenſebuntur.

Heronis Alexandrini: 1. Geodæſia; 2. Introductio in Geometriam (cujus MSti, nunqvam hactenus editi, mentionem in D. G. Morhofii *T. II. Polyhiſt., Lib. IV., p. 509.*, invenies); 3. Lib. περὶ Αὐτοματοποιητικῆς; 4. Πνευματικῶν, ſive Spiritalium Machinarum, Libri II.; Omnia Græce in fol. De his (qvæ Sam. Reyhero, JCto & Mathematico Kilonienſi, ſi Græcam is lingvam æqve ac Matheſin calleret, publicanda ſe traditurum, Noſter mihi olim eſt pollicitus) V. *Catal. Biblioth. p. 527. 528.*

Cl. Ptolomæi Ἁρμονικῶν Libri III. (de qvibus Morhofii *T. II. Polyhiſt., Lib. IV., p. 50.*, meaqve *ad locum iſtum Hypomnemata p. 533.*, poſſunt conſuli), Græce in fol. Conf. *Catal. p. 528. 529.*

Opuſcula Hippolyto Portuenſi tributa: 1. de XII. Apoſtolis; 2. de LXX. Apoſtolis; 3. Fragmentum Commentarii in Danielem de hiſtoria Suſannæ; ab ipſo Gudio (*teſte Catalogo p. 531.*) Florentiæ e codicibus Mediceis deſcripta, &, poſt *Tr. de Antichriſto* ejusdem Hippolyti jam ante evulgatum, editioni (uti ex Ep. ejus 27. ad J. G. Grævium, & Græviana [inter adoptivas, num. 14., obvia] ad ipſum, A. 1679. ac 1680. exaratis, colligi poteſt) itidem deſtinata. Græce in 4.

Paulus Ægineta, Medicus Græcus, cujus & codicem MS. (in 4.), & editionem anni 1528. Aldinam (*in fol.*), notis αὐτογράφοις a Joſ. Scaligero illuſtratam, & a Morhofio (*T. III. Polyhiſt., L. 7., p. 116.*) laudatam, poſſedit. V. Catal. *p. 508. 538.*

Procli Diadochi Comm. Græcus in Heſiodi Opera & Dies. MS. Chartaceum *in 4.* V. *Catal. p. 538.* Hoc, ſibi a Gudio communicatum, Joh. Georg. Grævius, *in præfat. editionis ſuæ Heſiodi*, A. 1667. commendavit.

Photini, Epiſcopi Sirmienſis, Hæretici, Apologia, Græce ſcripta, & nunqvam edita, qvam in Bibliotheca Gudiana extare Morhofius, *T. III. Polyhiſt., Lib. VI., p. 68.*, teſtatur, ſed Catalogus hujus nusqvam memorat. Crediderim ego, cum Photini nihil ſupereſſe Patrologi conſentiant, memoriam labilem Morhofio impoſuiſſe, & ſubſtituendum in locum Photini eſſe nomen Eunomii, ejusdem Seculi IV. Hæretici, cujus *Apologiæ* Græcæ, a Baſilio M. refutatæ, tria Gudium MSSta poſſediſſe, *in Catalogo p. 533.* refertur.

Iſidori Peluſiotæ Epiſtolarum, & Nili Monachi Capitum atqve Sermonum ad Eulogium, Codex Græcus chartaceus notæ optimæ antiqvus, in qvo pleraqve a muribus corroſa Gudius ipſe, e Veneto S. Marci membranaceo, reſtituit, ſupplevit, & alia etiam emendavit. *In 8.* V. *Catal. p. 543.*

M. Accii Plauti codex membranaceus (*in fol.*), octo tantum comœdias (Amphitruonem, Aſinariam, Aululariam, Captivos, Curculionem, Caſinam, Ciſtellariam & Epidicum) complectens, qvo ſe, in Comico hoc recenſendo, uſum eſſe Joh. Frid. Gronovius, *in præfat.* ſuæ ejusdem editionis, A. 1669. excuſæ, fatetur. Conf. de illo Catalogum *p. 553.*

C. Valerii Catulli duo codices membranacei (*in 8. & 12.*), *in Catalogo p. 556. 557.* memorati. Horum alterum, ſibi inſpectum, Iſ. Voſſius, *in Obſervatt. ad Catullum p. 39.*, allegavit, & J. Alb. Fabricius, *L. I. Biblioth. Lat., c. 5., p. 53. Edit. ſec.*, ſalutavit *eximium.*

T. Livii Codex Membranaceus (in fol.), qvem, a poſſeſſore communicatum, magno ſibi uſui fuiſſe Joh. Frid. Gronovius, in *Præfat.* edit. Livianæ A. 1665. Amſtelodamenſis, fatetur, & Jac. Gronovius fil., *in Epiſtolis ad loca Livii Geographica p. 17. 23.*, & alibi, allegat. Conf. de illo *Catalogum p. 567.*

Trogi Pompeji Hiſtoria (qvam Juſtinus in epitomen redegit) integra. Hanc nonnulli in Bibliotheca Gudiana ſupereſſe crediderunt, a Joh. Alb. Fabricio, *P. I. Biblioth. Latinæ p. 143.*, merito, præſertim cum Catalogus ejus de MSto iſto ſileat, exploſi. Duo Juſtini MSSta (*in fol.*), *in Catalogo p. 566.* memorata, huic falſo rumori occaſionem forte dederunt.

Pomponii Melæ Coſmographiæ, ſive de ſitu orbis Libri III., MStum (*in 4.*) membranaceum, de qvo *Catalogus p. 565.* conſulendus. Ex iſto Jac. Gronovius ſuas Melæ editiones, A. 1685. & 1696. publicatas, præcipue curavit. V. Præfat. ultimæ, & *Acta Erud. Lipſ., M. Sept. A. 1696., p. 431.*

Junii Juvenalis Satyrarum codices IV. membranacei (*duo ſc. in fol., unus in 4., & unus in 8.*). *V. Catal. p. 552. 554. 556.* Duos ex iſtis, a Gudio ſibi communicatos, Theod. Schrevelius, in *præfat.* ſuæ Satyrici hujus editionis, Lugd. Bat. A. 1664. excuſæ, commendavit.

Chalcidii Comm. in Timæum Platonis, a J. Alb. Fabricio *L. 3. Biblioth. Lat., c. 7., p. 560.*, laudatus.

Macrobii Saturnalium Libri VII., MStum (*in 4.*) membranaceum, in *Catalogo p. 561.* memoratum, & a Joh. Jonſio, *Lib. 2. de Scriptoribus Hiſt. Philoſ., c. 9., p. 163.*, laudatum,

Apuleji

Apuleji junioris Libellus de notis aſpirationis & diphthongis; de qvo J. A. Fabricius *Lib. 3. Bibl. Lat., c. 2., p. 523.*, conſulendus.

Pauli Oroſii Hormeſtæ, ſive Hiſtoriæ, codex membranaceus (*in fol.*), a Gudio cum duobus aliis MSStis Venetis, & uno Mediceo S. Laurentii, collatus. V. *Catal. p. 567.*

Arnolphi Aurelianenſis Scholia in Lucanum, laudata a J. Alb. Fabricio, *Lib. II. Bibl. Lat., c. 10.*; *p. 381. ed. ſec.*

Henrici Septimellenſis Hetruſci, ſive Pauperis, Poemata, manu Gudii deſcripta, & cum aliis codicibus (qvorum variæ lectiones in margine notantur) collata, *in 4.* Plura de iis *Catalogus p. 554. 555.* te edocebit.

Galfredi de Vino Salvo, Poetæ circa A. 1200. Anglici, Poetriæ novæ codices tres membranacei (*unus in fol. & duo in 8.*). V. *Catal. p. 553. 556. 557.* Hujus autoris, a Noſtro ſibi communicati, Chriſt. Daumius, *in Epiſtolis ad Joh. Frid. Hekelium p. 86. 87. 92.*, mentionem injecit.

Ægidii Pariſienſis Carolinus, ad Ludovicum, Regis filium, e Jac. Mentelii codice manu Gudii deſcriptus, *in 4.* V. Catal. p. 572.

Liber Epigrammatum viri clariſſimi, Luxori, a Gudio itidem αὐτοχειρὶ deſcriptus, in 4. V. *Catal. p. 555.*

Hugonis a Trimberg, Ludimagiſtri prope Bambergam, circa A. 1300., Thürſtadienſis, Renner, ſive Poema de vitiis omnium ordinum germanico-rythmicum, cujus MStum Gudianum, ſibi communicatum, fuſe celebrat, & editione Anni 1549. longe plenius, integrius atqve emendatius, eſſe, parallelismo capitis de puellis (von den Meyden) hunc in finem adjecto, oſtendit, D. G. Morhofius *Parte II.* des Unterrichts von der Teutſchen Sprache und *Poeſie, c. 7., p. 351-357.* In Catalogo bibliothecæ Gudianæ nulla ejus occurrit mentio.

M. Ant. Majoragii Comm. in dialogum Ciceronis de partitione oratoria, *in 4.* V. Catal. *p. 558.*

Ejusd. Lectiones Palatinæ in Georgica Virgilii, *in 4., in Catal. p. 553.* memoratæ, & a Morhofio *T. I. Polyhiſt., Lib. I., c. 25., p. 318., ac T. II., Lib. I., c. 11., p. 57.*, ac Joh. Alb. Fabricio, *Lib. I. Biblioth. Lat., c. 12., p. 205.*, *commendatæ.*

Ejusdem Libri II. Reprehenſionum contra Marium Nizolium, pro Antiparadoxis ſuis, qvæ Ciceronis Paradoxis oppoſuerat, *in 4.* V. *Catal. p. 574.* Qvæ ad illorum, & litis cum Nizolio, ſpectant hiſtoriam, Morhofius *l. c. p. 318.* expoſuit.

Claud. Salmaſii Comm. inchoatus ad Arnobium, qvem ſe in biblioth. Gud. evolviſſe refert J. Alb. Fabricius *L. 2. Biblioth. Lat., c. 5., p. 332. 333., & L. 4. c. 3., p. 728.*

Virorum, qvi Seculis XVI. & XVII. floruerunt, eruditione illuſtrium Epiſtolæ ἀνέκδοτοι, & maximam partem αὐτόγραφοι, qvamplurimæ, ſingulari ab eo ſtudio undiqve conqviſitæ, & in faſciculos ac volumina haud pauca digeſtæ. E qvibus *in Catalogo Bibliothecæ p. 559.* memorantur:

1. Illuſtrium Germanorum & Belgarum Epiſtolæ, a propria manu; *in fol.*
2. Illuſtrium Gallorum & Italorum Epiſtolæ, a propria manu; *in fol.*
3. Volumen Epiſtolarum, ad Joh. Kirchmannum ſcriptarum; *in fol.* (*de qvo in elogio Kirchmanni plura diximus*).
4. Volumen Epiſtolarum variarum; *in fol.*

Mentionem illarum Frid. Brummerus, in Epiſt. ad Thomam Reineſium de Gudio ſcripta (*apud Tenzelium in Dial. Menſtr. Germ., M. Oct. A. 1697., p. 837.*, obvia), A. jam. 1666., verbis injecit ſeqventibus: *Adhæc multas doctorum ſuperiori noſtroqve ſeculo virorum epiſtolas, nondum publicatas, conqviſivit.* Fuſius easdem poſtea commendavit D. G. Morhofius, *Tomi I. Polyhiſtoris* ſui, A. 1688. editi, *Libro I.*, cujus *Capite VII., p. 64.*, ita de illis diſſerit: *Vidi ipſe apud virum illuſtrem, Marqv. Gudium, ſpiſſum talium literarum, a viris doctiſſimis, & qvidem eorum manu, ſcriptarum, volumen, inter pretioſa ſupellectilis literariæ, qvam habet ampliſſimam, cimelia referendum. Sunt in illis Lutheri, Melanchthonis, Eraſmi (ſi recte memini 10.), Caſauboni, Sarravii, Wouwerii, Manutii, &c., Epiſtolæ, omnes ineditæ. Cap. XXV., p. 316-319.*, denuo easdem celebrat, autores plerosqve, a qvibus ſunt ſcriptæ, enumerat, excerpta nonnullarum exhibet, & recenſum iſtum ſuum prolixiorem hoc exorditur elogio: *Non poſſum, qvin hic, qvaſi in publico theatro, orbi literato magnum illum epiſtolarum theſaurum, qvem in incomparabili ſua bibliotheca ſervat illuſtris Gudius, proponam. Integra ille volumina facile complebit Epiſtolarum, ab omnium gentium viris doctis ſcriptarum, qvorum αὐτόγραφα ſingulari felicitate in manus ejus inciderunt. Dixi præcedenti capite, integras illum habere centurias Wouwerianarum, Caſelianarum, Sarravianarum, Eraſmianarum, Caſaubonianarum, Lipſianarum. Ex his Lipſianis conficere poteſt ad Germanos centuriam unam, aliam ad Gallos, tres ad Batavos. - - - Melanchthonianarum Epiſtolarum, tam editarum, qvam ineditarum, bis mille ad collectionem Londinenſem, ex hoc illuſtri promptuario, adjici poſſunt.* Conferantur alia libri ejusdem loca, qvibus, L. Epiſtolas Er. Roterodami (*Cap. 7. p. 64. & c. 23., p. 283.*), centuriam integram ineditarum Joh. Caſelii (c. 24. p. 299.), a Jac. etiam Burchardo (*in Ep. de Caſelii in literas meritis p. 59.*) deinceps laudatam, qvinqve centurias Juſti Lipſii, chiliadis augmento inſervituras (*c. 24. p. 303. & c. 25. p. 316.*), multas Iſ. Caſauboni Epiſtolas (*c. 23. p. 288.*), multas Joh. Wouwerii (*c. 24. p. 304.*), non paucas Hug. Grotii (*c. 24. p. 295.*), nonnullas Claudii Salmaſii (*c. 24. p. 292.*), & magnum deniqve Reineſianarum, ad Gudium ipſum ſcriptarum, volumen (*c. 23. p. 287.*), in bibliotheca illius delituiſſe, teſtatur. Qvibus addi etiam potuiſſet integrum Epiſtolarum Lucæ Holſtenii ad Pet. Lambecium volumen, qvod Romæ a ſe deſcriptum eſſe Noſter aliqvoties mihi retulit. Morhofii de hoc epiſtolarum theſauro, mihi etiam poſſeſſoris beneficio plus ſemel perluſtrato, relationes, adjectis, cum voto editionis, laudibus ſuis, Lipſienſes, *in Actis Erud., M. Oct. A. 1688., p. 567., & M. Mart. A. 1697., p. 140.*, Henr. Meibomius Jun. (*ingentem induſtriam, qvam, omnes angulos perreptando, illis colligendis Gudius olim impenderat*, celebrans) *in Addit. ad Val. Henr. Vogleri Introduct. in notit. bon. ſcript. p. 157. editionis ſecundæ A. 1700.*, Burch. Gotth. Struvius *in Introductionis ad notitiam rei literariæ editione auctiori*, A. 1706. publicata, *c. 4., §. 14., p. 148.*, &, ut alios ſileam, Pet. Burmannus, qvi partem illarum maximam, uti ſupra jam monitum eſt, in appendice, Gudianis, Ultrajecti *A. 1697. in 4. maj.* a ſe editis, adjecta, juris jam fecit publici, in Syntagmatis hujus *Præfatione*, iterarunt. Qvos inter falluntur, qvotqvot omnes, in millenariis Melanchthonianarum, & centuriis Lipſianarum, Eraſmianarum, Caſaubonianarum, Caſelianarum, &c., a Morhofio memoratis, comprehenſas, hactenus credunt eſſe ineditas. Harum enim longe minorem in bibliotheca Gudiana fuiſſe numerum, ipſe αὐτόπτης obſervavi, & e colloqviis præterea cum Gudio pariter atqve Morhofio familiaribus ſum edoctus, millenariis iſtis ac centuriis eos accenſuiſſe epiſtolas etiam ſingulatim, aut conjunctim cum aliis, jam impreſſas, ſed in Syntagmatis Epiſtolarum, ab autoribus, paulo ante memoratis, ſcriptarum, plenioribus atqve celebrioribus, corpore ſcil. Eraſmianarum ac Melanchthonianarum Londinenſi A. 1642., Chiliade Lipſianarum, toties cuſa ac recuſa, & editionibus Caſelianarum Dransfeldiana Francofurtenſi A. 1687., Caſaubonianarum Græviana Brunſvicenſi A. 1656., Grotianarum Amſtelodamenſi Blaviana A. 1687., Wouwerianarum Hamburgenſi A. 1618., Salmaſianarum Clementiana Leidenſi A. 1656., emiſſas & non obvias. Hoc pacto Melanchthonianarum duas chiliadas *Libri*

IVtus & Vtus, a Joh. Sauberto Noribergæ ab A.1640. ad 1646. editi, & *VItus*, Leidæ A.1647. excuſus, aliæqve earundem collectiones, Anglis haud viſæ, ac *in Catal. Biblioth. Gud. p. 301.* enumeratæ, Lipſianarum autem qvinqve centurias *decades XVIII.*, a Joh. Iſaacio Pontano Hardervici A. 1621. publicatæ, qvarum exemplar Gudianum poſſideo, magnam partem abſolvent. Plurimas tamen eruditorum epiſtolas vere ἀνεκδότες, & Burmannianæ etiam Gudianarum editioni A. 1697. non adjectas, inter MSSta Noſtri ſuperfuiſſe, mihi itidem conſtat, qvarum tamen *multas* (haud dubie a τοῦ δεῖνα, bibliothecæ illuſtris compilatore) *fuiſſe diſſipatas*, Struvius *l. c.* teſtatur.

EX INDICE AUTORUM, EDITORUM QVIDEM, SED CUM MSS. COLLATORUM, VEL NOTIS VIRORUM DOCTORUM AVTOGRAPHIS ILLUSTRATORUM, CATALOGO BIBLIOTH. GUDIANÆ SUBJUNCTO, SEQVENTES TANTUM, QVOS GUDIUS IPSE CONTULIT AC ILLUSTRAVIT, MSSTIS, HACTENUS ENUMERATIS, SUBJUNGENTUR.

Vegetii Artis Veterinariæ Libri IV. (Baſil. 1528. in 4.), cum MS. Colonienſi a Gudio collati.

T. Livius (in 4. Voll. XII.), cum Notis MSS. viri docti. (Diſpiciendum aliis relinqvo, an hic ſit *Livius* ille *Gudii, cum 30. circiter MSS. codicibus ſtudioſiſſime collatus*, qvem, poſt ultimam parentis ſui editionem, Jac. Gronovium, ingens novæ, qvam meditabatur, adjumentum, eſſe nactum, interpolator *Libri IV. Tomi I. Polybiſt. Morhoſiani, c. 11., p. 149.*, teſtatur.)

Hippolyti Martyris Ἀπόδειξις περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου, ab ipſo Pariſiis A. 1661. *in 8.* edita, cum notis & animadverſionibus MSS. marginalibus.

Ejusd. Or. de conſummatione ſeculi, a Joh. Pico græce & latine edita (Pariſ. 1556. in 8.), cum notis & emendationibus Gudii marginalibus.

Liber Legis Salicæ, e Biblioth. Franc. Pithoei (Pariſ. 1602. in 8.), a Gudio cum MS. collatus.

Ciceronis Libri III. de Legibus, cum comm. Adr. Turnebi (A. 1596. in 8.), a Gudio cum MS. collati.

Fragmentorum Ciceronis Tomi IV., cum annott. Andr. Patricii (Ven. 1561. in 8.). E qvibus *Aratea* a Gudio cum 2. MSS. vetuſtiſſimis Lutetiæ ſunt collata.

Cœlius Apicius de re culinaria (Lugd. 1541. in 8.), collatus cum Cod. antiqviſſimo Biblioth. Vaticanæ. Apicii hujus meminit Joh. Alb. Fabricius *L. 2. Biblioth. c. 25., p. 502.*, ubi, ſe varias illius lectiones, e Gudii apographo deſcriptas, aſſervare, teſtatur.

Phædri Fabulæ, cum notis Tanaqv. Fabri (Salmur. 1657. in 8.), it. cum notis Joh. Schefferi (Upſ. 1663. in 8.), in utroqve exemplari a Gudio plurimis in locis emendatæ.

Γεωπονικά, a Joh. Alex. Braſſicano edita (Baſil. in 8.), cum 4. MSS. ab eo collata. Codicem hunc Γεωπονικῶν jam poſſidet Joh. Alb. Fabricius.

Horatius, cum ſcholiis M. Ant. Mureti (Ven. 1582. in 8.). Collatus cum Joh. Jac. Mentelii codice 600. annorum MSto Pariſienſi.

Fulgentii Mythologia, cum codice 600. annorum Gottorpiano collata & emendata.

Apollodori Bibliotheca, ex editione Tanaqv. Fabri (Salmur. 1661. in 8.), collata cum 2. codd. Vaticanis.

Nonius Marcellus de proprietate ſermonis, & Fulgentius Planciades de priſco ſermone (Pariſ. 1583. in 8.), cum cod. vetuſtiſſ. collati.

Valerius Maximus Chriſtoph. Coleri (Francof. 1627. in 8.), collatus & emendatus e XXV. codd. MSS. vetuſtiſſimis.

C. Jul. Cæſar (Lugd. Bat. 1619. in 8.), paſſim a Gudio emendatus.

Idem (Lugd. 1543. in 8.), cum pluribus MSS. a Noſtro collatus.

Eunapii Sardiani Vitæ Philoſophorum & Sophiſtarum (Col. Allobr. 1616. in 8.). Collatæ a Gudio cum VI. MSS. codd., Mediceo, Barberiniano, Rhemenſi, regio Pariſienſi, & duobus Ambroſianis Mediolanenſibus.

Inſtitutiones Juſtiniani (Pariſ. 1643. in 12.). Collatæ cum codice 500. annorum Gottorpienſi.

Celſus de re medica (Lugd. 1549. in 12.). Paſſim emendatus a Gudio.

Hieroclis Comm. in aurea Pythagoræorum carmina (Pariſ. 1583. in 12.). Cum cod. Mediceo collatus.

Ciceronis Orationum volumen primum (Lugd. 1576. in 12.), in qvo poſtremæ duæ Orationes in Verrem cum optimo MS. biblioth. regiæ Pariſienſis ſunt collatæ. Hujus excerpta, ſibi communicata, Joh. Georg. Grævius, in *Præfat.* ſuæ Tullianarum Orationum editionis, commendavit. V. Syntagma *Præfationum & Epiſtolarum* illius, *num. 14., p. 66.*

Ciceronis Opera Rhetorica (Lugd. 1609. in 12.). Paſſim a Gudio ex Inſcriptionibus & MSS. emendata.

XII. Panegyrici Veteres (Francof. 1607. in 12.), a Noſtro collati.

Virgilii Opera (Lugd. 1555. in 12.). Collata a Gudio cum codice ſeculi P. C. N. tertii membranaceo Mediceo. (V. de his J. A. Fabricii *Supplem. Biblioth. Lat. p. 81.*)

M. Ann. Lucanus de bello civili (Lugd. 1551. & 1605. in 12.). Cum codd. Rhemenſi, Pariſino S. Germani, & aliis, collatus.

Papinius Statius (Amſt. 1653. in 12.). A Gudio cum MSS. collatus.

Juvenalis (Amſt. 1624. in 12.). Cum antiqviſſimo MS. Voſſiano, & variis editionibus, collatus.

Epigrammata vetera, & Q. Serenus Sammonicus de Medicina (in 12.). Contulit Gudius cum Monaſterii Paderbornenſis Benedictini codice 400. annorum membranaceo.

Ciceronis Epiſtolarum ad Familiares Libri XVI. (Amſt. 1545. in 12.). Cum MS. 300. annorum Mediceo, & prima editione Anni 1476., collati.

Salluſtius Dan. Parei (Francof. 1649. in 12.). Cum 2. MSS. Templi Cathedr. Rhemenſis antiqviſſimis collatus.

Rufi Feſti Avieni Fabulæ, a Joh. Cabeliavio cum MS. collatæ, & novæ Editioni paratæ. V. J. Alb. Fabricii *L. 3. Biblioth. Lat. c. 11., p. 609.*

Tacitus (Lugd. 1551. in 12.). A Gudio collatus.

Svetonius (Amſt. 1650. in 12.), cui Noſter ſua manu varias lectiones, a Phil. Strozza olim, e 3. MSStis, Florentiæ enotatas, adſcripſit.

Gabr. Naudæi Bibliographia Politica (Lugd. Bat. 1642. in 12.), cum notis Gudii MStis.

His addantur, qvorum nulla in Indice iſto occurrit mentio:

Excerpta variarum lectionum *Variæ Æliani Hiſtoriæ*, e duobus codd. Mediceis, & uno Mediolanenſi, Gudiana, qvæ, a Joh. Georg. Grævio ſibi ſuppeditata, Jac. Perizonius, in *Præfat.* ſuæ illius editionis (Lugd. Bat. A. 1701. *in 8.* excuſæ) laudavit. V. *Acta Erud. Lipſ., M. Nov. A. 1701., p. 489.*, & J. Alb. Fabricii *L. 4. Biblioth. Græcæ, P. I., c. 21., p. 700.*

Pompo-

Pomponii Melæ Coſmographiæ editio Salmanticenſis, cum MS. Vaticano per Phil. Rulæum collata, qvam ſe Gudii dono obtinuiſſe, Jac. Gronovius in præfat. editionis ſuæ autoris hujus poſterioris, Lugd. Bat. A. 1696. publicatæ, fatetur. V. *Acta Erud. Lipſ.*, *M. Sept. A. 1696.*, *p. 431.*

Ant. Verdierii Supplementum Epitomes Bibliothecæ Conr. Geſneri (Lugd. A. 1585. in fol.), Notulis MSS. a Bonav. Vulcanio illuſtratum, qvod apud amicum ſuum extare Morhofius, *T. I. Polybiſt.*, *Lib. I.*, *c. 18.*, *p. 201.*, indicat. Amicum autem illum non alium eſſe, qvam Gudium, e *Prælect.* ejusd. *Polybiſtoris MSS. c. 1.* conſtat, & a me, *in Hypomnem. ad edit. noviſſ. p. 216.*, eſt monitum.

Dan. Eremitæ, Antwerpienſis, Epiſtolæ duæ de itinere ſuo Germanico, in legatione Coſmi, Hetruriæ Ducis, A. 1609. peracto. Lugd. Bat. 1637. in 12. In harum altera, qvæ de principum aulis agit, multa deſiderari, apud Gudium olim ſibi viſa, Joh. Georg. Grævius, in *Vita Franc. Junii*, operi hujus *de Pictura Veterum* A. 1694. præfixa, teſtatur. An ipſe Grævius, in ſua *Opuſculorum* Eremitæ, Ultrajecti A. 1701. in 8. recuſorum, editione, lacunas iſtas ſuppleverit, hactenus ignoro.

Iſaaci Caſauboni de libertate eccleſiaſtica liber ſingularis, ad viros politicos, qvi de controverſia inter Paulum V., Pontificem Maximum, & Remp. Venetam, edoceri cupiunt. A. 1607. in 8. Liber 33. octernionibus dimidiis, & paginis 264., e capitibus XI., in qvæ diviſus eſt, duo tantum priora, cum parte tertii maxima, exhibentibus, conſtans, ac *ἀνωνύμως* editus, ſed, qvod ultima illi manus ab autore non ſit impoſita, ſub finem mancus ac mutilus, qvem tamen nihilominus Melch. Goldaſtus *Tomo* collectionis ſuæ *Scriptorum de Monarchia S. Rom. Imperii* tripartitæ, Francof. A. 1621. *in fol.* publicatæ, *primo*, *p. 674. & ſeqq.*, recudi curavit, & Theod. etiam Janſonius ab Almeloveen noviſſimæ ſuæ Epiſtolarum Caſauboni editioni, Roterod. A. 1709. in fol. publicatæ, adjecit. Imperfectionis ejus hæc eſt cauſa, qvod, cum autor, controverſiæ cum Paulo V. Venetæ tempore, procerum aulæ Gallicæ auſpiciis, illum ſcribere ac edere cœpiſſet, iſta compoſita, ab Henrico IV., Rege Galliæ, pergere in hoc labore ſit prohibitus, & partis ejusdem, jam excuſæ, exemplaria fere omnia (hodie longe rariſſima) juſſu illius ſuppreſſa. V. Pauli Colomeſii (*in Epiſtolis Caſauboni p. 628. 632. 647.*, *edit. Hag.*, *& Scaligerianis p. 345. ed. A. 1627.*, crypticam illius occurrere mentionem obſervantis) *Recueil de Particularitez, in Opuſculis p. 127. 128.* &, qvem is allegat, Jac. Capelli (autoris inſignem antiq. eccl. peritiam ex hoc ſcripto oſtendentis) *Aſſertionem bonæ fidei contra Herib. Rosweydum p. 17.*, nec non Vinc. Placcium & D. G. Morhofium, a Colomeſio ſua mutuatos, illum in *Tr. de Scriptt. Anon. & Pſevdon.*, *P. I.*, *c. 2.*, *p. 22.*, ac *Tomo I. Theatri Scr. Anon & Pſevdon.*, *c. 2.*, *p. 131. 132.* hunc vero *T. III. Polyhiſtoris*, *Lib. IV.*, *p. 35. 36.* Exemplaris primæ editionis, ob ſuppreſſionem, uti dictum, rariſſimæ, Gudiani, a Colomeſio *αὐθέντῃ*, ejusqve fidem ſecutis Placcio & Morhofio, *locis citatis* fuſe deſcripti & commendati, primus poſſeſſor, Joſias Mercerus, *Caſauboni hoc opus eſſe*, in fronte, *cætera* autem, *rebus mutatis*, *non eſſe edita*, ſub finem, *αὐτοχειρὶ* annotavit. Gudio illud, Pariſiis abeunti, M. Aug. A. 1660., a Joh. Jac. Mentelio, Patricio Gallo Caſtro-Thoricenſi, uti avtographum ejus teſtatur, eſt donatum, & e Biblioth. Gudiana A. 1706., jure emptionis, in meam tranſiit. Confer de iſto Joh. Chriſtoph. Wolfii *Notas ad Caſauboniana p. 245. 246. 247.* (ubi Gudium novam ejus molitum eſſe editionem conjecit).

JANUS GULIELMIUS,

Lubecæ A. 1555. (non 1551., qvem Burch. Gotth. Struvius (1.), in hujus locum, perperam ſubſtituit) in lucem editus, patrem habuit, ſicut a viro illuſtri, Marqv. Gudio, accepi, Senatus Lubecenſis apparitorem, fratrem vero Hermannum Wilhelms, mercaturæ, ni fallor, deditum, ac ſororem, Henrico Gerdovio, civi Lubecenſi, elocatam (2.). Tutor ipſi, parentibus mature orbato, ex agnatis obtigit Arnoldus Bonnus, Hermanni, primi eccleſiarum Lubecenſium antiſtitis Lutherani, filius, ac reip. patriæ Senator, ad conſularem deinceps dignitatem evectus (3.). Hujus conſilio & auſpiciis, poſt jacta ſtudiorum in patria urbe fundamenta, academias ſalutaturus, Medicæ initio arti dedit operam, *ἰατροποιητὴς* idcirco a Joh. Poſthio, commilitone, Archiatro poſtea Palatino, in epigrammate ad eum (4.), appellatus, deinde autem Jurisprudentiam huic, cum jam Coloniæ, ni fallor, degeret, teſte eodem, prætulit, &, ut phraſeologia carminis Poſthiani de hac ſtudiorum apoſtaſia jocoſi (5.) utar, *e caſtris medicis transfuga nomen dedit Bartolo.* Utriqve autem, & in Germania natali, & apud exteros vivens, Muſas indivulſo nexu junxit amœniores, literarumqve elegantiorum culturæ non partem ſolum vitæ perbrevis impendit potiſſimam, ſed tandem etiam eſt immortuus. Prima, qvam A. 1575. adiit, academia Roſtochienſis fuit, patriæ vicina, in qva præceptores nactus Dav. & Nathanem Chytræos, fratres germanos, Joh. Caſelium (6.), horumqve collegas cæteros, commilitonem autem Joh. Cyriacum, Baronem a Polheim, gente Auſtriacum, cui *Libros* poſtea *Veriſimilium* inſcripſit (7.), eximios brevi in omni literarum genere fecit progreſſus. Roſtochio A. 1579. in Colonienſem commigravit academiam, &, in Burſam, qvam vocant, Coronarum, ſive collegium Juridicum, receptus, Suffridi Petri, Friſii, hujus præſidis, literarum etiam elegantiorum peritiſſimi (qvo duce Ciceronis Operum emendationem eſt aggreſſus), convictor, per qvadriennium, ſi menſes aliqvot, itineri in patriam A. 1581. impenſos, excipias, fuit continuum (8.), Petriqve Peckii Junioris (Brabantiæ poſtea Cancellarii), Joh. Poſthii, Lud. Carrionis, Franc. Modii, Andr. Papii, Jani Melleri Palmerii, amicorumqve aliorum, eadem ſecum ſtudia ſectantium, crebra ſe oblectavit conſvetudine (9.). A. 1581. Colonia, uti jam monitum, in urbem patriam Lubecenſem, partim ad negotia domeſtica expedienda, partim vero ſpe Canonicatus in æde cathedrali impetrandi, qvæ ipſum fruſtrata eſt, excurrit, & per aliqvot illic menſes, ſed ingenti cum tædio, qvod, ob religionem Lutheranam cum Pontificia Coloniæ commutatam, ab eccleſiaſtis in publicis aſſidue objurgaretur concionibus, eſt commoratus. Teſtem allego ipſius ad Suffridum Petri epiſtolam, Coloniam tunc e patria miſſam (10.), in qva indignationem ſuam hiſce verbis eſt teſtatus: *Hæreo heic magno cum faſtidio, non qvin mihi jucundum ſit agere cum meis, ſed qvod noſtri tribunitii clamatores qvotidie ad plebem pro concione me traducunt, & qvaſi transfugam in ſuam ſynagogam reducere nituntur; qvod haud ſcio an unqvam ſit futurum, ita cane & angve magis inviſum mihi eſt id genus hominum. Ideoqve ita cogito componere cum curatoribus res meas, ut mihi tam cito non neceſſe ſit repetere patriam. De beneficio eccleſiaſtico nihil ſpei eſt, nam neqve vacat, & ſunt, qvi inhient, plurimi, & mihi heic omnia diſplicent.* Coloniam reverſus, in ſtudiis juridicis pariter atqve elegantioribus, & Ciceronis præſertim Operum cum MSStis collatione, ſtrenue perrexit, & Suffridi Petri convictu denuo eſt gaviſus, ad A. usqve 1583., ſub cujus initium, literis hujus ad Jac. Cujacium

(1.) *in Bibliotheca Antiqva, M. Majo A. 1705.*, *p. 223.* (2.) De fratre ac affine V. Arn. Bonni, tutoris ejus, Epiſtolas ad Suffridum Petri A. 1586. & 1588. ſcriptas, inter *Epiſtulas Clar. Viror.*, a Sim. Abbes Gabbema Harlingæ A. 1664. editas, *Cent. II.*, *num. 82. & 87.*, *p. 440. 454.* (3.) V. ipſius Bonni *Epiſtolarum loca*, *jam allegata*, & Gulielmii qvoqve noſtri ad Suffr. Petri literas, ap. Gabbemam *l. c.*, *Cent. II.*, *num. 72.*, *p. 402. 403.* (4.) *P. I. Parergorum Poeticorum, in Belgicis, p. 129.* (5.) V. illud *Parte II. Parerg. Poet.*, *Lib. I Sylvarum*, *p. 73.* (6.) V. Joh. Caſelii & Nath. Chytræi Epicedia in obitum ejus, infra allegandam. (7.) V. *Dedic. Veriſimilium.* (8.) V. Suffridi Petri ad Jac. Cujacium, & ipſius ad Suffridum, Epiſtolas, apud Gabbemam *l. c.*, *Cent. II.*, *num. 78. & 79.*, *p. 418. 419.* (9.) De amicis hiſce Colonienſibus V. *Elegiam* ipſius *qvintam, in Poem. p. 87.* (10.) V. eam apud Gabbemam *l. c.*, *Cent. II.*, *n. 72.*, *p. 403. 404.*

ſtipatus commendatitiis (11.), d. 21. Martii (12.), in Germanorum aliqvot Nobilium, & hos inter Borckii, Protodicaſterii Spirenſis poſtea aſſeſſoris (13.), Nivellii item, ac Puiſæorum fratrum, comitatu, itineri ſe commiſit Gallico, &, eqvo (cui Qverela ad Suffridum poetica parentavit) Meti amiſſo ac ſepulto, d. 9. Apr. Pariſios eſt delatus (14.). In hac Galliæ metropoli Jac. Cujacium invenit, itineri Bituricenſi accinctum, qvi, cum *Veriſimilia* Noſtri, anno præcedente Antwerpiæ edita, jam legiſſet & probaſſet, a Suffrido ſibi commendatum ſumma amplexus eſt benevolentia, &, qvamprimum academiam acceſſurus eſſet Bituricenſem, omnia a ſe juſſit expectare officia. Lutetiæ in annum usqve ſeqventem 1584. (cujus M. Januario literæ ad Juſtum Lipſium illic ab ipſo ſunt exaratæ) ſubſtitit, collationi Ciceronis cum MSS. Gallicis, & Qvæſtionibus Plautinis edendis, potiſſimum intentus, omnibusqve urbis regiæ, & Mæcenatibus, & eruditis, Augerio Gislenio Busbeqvio (Legato Cæſareo), Henr. Memmio, Barn. Briſſonio, Claudio Puteano, Petro & Franc. Pithœis, Joh. Paſſeratio, Joſ. Scaligero, Ant. Oiſelio, Nicol. Fabro, Joſiæ Mercero, cæterisqve, qvibus familiariter innotuit, inprimis autem Jac. Aug. Thuano (*familiaritate ſe illius diu, magna cum animi oblectatione, uſum, & ſemper ab ejus colloqvio meliorem & doctiorem diſceſſiſſe*, publice poſtea profeſſo (15.)), ob doctrinam inſignem, & morum probitatem atqve ſvavitatem, longe acceptiſſimus. *Omnino*, inqvit, ad Suffridum Lutetia ſcribens (16.), *qvotqvot hic docti ſunt, humaniſſime & cupidiſſime me complexi ſunt, complectunturqve cottidie plures, neqve mihi dubium, qvin omnia ab ipſis impetraturus ſim ſane facile. - - Plane hic libenter ſum, &, ut ſpero, cum fructu ſtudiorum, & laude aliqva mea.* A. 1584. ineunte, Pariſiis Avaricum Biturigum, ut in urbis hujus academia ſtudio juridico, Jac. Cujacii, Doctoris illius per Europam univerſam celeberrimi, & in literatura qvoqve elegantiori verſatiſſimi, ductu, incumberet, eſt digreſſus, & humaniſſime qvidem a viro ſummo exceptus, ſed, ob fatorum immitem violentiam, perbrevi tantum tempore, inſtitutione illius gaviſus. Aeſtate enim anni ejusdem, aliis etiam eruditis, Car. Sigonio, Huberto Langveto, Joh. Sambuco ac M. Ant. Mureto (uti a Jano Douſa (17.) & Juſto Lipſio (18.) obſervatum eſt), fatalis atqve funeſti, ingruente, juvenis hic ingenii & doctrinæ præcocis, cunctisqve, & animi, & corporis, dotibus (ſi difficiliorem auditum excipias (19.)) ornatiſſimus, & ob morum qvoqve integritatem ac ſvavitatem, a Jac. Aug. Thuano (20.) & Hier. Groslotio (21.) fuſe deprædicatam, omnibus commendatiſſimus, morbo ex nimiis caloribus contracto (22.), ſive febri acutæ (23.), immatura & ſubita morte, ſuccubuit, & reipublicæ literariæ univerſæ ampliſſimam de ſe expectationem invitus feſellit. Cauſam morbi feralis Joſ. Scaliger (24.) hiſce verbis exponit: *Gvilelmius, tres docte jeune homme, mourut a Bourgves de fievre ardente; il trouva dans les jours caniculaires un pot de vin, qv' il but tout plein, & ſur l' heure* (qvas voces an Thom. Popeblount (25.) recte verterit *eodem momento*, merito dubites) *il mourut.* Morienti, præter alios, adfuere Joſias Mercerus (26.), Joh. Fil., Philologus deinde celeberrimus, Claudiiqve Salmaſii ſocer, & civis amiciſſimus, Auguſtinus Kockertus, Lubecenſis, J. U. D., cujus fidei ſua omnia, & ſcripta in his ἀνέκδοτα atqve affecta, tum cætera, tum Ciceroni emendando deſtinata (qvorum fata infra fuſius exponentur), concredidit (27.), uterqve funeris defuncto, cum exuviæ ſepulcro Bituricenſi inferrentur, facti curator præcipuus. Circa annum fatalem, qvi 1584., uti dictum, fuit, Mart. Hanckius, A. 1580. vivis illum exceſſiſſe falſo narrans (28.), impegit, ſed ipſemet poſtea errorem ſuum emendavit (29.), de menſe autem ac die emortualibus diverſi diverſa tradiderunt. Illuſtris Thuanus (30.), qvem & nos aliorum ſumus exemplo ſecuti, M. Junio deceſſiſſe eum perhibet, in cujus locum a Juſto Lipſio (31.) Julius, a Jano Grutero autem (32.), & hujus aſſecla, Mart. Hanckio (33.), September, & nox diem illius undecimum, non Kalendas (qvi Struvii eſt error) antegreſſa, ſubſtituuntur. Melch. Adamus (34.), an Thuano, vel Grutero, calculum adjiceret, dubius, Junii pariter atqve Septembris injecit mentionem. Annos ætatis 29. eum, vel attigiſſe; vel impleviſſe, ſi A. C. 1555. natalem ipſi fuiſſe recorderis, minime dubitabis. Falluntur ergo tum Caſp. Scioppius (35.), & locum hujus, a Thoma Crenio (36.) recitatum, temere ſecuti Lipſienſes (37.), qvi ad A. æt. 27. mortem ejus immaturam retulerunt, tum Burch. Gotth. Struvius (38.), ob errorem de anno natali 1551., in alterum de trigeſimo tertio ætatis emortuali prolapſus. Merito eruditi, juvenem præcocis adeo ingenii, & ſenilis plane doctrinæ ac judicii, eam ſibi, non juris ſolum, ſed & univerſæ literaturæ & antiqvitatis elegantioris, parare potuiſſe mirantur peritiam, & puræ ſimul ac venuſtæ dictionis, tam in numeris illigato poeticis, qvam ſoluto ſermonis genere, facultatem, ut inter Philologos, Poetas, Antiqvarios & Criticos ævi, qvo vixit, principes, omnium conſenſu, etiam ſuperſtes, referretur. Criticis præſertim in autores vetuſtos laboribus, & ſingulari horum accuratione, publicum orbis literati applauſum meruit, & vere alicubi (39.), *ſe, primum ſuorum popularium, hanc ſcribendi viam, præcedente, qvem ſubſeqveretur, nullo, eſſe ingreſſum*, affirmavit. Tanto majori laude dignus, qvod primus inter Germanos Criticus germanam adamaverit, & populares exemplo ſuo excolere docuerit, Criticam, circa res pariter atqve verba occupatam, & ſapientiæ veræ ac ſolidioris ſtudioſam, ſpuriam autem & degenerem, ſolis apicibus, literarumqve, ſyllabarum & vocum, minutiis immorantem, &, harum qvibusdam reſtitutis, vel temere mutatis, neſcio qvos triumphos, & autoritatem in republica literaria dictatoriam, cultoribus ſuis, in æmulos ſtolide dicacibus ac injuriis, inepte vindicantem, cordate ſit deteſtatus. Mentem hac de re ſuam apologemate expoſuit, adverſus Ludov. Carrionem (hunc enim ab eo, nomine ſuppreſſo, notari, ex Epiſtola ad Lipſium, Pariſiis 3. Non. Jan. A. 1584. ſcripta, adverſarium Lipſii amicum eſſe, & A. Gellii editionem moliri, ſignificante (40.), recte colligere mihi videor), plagii ſe temere inſimulare auſum, eximio, Qvæſtionum Plautinarum inſerto præfationi, &, qvod verbotenus a nobis recitetur, digniſſimo: *Me*, inqvit, *ab alienis abſtinuiſſe ac caviſſe ſedulo, teſtem facio illum ſupra nos juſtitiæ oculum, ἀνθρώπων ὕβριν τε καὶ εὐνομίην ἐφορῶντα. Neqve hic ſolum per me, ſed etiam per amicos aliqvot meos, adoleſcentes doctos, & in his ſtudiis multæ atqve exercitatæ lectionis. Si qvid feſellit memoriam & diligentiam noſtram, jam nunc reſcribo illis ſuum, qvi in vacuum priores venerint. Qvorum cogitata divinare aut ſcire non potui, horum qverelas non extimeſco; ut*

ne iſtius

(11.) V. illas apud Gabbemam *l. c.*, *Cent. II.*, *n. 78.*, *p. 417-419.* (12.) V. Suffr. Petri Epiſt. ad Henr. Gerdovium, apud Gabbemam *l. c.*, *Cent II.*, *Ep. 94.*, *p. 468.* (13.) V. Melch. Adami *Vitas Philoſ. German. p. 317.* (14.) V. ipſius & Suffridi duas Epiſtolas mutuas, apud Gabbemam, *Cent. II.*, *num. 79. & 80.*, *p. 420. 424.* (15.) *Lib. 80, Hiſtor.*, *ſub finem.* (16.) apud Gabbemam *l. c.*, *p. 420. 421.*, ubi & alia de itinere Gallico narrantur. (17.) in Ep. ad J. Lipſium A. 1585. ſcripta, qvam Th. Crenius *P. VIII. Animadv. Philol. & Hiſtor.*, *c. 1.*, *§. 4.*, edidit, *p. 00.* (18.) *Cent. I Ep. 79. ad Mart. Lydium p. 91.*, & *Ep. 98. ad Henr. Wiltium p. 112.* (19.) V. Melch. Adamum *l. c.*, *p. 318.* (20.) *l. c.* (21.) in Epiſt. ad Jac. Lectium, in Melch. Goldaſti *Centuria Epp. Philol.*, *num. 80.*, *p. 366-371.*, *obvia.* (22.) V. Thuanum, & ex eo Melch. Adamum, *ll. cc.* (23.) *V. Lipſii Cent. I. Ep. 79. ad Mart. Lydium p. 91.*, & *Lib. 2. Elect. c. 16.* (24.) *in Scaligeranis alteris p. m. 101.* (25.) *in Cenſura Autorum p. 831.* (26.) V. Jani Gruteri *Manes Gulielmianos*, *Poematis* Gulielmii adjectos, *Carm. IV. ad Mercerum, p. 148.* (27.) V. Kockerti *Epiſt. ad Suffr. Petri A. 1595. ſcriptam*, apud Gabbemam *l. c.*, *Cent. II.*, *num. 96.*, *p. 470.* (28.) *Lib. I. de Rer. Rom. Scriptoribus*, *c. 69.*, *p. 244.* (29.) *in indice ſecundo ejusdem Libri I.*, *& Libro II. p. 376.* (30.) *l. c.* (31.) *Cent. I. Ep. 70. ad Mart. Lydium p. 91.* (32.) *Tomo II. Chronici Chronicorum*, ſub Joh. Gvaltheri larva editi. (33.) *l. c.*, *Lib. I.*, *p. 244.* (34.) *l. c. p. 318.* (35.) *in Libello de Arte Critica p. 16.* (36.) *P. VIII. Animadv. Philol. & Hiſt.*, *c. 1.*, *§. 10.*, *p. 42.* (37.) *in Actis Erud.*, *M. Jan. A. 1702.*, *p. 44.* Leo Allatius, *in Apibus urbanis p. 204.*, A. æt. 26. eum obiiſſe, falſo tradidit. (38.) *in Bibliotheca Antiqua, M. Majo A. 1705.*, *p. 224.* (39.) *in Ep. dedic. libris III. Veriſimilium præfixa.* (40.) V. eam in Lipſii *Centuria I. Epiſtolarum*, *num. 38.*, *p. 62. 63. edit. Francof. Wechelianæ A. 1590.* (in ſeqventibus enim omiſſa eſt), & in *Decadibus 18. Epiſtolarum Lipſii, in Centuriis non exſtantium*, a Joh. Iſ. Pontano editis, *in Partit II. appendice adoptiva*, *p. 124. 125.*

ne iſtius qvidem impudentiam, qvi recta petitione in me incurrit, cui ultro injuriam facturus erat. Et volebam tamen iſti homini parcere; ſed inſuſurrabat Publius: Veterem ferendo injuriam invitas novam. *Et qvid facerem? plagii me diſerte inſimulari ferrem? ego vero ferrem, ſi ingenii famam elevaret, qvam arrogavi mihi nunqvam, aut de doctrina detraheret, qvæ qvam ſit modica, ſentio & fateor. Improbitatem ſibi impingi, probitatem, fidem, candorem animi, adimi. is ferat, qvi has virtutes non magni æſtimat, aut non magnopere colit. Qvæ ſi hujusmodi ſcriptiunculis amittendæ ſunt, dicam, qvod ſentio: pereant potius omnes literæ! nam doctrina, & hac antiqvitate, carere poſſum, illis, dum is ero, qvem me eſſe, & volo, & ſpero, non poſſum. Tu lector, ignoſce juſto dolori meo, & illi, qvi veteratorie laceſſivit, non mihi, qvi juſte defendi, imputa.* Juſto certe Lipſio, qvem imitatus Noſter in hac ſcribendi ratione videtur, monumenta ejus critica, qvæ *philoſophiam etiam ſapere* Valens qvoqve Acidalius (41.) obſervavit, ita, iſtam ob cauſam arriſerunt, ut, in Epiſtola ad illum de *Qvæſtionibus* exarata *Plautinis* (42.), ita inſtituto laudabili applauderet: *At in libro eo tuo, magnæ voluptati non ſemel interpoſitum judicium de ſtudio ſapientiæ & morum. Macte hac ſententia! Obſecro enim, ut qvid iſta humanitatis ſtudia tam ambitioſe adſectamus, tantum propter ipſa? abutuntur pleriqve ad malam & vanam pompam, ut ſcis, vere, cum Appione, cymbala qvædam inanis juventutis. Tibi melior, ut video & gratulor, mens; atqve, ut porro ſit, qvæſo & hortor.* Amicos, præter Germanos & Belgas celebriores, Roſtochii & Coloniæ, Gallosqve illuſtres, Lutetiæ ſibi conciliatos, qvos ſupra jam recenſuimus, alios item, qvos non moramur, famæ minoris, habuit, & in *Poematis, Epiſtolis, Qvæſtionibus Plautinis*, ſcriptisqve aliis, paſſim, vel compellavit, vel memoravit, e Gallis Jac. Bongarſium, Joh. Metellum Seqvanum, Pet. Delbenium, e Germanis Henr. Ranzovium, Cimbriæ Proregem, Jac. Monavium, Paulum Meliſſum, Georg. Brunonem, Melch. Hittorpium, Henr. Südermannum, Hier. Berchemium, Dan. Bucretium, Joh. Lauterbachium, Mart. Nordanum, e Belgis deniqve Janum Douſam, Juſtum Lipſium, Janum Lernutium, Godſch. Stewechium, Pet. Colvium, Car. Utenhovium & Janum Gruterum. Qvorum ultimus, ipſius in Janum Mellerum Palmerium, amicorum & commilitonum haud infimum, libello, cui *Manium Palmerianorum* inditus eſt titulus, carminum funebrium integro celebratum, imitatus pietatem, ſimilem XXIV. varii generis næniarum ſyllogen defuncti memoriæ, ſub *Manium Gulielmianorum*, conſecravit, titulo, finemqve omnibus ſeqventi impoſuit epigraphe ſepulchrali:

Memoriæ Sacr.
JANO GULIELMIO,
Lubecenſi,
ſanctiſſ. moribus juveni, &
vere flori illibato
ingeniorum,
ad æternit. Romani
nominis nato,
ejusdem
ſempiterno damno
denato,
Janus Gruterus,
amico incomparabili,
amiſſione ejus
perpetuis tenebris,
qvotidiana miſerabili ejulatione,
damnatus,
hos titulos, hoc monumen
chartaceum,
qvia marmoreum non
poteram,
B. M. P. S. D. M.
Vale & ſalve anime mi, Gulielmi.
Diſcedens terram tibi dico levem.

Vitæ ejus hiſtoriam, ante me, ſed juſto brevius, expoſuerunt:

1. MELCH. ADAMUS, *in Vitis Philoſophorum Germanorum p. 317. 318. 319.*
2. JOH. PET. LOTICHIUS, *Parte IV. Bibliothecæ Poeticæ, num. 32., p. 115. & ſeqq.*
3. MART. HANKIUS, *Lib. I. de Rer. Rom. Scriptoribus, cap. 69., p. 243. 244.*
4. ANT. TEISERIUS, *in Additt. Gallicis ad Elogia Thuanæa., T. II., p. 7. 8.*
5. BURCH. GOTTHILFIUS STRUVIUS, *in Biblioth. Antiqva A. 1705., M. Majo. p. 223. 224.* Qvos inter qvatuor poſteriores, Melch. Adami ſecuti veſtigia, ſua fere omnia ex illo deprompſerunt. (*)

Prolixiorem vitæ ejus hiſtoriam olim, circa A. 1635., promiſit ARN. BACKHUSIUS, Lubecenſis, Carminibus & Epiſtolis Noſtri poſthumis, a ſe collectis, præfigendam, uti e Joach. Morſii *Albo MSto, fol. 810.*, didici.

Nunc biographiam ejusdem accuratiorem, Syntagmati Opuſculorum illius omnium, ſe curante junctim recudendorum, præmittendam, pollicetur ANDREAS PLANTECOVIUS, Lubecenſis, Med. D. & in patria Practicus, in Philologia etiam omni & hiſtoria literaria verſatiſſimus, in nuperrima ad me Epiſtola id ipſum teſtatus.

Adjumentum fuſius hanc deſcripturis non exiguum afferre poterunt:

1. JANI GRUTERI *Manes*, de qvibus paulo ante dictum, *Gulielmiani*, Carmina XXIV. in obitum ejus exhibentes funebria, qvi in *Periculis* initio Gruteri, ſive Poematis, Heidelbergæ A. 1587. *in 8.* excuſis, lucem (*teſte Val. Andrea Deſſelio in Bibliotheca Belgica p. 438.*) viderunt publicam, & deinde in *Poematum* ipſius Gulielmii, Lignicii A. 1603. *in 8.*, cum Lernutianis & Acidalianis, evulgatorum, appendice adoptiva, *p. 139-180.*, ſunt recuſi.
2. JOH. CASELII, JOH. METELLI, Seqvani, & NATH. CHYTRÆI, Epicedia in exceſſum Noſtri conſcripta, in eadem *Poematum Appendice, p. 181. 182. 183.*, obvia.
3. ISAACI MEMMII, Ultrajectini, J. U. D. & Canonicorum deinceps Hamburgenſium Syndici, Elegia ad Arn. Bonnum, Senatorem Lubecenſem, de obitu Jani Gulielmii, juvenis doctiſſimi, Roſtochii A. 1585. *in 4.* edita (*2. pl.*).

(41.) *Epiſt. 70. ad Joh. Caſelium p. 157.* (42.) *Cent. I., num. 39., p. 43.* (*) Uberior eſt Joh. Henr. a Seelen Diſp. de Jani Gulielmii eximiis in literas humaniores meritis, Lubecæ A. 1723. in 4. edita.

4. HIERON. GROSLOTII LISLÆI, Eqv. Gallici, Epiſtola de obitu & laudibus Noſtri, ad Jac. Lectium, prolixa, Avarici Biturigum V. Id. Jan. A. 1585. exarata, qvæ in Melch. Goldaſti *Centuria Epiſtolarum Philologicarum, num. 59.*, *p. 363-371.* (in editione Lipſienſi A. 1674.), legitur.

5. SYLLOGE Epiſtolarum XXII., qvarum duæ a Gulielmio ad Suffridum Petri, ceteræ a Suffrido Petri, Arn. Bonno, Senatore Lubecenſi, Auguſtino Kockerto, J. U. D., & Henr. Gerdovio, cive Lubecenſi, de Gulielmio, ejusqve laudibus ac obitu, præſertim autem de Caſtigationum ac Variarum Lectionum in Ciceronem voluminibus (qvæ Suffridus ſibi vindicare conabatur) MStis, ab illo relictis, ad ſe invicem, & alios, ſunt conſcriptæ, & a Simone Abbes Gabbema, in *Tribus* ſuis *Epiſtolarum, a viris Illuſtribus & claris ſcriptarum, Centuriis*, Harlingæ Friſiorum A. 1664. *in 8.* excuſis, *Cent. II., num. 72. 73. 78. 79. 80. 82-98., p. 402-410. 417-426. 439-483.*, publicatæ.

6. Judicia eruditorum (Franc. Modii, Juſti Lipſii, Jac. Aug. Thuani & Hier. Groslotii) honorifica de illo, editioni Ciceronis Gulielmio-Gruterianæ, Hamb. A. 1618. excuſæ, præfixa.

7. THOMÆ POPEBLOUNT *Cenſura Autorum*, in qva itidem nonnulla illius *p. 830. 831.* congeſta ſunt elogia.

Ex Eruditorum ad illum EPISTOLIS prodierunt:

1. IV. Juſti Lipſii, *Cent. I. Epp. Miſcell., num. 11. 39. 66. & 74., p. 13. 14. 43. 80. 81. 86. 87. Edit. Avenion. A. 1609.*, obviæ, annisqve 1580. & 1584. conſcriptæ.

2. Una Suffridi Petri, A. 1583. exarata, in Sim. Abbes Gabbemæ *Cent. II. Epp. Virorum Illuſtrium ac Clarorum, num. 80., p. 422-426.*, occurrens.

3. Una Franc. Modii, qvæ, ad Ciceronis Operum emendationem calcar ei addens, in *Lectionibus* Modii *Novantiquis, num. 131.*, legitur, &, in prolegomenis editionis Ciceronianæ Gulielmio-Gruterianæ, allegatur.

4. Una Godeſchalci Stewechii, qva ſuas ei in *Librum* L. Apuleji *de aſino aureo decimum Qvæſtiones* inſcripſit, in Stewechii *Qvæſtionibus in Apuleji Opera*, Antwerpiæ A. 1586. *in 8.* excuſis, publicata.

CARMINA ad eum exſtant:

1. Tria Joh. Poſthii, in *Parergorum Poeticorum*, A. 1595., ex officina Commeliniana, *in 8.*, editorum, *Parte I., in Belgicis, p. 129. 140., & Parte II., Lib. I. Sylv., p. 73.*

2. Unum Jambicum Jani Melleri Palmerii, inter ipſius Gulielmii *Poemata, p. 133-136.*

Conferri de illo poſſunt Jac. Aug. Thuanus *Lib. 80. Hiſtor., ſub finem*, C. B. *in Monumentis ex Thuano literariis p. 234.*, Juſtus Lipſius *Lib. II. Electorum., c. 16.*, & in *Epiſtolis Cent. I., n. 47., p. 51., num. 63. p. 77., num. 79. p. 91., num. 83. p. 96., num. 98. p. 112., Cent. II., n. 30. p. 149., Cent. III., n. 10. p. 227.*, (*edit. Avenion.*), nec non in poſthumis, a Joh. Is. Pontano editis, *P. I., Dec. I., num. 10., p. 11.*, Joh. Jac. Friſius *in Biblioth. Gesneri continuata p. 382.*, Ant. Verdierius *in Supplem. Biblioth. Gesneri p. 26.*, Abr. Bucholzerus *in Indice Chronologico, ad A. 1584.*, Jos. Scaliger *in Scaligeranis Alteris p. m. 101.*, Janus Gruterus *P. II. Chronici Chronicorum, ſub Joh. Gvaltheri nomine editi*, Joach. Vagetius *in Præcidaneis de orbe habitabili p. 242.*, Val. Acidalius *Cent. I. Ep. 56. ad J. Lipſium, p. 158.*, Caſp. Scioppius *Lib. I. Suſpect. Lect., Ep. VIII., p. 25., & in Lib. de Arte Critica p. 16.*, Caſp. Conradus *Millenario I. Proſopogr. Melicæ p. 71.*, Georg. Matth. Kônigius *in Biblioth. Vet. & Nova p. 371.*, Lud. Morerius *P. III. Dictionarii Hiſtorici Gallici p. 102. & ſq.*, Joh. Andr. Qvenſtedius *in Dial. de patriis Illuſtrium Virorum p. 202.*, Caſp. Sagittarius *in Comm. de Vita Plauti, Terentii & Ciceronis, p. 143. 144.*, Adr. Bailetus *dans les Jugemens des Sçavans*, *T. II.*, *P. II.*, *p. 231. 232.*, Theod. Janſonius *in Biblioth. promiſſa & latente p. 24.*, Chriſt. Wilh. Eybenius *in Eponymologio Critico Tob. Magiri aucto p. 412.*, Thom. Crenius *P. VIII. Animadv. Philol., c. 1., §. 10., p. 42., & P. XVI., c. 2., p. 120-134.*, Joh. Burch. Majus *in Libello J. H. Boecleri de rebus Sec. XVI. memoriali, a ſe aucto, p. 738. 739.*, Joh. Franc. Buddæus *T. II. Lexici Hiſtorici Germanici p. 324.*, Ant. Teiſerius *P. II. Additt. ad Elogia Thuanæa Gallicorum p. 35. 36. edit. ſec.*, Joh. Klefekerus *in Bibliotheca Eruditorum præcocium p. 146-149.*, Joh. Henr. a Seelen *P. I. Athenarum Lubecenſium p. 31-36.*

ELOGIA.

N. GALLORUM.

ADR. BAILETUS, *dans le Traitté des enfans devenus celebres par leurs etudes, ou par leurs ecrits, num. 54., p. 177.*, præcocibus his ingeniis recte eum accenſet, additqve: *Ses ouvrages ſont les fruits d'une adoleſcence tres laborieuſe & tres docte.*

IS. CASAUBONUS, Ep. 398. ad Joh. Wittenium A. 1613. ſcripta (*in edit. Gronov.*), ita de illo: *Accepi Gulielmium præclara qvædam habuiſſe in Ciceronem, & fuiſſe illum excellentis ingenii virum omnes ſciunt.*

PET. FABER, JC., ſuo itidem elogio, in ſcriptis, Gulielmium honeſtavit, teſte Caſp. Scioppio (cujus verba paulo poſt recitabuntur) *in Epiſt. ad Fabrum, Lib. I. ſuſpectarum Lectionum, num. 8., p. 21.*, obvia.

HIER. GROSLOTIUS LISLÆUS, in Epiſt. ad Jac. Lectium, paulo ante allegata, de Gulielmii obitu & laudibus, admodum in his eſt prolixus. Pauca e plurimis exhibebimus: *Janus Gulielmius, qvo juvene, non me redarguet ipſa veritas, nihil tulit Germania doctius aut verius: nihil vidit ſol ipſe amabilius aut melius. Juraſſes factum illum a Gratiis, eductum edoctum a Muſis. Nam illi qvanta probitas in ore? qvanta in ſermone ſimplicitas, qvanta urbanitas, qvis candor? qvi ſales? qvam pari lance gravitas comitasqve? qvanta in omni vita pietas? &, qvod rariſſimum in illa gente, qvanta in omni victu abſtinentia? deniqve qvo ille ſtudiorum amore flagrabat? qvantum legit? qvantum etiam ſcripſit? qvæ nunc maximam partem cum ipſo, ſine fructu poſteritatis, abierunt. Superſunt tamen in manibus hominum non obſcura tanti ingenii monumenta, qvæ etſi fuerint edita ab admodum adoleſcente, &, ut ipſe ſum oculatus teſtis, nimio impetu præcipitata, tamen æternum (ſi æterna, qvod auguror, erunt) teſtificabuntur, qvo fuerit in his literis acumine & judicio, ſimulqve qvantum virum daturus fuiſſet, ſi virtutes ejus maturuiſſent. - - Publicæ rei malo maximo denatus eſt tam ingenti tot literarum, tot virtutum, flumine inundatus juvenis, cui, qvemadmodum prope unico ævi noſtri, dixero invidia audiente indignante, facultas erat Ciceronem emaculatiſſimum publicandi, ita doctiſſimorum judicio feliciſſime, cum proſam ſcriberet, prorſus exprimendi, accerſitis tamen ex Plauto, aliisqve ſimilis, i. e. optimæ notæ ſcriptoribus lepidiſſimis, & jocis urbanioribus. Jam vero, cum ſe demittebat ad carmen, edebat, Deus bone! qvam terſum, qvam amœnum, qvam acutum, &, verbo dicam, omnino ſanitatis antiqvæ: ita proxime effingebat veteres illos, Horatium dico, Catullum, Propertium, & ceteros auguſtioris famæ.*

JACOBO LECTIO (qvem Thom. Crenius *P. XVI. Animadv., c. 2., §. 2., p. 132.*, allegat) *in Emendatt. in Symmachi Epiſtolarum Lib. X. Ep. 11., p. 588.*, *Vir* audit *ſvaviſſimæ apud doctos memoriæ.*

JOH. METELLUS, Seqvanus, in Epiſt. ad Dav. Chytræum A. 1583. ſcripta (qvam invenies inter *Epiſtolas* Chytræi *p. 51.*), eum *juvenem* vocat *optimum*, & in Epicedio (in *append. Poematum* Gulielmii *p. 182.* obvio) hiſce deplorat verſibus:

Deſlete

Deſlete o veſtrum Muſæ Charitesqve clientem,
Invida Germanis Gallia qvem rapuit.
Ille togam Græcis, & pallia Græca Latinis,
Indidit, interpres nobilis, ore potens.

Doctrinæ ſtudiis & ſplenduit unus Apollo,
Cunctis qvem Pallas artibus erudiit.
Lugete o caſtum, celebrem cultumqve Poetam,
Langvida qvi Plauti carmina reſtituit.

Grandibus hic auſis, Cicero, tibi millia qvinqve
Vulnera curavit, ſedulus arte, manu.

JOS. SCALIGERO (*in alteris Scaligeranis p. 101.*) audit *très docte jeune homme.*

JAC. AUG. THUANUS (*Lib. 80. Hiſtor., ſub finem*) ita de illo: *Eodem menſe* (Junio), *Janus Gulielmius, adoleſcens cultiſſimi ingenii, Lubecæ natus, Avarici Biturigum, qvo ad magnum Cujacium audiendum profectus fuerat, contracto ex nimius caloribus morbo, vix ſalutata urbe, deceſſit, cum nondum XXX. vitæ annum attigiſſet; eo magis deploranda morte, qvod multa, & inter ea novam Ciceronis Operum, ad MSS. exemplaria diligentiſſime collatorum, & amplius 600. clauſulis ſuppletorum, editionem paratam haberet: qvam & ego vidi, hactenus, magna rei literariæ jactura, aut diſperditam, aut ſuppreſſam. Cujus familiaritate, dum Lutetiæ eſſet, diu, magna cum animi oblectatione, uſus, hoc vere profiteri poſſum, me ſemper ab amiciſſimi juvenis colloqvio meliorem ac doctiorem diſceſſiſſe. Tanta erat in eo morum probitas, tantum in literis judicium, tanta in ſermocinando ſvavitas; ut alium vix meminerim (multos autem audivi), qvi latinè ſimili cum facilitate & puritate loqveretur: ut omittam raram in poetica facultatem, ſive Græca verteret, ſive verſus ex ingenio faceret. Amicitiam, non tam ætatis ſimilitudine, qvam ſtudiorum conſenſione, contractam, immatura mors diremit, non tamen omnino ſolvit: cujus hoc qvalecunqve monumentum ad poſteritatem extare volui.* (Hujus elogii Thuanæi partem maximam & præcipuam, incertum qvo conſilio, in editione operis hiſtorici Genevenſi eſſe omiſſam, ex Françofurtenſi reſtituendam, obſervat Joh. Burch. Majus, *in Libello memoriali de rebus Sec. XVI. Bæcleriano, a ſe aucto, p. 738. 739.*).

ב. BELGARUM.

DOMIN. BAUDIUS (*Cent. III. Ep. 20. ad Franc. Douſam, p. m. 534.*) eum vocat *Juvenem acri judicio, & ingenio eleganti.*

PET. COLVIUS, in Ep. ad Juſtum Lipſium A. 1584. Pariſiis miſſa (apud Thom. Crenium *P. VII. Animadv., c. 1., p. 76.*), ita de illo ſcribit: *Cohabitavi per ſex ſeptem menſes J. Gulielmio, optimo & eruditiſſimo viro, qvem invitum etiam amare poſſe mihi videor: tantam vim habet ſtudiorum, imo potius bonorum morum, ſimilitudo, ſine qvibus illa non conſiſtunt.* In Elegia autem, *Q. q. Plautinis* Gulielmii præfixa, *Phœbum* ait illi *criticum jus viſum eſſe tranſſcribere.* Eidem Colvio, *in Notis ad Apuleji Metamorph. Lib. I. p. 5.*, audit *amicus amiciſſimus, p. 11. Vir elegantiſſimus, cujus ut vita ſibi jucundiſſima ſemper, ſic mors acerbiſſima acciderit,* & *ad Lib. VII., p. 87., eruditiſſimus.*

JANUS DOUSA Sen., in Epiſt. ad J. Lipſium 1585. exarata (ap. Crenium *P. VIII. Animadv., c. 1., §. 4., p. 20.*), *magnis* eum *literarum columinibus,* qvibus A. 1584. fatalis fuit, accenſet.

JANUS GRUTERUS, *Tomo* II. *Chronici Chronicorum, Philologum* eum ſalutat *eximium*, in *Manibus* autem, qvos ſupra laudavimus, *Gulielmianis*, non Epitaphio ſolum celebravit honorifico, paulo ante recitato, ſed aliis etiam plurimis cumulavit elogiis. Ita, *Carm.* I. *p. 142.*, hiſce Noſter metris compellatur:

Hinc tu, Jane cadis, melior qvo, vel mage doctus,
Non ſub lumine erat omnipatente Jovis,

Hinc Muſarum, inqvam, illa extingveris aurea lampas,
Patrimæqve cadis virginis altus honos.

Carm. autem *XIII.*, p. 161., vocatur:

- - - - - - Charitum illibata medulla,
Mercurii ille lepos, ille Cupidinum amor,

Illa novenarum cura unica & una ſororum,
Ille gravis priſcæ ſimplicitatis honos.

Et *Carm. XXI., p. 175.*

Lubeci Gulielmius ſmaragdus,
Europæ Gulielmius potens ſpes,
Muſarum Gulielmius merus flos,

Cypriæ, Gulielmus, voluptas,
Qvo nullus probior, modeſtiorqve,
Aut his eſt, aliis eritve in annis.

JANO LERNUTIO, in Epiſt. ad J. Lipſium A. 1564. (*vel potius 1584.*) ſcripta (ap. Crenium *P. VIII. Animadv.; c. 1., §. 5., p. 27.*), audit *vegeta & lauta indole adoleſcens.*

JUSTUS LIPSIUS, *Libro II. Electorum, c. 16.*, ita de illo: *Sane amabam adoleſcentem inſigni indole, magna ſpe: nec facile ingenium videram (juvenile qvidem), magis mihi ad guſtum. Libelli judicio meo teſtes. Qvos, in critico iſto genere, paucos edidit, ſed probos doctosqve, & qvos haud temere invidiæ dens atteret, aut lima labentis ævi.*

Idem, *Cent. I. Epp., Ep. XI.*, ita A. 1580. Noſtrum compellavit (*p. 13. 14. edit. Avenion.*): *Adfirmo tibi, Jane Gulielmi, pauca munera jamdiu gratiora mihi fuiſſe, & animo tuo, & verſibus, qvorum utrumqve tam benigne offers. Ille enim amoris pleniſſimus, iſti elegantiæ: & cogor (niſi ab ingenio meo abeam) valde redamare illum, iſtos æſtimare.* Nec non A. 1584., *Cent. I. Ep. 74., p. 86. 87.: Scripta tua revera juvenile nihil ſpirant, matura, adſtricta, gravia: niſi qvod a judicio tuo abeo in pauculis locis. Itaqve abi, nec feſtinationem mihi excuſa, qva nihil peccas. - - Sed tu, mi Gulielmi, qvid agis? qvid cudis? ut enim vegetum ingenium tuum eſt, non ceſſas. Perge, qvæſo te, gnaviter in hac via, qvam ad æternitatem tibi ſtraviſti.*

Idem, in Epiſtolis qvoqve ad alios, non minus luculentis Noſtrum ornavit elogiis. Talia jam occurrunt ſeqventia:

Cent. I. Ep. 47., ad Gabr. Roelandum, p. 51.: Jani Gulielmii literas accepi, paulo ante etiam Librum Qvæſtionum, qvem ego ita probo ut negem aliqvid melius in hoc genere vidiſſe ab aliqvot annis. Rectam viam adoleſcens ille ingreſſus eſt: & ingenium in eo ac judicium pariter magna.

Cent. I. Ep. 63., ad Auger. Busbeqvium, p. 77.: Janum Gulielmium commendaveram tibi ſuperioribus meis literis, adoleſcentem, ſi qvid video, probi ingenii, animi, judicii. Ei ſi qvid benigne facere potes aut dicere, qvæſo ne gravare. Ex iſta juventute non eſt alius, de qvo melius ſperem.

Cent. I. Ep. 83., ad Paulum Meliſſum, p. 96.: In Jani Gulielmii morte valde indolui. De vultu aut facie non eum noveram: optime de animo, nec cenſeo melius aut rectius ingenium fuiſſe hoc ævo. Sed Deo ita viſum, optimos qvosqve traducere ad optimam illam vitam.

Cent. III. Ep. X., ad Val. Acidalium, p. 227.: Janum Gulielmium, popularem tuum, qvanti fecerim, ipſe ſcivit, atqve etiam poſteri, ſi vita aut gratia meis ſcriptis. Tu ſuccede, qvoniam Deus illum eripuit, optimum ævo peſſimo, & conſtituit in felici illa ſede.

In Epiſt. ad Theod. Canterum, A. 1584. ſcripta, & in Sim. Abbes Gabbemæ *Cent. III. Vir. Clar., n. 60., p. 686.*, obvia: *Jani Gulielmii Plautinas vidiſſe te gaudeo. Qvas valde me Hercules probo. Pauca meliora prodiiſſe credo his aliqvot annis ex omni Criticorum officina. Acumen ejus in ſcribendo, in divinando, mirum; purum judicium, ſublime ingenium, & adde neſcio qvem genium priſci & melioris ævi.*

FRANC. MODIUS, in elegia *Veriſimilibus* Gulielmii præfixa, ita canit:

Et merito, qvoniam dia hic inhonora jacebat
Doctrina, ad populos ivit hyperboreos,
Ut, qvos tantum olim merces audire ſolemus
Tractare, atqve illis anteputare nihil,
Ingeniis certent noſtris. - - - - - - - -
Qvin potius faveo laudem hanc, & gratulor illam,
Seu tibi, Gvilhelmi, ſive tuæ patriæ.
Eſt, fateor, Lubecum aliis ampliſſima rebus,
Regum qvæqve ſuis æqvet opes opibus.
Sed, commune illud ſi non cum pluribus illi eſt,
Cum paucis certe haud eſſe negare potes.

Laus erit una dehinc, communem dicere nemo
Qvam qveat, ingenio parta tropæa tuo.
Hoc uno Lubeca urbes ſupereminet omnes,
Nec ſolum Hanſatici eſt fœderis illa caput.
- - - - - - - - -
Ergo o felicem te, o terqve qvaterqve beatum,
Gvilhelmi, per qvem ſic patriæ auxit bonos!
Debebas illi vitam, majora dediſti,
Nec moriens qvisqvam plura aliqvando dedit,
Qvam tu viventi vivens largiris, honore
Dum illam tam ſolido perpetuoqve beas.

SUFFRIDUS PETRI, in Epiſt. ad Arn. Bonnum, de ſuſcepta a Gulielmio Ciceronis operum emendatione, Coloniæ A. 1581. ſcripta (*apud Gabbemam l. c., Cent. II., n. 73., p. 408. 409.*), ita de illo: *Jano nec in voluntate ſtudium, nec in facultate ſubſidium, deeſſe, ſatis certo ſcio. Eſt enim illi judicium ſubactum, eſt memoria præſens, eſt indefatigata laborum tolerantia, eſt propenſa in hoc propoſitum inclinatio. Suppetit diverſorum Autorum recondita lectio, ſuppetit antiqvorum codicum inſtructiſſima ſupellex, ſuppetit eruditorum Virorum copia ſufficiens,* &c. In Epiſt. ad Jac. Cujacium commendatitia (*ib. n. 78., p. 418.*) *præclarum* ei tribuit *ingenium, inſigni eruditione nobilitatum, multisqve viris doctis jucundum,* ac *bonis* illum *literis egregiam operam navaſſe, non modo cognoſcendis, ſed etiam reſtaurandis,* teſtatur. In Epiſtola tandem, ad ipſum Gulielmium A. 1583. miſſa (*ib. n. 80., p. 423.*), ita eum alloqvitur: *Exploratis ingenii tui dotibus, ſemper judicavi, te fore virum, ut eruditione, ita etiam virtute, abſolutiſſimum.*

2. GERMANORUM.

VALENS ACIDALIUS, *in Epiſtola 70. Centuriæ I.*, ad Joh. Caſelium exarata, *p. 197.*, hoc de ſcriptis Gulielmii criticis tulit judicium: *Gulielmii monumenta philoſophiam etiam ſapiunt.*

MELCH. ADAMO (in Vitis Philoſ. Germ. p. 318.), & BURCH. GOTTH. STRUVIO, Adami verba ſua facienti (*in Bibliotheca Antiqva A. 1705., M. Majo, p. 224.*), *Juvenis* audit *ab omnibus, & corporis* (*ſi difficiliorem auditum excipias*), *animi, dotibus inſtructiſſimus, ac rei literariæ amantiſſimus.*

CASP. BARTHIUS, *in Animadvv. ad Poetas Bucolicos & Venaticos latinos* (Hanoviæ A. 1613. editis), & qvidem *ad Gratii Cynegeticon v. 1., p. 35.*, eum *florem Germaniæ ingeniorum* vocat *illibatum; in Animadvv. ad Claudianum* (Hanoviæ A. 1612. excuſis), *p. 306.*, *Politiſſimum; in Adverſariis, Lib. 28., c. 8., p. 1325.*, *melioris genii interpretem Plauti; Libro* autem *56. eorundem adverſariorum, c. 10., p. 2650.*, ita de illo ſcribit: *Gulielmio ſummam ingenii laudem invidit mors prænatura.*

ABR. BUCHOLZERUS, *in Indice Chronologico, ad A. 1584., ad omnia ſumma natum fuiſſe* judicat.

PHIL. CAROLI eum (*in Animadvv. ad A. Gellii Lib. 1. c. 22., p. 101.*) vocat *ingenioſiſſimum*, it. (*ad Lib. 2. c. 6., p. 122.*) *Ingenioſiſſimum & feliciſſimæ cenſuræ Criticum*, it. (*ad Lib. 12. c. 14., p. 473.*) *Erudititiſſimum.*

JOH. CASELIUS hoc ei parentavit Epicedio, *in appendice Poematum* Gulielmii, *p. 181. 182.*, obvio:

Καὶ λάτριν γέννησε ΛΥΒΗ Μούσαισι ποθεινόν,
Τὸν Ῥοδιὰς Βάρνου πολὶ μέσθρ' ἐθρέψατ' Ἀθήνη
Ἀμβροσίῃ διδαχῆς, ΊΛΕΡΜΙΟΝ, οὐδὲ γὰρ αὐτὸν
Εἰς σοφίην σπεύδων νίκησέ τις ἡλικιωτῶν.
Τοὔνεκα καὶ νέος ὢν ἐνὶ ἀνδράσιν ἐστεφανώθη,
Αὐσονίης γλώσσης εὖ εἰδὼς, ἱστοριῶν τε
Πασέων, καὶ κλεινοῖς ἐν ἀοιδοῖς κλεινὸς ἀοιδός.
Τῇ Κριτικῇ δὲ μάλιστα διέπρεπεν, οἷά τε Παιὰν
Λέξιος ἀρχαίων ἰήσατο τραύματα βίβλων,
Καὶ μάλ' ἐπισταμένως ξυγγράμματα καλὰ ποιήσας,
Πρὸς Βάρνην, καὶ πρὸς Ῥῆνον, καὶ ἐπὶ χθονὶ Κελτῶν,
Ἀλφηστὴς χαρίτων Ῥωμαιοτρόπων, μέγ' ὄνειαρ
Τοῖς φιλομούσοις, ὅθ' εὗρεν καὶ πατρίδι δόξαν.
Ὤφελον ἄρα ζῆν μακρὴν αἰῶνα, καὶ ἡμῖν
Πλείονα θεσπεσίων Μουσῶν μυστήρια δεῖξαι.
Ὢν τριακοντέτης δ' ἐδαμάσθη κηρὶ βαρείᾳ:
Εἶτα δ' ὀδυρόμεναί μιν λήθης τ' ἐξερύσασαι
Κῦδος ἀείμνηστον παρὰ πάντοις ἀνδράσ' ἔδωκαν.
Οὐ γὰρ ἐπίσταντ' ἂν πλέονες μεγέθός τε κλέος τε
Δαιμονίης ἀρετῆς καὶ ἀληθείας τριπόθητον.

DAV. CHYTRÆUS, in Epiſtola ad Joh. Metellum, inter reliqvas excuſa *Epiſtolas, p. 54.*, eum *Juvenem* vocat *ingenioſiſſimum & optimum.*

NATHAN CHYTRÆUS, in Epitaphio elegiaco ei ſcripto (qvod *in append. Poematum* Noſtri *p. 183.* legitur), eum ſalutat

Evepies, ſophiæqve ſimul Grajæ atqve Latinæ,
Artis Apollineæ qvin utriusqve, decus.

Paulo poſt autem hæc addit:

Tanta illi virtus, & morum gratia, tantus
Et vigor ingenii judiciiqve, fuit.
Trave dole, hoc etenim, licet id plebs perneget, una
Cum rapto, eſt apici gemmula rapta tuo.
Varne dole, melinsqve tuum defende Roſetum,
Cui dederint ſimilem vix tua fata Roſam.

ARN.

ARN. CLAPMARIUS, in Jambis Joh. Kirchmanni *Libris de Fun. Rom.* præfixis, ita de illo:

Non ille, cujus os Venus ſaliverat
Melle, atqve cæleſti ſale, atqve ſeſamo,
Gulielmus, heu immite raptus funere, &
Famoſa factus mortis atræ infamia.

CASP. CONRADUS, in Decaſticho, Poematis ejus, a ſe editis, præmiſſo, ita illum compellat:

Tu Gulielme etiam, prænobile Hamadryadum aſtrum,
Tu Phœbi & Saidos flos, Charitumqve decus;
Tu Gulielme, inqvam, cor Lipſi, oculusqve Gruteri,
Tu Monavi, inqvam, animus, Bucretiiqve anima.
En ego te, Elyſios raptum ex Helicone ſub agros,
Mnemoſynæ numeris nunc qvoqve ſacro tuis.
Scilicet hoc genius, tibi de meliore metallo
Factus, & ingenuum poſcit ita ingenium.
Macte ergo, o juvenum dulciſſime age enthea ſecla,
Metro heic cum terris, mente ibi cum ſuperis.

Millenario autem *I. Proſopographiæ Melicæ, p. 71.*, hoc de illo inſeruit Diſtichon:

Purgavi veterum ſcriptorum lurida membra:
Et qvis adhuc Phœbi me ſobolem eſſe neget?

THOMÆ CRENIO (*P. VIII. Animadvv. Philol. & Hiſtor., c. 1., §. 10., p. 42.*) *Criticus* audit *eruditisſimus.*

GEVERH. ELMENHORSTIO (*in Emendatt. ad Apulejum p. 244.*) *Eruditiſſimus.*

JOH. GEBHARDO (*in Animadvv. ad Tibulli Lib. I. Eleg. V., p. m. 44.*) *Juvenis rectiſſimi ingenii.*

JOH. GEORG. GRÆVIO (*in Præfat. edit. ſuæ Epiſtolarum Ciceronis ad Familiares*) *Politiſſimus.*

MART. HANKIO (*Lib. I. de Rer. Rom. Scriptoribus, c. 69., p. 244.*) *Vir clariſſimum ab ingenio, & ingenii monumentis, nomen conſecutus.*

NICOL. HENELIO (*in Comm. de veteribus JCtis p. 71.*) *Poetarum Germanorum decus.*

JOH. HUSWEDELIO (*in Carmine, editioni Ciceronis Gulielmio-Gruterianæ præfixo*)

Flos juvenum, patriæqve jubar Germanidos aureum.

FRID. LINDEBROGIO (*in Epiſt. ἀνεκδότῳ ad Janum Gruterum A. 1613. exarata*) *Vir doctiſſimus optimusqve.*

LIPSIENSIBUS (*in Actis Erud., M. Jan. A. 1702., p. 44.*) *Criticus præſtantiſſimus.*

JOH. PET. LOTICHIUS (*P. IV. Biblioth. Poeticæ, num. 32.*) ita de illo: *Ex ſcriptis limatiſſimis, qvæ Gulielmii ſunt, facile apparet, hominem eum accurate eruditum fuiſſe.*

JANUS MELLERUS PALMERIUS, in Jambis ad Gulielmium, inter hujus *Poemata, p. 133-136.*, obviis, ita de Amico hoc ſuo canit:

Ita ille candor, ille vectus oſcine
Olore candor, atqve muſicus decor,
Ita eruditio togata me capit
Tua, atqve palliata, & ignem in oſſibus
Ciet, benignitasqve mentis incola
Probæ, dolo ſine atqve Ulyſſe duplici,
Cuive nulla vulpem Iberia aſſuit.
Et ignea illa vis tui ingeni, impetu
Suo, atqve ſpiritus Platonici alite,
Volans adusqve belluata tegmina
Suprema cæli, & alta transnatans Deum
Cubilia, ac fabrem ipſius Jovis torum.
Adhæc Poeſis, ut minor ſit Actius,
Nec ipſe major angelus cluat. ſimul
Laceſſis aſtra, meqve ſurripis mihi.

D. G. MORHOFIO (*T. I. Polyhiſt., Lib. 4., c. 11., p. 138.*) *Juvenis* audit *doctisſimus.*

JOH. PHIL. PAREO (*in indice Illuſtratorum Plauti*, ſuæ hujus editioni, Neapoli Nemetum A. 1617. publicatæ, præfixo) audit *Clarisſimæ memoriæ Philologus.*

VOLRADI a PLESSEN, Electoris Palatini Conſiliarii, ſeqventes in eum Phaleuci in Joh. Poſthii *Parergorum Poeticorum Parte II., in Libro Carm. Adopt., p. 310.*, leguntur:

Qvi jam tum poterat ſedere judex
Inter Sigonium atqve Riccobonum,
Cum lanugine vix ei recenti
Leves inciperent genæ occupari,
Qvalem hunc, qvæſo, putas fuiſſe, amice,
Futurum, ſolidam ſi ei ſenectam
Mors atqve invida Parca non negaſſent?

JOH. POSTHIUS ipſe, *P. I. Parergorum Poeticorum, in Belgicis, p. 129.*, hoc eum celebrat Epigrammate:

Sic ſalvam reduci Blandinam cernere detur,
Feſſaqve conſveto ponere membra toro:
Ut te perpetuum victuro amplector amore,
Tum qvia Pæoniis deditus es ſtudiis,
Tum qvia vel priſcos juvenili ætate Poetas
Eloqvio, & doctis verſibus, æqviparas.
Macte iſtis, Gulielme, animis! tibi gloria duplex
(Rarus honos) duplici naſcitur e titulo.

A CONR. RITTERSHUSIO (*in Comm. ad Oppiani Lib. I. Cynegeticorum, v. 86.*) *Saxoniæ noſtræ ſidus* vocatur, *nimis cito teris præreptum*; it. (*in Elegia in obitum El. Putſchii*) *Noſtræ Saxonis ille oculus.* In Epiſtola autem ad Joh. Kirchmannum, A. 1599. exarata, & in *appendice* Gudianarum, *num. 170., p. 242.*, obvia, verbis extollitur ſeqventibus: *Protulit Lubeca veſtra ſidus aureum, nimis heu celeriter præreptum terris, Janum Gulielmium dico, qui omnium eruditorum puncta tulit. Ei te ſucceſſurum auguror.*

CASP. SAGITTARIO (*in Comm. de vita Plauti, Terentii & Ciceronis, p. 143. 144.*) *Juvenis* audit *doctiſſimus, & merito ſuo viris clariſſimis, Thuano, Groslotio, Scioppio, aliisqve, laudatus.*

JAC. SCHEGKIO Nepoti (*in Præmeſſis Obſervationum, Ep. 3., p. 8.*) *Juvenis malo literarum denatus.*

CASP. SCIOPPIUS, *Lib. I. Suſpectarum Lectionum, Ep. VIII. ad Pet. Fabrum, p. 25.*, hoc Gulielmium ornat elogio: *Valde ego, ſi qvisqvam alius, amo & colo elegantiſſimum J. Gulielmii ingenium, cui ſi ſuperſtiti eſſe licuiſſet, næ nos Germani exteris nationibus nunqvam invideremus. In qvo judicio ſi qvis me errare putat, eum errorem mihi cum omnibus doctis, atqve adeo tecum, Faber illuſtriſſime, communem eſſe ſciat. Nec enim, moroſorum qvorundam more, ſegeti juvenantis illius ingenii invidebas, ſed ſcriptis tuis aureis, & elogio Gallorum ſapientiſſimi, h. e. tuo, juvenem illum honeſtiorem eſſe voluiſti. - - Ille igitur flos & princeps juventutis, elegantiſſimus Gulielmius,* &c. In *Libello* autem *de Arte Critica, p. 16. 17.*, ſeqventi: *J. Gulielmius, Lubecenſis, cum, nondum annos 27. natus, in Gallia obiiſſet, hoc elogium omnium doctorum & bonorum ſecum abſtulit: nullum hoc præclarius & elegantius ingenium noſtro ævo extitiſſe. Sed de illius juvenis laudibus alias diximus: qvamvis Gulielmius nullius laude indigeat, & omnibus Veriſimilium, & Plautinarum Qvæſtionum ſuarum, lectoribus ex facili ſe, probitatem ſuam, & ſtylum ſvaviſſimum, qveat probare.*

Eidem (*in Comm. in Priapeia p.m.62.*) audit *Germanorum qvondam politiſſimus & elegantiſſimus*; it. (*in Symbolis Criticis ad Apulejum p.48.*) *Germaniæ noſtræ olim ocellus*; it. (in Oda de obitu Val. Acidalii, hujus *Poematis*, qvæ una cum Gulielmianis prodiere, *p.407.* ſubjecta.)

- - - - Flos Gulielmius | Sidusqve, & idem dulce noſtris
Aureus Lubecæ, Teutoniæ inclytum | Præſidiumqve decusqve Muſis.

JOACH. VAGETIUS (*in Præcidaneis de orbe habitabili p.242.*) ita de illo: *Lubecenſis erat Janus Gulielmius, cultiſſimi & rectiſſimi ingenii juvenis, qvi, ut venti, cum maxime ſpirant, ponunt fere ac deſinunt, ita magna animo verſans, & multa moliens, cruda morte raptus eſt. In qvo tamen, ob raram in iſta ætate eruditionem ac prudentiam, decepta illa eſſe videri poſſet, dum has dotes annis æſtimavit. - - Vixiſſet ille, habuiſſet Germania, qvod Italia, Gallia, Belgium, tantum non adoraſſent. Dici enim vix poteſt, qvantam in eo reſpublica literaria jacturam fecerit. Qvo acerbius elegantiſſimi viri fatum, qvotqvot ſunt hominum politiorum, eluxerunt.*

٦. GRÆCORUM.

LEO ALLATIUS (*in Apibus Urbanis p.204.*) ingeniis eum præcocibus hiſce verbis accenſet: *Valens Acidalius & Janus Gvillelmus editis libris celeberrimi ſunt; hic tamen annorum XXVI., ille XXVII., diem obiit.*

CENSURÆ.

LUDOV. CARRIO, qvi plagii temere illum accuſavit, ab ipſo *in Qvæſtionum Plautinarum* refutatus eſt *præfatione*, cujus verba ſupra, in biographia, jam recitavimus.

SCRIPTA.

I. EDITA.

Libellus de Magiſtratibus reipublicæ Romanæ, dum in libertate urbs fuit, Senatui Lubecenſi inſcriptus. Roſtochii A.1577. in 4. Editio Roſtochienſis A.1557. *in 8.*, a Joh. Alb. Fabricio, *in Bibliogr. Antiqv.*, *c.14.*, *p.476.*, memorata, eſt chimærica. Recuſus in Pet. Scriverii *Republica Romana*, ſive variorum Autorum de hac opuſculis, a Scriverio collectis, Lugd. Bat. A.1626. & 1629. in 16. p.307-378. V. de hac collectione Scriveriana, & ſingulis, qvos ea exhibet, libellis, Joh. Alb. Fabricii *Append. Biblioth. Latinæ p.67.*, & Mich. Hertzii (falſo illam Anno jam 1624. Leidæ prodiiſſe tradentis) *P.I. Biblioth. Germanicæ, lit. K.2.b.* Recuſus etiam eſt Amſtelodami A.1719. *in fol. Tomo III. Theſauri Antiqvitatum* Alb. Henr. de Sallengre, *num.16.*, *p.965-1000.* MStum illius, ob raritatem haud dubie libri ipſius, ex editione Roſtochienſi tranſcriptum, inter Lindebrogiana bibliothecæ Hamburgenſis publicæ offendi.

Euripidis Phœniſſæ, latine ab eo verſæ, & Roſtochii A.1579. in 8. editæ, teſte *Catalogo Biblioth. Gudianæ p.261.* Allegantur etiam a Joh. Kirchmanno *Lib. I. de Fun. Rom.*, *c.6.*, *p.46.*, & J. Alb. Fabricio (Sophocli perperam eas tribuente) *in Suppl. Biblioth. Lat. p.282.* Complures Euripidis Tragœdias, latino idiomate ab eo donatas, memorant Melch. Adamus *in Vitis Philoſ. Germ. p.317.*, &, qvi hunc exſcripſit, Joh. Pet. Lotichius *P. IV. Biblioth. Poet.*, *num.32.* Verum nulla, qvæ edita ſit, præter unam hanc, mihi innotuit.

Roſæ & Epigrammata, ad virum illuſtrem, Henr. Ranzovium. Roſtochii A.1580. in 8. Prodiere denuo in Poematis noſtri, Lignicii A.1603. *in 8.* excuſis.

Libri III. Veriſimilium, de ſuſpicione plerumqve probabili, Joh. Cyriaco, Baroni a Polheim, inſcripti. Antwerpiæ, apud Plantinum, 1582. in *8.* (8. pl.) Recuſi (ſed præfatione ac epiſtola dedicatoria reſectis) *Tomo III. Theſauri Critici*, a Jano Grutero collecti, Francofurti A.1604. *in 8. maj.* edito, *in append.*, *p.258-321.* Editioni Antwerpienſi præfixum eſt Carmen encomiaſticum Franc. Modii, in Francofurtana itidem omiſſum. Recenſum qvalemcunqve Veriſimilium horum, ſive Emendationum in autores varios criticarum, exhibuit Burch. Gotth. Struvius, *in Biblioth. Antiqva A.1705.*, *M. Majo*, *p.223. 224. 225.*, addito judicio ſeqventi: *Secutus eſt morem illorum temporum Gulielmius, atqve in emendando potiſſimum Plauto, Varrone, Terentio, Cæcilio, Feſto, occupatur. Sed hoſpes potiſſimum eſt, nec diutius rei inhæret: ſæpe proprium ſeqvitur ingenium.* Ob emendationes illorum Terentianas, haud dubie a Mart. Hayneccio, in indice Commentatorum Terentii, ſuæ editioni iſtius, Lipſiæ A.1606. editæ, præfixo, in horum relatus eſt numerum, cum ſeorſim Noſter nihil in Comicum illum ediderit. Emendationes in Apulejum, ex iisdem excerptæ, a Godſch. Stewechio, ſuis in Apulejum *Qq. & Conjecturis*, Antwerpiæ A.1586. *in 8.* editis, *p.205. 206. 207.*, ſunt ſubjectæ. Adverſus plagii actionem, falſo iis a Ludov. Carrione intentatam, ab autore ipſo, Anno ſeqv. 1583., in *Qvæſtionum Plautinarum* defenſi ſunt proœmio, cujus locum, huc ſpectantem, in vita Noſtri jam exhibuimus. Lapſus in iis Gulielmii complures Thom. Crenius, *Parte XVI. Animadvers.*, *c.2.*, *§.2.*, *p.127-132.*, virgula notatos cenſoria emendavit. Cæterum plures Noſtrum *Veriſimilium* horum libros affectos, & prælo forte jam maturos, aſſervaſſe, ſatis oſtendunt *capita IV. libri ſexti priora*, in Arnobii *libris VII. contra gentes* emendandis occupata, qvæ Noſter A.1583., in gratiam Theod. Canteri, editoris Arnobii, excerpſit, eiqve, adjecta epiſtola, tranſmiſit, Simon Abbes Gabbema autem, cum hac, in *Centuriis III. Epiſtolarum Viror. Ill. & Clar.*, Harlingæ A.1664. in 8. evulgatis, *Cent. III.*, *num.51.*, *p.665-678.*, juris fecit publici.

Plautinarum Qvæſtionum Commentarius, in qvo omnes ordine M. Plauti Comoediæ, tum multa veterum ſcriptorum, Poetarum inprimis & M. Tullii, loca, varie illuſtrantur, corriguntur, augentur; ad Augerium Giſlenium Busbeqvium. Pariſiis, apud Ægid. Beyſſium, A.1583. in 8. Recuſus *in Appendice Tomi III. Theſauri Critici*, a Jano Grutero collecti, & Francof. A.1604. *in 8.* impreſſi, *p.321-464.*, ſed ſine epiſtola ad Busbeqvium dedicatoria, imo ſine ipſo titulo. De *Qvæſtionibus* hiſce *Plautinis*, qvas ſe, M. Terentii Varronis (cujus *Qq. Plautinæ* perierunt) exemplo, ſcripſiſſe *in epiſt. dedic.* profitetur, qvibusqve Varias Lectiones, a Car. Langio congeſtas, magnum inprimis attuliſſe adjumentum, crebræ illarum oſtendunt allegationes, hæc ipſe *in præfatione* monuit: *Ut nuper Veriſimilium libros, de ſuſpicione plerumqve probabili, ſic nunc hos Qvæſtionum inſcripſi, mi lector, h. e. ad Plauti ambigua qvædam, aut non probata, diſputationum magis mearum, qvam certarum concluſionum: opus præcox & præmaturi partus, conceptum certe pauciſſimis menſibus, & magna ſui parte ſub prælo auctum natumqve. Sed nec hortantibus amicis potui negare, nec his minutiis limandis bonas horas male occupare.* Confer de iisdem epiſtolam ipſius ad Juſtum Lipſium A.1583. exaratam, & a Joh. Iſacio Pontano, *in poſthumarum Lipſii appendice adoptiva, num.15.*, *p.139. 140.*, editam, in qva, *ſe meruiſſe videri, ut Plautus etiam ſibi nonnihil debeat*, modeſte innuit. Longe honorificentius de *Qvæſtionibus* iſtis (ad qvarum exemplum *Apulejanas* Valens Acidalius, *Ep.12. ad Joh. Caſelium p.45.*, tantum eſt pollicitus, Godeſchalcus Stewechius autem Antwerpiæ A.1586. edidit) pleriqve judicarunt eruditi. Juſti Lipſii encomia illarum luculenta, in Epiſtolis ad Gabr. Rolandum & Theod. Canterum obvia, inter elogia Gulielmii, ſupra jam recitavimus. Congruunt iſtis, qvæ *Cent. I.*, *Ep.39.*, *p.m.51.*, ad ipſum ſcripſit Gulielmium: *Libens vidi Qvæſtiones tuas Plautinas, mi Gulielmi, in qvibus non doctrinæ ſolum notæ uberes, & acris cujusdam judicii, ſed etiam amoris in me tui*; &c. (*) nec non *Ep.74.* ejusdem

(*) Plura ex Epiſtola hac, in laudem Philoſophematum Moralium, *Qq. Plautinis* inſperſorum, ſupra, in vitæ Noſtri hiſtoria, invenies.

dem *Centuriæ I., p. 86. 87.: Ego vero Quæſtiones tuas jam ante videram, & legeram cum cura. An gemmæ hæ non luceant, aut nos celentur? itaqve non itero apud te judicium meum, qvod apud alios nusqvam celo. Si tamen de altera editione cogitas, ſunt minuta qvædam, qvæ te monebo. Qvidni moneam? amici hoc eſt: & utinam id mihi juveni factum in meis ſcriptis. Qvanqvam revera tua juvenile nihil ſpirant, matura, adſtricta, gravia: niſi qvod a judicio tuo abeo in pauculis locis. Itaqve abi, nec feſtinationem mihi excuſa, qva nihil peccas.* Pet. Colvius elegiam illis præfixit encomiaſticam, in qva autorem ita alloqvitur:

Hoc facis, ut priſco modo reddita ſcena nitori
Plautini ſapiat delicias genii.

Commendant etiam easdem Janus Lernutius, in Epiſtola ad J. Lipſium A. 1584. ſcripta, & a Th. Crenio, *P. VII. Animadv., c. 1.*, edita, *p. 27.*, Valens Acidalius (analecta, ex aliis autoribus claſſicis inſperſa, præcipue laudans) *Cent. I. Ep. 12. ad Joh. Caſelium p. 45.*, Frid. Taubmannus & Janus Gruterus, in *Comm.* ſuo *Plautino* (tertia vice Witebergæ A. 1621. edito), emendationes Gulielmianas freqventiſſime allegantes & approbantes, ſed nonnunqvam etiam refellentes, Ad. Theod. Siberus in Jambis in Plautum Taubmanni (qvos invenies in *Poematis* ejus *p. m. 401.*), Melch. Adamus *in Vitis Philos. Germ. p. 317.*, & Caſp. Barthius (cui Noſter *melioris genii interpres Plauti* audit) *Lib. 28. Adverſar., c. 8., p. 1325.* Cenſores illarum agunt Caſp. Sagittarius, cui (*in Comm. de Vita Plauti, Terentii & Ciceronis, p. 38.*) Gulielmius *critico*, in iis, *nimium videtur indulſiſſe ingenio*, & Thom. Crenius, *Parte XVI. Animadvers., c. 2., §. 1., p. 120-127.*, complures autoris lapſus, ſcriptorum præſertim loca commiſcendo ſæpe commiſſos, detegens.

Manes Palmeriani (*ſive Libellus XXIII. Carminum varii generis, in obitum Jani Melleri Palmerii, juvenis doctiſſimi, funebrium*). Coloniæ 1583. in 8. Recuſi deinde inter cætera Noſtri *Poemata*, Lignicii A. 1603. publicata, *p. 108-132.*

Aſſertio contra Car. Sigonium, non eſſe aut M. Tullii, aut ſatis dignam M. Tullio, eam, qvæ illius nomine venditatur, Conſolationem, V. Cl., Pet. Delbenio, inſcripta, in qva M. Tullii nonnulla obiter explicantur & emendantur. Pariſiis, apud Ægid. Beyſſium, A. 1584. in 8. Oppoſita eſt Car. Sigonii (qvem *Conſolationem*, a ſe conſcriptam, Ciceroni ipſummet ſuppoſuiſſe, & ſub illius nomine divulgaſſe, pleriqve eruditi conſentiunt) *Orationibus duabus pro Conſolatione Ciceronis*, Patavii A. 1584. *in 4.* excuſis. Commendant eam Frid. Tilemannus (Noſtrum *Sigonii fallacias probe detexiſſe* judicans) *in Diſcurſu Philol. de Hiſtoricorum delectu p. 35.*, Ant. Riccobonus (Sigonii in eadem controverſia adverſarius) *Lib. IV. de Gymnaſio Patavino fol. 92. b.*, Caſp. Sagittarius *in Comm. de Vita Plauti, Terent. & Cic., p. 117. 118.*, & Joh. Blomius (illam *certum & elegantisſimi ingenii ſymbolum, & in Ciceronem puri affectus*, appellans) *in Hexaemero p. 247.* Non tamen eam Juſto Lipſio ſatisfeciſſe, oſtendit hujus Epiſtola ad Gulielmium, jam mortuum, M. Sept. A. 1584. exarata, in qva (*Cent. I., num. 66., p. 80. 81.*) ita illum alloqvitur: *Celaſti in literis me de Epiſtola in Sigonium, qvam miſſam tamen e Britannia vidi. Gaudeo conſpirare te mecum, cujus judicium ſuper ea Conſolatione credo te jam vidiſſe. Sed tu, ſodes, cur non acrius paulo egiſti hanc cauſam? Debebas, & ſine adſpectu illius, qvem nimis attollis, falſæ hujus prolis patrem. Agnoſco ſtylum, disjunctum, otioſum, lentum, & illam (audeo apud te dicere) Sigoneïtatem.* Aſperius adhuc eſt ſeqvens ejusdem de illa judicium, in Epiſtola ad Janum Douſam (*Dec. I. Epiſtolarum poſthumarum, a J. Iſ. Pontano editarum, num. 10., p. 11.*) obvium: *J. Gulielmii conjectatiunculam mitto, non pro ingenio illo opus. Levi enim filo eſt, & pectine, ut ſic dixerim, non denſo. Apparet omnino ſubitarium eſſe, qvanqvam etiam de ſubito qvam multa dici poſſunt in hunc mimum. Atqve ego, Sigonium ipſum auctorem fabulæ hujus eſſe, nihil dubito, qvam tam frigide retundi dolet pigetqve.*

Poemata, una cum Jani Lernutii & Val. Acidalii Poematis, a collectore illorum Caſp. Conrado, Uratislavienſi, Med. D. & in patria Practico, adjecta Epiſt. ſua dedicatoria ad Jac. Monavium & Dan. Bucretium, (qvorum ſvaſu editionem hanc ſuſcepit) edita Lignicii Sileſiorum A. 1603. in 8. Gulielmiana in ſylloge hac, *p. 67-183.*, comparent ſeqventia:

1. Carmen heroicum, cætera Henr. Ranzovio, Proregi Cimbrico, inſcribens, *p. 69. 70.*
2. Carmen elegiacum de Roſis, *p. 71-75.* (Recuſum in Caſp. Dornavii *Amphitheatro ſapientiæ Socraticæ jocoſeriæ*, Hanoviæ A. 1619. *in fol.* excuſo, *T. I., p. 192.*)
3. Elegiæ V. in Tacitum J. Lipſii, Curtium Fr. Modii, Spicilegium Jani Melleri Palmerii, ad Lipſium item atqve auroram, *p. 76-89.* (E qvibus ſecunda Curtio etiam Franc. Modii, Coloniæ A. 1591. *in 8.* publicato, eſt præfixa, qvarta autem a Lipſio *Libro II. Electorum* ſuorum, *c. 16.*, inſerta.).
4. Epigrammata XLII., cum duobus Mart. Nordani in *Roſas* Gulielmii, *p. 90-107.*
5. Manes Palmeriani (ſeorſim antea Coloniæ A. 1583., uti jam dictum, editi), cum Jani Melleri Palmerii Jambis ad Gulielmium, *p. 108-138.*
6. Jani Gruteri Manes Gulielmiani, *p. 139-180.*
7. Joh. Caſelii, Joh. Metelli & Nath. Chytræi, in obitum Gulielmii Epicedia, *p. 180-183.*

Deſiderantur tamen in hac ſylloge Carmina Gulielmii complura, e qvibus mihi ad manum jam ſunt Elegia ad Godeſch. Stewechium, hujus *Qvæſtionibus & Conjecturis in Apuleji Opera*, Antwerpiæ A. 1586. impreſſis, præfixa, alia ad Dav. Chytræum, in filioli ejus cognominis obitum, ſcripti *de Morte & Vita Æterna* Chytræani, Witebergæ A. 1581. excuſi, *Parti I.* (*lit. b. 7. a. b.*) ſubjuncta, & qvinqve ad Joh. Poſthium, Electoris Palatini Archiatrum, Carmina, duo ſc. Elegiaca, totidem Phalæcia, unumqve Alcaicum, *in Libro Carminum Adoptivorum*, Poſthii *Parergis Poeticis*, *in Officina A. 1595. editis Commeliniana*, ſubjuncto (*P. II., p. 218. 261. 262. 286. 287. 303. 321. 322.*), obvia. Recuſa ſunt Gulielmii Poemata (non tamen omnia, uti credo, ſed tantum ſelectiora) in *Deliciis Poetarum Germanorum*, Francof. A. 1612. *in 8.* a Jano Grutero editis, *Tomo* vel *ſecundo, p. 447.*, uti Königius *in Biblioth. Vet. & Nova*, & *Popeblountius in Cenſura p. 831.*, vel *tertio*, uti *Index expurg. Hiſpanicus* Ant. Sotomajoris, *p. 325. & ſeqq.*, teſtatur. Poematum ejus editionem, ante Caſp. Conradum, molitus eſt Paulus Meliſſus, bibliothecæ Palatinæ Præfectus, cui hæc, communi omnium Gulielmii amicorum, qvi Biturigibus, cum moreretur, vivebant, ipſiusqve Jac. Cujacii, conſilio, recenſenda, teſte Aug. Kockerto (in Epiſt. ad Suffridum Petri A. 1591. ſcripta, & *Cent. III.* Gabbemæ, *num. 88.*, obvia, *p. 456. 457.*), ſunt commiſſa. Mentionem illius, præter Königium (*l. c.*), Juſtus etiam Lipſius, in Epiſt. ad Meliſſum A. 1587. exarata (*Cent. II., num. 30., p. 149.*), hiſce verbis injecit: *Jani Gulielmii Poemata premis, an edis? Neutrum ſvadeo, qvia incertum mihi, an pro cætera ejus fama.* Verum, nec illa lucem vidit, nec *Carmina* Noſtri *poſthuma*, qvæ, cum *Epiſtolis* & *Vita* illius, Arn. Backhuſium, Lubecenſem, circa A. 1635., ſupra jam monuimus, juris voluiſſe facere publici. Elogia Carminum Noſtri (in iis ſtudioſe ἀρχαΐζοντος, & Catullum, niſi fallor, æmulati), perqvam & ingenioſorum & elegantium, complura, a Thuano, Groslotio, Metello, Lipſio, Caſelio, Nath. Chytræo, Henelio, Mellero & Poſthio, profecta, inter ea, qvibus autor ipſe ab eruditis eſt condecoratus, ſupra jam exhibuimus. Nunc unicum addimus Olai Borrichii, *Diſſ. IV. de Poetis latinis, §. 157., p. m. 131.*, ita ſcribentis: *Non fruſtra cecinit Janus Gulielmius Roſas, Elegias, Epigrammata, Manes Palmerianos: in omnibus enim vividus & vegetus calor.*

M. Tullii Ciceronis Opera, qvæ extant, ex ſola fere codicum MSS. fide emendata, ſtudio atqve induſtria Jani Gulielmii & Jani Gruteri, additis Notis & Indicibus, accuratiſſime confectis. Cum privilegiis Cæſaris & Regis Galliæ. Hamburgi, apud Georg. Ludov. Frobenium, 1618. in fol. Editio hæc (in cujus prolegomenis, poſt Gruteri editoris præfationem, virorum doctorum, partim judicia de Gulielmio honorifica, partim in ipſam hanc editionem carmina, cum Franc. Fabricii *Hiſtoria Ciceronis*, exhibentur) in tomos diviſa eſt qvatuor, qvorum primus Ciceronis libros oratorios, ſecundus Orationes, tertius Epiſtolas, qvartus ſcripta philoſophica, cum ſubjectis notulis, cum Gruterianis, tum Gulielmianis, qvæ e defuncti ſchedis erui potuere, complectitur. Subjungitur tandem Georg. Ludov. Frobenii, bibliopolæ, cujus ſumptibus editio hæc prodiit, Hamburgenſis (non Gruteri, ſicut a Caſp. Sagittario, *in Comm. de Vita Plauti, Terent. & Cic., p. 144.*, perperam eſt traditum), *Penu Tullianum, decem cellis, ſeu indicibus, qvicqvid uſpiam divitiarum, in operibus Ciceronis, a Gulielmio & Grutero emendatis, continetur, expromens*, Hamburgi A. 1619. in fol. excuſum, de qvo in Frobenii plura diximus elogio. Editionem hanc Hamburgenſem, in ſua, Leidæ A. 1661. in 4. impreſſa, & Baſileæ, ſive potius Genevæ, A. 1687. recuſa, expreſſit Corn. Schrevelius, eiqve, præter Gulielmianas & Gruterianas, ſed ſelectas tantum, Variorum Notas adjecit. V. Dan. Georg. Morhofii *Lib. IV. Polyhiſtoris Literarii, c. 11., p. 138.*, & Joh. Alb. Fabricii *Biblioth. Lat. p. 16.* Ipſa editio Gulielmio-Gruteriana, cum Notis utriusqve integris, ſuæ qvibusqve paginæ (cum in Hamburgenſi in calce tomorum ſingulorum junctim comparerent) ſubjectis, & *Penu* Frobenii *Tulliano*, Londini A. 1681. in fol., ſumptibus Caroli Mearne, bibliopolæ regii, eſt recuſa, curante Ad. Littletono, verbis eam hiſce, in *præfat.* ſua, commendante: *Peregrinos loqvimur duos Janos, utrumqve Patulcium, Gulielmium alterum, alterum Gruterum, qvibus hoc ingens debemus beneficium, ſive malis dicere inſperatum Hermæum, qvorum vigiliæ, prælo Frobeniano expreſſæ, hoc nobis extudere, excudere, non parvi momenti, ad Ciceronem legendum primum, dein intelligendum, ſubſidium.* Qvid in Londinenſi hac editione deſiderandum, Morhofius *l. c.* ita expreſſit: *Londinenſis Ciceronis Gulielmio-Gruteriani editio Anni 1681. nitoris magis, qvam emendationis, habuit rationem, & capitum numeros præter rem omiſit.* Thomas etiam Crenius, *P. I. Animadv. Philol., c. 1., p. 8.*, *Hamburgenſem* ſe *cum iſta, vel ob ſola capita omiſſa*, negat *eſſe permutaturum*, J. Alb. Fabricio *l. c.* calculum ſuum adjiciente. Duobus poſt Londinenſem luſtris, anno ſcil. 1692., Lugduno-Batava Jac. Gronovii, tomis IV. *in 4.*, XI. autem *in 12.*, titulo hoc præfixo, prodiit: *M. T. Cic. Opera omnia, ex MSS. Codicibus emendata ſtudio J. Gulielmii & J. Gruteri, additis eorum notis integris: nunc denuo recognita a Jac. Gronovio, cujus ubiqve adjectæ ſunt emendationes, petitæ partim ex libris MSS., partim ex animadverſionibus virorum doctorum; orationibus etiam illuſtratis acceſſione Aſconii Pediani, & doctisſimi veteris Scholiaſtæ, nunqvam antea editi: appoſitis in margine numeris, non tantum Gruterianis, ſed etiam apparatus latinæ locutionis Nizoliano reſpondentibus. Cum indicibus aliis correctis, aliis novis & accuratisſimis.* In hac ille (ut cæteras acceſſiones taceamus) textum qvidem ad exemplar Hamburgenſe (qvod, velut mendoſiſſimum, ab ipſo traducitur) curavit recudi, ſed e MSS., a ſe adhibitis, qvæ *in præfatione* enumerantur, ſæpiſſime correctum, & longe, uti jactat, emendatiorem redditum, priſtinarumqve lectionum rejectarum cauſas, in Notis ſuis (qvæ, cum Gulielmianis ac Gruterianis integris, ſingulis ſubſtratæ ſunt paginis) indicavit, ac, in *Penu* Frobeniani omiſſi locum, IV. Indices alios, a ſe concinnatos, ſubſtituit. V. Recenſus Editionis hujus Gronovianæ, *in Actis Erud. Lipſ., M. Mart. A. 1693., p. 136-140.*, Joh. Clerici *Biblioth. Hiſtorica Univerſali*, Gallice ſcripta, *T. XXIV., P. II., M. Jun. A. 1693., p. 504-512.*, Pet. Rabi *Bibliotheca Europæ Belgica, M. Mart. & Apr. A. 1693., p. 163-176.*, exhibitos, & Joh. Alb. Fabricii *Lib. I. Biblioth. Latinæ, c. 8., p. 145. Edit. ſec.* Ἀποσπασμάτιον Editionis Ciceronianæ Gulielmio-Gruterianæ ſunt Epiſtolarum ad Familiares Libri XVI., ex illa, cum notis, ſeorſim adjectis, in uſum Gymnaſii Francofurtenſis, deprompti, & Francofurti A. 1619. in 8. ſoli editi, ibidemqve (*juxta Catal. Nund. & Lipenium*) A. 1653. in 8. recuſi. Labor hic Gulielmii, Ciceroni emendando & illuſtrando impenſus, cujus ipſemet ſuperſtes, *Lib. I. Veriſimilium c. 7.*, *Notata* ſua *in Ciceronem* promittens, injecit mentionem, uti præcipuam autori ſuo famam peperit atqve gloriam, ita dignus mihi videtur, cujus hiſtoriam, altius repetitam, paulo accuratius exponam, &, a primis initiis, ad annum usqve editionis, qvæ, ſeptem jam luſtris ab obitu illius elapſis, demum prodiit, poſthumæ 1618., pertexam. Suffridus Petri, Leovardienſis, Lit. Human. in Academiis Erfurtina & Lovanienſi, Juris autem deinde in Colonienſi, Profeſſor, ſimulqve Collegii Coronarum Juridici Præſes, & Ordinum Friſiæ natalis Hiſtoriographus, A. 1597. ineunte defunctus, cum Erfordiæ viveret, Ciceronis Opera, cum bibliothecarum urbis illius MSStis, & in Belgium redux cum Belgicis etiam compluribus, ſedulo contulerat, & ad fidem iſtorum emendata, adjectis emendationum rationibus, juris conſtituerat facere publici, imo *libros de Officiis, Catonem Majorem, Lælium & Paradoxa*, ſpeciminis inſtar, cæteris jam præmiſerat, & Baſileæ A. 1568. curaverat excudi (1.). Cum autem Coloniam A. 1577. evocatus, aliisqve laboribus plurimis obrutus, ipſemet Ciceroniano huic perficiendo vacare non poſſet, ſchedas ſuas & caſtigationes in Tullium, tam Thuringicas, ſive Erfurtenſes, qvam Belgicas, Gulielmio, auditori ſuo, cujus ingenio ac induſtria delectabatur, dedit deſcribendas, hoc fine, ut in ordinem is congruum redactas, propriisqve emendationibus, qvas e codicibus bibliothecarum Colonienſium jam tunc congerebat, & e Gallicis in itinere porro erat collecturus, auctas, ſub utriusqve nomine, communiqve emolumento, Baſileæ ex officina Thomæ Gvarini (qvocum Suffridus jam ante de iis erat pactus) evulgaret (2.). Qvod ut eo commodius ab illo præſtari, ſuo ductu, poſſet, Colonia aliorſum jam a tutoribus abire juſſo A. 1581. poteſtatem per biennium illic ſeqvens, in convictu ſuo, ulterius ſubſiſtendi, miſſis ad Arn. Bonnum, Senatorem Lubec., literis, impetravit (3.). Colonienſibus MSStis iſto temporis ſpatio accurate perluſtratis, Gulielmius, iter in Galliam A. 1583. ingreſſus, partem ſchedarum Suffridi haud exiguam, qvam nondum deſcripſerat, hujus permiſſu, illuc ſecum abſtulit (4.), in ipſa autem Gallia novarum obſervationum, non ſpicilegium ſaltem (uti Suffridus credebat) ex Henr. Memmii & Pet. Pithœi codicibus, qvibus Dionyſ. Lambinus, ſuam Ciceronis editionem publicaturus, jam ante uſus fuerat, ſed meſſem, ex iis pariter atqve aliis qvam plurimis, Lutetiæ a Claud. Puteano, Monachis Cœnobii S. Victoris, cæterisqve amicis eruditis, Avarici autem a Jac. Cujacio, benigne ſibi ſuppeditatis, coacervavit uberrimam (5.). Qvarum ope cum Ciceronis Opera, teſte Thuano (6.), amplius 600. clauſulis ſuppleviſſet, &, uti ipſemet Hier. Groslotio retulit, ad 3000. loca maximi momenti, una cum innumeris levioribus, qva ex libris, qva ex conjectura, aut judicioſe emendaſſet, aut primus explicaſſet (7.), editionem per Bibliopolas, qvi catervatim operam ſuam offerrebant, Pariſienſes, eodem, qvo

labori

(1.) V. Melch. Adami *Vitas Philoſ. Germ., in vita Suffridi, p. 423.*, & Val. Andr. Deſſelii *Biblioth. Belgicam p. 821.* (2.) V. Suffridi *Epiſtolas* ad Arn. Bonnum, Aug. Kockertum & Henr. Gerdovium, in Gabbemæ *Cent. II. Epiſtolarum Vir. Clar., num. 73. p. 405., n. 85. p. 446. 447. 448., n. 89. p. 458., num. 94. p. 468.*, & *num. 98. p.* 482., ac confer Melch. Adamum *l. c. p. 423.*, & Caſp. Sagittarium, huic ſua debentem, *in Comm. de Vita Plauti, Terent. ac Cic., p.* 144. (3.) V. Literas iſtas apud Gabbemam *l. c., Cent. II., n. 73., p. 404-410.*, & alias ad eundem, *num. 85., p.* 447. (4.) V. Suffridi Ep. ad Arn. Bonnum, ap. Gabbemam *l. c., n. 85., p. 446.* (5.) V. Epiſtolas Gulielmii ad Suffridum, ap. Gabbemam *l. c., Cent. II., n. 79., p. 420.*, Suffridi ad *Gerdovium, n. 94., p. 469.*, & Kockerti ad Suffr., *n. 96., p.* 477. 478. (6.) *L. 80. Hiſtor., ſub fin.* (7.) V. Hier. Groslotii *Ep. ad Jac. Lectium, ſupra allegatam, p. m.* 367. 368.

labori huic immortuus eſt, A. 1584. evulgare, ſed absqve ſucceſſu, voluit (8.). Moribundus labores hos Ciceronianos, cum reliqvis libris ac chartis ſuis, fidei Auguſtini Kockerti, J. U. D., civis ſui, commiſit, hic vero, cum Gallos iſtum ſibi theſaurum, ob caſtigationes librosqve veteres ſuppeditatos, non unis ad Cujacium literis, vindicare, ipſumqve Cujacium eundem Germaniæ invidere, cerneret, inſuper habitis illorum, qvibus Avarici ſe victum iri facile prævidebat, diſceptationibus, ſarcinæ peculiari incluſos, ſuæqve ſupellectili librariæ adjunctos, iſtinc, Gallis inſciis, Genevam primo, ac deinde A. 1586. Baſileam, avexit, & Germaniæ reſtituit (9.). Kockerto in Italiam A. 1587. digreſſuro, ſarcina hæc ἀνεκδότων Noſtri, hæredum ejus juſſu, Baſilea Argentinam miſſa, & hinc Francofurtum delata, iſtis in urbibus integro delituit ſexennio, donec tandem, anno circiter 1593., Lubecam transvecta, in hæredum perveniret poteſtatem (10.). His interea temporis a Suffrido Petri mota erat, de iisdem emendationibus Ciceronianis, controverſia, qvi non tantum avtographa ſuarum, qvas Gulielmius ſecum in Galliam abſtulerat, ſed & Gallicas, a Gulielmio ipſo collectas, velut iſtarum acceſſorium, morte Gulielmii nunciata, a Cujacio primum & Kockerto A. 1585. ac 1586., & deinde ab hæredibus, reſtitui ſibi deſideravit, lucri tamen, ex editione expectandi, partem aliqvam iis offerens. Qvi cum deſideriis ejus haud confeſtim aſſurgerent, non ſolum libris aliisqve rebus Gulielmii, Coloniæ relictis, manum, arreſto, qvod vocant, impetrato, injecit, ſed & litis forenſis comminatione, geminisqve Magiſtratus Colonienſis (a qvo arreſtum A. 1592. eſt ſublatum) ad Lubecenſem literis, eos, ut ſibi omnia transmitterentur, adigere eſt conatus. Hæredes contra labores Noſtri aliis initio, pretio haud exiguo, ut ab iſtis abſolverentur ac ederentur, vendere voluerunt, præſertim cum non deeſſet emptor in auguſtiſſimo Germaniæ loco nobiliſſimus, defuncto olim familiaris, qvi & æs ſatis magnum offerebat, & editionem ſe, primo qvoqve tempore, ſub Gulielmii ſolius nomine, curaturum promittebat. A Kockerto tamen perſvaſi, Suffrido hanc, præ aliis, committendam eſſe, A. 1593. decreverunt, ſi, ſub Gulielmii itidem ſolius nomine eam publicaturum, partemqve emolumentorum dimidiam ſibi bona fide exhibitum iri, promitteret, & promiſſa cautione Coloniæ præſtita confirmaret. Qvæ conditiones, & cautionis præſertim poſtulatio, cum Suffrido diſplicerent, & iniqvæ viderentur, hæredibus autem viciſſim (a qvibus ille ſuarum Caſtigationum avtographa, ſine Gulielmianis, A. 1594. Lubeca Coloniam transmiſſa, jam receperat), qvas ipſe, de editione ab illis curanda, ſuis autem ſchedis, in uſum iſtius, 200. Imperialium comparandis pretio, ac præfatione de vita & ſcriptis Gulielmii, a ſe concinnanda, totiqve operi præfigenda, A. 1595. ferebat, itidem non arriderent, convenire inter ipſos haud potuit, ſed pars qvælibet ſua ſibi, cum poteſtate pro arbitrio de illorum publicatione ſeorſim ſtatuendi, retinuit. Plura de hoc inter Suffridum, & Noſtri hæredes, de laboribus ejus Ciceronianis poſthumis, litigio, ab A. 1586. ad 1595. continuato, Epiſtolæ argumenti iſtius XVII. amoebææ (IX. ſcil. Suffridi, II. Arn. Bonni, Senatoris Lubec. & tutoris Gulielmii, V. Auguſtini Kockerti, JCti Lubec., & una Henr. Gerdovii, civis Lubec. ac ſororis Gulielmianæ mariti), a Simone Abbes Gabbema, inter *Virorum Illuſtrium & Clarorum Epiſtolas*, Harlingæ A. 1664. excuſas (11.), publicatæ, ſuppeditare poterunt. Schedæ Gulielmianæ Lubecæ apud hæredes delituerunt, ad A. usqve 1603., qvo Joh. Wouwerius, Hamburgenſis, fama illarum incitatus, eas, ſibi licet non viſas, imo ne omnes qvidem (multæ enim jam perierant), per amicum ſuum, Joh. Wittenium, Lubecenſem, Conſiliarium deinde Megapolitanum, in patria tunc commorantem, ſatis magno pretio coemit (12.). Qvi licet, qvanto illarum flagraverit deſiderio, in Epiſtolis ad Wittenium, haud diſſimulet, in aliis tamen contemptim admodum de iisdem, faſtu & vafritie ſibi familiari incitatus, judicavit, imo Marco Velſero (13.), *Ciceronem, a Gulielmio emendatum, invito ſibi obtruſum eſſe*, falſo retulit. Ad Jos. Scaligerum A. 1604. hæc de iis perſcripſit (14.); *Noſti decantatam plurimorum elogiis Jani Gulielmii operam, qvam in conferendo & emendando Cicerone locavit. Totum hoc opus, licet tanti non ſit, ab ejus hæredibus ſatis magno pretio emi.* A. 1605. autem ſeqventia (15.): *Magna prorſus & admiranda diligentia Gulielmii: qvam utinam delectu qvodam adhibuiſſet. Nunc, poſt qvam illam paſſim, etiam in frivolis & ineptis, ſervat, impedimento potius mihi eſt, qvam adjumento.* Gemina his ſunt, qvæ, biennio ante (A. 1603.), ad Janum Gruterum, cum de Suffridi etiam ſchedis ſibi comparandis illum compellaret, ſcripſerat (16.): *Non fefellit te Putſchius de editione Ciceronis ex Gulielmii ſchedis. Eas jam præſtinamus per aliqvammultos menſes. Sed hactenus videre non licuit ſacras chartas, pretioſiores Iliade ἐκ τοῦ νάρθηκος. Prorſus ergo in tenebris mercantur, nec qvicqvam eſt, qvod emptorem allicere poſſit, præter ingentem famam, cujus fidem male ambulantem timeo. Neqve enim perpetuas eas annotationes ajunt, ſæpe interruptas, & magna ſerie deficientes, imo, qvod apud te pereat, ridiculas & penitus pueriles. Non deſiſtam tamen eas improbo poſſeſſori extorqvere.* Hæc ille, qvi, impetratis Gulielmii emendationibus, confeſtim novam Operum Ciceronis editionem, non his ſolum, ſed & ſuis ipſius notis ac caſtigationibus, illuſtrandam, cœpit moliri, &, in Epiſtolis ad Scaligerum, Velſerum, Gruterum, amicosqve, qvorum ſubſidia efflagitabat, alios, ſæpius eſt pollicitus, uti in ipſius eſt expoſitum elogio. Mentionem hujus fecerunt honorificam Jos. Scaliger *in Scaligerianis alteris p. m. 255.*, Is. Caſaubonus (poſtqvam *Wouwerium, in paranda editione Operum Ciceronis, ex Gulielmii emendatione, occupatum fuiſſe*, fide aliorum, retulerat, *magnam reip. lit. fore jacturam* ominatus, *ſi, propter illius obitum, hæc intermitteretur*) *Ep. 722. ad Joh. Wittenium*, A. 1613. ſcripta, *p. 950 edit. Græviane*, Domin. Baudius *Ep. 20. Cent. III. ad Franc. Douzam p. 534.*, Conr. Rittershuſius in Epiſt. ad Joh. Kirchmannum A. 1604. exarata, & *appendici Gudianarum, n. 166., p. 237. 238.*, inſerta, Salom. Codomannus *in Carmine, editioni Gruterianæ A. 1618. præfixo*, & Caſp. Sagittarius *in Comm. de Vita Plauti, Terent. & Cic., p. 145.* Verum iſta ſpes editionis laborum Ciceronianorum Gulielmii A. 1612., morte Wouwerii immatura, decollavit, non invito Frid. Lindebrogio, illius æmulo, in cujus Epiſtola ad J. Gruterum A. 1613. miſſa (*in Append. Gudianarum, n. 221., p. 286.*) hæc leguntur: *Bene hercle, qvod Cicero Gulielmii ex hominis illius cum latrante nomine (ſcelus enim Viri aliter appellare religio eſt) tagaciſſimis manibus ſit liberatus. Nihil enim boni in illo autore falſiloqvum os præſtitiſſet, niſi qvid ab aliis furatus fuiſſet, qvod pro ſuo venditaſſet.* Poſt Wouwerium, idem ſaxum volvere aggreſſus eſt civis ejus atqve amicus, Geverhardus Elmenhorſtius, qvi, *in Emendationibus ad Apulejum p. 244.*, Gulielmii ſe notas in Opera Ciceronis, e ſchedis ejus MSStis, propediem eſſe vulgaturum, promiſit, imo, teſte Jano Grutero (*in Comm. Plautino* Frid. Taubmanni a ſe aucto, *ad Truculenti Act. III. Sc. IV., p. 1426.*) *Notas in Orat. pro Plancio* jam publicavit, cujusqve manu deſcriptas *Notas* Noſtri *in tomum Operum Ciceronis ſecundum, Orationes continentem, αὐτογράφους (in fol.)* ſuperfuiſſe in bibliotheca Jani Rutgerſii, Catalogus hujus *p. 118.* me docuit. Sed & ab illo promiſſis non eſt ſatisfactum. Debebatur ſcilicet palma hæc literaria amico Gulielmii intimo,

Jano

(8.) V. Aug. Kockerti *Ep.* ad Suffridum, in Gabbemæ *Cent. II., n. 96., p. 477. 478.* (9.) V. Kockerti IV. ad Suffridum Epiſtolas, in Gabbemæ *Cent. II., n. 83., p. 442., n. 88. p. 456., n. 90, p. 462. 463., & n. 96. p. 474. 475.*, & unam Arn. Bonni ad eundem, *n. 82., p. 440.* (10.) V. easdem Kockerti *Epiſtolas p. 451. 452. 463. 475. 476.* (11.) *Cent. II., num. 82-96., p. 439-483.* (12.) V. Wouwerii *Centuriæ I. Ep. 28. ad Wittenium p. 53. 54., & Ep. 71. ad M. Velſerum, p. 146., Cent. II. Ep. 44. ad Wittenium p. 295, Ep. 68. ad Scalig. p. 341., Ep. 35. ad J. Gruterum p. 277.*, & *Ep. 48. ad Witt. p. 308.*, it. Dom. Baudii *Cent. III. Ep. 20. ad Franc. Douſam, p. 534.* (13.) V. Epiſt. ad eum, *Cent. I., num. 71., p. 146.* (14.) *Cent. II. Ep. 66., p. 341.* (15.) *Cent. I. Ep. 53., p. 104.* (16.) *Cent. II. n. 35., p. 277.*

Jano Grutero, bibliothecæ Elect. Palatini Præfecto, Critico itidem nobiliſſimo, cui Suffridus Petri etiam, paulo ante obitum, ſchedas ſuas in Ciceronem Thuringicas, teſtibus Melch. Adamo (17.) & Caſp. Sagittario (18.), dono dedit, ſed morte præventus repræſentare non potuit. Is partem tantum laborum Gulielmii (plagiariis cætera ſupprimentibus) nactus, labore triennali eam, e MSStis bibliothecæ Palatinæ, & Variis Lectionibus, a Dav. Hoeſchelio, Andr. Schotto, Joh. Iſ. Pontano, Dan. Heinſio, Mich. Piccarto (a qvo Obſervationes Hub. Giphanii ei ſunt communicatæ), Claud. Dausqvejo, Pet. Puteano (cui Claudii parentis debuit animadverſiones), ſuisqve in hoc labore *συνέργοις* fidelibus, Joh. Gebhardo & Dav. Clerico, ſuppeditatis, ita locupletavit atqve ſupplevit, ut, in præfatione totius operis, cujus titulum jam ſupra exhibuimus, Ciceroniani, A. 1618. tandem editi, ſe Tullium, amplius mille locis, auxiſſe, emendaſſe, illuſtraſſe, vere profiteri potuerit. Cætera, qvæ ad rationem inſtituti ejus, & editionis ſpectant hiſtoriam, ipſiusmet verbis, ex eadem præfatione depromptis, exponemus. *Si licuiſſet*, inqvit, *per plagiarias manus, exhiberem tibi heic modo, lector, Ciceronem ipſius Gulielmii. Sed enim, cum is totos triginta annos lateat, ſolumqve ab hæredibus illius redimi potuerit exemplar illud, cui adſcripſerat Variantes Lectiones, vel a ſe, vel ab aliis, erutas ex bibliothecis Germaniæ, Galliæ, Belgii, ecce tibi ſaltem Tullium concinnatum, ex eadem qvidem annotationum farragine, ſed meo potiſſimum judicio; qvod tamen pendere volui ab autoritate codicum Bibliothecæ Palatinæ, ad qvos Gulielmiana recenſui, ex iisqve porro ſupplevi, qvæ deerant, adminiculantibus etiam editionibus vetuſtis. Interim ſemper fuit pro regula editio Pet. Victorii, omnium profecto, ante hanc noſtram, & caſtiſſima, & caſtigatiſſima. In notulis noſtris omnia fere ſignantur punctis, ita ut vix unqvam correctionis noſtræ reddatur ratio, id enim juſti fuiſſet voluminis. - - Eruditis hactenus nihil magis in votis fuit, qvam poſſe vel videre eminus theſaurum illum Petrejo-Gulielmianum, 30. jam amplius annis inſepultum neſcio qvibus carcerum tenebris. Eum profecto, ea fide, qva inde erui, vobis jam tandem dedico, adjecto appendicis qvaſi loco, qvicqvid ego item contumacibus vigiliis avertere potui MSStis Palatinis.* Hæc Gruterus, cum aliis adhuc 200. codicibus MSS. Palatinis ſe Ciceronem in poſterum collaturum eſſe, ibidem, ſed fruſtra, pollicitus. Ita tandem A. 1618., qvi ab obitu Gulielmii fuit trigeſimus qvartus, Cicero ejus, non qvidem integer, ſed a Grutero tamen, manus dextre adhibente obſtetricias, belle ſatis ſanatus, ſuppletus, comtus atqve exornatus, facie, qvam cæteræ editiones univerſæ, nitidiori, publice comparuit. Id qvod vel ignoraſſe, vel ſilentio prætteriiſſe, Joh. Pet. Lotichium (*P. IV. Biblioth. Poeticæ, A. 1628. edita, num. 32.*), Theod. Janſonium (*in Biblioth. promiſſa & latente, A. 1692. excuſa, p. 24.*) & Burch. Gotth. Struvium (*in Biblioth. Antiqva, M. Majo A. 1705., p. 224.*), *ἀνεκδότοις* eum annumerantes, & de editione hac Gruteriana, aliqvoties repetita, tacentes, haud immerito mireris. MSStorum Gulielmii, poſt eam publicatam, fata qvód attinet, Elzevirios ea, in uſum editionis Ciceronianæ J. Georg. Grævii, coemiſſe, Marqv. Gudius, *ὁ πάνυ*, mihi olim retulit, ipſe autem Grævius, *in Præfat. Epiſtolarum* Ciceronis *ad Familiares*, editionis illarum Lambinianæ, cum variis libris antiqvis a Gulielmio, & cum Palatinis a Grutero, compoſitæ, copiam ſibi feciſſe Joh. Sixium, Scabinum Amſtelod., A. 1677. eſt teſtatus. Qvanta editionis Tullii Gulielmianæ, anteqvam prodiret, fuerit expectatio, qvamqve avide lucubrationes hæ criticæ, etſi ultimam autoris ſui manum non expertæ, ab eruditis ſint deſideratæ, plurimis illorum teſtimoniis oſtendi poteſt perqvam honorificis. Jac. Aug. Thuani de iis locum (*e Lib. 80. Hiſt.*) ſupra, inter autoris elogia, una cum Suffridi Petri judicio de iisdem, vix inchoatis, luculento (ex Epiſt. ad Arn. Bonnum A. 1581. exarata, qvæ tota huc ſpectat, & præclarum illud Noſtri inſtitutum commendat), recitavimus. Iſ. Caſaubonus, cujus elogium illarum, ex Epiſt. ad Joh. Wittenium, A. 1613. ſcripta, itidem paulo ante exhibuimus, in alia ad eundem (qvæ 398. eſt Editionis Gronovianæ, eodemqve A. 1613. exarata) ita ſcribit: *Accepi Gulielmium præclara qvædam habuiſſe in Ciceronem, & fuiſſe illum excellentis ingenii virum omnes ſciunt.* Franc. Modii Epiſtolæ ad Noſtrum, qva calcar ad hunc ei laborem addidit, *in Lectionibus Novantiqvis, num. 131.*, obviæ, pariter jam ante facta eſt mentio. Hier. Groslotius, in Epiſt. de illius obitu ad Jac. Lectium (Melch. Goldaſti *Centuriæ Epp. Philol., num. 89.*, inſerta), *p. 367. 368. 369.*, prolixe admodum in laudes operis affecti divagatur, & imperfectionem ejus deplorat, verbis (*p. 368.*) inter alia utens ſeqventibus: *Memini, & memini non absqve lachrymis, audiviſſe ipſum ſæpius prædicantem, non vana oſtentatione, ut ſolet, a qva ſane plurimum abhorrebat emendatiſſima indoles ejus, ſe in Cicerone, qva ex libris, qva ex conjectura, aut emendaſſe certo judicio, aut explicaſſe nunc primum, ad ter mille locos maximi momenti. Levioris enim habebat ὅσα ψαμμαθός τε κόνις τε.* Joh. Metellus, Seqvanus, in Epicedio, qvod in *Append. Poematum* Noſtri invenies (*p. 182.*), ita de illo canit:

Grandibus hic auſis, Cicero, tibi millia qvinqve
Vulnera curavit, ſedulus arte, manu.

Joh. Poſthius autem, in Carmine ad eum (*P. II. Parerg. Poet. p. 73.*), expectari ab ipſo jubet *ſibi reſtitutum Tullium.* Conr. Rittershuſius Joh. Kirchmannum, in Epiſtola A. 1604. exarata, & *Appendici Gudianarum* (*n. 166., p. 237. 238.*) inſerta, hortatus eſt, ut Joh. Wouwerio autor eſſet editionis emendationum Noſtri in Ciceronem maturandæ. Caſp. Scioppius autem, *Conſult. II. de ſtudiorum & Scholarum ratione*, A. 1616. ſcripta, *p. m. 62. 63.*, hoc de iisdem tulit judicium: *Janus Gruterus ſi Ciceronem totum, ſua & Jani Gulielmii induſtria & judicio recognitum, nobis dederit, qvod propediem ſe facturum nuper mihi per Dav. Hœſchelium ſignificavit, neminem paulo humaniorem futurum puto, qvin vel aurea ſtatua, qvæ ingentibus ejus de re literaria promeritis ſit monumentum, puncto ſuo dignum judicet.* Sed nec minor expectatione operis *ἀνεκδότου* fuit applauſus, qvo editio ejus Gruteriana excepta eſt, qvod vel ſola Carmina Encomiaſtica, illi a Joh. Ulrico (Conſil. Palatino), Jano Lernutio, Dan. Heinſio, Pet. Scriverio, Mich. van der Haghen, Joh. Is. Pontano, Georg. Remo, Caſp. Dornavio, Caſp. Conrado, Joh. Huswedelio, Chriſtoph. Arnoldo, Joh. Seuſſio, J. Filiczky, Salom. Codomanno, Barthol. Merula, Melch. Adamo, Val. Cremcovio, Melch. Laubano, Joh. Leonh. Weidnero, Joh. Gebhardo, Franc. Huteto & Jul. Wilh. Zincgrefio, præfixa, abunde teſtantur. Hugo Grotius (*in Epiſt. ad Joh. Meurſium ἀνεκδότῳ, A. 1617. exarata*) *ſummæ* illam vocavit *opus diligentiæ*, Chriſtoph. Heidmannus (*in præf. Vitæ Ciceronis Franc. Fabricii*) *ſplendidam & luculentam, ſed non niſi fortunatiorum bibliothecis deſtinatam*, Caſp. Scioppius (*in Conſultatt. de Scholarum & ſtudiorum ratione p. 63.*) *correctiſſimam*, Thom. Bangius (*P. II. obſervatt. philol. p. 865. 902. 1434.*) *Exemplar illuſtre, inſigne, emendatiſſimum, & accurate interpunctum*, Henr. Jul. Scheurlius (*P. II. Statuæ Mercurialis, c. 10., p. 129.*) *Elegantiſſimam.* Addantur his, qvi, ceu optimam & præſtantiſſimam editionum Ciceronis omnium, eandem commendarunt, Joh. Henr. Bœclerus *in Libello de Script. Gr. & Lat. p. 43.*, & *in Bibliogr. Curioſa, lit. C. 5. b.*, Ol. Borrichius *in Conſpectu Scriptorum L. Lat. p. 6.*, Dan. Georg. Morhofius *in Prælectt. MSS. de Notitia Autorum, c. 13., & T. I. Polyhiſt., Lib. 4., c. 11., p. 138.*, Caſp. Sagittarius (fuſius cæteris de illa diſſerens) *in Comm. de Vita Plauti, Terentii & Cic., p. 143. 144.*, Joh. Hallervordius *in Biblioth. Curioſa p. 40.*, Ad. Littletonus, Anglus (cujus judicium de illa honorificum ſupra jam eſt recitatum), in *præfat. edit. Londinenſis*, ex hac expreſſæ, Thom. Popeblount *in Cenſura Autorum p. 60.*, Joh. Alb. Fabricius (cui *editio* audit *luculenta, & capitibus diſtincta, emenda-*

(17.) *in Vitis Philoſ. Germ. p. 423.* (18.) *in Comm. de Vita Plauti, Terent, & Cic., p. 144.*

mendataqve diligenter, qvamqve adeo reliqvis, qvæ extant, univerſis præferre non dubitet) Lib. I. Biblioth. Lat. c. 8., p. 144. edit. ſecundæ, & J. G. Walchius *in Hiſt. Crit. L. Lat., c. 8., p. 357.* Non defüerunt eqvidem, qvi virgula editionem hanc Gulielmio-Gruterianam notarent cenſoria, ſed tales plerique, qvi, Ciceronem itidem edere aggreſſi, φιλαυτίᾳ peccarunt nimia, ſuisqve laboribus majus pretium ex illius acceſſurum eſſe ſperarunt contemptu. In hunc cenſum referendi ſunt Joh. Wouwerius & Jac. Gronovius, Critici perqvam arrogantes, qvorum cenſuræ, plus juſto ſuperciliosæ, in editionis hujus hiſtoria, paulo ante ſunt recitatæ. Referendus etiam Joh. Phil. Pareus, Scholæ Hanov. Rector, Jani Gruteri adverſarius, qvi, ut huic ægre faceret, poſt publicatam jam editionem Gulielmio-Gruterianam, *in præfat. Calligraphiæ*, ſcribere non dubitavit: *Pet. Victorii editione Tullii nullam aliam meliorem hodie ſub ſole extare, viris doctis perſvaſiſſimum eſt, qvam proinde, perpetuis notis illuſtratam, iterum in lucem edere cogito.* Ob qvod præceps judicium, in *præfatione* tertiæ editioni Plauti Taubmannianæ A. 1621., ſub Chriſtoph. Pflugii, typographei Schüreriani Præfecti, nomine, a Grutero, ni fallor, ipſo præfixa, ſatis acriter eſt exagitatus, & monitus, præter 600. clauſulas, qvibus Gulilemius, Thuano teſte, Ciceronem ſupplevit, mille ut minimum alias eidem a Grutero, ope centuriæ Codicum MSS., eſſe illatas & reſtitutas. Trecenta errata typographica, qvæ Rud. Capellum, Profeſſorem Hamburgenſem, in editione anni 1618. Hamburgenſi deprehendiſſe & correxiſſe, Henn. Lochovius, hujus diſcipulus, *in Protheoria Ciceroniana*, teſtatur, typothetarum incuriæ, non autem Gulielmio aut Grutero, ſunt imputanda. Plura certe in aliis ejusdem molis voluminibus ſolent occurrere.

Duæ Epiſtolæ ad Juſtum Lipſium, de *Qvæſtionibus* potiſſimum ſuis *Plautinis*, Lutetia A. 1583. & 1584. ſcriptæ, qvæ in appendice adoptiva *Decadum XVIII. Epiſtolarum* Lipſii, *in Centuriis non extantium*, a Joh. Iſacio Pontano Hardervici A. 1621. *in 8.* editarum, *P. II., p. 139. 140., & 124. 125.*, leguntur. Poſterior tamen etiam in *Centuriæ Epiſtolarum primæ* editione prima Francofurtenſi, A. 1590. publicata, *num. 38., p. 62. 63.*, occurrit.

Duæ ad Suffridum Petri, Lubeca A. 1581. & Pariſiis A. 1583. (non 1582., qvi typographi eſt error) exaratæ, *in Centuriis III. Epiſtolarum, a viris illuſtribus & claris ſcriptarum*, per Sim. Abbes Gabbemam Harlingæ A. 1664. *in 8.* publicatis, *Cent. II., num. 72., p. 402-404., & num. 79., p. 419-422.*, obviæ.

Una ad Theod. Canterum, A. 1583. ſcripta, ibidem, *Cent. III., n. 51., p. 665. 666. 667.*, occurrens.

Gulielmio etiam Noſtro Frid. Lindebrogius, in Epiſt. ad Janum Gruterum A. 1613. exarata, & *in Appendice Gudianarum (num. 221., p. 286. 287.)* edita, *Diem Æſtivam, ſeu* Παίγνιον *de Umbra*, Hamburgi A. 1610. *in 8.*, a Joh. Wouwerio ſub ſuo evulgatum nomine, & Oxonii A. 1636. *in 12.* recuſum (de qvo plura in Wouwerii diximus elogio), verbis vindicavit ſeqventibus: *Qvem noviſſime edidit librum tenebricoſum umbratilis ille, inter doctiſſimi optimiqve viri, Jani Gulielmii, ſchedas repertum ajunt, in qvo id tantum præſtitit, qvod aliam veſtem illi induit, & ſuo more turpavit. Nam & Carmina, qvæ paſſim immixta, non adulteri hujus fuerunt, ſed ſcholæ Slesvicenſis Rectoris, viri eruditi & probi, qvi etiam nunc vivit, atqve id aperte fatetur.*

II. INEDITA.

Veriſimilium Libri IVtus, Vtus & VItus, qvos eum jam A. 1583. abſolviſſe oſtendunt *libri ſexti capita IV. priora* in Arnobium, Theod. Cantero tunc transmiſſa, & a Sim. Abbes Gabbema A. 1664., *Cent. III. Epiſtolarum virorum illuſtrium & clarorum, num. 51., p. 665-678.*, publicata, qvorum ſupra facta jam eſt mentio.

Carmina atqve Epiſtólia poſthuma, qvæ, a ſe collecta, Arn. Backhuſium, Lubecenſem, cum vita autoris, edere, circa A. 1635., voluiſſe, Joach. Morſius, *in Albo ſuo MSto, fol. 810.*, teſtatur.

Anthologia Græcorum Epigrammatum, tota latino expreſſa carmine, qvam Heidelbergæ, in bibliotheca Pauli Meliſſi, latuiſſe, Melch. Adamus, *in Vitis Philoſ. Germ. p. 317. 318.*, ejusqve fidem ſecutus Joh. Pet. Lotichius, *P. IV. Biblioth. Poet., n. 32.*, tradiderunt.

C. Lucillii, Satyrici Romani, Fragmenta, qvæ ſe *e rutis cæſis Grammaticorum ſublegere, mendoſa emaculare, divulſa componere, atqve ex illis librorum qvoqve ipſorum argumenta ariolari, Libro II. veriſimilium, c. 1., p. m. 277.*, ipſemet eſt teſtatus. Cujus laboris affecti honorificam etiam mentionem, ex hoc ipſo loco, a Caſp. Sagittario, *in Commentatione de Vita & Scriptis Livii Andronici, Lucillii, &c., p. 53. 54.*, factam eſſe obſervo.

Opuſcula Noſtri omnia, in unum corpus, adjectis indicibus neceſſariis, redacta, cum vita autoris, a ſe concinnata, editurum ſe eſſe, in literis ad me nuper datis, pollicitus eſt D. Andr. Plantecovius, Lubecenſis, Medicus civitatis patriæ eruditus.

HELMOLDUS,

Hiſtoricus Seculi XII. inclytus, qvi Friderico Barbaroſſa imperante floruit, ſcriptoribus Cimbriæ indigenis, donec patria ejus, hactenus ignota, nobis innoteſcat, haud immerito accenſetur. Nomen ejus ab antiqvis pariter atqve recentioribus paſſim depravatur. Ab autore enim *Chronici Saxonum* vernaculi, Moguntiæ A. 1492. excuſi (cum *Helinando* Gallo, Montis Frigidi, in dioeceſi Bellovacenſi, circa A. 1212., Monacho, operisqve hiſtorici univerſalis, ab O. C., ad ſua usqve tempora, libris XLVIII. perducti, Scriptore (1.), eum confundente), HELINANDUS (de Preſter Helinandus in de Wendiſche Chronica), ab Henr. Wolthero (2.) Mag. HELEMBOLDUS, ab Ant. Verdierio (3.) HERMELDUS, a Mich. Routartio (4.) HERMOLDUS, a Mart. Mylio autem (5.) & Mich. Neandro (6.) (a Ludov. Helmboldo, Parocho Sec. XVIti, in civitate Mülhuſina, Lutherano, haud accurate ſatis eum diſtingventibus) HELMBOLDUS, contra codicum veterum conſenſum, perperam appellatur. *S. Vicelini*, Epiſcopi Aldenburgenſis, Slavorum Wagriæ noſtræ, ſimulqve Holſatorum, Apoſtoli, *diſcipulum* Presbyter Dioeceſeos Bremenſis, qvi *Chronicon* ejus continuavit, Anonymus (7.) eum fuiſſe teſtatur; Geroldum autem, Vicelini in Epiſcopatu, Aldenburgo Lubecam per ipſum translato, ab A. 1155. ad 1164., ſucceſſorem, ipſemet, in *Chronici proœmio* ad Canonicos Lubecenſes, *præceptorem ſuum venerabilem* ſalutat. Ab alterutro horum in Presbyterorum allectus ordinem, Parochi in eccleſia Wagriæ noſtræ rurali Boſovienſi, ad lacum Plönenſem, officium, incertum qvo anno, obtinuit. Ipſe, in *Proœmio* modo laudato, *eccleſiæ, qvæ eſt in Buzu* (alibi, in codicibus *Chronici* MSStis, locus hic *Buzue*, *Bozoe* & *Bozove*, teſte Bangerto, a Gerh. Joh. Voſſio autem (8.) *Buzoen*, ac a Reinero Reineccio (9.), aſſeclisqve ejus haud paucis, *Büzou*, ſed perperam, vocatur), *ſervum* ſeſe, modeſtia laudabili, nominat *indignum*, Presbyter autem Bremenſis, jam allegatus (10.), *divinorum in Boſoaw Rectorem.* Intelligi autem heic non *Bützoviam*, Ducatus Megapolitani oppidum, nec *Büſſoviam*, verſus me-

 ridiem

(1.) V. de illo Voſſium *L. 2. de Hiſt. Lat., c. 55., p. 445.*, Labbeum *T. I. Diſſ. de Scr. Eccl. p. 421., & in append. p. 789.*, Joh. Gottfr. Olearium *in Abaco Patrol. p. 200.*, Gvilh. Cavium *in Hiſt. Lit. Scr. Eccl.* aliosqve Patrologos, & Hiſtoricorum nomenclatores, & *Homonymoſcopiam* noſtram, *Sect. II., c. 6., §. 49., p. 575. 576.* (2.) *in Chronico Archiepiſc. Brem. (T. II. Rer. German. H. Meibomii) p. 48.* (3.) *in Supplem. Biblioth. Conr. Geſneri p. 23.* (4.) *in Oculo Hiſtoriæ c. 16, p. 115.* nec non ab Iſr. Spachio *in N. P. p. 516.* (5.) *in Chronologia Scriptorum Phil. Melanchthonis, ad A. 1556.* (6.) *in Catalogo Autorum Deſcriptioni Orbis Terrarum præfixo*, & in ipſa etiam *Deſcriptione* alicubi. (7.) *c. 15. p. 26.*, in *tomo Acceſſionum Hiſtoricarum* G. G. Leibnitii *primo*, A. 1698. excuſo. (8.) *L. 2. de Hiſt. Lat., c. 53., p. 435.* (9.) *in Prolegom. Edit. ſuæ.* (10.) *l. c. Conſentit Poema antiquum de Vicelino, p. m. 122.*

ridiem ab urbe Lubecenſi, ad Stekeniſſam amnem, ſitam, ſed Parochiam Wagriæ *Boſovianam*, cæde Buthue, Obotritorum Principis, & Vicelini (a qvo templum ejus eſt conditum, & D. Petro conſecratum) ſub fago habitatione, nobilitatam, Epiſcopisqve hodienum Lubecenſibus ſubjectam, inde, qvod Helmoldus, non in diœceſi ſolum Epiſcopatus Lubecenſis, ſed & in Wagria (11.), ſedem ſe habuiſſe, tradat, Caſp. Dancwerthius (12.) & Henr. Bangertus (13.), loci ejusdem hiſtoriam, e *Chronico* Noſtri, fuſius exponentes, accurate ſatis demonſtrarunt. Patet ex dictis, minus accurate loqvi Joſ. Simlerum (14.), qvi, Parochiæ nomine omiſſo, ſolo autem provinciæ, eoqve perperam, expreſſo, *Presbyterum* eum *Wagienſem* ſalutat, falli vere, cum Boſoviæ nullum Canonicorum fuerit collegium, qvi eundem *Canonicum*, vel *Buzovienſem*, cum Gerh. Meiero (15.), vel Butſonienſem, cum Rob. Bellarmino (16.), Jac. Gaulterio (17.), Joh. Gerhardo (18.), Caſ. Oudino (*) & Joh. Gottr. Oleario (19.), vel *Batſonienſem*, cum Gvilh. Cavio (20.), fuiſſe, errore manifeſto, non ſine multiplici nominis, pago iſti proprii, corruptela, opinantur. Gravius adhuc erratum eſt ab eodem Cavio, in *Chartophylace Eccleſiaſtico* (21.), duplex noſtro Presbyteri Lubecenſis, & Canonici Boſovienſis, tribuente officium, graviſſime autem omnium a Centuriarum Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Magdeburgenſium ſcriptoribus, qvi (22.), Epiſcopatu eundem Ratzeburgenſi functum eſſe, falſo perhibent. Præſul etiam Lubecenſis male vocatur Helmoldus a Dan. Lipſtorpio *in Formatione & excluſione Monarchiæ Papalis, P. II., c. 28., p. 149.*, primusqve Epiſcopus Lubecenſis in dem Compendieuſen Gelehrten-Lexicon, Lipſiæ A. 1715. edito, p. 950. Cæterum recte ab Henr. Bangerto (23.) eſt obſervatum, fuiſſe Helmoldum *unum ex illorum Doctorum numero, qvi, ante annos plus qvingentos, Wagrios, avitæ ſuperſtitionis tenaciſſimos, ejusdemqve propugnatores acerrimos, non ſine ſumma difficultate, & magnis vitæ ſuæ periculis, e Cimmeriis ignorantiæ atqve impietatis tenebris adſertos, ad coeleſtis Evangelii lucem perduxerunt.* Militiam hanc ſacram auſpiciis potiſſimum aggreſſus eſt Geroldi, Præceptoris atqve Antiſtitis ſui, paulo ante laudati, cujus comes atqve συνεργὸς fuit fidelis, cum temporibus aliis, tum in itinere, qvo diœceſin Epiſcopatus ſui Wagricam A. 1155. peragravit, Chriſtianiſmi inter Slavos infideles ſemina ſparſurus. In hoc Geroldus & ipſe, cæteriqve itineris comites, ſacris feſto Epiphaniæ Aldenburgi peractis, ad Pribislaum, Slavorum Ducem, ejus petitu, diverterunt, lautoqve viginti ferculorum excepti convivio, in ulteriorem inde Slaviam, a Thesmaro, optimatum ejus haud infimo, amice invitati, perrexerunt. Qvo cum proficiſcerentur, in tranſitu lucum Deaſtri Slavorum, *Prove*, hortatu Geroldi, incenderunt, ac dein, ad Thesmarum delati, epulis qvidem ejus, magno apparatu inſtructis, interfuerunt, ſed exiguo cum gaudio, qvod ſacerdotum, aliorumqve Chriſtianorum, e Dania a piratis Slavicis abductorum, vincula & tormenta diverſi generis coram ſpectare cogerentur (24.). Novennio poſt, anno ſcilicet 1164., Noſter exceſſus Geroldi, in oppido Lütkenburgenſi morbo lethali correpti, ac Boſoviam inde deportati, in parochia hac ſua, fuit ſpectator, uti ipſemet, iſtum deſcribens (25.), haud obſcure indicavit. Hæc ſunt, qvæ de vita Helmoldi nobis conſtant, e ſolo pene illius Chronico, cum aliis de iſta monumentis deſtituamur, collecta. Patet autem ex iis, floruiſſe Noſtrum, medio ſeculo XII. æræ chriſtianæ, Friderico I., ſive Barbaroſſa, ad clavum Imperii Romani ſedente, & Henrico Leone in Saxoniam inferiorem pene univerſam, ipſamqve Holſatiam noſtram, exercente dominum. Poſt annum 1170., ad qvem Hiſtoriæ ſuæ perduxit ſeriem, diu vix ſuperſtitem eum fuiſſe, probabile eſſe fateor, nec proinde Bellarmino (26.) & Chriſtoph. Schradero (27.), ad A. 1180. ætatem ejus referentibus, poſſum aſſentiri. Certò tamen, anno iſto 1170. eum obiiſſe, cum Henr. Bangerto (28.), Joh. Hallervordio (29.), Chriſtoph. Hartknochio (30.) & Gvilh. Cavio (31.), non auſim aſſerere, qvod veterum deſint teſtimonia, & alia probatæ fidei monumenta, pro iſto militantia, ſola autem conjectura, ex tempore, qvo ſcribere deſiit, deſumpta, ad annum certum emortualem definiendum, haud ſufficiat. *Chronico Slavorum*, in libros duos diviſo, fœtu ingenii præſtantis unico qvidem, ſed luculentiſſimo, cui, qvicqvid de gente iſta vetuſta, & per tot Germaniæ regiones, tractusqve ei vicinos, olim diffuſa, hodie conſtat, moderni ſcriptores merito ferunt acceptum, imo cui Holſatia qvoqve noſtra, Ducatus Megapolitanus ac Pomerania, Hiſtoriæ ſuæ eccleſiaſticæ pariter atqve politicæ antiqvioris, reſpublica Lubecenſis primarum civitatis ſuæ originum, & Germania etiam reliqva, regnumqve Danicum, rerum, qvæ ævo iſto ſunt geſtæ, haud paucarum, accuratiorem, & magnam qvidem partem ſoli, debent notitiam, locum inter Hiſtoricos ævi ſeqvioris potiores honeſtisſimum dudum Helmoldus promeruit. Vindicant hunc ipſi, ſtylo licet, ævi, qvo vixit, vitio, rudi uſo ac barbaro, ſuffragia virorum in hoc literaturæ genere principum, qvorum nonnulla paulo poſt recitabuntur, amice conſpirantia, tum ob inſignem (qvam in *libri ſecundi proœmio* (32) cordate profitetur) *φιλαλήθειαν, nec gratia, nec odio, nec pavore*, a via veritatis regia abduci ſe paſſam, junctamqve iſti candidam, in judicio de vitiis, non principum ſolum politicorum, ſed ſui etiam, ſive eccleſiaſtici, ordinis procerum, ferendo, *παῤῥησίαν*, tum ob diligentiam, qvalis infelici iſto tempore potuit exigi, ſummam, & propemodum admirabilem.

Prolixius alii de ipſo, ejusqve *Chronico*, diſſeruerunt:

1. REINERUS REINECCIUS, Prof. Helmſtadienſis, in ſuæ editionis, A. 1581. publicatæ, *Prolegomenis*.
2. GERH. JOH. VOSSIUS, *Lib. 2. de Hiſt. Lat., c. 53., p. 435., & c. 55., p. 447. 448.*
3. HENR. BANGERTUS, Scholæ Lubec. Rector, in *Præfatione* editionis ſuæ, A. 1659. evulgatæ.
4. PHIL. LABBEUS *Tom. I. Diſſertatt. de Scriptt. Eccl., p. 421.*
5. MART. ZEILERUS *Parte I.* Sylloges *Hiſtoricorum* rhapſodicæ, *p. 65. 66.*
6. JOH. GOTFR. OLEARIUS *in Abaco Patrologico p. 200. 201.*, & *T. I. Biblioth. Scr. Eccl. p. 321. 322.*
7. GUILH. CAVIUS. in *Hiſtoria Literaria Scriptorum Eccleſiaſticorum p. 473.*, cum qva *Chartophylax* ejusdem *Eccleſiaſticus p. 259.* poteſt conferri.
8. ISAGOGE mea *ad Hiſt. Cimbr., P. I., c. 6., §. 5. 6. 7. 8. 9., p. 70-81.*, fuſe de illo commentata, & obiter etiam nonnulla, *P. I., c. 3., §. 7., p. 22., ac P. IV., c. 3., §. 3., p. 422. 423., c. 4., §. 1., p. 430.*, inſpergens.
9. Fuſisſime autem omnium DIATRIBE mea *de Helmoldo, ejusqve Chronico Slavorum, & hujus continuatoribus atqve Editoribus Hiſtorico-Critica*, Lubecæ A. 1702. in 4to, & ſeorſim edita, & editioni Chronici iſtius Bangertinæ, ſub novo titulo venum denuo expoſitæ, præmiſſa, cujus recenſum compendiarium *Acta Erud. Lipſienſia, M. Mart. A. 1703., p. 137. 138. 139.*, exhibent.

Conferri

(11.) *V. Lib. 1., c. 2., p. 6.* (12.) *P. III. Chorographiæ Cimbricæ, c. 8., p. 231.* (13.) *in Notis ad Helmoldi L. 1. c. 14., p. 44. 45.* Conf. *Præfat. ſub init.* (14.) *in Bibliotheca Conr. Geſneri, a ſe in Epitomen redacta atqve aucta, p. 67.* (15.) *in Biblioth. Theol. contracta Lib. 1., p. 118.* Canonicus Buzovienſis etiam vocatur a M. Euſeb. Bohemo *in Epit. Hiſt. Eccl. p. 64.* (16.) *in Lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis, Sec XII., p. 239.* (17.) *in Tab. Chronograph. p. 654.* (18.) *in Patrologia p. 583.* (*) *in Supplem. Bellarm. p. 439.* (19.) *in Abaco Patrologico p. 200. 201.* (20.) *in Tabulis Scriptor. Eccleſ., Sec. XII.* (21.) *Sec. XII., p. m. 259.* Cavii errorem exſcribit J. G. Olearius *T. I. Biblioth. Scr. Eccl. p. 321.* (22.) *Cent. XII.* (23.) *in Præfat. ſuæ Editionis, ſub init.* (24.) *V. Lib. I. Chronici Slavorum c. 82. & 83., p. 183. 184. 185.* (25.) *Lib. 1., c. 94., p. 213.* (26.) *l. c. p. 239.* (27.) *in Tabulis Chronologicis.* (28.) *in Præf. Edit. ſuæ.* (29.) *in Biblioth. Carioſa p. 121.*, & *in Spicilegio de Hiſt. Lat. p. 85.* (30.) *in Diſſ. de Originibus Pruſſicis, §. 18.* (31.) *in Chartophylace Eccleſiaſtico p. 259.* Cavium & hic ſeqvitur J. G. Olearius *T. I. Biblioth. Scr. Eccl. p. 321.* (32.) *p. 225. Edit. Bangertinæ.*

Conferri etiam de illo, præter autores in biographia jam allegatos, & deinceps allegandos, poſſunt JOS. SIMLERUS *in Bibliotheca Conr. Geſneri in Epitomen redacta atqve continuata p. 67. 271.*, JOH. JAC. FRISIUS *in ſua ejusdem Bibliothecæ editione auctiori p. 321.*, ANT. POSSEVINUS *T. II. Apparatus Sacri p. 9.*, MATTH. FLACIUS *in Catalogo Teſtium Veritatis p. 236. 237. 238.*, JOH. BODINUS *in Methodo Hiſtoriarum p. m. 571.*, DAV. CHYTRÆUS *in Chronologia Herodoti & Thucydidis p. 92.*, *in Tr. de Ratione diſcendi, lit. O. 8. b.*, *& P. I. Chronici Saxoniæ p. m. 210.*, JOH. WOLFIUS *in Lectionibus Memorabilibus, Centenario XII., p. 347. 348.*, AUB. MIRÆUS *T. I. Bibliothecæ Eccleſiaſticæ p. 254. 303.*, THOM. JAMESIUS in *Catal. Biblioth. Bodlejanæ p. 197.*, JOH. GERHARDUS *in Patrol. p. 583.*, CASIM. OUDINUS *in Supplem. de Scr. Eccl. p. 439. 440.*, PAULUS BOLDUANUS *in Bibliotheca Hiſtorica p. 61. 161. 225.*, HENR. MEIBOMIUS Sen. *in Opuſculis Hiſtoricis, p. 107, 146. 425.*, JOH. MICRÆLIUS *P. III. Syntagm. Hiſt. Eccl. p. m. 20.*, JOH. HENR. BOECLERUS *in Libello de Scriptoribus Græcis & Latinis p. 99.*, *& in Bibliographia Curioſa Lit. H. 4. b.*, JUSTUS GEORG. SCHOTTELIUS *in Opere de Lingva Germanica, Lib. 5., Tr. 4., p. 1156.*; FRANC. IRENICUS (ſive Phil. Andr. Oldenburgerus) *in Indice Autorum, Collegio ad Burgoldenſem adjecto, p. 74.*, HENR. MEIBOMIUS Jun. *in Introd. ad Hiſtor. Saxoniæ Inferioris p. 71. 72.*, CASP. SAGITTARIUS *in Diſſertatiuncula de præcipuis Rerum Germanicarum Scriptoribus, p. 7.*, CONR. SAM. SCHURTZFLEISCHIUS, *in Rebus Pruſſicis p. 3. 5. 7. 16.*, *in Rebus Meclenburgicis p. 3. 24.*, *in Rebus Slavicis* §. *4. 7. 9.*, *p. 5. 15. 16. 22.*, *& in Originibus Pomeranicis, Th. 1.*, SEV. WALTH. SLUTERUS *in Propylæo Hiſt. Chriſtianæ p. 44. 45.*, MICH. HERTZIUS *P. II. Biblioth. Germanicæ, lit. B. 3. b.*, JAC. a MELLEN *in Præfat. Hiſtoriæ Lubecenſis*, JOH. PET. LUDOVICUS *Diſſ. I. de Idolis Slavorum. p. 7. 8. 9. 13-16.*, JOH. CHRIST. NEVIUS, Prof. Tubing. (*Iſagoges* meæ verbis utens, ac premens veſtigia) *in Mantiſſa ad Degorei Whear Relectiones Hyemales Hiſtoricas, Sect. X., p. 130-134.*, ac ipſe DEGOREUS WHEAR *in Mantiſſa ſua, Parte II. Acceſſionum a Nevio denuo edita, p. 14. 15.*, JOH. FRANC. BUDDÆUS *T. III. Lex. Hiſtor. p. 44.*, JOH. HUBNERUS *Cent. I. Bibliothecæ Hiſtoricæ, Art. 51., p. 157-170.*, GODOFR. HECHTIUS *in Germania ſacra & literata, P. II., Lib. X., c. 6., p. 416-421.*, JOH. FABRICIUS *P. III. Hiſtoriæ Biblioth. ſuæ p. 31. 32.*

SCRIPTUM UNICUM.

CHRONICON SLAVORUM, qvod, hortatu Geroldi, Epiſcopi Lubecenſis, Antiſtitis ſui, ſe ſcripſiſſe, ipſe, ſub finem *Epiſtolæ* ad Canonicos Lubecenſes *dedicatoriæ*, ei præfixæ, hiſce verbis teſtatur: *Nec ad hoc opus temeritas impulſat, ſed Præceptoris mei venerabilis, Geroldi Epiſcopi, adduxit perſvaſio, qvi primus Lubecenſem eccleſiam fecit inſignem cathedra ſimul & clero.* Parachroniſmi iſta convincunt Henr. Bangertum, editorem (*in Præfat. ſua*), eumqve ſecutos, Chriſtoph. Hartknochium (*in Diſſ. de Origg. Pruſſicis* §. *18.*) & Joh. Hallervordium (*in Biblioth. Curioſa p. 121.*), manum illi concinnando ab autore, circa A. jam 1140., ac tribus proinde luſtris, anteqvam Geroldus Epiſcopatu (anno demum 1155. ipſi collato) potiretur, integris, admotam eſſe, credentes. Exorſus eſt illud Noſter a Caroli Magni Imperio, & Saxonum per eum converſione, pertexuit vero ad ſuam usqve ætatem, & Friderici I., ſive Barbaroſſæ, Imperatoris, tempora, finemqve narrationibus, in hiſtoria anni 1168., juxta Bellarminum, Voſſium, & alios, ſive potius A. 1170., juxta calculum Bangerti accuratiorem, impoſuit. Fallitur enim Mich. Hertzius, qvi (*P. II. Biblioth. German., lit. B. 3. b.*), ad A. tantum 1148. illud perductum eſſe, opinatur. Scopus Helmoldi præcipuus fuit (teſte *Epiſtola* ipſius *dedicatoria*), gentis Venedorum, ſive Slavorum, qvæ Wagriam noſtram, Ducatum Megapolitanum, Pomeraniam, tractum Brandeburgicum, Miſniam, Luſatiam, aliasqve regiones vicinas, poſt Vandalorum ex iis diſceſſum, paulatim occuparat, ac potiſſimum qvidem Wagriæ, Ducatuumqve Lauenburgici ac Megapolitani, incolarum, idololatriæ, bellorum, cladium, ac difficillimæ ad fidem chriſtianam converſionis, per clerum diœceſeos Aldenburgo-Lubecenſis factæ, hiſtoriam perſeqvi. Multa tamen eidem paſſim inſeruit, qvæ Germaniæ etiam reliqvæ, Daniæ, Saxoniæ atqve Holſatiæ, hiſtoriam propius attingunt, & luce haud exigua perfundunt. Diviſum eſt Chronicon hoc in libros II., qvorum primus capitibus 94. res a Caroli M. temporibus, ad mortem usqve Geroldi, Epiſcopi Lubecenſis, A. 1164. defuncti, geſtas perſeqvitur, alter autem, capitibus XIV., qvæ ſub Conradi I., Geroldo ſubrogati, Epiſcopatu, ad A. usqve 1170., contigerunt, exponit. Capitum diſtinctio, uti Bangertus *in Præfat. ſuæ editionis* monuit, ex MS. Lubecenſi eſt deſumpta, numeri autem a Reinero Reineccio adjecti, ſed, in ejus editione, a capite XXXV. Libri I. usqve ad finem, nec non, in Arnoldi Lubecenſis *ſupplemento*, a capite XII. Libri II. ad finem usqve ejusdem, errore qvodam turbati. Qvam ob cauſam Bangertus capitibus iſtis numeros duplices, & genuinos, & Reineccii erroneos, præmitti conſultum judicavit.

Prima Chronici hujus, & capitum ſimul IX. priorum *Libri I. Supplementi* ejusdem, ab ARNOLDO, Abbate Lubecenſi Johannæo, illi, uti poſtea dicetur, adjecti, editio, ex codice MSto, in qvo reliqva eaqve maxima Supplementi pars deerat, mutilo, Francofurti (non Numburgi, uti Rein. Reineccius, in ſuæ editionis proœmio, falſo tradidit) A. 1556. (*in 4.*), cum ſummariis, notisqve adverſus Pontificios marginalibus, & Phil. Melanchthonis præfatione (*), publicata eſt a Sigism. Schorckelio, Numburgenſi Miſnico, Doctoris Medici titulum, qvadriennio poſt (M. Nov. A. 1560.), in Acad. Witebergenſi adepto (**), Poeta etiam, ceu Elegia, qva Melanchthonem celebravit, funebris me edocuit, haud infelici. Schorckeliana hæc editio, 17. poſt annis, A. ſcil. 1573. (*in 4.*), in eadem civitate Francofurtenſi, vel iterata eſt, vel (juxta Bangerti conjecturam), epiſtola tantum nuncupatoria alio typorum renovata genere, denuo venum expoſita. Nic. Baſſæus (*in Catal. Libb. Lat. p. 380.*), Paulus Bolduanus (*in Biblioth. Hiſtor. p. 61. 161. 226.*) & Georg. Draudius (*in Biblioth. Claſſica*), qvi, anno præcedente 1572., eam Francofurti, forma, qvam vocant, *decima ſexta*, recuſam eſſe teſtantur, fidem apud me nondum invenerunt. Schorkelio ipſi, tanqvam Autori, *Chronicon* hoc Slavorum perperam tribuit Iſr. Spachius *in Nomencl. Philoſ. p. 516.* Editionem autem ejus (qvem *Schœbelium* falſo appellat) cum Reinecciana confundit Caſim. Oudin *in Supplem. de Scr. Eccl. p. 439.* Melanchthoni eandem, mentione Schorckelii omiſſa, adſcribit G. G. Leibnitius *in Introd. ad Scriptores Rer. Brunſvic. p. 2.* Sig. Schorckelio illud, velut ab Helmoldi Chronico diverſum, & Francof. A. 1573. editum, tanqvam autori, tribuit etiam Dav. Czvittingerus *in Biblioth. Scriptorum de rebus Hungaricis, Specimini Hungariæ Literatæ* A. 1711. ſubjuncta, *p. 77.*

Schorckelianæ ſucceſſit, & palmam facile extorſit, Reinecciana, Francofurti itidem A. 1581. (*in fol.*) excuſa, ac a Reinero Reineccio, Steinhemia Weſtphalo, Hiſtorico Academiæ Juliæ inclyto, ope duorum codicum MStorum (qvorum alterum pleniorem, ſed in fine tamen foliis aliqvot mutilum, Andr. Pouchenius, Superintend. Lubecenſis, e Biblioth. civitatis iſtius publica, alterum, multis modis imperfectum & mancum, Lamb. Diſtelmeierus, Cancellarius Brande-

(*) V. de illa Mart. Mylii *Chronologiam Scriptorum Melanchthonis, ad A. 1556.* (**) V. Caſp. Peuceri *Progr. ad Prælect. ejus Inaugurales in Librum Hippocratis de Natura Humana Invitatorium, Tomo IV. Programmatum Witebergenſium, lit. Bb. 4. 5. 6.*, Gotfredi Svevi *Acad. Witeb., lit. Ggg. 3. b.*, & And. Sennerti *L. 1. Athen. Witeb. p. 116.*

Brandeburgicus, e ſua, communicaverat), iſta & emendatior, &, toto Arnoldi Lubecenſis Supplemento, ſex conſtante libris, ſi 5. ultima excipias capita, adjecto, longe plenior reddita. Acceſſit illi tergemina Reineccii appendix, *de communibus gentium Germanicarum & Henetarum appellationibus, Billingorum familia, & ſtirpis Eſtenſis genealogia*, una cum Henrici IV., Imp., & Gregorii VII., Pont. Rom., vitæ hiſtoria. Defectum 5. ultimorum (18. ſcil., 19. 20. 21. & 22.) in libro *Supplementi* Arnoldini ſeptimo capitum, in MSto Lubecenſi haud repertorum, qvi Reineccianam hanc editionem deformabat, A. 1609., in ſuo *Scriptorum de rebus Germanicis Septentrionalibus* ſyntagmate, Francofurti *in fol.* impreſſo (*p. 274-278.*), reſarſit Erpoldus Lindebrogius, Bremenſis, Canonicus Hamburgenſis ἱστορικώτατος, neutiqvam autem totum Helmoldi *Chronicon* (ceu a Mart. Zeilero, *P. I. Sylloges de Hiſtoricis p. 66.*, & Joh. Hallervordio, *in Biblioth. Curioſa p. 69. 70.*, perperam traditur) denuo publicavit. Eadem deinde capita, Henr. Meibomius Sen., Lemgovienſis, Hiſt. in Acad. Julia Profeſſor, e MS. Henr. Ranzovii, Proregis Cimbrici, emendata, ſuæ *pro Ottone IV. Imp. Apologiæ*, A. 1624. Helmſtadii *in 4.* impreſſæ, ſubjunxit; unde poſtmodum in ſyntagma *Opuſculorum* ejus *Hiſtoricorum*, ibidem A. 1660. editum (*p. 568-574.*), a nepote cognomine ſunt translata.

Omnium accuratiſſimam & elegantiſſimam, Helmoldi, ac continuatoris ejus, Arnoldi, editionem, qvæ Lubecæ A. 1659. (non 1605., uti *P. II. Biblioth. Oizelianæ p. 142.* perperam legitur) *in 4.* prodiit, non Bangio (qvod ψευδογράφημα, in Boecleriano *de Scriptoribus Græcis & Latinis Libello, p. 99.*, obſervabis) debemus, nec Thomæ Bangerto, qvem Joh. Faeſius (*in Notis ad Gyraldi Lib. de Sepultura p. 194.*), erronea Thomæ Bangii, Theologi ac Philologi Hafnienſis, atqve Henr. Bangerti, confuſione, poſt Boeclerum, deceptus, &, una cum illo, a nobis, *in Homonymoſcopia, Sect. II., c. 7., §. 9., p. 650. 651.*, jam notatus, confingit, ſed HENRICO BANGERTO, Südecca Waldeccenſi, Polyhiſtori omnis literaturæ elegantioris, ac Hiſtoriæ imprimis, veteris pariter atqve modernæ, peritiſſimo, in Lubecenſi, cujus ſcholam gubernabat, civitate Anno 1665. extincto. In hac editor ἱστορικώτατος:

1. Textum editionis Reineccianæ, e IV. MSStis, Lubecenſi ſc., Stettinenſi, Ranzoviano & Böckeliano membranaceo (per Mart. Böckellum, Syndicum Lubecenſem, communicato), paſſim, ſed tamen iis tantum in locis, qvibus mendum apertiſſimum ineſſe MSta omnia, vel pleraqve, docebant, emendavit, & lacunas ejusdem ſupplevit.
2. Qvinqve ultima Arnoldi capita, qvæ in eadem editione Reinecciana deſiderabantur, loco ſuo reſtituit.
3. Singula capita paragraphis atqve numeris diſtinxit, iisdemqve argumenta, cum indicio annorum, qvibus pleraqve contigerunt, chronologico, inſtituto utilisſimo, præmiſit.
4. Notas adjecit philologico-hiſtoricas, longe doctisſimas, & ſatis copioſas. Ac
5. tandem variarum lectionum, e IV., qvæ jam recenſita ſunt, MSStis, duabusqve editionibus, Schorckeliana & Reinecciana, collectarum, ſyllogen prolixam, ac Indicem præterea egregium, ſubjunxit.

Mihi Editio hæc exaſciatiſſima, titulo tantum mutato, meaqve *de Helmoldo Diatriba Hiſtorico-Critica* præfixa, venum A. 1702. denuo expoſita, (qvam, uti & Notas, ei adjectas, Joh. Strauchius etiam, Mart. Böckelius, Henr. Meibomius Jun., J. Dan. Major, Caſp. Sagittarius, C. S. Schurtzfleiſchius, aliiqve viri doctiſſimi, præclaris dignati ſunt elogiis, in Bangerti ipſius vita recitandis) ita arridet, ut eam, ceu exemplar luculentum, omnibus ſcriptores ævi ſeqvioris hiſtoricos, qva par eſt induſtria, illuſtraturis commendare, *P. I. Iſag. ad Hiſt. Cimbr., c. 6., §. 6., p. 74.*, non dubitaverim, inqve iſta ſententia etiamnum perſiſtam.

Edidit etiam Chronicon hoc Slavorum, cum Arnoldi Continuatione, & utriqve loca Helmoldi & Arnoldi, in Herm. Corneri *Chronico Univerſali MS.* citata, qvæ apud illos vel plane non, vel aliter, leguntur, ſubjunxit, G. G. Leibnitius *Tomo II. Scriptorum de rebus Brunſvicenſibus*, Hannoveræ A. 1710. *in fol.* excuſo. *V. Acta Erud. Lipſ., M. Febr. A. 1712., p. 53.*

Novam Chronici Helmoldi atqve Arnoldi, a Bangerto recenſiti atqve illuſtrati, editionem Joh. Henr. a Seelen promittit, a ſe præfatione notisqve novis, nec non Diſſertationibus qvibusdam hiſtoricis, aliisqve de rebus Slavorum acceſſionibus, augendam. V. de illa ipſius *Athenarum Lubecenſium Part. I. p. 65.*, & Monitum peculiare, *Parti III. p. 539. 540.* ſubjunctum.

Codicibus Operis Helmoldino-Arnoldini, qvibus Reineccius & Bangertus ſunt uſi, MSStis, ſupra jam memoratis, Lubecenſi ſcil. (qvi præcipuo utriqve fuit adjumento, & a Reineccio, qvod And. Pouchenius, Superint. Lubec., ex bibliotheca eum publica ſibi impetraſſet, plerumqve Pouchenianus appellatur), Diſtelmeieriano (rebus pariter atqve verbis valde imperfecto, imo integris alicubi capitibus mutilo), Stettinenſi bibliothecæ publicæ, Ranzoviano & Böckeliano, adjungi merentur Hafnienſis bibliothecæ academicæ membranaceus, Helmoldi Chronicon, cum Presbyteri Bremenſis (de qva paulo poſt dicetur) Continuatione, & Gottorpienſis, ſolum Arnoldi Lubecenſis *Supplementum* complectens, qvi e catalogis codicum, qvos bibliothecæ hæ illuſtres aſſervant, ineditorum mihi innotuerunt.

Germanicam, & Helmoldi. & Arnoldi, verſionem Petrus qvidam Saggius, patria, ni fallor, Lubecenſis, A. 1657. (*in Catal. Nundin. vern. Lipſ. p. 36.*) pollicitus qvidem eſt, ſed hactenus juris haud fecit publici.

Hiſtoria de Vita & Rebus Geſtis Adolſi II., Comitis Holſatiæ & Schaumburgi, ex annalibus Helmoldi, qvi per eadem tempora vixit, collecta, &, cum ſynopſi de familia Schaumburgica e Saxonia Alb. Krantzii, Francofurti, ex officina Wecheliana, A. 1580. in fol., a Reinero Reineccio edita, Reineccii eſt fœtus, non Helmoldi, & proinde huic perperam, tanqvam autori, in Thomæ Jameſii *Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ p. 197.*, aſſeritur, cum, excerptam tantum ex ipſius eam eſſe Chronico, titulus profiteatur.

Qvanto in pretio Helmoldus, ejusqve commentarius hiſtoricus, ob Φιλαλήθειαν pariter atqve induſtriam haud vulgarem, a judicibus cordatis, ac in ſtudio hiſtorico verſatiſſimis, & olim, ſeculis ætati ejus propioribus, habiti fuerint, & etiamnum habeantur, plurimis illorum oſtendi poteſt judiciis perqvam honorificis, qvorum nonnulla ſubjungemus.

ARNOLDUS, Abbas Lubecenſis, ſuum illius Supplementum, *in Ep. Dedic., p. m. 240.*, hiſce verbis exorditur: *Qvoniam bonæ memoriæ Helmoldus ſacerdos Hiſtorias de ſubactione ſeu vocatione Slavorum, & Geſta Pontificum, qvorum inſtantia eccleſiæ harum regionum invaluerunt, debito fine, ut voluit, non conſummavit, Deo cooperante, huic operi, vel labori, inſiſtere decrevimus, ut, tam piæ devotionis cooperatores exiſtentes, veſtris ſuffulti orationibus, memoriam in benedictione ſortiamur. Unde rogamus prudentiam veſtram, ne tenuitatem ingenii noſtri, vel verborum ruſticitatem, attendatis, ſed caritatis devotionem, qvæ confundi non meretur, pia conſideratione advertatis. Ille enim, vir ſagacis ingenii, potens in verbis, notior in poſitionibus, facundo ſermone divitis venæ, ſeriem operis percurrit, nos autem de pingvi Minerva diſtillantes, velut impeditioris lingvæ, & tardioris calami, cœpto operi reptando inſiſtentes, humiliter procedamus, qvia nec voce, nec calamis, æqviparamus magiſtrum.*

PRESBYTER BREMENSIS ἀνώνυμος, in ſua ejusdem Continuatione, de qva mox fuſius dicetur, *c. 15., p. 26.*, hæc habet: *Ad complementum Chronicæ, qvam piæ recordationis frater Helmoldus, divinorum Rector in Boſoaw, S. Vicelini diſci-*

ni diſci-

ni diſcipulus, tempore ſuo, de Holſatorum principibus, & vicinis eorum, fideliter compoſuerat. Qvidam enim Presbyter Bremenſis diœceſis, hujus patriæ ſcriba, ex relatione veridica, qvæ ſibi ocurrebant, dignum duxit apponendum.

ALB. KRANTZIUS, *Lib. V. Vandaliæ, c. 8., p.m. 107.*, cum nonnulla ejus de Henrico Leone recitaſſet, ita pergit: *Hæc ad verbum, propter antiqvitatis fidem, tranſtuli ex Helmoldo, horum temporum diligentiſſimo ſcriptore, qvi etiam ante Henrici exitum narrationem ſuam terminavit.*

MATTHIAS FLACIUS (Henrici IV., Imperatoris, fata adverſa, atqve obitum, ejus verbis enarrans), *in Catalogo Teſtium Veritatis, p.m. 236. 237. 238.*, & JOH. WOLFIUS, JCtus, *in Lectionibus Memorabilibus, Centenario XII., p. 347. 348.*, teſtibus veritatis contra Pontificios Helmoldum annumerant, ejusqve loca huc facientia congerunt.

REINERUS REINECCIUS, in proœmio ſuæ editionis, Helmoldum commendat, qvod nemo ante illum de Henetis explicaverit, vel exqviſitius, vel luculentius, & qvod, ex eodem, veræ illuſtriſſimarum familiarum, Megalburgicæ & Pomeranicæ, qvæ Henetæ ſtirpis ſunt, origines pateant. Conf. Mart. Zeileri *P. I. Sylloges Hiſtoricorum p. 66.*

GERH. JOH. VOSSIUS, *L. 2. de Hiſt. Lat., c. 53., p. 435.*, Helmoldum, ait, *ad aliqvod nominis decus Chronico Slavorum perveniſſe.*

IDEM, *in Lib. de Philologia, c. 4., §. 15., p.m. 87., & in Tr. de Studiorum Ratione p. 25.*, nec non JOH. BODINUS, *in Methodo Hiſtor., c. 10., p. 571.*, ac MICH. ROUTARTIUS, *in Oculo Hiſtoriæ, c. 16., p. 115.*, Chronicon ejus Hiſtoriæ Slavorum ſtudioſis unice commendant.

HENR. MEIBOMIUS Senior, *in Relectione Apologiæ pro Ottone IV., Imp. (inter Opuſcula Hiſtorica), p. 425.*, eum vocat *Hiſtoricum ab affectibus immunem.*

HERM. CONRINGIUS (*in Comm. MS. de univerſæ eruditionis, a N. C., propagatione & ſcriptoribus, Sec. XII., c. 5.*) *Hominem de gentibus Tranſalbinis, & qvæ tum temporis Chriſtianiſmo erant imbutæ, optime meritum.*

JOH. HENR. BOECLERUS (*in Bibliographia Curioſa, lit. H. 4. b.*) ita de illo: *Helmoldi Chronicon Slavorum magna fide & diligentia eſt conſcriptum: Sicut ſolenne erat Hiſtoricis illorum temporum, rudi qvidem ſtylo, eximia tamen fide, omnia conſignare.*

CASP. DANCWERTHIUS (*in Chorographia Cimbrica*, locis tribus diverſis, *Parte* ſcil. *II, c. 5., p. 92., P. III., c. 4., p. 191., & c. 8., p. 231.*) Noſtrum *ſcriptorem* ſalutat *diligentem.*

HENR. BANGERTUS, in ep. dedic. editionis ſuæ, ita ſcribit: *Nemo primas origines, proximaqve originibus, adeoqve primos 60. reipublicæ Lubecenſis annos nec non inſignes rerum mutationes, qvæ per viciniam noſtram, in Wagria, Holſatia & Mechlenburgica terra, tribus & amplius ſeculis, acciderunt, nec prius, nec diligentius, qvam Helmoldus, qviqve eum continuavit Arnoldus, in literas retulit, ut qvi inter ipſa urbis cunabula, & qvidem in eccleſiaſtica dignitate, vixerunt, & magnam partem eorum, qvæ literis conſignarunt, uſurparunt oculis.* In præfatione ejusdem hæc habet: *Diligentiſſimi ſcriptoris Hiſtoria, vel eo nomine, nobis Lubecenſibus, & omnibus antiqvitatis amantibus, gratiſſima eſſe debet, qvod ille primus fuit, qvi de Lubeca urbe, rebusqve Lubecenſibus, aliqvid in literarum monumenta referre aggreſſus eſt. Ut taceam nunc, neminem ante illum de Slavis, tam noſtrorum locorum qvondam incolis, qvam coeteris, qvi per reliqvas Romani imperii provincias diſperſi fuerunt, explicaſſe, vel exqviſitius, vel luculentius, vel etiam religionis chriſtianæ initia in his locis tradidiſſe clarius.*

HENR. MEIBOMIUS Jun., *in Introd. ad Hiſt. Saxon. Infer. p. 71. 72.*, ita: *Helmoldus, qvi Sec. XII. vixit, cum Geroldi, Epiſcopi Lubecenſis, comes, in convertendis Slavis Wagriis, fidelem præſtitiſſet operam, in ſuo Slavorum Chronico converſionem illarum gentium egregie exponit.*

CASP. SAGITTARIO (*in Diſſ. de præcipuis Hiſtoriæ Germanicæ ſcriptoribus p. 7.*) audit *Hiſtoricus de gentibus Tranſalbingicis, qvæ chriſtiana religione tum imbutæ bene meritus., cujus veſtigia premat Arnoldus Lubecenſis.*

CONR. SAM. SCHURTZFLEISCHIUS, *in Diſſ. de Rebus Pruſſorum, §. 6., p. 6.*, ita: *Nominaſſe ſufficiat Presbyterum Bozovienſem, cui poſteritas debet, qvicqvid ſive ad patriam, ſive ad origines pertinet Slavorum.* Et paulo poſt *p. 7.*: *In Helmoldo nihil deſidero, qvantum ad commemorationem rerum geſtarum.* Idem *in Originibus Pomeranicis, Th. 1., p. 8.*: *Helmoldi, in rebus Slavicis, inſignis opera atqve multa cura eſt.* Item *in Rebus Meclenburgicis, Th. 1., p. 3.*: *Helmoldus, cui neqve fidem, neqve Autoritatem, derogare poſſum, ingenue ſcripſit.* In Acroaſibus MStis de *Notitia Autorum* A. 1697. ita eum commendavit: *Helmoldus, præſtantiſſimus, ingenuus & de Hiſtoria Slavica præclare meritus ſcriptor, immortale ſibi nomen, labore in rebus Slavicis præſtito, apud poſteros peperit, nec ſingulos hiſtoriæ hujus cultores celare debeo, qvod hic ſcriptor diligens, qvando cum ſcriptoribus rerum Saxonicarum conjungitur, inſignem habeat uſum.* Eidem, *in Programmate hiſtorico, ad gradum magiſterii invitatorio*, Witebergæ A. 1676. edito, *p. 10.*, Noſter *ſcriptor præclarus* audit *& diligens.*

MICH. HERTZIUS, *P. II. Biblioth. German., Lit. B. 3. b.*, ita: *Non parum etiam de Hiſtoria Germanica meritus eſt, qva res attingit Slavicas, Helmoldus*, &c.

JAC. a MELLEN, *in Præfat. Diſſertationis I. de Hiſtoria Lubecenſi*, hæc habet: *Helmoldi Hiſtoria Slavorum, ab Arnoldo, Abbate Lubecenſi, continuata, unicum eſt præſidium, ad qvod antiqva Lubecenſia rimanti, tanqvam ad ſacram anchoram, confugiendum. Coeteri, qvi vel ſeqvuntur, vel exſcribunt Helmoldum (qvorum ſunt non pauci, & in his Alb. Stadenſis, Herm. Lerbecius, Chronicon Slavorum Anonymi, Alb. Krantzius), pauca afferunt antiqvitatum primarum.*

GOTFR. ARNOLDUS (*T. I.* der Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie, *L. 12., c. 3., p. 363.*) Helmoldi hiſtoriam ſalutat ein ſehr aufrichtiges und glaubwürdiges Chronicon.

BURCH. GOTTH. STRUVIUS, *in Biblioth. Hiſtor., c. 16., p. 454.*, ita: *Helmoldi Chronicon Slavorum rudi qvidem ſtylo, ſed multa cura ac fide, perſcriptum eſt, qvod multam Germaniæ, ſeptentrionalis præſertim, notitiam præbet.*

M. CASP. SOMMERO (*in Diſſ. de Ottone M. Imperatore, §. 3.*) audit *ſcriptor præclarus & diligens, qvo nullus in Hiſtoria Slavica eſt major.*

Qvæ obelo nonnulli in Helmoldo notarunt, partim levicula ſunt, partim vero ævo, qvo vixit, infelici condonanda. Accurationis circa notiones civiles, & titulos imperantibus proprios, neglectum, ſive abuſum earum dictionum, qvibus ſummæ denotantur poteſtates, regii nominis ſcilicet, qvod *L. 1. c. 15.* Boleslao Chrobrio, Polonorum principi, & tituli imperatorii, qvi *L. 1 c. 9.* Henrico, Ottonis Magni parenti, a nullo veterum ita appellato, tribuitur, ei objicit Schurtzfleiſchius, *in Diſſ. de Rebus Pruſſorum, §. 6. & 14., p. 8. ac 16.*, ſed facilem in ſacri ordinis homine, a πολυπραγμοσύνης labe alieno, mereri excuſationem haud diffitebitur. Si, in nominum propriorum originibus evolvendis, nonnunqvam impingit, qvod a Joh. Pet. Ludovico (*Diſp. 1. de Idolis Slavorum, §. 8. 9. 10., & Diſp. II., §. 11. 12., ac ſeqq.*) exprobrari illi video, commune hoc habet cum aliis ævi iſtius ſcriptoribus. Ob maris Balthici agnomen a baltheo, qvod *in balthei* illud *modum longo tractu extendatur*, perperam, *L. 1., c. 1.*, derivatum, merito qvidem ab Alb. Krantzio (*L. 2. Vandaliæ, c. 17., p. m. 36.*) & H. Bangerto (*in notis ad locum iſtum p. 3.*) eſt reprehenſus. An vero muſtea cenſoris ſententia, qva *Svanteviti*, Rugianorum, ac Slavorum reliqvorum, Deaſtri, nomen a Voce Slavica *Swonzez, dominum*

ſolis

ſolis ſignificante, deducit, majorem apud eruditos applauſum, qvam Helmoldi antiqva, eaqve ſatis probabilis, & tot ſeculorum conſenſu approbata, qva *Sanctus Vitus* Martyr, coenobii Corbejenſis & Rugiæ patronus, apud hujus incolas, a ſacris Chriſtianis ad idololatriam relapſos, in *Svantoviti* idolum, ridicula μεταμορφώσει, degeneraſſe traditur, ſit repertura, etiamnum ambigo. Diſcriminis inter Vandalos, Germanos αὐτόχθονας, & ſucceſſores horum e Sarmatia, Venedos, neglectum, cujus ipſum a Caſp. Danckwerthio (*P. III. Chorogr. Cimbr., c. 5., p. 195.*) reum agi, & Saxonem etiam Grammaticum, Alb. Kranzium, Dav. Chytræum, Phil. Cluverium, aliosqve, inſimulari, *P. I. Iſag. ad Hiſt. Cimbr., c. 3., §. 7., p. 22.*, indicavimus, ævi, qvo floruit, caligini, & in hiſtoricis negligentiæ, imputamus, nec refragabimur, ſi qvis, cum celeb. Schurtzfleiſchio (*in Diſſ. de Rebus Slavicis* §. 4. & 7., *p. 5. 15. 16.*), Helmoldo hic parcendum, culpamqve epidemii iſtius erroris in Krantzium præcipue rejiciendam eſſe arbitretur. De erroribus ejus aliis, qvos Andr. Brunerum, *L. 9. Annalium Boicorum, p. 731. & ſqq.*, indicare, Mart. Zeilerus (*P. I. Sylloges de Hiſtoricis p. 66.*) teſtatur, qvi hos legerint, me rectius judicabunt, & haud diſſimilem forte ferent ſententiam. Reinerum Reineccium, qvi (*in præfat. ſuæ editionis*), Helmoldum, in hiſtoriæ Henrici Leonis recenſu, partium ſtudio laborare, & in principem hunc iniqviorem eſſe, contendit, a partium ſtudio itidem haud eſſe immunem, & in gratiam poſterorum Henrici Leonis, in qvorum docebat ſchola illuſtri, hac Noſtrum cenſura oneraſſe, ſuſpicamur. Fulmen curiæ Romanæ brutum in Reineccianam Chronici Helmoldini editionem, Decreto S. Congregationis Indicis, A. 1627. d. 4. Febr. promulgato, legi vetitam, &, in Indice librorum prohibitorum Romano, in ſecundam horum claſſem relatam (*), nemo paulo cordatior morabitur.

A plagii tandem crimine, qvo a nonnullis forte onerabitur, qvod, uti ante me jam ab Henr. Meibomio Sen. (*in Notis ad Witichindum Corbejenſem, & in Vindiciis Billinganis, p. 107. Opuſcc. Hiſtor.*), H. Conringio (*in Diſſ. de Urbibus Germanicis* §. 86.), Joh. Joach. Madero (*in præf. Hiſt. Eccl. M. Ad. Brem.*), Henr. Meibomio Juniore (*in Introd. ad Hiſt. Sax. Infer. p. 71.*) & C. S. Schurtzfleiſchio (*in Diſſ. de Rebus Slavicis*, §. 4., *p. 5.*), eſt obſervatum, M. Adami Bremenſis verbis, tanqvam ſuis, nomine ejus diſſimulato, ſæpius ſit uſus, judices eum periti abſolvi a nobis haud difficulter patientur. Seculi enim iſtud fuit vitium, plerisqve medii ævi ſcriptoribus familiare, qvos inter, belle obſervante Jac. Thomaſio (*in Tr. de plagio literario*, §. 190-199.), *tanta ſegetis literariæ viguit communio, ut nec alteri qvisqvam invideret, quæ ſuo in agro creviſſent, & viciſſim ſpicas alieni arvi vellere, cum domino fieret id non invito, fas haberetur.* Adami ipſius Noſter defendi poterit exemplo, qvem ejusdem culpæ reum eſſe, pariqve licentia Eginhardum, & alios veteres, deſcripſiſſe, *P. I. Iſag. ad Hiſt. Cimbr., c. 6.*, §. 4., *p. 69.*, monuimus. Eandem ſibi, ut & hoc addam, poteſtatem in Helmoldi viciſſim librum vindicarunt, & plerasqve ejus, ac Arnoldi Lubecenſis, Continuatoris ipſius, narrationes, iisdem utplurimum verbis, ſuis inſeruere monumentis hiſtoricis, alii ſeqvioris ævi ſcriptores, Albertus ſcil. Stadenſis *in Chronico univerſali*, Herm. de Lerbeke, (nominetenus nuſpiam Noſtrum allegans, ſed *Chronicon* tamen *Slavorum* ſecutum ſe eſſe *in præfatione* ſignificans) *in Chronico Comitum Schauenburgicorum*, Herm. Cornerus, Monachus Ord. Præd. Lubecenſis, *in Hiſtoria Univerſali* ἀνεκδότῳ, Autor, qvem Erpoldo debemus Lindebrogio, incertus *in Chronico Slavico*, Alb. Krummendikius, Epiſc. Lubecenſis, (nonnunqvam nomen Helmoldi addens) in anteceſſorum ſuorum *Chronico*, & Alb. Krantzius, in *Vandalia, Metropoli, Saxonia*, cœterisqve ſcriptis hiſtoricis. Id qvod non ipſemet ſolum, in horum (ſi Cornerum, mihi haud viſum, excipias) lectione, & cum Noſtro collatione, obſervaſſe recordor, ſed ab aliis etiam viris doctiſſimis ante me deprehenſum eſſe video. Conſuli hanc in rem poſſunt de Alberto Stadenſi, Lerbecio, Chronographo Slavico & Krantzio, Henr. Bangertus, in Prolegomenis *Chronici* Helmoldini, & Jac. a Mellen *in præfat. Hiſtoriæ Lubecenſis Antiqvæ*, ſeorſim autem de Cornero Bangertus *l. c.*, & de Krantzio Caſp. Sagittarius *in Hiſtoria Bardovicenſi, c. 1.*, §. 40. 41., Schurtzfleiſchius *in Rebus Meclenburgicis*, §. 18., *p. 24.*, ac *in Rebus Slavicis*, §. 4., *p. 5.*, Ubboqve Emmius. ab hoc laudatus, *in Rerum Friſicarum Hiſtoria, ad A. 1247.*

Reſtat, ut de Continuatoribus etiam *Chronici* Helmoldini dicamus. Hos inter præcipuus eſt ARNOLDUS, ex Monacho Cœnobii Brunſvicenſis Ægidiani Benedictini, primus Johannæi ordinis ejusdem, in vicinia civitatis Lubecenſis, ab Henrico Leone A. circiter 1175. conditi, Abbas, & antea Præpoſitus etiam aliqvamdiu Hildeſienſis, qvi ſeculo XIII. incunte etiamnum floruit, & *Supplementum derelictorum Helmoldi*, pari fide ac induſtria, ab A. 1171., ſive temporibus Friderici Barbaroſſæ, ad A. 1209., ſive Ottonis IV., Imp., tempora, libris VI. perduxit, Philippoqve, Epiſcopo Ratzeburgenſi, inſcripſit. De editionibus ejus, partim mutili, partim redintegrati, IV. diverſis, qvas cum Helmoldo communes habuit, & codicibus MStis, qvæ de Helmoldino opere paulo ante diximus, poſſunt relegi. Vitæ autoris hiſtoriam accuratiorem, & judicia eruditorum de *Supplemento*, maximam partem perqvam honorifica, ipſius Arnoldi reſervamus elogio.

Continuationi Arnoldinæ ſuccedat recentior, eaqve itidem jam edita, Anonymi DIOECESEOS BREMENSIS PRESBYTERI, & *patriæ* ſuæ (qvam Holſatiam fuiſſe, e perpetuo ipſius in Holſatos affectu, in Danos autem odio, & ſtudio rebus Holſaticis enarrandis præcipue, & tantum non unice, mancipato, colligas) *ſcribæ*, uti ipſemet, A. C. 1448. ſe vixiſſe ſimul ſignificans, *c. 15., p. 26.*, verbis ſupra, inter Helmoldi elogia, jam exhibitis, vitæ ſuæ genus deſcribit. *Continuatio* ejus *Chronici Slavorum Helmoldi* (cui Leibnitius editor titulum *Chronici Holſatiæ veteris*, ut argumentum perſpicue exprimeret, præfixit), ab A. C. 1164. ad Anno 1448. pertexta, capitibus conſtat XLVII., e qvibus XIV. priora brevem hiſtoriæ univerſalis ab O. C. ἀνακεφαλαίωσιν complectuntur. MSta illa aſſervatur in bibliothecis Hafnienſi academica (in cujus membranis Helmoldi Chronico ſubjungitur) & Hamburgenſi (cujus codex, folio uno mutilus, Erpoldi Lindebrogii manu eſt exſcriptus, ac proinde recentior) publica, ac in privatis etiam, Pet. Lambecii Vindobonenſi, atqve Hafnienſi Arnæ Magnæi, Iſlandi, Profeſſoris academici. Ad manum eadem fuit, diu anteqvam ederetur, non Alberto ſolum Krantzio, qvem ſuas e fontibus illius areolas interdum irrigaſſe Caſp. Danckwerthius (*P. III. Chorogr. Cimbr., c. 4., p. 191.*) obſervat, ſed Joh. etiam Adolpho Cypræo, *in Annalibus Epiſcoporum Slesvicenſium, L. I., c. 3., p. 26. 27., & c. 22., p. 138-143., Libroqve II., c. 5., p. 246-252., & c. 15., p. 311. 316. 317.*, prolixas ex ea periochas, de Ansgario, Vicelino, Adolphoqve IV. & Gerhardo Magno, Holſatiæ Comitibus, recitanti, imo & ipſi Danchwertio, *l. c., p. 188. 191. 193.*, ac Henr. Bangerto *in Notis a Helmoldum p. 152.*, ad Anonymi hujus teſtimonium provocare, una cum Lambecio (paſſim *in libris Rerum Hamburg.*), haud pigratis. Editionem illius polliciti ſunt A. 1634. Joh. Ad. Cypræus (*l. c. p. 26. 27. 315.*), A. 1659. Pet. Lambecius, qvi Notis eam etiam illuſtrare voluit (*in Catalogo ſcriptorum, Prodromo Hiſtoriæ præfixo Literariæ*), ac, poſt hujus obitum, A. 1692. ipſius in Bibliothecæ Cæſareæ præfectura ſucceſſor, Dan. Neſſelius, vaſto eam Hiſtoriæ Germanicæ ſyntagmati, qvod moliebatur, inſerturus (in *ſciagraphia magni Corporis Hiſtorici*, a Cl. Tenzelio, *in Dial. Menſtr. Germ., M. Nov. A. 1693., p. 887.*, allegata). Sed nemo horum omnium promiſſis ſatisfecit. Nuper tandem publica eam luce, e codice Lambecii MSto, per Neſſelium ſibi communicato,

(*) V. Decretum ipſum, *in appendice Indicis Romani*, Romæ A. 1624. in 8. recuſi, *p. 169-172.*, & Franc. Magdaleni Capiferrei *Elenchum Librorum in Indice Romano prohibitorum*, Romæ A. 1632. editum, *p. 95.*

nicato, donavit, in *tomo Acceſſionum Hiſtoricarum primo*, Lipſiæ A. 1698. (*in 4.*) excuſo, Gotfr. Gvilh. Leibnitius, Lipſiæ ſuæ & aulæ Hannoveranæ, imo Germaniæ univerſæ, honos, ſed, codicis vitio, paſſim lineis aliqvot & paginis, imo ſub finem (qvem A. 1430. illi, ab autore ſuo ad 1448. perductæ, imponit) integris, ni fallor, capitibus, mutilam. Qvam ob cauſam optandum, ut doctiſſimus Magnæus novam, qvam ex codice ſuo, longe pleniori & integriori, teſtibus amici ad me literis, Hafnia A. 1698. perſcriptis, promittit, editionem maturet. Merentur enim hanc, qvæ paſſim de Holſaticis rebus habet, aliis indicta, & memoria tamen poſterorum digna, etſi autor ineptiens, & affectibus ſuis, odioqve in Danos, ob inſignem, qva laboravit, *ἀκρισίαν*, ſtolida adeo licentia, & maledicentia tam effræni atqve abſurda, indulgens, ut riſum potius & commiſerationem dementiæ ſuæ, qvam indignationem, lectoribus, Danisqve ipſis, extorqveat, neqve qvoad ſtylum, extrema defœdatum barbarie, neqve qvoad fidem & diligentiam in ſcribendo, cum Helmoldo ac Arnoldo poſſit comparari. Haud immerito certe Thom. Bartholinus junior, cenſuræ ſuæ Huitfeldianam atqve Lambecianam adjungens, *L. 3. de Cauſis Mortis a Danis Gentilibus contemptæ, c. 3., p. 663, 664. 665.*, ita in illum invehitur: *Ex ſtomachis hariolatos fuiſſe Dithmarſos, memorat inculsus & maledicus Hiſtoriæ Holſaticæ ſcriptor, qvi, ſe Presbyterum Bremenſis dioeceſis innuens, Helmoldum, usqve ad A. D. 1448., qvo vixit, continuavit,* non veridica, *ut ipſe jactat, ſed maledicentiſſima* relatione, qvæ ſibi occurrebant, dignum ducens apponendum. *Advocat ineditum hunc autorem nonnunqvam in Originibus Hamburgenſibus Lambecius, & qvia virtuti gloriæqve Danorum impenſe iniqvum deprehendit, eo libentius, ut animo ſuo conſonum, adducit, fateri tamen coactus* (*L. 2., A. 1227.*), *barbare, & cum inſignibus erroribus, ſcripſiſſe. Qvomodo & Huitfeldius* (*T. III. Chron. Dan., ad A. 1331., p. m. 455.*), *multa eandem hiſtoriam inconcinne digeſta, & male cohærentia, continere, annotavit.* Ante Bartholinum, e Cimbris noſtratibus, Caſp. Danckwerthius (*l. c. p. 191.*) Anonymum iſtum crebrorum hiſce verbis errorum inſimulavit: Ich habe dieſen autorem Anonymum, der ohne das nicht alt, auch ſonſten auf einem falben Pferde beſchlagen. Addo & incomparabilis Leibnitii, judicis a partium ſtudio immunis, cenſuram candidam atqve cordatiſſimam, e Prolegomenis *Tomi I. Acceſſionum Hiſtoricarum* depromptam: *Sane fatendum eſt, ſatis inepte atqve incohærenter ſcribere autorem, & odio in Danos flagraſſe videri, nec fidem mereri, cum effutit in ipſos contumelioſa. Cum tamen alias non pauca doceat, intereſt libellum non perire, tanqvam habendum inter antiqvitatis monumenta, in qvibus venenum malignitatis tempus extinxit. - - Danorum gentis virtus jam ab antiqvo certiſſimis rerum documentis teſtatior eſt, qvam, ut illi deteri qvicqvam hominis, ut apparet, ſimplicis, & affectibus indulgentis, qvalicunqve judicio poſſit.* Soli Joh. Ad. Cypræo, editionem ejus, uti ſupra monitum, meditato, rhapſodus hic ita arriſit, ut, *l. c., Lib. 2., c. 5., p. 246.*, *ſtylo qvidem* eum *non admodum compto atqve expolito, certe tamen ac indubitata fide, ac conſtanti veritate,* hiſtoriam ſuam ſcripſiſſe, audacter contendat, aſſenſum a nemine cordato, me judice, impetraturus. Plura de illo ſuggerent, præter prolegomena illuſtris Leibnitii, ac, qvam is mentione dignatus eſt honorifica, *Iſagogen* noſtram *ad Hiſtoriam Cherſoneſi Cimbricæ* (*P. I., c. 6., §. 9., p. 79. 80. 81.*), ejusqve *Præfationem novam* (*p. 41.*), *Acta Eruditorum Lipſienſia, M. Mart. A. 1698., p. 111.*, Wilh. Ern. Tenzelii *Dialogi Menſtrui Germanici, M. Febr. A. 1698., p. 125. 126. 127.*, & Joh. Hallervordii *Spicilegium de Hiſtoricis Latinis p. 32.*

Inedita hactenus, & ſimul obſcurior, eſt continuatio *Chronici* Helmoldini, qvam a Parocho eccleſiæ in Wagria, tractuqve hujus Holſato-Plönenſi, Süſſelenſis concinnatam, ſibiqve viſam & lectam eſſe, Conr. ab Hövelen, in *præf.* libelli de Civitate Lüneburgenſi vernaculi (der Lüneburgiſchen Vortreflichkeit), incertum qva fide, teſtatur. Eadem autem, niſi omnino fallor, cum Arnoldi Lubecenſis eſt *Supplemento*, Philippo, Epiſcopo Ratzeburgenſi, inſcripto, iſta Continuatio, qvam Epiſcopo cuidam Ratzeburgenſi, per errorem manifeſtum, ex perfunctoria Epiſtolæ Arnoldi dedicatoriæ lectione haud dubie ortum, attribuit *Catalogus Autorum*, ab Alb. Krantzio, in *Metropoli* ſua concinnanda, adhibitorum, a primo hujus editore, Joach. Mollero, Hamburgenſi, J. U. D. & Conſiliario Lüneburgico, illi, in editionibus Baſileenſibus annorum 1548. & 1568. Oporinianis, præfixus.

LUCAS (1.) HOLSTENIUS

(Germ. *Holſte*, non *Holſtein* (2.)), qvem *Epitomes* Joh. Cluveri *Hiſtoricæ* continuator (3.) *Oſtenium*, literis aliqvot cognominis initialibus omiſſis, perperam appellat, vir incomparabilis, & ſplendidiſſimis non urbis ſolum patriæ Hamburgenſis, ſed univerſæ etiam Holſatiæ, nomen ſibi proprium communicare cum illo dignatæ, luminibus accenſendus, annum æræ chriſtianæ 1596. (4.) habuit natalem, qvo familiæ antiqvæ ſatis ac honeſtæ (5.), patre natus tinctore (6.), longe majorem ortu ſuo fœneratus eſt gloriam. Sororem ejus uterinam conjugem habuit Ægidius Gutbierius, Theol. Doctor & Lingvarum Orientalium in Gymnaſio Hamburgenſi Profeſſor, alteram autem germanam Heino Lambecius, ſcholæ in parochia civitatis ejusdem Jacobæa trivialis Ludimagiſter & Arithmeticus, per annos 51., haud incelebris. Ex tribus hujus filiis, Lucas, Med. Doctor, avunculo cognominis, eodem, qvo ille, anno 1661. *αὐτόχειρ* Hamburgii obiit, Johannes Romæ, in Noſtri convictu, deceſſit, Petrus autem, non minus illuſtre poſtea, qvam avunculus, nomen in republica conſecutus literaria, filii inſtar adoptivi illi adhæſit, ſtudia juvenilia, & ſumptu, & ad nutum ejus, tractavit (7.), Romæ per biennium illius fuit domeſticus, imo exemplo ejusdem religionem mutavit, ſed ſpe nihilominus amplæ hæreditatis, qvod mores ejus atqve indoles avunculo minus probarentur, excidit. Noſter, ad qvem a nepotibus ex ſorore redeundum nobis eſt, cum paupertate, bonæ mentis ſorore, adoleſcens conflictatus (8.), duriora qvidem ſtudiorum, in urbis patriæ ſchola ac gymnaſio, habuit initia, ſed præceptorum tamen, inprimis Joh. Huswedelii, ſcholæ tunc Conrectoris, poſtea vero Profeſſoris literarum elegantiorum Roſtochienſis (cui ſe ſuos in utraqve lingva profectus ferre acceptos, Romæ, in Card. Barberini bibliotheca, cognato hujus, Joh. Chriſtoph. Huswedelio, grata mente eſt faſſus (9.)), monitis aſſiduis, & Geverhardi Elmenhorſtii (10.), aliorumqve civium eruditiorum, favore ac incentivis, animatus, ardore animi indefeſſo omnes, qvæ curſum illorum ſufflaminabant, difficultates feliciter ſuperavit. Nec dedignatus eſt, cum ipſe præceptoribus vacaret publicis, domeſticum Pauli Marqv. Slegelii, civis ſui, Medici poſtea academiæ Jenenſis & reipublicæ patriæ celeberrimi, fidem ejus & diligentiam, in ſe erudiendo, in hiſtoria vitæ ſuæ *ἀνεκδότῳ*, commendantis, agere pædagogum. Medicinæ & ipſe ſtudio animum initio applicuit (11.), eiqve, & literis elegantioribus, in academia circa A. 1617. Leidenſi, ductu Joh. Meurſii

(1.) *Ludovicus* perperam vocatur a Nicol. Chriſtoph. Lynckero, *Lib. 2. Inſtructorii Forenſis, lit. s. a. b.* (2.) juxta Joh. Frid. Mayerum im dritten und vierdten leidigen Tröſter der Rahel, ed. A. 1698., *p. 49.* (3.) *ad A. 1661., p. m. 854.* (4.) Detegit hunc calculus ab A. æt. 65., qvem moriens attigerat, retrogradus. (5.) teſte J. Frid. Mayero *l. c. p. 49.* (6.) Un Teinturier, juxta Gvid. Patinum, *in Patinianis poſthumis*, qvæ cum *Naudæanis* Amſtelod. A. 1702. ſunt recuſa, *p. 68.* (7.) V. Joh. Frid. Mayeri *Diſſ. de Προσωπίᾳ, ad Luc. VIII. 43., c. 3., § 5., p. 30.*, *P. IV. Iſagoges meæ ad Hiſt. Cimbr., c. 8., §. 6., p. 537.*, & *Noſtri Epiſtolas ad Lambecium.* (8.) V. J. Frid. Mayerum *loco num. 2. citato.* (9.) teſte ipſo Joh. Chriſtoph. Huswedelio, *in Or. parentali, patruo huic ſuo habita.* (10.) V. Elmenhorſtii *Notas ad Procli Opuſcula p. 179.* (11.) uti ipſemet, in Epiſtolis duabus, ad Gev. Elmenhorſtium A. 1619. exaratis, teſtatur.

ſii, hoſpitis ſui (12.), Ælii Everh. Vorſtii, Pet. Cunæi, Dan. Heinſii, Pet. Scriverii, Gerh. Joh. Voſſii & Caſp. Barlæi, operam impendit, uti ſedulam, ſic admodum felicem. Amicitiam ibidem, ob par in utroqve Geographiæ veteris illuſtrandæ ſtudium, contraxit cum Phil. Cluverio, eoqve comite, poſt Bataviam, Germaniam, Angliam & Galliam, jam ante (ſi Adolpho Clarmundo (13.) credamus) peragratas, iter aggreſſus Italicum (14.), Italiam & Siciliam univerſam, ad antiqvitates locorum ſingulorum eo accuratius perveſtigandas, pedibus, anno circiter 1618. eſt emenſus (15.). Hoc finito, ſub exitum ejusdem A. 1618. (uti in albo ſuo MSto (16.) Joach. Morſius annotavit), in Bataviam reverſus, cum cive ſuo, Ottone Sperlingio ſeniore, Archiatro deinceps Danico, Athenas iterum Lugduno-Batavas adiit, &, privigni Vosbergiani præfectus ſtudiis, in arte medica una cum polymathia omni excolenda, ſtrenue perrexit (17.). A. 1620. (qvem conjectura ſagaci indagaſſe mihi videor, cum alii de tempore plane ſileant) ſcholæ patriæ Hamburgenſis, & Rector, Paulus Sperlingius, officio hoc ſe abdicaverat, & Conrector, Georg. Fabricius, ſpartæ admovendus eccleſiaſticæ, in Dithmarſiam vicinam diſceſſerat. Munerum horum ſcholaſticorum alterutrum, ſive Rectoratum, uti non Marqvardus ſolum Gudius vir illuſtris, mihi olim retulit, ſed Dan. Georg. Morhofius etiam (18.), Joh. Frid. Mayerus (19.), Gotfr. Arnoldus (20.) & Joh. Schmidius (21.), teſtantur, ſive, qvem alii (22.) ſubſtituunt, Conrectoratum, Noſter, utroqve longe digniſſimus, ambiit, ſed a patriæ Magiſtratu neutiqvam exambiit. Falluntur enim Mayerus, & hujus fidem incaute ſecuti Arnoldus Schmidius, ac Reimannus P. III. introd. ad H. L. Germ., Sect. II. p. 456. 605., qvi Rectoratum eum obtinuiſſe, ſed non multo poſt, ambitionis oeſtro percitum, reliqviſſe, fabulantur. Prælatus eſt illi in Rectoratu Zach. Schefterus, Coburgo, in Conrectoratu autem Joh. Starckius, Lüneburgo evocatus, uterqve exterus & Noſtro longe inferior, imo ne conferendus qvidem, ipſe autem, homo vagabundus a Paſtore ſive hierophanta qvodam imperito, ſicut a Gudio mihi narratum, appellatus, repulſam tulit (23.), Patriæ, ſimilis in Joh. Wowerium, Joh. Huswedelium, Joach. Morſium, Brand. Detrium, alioſqve cives eruditos ἐξοχωτέρας, ingratitudinis, turpiſqve ἀλλοτριομανίας, jampridem merito a cordatis inſimulatæ, ſacriſqve ejus demagogis, æterno futuram dedecori, ſibi vero, non minus qvam Catoni Romano, glorioſam. Mayerus ipſe, poſtqvam Hamburgum pervenerat, de certitudine repulſæ hujus edoctus, & veriora, qvam olim, de illa tradidit, & iniqvitatem ejusdem, prout par erat, deteſtatus Hamburgenſibus ingenti παῤῥησίᾳ exprobravit. *Æternum*, ait (24)., *doleat Hamburgum, orbis eruditi miraculo, qvod Roma adorat, & orbis literatus, qva barbarus eſſe deſiit, veneratur, magno illi Lucæ Holſtenio, Scholaſticos denegaſſe honores, & ex finibus eccleſiæ Chriſti ejeciſſe.* Gemina his A. 1698. in ſcripto protulit vernaculo (25.): Weil er in Armuht gerahten war, auch nicht einen Schuldienſt an S. Johannis Schule, den er ſehr ſuchte, erhalten konte (war eine unverantwortliche Sache, einen ſolchen gelahrten Mann hindan zu ſetzen, wie es denn gemeiniglich in der Welt gehet, daß Tugend und Verdienſte bey Beforderungen nicht angeſehen werden), gieng er aus deſperation davon, und ward ein Päbſtler. Das war die Uhrſach ſeines Abfalls. Ego vero, an, repulſa hac irritatus, ad Pontificios defecerit, uti, cum Mayero, Arnoldus, Schmidius, ac Schultetus (26.), affirmant, cum apoſtaſia luſtro integro hac fuerit poſterior, anceps etiamnum hæreo. Crediderim potius easdem, qvæ complures alios viros eruditos, ad eccleſiam Proteſtantium deſerendam, inſtigarunt, cauſas, pietatis ſcil. (qvæ in convitium, & notam hæreſeos, detorqveri jam cœpit) & diſciplinæ eccleſiaſticæ inter hos neglectum, plurimas omnium ordinum, & eccleſiaſtici præcipue, corruptelas, & inſanabile, qvod Theologorum plerorumqve animos faſcinavit, his autem diſplicuit, lites ſacras indies augendi, ſententias ſuas, de problematis etiam minus neceſſariis, aliis obtrudendi, & impotens hoc in conſcientias dominium detrectantes, aut a ſe diſſentientes, in hæreticorum referendi numerum, cacoethes, accedentibus Pontificiorum de eccleſiæ ſuæ externa ſanctitate, antiqvitate, & cum Patrum doctrina conſenſu, gloriationibus, Holſtenio religionis mutandæ occaſionem præbuiſſe, neutiqvam vero, vel repulſæ tædium, vel turpe opum atqve honorum deſiderium. Patriæ ingratæ ac ἀστόργῳ exteras merito Noſter prætulit regiones, iterqve denuo auſpicatus literarium, A. 1621. Leidam ſuam iterum adiit, ac, e Batavia poſtea ad Britannos delatus, Oxoniæ A. 1622., & Londini A. 1624., adhuc hæſit, Syntagmati Geographorum veterum, qvod moliebatur, e bibliothecis Anglicanis locupletando & illuſtrando aſſidue intentus, ac Patricii Junii, Biblioth. Regiæ Præfecti, aliorumqve hominum doctorum, ſe oblectans conſvetudine (27.). Ex Anglia, eodem A. 1624., in Galliam trajecit, & Lutetiam, regni metropolin, profectus, eruditione ſolida pariter atqve multiplici, non ὁμοτέχνους ſolum, eadem ſtudia tractantes, ſed magnates etiam ſibi conciliavit complures, & in his Henricum Memmium, curiæ Pariſienſis præſidem purpuratum, cujus bibliothecæ Noſter, ad A. usqve 1627., præfuit inſtructiſſimæ, ac Romam diſceſſurus Paulum Sperlingium juniorem, civem ſuum, Theologumqve poſtea Kilonienſem, in ephoria ejusdem ſucceſſorem obtinuit (28.). Hoc circiter tempore, relictis Proteſtantium ſacris, Romanæ nomen Pariſiis dedit Eccleſiæ, a Jeſuitis, uti creditur, & horum eruditiſſimo, Jac Sirmondo (cui Gudius hanc apoſtaſiam imputabat), perſvaſus, ab Hugone autem Grotio, ibidem tunc degente, in hoc mutandæ religionis inſtituto, uti ab adverſario, Andr. Riveto (29.), exprobratum ipſi eſt, confirmatus. Hunc enim ille, cum ab Holſtenio, adhuc dubio, conſuleretur, reſpondiſſe tradit, *nullam eccleſiam Romana in doctrina eſſe puriorem, in cultu vero & moribus corruptiorem*, Gotfr. Arnoldus autem (30.) commendatione ſua Noſtro qvoqve, Romam abituro, Chriſtinam, Svecorum Reginam, conciliaſſe, & hoc pacto fortunæ, qva Romæ gaviſus eſt, proſperioris proxenetam fuiſſe, comminiſcitur. Qvod tamen ἀσύστατον eſſe, cum Holſtenii mutatio religionis, & abitus in urbem Italiæ principem, ſex ferme luſtris, Grotii autem obitus duobus, Chriſtinæ apoſtaſiam, A. 1655. demum factam, ac iter Romanum, anteceſſerint, nemo non videt, & Arnoldus ipſe, in *Supplementis* & retractationibus *Hiſtoriæ* ſuæ *Eccleſiaſticæ* vernaculis, A. 1702. editis (31.), candide agnovit, Chriſtinæ tamen ope ac patrocinio ad honores in aula Pontificia ampliſſimos eſſe enixum falſo adhuc (cum omnibus eum, qvas obtinuit dignitatibus, ante Chriſtinæ adventum, jam gaviſum eſſe, paulo poſt ſimus oſtenſuri) perſvaſus. Licet autem a Jeſuitis ad ſacra Romana ſit traductus Holſtenius, horum tamen familiam, ſive ordinem (qvod ſcriptorem Hiſtoriæ itinerum Chriſtinæ Auguſtæ Belgicum Anonymum (32.), Jeſuitam eum paſſim appellantem, crediddiſſe video), nunqvam eſt ingreſſus, ſed ſocio-

rum

(12.) teſtibus Gev. Elmenhorſtio *l. c.*, & Andr. Schotto *in Epiſt. ad Joh. Meurſium A. 1617. ſcripta.* (13.) *in Vitis clariſſimorum in re literaria virorum germanicis, P. III., p. 50.* (14.) Hujus & ipſe, *in Epiſtola ad Joh. Meurſium*, prid. Id. Jan. A. 1624. exarata, & Cluverius *Lib. 2. Italiæ Antiqvæ*, Leoqve Allatius, hanc allegans, *in Apibus Urbanis p. 182.*, mentionem injiciunt. (15.) V. Dan. Heinſii *Or. in obitum Cluverii*, in Wittenii *Dec. II. Memor. Philoſ. p. 124.* (16.) *p. 757. 758.* (17.) V. ejus Epiſtolas 2. ad Elmenhorſtium, A. 1619. exaratas. (18.) *in Prælectionibus Polybiſtoricis MSS., c. 10.* (19.) *in Diſſ. de Προσηλύτοις, c. 3., §. 4., p. 28.* (20.) *T. II.* der Kirchen- und Ketzer Hiſtorie, *Lib 17., c. 3., p. 452. 453.* (21.) *in Diſſ. de Palinodia Eruditorum*, Lipſiæ A. 1697. edita, §. 51. 52. (22.) V. Davidis Schulteti *Innocentiam Theologorum Hamburg. p. 137.* (23.) V. Morhofium & Dav. Schultetum *ll. cc.*, & Epigr. Barth. Feindii Jun. *P. I. Poem. Germ. p. 623.* (24.) *in Or. Fun. Joh. Schultzio, Conſuli, habita, p. 14. 15.* (25.) im dritten und vierdten leidigen Tröſter der Rahel *p. 49.* (26.) *locis citatis.* (27.) Hæc ipſe de ſe narrat in Epiſtolis tribus *ἀνεκδότοις*, Londino A. 1624. ad Joh. Meurſium exaratis. (28.) V. Pet. Muſæi & D. G. Morhofii Programmata de vita Sperlingii, in ejus allegata *Elogio*, & H. Grotii *Ep. Dedic. Phœniſſarum Euripidis ad Memmium.* (29.) *in Διαλύσει Diſcuſſionis Grotianæ p. 57.* Conf. Riveti autoritatem ſecutos J. Frid. Mayerum *in Diſſ. de Προσηλύτοις, c. 3., p. 28.*, & Gothofr. Arnoldum ac Joh. Schmidium, *locis num. 20. & 21. citatis.* (30.) *l. c.* (31.) *p. 133.* (32.) in de Reyſe van Chriſtina, Konigin van Schweden.

rum ejuſdem Gallicorum ſollicitationibus ſingulari conſtantia reſtitit. Teſtem hujus allego Claudii Salmaſii, *Simplicii Verini* larvam induti, *ad Juſtum Pacium, de libro Grotii poſthumo Epiſtolam*, A. 1646. editam, in qva apoſtaſiæ Noſtri hiſtoriam, ſuppreſſo licet ejus nomine (qvod tamen & ipſæ produnt circumſtantiæ, & Claud. Sarravius, *Holſtenium a Salmaſio, Simplicium Verinum mentito, male eſſe habitum, & de Apologia cogitare*, in Epiſtolis ad ipſum Salmaſium (33.), A. 1647. teſtatus, ac Paulus Colomeſius, ad Iſ. Voſſii provocans indicium (34.), detexerunt), verbis exponit (35.) ſeqventibus, ſimulqve, familiari ſibi dicacitate ſcoptica, in illum pariter atqve Jeſuitas debacchatur: *Memini vidiqve, qvid acciderit homini Germano, viro multum literato. Is Lutetiam Pariſiorum venerat, fortunam ſuam, male tum ambulantem, qværens, ſi qva poſſet arte, in ſolido locare. Nam eo venit admodum æſtive viaticatus. Qva levitate, ſi in veſte ſit, nihil gratius eo tempore anni, ſin in viatico deprehendatur, nihil gravius. Cum alia deficerent, coepit religionem venditare. Fortaſſean, qvia nullam tum haberet certam, de ea ſibi providendum putavit, qva panem, & alia ad victum veſtitumqve neceſſaria, ſibi parare poſſet. Ea autem ſemper melior potiorqve cenſetur, qvæ cultorem ſuum poteſt alere. Ut autem talis mercimonii inſtitoribus nunqvam deſunt pararii Jeſuitæ, ultro ſtatim impulſores acceſſere, ut cito faceret, qvod faciebat, modo non montes auri pollicentes, & omnia a ſe commoda, novitio proſelyto. Pacta re factaqve ex voto utrorumqve, miſer ille tamen haud minore eſurie premebatur, ſub regno Pontificis, qvam ſub libertate Proteſtantium. Promiſſores illi ſui deſciverant a compacti fide. De his apud alios amicos, qvorum unus eram tum ego, qviritabatur. Omnia fruſtra. Appellati ſponſores dicebant: Fac te noſtri gregis, tum nihil tibi deerit: Non tibi lac æſtate novum, non frigore veſtes. Erat is autem, qva ab ingenio, qva doctrina, ut ſodalem expetere ſibi grex deberet, non poenitendum utiqve futurum ſodalitio. Sed ille de religione tantum mutanda cogitaverat, non de regula religioſorum ſubeunda. Cum videret hanc ſpem decoxiſſe, alia via bonum eventum ſibi proſpexit. Romam profectus eſt cum qvodam Cardinali, ibiqve in notitiam primo alterius Cardinalis, deinde & interiorem familiaritatem, receptus, in ejus familia nunc gaudet Papatu, nec pro eo qvicqvam debet Jeſuitis.* Hæc ille. Poſt mutatam ſcilicet religionem, Noſter, commendantibus fratribus Puteanis, amicis ſuis, Nicolao Claudio Fabricio Peireſcio, Senatori Aqviſextienſi, omnium ſuæ ætatis eruditorum Mæcenati, familiariter innotuit (36.), & ab illo non ſolum plurimis, undiqve conqviſitis, & ſumptu ſuo, e bibliotheca Julii Pacii, & aliunde, coemptis, Philoſophorum ſectæ Platonicæ pariter atqve Ariſtotelicæ, & Geographorum, codicibus, qvos deſiderare eum cognoverat, Græcis MSStis, affectus eſt beneficiis (37.), ſed Franciſco etiam Barberino, Urbani VIII. Pontificis in Galliis Legato, & Romanæ eccleſiæ Cardinali, A. 1627., ita viciſſim de nota meliore commendatus, ut in familiam hujus mox adſcriberetur (38.). In hujus comitatu Romam, eodem A. 1627., pervenit, breviqve tempore ita ſibi patronum conciliavit, ut non ſolum bibliothecæ ejus inſtructiſſimæ (39.) præficeretur, ſed omnium etiam conſiliorum eſſet particeps, & intimæ, præ miniſtris reliqvis, admiſſionis (40.). Illuſtris certe Gudius mihi retulit, Cardinalem, cum a ſe, illum viſente, poſt obitum Holſtenii, defuncti forte injiceretur mentio, non potuiſſe ſibi temperare, qvin Italice, *O mio Holſtenio*, non ſine indiciis luctus feri, exclamaret. Bibliothecæ Barberinianæ A. 1642. (41.) adhuc præfuit (fallitur enim Rich. Simon, qvi (42.), A. jam 1639. ipſum Vaticanæ, Leonem Allatium autem Barberinianæ, cuſtodem fuiſſe, perhibet), hujusqve augendæ, & negotiorum aliorum majoris momenti expediendorum, gratia, patroni juſſu, A. 1630. in ultimam Sarmatiam (43.), & A. 1640. in urbem Florentinam (44.), iter inſtituit. Ab eodem Cardinali Urbano VIII., Pontifici eruditiſſimo, cognato ſuo (qvem Ad. Clarmundus (45.) Urbanum IX. perperam appellat), commendatus, hujus beneficio, non Protonotarii ſolum apoſtolici titulum, ſed Baſilicæ etiam D. Petri Vaticanæ Canonicatum (46.), obtinuit. Qvem qvanta fide adminiſtravit, Jani Nicii Erythræi verbis (47.) exponam. *Locuplete*, inqvit ille, *ſacerdotio, in Baſilica Vaticana, præditus, ſumma illud cum diligentiæ & ſolicitudinis laude adminiſtrat. Nam cum poſſit, ſummi Pontificis privilegio, laborem veniendi in eccleſiam, & cætera, qvæ ſunt ejus muneris, exeqvendi, lucri facere, nec qvidqvam ex nummis deperdere, qvi diſtribuuntur, in viros, præſentibus, nulla tamen in re patitur deſiderari a ſe præſentiam atqve operam ſuam.* Idem Pontifex Præpoſiti etiam ædis in civitate Hamburgenſi patria cathedralis (qvo eum titulo a Gaſp. qvoqve Scioppio, in Epiſtola ad ipſum data (48.), compellatum eſſe video) dignitatem ampliſſimam, Gerh. Ranzovii, Proregis Cimbrici, obitu vacantem, teſte Pet. Lambecio (49.), anno jam 1628., III. Non. Mart., peculiari illi contulit diplomate, ejusqve aſſeqvendæ curam, & retinendæ defenſionem, ſuo in Germania inferiori Nuncio, & Officialibus, qvos vocant, Epiſcoporum Hildeſienſis & Osnabrugenſis, commendavit. Verum hac, Dethlevo Ranzovio, Regis Danici Conſiliario, & Præfecto Steinburgenſi, a Canonicis Hamburgenſibus Lutheranis, Pontificis mandatum (ne in Archivo qvidem illorum, uti a D. Joh. Dancwerthio, Decano, ſum edoctus, obvium) parum morantibus, decreta, frui ipſi, ſolo titulo acqvieſcere coacto, minime licuit. A. 1639., Urbani juſſu, congregationi Theologorum, ad Græcorum, cæterorumqve eccleſiæ orientalis Chriſtianorum, conciliationem cum eccleſia Romana promovendam, ac Evchologium Græcum hunc in finem examinandum, & cum Rituali Romano conferendum, coactæ, interfuit, vel potius, cum Leone Allatio, præfuit, &, qva erat moderatione, hoc atqve Joh. Morino, e Gallia evocato, aſſentientibus, aliis vero in diverſa abeuntibus, mitiora amplexus conſilia, Græcorum rituum condemnationem cordate diſſvaſit, in Theologos autem ſcholaſticos, velut præcipuos funeſti inter Eccleſias orientalem & occidentalem ſchiſmatis autores, ingenti παῤῥησίᾳ eſt invectus (50.). Innocentius X., qvi Urbano A. 1644. in Pontificatu ſucceſſit, pari, qvo ille, Noſtrum affectu proſecutus, non Bibliothecæ ſolum Vaticanæ eum, teſte Epitaphii inſcriptione, cuſtodem, ſive ephorum, conſtituit, ſed, uti a Gudio accepi, poſtqvam diſſidia inter ſe, & familiæ Barberinæ magnates, ipſius præcipue prudentia atqve opera, auſpicato erant ſopita ac compoſita, in Cardinalium etiam adſciſcere voluit collegium, mortis interventu, qvo minus conſilium hoc exeqveretur, impeditus. Qvod ignoraſſe Burch. Gotthilfium Struvium video, qvi (51.) Patribus eum Purpuratis talſo annumerat, & ab Innocentio hac dignitate ornatum eſſe perhibet. Sed & tertius Pontificum, qvos Romæ ſuperſtes eſt veneratus, Alexander VII., non minori, qvam anteceſſores duo, benignitate illum dignatus, commenſalem ſuum (52.) elegit, Conſultoribus, qvos vocant, ſacræ Indicis Romani Congregationis (cujus juſſu cenſuram operis Petri de

 Marca,

(33.) *p. m. 171. & 269. Edit. Gudianæ.* (34.) *in Opuſculis Literariis, en Recueil des Particularitez, p. 134. 135.* (35.) *p. m. 10. 11. 12.* (36.) V. Pet. Gaſſendi *Lib. 4. de Vita Peireſcii p. m. 130.* (37.) V. Gaſſendum *l. c., Lib. 4., p. 130. 133. 153.* (38.) V. Gaſſendum *l. c., Lib. 4., p. 130.* (39.) Laudes ejus V. in Lud. Jacobi a S. Carolo (nulla privatarum Europæ inferiorem eam eſſe judicantis) *Tr. Gallico de Bibliothecis, c. 23., p. 93. 94.* (40.) V. Jani Nicii Erythræi *T. I. Epiſtolarum ad Tyrrhenum* (i. e. Fabium Chiſium, Pontificem deinde, Alexandri VII. nomine adſcito, Romanum), *num. 31., p. 96.* (41.) V. Alex. Barvoetii *Catal. MSS. Scorialenſium*, *in Joh. Joach. Maderi Syntagmate Scriptorum de Bibliothecis p. 122*, Phil. Labbei *Novam Bibliothecam MSStorum p. 181.*, & Lud. Jacobum *l. c.* (42.) *in Vita Joh. Morini, Antiqvitatibus Eccleſiæ Orientalis præfixa, p. m. 39. 40.* (43.) V. *Præfat. Libri Porphyrii de Vita Pythagoræ*, A. 1630. editi, ad Card. Barberinum. (44.) V. Henr. Meibomii Jun. *Additamenta ad Val. Henr. Vogleri Introd. in notitiam bonorum ſcriptorum p. 155.* (45.) *loco num. 13. citato, p. 51.* (46.) V. Epitaphium Noſtri, infra exhibendum. (47.) *loco num. 40. citato* (48.) V. Jiliam in Mariangeli a Fano Benedicti, ſive ipſius Scioppii, *Auctario Grammaticæ Philoſoph., p. m. 61.* (49.) *L. 4. Comm. de Biblioth. Cæſ. Vindobon. p. 320.* (50.) V. Rich. Simonis *Vitam Joh. Morini, l. c. p. 39-46.* (51.) *in Diſſ. Epiſtolica de Bibliothecis, ad Chriſtoph. Cellarium, p. 76.* (52.) V. ejus Epiſtolam ad Chriſtinam, Svecorum Reginam, mox allegandam.

Marca, Archiepiſcopi Pariſienſis, *de concordia ſacerdotii & imperii* Noſter aggreſſus, Steph. Baluzii calamum adverſus ſe concitavit vindicem, rationes ſuas in annotationibus, editioni ſecundæ adjectis, ſolide refellentis (53.)) adſcripſit (54.), imo & altioribus aulæ curis implicuit (55.). Solus certe huic Pontifici, primo ſtatim gubernationis eccleſiaſticæ anno 1655., dignus videbatur, qvem, ob pietatem, eruditionem, virtutes eximias, & zelum religioſum, in Epiſtola prolixe commendatum ſyſtatica, Chriſtinæ, Svecorum Reginæ, poſt apoſtaſiam a ſacris patriæ Lutheranis Romam commigranti, Oenipontum obviam mitteret, ab hæreſi illam abſoluturum, &, poſt editam fidei catholicæ profeſſionem, in gremium & communionem Eccleſiæ Romanæ recepturum. Cujus actus ſacri, in civitate d. 3. Nov. inſtituti Oenipontana, ſolennium ſingulorum cum Narrationes diverſis lingvis A. 1656. prodierint hiſtoricæ, Profeſſione etiam Fidei Chriſtinæ, & Alexandri VII. ad illam, & Holſtenium, Brevibus, qvæ vocant, ſive Epiſtolis, auctæ, ac biographi præterea Chriſtinæ de iisdem poſſint conſuli (56.), nos illorum recenſui non immorabimur. Ingenti, ex eo tempore, Regina Holſtenium proſecuta eſt affectu, &, teſte vel ipſa Epitaphii inſcriptione, *miram, in tanto viro, ſummi ingenii ſummæqve modeſtiæ conjunctionem ſuſpexit & prædicavit*, imo, ſi Ant. Heimreichium (57.) audias, a ſacris ſibi eſſe voluit confeſſionibus. Ad qvas excipiendas etiam a Pontifice, incertum qvo, ſelectum eum eſſe, Morhofius (58.), ſed pari incertitudine, tradidit. Zelo religionis Pontificiæ, cum autoritate Pontificum, tuendæ ac propagandæ, ab Alexandro VII., in Epiſtola, qva Oenipontanam ad Chriſtinam legationem ei commiſit, laudato, impulſus, etiam alios ad eandem amplectendam, ſvada, qva pollebat, flexanima, permovit, Erneſtum ſcil., Haſſiæ Landgravium (*ad cujus eum converſionem multum contuliſſe*, teſtis eſt Renatus Gozaldus (59.)), Chriſtoph. Ranzovium, Eqvitem eruditum Cimbricum, ductum ſe Noſtri, cum in caſtra Romæ A. 1650. tranſiret Pontificia, ſecutum eſſe, in Epiſtola ad Georg. Calixtum, præceptorem, poſt apoſtaſiam edita (60.), profeſſum, & Petrum Lambecium, nepotem ex ſorore, avunculi gloriæ feliciter æmulum. Cui, ſtudia academica in ſcholis, non Germanicis (ne comeſſationibus aſſveſceret), ſed Belgicis, juſſu & ſumptu ſuo, tractanti, Bartholdum Nihuſium, apoſtatam eruditum & celebrem, Ephorum & monitorem aſſiduum adjunxiſſe perhibetur (61.). Qvo zelo populares ſuos eccleſiæ Romanæ efficiendi proſelytos uti zelotas hujus rigidiores ſibi conciliavit, ita a cordatis qvibuslibet, tum ejusdem, tum Proteſtantium, aſſeclis laudem, candore judicioſo, & moderatione ſingulari, in dogmatis ac controverſiis ſacris tractandis, longe majorem & ſolidiorem promeruit. Theologiam omnem & ipſe derivavit, & aliis hauriendi autor fuit, non e turbidis & coenoſis Scholaſticorum, a qvibus abhorrebat, lacunis, ſed e limpidiſſimis S. Literarum & veteris eccleſiæ monumentorum fontibus, in qvorum lectione, uti & omni antiqvitate eccleſiaſtica, ita erat verſatus, ut paucos ævo iſto pares, ſuperiorem vero haberet neminem. Teſtes allego Chriſtophorum Ranzovium, paulo ante laudatum, qvi (62.), *ab omni* eum *ſophiſtica futilitate & logomachia abhorruiſſe, & hac veritatem catholicam tantum obfuſcari & tenebris involvi exiſtimaſſe*, perhibet, & Vigneul-Marvillium Gallum (63.), parem in opuſculis ejus poſthumis, ac Leonis Allatii, Joh. Morini atqve Joh. Launoyi, ſcriptis, παῤῥησίαν & animoſitatem, in Theologis Scholaſticis reprehendendis, commendantem. Accedat his tertius Rich. Simon, qvi (64.) non tantum, *graviſſime* eum, in opuſculis iisdem poſthumis, & duplici inprimis *de Confirmatione Græcorum* Diatriba, de diſſidiis inter eccleſias orientalem & occidentalem per Scholaſticos excitatis, eſſe conqveſtum, horum *imperitiam & diſputandi de rebus omnibus pruriginem vehementer coarguiſſe, & eccleſiæ orientalis ritus contra eosdem ſtrenue vindicaſſe*, itidem obſervat, ſed &, qvæ A. 1639. in Congregatione Theologorum, ad concordiam utriusqve eccleſiæ inſtaurandam, uti ſupra jam indicatum, coacta, præclare Noſter in eandem ſententiam diſſeruit, verbis enarrat ſeqventibus (65.): *Græcorum ritus damnantibus Lucas Holſtenius & Leo Allatius, viri egregie docti & ſapientiſſimi ſtrenue ac fortiter reſtiterunt. Inprimis Holſtenius, qvi palam aſſerere veritus non fuit, miſerandum illud ſchisma, qvod, Occidentalem inter & Orientalem Eccleſiam dudum exortum, adhuc continuatur, illis potiſſimum tribui debere, qvi ex diſputandi pruritu vocant omnia in controverſiam, nulloqve erga fratres ſuos amore tenentur. Qvos etiam graviſſime arguit, qvod veritatis minime ſolliciti, de rebus parum ſibi compertis, audacter judicium ferrent, nihil interim ex S. Literis, nihil ex Conciliis, nihil ex priſcis Patribus, proferentes, ſed vanas duntaxat invalidasqve ratiunculas.* Moderationi in controverſiis eum ſtuduiſſe, oſtendit conſilium Alexandro datum ſeptimo, cui, de Janſeniana ſecum ſermocinanti, & hujus deciſionem a ſe flagitari ſignificanti, ἐποχὴν, qvod illa, non in veteri ſolum eccleſia, ſed a Philoſophis etiam ethnicis, in utramqve partem ſemper fuerit diſceptata, ſvaſiſſe a Gallico Hiſtoriæ controverſiarum de gratia & libero arbitrio ſcriptore perhibetur (66.). Moderatio ejus & manſvetudo, in ſcriptis argumenti polemici, ſingularis ab Henrico Marcellio, Jeſuita Bambergenſi (67.), inſigni, qvod ſuo poſt loco recitabimus, merito commendata eſt elogio. Nec pertinax, aliorum more, fuit in erroribus eccleſiæ ſuæ, ejusqve doctorum, manifeſtis, ſive dogmaticis, ſive hiſtoricis, defendendis aut palliandis, ſed, candore vere theologico, iſtos ſubinde non ſolum agnovit, ſed & culpavit. Vitæ certe Regularis monaſticæ Origines, qvas monachi rudes atqve impudentiores ab ipſa ferme mundi repetiverunt infantia, *in præfatione Codicis Regularum*, ad Conſtantini Magni rejecit tempora, &, Eſſenos Therapevtasqve Philonis valde a monachorum diſcrepaſſe inſtitutis, eſt confeſſus (68.). Cultum imaginum & reliqviarum nimium ac ſuperſtitioſum, & abuſus, qvibus is occaſionem præbuit, plurimos, in Colloqvio cum Frid. Ulrico Calixto, acad. Juliæ Theologo, familiari, candide improbavit (69.), & Martyrologii Romani errores haud paucos ſcriptis detexit publicis. Pari candore & παῤῥησίᾳ judicium ſuum de *Annalibus* Cæſ. Baronii *Eccleſiaſticis* minus benignum Gabr. Naudæo expoſuit, a Gvid. Patino (70.) verbis annotatum ſeqventibus, & admiratoribus iſtorum ab eccleſiæ Proteſtantium ſcriptoribus, Lipſienſibus ſcilicet (71.), Pet. Bælio (72.), Paulo Colomeſio (73.), Wilh. Ern. Tenzelio (74.), Joh. Frid. Mayero (75.), Sev. Walth. Slutero (76.), atqve aliis pluribus, toties jam occenta-

(53.) Significatum hoc mihi eſt a D. Chriſt. Helwigio, Medico Uratislav., in literis A. 1699. ad me exaratis. (54.) V. Catalogum Conſultorum, ſubjectum *Indici Librorum Prohibitorum*, juſſu Alexandri VII. Romæ A. 1667. in fol. publicato, Noſtri etiam nomen exhibentem. (55.) teſte Thoma Bartholino, *in Epiſt. ad Henr. a Moinichen A. 1659. ſcripta, Cent. III. Epp. Med., n. 2., p. 9. ec.* (56.) V. Mich. Caſp. Lundorpii *Lib. VII. Actorum Publicorum, c. 172. & ſeqq.* (qvæ Lynckerus *Lib. 2. Inſtructorii Forenſis, lit. s. 1. b.*, allegat), Anonymi Belgæ Reyſe van Chriſtina, Koniginn van Schweden, Hiſtoriam Vitæ ejusdem Germanicam ἀδέσποτον, Lipſiæ A. 1705. *in 8.* editam, *p. 70-80.*, die XV. Religionsfragen einer hohen Standesperſon, *p. 9. 10.*, ac præſertim Galeat. Gvaldi Hiſtoriam Chriſtinæ Italicam, *L. 3., p. 68 - 90.* (57.) *in Chronico Friſiæ Borealis germanico, c. 13., p. m. 325.* (58.) *in Prælect. Polyhiſtoricis MSS., c. 10.* (59.) *in Epiſt. ad Joh. Morinum, in Antiqvitatibus Eccleſiæ Orientalis p. 402.* (60.) *p. m. 4.* (61.) V. J. Frid. Mayeri *Diſſ. de Προσκυνήσει, c. 3., §. 5., p. 30.* (62.) *in Epiſt. cit. p. 4.* (63.) *T. II. des Melanges d' Hiſtoire & de Literature, p. 314.* (64.) *in Vita Joh. Morini, l. c. p. 46. 105. 106.* (65.) *ibid. p. 42 43.* Confer Wilh. Ern. Tenzelii, Simonis veſtigia ſecuti, *Dialogos Anni 1695. Menſtruos Germanicos, M. Jan., p. 6-11.* (66.) teſte Joh. Clerico, *in Biblioth. Univerſ. Hiſtorica*, in ſcripti hujus recenſu. Locum annotare neglexi. (67.) *in Sapientia Pacifica p. 158.* (68.) obſervante Thoma Ittigio *in Diſſ. de Patribus Apoſtolicis, Bibliothecæ illorum præfixa, p. 36.* (69.) V. Frid. Ulr. Calixti *Diſſ. de Cultu religioſo Sanctorum, Reliqviarum & Imaginum, in Idololatria degenerante, §. 95., p. 86.* (70.) *en Volum. II. des Lettres Choiſies, Ep. 164., p. 17.* (71.) *in Actis Erud., M. Majo A. 1684., p. 252.* (72.) *en les Nouvelles de la Rep. des Lettres, M. Apr. A. 1684. p. 117., & M. Mart. A. 1686., p. 348. 349.* (73.) *en la Bibliotheqve Choiſie p. 114.* (74.) *in Dial. Menſtr. Germ., M. Mart. A. 1691. p. 180. 181.* (75.) *in Eclogis de Fide Baronii & Bellarmini, Eccl. I., c. 7., p. 145. 146. 147.* (76.) *in Propylæo Hiſtoriæ Chriſtianæ p. 28. Edit. ſec.*

occentatum & exprobratum: *Feu Monſ. Naudé, qui n' etoit point menteur, m' a dit, que Lucas Holſtenius lui avoit dit, qv' il pouvoit montrer huit mille fauſſetés dans Baronius, & les prouver par les Manuſcrits de la bibliotheqve Vaticane. qv' il a aujourdhui en garde.* Qvam cenſuram Ludov. qvidem Maimburgius, Ex-Jeſuita, *in Præfat. Hiſtoriæ Pontificatus Gregorii Magni Gallicæ* (77.), ceu juſto majorem errorum Baronio affingentem numerum, licet plurimos & ipſe agnoſcat inveniri, ſugillavit, ſed a Tenzelio (78.), duas jam ferme chiliadas ab Ant. Pagio, *in Critica Annal. Eccl.*, eſſe detectas, etſi ad A. ille ſaltem 400. pervenerit, totidemqve, e ſola lingvæ græcæ imperitia ortum trahentes, facile poſſe colligi, reliqvis autem 4. millenariis chronologicos, hiſtoricos & criticos, a Pagio nondum notatos, nec non theologicos, ſufficere, obſervante, paulo poſt repreſſus. Non minus autem literaturæ profanæ omnigenæ peritia (ob qvam academia Humoriſtarum Romana de collega hoc, præcipuis ejus ornamentis a Gabr. Naudæo (79.) jure annumerato, impenſe ſibi gratulabatur), qvam doctrinæ, de qva hactenus dictum eſt, ſacræ copia, Polyhiſtor hic, ſi qvisqvam, conſummatiſſimus excelluit. Philoſophiæ utiqve veteris interiori cognitione coævos omnes ſuperabat. Nemo enim Sectarum illius, Ariſtotelicæ, Stoicæ, Pythagoreæ, &, qvam præ cæteris deperibat, Platonicæ, reliqvarum item minoris famæ omnium, dogmata accuratius calluit atqve examinavit, nemo plures ſingularum ſcriptores e βιβλιοτάφοις eruit, perlegit, &, cum MSStis codicibus, undiqve conqviſitis, ſollicite collatos, felicius emendavit atqve illuſtravit. Pari ſtudio & felicitate in Geographia antiqva, monumentisqve ejus (qvorum complura moliebatur ſyntagmata) ab interitu vindicandis, & nova luce perfundendis, ſoſpitator hic illius, poſt Phil. Cluverium, unicus atqve incomparabilis, nec mathematicis minus, qvam hiſtoricis ſubſidiis, inſtructiſſimus, cum orbis eruditi applauſu, eſt verſatus. Nihil in omni hiſtoria & antiqvitate, ſive ſacra, ſive profana, adeo erat abſtruſum, qvod Argi hujus literarii ſagacitatem effugeret, & lucubrationibus, qvoties occaſio ſuggerebatur, eruditis materiam non præberet alios omnes hactenus ignota docendi uberrimam. Lingvæ utriusqve, Græcæ & Latinæ, ſcientiſſimus, & critico acumine nemini ſecundus, omnes & illius & hujus ſcriptores, ſive priſci ævi, ſive medii, eccleſiaſticos pariter atqve paganos, evolvit, plerosqve cum MSS. contulit, multos luce publica primus donavit, & reliqvorum non paucos doctiſſimis præclare illuſtravit commentationibus, ipſa etiam ſermonis, in ſoluto pariter atqve ligato ſcribendi genere, puritate antiqvis proximus, & de univerſa literatura elegantiori immortaliter meritus. Qva veneratione Noſter ſcriptores antiqvos ſit proſecutus, qvantumqve ſtudium monumentis illorum eruendis atqve exornandis impenderit, non potero elegantius aut ἐμφατικωτέρως, qvam verbis ipſiusmet propriis, in Epiſtola, qva Demophili, Democratis & Secundi *Sententias* Carolo & Maphæo Barberinis, fratribus, A. 1638. inſcripſit, obviis, exprimere: *Antiqvitatis*, inqvit, *reverentia, qvam, neſcio, an genius meus, an aliorum perſvaſio. rudi adhuc & tenello animo impreſſerat, non ſolum id effecit, ut, in omni ſtudiorum genere, veteres ſapientiæ magiſtros recentioribus præferrem, & in ſcriptis eorum, qvæ publice extant. evolvendis operam tempusqve collocarem, ſed etiam, ut nonnulla, vulgo neglecta atqve ignorata, in Bibliothecarum pulvere conqvirerem, qvibus ſcientiarum & ſapientiæ fundum inſtructiorem reddi poſſe exiſtimabam. Qva in re idem mihi, qvod pingendi fingendiqve artem profeſſis, uſu veniſſe ſentio, qvi pulcherrima antiqvorum opera, ad noſtram usqve ætatem conſervata, non ſolum inſpiciunt ſtudioſe atqve imitando exprimunt, ſed ex veterum inſuper ædificiorum ruinis novas ſubinde ſtatuas & ſigna eruunt, iisqve pergulas & officinas exornant.* Multa certe monumenta hujusmodi, in omni literarum genere, vetuſta, una cum propriis, doctrinæ itidem antiqvæ ſucco imbutis, ſuperſtes juris fecit publici, plura tamen, cum, per negotiorum eccleſiaſticorum & aulicorum multitudinem, manum iis imponere ultimam prohiberetur (80.), & ipſe præterea, cunctator literarius, ſpe nova conqvirendi ſubſidia, aliisqve de cauſis, lente admodum feſtinaret. nec ſibi unqvam ſatisfaceret, inedita moriens, & maximam partem affecta tantum, eruditis indignantibus, reliqvit (81.). Indignationis publicæ teſtis prodeat, unus inſtar omnium, Joh. Ludov. Balzacius, Joh. Jac. Buccardum, amicum Romanum, A. 1640., ut Noſtro autem de maturanda τῶν ἀνεκδότων editione aſſidue vellicaret, peculiari hortatus Epiſtola, ſalibus ac leporibus affluente (82.), cujus nonnulla verbotenus merentur adjici: *Je ne doute point des grandes richeſſes de Mr. Holſtenius, je me plains ſeulement de ſon bon meſnage. Que ſert l' abondance ſans la liberalité, qv' à faire changer de nature au bien, & à reſerrer ce qvi veut s' eſpandre? Il faudroit qv' il poſſedaſt moins, ou qv' il donnaſt davantage. Et qvoy que je ſçache, qv' il amaſſe pour la poſterité, & qv' il enrichira nos neveuz; il me ſemble, qv' il ne devroit pas cependant nous desheriter, ni garder la meilleure partie de ſa gloire pour un AVENIR, qv' il ne verra point. J'ay reçeu ce qve vous m' avez fait la faveur de m' envoyer de ſa part. C' eſt de la pourpre & du brocatel, je le vous avouë; mais ce n' eſt qv' un echantillon, & il n' y en a qve pour habiller une poupée: J' en voudrois pour faire un ameublement, & je demande les pieces entieres.* Poſthuma illius, qvæ, curante Franc. Barberino, Cardinali, defuncti hærede, vel potius, ſub Barberini nomine, Ferdinando Fürſtenbergio, Epiſcopo poſtea Monaſterienſi, Principum Germaniæ eruditorum phœnice, & familiari noſtri intimo (cui ab Herm. Conringio (83.) *Codicis Regularum Monaſticarum, Actorum Martyrii Perpetuæ & Felicitatis*, ac *Collectionis Romanæ*, editionem video vindicari), prodierunt, imperfecta qvidem pleraqve ſunt, uti ab Adr. Baileto (84.), & hunc ſecuto Thoma Popeblount (85.), cauſam, vel in autoris obitum, vel in editorum negligentiam, rejicientibus, jam eſt obſervatum, & minus accurata, ſed digniſſima tamen, qvæ luce publica fruantur. Uberem tot ſcriptis eruditis, & præclariſſimorum ævi priſci monumentorum editionibus, materiam ſuggeſſere, præter bibliothecas Belgii, Angliæ, Galliæ & Italiæ, ferme omnes, publicas atqve privatas, ab ipſo aut amicis excuſſas, duæ inprimis, qvibus præfuit, Romanæ, Barberiniana ſcil., & regina cæterarum, Vaticana, Palatinæ ſpoliis, e Germania advectis, tunc recens locupletata. Addo ipſiusmet Holſtenii privatam, ob *autorum claſſicorum* copiam a Ludov. Jacobo a S. Carolo (86.), ob *ampliſſimam Philoſophorum Platonicorum ſuppellectilem* a Thoma Bartholino, αὐτόπτῃ (*hanc ſe illi invidiſſe, qvia ille publico invidebat*, addente) (87.), ob *MSStorum* autem *Græcorum, in Philoſophia præcipue Pythagorica & Platonica, plerorumqve in hunc diem* ἀνεκδότων (qvibus Geographica addenda), multitudinem, a Dan. Georg. Morhofio (88.), celebratam, imo, qvoad iſtas prærogativas, publicis etiam compluribus præferendam. Ipſe A. 1644. Pet. Lambecio, nepoti, in Epiſt. ad eum qvarta, *p. 9. 10.*, illam *codicibus non ſolum editis, ſed etiam MStis, Græcis præſertim, probe eſſe inſtructam, nec a ſe cum craſſorum Hamburgenſium opibus commutatum iri,* ſignificavit. Codicum MSStorum, qvos A. 1624. jam

(77.) V. Lipſienſes *in Actis Erud. A. 1686., p. 356.*, & Belium, Mayerum ac Sluterum, *ll. cc.* (78.) *l. c.* (79.) *Ep. 114., ad ipſam Acad. Humoriſtarum ſcripta, p. 802.* (80.) V. Thomæ Bartholini *Cent. III. Epp. Med., n. 2., p. 9. 10.*, & J. Henr. Hottingeri *Bibliothecar. Qvadrip., P. I., c. 2., p. 27.* (81.) V. Typographi *præfationem*, Benedicti, Abb. Anianienſis, *Codici Regularum Monaſticarum* præfixam. (82.) Legitur ea, *en les Lettres Choiſies, Lib. 2., num. 14., p. m. 119 120.* (83.) *Ep. 15. ad Steph. Baluzium, A. 1672. ſcripta, p. 45.* (84.) *T. I. des Jugemens des Sçavans, P. II., c. 9., p. 393.* (85.) *in Cenſura Autorum p. 1054.* (86.) *in Tr. Gallico de Bibliothecis, c. 23., p. 94.* (87.) *Cent. III. Epp. Med., Ep. 2., p. 9. 10.* (88.) *in Polyhiſtore Literario, Lib. I., c. 7., p. 68.*

jam congeſſerat, ipſemet indicem breviorem, mihi lectum, in Epiſtola ἀνεκδότῳ, prid. Id. Jan. eodem A. 1624. ad Joh. Meurſium exarata, texuit, prolixiorem autem catalogum, qvæ deinceps acceſſerunt itidem enumerantem, Morhoſius *Lib. I. Polyhiſtoris Literarii* (89.) jam exhibuit, Oxonienſes autem A. 1699. promiſerunt, &, una cum Indicibus MSStorum Biblioth. Vaticanæ, Heidelbergenſis & Gudianæ, nunqvam antea vulgatis, Volumini *Epiſtolarum ſelectiorum ineditarum clariſſimorum noſtri ſeculi virorum* (&, hos inter, etiam Holſtenii), e theatri Scheldoniani typographia prodituro, adjicere voluerunt (90.). Non autem theſauros hoſce, Euclio-nes imitatus literarios, ſibi ſoli ſervavit, ſed viris eruditis aliis, ſubſidia laborum ſuorum flagitantibus, lubens communicavit, imo ipſemet ſæpius, in gratiam illorum, collationem Codicum MSStorum tædioſam ſuſcipere non detrectavit. A Claudio certe Salmaſio, in præfatione fabulæ eroticæ Achillis Tatii, A. 1640. editæ, ob ſuum illius codicem, cum MSto bibliothecæ regiæ Anglicanæ collatum, ſponte Roma in Bataviam ſibi transmiſſum, a Pet. Gaſſendo, ob collationem locorum Fl. Joſephi variorum, in Sam. Petiti, editionem illius molientis, & Nic. Claud. Peireſcii, pro amico hoc ſuo intercedentis, gratiam, cum tribus A. 1636. Vaticanis inſtitutam codicibus (91.), ab Hadr. Valeſio (92.), ob Socratem & Philoſtorgium, Hiſtoricos eccleſiæ, a fratre Henrico publicandos, rogatu Car. Montchalli, Archiep. Toloſani, Romæ cum duobus priſcis MSStis collatos, a Thoma Bartholino (93.), *ob omnia amici officia ſibi, Romæ degenti, exhibita*, a Gabr. item Naudæo, Is. Voſſio, aliisq; viris doctis, non Romana tantum, ſed & Proteſtantium ſacra, ſectatis, ob parem ſtudia ſua juvandi, ſibiqve inſerviendi, promptitudinem, grata mente publice eſt commendatus. Qvid qvod bibliopolis etiam & typographis ſimilem opem atqve operam ſponte obtulit. Teſtantur hanc προθυμίαν Commonitorii, qvo Ludov. Elzevirium, Roma A. 1636. in Belgium rediturum, inſtruxit, ἀνεκδότε, ſed mihi lecti, ac Gerh. Joh. Voſſio etiam ſupplementa librorum *de Hiſtoricis Græcis* copioſiſſima offerentis, verba ſeqventia: *Monebis patruos, ut, ubi novum aliqvod opus prælo ſubjecerint, mihi ſignificare non graventur. Qvicqvid enim a me, ad veteres autores ornandos, proficiſci poterit, præſtabo lubentiſſime.* Hiſce moribus, ad honeſtatem, humanitatem & benignitatem, compoſitis, &, qvos omnes bibliothecarum publicarum præfecti imitentur, digniſſimis, accedentibus præſertim tantæ πολυμαθείας, famæ atqve autoritatis, illiciis, facile amicos ſibi conciliavit, qvotqvot eruditionis gloria, præ aliis, in omni Europa, ex coævis inclaruerant. Annumerabat iſtis, ne plane indicti a nobis prætereantur, ex Italia, Joh. Bonam, Cardinalem, Piccolomineum, Archiepiſc. Senenſem, Spiridonem, Monachum Græcum, Eccleſiæ Græcæ Liburni præfectum, Paganinum Gaudentium, Prof. Piſanum (94.), Caſſianum a Puteo, Eqvitem D. Steph. Romanum, Fortunium Licetum, Gaſp. Scioppium, Joh. Rhodium, Lycæi Patavini decora, Athan. Kircherum, Jeſuitam inclytum, Aug. Maſcardum, Jos. Mariam Svareſium (Epiſcopum poſt in Gallia Vaſconenſem), Joh. Victorium Roſſium (ſive ψευδώνυμον Janum Nicium Erythræum), Joh. Jac. Buccardum, ſuos in Acad. Humoriſtarum Romana ſodales, &, qvem cæteris omnibus, ob *mutuam ſtudiorum conſenſionem, & neceſſitudinem arctiſſimam, præclaris ac illuſtribus officiis* utrinqve, teſte Naudæo, *coalitam, & novis qvotidie confirmatam*, merito præferebat (95.), Leonem Allatium, ſuum in bibliothecæ, primum Barberinianæ, & poſtea etiam Vaticanæ, præfectura ſucceſſorem. E Gallis præcipuo proſeqvebatur affectu Nicol. Claud. Fabricium Peireſcium, ſuum & omnium ſimul eruditorum evergetam, Car. Montchallum, Archiepiſc. Toloſanum, fratres Puteanos, Pet. Gaſſendum, Nicol. Rigaltium, Jac. Sirmondum, Dionys. Petavium, Pet. Poſſinum, Benj. Priolum, Gabr. Naudæum, Henr. Valeſium (96.), Claud. Sarravium (97.), Joh. Morinum, Barthol. Herbelotum (98.); ex Anglis Patricium Junium; e Danis Thomam Bartholinum (99.); e Belgis autem, tum indigenis, tum adoptivis, Joh. Meurſium (præceptorem ſuum), Andr. Schottum, Joh. Brannum, Chriſt. Lupum, Theologum Lovanienſem (*V. Jos. Sabatini Vitæ hujus Hiſtoriam*), Hug. Grotium, Pet. Scriverium (100.), Pet. Cunæum, Adolphum Vorſtium, Claud. Salmaſium, Phil. Cluverium, Caſp. Barlæum, Danielem & Nicol. Heinſios, Gerhardum Johannem & Iſaacum Voſſios, ac Joh. Fridericum & Jac. Gronovios. E Germanis deniqve ſuis ac Cimbris, qvos, Romam delatos, *eximius patriæ Germaniæ* (uti vere in Epitaphio audit) *amator*, inſigni humanitate complexus plurimis cumulabat beneficiis, junior Geverh. Elmenhorſtium, Wilh. Schickardum (101.) & Seb. Tengnagelium, bibliothecæ Cæſareæ Præfectum, adultior autem Ferd. Fürſtenbergium, ſupra jam laudatum, Ezech. Spanhemium, Marqv. Gudium, Joh. Schefferum, Barth. Nihuſium, & Pet. Lambecium, ſuum ex ſorore nepotem, ob ſtudiorum ſimilitudinem, magni præ aliis æſtimavit. Anni ætatis climacterici, qvi æræ chriſtianæ erat 1659., æſtivis menſibus, *dubia gaviſus Noſter ſalute, ſiniſtri renis ulcere laboravit, urinamqve reddidit ſat copioſam & foetidam, aliqvoties* item *febrivit*, ac, *poſt longum aqvarum thermalium, etiam Spadenſium, uſum, tandem convaluiſſe eſt viſus* (102.). Verum, ſesqviennio vix elapſo, in morbum denuo incidit, & qvidem lethalem, qvo, poſtqvam *moribundus, & animam jam agens*, Prudentii hymnum in exeqviis defunctorum recitari ſibi, per Ferdinandum Fürſtenbergium, amicum ſuum (Epiſcopum poſtea Paderbornenſem & Monaſterienſem), juſſerat, *in ſolatium vitæ melioris mente erectus, & Deo plenus* (103.), A. C. 1661., menſe Februario (mihi natalibus), & die qvidem menſis iſtius ſecundo, anno autem ætatis 65., expiravit. Exuvias ejus Franciſcus Barberinus, Cardinalis, Patronus ſuperſtitis beniginiſſimus, idemqve facultatum omnium a moribundo ex aſſe hæres ſcriptus, ſepulchro, in æde Germanorum, qvæ *S. Mariæ de Anima* appellatur, Romæ ſolennibus inferri curavit exeqviis, & epitaphio inſuper cohoneſtavit monumento, ſplendido & magnifico, cui hæc inſculpta eſt inſcriptio (104.):

D. O. M.

LUCÆ HOLSTENIO,

Saxoni Hamburgenſi, qvi clarus in Galliis, Romæ clarior, gentium omnium ætatumqve hiſtorias, & eccleſiæ res, mente complexus, diverſis regionibus peragratis, diverſos earum fines & nomina probe tenuit, varias qvoqve lingvas, præter Græcam

(89.) *c. 7., p. 68. 69. 70.* (90.) V. Titulum voluminis illius excuſum, &, qvi hunc allegat, Henricum Sikium, *in Bibliotheca Librorum Novorum, M. Nov. & Dec. A. 1699., p. 805.* (91.) V. Pet Gaſſendi *Vitam Peireſcii, Lib. 5., p. 195.* (92.) *in Vita Henr. Valeſii Fratris p. m. 88.* (93.) *loco num. 87. citato* (94.) Tres hoſce, velut amicos, ſalutari A. 1640. juſſit *in Commonitorio ad Joh. Morinum*, qvod V. *in Antiqvitatibus Eccleſiæ Orientalis p. 430-439.* (95.) V. Gabr. Naudæi *Ep. Dedic. Libelli* Saluſtii Cynici *de Diis & mundo*, inter *Epiſtolas* reliqvas, *num. 53., p. 408. 409.* (96.) V. Hadr. Valeſii *Vitam ejus p. 15.* (97.) V. Sarravii *Ep. 179. ad Lambecium, p. 183.* (98.) V. Car. Perralti *T. II. des Hommes Illuſtres de France, p. 154.* (99.) V. Bartholinum *loco num. 87. citato, & in Diſſ. de Medicis Poetis p. 116.* (100.) V. Hug. Grotii *Ep. ad fratrem Gvilhelmum, in append. operis Epiſtolici, num. 85., p. 780.* (101.) V. Zach. Schefferi *Elogium Schickardi, in* Henn. Wittenii *Dec. III. Memor. Philoſ. Renov. p. 378.* (102.) Verbis de morbo hoc utor Henrici a Moinichen, Archiatri Danici, ex Epiſt. ad Thom. Bartholinum Roma A. 1659. ſcripta, & *Cent. III. Epp. Med. Barthol., num.* 1., obvia (*p.* 1. 2), depromptis. (103.) teſte Nicol Heinſio, *in Ep. dedic. Prudentii*, Amſtelod. A. 1667. a ſe editi. Cujus verba reperiuntur a Val Jaſchio, *in Eccleſiæ Lutheranæ veritate & antiqvitate, ex hymnis catholicis demonſtrata, P. II., p. 119. 120.* (104.) Legendam illam, ante me, jam exhibuerunt Pet. Lambecius, *Lib. I. Comment. de Biblioth. Cæſarea Vindobon. p. 12.*, & *Lib. VI. p. 235.* (ubi æri inſculptum monumentum etiam ipſum ſiſtitur), Dodo Richea (ſive Otto Aicherus) *P. III. Theatri Funebris p. 425. 426.*, Thomas Popeblount *in Cenſura Autorum p. 1054. 1055.*, & Joh. Frid. Mayerus *in Diſſ. de Προσκαίρου, c. 3., §. 4., p. 29.* Iconem monumenti hujus, æri inciſam ſiſtit etiam Dan. Neſſelii Catalogus MSS. Græc. & Orient. Bibl. Cæſ., P. IV., ad p. 156.

Græcam Latinamqve, qvarum ſcriptoribus plurimum lucis attulit: antiqvam Philoſophiam calluit: ab Urbano VIII. Canonicatu baſilicæ Vaticanæ, ab Innocentio X. præfectura Bibliothecæ, ornatus, ab Alexandro VII. ſapienter unus electus, ut occurreret Svecorum Gothorumqve Reginæ incomparabili, qvæ miram, in tanto viro, ſummi ingenii ſummæqve modeſtiæ conjunctionem ſuſpexit & prædicavit: vitæ deniqve laudatiſſimæ, & illuſtrium operum curſu interrupto, eximius patriæ Germaniæ amator, propugnatorqve religionis catholicæ, obiit anno ætatis ſuæ

LXV., IV. Non. Febr., A. MDCLXI.

Franciſcus Barb., Cardinal., S. R. E. Vicecancell.,

Hæres ex aſſe,

Amico optimo

P.

Bibliothecam ejus Cardinali Barberino, opum cæterarum hæredi, & ſcriptorum poſthumorum plerorumqve, ex iſta depromptorum, editori, itidem ceſſiſſe, Lipſienſes (105.) & Burch. Gotth. Struvius (106.) perhibent, & ipſe confirmat, qvem hi ſecuti videntur, Pet. Lambecius (107.); dolorem ſuum, qvod ipſe, cognatus defuncti proximus, hac hæreditate exciderit, verſu teſtatus ſimulqve ſolatus Homerico:

Verum hæc acta qvidem, moeſti licet, ire ſinamus.

Diſſentiunt ab his Maximil. Miſſonius (108.), ejusqve veſtigia premens Struvius modo laudatus (109.), Bibliothecæ eam Collegii ſapientiæ Ordinis Auguſtiniani Romanæ, qvæ Angelica ab Angelo Roccha, fundatore primo, ſolet appellari, eſſe legatam, & in iſta, una cum Holſtenii imagine, conſpici, referentes. Qvorum relationis veritatem ſuffragiis etiam viri Illuſtris, & Noſtro familiariter uſi, Marqv. Gudii, amiciqve alterius, Romæ diu verſatorum, confirmatam mihi olim eſſe recordor (*). Utrisqve contradicere videtur, ſed rumore, ad qvem provocat, incerto haud dubie eſt deceptus, Adolphus Vorſtius, Prof. Medicus Acad. Lugduno-Batavæ celeberrimus, qvi eandem Chriſtinæ, Svecorum olim Reginæ, ab Holſtenio eſſe legatam, Thomæ Bartholino, in Epiſtola A. 1663. ſcripta, nunciavit (110.). Qvanqvam nonnulla MSStorum Holſtenianorum ad Chriſtinam perveniſſe inde pateat, qvod Notarum in Stephani Ἐθνικὰ poſthumarum, a Theod. Ryckio editarum, avtographum ex hujus bibliotheca editori eſſe communicatum, Lipſienſes (111.) ex illius tradant prolegomenis. Mihi, in hoc eruditorum diſſidio, cum ipſe dubius hæream, arbitrium non vindico (**). Non autem ſilentio a me eſt involvendum, anteqvam huic vitæ Noſtri hiſtoriæ finem imponam, inſigne ejus in rempublicam patriam Hamburgenſem, etſi ἀστοργίᾳ turpi atqve inexcuſabili peſſime de ſe meritam, & bibliothecam iſtius (in qva imago ejus, inter cæteras Evergetarum, ſpectatur) publicam, beneficium, qvo moribundus huic Codices XXIX. majoris formæ ac molis MSStos, plerosqve Græcos, & maximam partem manu propria deſcriptos, variisqve annotationibus & emendationibus αὐτογράφοις paſſim illuſtratos, in tabulis voluntatis donavit ultimæ. Complectuntur illi varia Albini, Damaſcii, Hermiæ, Jamblichi, Olympiodori, Porphyrii, Procli, Pſelli, Syriani & Theonis Smyrnæi, ſcripta philoſophica, Platonicam præcipue Philoſophiam ſpectantia, Anatolii, Epiſc. Laodiceni, Autolyci, Damaſi Heliodori, Didymi Alexandrini, Euclidis, Heronis, Nicomachi Geraſeni, Cl. Ptolemæi & Theodoſii Tripolitæ, mathematica, Manethonis Apoteleſmatica, Dionyſii Thracis, & Exegetarum ejus, Ptolomæi item, Georg. Chœroboſci & Conſtantini Laſcaris, grammatica, Chœricii duas orationes, ac Nicetæ Rhetoris de Apoſtolis & Martyribus homilias, Simeonis Sethi verſionem græcam Stephanitæ Indici, Serapionis, Titi Boſtrenſis & Photii, contra Manichæos opuſcula, Nicolai Methonenſis Animadverſiones in elementa Procli theologica, Ægidii Viterbienſis Comm. in Lib. I. Sententiarum, ac Franciſci tandem Patritii Collectanea philoſophica. MSSta hæc (qvorum Catalogum prolixiorem & accuratiorem, a me olim, cum ea perluſtrarem, congeſtum, brevitatis ſtudio addere prohibeor) Senatus Hamburgenſis, beneficentiæ Holſtenianæ ignarus, qvamprimum de illa per Marqv. Gudium redditus erat certior, luſtris jam aliqvot, poſt mortem donatoris, elapſis, ab hærede, Card. Barberino, popoſcit, &, una cum ſcriptis poſthumis, ab hoc publicatis, obtinuit. Addo, anteqvam deſinam, Gudii de illis narrationem & judicium, ex Epiſtola 26. ad Joh. Georg. Grævium A. 1679. exarata (112.): *Accipis indiculum librorum Holſtenianorum, qvi, ſuperiori anno, poſt longam expectationem, Roma tandem in publicam hujus civitatis Bibliothecam ſunt advecti. Si qvatuor aut qvinqve exceperis, reliqvi ſunt vulgares. Sed aliqvanto plures ille melioresqve civibus ſuis deſtinaverat, qvamvis, ut verum fatear, ob ſtupendam ſtudiorum talium imperitiam, indigniſſimumqve contemptum, nimis multos jam accepiſſe videri poſſint.*

Hiſtoria hæc Vitæ Holſtenianæ (***) a me, ex autoribus plurimis, in ea allegatis, fruſtillatim, labore haud exiguo, fuit congerenda. Neminem enim hactenus, vel ipſe vidi, vel allegari ab aliis obſervavi, qvi eam fuſius & ex profeſſo ſit perſecutus. Qvæ enim ADOLPHUS CLARMUNDUS ψευδώνυμος (vero nomine, uti audio, Rüdigerus), ſub hoc titulo, *in Vitis clariſſimorum in re literaria virorum*, germanice ſcriptis, *Parte III.*, Witebergæ A. 1704. edita, *num. 5., p. 49-55.*, ſine judicio ex aliis corraſit, & pauca ſunt, & trivialia, & inepte admodum, qvod rhapſodo illi eſt ſolenne, propoſita. Pauciora autem adhuc, qvæ alii, obiter tantum, aut juſto brevius, de illo diſſerentes, vel de vita, vel ſcriptis, referunt PET. LAMBECIUS ſcil. (Epitaphium ejus, cum ἀνεκδότων indice, loco priori, idem autem æri inſculptum, cum vera Holſtenii effigie, loco poſteriori, exhibens) *Libro I. Commentar. de Biblioth. Cæſarea Vindobonenſi p. 11. 12., & in additamento ejus ſecundo, necnon Lib. IV. p. 320., Lib. VI. p. 235.*, THOMAS POPEBLOUNT (cum Epitaphio judiciorum de noſtro honorificorum ſiſtens enneadem) *in Cenſura Autorum p. 1053. 1054. 1055.*, LEO ALLATIUS *in Apibus urbanis p. 181. 182.*, LIPSIENSES *in Actis Erud., M. Nov. A. 1684., p. 487. 488.*, PARISIENSES *in Diario Erud. Gallico Anni 1709., M. Aug., Ephem. 34., p. 336-339.*, ADR. BAILETUS *en Jugemens des Sçavans, T. I., P. II., p. 393., T. II. P. II. p. 470. 471. 472., & T. III. p. 500. 501.*, AUB. MIRÆUS *P. II. Biblioth. Eccleſiaſt. p. 247.*, HENN. WITTENIUS *T. I. Diar. Biograph. Sec. XVII., ad A. 1661., lit. Ppp. 3. b.*, GEORG. MATTH. KÖNIGIUS *in Biblioth. Vet. & Nova p. 409.*, PET. GASSENDUS *Lib. IV. de Vita Peireſcii p. 130. 133. 153.*, JANUS NICIUS ERYTHRÆUS *T. I. Epiſtolarum ad Tyrrhenum, Ep. 31., p. 96.*, GABR. NAUDÆUS *in Epiſtolis p. 226. 408-412. 556. 802. 806.*, THEOD. JANSONIUS *in Biblioth. promiſſa & latente p. 26.*, ANT. TEISERIUS *in Catal. Cata-*

(105.) *in Actis Erud., M. Nov. A. 1684., p. 487.* (106.) *in Introd. ad Notit. Rei Lit. p. 114.*, ubi, ſola illi MSSta legata eſſe, videtur aſſerere. (107.) *l. c., Lib. I p. 12.* (108.) *in Itinerario Italico, P. II., Epiſt. 36., p. 824 editionis germ. Lipſ. A. 1701.* (109.) *l. c. p. 113.* (*) Confirmat eandem &, Chriſt. Lupi, Theologi Auguſtiniani, hortatu id eſſe factum, refert, Joſ. Sabatinus *in Vita Lupi, in Novis lit. German., M. Nov. A. 1708.*, recuſa, *p. 405.* (110.) V. Epiſt. illam in Th. Bartholini *Cent. IV. Epp. Med., num 66., p. 406.* (111.) *in Actis Erud., M. Nov. 1684., p. 488.* (**) Dubium de Bibliotheca omne tollit Joſ. Sabatinus, in Vita Chriſt. Lupi, Theologi Lovanienſis (*Novis Lit. Germ., M. Nov. A. 1708. inſerta*), *p. 405.*, Angelicæ eam Collegii Sapientiæ, cujus ipſe fuit Præfectus, Lupi ſvaſu, donatam ab Holſtenio eſſe, cum alii, ut vel Vaticanæ, vel Alexandrinæ (Chriſtinæ Alexandræ, Svecorum Reginæ), illam adjiceret, fruſtra urgerent, referens. (112.) V. *Epiſtolas* ejus *p. 31.* (***) Poſt Biographiam hanc noſtram, ante annos jam complures, abſolutam, Anonymus (qvi D. Nicol. Wilkens, JCtus & Archivarius Hamburgenſis, eſſe traditur) Vitæ Holſtenii Hiſtoriam, Hamburgi A. 1723. *in 8.*, edidit Germanicam, qvæ cum noſtra poteſt conferri.

logorum, *P. I.*, *p. 220.*, *P. II. p. 187.*, CORN. a BEUGHEM *in Appar. ad Hiſt. Lit. noviſſ.*, *Conſp. I. p. 199. 200. 402.*, *& Conſp. II. p. 114.*, THOM. BARTHOLINUS *Cent. III. Epp. Med.*, *n. 1. & 2.*, *p. 1. 2. 9. 10.*, JOH. FRID. MAYERUS *in Diſſ. de* Πρεσκαίρεις, *c. 3.*, *§. 4.*, *p. 28. 29.*, & locis aliis pluribus, jam ſupra citatis, GOTFR. ARNOLDUS *in Hiſtoria Eccleſ.*, *germanice edita*, *P. II.*, *Lib. 17.*, *c. 3.*, *p. 452. 453.*, *& in Supplementis ejus*, *A. 1702. evulgatis*, *p. 133.*, ANDR. CAROLUS *T. II. Memorabilium Eccleſiaſt.*, *L. 7.*, *c. 14.*, *p. 274. 275.*, BURCH. GOTTH. STRUVIUS *in Epiſt. de Bibliothecis ad Chriſtoph. Cellarium p. 76.*, GEORG. HENR. GÖTZIUS *in Orat. de viris doctis*, *Lucæ nomine inſignitis*, *p. 9. 10.*, JOH. FRANC. BUDDÆUS *in append. Lexici Hiſtorici p. 14.*, JOH. FABRICIUS *P. II. Hiſtoriæ Biblioth. ſuæ p. 410. 411.*, LUD. EL. du PIN *T. XVIII. Novæ Biblioth. Scr. Eccl. p. 1.* & alii, ſuis ante locis allegati.

INSCRIPSERUNT EI:

GABR. NAUDÆUS Salluſtii Cynici opuſculum *de Diis & mundo* græcum, cum verſione Leonis Allatii, & ipſius Holſtenii obſervationibus, Romæ A. 1638. a ſe editum. (Epiſtola dedicatoria, A. 1636. ſcripta, occurrit etiam inter *Epiſtolas* Naudæanas, junctim Genevæ A. 1667. *in 12.* editas, *num. 53.*, *p. 408-413.*)

PET. LAMBECIUS, nepos ex ſorore, *Prodromum Lucubrationum criticarum in A. Gellii Noctes Atticas*, Pariſiis A. 1647. in 8. editum.

ALIÆ EPISTOLÆ ERUDITORUM ad illum EDITÆ:

HUG. GROTII Una, Pariſiis d. 10. Sept. A. 1636. ſcripta, de Procopii Gothicis, & illorum hiatibus, qvorum ſupplementa e biblioth. Vaticana deſiderabat; in Syntagmate omnium Grotii Epiſtolarum, *num. 645.*, *p. 263.*

JOH. KIRSTENII Una, Hamburgo ſcripta; *in appendice Epiſtolarum* Marqv. Gudii, Ultraj. A. 1697. *in 4.* editarum, *num. 224.*, *p. 288. 289.*

FORTUNII LICETI Una, ad problema ipſius de ſymbolo Pythagorico, acetarii injungente remotionem, reſponſoria, ſatis prolixa; in Liceti *primis per Epiſtolas Quæſitis*, Patavii A. 1640. *in 4.* excuſis, ſub ipſum libri initium.

JOH. MORINI duæ, A. 1644. & 1654. Pariſiis exaratæ; *in Antiqvitatibus Eccleſiarum Orientalium, Diſſertationibus clariſſimorum virorum epiſtolicis enucleatis* (qvæ Londini A. 1682. *in 8.* prodierunt, & Lipſiæ A. 1683. *in 12.* ſunt recuſæ), *num. 69.*, *p. 488-494.*, *& num. 87. p. 647. edit. ſec.*

CASP. SCIOPPII Una grammatica; in Mariangeli a Fano Benedicti (*ſive ipſius Scioppii*) *Auctario Grammaticæ Philoſophicæ*, Amſtelod. A. 1659. *in 8.* impreſſo, *p. 61-66.*

JAC. SIRMONDI, & ejus, complures ἀμοιβαῖαι; *Tomo IV. Operum* Sirmondi, Pariſiis A. 1696. *in fol.* edito, inter reliqvas illius Epiſtolas. V. Wilh. Ern. Tenzelii *Dialogos Menſtr. Germ.*, *M. Majo A. 1698.*, *p. 469. 470.*

PATRICII JUNII ad eum Epiſtolas ἀνεκδότους penes ſe eſſe, Thom. Smithus, *in Præfat. Vitis VIII. Eruditiſſimorum Virorum* præfixa, teſtatur.

CARMINA ad eum:

ALEXANDRI VII., Pont. Rom., Epiſtola metrica de itinere ſuo, Monaſterio Aqvisgranum A. 1649. facto, in Philomathi (*i. e. Alex. VII.*) *Muſis Juvenilibus*, auctioribus Amſtelod. A. 1660. *in 12.* recuſis, *p. 148-154.*

FERD. FURSTENBERGII, Epiſc. Paderb. & Monaſt., Epigramma ejus conſecratum memoriæ, qvod is Marqv. Gudio a ſe tranſmiſſum eſſe, in Epiſt. ad hunc, A. 1668. exarata, teſtatur. V. *Epiſtolas Gudianas*, *num. 14.*, *p. 18.*

PET. SCRIVERII Elegidion de Roma, albo in Italiam profecturi IV. Id. Dec. A. 1617. inſcriptum, qvod P. Lambecius *Lib. VI. de Biblioth. Vindobon. p. 272.*, &, ex iſto, Joh. Alb. Fabricius *in Bibliographia antiqvaria*, *c. 6.*, *p. 148.*, exhibent.

ALEX. MORI Carmen elegiacum, in *Poematis* illius *p. 154.* obvium, & in Anonymi Vita Holſtenii germanica *p. 105. 106.* repetitum.

ELOGIA.

α. ITALORUM.

ALEXANDER VII., Pont. Rom., in Epiſt. ad Chriſtinam, Sveciæ Reginam, A. 1655. data, eum vocat *Virum omnium litterarum eruditione, ac ſingulari pietate, ſibi eximie charum*; in altera autem, qvæ huic additur, ad ipſum Holſtenium, legationem ei ad Chriſtinam committente, illi tribuit *ſingularem pietatem, prudentiam, religionisqve catholicæ & honoris domus Dei zelum.*

FRANC. BARBERINO, Card. (*in Ep. dedic.*, *Annotationibus ejus in Geographiam ſacram Caroli a S. Paulo A. 1666. præfixa*), audit *Vir eruditionis, & noſtro, & futuris ſeculis, memorandæ.*

JOH. BONA, Cardinalis (*in Catalogo Autorum, Libris de Pſalmodia divina præfixo*), eum ſalutat *Virum clariſſimum ſingularis doctrinæ, & admirandæ eruditionis in omni genere literaturæ.*

HENRICO de NORIS, Cardinali, per Joh. Fabricium *l. c.* allegato (*in Orthogr. p. 18.*) audit *Inſignis ſuæ ætatis ſcriptor, veterumqve codicum diligentiſſimus cenſor.*

LEO ALLATIUS, Chius (*in Animadverſionibus in Antiqvitatum Hetruſcarum fragmenta*, *§. 40.*), eum non ſolum *antiqvitatis & lingvarum peritiſſimum* appellat, ſed & paulo poſt addit: *Qvis eo, in antiqvitate pertractanda, aut fortunatior, aut aptior?* Eidem, *in Diatriba de Nilis p. 41.*, audit *Vir clariſſimus eruditiſſimusqve.*

FORTUNIO LICETO (*in Inſcriptione Epiſtolæ ad ipſum, paulo ante laudatæ*) *Muſarum* audit *delicium.*

JAC. PHIL. TOMASINO (*in Tr. de teſſeris hoſpitalitiis*, *c. 16. p. 126.*) *priſcæ eruditionis condus.*

PETRO a VALLE, in Epiſt. ad Sebaſt. Tengnagelum (*ap. Lambecium Lib. 3. Comm. de Biblioth. Vindobon. p. 336.*), *Vir egregius.*

JOSEPHO SABATINO, bibliothecæ Romanæ Angelicæ Præfecto *in Vitæ Chriſt. Lupi hiſtoria, Novis Lit. Germ. A. 1708. inſerta, p. 404.*), *Vir interiorum literarum, & eccleſiaſticæ antiqvitatis, peritiſſimus.*

JOH. BAPT. RUFO (*in Vita Oct. Pantagathi*) *Vir humaniſſimus, ingenio excultus ſuper omnes, & diligentia commendatus in exqvirenda potiſſimum omnis ævi antiqvitate.*

GALEATIO GVALDO (*in Hiſtoria Chriſtinæ, Svecorum Reginæ, Italica, Lib. 3.*, *p. 68.*) *Sogetto per dottrina & eruditione molto inſigne, Gentilhuomo della citta d' Hambourg.*

JOH. BAPT. MARO (*in Notis ad Pet. Diaconi Opuſculi de Viris illuſtribus Monaſterii Caſinenſis cap. V.*) *Vir præcellentis doctrinæ, & ſummus eccleſiaſticæ antiqvitatis aſſertor & vindex.*

SERTORIUS URSATUS (ab Autore Vitæ Holſtenii germanicæ *p. 1.* allegatus), *in Monumentis Patavinis p. 348.*, ita de illo: *Vir, qvi jam pridem Muſas omnes arctiſſima familiaritate ſibi devinxit, & in intima Parnaſſi, h. e. omnigenæ eruditionis adyta, feliciſſime penetravit. Literarum certe Græcarum tanta excellit peritia, ut ipſi laudis hujus palmam ſeculum iſtud facile porrecturum videatur. Qvare etiam ad eum honoris provectus eſt gradum, qvi debetur doctrinæ ſupremis conjunctæ virtutibus.*

β. GALLO-

β. GALLORUM.

PET. BÆLIUS (*in Novellis Reip. Lit. Gallicis, M. Jul. A. 1684., p. 489.*) ita de illo: *C' étoit un homme, qvi, avec une vaſte érudition, & beaucoup de jugement, poſſedoit une connoiſſance extraordinaire de la geographie, & qv' a été fourni de tous les ſecours neceſſaires à la production d' un bon livre.*

ADR. BAILETUS, *in Judiciis de Eruditis Gallicis, T. I., P. II., c. 9., p. 393.*, hæc (latine verſa a Thoma Pope-blount, *in Cenſura Autorum p. 1054.*) de illo annotavit: *Publici juris fecit varia de eccleſiaſtica & profana antiqvitate ſcripta, cum criticis notis, qvibus innotuit magna ejus in antiqvitatibus experientia, judicii ſoliditas, eruditionisqve ejus vaſtitas.* Addit deinde qverelam de poſthumorum ejus imperfectione, in Biographia jam memoratam.

JOH. LUDOV. BALZACII Epiſtolæ ad Joh. Jac. Buccardum argutæ, qva ἀνεκδότων illius A. 1640. urſit editionem, ſimulqve doctrinam ejus ingentem celebravit, partem maximam, in Vita Noſtri, itidem jam recitavimus.

STEPH. BALUZIO (*in notis ad Ant. Auguſtini Dialogos de emendatione Gratiani p. 433.*) audit *Vir de antiqvitate eccleſiaſtica optime meritus.*

JOH. CLERICO (*T. II. de la Biblioth. Choiſie, Art. X. A. 1703., p. 316. 317.*) *Savant Homme &c.* (*Vir doctus, in cujus ſcriptis univerſis eruditio ſingularis apparet*).

PAULO COLOMESIO (*in Paralipomenis ad Gvilb. Cavii Chartophyl. Eccl. p. 6.*) *Germanorum, uno aut altero excepto, doctiſſimus.*

PET. GASSENDO (*Lib. IV. de Vita Peireſcii p. 130.*) *Eruditorum ocellus*; it. (*in Ep. dedic. Philoſophiæ Epicuri, ſeu Animadverſionum in Lib. X. Diog. Laertii*) *Muſarum ocellus.*

PHIL. LABBEO (*in Protreptico, Corpori Hiſtoriæ Byzant.* A. 1648. præmiſſo) *Vir clariſſimus*, & (*p. 13.*) *in omni doctrinarum genere præſtantiſſimus.*

JOH. MORINUS, in Ep. ad Holſtenium A. 1644. ſcripta (*in Antiqq. Eccleſiæ Orient. p. 490.*), ita ad eum: *Qvi pluris, qvam ego, Te, tuaqve ſtudia, faciat, qvi fortunatiora tibi optet & voveat, neminem habes.*

ALEX. MORO, in Carmine ad eum, paulo ante allegato, *Vir* audit *virtute ac eruditione celebris*, & *Bibliotheca Vaticana major.*

GABR. NAUDÆUS, *in Bibliographia militari p. m. 55.*, eum vocat *Virum præcellentis & accuratæ eruditionis fama, ſupra ſuum aut cujusqvam alterius præconium, notiſſimum.* Idem, *Ep. 28. ad Pet. Gaſſendum, p. 226.*, eum & Leonem Allatium Romæ, *præ cæteris, in Græcorum Autorum lectione, & Manuſcriptorum tractatione*, ait, *eſſe verſatiſſimos*, &, *Ep. 53.* (qvæ *dedicatoria* eſt Salluſtii Cynici ad Holſtenium), arctiſſimam illorum amicitiam, & induſtriam in eruendis antiqvorum autorum monumentis ſingularem, *p. 408. 409.*, fuſe deprædicat, Holſtenium autem ſeorſim *p. 410. 411.* ſalutat *haud poſtremum inter ſcientiarum proceres, & eo potiſſimum nomine eminentiſſimo Principi, Franc. Barberino, maximo ac unico literatorum fautori, & ingeniorum cenſori acerrimo, gratiſſimum merito acceptiſſimumqve*, virum item *lingvæ græcæ non minus, qvam decretorum veteris philoſophiæ, peritiſſimum. Epiſt.* tandem 114. ad Academiam *Humoriſtarum, p. 802.*, Holſtenium, Allatium, Maſcardum, cæterosqve celebriores iſtius ſocios, *digna prorſus cœlo & æternitate nomina* appellat.

CASIM. OUDINO (*in Supplem. de Scr. Eccl. p. 39.*) *Vir* audit *eruditiſſimus.*

CAR. PERRALTUS (*T. II. des Hommes Illuſtres de France p. 154., in elogio Barthol. Herbeloti*) eum, atqve Allatium, vocat *deux des plus ſçavans hommes de ce ſiecle.*

PET. PETITO (*Libri I. Obſervv. Miſcell. c. 5.*) audit *Vir ille de literis Philoſophicis bene meritus*; it. (*Lib. 2. c. 12.*) *Vir de Philoſophorum ſcriptis bene meritus.*

THEOP. RAYNAUDO (*in Erotem. de libris malis & bonis p. 136.*) *Vir doctiſſimus.*

Abbati ROQVIO (*en le Journal 27. des Sçav. de l' An. 1684., p. 365. 366.*) *Un grand homme.*

DN. de SALLO (*Ephem. X. Erud. Gall. A. 1665., p. 88. Edit. Lat.*) *Vir eruditus.*

CLAUD. SALMASIO (*in Præf. Ἐρωτικῶν Achillis Tatii*) *Vir doctiſſimus & clariſſimus*; it. (*in Epiſt. de Grotii Lib. poſthumo*, ſub *Simplicii Verini* nomine edita, *p. 10.*) *Vir multum literatus.*

CLAUD. SARRAVIO (*Ep. 80. ad Salmaſium p. 80.*) Vir doctiſſimus; it. (*Ep. 179. ad Pet. Lambecium p. 183.*) *Vir magnus.*

RICH. SIMONI (*in Vita Joh. Morini, Antiqvitatibus Eccleſiæ Orientalis præfixa, p. 42.*) *Vir egregie doctus & ſapientiſſimus.*

DN. de VIGNEUL-MARVILLE (*T. I. des Melanges d' Hiſtoire & de Litterature, p. 173.*) ita de illo, aliisqve apoſtatis eruditioribus: *Nous avons dans l' egliſe Romaine pluſieurs grands hommes de ce ſiecle, qvi ſont ſortis d' entre les Proteſtans, M. le Cardinal du Perron, M. de Sponde, M. Holſtein, M. Cotelier, & le Pere Morin de l' Oratoire.*

γ. ANGLORUM.

JOH. PEARSONIO (*in Proleg. ad Hieroclem*, allegatis a M. Joh. Chriſtoph. Wolfio *in Proœmio* Φιλοσοφουμένων *Origenis p. 15.*) *Vir* audit *doctiſſimus.*

δ. BELGARUM.

JOH. BRANTIUS, JC. & Senator Antwerp. (in *Epiſt.* ἀνεκδότῳ ad Joh. Meurſium, A. 1617. ſcripta), eum vocavit *adoleſcentem humaniſſimum & eruditiſſimum, cujus ſpectata ſibi ſatis ſit virtus, probitas, eruditio, cum ſumma modeſtia conjuncta.*

JAC. GRONOVIUS (*in Epiſtolis in loca Livii criticis p. 8.*) *Virum clariſſimum.*

HUGO GROTIUS (*in Ep. 85. appendicis operis epiſtolici, Pariſiis ad fratrem Gvilhelmum d. 21. Febr. A. 1625. ſcripta, p. 780.*) hæc de illo habet: *Dic Scriverio, eſſe hic ſæpe mecum Holſtenium, juvenem rei geographicæ peritiſſimum, qvi de ipſo, ut de amiciſſimo, libenter mecum fabulatur.* Alibi autem (*in ep. dedic. ſcil. Phœniſſarum Euripidis*, a ſe latine verſarum, ad Henr. Memmium A. 1630. exarata, & *Epiſtolis ad Gallos* ſubjuncta, *p. m. 477.*) ſeqventia: *In domo tua Holſteinius, in Geographia, tam veteri, qvam recenti, ita Cluverii, viri in eo ſtadio admirandi, ſucceſſor, ut eundem aliis partibus longe ſuperet, ea didicit atqve exercuit, propter qvæ Roma illum Galliæ invidit, & nunc inter præcipua Dominæ urbis ornamenta oſtentat.*

HENR. MARCELLIUS, Jeſuita & Theologus Bambergenſis (a D. Joh. Fabricio Jun., *in Defenſione Conſiderat. Controvv. p. 89.*, allegatus), Theologis eum Eccleſiæ Romanæ moderatioribus (*in Sapientia pacifica p. 158.*) hiſce verbis accenſet: *Qvin etiam increpatio illa apoſtolica temperanda eſt moderatione & humanitate, qvam ſemper adhibendam cenſeo in diſputationibus ſacris. - - Hoc genere ſcribendi eximiam laudem promerentur Cottonus, Sirmondus, Veronius, Holſtenius, Allatius, uterqve Walenburgius, Ranzovius, ſereniſſimus Princeps Erneſtus, Haſſiæ Landgravius, aliiqve complures, non manſvetudine minus clementiaqve, qvam eruditione & ſangvine, illuſtres.*

ISAACO VOSSIO (ſub initium Notarum ad Barnabæ Epiſtolam) *Vir* audit *ſummus, & nunqvam non infra merita ſua laudaudus.*

ε. DANORUM.

THOMAS BARTHOLINUS, *in Obſervatt. novis de Unicornu p. 95.*, *Virum ſolidæ eruditionis*, ibid. *p. 172. literaturæ Græcæ, & Philoſophiæ veteris, facile principem*, &, *in Diſſ. de Hepate defuncto p. 54.*, Virum, *qvem rebus humanis exemptum orbis deplorat doctior*, appellavit. *Cent.* autem *III. Epp. Med.*, *num. 2.*, *p. 9. 10.*, ita de illo ad Moinichenium ſcripſit: *Holſtenius qvid ad publicum conferre poſſit, non ignorant eruditi; mihi, Romæ degenti, omnia amici officia exhibuit. Ampliſſimam Platonicorum Philoſophorum ſupellectilem mihi in bibliotheca oſtendit, qvam qvidem illi invidebam, qvia ille publico invidebat. Synopſin tamen ejusdem Philoſophiæ, cui ſemper fui addictior, conſcripſit, mihiqve ejus ſpem fecit. Utinam ſtet promiſſis! Sed ſperare id non poſſum, qvia altioribus aulæ curis implicatur.*

ζ. GERMANORUM & CIMBRORUM.

LIPSIENSES, *in Actis Erud.*, *M. Nov. A. 1684.*, *p. 487.*, ita de illo: *Jampridem clarum eſt per orbem & illuſtre Lucæ Holſtenii nomen, & immortalia ejusdem habentur in rem literariam merita, dum eleganti ſtudio rariores autores expolivit, eorumqve memoriam ab oblivione & interitu, integritatemqve a corruptelis, vindicavit, reconditas qvoqve antiqvitates, profanas juxta & ſacras, recenſuit: qvarum exacta cura eruditorum omnium admirationem, magnatum amorem, cumprimis autem Romæ Purpuratorum favorem, ſibi conciliavit.*

EISDEM, *in Actis A. 1698.*, *M. Jan.*, *p. 61.*, audit *Vir eminente doctrina*; *M. Sept. A. 1700.*, *p. 426.*, *Vir optimarum literarum bono natus*; & *M. Mart. A. 1704.*, *p. 104. 105.*, *Vir omnis antiqvitatis, geographicæ maxime, peritiſſimus, ac graviſſimus.*

GOTFR. ARNOLDO (*T. II.* der Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie, *Lib. 17.*, *c. 3.*, *p. 452.*) Ein bekandter Philologus und Antiqvarius.

PET. AXENIO (*in Notis ad Lib. I. Fabb. Phædri p. 94.*) *Vir ſummus.*

JOH. CHRIST., Baro a BOINEBURG, in Epiſtola ad Z. Prüeſchenckium A. 1663. exarata (apud B. G. Struvium *Faſc. VIII. Act. Liter. p. 62.*), Germanis eum accenſet, qvibus *in re latina ac græca, & in omni antiqvaria, nemo ſubactior.*

ANDR. CAROLO (*Tomo II. Memorabilium Eccleſiaſt.*, *Lib. 7.*, *c. 14.*, *p. 274. 275.*) *Vir de re literaria egregie meritus.*

Anonymo JOH. CLUVERI *Epitomes Hiſtoricæ* continuatori (*ad A. 1661.*, *p. m. 854.*) *Vir experientia & doctrina nulli ſecundus, qviqve Sveciæ Reginæ ad religionem Romanam traducendæ multum operæ adhibuerat.*

PHIL. CLUVERIO (*Lib. 2. Italiæ Antiqvæ*, per L. Allatium *in Apibus Urbanis p. 182.* allegato) *doctiſſimus itineris ſui Italici comes.*

HERM. CONRINGIUS, *in ſupplem. Antiqq. Acad. p. 220.*, *Virum* eum ſalutat *longe doctiſſimum*, ac, in iisdem *p. 356.*, & *Ep. 15. ad Ferd. Fürſtenbergium p. 28.*, *eximiam* ei tribuit *eruditionem*, atqve hanc ſe *pridem ſuſpexiſſe* fatetur. In *Conringianis Epiſtolicis p. 93.* ita de illo judicat: *Holſtenii obitum ægre fero. Fuit vir græce latineqve doctiſſimus, nec leviter in Philoſophorum ſcriptis verſatus.*

GEVERH. ELMENHORSTIUS (*in Notis ad Procli Opuſcula, A. 1617. a ſe edita, p. 179.*) illum *Juvenem* vocavit *eximium, &, propter optimas artes, qvas ſtudioſe colit, ſibi percharum.*

JOH. ALB. FABRICIO, *Lib. I. Biblioth. Græcæ*, *c. 6.*, *p. 44.*, *Vir* audit *veteris Geographiæ peritiſſimus, Lib. III. ejusd.*, *c. 20.*, *p. 126.* (ſicut & *in Præf. Vitæ Procli a Marino ſcriptæ p. 5.*) *Vir ſummus, Lib. IV.*, *P. I.*, *c. 2.*, *p. 46.*, *Vir ſummus, & de bonis literis, Stephano autem cumprimis, præclare meritus*; ac *p. 54.* *Vir Critices, ac Geographiæ veteris, omnisqve doctrinæ, callentiſſimus.*

JOACH. FELLERO (*in Floribus Philoſophicis, ex Eclogis Virgilii collectis, c. 8.*) *Vir raræ doctrinæ.*

JOH. GEORG. GRÆVIO (in *Præfationibus Tom. III. & IV. Antiqq. Rom.*, *p. 274. 332. editionis Præfationum ejus Fabricianæ*) *Vir eruditiſſimus, & ingenii ac doctrinæ præſtantia inprimis clarus & illuſtris.*

JOH. FRID. GRONOVIO (*in Notis ad Senecæ Troadas, v. 225.*) *Vir ſummus & illuſtris, municeps ſuus*; nec non (in Epiſt. ad Cl. Sarravium A. 1646. ſcripta) *Vir profecto ſummus & ſingularis.*

MARQV. GUDIO (*Ep. VII. ad Nic. Heinſium p. 10.*) *Vir egregius*, it. (*Ep. 19. ad J. G. Grævium*) *Vir ſummus, in divulgandis ſuis ſuperſtitioſiſſimus.*

JOH. JONSIO (*L. 3. de Scriptoribus Hiſt. Philoſ.*, *c. 15.*, *p. 290.*) *Vir clariſſimus*; it. (*Lib. 3.*, *c. 19.*, *p. 305.*) *Vir de his ſtudiis bene merens.*

JOH. FRID. MAYERO (cujus aliud luculentius elogium, ex *Or. funebri Joh. Schultzio habita, p. 14. 15.*, ſub initium biographiæ, jam recitavimus), *in Eclogis de Fide Baronii & Bellarmini*, *Ecl. I.*, *c. 7.*, *p. 146.*, *Vir cordatus, ſpectatæqve fidei.*

DAN. GEORG. MORHOFIO (*in Prælectt. MSS. de Notitia Autorum*, *c. 20.*) & *T. II. Polyhiſt.*, *L. 4.*, *p. 506.* *Vir in re geographica verſatiſſimus*,

CHRISTOPH. RANZOVIUS, Eqves Cimbricus, & S. Rom. Imp. Comes, *in Epiſt. ad Georg. Calixtum de rationibus ſui ad Eccleſiam Catholicam acceſſus, p. m. 4.*, ita de illo: *Eam ad rem* (controverſorum ſc. religionis capitum dijudicationem) *peropportune mihi accidit amicitia Lucæ Holſtenii, ſacerdotis catholici ex Tranſalbiana noſtra, viri & eruditione & humanitate ſingulari, & in SS. Patrum & Conciliorum lectione verſatiſſimi. In eo præcipue me delectavit, qvod ab omni ſophiſtica futilitate & logomachia abhorreat, qva veritatem catholicam tantum obfuſcari & tenebris involvi exiſtimat.*

THOM. REINESIUS, *in Oedipo ænigmatis Patavini p. 20.*, ita: *Neqve felicius divinavit Holſtenius, qvod cum venia ejus, qvem ex animo veneror & æſtimo qvam maxime, dictum volo.*

JOH. SCHEFFERUS, *in Lib. de Natura & Conſtitutione Philoſophiæ Pythagoricæ, c. 1.*, *p. 5.*, Scriptoribus eum argumenti iſtius hiſce verbis accenſet: *De nominis clariſſimi doctrinæqve conſummatiſſimæ viro, Luca Holſtenio, qvid polliceri nobis, poſtqvam literis humanioribus, & philoſophiæ veteri, nimis cito eſt ereptus, debeamus, incertum eſt. Qvi haud dubie hæc, & multa alia, prodidiſſet in publicatione vitæ Jamblichi, operumqve, qvam non ſemel in ſcriptis ſuis promiſit.* Ibid. *c. 5.*, *p. 23.*, *Virum ſummum, c. 5.*, *p. 28.*, *Virum eruditiſſimum, c. 10.*, *p. 84.*, *Virum clariſſimi nominis ac eruditionis*, in *Præfat.* autem *Strategicorum* Mauritii, ex ejus Codice, Upſaliæ A. 1664. editorum, *Virum longe celeberrimum, cum viveret, doctiſſimumqve*, eundem appellavit.

ZACHAR. SCHEFFERO, Prof. Tubingenſi, in *elogio* Wilh. Schickardi, amici ejus (*apud Henn. Wittenium Dec. III. Memor. Philoſ. Renov. p. 378.*), audit *Vir Matheſeos & Geographiæ Græcæ callentiſſimus.*

JOH.

JOH. SCHMIDIO, Prof. Lipſienſi (*in Diſſ. de palinodia eruditorum, §. 51.*), *Vir longe clariſſimus.*

LUCÆ SCHRÖCKIO Jun. (*in Memoria Welſchiana p. 33.*) *Magnum Romæ lumen.*

CONR. SAM. SCHURTZFLEISCHIUS, *in Diſſ. de meritis Germanorum in græcas literas, §. 8., p. 12.*, illum Germanorum φιλελλήνων principibus accenſet, & merita ejus in autores Græcos celebrat, in *Programmate* autem *auſpicali Profeſſionis Hiſtoricæ* (recuſo inter *Diſſertt. Acad., num. 13., p. 48.*) hoc ornat Elogio: *Nec abſurde putaverim, Germanos, qvod ab Italis qvondam, ſive ad ingenii cultum, ſive ad literas expoliendas, inſigne elegansqve acceperunt, nuper, per Lucam Holſtenium, ſagaci frugaliqve genti multo cumulatius reddidiſſe.* Eidem, in *Prælectionibus in Catal. Heinſianum* (qvas Clarmundus *l. c. p. 54.* allegat) MSS., audit *Vir in græca & latina eruditione ſummus.* Judice eodem, *T. I. Epiſtolarum arcanarum Ep. 200., p. 333.*, *& Grajùmi peritia interiori valuit, & cum diligentia judicium adhibuit ſummum.*

GASP. SCIOPPIUS, in *Epiſtola* ad Holſtenium, ſupra jam memorata, ita eum alloqvitur: *Te, literarum græcarum ac latinarum, hac noſtra ætate, cum primis peritum, bonorum autorum lectio, multaqve tam verſa qvam proſa oratione ſcribendi exercitatio, nihil de iis, qvæ recte ac ſecus latine dicuntur, ambigere patitur.*

PAULUS MARQV. SLEGELIUS, Poliater Hamburg., Noſtri olim diſcipulus (*in Hiſtoria Vitæ ſuæ MSta*), *Virum, ſi religionem excipias, optimum* eum fuiſſe, teſtatur.

EZECH. SPANHEMIO, *Diſſ. II. de præſtantia & uſu numiſmatum, Vir* audit *eruditiſſimus, & qvi tam multum operæ collocavit in Geographia antiqva illuſtranda, Diſſ. IX.* autem *literatæ Germaniæ nuper in urbe decus.*

BURCH. GOTTH. STRUVIO (*in Epiſt. de bibliothecis ad Chriſtoph. Cellarium p. 76.*) *Vir ſumma dignitate, & eruditionis fama, præcellens, inſignis ſcriptor, qvem totus literatus orbis admiratur.*

WILH. ERN. TENZELIO (*in Dial. Menſtr. Germ., M. Mart. A. 1691., p. 181.*) Ein accurater Mann.

JOH. WOLFG. JÄGERO (*T. II. Hiſt. Eccl. Sec. XVII., P. I., ad A. 1661., p. 166.*) *Vir experientia & doctrina nulli ſecundus.*

CENSURÆ.

FRANC. COMBEFISIUS, in Catalogo Autorum, *Bibliothecæ Patrum Concionatoriæ* præfixo, & a Thoma Ittigio, *in Tr. de Bibliothecis Patrum p. 376.*, allegato (*ſub nomine Anaſtaſii Sinaitæ*), *magnæ* eum, *& in ſuis vulgandis, & in aliis ad vulgandum concedendis, moroſitatis*, ſed absqve juſta cauſa, uti in vitæ hiſtoria jam eſt oſtenſum, inſimulat.

JOH. CLERICO, *in Arte Critica*, judice, in explicatione Patrum ſæpius peccavit. V. Joh. Fabricii *P. II. Hiſtoriæ Bibliotb. ſuæ p. 411.*

SCRIPTA EDITA.

א. PROPRIA.

Elegia in prematurum obitum Erici Sandmanni, D. Nicol. Sandmanni, Phyſici Hamburgenſis, filii unici. Lugd. Bat. 1617. in 4.

Hendecaſyllabi in nuptias Thaddæi Barberini & Annæ Columnæ. Romæ 1627. in 4. Ibid. 1629. in 8. (*V. Leonis Allatii Apes Urbanas p. 182.*)

Notæ ad Euſebii, Epiſcopi Cæſarienſis, librum adverſus Hieroclem Nicomedienſem, Apollonium Tyanæum, Magum, ductu vitæ illius, a Philoſtrato Lemnio ſcriptæ, Chriſto, qvoad miracula, comparare, imo præferre, in libris II. φιλαληθέσι, auſum. Prodierunt, una cum ipſo Euſebii libro græco, ad pervetuſtum MS. biblioth. Regiæ Pariſienſis, a Nic. Rigaltio communicatum, per Holſtenium recognito, & verſione latina, aliqvoties per eundem emendata, in editione gemina librorum Euſebii XV. de præparatione evangelica, X. de demonſtratione evangelica, unius contra Hieroclem, duorum adverſus Marcellum Ancyranum, & trium de theologia eccleſiaſtica, utraqve græco-latina, & notis illuſtrata, Pariſienſi ſcilicet, A. 1628. in fol., curante Franc. Vigerio, Rothomagenſi, Jeſuita Pariſino, publicata, &, qvæ hanc expreſſit, Colonienſi (uti titulus fingit), ſive potius Lipſienſi, A. 1688. in fol. excuſa. De priori Joh. Henr. Hottingerus, *in Bibliothecario qvadripartito, Lib. 2., c. 5., p. 315.*, & Thom. Ittigius, *in Præfat. Tr. de Bibliothecis Patrum p. 46. 47.*, de utraqve autem Joh. Clericus, in poſterioris recenſu (*T. X. de la Biblioth. Univerſelle Hiſtoriqve, M. Sept. A. 1688., p. 379-497.*), & M. Joh. Chriſtoph. Erneſti, in *Diſputationum de Euſebio Hiſtoricarum ſecunda*, Witebergæ A. 1689. edita, *§. 12. 13. 14. 15., p. 6-12.*, plura ſuggerent, & conſuli merentur. Notarum Holſtenii ad *Lib. contra Hieroclem* Aub. Miræus *P. II. Biblioth. Eccles. p. 247.*, L. Allatius *in Apibus Urbanis p. 182.*, & Thom. Hydius *in Catal. Biblioth. Bodlejanæ*, fecerunt mentionem.

Notæ pauculæ in loca Argonauticorum Apolloni Rhodii nonnulla, editioni Poetæ hujus græco-latinæ, a Jerem. Höltzlino, Prof. Lugduno-Batavo, Leidæ A. 1641. in 8. publicatæ, ſub finem libri, adjectæ. Ab Æg. Menagio, (cenſore editionis ipſius Höltzlinianæ rigido), *Tomo I. Anti-Baileti, p. 389. 390.*, vocantur *notes fort judicieuſes*, ab Ezechiele Spanhemio (*Diſſ. V. de præſtantia & uſu Numiſmatum*) *paucula, ſed erudita annotata*, a Joh. Alb. Fabricio (*Lib. 3. Biblioth. Græcæ, c. 20., p. 526.*) *notæ in perpauca Argonauticorum loca eruditæ.*

Teſtimonium adverſus Gerleniſtas triplex, Lucæ Holſtenii, Leonis Allatii & Camilli (*non Capilli, ſicut in Catal. Freſneano, & Beüghemii Bibliographia Hiſtorica p. 25., perperam legitur*) de Capua, Benedictini, ab Ant. Franc. Payeno, Advocato in Curia Romana celeberrimo, literis conſignatum, & cum præfatione Gabr. Naudæi editum. Pariſiis 1652. in 8. Thomæ a Kempis, ceu vero *Librorum de Imitatione Chriſti* Autori, contra Benedictinos, Johannem qvendam a Gerſen, familiæ ſuæ Monachum, ſubſtituere haud veritos, ſed a Naudæo, & aliis, refutatos, patrocinatur.

Annotationes in Geographiam ſacram Caroli a S. Paulo, Italiam antiqvam Phil. Cluverii, & Theſaurum Geographicum Abrah. Ortelii. Qvibus accedit Diſſertatio duplex de ſacramento confirmationis apud Græcos. Romæ, typis Dragondelli, 1666. in 8. Præfixa eſt editoris, Franciſci ſcil. Barberini, Cardinalis, Epiſtola ad Carolum Mediceum, Cardinalium Collegii Decanum, dedicatoria. Totius hujus ſylloges recenſus exhibentur in *Ephemeridibus* (qvas Beüghemius *Conſp. I. Apparatus ad Hiſt. Lit. Noviſſ., p. 199.*, allegat) *Eruditorum Italicis A. 1668., num. VII.*, & in Joh. Galloeſii *Gallicis ejuſdem Anni 1668., num. IV., p. 841. 842. 843. verſionis lat.* Annotationes geographicæ, in tres Geographiæ antiqvæ ſcriptores e recentioribus præcipuos, horum errores emendant, & defectus ſtudioſe ſupplent, commendatæ idcirco a Dan. Georg. Morhofio *in Prælectt. MSS. de Notitia Autorum c. 20.*, & Joh. Clerico *Tomo. II. de la Biblioth. Choiſie de l' An. 1703., Art. X., p. 316. 317.* Illarum, qvibus Cluverii *Italiam* illuſtravit *antiqvam*, ipſe A. jam. 1636., *in Commonitorio ad Ludov. Elzevirium ἀνεκδότῳ*, injecit mentionem verbis ſeqventibus: *Referes qvæ in Cluverii Italia emendanda præſtiterim, qvæ forte fidem veſtrorum hominum ſuperabunt, & a me peculiari opere de locis publicis & antiqvitatibus agri ſuburbicarii comprehendentur.* Qvod cum perfectum non ſit, ſolæ hæ Annotationes, materiam illi ſubminiſtraturæ, breves qvidem, ſed eruditæ, cum poſthumis aliis, lucem viderunt. Annotationes in Caroli a S. Paulo (ex Abbate Fulienſi Epiſcopi Abrincenſis) *Geographiam ſacram, ſive Notitiam antiqvam*

tiqvam diœceſium veteris Eccleſiæ omnium, Patriarchalium, Metropoliticarum & Epiſcopalium, Pariſiis A. 1641. in fol. editam, ſeorſim in altera operis hujus San Paulini editione Amſtelodamenſi, A. 1703. in fol. publicata (de qva Joh. Clericus *l. c. p. 311-319.* conſulendus), recuſæ, & ſingulis ſubſtratæ paginis, Cenſura hac juſto duriori ab Abbate Commanvillio (*dans la preface des Tables Geograph. & Chronologiqves de tous les Archevechez de l' univers*, ed. A. 1700.), teſte Jac. Bernhardo (*en les Nouvelles de la Rep. des Lettres, M. Dec. A. 1700., p. 658. 659.*), ſunt notatæ: *Luc. de Holſtein avoit fait qvelqves Remarqves pour corriger ces fautes, & elles ont été imprimées; mais elles ne répondent pas à ſa reputation, & n' executent, qv' imparfaitement, ce qv' il ſ' étoit propoſé.* Oblitus, credo, ille fuit, poſthumas eſſe. In utrumqve, Car. a S. Paulo & Holſtenium Animadverſiones dedit Henr. Noriſius, Cardinalis, in duabus ad Ant. Magliabechium Epiſtolis, inſertis Appendici poſtremæ editionis Operum Auguſtini Belgicæ, teſte J. Andr. Schmidio *T. II. Introd. Sagittar. in H. E. p. 392.* Appendix de Confirmatione Græcorum bipertita, diatriba priori Presbyteris Græcis legitimum illius miniſterium, contra zelotas latinos recentiores, ſolis Epiſcopis iſtud deberi perſvaſos, aſſerens, poſteriori autem formam ejusdem in unctione ſacramentali probans conſiſtere, a Joh. Bona, Cardinali, cenſore ejus, hoc promeruit Elogium, illi præfixum: *In his poſthumis Diſſertationibus V. C. Lucæ Holſtenii, de miniſtro & forma confirmationis apud Græcos, orthodoxa hujus ſacramenti dogmata, antiqvi ritus & conſvetudines, atqve orientalis & occidentalis eccleſiæ conſenſus in ejus adminiſtratione, docte, ſolide & luculente, dilucidantur.* Non minus benigne Rich. Simon, *in Vita Joh. Morini p. 105. 106.*, de iisdem Diatribis judicavit, ſcribens: *In opuſculo de confirmatione Holſtenius eccleſiæ orientalis ritus, qvi in hoc negotio contrarii erant eccleſiæ occidentalis moribus, ſtrenue vindicat, ſimulqve theologorum ſcholaſticorum imperitiam, & diſputandi de rebus omnibus pruriginem, vehementer coarguit.* Subjuncta eſt illa etiam Joh. Morini *Tractatui de ſacramento confirmationis*, inter *Opera* ejus *poſthuma*, Paris. A. 1703. *in 4.* edita, obvio. V. *Diarium Erud. Pariſienſe Anni 1703. Gallicum, Ephem. 28., p. 722. 728. 729.*, & *les Memoires de Trevoux de l' A. 1704. P. II., M. Sept., p. 175.*

Diſſertatio contra Concilium Baſileenſe, qva, illud, ceu illegitimum, numero conciliorum generalium excludendum eſſe, contendit, e ſchedis ejus, ſibi transmiſſis, a Phil. Labbeo edita, *in ſacroſanctorum Conciliorum, a ſe & Gabr. Coſſartio ad regiam editionem exactorum, & qvarta parte auctiorum* (qvæ Pariſiis A. 1672. *in fol.*, 17. volumm. incluſa, prodierunt), *Tomo* II., *p. 1659. & ſqq.* Refutavit ſingulas ejus (qvarum denarius eſt numerus) rationes Natalis Alexander, Theologus Pariſinus, *P.* III. *Sec. XV. ſelectorum Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ capitum, p. 408. & ſeqq.*, generalem hanc de iis præmittens cenſuram: *Sane, ſi alias iſtius concilii cum cæteris conciliis generalibus non edendi rationes non habuerunt, qvam eas, qvas, ex ſchedis v. cl., Lucæ Holſtenii, S. Petri in Vaticano Canonici, ad ſe transmiſſas, edidit P. Labbe, Tomo* II. *Concil. p. 1659., næ illas frivolas & inanes.* V. El. Vejelii *Diſſ. iſagogicam in Nat. Alexandri ſelecta Hiſt. Eccl. capita p. 94. 95.*, & confer Wilh. Ern. Tenzeli *Dialogos Menſtruos Germ., M. Jan. A. 1690., p. 62.*

Vetus pictura, Nymphæum referens, commentariolo explicata a L. Holſtenio. Accedunt alia qvædam ejusdem Autoris (meletemata ſc. breviora de pila ſtaffilari, ſive vocis hujus latino-barbaræ, in diplomate baſilicæ Vaticanæ occurrentis, ſignificatione, & contra errorem popularem de Milliario aureo, qvem omnes fere antiqvarii errant). Romæ, typis Barberinis, 1676. in fol. Recuſum eſt tum prius Opuſculum, picturam Nymphæi, ad montem Qvirinalem, in terra, pro conſtructione ædium Barberinarum effoſſa, repertam, & in iisdem deinceps ædibus aſſervatam, illuſtrans, ac in gratiam Nicol. Heinſii editum, tum cætera illi adjecta, ſub finem *Notarum & caſtigationum* Holſtenii *in Stephani* Ἐθνικὰ *poſthumarum*, qvæ, curante Theod. Ryckio, Lugd. Bat. A. 1684. *in fol.* prodierunt. Inſerta etiam omnia ſunt a Joh. Georg. Grævio *Theſauri Antiqvitatum Romanarum Tomo IV.*, Ultrajecti A. 1696. *in fol.* excuſo, primum qvidem *p. 1797-1803.*, ſecundum *p. 1803-1806.*, & tertium *p. 1806. 1807.*, una cum Raph. Fabretti *Triga Diſſertationum de veteris Romæ aqvis & aqvæductibus*, in qvarum ſecunda, opuſculo Noſtri *de Milliario aureo* oppoſita, varios ejus, & Lucæ Pæti, de milliaris menſura errores (*teſte Ludolpho Neocoro T. I., Biblioth. Libror. Novor. p. 11.*) arguit (p. 1677-1779.). V. *Acta Erud. Lipſ., M. Oct. A. 1697., p. 440.* Recenſus illorum in *Ephem. IX. Erud. Italica Anni 1676.* occurrit, obſervante Corn. a Beüghem in *Appar. ad Hiſt. Lit. Noviſſ., Conſp. I., p. 199.* Joh. Georg. Grævius, in *præfat. Tomi IV. Theſauri Antiqq. Rom.*, *Opuſcula* vocat *variæ doctrinæ plena, & lectu dignisſima, qvæ non tantum bonitate, ſed & raritate, commendantur*, primumqve *de Nymphæo* ſeorſim etiam, *in præfat. Tomi* III., deprædicat. V. *Præfationes* ejus, a Joh. Alb. Fabricio collectas, *num. 53., p. 332., & num. 49., p. 274.*

Diſſertationes duæ in loca qvædam concilii Niceni, præſertim vero de Epiſtola ſynodica Alexandri, Epiſc. Alexandrini, adjectæ Henr. Valeſii editioni græco-latinæ Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Theodoriti & Evagrii, nec non excerptorum ex Hiſtoria Eccleſiaſtica Philoſtorgii & Theodori, cum notis Pariſiis A. 1673. in fol. publicatæ, & Moguntiæ A. 1679. in fol. recuſæ. Has eum A. 1640. Archiepiſcopo Toloſano jam transmiſiſſe, patet e *Commonitorio* ipſius *ad Joh. Morinum, in Antiqvitt. Eccl. Orient.* obvio, *p. 439.* Laudantur paſſim a Matthia Zimmermanno, *in Tr. de Presbyterisſis Vet. Eccleſiæ p. 71. 76.*, Wilh. Ern. Tenzelio, *P. I. Exercc. Select.*, *p. 181.*, Joh. Fabricio *P. II. Hiſt. Biblioth. ſuæ p. 406.*, & aliis.

Diſſ. de Syneſio Cyrenæo, Epiſcopo Ptolemaidis, ejusqve fuga Epiſcopatus, editioni eidem Valeſianæ Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Theodoriti & Evagrii Scholaſtici, Pariſiis A. 1673. & Moguntiæ A. 1679. in fol. excuſæ, ſubjuncta. Elegantiſſima vocatur a Joh. Frid. Mayero, *in Muſæo miniſtri eccleſiæ p. 64. 65.*, & commendatur etiam a Wilh. Ern. Tenzelio *P. II. Exercc. ſelectarum (in Reſponſione ad Eman. Scheelſtratii Diſſ. apologeticam de diſciplina arcani) p. 13.*

Notæ & caſtigationes poſthumæ in Stephani Byzantii Ἐθνικὰ, qvæ vulgo περὶ πόλεων inſcribuntur, poſt longam doctorum expectationem, a Theodoro Ryckio, Lit. Human. Profeſſore Leidenſi, edita, qvi Franc. etiam Gvyeti in Stephanum Obſervationes, Scymni Chii, Geographi Græci, Fragmenta, hactenus non edita, ab Holſtenio collecta, & latine reddita, Holſtenii de pictura Nymphæi vetere, pila Staffilari & Milliario aureo, Diſſertationes, (*ſeorſim Romæ A. 1676. publicatas*), ac Orationem de boreæ laudibus ſuamqve ipſius de primis Italiæ colonis, ac Æneæ adventu, Diatriben, Sam. Bocharto oppoſitam, & Orationem de gigantibus, adjecit. Lugd. Batav. A. 1684. in fol. Notas haſce & caſtigationes in Stephanum Holſtenianas (qvas in Thomæ de Pinedo editione Stephani, cum verſione latina, obſervationibus ac indicibus, Amſtelodami A. 1679. in fol. publicata, jam prodiiſſe, Corn. a Beughem *in Bibliographia Hiſtorica p. 124.*, & Mart. Lipenius *in Biblioth. Reali Philoſophica*, falſo tradiderunt), ab autore e bibliothecarum Vaticanæ, Palatinæ & Anglicanæ regiæ, codicibus Geographi hujus MSStis (ab Iſ. Caſaubono & Cl. Salmaſio partim emendatis) congeſtas, & inſcriptionibus vetuſtis, ſubſidiis gazophylaciorum nummariis, plurimorumqve ſcriptorum ἀνεκδότων teſtimoniis, præclare illuſtratas, poſt Holſtenii obitum, Chriſtina, Sveciæ Regina, αὐτογράφους in theſauro ſuo Romæ aſſervabat librario. Has, inde, permiſſu Reginæ, depromptas, Franc. Barberinus, Cardinalis, cum informes eſſent, tumultuariæ, & confuſaneæ, nec proinde editioni maturæ, A. 1670. Ryckio, Romæ degenti, digerendas atqve edendas commiſit. Is autem, voluntati Cardinalis impigre obſecutus, labore ingenti & aſſiduo, in ordinem redegit, expolivit, deſcripſit, & luci publicæ aptas reddidit, ſed editionem tamen, qvod Thomam de Pi-

nedo

Pinedo & Abr. Berckelium Stephanum, curis ſuis exornatum, itidem polliceri cognoviſſet, per tria ferme luſtra, diſtulit. Bened. Ægii, Spoletini, verſio latina Stephani ἀνέκδοτος, e biblioth. Vaticana, a Steph. Gradio, hui præfecto, Franc. Gvyeti Obſervationes, e ſua, ab Æg. Menagio, & Scymni Fragmenta, e Barberiniana, a Car. Morono, illius ephoro, ipſi ſunt ſuppeditata. Plura, ad hiſtoriam operis hujus ſpectantia, Lipſienſes, *in Actis Erud., M. Nov. A. 1684., p. 487. 488. 489.*, Abbas Roqvius, *Ephem. 27. Erud., A. 1684. Gallica (ad d. 11. Sept.), p. 365. 366.*, & Pet. Bælius, *in Novellis Reip. Lit. Gallicis, M. Jul. A. 1684., p. 482 - 499.*, in ſua qvisqve de eodem narratione, ſuggerent. Qvibuscum conferri poſſunt Paulus Colomeſius *en la Biblioth. Choiſie, p. 47 - 50.*, Joh. Alb. Fabricius *in Exerc. de Lexicis græcis, §. 9., lit. S. 2. a. b.* ac *Lib. IV. Biblioth. Græcæ, P. I., c. 2., p. 52 - 55.* & D. G. Morhofius *Tomo I. Polyhiſt., Lib. IV., c. 7., num. 7., p. 86. 87.*, aliorum etiam eruditorum labores in Stephanum recenſentes. Cum ineditum adhuc illud lateret, ab Ezech. Spanhemio (*Diſſ. IX. de præſtantia & uſu Numiſmatum*) hoc ornatum eſt Elogio: *Opportune, in ſanando ac reſtituendo Stephano de urbibus, aut verius ejus epitomatore Hermolao, nuper in urbe literatæ Germaniæ decus, Lucam Holſtenium, diligentem adhibuiſſe nummorum veterum tractationem, & undiqve hæc ſubſidia ad hanc rem advocaſſe, nec ipſe ignoras, & publice etiam aliqvando, qvanqvam nondum conſummati, ut audio, operis lectione conſtabit.* Poſt editionem Notas easdem Lipſienſes (*l. c. p. 488.*) *laborem inſignem, & commentationes doctiſſimas; publicaqve luce digniſſimas*, D. G. Morhofius (*L. 4. Polyhiſt. Lit. MS., c. 7.*) *Notas eruditiſſimas*, & Burch. Gotth. Struvius (*in Biblioth. Numiſmatum Antiqviorum, c. 1., Sect. 8., p. 62. 63.*) *Commentarios eruditiſſimos, nummos coloniarum maxime illuſtrantes*, appellarunt, Joh. Alb. Fabricius autem (*l. 4. Bibl. Gr. c. 2., p. 54.*), *plurimum lucis Stephano afferre, pluraqve, tum illius, tum aliorum ſcriptorum, loca, feliciſſime reſtituere*, judicavit. Eruditæ nummorum veterum explicationes, in iis obviæ, celebrantur ab Anſh. Bandurio *in Biblioth. nummaria n. 82., p. 71. 72.* Cenſoria illas, jam editas, virgula notavit idem, qvi ἀνεκδότους adhuc commendaverat, Ezech. Spanhemius in Epiſt. III. ad Andr. Morellium, hujus *Specimini rei nummariæ antiqvæ* A. 1695. adjecta, *p. 152.* nimis ſecure Holſtenium Pyrrhi Ligorii collectiones nummorum (qvorum plurimi, vel ſuppoſititii ſunt, vel recentes) MSStas ſecutum eſſe obſervans, & *p. 158. 159.* rei nummariæ, & accuratioris coloniarum ac urbium hiſtoriæ, e nummis antiqvis hauriendæ, imperitiam, multosqve errores, hinc ortos, eidem exprobrans. V. Tenzelii *Dialogos menſtruos germanicos, M. Majo A. 1695., p. 402. 403.* *Orationem* Noſtri, qvæ cum Notis hiſce in Stephanum lucem vidit publicam, *de Boreæ, ſive Aqvilonis, laudibus*, coram aliqvot Cardinalibus, in freqventiſſimo academiæ Humoriſtarum Romanæ conventu, recitatam, Vigneul-Marvillius (*en ſes Melanges d' Hiſtoire & de Litterature, Vol. I., p. 374.*) ſcriptis eruditorum accenſet ludicris, Pet. Bælius autem (*in Novellis Reip. Lit. Gallicis, M. Jul. A. 1684., p. 491.*) hac perſtringit cenſura: *Il y a bien de l' eſprit, & de la lecture, dans cette piece, mais franchement elle eſt plus digne d' un jeune ecolier, qve d' un homme grave. qvi parloit devant pluſieurs Cardinaux.*

Conſultatio, Congregationi de propaganda fide Romanæ oblata, qvibusnam artibus ſit utendum, ut in terris ſeptentrionis, Lutherana religione abolita, Papæa poſtliminio reſtituatur; edita ab Ern. Salom. Cypriano, in Appendice, *Hilarium* ſuorum *Evangelicorum*, Gothæ A. 1719. *in fol.* excuſorum, prolegomenis ampliſſimis ſubjuncta. V. *Acta Erud. Lipſ., T. V. Supplem., Sect. VII., p. 198.*

Conjecturæ in Dicæarchi, Geographi Græci, ἀποσπασμάτια, ſive fragmenta, cum his a Joh. Hudſono (D. Godofr. Chriſt. Gôtzii, Lipſienſis, beneficio illas adepto), *volumine ſecundo Scriptorum Geographiæ veteris Græcorum minorum*, Oxoniæ A. 1703. *in 8.* excuſo, publicatæ. V. *Acta Erud. Lipſ., M. Mart. A. 1704., p. 101.*

Notæ ad Libanii Epiſtolas duodecim, a Barthol. Chriſtiano Richardo, Acad. Jenenſis Bibliothecario, primum editas & latine verſas, cum his, & Pet. Lambecii in easdem annotationibus, excuſæ Jenæ A. 1707. *in 8.* Conf. de iis J. Clerici *T. III. de la Biblioth. anc. & mod., P. II., p. 353-358.*

Notæ in Dionyſii Periegeſin, cum illa a Joh. Hudſono, *in Geographiæ veteris Scriptorum Græcorum minorum Volumine IV.*, Oxoniæ A. 1712. in 8. editæ. V. *Acta Erud. Lipſ., M. Dec. A. 1712., p. 537.*

Ex Epiſtolis ejus (qvarum editionem olim a Chriſtoph. Cellario, Profeſſore jam Halenſi, ſicut illuſtris Gudius, a qvo ſubſidia is deſideraverat, me edocuit, promiſſam, Oxonienſes theatri Sheldoniani Curatores A. 1699. etiam, e ſuo typographeo, in *Volumine Epiſtolarum ſelectiorum, hactenus ineditarum, clariſſimorum noſtri ſeculi virorum, Joſ. Scaligeri. Iſ. Caſauboni, And. Schotti, Scioppii, Salmaſii, Heinſiorum, &c.*, titulo hujus edito (*), expectari juſſerunt), ſeqventes mihi innotuerunt, juris jam factæ publici:

1. Duæ ad Fortunium Licetum, qvarum prior eſt officioſa, poſterior autem problema de ſymbolo Pythagorico, acetarii remotionem injungente, proponit, cum Liceti reſponſoria ad hanc prolixa excuſæ in *primis* hujus *per epiſtolas qvæſitis*, Patavii A. 1640. *in 4.* editis, ſub ipſum libri initium.
2. Epiſtola de monumento Maguriano, ad Joh. Rhodium A. 1652. ſcripta, & ſeorſim *in fol.* edita, deinde in Sertorii Urſati *Monumentis Patavinis*, Patavii A. 1652. *in fol.* publicatis (*teſte Joh. Andr. Boſio Ep. 85. ad Reineſium p. 328.*), recuſa, tandem vero a Thoma Reineſio ſuo in idem monumentum ſubjecta Commentariolo, qvi, ſub titulo *Oedipi ænigmatis Patavini e Germania*, Lipſiæ A. 1661. in 4. prodiit, &, refutatis Fort. Liceti atqve Holſtenii de ſaxi hujus inſcriptione divinationibus, novam ſubſtituit. Thomæ Reineſii, Fort. Liceti & L. Holſtenii, tres diverſæ Explicationes Inſcriptionis Patavinæ obſcuriſſimæ, a Frid. Brummero Pariſiis A. 1667. *in 4.* editæ, recuſæ ſunt *Tomo I. Novi Theſauri Antiqvitatum Romanarum*, ab Alb. Henr. de Salengre collecti, Hagæ A. 1716. *in fol.* impreſſo. V. *Sect. 58.* des neuen Bücherſaals *p. 754.*
3. Epiſtola Sertorii Urſati Antiqvitatibus Patavinis (modo memoratis) A. 1652. præmiſſa, qvæ a Rud. Capello, *in Sciagraphia Nummophylacii Lüderiani*, memoratur, & a præcedenti forſan haud eſt diverſa.
4. Epiſtolæ duæ ad Bartholdum Nihuſium, prior de uſitata etiam apud Abaſſinos communione ſub una ſpecie, narrationem hac de re Chriſtoph. Ranzovii, *in Epiſtola de ſuo ad eccleſiam catholicam acceſſu*, defendens, & pluribus confirmans, Romæ d. 28. Oct. A. 1651. ſcripta; poſterior de flumine Sabbathio, occaſione *Spei Iſraelis* R. Menaſſis Ben Iſrael, IV. Kal. Nov. A. 1651. exarata. Juris publici factæ *Libro IIdo* Συμμίκτων Leonis Allatii, nonnullis additis, a Nihuſio Coloniæ A. 1653. *in 8.* editorum, illa qvidem *p. 435-437.*, hæc autem *p. 438-441.* Priorem (qvam in *libros duos de Abaſſinorum communione ſub unica ſpecie*, Coloniæ A. 1653. *in 8.* excuſos, transformant Thom. Popeblount, *in Cenſura Autorum p. 1054.*, & plagiarius hujus ineptiens, Adolphus Clarmundus, de illa, ſibi, uti apparet, nunqvam viſa, temere ſuum ferre auſus judicium, *in Vitis clariſſimorum in re literaria virorum germanicis, P. III., p. 52. 53.*) refutandam ſibi ſumpſit Jobus Ludolfus, *in Comm. ad Hiſtoriam ſuam Æthiopicam, Lib. III. c. 6.*, uti Tenzelius, *in Dial. Menſtr. Germ., M. Jul. A. 1691., p. 547.*, teſtatur.

(*) V. Titulum illum recuſum in Henr. Sikii *Bibliotheca Librorum Novorum, M. Nov. & Dec. A. 1699., p. 805.*

5. Epiſtolæ tres ad Sebaſt. Tengnagelium, Bibliothecæ Cæſareæ Præfectum, A. 1630. exaratæ, ac, cum indice librorum lingvis Syriaca & Arabica Romæ excuſorum, catalogisqve ſermonum ſacrorum, ſive homiliarum Patrum Græcorum, Geographorum item Græcorum & Latinorum, ac Hiſtoriæ Conſtantinopolitanæ ſcriptorum, qvorum editionem Noſter moliebatur, tertiæ adjectis Epiſtolæ, a Pet. Lambecio (cujus & Scholia qvædam acceſſere), *in additamento ſecundo libri I. Commentariorum de Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi,* Vindobonæ A. 1665. *in fol.* excuſi, publicatæ.

6. XXII. Epiſtolæ ad Pet. Lambecium, juvenem, ab A. 1640. ad 1650., qvas hic, in eodem de Bibliotheca Vindobonenſi opere *libro VI.*, Vindobonæ A. 1674. *in fol.* excuſo, cum ſcholiis ſuis, edidit, verum, invectivis avunculi in ſe, aliisqve aſperius ſcriptis, expunctis, mutilas, uti illuſtris Gudius olim mihi retulit, pleniores ſe eas poſſidere ſimul teſtatus. Seorſim easdem Henr. Chriſt. Krügerus Jenæ A. 1708. *in 8.* curavit recudi, adjecta præfatione ſua encomiaſtica. Recenſum hujus editionis V. *in Diario Erud. Gallico A. 1709., M. Aug., Ephem. 34., p. 331-339.*

7. Commonitorium ad Joh. Morinum, Roma abeuntem, d. 7. Mart. A. 1640. ſcriptum, ab Anonymo *Antiqvitatum eccleſiæ orientalis, clariſſimorum virorum Diſſertationibus enucleatarum*, ſuæqve Joh. Morini vitæ, his præfixæ (qvæ Londini A. 1682. *in 8.*, & Lipſiæ A. 1683. *in 12.*, prodierunt), editore (Richardo Simone, per Colomeſium, *en la Bibliotheqve Choiſie, num. 3., p. 7.*, & Tenzelium *in Dialogis menſtruis germanicis, M. Jan. A. 1695., p. 6.*, detecto), ſyntagmati huic, *num. 57., p. 436-439. (edit. Lipſ.)*, inſertum.

8. Epiſtola ad Franc. Barberinum, Cardinalem, de verubus, ſeu fulcris, Dianæ Epheſiæ ſimulacro appoſitis (ad Minutii Felicis *Octavium c. 21.*), ſubjuncta initio a Claud. Menetrejo, Cimeliothecæ Barberinæ Præfecto, *Expoſitioni ſuæ ſtatuæ ſymbolicæ Dianæ Epheſiæ*, Romæ A. 1688. in fol. editæ, ac recuſa deinde in Jac. Gronovii *Theſauri Antiqvitatum Græcarum volumine ſeptimo*, qvod Lugd. Bat. A. 1699. in fol. prodiit, *p. 393-401.*, nec non (uti Lipſienſes *in Actis Erud., T. IV. Supplem., Sect. 10., p. 423.*, teſtantur) in ejusd. Gronovii editione Minutii Felicis, Leidæ A. 1709. *in 8.* excuſa, *p. 209. & ſeqq.*, ac (teſtibus iisdem) in Joh. Daviſii ſecunda ejusdem Minutii editione, Cantabrigiæ A. 1712. *in 8.* publicata, *p. 188. & ſeqq.* Argumentum ejus fuſius expoſuerunt Lipſienſes, *in Actis Erud., T. I. Supplementorum, Sect. VII., p. 349. 350. 351.*, & autor Novæ Bibliothecæ, ſermone germanico Halæ Saxonum editæ, *Sect. XI., p. 44. 45. 46.*

9. Epiſtolæ ejus ac Jac. Sirmondi, Jeſuitæ inter Gallos doctiſſimi, mutuæ, *tomo IV. Operum* Sirmondi (Pariſiis A. 1696. *in fol.* excuſo), cum cæteris Sirmondi & amicorum Epiſtolis, editæ, teſte Tenzelio, *in Dial. Menſtr. Germ., M. Majo A. 1698., p. 469. 470.*

10. Epiſtolæ duæ ad Geverhardum Elmenhorſtium, Leidæ A. 1619. exaratæ, qvæ in Appendice *Epiſtolarum* Marqv. Gudii, Ultrajecti A. 1697. in 4., curante Pet. Burmanno, editarum, *num. 225. & 226., p. 289-291.*, leguntur. Avtographa illarum ipſe olim Gudius mihi oſtendit.

11. Epiſtola ad Franc. Mariam Florentinium, de qvibusdam Martyrologii Romani, a Baronio editi, erroribus, præfixa Martyrologio Hieronymi, a Florentinio, cum Notis & Exercitationibus ſuis, Lucæ A. 1668. in fol. edito. V. de illa Thomæ Ittigii *Tr. de Bibliothecis Patrum p. 181. 182.* Edita etiam a Dan. Papebrochio, Jeſuita Antwerpienſi, *Parte II. Reſponſionis ad Seb. a S. Paulo, Carmelitæ, Exhibitionem errorum ſuorum,* Antwerpiæ A. 1697. *in 4.* excuſæ, *ſub finem artic. XVIII.* V. *Acta Erud. Lipſ., M. Mart. A. 1698., p. 135.*

12. Epiſtola Germanica ad Heinonem Lambecium, Arithmeticum Hamburgenſem, affinem ſuum, de horrendo & mirabili Veſuvii montis incendio, A. 1632. exarata, & eadem lingva germanica, curante Joach. Morſio, edita A. 1635. in 4.

Scriptis Holſtenii propriis annumeranda forſan etiam ſunt, qvæ, ſub amicorum edita nominibus, ipſi a nonnullis ſunt vindicata, duo ſcil. ſeqventia:

1. Chriſtophori Ranzovii, Eqvitis Holſatici, & S. Rom. Imp. Comitis, Epiſtola ad Georg. Calixtum reſponſoria, qva ſui ad eccleſiam catholicam acceſſus rationes exponit, una cum Calixtina ad ipſum, Romæ A. 1651. in 8., Francofurti A. 1651., Moguntiæ 1652. in 4., Romæ 1662. in 8., & Salisburgi 1686. in 12., latine, germanice autem Coloniæ A. 1652. in 8., edita, & a Georg. Calixto (*in appendice Reſponſi ad Erneſtum, Haſſiæ Landgravium*, Helmſtadii A. 1651. publicati) ac Henr. Meiero (im Pfeiler der Evangeliſchen Wahrheit, exc. Oſterodæ A. 1662. *in 8.*) refutata. Holſtenio, Ranzovii, id ſponte fatentis, hodego ad eccleſiam Romanam præcipuo, hanc deberi, ipſe jampridem, *P. II. Iſag. ad Hiſt. Cimbr., c. 5., §. 3., p. 100.*, publice ſum profeſſus, & in elogio Ranzovii (fuſius de illa differente, ac proinde cum h. l. conferendo), ex ſtyli perelegantis, qvalem a Ranzovio non potuiſſe expectari Calixtus teſtatur, cum Holſteniano ſimilitudine, Holſtenii ipſius tacita, *in Epiſtola de Abaſſinorum communione ſub unica ſpecie* (qvæ Ranzovianæ, velut apologetica patrocinatur), confeſſione, Calixtiqve, Gerh. Titii, Adr. Baileti, Joh. Cinelli, Chriſt. Helwigii, aliorumqve, ſuffragiis, abunde, niſi fallor, evici.

2. Pet. Lambecii, nepotis ipſius ex ſorore, Notæ & Animadverſiones ad Georg. Codini excerpta de Originibus Conſtantinopolitanis, ſcriptaqve affinis argumenti alia, græco-latine a ſe Pariſiis A. 1655. in fol. edita, de qvibus (teſte J. Alb. Fabricio, in *Scholiis ad* Lambecii *Catal. Scriptorum ſuorum, p. m. 4.*) Car. du Freſne, *in Gloſſario Græco (in voce* Ἄφθα), ita ſcripſit: *Lambecius, ſeu potius Holſtenius; nam ex ejus ſchedis compactæ ſunt Notæ ad Codinum de Originibus Conſtantinopolitanis.*

2. ALIENA.

Pet. Joh. Nunneſii Inſtitutio Philoſophiæ Peripateticæ, & Oratio de cauſis obſcuritatis Ariſtotelis, ejusqve remediis, cum vita Ariſtotelis antiqva duplici, curante Holſtenio, recuſa Lugd. Bat. A. 1621. in 8. V. Joh. Alb. Fabricii *Lib. 3. Biblioth. Græcæ, c. 6., p. 174.*, & *Lib. IV., P. II., c. 26., p. 163.* (ubi A. 1631. ſubſtituitur). Ipſe editionem hanc ſibi deberi, *in Diſſ. de vita Porphyrii, c. 1.*, teſtatur.

Athanaſii, Archiepiſc. Alexandrini, Vita Antonii Eremitæ græca, & Homiliæ VII., e diverſis Bibliothecis erutæ, ac latine redditæ, ſtudio Holſtenii, editioni Operum ejus græco-latinæ, Pariſiis A. 1626. *in fol.* impreſſæ, acceſſerunt, & in Colonienſi, ſive potius Lipſienſi, A. 1686. in fol. publicata, qvæ Pariſienſem exprimit, ſunt recuſæ. V. J. Henr. Hottingeri *Biblioth. qvadrip.*, P. III., *c. 5., p. 316.*, & recenſum edit. poſterioris, *in Actis Erud. Lipſ., M. Majo A. 1686., p. 270. 271.* In gemina hac editione veſtiganda etiam eſt præfatio Noſtri in Opera Athanaſii, cujus qverelam de Monachis, Patrum caſtratoribus, cordatam Theoph. Spizelius (*in Diſſ. præliminari ad arcana Bibliothecarum ſacra, lit. b. 2. a. b.*), Caſp. Löſcherus (*in Diſſ. de latrociniis in ſcriptores publicos p. 9.*), aliiqve paſſim, allegant. De Homiliis, qvas modo memoravimus, Athanaſianis Caſim. Oudinus (cujus ſententiæ plerosqve eruditorum accedere, Adolphus Clarmundus, *P. III. Vitarum p. 53.*, temere atqve inepte fingit), *in Supplemento ad Lib. Bellarm. de Script. Eccl. p. 38.*, cenſuram hanc juſto tulit duriorem: *Athanaſii Homiliæ VII., ſtudio Lucæ Holſtenii erutæ ex diverſis Bibliothecis,*

thecis, & latine redditæ, ita mihi languidæ humilesqve ſunt, ut magno Athanaſio doctis viris indignæ prorſus videantur. Has ego ſemel atqve iterum legi, ſed pueriles valde, nihilqve veteris ſucci continere, adverti.

Porphyrii Philoſophi liber de vita Pythagoræ, uti & ejusdem Sententiæ ad intelligibilia ducentes, & de antro Nympharum, qvod in Odyſſea deſcribitur, opuſculum, græce, cum ſua verſione latina, Diſſertatione de vita & ſcriptis Porphyrii, ac Obſervationibus in vitam Pythagoræ, Franciſco Barberino, Cardinali, inſcriptis (*qvas, propter longum iter in Sarmatiam ultimam, abſolvere non potuit*), edita. Romæ, typis Vaticanis, A. 1630. in 8. Recuſa Cantabrigiæ (*non Londini, uti Conringius, cespitante memoria, in Supplem. antiqq. acad. p. 356., tradidit*) A. 1655. in 8. In qva editione Porphyrii Libros IV. περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων, ſive de abſtinentia ab animalibus necandis, cum verſione latina J. Valentini, etiam prodiiſſe, Joh. Hallervordius *in Biblioth. curioſa p. 345.*, & *Catalogus Fogelianus*, Joh. Jonſius autem, *Lib. 3. de Scr. Hiſt. Phil. p. 314., & L. 4. p. 320.*, & hos, & Anonymi, a Porphyrio diverſi, Vitam Pythagoræ, Holſtenii notis illuſtratam, extare, teſtantur. In Romana, mihi viſa, non comparent, & Ad. Clarmundus proinde, *l. c. p. 52.* in hac eos inveniri perhibens, lectoribus ſuis imponit. Commendatur utraqve editio a Jonſio, *l. c. p. 314.* Holſtenium illa *de hiſtoria philoſophica bene eſſe meritum judicante*, ac *p. 320.* Notas vocante *eruditas*. *Pereruditæ* easdem audiunt J. Alb. Fabricio *Lib. IV. Bibl. Gr., P. II., c. 27., p. 183.* Lib. de vita Pythagoræ, cum notis Holſtenii & Conr. Ritterſhuſii, adjectus qvoqve eſt Jamblichi de vita Pythagoræ libro, græce, cum verſione latina Ulr. Obrechti, & notis ſuis, per Ludolphum Küſterum, Amſtelod. A. 1707. in 4. edito. V. *Nova Liter. Germ., M. Sept. A. 1707., p. 310. 311.*, & *Acta Erud. Lipſ., M. Jun. A. 1708. p. 240.* Diſſ. de vita Porphyrii ſeorſim recuſa eſt in Joh. Alb. Fabricii *Bibliothecæ Græcæ libri IVti parte altera*, Hamb. A. 1711. *in 4.* publicata, *c. 27., p. 207-281.* Diſſ. de Vita Porphyrii *eruditam* vocat Frid. Spanhemius jun., *T. I. Introd. ad Hiſt. Sacram p. 344.*, *elegantiſſimam* Burch. Gotth. Struvius (*in Diſſ. de vita & ſcriptis Pythagoræ* perperam eam transmutans) *in biblioth. philoſoph., c. 3., §. 8., p. 50.*, & commendat qvoqve Chriſtoph. Arnoldus, *in Spicilegio ad Exercc. J. Henr. Urſini de Zoroaſtre p. 63.*

Demophili, Democratis & Secundi Athenienſis, veterum Philoſophorum Pythagoræorum, Sententiæ morales, nunc primum græce & latine, cum notis, editæ. Romæ 1638. in 8. Recuſæ Lugd. Bat. A. 1639. in 12. Locum deinde etiam obtinuerunt inter *Opuſcula veterum mythologica, ethica & phyſica*, græco-latine junctim, a Thoma Galeo, Cantabrigiæ A. 1671. in 8. & Amſtelod. A. 1688. in 8., publicata, ſed ita ut Holſtenii epiſtola dedicatoria & præfatio (in qva ſe Demophilum e bibliotheca Vaticana, Democratem e Barberina, & Secundum e regia Pariſienſi, depromſiſſe teſtatur) in ultima Amſtelodamenſi, obſervante Joh. Alb. Fabricio, fuſius de ſingulis autoribus commentato (*Lib. 2. Biblioth. Græcæ, c. 13., p. 502. 503. 504.*), ſint omiſſæ. Qvi, Galeum tertiæ illarum editioni e codice Iſ. Voſſii membranaceo accuratiori immortuum eſſe, ſimul perhibet. Sola Demophili Γνωμικὰ ὁμοιώματα, ſive Similitudines de vitæ curatione, ex Pythagoræis, Jaſparus Svedbergius, Cuprimontanus Svecus, cum Holſtenii verſione & ſcholiis, ſuisqve obſervationibus moralibus, Holmiæ A. 1682. in 8. recudi curavit, teſtibus Fabricio *l. c. p. 503., & Biblioth. Carpzovianæ Catalogo, P. II., p. 412.* Secundi vitam & Sententias, Holſtenianis longe auctiores, Iſ. Voſſius habuit. V. Pauli Colomeſii *Catal. MSS. Voſſii, in Opp. p. 862.* Joh. Henr. Boeclerus (*in Bibliographia Curioſa, lit. G. 1. b.*) ſcriptores hoſce *Gnomographos delicatiſſimos*, & editionem illorum Holſtenianam *opuſculum admodum elegans*, appellat.

Salluſtii, Philoſophi Cynici, de Diis & mundo opuſculum, græce, cum interpretatione latina Leonis Allatii, & obſervationibus Lucæ Holſtenii, a Gabr. Naudæo editum. Romæ 1638. in 8., Lugd. Bat. 1639. in 12. Recuſum deinde, curante Thoma Galeo (qvi ſuas etiam notas adjecit), inter Opuſcula mythologica, ethica & phyſica, Cantabrigiæ A. 1671., & Amſtelod. A. 1688., in 8., junctim ab ipſo publicata. Gabr. Naudæi Epiſtola, qva Salluſtium Holſtenio inſcripſit, dedicatoria inter ejus etiam *Epiſtolas*, Genevæ A. 1667. *in 12.* editas (*n. 53., p. 408-413.*), locum invenit.

Arriani junioris, Athenienſis, Κυνηγετικὸς, ſeu de venatione & cura canum Tractatus, græce, cum verſione ſua latina, ab illo editus. Pariſiis, apud Cramoyſios, A. 1644. in 4. Recuſus inter Arriani Nicomedienſis Opera, a Nicol. Blancardo, Prof. Franeqverano (qvi verſionem etiam Holſtenii emendavit), græce & latine, junctim Amſtelod. A. 1683. *in 8.* publicata. Verſionis Holſtenianæ (qvam *elegantem* vocat J. Alb. Fabricius, de libro hoc Arriani fuſius diſſerens, *Lib. IV. Biblioth. Græcæ, P. I., c. 8., p. 279.*) ſphalmata Claud. qvoqve Sarravius, *Ep. 80.* ad Salmaſium, A. 1644. ſcripta (*p. m. 80.*), hiſce verbis notavit: *Verſionem Arriani de venatione doctiſſimi iſtius viri tot ſcatere mendis qvis ſuſpicetur?*

Epicteti Enchiridion, cum verſione Angeli Politiani, & Arriani in Epictetum Diſſertationibus, græco-latine ab eo editum, Cantabrigiæ A. 1655. in 8. Mentionem editionis hujus, mihi non viſæ, injecerunt J. Henr. Boeclerus *in libello de ſcriptoribus Gr. & Lat. p. 54.*, Mart. Lipenius *in Biblioth. philoſ. reali*, Laur. Lundius (perperam eam ad A. 1651. referens, & verſionem Holſtenio tribuens) *in Compendio Biblioth. Græcæ p. 61.*, & Joh. Hallervordius (de editore Holſtenio ſilens) *in Bibliotheca Curioſa p. 68.* D. G. Morhofius, qvi, *P. I. Hiſt. Nat. MS. c. 8.*, Epictetum & Arrianum Romæ A. 1659. in 8. ab Holſtenio eſſe editos, perhibet, fidem vix meretur.

Joſephi Mariæ Svareſii, Epiſcopi in Gallia Vaſionenſis, Præneſte antiqva, Libri II. Romæ A. 1655. in 4. (*teſte Catal. Freſneano*) editi. Horum ſe editionem Romæ curare, anno jam 1640. Joh. Morino, in *Commonitorio* ad illum, ſignificavit. V. *Antiqvitates Eccleſiæ Orientales, num. 57., p. 437.*

Liber Diurnus Pontificum Romanorum, ab illo editus, Romæ A. 1660. Codicem hunc, ſolennes literarum, aliarumq; rerum eccleſiaſticarum, formulas, a Pontificibus Romanis antiqvitus uſurpari ſolitas, Ordinationes item Summi Pontificis & Epiſcopi ſuburbicarii, Profeſſiones fidei, Privilegia, Præcepta, Conceſſiones, aliaqve ejusmodi non pauca (teſte Joh. Garnerio *in præf. edit. ſuæ*), IX. capitibus complectentem, & ab Anonymo, circa A. 715., judice Cavio, conſcriptum; cum ab Hilarione Rancato, Monacho Ciſtercienſi, accepiſſet Holſtenius, unica nocte deſcripſit, & Romæ poſtea A. 1660. excudi curavit, ſed, juſſu Alexandri VII., Pontificis, jam impreſſum ſupprimi eſt paſſus. V. Joh. Mabillonii *T. I. Muſei Italici, P. II., p. 36.*, &, ex iſto, Lipſienſes *in Actis Erud., M. Nov. A. 1687., p. 599. 600.*, Gvilh. Cavium *T. I. Hiſt. Lit. Scriptor. Eccleſ. p. 338.*, Pet. Bælium *T. I. Dictionarii Hiſtorico-Critici p. 175. Edit. ſec.*, & Nic. Pet. Sibberum in Schediaſm. *de libris latinorum eccleſiaſticis p. 69. 70.* Qvos inter tres poſtremos ea, qvæ de Holſtenio Lipſienſes, ex Mabillonio, referunt, a nobis iterata, nulla Holſtenii facta mentione, de Leone Allatio narrare, ad ejusdem Mabillonii provocantes autoritatem, haud parum miror. Mabillonius ipſe, a ſe diſſentiens, qvæ, *T. I. Muſei Italici, P. I.* (*in Itinere Italico*), *p. 77.*, de Allatio retulerat, *Parte II.* (*in Diurni Supplemento*), *p. 36.*, de Holſtenio narravit. V. Ittigii *Tr. de Bibliothecis Patrum p. 302.* Pro Holſtenio certe militant celeb. Wilh. Ern. Tenzelius, *Exercitationum ſelectarum nona de Natalitiis Epiſcoporum, §. 4., p. 352. 353. 354.*, fuſe de hac ſuppreſſione diſſerens, & ad Mabillonium itidem provocans, teſtesqve duo Galli illuſtres, ab eo allegati, Joh. ſcil. Launoyus, graviſſime, ob eandem, in magiſtros curiales & inqviſitores, librum jam editum captivum detinentes, locis operis epiſtolici plurimis, a Tenzelio αὐτολεξεὶ recitatis (*P. I.* nempe, *Ep. 4., p. 19., Ep. 8. p. 53., P. III. Ep. 3. p. 191., P. IV. Ep. 5. p. 317., P. VIII., Ep. 3., p. 708.*),

p. 708.), invectus, & Steph. Baluzius, *in notis ad Ant. Auguſtini Dialogos de emendatione Gratiani p. 433.*, Ita ſcribens: *MStum Diurni Vaticanum ediderat vir de antiqvitate eccleſiaſtica optime meritus, Lucas Holſtenius, A. 1660., prioraqve & poſteriora editionis folia miſerat ad illuſtriſſ. virum, Petrum de Marca, Archiepiſcopum ea tempeſtate Toloſanum, e cujus manibus illa recuperavit Coelius Piccolomineus, Nuncius tum apoſtolicæ ſedis in Gallia. Suppreſſa eſt autem ſtatim editio illa Diurni, neſcio qvam ob cauſam. Fortaſſis, qvia in initio nimium multa, circa electionem Pontificis Romani, tribuuntur Imperatori, & Exarchæ apud Ravennam commoranti.* Qvam cauſam ſuppreſſionis veram eſſe, ipſe etiam jam antea Tenzelius, *in Dial. Menſtr. Germ., M. Apr. A. 1690., p. 361.*, conjecerat. Emerſit tamen nihilominus tandem Liber hic Diurnus in lucem, e duobus codicibus MSStis, qvorum alter Roma in Galliam transmiſſus fuerat, Pariſiis A. 1680. *in 4.* a Joh. Garnerio, Jeſuita, editus, & notis diſſertationibusqve eruditis illuſtratus. Qvem editorem nullam Holſtenii, qvi tamen apographum illud in Galliam procul dubio miſerit, feciſſe mentionem, merito Tenzelius (*Exerc. IX. Sel., p. 352. 353.*) miratur. *Conſtat qvippe*, uti belle is obſervat, *Holſtenium, & alios eruditos, Romæ degentes, ſi qvos libros. ob acriorem ibi cenſuram, publicare neqviverunt, in Galliam deſtinare conſveviſſe.* Supplementum poſtea editionis Garnerianæ, ex alio codice antiqvo, in Italia a ſe reperto, una cum variis hujus lectionibus, Joh. Mabillonius, *T. I. Muſæi Italici, p. 32-44.* (*teſte Tenzelio l. c. p. 354.*), exhibuit, de qvo Thomæ Ittigii *Tr. de Bibliothecis Patrum p. 299. 302.* conferendus.

Codex Regularum, qvas Sancti Patres Monachis & Virginibus ſanctimonialibus ſervandas præſcripſere, collectus olim ſtudio Benedicti, Abbatis (circa A. 820.) Ananienſis; Lucas Holſtenius in tres partes diviſum, auctumqve, edidit Romæ, apud Vitalem Maſcardum, A. 1661. in 4. (2. volum.) Recuſus eſt Pariſiis, typis Ludovici de Billaine, A. 1664. in 4. Romana anni 1639. editio, qvam Nic. Pet. Sibberus (*in Sched. de Libris Latinorum Eccleſiaſticis p. 10.*) memorat, chimærica plane eſt, & nunqvam prodiit. Operis hujus, ab ipſo Alexandro VII. Pontifice, cum Nuncium in Germania ageret, Coloniæ, e codice MSto bibliothecæ Canonicorum regularium, deſcripti, & Romam deportati, editionem, illi inſcriptam, juſſu ejusdem, aggreſſus qvidem eſt Holſtenius, ſed, cum, ſpe codicis hujus cum aliis MSStis conferendi, & ex iis emendandi ac locupletandi, imo & Diſſertationibus atqve animadverſionibus, qvarum undiqve corradebat materiam, ornandi, diutius differret, manum ei ultimam, labori huic pariter atqve aliis immortuus, imponere non potuit. Moribundus tamen primo qvoqve tempore eam juſſit publicari, &, die vitæ ultima, tres dedicationes, totidem partibus præfixas, paucis ipſemet verbis dictavit. Præfationum, qvas ſingulis partibus præfigere conſtituerat, ampliſſimarum loco illarum materiam, & parti qvidem primæ Diſſertationis, qvam meditabatur, de origine & propagatione inſtituti monaſtici prolixæ fragmenta, ex adverſariis defuncti deſcripta, curatores operis poſthumi præmiſerunt. Notarum autem, qvas promiſerat, uberiorum vice, notulas paucas, e ſchedis & ſcholiis foliorum editorum αὐτογράφοις conqviſitas, locoqve Gloſſarii tandem, qvod ſubjuncturus fuerat, eruditi, indiculum, inuſitata hujus codicis vocabula declarantem, adjecerunt. V. Præfationem, ſub Typographi præmiſſam nomine, ſingula hæc fuſius exponentem. Gloſſarii jacturam Dn. de Sallo, paulo poſt allegandus, ſuppleri poſſe obſervat ex Hug. Menardi, Monachi Benedictini, notis eruditis in vocabula obſcura, in Benedicti Ananienſis, codicis hujus noſtri autoris, *Concordia regularum monaſticarum cum regula S. Benedicti* (qvam *codicis* ab Holſtenio editi qvandam ſaltem eſſe continuationem judicat) occurrentia, ſuæ iſtius editioni Pariſienſi, A. 1638. publicatæ, adjectis, cum in utroqve hoc unius autoris ſcripto, ſicut eadem Regula, in varias redacta methodos, ita & eadem occurrant vocabula. Codicis ipſius, de qvo agimus, Benedictini (cujus margini ſe Varias MSStorum diverſorum Lectiones ubiqve adjeciſſe, Holſtenius ipſe in ſuo monuit *Partis I.* proœmio) tres ſunt partes, qvarum prima Patrum orientalium (Antonii ſc. Abbatis, Iſaiæ Abbatis, Serapionis, Paphnutii, Macarii, Pachomii, Orſieſis, Baſilii, &c.), ſecunda Patrum occidentalium (Benedicti, Pauli & Stephani, Abbatum, Cæſarii Arelatenſis, Aureliani Arelatenſis, Ferreoli Ucetienſis, Columbani, Monaſterii Tarnatenſis, Iſidori Hiſpalenſis, Fructuoſi Bracarenſis, Grimlaici, &c.), Regulas ad monachos, tertia deniqve eorundem (Auguſtini ſc. Hipponenſis, Cæſarii & Aureliani Arelatenſium, Donati Veſontienſis, Leandri Hiſpalenſis, Ælfredi Abb. Rievallenſis, & Incerti,) Regulas ad virgines ſacras, complectitur. Appendix, codici ipſi ab Holſtenio adjecta, Patrum nonnullorum (Athanaſii, Baſilii, Evagrii, Fauſti Lirinenſis, Eucherii, Cæſarii, Novati Catholici, Paulini, Eutropii Abbatis, & Incerti) exhibet adhortationes ad monachos & virgines, de obſervantia vitæ religioſæ, ſive opuſcula hujus generis parænetica, e duobus MSStis Chriſtinæ, Svecorum Reginæ, Floriacenſibus deſcripta & edita, & a Benedicto Ananienſi, ſicut Noſter credit, itidem collecta, qvorum maxima pars in Patrum iſtorum operibus non invenitur. Conferri de codice hoc monaſtico poſſunt recenſus ejus, a Dn. de Sallo *Ephemeridibus Eruditorum Gallicis Anni 1665.* (*num. 10., p. 88. 89. 90. Edit. Lat.*) inſertus & alius prolixior Thomæ Ittigii, *in Tractatu de Bibliothecis Patrum p. 651-655.* obvius, nec non breviores de eodem relationes Gvilh. Cavii *in Hiſt. Lit. Scr. Eccl., Sec. IX., p. 356.*, Herm. Conringii *in ſupplem. Antiqq. Acad. p. 274. 302.*, Joh. Chriſtoph. Rumetſchii *in Sched. de univerſali Theol. Evang. hiſtoria p. 63.*, Nicol. Pet. Sibberi *in Schediaſm. de libris Latinorum eccleſiaſticis p. 49. 50.*, Caſim Oudini *in Supplem. de Scr. Eccl. p. 220. 221.*, & Joh. Alb. Fabricii *in Bibliogr. Antiqvaria p. 463. 464.*

Collectio Romana bipartita veterum aliqvot Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ monumentorum, edi cœpta a L. Holſtenio, cujus etiam notæ poſthumæ accedunt, abſoluta autem, poſt ipſius obitum, a Franc. Barberino, Cardinali. Romæ, typis Jac. Dragondelli, A. 1662. in 8. Qvænam illa monumenta complectatur, Barberinus, *in ep. dedic. ad Alex. VII. Pontificem*, verbis exponit ſeqventibus: *Concilia vetera novem, cum LII. Epiſtolis Pontificum priſcorum, aliqvot item Literis & Conſtitutionibus Imperatorum, aliaqve nonnulla eccleſiaſticæ antiqvitatis monumenta pretioſa, qvæ omnia L. Holſtenius, partim ex Vaticana, partim ex aliis Bibliothecis aut Archivis, ſtudioſe collecta, producere, dum viveret, juſſu tuo ac ſumptu, cœperat, ea ego, adjectis qvæ deerant, integre excuſa, ac, qvoad licuit, e ſchedis editoris poſthumis emendata & ornata, offero ſanctitati Tuæ. Nam tabulis Holſtenii ſupremis ſcriptus hæres, hoc qvaſi fideicommiſſum depoſiti religione reddere ac reſtituere, cui deſtinatum eſt, debeo.* Singula, qvæ continet, Eccleſiæ antiqvioris Monumenta, enumerantur a Thoma Ittigio, *in Tr. de Biblioth. Patrum p. 780. 781.* Concilium Carthaginenſe, ex hac collectione, in novam ſuam Conciliorum, Pariſiis A. 1683. in fol. editam, tranſtuliſſe Steph. Baluzium, teſtantur Lipſienſes *in Actis Erud., M. Aug. A. 1684. p. 351.* Commendatur hæc ſylloge ab Herm. Conringio *in Supplem. Antiqq. Acad. p. 312.*, & Caſp. Sagittario, (Noſtrum, ob iſtam, minus accurate Pontificum accenſente biographis), *in Introduct. ad Hiſt. Eccl., c. 25., §. ult., p. 666.*

Paſſio S. Bonifacii, Martyris Romani, ex fide MSS. edita a L. Holſtenio. Acceſſerunt ejusdem Animadverſa ad Martyrologium Romanum, & Faſtidii (*Epiſcopi, circa A. 420., Britanni, de qvo Cavius in Hiſt. Lit. Scr. Eccl., P. I., p. 174. 221., conſulendus*) Liber de vita chriſtiana. Romæ, typis Dragondelli, A. 1663. in 8. Paſſio Bonifacii, qvam latine tantum Holſtenius edidit, addito textu græco, per Emer. Bigotium eruto, denuo prodiit in Theodorici Ruinarti *Actis primorum Martyrum ſinceris*, auctioribus Amſtel. A. 1713. *in fol.* recuſis. V. *Acta Erud. Lipſ., T. VI. Supplem., Sect. IV. p. 159.*

Circa

Circa Paſſionis S. Bonifacii hiſtoriam, e VII. MSStis bibliothecæ Vaticanæ, aliarumqve Romanarum, uti præfatio teſtatur, editam, impegit haud dubie Phil. Labbeus, qvi, in Nova Biblioth. MSStorum, *p. 227.*, illam ab Holſtenio Romæ A. 1638. publicatam jam eſſe, perhibet, MStamqve addit a Gabr. Naudæo aſſervari. Animadverſa ad Martyrologium Romanum, qvæ margini editionis Baronianæ Holſtenius adſcripſerat, tum ipſum textum non raro illuſtrant, &, ex collatione antiqviſſimorum MSS. bibliothecæ Chriſtinæ, Reginæ Svedicæ, augent, tum etiam ad Cæſ. Baronii Annotationes nonnulla opportune obſervant atqve admonent. V. *præfat.* Commendantur a Joh. Frid. Mayero, *in Eclogis de fide Baronii & Bellarmini, Ecl. I., c. 7., p. 145. 146.*

Paſſio Sanctarum Martyrum, Perpetuæ & Felicitatis, e MSto Caſſinenſis Monaſterii, opera Lucæ Holſtenii, eruta, & nunc primum, cum notis ejusdem poſthumis, a Pet. Poſſino, S. J., edita. Romæ 1663. in 8. Recuſa Pariſiis A. 1664. in 8. (qvam primam fuiſſe editionem Gvilh. Cavius, *in Hiſt. Lit. Scr. Eccl., Sec. III., p. 47.*, falſo credidit), & deinde, ex antiqvo codice Sarisberienſi, correcta, una cum Lactantii *libro de mortibus perſecutorum*, juxta Steph. Baluzii editionem, cura Joh. Felli, Epiſc. Oxon., itidem recuſo, Oxoniæ, in theatro Sheldoniano, A. 1680. in 12. (V. de hac edit. Cavium, autorem ad A. C. 202. referentem, *l. c.*, Th. Ittigium *in Append. ad Diſſ. de Hæreſiarchis, §. 120., p. 92.*, Corn. a Beüghem *in Appar. ad Hiſt. Lit. Noviſſ., Conſp. I., p. 33. 222.*, &, qvas is allegat, *Memorias hebdom. Londinenſes A. 1682., n. 13.*). Inſerta eſt etiam (teſte Ittigio *l. c.*) a Godfr. Henſchenio & Dan. Papebrochio, Jeſuitis, *Actis Sanctorum menſis Martii*, Antwerpiæ A. 1670. *in fol.* editis, *Tomo I.*, & a Theodorico Ruinardo, Monacho Bened., *Actis primorum Martyrum ſinceris & ſelectis*, qvæ cum notis is ſuis, Pariſiis A. 1689. in 4., junctim evulgavit, atqve auctiora Amſtelod. A. 1713. in fol. recudi curavit. Editionem primam Romanam Pet. Poſſinus, Jeſuita Gallus, curavit, &, tum ipſa Martyrii Acta, tum Holſtenii Notas, ex ſchedis defuncti edidit, ſuoqve inſuper libro Paralipomenon adjuncto, omnia Ferd. Fürſtenbergio, Epiſcopo Paderbornenſi, dedicavit. *Epiſtolicam Diſſertationem ad Acta hæc SS. Perpetuæ & Felicitatis, Martyrum*, Franciſco Barberino, Cardinali, inſcriptam, Joh. Broeus A. 1677. *in 4.* publicavit, cujus recenſum *Ephem. XIII. Erud. Italica ejusdem A. 1677.* eſſe exhibitum, Corn. a Beüghem, *in Conſpectu I. Apparatus ad Hiſt. Lit. Noviſſ. p. 72.*, teſtatur. Nic. Heinſius tanti eadem fecit, ut editionem Romanam, ſicut in *Catalogo Bibliothecæ ejus* refertur, cum MSto Canonicorum in Anglia Sarisberienſium contulerit. Licet autem tanto, ob antiqvitatem, ab eruditis excepta ſint applauſu, ſui tamen iisdem non defuere cenſores, Herm. Conringius ſcil., qvi multas in illa, cum obſervationes, tum cenſuras, Ferd. Fürſtenbergio, in *Epiſtola* ad illum XV., A. 1671. ſcripta, *p. 28-32.*, communicavit, & Joh. Alb. Fabricius, *in Bibliotheca Latina, p. 120.*, narrationem de Dinocrate defuncto, precibus Perpetuæ ex inferorum poenis liberato, fabulis merito ſacris annumerans, ac, *in Indice p. 177.*, ipſa hæc Acta autorem agnoſcere Montaniſtam aliqvem, cum Henr. Valeſio & Thoma Ittigio, contra Ruinartum & Henr. Dodwellum, aſſerens.

Caroli Magni, Imperatoris, Capitulare de Rebus Saxoniæ, e MSto Palatino bibliothecæ Vaticanæ ab Holſtenio (A. 1662. Parte II. *Collectionis Romanæ*) primum editum, recuſum autem deinde *in Miſcellis antiqvæ lectionis*, a Simone Pauli, bibliopola Argentinenſi, congeſtis, & Argentinæ A. 1664. *in 8.* editis, *num. 2.*, nec non ſub finem editionis tertiæ Tractatus Herm. Conringii *de origine juris Germanici*, Helmſtadii A. 1665. *in 4.* impreſſæ, *p. 339-350.* (In cujus edit. Helmſtad. titulo, loco unius, duo video memorari Capitularia). Conf. de illo Dn. de Sallo *Ephem. XIII. Erud. Gall. A. 1665., p. 123. Edit. Lat.*, & Sam. Rachelii *Diſſ. de Capitulatione Regni Germanici*, §. 4.

Theodoti, Epiſcopi (circa A. 431.) Ancyrani, Expoſitio in Symbolum Nicenum, cum græce, tum latine, ex interpretatione Holſtenii, e bibliotheca Barberina nunc primum edita. Romæ, typis Barberinis, A. 1669. in 8. Recuſa, ſub titulo *Expoſitionis in Symbolum Nicænum ſive Libri contra Neſtorium*, cum notis & emendationibus novis Franc. Combefiſii, Ord. Præd. Theologi, Pariſ. 1675. in 12. V. J. Galloeſii *Journal des Sçav. A. 1675. (ad d. 26. Aug.) p. 249. 250.* (ubi falſo traditur, Holſtenium, juſſu Clementis VIII., Papæ [A. 1605., qvo novennis Noſter erat, jam mortui], Lib. hunc latine vertiſſe ac emendaſſe.) Recuſus etiam eſt, ex verſione Holſtenii, A. 1677. *Tomo XXVII. ſeu ultimo Bibliothecæ Patrum maximæ Lugdunenſis*, teſte Thoma Ittigio *in Tr. de Biblioth. Patrum p. 541.* Editioni Romanæ præfixa eſt Franc. Barberini, Card., epiſtola dedicatoria ad Clementem IX., Pontificem, una cum præfatione, in qva hæc, ad hiſtoriam illius ſpectantia, leguntur: *Interpretatio latina hujus opuſculi Lucæ Holſtenii*, τȣ̃ μακαρίτȣ, *elegans & accuratus eſt labor. Græca ipſe deſcripſerat ex antiqvo codice. Utrumqve contextum, invicem comparatum erudita ejus manu, nota conſignatum anni 1631., fundum hujus editionis habuimus.* Confer recenſum ejusdem editionis, *Ephem. III. Erud. Ital. A. 1670.* (*teſte Beüghemio Conſp. I. Appar. ad Hiſt. Lit. Noviſſ. p. 402.*) obvium, Gvilh. Cavii *P. I. Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p. 231.*, & Joh. Alb. Fabricii *Bibliothecæ Græcæ Volum. IX., ſive Libri V. P. V., c. 34., p. 269. 270.*

Scymni Chii, Geographi veteris, Περιηγήσεως, Jambicis ſcriptæ verſibus, Fragmenta, Marciano Heracleotæ perperam hactenus tributa, a Luca Holſtenio autem collecta, vero autori reſtituta, & Jambis latinis tranſlata. Prodierunt, curante Theod. Ryckio, cui e bibliotheca Barberina communicata erant, una cum Noſtri notis & caſtigationibus in Stephanum, græce & latine, Lugd. Bat. A. 1684. in fol. Recuſa *volumine ſecundo Scriptorum Geographiæ veteris Græcorum minorum*, a Joh. Hudſono, Anglo, Th. D., Græce, cum verſionibus latinis, ſuis annotationibus, & Henr. Dodwelli de ſingulis Diſſertationibus, Oxoniæ A. 1703. in 8. edito. De qva editione, ipſoqve autore Scymno, *Acta Erud. Lipſienſia, M. Mart. A. 1704., p. 100. 101. 104. 105.*, merentur conſuli. Jac. Gronovii, in præfatione Scylacis, aliorumqve Geographorum antiqvorum, Leidæ A. 1697. editorum, Fragmenta hæc ex Anonymi *Periplo Ponti Euxini & Paludis Mæotidis*, ab Iſ. Voſſio publicato, deſumpta eſſe, & ab Holſtenio in verſuum Jambicorum ordinem redacta, perperamqve idcirco ab editoribus pro hactenus ἀνεκδότοις, ac Scymni verſibus, venditata, contendentis, temeritatem Henr. Dodwellus, *in Diſſ. de Scymno*, editioni Hudſonianæ inſerta, caſtigavit. V. eadem *Acta, M. Febr. A. 1698., p. 61., & M. Mart. A. 1704., p. 104. 105.* Confer de iis Joh. Alb. Fabricii *L. 4. Biblioth. Græcæ, P. I., c. 2., p. 35. 36.*

Anaſtaſii Bibliothecarii Liber Pontificalis, ſeu de vitis Pontificum, cum Variis lectionibus Lucæ Holſtenii, editus ab Eman. Scheelſtratio, *Tomo I. Antiqvitatis Eccleſiæ illuſtratæ*, Romæ A. 1692. in fol. publicato, *ſub finem Diſſertationis III.* V. *Acta Erud. Lipſ., M. Majo A. 1693. p. 203. 204.* Couſini *Ephem. 19. Erud. Gall. A. 1693., p. 321.*, & Thomæ Ittigii *Supplementum Clementis Alexandrini p. 234. 235.* Ipſum Holſtenium novam autoris hujus, e MSStis, editionem molitum eſſe, Wilh. Ern. Tenzelius, *in Dial. Menſtr. Germ., M. Apr. A. 1689., p. 424.*, teſtatur, & colligi qvoqve poteſt e *Commonitorio ad Joh. Morinum, Antiqvitatibus eccleſiæ orientalis inſerto. p. 438.* Notas Holſtenii in Anaſtaſium Franc. Blanchinus, qvi Autorem hunc Romæ A. 1718. *in fol.* denuo edidit, Tomo II. editionis iſtius a ſe, cum ſuis pluribusqve aliorum annotationibus, publicatum iri eſt pollicitus. V. *Acta Erud. Lipſ., M. Oct. A. 1719., p. 426.*

Hieroclis Grammatici Συνέκδημος, i. e. Comes peregrinationis, ſeu Notitia provinciarum Imperii Rom. Orient., cum collatione facta ab Holſtenio, & Supplementum ejusdem autoris, per Holſtenium e codice antiqviſſimo Farneſiano deſcriptum, prodierunt *in appendice Tomi II. poſthumi Antiqvitatis eccleſiæ illuſtratæ* Emanuelis a Scheelſtraten, Romæ A. 1697. in fol. editi (*V. Acta Erud. Lipſ., M. Jul. A. 1698., p. 328.*), nec non in Anſh. Banduri, Raguſini, Mon. Bened., *Imperii orientalis Tomo I.*, Pariſiis A. 1711. *in fol.* excuſo (*V. eadem Acta, M. Nov. A. 1712., p. 487. 488.* & J. Alb. Fabricii *Lib. V. Bibl. Gr., P. II., c. 5., p. 569. 570.*)

ב. ALIENA, E BIBLIOTHECA TANTUM ILLIUS EDITA.

Mauritii, Imperatoris Græci Στρατηγικῶν, ſive de arte militari, Libri XII., hactenus inediti, græce & latine publicati a Joh. Scheffero, una cum Arriani Nicomedienſis Tacticis, ſuisqve annotationibus, Upſaliæ A. 1664. in 8. De his ita Schefferus ipſe, *in præfatione ad lectorem: Mauritium, qvem tibi damus, viro debes longe celeberrimo, cum viveret, doctiſſimoqve, Dn. Lucæ Holſtenio, Hamburgenſi, qvi eum, ex codicibus MSStis qvatuor, duobus Barberinis, Mediceo & Farneſiano, deſcriptum, annis ſuperioribus, ad nos, nil tale opinantes expectantesqve, ultro, una cum Leonis codice, ad MSS. collato, lacunisqve græci textus expletis pulchre reſtituto, transmiſit.* V. Thomæ Crenii *Notas ad variorum Tractatus de eruditione comparanda, a ſe editos, p. 502. 503.*

Specimen Sapientiæ Indorum veterum, i. e. Liber ethico-politicus pervetuſtus, dictus Græce Στεφανίτης, a Simeone Sethi, Antiocheno, Medico, juſſu Alexii Comneni, Imp. Conſtantinopolitani, græce, e lingva Arabica, translatus, & nunc primum e MSto codice Holſteniano bibliothecæ Hamburgenſis, cum verſione ſua latina, editus a Sebaſt. Gotfrido Starckio, Gymnaſii Berolinenſis Conrectore, & Lingvarum poſtea orientalium Profeſſore Gryphiswaldenſi, Berolini 1697. in 8. Plura, & de libri ipſius, & de editionis hujus, hiſtoria ſuppeditabunt Lipſienſes, *in Actis Erud., M. Aug. A. 1697., p. 379-383.*, & Wilh. Ern. Tenzelius, *in Dial. Menſtr. Germ., M. Jul. A. 1697., p. 566-580.*

Supplementum lacunæ in Euſtathii ſcholiis ad Dionyſii Alexandrini Periegeſin, a Verſu 889. ad 917., ex MSto bibliothecæ Collegii Jeſuitarum in Gallia Claromontani ab Holſtenio excerptum, & ex ejus apographo, qvod in bibliotheca Hamburgenſi aſſervatur, publicatum a Joh. Alb. Fabricio. *in Bibliotheca latina*, Hamburgi A. 1697. *in 8.* excuſa, *p. 179-192.*

Eutecnii Sophiſtæ Paraphraſis proſaica græca Ἰξευτικῶν, ſive Poematis de aucupio, Oppiani Cilicis, Libris III. comprehenſa, ex apographo MSti Vaticani, per Holſtenium recenſito, cum præfatione ſua, & verſione latina, edita ab Eraſmo Vindingio Jun., Pauli filio, Hafniæ A. 1702. in 8. V. de illa, Joh. Alb. Fabricii *Lib. IV. Biblioth. Græcæ, P. I., c. 20., p. 629. 630.*

Albini Platonici Εἰσαγωγὴ εἰς τοὺς Πλάτωνος διαλόγους, græce, e codice bibliothecæ Hamburgenſis Holſteniano MSto, cum verſione latina Joh. Ant. Wincleri, ſuo elaborata ductu, primum edita a Joh. Alb. Fabricio, *Libro III. Bibliothecæ Græcæ*, Hamburgi A. 1707. excuſo, *c. 2., p. 42-51.*

Photii, Patriarchæ Conſtantinopolitani, Libri IV., Serapionis, Epiſc. Thmuenſis, unus, & Titi, Epiſcopi Boſtrenſis, duo, contra Manichæos, e codice ejusdem Bibliothecæ Hamburgenſis MSto Holſteniano, græce, cum verſione ſua latina, publicandi, promiſſi jampridem ſunt, primum ab Abr. Hinckelmanno, Antiſtite Hamburgenſi Catharinæo, deinde a Seb. Gotfr. Starkio, Prof. Gryphiswaldenſi paulo ante laudato, & noviſſime a Joh. Frid. Winclero, LL. Or. Prof. Hamburgenſi, uti ſuis, ubi de ſingulis diſſeruimus, locis eſt monitum. Soli lucem aſpexerunt publicam Photiani qvatuor, a Joh. Chriſtoph. Wolfio Hamburgi A. 1722. *in 8.*, *Tomis* I. & II. Ἀνεκδότων *Græcorum*, tandem editi.

Catalogus Codicum MSStorum Bibliothecæ Mediceæ rariorum, de qvo ita Henr. Meibomius Jun., *in Additt. ad Val. Henr. Vogleri Introd. in notitiam bonorum ſcriptorum p. 155.: Anno 40. Seculi hujus, Cl. Lucas Holſtenius, cum Florentiæ aliqvamdiu hæreret, qvorundam Librorum MStorum magis rariorum, Catalogum confecit, magna diligentia, & multa eruditione, judicio ſimul de iis dato, an rari, an alibi extent, an editi jam ſint. - - Qvo, favore amicorum Florentinorum, uſum me memini.* Meibomianam hanc de illo narrationem repetunt Wilh. Ern. Tenzelius *in Dial. Menſtr. Vernac., M. Dec. A. 1692., p. 973.*, Ant. Teiſſerius *P. II. Catalogi Catalogorum p. 188.*, & Burch. Gotth. Struvius (Meibomii, e qvo ſua hauſit, nomen ſupprimens) *in Introd. ad notit. Rei Lit., c. 3., p. 115. Edit. ſec.* Editus hic eſt, e ſchedis M. Frid. Beſſelii, a M. Mich. Lilienthalio *in Selectorum Hiſtoricorum & literariorum Parte* I., Regiomonti A. 1715. *in 8.* excuſa, *Obſerv. IV., p. 85-113.*

SCRIPTA INEDITA.

א. PROPRIA.

Vitæ Pontificum Romanorum, in tomos II. diſtinctæ, qvarum mentionem injecerunt, non ipſe ſolum in *Commonitorio*, ad Joh. Morinum A. 1640. exarato (*in Antiqq. Eccleſiæ Orient. p. 438.*), ſed Ludov. etiam Jacobus a S. Carolo, *Parte* II. *Biblioth. Pontificiæ*, A. 1643. editæ, *p. 388.*, & Claud. Sarravius, *Ep. 179. ad Pet. Lambecium*, A. 1648. ſcripta, *p. m. 183.* Memorant easdem, ſed Romæ A. 1642. jam editas eſſe falſo tradunt, Mart. Lipenius *in Biblioth. reali Juridica* (*ſub tit.* Pont. fex), & Henn. Wittenius *Tomo* I. *Diar. Biograph. Sec. XVII., lit. Ppp. 3. b.*

Notæ in Hieronymi & Rob. Bellarmini libros de Scriptoribus eccleſiaſticis, laudatæ a Joh. Chriſtiano, Barone a Boyneburg, *Ep. 31. ad J. Conr. Dietericum, p. 165.*, & in Ep. ad Prueſchenckium (in qva amico eas ſuo ab autore eſſe oſtenſas teſtatur), cujus excerpta B. G. Struvius, *Faſc.* III. *Act. Lit. p. 38.*, exhibet.

Scriptum, qvod adverſus Simplicii Verini (i. e. Claud. Salmaſii) *ad JuſtumPacium Epiſtolam, ſive Judicium de libro poſthumo Hug. Grotii* (ed. Hagiopoli A. 1646. *in 8.*), molitum eum eſſe, e ſeqventibus *Epiſtolæ 168.* Claudii Sarravii, ad Salmaſium A. 1646. ſcriptæ, verbis (*p. 171.*) colligo: *Gaudeo, te heroi huic* (Simpl. Verino) *polemica omnia, etiam tua, demandare, nec ſane impar eſt iſti oneri. Qvicqvid muſſitet, vel etiam clamitet, Holſtenius, non is eſt, qvi velit poſſitve adverſus Simplicium contentionis funem ducere.*

Cenſura adverſus Petri de Marca, Archiep. Pariſienſis, opus de concordia ſacerdotii & Imperii, ſeu libertatibus Eccleſiæ Gallicanæ, de qva ita Nic. Chriſtoph. Lynckerus, *L. 2. Inſtructorii Forenſis, Sect. 2.*, P. I., *c. 2., §. 8., lit. h. 1. b. Pet. de Marca egregium opus de Conc. ſac. & imp. Lucas Holſtenius, pro partibus Pontificiis, confutare conatus eſt, ſed perdita opera.* Vindicavit Marcæ opus, contra illam, editionis iſtius ſecundæ Curator, Steph. Baluzius, in *Annotationibus* huic adjectis, uti in biographia jam eſt monitum.

Synopſis Philoſophiæ Platonicæ, qvam eum conſcripſiſſe, ſibiqve ſpem editionis feciſſe, Thom. Bartholinus, *Cent.* III. *Epp. Med., n. 2., p. 9. 10.*, teſtatur. Verba ejus qvære inter elogia.

Notæ in Gerh. Joh. Voſſii Libros IV. de Hiſtoricis Græcis, qvas ipſe verbis hiſce, in *Commonitorio ad Ludov. Elzevirium* ἀνεκδότῳ, A. 1636. promiſit: *Gerh. Joh. Voſſio, Viro Cl., Obſervationes copioſiſſimas Græcis Hiſtoricis locupletandis*

tandis mittam, ubi editionem recenſere libuerit. Meminit earundem etiam (teſte Tenzelio, *in Biblioth. Curioſa, Germanice edita, Sect.* III. *A.* 1705., *p.* 198.) Epiſt. ad Pet. Lambecium, *p. m.* 40. ſeqve illas Iſaaco Voſſio oſtendiſſe, ac Parenti ipſius communicare voluiſſe, ſimul ſignificat.

Opus de locis publicis & antiqvitatibus agri ſuburbicarii, in *Commonitorio ad Lud. Elzevirium*, A. 1636. hiſce verbis promiſſum: *Referes, qvid in Cluverii Italia emendanda præſtiterim, qvæ forte fidem veſtrorum hominum ſuperabunt, & a me peculiari opere de locis publicis & antiqvitatibus agri ſuburbicarii comprehendentur.*

Annotationes in Pet. Gyllii Topographiam Conſtantinopoleos, qvas Joh. Hudſonus, biblioth. Oxonienſis Præfectus, MSStas poſſidet. V. *Acta Erud. Lipſ., M. Dec. A.* 1712., *p.* 532.

Commentariolus ad inſcriptionem tabellæ æreæ, Tollentini apud Picentes repertæ, *de Teſſera Paganica*, qvem Pet. Lambecius MStum habuit, & A. 1655. Thomæ Reineſio communicavit. V. Reineſii & J. And. Boſii Epiſtolas mutuas, *num.* 57. 71. & 72., *p.* 238. 269. 270.

Propempticon Jambicum perelegans ad Joach. Morſium, civem ſuum, iter meditantem Italicum, Leidæ 10. Kal. Dec. A. 1618. ſcriptum, & in *Albo Morſiano MS.* (qvod Jac. a Mellen, Paſtor Lubec., poſſidet), *fol.* 757. 758., olim a me lectum.

Epiſtolæ ad Eruditos plurimæ, paſſim deliteſcentes, qvarum editiones Chriſtoph. Cellarium & Oxonienſes promiſiſſe, cum jam editas ſupra enumeraremus, eſt monitum. Ex ineditis mihi innotuerunt:

1. Tres ad Joh. Meurſium, Præceptorem, Londini A. 1624. exaratæ, iisqve adjectum Commonitorium, Ludov. Elzevirio, Roma in Belgium redeunti, Id. Maji A. 1636. traditum. Superſunt in Volumine (qvod Joh. Mohtii, Conſil. Danici, poſſeſſoris ejus, beneficio olim perlegi) MSto Epiſtolarum a viris doctis ad Meurſium ſcriptarum, a Zach. Lundio collecto, luciqve publicæ deſtinato.
2. Nonnullæ, a duabus editis diverſæ, ad Geverh. Elmenhorſtium, longe plurimæ autem, Volumine peculiari, Romæ deſcripto, comprehenſæ, ad Pet. Lambecium, qvas ſe aſſervare, Vir illuſtris, Marqv. Gudius, mihi olim ſignificavit.
3. Epiſtolæ complures ad Nicol. Claud. Fabricium Peireſcium, qvas, cum aliis virorum eruditorum ad eundem, Dominum de Mazaugves poſſidere, & propediem editurum eſſe, ex Ant. Pagii *Epiſtola ad Abbatem Nicaſium* Gallica, A. 1696. publicata, retulit Tenzelius, *in Dialogis Menſtr. Germ., M. Nov. A.* 1698., *p.* 998.

ב. ALIENA, LUCI PUBLICÆ DESTINATA.

Homiliæ Patrum Græcorum, hactenus ineditæ, junctim publicandæ, qvarum hunc ipſe tertiæ ad Seb. Tengnagelium Epiſtolæ A. 1630. adjecit Catalogum, a Pet. Lambecio, *in additam. ſecundo Libri I. Comment. de Biblioth. Cæſarea Vindob.*, A. 1665. publicatum:

1. Hippolyti Epiſcopi in S. Theophania, cum Opuſculo contra hæreſin Noeti, & Fragmentis de incarnatione (*).
2. Methodii in occurſum Chriſti & Simeonis, in ramos palmarum, de libero arbitrio, adjecto Convivio decem virginum.
3. Titi Boſtrenſis in ramos palmarum, & de parabola judicis iniqvi.
4. Antipatri Boſtrenſis in S. Theophania, in annunciatione B. Virginis, in natalem Joh. Baptiſtæ.
5. Eulogii Alexandrini in ramos palmarum.
6. Amphilochii Iconienſis in Natalem Chriſti, in Lazarum qvatriduanum, in mulierem ungentem Dominum, in S. Sabbathum, Cohortatio ad virtutes, de lachrymis & regno Dei, in arbores infrugiferas.
7. Aſterii Amaſeni in cœcum a nativitate, in SS. Martyres, in Phocam Martyrem, in Danielem & Suſannam.
8. Nectarii, Patriarchæ Conſtantinopolitani.
9. Severiani Gabalenſis de creatione mundi Homiliæ VI., una in Nativitatem Chriſti, una in Paraſceven.
10. Procli, Archiepiſc. Conſtantinop., in nativitatem Chriſti Homiliæ duæ (**); In S. Theophania, in transfiguratione Chriſti, in reſuſcitationem Lazari, in ramos palmarum, in S. Andream, in S. Lazarum, ſingulæ; In paſcha homiliæ qvatuor.
11. Diadochi, Photicæ Epiſcopi, in aſſumptionem Chriſti.
12. Georgii Antiocheni in illud: *Hic eſt filius meus dilectus*; de mulieribus ad ſepulchrum Chriſti ungventa ferentibus; In Spiritum ſanctum.
13. Heſychii Hieroſolymitani de reſurrectione Chriſti, in S. Andream.
14. Sophronii, Patriarchæ Hieroſol., in natalem Chriſti, in occurſum Chriſti & Simeonis, in SS. Angelos, in S. Joh. Baptiſtam, in SS. Apoſtolos Petrum & Paulum.
15. Leontii Cyprii in mediam Pentecoſten, contra Hebræos.
16. Leontii, Presb. Conſtantinop., in ramos & Lazarum, in S. Paſcha, in reſurrectionem Domini, in mediam Pentecoſten, in aſſumptionem Domini, in S. Joh. Baptiſtam, de eo qvi incidit in latrones, de muliere Samaritana.
17. Pantaleonis Diaconi in transfigurationem Domini, in S. Michaelem archangelum.
18. Euſebii Alexandrini in paſſionem Chriſti, in ſecundum adventum Chriſti, Dominica poſt dimiſſam concionem; De memoria Sanctorum. (***.)
19. Johannis Theſſalonicenſis de conſenſu Evangeliſtarum circa reſurrectionem Domini.
20. Euſebii Pamphili in illud: *Mane unius ſabbathorum*, de angelis ad ſepulchrum.
21. Theodori Monachi in annunciationem B. Virginis, & aliæ.
22. Nicephori Blemmidæ in S. Johannem Theologum.
23. Arſenii Corcyræi in S. Andream.
24. Joh. Eubœenſis in conceptionem B. Virginis.

Addantur his, qvæ in Catalogo præſenti ſunt omiſſæ, in Epiſtola autem Noſtri ad Meurſium, A. 1624. ſcripta, memorantur:

1. Athanaſii Homilia in nativitatem Chriſti (inter VII. forte Athanaſianas A. 1626. edita).
2. Maximi Monachi Λόγος ἀσκητικὸς, &
3. Georgii Nicomedienſis εἰς τὰ ἅγια θεοφάνεια.

Anaſtaſii item Sinaitæ complures, qvarum Franc. Combefiſius, in Catalogo autorum, *Bibliothecæ Patrum Concionatoriæ* præfixo, mentionem injecit. (V. Ittigii *Tr. de Bibliothecis Patrum p.* 376.)

(*) Homiliam ipſe A. 1624. jam, in Ep. ad Meurſium, a ſe deſcriptam eſſe retulit. Promiſſi de illa, & reliqvis Hippolyti, edendis mentionem fecerunt Steph. le Moyne *in Variis Sacris*, iſtumqve ſecutus Gvilh. Cavius *in Hiſt. Lit. Scr. Eccl.*, *P. I.*, *p* 52. (**) Harum unam ipſemet, in Epiſt. ad Joh. Meurſium A. 1624. ſcripta, memorat, &, cum corruptiſſima eſſet, e vetuſtiſſimis membranis inſigniter a ſe eſſe emendatam, teſtatur. (***) Conf. de his Pauli Colomeſii *Paralipomena ad Gvilh. Cavii Chartophylacem Eccleſ.* p. 5. 6.

Pachomii Abbatis Epiſtolæ qvædam, per Holſtenium Athan. Kirchero communicatæ. V. Kircheri *Obeliſcum Pamphilium, Lib. 2., c. 8., p. 140.*, &, ex iſto, Joh. Diecmanni *Diſſ. de eccleſiarum orientalium & latinæ de purgatorio diſſenſione p. 33.*

S. Nili Aſcetæ Opuſcula, qvæ, hortatu Franc. Barberini Card., edere voluit, ſed, ob mortem intervenientem, non potuit. V. Leonis Allatii *Diatribam de Nilis p. m. 33. 34.*

Matthæi Blaſtaris Tr. de Synodis, qvem ſe poſſidere Joh. Meurſio A. 1624. ſignificavit.

Ocelli Lucani, Pythagorici, Liber de natura univerſi, diligentiſſime emendatus, cujus editionem græco-latinam, *in Commonitorio MS. ad Ludov. Elzevirium*, A. 1636. promiſit.

M. Aurelii Antonini Philoſophi, Imperatoris Romani, Librorum XII. περὶ τῶν εἰς ἑαυτὸν editio græco-latina emendatiſſima, in eodem promiſſa Commonitorio. Mentionem editionis librorum Antonini, ab *Hamburgenſi qvodam, e Lutherano Catholico*, expectandæ, Dion. Petavium etiam, *Lib. III. Epiſt. 56.*, ſuppreſſo Holſtenii feciſſe nomine, Joh. Alb. Fabricius, *Lib. IV. Biblioth. Gr., P. II., c. 23., p. 31.*, teſtatur.

Philoſtrati Lemnii ſenioris Libri VIII. de vita Apollonii Tyanæi, qvos ſe denuo publicaturum eſſe, *in Diſſ. de vita & ſcriptis Porphyrii p. 4.*, eſt pollicitus, teſte Theod. Janſonio *in bibliotheca promiſſa & latente p. 26.*

Porphyrii Opera, qvæ Pariſienſi typographo ſe promiſiſſe, *in Commonitorio* ad Lud. Elzevirium, A. 1636. retulit. Libri IV. περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων, qvos ad MStum ſe exemplar contuliſſe A. 1624., in Epiſtola, Joh. Meurſio ſignificavit, cum ejusdem Porphyrii Vita Pythagoræ, in editione altera Cantabrigienſi Anni 1655., mihi non viſa, teſtibus Jonſio, Hallervordio, aliisqve ſupra allegatis, lucem jam viderunt publicam.

Hieroclis, Philoſophi Alexandrini, Commentarii in aurea Pythagoræ carmina, ſcriptorumqve cæterorum, editio græco-latina, diligentiſſime emendata, qvam A. 1636., in Commonitorio ad Elzevirium, promiſit.

Jamblichi, Chalcidenſis Syri, Philoſophi Platonici, Operum (qvorum complura ipſe poſſedit MSta) omnium, etiam ineditorum, editio, qvam ſe typographo Pariſienſi promiſiſſe, Ludov. Elzevirium, *in Commonitorio*, A. 1636. certiorem reddidit, & in ſcriptis etiam publicis, teſte Joh. Scheffero (*in Lib. de nat. & conſtit. Philoſ. Pythagoricæ, c. 1., p. 5.*), ſpeciatim vero *in Diſſ. de Vita Porphyrii, c. 6.*, una cum vita ejus, non ſemel promiſit. Jacturam ejus ægre ferunt Herm. Conringius *in ſupplem. Antiqq. Acad. p. 220.*, J. Schefferus *l. c.*, & Nicol. Barthol. Francus *in Diſſ. de peregrinatione veterum ſapientum, §. 36., p. 23.* In hac operis de vita ſectaqve Pythagoræ, in VII. libros diviſi, libris duobus prioribus (qvi ſoli antea A. 1598., & infeliciſſime qvidem a Sixto Arcerio tranſlati ac editi, prodierant) duos ſeqventes, e codice ſuo MSto, ſe eſſe adjecturum, ac iſtos etiam emendatiores exhibiturum, in *Diſſ. de vita & ſcriptis Porphyrii, c. 1., p. 4.*, ac Epiſtola ad Joh. Meurſium A. 1624. exarata, eſt pollicitus. Cujus promiſſi memoriam Herm. Conringius *l. c.*, D. G. Morhofius *Lib. I. Polyhiſt. Lit., c. 7., p. 69.*, & *P. I. Hiſtoriæ naturalis MS., c. 6.*, Joh. Hallervordius *in Biblioth. curioſa p. 157.*, Theod. Janſonius *in bibliotheca promiſſa & latente p. 26.*, aliiqve paſſim, deinceps renovarunt. Autoris incerti verſionem librorum ejusdem operis ſecundi, tertii & qvarti, latinam, ex codice Vaticano deſcriptam, bibliothecæ Hamburgenſi, cum MSStis aliis, reliqvit, ſed, qvam exiguo habenda ſit in pretio, cenſura hac, fronti libri αὐτοχειρὶ adjecta, lectores præmonuit: *Verſio puerilis, inepta, falſa, quæ Jamblichi mentem ne per nebulam qvidem perſpexit, cujus autor Græcæ & Latinæ linguæ, æqve ac Philoſophiæ & mathematicarum diſciplinarum, imperitus fuit, unde hoc opus jure merito ad* βιβλιοτάφοις *æternas tenebras fuit damnatum.*

Chalcidii, Philoſophi Platonici, Comm. in Timæum Platonis, poſt Joh. Meurſii editionem (Lugd. Bat. A. 1617. excuſam), ad membranas vetuſtiſſimas, infinitis locis emendatus, (uti ipſe Meurſio binis A. 1624. ſignificavit Epiſtolis), &, una cum Theonis Smyrnæi, Platonici, Libro de locis Platonis mathematicis ad ejus Timæum, ex MSto itidem emendato, & Michaelis Pſelli opuſculo περὶ ψυχογονίας, ſive de generatione animæ, ex eodem Timæo, græce & latine publicandus. V. Epiſtolas ad Meurſium, modo allegatas, & confer, de MSStis illorum, qvæ ipſe poſſedit, antiqvis, D. G. Morhofii *Lib. I. Polyhiſt. Lit., c. 7., p. 69.*, ac Joh. Alb. Fabricii *L. 3. Biblioth. Lat., c. 7., p. 560.*

Theonis Progymnasmata, e Cod. MSto variis locis ſuppleta & emendata, qvorum ipſe, in Epiſt. ad J. Meurſium prid. Id. Jan. A. 1624. ſcripta, fecit mentionem.

Procli Diadochi, Platonici, in primum Platonis Alcibiadem Commentarius græcus, qvem ipſe, e codice MS. Barberiniano deſcriptum, ac deinde ad fidem exemplaris Peireſciani collatum & ſuppletum, notisqve marginalibus illuſtratum, Bibliothecæ Hamburgenſi publicæ, in qva aſſervatur, reliqvit, maximam tamen & pulcherrimam ejus partem vetuſtate interiiſſe, ſub initium confeſſus. Junxit ei, in volumine eodem, Olympiodori in Platonis Alcibiadem ſcholia græca, e codice Vaticano deſcripta.

Marini Neapolitani Vita Procli, ſecunda parte, hactenus deſiderata, & e MSto per ipſum eruta Vaticano, auctior, qvam, una cum Choericii Sophiſtæ Λόγῳ ἐπιταφίῳ, ſive Or. funebri de vita Procopii Gazæi, a Photio laudata, ſe publicaturum eſſe, *in Diſſ. de vita & ſcriptis Porphyrii, c. 1.*, promiſit. V. Joh. Hallervordii *Biblioth. curioſam p. 46.*, Ant. Teiſſerii *P. I. Catalogi Catalogorum p. 52.*, Theod. Janſonii *biblioth. promiſſam p. 26.*, & Joh. Alb. Fabricii *præfat.* Marini vitæ Procli, qvam, ipſe integram, ex apographo Gudiano, cum prolegomenis, verſione ac notis, Hamburgi A. 1700. *in 4.* edidit, præmiſſam, *p. 5.* Apographum Or. funebris Choericii de Procopio, uti & alterius ejusdem autoris εἰς ἐνδοξότατον στρατιώτην, e MSto Vaticano, Holſtenianum in bibliotheca ſupereſt Hamburgenſi.

Simplicii Comm. in enchiridion Epicteti, diligentiſſime emendatus, cujus editionem græco-latinam A. 1624., in *Epiſt. ad J. Meurſium*, & A. 1636., *in Commonitorio ad Ludov. Elzevirium*, a ſe juſſit expectari. De codice ejus, qvem habuit, MSto V. Morhofii *Lib. I. Polyhiſt. Lit., c. 7., p. 69.*

Ariſtidis Qvintiliani Muſica, græce e codice Oxonienſi deſcripta, cum alio MS. diligenter collata, & latine verſa, ſicut ipſe A. 1624., in duabus ad Joh. Meurſium Epiſtolis, eſt teſtatus.

Sexti Julii Frontini Opera, qvæ editores poſthumorum ejus Romani, e ſchedis illius, a ſe expectari juſſerunt, teſte Marqv. Gudio *Epiſt. 7.*, ad Nicol. Heinſium A. 1662. ſcripta, *p. 10.*

Rhetorica qvædam græca Tiberii, Phæbammonis, & aliorum, qvorum ſpem fecit in Epiſt. ad Joh. Meurſium A. 1624. exarata.

M. Aur. Caſſiodori Liber de VII. diſciplinis, cujus lacunas, in capitibus de Grammatica & Rhetorica, qvorum magna pars in editionibus deeſt, ſe ex veteri codice ſuppleviſſe, Meurſio, in eadem Epiſtola, ſignificavit.

Syntagma Geographorum Græcorum minorum, qvod A. 1624., in duabus ad Joh. Meurſium *Epiſtolis*, prælo jam paratum illud eſſe teſtantibus, A. 1630., in *Epiſtola tertia* ad Seb. Tengnagelium, a Pet. Lambecio, *in additam. II. Libri I. Comm. de Biblioth. Cæſar. Vindob.*, edita, A. 1636. in Commonitorio ad Lud. Elzevirium, & paſſim etiam in ſcriptis publicis, eſt pollicitus, ac Leo qvoqve Allatius, *in Apibus urbanis p. 182.*, Pet. Gaſſendus (Nic. Claud. Fabricii Peireſcii, in conqvirendis, qvos Noſter deſiderabat, Geographis ineditis, προθυμίαν, & ſollicitudinem indefeſſam, fuſius

ſius deprædicans) *Lib. 4. de vita Peireſcii, ad A. 1627., p. 133.*, Claud. Sarravius (ut editio hujus ab ipſo, circa vitas Pontificum, aliaqve, occupato, Pet. Lambecio, nepoti, curanda committatur, ſe optare A. 1648. faſſus) *Ep. 179. ad Lambecium p. 183.*, aliiqve plures, expectari ab illo juſſerunt. Nondum illud, luſtris jam novem ab obitu Noſtri elapſis, prodiiſſe, nec lucubrationes ſaltem ipſius in Geographos Græcos minores a Joh. Hudſono, biblioth. Oxon. Bodlejanæ Præfecto, corundem editionem, poſt ipſum, auſpicatius & meliori ſucceſſu, aggreſſo, a Romanis, uti is, *in præf. Tomi I.*, A. 1698. eſt conqveſtus (1.), per literas potuiſſe impetrari, tanto magis miramur, qvod anno jam 1624. de editione ipſum ſerio cogitaſſe, hæc epiſtolæ ad Meurſium, Londino prid. Id. Jan. exaratæ, verba teſtentur: *Animus aut ad vos in Belgium redire, aut in Gallias abire, geſtit, pertæſus horum locorum, tum qvoqve, ut ſyntagma Græcorum Geographorum, qvod longo & ærumnabili labore concinnavi, tandem in lucem proferam. Mitto indicem autorum, qvos probe ab innumeris mendis expurgavi, atqve in latinam lingvam converti, qviqve typographum duntaxat expectant.* Præter Catalogum hunc autorum, Meurſio tranſmiſſum, alium, paulo pleniorem, epiſtolæ ad Sebaſt. Tengnagelium A. 1630. ſubjunxit tertiæ, a Lambecio *l. c.* editum, qvem & nos, ſed e priori paſſim auctum atqve interpolatum, *h. l. adjiciemus*. (*)

1. Mich. Pſelli opuſculum de terræ ſitu, figura & altitudine.
2. Anonymi Tr. de terra deſcribenda in globo.
3. Iſaaci Argyri Tr. de terra deſcribenda in plano.
4. Agathemeri, Orthonis filii, Hypotypoſis Geographiæ (cujus exemplar ſe MStum, ſed in fine mutilum, ex Is. Caſauboni bibliotheca habuiſſe, integrum autem vel a Meurſio expectare, vel in Gallia eſſe inventurum, Meurſio ſignificavit.).
5. Incerti autoris Compendium Geographiæ.
6. Marciani Heracleotæ Περίπλυς, ſeu de ambitu orbis terrarum Libri II.
7. Artemidori Epheſii Epitomes, per Marcianum confectæ, Fragmentum.
8. Hannonis Periplus, ſive Circumnavigatio Africæ (2.).
9. Scylacis Caryandeni Periplus, ſeu de ſcripto maris interni. (*Qvo autore ego*, ait in epiſt. ad Meurſium, *ſcio nullum unqvam vitioſius editum fuiſſe.*)
10. Scymni Chii de ſitu orbis Poema.
11. Dicæarchi Deſcriptionis Græciæ fragmenta.
12. Dionyſii Byzantii Ἀνάπλυς, ſive Deſcriptio Boſphori Thracii (3.).
13. Pet. Gyllii Commentariorum de Boſphoro Byzantio libri III., ad Dionyſium Byzantium illuſtrandum.
14. Arriani Περίπλυς, ſive Deſcriptio Ponti Euxini.
15. Anonymi Deſcriptio Ponti, collecta ex Scymno, Arriano & Marciano.
16. Arriani, vel potius incerti, Περίπλυς, ſive Circumnavigatio maris Erythræi.
17. Iſidori Characeni Manſiones Parthicæ.
18. Palladii Tr. περὶ τῶν τῆς Ἰνδίας ἐθνῶν, καὶ τῶν Βραχμάνων, qvem latine, ſub nomine D. Ambroſii, in poſtremis operum hujus editionibus exſtare Meurſio ſignificavit.
19. Strabonis Epitome.
20. Georg. Gemiſthi Plethonis Emendatio aliqvot errorum Strabonis, item Deſcriptio Græciæ, excerpta ex Strabone, item Deſcriptio Peloponneſi.
21. Varia Excerpta Geographica, e MSS. variis collecta.

In ſolo Catalogo priore, ad Meurſium miſſo, adduntur:

22. Anonymi Περιήγησις, qvæ Marciano falſo tribuitur.
23. Nicephori Blemmidæ Geographia συνοπτική, qvam paraphraſin tantum eſſe ait Dionyſii Afri, & vix dignam, qvæ edatur.
24. Sotionis & Pauli Silentiarii de aqvis, & Anonymi de Nilo, opuſcula, qvæ Catalogus poſterior, a Lambecio editus, in append. Syntagmatis Rerum Conſtantinop. rejecit.
25. Holſtenii ipſius Diſſertationes aliqvot Geographicæ, qvibus vera Geographiæ principia, ex antiqvis autoribus, ſedulo explicare voluit, toti Syntagmati præmittendæ, & Emendationum Libri aliqvot, interqve iſtos duo ad Strabonem, e VI. codd. MSS. Italicis (cum qvibus Henr. Scrimgerus, Patricii Junii avus, illum contulerat), & totidem in alios autores græcos & latinos, eidem ſubjungendi.

Strabonis Geographia, cujus editionem, poſt Caſauboni curas, ab eo expectari juſſit Joh. Henr. Boeclerus *in Diſſert. Politicarum, Inſtitutionibus Politicis adjectarum, vigeſima, p. 456.*

Syntagma de Imperio Conſtantinopolitano, ejusqve provinciis, qvod, in Catalogo poſteriore, epiſtolæ tertiæ ad Tengnagelium adjecto, & per Lambecium edito, pars ſecunda Syntagmatis appellatur Geographici. In illo, teſte eodem, publicare conſtituerat:

1. Heſychii, V. ill., Origines Conſtantinopolitanas.
2. Georg. Codini Origines & antiqvitates Conſtantinopolitanas.
3. Anonymi Excerpta de antiqvitatibus Conſtantinopolitanis.
4. Pauli Silentiarii Deſcriptionem templi S. Sophiæ, carmine Jambico.
5. Pet. Gyllii Deſcriptionem urbis Conſtantinopolitanæ.
6. De Regionibus 14. urbis Conſtantinopolitanæ libellum latinum Anonymi.
7. Eman. Chryſoloræ comparationem veteris & novæ Romæ.
8. Conſtantini Porphyrogenneti thematum Imperii Conſtantinopolitani libros II. (4.).
9. Hieroclis Grammatici Συνέκδημον, ſive Notitiam provinciarum Imperii Conſtantinopolitani (5.).
10. Notitiam Epiſcopatuum ſedis Conſtantinopolitanæ, & provinciarum Imperii Conſtantinop., per orientem & occidentem, conditam ſub Leone Imp. & Photio Patriarcha (6.).

(1.) V. *Acta Erud. Lipſ., M. Sept. A. 1699., p. 304.* (*) (Exhibuit eundem, doctis a ſe illuſtratum animadverſionibus, qvæ cum noſtris merentur conferri, etiam Joh. Alb. Fabricius *Lib. IV. Biblioth. Græcæ, P. I., c. 2., p. 82-85.*) (2. Notas ejus, ac Is. Voſſii, in Hannonem non prodiiſſe, dolet J. Alb. Fabricius *Lib. I Biblioth. Græcæ, c. 6., p. 44.* (3.) Hujus, qva Pet. Gyllium, in Libris III. de eodem Boſphoro, ſed latine tantum, uſum eſſe particulæ ab eo recitatæ oſtendunt, MStum græcum A. 1624. a Meurſio deſideravit, & Peireſcius, circa A. 1627., in uſum ejus, undiqve eruere, ſed fruſtra, eſt conatus. V. Gaſſendi *Lib. IV. de vita Peireſcii, p. 133.* Poſtea tamen haud dubie voti compos eſt factus. (4.) Hos, teſte Labbeo, mox allegando, ex 3. MSS. emendatos, nova verſione augere decreverat. (5.) Hanc primus integram, e duobus MSS., teſte Labbeo, erat exhibiturus. Cujus promiſſi Gerh. Joh. Voſſius etiam, *L. 4. de Hiſtor. Græcis p. 516.*, & Mart. Zeilerus, hujus exſcriptor, *P. III. Sylloges de Hiſtoricis p. 45.*, meminerunt. (6.) Labbeus diverſas Notitias Epiſcopatuum ſub orient. imperio, partim novas, partim editis correctiores, ſubſtituit. Ipſe A. 1624., in Ep. ad Meurſium, promiſit qvatuor diverſas, ſed Geographiæ ſacræ Syntagmati inſerendas, & in hujus recenſu paulo poſt enumerandas.

11. Notitiam Epiſcopatuum ſedium Antiochenæ & Hieroſolymitanæ.

In Appendice autem, eidem adjungenda:

1. Philonis Sophiſtæ Tr. de VII. mundi miraculis.
2. Sotionis Ἐκλογὰς περὶ ὑδάτων, ſive Excerpta de miraculis aqvarum.
3. Pauli Silentiarii Carmen in thermas Pythias, & aqvarum miracula.
4. Anonymi ſcriptum de incremento Nili.

Phil. Labbeus, *in Protreptico, Corpori Hiſtoriæ Byzantinæ regio Pariſienſi præmiſſo,* & Pariſiis A. 1648. *in fol.* edito, *Syntagma* hoc *de Imperio Conſtantinop.* Holſtenianum, notis & tabulis Geographicis ejusdem imperii inſtructum, ſumptibusqve Monarchæ Gallici publicandum, e typographeo regio Pariſienſi juſſit expectari, ſed, numero autorum valde imminuto, Hieroclis tantum Συνέκδημον, Conſt. Porphyrogenneti Themata, & Lib. de adminiſtrando imperio (e MS. Vaticano correctum), Notitiasqve Epiſcopatuum Imperii orientalis diverſas, partim novas, partim hactenus editis correctiores, exhibiturum. Sed nec hæc ipſa, ex Holſtenii editione, lucem hactenus aſpexerunt. Solæ autem Codini Origines & antiqq. Conſtantinopolitanæ, ac Eman. Chryſoloræ veteris novæqve Romæ Comparatio, a Pet. Lambecio, illius nepote, avunculi haud dubie laboribus adjuto, in ſuo *Origg. & Antiqq. Conſtantinop. Syntagmate,* qvod Pariſiis A. 1655. *in fol.* e typographia prodiit regia, ſunt publicatæ. De qvibus Holſtenii *Epiſtolæ* ad Lambecium *undecima, p. m. 44-47., & decima nona p. 76. 77.*, merentur conferri.

Geographiæ ſacræ Syntagma, in utroqve memoratum Holſtenii catalogo, ſed luculentius in priore, ad Meurſium miſſo, deſcriptum, qvo continebantur:

1. Euſebii Pamphili Liber περὶ τῶν τοπικῶν ὀνομάτων ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ, e MSto bibliothecæ Is. Caſauboni recenſitus.
2. Hieronymi Lib. de locis Hebraicis (qvi Euſebiani latina eſt translatio), ad vett. MSS. fidem reſtitutus, multoqve auctior, qvam antea, redditus.
3. Eucherii, Epiſcopi Lugdunenſis, Epiſtola de ſitu Judææ, ex duabus vetuſtis membranis deſcripta.
4. Adamanni Scoti, Abb. Huenſis, Epiſtola de locis ſanctis.
5. Notitia Epiſcopatuum, ſeu Codex provincialis vetus, ab Aub. Miræo jam editus.
6. Notitia Epiſcopatuum Leonis Imp., qvæ in Corpore juris Græco-Romano extat.
7. Notitia Epiſcopatuum, in Joh. Curopalatæ Libro de officiis Conſtantinopolitanis obvia.
8. Notitia Patriarchatuum Antiocheni & Hieroſolymitani, qvam latinam tantum mutilamqve Aub. Miræus edidit.

Dionyſii Afri, ſeu Alexandrini, Περιήγησις de ſitu orbis, qvam ſeorſim ſe, cum Euſtathii, Epiſcopi Theſſalonicenſis, Commentario, eſſe editurum, in Catalogo utroqve, & Commonitorio ad Ludov. Elzevirium, eſt pollicitus. Utriusqve, ſicut & incerti autoris Paraphraſeos in Περιήγησιν, codices eum MStos poſſediſſe, Morhofius, *Lib. I. Polyhiſt. Lit., c. 7., p. 69.*, teſtatur.

Stephani Ἐθνικῶν editio græco-latina, in iisdem ad Meurſium & Tengnagelium Catalogis, nec non in Commonitorio ad Elzevirium, promiſſa. Confer, qvæ ſupra, de notis ejus & caſtigationibus in Stephanum poſthumis, ſine illius textu, a Theod. Ryckio A. 1684. editis, diximus.

Geographi Latini, de qvibus ita ad Joh. Meurſium, Prid. Id. Jan. A. 1624., ſcripſit: *Latinos qvoqve Geographos, Melam, Solinum, Æthicum, Avienum, cæterosqve, ſedulo, partim ad vett. codices, partim ingenio, emendavi.*

Inſcriptiones Pyrrhi Ligorii ineditæ, e majori ejus opere ſelectæ, de qvibus Thom. Reineſius, *Ep. 36.* ad Chriſtoph. Ad. Rupertum (A. 1642. ſcripta), *p. 301. 302.*, hæc illi, a Nicol. Heinſio accepta, narravit: *Pyrrhum Ligorium univerſam antiqvitatem e marmoribus illuſtrare ſategiſſe, eaqve in XXX. circiter voluminum opus, incredibili diligentia & Herculeo labore, congeſſiſſe, cujus autographum in Taurinenſi bibliotheca ſervetur, tomi vero ejusdem IV. in Farneſiana Romæ: ex iſto opere virum illuſtrem, Caſſianum a Puteo, Eqv. D. Stephani Ord. Commendat. Abbatem Caburrenſem, excerpi curaſſe omnes Inſcriptiones hactenus ineditas, qvæ nunc ſint apud Holſtenium, ut ejus cura prodeant, aut certe corrigantur.* Diverſæ ab iſtis, niſi fallor, fuere, qvas Marqv. Gudius poſſedit, & *Ep. 19.* ad Joh. Georg. Grævium hiſce verbis laudavit: *Holſtenii Inſcriptiones libenter in aliud tempus differo: qvia, niſi plures accedant, non operæ pretium eruditis, ſed viro ſummo injuriam facere videor, qvem cognovi in divulgandis ſuis ſuperſtitioſiſſimum eſſe.*

FALSO HOLSTENIO AFFICTA.

Scripta de antiqvitatibus Italiæ, a Rud. Capello, *in Sciagraphia Nummophylacii Lüderiani.*

Tr. de Bibliotheca Vaticana, a Juſto Chriſtoph. Udenio, Eccleſiaſte Hertzbergenſi, *in Ratione nova excerpendi,* Northuſæ A. 1681. germanice edita, *p. 20.*

JOACHIMUS JUNGIUS

(qvi, in Henn. Wittenii *Diario Sec. XVII. biographico* (1.), gente *Romanus* fuiſſe, culpa haud dubie typopraphi, vocem iſtam in locum *Germani* ſubſtituentis, falſo traditur) Lubecæ A. 1587., nocte inter d. 21. ac 22. Octobris media, in lucem eſt editus. Patrem habuit M. Nicolaum Jungium, Scholæ Præceptorem publicæ, morte ipſi immatura ac violenta anno 1589., qvo, cum e convivio lætus domum pergeret, enſe, ab homine qvodam invito, falſo hunc ſuum eſſe rato adverſarium, trucidabatur, ereptum; matrem vero Birgittam, Joach. Holmanni, Paſtoris templi in civitate Lubecenſi cathedralis, filiam. Ab hac parentis defuncti collegis, Ott. Gvaltperio, Rectori, Joach. Drenchanio, Subrectori (cui ſe aliqvid debere fatebatur), cæterisqve Athenæi patrii doctoribus, mature in diſciplinam traditus, ingenii (qvod talium encomiaſtæ jam celebrarunt (2.)) præcocis ope, præclaros brevi in lingvis artibusqve fecit progreſſus. Imo valde adoleſcens, cum, propter rem domeſticam tenuiorem, in Academias confeſtim tranſire non poſſet, grandes jam indolis ſuæ vires αὐτοδίδακτος concivibus cœpit oſtendere, Tragœdias conſcripſit, commilitonibus Pet. Rami *Dialecticam* prælegendo explicavit, & A. 1605. Declamatione *adverſus artem oratoriam, pro ſana & vera eloqventia,* multum laudis reportavit. A. ſeqv. 1606., M. Majo, in Academiam vicinam profectus Roſtochienſem, ſtudiis, præſertim Philoſophicis Mathematicisqve, naturæ, ad iſta pronioris, ductum ſecutus, ſedulitate incumbebat non minus felici qvam indefeſſa, ac, Præſide M. Joh. Slekero, Pomerano, non multo poſt *Theſes de naturali Dei cognitione*, A. autem 1607. *Diſputationum* illius *metaphyſicarum ſecundam de potentia activa,* & A. 1608. *qvartam* earundem *de cauſa efficiente,* publice tuebatur. Menſe Aprili anni hujus 1608. Roſtochio Gieſſam Haſſorum diſceſſit, & illic, ſeqventi 1609., ætatis viceſimo ſecundo, non Magiſtri ſolum titulum, locumqve inter competitores (e qvibus Dan. Stahlius, Philoſophus poſtea Jenenſis celeberrimus, paucas noſtri ſchedas tanti faciebat, ut non niſi cum amicis communicaret intimis) principem, ſed & profeſſionem Mathematum publicam atqve ordinariam, obtinuit. Hæc enim,

(1.) *Tomo I., ad d. 23. Sept. anni 1657.* (2.) V. M. Dav. Schulteti *Acceſſiones ad Adr. Bailleti Lib. de doctis præcocibus p. 27. 28.*, & Joh. Kleſekeri *Bibliothecam eruditorum præcocium p. 186.*

enim, poſt M. Nicolai Hermanni, Franci, obitum, juveni, nihil minus cogitanti, a Senatu Academiæ Gieſſenæ eſt collata (3.), Rectore Johanne Georgio, Duce Holſato-Sünderburgico, cujus Programma, Orationi ipſius auſpicali *de Matheſeos dignitate, præſtantia & uſu*, d. 5. Nov. A. 1609. recitatæ, præmiſſum, *in Regimine Academiæ Gieſſenæ* Principis illius, A. 1610. Gieſſæ excuſo (4.), ſupereſt. Hoc fungens officio, Analyſin Franc. Vietæ ſuis ejusdem argumenti meditationibus, ex iſta derivatis, ſtudioſeqve cum ea collatis, illuſtrare eſt aggreſſus, & in urbe Francofurtana ad Moenum (in qva A. 1612. electionem atqve coronationem Matthiæ Imperatoris, M. Junio, ſpectaverat) A. 1613., una cum Chriſtophoro Helvico, Collega Theologo, juſſu Ludovici, Landgravii Haſſo-Darmſtattini, in novæ Didacticæ lingvarum atqve artium, qvam Wolfg. Ratichius, Saxo, a ſe inventam eſſe Principibus indicarat Lutheranis, fundamenta accuratius, inſtituto cum illo colloqvio, inqviſivit. Cujus occaſione ab ipſo atqve Helvico, anno ſeqventi 1614., opuſcula aliqvot de Didactica iſta Ratichiana, & ſcholarum emendatione, vernacula communi nomine ſunt edita, ſuo infra, in ſcriptorum noſtri indice, loco enumeranda. Didacticis hiſce meditationibus, non minus qvam ſtudiis Philoſophico-mathematicis, Jungius, cum A. 1614., munere Gieſſeno Profeſſorio abdicato, miſſioneqve impetrata, Auguſtam Vindelicorum ſe contuliſſet, vacare illic perrexit, ſeqventi autem 1615., d. 27. Julii, in urbem patriam rediit Lubecenſem. Biennium deinde Roſtochii, in convictu popularis celeberrimi, Joh. Huswedelii, exegit, artiqve potiſſimum impendit Medicæ, cujus poſtea Doctor A. 1618., in itinere Italico, die 22. Dec., Patavii, a Sanctorio Sanctorio & Cæſare Cremonino, Brabevtis illuſtribus, creabatur. A. 1619., ſub finem Auguſti, Roſtochium reverſus, Diſputationibus, qvarum Præſidem illic agebat, inclareſcere ulterius cœpit publicis, Societatemqve meditatus eſt, & aliqvamdiu, donec paulatim diſſiparetur, gubernavit, Erevneticam ſive Philoſophicam, cujus, A. 1622. ac 1623. (qvo Lubecam denuo excurrerat) Collegis aliqvot auctæ præſtantibus atqve eruditis, inſtitutum ſcopumqve ſcheda indicabat ſeqventi, juris tunc facta publici, & a Mart. Fogelio *Hiſtoriæ vitæ* ipſius inſerta: *Sunt in Saxonia, & ii omnes honeſtis vitæ ſtudiis dediti, a qvibus ratio eſt inventa vel abſtruſiſſima qvæqve ſophiſmata apodictice refutandi, idqve ea certitudine atqve evidentia, qva propoſitio aliqva Euclidea deducitur. Logicam qvoqve, qvæ nunc obtinet, tantis acceſſionibus locupletarunt, ut plane nova videri poſſet. His qvaſi armis conſiſi, planiſſime ſe probaturos pollicentur, Philoſophiam Jeſuitarum, qvæ Europam pene omnem hodie occupavit, non niſi ſophiſticam & meras impoſturas eſſe, qvibus illi, incautis hominum animis illapſi, Pontificiæ ſuperſtitioni præſidium, ſibi dominatum, callidiſſime qværunt. Deinde nova permulta in Mathematicis, partim affecta, partim etiam confecta, habent, & inprimis ſummum harum diſciplinarum apicem, HEVRETICAM, cujus ductu problemata amiſſa reſtituuntur, nova proferuntur, dubia firmantur; deniqve nobiliſſima hæc ſcientia tam copioſe augetur, ut infinitis modis vitæ humanæ commodet. Hoc amplius, viam longe expeditiſſimam perveſtigandæ naturæ ſe monſtraturos profitentur: qvam ſi qvis ingrediatur, futurum ſpondent, ut certo, & absqve errore, ad rei propoſitæ metam perveniat. Ea autem qvia in permultis obſervationum qvaſi qvodam filo dirigitur, qvæ ſine inſtrumentis, operis, ſumptibus, conſtare neqveunt, adjumenta qvædam ab hominum fortunatorum veriqve amantium beneficentia deſiderat.* Brevius idem Societatis hujus Philoſophico-Erevneticæ, libertatem philoſophandi veram a ſervitute, cui diu illa ſuccubuerat, turpiſſima vindicaturæ, inſtitutum Legum ejus trium ac viginti, qvæ a Fogelio *Vitæ* noſtri ſunt ſubjunctæ, prima hiſce verbis expoſuit: *Cum omnis ſocietas finem, cujus gratia inſtituta eſt, legum ſuarum principium, adeoqve ſummam legem, habeat: ſcopus Collegii noſtri unicus eſto, veritatem, e ratione & experientia, tum inqvirere, tum inventam commonſtrare; ſive artes & ſcientias omnes, ratione & experientia ſubnixas, a Sophiſtica vindicare, ad demonſtrativam certitudinem reducere, dextra inſtitutione propagare, deniqve felici inventione augere.* Leges cæteræ, qvas recitare nobis, ob ſtudium brevitatis, haud licet, e biographia noſtri cognoſci poſſunt Fogeliana. Præbuit vero haud dubie Societas iſta, brevi licet tempore, qvod ſumptus neceſſarii, hosqve ſuppeditaturi Mæcenates, ei deeſſent, extincta, fabulæ occaſionem putidiſſimæ de Jungio primo Societatis Fratrum Roſeæ Crucis fanaticorum famoſæ, ſed (uti viri qvidam docti credunt) utopicæ atqve chimæricæ, autore, *Famæqve* illius ſcriptore, poſt obitum illius temere a Joh. Ludov. Fabricio, Theologo Heidelbergenſi, una cum aliis adverſus eundem calumniis, ſparſæ, & a Joh. Henr. Heideggero, in *Vita* Fabricii, *Operibus* ejus, Tiguri A. 1698. editis, præfixa, verbis recoctæ ſeqventibus (5.): *Etiam Fabritius noſter in ſermone familiari retulit, eum* (patrem ſuum, Joh. Fabricium, Rectorem ac tandem Paſtorem in Helvetia Schafhuſianum, A. 1638. mortuum) *adverſus Roſeæ Crucis Fratres calami telum ſtrinxiſſe. Cujus ſectæ auctorem fuiſſe Jungium, Mathematices Profeſſorem Hamburgenſem, Libertinum, inter pocula, cum ſociis, ad mundo per ſpecioſum aliqvod εὕρημα illudendum impie & petulanter conſpirantem, & librum, cui titulus eſt:* Fama Fratrum Roſeæ crucis, *cudentem atqve in vulgus ſpargentem, idem Fabricius noſter, ex ore Secretarii Heidelbergenſis, fraudis illius conſcii, confirmavit.* Cui narrationi, in famam noſtri injuriæ ac falliſſimæ, Joh. Jac. Baierus (6.) qvidem & Chriſt. Franc. Paulinus (7.), plus juſto creduli, fidem habuiſſe videntur, ſed Gothofr. Arnoldus (totam Roſæcrucianorum fraternitatem merum eſſe figmentum ſatyricum D. Joh. Valentini Andreæ, Theologi Lutherani in Ducatu Würtenbergico eximii, perſvaſus) (8.) & Vinc. Placcius (9.) merito contradixerunt. Condita ſocietate Erevnetica, Jungius Roſtochii, ab Ordine civitatis Senatorio, d. 6. Febr. A. 1624., Profeſſor Mathematum ſolenniter eſt renunciatus; cum antea, ut Joh. Poſſelio juniori, qvi Græcas in Academia docuerat literas, ſuccederet, fruſtra fuiſſet ſtatutum. Uxorem, qvatriduo poſt (d. 10. Febr. A. 1624.), ibidem duxit Catharinam, Valentini Haſemanni, Civis Roſtochienſis primarii, filiam, ſed nullam ex ea, morbo melancholico immedicabili Roſtochii d. 16. Jun. A. 1638. extincta (10.), ſuſcepit ſobolem, vitamqve deinceps viduus tranſegit reliqvam. Roſtochio A. 1625. Helmſtadium, ad profeſſionem Academiæ Juliæ Medicam, d. 21. Junii ſibi aſſignatam, ſe qvidem patiebatur pertrahi, ſed, cum vix illic conſediſſet, Academia, ob belli, qvod inter Cæſarem & Regem Daniæ gerebatur, calamitates, diſſipata, & Profeſſoribus plerisqve cæteris dilapſis, ipſe qvoqve Brunſvigam diſcedebat, &, poſtqvam praxi aliqvamdiu ibi vacarat Medicæ, A. 1626. Lubecam, atqve inde Roſtochium, revertebatur. Reverſo idem, qvod ante, Matheſin publice docendi munus a Senatu denuo commiſſum eſt Roſtochienſi, idqve Studioſis d. 16. Nov. A. 1626. peculiari, per Joh. Ahaſverum Ampſingium, Profeſſorem Medicum, Rectoremqve tunc Academicum, *Programmate* ſignificatum, plura ſimul, de vita ejus, hactenus acta, narrante. Hamburgum tandem M. Januario anni 1629. ineunte delatus, ac die 19. Martii & Scholæ Johanneæ inferioris, & Gymnaſii, Rector, Logicesqve, Metaphyſices & Phyſi-

 ces,

(3.) V. Joh. Juſti Piſtorii *Propylæum Athenæi Haſſiaci p. 19.* (4.) *p. 101. 102. 103.* (5.) *p. 11. 12.* Conf. narrationes, ex Heideggeri ſcripto excerptas, Lipſienſium *in Actis Erud., M. Apr. A. 1698., p. 172.*, Ludolphi Neocori & Henr. Sikii *in Bibliotheca Libb. nov., M. Sept & Oct. A. 1698., p. 655.*, ac Gerhardi a Maſtricht apud Vinc. Placcium *Tomo II. Theatri Anon. & Pſevdon. p. 545.* (6.) *in Programmate* Altorſino *περὶ τῆς τῶν ἰατρῶν εὐσεβείας p. 12.* (7.) *Parte II.* der Philoſophiſchen Luſt-Stunden, *num. 65., p. 439.* (8.) *Parte IV.* der Hiſtoriſch-Theologiſchen Betrachtungen merckwürdiger Wahrheiten *p. 582.* Conf. ejusdem *Tomum II. Hiſt. Eccl. vernaculæ, L. 17., c. 18, p. 641. & ſeqq.* (9.) *l. c. p. 544.* Conf. J. H. a Seelen *P. III. Athen. Lubec. p. 438. 439. 440.*, &, qvam is allegat, Chriſtoph. Steph. Kazaveri *Diſp. de Roſæcrucianis* (Witebergæ A. 1715. editam), §. *10.*, a qvibus fabula hæc itidem eſt refutata. (10.) V. D. Henr. Rahnii, Anteceſſoris Roſtoch., *Programma* de vita uxoris hujus *funebre*.

ces, in hoc Profeſſor, conſtitutus, utriqve per annos præfuit undecim, ſed, his elapſis, d. 16. Jul. A. 1640., ſcholæ regimine abdicato, ac M. Dan. Arnoldo ſucceſſori relicto, ſolius Gymnaſii præfectura, ac triplici in eodem profeſſione, ad obitum usqve, fungi perrexit. Vir erat ingenii ſublimis atqve acerrimi, judicii ſagacis & ſubtilis, eruditionis ſolidæ, ſummæqve in docendo fidei & dexteritatis; humanus præterea facetusqve, & a moroſitate adeo alienus, ut, Vinc. Placcio (11.) teſte, *inſipidiſſima etiam ſtudia leporum amœnitate condiret. Lingvæ Græcæ cognitionem excellentem, Hebrææ* vero *mediocrem qvidem, ſed vel magnis qvandoqve optandam Theologis*, Mart. Fogelius in *Vitæ* ei tribuit *hiſtoria*. In Philoſophia tamen, hujusqve diſciplinis præſertim Theoreticis, Metaphyſica, Phyſica & partibus Matheſeos univerſis, Logicaqve iſtis ancillante, inprimis excellebat, paucosqve e coævis pares habebat. Circa has etiam præcipue occupato ſcopus ſtudiorum, teſte Fogelio, erat unicus, *ut, divino honori & veritati contentius provehendis, ſcientias artesqve, rationi & experientiæ innixas, epiſtemonice & hevretice propagaret, atqve ab opinionum & ſophismatum tricis, qvibus omnes fere ſcholas impeditas viderat, ad apodixeos expeditam firmitatem reduceret*. Scopum hunc non infeliciter eſſe aſſecutus, & artem Protonœticam, *in protonœmata, ſive notiones irreſolubiles, omnia reſolventem, errores-qve, periculoſis diexodorum anfractibus eductos, in ſolem protrahentem*, inveniſſe, Hevreticam, ſeu Analyſin vel Zeteticam, *ſummum diſciplinarum mathematicarum apicem, cujus ductu problemata amiſſa reſtituuntur, ante non ſoluta ſolvuntur, nova theoremata inveniuntur, novi canones conduntur, dubiaqve firmantur*, poſt Franc. Vietam *intentius excuſſiſſe, copioſisqve auxiſſe acceſſionibus*, & Phoranomicam, ſeu doctrinam de motu multiplici, *hactenus parte ſua nobiliori partim prorſus ignoratam, partim aliis mixtis mathematicis immixtam, e primis ſuis principiis primus extruxiſſe, ordineqve, maximo cum vitæ humanæ fructu, digeſſiſſe*, ab eodem perhibetur. Taceo inventa & experimenta luculentiſſima, taceo acceſſiones, demonſtrationes, obſervationesqve novas alias qvamplurimas, qvibus non Logicam ſolum, in *Inſtitutionibus* illius, ſub *Logicæ Hamburgenſis* editis titulo, egregie paſſim emendatam, ſed & cæteras omnes ſcientias philoſophicas atqve mathematicas, locupletavit, illuſtravit & perfectiores reddidit, a Fogelio itidem fuſe enumeratas ac celebratas. Id qvod eo facilius atqve felicius a viro hoc magno fieri potuit, qvod, ſolius ſtudioſus veritatis, rationi & experientiæ methodo ſuperſtructæ Mathematica, libertatem Philoſophandi, tot ſeculis turpiter neglectam, ſtrenue in uſum revocans ac propugnans, nec veterum, nec recentiorum Philoſophorum, imo nec Ariſtotelis ipſius (cujus adverſariis ab Henr. Ernſtio (12.) aliisqve merito accenſetur), aſſeclarumqve hujus Scholaſticorum, moraretur autoritatem, ſed, jugo ſervitutis Peripateticæ excuſſo, non minus illorum, qvam cæterorum, errores, ψευδαποδείξεις, paralogismos & ſophismata, audacia notaret ac refutaret laudabili. Qvam παῤῥησίαν cum Peripatetici ægre ferrent, ex horum grege ſchedis ipſum laceſſiverunt aliqvoties eriſticis, ſuis locis in ſcriptorum allegandis catalogo, Joh. Scharfius, Profeſſor Witebergenſis, M. Adr. Meiſterus, Hamburgenſis (*Diſputationis de controverſis nonnullis qvæſtionibus philoſophicis, Joach. Jungio oppoſitæ*, Scharfioqve præſide Witebergæ A. 1635. propoſitæ, *Vindiciarumqve* iſtius, Hamburgi A. 1637. excuſarum, autor (13.)), Mich. Collinus, Miſnicus, aliiqve, homines maximam partem obſcuri, & impares Achilli huic congreſſi. Qvos cum ipſe reſponſis nollet dignari, aſſeclæ ejus nonnulli, &, hos inter, ſcriptor Anonymus *Diſſertationis de controverſis qvibusdam Philoſophiæ capitibus, rudibus & injurioſis qvorundam chartis oppoſitæ*, Hamburgiqve A. 1638. (14.) impreſſæ, caſtigarunt. Studiorum Jungii rationem qvod attinet, ſolebat ille, uti ab Auguſtino Vagetio, Profeſſore Matheſeos Gieſſeno, amicisqve aliis, accepi, qvicqvid in qvovis ſciendi genere (Logica præſertim, Phyſica & Matheſi) obſervaret, ſchedulæ cum titulo convenienti inſcribere, & ſchedis hujusmodi pluribus, ejusdem argumenti obſervationes exhibentibus, peculiariqve inſertis involucro, titulum alium præfigere generalem. Qva induſtria, ad obitum usqve, continuata, ex his involucrorum manipulis, CCCLX. circiter enati ſunt, & a defuncto relicti, Faſciculi Obſervationum varii generis MSStarum, in ἀνεκδότων noſtri indice, e *Vitæ* illius *Hiſtoria* Fogeliana, fuſe, nec tamen omnes, cum multos minoris momenti argumentorumqve ſpecialium iſta prætererit, recenſendi. Faſciculorum iſtorum, qvos, ſe mortuo, in ordinem digeſtos congruum, ab auditoribus, aliisqve Philoſophiæ cultoribus, ſtipendio (de qvo poſtea dicetur), iis a ſe deſtinato, fruituris, in lucem protrahi voluit, nonnulli a diſcipulis ejus potioribus, Mart. Fogelio, Henr. Sivero & Joh. Vagetio, Gymnaſii Profeſſoribus Hamburgenſis, juris, uti e ſcriptorum editorum patebit Catalogo, facti jam ſunt publici. Reliqvi penes Teſtamenti Curatores, ſicut autor moribundus juſſerat, donec itidem edi poſſent, per luſtra fere ſeptem delituerunt; ſed, in ferali ædium Joh. Vagetii, modo laudati (qvi Curatorum unus erat, & ἀνέκδοτα hæc Jungii, Præceptoris olim ſui ac hoſpitis, ordine qvalicunqve a ſe digeſta, &, qvod legi vix poſſent, ab amanuenſi accuratius deſcripta, evulgare conſtituerat), incendio, d. 25. Maji A. 1691., omnes propemodum perierunt (15.). In illo enim, teſte Vinc. Placcio, ipſius itidem diſcipulo, Profeſſoreqve Hamburgenſi (16.), una cum Vagetii bibliotheca & ſuppellectile, *conflagravere præcipua omnia Jungiana Manuſcripta, maxima, minima, elaborata & prælo parata cum inelaboratis, avtographa cum deſcriptis*. E diſcipulis Jungii potioribus, iisdemqve in philoſophandi methodo aſſeclis, præter qvatuor Gymnaſii Hamburgenſis, de qvibus dictum jam eſt, Profeſſores, mentione qvoqve digni videntur Chriſt. Bunckius, Med. D. & e Profeſſore Gieſſeno Poliater urbis patriæ Hamburgenſis, Dan. Fiſcherus Lubecenſis, J. U. D. & Conſul Roſtochienſis, Fridericus Plonnies Lubecenſis, omniumqve, judice Fogelio, hos celebrante (17.), princeps Woldechus Welandus, Medicus atqve Mathematicus præcocis & excellentis ingenii, morte immatura Hamburgi A. 1641. extinctus, de qvibus, ſuis, in opere hoc noſtro, locis plura narrantur. Nec defraudandi hac ſunt Carolus Cavendiſius, Baro Anglicus, Comitisqve Novi Caſtelli frater, qvi, Phoranomicam Hamburgi a Jungio edoctus, *primus*, teſte eodem Fogelio (18.), *in Angliam Jungiani nominis gloriam intulit, in majus a Slezero, Comenio, Hartlibio, & aliis, auctam*; &, qvos ille ſilentio involvit, Bernh. Varenius & Steph. Moltichius, Mathematici inſignes, Reinholdusqve & Johannes Blomii ac Joach. Hagemeierus, Hamburgenſes, ob doctrinam inclyti multiplicem. Qvorum tamen noſtri diſcipulorum nonnulli, ſicut alibi (19.) jam monuimus, in Magiſtri hujus verba dogmataqve pene jurantes, aliqvam illius defuncti moliri viſi ſunt ἀποθέωσιν, & hoc pacto in ſervitutem philoſophicam, Peripateticæ, ab illo reprehenſæ, haud diſſimilem, relabi. Doctrinæ eximiæ ac ſolidæ comites Jungius adjunxerat virtutes varias, ac pietatem præſertim infucatam, a Fogelio fuſius commendatam, ita ſcribente: *Biblia ſacra non minus diligenter atqve Ariſtotelem ſuum legerat. Nec legit tantum, ſed & vita, qvantum qvidem humanæ imbecillitati datum, in ſummis viris maxime ſæpius conſpicuæ, diligentiſſime expreſſit. Famulis ſuis Catecheſin M. Juſti Geſenii cum cura legendam non tantum dedit, ſed &, an intelligerent, pii œconomi officio ſubinde ſciſcitatus eſt. Præſcripſerat ei hos verſiculos:*

Such GOttes Reich vor allen Dingen, | Machſtu aber einen andern Anfang,
So wird dir alles wol gelingen: | So geht dein Sach den Krebsgang.

Sæpiſſime

(11.) *In Progr. fun. de vita Henr. Siveri p. 6.* (12.) *in Ariſtarcho Philoſophico p. 38.* (13.) V. qvæ de illo *Tomo I* hujus operis, *pag.* 406., ſunt dicta. (14.) *in 4.* (15.) V. Joh. Garmeri *Epiſt. dedic. Hiſtoriæ vermium Jungianæ*, & Vinc. Placcii *Progr. de vitis Henr. Siveri ac Joh. Vagetii funebre p. 7., Tomumqve I. Theatri Anon. ac Pſevdon., c. 6., p. 320.* (16.) *l. c. p. 320.* (17.) *in Annott. ad Jungii Doxoſcop. Phyſ.* (18.) *in Hiſtoria Vitæ Jungii.* (19.) *Parte IV. Iſagoges ad Hiſt. Cimbr., c. 10., §. 27., p. 620.*

Sæpiſſime etiam mecum queſtus paucitatem piorum, Terentium, ajebat, & Ciceronem imitari diſcunt, Chriſtum imitari non diſcunt. Non potuit tamen ſuo pietatis, praxeosq; illius veræ, ſtudio, & litium ſacrarum tædio, impedire, qvo minus controverſiæ de Stylo Novi Teſtamenti Græco cum Eccleſiaſtis invitus implicaretur Hamburgenſibus. Cujus cum Fogelius, in *Vita* noſtri, nullam plane fecerit mentionem, hiſtoriam illius, qvalis jam olim a nobis, *Parte IV. Iſagoges ad Hiſtoriam Cimbricam* (20.), eſt propoſita, & a Jac. Rhenferdio (21.), Vinc. Placcio (22.), Joh. Alb. Fabricio (23.) ac M. Dav. Schulteto (24.), hanc ſecutis, deinceps repetita, denuo hic exhibebimus. Cum Jungius Hamburgi Scholæ Johanneæ pariter atqve Gymnaſio, utriusqve Rector, adhuc præeſſet, & a Collegis de autore græco, juventuti ſcholaſticæ proponendo, diſceptaretur, qvibusdam Novi Teſtamenti libros commendantibus, aliis vero Græciſmum puriorem ex iſtis, dialecto conſcriptis Helleniſtica, addiſci poſſe negantibus, A. 1637., diſſidii hujus occaſione, *Diſputationi* ſuæ *de Probationibus eminentibus* Problema ſeqvens, auctarii loco, adjecit: *Adqvam Facultatem pertineat qvæſtio: An Novum Teſtamentum ſcateat barbariſmis?* Qvod cum ſibi diſplicere Ordo publice ſignificaſſet Eccleſiaſticus, &, ne juventus in poſterum ſcandaloſis iſtiusmodi turbaretur qvæſtionibus, monuiſſet, ſcripto ſe vehementi, adverſus hunc cleri elenchum, defendit germanico, inqve iſto affirmativam ſe qvæſtionis tueri, negavit, ſed Helleniſticum tamen eſſe ſtylum N. T. aſſeruit. A. 1638. Eccleſiaſtæ Theologorum & Philoſophorum Witebergenſium de controverſia hac poſtularunt judicium, a qvibus, ſtylum N. T. barbariſmorum vitioſorum absqve blaſphemia non poſſe accuſari, litem autem Criticorum de Dialecto ejus Helleniſtica nondum eſſe deciſam, reſpondebatur. A. ſeqv. 1639. a Jungio (qvem collectorem fuiſſe Autor *Innocentiæ Helleniſtarum* (25.) indicavit) ἀνωνύμως (26.) editæ ſunt *Sententiæ doctiſſimorum, tam veteris, qvam recentioris ævi, ſcriptorum, de ſtylo ſacrarum literarum, & præſertim N. T. Græci, nec non de Helleniſtis & Dialecto Helleniſtica.* Diſplicuit & iſta Sylloge Presbyterio Hamburgenſi, qvod (verba Jac. Groſſii (27.) recito) *ea, qvæ de ſimplicitate ſtyli apoſtolici a veteribus* (Patribus ſcilicet), *& de Helleniſmo a recentioribus, ſunt ſcripta, cum iſtis, qvæ in contemptum S. Scripturæ gentiles effutierunt, per chaos qvoddam confuſum, commiſceret, &, qvid de criminationibus horum, ſtylum apoſtolicum, ceu* βαρβαρίζοντα, σολοικίζοντα, σκυθοτομικὸν *ac* ἀλιευτικόν, *traducentium, ſit ſtatuendum, ne verbulo qvidem ullo moneret.* Juſſi proinde ſunt tres Eccleſiaſtæ, &, hos inter, M. Jac. Groſſius, ædis Catharinææ Hamburgenſis Paſtor, contraria ex Patrum & recentiorum ſcriptis colligere teſtimonia, illi opponenda. Iſta, in ordinem a ſe digeſta congruum, Groſſius edidit *in Triade Propoſitionum Theologicarum, ſtylum N. T. Græcum a barbaris criminationibus vindicantium, &, ſententiam Criticorum, qvi Helleniſmum propugnant, nihil illius rectitudini derogare, oſtendentium,* Jenæ A. 1640. (28.) excuſa. Aſſeritur in iſta, Stylum N. T. ſimplicem qvidem eſſe, & minime tumidum, vilipendi tamen, aut barbariſmorum & ſolœciſmorum inſimulari, ſine blaſphemiæ reatu, haud poſſe; non incurrere autem illum, qvi vel, inter antiqvos, ſimplicitatem ejus exaggerarunt, vel, inter recentiores, Helleniſticum eſſe, ac Hebraiſmis refertum, ſtatuerunt. Primus hanc impugnavit M. Dan. Wülferus, Noribergenſis, celeberrimus poſtea Eccleſiæ patriæ Antiſtes, cum *in Innocentia Helleniſtarum a Triade Propoſitionum Theologicarum vindicata,* libello ἀδεσπότῳ, ſine loci anniqve mentione publicato (29.), & Jungio (cujus teſtimonio fretus αὐτογράφῳ, in exemplo Bibliothecæ publicæ reperto Hamburgenſis, Wülfero fœtum hunc vindicavi) inſcripto; tum *in Diſputationis de præcipuis lingvarum vitiis,* Jenæ A. 1640., Præſide Joh. Mich. Dilherro, propoſitæ, *Theſi XXIII.* Utriqve ſcripto Groſſius eodem anno reſpondebat, illi qvidem *in Obſervationibus pro Triade apologeticis,* iteratæ ejus, qvæ Hamburgi A. 1640. prodiit, editioni adjectis, huic autem in perbrevi iſtarum *Appendice.* Poſt Wülferum Joh. Muſæus, Ordinis tunc in Jenenſi Academia Philoſophici Aſſeſſor, ac Theologus deinceps ejusdem primarius, non Jungii (qvod Groſſium falſo ſuſpicatum eſſe Deum ipſe teſtem invocavit (30.)) inſtinctu, ſed Collegii Philoſophici Jenenſis, qvo invito *Trias* Jenæ impreſſa erat, juſſu (31.), A. 1641. (32.) *Diſqviſitionem de Stylo N. T.* edidit *Philologicam, in qva M. Jac. Groſſii Trias Propoſitionum & Obſervationum apologeticarum modeſte examinatur.* Opponebat iſti Groſſius Hamburgi A. 1641. (33.) *Tertiam Triadis de Stylo N. T. Defenſionem,* &, ſuum vindicare libellum non contentus, Muſæum novarum atqve heterodoxarum, de Styli Apoſtolici impuritate, barbariſmis ac ſolœciſmis, & θεοπνευςίᾳ S. Codicis rebus tantum, non verbis, tribuenda, opinionem inſimulabat. Cui cum Muſæus A. 1642. (34.) *Vindicias pro ſua de Stylo N. T. Diſqviſitione, adverſus M. Jac. Groſſii Defenſionem Triadis tertiam,* Senatui inſcriptas Hamburgenſi, repoſuiſſet, Groſſius viciſſim, in *Qvarta Triados ſuæ Defenſione,* eodem anno Hamburgi publicata (35.), & ſua tueri perrexit, & claſſicum belli adverſus Muſæi paradoxa ſacri, Epiſtola ad Theologos præfixa Academicos, cecinit haud fruſtraneum. Certatim enim, ob iſta, Theologum hunc Jenenſem Lipſienſes, Witebergenſes, Argentinenſes & alii, non multo poſt, uti *Tomo* II. operis hujus noſtri (36.), in Vita Groſſii, fuſius eſt narratum, adoriebantur; Jungio, vitæ tranqvillæ ſtudioſo, Hamburgi qvieſcente, & nec huic, nec aliis certaminibus ſacris, ſe deinceps immiſcente, ſed Philoſophiæ ſoli illuſtrandæ, & ab erroribus repurgandæ, tria vitæ luſtra, ad obitum usqve, impendente reliqva. In qvæ ipſius ſtudia temere iniqvior eſt, ac ſententiam præterea illius de ſtylo N. T. non eo, qvo par erat, candore exponit, Albertus zum Felde, Theologus Kilonienſis (37.), *eum, cum* βαρβαροφωνίαν *ſtyli N. T. inepte defenderet, ſe in concluſiunculis & inaniſſimis ſubtilitatibus verſatiorem eſſe, qvam in vera ac ſolida eruditione, oſtendiſſe,* non ſine bile ac faſtu, pronuncians. Senem, præter ingenii ac memoriæ decrementa, morbumqve hypochondriacum, A. 1656. affligere cœperunt claudicatio ex lapſu, & ſomni, vel leviſſimo gallorum cantu oculis excuſſi, paucitas, ob qvam, æſtivo anni ſeqventis 1657. tempore, ædes ei aliqvamdiu fuerunt mutandæ. Remittente æſtu, in domum qvidem iterum immigravit propriam, ſed, morbo mox correptus fatali, illo, licet Medicorum cura, ſingulariqve ipſius per omnem vitam temperantia in victu, jam ferme depulſus videretur, poſtqvam ad abitum ex hac vita pie ſe præparaverat, apoplexia accedente, eodem anno 1657., die 23. Septembris, ſeptuagenarius Hamburgi expiravit. Errant enim & Joach. Mancelius (38.), Lubecæ eum, urbe natali, *vitam ad A. usqve* fatalem *1657. duxiſſe* perhibens, & Dav. Schultetus (39.), illum *Gymnaſii patrii* (ſive Lubecenſis), in qvo nunqvam docuit, *Profeſſorem* appellans. Cum viduus atqve ἄπαις moreretur, parte opum conſangvineis relicta, cæteras, ut ſtudiis Philoſophico atqve Mathematico defunctus qvoqve pro virili proſpiceret, iſtorum induſtriis legavit cultoribus. In tabulis enim voluntatis ultimæ, Fogelio teſte, ſanxit, *ut illis, qvos Euclidis Elementis & Logicæ Hamburgenſi veritatis amor addicit, de ſuis bonis ſtipendio qvalicunqve proſpiceretur, pro conditione temporum inter pauciores pluresve diſtribuendo;*

longius

(20.) *Cap. X., §. 15., p. 585-586.* (21.) *in Præfat. Syntagmatis Diſſertationum de Stylo N. T.,* Leovardiæ A. 1701. *in* 4. editi, *p.* 21-25. (22.) *Tomo I. Theatri Anon. & Pſeudon., c. 9., p.* 360. 361. (23.) *Lib. IV. Biblioth. Græcæ, P. I, c. 5., p.* 225. (24.) *in Innocentia Theologorum Hamburgenſium, Sect.* 10., *p.* 165-174. (25.) *p.* 30. *&* 49. (26.) *in* 4. (27.) *e Triade Propoſitionum de Stylo N. T. p.* 6. & *Qvarta illius Defenſione p.* 4. (28.) *in* 12. (29.) *in* 12. (30.) *in Vindiciis contra Groſſium* §. 59. (31.) V. Joh. Muſæi Erleuterung der XCIII. Religions Fragen *p.* 29. *& ſeqq.* (32.) *Jenæ in* 4. (33.) *in* 12. (34.) *Jenæ in* 12. (35.) *in* 12. (36.) *p.* 251. 252. (37.) *Diſp. de Simplicitate Theologica p.* 20. (38.) *in Gloria Academiæ Roſtochienſis ex Profeſſoribus longævis p.* 18. (39.) *loco num.* 2. *citato.*

longius autem profuturo his, qvi omnem vitam ad veræ Philoſophiæ ſtudium conferre deſtinant. Selectiorem qvoqve Bibliothecæ ſuæ, licet non magnæ, ſupellectilem Philoſophico iſtorum conſecravit uſui. A ſingulis autem hoc beneficii ſibi reddi poſtulavit, qvi ſuum ſumſerint, ut unum aut alterum pluresve faſciculos Manuſcriptorum ſuorum *in ordinem redigant, incepta extendant, & ab interitu aſſerere, qvantum qvisqve vel ingenio, vel judicio, valuerit, etiam annitantur.* Cujus Teſtamenti executores omnium primi, ex amicis diſcipulisqve, ab ipſo Jungio ſunt deſignati Andr. Caſſius & Chriſt. Bunckius, Doctores Medici, Dav. Penshornius & Caſp. Weſtermannus, J. U. Licentiati Senatoresqve Hamburgenſes, ac Joach. Beckendorfius, Civis eruditus. Bibliothecæ pars, a moribundo publicæ Civitatis Hamburgenſis Johanneæ donata, in hac ſupereſt, locoqve peculiari ſeorſim aſſervatur. Defuncto Mich. Kirſtenius, Collega, Inſcriptione hac parentavit ἐπιτάφιῳ:

JOACHIMO JUNGIO, Lubecenſi, Phil. & Medic. D., Viro ſummo, Philoſopho ſui ſeculi incomparabili; qvi, qvicqvid eſt humanæ, ſive magnitudinis, ſive voluptatis, ſive gloriæ, præ una veri ſcientia, & nuda virtute, bonoqve publico, contempſit, gratiamqve eo nomine & invidiam cujuscunqve eodem habuit loco: Vir animo maximo, ingenio ſubtiliſſimo, ſpiritu acerrimo, diligentiaqve non aliter, qvam per ſenectutem, imminuenda, per mortem ſolam finienda: Qvi humanæ rationis munia ad exqviſitas regulas revocavit, Mathematicamqve certitudinem in Phyſicam introducere conatus eſt, nihilqve libertate recte ſentiendi Philoſophica potius duxit. Magnum eſt aliorum modum noviſſe & ſui. Docuit Mathematica Gieſſæ & Roſtochii, Medicinam Helmſtadii: In Hamburgenſi deniqve Lyceo Rector & Profeſſor multos annos, ampliſſima cum laude, extitit. Uxorem, qvam duxerat Roſtochii, ſine liberis ibidem amiſit. Deceſſit morte

placida, & ſine ulla qverela, natus annos LXX., Anno Chriſt. cIↄIↄCLVII., D. XXIII. Sept. Jul., noctu,
ſepultusqve in templo Divi Joannis. Amico benevolentiſſimo, & Collegæ B. M. merito,
poſuit Mich. Kirſtenius, Phil. & Med. D., in Gymn. Hamb. Math. PP.

Vitæ ejus Hiſtoriam exhibet diſcipuli illius eximii, Mart. Fogelii, Med. Doctoris, Logicesqve & Metaphyſices in Gymnaſio Hamburgenſi Profeſſoris, *Memoria Joach. Jungii, Mathematici ſummi, cæteraqve incomparabilis Philoſophi*, Hamburgi A. 1657., pauloqve poſt auctior Argentinæ A. 1658., *in 4.*, edita, & Francofurti A. 1679., in Henn Wittenii *Memoriis Philoſophorum continuatis, Decade VI., p. 261-280.*, recuſa; cui nos magnam narrationum noſtrarum partem debere fatemur. Pollicitus eſt idem poſtea, *in Annotationum generalium*, Jungii *Doxoſcopiis Phyſicis minoribus*, A. 1662. a ſe publicatis, præmiſſarum, *ſecunda*, ſe, cum in *Memoriæ* iſtius Jungianæ utraqve editione complura ſint omiſſa, vitam Præceptoris hujus ſui fuſius atqve accuratius juſtæ magnitudinis volumine eſſe expoſiturum, ſed promiſſis non ſatisfecit. Mich. Kirſtenii *Memoriam Joach. Jungii*, ſive *Programma* de vita illius *funebre*, Hamburgi A. 1657. *in fol.* excuſum, me olim vidiſſe recordor, ſed, qvod hæc ſcribenti ad manum non eſſet, conſulere haud potui. Faſciculorum duorum, materiam biographiæ noſtri complectentium, & in Bibliotheca Hamburgenſi cum MSStis aliis aſſervatorum Jungianis, in horum *indice*, infra exhibendo, mentionem idem Kirſtenius injecit. Sed nec illos evolvere jam mihi licuit.

Epicediis, Hamburgi A. 1657. excuſis, defunctum celebrarunt, præter Kirſtenium Collegam modo laudatum, Cives qvidam Gymnaſii Hamburgenſis, &, hos inter, Vinc. Placcius, qvi ſuum deinde *Libro* II. *Carminum puerilium & juvenilium, p. 117. 118. 119.*, inſeruit.

Conferri præterea de illo poſſunt, præter Programmata, Orationibus ejus auſpicalibus, & uxoris exeqviis, Gieſſæ Roſtochiiqve præmiſſa, qvorum in Vita ipſius jam facta eſt mentio, Autoresqve alios ibidem allegatos, Woldechi Welandi *Strena Mathematica*, ei inſcripta, Leidæqve A. 1640. *in 4.* excuſa, Pet. Lambecii *Orationes p. 63. 70.*, Mich. Kirſtenii *Programma, qvo A. 1675. Orationem Mart. Fogelii commendavit auſpicalem, p. 5.*, Mart. Fogelii *Prolegomena Doxoſcopiarum Phyſicarum minorum Jungianarum*, D. G. Morhofii *Polyhiſtor, T. II., Lib. II., P. I., c. 2., p. 163., & P. II., c. 6., p. 318.*, Vinc. Placcii *Syntagma de Scriptoribus Anonymis & Pſevdonymis, P. I., c. 6., p. 54. 55. 58., & c. 11., p. 89. 90., ac Theatrum Anonymorum & Pſevdonymorum, T. I., c. 6., p. 320. 321., c. 7., p. 330., c. 9., p. 376., c. 11., p. 472., c. 14. p. 603., c. 9. p. 360. 361., & T. II p. 544. 545.*, Henn. Wittenii *Diarium Biographicum Sec. XVII., T. I., ad d. 23. Sept. A. 1657.*, Joh. Franc. Buddei *Tomus III. Lexici Hiſtorici vernaculi p. 241. 242.*, Joh. Alb. Fabricii *Pars II. Memor. Hamburg. p. 1068. 1073. 1074. 1121.*, Juſti Chriſtoph. Böhmeri *Memoriæ Profeſſ. Med. Helmſtad., Prolus. II., p. 38. 39. 40.*, Jac. Frid. Reimanni *Introd. ad Hiſt. Lit. Germ. vernacula, P. III., Sect. I., p. 578-582.*, Reinh. Henr. Rollii *Diſſ. de Doctoribus Academicis ad ſcholarum gubernacula vocatis, §. 14., p. 32. 33. 34.*, Joh. Kleſekeri *Bibliotheca Eruditorum præcocium p. 186.*, *Pars IV. Iſagoges* noſtræ *ad Hiſt. Cimbr., c. 10., §. 1[illegible], p. 585-589., ac §. 24. 26. 27. 28., p. 610. 611. 615. 618. 619. 620.*, & Joh. Henr. a Seelen (fuſius de illo diſſerentis) *Pars III. Athenarum Lubecenſium p. 431-446.*

ELOGIA.

Joh. Chriſtianus, Baro a Boineburg, in Epiſtola ad Zach. Prüeſchenckium A. 1663. exarata (apud B. G. Struvium *Faſcic. VIII. Actorum literariorum p. 62.*), Germanis eum accenſet, *qvibus nemo Philoſophiæ arcana doctior.*

Joh. Amoſus Comenius, *in Porta Sapientiæ reſerata, ſeu Panſophiæ Chriſtianæ Seminario* (Oxoniæ A. 1637. *in 4.* edito), *p. 24.*, ita de illo: *Jungius Saxo Logicæ nunc arti ad eam perfectionem deducendæ inſudat, ut propoſitionum veritas aſtrui, ſophismatum deceptiones deſtrui poſſint, ea certitudine, qva Euclideum qvodvis problema apodictice deducitur.*

Joh. Georg. Dorſcheo (*in Semeſtri Miſcellaneorum Academicorum p. 206.*) *Vir* audit *exqviſitiſſimæ doctrinæ, & eminenter celebris.*

Thomæ Reineſio (*Epiſt. 12. ad Joh. Vorſtium p. 35.*) *Vir. Clariſſimus & doctiſſimus.*

Vinc. Fabricio (*in Epiſt. ad Henr. Vagetium, p. 384. editionis Operum Lipſienſis* obvia) *Vir haud vulgariter eruditus.*

Franc. Rhedo (*in Tr. de generatione inſectorum*, qvem aliena amici fide allego) *Philoſophus doctiſſimus, Virqve celeberrimus.*

Joh. Pellio, Profeſſori Matheſeos Amſtelodamenſi & Bredano (cujus elogia a Mart. Fogelio, *in Annot. generali ſecunda ad Doxoſcop. Phys. minores* Jungii recitantur), in Epiſtola ad ipſum A. 1645. ſcripta, *Incomparabilis demonſtrative docendi & dedocendi artifex*, & ἀποδείξεως *incomparabilis. qvi ſupra omnes mortales optime poteſt pleniſſime & αὐταρκῶς demonſtrare;* nec non, in alia ad Joh. Ad. Taſſium, Jungii Collegam, eodem anno exarata, *Mortalium* λογικώτατος, *& Apodicticus accuratiſſimus.*

Herm. Conringio (*in præfat. Librorum Barthol. Viotti de Demonſtratione*) *Omnium noſtri ſeculi ad opus de Heuretica ſeu Analyſi elaborandum longe aptiſſimus.*

Dan. Stahlio (*in Diſcurſibus ad Tabulas Metaphyſicas p. 64.*) *Vir ſummus.*

Joh. Conr. Dieterico (*in Specillo Chreſtomathiæ Græcæ p. 57.*) *Acer & vafer rerum Philoſophicarum æſtimator.*

Dan.

Dan. Wulfero (*in Ep. dedic. Innocentiæ Helleniſtarum, ἀνωνύμως* editæ, ipſiqve inſcriptæ) *Literarum decus.*

Pet. Lambecio (*in Orationibus p. 61.*) *Profunda eruditione clariſſimus ſenex,* & (*p. 63.*) *Vir clariſſimus doctiſſimusqve, acutiſſimus ſimul Philoſophus atqve excellentiſſimus Medicinæ Doctor.*

Laur. Bodockio (*in Roſa Varniaca p. 12.*) *Mathematicus & Philoſophus cum raris hodie comparandus.*

Henr. Bangerto (*in Comm. de Vita Ant. Coleri, lit. E. 4. a.*) *Vir acutiſſimi ingenii.*

Mich. Kirſtenius, in *Programmate* Hamburgenſi, Mart. Fogelii Orationi auſpicali A. 1675. præmiſſo, *p. 5.*, ita de illo: *Gymnaſii totius Hamburgenſis regimen, & Logicam profeſſionem, una cum Phyſica, tenuerat & diu, ſumma ſua cum laude, Reip. noſtræ & Athenæi ſplendore, & diſcentium fructu, Joach. Jungius, Lubecenſis, Phil. & Med. D., acerrimo ſpiritu & excellentisſima doctrina Philoſophus, qvalem, e multis hominum millibus, vix unum repererit non dico Apollo, ſed omnis doctrinæ & doctorum hominum cenſor intelligentisſimus aliqvis & incorruptus. Ille rationis noſtræ munia ad exqviſitas regulas revocavit, & Mathematica certa in Logicam, magis qvam ullus alius, invexit: atqve, pro uſu ſcholarum noſtrarum, auctoritate prudentisſimorum Reip. rectorum, Logicam concinnavit, qvæ inde nomen Hamburgenſis tulit.* In *Programmate* de vita Fogelii *funebri* idem noſtrum *ſummum* vocavit *Philoſophum*, &, in alio de profeſſione Matheſeos Henr. Sivero A. 1675. commiſſa *p. 3.*, ita de eodem, & Joh. Adolpho Taſſio Collega, ſcripſit: *Jungii & Taſſii imagines ſi qvando ante oculos poſitas intuemur, vel ex vultibus apparent reconditi ſenſus, & ingenia ſubtiliſſima, Mathematicis propria, ut potius ipſius Philoſophiæ, qvam Philoſophorum, dixeris.* Idem non tumulum ſolum Jungii epigraphe ornavit arguta, ſupra jam recitata, ſed ejus etiam imagini hoc adjecit hexaſticon:

Jungius, invicti ſcrutator, cernite, veri
Maximus, his oculis, hoc fuit ore gravi.
Abdita mens, ardens, ſubtilis & omnibus inſtans,
Sollicitam vultu ſe probat ipſa ſuo.
Immenſum cui ſcire datum eſt, huic nulla putantur
Eſſe ſatis: nunqvam, qvod cupit, omne capit.

Gothofr. Gvilh. Leibnitius, *in Schediasmate de Linea in qvam flexile ſe pondere proprio curvat* (*in Actis Erud. Lipſ., M. Jun. A. 1691., p. 277.*), eum *eximium ſeculi noſtri* ſalutat *Philoſophum & Mathematicum, qvi multa, ante Carteſium, præclare cogitata habuerat circa ſcientiarum emendationem*; in *Obſervat. qvod Proportiones non habeant locum circa qvantitates nihilo minores* (ibid. *M. Apr. A. 1712., p. 168.*), *Virum ſummum*; in *Epiſt. de Scientia infiniti ad Chriſt. Wolfium* (*ibid. T. V. Supplem, Sect. 6., p. 267.*), *Virum profundiſſimum*; & in *Epiſt. de Methodo Botanica* (apud J. G. Eccardum, *M. Apr. Excerptorum menſtruorum anni 1701. Germanicorum, p. 73. 74.*), *Virum inter Seculi XVII. adulti doctrina principes numerandum.* Imo Philoſophis cujuslibet ævi Jungium annumeravit ἐξοχωτάτοις, *in Notatis circa vitam & doctrinam Carteſii* (*T. II. Hiſtoriæ ſapientiæ & ſtultitiæ Chriſt. Thomaſii, M. Jun. A. 1693., p. 122.*) ita ſcribens: *Pythagoram, Democritum, Platonem, Ariſtotelem, Copernicum, Galilæum, Baconum & Carteſium (qvibus Joach. Jungium adderem, ſi ſcripta ejus extarent), aliosqve, qvi ſibi homines immortalibus meritis obſtrinxere, tam diu colet poſteritas, qvamdiu memoria Hiſtoriis & virtuti veneratio erit.* Cui judicio Leibnitii geminum eſt alterum ejusdem, *dans la Reponſe aux Reflexions d' un Anonyme, touchant les conſeqvences de qvelqves endroits de la Filoſofie de Deſcartes*, Dn. Couſini *Diario Eruditorum Gallico anni 1697., Ephem. 32.*, inſerto, *p. 616.*, obvium: *J' ai toujours declaré, qve j' eſtime infiniment M. des Cartes. Il y a peu de genies, qvi aprochent de ſien. Je n' en connois qv' Archimede, Copernic, Galilei, Kepler, Jungius, Meſſieurs Huguens, & Newton, & qvelqve peu d' autres de cete force; ausqvelles on pourroit ajouter Pytagore, Democrite, Platon, Ariſtotele, Sviſſet, Cardan, Gilbert, Verulamius, Campanella, Harveus, Mr. Paſcal, & qvelqves autres.*

Joh. Galloeſius, *in Diario eruditorum, Gallico anni 1678., Ephem. 29.* (*ad d. 22. Aug.*), *p. 364.*, ita de illo: *Ce Jungius eſtoit ſans contredit un des plus grands Mathematiciens & Philoſophes de ſon temps, & un des plus habiles hommes, qve l' Allemagne ait jamais eu. Il y a pourtant eſté peu connu pendant ſa vie, & beaucoup moins ailleurs, parce qv' il n' a jamais voulu rien publier de ſon vivant, ne pouvant pas ſe contenter ſoy-meme ſur ſes propres Ouvrages.*

Mart. Fogelius, *in præfat. Doxoſcop. Phyſ.* Jungii, & in Titulo *Memoriæ* ejusdem, *Mathematicum ſummum, cæteraqve incomparabilem Philoſophum*, in ipſa autem *Memoria* Δῖον γέγονʹα, *Mathematicumqve incomparabilem, non cum Archimede, Apollonio aut Vieta, conferendum, ſed longiſſimo hos omnes intervallo relinqventem*, eum appellavit, & ſub finem hæc addidit: *Qvid ſupereſt aliud qvam qværendum ſtupentibus, qvæ tam capax omnium memoria, tam in omnem cognitionem verſatilis indoles, tam induſtria cura, qvod tam ſagax judicium, tam vaſtum Jungii ingenium fuerit, qvod tantæ ſcientiarum moli, tot obſervationibus, tot novis tam feliciter excogitandis, tot hiſtoriis, tot lingvis continendis, ſimul menti in ſe ipſam toties reflexæ, ſimul maximis rebus gerendis, ſuſtinuerit ſufficere. Nihil tibi deerat, Joachime, niſi Alexander aliqvis, adeo grandibus auſis tuis & ſine exemplo conſiliis, ex tuo voto omniumqve veri amantium, latius porrigendis, &, qvaqva verſus patet orbis, glorioſe demonſtrandis.*

D. G. Morhofio, *Polyhiſtoris Tomo II., Lib. I., c. 9., p. 46.*, *Philoſophus* audit *magnus, qvanqvam a doctrina Peripatetica alienus*; ibid. *c. 14., p. 107.*, Vir, qvi *cum ingenium haberet Mechanicum & Mathematicum, accuratius Phyſicas illas res eſt contemplatus, qvam fecerunt homines Scholaſtici*; *T. II., Lib. II., P. I., c. 12., p. 230.*, *Naturalis ſcientiæ præprimis ac Mathematum acerrimus indagator, ſed qvi in plurimis ab Ariſtotele diſſentit*; ac *T. II., Lib. II., P. II., c. 6., p. 318.*, *Vir, qvi ab Anglis magni æſtimatur, & fuit ſane ſublimis ingenii, qviqve naturalium rerum cauſas accuratiori, qvam vulgo hactenus factum, oculo inſpexerat, ac multa ad Mathematicas leges revocaverat.*

Vinc. Placcio (*in Syntagm. de Scriptt. Anon. & Pſevdon., P. I., c. 6., p. 54. 55.*, ac *T. I. Theatri Anon. & Pſevdon., c. 6., p. 320. 321.*) *Philoſophus ſummus & accuratiſſimus, cujus utinam ſchedis reliqvis colligendis atqve edendis laborem adhiberent ſuperſtites illius diſcipuli, ne meditationes illæ in omni ſcientiarum genere ſubtiliſſimæ (qvarum vel ſola enumeratio, in Memoria Jungii Fogeliana, ſcientiarum emendationi atqve augmento ſtudentibus qvibuscunqve ſalivam moveat) tandem, ingenti cum totius Philoſophiæ jactura, nobis a blattis atqve tineis, aliove qvodam infortunio* (uti in ferali incendio A. 1691. contigit), *ſurripiantur*; nec non (*in Theatro, T. I., c. 6., p. 321.*) *Philoſophus acutiſſimus, Rectorqve Gymnaſii & ſcholæ Hamburgenſis immortaliter meritus*, ac denuo (*c. 11., p. 472.*) *Rector Gymnaſii & ſcholæ Hamburg. ſupra laudem omnem optime meritus.*

Rud. Capello (*in Programm. de Logica, Joh. Vagetii Orationi præmiſſo auſpicali, p. 11.*) *Philoſophus excellens.*

Joh. Frid. Mayero (*in Elogio Joh. Schultii, Conſulis Hamb.*) *Seculi ſui Ariſtoteles.*

Joh. Alb. Fabricio (*P. II. Memor. Hamburg. p. 1074.*) & Joh. Georg. Eccardo (*in Hiſtoria ſtudii Etymologici Lingvæ German., c. 15., p. 144.*) *Philoſophus inſignis.*

Gabr. Wagnerus (a Reimanno *l. c. p. 579.* allegatus), *in Diſcurſibus & Dubiis in Chriſt. Thomaſii Introduct. in Philoſophiam aulicam*, ſub larva Realis de Vienna A. 1691. editis, *p. 130.*, hoc de Jungio tulit judicium: *Qvid dicam de Doxoſcopo illo, in qvo ſummos auſus una ſuffocarit Logica? Ingenium non mediocre, judicium autem longe acerrimum,*

e ſcriptis elucet. Qvid facere non potuiſſet? At qvid fecit? Præter capacitatem, qvam monſtravit, ingenii, præter famam, qvam Lubecæ ſuæ attulit, & fundamenta Doxoſcopiæ, qvæ jecit, iisqve Verulamium vicit, pauca orbi dedit.

Juſto Chr. Böhmero (*in Memoriis Profeſſ. Med. Helmſtad., Proluſ. II., p. 38. 40.*) *Summus* audit *Mathematicus, Philoſophus incomparabilis, Medicus plane eximius*, & *Vir animo maximo, ingenioqve ſubtiliſſimo.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Diſp. de naturali Dei cognitione, Præſide M. Joh. Slekero propoſita, Roſtochii 1606. in 4. A Fogelio, *in Memoria Jungii*, eſt allegata.

Geometria Empirica, ab Autore ipſo edita Roſtochii A. 1627. in 4. Nonnullis locis auctior, curante Joh. Adolpho Taſſio, Matheſeos Profeſſore Hamburgenſi, cum hujus præfatione, recuſa Hamburgi A. 1642. & 1649. in 4. Prodiit deinde, adjecta Diatriba de Stoecheoſi Geometrica (ſeorſim antea A. 1634. impreſſa), Hamburgi, ſine titulo anniqve indicio, *in 4.*, & qvinta tandem vice, curante Henr. Sivero, Profeſſore itidem Mathematum Hamburgenſi, cum præmiſſis Animadverſionibus hujus nonnullis, & ſubjuncto Programmate Jungii de laude Matheſeos, occaſione Orationis inauguralis Mich. Kirſtenii, iſtam docturi, A. 1655. publicato, ibidem A. 1688. in 4. Cui editioni ultimæ Hamburgenſi ſeorſim etiam acceſſerunt Diagrammata Geometrica ejusdem Siveri, æri inciſa, de qvibus Animadverſio illius ſecunda poteſt conſuli. *Empirica*, monente eodem, vocatur *Geometria* hæc Jungiana, qvod, qvæ in ea demonſtranda ſunt, non prolixis illis ratiocinationibus, ex Euclide deſumptis, ſed ſenſuum externorum teſtimoniis, per experientiam, comprobentur. An anno etiam 1669. Hamburgi *in 4.*, uti Lipenius (*in Biblioth. Philoſ.*) & Corn. a Beughem (*in Bibliogr. Mathem. p. 72.*) tradunt, ſit recuſa, dubito. De Verſione illius Germanica rariſſima, ſub titulo der Reiß-Kunſt, ab ipſo Autore, D. Joach. Jungio, concinnata, &, præfixis tantum literis nominis initialibus D. J. J., *in 4.* edi cœpta, ſed, qvatuor ſolum qvaternionibus excuſis, imperfecta, incertum qvam ob cauſam, relicta, & ita abolita, ut vix aliud ullum ejus ſuperſit exemplum, præter unicum D. Mart. Fogelii, cum Bibliotheca ejus (in cujus etiam Catalogo mentionem illius offendi) univerſa in Hannoveranam aulicam translatum, V. Vinc. Placcii (eam, ob multas præſertim voces novas Germanicas, a noſtro ſolerter excogitatas, *artificioſiſſimam* vocantis *& ingenioſiſſimam*, pariqve *accuratione ac dexteritate* abſolvi atqve recudi optantis) *Syntagma de Scriptt. Anon. & Pſevdon., P. I., c. 11., p. 89. 90.*, ac *Tomum I. Theatri Anon. & Pſevdon., c. 7., p. 330., c. 11., p. 472.* Ipſa Geometria Empirica, latine toties edita, a Sam. Reyhero *in Diſſ. de Rege Mathematico, c. 4., p. 33.*, D. G. Morhofio *T. II. Polyhiſt., L. 4., p. 503.*, & Placcio jam laudato (*ut mole parvam, ſic ordine ac ſoliditate magni æſtimandam eſſe* judicante), *in Syntagmate, P. I., c. 7., p. 58., & T. I. Theatri, c. 7., p. 330.*, commendatur.

Diſputationes III. de naturalis ſcientiæ conſtitutione. Hamburgi 1632. in 4.

Diſp. de Stoecheoſi Geometrica. Hamburgi A. 1634. in 4. Recuſa, uti modo eſt indicatum, ſub finem *Geometriæ Empiricæ*, ibidem, ſine mentione anni, in 4. Euclidis Geometriam contra Ramæos defendit, Ramæam vero impugnat.

Diſp. de neceſſitate propoſitionum nominalium (*Reſpondente Joach. Hagemeiero, Hamburgenſi, Conſiliario deinceps Cæſareo*). Hamburgi 1635. *in 4.*

Diſp. I. de naturalis ſcientiæ principiis. Hamburgi 1636. in 4.

Diſp. de Phyſicis qvibusdam Syllogiſmis, Demonſtrationis ſpeciem præ ſe ferentibus (*Reſp. Reinholdo Blomio, Hamburgenſi, Electoris deinde Palatini, Regisqve Svedici, Miniſtro*). Hamb. 1637. in 4.

Trias Qvæſtionum Phyſicarum de naturalium corporum materia & forma. Hamburgi 1637. in 4. Oppoſuit huic Mich. Collinus, Miſnicus, *Diſqviſitionem accuratiorem in J. Jungii Triadem Qvæſtionum Phyſicarum de Nat. Corp. mat. & forma*, Leidæ A. 1642. *in 12.* excuſam.

Exercitationes III. Protophyſicæ. Hamburgi 1637. & 1638. in 4. (*O. Sperl. Jun.*)

Diſp. de Probationibus eminentibus. Hamburgi A. 1637. in 4. Fogelio, *in Memoria Jungii*, teſte, a diſcipulo illius eſt elaborata, & M. Juſto Brauwio oppoſita. Corollarii inſtar illi acceſſit Problema: *Ad qvam facultatem pertineat qvæſtio: An Novum Teſtamentum ſcateat barbariſmis?* De cujus occaſione, controverſiaqve de Stylo N. T. Græci, per Eccleſiaſtas Hamburgenſes, & Jac. Groſſium præſertim, ob iſtud noſtro mota, qvæ fuſe in præcedenti Vitæ narravimus hiſtoria, poſſunt relegi.

Demonſtrationes materiæ primæ & formæ ſubſtantialis, ex celeberrimis Peripateticis, in gratiam Phyſices ſtudioſorum, excerptæ. Hamburgi 1638. in 8. Scriptum ἀδέσποτον, qvod Jungio, ante me, jam vindicavit V. C. Otto Sperlingius junior, cujusqve exemplum, Notis ab eo αὐτοχειρὶ paſſim auctum marginalibus, in Bibliotheca illius vidi, Hamburgenſi legata publicæ.

Logica Hamburgenſis, h. e. Inſtitutiones Logicæ, in uſum Scholæ Hamburgenſis conſcriptæ, & ſex libris comprehenſæ. Hamburgi A. 1638. in 8. Editio ſecunda, primæ ſervans paginas, verba, verſus & characteres, ſublatis ſolis typorum erratis, ibidem A. 1681. in 8. prodiit, recenſente Joh. Vagetio, Log. & Metaph. Profeſſore Hamburgenſi, autorisqve diſcipulo; qvi in calce adjecit paucas Jungii emendationes unamqve Tabulam; nec non ſuam de Logica hac Admonitionem, qva, inter alias ejus præ cæteris prærogativas, præcipue oſtenditur, qvod hujus Logicæ Analyſis Dianoetica nec fallat, nec deficiat, fallant autem multis modis, & ſæpe deficiant, tum Scholaſticorum Regulæ de Syllogiſmis obliqvis, tum *Artis cogitandi* principia argumentandi nova. Titulo idem Emblema adjecit ambitioſum, in qvo Logicam Socrates elicuiſſe, Plato excepiſſe, Ariſtoteles aptaſſe, & Jungius expleviſſe, perhibentur. Qvæ licet juſto arrogantius atqve jactantius ſcripta ſint de Logica hac Jungiana, qvam autor, teſte Vinc. Placcio (*in Juriſconſulto perfecto, c. 6., p. 192.*), *Hamburgenſem inſcripſit, qvia illam, uſibus ſcholæ præcipue Hamburgenſis, ex mente non ſua ſolum, ſed Scholarcharum etiam, a ſua ſæpenumero multum abeunte, conceptam, pro mere ſua nolebat agnoſcere;* negari tamen non poteſt compluribus eam aliis artis hujus Syſtematis atqve compendiis, in doctrina præſertim notionum, conſeqventiarum, demonſtrationis, &c., palmam extorqvere, & jure præferri. Multa præterea, qvæ ſuperflua erant, aut minus recte antehac tradita, merito vel omittit, vel accurate emendat, & Mathematicam pene ſectatur evidentiam, eamqve ob cauſam exemplis interdum utitur e Matheſi depromptis, hujusqve imperitis intellectu difficilioribus. Prærogativas haſce illius fuſius expoſuerunt, præter Joh. Vagetium *in Admonitione* editioni ſecundæ adjecta, ac modo memorata, Jungius ipſe in Schediaſmate *de Logicæ Hamburgenſis præſtantia* MSto, Bibliothecæ publicæ relicto Hamburgenſi, & Mart. Fogelius *in Tr. de Logicæ Hamburgenſis ſupra cæteras omnes, hactenus editas, prærogativa, Demonſtrationum aliqvot Euclidearum demonſtrata analyſi*, qvem prælo fuiſſe paratum Index ἀνεκδότων ipſius, *Catalogo Bibliothecæ* præfixus, teſtatur. Elogium ejusdem Fogelii, ex *Oratione auſpicali* inedita, Logicam hanc Jungianam præ Empiricis omnibus laudante, & a Bremenſibus eſſe laudatam, imo tranſcriptam, ab

Argen-

Argentinenſibus vero pridem probatam & prælectam, perhibente, in Vinc. Placcii, ſuum iſti adjicientis calculum, *Tomo I. Theatri Anon. & Pſevdon.*, *c. 14.*, *p. 603.*, invenies. Judicium Mich. Kirſtenii, non minus honorificum, ſupra, inter Elogia noſtri, jam recitavimus. *Compendium* illius ἀδέσποτον, Hamburgi A. 1641. & 1657. *in 8.*, in uſum Scholæ, editum, Johanneæ, Jungio ipſi a Placcio (*l. c.*, *c. 6.*, *p. 321.*) vindicatur; qvæ vero in iſtius deinceps locum eſt ſubſtituta, & ἀνωνύμως itidem Hamburgi A. 1682. *in 8.* impreſſa, *Logicæ generalis Synopſis, ex Logicarum communium, Jungii præcipue & Kirchmanni, præceptis facillima tantum & maxime neceſſaria breviter proponens*, Johanni Vagetio debetur. Non defuerunt qvoqve inter Jungii diſcipulos, ac in Gymnaſio Hamburgenſi ſucceſſores, qvi *Commentationibus* ſuis, ſed nondum editis, *Logicam* hanc ex profeſſo illuſtrarent *Hamburgenſem*. Tales ſunt Mart. Fogelii *Notæ & Animadverſiones* in Libros IV. priores, qvintiqve partem, imperfectæ, in Ἀνεκδότων ejus Indice, paulo ante allegato, & Vinc. Placcii *Tabulæ in Logicam Hamburgenſem*, in ipſius *Epiſtola de Excerptis propriis* (*Libro de Arte excerpendi* ſubjecta) *p. 195.*, memoratæ; nec non Joh. Vagetii *Prælectiones* in eandem, in ædium ipſius incendio d. 25. Maji A. 1691., una cum MSStis Jungianis potioribus, combuſtæ, & Joh. Blomii, Bibliothecæ Hamburgenſis Præfecti, *Manuductio* ad illam, *in præfat. Hexaemeri* promiſſa. Oppoſuit ei, qvod Logica potius eſſet Eclectica qvam Ariſtotelica, & a Stagiritæ Scholaſticorumqve ſententiis ſubinde recederet, Joh. Scharfius, Peripateticus Academiæ Witebergenſis Philoſophus, ac deinde Theologus, *Limam Logicæ Hamburgenſis, qva errata Joach. Jungii expoliuntur atqve emendantur, genuina vero Logices præcepta ex Ariſtotele, aliisqve probatis Autoribus, exactius confirmantur*, Witebergæ A. 1639. *in 4.* editam. Ob qvam cum a Jungii auditoribus qvibusdam facetis exagitatus eſſet ſatyris, defendere ſe ſuaqve, *in Apologetico contra Jungium, Calixtum, Samſonium, Stumpſium, &c.*, ibidem A. 1654. *in 4.* excuſo, fruſtra conabatur. *Lima* enim hæc Scharfiani cognominis notationi neutiqvam reſpondebat, ſed hebes erat atqve obtuſa, vereqve de Autore ſuo verſum tunc tritum vulgo oſtendebat uſurpari: *Scharfius interdum Stumpſius eſſe ſolet*. Confer, qvæ de *Logica* hac *Hamburgenſi* Jungiana, *Parte IV. Iſagoges ad Hiſtoriam Cimbricam*, *c. 10.*, *§. 27.*, *p. 618. 619. 620.*, jam olim diximus.

De Stylo ſacrarum literarum, & præſertim Novi Teſtamenti Græci, nec non de Helleniſtis & Helleniſtica dialecto, doctiſſimorum qvorundam, tam veteris qvam recentioris ævi, ſcriptorum ſententiæ, ſine collectoris lociqve mentione A. 1639. in 4. excuſæ, & in Jac. Rhenferdii, LL. Or. Profeſſoris Franeqverani, *Syntagmate Diſſertationum Philologico-Theologicarum de Stylo Novi Teſtamenti*, a variis ſcriptarum Autoribus, qvod Leovardiæ A. 1701. *in 4.* prodiit, *p. 590-634.*, recuſæ. Collectorem fuiſſe Jungium, e Dan. Wülferi *Innocentia Helleniſtarum vindicata*, ſive Apologia pro illis, itidem ἀδεσπότῳ (*p. 30. & 49.*), in Vita illius, paulo ante monuimus, & controverſiæ ſimul de ſtylo N. T. Græci, iſtarum occaſione, ei ab Eccleſiaſtis motæ Hamburgenſibus, perqve annos complures a M. Jac. Groſſio horum, & Dan. Wülfero atqve Joh. Muſæo, Jungii hyperaſpiſtis, ſcriptis continuatæ polemicis, hiſtoriam (jam olim qvoqve *Parte IV. Iſagoges ad Hiſt. Cimbr.*, *c. 10.*, *§. 15.*, *p. 585-589.*, propoſitam) fuſe enarravimus. Rich. Simon, *in Novis Obſervationibus ad Textum & Verſiones Novi Teſtamenti*, *cap. 3. & ſeqq.*, pro ſententia ſua (ab Ant. Arnaldo impugnata), qvod ſingula librorum S. Codicis verba divinitus illorum ſcriptoribus non ſint inſpirata, velut ὁμοψήφους, e Lutheranis, anonymum ſylloges hujus collectorem, & Joh. Muſæum (*in Disqviſit. de Stylo N. T.*), allegavit, teſte Thoma Ittigio *in Selectis Hiſtoriæ eccleſiaſticæ Sec. I. capitibus*, *c. 3.*, *Sect. 4.*, *§. 1.*, *p. 180. 181. 182.* A qvo tamen, Muſæum deinde (*in Introd. ad Theol.*, *P. II.*, *p. 245.*, *Qvæſtionibus de S. Scriptura*, *qv. 3.*, ac alibi) mentem mutaſſe, ſimul indicatur.

Diſp. de Ariſtocratia. Hamb. 1641. in 4. (*V. Catal. Lect. Gymn. Hamb. A. 1642. editum.*)

Diſp. de Democratia. Hamb. in 4. (*O. Sperl. Jun.*)

Diſp. I. de genere Logicæ (*Reſp. Erico Wordenhoſio, Hamburgenſi, J. U. L. poſtea & Senatore*). Hamburgi 1641. in 4.

Diſputt. duæ de principiis corporum naturalium. Hamb. 1642. in 4. De his ita Joh. Conr. Dietericus *in Specillo Chreſtomathiæ Græcæ p. 57.*: *Vidi his diebus Diſputationes D. Jungii de principiis corporum naturalium, qvibus in terminos qvosdam philoſophicos accurate inqviſivit, acer & vafer rerum Philoſophicarum æſtimator. Hac methodo ſi Lexicographus procederet, grande opus pararet.* A Dan. Georg. Morhofio etiam (*T. II. Polyhiſt.*, *L. I.*, *c. 14.*, *p. 107.*), ob *doctrinam Jac. Zabarellæ, & ſub ejus nomine omnem Peripateticam, exagitatam*, accurateqve refutatam, commendantur.

Diſputt. III. de miſtione corporum naturalium Ariſtotelica, contra Averroem & Zabarellam (*Reſp. Steph. Moltichio, Dithmarſo*). Hamb. 1642. in 4. A Morhofio, *l. c.*, itidem ſunt commendatæ.

Diſp. de pſevdaxiomate Ariſtotelico Lib. I. Phyſ. Tit. 50. & 56.: *in omni genere uno una prima eſt contrarietas* (*Reſp. Caſp. Weſtermanno, Hamburgenſi, J. U. poſtea Licentiato & Senatore*). Hamburgi 1642. in 4.

Diſp. de definitione motus Ariſtotelica (*Reſp. Bernh. Varenio, Ulzenſi*). Hamb. 1642. in 4.

Analyſis logica triterminæ cujusdam ψευδαποδείξεως Phyſicæ (*Reſp. Caſp. Weſtermanno*). Hamburgi 1643. in 4.

Analyſis logica apparentis Demonſtrationis, *Lib. VI. Phyſ. Acroaſ.* Ariſtotelis *c. 32.* expreſſæ (*Reſp. Mart. Vogelio, Hamburgenſi, Med. poſtea Doctore & Gymnaſii Profeſſore*). Hamb. 1652. in 4.

Diſp. de Axiomatibus Phyſicis. Hamb. 1652. in 4. Allegatur a Fogelio *ſub initium Annott. ad Doxoſcop. Phyſ. Jungii minores.*

Programma de laude Matheſeos, Mich. Kirſtenii, Profeſſoris illius, Orationi præmiſſum auſpicali. Hamburgi A. 1655. Subjunctum deinde eſt *Geometriæ Empiricæ* Jungii, Hamburgi A. 1688. *in 4.*, curante Henr. Sivero, recuſæ.

Nomenclator latino-germanicus, in uſum ſcholæ Hamburgenſis editus, Hamburgi 1659. in 8. Sine nomine Autoris prodiit, qvem Jungium eſſe Vinc. Placcius, *T. I. Theatri Anon. & Pſevdon.*, *c. 9.*, *p. 376.*, teſtatur.

Doxoſcopiæ Phyſicæ minores, ſeu Iſagoge Phyſica Doxoſcopica, in qva præcipuæ Opiniones, in Phyſica paſſim receptæ, breviter qvidem, ſed accuratiſſime, examinantur; ex recenſione & diſtinctione M. F. H. (*i. e. Mart. Fogelii, Hamburgenſis, Med. D. & Gymnaſii poſtea patrii Profeſſoris*), cujus Annotationes qvædam accedunt. Hamburgi 1662. in 4. Non recuſæ ſunt, ſed venum denuo tantum expoſitæ, una cum Jungii Harmonica & Iſagoge Phytoſcopica, tunc primum per editorem, Joh. Vagetium, Prof. Hamburg., adjectis, Hamburgi A. 1679. *in 4.*, titulo hoc mutilo præfixo: *Præcipuæ Opiniones Phyſicæ, paſſim receptæ, breviter qvidem, ſed accuratiſſime, examinatæ, ex recenſione & diſtinctione Mart. Fogelii D., cujus Annotationes qvædam accedunt.* Argumentum earum atqve methodum Mart. Fogelius primus editor (a Vinc. Placcio, *in Syntagmate de Script. Anon. & Pſevdon.*, *c. 6.*, *p. 54. 55.*, ac *Tomo I. Theatri Anon. & Pſevdon.*, *c. 6.*, *p. 320.*, detectus), in præfatione, hiſce verbis expoſuit: *Prima parte Autor definitiones Peripateticas plerasqve corrigit. & addit omiſſas. Secundæ ſectione I. generalis Phyſicæ dogmata, paſſim recepta, apodictice examinat. Duabus reliqvis ſectionibus, qvantum in foſſilium & plantarum ſpeciebus conſtituendis hactenus*

peccatum ſit, non pauca ſubtilitate proponit. Simul tamen definitiones ſyndiacriticas, & experientias egregias, inſerendo ſolidioris Phyſicæ fundamenta monſtrat. Præfixa ſunt illis Fogelii Annotationes generales, ſubjunctæ autem Annotationes ſpeciales. Commendantur a Franc. Rhedo *in Tractatu* (qvem amici fide allego) *de generatione Inſectorum*, D. G. Morhofio *T. II. Polyhiſt., Lib. II., P. I., c. 2., p. 163.*, & Gabr. Wagnero loco inter Elogia Autoris jam recitato.

Obſervationes de Stella mirabili, A. 1596. primum viſa, Hamburgi A. 1647. & 1648. inſtitutæ, qvas Joh. Hevelium, in ſua Stellæ hujus Hiſtoriola, A. 1663. edita, publici feciſſe juris Samuel Reyherus, *in Diſp. de præcipuis Seculorum ſuperiorum Phænomenis, c. 3., p. 9.*, teſtatur.

Harmonica theoretica, compendioſiſſime, & optima methodo, ſonorum & ſonororum proportiones, & diſtingvendorum Inſtrumentorum Muſicorum rationem, exhibens ac demonſtrans; e MS. Autoris edita a Joh. Vagetio, Profeſſore Hamburgenſi. Hamburgi A. 1678. in 4., & (cum *præcipuis opinionibus Phyſicis*) ibidem A. 1679. in 4. V. de illa Joh. Galloeſii *Diarium Eruditorum Pariſienſe Gallicum anni 1678., Ephem. XXIX., p. 364.*

Iſagoge Phytoſcopica, ex MSStis recenſita, & monitis qvibusdam, ſub finem adjectis, illuſtrata, a Joh. Vagetio, Profeſſore Hamburgenſi. Hamburgi, ſumptibus Teſtamenti Jungiani, A. 1678. in 4., & (cum *præcipuis Opinionibus Phyſicis*) ibidem A. 1679. in 4. Propoſita eſt ab Autore, anno circiter 1654., in Collegio privato, cujus auditores ſinguli, qvotiescunqve iſtud inviſerent, plantas aliqvot, in eo luſtrandas accuratiusqve conſiderandas, ſecum afferre tenebantur. Publici illam juris fecit, cum D. Chriſt. Bunckius, Poliater Hamburgenſis, editionem, teſte M. Fogelio (*ſub initium Annott. general. ad Doxoſcop. Phyſ. Jungii*), jam olim, ſed, ob mortem immaturam, fruſtra, adornaſſet, Joh. Vagetius, qvi Collegio Jungiano interfuerat. In *præfatione* is ſua, *Iſagogen* hanc, adhuc ineditam, tanti a Gvern. Rolfincio, Profeſſore Medico Jenenſi, refert, eſſe factam, ut plerorumqve, in ea indagatorum, ſummam *Sectioni IV. Libri* ſui *ſecundi de Vegetabilibus* inſeruerit, methodumqve & ſcopum ejusdem hiſce verbis exponit: *Plantarum definitiones, hactenus* (qvod Medici priſci nuda earum nobis reliqverint nomina, & incuria iſta ingentis in Botanica confuſionis fuerint autores) *neglectas, concinnare cum ſui muneris eſſe putaret Vir omni laude major, Joach. Jungius, in plantarum differentias inqviſivit, inventis apta impoſuit nomina, id deniqve effecit, ut deſcribi, Obſervationum iſtarum ductu, planta qvælibet ita poſſit, ut, poſt qvotcunqve ſecula, ex deſcriptione iſta, ſine errore, agnoſcere eam liceat. Atqve hujus doctrinæ qvantum diſcentibus ſufficeret, in opuſculum hoc, qvod Iſagoges Phytoſcopicæ titulo propterea inſignivit, conatus eſt congerere.* Conf. de illa Joh. Galloeſium *l. c. p. 364.* Commendavit eam Gothofr. Gvilh. Leibnitius, non in colloqviis ſolum (uti Joach. Frid. Fellerus *in Otio Hannoverano p. 414.* teſtatur) familiaribus, ſed & *in Epiſtola de Methodo Botanica*, Joh. Georg. Eccardi *Excerptis librorum recentiorum menſtruis Germanicis* (dem Monathlichen Außzuge), *M. Apr. A. 1701.*, inſerta. Ubi *p. 73. 74.* hæc leguntur: *Joach. Jungius, qvi adulto nuperrimo ſeculo floruit, Vir inter ejus ſeculi doctrina principes numerandus, in Phytoſcopica ſua Iſagoge poſthuma, qvæ exigua eſt naufragii meditationum ejus tabula, eleganter docuit diſcernere & aptis nominibus exprimere foliorum figuras, qvod videret naturam in his ad maximas & diſcriminando aptiſſimas deſcendere varietates. Id nunc Viri docti non infeliciter, fateor, transferunt ad folia florum.* Collaudavit eam, & paſſim ſecutus eſt, Joh. Rajus, Anglus, *in Hiſtoria Plantarum, T. I., Lib. I., c. 9. & ſqq.*, teſte J. C. Böhmero *in Memoriis Profeſſ. Med. Helmſt., Prolus. 2., p. 40.*

Faſciculus ſchedarum, inſcriptus Germania ſuperior, e MSS. collectus, ſuoqve ſumptu editus, a Joh. Vagetio. Hamburgi 1685. in 4. Obſervationes complectitur, ad Geographiam & Hiſtoriam dictionum Germaniæ Superioris minorum, & a Geographis ſolis ferme deſignatarum nominibus, pertinentes, ex Annalibus, aliisqve libris raro obviis, enotatas, ſed relatu dignis multa, uti vere olim Dethl. Cluverus, V. C., judicabat, miſcet indigna.

Schedarum faſciculus, inſcriptus Mineralia, concinnari in ſyſtema cœptus a Chriſtiano Bunckio, Med. D. & Poliatro Hamburgenſi, ac, eo mox defuncto, ita editus a Joh. Vagetio. Hamburgi 1689. in 4.

Phoranomica, ſeu Doctrina de motu locali, e MS. per Henr. Siverum, Matheſeos Profeſſorem Hamburgenſem, adjectis Diagrammatis figurisqve æri inſculptis, edita Hamburgi A. circiter 1689. *in 4.*, recuſa vero ibidem A. 1699. *in 4.*, ſub finem *IV. Opuſculorum* Joh. Adolphi Taſſii *Mathematicorum* (*Geographiæ* ſcilicet, *Chronologiæ, Stereometriæ & Staticæ*), a Balth. Menzero Ill., Matheſeos Profeſſore Hamburgenſi, junctim denuo publicatorum. Editionem illius acceleraſſe videtur honorificum Societatis Regiæ Anglicanæ de eadem, adhuc ἀνέκδοτον, judicium atqve decretum, a Secretario iſtius, Henr. Oldenburgio, *in Actis Philoſophicis anni 1669., M. Aprili, p. 147. 148. verſionis latinæ Sterpinianæ*, verbis expoſitum ſeqventibus: *Cum noviſſimis menſibus nonnulli e Societate Regia, in publico ejusdem conſeſſu, enixius urgerent, ut graviſſimum illud de regulis motus argumentum, non ſemel inter ipſos antehac agitatum, ſed, pluribus aliis intercurrentibus rebus, nunqvam, uti par erat, diſcuſſum expenſumve, tandem aliqvando examini rigido ſubjectum conſiceretur: Viſum eqvidem fuit Illuſtriſſimo iſti cœtui decernere, ut, qvotqvot e Sociis ſuis indagandæ motus indoli præ cæteris incubuiſſent, rogarentur, ut ſua in rem illam meditata & inventa depromere, ſimul & ea, qvæ ab aliis viris præcellentibus, Galilæo puta, Carteſio, Honorato Fabri, Joach. Jungio, Petro* (ſeu potius Joh. Alphonſo) *Borelli, aliisqve, de argumento iſto fuerant excogitata, congerere & procurare vellent; eo ſcilicet fine, ut, conſultis hoc pacto collatisqve omnium ſententiis, illa dehinc Theoria, qvæ cum obſervationibus & experimentis, debita cura & fide crebro peractis, qvam maxime congrueret, civitate Philoſophica ſuo jure donaretur.* Mart. Fogelio, *in Memoria Jungii, judice, ille Phoranomicam, hactenus parte ſua nobiliori partim prorſus ignoratam, partim aliis mixtis Mathematicis immixtam, e primis ſuis principiis primus extruxit, ordineqve digeſſit, ut in eam amplitudinem excreverit, in qvam, Optica nec minores ex illa, qvam hac, ad humanam vitam redundent fructus.* Honorifica etiam Phoranomicam hanc, anteqvam prodieret, mentione ſunt dignati G. G. Leibnitius *in Theoria motus abſtracti p. 33.*, & D. G. Morhofius (Anglos editionem vehementer urſiſſe perhibens) *T. II. Polyhiſt., Lib. II., P. II., c. 6., p. 318.* Editam Leonh. Chriſtoph. Sturmius (qvi Joh. Adolpho Taſſio, Jungii Collegæ, cujus *Opuſculis* A. 1699. ſubjuncta eſt *IV. Mathematicis*, eam perperam, velut Autori, tribuit), *in Tr. de Natura & conſtitutione Matheſeos, c. 5., p. 104.*, commendavit, & *non contemnendam eſſe, ſed Phyſica tamen qvandoqve Mathematicis inſperſa habere*, judicavit.

Hiſtoria Vermium, e MSS. ſchedis B. Autoris a Joh. Vagetio, aliisqve Viris præclaris, fideliter eruta, & erudito orbi, qvantum per obvenientem calamitatem licuit, communicata a Joh. Garmero, Med. D. & Poliatro Hamburgenſi. Hamburgi 1691. in 4. Hiſtoriam hanc, qvam integram edere cœperat Joh. Vagetius, parte poſteriori, nondum excuſa, igne, in ædium illius incendio, d. 25. Maji A. 1691., cum reliqvis MSStis Jungianis, abſumpta, ipſoqve editore infelici non multo poſt mortuo, Garmerus, uti in *Epiſtola* ejus monetur *dedicatoria*, non niſi mutilam exhibere literatis potuit. Complectitur ea Jungii de Inſectis Meditationes & obſervationes, qvas Autor, teſte Fogelio (*in Memoria illius*), *impenſe præ cæteris ſuis æſtimabat*, & ob qvas, adhuc ἀνεκδότους, idem a D. G. Morhofio, *T. II. Polyhiſt., Lib. II., P. II., cap. 45., p. 472.*, *Sagaciſſimus hiſtoriæ Inſectorum explorator* eſt ſalutatus; ſed, absqve ullo delectu, ordineqve

congruo,

congruo, una cum excerptis experimentisqve variis, luce publica dignis pariter ac indignis, in chaos congeſtas ab editore confuſum atqve indigeſtum, ſicut *in Hypomnematis ad Tomum II. Polyhiſtoris Morhofiani p. 532.* jam indicavi.

Diſputationes de Forma ſubſtantiali, de Loco Ariſtotelis *Lib. 3. de Cælo t. 66.*, de Figuris Locum replentibus, de Relationibus, de Notionibus ſecundis, de Demonſtratione tritermina, de Definitionibus, qvæ a ſolo Henn. Wittenio, *Dec. VI. Memor. Philos. renov. p. 280.*, & *T.I. Diar. Biograph. Sec. XVII., ad d. 23. Sept. A. 1657.*, illi, incertum an vere omnes, tribuuntur.

II. GERMANICA.

Scriptum apologeticum, adverſus Eccleſiaſtas Hamburgenſes, A. 1637. vel 1638., in medio de ſtylo N. T. certamine, editum, cujus, mihi nondum viſi, in Vitæ hiſtoria jam facta eſt mentio. Addantur huic, qvæ, cum in Academia Gieſſena Matheſeos eſſet Profeſſor, ſub communi D. Chriſtoph. Helvici, ejusdem Theologi; ipſiusqve, prodierunt nomine:

I. Kurtzer Bericht von der Didactica oder Lehr-Kunſt Wolfg. Ratichii, Gieſſæ 1614. in 8., & (cum Profeſſorum Jenenſium qvorundam ſcripto ejusdem argumenti) Roſtochii A. 1614. in 12. ac Magdeburgi 1621. in 4. Laudatur ab ambobus nova methodus Ratichii didactica. V., præter ea, qvæ in Vita noſtri, e Fogelio, narravimus, Burch. Gotth. Struvii *præfationem ad Bapt. Gvarini Librum de ordine docendi p. 43. 44.*

II. D. Mart. Lutheri treuhertzige Vermahnung an die Bürgermeiſter und Rahtsherren aller Städte in Deutſchland, daß ſie Chriſtliche Schulen aufrichten und halten ſollen; mit einem Anhange Chr. Helvici und J. Jungii. Mentio hujus in M. Fogelii *Memoria Jungii* occurrit.

INEDITA ET AFFECTA.

Qvæ MSStorum, a Jungio relictorum, & feralis ædium Joh. Vagetii Hamburgenſium incendii, in qvo ſi non omnia, pleraqve certe & potiora, d. 25. Maji A. 1691. perierunt, hiſtoriam ſpectant generalem, in Vita illius jam ſunt expoſita. Hic Catalogum illorum exhibebimus, e Mart. Fogelii *Memoria Jungiana* depromptum, ſed in compendium paſſim contractum, & noſtris ſubinde auctum obſervationibus, ſigno incluſis τῆς παρενθέσεως. Enumerantur autem ea a Fogelio hac ſerie.

Ars Protonoëtica, in protonoëmata usqve, ſive notiones irreſolubiles, omnia reſolvens, ab ipſo inventa Jungio, & ad errores qvosvis detegendos ſolideqve refellendos utiliſſima.

Doxoſcopiæ Phyſicæ majores. [Has, magnam partem e Diſputationibus Jungii Phyſicis, partim editis, partim ineditis, cum aliis inſitis ejusdem, per D. Mart. Fogelium concinnatas, paratas fuiſſe editioni, *Catalogus nundin. A. 1678. vern. Lipſienſis p. 48.* ſignificavit. Eædem haud dubie cum iis ſunt Prælectiones & Diſputationes noſtri Phyſicæ, qvas Fogelius ipſe, *in Proleg. Doxoſc. Phyſ. minorum* Jungianarum, jam ante A. 1662., a ſe juſſit expectari.]

Definitiones & Aſſertiones Phyſicæ, abſolutæ.

Prælectiones de anima, abſolutæ.

Theſes Phyſicæ, Gilb. Jacchæo, Franconi Burgersdicio, aliisqve, oppoſitæ, & abſolutæ.

Exercitationes Phyſicæ, abſolutæ.

Doxoſcopiæ Phyſicæ variæ Ariſtotelis, & duarum Peripateticæ Phyſicæ ſectarum, Cramatitarum ſive Alexandreorum, & Morphitarum, ſive Averroiſtarum (qvos inter Jac. Zabarella eminet), affectæ.

Faſciculus Doxoſcopiam complectens ſporadicam opinionum Phyſicarum Jul. Cæſ. Scaligeri, Jac. Schegkii, Joh. Lud. Havenreuteri, Chryſoſt. Javelli, Franc. Svareſii, Pet. Fonſecæ, Franc. Toleti, Jul. Cæſ. Claudini (de Putredine), Franc. Valleſii, &c.

Faſciculus ſimilis de opinionibus Phyſicis Joh. Fernelii, J. Magiri, Dan. Sennerti, Hartw. Wichelmanni, &c. Doxoſcopia Galenica.

Animadverſiones paucæ in Galilæum, Ren. Carteſium & Pet. Gaſſendum.

Doxoſcopiæ logicæ, qvæ Logicæ naturam, ac præſertim nobiliſſimam ejus partem, Epiſtemonicam, a variis tricis expeditam, nativæ majeſtati ſuæ reddiderunt.

Apodictica Zabarellæ [ſive Gymnaſmata logica de Demonſtratione, Jac. Zabarellæ oppoſita, qvorum, ſibi ab Autore commendatorum, editionem Mart. Fogelius, in *Prolegomenis Doxoſc. Phyſ. minorum* illius, A. 1662. eſt pollicitus.]

Examen Librorum XV. Jac. Schegkii de Demonſtratione, qvod tantum fuit inchoatum.

Schedæ apologeticæ pro Logica Hamburgenſi, contra vanas qvorundam jactationes.

Epiſtola Renati Carteſii Logicam cenſens, ad qvendam diſcipulorum ſcripta, in Principis fœminæ obſeqvium, qvæ Carteſium ſummo in pretio habebat.

Faſciculus integer, qvid de Franc. Baconis Verulamii Philoſophia ſentiendum, oſtendens.

Examen controverſiæ, inter duos Viros celebres agitatæ: An Theologus ſemper in forma argumentari debeat?

Examen Syllogiſmi Ad. Tanneri, *in Colloqvio Ratisbonenſi, Seſſ. XI.*, extantis, de cane Tobiæ fidei articulo.

Cenſura Bertianæ reductionis Syllogiſmorum relative compoſitorum.

Faſciculus, qvo, Ariſtotelis analyſin tantum recognitoriam, neutiqvam vero Hevreticam ſeu inventivam, fuiſſe, liqvidis argumentis oſtendit.

Faſciculus, qvo veram Μεταβάσεως εἰς ἄλλο γένος notionem ex Ariſtotele indagavit.

Exerc. de Modalium converſione.

Exercitatio contra ſententiam Hartw. Wichelmanni de Metaphyſica probante principia.

Axiomata, ex Ariſtotele, cum cura, in unum collecta opuſculum.

Faſciculi Metaphyſici, variis in Metaphyſicam obſervationibus abundantes [haud diverſi, uti credo, a Doxoſcopiis Metaphyſicis, qvas prælo eſſe maturas, qvarumqve magnam partem fore Diſputationes hujus argumenti editas & ineditas, *in Catalogo nundin. vern. A. 1678. Lipſ. p. 48.* eſt indicatum.]

Hevretica, ſive Analyſis vel Zetetica, ſummus diſciplinarum Mathematicarum apex, cujus ductu Problemata amiſſa reſtituuntur, ante non ſoluta ſolvuntur, nova Theoremata inveniuntur, novi Canones conduntur, & dubia firmantur, tam copioſis aucta acceſſionibus, ut infinitis modis vitæ humanæ commodet. [De hac ita Herm. Conringius *in præfatione Librorum* Barthol. Viotti *de Demonſtratione*, per Andr. Frölingium denuo editorum, in *Epiſtolarum* recuſa Syntagmate, *p. 357.*: *Nec hactenus lucem vidit, forſan nec videbit, omnium noſtri ſeculi in id elaborandum longe cæteroqvin aptiſſimi Joach. Jungii Hevretica ſeu Analyſis*, &c.]

Apollonius Saxonicus, ſive locorum planorum Apollonii Pergæi reſtitutio, cui labori eximio perficiendo ſocium Jungius adhibuit Woldechum Welandum, Verdenſem, diſcipulum ſuum, jactura irreparabili A. 1641., & ſibi, & operi affecto, ereptum. [Conf. qvæ de Welando hoc *Tomo II.*, fuſius ſunt narrata.]

Notæ qvædam ad Renati Carteſii Geometriam.
Operæ Cyclometricæ, Conicæ & reliqvæ Stereometricæ.
Compendium Geometriæ numeroſæ.
Arithmetices augmenta, & Triga normalis.
Decimus Euclidis liber generaliter propoſitus, & Animadverſiones in Στοιχεῖα ejusdem.
Statica, Loxoſtatica & Hygroſtatica, magno Obſervationum numero locupletatæ.
Geometria Centrobarycis inſerviens.
Catalogus Stellarum fixarum egregie emendatus, ex qvo Globis plurimæ ſunt adſcribendæ, ſi omni numero abſolutos optamus, etiam qvæ ſerenis noctibus ſatis clare videntur.
Ars, qva Stellarum in planum projecti characteres commodius qveant dignoſci, & retineri firmius, ad Geographicarum tabularum inſtar excogitati, interqve ſe mutuo cohærentes.
Obſervata varia Aſtronomica, & Lectiones Sphærometricæ.
Geographia generalis, Geographia recentior, Germania, Aſia, Palæſtina, Africæ regna qvatuor; nec non Schediasmata Geographica de Tauri montis nexibus accurate perqviſitis, Coloniisqve Græcorum & Romanorum.
Chronologica, ſpeciatimqve Chronologia Romana & Græca.
Lectiones Munitoriæ. Obſervationes Opticæ vel potius Photoſcopicæ.
Specimina ſcientiæ ſitus in texturæ contemplatione, qvæ, judice Fogelio, non poſſunt non omnibus eſſe admirationi.
Specimina Matheſeos Atomiſticæ, Chytorrhopicæ (ſingularis in Pnevmaticis latentis ſcientiæ) & Leiptothicæ.
Lexicon Mechanicum affectum. Mechanica Qvietis, in qva & de Nodis ac laqveis agitur.
Artificia & Opificia varia Fullonum, Vitriariorum, Inſectorum, Cornifrangorum, &c.
Chronodictica ſive Avtomataria.
Faſciculus qvo vanitates detexit Aſtrologicas.
Demonſtrationes Logicæ ſubtiliſſimæ, aliæqve Obſervationes novæ de Conſeqventiis, Notitionum differentiis & affectionibus (*vel ſolis*, Fogelio judice, *ſi lucem aliqvando viderint, eruditos in Jungii mentis admirationem rapturis plane incredibilem*), Homonymiarum ſpeciebus & adſignificatione, genuina Demonſtrationis indole, prompta Differentias ſpecificas indagandi methodo, Oratione interna ab externa ubiqve curioſe disjungenda, Prædicamentis e ſcholis relegandis, Prædicabilibus ſuis denudatis ambiguitatibus reformandis, Modalium tricis inexplicabilibus cum Suppoſitionibus ejiciendis, Syllogiſmo ſolo inſtituendæ Analyſi recognitoriæ, controverſiisqve finiendis, non ſufficiente, ſed advocandis dianoeis aliis, æqve, ac Syllogiſmus, experientiæ internæ ſuperſtructis, Antiſophiſtica contrahenda, Arte diſputandi facillima reddenda, &c.; e qvibus liber Logicæ Hamburgenſis qvilibet ita poſſet augeri, ut in magnum excreſceret volumen.
Schedæ Didacticæ & Hermenevticæ Dianoeæ, nondum in ordinem redactæ.
Logica Phyſioſcopica [a qva, uti conjicio, diverſa haud eſt Phyſoſcopia MSta, qvam Noribergæ, in Bibliotheca D. Gothofr. Thomaſii, Medici celeberrimi, ſupereſſe Rud. Mart. Meelführerus, *in Acceſſionibus ad Theod. Janſonii Bibliothecam promiſſam p. 139.*, teſtatur].
Phyſica καθολική. Auctores Phyſici.
Definitiones Phyſicæ reflexivæ & rectæ Syndiacriticæ. Syndiacriſis Phyſica. Democritica.
Theoria texturarum admirabilis, modo ſciendi Phyſico inſerviens.
Obſervationes de Corporibus ſimilaribus.
Obſervationes Terræ, Aqvæ, Aeris, Ignis, Lixivii, Muriæ, Aceti, Vini, Fermenti, Sebi, Cretæ, &c.
Obſervationes de Foſſilibus, eorumqve locis, & Lapidibus in genere.
Dictionarium Docimaſticum Metallurgicum Chymicum.
Faſciculus Meteorologicorum. Obſervationes varii generis de Plantis.
Horti Botanici. Lectiones & Diſputationes Phytoſcopicæ. Botanica Patavina.
Geoponica & Ampelurgica.
Schedæ Zoologiæ, tam generalis, qvam ſpecialis, hiſtoriam ſuppeditantes.
Introductio in Phyſicam, morte Autoris mutilata.
Alphabetum Conſonas phyſice contemplans, & profundius qvidem nonnihil, teſte Fogelio, qvam in Joh. Walliſii *Tractatu de Sonorum formatione* inſigni eſt factum.
Logica Medica & Hiſtoria Medica. Obſervationes paucæ Chymicæ.
Annotata de Philoſophia practica.
Theſes Ethicæ generales, adverſus qvædam Ariſtotelis, & plura Peripateticorum.
Ethica ſpecialia. Singularia de Arte, Prudentia, &c. Platonis Ethica.
Politica generalia & ſpecialia. Politicæ Theſes adverſus Ariſtotelem.
Reſpublica Platonis. Romana. Græca. Imperium Germanicum.
Matricula Imperii Germanici, beneficio notitiæ ſuæ Geographieæ, collatis diligenter omnibus Juris publici Autoribus, multis in locis emendata.
Notæ in Thomæ Hobbeſii Politicam.
Hiſtoria Philoſophiæ antiqvæ. Hiſtoria Peripateticorum.
Hiſtoriæ recentioris pauca. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Collectanea. Papæ regnum.
Analogia Lingvæ Latinæ. Analogia Lingvæ Germanicæ. Nomenclatores.
Initia Lexici Teutonici affecti [cujus a Joh. Georg. Eccardo etiam, *in Hiſtoria ſtudii Etymologici Lingvæ Germanicæ, c. 15., p. 144.*, honorifica facta eſt mentio].
Theſes Grammaticæ. Vocabula Teutonica didactica.
Obſervationes paucæ de Lingvis Hebræa, Græca, Ægyptia & Armenica.
Cenſura Colloqviorum Joh. Poſſelii Græcorum.
Poetica. Rhetorica. Helleniſtica.
Obſervationes de Monetis ſpecialibus & Epiſcopalibus, nec non de Menſuris ac Ponderibus, non ubilibet obviæ.
In Bibliotheca Civitatis Hamburgenſis publica olim, teſte ſcheda D. Mich. Kirſtenii, qvam legi, αὐτογράφῳ, præter *Doxoſcopias Phyſicas minores*, manu Autoris exaratas, ſed jam editas, ſeqventia aſſervabantur Jungiana, pleraqve in Fogeliano Indice præterita:

1. Annota-

1. Annotationes in Plinii Hiſtoriam naturalem, e M. Fogelii recenſione, in 4.
2. Apollonius Saxonicus, Tomis II., in 4.
3. Phytoſcopica, a M. Fogelio digeſta, in 4.
4. Doxoſcopiæ phyſicæ majores, Tomis II., in 4.
5. Logicæ Hamburgenſis præſtantia, in 4.
6. Analytica & Problemata de Pyram., in 4.
7. Logica didactica, in 4.
8. Diſputationes Nœmaticæ, in 4.
9. Diſputationes Ethicæ, Politicæ, &c., in 4.
10. Geometrica controverſa inter J. Stampenium & J. A. Waſſenaer, in 4.
11. Prælectiones de Anima, in 4.
12, 13. Faſciculi duo, Hiſtoriam vitæ J. Jungii, ejusqve materiam, complectentes, in 4. & 8.
14. Orationes, & Orationum fragmenta, in 4.
15. Index in Andr. Cæſalpinum, in 4.
16. Exercitationes Phyſicæ, in 8.
17. Additiones ad Exercitationes Phyſicas, in 8.

Adjungantur his, qvæ in utroqve Catalogo, & Fogelii, & Kirſtenii, ſunt omiſſa:

I. Notæ in Ariſtotelis Opera perpetuæ, de qvibus ita D. G. Morhofius *T. II. Polybiſt., Lib. I., c. 9., p. 46.: Legerat olim Ariſtotelem magna cura Joach. Jungius, qvanqvam a doctrina Peripatetica alienus, magnus tamen Philoſophus. Vidi Ariſtotelis editionem Pariſienſem, perpetuis ejus Notis marginalibus MSStis illuſtratam, qvam theſauri loco ſe habere dicebat Mart. Vogelius, cujus bibliotheca ad Ducem Hannoveranum pervenit. Moliebatur ejus editionem Vogelius; ſed ipſe præmaturo fato huic conſilio præreptus fuit.* Et denuo *T. II., Lib. II., P. I., c. 12., p. 230.: Notari hic poteſt, ſupereſſe Hamburgi, apud virum clariſſ., Mart. Vogelium, Notas MSS. marginales Joach. Jungii in Ariſtotelem, doctas atqve eruditionis pleniſſimas; ut fuit ille naturalis ſcientiæ præprimis ac mathematum acerrimus indagator, ſed qvi in plurimis ab Ariſtotele diſſentit. Sed pleraqve in Ariſtotele loca qvam diligentiſſime contulit & examinavit. Edentur eæ, ſi typographus erit, qvi impenſas erogabit.* Verum edi illæ jam non amplius poterunt, poſtqvam, cum MSStis Jungianis aliis, A. 1691., in Hamburgenſi ædium Joh. Vagetii incendio, jactura perierunt irreparabili, a Vinc. Placcio, *Tomo I. Theatri Anon. & Pſeudon., c. 6., p. 320.*, hiſce verbis deplorata: *Inter qvæ nil æqve doleo, qvam Ariſtotelem, notis marginalibus Jungianis, adeo curioſis, totum a capite ad calcem illuſtratum, ut multis Commentariis eſſent ſuffecturæ, imo tales, qvales nullus alius dare poſſit, niſi tota ſua vita ſedulo in attentiſſima & ſagaciſſima lectione philoſophica tanti Philoſophi, tanto cum judicio, eſſet verſatus. Adeo loca parallela, contradicentia invicem, aut illuſtrantia, & qvales qvotuplici ſenſu voces notabiles pleræqve Ariſtoteli fuiſſent indicatæ: qvæ & ubi, aut qvæ nusqvam definitæ, &c., irreparabilia illic exhibebantur.*

II. III. Collegia Trigonometricum & Opticum, qvæ in Herm. Conringii olim aſſervabantur Bibliotheca, teſte hujus *Catalogo*, A. 1694. Helmſtadii edito, *p. 237.*

IV. Contemplatio ligni, de cujus editione Joh. Vagetium cum typographo jam fuiſſe pactum a filio illius accepi.

V. Meditationes de Lingvæ Germanicæ originibus, qvas imperfectas fuiſſe Joh. Vagetius ipſe me olim docuit.

[De *Fama Fratrum Roſeæ Crucis* Jungio, per Joh. Ludov. Fabricium, falſo afficta, qvæ in Vita ipſius jam retulimus, poſſunt conſuli.]

JOHANNES (*) KIRCHMANNUS (**) Senior,

Lubecæ d. 18. Jan. A. 1575., patre Gerhardo, mercatore primario, matre Geſa Dreieria, ſeu Hünerjägeria, natus, & a parentibus, animadverſa ingenii præſtantia, ſtudiis mancipatus, in ſchola Lubecenſi doctrinæ chriſtianæ elementa fideliter imbibit, lingvarum græcæ ac latinæ peritiam ſibi paravit, & qvotidianis dicendi diſſerendiqve exercitiis magnam præceptorum de ſe concitavit expectationem. Academiis maturus, Francofurtanam ad Viadrum A. 1593., patri emortuali, octodecim natus annos, adiit, ac, Balth. Caminæi, JCti, hiſtoriam ac poeſin publice docentis, utens hoſpitio (1.), hujus, aliorumqve Profeſſorum, ductu, non in Theologia ſolum (cujus Studioſus a Joſ. etiam Scaligero (2.) appellatur), ſed polymathia etiam, qvam naturæ inſtinctu deperibat, elegantiori, per qvadriennium, inſigniter profecit. Francofurto Jenam, & inde Argentinam, commigravit, ibiqve biennio moratus integro, partæ jam eruditioni nova ſedulitate incomparabili addidit augmenta. Anno ſeculi XVII. primo, Franciſco Witzendorfio, Henrici, Conſulis Lüneburgenſis, filio, ad eandem deinceps in patria evecto dignitatem, præfectus, Galliam & Italiam annis aliqvot haud obiter perluſtravit, & urbium locorumqve, qvæ accedebat, omnium non ſitum modo, antiqva monumenta, ac gubernationem politicam, accurate eſt contemplatus, ſed viros etiam eruditionis ac prudentiæ fama celebres ſtudioſe ſibi conciliavit. Ex itinere iſto Roſtochium A. 1602. reverſus, D. Lucam Bacmeiſterum, Prof. Theologum & Superintendentem, ſibi elegit hoſpitem, annoqve ſeqventi Poeſeos Profeſſor in academia publicus a Senatu illius eſt conſtitutus. Spartam hanc, ſibi commiſſam, & docendo, & eximia ingenii monumenta (qvorum primum *de Romanorum funeribus*, A. 1605. editum, univerſi mox orbis eruditi applauſum, magno cum famæ ipſius incremento, meruit) evulgando, ita ornavit, ut auditores in ſui raperet admirationem, Collegarum autem, & virorum aliis in locis doctiſſimorum, amorem & benevolentiam magis magisqve ſibi conciliaret, filiosqve virorum in Saxonia, Pomerania, Marchia, Holſatia, Megapoli, ac regionibus vicinis, eminentiſſimorum, qvos illi certatim fidei ejus, atqve inſpectioni domeſticæ, concredebant, e convictu ſuo doctiores pariter atqve moratiores dimitteret. Cum decennium Roſtochii exegiſſet, ad ſcholæ patriæ Lubecenſis gubernationem, in locum D. Ott. Gvalterii, Rectoris ejusdem emeriti, A. 1613. a Senatu, ſvaſu atqve literis D. Jac. Bordingi junioris, Conſulis primarii, eſt invitatus. Acceptis iis, qvid ſibi faciendum, animi pendebat, & dura qvidem ac difficili piſtrino admotorum ſcholaſtico conditione, iniqvis imperitiſſimorum qvorumqve de laboribus illorum judiciis, ac anteceſſorum (qvorum pleriqve, ab eccleſiaſtis, aliisqve, variis impetiti calumniis ac litibus, ſolum verterant) veſtigiis, ne munus hoc ſuſciperet, aliqvamdiu deterrebatur, donec, promiſſis ejusdem Bordingi, ac Georg. Stampelii, Superintendentis, meliora eum a ſe, ac Collegis,

(*) Henricus Kirchmannus male vocatur a Mart. Zeilero *in Topographia Sax. inſer. p. 156.*, teſte J. H. a Seelen *P. IV. Athen. Lub., c. 14., p. 251.* (**) *Joh. Naander*, græca cognominis metaphraſi, vocatur a Joh. Caſelio, *in Or. memoriæ Caroli, Ducis Megap., conſecrata, p. 16.* (1.) V. ipſius *Or. funebrem Georg. Stampelio habitam p. 16.* (2.) *in Scaligerianis alteris p. 133. 134.*

legis, ſperare jubentium, ampliſſimis confirmatus, poſt literas per multas ſeptimanas ultro citroqve miſſas, mentem mutaret (3.), &, patriæ amori obſeqvens, imponi ſibi iſtud d. 23. Nov. eod. A. 1613. (4.), ab Alex. Lüneburgio, ordinis conſularis Seniore, pateretur. Vix illi admotus, juſſu Collegii Senatorii, una cum Stampelio, modo laudato, leges de magiſtrorum & diſcipulorum officiis ſcholaſticas emendavit, & lectionum ordinem, deinceps ſeqvendum, recognovit (5.), &, per annos poſt 30. continuos, fide, induſtria, Φιλοπονίᾳ, prudentia & dexteritate incredibili, a Jac. Stolterfohtio, genero & encomiaſta poſthumo, fuſe atqve ſigillatim deprædicata, Athenæi patrii gubernacula, ſibi commiſſa, moderatus, viros ex iſto, tanqvam ex eqvo Trojano, plurimos egregie doctos, ſummisqve functos honoribus, & urbi ſtitit natali, & in vicinam, omnemqve Saxoniam ac ſeptentrionem, ablegavit. Convitia & calumnias, qvibus, tum ob auditorum delicta juvenilia, tum ob ſcholæ freqventiam, accreſcente pædagogorum domeſticorum numero, magis magisqve decreſcentem, ab hominibus imperitis, cenſoribusqve ſacris δοκησισόφοις, ac, hos inter, ingratis aliqvot diſcipulis, ſeneſcens, non privatim ſolum, ſed etiam publice, immerito onerabatur, ipſe, fatorum doctoribus ſcholaſticis communium memor, & recte actorum conſcientia fretus, animo generoſo contemſit, gener autem Stolterfohtius, in ſermone, qvo defunctum celebravit, parentali, παῤῥησίᾳ ingenti, ſolide pariter atqve prolixe, confutavit. Bibliothecæ publicæ Catharinææ Lubecenſis, A. 1620. conditæ, primus, ad A. usqve fatalem 1643., fuit Præfectus, ſolus item e Rectoribus; poſtea enim Subrectoribus ephoria illius eſt demandata (6.). Pauxillum illud temporis, qvod a laboribus inſtituendæ juventutis continuis poterat ſuccidere, ſcriptis doctrinæ variæ pariter atqve ſolidæ, qvibus orbem univerſum literatum erudiebat, elucubrandis impendit, vir in omni literarum genere, præcipue tamen in elegantioribus, lingvis ſcilicet græca ac latina, Critica accuratiori, Hiſtoriæqve & Antiqvitatum ſtudio, ad ſtuporem usqve verſatiſſimus, facundiæqve oratoriæ, & venæ poeticæ, genio mire felici antiqvis proximus, & vix inferior. His ingenii dotibus, qvas cives pleriqve ſuo haud æſtimabant pretio, eximiis, pietate præterea, probitate, candore, modeſtia, comitate, humanitate, aliisqve virtutibus, fuci omnis neſciis, ſed degenere hoc ævo rariſſimis, qvicqvid hominum in Europa ſupra vulgus eminebat eruditiorum, ſibi conciliarat. Ex Italis Hier. Mercurialem, e Gallis Jac. Bongarſium, Iſ. Caſaubonum, Rad. Fornerium, Pet. Danielem, in Batavia Joſ. Scaligerum, Dom. Baudium, Dan. Heinſium, Janum Rutgerſium, Gerh. Joh. Voſſium, Janum Gebhardum, in Dania Joh. Meurſium & Steph. Joh. Stephanium, in Germania Joh. Caſelium, Marcum Velſerum, Laur. Rhodomannum, Janum Gruterum, J. Matth. Wackerum, Joh. Wittenium, Hub. Giphanium, Conr. Rittershuſium, Dav. Hoeſchelium, Matth. Berneggerum, Georg. Remum, Caſp. Hofmannum, Mich. Piccartum, Eilh. Lubinum, Caſp. Barthium, in Cimbria deniqve noſtra, ejusqve ocellis duobus, Lubeca & Hamburgo, Georg. Calixtum, Georg. Stampelium, Joh. Wouwerium, Frid. Lindebrogium, J. Henr. Meibomium, Joach. Morſium, J. Frid. Gronovium, Mart. Ruarum, aliosqve doctrina & fama his non inferiores, amicis ſuis annumerabat, & commercium cum plerisqve freqventabat literarium. Nuptias A. 1606. d. 3. Febr. celebravit cum Emerentia, Joach. Scheelii, Senatoris Roſtochienſis, filia (7.), & ex ea (marito, per luſtra qvatuor & qvod excedit, ſuperſtite ac d. 11. Aug. 1671. defuncta), in 37. annorum conjugio, liberos qvinqve ſuſtulit, tres ſcilicet filios, Henricum, in ætate tenella extinctum, Johannem, J. U. D. & Practicum Conſulemqve Sleſvicenſem, atqve Alexandrum, J. U. itidem Doctorem, duas autem filias, Dorotheam, M. Jac. Stolterfohtio, Theologo erudito, ædisqve Marianæ Lubecenſis Eccleſiaſtæ, A. 1626. elocatam, ac undecim poſt annis mortuam, & Emerentiam, Johannis initio Greenii, mercatoris Lubecenſis (cui Georgium Greenium, J. U. L. & Protonotarium Slesvigo-Holſaticum provincialem, eſt enixa), & Hugonis dein Schuckmanni, Senatoris, conjugem. Ætate & laboribus fractum, præter oculorum e lucubrationibus continuis imbecillitatem, hemiplexia, e graviſſimis capitis orta deſtillationibus, A. 1642. afflixit, &, ſemel licet curata, A. 1643. denuo eſt adorta, febris autem maligna, comitem ſe huic jungens, d. 20. Mart. eod. A. 1643., (non 1613., qvem Königius (8.) ſubſtituit) æt. 69., Lubecæ ſuæ, & orbi literato, omnino eripuit. Exuviæ, templo Mariano illatæ, e regione ſuggeſtus, eo in loco reconduntur, qvem monumentum defuncti etiamnum exornat epitaphium (9.). In ſcholæ patriæ gubernatione ipſi ſucceſſit M. Sebaſt. Meierus, civis atqve collega, ejusdem antea functus Conrectoratu.

Symboli loco albo Frid. Lindebrogii inſcripſit græcum illud: Κάλλιστον τὸ δικαιότατον.

Vitæ ejus hiſtoriam, ante me, enarrarunt:

1. M. JAC. STOLTERFOHTIUS, gener, in *Orat.* prolixa *funebri*, in auditorio ſcholaſtico 4. Non. Maj. A. 1643. habita, ac dein Joh. Wittenio, Conſil. Megapolitano, civi & amico defuncti intimo, inſcripta, Lubecæqve, adjunctis amicorum Lubecenſium (D. Joh. Henr. Meibomii & D. Pauli Neucrantzii, Medicorum, M. Ad. Helmſii, Stolterfohtii ipſius, Bernh. Wörgeri & Joh. Nicolai, Eccleſiaſtarum, ac M. Seb. Meieri, Jacobiqve Kockerti, ſcholæ moderatorum) Epicediis, eod. A. 1643., in 4., excuſa, ſine his autem recuſa in Henn. Wittenii *Memoriis Philoſophorum ſeculi noſtri clariſſimorum*, Francof. A. 1677. in 8. editis, *decade IV.*, *p. 516-553.*
2. JAC. KOCKERTUS, Lubecenſis, ſcholæ patriæ Subrector, in Epicedio heroico prolixo, Orationi Stolterfohtianæ ſubjuncto.
3. MART. HANKIUS, *Lib. I. de rerum Romanarum ſcriptoribus, p. 286-289.*, *& Lib. II. p. 412. 413.*
4. JUL. CÆS. CAPACCIUS, urbis Neapolitanæ Secretarius (circa laudes librorum *de funeribus* Romanorum potiſſimum occupatus), *in Elogiis hominum utriusqve ſexus illuſtrium, Lib. 2.*
5. PET. BÆLIUS, *Tomo II. Dictionarii hiſtorici & critici*, gallice editi, *p. 234. 235.*, edit. primæ, & *T. II. p. 1717. 1718.* edit. ſecundæ.
6. GOTFR. ZEUNERUS im Sommer-Parnaſſe A. 1694., *p. 108. 109. 110.*
7. HENN. WITTENIUS (pro inſtituti ratione brevior) *in Diar. biograph. Sec. XVII.*, *T. I.*, *ad A. 1643.*, *lit. Rr. 2. b.*
8. JAC. a MELLEN, Paſt. Lubec. Marianus, ejus pronepos, *in Notitia majorum ſuorum*, Lipſiæ A. 1707. edita, *p. 25-28.*, & ex iſta PET. AMBR. LEHMANNUS *in Novis Lit. Germ.*, *M. Febr. A. 1707.*, *p. 58. 59.*, ac LUBECENSES *in Novis Lit. Lubec.*, *M. Jun. A. 1707. p. 190.*
9. JOH. FRANC. BUDDÆUS *Tomo III. Lex. Hiſtor. p. 256.*
10. JOH. HENR. a SEELEN *locis mox citandis.*

(3.) V. ipſius *Or. funebrem Bordingianam p. 45. 46.*, *ac alteram, Stampelio habitam p. 32. 33. 34.* (4.) V. Henr. Bangerti *Catalogum Præceptorum ſcholæ Lubec.*, *Orationi Rectoratus ejusdem auſpicali adjectum*, Jac. a Mellen *Seriem MS. eorundem*, & *P. 4. Iſag.* meæ *ad Hiſt. Cimbr.*, *c. 5.*, *§ 17.*, *p. 491.* (5.) V. *Or. fun. Stampelio habitam p. 34.* (6.) V. Anonymi Nachricht von Lübeck, *c. 37. p. 236.* & J. H. a Seelen *P. IV. Athen. Lubec.*, *c. 14.*, *p. 375.* (7.) V. Epithalamia in Nuptias has Dom. Baudii, *in Poematis*, Leidæ A. 1616. in 8. editis, *in Farragine p. 193-196.*, & Wolfg. Heideri, *L. 2. Poem. p. 355. 356. 357.* Baudianum etiam legitur in Amoribus Domin. Baudii, a Pet. Scriverio, Leidæ A. 1638. editis, *p. 117. & ſeqq.* (8.) *in Biblioth V. & N. p. 446.*, notatus a Joh. Fabricio *P. III. Hiſt. Bibl. ſuæ p. 123.* (9.) teſte Autore des beglückten und geſchmückten Lübecks *p. 115.* Inſcriptionem illius recitat Jac. a Mellen *in Notitia Majorum p. 28.*, & J. H. a Seelen *P. IV. Athen. Lubec.*, *c. 14.*, *p. 385. 386.*

ELOGIA ejus varia exhibent MART. HANKIUS *ll. cc.*, & THOM. POPEBLOUNT *in Cenſura Autorum p. 975. 976. 977.*

Conferri etiam de illo poſſunt, præter Autores in vitæ hiſtoria jam allegatos, CHR. WILH. EYBENIUS *in Eponymologio critico Tob. Magiri aucto p. 495.*, JOH. HALLERVORDIUS *in Biblioth. curioſa p. 181. 182.*, THOM. REINESIUS *Lib. 1. Var. Lect. p. 89. 90. 120.*, PHIL. LABBEUS *in append. Bibliothecæ bibliothecarum p. m. 612.*, JOH. BONA *in Catalogo autorum, libris de pſalmodia divina præfixo*, NICOL. SCRIBONIUS *L. 4. Luſuum anagrammaticorum Gottorpienſium p. 104.*, GEORG. NICOL. ERASMI *Lib. 1. Anagramm. emmetr.*, *num. 36.*, M. GOTFR. LUDOVICI, *P. I. Hiſtoriæ Rectorum & ſcholarum p. 103.*, ac *Parte V. p. 322. 323. 324.*, REINH. HENR. ROLLII *Diſſ. de Doctoribus academicis ad ſcholarum gubernacula vocatis*, §. 15., *p. 34. 35.*, JOH. HENR. a SEELEN *P. I. Athenarum Lubecenſium p. 12. 13. 50-58.*, *P. III. p. 446-450.*, & *Parte* præſertim *IV.*, *cap. XIV.*, *p. 251-386.*, fuſe de illo commentatus.

In Appendice Epiſtolarum, a Marqv. Gudio, Conſiliario Danico, collectarum, Gudii ipſius *Epiſtolis*, Ultraj. A. 1697. *in 4. maj.* editis, ſubjuncta, qvamplurimæ occurrunt, ad Kirchmannum a viris doctiſſimis exaratæ,

IV. ſcilicet Jac. Bongarſii, A. 1602. 1604. 1606. 1608. ſcriptæ, *num. 55-58.*, *p. 145. 146. 147.*
V. Iſaaci Caſauboni, A. 1605. 1606. & 1608. exaratæ, *n. 66-70.*, *p. 155-159.*
Una Marci Velſeri, ſcr. A. 1612., *n. 102.*, *p. 186. 187.*
IV. Dav. Hœſchelii, ſcr. A. 1602. 1603. 1605. 1612., *n. 102-105.*, *p. 187-190.*
X. Jani Gruteri, ab A. 1600. ad 1619. ſcriptæ, *n. 115-125.*, *p. 200-210.*
VIII. Georgii Remi, ab A. 1605. ad 1625. exaratæ, *n. 128-135.*, *p. 211-219.*
VI. Jani Rutgerſii, ab A. 1615. ad 1624., *n. 138-143.*, *p. 220-223.*
VII. Dan. Heinſii, ab A. 1605. ad 1628., *n. 144-150.*, *p. 224-227.*
Una Caſp. Barthii, A. 1608. ſcripta, *n. 152.*, *p. 228. 229.*
Una Huberti Giphanii, *n. 155.*, *p. 230. 231.*
XIX. Conr. Rittershuſii, ab A. 1599. ad 1612., *n. 160-178.*, *p. 231-252.*
III. Chriſtoph. Coleri, *n. 179. 180. 181.*, *p. 252. 253. 254.*
VI. Mich. Piccarti, ab A. 1608. ad 1620., *n. 182-187.*, *p. 254-260.*
III. Mart. Ruari, A. 1611. & 1612. ſcriptæ, *n. 189. 190. 191.*, *p. 261-266.*
Una Laur. Rhodomanni, ſcr. A. 1605., *n. 192.*, *p. 266.*
VIII. Joh. Caſelii, ab A. 1608. ad 1612., *n. 194-201.*, *p. 268-272.*
Una Theod. Buſſii, ſcr. A. 1610., *n. 202.*, *p. 272. 273.*
Una Eilh. Lubini, ſcr. A. 1613., *n. 203.*, *p. 273. 274.*
III. Domin. Baudii, ſcr. A. 1604., *n. 204. 205. 206.*, *p. 274. 275. 276.*
IV. Joh. Meurſii, *n. 211. 212. 213. 214.*, *p. 280. 281. 282.*
II. Frid. Lindebrogii, ſcr. A. 1611. & 1637., *n. 219. 220.*, *p. 285. 286.*
II. Joh. Chriſtenii, ſcr. A. 1628. & 1629., *n. 227. 228.*, *p. 291. 292. 293.*
Una Georgii Calixti, ſcr. A. 1635., *n. 229.*, *p. 293.*
XV. Jani Gebhardi, ab A. 1622. ad 1632., *n. 230-244.*, *p. 294-306.*
III. Caſp. Hofmanni, ſcr. A. 1624. 1625. & 1637., *n. 245. 246. 247.*, *p. 306. 307. 308.*
III. Steph. Joh. Stephanii, ſcr. A. 1633. 1634. & 1642., *n. 248. 249. 250.*, *p. 308-311.*
Una Gerh. Joh. Voſſii, ſcr. A. 1628., *n. 253.*, *p. 319.*

Publici juris factæ ſunt Epiſtolæ hæ CXXIII., e volumine Epiſtolarum, a viris doctis ad Kirchmannum αὐλοχειρὶ exaratarum, MSto, qvod Kirchmanni filius ὁμώνυμος, Conſul Sleſvicenſis, viro illuſtri, Marqv. Gudio, donavit, & ego, in hujus bibliotheca haud obiter olim perluſtratum, plures, qvam in Appendice modo laudata prodierunt, continere obſervavi.

Tres Domin. Baudii ad illum, A. 1604. 1605. & 1606. exaratæ, leguntur in Baudianarum (qvarum editione utor Lipſiæ A. 1631. excuſa) *Cent. I.*, *n. 90. & 97.*, ac *Cent. II. num. 20.*

Una Iſ. Caſauboni, de antiqvitatibus funebribus, A. 1606. ſcripta, in Caſaubonianarum editione Hagienſi anni 1638. Gronoviana, *num. 306.*, *p. 410.*, & in Brunſvicenſi anni 1656. Græviana, *num. 475.*

III. Joh. Caſelii, A. 1605. 1608. & 1613. exaratas, MStas, in bibliotheca Civitatis Hamburgenſis publica, offendi.

Una Mart. Ruari, in Ruarianarum *Centuria II.*, Amſtelod. A. 1681. in 8. edita, occurrit.

IV. Joh. Frid Gronovii A. 1633. 1634. & 1635. exaratæ, in Gudianarum *appendice, paulo ante memorata*, *num. 254-257.*, *p. 320-325.*, comparent; recuſæ Hamburgi A. 1723. in D. Nicol. Wilckenii *Vitæ Gronovii germanicæ appendice epiſtolica*, *p. 79-89.*

Duæ Joh. Wouwerii, Hamburgenſis, in Wouwerianarum *Cent. I.*, Hamb. A. 1618. in 8. impreſſa.

Tres D. Pauli Tarnovii, Theologi Roſtoch., A. 1615. 1617. & 1622. datæ, *Parte IV. Athenarum Lubecenſium* Joh. Henr. a Seelen (ed. Lub. A. 1722.), *c. 14.*, *p. 265-275.*

Una Joh. Strubii, Scholæ Hannov. Rectoris, A. 1636. ſcripta, *ibid. c. 14.*, *p. 276. 277. 278.*

ELOGIA.

IN ACTIS ERUD. Lipſienſibus, *M. Febr. A. 1697. p. 52.*, *Philologus* vocatur *cultiſſimus*.

HENR. BANGERTO (*in Catal. præceptorum ſcholæ Lubec.*) *Vir* audit *excellenti doctrina*.

CASP. BARTHIUS, *in Commentatione de L. Lat. autoribus* (apud J. Mich. Dilherrum *P. II. Appar. Philol. p. 237.*) eum ſcriptoribus annumerat, *qvi immortalem ſibi laudem ſcriptis Romanam antiqvitatem illuſtrantibus condiderunt*, &, in Epiſtola ſupra allegata, verbis hiſce compellat: *Cæterum ſcito, nos magnopere famæ tuæ favere, ingenium & induſtriam admirari, vel ob unum tuum de Funeribus librum, ſive tu delicias libri dicas, qvas ego qvidem ſolide tales amo & æſtimo, nec moveor, qvod, ante hoc triennium, Pariſius qvidam Heraldus ad Arnobium de te ſiniſtra qvædam commentari auſus eſt.*

LAUR. BODOCKIO (*in Roſa Varniaca lit. B. 1.*) *Poeta & Philologus accuratus*.

MARCO ZUERIO BOXHORNIO (*in Qv. Rom. XXV.*, *teſte Hanckio l. c.*, *L. 1.*, *p. 288.*) audit *diligentiſſimus*.

GEORG. HENR. BURCHARDO (*in Epigraphe funebri, nepoti ejus, Joh. Adolpho Kirchmanno, A. 1663. ſcripta*) *Lumen ſidusqve Saxoniæ.*

ANT. BYNÆO (*L. 2. de Calceis Hebr., c. 5., p. 202.*) *Vir doctiſſimus.*

JOH. CABELIAVIO, Conſil. Svecico (*in Ep. MS. ad Joach. Morſium A. 1633. exarata, ac in hujus Albo fol. 355. mihi lecta*), *Candidiſſimus mortalium.*

IS. CASAUBONUS (*in Epiſt., A. 1608. exarata*) ita ad eum: *Tuum de Annulis commentarium, ut omnia tua, expecto cupide. Perge igitur* ἀγαθῇ τύχῃ *& rem auge literariam.* Δύνασαι γάρ, *ut ſi quis alius.*

THOMÆ CRENIO (*Exerc. I. de libris ſcriptorum optimis p. 13.*) *Literarum & virtutum incomparabile Lubecenſium, & totius Germaniæ, decus.*

JOH. CASELIUS, *in Or. fun., Caroli, Ducis Megap., memoriæ A. 1610. conſecrata, p. 16.*, eum *Joh. Naandrum*, *amicum ſuum*, vocat, & addit: *In hunc diem Poetas Roſtochii erudite, accommodateqve non minus ad utilitatem in vita, qvam ad honeſtiſſimam voluptatem capiendam, interpretatur, ut ipſum vitam non minus, qvam oratione, informare noveris.*

ARN. CLAPMARIO (*in Jambis in Libb. de Fun. Rom.*) *Rei* audit *lux magna literariæ.*

SIM. DACHIUS, Poeſ. PP. Regiom., in Choliambis, ad Er. Möllenhofium, Lubecenſem, laurea ornatum magiſtrali, A. 1643. ſcriptis, ita de Noſtro:

Ejus ſtupendas orbis eruditorum
Miratur artes, & ſcientias rerum.
Qvot ille juvenes miſit huc bene excultos,
Et lacte diſtentos favoqve Muſarum!
Qvicunqve ludo prodiere Kirchmanni,
Hos eruditos eſſe dixeris tuto.
At hunc dolet Lubeca morte ſublatum.
Heu, qvanta terris, qvanta publicæ rei,
Data eſt ruina, qvanta dulcibus Muſis!
Sed hunc loqvetur omnibus virum ſeclis
Mirator orbis. Neſcia eſt mori virtus
Inter ſepulchra, interqve buſta Romana,
Et qvæ libellis ſcripſit aureis dudum,
Surgit perennis, qviqve ſedulus qvæſiit
Ritus ſepulchri, repperit ſibi vitam.

JOH. ALB. FABRICIO (*in Bibliogr. Antiqv., c. 18., p. 554.*) *Lubecæ ſuæ decus.*

JOH. FAES, Paſt. Stadenſis (*in Not. ad Gyraldi Lib. de ſepultura p. 31.*) eum vocat *virum doctrina excellentiſſimum.*

GEORG. HENR. GOTZIO (*in Singularibus de Reliqviis Lutheri, §. 6., p. 19.*, audit *Vir de Lubecenſium ſchola, & univerſa re literaria, præclare meritus*, it. (*in Diſſ. Ep. de biblioth. Annaeberg., in Lehmanni Nov. Lit. Germ. A. 1703., p. 450.*) *Magni nominis Philologus.*

JOH. FRID. GRONOVIUS, in Epiſt. ad illum A. 1633. ſcripta (*l. c., num. 254., p. 320. 322.*) eum *Literarum humaniorum epoptis* accenſet, *famæqve* illius *ampliſſimæ celebritatem, & ſcriptorum aureorum, qvibus hanc debet, illa autem ingenio ſuo inexhauſto, & judicio edecuriato, bigam*, deprædicat. Ibid. *p. 322. Præcipuum noſtri ævi decus*, in *Monobiblo autem obſervv. in Scr. Eccl. p. 217. Virum optimum*, eum ſalutat.

DAN. HEINSIUS, in Ep. ad illum qvinta, A. 1622. exarata (*l. c., num. 148., p. 226.*), ita ſcribit: *Ego, qvod ex animo, mi Kirchmanne, ſit dictum, cum ex ſcriptis tuis, & imprimis accurato illo de Funeribus libro, olim ſerio te æſtimarim, multum poſtea ex commendatione aliorum, qvi inſignem eruditionem tuam, cum virtute incredibili conjunctam, ac candorem, miris ſæpe apud nos extulerunt modis, ad opinionem hanc acceſſit, ut non raro ſim miratus, cur Vir tantus, eo tempore præſertim, qvo chartarum neminem miſeret, neqve qvicqvam tam ineptum eſt, qvod non in vulgus protrudatur, hactenus latere malit, qvam doctiſſimos docere.*

JOH. FRID. HEKELIO (*in notis ad Mich. Barthii vitam Virgilii p. 31.*) audit *Vir ipſis Muſis ſalſiſſime deplorandus.*

HELMSTADIENSIS Academiæ Rectori (*in Programmate ad exeqvias nepotis ejus, Joh. Adolphi Kirchmanni, A. 1663. mortui, invitatorio*) *Vir longe doctiſſimus, ex cujus diſciplina, tanqvam ex eqvo Trojano, qvamplurimi ſolidioris eruditionis veluti principes egreſſi ſunt, cujus nomen, per univerſum eruditorum orbem, immortali gloriæ conſecravere, præter concinna atqve nervoſa ſententiarum diſciplinarumqve opuſcula, inſignes illi de Funeribus Romanorum, & de Annulis, libri, in qvibus, qvod, ex omni ſcriptorum penu, addi utriusqve iſtius argumenti poſſit, nemini qvidqvam videtur feciſſe reliqvi.*

ABR. HINCKELMANNUS (*in Progr. funebri, exeqviis Joh. Poltzii, Conrectoris Lubec., A. 1675. dicato*) eum *Summis duobus Germaniæ Didacticis, Joh. Sturmio & Joh. Caſelio, ob eruditionem, & rerum harum peritiam rariſſimam, tertium eſſe annumerandum*, judicat.

JAC. KOCKERTO, Scholæ Lubec. Subrectori, in Epicedio, laudes ejus fuſe decantante, audit *Pieriæ columenqve decusqve palæſtræ, nobile templum virtutum, ſophiæqve domus, pharos alta Lubecæ.*

THOM. LANSIUS, *in Conſultat., Or. I. pro Germania p. 53.*, Philoſophis & Philologis Germaniæ ἐξοχωτέροις eum accenſet.

CASP. MAURITIUS (*in Carmine, Joſuæ Arndii Orationi de contemptu Philologiæ præfixo*) præcipuis eum barbariei in Germania Oppugnatoribus annumerat.

JOH. HENR. MEIBOMIUS græco hoc defunctum celebravit carmine:

Ἐνθάδε ΚΙΡΧΜΑΝΝΟΣ κεῖται, τηλέκλυτον ἔρνος
Δηλοΐδε Φοίβοιό τε, καὶ πολυβούλε Ἀθήνας,
Καὶ ὅσσον ἐστὶ θεῶν πιμπληΐδος ἀγχόθι κρήνης,
Ἡγήτωρ νεαροῖς (οἷον ποτ' Ἀχιλλεῖ Φοῖνιξ),
Τευτονίης τ' ἄτης Φοῖνιξ νέος, εὐπατερείαις τε
Κεκροπίην φαίνων παίδεσσι καὶ Αὔσονα γλῶσσαν,
Καὶ ἀρετῆς τεχνῶν θ' ἱερῶν ἴδεια κέλευθα.

Δὴ γὰρ

Δὴ γὰρ ἐὴν σοφίη, καὶ μειλιχίῃσιν ἀοιδαῖς,
Τὴν φρέν' ἐνὶ ςήθεσσι κεκασμένος ἔξοχον ἄλλων,
Ἐυσεβίῃ θ' ἅμα ᾗ ἐυσχημοσύνῃ τριποθήτῳ.
Ὀυ Ἴσσον ἐν πάτρῃ, ὅσσον Ἐυρώπην ἀνὰ πᾶσαν,
Γνώριμος ἠνορέοισι παρ' ἀνδράσι. Μάρτυρές εισι
Βίβλοι, ἃς ἐφίλησαν ἐκεῖνοι, ἔτι χρείω
Τῶν, ἅγε πάμπολλοι πότε ἐγράψαντο παλαιῶν.
Ὀυδ' ἄρα τις κλέος αὐτῦ ὑμνεῖ ἐν μίᾳ ᾠδῇ.
Ἤδη δ' ἀθάνατος, μεθ' ὁμήγυριν ὀυρανιώνων,
Ζωῆς τριλλίςοιο μακάρτατος αἰὼν ἐπαυρεῖ.
Φήμη τ' ἔτι θανόντος ἐνὶ ζωοῖσιν ὀλεῖται.
Κλαίετε δ' αἰζηοὶ θαλεροὶ, ᾗ κλαίετε παῖδες,
Καὶ πόλεων, σύγ' ἄνασσα καὶ Ἄρκτος, κλαῖε ΛΥΒΗΚΚΑ.
Ὑμέτερον φάος ᾤχετο, μὴ παλίνορσον ὀπίσσω.

Verſionem autoris latinam ſtudio brevitatis omitto.

Idem MEIBOMIUS in *Mæcenate c. 21., p. 26.*, eum *multjugæ eruditionis virum, amicum olim ſuum*, appellat.

M. SEBAST. MEIERO, ſucceſſori, in Epicedio Argolico, audit:

Ἐλλόγιμος, μεγάλως τὰ παλαιά τε πολλά τε εἰδὼς,
Ῥωμαικῆς κῦδος γλώσσης, θεναρὸς τε ἀμύντωρ, &c.

DAN. GEORG. MORHOFIO (*in Progr. invit. ad exeqvias nepotis ejus, Georg. Greenii, J. U. L., A. 1683. ſcripto*) *Vir, in palæſtra ſcholaſtica* πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων, *tot Mercuriorum Polycletus & Phidias, cujus qvanta fama apud Germanos exterosqve fuerit, nemo in bonis literis verſatus ignorare poterit.*

D. PAULUS NEUCRANTZIUS, Poliater Lubec., ita in Epicedio eum compellat:

Magne vir, illuſtris quem totum fama per orbem.
Extulit, & dudum contemptæ gloria turbæ
Exemit - -
Te ſchola deplorat: nam nullum ſecla tulerunt
Priſca parem, ventura volent habuiſſe ſecundum.
Salve ſancte ſenex, cæleſtibus addite, cujus
Immortalis ſtabit honos, nomenqve manebit
Cunctis, dum mundus manet, indelebile ſeclis.

JOH. REISKIO (*Exerc. III. de imaginibus Chriſti, c. 1., §. 2., p. 82.*) audit *Vir egregie doctus.*

GEORG. REMUS, in Epiſtolis ad illum, ſupra allegatis, *num. 128., p. 211.*, *Virum* eum vocat *omni doctrinarum genere perpolitum, æternam laudem ſuo de Funeribus libro, omnium bonorum ſuffragio, ac ſenatus critici adplauſu maximo, emeritum; num. 129., p. 213., Virum magnum, &, qvem ipſa Thalia canat, dignum; n. 131. p. 215., Virorum eruditorum decus; n. 132., p. 216., Virorum optimum, decus maris Balthici magnum & immortale.*

CONR. RITTERSHUSIUS, in Ep. ad eum A. 1595. ſcripta (*in append. Epp. Gud., n. 170., p. 242.*), illum Jano Gulielmio, civi ſuo, nimis celeriter terris prærepto, ſucceſſurum, haud vane eſt auguratus.

JOS. SCALIGER, *Ep. 380. ad Eilh. Lubinum A. 1608. exarata, p. 726.*, *Eruditiſſimum* eum vocat, &, *in Scaligerianis alteris p. 133. 134.*, hiſce verbis commendat: *Kirchmannus de Funere bon; C' eſt un jeune homme, qui ſ' en va fait: il eſt Eſtudient en Theologie. Kirchmannus, qui a tres bien fait de funere, & duquel je vous recommande le livre, m' a eſcrit la mort de Petrus Daniel.*

STEPH. JOH. STEPHAINUS, eum, *in Notis ad Sax. Gramm. L. 1. p. 129.*, vocat *Virum clariſſimum, ac illuſtre patriæ decus & ornamentum*; alibi *ad eund. Lib. 5. p. 114. Virum ad omnem humanitatem factum, & reconditæ eruditionis; ad Lib. 8., p. 176., Virum doctiſſimum; ad Lib. 14., p. 241., Philologum eminentiſſimum, amicum ſuum non e multis.* Idem, in Epiſt. ad illum, A. 1633. ſcripta (*in Append. Epp. Gud., n. 248., p. 308.*), ei tribuit *diffuſæ eruditionis famam, divinis ingenii monumentis partam.*

JAC. STOLTERFOHTIUS, gener, *in Orat. funebri*, ubiqve ſoceri agit encomiaſten, qvem *Virum* vocat *de ſchola Lubecenſi, adeoqve univerſa republica literaria, optime meritum, ſenem venerabilem, eximium literarum decus, vivum & boni præceptoris & boni viri, exemplum, in tantum laudandum, in qvantum intelligi virtus poteſt, virum omni theſauro longe pretioſiorem, omni laude longe ſuperiorem, omni encomio longe eminentiorem.* Alias ejus laudes, in ipſa Oratione, ac Epicedio ſubjuncto, nullibi non obvias, prætereo.

HENR. VAGETIO (*in Carm., Libris de Fun. Rom. præfixo*) audit *Decus præluſtre Lubecæ, præſidiumqve urbis.*

GERH. JOH. VOSSIUS, in Ep. ad eum A. 1628. ſcripta (*in append. Epp. Gud., n. 253. p. 319.*) ita illum alloqvitur: *Equidem te feci ſemper plurimi, ob excellentem interiorum literarum doctrinam*, & *L. 2. de Theol. Gent. c. 27., p. 442. Eruditiſſimum* eum appellat.

SERTORIO URSATO (*Lib. I. Monum. Patavin., Sect. II., teſte Hanckio l. c., Lib. 1. p. 288.*) audit *vir diligentiſſimus, politiſſimus, eruditiſſimus & diſertiſſimus.*

JOH. WEITZIO (*in Obſervatt. in Petronium*) *Vir reconditæ eruditionis*; item (*in notis ad Prudentii Lib. I. contra Symmachum, verſ. 403.*) *Roſtochienſis academiæ decus*; it. (*in notis ad Virgilii Copam, v. 35.*) *Vir induſtrius.*

SCRIPTA EDITA.

α. PROPRIA.

Carmen in nuptias M. Georg. Meisneri, ſcholæ Lubec. Subrectoris, præceptoris ſui, ſub nomine Joh. Kerckmani editum. Lubecæ 1593. in 4. V. J. H. a Seelen *P. I. Athen. Lubec. p. 58.*

Gratulatio ad Legatos Lubecenſes, ex Comitiis Svecicis reduces. Francof. ad Viadr. 1594. in 4. V. J. H. a Seelen *P. IV. Ath. Lub., c. 14., p. 252.*

De Funeribus Romanorum libri IV. Hamburgi A. 1605. in 8., Lubecæ A. 1625. in 8. (cui editioni appendix IX. Capitum de ſepultura in genere, & Nicol. Rigaltii Funus paraſiticum, ſeu L. Biberii Curculionis Mortualia, ad ritum priſci funeris, primum acceſſerunt, in ſeqventibus recuſa), Brunſvici 1661. in 8. Francof. 1672. in 8. (in qva editione etiam Lib. de Annulis comparet), Lugd. Bat. 1672. in 12. (cum figuris æneis nitidiſſimis). Addunt alii editiones alias, Zeilerus ſcil. (*P. II. Sylloges de Hiſtoricis p. 203.*) Lubecenſem Anni 1615., Lipenius ac Catalogus Nund. Lips. A. 1636.

autumnalis Lubecenſem A. 1635. vel 1636., Henn. Wittenius (*Dec. IV. Mem. Philoſ. p.553.*) Lubecenſem A. 1637. Jac. a Mellen (*in Notitia Majorum p. 28.*) Lubecenſes *A.1623. & 1637.* Sed omnes vel e præcedentibus, levi numerorum mutatione, ſunt effictæ, vel plane chimæricæ. Operis hujus eximii, & cedro digni (qvo ſe autor, *L.1., c.1., p.1.*, *qvicqvid hujus argumenti vel ipſemet, veterum ſcripta pervolutando, obſervaverat, vel noſtro ſeculo notatum ab aliis erat, συλλήβδην, & uno faſce, complexum eſſe*, vere profitetur), editionibus, ſi primam excipias, univerſis præfixa ſunt varia ejusdem elogia, ex hominum eruditorum ſcriptis publicis, epiſtolisqve ad noſtrum privatis, collecta, qvæ Mart. Hanckius, *L.1. de Scr. Rer. Rom.*, *p. 288. 289.*, & Thom. Popeblount, *in Cenſura Autorum p. 975. 976. 977.*, inde magnam partem tranſcripſerunt. Nos horum præcipua, additis aliis, qvæ ipſimet obſervavimus, compluribus, exhibebimus. Judicia de illo honorifica Jos. Scaligeri, Dan. Heinſii, Georg. Remi, Caſp. Barthii, Sim. Dachii, & Helmſtadienſis academiæ Rectoris, ſupra jam, in elogiorum autoris ipſius recenſu, ſunt recitata. Hos inter Dan. Heinſius, idem, in aliis ad autorem epiſtolis, laudibus, non minus præclaris dignatus, A. 1605. (V. *Append. Epp. Gud.*, *n. 144.*, *p. 222.*) opus ſalutavit *μάλα δεξίως ἐν τῷ τῶν Μουσῶν κήπῳ, εἰ ϗ τι ἄλλο, ἐκπεπονημένον*, & de Jos. Scaligeri in illud affectu hæc addidit: *Scaligero noſtro qvantum placuerit opus tuum, non facile dixerim. Laudat enim, ϗ τὴν ἀφέλειαν in ſcribendo, ϗ τὴν ἀκρίβειαν in perſeqvendis ſingulis, qvibus nullum volumen par futurum putabamus omnes. Macte ingenio, macte hoc judicio!* Confer verba epiſtolæ alterius, A. 1624. exaratæ, infra, inter elogia *libri de Annulis*, recitanda. Georg. Remus Phaleucos etiam eidem præfixit encomiaſticos, qvos hoc claudit hexaſticho:

Hos dum multiplices ſacrosqve ritus
Nunc charta exigis eruditiore
(Qvod nemo hactenus explicavit), arte,
Magno judicio, labore multo,
Tibi ex funeribus tuis videmus
Expers funeris obtigiſſe nomen.

E BELGIS, Domin. Baudius Kirchmannum, in Epiſt. ad illum A. 1604. ſcripta (*Cent. II.*, *num. 20.*, *p. 288.*), ad editionem ejus hiſce verbis eſt hortatus: *Mortualia tua, qvæ nomini tuo (ſic voveo & auguror) immortalitatem parient, ede tandem σὺν Θεῷ.* Idem Baudius, in Epithalamio, Kirchmanni nuptiis conſecrato, A. 1606. ita cecinit:

Kirchmannus, primæ cui texuit ordia famæ
Funus, & æternum dant decus exeqviæ.
Qvalis ab ipſe ſuo redivivus ſurgit abortu
Phœnix, eqve rogo poſthuma fata capit.
Talem te memori ſacravit pagina ſeclo,
Doctum opus, & multa conditus arte labor.

Janus Gruterus ſeqventi libros hos commendavit decaſticho:

Cum tibi pompa ſepulchralis, Kirchmanne, decenter
A capite ad calcem ſit celebrata libro,
Qvem Muſæ luſtrare oculis, qvem Gratia poſſet,
Nec Genius fugiat parte fovere ſinus;
Haud trutina Libitina tuum penſaverit æqva
Officium, ipſa tibi ni velit eſſe cliens,
Et ſic te. chartasqve tuas, defendere contra
Morborumqve dolos, mortiferumqve nefas,
Ut qvoqve, cum tenuem funeris mutatus in umbram,
Usqve tuis chartis vita ſit, usqve tibi.

EX ITALIS Hier. Mercurialis ita A. 1602. Piſis ad Noſtrum ſcripſit: *Cum viderim cogitationes tuas de ritu ſepeliendorum cadaverum Romanorum, easqve digniſſimas judicem, ut a cunctis legantur, ne differas in ipſis edendis, etiam atqve etiam te hortor. Præterqvam enim qvod omnes eruditos juvabis, tibi qvoqve æternum nomen comparabis.* Jul. Cæſ. Capaccius, Secretar. Neapol., *in Elogiis illuſtrium utriusqve ſexus hominum*, opere, ſi Janum Rutgerſium (*in Ep. ad Kirchmannum, in Append. Epp. Gud.*, *n. 141.*, *p. 222.*) audias, *inepto*, *Lib. 2.*, elogio peculiari prolixe admodum fœtum hunc Noſtri literarium celebravit, ita inter alia ſcribens: *Eruditum opus, a J. Kirchmanno Lubecenſi elaboratum, accepimus, qvi, fortaſſe aſpernatus Porcachii exiles in ea materia labores (ſed plurimi faciendos, qvod primus in arenam deſcendit), uberius abſolvit, qvæ ille jejunius inchoavit. Nihil eſt, qvod amplius deſideres. Ex optimis qvibusqve latinis græcisqve autoribus, effoſſis coementis, nobiliſſimum ſepulcrorum ædificium condidit.* Jac. Phil. Tomaſinus, *in Lib. de Donariis c. 36.* (*teſte Hanckio l.c.*, *L. 2.*, *p. 412.*) opus hoc *accuratum*, Joh. Bona (*in Catalogo autorum, Libris de pſalmodia divina præfixo*) *Eruditum* appellat, Sertorius autem Urſatus (*Lib. 1. Monum. Patav.*, *Sect. 2.*) Kirchmannum ipſum *ſolertiſſimum rituum funebrium indagatorem* ſalutat. E GALLIS, Iſaacus Caſaubonus A. 1606., Epiſtola peculiari, ſupra jam memorata, honorifice hosce de Funeribus libros commendavit, Radulphus autem Fornerius & Ræmundus Maſſacus, duo JCti Aurelianenſes, totidem, qvæ præfixa iis ſunt, tetraſtichis, A. 1601. ſcriptis, Noſtro ex illis famam funeris neſciam, nulloqve perituram tempore, vere ſunt ominati. E SCOTIS, Thom. Dempſterus, *in Paralipom. ad Joh. Roſini Antiqq. Rom. L. 5. c. ult.*, *p. 628. a.* (teſte Th. Crenio *P. II. Animadvv. Philol.*, *c. 5.*, *p. 156.*), Kirchmannum, præ cæteris hujus generis ſcriptoribus, laudat, qvod *libris IV. ſolennitates Funerum Romanorum, antea diſperſas, hinc inde ex omnigenis ſcriptoribus in unum corpus redactas, ſit complexus.* E GERMANIS, Actorum orbis eruditi Lipſienſium collectores, *M. Febr. A. 1697. p. 12.*, ſcriptum hoc *luculentum* appellant, &, una cum libellis Mart. Geieri *de luctu Hebræorum*, ac Joh. Nicolai *de Græcorum luctu lugentiumqve ritibus* (ed. Marp. A. 1696. in 12.), lectoribus commendant. Joſva Arndius (*in Notis ad Or. de contemptu Philol.*, *lit. E. 7. a.*) *Opus* vocat *eruditiſſimum.* Joh. Henr. Boeclerus (*in Epiſt. ad Autorem, A. 1642. ſcripta*) *ampliſſima eruditionis Kirchmannianæ documenta* appellat *libros de Funeribus & Annulis.* Idem Boeclerus (*in Notis ad Corn. Nepotis Atticum*, *c. 22.*, *n. 4.*), ſcriptum hoc vocat *Commentarium egregium*, Aug. Buchnerus autem (*in Notis in Plinii Lib. 10. Ep. 73.*) *præclarum.* De iisdem Georg. Calixtus Flensburgo A. 1635. ita ad Noſtrum ſcripſit (*V. Append. Epp. Gud.*, *n. 229.*, *p. 293.*): *In doctiſſimis tuis de Fun. Rom. & Annulis libris, dexteritatem judicii, cum multiplici lectione conjunctam, mirabar & exoſculabar.* Arn. Clapmarius, in Jambis *libro de Fun. Rom.* præfixis, illum eſſe cenſet *plenum ingenii, & reconditæ plenum notæ.* Joh. Mich. Dilherrus (*in literis Jenæ A. 1636. ſcriptis*) ita Noſtrum alloqvitur: *Poſtqvam libros illos tuos reconditæ eruditionis de Funere Romano, atqve Annulis, ſumma animi oblectatione perlegi, in penitiſſima, & ſacræ, & ſecularis literaturæ adyta te perrupiſſe animadverti. Alter famam tuam rogo funereo eripiet, alter nomini tuo annos addet innumerabiles.* Joach. Hildebrandus (*in Offertorio primitivæ eccleſiæ pro defunctis*, *c. 1.*, *p. 5.*) &

Wilh.

Wilh. Schickardus (*in Jure regio Hebr. p. 422. edit. Carpzov.*) *librum* hunc vocant *eruditiſſimum*; Greg. Michaelis (*in Notis ad Jac. Gaffarelli Curioſitt. Inaud. p. 153.*) *Opus ubiqve vividum*; Lev. Nic. Moltkenius (*in Notis ad Relig. Medici p. 235. 236.*) *Librum abſolutiſſimum atqve eruditiſſimum*; Hilarius Prachius (*in notis ad R. Jedajæ Happenini* בקשה *p. 60.*) *Librum, in qvo multa notatu occurrunt digna.* Joh. Nicolai, *in Præf. Tr. de Luctu Græcorum*, ita: *Nec minori laude extollendus eſt vir doctiſſimus, J. Kirchmannus, qvi de Fun. Rom. elegantiſſime ſcripſit. Qvi tractatus ab omnibus doctis magni ſemper æſtimatus fuit, cum in eo recondita Romanorum in lucem protulerit.* Joh. Andr. Qvenſtedio (*in Tr. de ſepultura veterum p. 180.*) judice, *Kirchmannus, in antiqvitatum funebrium argumento, omnium conatus ſuperavit.* Conr. Rittershuſius Hexaſtichon his libris præfixit encomiaſticum, in qvo, *Funera* autori *æternam vitam eſſe reparatura*, eſt ominatus. In Epiſt. A. 1604. ad Kirchmannum ſcripta (*in Append. Epp. Gud., n. 165., p. 236. 237.*), ita de iisdem judicat: *Præ Joh. Meurſio, rivali tuo, qvem miramur ſimul iisdem nundinis prodiiſſe, tibi ſenatus criticus palmam defert, perfectionemqve operis tui collaudat.* In alia, eodem A. 1604. exarata (*l. c., n. 166., p. 237.*) ita ſcribit: *Funera tua vidimus, & tibi, ab his, non ſolum vitam, ſed & immortalitatem, auguramur & ſpondemus.* Idem Rittershuſius, *L. 7. Sacr. Lect. c. 1.*, Kirchmannum de Funerum ſolennitatibus omnibus *pererudite* ſcripſiſſe judicat. Laur. Rhodomannus, in Ep. ad Kirchmannum A. 1605. data (*l. c., n. 192., p. 166.*), Libros eosdem, *opus* ſalutat *præclarum*; Jac. Stolterfohtius autem (*in Or. Fun.*) *optimum optimi ingenii fœtum, opus elaboratiſſimum, librum aureum & omnibus numeris abſolutum.* Henr. Vagetius carmen ſuum, iis præmiſſum, ita claudit: *Tibi Funera famam perpetuam, pulchramqve dabunt poſt funera vitam.* Gerh. Joh. Voſſius A. 1628., in Epiſt. ſupra allegata, *Opus* illos vocavit *præclarum* & immortale. Joh. Wouwerius Hamburgenſis, *Cent. I. Ep. 54.*, ita Kirchmanno A. 1605. eſt gratulatus: *Funeralia tua vidi, vel potius baſio excepi. Nihil dabo auribus: vere me cepit ſimplex & inornata Venus, & ratio diſſerendi inaffectata. Sæpius in hac ſcena ſiparium expande, juvabit te clamor, ſed in eqveſtribus concitatus.* Commendant præterea libros eosdem Joh. Matth. Wackerus, Conſil. Imperialis aulicus, in Epiſtolæ ad autorem, A. 1605. ſcriptæ, fragmento, ac Balth. Caminæus, Dav. Hœſchelius & Mich. Piccartus, in elogiis metricis, ſub initium illorum obviis, Joh. Caſelius, in Epiſt. ἀνεκδότῳ, ad Kirchmannum A. 1605. exarata, Frid. Beſſelius in *notis ad Eginhardi Vitam Caroli Magni p. 108.*, Matth. Zimmermannus *in Analectis miſcellis menſtruis, menſe V., n. 4., p. 275.*, Ant. Borremanſius (*abſolutiſſimos* eos vocans) *in Var. Lect. c. 9.*, Frid. Rappoltus *in Enarratione Sermonum Horatii, P. II. c. 20.* D. G. Morhofius (cui *luculentum opus* audiunt) *T. I. Polyhiſt., Lib. 5., c. 2., p. 232.*, J. Alb. Fabricius (*in Bibliogr. antiqv., c. 23. p. 641.*) Kirchmannum *de fun. Rom., præ cæteris diligenter & accurate agere* judicans. Elogia cenſuræ de iisdem excipiant, magnam partem iniqviores. Index Hiſpanicus expurgatorius, ab Ant. Sotomajore, Inqviſitore Generali, Madriti A. 1667. in fol. editus, tum alia nonnulla, tum elogia autoris in præfixis carminibus omnia, ſævitia plane ridicula, jubet expungi. Plagii crimen primus, ni fallor, iis objecit Deſiderius Heraldus, in ſuis ad Arnobium Obſervationibus, circa A. 1605. editis, cujus verba hæc ſunt *ad Lib. V.*, a Th. Crenio *P. XI. Animadv., c. 3., p. 260.*, recitata: *Si aliter ſe res haberet, is, qvi de Funeribus nuper congeſſit, non omiſiſſet ſane obſervationem iſtam. In alienis enim Obſervationibus corradendis mirificam diligentiam adhibuit, niſi qvod eorum, per qvos profecerat, nomina omiſit. Qvare nos noſtras obſervationes ibi videmus ſimpliciter & pene αὐτολεξεὶ propoſitas, noſtraqve ipſorum ſcripta in alienis deſcriptis legimus.* Qvem uti obiter perſtringit Caſp. Barthius, in verbis Epiſtolæ ad Kirchmannum A. 1608. exaratæ, inter elogia ejus jam recitatis, ita Conr. Rittershuſius, in literis A. 1606. Noſtro transmiſſis, ab eodem voluit refutari. V. *Append. Epp. Gud., n. 167., p. 238. 239.* Spectant huc verba, qvæ exemplari librorum horum cuidam, in bibliotheca Willichiana, poſſeſſoris manu allita offendi, ſeqventia: *In Libros de Funeribus Kirchmannus multa ex Heraldo, & aliis, αὐτολεξεὶ, omiſſis autorum nominibus, tranſcripſiſſe dicitur.* Ant. Borremanſium, qvi, *in Var. Lect., c. 4., p. 32.*, multa Kirchmannum, in opus hoc ſuum, ex Henr. Kornmanni *Libris de miraculis mortuorum*, tranſtuliſſe, tradit, præcipitis ſententiæ convicit Pet. Bælius, *T. II. Dictionarii Hiſt. & Critici p. 243.*, primam ſcripti Kirchmanniani editionem jam A. 1605., Kornmanni autem libros A. demum 1610., prodiiſſe, belle obſervans. Claud. Gvichardum, in libro gallico (*Funerailles des Romains, Grecs & autres nations*), Lugd. Gall. A. 1581. in 8. edito, idem cum Kirchmanno argumentum, ſatis erudite ac copioſe, ante illum, pertractaſſe, nec tamen ullibi ab eo eſſe allegatum, D. G. Morhofius, *in Diſſ. de ſole igneo p. 13., & Prælectt. Polyhiſtoricis MSS., c. 15.*, monuit, idem Noſtro crimen obliqve intentans. Sed vereor, ne & is fallatur. Bis certe ab eo Gvichardum, *L. 2., c. 7., p. 160., & L. 3., c. 11., p. 414.*, allegari, & ſimul refutari, αὐτοψίᾳ, & index Autorum, libro ſubjunctus, oſtendunt. Noviſſime Joh. Faes Lüneburgenſis, Paſt. Stadenſis, cum Lilii Greg. Gyraldi *de ſepultura, ac vario ſepeliendi ritu, librum*, ſuis auctum animadverſionibus, Helmſtadii A. 1676. ederet, ſuffuratum ex hoc plurima eſſe Kirchmannum, ſuboſcure verbis hiſce ſignificavit: *Qvanta familiaritas celeberrimo Joh. Kirchmanno cum hoc Gyraldo interceſſerit, de eo ipſius libri ejusdem argumenti teſtes, qvod ajunt, ex Jovis tabulis eſſe poſſunt. Sed eam tacendo magis illuſtrare, qvam deprædicando obſcurare, voluiſſe videri poſſit.* Qvæ accuſatio an veri aliqvid habeat, diſpicere jam non vacat. Gyraldum certe nullibi a Kirchmanno eſſe laudatum, Index Autorum allegatorum te edocebit.

Juſta anniverſaria, optimo Principi, Ulrico, Duci Megapolitano, nomine Academiæ Roſtochienſis, perſoluta; Poema Heroicum. Roſtochii 1607. in 4. Commendantur hæc *Juſta* ceu *elegantibus Herois* conſcripta, a Joh. Caſelio *in Or. fun., Caroli, Ducis Megap., memoriæ conſecrata, p. 16.*

Oratio in funere Pauli Merulæ, Profeſſoris Lugduno-Batavi, Roſtochii d. 20. Jul. A. 1607. defuncti, habita. Roſtochii 1607. in 4. Recuſa (*juxta Wittenii Decadem IV. Memor. Philoſ. p. 553., & Ant. Teiſerii Catal. Catall. p. 186.*) Lugd. Bat. A. 1672. in 12. Inſerta eſt etiam ab Henn. Wittenio *Continuationi Memor. Philoſ. Renov.*, Francof. A. 1679. in 8. editæ, *Dec. V., p. 6-30.*

Diſput. anniverſaria de ira cohibenda, Reſp. Joh. Qviſtorpio Sen. (Theologo poſtea Roſtoch.) habita. Roſtochii 1611. in 4. Imperfectam hanc eſſe monet, ac continuationem pollicetur, in Epiſt. ἀνεκδότῳ ad Joach. Morſium, d. 20. Mart. A. 1612. ſcripta.

Diſp. de Rerumpublicarum everſionibus, earumqve cauſis & ſignis. Roſtochii 1613. in 4.

Orat. funebris, ampliſſimo viro, Jac. Bordingo juniori, JCto & Conſuli Reip. Lubecenſis, ſcripta. Lubecæ 1616. in 4. Commendatur a Georg. Remo, in Epiſt. ad autorem, *in append. Epp. Gud., n. 132.*, obvia, *p. 215.* Vitam Bordingi, ex illa, ſiſtit Melch. Adamus, *in Vitis JCt. Germ. p. 482-488.*

Εὐχαριςήριον de pacificatione Boitzenburgenſi, ad Legatos ordinum unitarum Belgii provinciarum. Lubecæ 1620. in 4. (V. Wittenii *Dec. IV. Mem. Philoſ. p. 553.*)

Rudimenta Logicæ Peripateticæ, pro ſchola Lubecenſi. Lubecæ A. 1620. in 8. (qvæ editio eſt ſecunda), ibid. 1627. 1632. 1638. 1644. & 1647. in 8., Hannoveræ 1647. in 8., Brunſv. 1647. in 8., Lub. 1649. & 1653. in 8., Gvelpherbyti

byti 1656. in 8., Lubecæ 1656. 1659. (cujus anni editio a M. Seb. Meiero, Rect. Lubec., eſt recognita) & 1661. in 8., Jenæ 1664. in 8., Lubecæ 1669. in 8., Lipſ. 1671. in 8., Lüneb. 1671. in 8., Lipſ. 1682. in 8., Hamb. 1683. in 8., Helmſt. 1695. in 8. Hiſtoriam controverſiæ, A. 1635. Kirchmanno, per M. Joh. Rhenium, ob canonem motæ logicum, qvod *Enunciatio univerſalis, limitatione reſtricta, æqvipolleat particulari*, cum diverſis de hoc judiciis, tunc collectis, D. Henr. Höpfneri, Pet. Danckwerthii (Paſt. Huſenſis), D. Joh. Gerhardi, D. Joach. Jungii, Joh. Rageri & D. Jac. Martini, ex Actis Presbyterii Lubecenſis MSStis, exhibuit Joh. Henr. a Seelen *Parte IV. Athen. Lubec., c. 14., p. 292-310.* Conf. Joh. Melch. Kraftii (duas Rhenii ad Presbyterium Huſenſe, de controverſia eadem, epiſtolas, cum Pet. Dancwerthii ad has reſponſoria, recitantis) Huſumſche Kirchen- und Schul-Hiſtorie *p. 347. 348. 592-596.* (Joh. Vagetii, Log. & Metaph. Profeſſoris Hamburgenſis, Synopſis Logicæ generalis, ita concinnata, ut, ex communium Logicarum, Joach. Jungii præſertim & Joh. Kirchmanni, præceptis, facillima tantum & maxime neceſſaria, brevibus, ſed idoneis ac latinis verbis, proponantur, in uſum Scholæ Hamburgenſis, *ἀνωνύμως* Hamburgi A. 1682. in 8. prodiit.)

Rudimenta Rhetoricæ pro ſchola Lubecenſi. Lubecæ 1621. 1628. 1633. & 1639. in 8., Brunſvici 1646. in 8., Lubecæ 1647. in 8., Hannoveræ 1647. in 8., Brunſv. 1650. in 8., Bremæ (cum Caſp. Dornavii libro de periodis) 1652. in 12., Lubecæ 1653. in 8., Gvelpherbyti 1656. & 1661. in 8., Lubecæ 1660. in 8. (qvæ editio a M. Seb. Meiero eſt aucta, *teſte Catalogo nundinarum anni illius autumnalium*), Hannoveræ 1662. in 12. (cum Dornavii Lib. de periodis, *teſte Catalogo nund. vern. anni illius*), Lubecæ 1663. in 8. (cum formulis variis e Cicerone oratoriis), Brunſv. 1663. in 8. Lubecæ 1677. in 8. (cum Dornavii Lib. de periodis), Helmſtadii 1678. in 8. Hamb. 1679. in 8. Helmſt. 1686. in 8. Hamb. 1687: in 8. (cum formulis ex Cic. oratoriis, & Dornavii Tr. de periodis), Helmſt. 1695. in 8. Ibid. 1705. in 8. Hamb. 1723. in 8. Conf. de illis J. H. a Seelen *P. IV. Athen. Lubec., c. 14., p. 324. 325.*

(Tabulas Logicas & Rhetoricas, Joh. Kirchmanni ſyſtematibus accommodatas, concinnavit M. Joh. Haberland Brunſvicenſis, Scholæ Witeb. Rector, a filio, Chriſtiano Haberlando, cum notis ſuis, Jenæ A. 1664. in fol. editas. Has ipſi Kirchmanno perperam tribuunt Henn. Wittenius *Dec. IV. Memor. Philos. p. 553., & T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1643., lit. Rr. 2. b., Gotfr. Zeunerus* im Sommer-*Parnaſſo A. 1694. p. 110.*, & Jac. a Mellen *in Notitia Majorum ſuorum p. 28.*)

Leges de officiis præceptorum & diſcipulorum ſcholæ Lubecenſis, a Kirchmanno conſcriptæ, &, *ἀνωνύμως*, autoritate Senatus, publicatæ. Lubecæ A. 1621. & 1657. in 8. Solæ leges de officiis diſcipulorum, cum precibus ſcholaſticis germanicis, ibidem A. 1628. in 8. ſunt recuſæ. Utrisqve præmiſſæ ſunt Senatus Lubecenſis præfationes. V. de iis J. H. a Seelen *P. IV. Athen. Lubec., c. 14., p. 311. 312.*

Florilegium ethicum, ſive Sententiæ inſigniores, ex optimis qvibusqve latinis autoribus collectæ, & in certos locos diſtributæ; in uſum ſcholarum. Lubecæ 1622. in 8., ibid. 1629. in 8., ibid. 1639. in 8. (*Catal.*), Hannoveræ 1644. & 1647. in 8., Gvelpherbyti 1649. in 8., Lubecæ 1654. 1657. 1661. & 1666. in 8, Lüneb. 1671. in 8., Lipſ. 1679. in 8, Hamb. 1683. in 8., Lubecæ 1684. in 8. (*Catal. nund.*), Ibid. 1686. in 8. Lipſ. 1699. in 8., Magdeb. & Lipſiæ 1712. in 8. (*Catal. nund.*)

Or. de viri reverendi, Georg. Stampelii, eccleſiæ Lubecenſis Superintendentis vigilantiſſimi, vita & obitu, publice, juſſu Senatus Lubecenſis, habita. Lubecæ 1622. in 4. Recuſa *in Elogiis X. Theologorum Germanorum*, junctim a Georg. Henr. Götzio Lubecæ A. 1708. in 8. editis, *num. 5., p. 93-119.*

De Annulis liber ſingularis, Jano Rutgerſio, Guſtavi Adolphi, R. Sveciæ, Conſiliario, & ad ordines fœderatos Legato, inſcriptus. Lubecæ 1623. in 8., Sleſvigæ 1657. in 8. (qvæ editio ab ipſo Autore emendatior reddita & auctior, curante filio ejus, Joh. Kirchmanno, J. U. D. & Conſule Sleſvicenſi, cum nova ejusdem præfatione, prodiit), Francof. 1672. in 8. (cum Libris IV. de Fun. Rom.), Lugd. Bat. 1672. in 12. (cum Georg. Longi, Abr. Gorlæi & Henr. Kornmanni, Tractatibus ejusdem de Annulis argumenti). Editionibus libri hujus poſterioribus præfixa ſunt virorum clariſſimorum judicia de illo honorifica, e qvibus Georg. Calixti, J. Henr. Bœcleri & J. Mich. Dilherri, Elogia, illi cum *Libris de Fun. Rom.* communia, in horum recenſu, ſupra jam recitavimus. Reliqva, cum pluribus, qvæ nosmetipſi collegimus, aliis, *h. l.*, ſerie alphabetica, ſubjiciemus. Foppio ab Aitſema (*in Ep. ad autorem*) liber hic audit *labor excellentiſſimus, in qvo omnia ſunt accurata, nitida, latina.* Dan. Heinſius, in Epiſt. ad eundem Hagæ A. 1624. ſcripta (qvam *V. in append. Epp. Gud., n. 149., p. 226. 227.*), ita de illo: *Munus tuum vere eximium de Annulis accepi, pro qvo, nomine non uno, me obſtrictum tibi ſcire debes. Nam & ab eo autore eſt profectum, qvem ex accuratis de funeribus antiqvorum libris pridem admiratus ſum, & inſcriptum ei, qvem in terris cariſſimum habeo, qvodqve caput rei eſt, ſic ſcriptum, ut, cum hoc tempore, vel tituli vel voluptatis cauſa, legamus, longe doctior a lectione illius diſceſſerim. Qvare noli dubitare, qvin ſim inter eos, qvos tu, aliud agendo, plurima docere potes.* Joach. Hildebrando (*in Tr. de nuptiis vett. Chriſtianorum, lit. F. 1. a.*) *Libellus* audit *eruditus*, Gregorio Michaelis (*in Notis ad Gaffarelli curioſitt. inaud. p. 232. 268.*) *aureus*, Joh. Rhodio (*in Diſſ. de acia Celſi c. 6., p. 63.*) *lucubratio doctiſſima* Joh. Rhodius *l. c.* ita: *elegantis doctrinæ vir ſingularis, Franc. Bernh. Ferrarius, Doctor Ambroſianus, poſt doctiſſimas Cl. Kirchmanni de Annulis meditationes, neqve ſuas ſeculo invidebit.* Janus Rutgerſius, in Epiſt. ad autorem Hamburgi A. 1623. ſcripta, ita hunc alloqvitur: *Perlegi, vir clariſſime, &, ita me Deus amet, perlegiſſe jucundum fuit, ea folia, qvæ ex tuo de annulis libello ad me miſiſti. Tam enim accurate, tantaqve cum eruditione, tota ejus hiſtoria a te tradita eſt, ut neqve ei ad perfectionem, neqve tibi ad ſummam laudem, qvicqvam deeſſe videatur. De qvo plura dicerem, ſi tot mihi lingvæ forent, qvot tu ex libello tibi obligaſti.* In alia, Hagæ A. 1624. exarata (*qvam V. in append. Epp. Gud., n. 142., p. 223.*), libellum hunc *apud eruditos Bataviæ in deliciis eſſe*, teſtatur. Henr. Salmuht (*in notis ad Gvid. Pancirolli res deperditas, P. I., p. 315.*) Kirchmannum, in eo, *multa notatu digniſſima ex antiqvitate eruere*, cenſet. Steph. Joh. Stephanio (*in Notis ad L. 14. Sax. Grammat. p. 241.*) *Tractatus* audit *eruditiſſimus*, Jac. Stolterfohtio (*in Or. fun. Kirchmanno habita p. m. 544.*) *aureus*, Henr. Vagetio (*in carmine, libris de fun. Rom. præfixo*) *Aureus, atqve adamante nitens, rutiloqve pyropo.* Gerh. Joh. Voſſius, in Epiſt. A. 1628. ſcripta (*qvam V. in append. Epp. Gud., n. 253., p. 319.*), ita Autori applaudit: *Obſtringere me tibi voluiſti libro de annulis, monumento ingenii tui docto ſane & laborioſo. Qvod qvanto accuratius lego, tanto magis jucunda ejus nec fructuoſa minus lectione oblector. Plura de præclaro & immortali hoc opere adderem: ſed alibi id commodius fiet.* Wilh. Ern. Tenzelio (in der *Cur. Biblioth. A. 1704. Sect. IV., p. 379.*) Tr. hic audit ein den Gelahrten ſehr angenehmes Büchlein, Joh. Weitzio autem (*in Obſervv. in Petronium*) *Libellus aureolus.* Elogia alia, his gemina, Iſ. Caſauboni (qvi A. jam 1608. editionem ejus cupide expectavit), Thomæ Lindemanni, JCti Roſtoch., Mich. Piccarti, Matth. Berneggeri, & Hannibalis a Schauenburg, ſupremi in exercitu Cæſareo excubiarum Præfecti, ex Epiſtolis illorum ad Kirchmannum excerpta, libello ipſi præfixa offendes. Commendatur etiam a Thom. Bartholino *in præf. Sched. de armillis veterum*, Gev. Elmenhorſtio (editionem illius optante) *in Emendatt. ad Apulejum p. 292.*, & Joh. Alb. Fabricio (eum hoc præ cæteris illuſtraſſe argumentum judicante) *in Bibliogr. Antiqv., c. 15., p. 554.* Qvæ omnia licet mereri eum haud inficier, elogia, vere tamen de eodem judicaſſe arbitror Dan. Georg. Mor-

hoſium

hoſium (*in prælect. Polyhiſtor. MSS. c. 15.*): *Imperfectus valde eſt Kirchmanni labor de Annulis, perfectior vero Fort. Liceti.*

Oratio in obitum Ignatii Hanniels, JCti & Hiſt. Prof. Roſtochienſis, Roſtochii A. 1613. habita, qvæ prodiit Hamburgi A. 1723., in Joh. Melch. Kraftii Zweyfachem 200-jährigem Jubel-Gedächtniſſe *p. 577-583.*

Oratio in obitum M. Joach. Dreieri, Prorectoris Scholæ Lubecenſis, d. 18. Apr. A. 1630. habita, qvæ Lubecæ A. 1721. prodiit, *Parte III. Athenarum Lubecenſium* Joh. Henr. a Seelen, *p. 416-426.*

Oratio, cum Leges ſcholæ Lubecenſis, de voluntate ac mandato ampliſſimi Senatus recognitæ, promulgarentur, Lubecæ A. 1621. habita, Lubecæ A. 1722., *Parte IV.* earundem, *c. 14., p. 312-323.*, edita.

Oratio, in M. Mart. Wildii, ſcholæ Lubec. Subrectoris, introductione d. 24. Febr. A. 1625. habita, *ibidem c. 14., p. 333-341.*, obvia.

Diſſ. de animæ & conſcientiæ tranqvillitate, qvam M. Greg. Michaelis, *in Ep. dedic. curioſitt. inaud. Jac. Gaffarelli*, a ſe editarum, *p. 44.*, allegat, & *ſuaviſſimam* appellat.

Programma, qvo juventutem ſcholaſticam, metu peſtis dilapſam, revocavit. Lub. 1625. in 4. Recuſum Lubecæ A. 1722., *Parte IV. Athen. Lubec.* J. H. a Seelen, *c. 14., p. 329-333.*

Progr., qvo diſcipulos, metu peſtis dilapſos, revocavit. Lub. 1640. in 4. Legitur etiam apud Seelenium, *l. c., P. IV., c. 14., p. 367-373.*

Programmata complura, Lubecæ publicata.

Carmen genethliacon heroicum, Adolphi Friderici, Ducis Megapol., filio primogenito ſcriptum. Lubecæ 1624. in 4. (*1. Pl.*).

Carmina diverſi generis plurima, ſparſim, non uno tempore, edita. (De his ita Jac. Stolterfohtius *in Or. fun. p. m. 545.*: *In Carminibus eandem diligentiam adhibebat Kirchmannus, & Virgilium, Ovidium, Horatium, provocabat, qvorum poemata ſi cum hujus verſibus conferantur, & æqva judicii lance utrinqve ponderentur, dubitandum certè, utrum illis, vel huic, palma tribuenda ſit.*)

Epiſtola ad Joh. Cröchelium, pro Grammatica ſua Latina apologetica (de qva mox dicetur, A. 1635. ſcripta, & A. 1723. edita in J. M. Kraftii Zweyfachem Jubel-Gedächtniſſe *p. 591. 592.*

Epiſtola ad Joh. Rhenium A. 1617. exarata, *ibidem p. 596. 597.* obvia.

Epiſtola ad Gerh. Joh. Voſſium, Lubecæ d. 22. Jul. A. 1627. ſcripta, & in Voſſianarum, Londini A. 1690. in fol. editarum, adoptiva appendice, *num. 79., p. 47. 48.*, obvia.

Epiſtolæ duæ, una ad Henr. Vagetium, Prof. Hamburgenſem, d. 29. Mart. A. 1634., altera ad Theod. Buſſium, J. U. D. & Cancell. Provincialem Sleſvigo-Holſaticum, d. 9. Maji A. 1625. ſcripta, editæ in *Epiſtolarum* Marqv. Gudii, qvæ Ultraj. A. 1697. in 4. maj. prodierunt, *appendice, num. 217. & 218., p. 283. 284. 285.*

Epiſtola ad M. Jac. Stolterfohtium, Paſt. Lubec., A. 1626. exarata, & A. 1720. a Joh. Henr. a Seelen, *Parte II. Athen. Lubec. p. 344. 345.*, publicata.

Epiſtolæ III. ad Joach. Morſium, A. 1612. 1620. & 1632., & ſingulæ ad Ad. Theod. Siberum (A. 1613.), Theod. Buſſium (A. 1614.), Joh. Ad. Kielmannum (A. 1638.), Joh. Frid. a Winterfeld (A. 1639.), Franc. Witzendorfium (A. 1642.) & Dan. Heinſium (A. 1642.), ſcriptæ, & Lubecæ A. 1722., *Parte IV. Athen. Lubec.* J. H. a Seelen, *c. 14., p. 261-284.*, editæ.

β. ALIENA.

Theophraſti characteres ethici, ex recenſione If. Caſauboni, qvam emendatiſſime ab eo editi, ac præfatione ornati. Roſtochii 1604. in 8.

Auſonii Griphus de numero ternario, lectionum publicarum cauſa editus. Roſt. 1607. in 4. V. J. H. a Seelen *P. IV. Ath. Lub., c. 14., p. 252. 253. 254.*, ubi Epiſtola ejus exhibetur dedicatoria.

Pauli Manutii Epiſtolarum Libri XIV., ab illo, cum ſummariis ſuis & notis, juventuti ſcholaſticæ utiliſſimis, editi. Lubecæ 1632. in 8. (*juxta Lipenii biblioth. philoſ.*), Ibid. 1646. in 12. (Summaria ejus ac Notas Jac. Thomaſius ſuis etiam adjecit earundem Epiſtolarum editionibus, Lipſiæ A. 1669. 1682. 1698. in 8. publicatis.)

M. Tullii Ciceronis Orationes IV. Catilinariæ, ab illo editæ. Lub. 1622. in 8. V. J. H. a Seelen *l. c., P. IV., c. 14., pag. 328.*

Nathanis Chytræi, Prof. Roſtochienſis, Grammatica latina, ab ipſo non denuo ſolum edita, ſed & illuſtrata atqve aucta. Lubecæ 1621. 1626. 1640. in 8., Hamb. 1644. in 8., Lub. 1649. in 8., ibid. 1663. in 8. (*ſ. Catal.*), Bremæ 1664. in 8. (v. *Lipen.*), Lub. 1667. in 8., Hamb. 1679. in 8., Hamb. 1687. in 8., Roſtochii 1692. in 8., Lubecæ 1694. in 8. (cui editioni acceſſerunt notæ Anonymi novæ, & textui inſperſæ, & ſub finem adjunctæ), Roſtochii 1698. in 8. Lubecæ (*teſte Catal. nundinali*) 1717. in 8., Lubecæ 1721. in 8. (cum novis qvibusdam Obſervationibus, & præfat. de ſtudio grammatico, per Joh. Henr. a Seelen, Rect. Lubec., adjectis). De acri, qva hanc M. Joh. Rhenius excepit, cenſura, & Kirchmanni Epiſtola pro illa, ad Joh. Cröchelium, Eccleſiaſten Huſenſem, apologetica, A. 1635. ſcripta, V. J. H. a Seelen *P. IV. Athen. Lubec., c. 14., p. 324.*, ipſamqve Kirchmanni Epiſtolam, in J. M. Kraftii Hiſt. eccl. Huſenſi *p. 591. 592.* obviam.

INEDITA.

Libri IV. de Magiſtratu Romano, qvorum editio, Lubecæ in 12. proditura, promiſſa eſt in Catalogo nundinarum Lipſienſium A. 1646. autumnalium p. 18. MSti fuerunt in bibliotheca Gudiana & Mich. Richey Hamburgenſi, qvi eos e ſuo apographo MSti Gudiani, cum Notis ſuis edere voluit. V. Jo. Alb. Fabricii *Bibliogr. antiq., c. 14., p. 476.* & Seelenii *P. I. Athen. Lubec. p. 51.*

Tr. de Balneis Veterum, qvem ei tribuit Joachimus Morſius *in Albo ſuo MS. fol. 612.*, ubi Librorum ejus texuit Indicem.

Collectanea chronologica, qvæ MSSta in bibliotheca Gottorpienſi, teſte ejus Catalogo, aſſervantur.

Tr. de Reip. Romanæ formis & mutationibus, qvem MS. (*in 4.*) in bibliotheca ſua cuſtodiebat Marqv. Gudius. V. *Catal. illius (inter MSS. latina, n. 315.) p. 570.*

Volumen Orationum, qvod Lubecæ in 12. proditurum, *Catal. nund. Lipſ. A. 1646. autumn. p. 13.*, Francofurti autem in 4. editum iri, *Catalogi anni 1670. nundinales, vernalis (p. 28.) pariter atqve autumnalis (p. 20.)*, ſunt polliciti. Lipenius, a Catalogo decipi ſe paſſus, eas ac Poemata Lubecæ A. 1646. in 12. prodiiſſe, falſo, *in Biblioth. reali philoſophica*, tradidit. Sub prælo easdem A. 1672. ſudaſſe Morhofius, *in prælectionibus Polyhiſtoricis ἀνεκδότοις*, Kilonii anno iſto habitis, *c. 7.*, itidem retulit. Elogium illarum prolixum atqve magnificum, in Jac. Stolterfohtii, Ciceronianis eas æqviparantis, *Or. funebri p. m. 545.*, invenies.

Volumen Poematum, qvod Orationibus adjunctum iri, Catalogi nundinales, modo allegati, A. 1646. & 1670. promiſerunt, Lipenius autem, *l. c.*, cum iisdem A. 1646. revera prodiiſſe, perperam credidit.

Epiſtolæ, qvas bibliopolæ Francofurtenſes, eodem cum Orationibus & Poematis volumine, A. 1670., teſte utroqve illius Catalogo nundinali (*ll. cc.*), publicare voluerunt. Ego Volumen earum, qvæ ad viros doctos ſcriptæ erant, integrum, manu Kirchmanni ipſius exaratum, in bibliotheca viri illuſtris, Marqv. Gudii (cui Johannes, autoris filius, Conſul Sleſvicenſis, illud donaverat), conſpexi. Tres ad Joach. Morſium, A. 1612. 1620. & 1632. exaratæ, in *Albo* hujus *MSto, fol. 612. 613. 615.* (*), qvinæ autem ad Joh. Meurſium, A. 1530. 1633. & 1635. ſcriptæ, in volumine Epiſtolarum ad hunc ἀνεκδότῳ, qvod Joh. Mohtius Hafniæ aſſervat, mihi ſunt perlectæ. Totidem ad Frid. Lindebrogium, tum reliqvis omnibus, a viris doctis aliis ad eundem exaratis, Reinholdus Blomius Hamburgenſis, JCtus eleganter doctus, poſſidebat.

Conſilium de methodo ſtudiorum *in Actis Presbyterii Lubec., T. V., f. 212. b.* laudatum, teſte Seelenio *P. IV. Athen. Lub., c. 14., p. 375.*

Joh. Caſelii Carmina, & ſcripta alia, diligenter ab eo fuiſſe collecta, & editioni deſtinata, Jani Gruteri, inſtituto huic applaudentis, ternæ ad illum Epiſtolæ, *in append. Epp. Gud., n. 122. 123. & 125., p. 205. 206. 207. 209.*, occurrentes, me edocuerunt. Conf. Georg. Henr. Götzii ad Joh. Fechtium Epiſtolam (*in Nov. Lit. Lubec., M. Jun. A. 1704., p. 10. 11.*), qvæ omnes ferme Caſelii ſchedas, ab eo diligenter conqviſitas, in bibliotheca Lubecenſi etiamnum ſupereſſe, teſtatur, & Jac. Burchardi *Epiſt. de Caſelii erga bon. lit. meritis p. 62.*

Editioni etiam, Chriſt. Friſii, Cancell. Danici, hortatu (uti ipſemet in Epiſtolis ad Joh. Meurſium ἀνεκδότοις, A. 1633. & 1635. ſcriptis, ac in alia ad D. Theod. Buſſium, A. 1625. ſcripta, & jam edita, teſtatur), ac incentivis Joh. Meurſii (*in append. Epp. Gud., num. 214., p. 282.*) Stephaniqve Johannis Stephanii (*ibid. num. 249. 250., p. 309. 310. 311.*) epiſtolicis, animatus, deſtinavit, Notisqve eo fine illuſtravit, MSta duo hiſtorica antiqva, e bibliotheca Lubecenſi a ſe eruta, alterum ſc. Theodorici Monachi de Regibus vetuſtis Norwagicis, Sec. XII. concinnatum, alterum Anonymi de profectione Danorum in terram ſanctam, A. 1185. ſuſcepta, eodem tempore exaratum. Verum morte præmatura conſilium hoc exeqvi prohibitus, hæredibus codices iſtos reliqvit. Hos inter Bernh. Caſp. Kirchmannus, J. U. D. & Secretarius Huſenſis, ipſius e Johanne filio nepos, Amſtelodami tandem A. 1684. in 8., duos hoſce *Commentarios Hiſtoricos*, cum notis avi ad loca obſcura marginalibus, e ſchedis illius collectis, juris fecit publici. Plura de iſtis, ſub nepotis hujus nomine, a nobis ſunt dicta, & iſtic poſſunt perlegi.

His ſubjungere viſum eſt Indicem ſcriptorum Kirchmanni ineditorum, maximam partem αὐτογράφων, qvæ, e bibliotheca nepotis ejus, D. Bernh. Caſp. Kirchmanni, ſibi comparata, M. Joh. Melch. Kraftius, Paſtor & Inſpector Huſenſis poſſidet, ac Joh. Henr. a Seelen, *Parte III. Athen. Lubec. p. 447-450.*, enumeravit.

I. Diarium apodemicum, multa continens ſingularia, Topographica, Geographica, Hiſtorica, Genealogica, Antiqvaria, Biographica, &c., in Germania, Helvetia, Gallia, Italia, ac pluribus regionibus, obſervata.

II. Centuriæ tres Epiſtolarum, ad viros doctos ſcriptarum (*duo exempla*).

III. Centuriæ duæ Epiſtolarum, a viris doctis ad J. Kirchmannum ſcriptarum, e qvibus 123. jam Trajecti A. 1697., in appendice Epiſtolarum Marqv. Gudii, prodiere (*duo exempla*).

IV. Orationes XVII. (e qvibus IV. tantum prodiere), cum Vita J. Kirchmanni autoris.

V. Comm. in Homeri Iliadem, cum præfat. de regno Trojanorum.

VI. Comm. in Heſiodum.

VII. Comm. in Theophraſti characteres ethicos, Roſtochii in primis prælectionibus Academicis propoſitus, cum prolixa præfatione de Autoris vita & ſcriptis.

VIII. Comm. in Virgilii Libros IV. Georgicorum.

IX. Comm. in Virgilii Æneidem.

X. Comm. in Horatii Odas.

XI. Comm. in Horatii Libros Epodon & de arte poetica.

XII. Comm. in Horatii Libros duos Satyrarum.

XIII. Comm. in Horatii Libros duos Epiſtolarum.

XIV. Comm. in Auſonii Griphum de ternario numero, cum præf. de Auſonii ſtylo & vita.

XV. Comm. in Ciceronis Orationes pro Milone, pro lege Manilia, pro lege Oppia, &c.

XVI. Libri de funeribus Romanorum, cum multis acceſſionibus avtographis.

XVII. Volumen Miſcellaneorum, continens, præter alia, Indicem alphabeticum vocum Petri Bleſenſis barbararum, vel qvæ barbaræ videri poſſint.

XVIII. Volumen aliud Miſcellaneorum, in qvo, præter multas obſervationes criticas, ad L. Lat. elegantiam ſpectantes, index occurrit Formularum inſignium ex Symmachi Epiſtolis.

XIX. Latinitas Flori, ordine alphabetico diſpoſita, cum annotationibus.

XX. Loci communes de argumentis variis, ordine diſpoſiti pulcherrimo.

XXI. Exercitia Scholaſtica germanico-latina.

XXII. Exercitia græco-latina.

XXIII. Theologia Thetico-Polemica, auditoribus dictata, qvæ itidem in bibl. Kraftiana aſſervatur, teſte Seelenio *l. l. P. IV. c. 14. p. 374.*

CHRISTIANUS (1.) KORTHOLTUS,

cujus ortu Burga, oppidum Femariæ, inſulæ Cimbricæ, obſcurum, inclaruit, d. 15. Jan. (non qvinto, qvem gener Joach. Lindemannus (2.) ſubſtituit) A. 1633., patre natus Chriſtiano, mercatore ac qvatuorviro, matre autem Dorothea, Petri Pechlini, Senatoris Burgenſis, filia, lucem illic primam aſpexit. E ſchola patria A. 1648., ſedecim natus annos, in Sleſvicenſem tranſiit, Colerosqve duos, Chriſtophorum ejus Rectorem, & Henricum, Conrectorem, hoſpites pariter atqve præceptores nactus, horum ductu, præſertim cum M. Theod. Niemanni, Paſtoris Sleſvicenſis primarii, *Viri* (qvo ipſe eum ornavit elogio), *ut doctiſſimi, ſic rara pietate atqve candore conſpicui*, adjuvaretur conſiliis, haud parum profecit. Biennio Sleſvigæ exacto, Stettinum A. 1650. profectus, Gymnaſii illuſtris Profeſſores, Jac. Fabricium & Joh. Micrælium Theologiam, Joh. Sithmannum Jura, Georg. Kirſtenium Medicinam, Joach. Fabricium Lingvam Hebræam, Henr. Schævium Græcam cum Poeſi, Frid. Müllerum Geographiam, Chriſtoph. Prætorium Eloqventiam, & Andr. Frommium (cui, 20. poſt annis, ad Pontificios transgreſſo, *Anti-Frommium* oppoſuit vernaculum (3.)) Logicam ac Metaphyſicam, docentes, publice pariter atqve privatim audivit, ac bis, præſidibus Micrælio

(*) Has jam prodiiſſe, paulo ante indicavimus. (1.) Chriſtophorus perperam vocatur a Corn. a Beilghem, *in Appar. ad Hiſt. Lit. noviſſ., Conſp. III., p. 105.* Borcholtus ab Hendreichio *in P. B. p. 658.* (2.) *in Or. Fun. p. 11.* (3.) *V. Anti-Frommii Epilogum p. 191.*

cræzlio & Prætorio, ſuam in diſputando dexteritatem auditoribus approvabit. In Academia deinde Roſtochienſi, qvam A. 1652. adiit, & continuo, ſi hyemem anni 1653., in patria, ob nuperum patris obitum, transactam, excipias, ad A. usqve 1656., matrem ſtudiorum agnovit, qvadriennio, duces horum, e Philoſophis, adeptus Aug. Varenium L. Hebrææ, Mich. Cobabum, Matheſeos, Laur. Bodockium Eloqventiæ, Bernh. Goſmannum (haud vulgaribus de ſeſe præclare meritum beneficiis) Phyſ. & Metaphyſices, Jac. Seb. Laurenbergium Hiſtoriarum, Andr. Tſcherningium Poeſeos, Bernh. Taddelium L. Græcæ, Henr. Dringenbergium Phil. Pract., & Chriſtianum ac Joſvam Arndios, fratres, Logices Doctores, e Theologis autem Joh. Georgium Dorſcheum, Herm. Schuckmannum, Caſp. Mauritium, Joh. Qviſtorpium Jun., Dan. Michaelis, Joh. Chriſtoph. Ottonis & M. Lucam Bacmeiſterum, longe majores in utroqve ſtudiorum genere fecit progreſſus. Qvos cum gemina diſputatione philoſophica, ſub Goſmanni & M. Joh. Vorſtii, popularis ſui, unaqve theologica, ſub Mauritii præſidio, habitis, nec non ſcholis privatis, Logicis, Metaphyſicis & Hebraicis, permiſſu ordinis apertis philoſophici, abunde oſtendiſſet, non Magiſtri ſolum hiſce titulum, abſenti A. 1656. ab Andr. Tſcherningio collatum, ſed ſtipendium etiam theologicum Schabbelianum, commendante D. Dav. Gloxino, Syndico tunc Lubecenſi, ab affini hujus, D. Henr. Schabbelio, Conſule Wismarienſi, impetratum, obtinuit. Horum juſſu, A. 1656. in Acad. Jenenſem, in qva reliqvi alumni commorabantur Schabbeliani, commigravit, & in philoſophicis, philologicis, ac hiſtoricis, Phil. Horſtii, Joh. Friſchmuhtii, Erh. Weigelii, Joh. Zeiſoldi, Caſp. Posneri, Fridem. Bechmanni, J. Andr. Boſii, Sev. Chriſtoph. Olpii & Gotfr. Zapfii, in theologicis autem Joh. Muſæi, hoſpitis ſui (cujus excellenti judicio, exqviſitiſſimæ eruditioni, & prudentiſſimis conſiliis, multa ſe debere, ſemper eſt profeſſus), Seb. Niemanni, popularis ſui ac convictoris (ex cujus qvotidiana conſvetudine, & privatiſſima in Hiſt. Eccl. informatione, non parvam itidem ſtudiis ſuis factam eſſe acceſſionem, lubens agnovit), Chriſt. Chemnitii & Joh. Ern. Gerhardi, inſtitutione fideli gaviſus, A. 1657. locum inter Ordinis Philoſophici Adjunctos, qvos vocant, impetravit. Qvo ut dignum ſe oſtenderet, non diſciplinas ſolum Philoſophiæ univerſas, lingvasqve Hebræam, Chaldæam & Syriacam, imo & ipſam Theologiam, collegii ſacri permiſſu, privatim docuit, ſed plurimas etiam exercitationes academicas, & ſcripta nonnulla, cum polemica adverſus Pontificios, tum Hiſtoriam eccleſiaſticam & philoſophicam illuſtrantia, juris fecit publici. A. 1660., ob tumultum Studioſorum, Jena, cum reliqvis alumnis Schabbelianis, avocatus, Lipſiæ & Witebergæ aliqvamdiu ſubſtitit, & abſoluto deinde, qvod matris inviſendæ gratia ſuſceperat, itinere, Roſtochium reverſus, non ſcholis ſolum privatis & diſputationibus publicis, ſed tribus etiam Colloqviis cum Pontificiis ſolennibus, Chriſtiani Ludovici, Ducis Megapolitani, poſtulatu, feliciter habitis, Sverinenſi ſcilicet A. 1661., cum Eggefeldio Auſtriaco, coram aulæ proceribus, & Stinchenburgenſi gemino, eodem A. 1661. ac ſeqventi 1662., tum Ellernitzkio Polono ac Buiſſonio Pariſienſi, præſente ipſo Principe, inſtituto, inclaruit. Hafniam Danorum paulo poſt profectus, haud parem Studioſorum Academiæ Danicæ, cum publice diſputaret, applauſum, ob animum illorum a Germanis alieniorem, reportaſſe perhibetur. In Athenæum igitur Roſtochienſe redire maluit, in qvo, habita d. 30. Jan. A. 1662., præſide Caſp. Mauritio, Diſp. theologica *de Neſtorianiſmo* inaugurali, cum favorem, & Principis utriusqve Megapolitani, Chriſtiani Ludovici Sverinenſis, ac Guſtavi Adolphi Güſtrovienſis, procerumqve aulicorum (4.), & Senatus Roſtochienſis, ſibi conciliaſſet, A. ſeqv. 1663. Lingvæ Græcæ Profeſſionem, ab hoc d. 2. Febr. ei decretam, & d. 5. Mart. Oratione auſpicali *de uſu græcarum literarum, per omnes ſe ſcientias & Facultates diffundente*, inchoatam (5.), nec multo poſt, d. 12. Nov. eod. A. 1663. (in cujus locum 1662. a Joach. Lindemanno (5.) male ſubſtituitur), Doctoris Theologi axioma, a Joh. Qviſtorpio Jun., brabevta, & Joh. Frid. Königio, Procancellario, collatum (7.), tandemqve A. 1664., d. 20. Febr., locum in ordine theologico (8.), obtinuit. Qvibus officiis cum præclare fungens, famam eruditionis ſuæ, & in docendo dexteritatis, indies latius diffunderet, a Chriſtiano Alberto, Duce Sleſvigo-Holſatico ſtemmatis Gottorpienſis, A. 1665., miſſo d. 17. Apr. vocationis diplomate, ad ſecundam in ordine theologico Academiæ, qvam tunc condebat, novellæ Kilonienſis Profeſſionem obeundam, eſt invitatus, & hoc pacto patriæ Cherſoneſo vindicatus. Principi huic ſuo, prout par erat, obſecutus, Kilonium eod. A. 1665. migravit, Academiæ inaugurationi interfuit, inqve ſolenni hoc actu publice d. 6. Oct. peroravit, nec multo poſt d. 16. Oct. prælectiones ſuas, Pontificiis oppoſitas, exorſus, d. 11. Nov. primæ Diſputationum (qvæ in Lycæo hoc Cimbrico habitæ ſunt) publicarum *de Religione Ethnica*, ac d. 6. Jan. A. 1666. primæ inauguralium, a collega celeberrimo, Matthia Waſmuhto, defenſæ, egit præſidem, in primæ autem promotione IV., qvas vocant, Facultatum, d. 22. Jan. A. 1666. inſtituta, Procancellarii, Principis juſſu, functus eſt munere. Spartam hanc Kilonienſem, & fideliter perſpicueqve juventutem docendo, & ſcripta, ob qvæ πολυγράφοις accenſendus eſt, in ſingulis ferme ſtudii ſacri partibus, publicando plurima, & veræ pietatis ſtudio, ac vitæ integritate ac ſanctimonia, cujus perpetuus & acerrimus erat ergodioctes, auditoribus prælucendo, per ſex propemodum luſtra, præclare ornavit, & interea temporis, A. 1675., d. 7. Mart., locum in Ordine Theologico primarium, Pet. Muſæi vacantem exceſſu, A. 1680. Antiqvitatum eccleſiaſticarum Profeſſionem, a Paulo Sperlingio collega, relictam, & A. 1689. (9.), d. 7. Jan., Procancellarii Academiæ perpetui dignitatem velut muneris prioris acceſſiones, eſt conſecutus. Præpoſituram etiam, qvam vocant, vicinam Bordesholmenſem, poſt Pauli Sperlingii obitum, & Paſtoris in urbe Kilonienſi primarii officium, qvamprimum D. Frid. Jeſſenius, ob ſenectutem morboſam haud diu ſuperſtes futurus, deceſſiſſet, Chriſtianus Albertus Princeps, ſponte ſua, nullo ambitu prævio, ſicut ab ipſo olim accepi, ei promiſerat. Noſter autem, qva erat αὐταρκείᾳ, iſta M. Trogillo Arnkielio, diſcipulo ſuo, Ephoria Apenradenſi, cum bellicis calamitatibus patria affligeretur, ejecto, lubens ceſſit, hoc autem Matthiæ Burchardo, qvem Senatus Kilonienſis, ipſi ob παῤῥησίαν, e ſermone ſacro contra dramata ſcenica jam olim perſpectam, infenſior, A. 1677., confeſtim a Jeſſenii obitu, elegerat, Princeps autem, ſe ignaro atqve invito electionem hanc factam eſſe indignans, Hamburgum cum Senatoribus primariis ad ſe evocatum, & vehementer objurgatum, officio iterum deturbare conſtituerat, interceſſione ſua exoravit. Qva in re Princeps, morem qvidem ei geſſit, ſed Senatui tamen ſimul injunxit, ut, qvoties in poſterum Miniſter eccleſiæ Kilonii eſſet eligendus, Profeſſores etiam ſua ferrent ſuffragia, Paſtoris autem dignitas, qvotiescunqve eſſe vacatura, Theologis Academicis, eam deſiderantibus, præ aliis omnibus offerretur. Pro Rector academiæ totius qvinqvies fuit, & prima qvidem vice A. 1667., ultima autem eodem, qvo purpuratus obiit, A. 1694., ſæpius autem Ordinis Theologici Decanus. Qva dignitate fungens, Chriſtoph. Franckium, collegam, Ad. Tribbechovium, aulæ Saxo-Gothanæ Archi-Theologum, Frid. Jeſſenium, Paſtorem Kilonienſem, Abr. Hinckelmannum,

(4.) *V. ejus Epiſt. dedic. ad Guſt. Adolphum, Exercitationi in Lib. Judith A. 1663. præfixam.* (5.) V. Dan. Georg. Morhofii Epigramma in hanc Profeſſionem, *in Miſcell. Poet. p. 13.* (6.) *l. c. p. 17.* (7.) V. Joh. Qviſtorpii Jun. Progr. invit. ad hanc promotionem, Excerpta, qvæ penes me ſunt, Actorum Ord. Theol. Roſtoch. MSta, & Dan. Georg. Morhofii *Proſphonema* de Philoſophiæ & Theologiæ concordia, promotionumqve theologico-academicarum ritibus, qvo ipſi A. 1663. de Doctoris titulo eſt gratulatus, inter *Diſſertationes Academicas & Epiſtolicas*, junctim Hamburgi A. 1699. editas, *num. 7., p. 117-126.* recuſum. (8.) uti excerpta Actorum hujus, modo allegata, teſtantur. (9.) Gabr. Wedderkopfius, in biographia ſermoni funebri annexa, annum 1688. ſubſtituit.

mannum, Antiſtitem Hamburgenſem, Joach. Juſtum Breithauptium, S. Lit. in Acad. Halenſi interpretem primarium, Joh. Chriſt. Bilefeldium, Principis Haſſo-Darmſtatini Protecclesiaſten aulicum, aliosqve plures, qvorum infra, in ſyllabo Diſputationum inauguralium, ipſo Præſide habitarum, fiet mentio, ſupremis ſtudii ſacri ornavit honoribus. Non autem in ſola Cimbria dotes Kortholti & virtutes eximiæ ſuo habebantur in pretio, ſed patronos ipſi & fautores, tum in vicino ſeptentrione, complures, &, in his, Magnum Gabrielem de la Gardie, Regni Sveciæ Cancellarium, tum in Germania plerosqve Principes, Lutheranorum ſacris addictos, &, hos inter, præcipue Rudolphum Auguſtum, Brunſvico-Gvelpherbytanum, reliqvorum omnium eruditiſſimum, qvocum freqvens ipſi, ab A. circiter 1682., commercium, de rebus, cum literariis, tum eccleſiaſticis, interceſſit epiſtolicum, conciliabant. Hinc factum, ut ſæpe Kilonio ad alia munera ſacra, Cimbrico iſto magnam partem, vel ſplendidiora, vel magis lucroſa, avocaretur, A. 1669. ſcil. a Chriſt. Ludovico, Duce Megapol., ad Profeſſionem Theol. Roſtochienſem primariam, ephoriam ſacram Meclenburgicam, ſpartamqve Conſiliarii eccleſiaſtici; A. 1671. (vel, juxta alios, eodem anno 1669.) ad Superintendentis Comitatuum Oldenburgici & Delmenhorſtani dignitatem; & paulo poſt ab Erneſto Pio, Principe Saxo-Gothano (cui Ad. Tribbechovium, collegam, nec fruſtra, commendabat) ad locum inter Senatores eccleſiaſticos; A. 1673. a Ducibus Brunſvicenſibus ad idem Conſiliarii ſacri officium, ſupremamqve ſimul 300. circiter in Ducatibus Calenbergico, Göttingenſi & Grubenhagico, Eccleſiarum ἐπισκοπήν; A. 1675. a Senatu Roſtochienſi ad Munera, qvæ D. Henr. Mülleri obitu vacabant, Superintendentis, Prof. Theol. primarii, & Paſtoris Mariani, partim eccleſiaſtica, partim academica; A. 1678. ad S. Literas in nova, qvam Duces Saxoniæ tunc meditabantur, Academia Coburgenſi docendas; A. 1679. ad Eccleſias Ducatuum Bremenſis & Verdenſis univerſas gubernandas, ſimilemqve, vel Roſtochienſium, vel Parchimenſium, in principatu Megapolitano, ephoriam; A. 1682. Witebergam, in locum Joh. Meisneri, ad Profeſſionem theologicam, templiqve arcis Præpoſituram (qvibus locus inter Theologos primarius, cum ſupremi ſacrorum in Electoratu Saxonico Antiſtitis dignitate, poſt Abr. Calovii obitum, promittebatur acceſſurus); & A. tandem 1686. a Guſtavo Adolpho, Duce Megapol., binis vicibus, ut Aug. Varenio & Mich. Siricio, Theologis Roſtochienſibus, in Profeſſione primaria, adjunctoqve huic Præſulis eccleſiaſtici officio, ſuccederet. Verum enimvero tanta erat Noſtri αὐταρκεία, tantus in patriam amor, tantus in Chriſtianum Albertum, Principem hujus, ſui amantiſſimum, dimittere ſe recuſantem, novisqve ſubinde cumulantem beneficiis, affectus, ut Kilonio avelli non poſſet, ac Guſtavo Adolpho, Megapolitano, reditum in ſuam urgenti academiam, A. 1686., verba ſe Dav. Chytræi ſeqventia, a Melch. Adamo (10.) annotata, mutatis mutandis, ſua facturum reſcriberet, qvibus is *alîorſum invitantibus ſignificavit, Principem ſuum, Joh. Albertum, adeo clementer & placide ſecum egiſſe, ut Roſtochii maneret, cum præterita hyeme de Palatini vocatione, toties iterata, apud eum mentionem feciſſet, ut ſe puduerit ab optimo Principe ita amanter rogari, & porro non poſſit ab eodem dimiſſionem petere.* Tot ſane ac tantæ in Kortholto dotes enitebant, qvæ Academias etiam & Eccleſias exteras, fama illarum longe lateqve diffuſa, ad amorem ejus ac deſiderium facile incitare poterant. In omnibus ferme ſtudii ſacri partibus, Lingvis item ſacris ac ſcientiis philoſophicis, Theologiæ miniſtris, erat verſatiſſimus, Antiqvitatum Eccleſiaſticarum, ope aſſiduæ Patrum (qvorum editiones præſtantiores in bibliothecam congeſſerat inſtructiſſimam) lectionis comparata peritia Theologis plerisqve coævis ſuperior, pacis eccleſiaſticæ ſtudioſus, & a diſſidiis Eccleſiæ Lutheranæ domeſticis, novisqve controverſiis, qvas alii ſtudioſe movebant ac augebant, inteſtinis, longe alieniſſimus, ac præterea, ſi valetudinem & animi indolem ſpectares, uti ab autore *Programmatis funebris* vere jam eſt obſervatum, corpore validus, labore infatigabilis, in officii functionibus diligens, vita & moribus conſentaneus, propoſito firmus, animo magnus, conſiliis promptus, cogitationibus celer, ſucceſſibus felix, humanus erga omnes & affabilis, in egenos autem beneficentiſſimus. Memoriæ divinioris exemplis Mich. Richey (11.), his eum verbis accenſet, ad Joh. Faeſii narrationem (in *Or. de memoria, Stadæ recitata*) *in Notis* provocans: *Chr. Kortholtum, Theologum qvondam Kilonienſem inclytiſſimum, ajunt tanta fuiſſe memoria, ut aliqvando ſpondere auſus fuerit, totum ſe Codicem Bibliorum Hebraicum, ſi omnium exemplorum jactura facta eſſet, ad minimum usqve apicem reſtituturum eſſe. Vereor autem, ne, hac in parte, viro optimo plus fuerit fiduciæ, qvam facultatis.* Qvo monito haud opus fuiſſet, cum relatio illa ſit falſiſſima. Accedebat pietas, qvam precum aſſiduitate qvotidie alebat, infucata, & ſerium veræ Chriſtianiſmi praxeos aliis etiam omnibus, voce pariter atqve ſcriptis, inculcandæ, morborum autem, ſive vitiorum, qvæ omnes in Proteſtantium eccleſia ordines, præcipue autem ſacrum, contagio ferali infecerunt, tollendorum atqve emendandorum ſtudium, tanto majori laude dignum, qvo rarius in Theologis academicis plerisqve, ſoli ferme ſtudio polemico addictis, obſervatur. Hinc factum, ut ſuum cum Phil. Jac. Speneri, τοῦ μακαρίτου, *Piis Deſideriis* conſenſum, opuſculo vernaculo, ſub *Theophili Sinceri* larva deliteſcens, confeſtim teſtaretur, ac aliorum conatibus, eodem ſpectantibus, applauderet, deqve Pietiſtis, qvos vocant, modernis, cum certamen illud eccleſiæ funeſtum moveretur, longe benignius aliis ferret judicium, imo Johannæ Eleonoræ Merlaviæ, D. Joh. Wilh. Petræi conjugis, zelotis inprimis ſuſpectæ, Soliloqvia præfatione (de qva infra plura monebuntur) peculiari commendare non dubitaret. Fertur tamen (12.) poſtea, cum multos Fanaticos in Pietiſtarum coetus irrepere, horumqve nomine abuti, imo, ex ipſis anteſignanis, amicisqve ſuis, Petræum & Merlaviam, modo memoratos, non in Chiliasmum ſolum, ſed & Enthuſiasmum, prolapſos eſſe obſervaſſet, alienior ab iisdem eſſe factus, &, paulo ante obitum, ad Joh. Fechtium, Theologum Roſtochienſem, hæc de illis perſcripſiſſe: Ich kenne die Leute beßer, alß einiger anderer Menſch, und habe ie und je große Gemeinſchaft mit ihnen gepflogen. Ich verſichere aber den Herrn Doctor, daß ſie in der Wahrheit mit einer Mutation unſerer Religion ſchwanger gehen, und, da man ihnen den Zaum laßen ſolte, unſern Libros Symbolicos über einen Hauſen werfen würden. D. Spener giebt durch ſeine Gelindigkeit, und daß er den Seinigen allzu ſehr anhänget, Anlaß dazu. Ipſe qvoqve Joh. Wilh. Petræus, Chiliaſtarum modernorum promachus, hanc mentis mutationem, diſſimulato licet nomine, A. 1696., *in Nube teſtium de regno Chriſti glorioſo*, exprobrare jam defuncto non dubitavit, Profeſſorem qvendam Cimbricum, eo qvod in Irenæo Chiliaſtarum doctrinam non inveniri ſcripſerit, *Libro II.* (13.) perſtringens, &, paulo poſt (14.), rumoris de eodem *Profeſſore Cimbrico, cum ſe amarulentis nonnullis contra regnum Chriſti literis oppoſuiſſet, cita morte abrepto*, ad ſe delati, temere mentionem injiciens. Verum enimvero licet Pſevdo-Pietiſtas Fanaticos amare deſierit, pietatis tamen veræ praxin urgere nunqvam deſtitit, ſed moribundus etiam, in cantione ſua cygnea, ſeu Diſputatione ultima *de Vita ſancta renatorum*, qvæ publice, ob morbum ipſius fatalem, ventilari non potuit, zelo laudabili ſerio omnibus inculcavit. Pietatem hanc Noſtri Numen ſupremum præmiis iſti promiſſis, etiam in hac vita eſt remuneratum, laboribus ejus ac fortunis largiter benedicens, & has in periculis graviſſimis potenter protegens. Id qvod imprimis memorabili apparuit exemplo, cum A. 1677., metu calamitatum bellicarum, Cimbriæ imminentium, bona pleraqve Roſtochium, in ædes ſoceri, transportaſſet, & hæ, tota licet vicinia ardente, in ferali & luctuoſo Urbis incendio,

(10.) *in Vitis Theol. Germ. p. 687.* (11.) *Programm. III. de iſtis, p. 11. 12.* (12.) V. Sam. Schelgvigii Erweiß der Uebereilung D. Speners, in der eilfertigen Vorſtellung, ed. A. 1697., *p. 45.*, ac *Itinerarium Anti-Pietiſticum p. 81.*, nec non Joh. Henr. Feuſtkingii, hunc ſecuti, *Gynæceum Hæretico-Fanaticum p. 470.* (13.) *p. 87.* (14.) *p. 90.*

dio, d. 11. Aug. exorto, ſicut ſomnio mirabili ipſi, jam ante aliqvot hebdomades, Kilonii dormienti erat prædictum, illæſæ benignitate divina ſervarentur. Qva de re digna ſunt, qvæ repetantur, verba Epiſtolæ ipſius ad Matthiam Lobetantzium, Præpoſitum exaratæ Femarienſem (15.): *Roſtochienſes qvam dura ſint nuper experti, plus ſatis conſtat. Ea calamitas omnes afflixit, qvos plures ibi habeo, affines meos. Graſſata eſt flamma ad vicinas usqve ædes domini ſoceri mei, qvibus tamen pepercit benigna Dei manus, idqve juxta ſomnium, qvod paucis ante hebdomadibus ſomniabam. Nempe videbar mihi videre, circa horam matutinam qvintam, R. Dn. D. Henr. Müllerum, Prof. & Superint. Roſtoch., librum oſtendentem apertum (inſtar Philothecii), in cujus pagina aliqva depicta erat urbs coloris plane ignei, ſuper qva brachium extenſum manu tenebat virgam, inhibitam ab angelo, ex adverſo ſtante, addita hac inſcriptione, verbis latinis, literisqve majuſculis:* MANUS DOMINI PROTEGIT TE. *Qvæ verba ubi legiſſem, & ſimul recitaſſem, evigilavi, & uxori, qvid accidiſſet, narravi, moxqve amicis etiam aliis.* Cæterum uxorem (16.), cujus modo ab ipſo facta eſt mentio, A. 1664., d. 26. Apr., Roſtochii duxit Annam, Henrici Kirchovii, Mercatoris primarii, filiam, qvam, decem ex ea liberis, pari utriusqve ſexus numero, ſuſceptis, moriens viduam reliqvit (*). E Filiis qvatuor, Henricus Chriſtianus, Medicus in Batavia, ob ἰδιογνωμοσύνην parenti minus probatus, Matthias Nicolaus, Eloqv. & Poeſ. Profeſſor Gieſſenſis, Sebaſtianus, Poeticæ & Moralium interpres Kilonienſis publicus, & Joel Johannes, J. U. C., e filiabus autem totidem, Anna, Joach. Lindemanno Jun., Th. Doctori, Phyſ. & Metaphyſ. in Acad. Roſtoch. Profeſſori, atqve Archidiacono Mariano (A. 1698. mortuo (17.)), A. 1688. elocata, Auguſta Catharina, Georg. Paſchii, Philoſ. Kilonienſis, uxor, Sophia Margareta & Maria Chriſtina, patri fuere ſuperſtites. Obiit autem ille, ut ad extremam tandem vitæ ejus progrediamur lineam, cum febri continua, ex ſudore retrorſum pulſo, orta, per octiduum laboraſſet, A. C. 1694., æt. 62., ipſis Kalendis Aprilibus (18.), & exuvias, poſtqvam Kilonii ſplendidæ ipſi, qvod Prorectoratu fungens deceſſiſſet, factæ erant exeqviæ, vicino monaſterio Bordesholmenſi aſſervandas reliqvit (19.).

Vitæ ejus hiſtoriam literis mandarunt, & nobis hujus Elogii ſubminiſtrarunt materiam:

1. Ipſemet, in ſciagraphia vitæ ſuæ, ab A. 1633. ad 1662., Programmati, qvod Ord. Theologici Roſtochienſis Decanus A. 1662. Diſputationi ejus *de Neſtorianiſmo* præmiſit inaugurali, inſerta, & in ſcriptorum propriorum Catalogo, qvi paulo poſt, ſub noſtri indicis initium, memorabitur, ſepties recuſo.
2. Viceprorector Academiæ Kilonienſis, in Programmate, qvo exeqvias defuncti A. 1694. indixit, funebri.
3. D. Joach. Lindemannus, gener, Profeſſor & Eccleſiaſtes Roſtochienſis, in *Memoria Theologi vere Chriſtiani*, ſive Oratione funebri, Roſtochii ipſi habita, ac ibidem A. 1694. *in 4.* edita, in Henrici autem Pippingii *ſacro Decadum Memoriæ Theologorum renovatæ ſeptenario*, Lipſiæ A. 1705. evulgato, *Dec. V., num. 2., p. 571-597.*, adjecto ſcriptorum indice, recuſa.
4. M. Gabriel Wedderkopfius, Paſtor Kilonienſis, in ſermone vernaculo funebri, in locum Matth. XXV. 21. 23. habito, qvi, ſub titulo des auf hohen Schulen brennenden und ſcheinenden Lehrlichts, Kilonii A. 1694. *in 4.* prodiit.
5. Pet. Bælius (Programma ſecutus funebre), *in Dictionarii Hiſtorico-Critici*, Gallice conſcripti, editionis ſecundæ auctioris, Roterod. A. 1702. *in fol.* publicatæ, *Tomo II., p. 1749. 1750.*
6. Joh. Franc. Buddeus *T. III. Lexici Hiſtorici p. 264.*
7. M. Erdm. Uhſeus in den Leben der Kirchenlehrer des XVI. und XVII. Seculi, *p. 755. 756. 757.*
8. Alb. zum Felde *in Analectis Diſqviſitionum ſacrarum, Orat. V. de Ordinis Theologici Kilonienſis meritis, p. 221-225.*

Inſcripſerunt ei:

1. D. Phil. Jac. Spenerus Capita doctrinæ & praxis Chriſtianæ inſignia, ex LIX. illuſtribus N. T. dictis deducta, &, ex opere ſuo germanico de neceſſitate Chriſtianiſmi (qvem vocat) actuoſi, per amicum ſtylo eccleſiaſtico latine verſa, edita autem Francofurti A. 1689. *in 8.*
2. Henn. Wittenius, Prof. Rigenſis, *Decadem X. Memoriæ Theologorum Renovatæ*, in *Centuria Theologorum*, Francoſ. A. 1685. edita, obviam.

Chriſt. Caſſii Epiſcopi Lubec. Conſiliarii Intimi, Epiſtola ad eum præfixa eſt Noſtri *Tractatui de calumniis paganorum in veteres chriſtianos*, Kilonii A. 1668. recuſo.

D. Phil. Jac. Speneri Epiſtolæ ad eum Theologicæ, A. 1677. 1678. 1681. ſcriptæ, ſuppreſſo Noſtri nomine, editæ ſunt in Speneri *Conſiliis Theologicis Latinis*, Francoſ. A. 1709. *in 4.* excuſis, *P. III., Cap. VI., Art. I., Diſt. I., n. 48., p. 144. 145., Diſt. II., n. 27., p. 219. 220., n. 138., p. 240. 243., n. 54., p. 276. 277. 278., Diſt. III., n. 14., p. 364. 365.*

Conferri de illo poſſunt, præter Autores, in biographia jam allegatos, & in elogiorum ſcriptorumqve catalogis mox allegandos, Lipſienſes *in Actis eruditorum, M. Jun. A. 1694., p. 288.*, locisqve aliis compluribus, ſcriptorum ejus recenſus ſiſtentibus, Caſp. Sagittarius *in Introd. in Hiſt. Eccl., c. 12., §. 31., p. 184., & c. 14., §. 21., p. 317.*, Adr. Bailletus *en Jugement des Sçavans, T. I., P. II., c. 13., p. 539. 540.*, & *in Tr. des Satyres Perſonelles, T. I., p. 377., T. II., p. 248. 249.*, Wilh. Ern. Tenzelius *in Dialogis Menſtruis Germanicis, M. Jun. A. 1697., p. 445. 446. ſqq.*, Ant. Teiſſerius *P. II. Catalogi Catalogorum p. 41.*, Corn. a Beughem *in Appar. ad Hiſt. Lit. noviſſ., Conſp. I. p. 220., Conſp. III. p. 106., & Conſp. IV. p. 157. 158.*, Seb. Kortholtus, filius, *in Diſſ. de Poetis Epiſcopis, num. 97., p. 47. 48.*, & *in præfat. editionis novæ Libri de tribus magnis Impoſtoribus Hamburgenſis, A. 1701. a ſe curatæ, Iſagoge* mea *ad Hiſt. Cimbr., P. III., c. 2., §. 9., p. 216., & P. IV., c. 1., §. 4., p. 366.*, Reinh. Henr. Rollii *Diſſ. de Profeſſoribus in Rectoratu Academico mortuis, §. 19., p. 29. & ſqq.*, Joh. Caſp. Wezelii *Pars II. Hymnopoeographiæ Germanicæ p. 50. 51.*, ac Joh. Fabricii *Pars IV. Hiſtoriæ Biblioth. Fabricianæ p. 383. 384.*

ELOGIA.

α. LUTHERANORUM.

Kilonienſis Academiæ Profeſſores (*in Programmate Funebri*) ita de illo: *Summus & incomparabilis erat Theologus, qvi tanta vitæ ſanctimonia ac pietatis ardore, tanta eruditionis doctrinæqve copia, tanta eloqventiæ, prudentiæ integritatisqve laude, tanta deniqve virtutum meritorumqve amplitudine, excellebat, ut non modo inter ſummos ſeculi noſtri Theologos merito numeraretur, ſed veterum etiam eccleſiæ doctorum gloriam prope æqvaret. Siqvidem, in ſectanda aſſerendaqve pietate, Auguſtinum & Ambroſium, in tradenda defendendaqve fidei puriore doctrina Athanaſium,*

(15.) Conf. Seb. Kortholti, filii (cui locum parentis debemus), *Diſſ. utrum Pet. Lotichius obſidionem urbis Magdeburgenſis prædixerit, §. 12., p. 24. 25.*, & ex illa, *Nova Literaria Lubecenſia, M. Mart. A. 1703., p. 65. 66.* (16.) D. G. Morhofii Epithalamium in nuptias haſce proſaico-philoſophicum, de ſphæra amoris, V. in ejus *Veneribus antiqvis, p.* 74-79. (*) Vidua ejus Kilonii d. 28. Jan. A. 1713. obiit. V. Programma funebre Kilonienſe, Alberti zum Felde Parentationem ex Eſ. LVII. 12. vernaculam, & Epicedia, junctim *in fol.* excuſa. (17.) V. de illo *Nova lit. Lubec., M. Jan. A. 1699., p. 5. 6.* (18.) teſte Joach. Lindemanno *l. c. p. 23.* Wedderkopfius d. 2. Apr., Autor vero *Programmatis funebris* noctem d. 30. Mart. ſecutam, ſubſtituit. (19.) V. Sebaſtiani filii *Diſſ. de Studio ſenili p. 27.*

um, in eruendo genuino S. Lit. ſenſu Hieronymum, in decidendis caſibus dubiis Baſilium, in aureo eloqventiæ flumine Lactantium & Chryſoſtomum, in interiore ſacræ antiqvitatis hiſtoriarumqve cognitione Euſebium, æmulari atqve referre viſus eſt.

Lipſienſibus, *in Actis Eruditorum, M. Julio A. 1684., p. 342., Autor* audit *in antiqvitate eccleſiaſtica verſatiſſimus; M. Martio A. 1686., p. 76., Theologus noſtras graviſſimus; M. Junio A. 1694., p. 288., Vir doctiſſimus, ac Theologus graviſſimus, & de eccleſia orthodoxa meritiſſimus; M.* autem *Septembri A. 1698., p. 420., Theologus* πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων, *& in evolvendis veteris eccleſiæ ſcriptoribus aſſiduus.*

Lubecenſibus *Novorum Septentrionis literariorum* collectoribus, *M. Febr. A. 1698., p. 26., Theologus celeberrimus.*

Vito Ludov. Seckendorfio, *in Comm. de Lutheraniſmo, Lib. I., Sect. 57., §. 149., p. 268. 269., Vir de eccleſia noſtra egregie meritus*, item *Vir laudatiſſimus atqve optimus; Lib. III., Sect. 8., §. 31., p. 88., Vir maxime venerandus, & de eccleſia Chriſti meritiſſimus;* it. *Lib. III., Sect. 15., §. 50., p. 139., Venerandus Theologus Kilonienſis.*

Idem alibi (teſte Joach. Lindemanno *in Oratione Funebri p. 22.*) eum ſalutat *bellatorem adverſus hoſtes veritatis, præcipue regnum Papæum, feliciſſimum & victorem invictiſſimum.*

Phil. Jac. Spenerus (*in ep. dedic. Capitum doctrinæ & praxeos chriſtianæ,* paulo ante laudata) his eum verbis compellat: *Agnovi in te & amavi, poſt eruditionem ſolidiſſimam, cujus tibi qvi palmam dubiam faceret non video, ardorem pietatis intenſum, candorem viro Theologo digniſſimum, zelum pro regni divini promotione ferventem, ſtudium veræ & ſanæ doctrinæ ſtatuminandæ, & ab adverſariis vindicandæ, lites tamen non neceſſarias vitandi, & prudenti moderatione ſopiendi potius qvam augendi, bonis omnibus ac cordatis laudatum & laudabile, fidem in ſtudioſos, tuæ & publicæ & privatæ curæ creditos, plane incomparabilem, & pluribus teſtibus, qvi pene in te ſolo verum Patrem ſe reperiſſe gloriabantur, mihi prædicatam.*

Eidem, in der Beantwortung des Unfugs der Pietiſten, *c. 1., §. 13., p. 23.,* audit ein umb die chriſtl. Kirche, auf vielerley Weiſe, wolverdienter, und noch mit Segen, zum Kiel, lehrender, Theologus; it. in der allgemeinen Gottesgelahrtheit, *P. II., p. 4.,* ein, mit ſeinen Schriften, umb das wahre Chriſtenthum wol verdienter Mann; it., in der Rettung der Evang. Kirchen von Beſchuldigung der Trennung *p. 144.,* ein wol verdienter Theologus.

Idem Spenerus, *P. III. Conſil. Theol. Lat. p. 169.,* ita de illo: *D. Kortholdus omnino pietatis cauſam præ multis aliis diligit, & promotam cupit.* Ibid. *p. 683. Theologum candidiſſimum, & affectibus non deditum,* eum ſalutat. P. III. der letzten Theol. Bedencken, *c. 6., Art. 2., n. 3.* eum vocat einen theuren und wol verdienten Theologum, *Art. 2., Sect. 44., p. 348.,* einen Mann, dem er keinen andern Theologum vorzuziehen wüſte.

Theologis Halenſibus (in der Verantwortung gegen D. Joh. Frid. Mayers Bericht von den Pietiſten, ed. A. 1707., *p. 7.*) audit der wol verdiente Holſteiniſche Theologus.

Joh. Fechtio (*in Diſſ. de ſtudio biblico, Juſti Chriſtoph. Schomeri Exegeſi in Epiſtolas Pauli minores præmiſſa, p. 37.*) *Theologus qvondam, nec eruditione, nec prudentia, cuiqvam ſecundus, nuper ſummo cum Eccleſiæ dolore rebus humanis ereptus;* it. (*in Lectt. in Syllogen ſuam Controvv., Diſp. 38., p. 428.*) *Theologus pientiſſimus.*

Joach. Juſto Breithauptio (*in Præfat. Inſtitt. Theol.,* ubi, multa ſe ejus convictui familiari debere, profitetur) *Theologus de eccleſia immortaliter meritus;* it. (*in Progr. Invit. ad Diſp. inaug. Henr. Lyſii de ſtudio theologico*) *Theologus meritiſſimus.*

Joh. Henr. Majo (*in Examine Hiſtoriæ Criticæ N. T. Rich. Simonis, c. 19., p. 253.*) *Veteranus & inſignis eccleſiæ noſtræ Theologus.*

Ad. Rechenbergio (*in Diſſ. de concordia imperii civilis & chriſtianiſmi, P. I. Diſſertt., Diſſ. XVI., c. 1., §. 8., p. 440.*) *Theologus venerandus, & pietate inſignis;* it. (*in Lib. de ſtudiis academicis, Sect. V., c. 7., p. 274.*) *Theologus, qvi adhuc eccleſiæ evangelicæ bono vivit.*

Joh. Frid. Mayero (*in Eclogis de fide Baronii & Bellarmini, Ecl. I., c. 3., p. 84.*) *Theologus laude ſua major.*

Joh. Joach. Zentgravio (*in Progr. fun. de Vita D. Joh. Fauſtii, apud Henr. Pippingium in ſacro decadum ſeptenario p. 606.*) *Vir pietate, & ſolida variaqve eruditione, inſignis.*

Henr. Muhlio (in der geſchmäheten und verthädigten Evangeliſchen Lutherſchen Kirche *p. 42.*) ein umb die gantze Evangeliſche, abſonderlich unſere Holſteiniſche, Kirche wol verdienter Mann.

Georg. Henr. Götzio (*in Sched. de Lutheraniſmo D. Bernhardi p. 4. 5.*) *Magnus & incomparabilis Doctor, cujus famæ aſſurgunt omnes, qvos ingenuus huc usqve orthodoxiæ cepit amor.*

Joh. Wilh. Petræo (*in Monumento Waſmuhtiano p. 19.*) *Academiæ Kilonienſis perpetuum decus.*

Caſp. Büſſingio (*in ſerm. fun. germanico in memoriam Joh. Wincleri p. 15.*) Ein ſeliger hochverdienter Theologus.

Aug. Herm. Franckio (*Programm. XIII. p. 334.*) *Theologus laude ſua digniſſimus.*

Joh. Franc. Buddeus (*T. III. Lex. Hiſtor. p. 264.*) ſcripta ejus vocat eximia (herlich).

Joh. Chriſtoph. Wolfio (*in Diſſ. de apparatu Philiſtæorum bellico, §. 10., p. 15.*) audit *Theologus pariter & Philologus qvondam inter noſtrates præſtantiſſimus.*

Alb. zum Felde (*in Analectis Disqviſitt. ſacrarum, Or. V., p. 222. 22[illegible].*) *Vivum muſeum, ſpirantemqve bibliothecam* eum vocat, ac fuſe, *ob doctrinam veritatis curatam, profundam Patrum & Hiſtoriæ eccleſiaſticæ cognitionem, pietatem, ſanctam de hac inſtauranda, ſaluteqve eccleſiæ promovenda, ſollicitudinem, ſcriptis qvoqve oſtenſam aſceticis, animum a litibus ſacris alieniſſimum, paciſqve eccleſiaſticæ ſtudium,* celebrat.

Gotfr. Arnoldus, *T. II.* der Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie, *L. 17., c. 5., p. 474.,* eum vocat einen bewehrten Theologum, & *p. 471.* teſtibus veritatis contra Chriſtianiſmum & Lutheraniſmum degenerem, una cum Frid. Breclingio, in Prolegomenis ſui eorundem catalogi, operi eidem Arnoldino inſerti (*T. IV., Sect. III., n. 18., p. 760*), accenſet.

Ern. Salom. Cyprianus, Gotfr. Arnoldi adverſarius (in den allgemeinen Anmerckungen über G. A. Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie, ed. Helmſt. A. 1700., *c. 1., p. 2.*), eum itidem annumerat den erfahrnen Männern, die ihren Eifer gegen die Verderbniß der Lutheraner, in nützlichen Schriften, haben ſehen laſſen.

Joh. Kleinio, Acad. Roſtoch. JCto (in Progr. fun. D. Joh. Gottliebii Molleri A. 1695. conſecrato exeqviis, ap. Pippingium *in Triade decadum Memor. Theol. renov., p. 1391. 139[illegible]. 1412.*), audit *Theologus meritis in orbem orthodoxum immortalis, Theologus cordatus ac perfectus, vir incomparabilis, & ſtupendæ plane eruditionis, Theologus ac Philoſophus perfectus.*

Joh. Dan. Majori (apud Joach. Lindemannum *in Or. fun. p. 22.*) *Theologus, ob inſignia in eccleſiam Chriſti merita, per univerſum orbem celebratiſſimus, lumenqve & columen academiæ Kilonienſis.*

Günth. Chriſtoph. Schelhammero (*in Diſſ. medica de obſeſſis, §. 6., p. 4. 5.*) *Magnus qvondam acad. Kilon. Theologus,* it. (*ib. §. 23. p. 13.*) *Theologus cordatiſſimus.*

Joh. Andr. Boſius (*in Sched. de notit. Scr. Eccl., c. 4., p. 46.*) præcipuis eum accenſet Theologis Lutheranis, qvi controverſias ſacras ex antiqvitate illuſtrarunt.

Dan. Georg. Morhofius hoc imagini ejus adjecit hexaſtichon:

Illa Kortholti ſpectatur imago tabella,
Artificis duxit qvam ſtudioſa manus.
Ingenii ſpectabis opes? tot perſpice libros:
Pictor, in his tabulis, maximus ipſe ſui eſt.
Heic mens ſecum habitat, toto ſpectanda theatro,
Heic ſapit, heic loqvitur, vivit, imago ſui.

Caſp. Sagittario, *in Introd. ad Hiſt. Eccl.*, *c. 12.*, *§. 31.*, *p. 184.*, *Magnus* audit *eccleſiæ noſtræ Theologus, & inſignis Hiſtoricus, vir ſummus; cap. 14.*, *§. 21.*, *p. 317.*, *Summus inter noſtrates, & tam exaſciata doctrina, qvam ſingulari pietate, florentiſſimus Theologus; c. 33.*, *p. 967.*, *Theologus optimus;* it. (*in Epiſtola ad Reſpondentem ſuum, Hiſtoriæ Georg. Spalatini A. 1693. præfixa*) *Vir eruditiſſimus præclariſſimusqve, totius eccleſiæ atqve reip. literariæ perenne decus.*

Georg. Caſp. Kirchmaiero (*in Diſſ. de apparitione ſpectrorum, Cap. I. §. 6.*) *Theologus celeberrimus.*

Andr. Beyero (*in Notis ad Joh. Seldeni Lib. de Diis Syris p. 333.*) *Clariſſimus Theologus.*

Joach. Fellero (*in Poem. Paneg. in Magiſtrorum promotionem*, Lipſiæ A. 1673. edito) *Sacræ egregius ſophiæ Orion.*

Conrado Sam. Schurtzfleiſchio (*in Diſſertt. Acad.*, *Progr. 91.*, *p. 172.*) *Homo doctiſſimus.*

Wilh. Ern. Tenzelio (*in dialogis vernac. menſtr.*, *M. Jun. A. 1697.*, *p. 445.*) ein tapferer, und ſonderlich umb die antiqvitates ſacras hochverdienter, Theologus.

Henn. Wittenio (*in Dedicat. Decadis X. Memoriæ Theoll. Renov.*) *Theologus pius, cordatus atqve prudens, doctrinæ, famæ ac meritorum, gloria nominatiſſimus.*

Joh. Alb. Fabricio (in *Codice N. T. Apocrypho, T. I.*, *p. 3.*) Theologus meritiſſimus; it. (*ib. p. 357.*), *Theologus præſtantiſſimus*, ac (*L. 4. Biblioth. Græcæ, P. I.*, *c. 5.*, *p. 177.*) *Theologus laudatiſſimus*, & (*Vol. VIII. Biblioth. Gr.*, *c. 27.*, *p. 562.*) *Theologus eruditiſſimus.*

Eberh. Rud. Rohtio (*in Diſſ. de Nicolaitis, c. 4.*, *§. 8.*) *Vir inſigni fama.*

Thomæ Crenio (*in Notis ad variorum Tractatus de eruditione comparanda*, a ſe Leidæ A. 1699. editos, *p. 210.*) *Magnum qvondam acad. Kilonienſis lumen & ornamentum;* it. (*P. IV. Animadverſſ. Hiſt. & Philol. c. 2.*, *p. 42.*) *Vir, cui nulla ſapientiæ pars fuit obſcura.*

Chriſt. Wormio (*in præf. Tr. de veris cauſis, cur, delectatos humanis carnibus Chriſtianos, calumniati ſint ethnici*) *Vir non male de antiqvitate eccleſiaſtica meritus.*

Joh. Lud. Hannemanno (*in Exerc. de organo ſangvific. §. 26.*) *Eccleſiæ noſtræ Atlas.*

Joh. Gottliebius Mollerus (*in proœm. Pentadis Obſervv. philol.*, Roſtochii A. 1697. editæ, *p. 2.*) Viris de ſtudio patrologico inſigniter meritis illum annumerat.

Joach. Lindemanno, genero ſuo (*in Or. fun. p. 6.*), audit *Immortalis gloriæ Theologus, commune Germaniæ præſidium, cæleſtis veritatis oraculum, reconditæ eruditionis ſacrarium, antiqvitatum eccleſiaſticarum promptuarium, Kilonienſis academiæ decus.*

M. Joh. Melch. Kraſtio (*in Diſſ. de Emendandis in D. J. Fr. Mayeri Hiſtoria verſionis Lutheri biblicæ, p. 10.*) *Magnum illud qvondam eccleſiæ decus.*

β. HETERODOXORUM.

Capuccinus anonymus, ipſius antagoniſta, *in Collyrii, ſive Reſponſionis ad Valerianum illius Confeſſorem*, A. 1663. editæ, epilogo, eum *Virum eruditiſſimum, dilectiſſimum ſuum in Chriſto*, appellat.

Jac. le Long, Oratorii Paris. Presbyter (*in Præf. Biblioth. ſacræ*) *Scriptorem clariſſimum, auctorem celeberrimum, & in hoc literarum genere verſatiſſimum.*

Joh. Chriſtoph. Becmanno (*in Volum. novo Diſſertt. Acad.*, *Diſſ. IX. de bellis domini, c. 2.*, *p. 51.*) vir audit *doctiſſimus*, it. (*in Notitia Univ. Francof.*, *c. 7.*, *p. 133.*) *doctiſſimus Theologus Kilonienſis.*

Joh. Dan. Cramero Prof. Hanovienſi (*in Comm. rerum memorabilium, ab A. 1693. ad A. 1697. geſtarum, p. 292. 293.*) *Vir celeberrimus, & pacis eccleſiaſticæ cupidus.*

Pet. Rabo (im Boekzaal van Europa, *M. Nov. & Dec. A. 1699.*, *p. 476.*) Een geleerde Schrijver; it. (*ib. p. 492.*) Een zeer geleerde Heere.

Pet. Poireto (*in append. IV. apologetica Librorum III. de eruditione ſolida, ſuperficiaria & falſa, p. 385.*) *Celebris* audit *Theologus Academiæ Kilonienſis.*

CENSURÆ.

M. Frid. Grammius Kilonienſis, juvenis effræni, in Theologis qvibuslibet, & præceptoribus inprimis ſuis Kilonienſibus, heterodoxiæ arguendis, audacia infamis, nec Kortholto pepercit, ſed, in *Specim. V. Heterodoxiæ Franckianæ*, A. 1698. edito, *§. 3. 4.*, *p. 6.*, jam defunctum doctrinæ de concurſu Dei ad actiones creaturarum erroneæ convincere, ex aliena Abr. Hinckelmanni *Diſp. inaug. de Sti Theologia Evangelica*, Præſide Noſtro A. 1687. habita, temere pariter atqve inepte eſt conatus.

Rud. Mart. Meelführerus, apoſtata, in der Warnung *p. 16. 17.*, cognomen ejus Kortholt ſcoptice immutans, illum Unhold vocavit. V. Val. Ern. Löſcheri Unſchuld. Theol. Nachr., *Sect. 4. A. 1716.*, *p. 702.*

SCRIPTA.

I. EDITA.

א. LATINA.

Syllabus ſcriptorum, a ſe editorum, Kilonii primum A. 1676., & poſtea ſubinde auctior ibidem A. 1682. 1688. (adjecta Admonitione de edenda Hiſt. Eccl.) 1693. & 1694., *in 4.* (*pl. 1.*), ſeorſim publicatus. Recuſus etiam eſt, ex ultima A. 1694. editione poſthuma, *in Novis Literariis Lubecenſibus, M. Sept. A. 1700.*, *p. 274-279.*, nec non in edit. altera *Libri de tribus Impoſtoribus* Hamburgenſi, A. 1701. impreſſa, in Henr. Pippingii *Sacro Decadum Memor. Theoll. renov. Septenario*, qvi Lipſiæ A. 1705. prodiit, *Dec. V.*, *n. 2.*, *p. 591-597.*, & in appendice novæ *Diſqviſitionum Anti-Baronianarum* editionis, Lipſiæ A. 1708. *in 4.* publicatæ. Imperfectum eum eſſe, & multa omiſiſſe, Catalogus hic noſter, longe plenior, oſtendet.

Diſp. ethica de veracitate & taciturnitate, Præſide M. Chriſtoph. Prætorio, Eloqv. Prof., defenſa. Stettini 1651. in 4.

Diſp. de natura Philoſophiæ, ejusqve in Theologia uſu, proprio Marte (*uti in Vitæ ſuæ hiſtoria ipſe teſtatur*) conſcripta, & Præſide D. Joh. Micrælio propoſita. Stettini A. 1652. in 4.

Diſp. de ſuppoſito & perſona (*qvam itidem ſibi l. c. vindicat*), Præſide M. Joh. Vorſtio, Dithmarſo (Scholarum poſtea Flensburg. & Svevo-Colonienſis Rectore), propoſita. Roſt. 1653. in 4.

Diſp. de ſphæra activitatis, Præſide D. Bernh. Goſmanno. Roſtochii 1653. in 4.

Προγυμνάσμα Theologicum de θεανθρώπῳ, ab ipſo conſcriptum, & Præſide D. Caſp. Mauritio defenſum. Roſtochii 1655. in 4.

Diſp. de cognitione humana, ab ipſo Præſide habitarum Prima. Jenæ 1656. in 4.

Diſp. de viſione Dei, ſive de modo, qvo divina eſſentia ab homine cognoſci poteſt, pro loco in Ordine Philos. Jenenſi, d. 25. Febr. habita. Jenæ 1657. in 4.

Diſp. de libero hominis arbitrio, in ordine ad actiones morales. Jenæ 1657. in 4.

Disqviſitio de Hoſtiis, ſeu placentis orbicularibus, qvibus eccleſiæ Auguſtanæ Confeſſioni addictæ, in S. Coenæ adminiſtratione, utuntur, num verus panis ſint? Jenæ 1657. in 4. Kilonii 1678. in 4. Jenæ 1707. in 4. Recuſa etiam ſub finem Tractatus de proceſſu diſputandi Papiſtico, Kil. 1685. in 4. Commendatur a D. Joh. Andr. Schmidio *in Diſſ. de Oblatis euchariſticis p. 13.*

Diſp. ſecularis de anno ſeculari Hebræorum, in memoriam Jubilæi academici Jenenſis propoſita. Jenæ 1658. in 4.

Diſp. de circulo papiſtico. Jenæ 1658. in 4.

Diſp. de revelationis divinæ modis, ad Hebr. I. 1. Jenæ 1658. in 4.

Diſp. de eccleſia, M. Antonio de Dominis oppoſita, & Præſide D. Joh. Muſæo, autore illius, defenſa. Jenæ 165.. in 4.

Tractatus de origine, progreſſu & antiqvitate, philoſophiæ Barbaricæ, h. e. Chaldaicæ, Perſicæ, Ægyptiacæ, Indicæ, Gallicæ, deqve ipſorum Philoſophorum barbarorum dogmatibus & moribus. Jenæ 1660. in 4. Commendatur a Lud. Georg. Lundenio *in prolegomenis in Matheſin, §. 23.*, a Nic. Hier. Gundlingio autem (qvo judice, *in eo, non niſi generalia, vulgaria ac trita, occurrunt*), *in Hiſtoria Philos. Moralis, P. I. p. 15.*, obelo notatur. Sententiam autoris de Magis evangelicis, in illo expoſitam, M. Nicol. Peterſen, Wilſtrienſis, Parochus deinde Elmeshornenſis in Holſatia, vehementia ingenti, *in Diſſ.* ſua *de Epiphania*, impugnavit, a Kortholto viciſſim Roſtochii refutatus. V. *Noſtri* Bericht wieder Tim. Laubenbergern, *lit. A. 2.*

Tractatus de perſecutionibus eccleſiæ primitivæ, ſub Imperatoribus ethnicis, veterumqve martyrum cruciatibus. Jenæ 1660. in 8. Triplo auctior recuſus Kilonii A. 1689. in 4. Recenſum ejus exhibuerunt *Ephemerides Eruditorum* Parmenſes, *Ephem. VIII. A. 1690.*, teſte Corn. a Beughem, *in Appar. ad Hiſt. Lit. Noviſſ., Conſp. IV., p. 157.*, Germanice ſynopſin ejus autor (ſub tit: Hiſtoriſche Beſchreibung der X. großen Verfolgungen, &c.) Roſtochii A. 1663. *in 12.* edidit, Hamburgi A. 1698. *in 8.* recuſam, de qva infra ſuo loco dicetur. *Librum egregium* vocat Thom. Crenius, *P. IV. Animadvers. Hiſtor. & Philol., c. 2., p. 42.*, ſed miratur Juliani Apoſtatæ perſecutionem in illo eſſe omiſſam. Commendat etiam D. G. Morhofius *T. III. Polyhiſt., Lib. IV., p. 30.*

Diſp., qva Hier. Cardani opinio, hominem non eſſe animal, examinatur. Jenæ 1660. in 4. Recuſa eſt auctior, adjectis acceſſionibus qvibusdam contra Edv. Herbertum, Cardano ὁμόψηφον, ſub finem *Libri de tribus magnis Impoſtoribus*, Kilonii A. 1680. in 8., & Hamburgi A. 1701. in 4. Seorſim etiam denuo prodiit Jenæ A. 1715. in 4.

Dubia Philoſophica. Roſtochii 1660. in 4. Elegans D. G. Morhofii Epigramma in illa Encomiaſticum V. *in Miſcell. Poet. p. 12. 13.*

Valerianus Confeſſor, h. e. Solida demonſtratio, qvod eccleſia Romana hodierna non ſit vera Chriſti eccleſia, ex Valeriani Magni, Capuccini, Theologi apud Pontificios celeberrimi, & Miſſionarii apoſtolici, Apologia contra impoſturas Jeſuitarum deducta. Roſtochii 1662. in 12. Recuſa, cum Apologia pro illa, contra Capuccinum anonymum, Kilonii A. 1666. in 4. Commendatur a Georg. Henr. Götzio *in Schediaſmate de Lutheraniſmo D. Bernhardi p. 4. 5.* In librorum prohibitorum Indicem, decreto S. Congregationis Indicis, d. 17. Nov. A. 1664. promulgato, mentione ejus ſexies facta, eſt relata. V. Indicem librorum prohibitorum, juſſu Alexandri VII., Romæ A. 1667. *in fol.* editum, *Ephem. Erud. Gall. A. 1665., num. 2., p. 10. 11.* edit. Lat., D. G. Morhofii *Deſcriptionem Actorum primæ promotionis Kilonienſis*, Jac. Thomaſii, ſive Dan. Franci, *Diſſ. de Indicibus Expurgatoriis p. 6.*, & ipſius Kortholti *Apologiam contra Capuccinum p. 2.*, ac Römiſchen Beelzebub *p. 9.* Impugnarunt eandem, e Pontificiis: I. Jeſuita qvidam *impudentiæ & maledicentiæ non minoris, qvam ſtoliditatis & imperitiæ*, qvem, eodem, qvo prodiit, A. 1662. adortum illam eſſe, in *Apologia contra Capuccinum p. 1. 2.*, refert, addens ſe reſponſo illum haud eſſe dignaturum. Idem haud dubie cum antagoniſta illo, qvem, cum, in opuſculo, aliis de rebus, A. 1662. contra ſe edito, *Valeriano Confeſſori* obiter nonnulla objeciſſet, exempla iſtius omnia, juſſu Electoris Moguntini, eſſe ſuppreſſa, in literis ad ſe datis, conqveſtum eſſe, Noſter, *in Vindiciis Valer. Confeſſ. contra Chr. Fabrum p. 3. 4.*, teſtatur. Non eſt autem is alius, me judice, qvam Timoth. Laubenbergerus, Reutlingenſis, apoſtata, cujus Rettung Päbſtlicher Heiligkeit, und der Röm. Kirchen, wieder Chr. Kortholts Vertheidigung des Römiſchen Beelzebubs, und Valerianum Confeſſorem, Aſchaffenburgi (in ditione Moguntina) A. 1662. in 4. prodiit. 2. Monachus Capuccinus Anonymus, qvi Salisburgi A. 1663. *in 12.* edidit *Collyrium, ſive perſpicilla, qvibus mediantibus clare dignoſcitur, qvæ ſit vera Chriſti eccleſia, i. e. Brevem reſponſionem ad libellum Chr. Kortholti, Theologi Roſtochienſis acatholici, Valerianum Confeſſorem intitulatum.* Huic reſponſum eſt a Noſtro (modeſtiam ejus ac manſvetudinem *p. 2. ac 79.* commendante) *in Apologia*, ſecundæ *Valeriani Confeſſoris* editioni Kilonienſi A. 1666., uti paulo ante jam dictum, adjecta. 3. Chriſtianus Faber, Gallo-Sebuſianus, in Tractatu peculiari, Honorati Fabri, Jeſuitæ, & Poenitentiarii Apoſtolici, vaſto operi, ſub titulo *Apologetici doctrinæ moralis ſocietatis Jeſu*, Lugduni Gallorum A. 1670., & deinde Coloniæ, *in fol.* edito, *P. I. p. 288. & ſeqq. edit. prioris*, inſerto, *Valerianum* qvidem *Confeſſorem* κατὰ πόδα refellere conatus, ſed non tam Kortholto, qvam Valeriani Magni aſſertionibus, e qvibus ille concluſiones ſuas elicuit, ſe opponens. V. *p. 1. 2. & 3.* Vindiciarum a Noſtro illi repoſitarum, jam memorandarum.

Valerianus Confeſſor, ab impugnatione Chriſtiani Fabri, Gallo-Sebuſiani, publicis aliqvot Diſputationibus vindicatus, ubi, inter cætera, de Pontificiorum principio theologico, & regula credendi, fuſius, occaſione data, disqviritur. Kilonii 1673. in 4.

Diſp. Inaug. de Neſtorianiſmo, Præſide D. Caſp. Mauritio, d. 30. Jan. A. 1662. habita. Roſtochii 1662. in 4.

Diſp. de Philippi Arabis, Alexandri Mameæ, Plinii Junioris, & L. Annæi Senecæ, Chriſtianiſmo (*fictitium eum eſſe oſtendens*). Roſt. 1662. in 4., Kil. 1667. in 4. Commendatur a Val. Ern. Löſchero (cui audit eine ſchöne *Diſſertation*) im Theologiſchen Alten und Neuen, *M. Dec. A. 1701., p. 487.*, & Burch. Gotth. Struvio, *in Bibliotheca Hiſtorica, c. 5., p. 74.*

Diſp. de Meletematis qvibusdam philoſophicis, & Obſervationibus philologicis, Reſp. Joh. Mauritio, Tunderenſi. Roſt. 1662. in 4.

Tractatus de calumniis paganorum in veteres chriſtianos ſparſis, 3. conſtans Diſputationibus. Roſtochii 1663. in 4. Auctior recuſus Kilonii 1668. in 4. Tertia vice, vel qvadruplo locupletior redditus, ac in libros III. diviſus, nova facie, ac ſub novo *Pagani obtrectatoris* titulo, Kilonii A. 1698. in 4. prodiit. De qvo opere infra, ſuo loco, fuſius dicetur. *Opus eruditiſſimum & rarum, inſigne & auro carius*, vocatur a Chriſt. Caſſio, Conſil.

Conſil. Epiſcopi Lubec. intimo, *in Epiſt.* ad autorem, illi præfixa: *Tractatus eruditiſſimus* a Tob. Pfannero, *in Syſtem. Theologiæ Gentilis Purioris, c. 1., §. 14., p. 32.*, & Joh. Gabr. Drechslero *in Ἐυλλογία Schurmanniæ ἐυλαβίῳ p. 121.*, *Eruditus* autem a Lipſienſibus, *in Actis Erud., M. Jul. A. 1684., p. 342.*, & Chriſt. Thomaſio *in Problem. juridico, an Hæreſis ſit crimen, p. 39.* Commendatur etiam a Jac. Thomaſio, *in Diſſ. de ritu precandi verſus orientem p. 4. 21.*, & *in Schediaſmate philoſophico p. 34.*, Joh. Chriſtoph. Becmanno, *in Diſſ. de bellis Domini* (qvæ nona eſt *Novi Diſſertt. Acad. Voluminis*, A. 1699. editi), *c. 2., p. 51.*, & Andr. Beiero, *in Notis ad Joh. Seldeni Tr. de Diis Syris p. 333.* Qvæ ſpeciatim in hoc Tractatu, *Diſſ. III., §. 34., p. 65. & ſeqq.*, nec non in altero *de Perſecutionibus Eccleſiæ*, Deſid. Heraldi inſiſtens veſtigiis, pro Gnoſticis, in dubium vocando ea, qvæ Patrum nonnulli de fœditate & impuritate illorum tradiderunt, diſſeruit, applauſum reportarunt Joh. Andr. Boſii (ab ipſo *in Tr. de vita & moribus Chriſtianis afflictis, Diſſ. III., c. 9., §. 13. & ſeqq.*, allegati), Joh. Franc. Buddæi, *in Diſſ. de hæreſi Valentiniana, Introductioni in Philoſ. Hebr. adjecta, §. 13., p. 452.*, & Jac. Thomaſii (Gnoſticorum innocentiam *ita* eum *defendere, ut Heraldum, non ſolum argumentorum copia & expolitione, ſed modeſtia etiam dubitandi, doctiorum rem omnem committens deciſioni, vindicet*, licet ab eo diſſentiat, judicantis) *in Schediaſmate philoſophico, §. 38., p. 34.* Impugnata autem ſunt, ſed modeſte, ab Eberh. Rud. Rohtio, Prof. Ulmenſi, *in Diatribæ de hæreſi Nicolaitarum editione ſecunda*, Jenæ A. 1679. publicata, *c. 4., §. 4-19.*, & Timoth. Dan. Colbergio, Prof. Gryphiswaldenſi, *in Specimine hiſtorico de origine & progreſſu hæreſium, A. 1694. edito, cap. 2.* (teſtibus Lipſienſibus, *in Actis Erud. A. 1694., M. Sept., p. 387.*). Rohtio noſter reſpondit A. 1683., in modo laudato *Tr. de vita & moribus Chriſtianis afflictis, Diſſ. III., c. 9., §. 13. & ſeqq.*, Colbergio jam defunctus reſpondere non potuit.

Exerc. ad hiſtoriam Judith, Rob. Bellarmino, Cardinali, ejusqve propugnatori Jac. Gretſero, Jeſuitæ, oppoſita. Roſt. 1663. in 4. Hanc elogio juſto ampliori ornat Car. Arndius *in Bibliotheca biblica J. F. Mayeri continuata p. 105. 106.*

Exerc. ad præfationem Hieronymi in hiſtoriam Judith, Bellarmino & Gretſero oppoſita, Reſp. Joh. Georg. Dorſcheo, Juniore. Roſt. 1663. in 4. Recuſa, ſub finem Diſſertationis de ſilentio ſacro, Kilonii A. 1689. in 4.

Diſp. de libro Eſther, & ejus additamentis, Reſp. Val. Bolhornio, Stendalienſi. Roſt. 1663. in 4. Allegatur *in Anonymi Holmia A. 1701. literata p. 71.*

Diſp. de Proceſſu diſputandi papiſtico. Roſt. 1663. in 4. Memoratur in Catal. Laſſeniano. Integer poſtea Tractatus hujus argumenti Kilonii A. 1685. ab eo eſt editus.

Diſp. de Deo paſſo, Reſp. Thoma Tilenio. Roſt. 1664. in 4. Epigramma in illam, in D. G. Morhofii *Miſcell. Poet. p. 79.*, occurrit.

Oſculum Philoſophiæ & Theologiæ. Roſt. 1664. in 4.

Philoſophia Theologiæ ancillans. in 4.

Tr. de canone S. Scripturæ, qvo de libris S. Scripturæ canonicis & apocryphis, tum in genere, tum in ſpecie, ex inſtituto diſputatur, errores Rob. Bellarmini (*in tomis Controverſiarum*), hujusqve propugnatorum Jeſuitarum, Jac. Gretſeri (*in Defenſione Bellarmini*) & Viti Erbermanni (*in Bellarmino vindicato*), refelluntur, variaqve, ad Philologiam, Hiſtoriam & antiqvitatem, pertinentia, data occaſione, explicantur. Roſtochii 1665. in 4. Recuſus, cum epiſtola dedicatoria nova de Bellarmino, ejusqve controverſiis, ac præfatione de circulo papiſtico, Kilonii 1669. in 4. Commendatur a D. G. Morhofio *T. III. Polyhiſt., Lib. V., p. 53. 61.*, & Joh. Alb. Fabricio *Lib. IV. Biblioth. Græcæ, P. I., c. 5., p. 177.*

Oratio de Scholarum & Academiarum neceſſitate ac utilitate, earumqve, præſertim in Germania, ortu & progreſſu, in Acad. Kilonienſis inauguratione, d. 6. Oct. A. 1665., habita, & *in appendice Hiſtoriæ Inaugurationis Academiæ Kilonienſis*, ab Alex. Jul. Torqvato Sleſvigæ A. 1666. *in fol.* publicatæ, *p. 1-12.*, excuſa.

De religione ethnica, Muhammedana & Judaica, Diſſertatio tripertita. Kilonii A. 1666. in 4. (Diſputatio I. *de Relig. Ethn.*, qvam primam omnium, in Acad. Kilonienſi habitarum, fuiſſe, in vita Noſtri jam indicavimus, commendatur a Tob. Pfannero, *in præfat. Syſtematis Theologiæ Gentilis purioris.*)

Diſp. de peccato, Reſp. Gerh. Heye, Hüttenſi. Kil. 1667. in 4.

Diſp. de immolatione filiæ Jephtæ, ad Judic. XI. 30. & ſeqq., Reſp. M. Andr. Lonnero Jun. (Paſt. Gardingenſi). Kil. 1667. in 4.

Tr. Theologico-Philologicus de variis S. Scripturæ editionibus, VI. Diſputationibus comprehenſus, in qvo de textu literarum divinarum originario, ejusdemqve translationibus Chaldaicis, Syriaca, Græcis, Latinis, Samaritana, Arabica, Æthiopica, Perſica, Armenica, Ægyptiaca, de celebrioribus item, qvæ hucusqve prodierunt, operibus biblicis, agitur, ſed & diſcutiuntur ex inſtituto, qvæ de ſcripturarum fontibus, verſione LXXvirali, Targumim, latina Vulgata, Card. Bellarminus, hujusqve propugnatores, Jac. Gretſerus & Vitus Erbermannus, Jeſuitæ, minus recte diſputant. Kilonii 1668. in 4. Longe auctior, capitibus compluribus, de latinis recentiorum translationibus biblicis, uti & traductionibus S. Codicis in lingvas vulgares, adjectis, recuſus ibidem A. 1686. in 4. Recenſum utriusqve editionis exhibuerunt Lipſienſes, *in Actis Erud., M. Apr. A. 1687., p. 210. 211.*, ſolius autem ſecundæ Pet. Bælius, *in Novellis Reip. lit. Gallicis, M. Jul. A. 1686., p. 854. 855. 856.* Notitiam verſionum S. Codicis borealium deſiderantibus commendatur a Rich. Simone *en l'Hiſtoire critiqve des Verſions du N. T., c. 44., p. 533.* Commendatur a D. Joh. Oleario Jun., *in Elementis Hermenevticæ Sacræ, P. I., p. 14.*, Anonymo Anglo (qvi Colerius eſſe creditur, V. *Acta Erud. Lipſ., M. Mart. A. 1706., p. 139.*), *in Dictionario ſacro, ſeu religioſo, omnium religionum*, Anglice Londini A. 1704. *in 8.* edito, ſub tit. *Bible*, D. G. Morhofio *T. III. Polyhiſt., Lib. V., p. 53.*, Joh. Alb. Fabricio (cui *Liber eruditus* audit) *Lib. IV. Biblioth. Græcæ, P. I., c. 5., p. 191.*, & Jacobo le Long, Oratorii Pariſienſis Presbytero (in eo, circa antiqvas verſiones, auctorem *plerumqve Rich. Simonium exſcribere, circa Germanicas vero, & alias populares, qvædam peculiaria habere*, ſimul notante), *in præf. Bibliothecæ ſacræ*, Pariſiis A. 1708. editæ.

Studioſus Theologiæ, diſput. publica exhibitus, Reſp. Paulo Nicolai, Huſenſi. Kil. 1668. in 4.

Diſp. de Paradiſo, Reſp. M. Trogillo Arnkielio (Præpoſito dein Apenrad.). Kil. 1668. in 4.

Diſp. de officio redemptionis Chriſti, Reſp. eodem. Kil. 1668. in 4.

Myſterium unionis perſonalis, ex verbo Dei delineatum, Reſp. Joh. Baudewyn (poſtea Th. D. & Superint. Stralſundenſi). Kil. 1668. in 4.

Pſevdadelphia Heiniana, diſputationibus aliqvot detecta, qvibus etiam doctrina Proteſtantium, de voluntate Dei antecedente & conditionata, a D. Joh. Heinii, Theologi Marpurgenſis, impugnationibus (*in volum. Exercitationum*) vindicatur, ſimulqve oſtenditur, potiori jure Pelagianiſmi poſtulari poſſe Reformatos, qvam eundem nobis illi objiciant. Kil. 1669. in 4.

Comm. de lectione Bibliorum in lingvis vulgo cognitis, deqve ſacris publicis idiomate populari peragendis, Rob. Bellarmino, ejusqve hyperaspiſtis, Jac. Gretſero & Vito Erbermanno, oppoſitus. Kilonii 1670. in 4. Auctior recuſus Plönæ A. 1692. in 4. (in qva editione *partem de ſacris publicis* poſteriorem primum acceſſiſſe falſo credit Henr. Pippingius, *in ſacro Decadum Septenario p. 592.*, cum in priori illa jam legatur). Recenſum ejus encomiaſticum invenies in Pet. Rabi Boekzaal van Europa, *M. Jul. & Aug. A. 1694., p. 101-108.*

Diſp. de Electione. Kil. 1670. in 4.

Papa utopicus, diſput. publica propoſitus, Kilonii 1670. in 4. Fulcra poteſtatis papalis, ex Matth. XVI. & Joh. XXI. deſumpta, evertit.

Funus eccleſiæ Romanæ, in Clemente IX., Papa, nuper extinctæ. Kil. 1670. in 4. Commendant hanc Diſſ. Joh. Ad. Scherzerus, *in Collegio bibliothecario MSto (in recenſu Monarchiæ Mich. Maucleri)*, D. G. Morhofius, in epigrammate in illam arguto, in *Horis ſubſecivis poeticis p. 29.* obvio, & Matth. Nic. Kortholtus, filius, in alio, *Libro I. Epigramm. p. 29.* inſerto.

Commentarius de origine & natura Chriſtianismi, ex impia Ethnicorum cavillantium ſententia, Diſputt. V. propoſitus. Kilonii 1672. in 4. Plurima in eo repetuntur, in *Tractatu de calumniis Paganorum in veteres Chriſtianos*, jam ante allata.

Diſp. de juſtificatione hominis peccatoris coram Deo, Reſp. M. Joh. Schreibero. Kilonii 1674. in 4.

Commentarius in Juſtinum Martyrem, Athenagoram, Theophilum Antiochenum & Tatianum Aſſyrium. Kilonii 1675. in fol. Subjunctus deinde eſt editioni horum Patrum, Coloniæ vel potius Witebergæ, A. 1685. *in fol.* excuſæ. (V. Wilh. Ern. Tenzelii *Exercc. Selectas. Exerc. V., p. 16 . 199.*). Seorſim Annotationes in Juſtini Martyris Apologiam pro Chriſtianis primam adjectæ ſunt Joh. Ern. Grabii editioni hujus græco-latinæ, cum Notis variorum, Oxoniæ, in theatro Sheldoniano, A. 1700. *in 8.* impreſſæ (*V. Acta Erud. Lipſ., M. Jul. A. 1701., p. 302. 303. 304.*, Joh. Clerici *Biblioth. choiſie, T. II., Art. XII., p. 328. 329.*, & Wilh. Ern. Tenzelii *Biblioth. Curioſam A. 1704., Sect III., p. 226.*). Annott. in Juſtini Martyris Dialogum cum Tryphone Judæo Sam. Jebbii editioni illius, Londini A. 1719. *in 8. excuſæ, ſunt ſubjunctæ.* V. *Acta Erud. Lipſ., M. Jan. A. 1720., p. 5.* Annott. in Juſtini Martyris Apologiam ſecundam, Or. ad Græcos & Lib. de Monarchia, adjectæ ſunt H. Hutchin editioni illorum Gr. & Latinæ, Oxonii A. 1703. *in 8.* excuſæ. Annotationes in Athenagoræ apologiam pariter atqve libellum de reſurrectione recuſæ ſunt, in Edvardi Dechair editione illorum Oxonienſi, A. 1706. in 8. maj. (V. *Nova Lit. German., M. Febr. A. 1708., p. 41. 42.*). Annotationes in Athenagoræ apologiam pro Chriſtianis, una cum Notis aliorum, adjectæ ſunt Ad. Rechenbergii editioni illius, Lipſiæ A. 1684. in 8. publicatæ (V. *Acta Erud. Lipſ, M. Jul. A. 1684., p. 338.*); Annotationes in Tatiani Orationem ad Græcos Wilhelmi Worth, Angli, editioni iſtius Græco-Latinæ, Variorum itidem Notis illuſtratæ, ac in Theatro Oxonienſi Scheldoniano, A. 1700. *in 8. maj.*, excuſæ. (V. *Acta Erud. Lipſ., M Jun. A. 1701., p. 268. 269. 270.*, Jac. Bernhardi *Nouvelles de la Republiqve des Lettres, M. Jan. A. 1701., p. 107., & M. Sept., p. 318. 321. 324.*, ac Tenzelium *l. c., Sect. III., p. 226. 227. 229.*) Annott. in Theophilum Antiochenum Gottliebius Schelgvigius ſuæ illius editioni Oxonienſi itidem adjiciet. (V. Krauſii & Woltereckii Auſf. Bericht von Büchern, *Sect. V. A. 1708., p. 524. 525.*). Adjecit, ſed abbreviatas, Joh. Chriſtoph, Wolfius ſuæ editioni, Hamburgi A. 1724. *in 8.* excuſæ. *Commentarius profundæ eruditionis* vocatur a Sim. Bornmeiſtero, *in Diſſ. de erroribus Hiſtoricorum gentilium in rebus ſacris p. 36.*

Diſp. de Peccato in genere conſiderato. Kil. 1675. in 4.

Diſp. de Viribus humanis, in ordine ad civilia & ſpiritualia. Kilonii 1675. in 4.

Comm. in epiſtolam Plinianam, & reſponſoriam Trajani Imperatoris, de Chriſtianis primævis, qvinqve Diſputationibus propoſitus. Kilonii 1676. in 4.

Diſp. de Miniſterio eccleſiaſtico, Reſp. Joh. Bilſio. Kil. 1676. in 4.

Disqviſitiones VII. Anti-Baronianæ (1. de domo Mariæ Nazarethico-Lauretana, 2. de ſuffragiis pro defunctis, 3. de purgatorio, 4. de confirmationis ſacramento, 5. de ſacramento ordinis, 6. de extrema unctione, 7. de traditionibus non ſcriptis): Accedit Exerc. Anti-Salmaſiana de pane ἐπιουσίῳ, qvem in oratione dominica petimus (*opinioni Cl. Salmaſii, panem ζωοποιὸν, Chriſtum, per eum intelligi, ſub finem Diſſ. de foenore Trapezitico p. 794. & ſeqq.*, contendentis, oppoſita). Kilonii A. 1677. in 4. Editioni illarum novæ, a Sebaſtiano, autoris filio, Lipſiæ & Hamb. A. 1708. in 4. publicatæ, acceſſerunt: 1. Chr. Kortholti noſtri Diſſ. Anti-Baroniana de cultu reliqviarum; 2. Ej. Diſſ. de canone VI. Concilii Niceni, contra Baronium & Bellarminum; 3. Exerc. Anti-Salmaſiana de pane ἐπιουσίῳ; 4. Joh. Paulini Olivenkrantzii, Conſil. Svedici, Explicatio orationis dominicæ germanica, Amſtelod. A. 1691. edita, panem ἐπιούσιον de Chriſto itidem explicans; 5. Chr. Kortholti Epiſtola germ. ad Sam. Reyherum, collegam, huic oppoſita; 6. Ejusd. Catalogus ſcriptorum ſuorum; 7. Ad. Tribbechovii Exercitationes V. ad Baronii Annales; 8. Pauli Sarpii & Is. Caſauboni Epiſtolæ de iisdem Baronii Annalibus mutuæ, Kortholto per Marqv. Gudium donatæ. V. Recenſum hujus editionis in J. G. Krauſii & Chr. Woltereckii Außführl. Berichte von Büchern, *Sect. V. A. 1708., p. 508-512.*, *Actis Erud. Lips., M. Jul. A. 1709., p. 306. 307.*, *Ephemeridibus eruditorum Pariſienſibus Gallicis, M. Mart. A. 1710., p. 264-277.*, & Joh. Fabricii *P. IV. Hiſtoriæ Biblioth. Fabricianæ p. 435. 436. 437.* Disqviſitiones Anti-Baronianæ commendantur a Lipſienſibus (qvibus *egregiæ* audiunt), *in actis Erud., M. Apr. A. 1692., p. 160.*, Caſp. Sagittario *in Introd. ad Hiſt. Eccl., c. 14., §. 21., p. 317.*, Joh. Frid. Mayero, *in Eclogis de fide Baronii & Bellarmini, ipſis Pontificiis ambigua, Ecl. I., c. 3., p. 84.*, Sev. Walth. Slutero *in Propylæo Hiſtoriæ Chriſtianæ p. 21.*, & D. G. Morhofio *T. III Polyhiſt., L. 4., p. 35.* Exerc. Anti-Salmaſiana applauſum meruit Sam. Pomarii, in der Abgenöhtigten Schutzſchrift wieder den Gutmanniſchen Offenbahrungs-Patron, *P. II., p. 339.*, M. Gregorii Michaelis (*eruditiſſimam* eam vocantis) *in Notis ad Jac. Gaffarelli Curioſitates Inauditas p. 418.*, Val. Ern. Löſcheri in den Unſchuld. Nachrichten, *Sect. 3. A. 1709., p. 144.* & Gottl. Wernsdorfii *in Vindic. Orat. Domin. p. 38.* Adr. Bailletus, *T. I. Tractatus des ſatyres perſonelles p. 377., & T. II., p. 248. 249.*, de utrisqve diſſeruit, ſed loco poſteriori, Anti-Baronianas (qvas de ſolo pane euchariſtico agere credit) cum Anti-Salmaſiana confundens, ineptam hanc de iis tulit cenſuram: *Le ſieur Kortholt a t il remarqvé dans Baronius un trait, qvi ne luy plaiſoit point, touchant le pain euchariſtiqve, c' eſt à dire un brin d' herbe dans un pré, auſſi tot il dreſſe un Anti-Baronius, ou du moins des Disqviſitions Anti-Baroniennes, qv' il fit imprimer à Kiel en 1677. - - - Si cette licence a du cours, & ſi les autres cenſeurs de Baronius ſont tous faits comme ceux-cy, il ne faut deſeſperer, qve nous puiſſions voir qvelqve jour dix mille Anti-Baronius.* Hæc ille, cui fuſe, nec ſine acrimonia reſponſum eſt, & non Anti-Baronianas, ſed Anti-Salmaſianam de pane, eoqve non euchariſtico, ſed qvotidiano, agere, inculcatum, a filio Noſtri, Seb. Kortholto, *in Exerc. de Epiſcopis Poetis, num. 97., p. 47. 48.*, in *præfatione*, libri parentis *de tribus magnis Impoſtoribus* editioni ſecundæ Hamburgenſi A. 1701. præfixa, & tandem A. 1708., in novæ ipſarum *Disqviſitionum* editionis proœmio.

Epiſtola gamica ad D. Sebaſt. Niemannum, Superintend. Holſaticum, Eliſabetham, Bernh. Friſii, Senatoris Lubecenſis, filiam, d. 7. Maji A. 1677. matrimonio ſibi jungentem. Kilonii 1677. in fol.

Diſp.

Diſp. de Paradiſi evangelio, ad Gen. III. 15., Reſp. Tobia Pauli, Halberſtadienſi. Kil. 1678. in 4. Recuſa (*teſte M. Jac. Frid. Wildeshuſio in Bibliotheca Diſputationum in V. & N. T. p. 4.*) ibidem A. 1689. in 4.

Diſp. de Angelis. Kil. 1678. in 4.

Diſp. de Chriſto, Reſp. Joh. Homanno, Magdeburgenſi. Kil. 1678. in 4.

Diſp. de Poenitentia, Reſp. Frid. Georg. Koltemanno, Lüneburgenſi (patriæ Paſtore). Kilonii 1678. in 4.

Diſp. de Notitia Dei naturali, Reſp. Matthia Ebione, Curovienſi. Kil. 1679. in 4.

Liber de tribus magnis Impoſtoribus (*Edv. Herberto, Thoma Hobbeſio & Bened. Spinoſa*). Adjecta eſt Diſſ. de animalitate hominis, contra Hieron. Cardanum & Edv. Herbertum, eam impugnantes (Jenæ antea A. 1658. edita, nunc vero auctior recuſa). Kilonii 1680. in 8. Denuo editus, cum Sebaſt. Kortholti, filii, præfatione de iisdem triumviris hiſtorica, Hamburgi A. 1701. in 4. Apud. Batavos recuſum illum eſſe, tradit Joach. Lindemannus, *in Or. funebri, noſtro habita p. 21.*, ſed fidem apud me non invenit. Scripti hujus, μιμητικῶς, alluſione ad librum eiusdem tituli, qvem multi allegant, nemo vidit, ob Atheismum infamem, arguta, ita dicti, paradoxas & impias Herberti, Hobbeſii & Spinoſæ, opiniones recenſentis tantum & detegentis, non autem refutantis, recenſum exhibent Lipſienſes, *in Actis Erud., M. Mart. A. 1701., p. 104. 105. 106.*, & Lubecenſes, in *Novis Septentrionis Literariis, M. Mart. A. 1701., p. 89 90.* Commendatur a Joh. Diecmanno *in Diſſ. de Naturaliſmo Joh. Bodini p. 20.*, Nicol. Chriſtoph. Lynckero *in Inſtructorio Forenſi, Lib. I., c. 1., §. 13., Lit. G. 2. a.*, Gottlobio Frid. Seligmanno (qvi *nervoſum* appellat) *in Or. Inaug. de divinitate S. Scripturæ*, A. 1698. edita, *p. 5. 6.*, Sigfr. Benzenio *in Chriſtiano non chriſtiano p. 284.*, & Phil. Jac. Spenero, (cui *labor* audit *ſane utilis, & ſeculo noſtro præ aliis neceſſarius*) *P. III. Conſil. Theol. Lat. p. 364.* Titulum libri (a Benzenio etiam *l. c.*, ob inſolentiam, notatum) Adr. Bailetus, *T. I. des Jugemens des Sçavans, P. II., c. 13., p. 539. 540.*, ſeqventi cenſura perſtrinxit: *N'eſt ce point auſſi à une grande bizarrerie d'esprit, qv'il faut attribüer l'imagination, qv'a eue un ecrivain de la baſſe Allemagne, de vouloir reveiller en nous le ſouvenir du deteſtable Livre des Trois Impoſteurs, en donnant ce titre à un livre, qv'il fit imprimer à Kiel l'an 1680., ayant choiſi pour ſes trois Impoſteurs Edoüard Herbert, Thomas Hobbes & Benoit de l'Epinoſa?* Defendit autem, contra illam, parentem Sebaſtianus Kortholtus, *in Præfatione* editionis ſecundæ libri hujus Hamburgenſis, & *in Diſſ. de Poetis Epiſcopis, num. 97., p. 47.*

Diſp. de Prædeſtinatione, & connexis capitibus. Kil. 1680. in 4.

Diſp. de gloria corporum beatorum, ex Phil. III. 20. 21., Reſp. Joh. Val. Grosgebauero. Kil. 1680. in 4.

Disqviſitio Anti-Baroniana de cultu Reliqviarum. Kil. 1680. in 4. Adjecta cæteris VII. Disqviſitionibus Anti-Baronianis, in nova illarum editione, Lipſiæ A. 1708. in 4. excuſa.

Liber de vita & moribus, Chriſtianis primævis, per gentilium malitiam, afflictis. Kilonii 1683. in 4. Recenſum ejus. V. *in Actis Erud. Lipſienſibus, M. Jul. A. 1684., p. 342.* Ob eruditionem commendatur a Caſp. Büſſingio, *in ſerm. fun. germ., in memoriam Joh. Wincleri habito, p. 15.* Impugnatur a Chriſt. Wormio, Antiſtite Hafnienſi, paſſim *in Commentario de veris cauſis, cur, delectatos humanis carnibus & promiſcuo concubitu Chriſtianos, calumniati ſint ethnici*, Hafniæ A. 1695. in 4. edito. In cujus *præfatione*, Noſtrum *argumentum hoc*, in tractatu modo laudato, *ſucceſſu non admodum felici tractaſſe*, judicat.

Theſes theologicæ, XXIV. Diſputationibus, in Acad. Kilonienſi, propoſitæ. Kilonii 1684. in 4. Recuſæ ibidem A. 1686. & 1692. in 4.

Tractatus de proceſſu diſputandi papiſtico. Accedit Diſp. de hoſtiis euchariſticis (jam ante Jenæ A. 1657. edita). Kilonii 1685. in 4. Recenſum ejus prolixum exhibent Lipſienſes, *in Actis Erud., M. Apr. A. 1687., p. 204-209.*

Exerc. de Chriſto crucifixo, Judæis ſcandalo; gentibus ſtultitia, credentibus autem Dei potentia & ſapientia, in 1 Cor. I. 18-24., ex antiqvitate eccleſiaſtica potiſſimum petita. Kil. 1686. in 4.

Exerc. de viſione Dei beatifica. Kil. 1686. in 4.

Diſp. de Statu exinanitionis Chriſti, ex dicto claſſico Phil. II. 6. 7. 8., Reſp. Pet. Aug. Sivers. Kil. 1688. in 4.

Diſp. de Atheiſmo, veteribus Chriſtianis, ob templorum inprimis averſationem, a paganis objecto, inqve eosdem a Noſtris retorto. Kilonii A. 1689. in 4. Ibid. 1707. in 4.

Silentium ſacrum, ſeu Diſſ. de occultatione myſteriorum apud veteres Chriſtianos, cûm appendice, Hieronymi præfationem in librum Judith conſiderante. Kilonii 1689. in 4.

Exercitationes duæ theologicæ de votis, prior didactica, poſterior polemica, Reſp. Joh. Gottliebio Mollero, Gedanenſi (poſtea Th. D. & Philoſ. Prof. Roſtoch. ac Gedanenſi) Kilonii 1690. in 4.

Diſp. de apotheoſi papæa, ad illuſtrandum locum apoſtolicum 2 Theſſ. II. 4. Kil. 1690. in 4. (*7. pl.*)

Alexander VIII., Papa ψευδώνυμος (*Diſp. oſtendens, Pet. Ottobonum non poſſe Alexandrum VIII. vocari, cum Alex. V. fuerit Pſevdo-Papa*). Kilonii 1690. in 4.

Diſſ. Hiſtorico-Theologica de ſchiſmate, ſeculo ſuperiori inter Proteſtantes & Pontificios enato. Kil. 1690. in 4.

Diſſ. de magnanimitate Ariſtotelica, chriſtianæ modeſtiæ, aliisqve veris virtutibus, inimica. Kilonii 1690. in 4. (Affinis huic argumenti eſt Joh. Conr. Dürrii, Theologi Altorfini, *Diſp. de magnanimitate Ariſtotelica cum humilitate fidelium & Chriſtianorum conciliata*, qvæ Altorfii A. 1674. in 4. prodiit.)

Diſſ. theol. de actionibus forenſibus. Kil. 1690. in 4. Ibid. 1707. in 4.

Diſſ. de ſtudio belli & pacis, Reſp. Henrico Sivers, Hamburgenſi. Accedit Euchariſticon poeticum, pro reddita Cimbriæ concordia & tranqvillitate publica. Kil. 1690. in 4. Ibid. 1707. in 4.

Diſp. de neceſſitate conſecrationis nuptialis, Reſp. Ern. Gottlobio Lüſchnero, Gedanenſi (*Patriæ Eccleſiaſta*). Kil. 1690. in 4.

Exerc. in canonem VI. Nicenum, Baronio & Bellarmino oppoſita, Reſp. Nicol. Hoyero. Kilonii 1691. in 4. Adjecta deinde VII. Diſqviſitionibus Anti-Baronianis, in nova illarum edit. Lipſ. A. 1708. *in 4.*

Diſp. de paſſione Chriſti ſalvatoris, qvatenus invita & ſpontanea fuerit. Kilonii 1691. in 4.

Diſp. theol. ad Hebr. XIII. 8. Kil. 1692. in 4.

Diſp. de rationis cum revelatione, in Theologia, concurſu. Kilonii 1692. in 4.

Diſp. de veterum qvorundam locutione: *Filius Dei aſſumpſit hominem.* Kil. 1692. in 4.

Diſp. de Pontifice Romano, Reſp. Matth. Lobetantzio Jun., Femarienſi. Kil. 1692. in 4.

Diſp. de controverſiis Hieronymianis potioribus, Reſp. Ern. Gottl. Lüſchnero. Kilonii 1692. in 4.

Miſcellanea academica, ſeu Diſp. de XXI. theſibus theol. miſcellis. Kilonii A. 1692. in 4.

Diſp. de nominibus, qvibus per ludibrium Chriſtiani olim a profanis ſunt appellati, deqve notis occultis, qvibus iidem ſe inſigniviſſe crediti. Accedit Mantiſſa, qva diſqviritur, num filiola, qvam octo dierum infans vivam enixa eſt, baptiſmi ſit capax (*qvod affirmatur*)? Kilonii 1693. in 4.

Diatribe aſcetica de ſacris publicis, debita cum reverentia, præſentisqve Numinis metu, colendis. Kil. 1693. in 4.

Diſp. moralis de vita ſancta Renatorum, Reſp. Joh. Adolpho Beſelino, Slesvicenſi. Kilonii 1694. in 4. Publice non eſt ventilata, ob interventum morbi fatalis mortisqve Kortholti.

Paſtor fidelis, ſeu Opuſculum Poſthumum de officio miniſtrorum Eccleſiæ, editum a filio, Matth. Nicol. Kortholto. Kilonii 1696. in 12. (*In Catal. nund.* A. 1697. Memoratur etiam editio ſecunda Hamburgenſis A. 1697. in 12.). Recenſum ejus encomiaſticum V. in Lipſienſium (qvibus *libellus* audit *haud inelegans*) *Actis Eruditorum, M. Jan. A.1696., p. 7-12.*

Hiſtoria Eccleſiaſtica Novi Teſtamenti καϑ' ἐπιτομὴν, a Chriſto nato, usqve ad ſeculum XVII., ſiſtens ſtatum Eccleſiæ ſub ſingulis Imperatoribus, ſchiſmata, hæreſes, ſynodos & eccleſiæ doctores, ex MSC. Chriſt. Kortholti, a filio, Matth. Nicol. Kortholto, cum præfat. ſua gemina, & indice rerum ac verborum, edita. Lipſiæ 1697. in 4. Recenſita denuo a Sebaſtiano filio. Hamburgi 1708. in 4. Qvod ad hiſtoriam ſcripti hujus attinet, autor, adhuc ſuperſtes, *in Admonitione*, Syllabi ſcriptorum ſuorum editioni A. 1688. Kilonienſi adjecta, ſe nunqvam Hiſtoriam Eccleſiaſticam univerſalem condere aut edere voluiſſe, typographorum autem & bibliopolarum Germaniæ lucripetarum, prælectionum hujus argumenti academicarum, prælo licet haud deſtinatarum, mendoſarumqve inſuper, & ab aliis interpolatarum, editionem, ſe invito, molientium, audacia coactum ipſummet *Hiſtoriam Eccleſiaſticam, juſta diligentia elaboratam & ad noſtra tempora perductam, nec ea ſolum, qvæ ad nudam rerum geſtarum narrationem, ſed ad ritus etiam, vocumqve eccleſiaſticarum accuratiorem expoſitionem, ſpectant, qvæqve præterea ad antiqvitatum ſacrarum expoſitionem facere videbuntur, tradituram*, promittere, ſignificavit. Sed huic promiſſo ſatisfacere ipſi, varias ob cauſas, non licuit. Editæ ergo tantum, poſt mortem autoris, a filio ſunt Prælectiones Academicæ, qvales in parentis inveniebantur MSto, ab ipſo haud dubie reviſo. Diviſum eſt opus totum in libros duos, qvorum prior a Seculo I. ad XI., poſterior a Seculo XI. ad XVIImi finem, porrigitur. Cujuslibet ſeculi hiſtoria tribus vel qvatuor includitur ſectionibus, ſucceſſione Imperatorum diſtinctis, qvævis autem ſectio, qvatuor capitibus, 1. Imperatores ipſos, & ſtatum Eccleſiæ ſub illorum imperio, 2. Hæreſes, Schiſmata & controverſias, 3. Synodos, & 4. Viros doctos, annexa ſub finem rerum cujuslibet ſeculi memorabilium ἀνακεφαλαιώσει, recenſet. Recenſum operis hujus prolixiorem invenies in Lipſienſium *Actis eruditorum. M Sept. A.1697., p. 438.*, Wilh. Ern. Tenzelii *Dialogis menſtruis vernacilis, M. Jun. A. 1697., p. 445-466.*, Pet. Rabi Boekzaal van Europa, *M. Nov. & Dec. A. 1699., p. 475-513.*, & *Ephemeridibus* (qvas Corn. a Beughem *Conſp. IV. Apparatus ad Hiſt. Lit. noviſſ. p. 157.* allegat) *Eruditorum Berolinenſibus Gallicis, M. Nov. & Dec. A. 1696.* Præter hos, illud Joh. Dan. Cramerus, Prof. Hanov., *in Comm. Rerum memorabilium, ab A. 1693. ad 1697. geſtarum, p. 293.*, verbis commendavit ſeqventibus: *Multum huic libro damus, ſed non omnia. Id placet, qvod teſtimonia vetuſtorum ſcriptorum, e qvibus omnis ejusmodi hiſtoria peti debet, ſingulis fere periodis annexa ſint. Deinde ordinem autor idoneum & facilem obſervat, ſecundum ſeculorum decurſum, perſpicueqve, & ſtylo non ineleganti, res plurimum memorabiles tradit; inprimis moderate de noſtri temporis controverſiis loqvitur, ut pacis eccleſiaſticæ cupidus fuiſſe, vel ex hoc ſcripto, videatur.* Non diſſimulandum autem, eſſe nonnullos, qvi Syntagma hoc Hiſt. Eccl. D. Sebaſt. Niemanno, Noſtri præceptori, Theologo Jenenſi & Holſatico, vindicant, hæredesqve Kortholtianos, hujus Prælectiones hiſtorico-eccleſiaſticas MStas, in parentis inventas bibliotheca, velut paternas, ignaros juris feciſſe publici, perhibent. Johannes Fechtius ſane, Theologus Roſtochienſis, *in Præadamitiſmi recens incruſtati Examine, p. 11.*, an fœtus iſtud Kortholtianus ſit, dubitavit, & *in Collegio MS. ad Summarium H. E. Rechenbergianum*, per Vinc. Placcium (*T. II. Theatri Anon. & Pſeudon. p. 408.*) & Reinh. Henr. Rollium (*in Bibliotheca Nobilium Theologorum p. 94. 95.*) allegato, hoc de eodem tulit judicium: *Recentiſſimum opus Hiſt. Eccl., qvod ſub D. Kortholti nomine prodiit, ego nunqvam perſvaderi mihi patiar, ut ejus eſſe credam, qvod neqve ſummam Viri in hoc ſtudiorum genere eruditionem, neqve ſtylum, neqve tractationis indolem, in hiſtoricis ipſi conſvetam, ullo modo ſapit. Certiorqve redditus ſum ab amico, in privato qvodam Collegio, cui & Kortholtus, tanqvam auditor, interfuerit, olim iſta dictaſſe B. D. Niemannum, Theol. Jenenſem. - - - Fieri poterat, ut D. Korth., juvenilibus annis ſubinde aliqvid alleverit ſuo exemplo, hæredesqve, hujus rei ignari, ac ſi ipſe autor eſſet, fuerint perſvaſi. Interea opus eſt non ineruditum, ſed in primis ſeculis nimis macrum.* Kortholtum itidem autorem ejusdem eſſe negat (qvod *in reliqvis is ſuis ſcriptis, longe alia ingrediatur via, & allegandis fontibus, unde ſua hauſit, fidem dictis ſuis diligenter conciliet*) Chr. Aug. Heumannus *in Sched. de Libris Anonymis & Pſevdonymis, c. 3., p. 38.*, Niemanno autem illam argumentis aliqvot vindicat *ibid. P. II., c. 2., p. 159. 160.*

Paganus obtrectator, ſeu de calumniis gentilium in veteres chriſtianos Libri III., a Sebaſtiano Kortholto, filio autoris, Prof. Kilonienſi, editi. Kilonii 1698. in 4. Opus poſthumum, ex tribus hujus argumenti, qvos ſupra memoravimus, libris, *de calumniis* ſcil. *paganorum in veteres Chriſtianos, de origine & natura Chriſtianiſmi, ex ethnicorum cavillantium ſententia*, & *de vita & moribus, Chriſtianis primævis, per gentilium malitiam, aſſictis*, A. 1663. 1672. & 1683. editis, maximam partem conflatum. Liber ejus primus ethnicorum in originem & naturam Chriſtianiſmi, ſecundus in cultum veterum Chriſtianorum divinum publicum, tertius in eorundem vitam ac mores, calumnias recenſet ſimul ac refutat. Argumenta ſingulorum capitum exponunt Lipſienſes, *in Actis Erud., M. Sept. A. 1698., p. 420. 421.*, Lubecenſes *in Novis Septentrionis literariis, M. Febr. A. 1698., p. 26. 27. 28.*, & Wilh. Ern. Tenzelius, *in Dialogis menſtruis germanicis, M. Oct. A. 1698., p. 896. 897. 898.* Ob eruditionem libros hosce commendant Lipſienſes *l. c.*, Theologi Halenſes in der Verantwortung gegen D. Joh. Frid. Mayers Bericht von den Pietiſten *p. 7.*, & Joh. Franc. Buddeus, *in Diſſ. de hæreſi Valentiniana, Introductioni ad Hiſtoriam Philoſophiæ Hebræorum adjecta, §. 13., p. 452.*

Prodromus ingenui theologiæ cultoris academicus, ſive Tractatus de apparatu ad ſtudium Theologicum, lectionibus privatis propoſitus. Francofurti A. 1705. (& bis qvidem eod. anno, ſi *Catalogo nundinali* credendum) in 8. prodiit. Hanc editionem hæredes autoris, tanqvam ſe invitis publicatam, & mutilam ac mendoſam, *in Novis Literariis Lubecenſibus, M. Oct. A. 1704., p. 313. 314.*, & *M. Aug. A. 1705., p. 252.*, uti & Catalogis ſcriptorum ejus poſthumis, improbarunt, aliamqve viciſſim promiſerunt, a Sebaſtiano, illius filio, curandam, imo Kilonii jam cœptam imprimi, & ſub hoc prodituram titulo: *Methodus & apparatus ſtudii theologici, ab erroribus, qvibus redundat exemplar Francofurti editum, purgatus, & plurimis acceſſionibus, e B. autoris MSto decerptis, ejusdemqve Libello de Conciliis, nondum publicato, locupletatus.*

Theologia moralis ſynoptice tractata, & auditoribus privatis antehac propoſita. Hafniæ 1716. in 4. Hanc e Joh. Conr. Dürrii *Theologia morali maximam partem eſſe decerptam*, monuit Joh. Herm. ab Elswich *in Notis ad Faſcic. I. Epp. famil. Theol. p. 119.*

Epiſtola ad D. Wilh. Verpoortium, Superint. Gen. Saxo-Coburg., d. 14. Nov. A. 1677. ſcripta, & ab hujus filio, Joh. Burch. Verpoortio, J. U. D., *in Schediaſmatis de Inveſtitura allodiorum* appendice, Coburgi A. 1715. edita, in qva,

(uti

(uti Lipſienſes, *in Actis Erud.*, *M. Jul. A. 1715.*, *p. 316.*, teſtantur) *de corruptis Theologorum, qvi B. Spenerum damnarunt, & veram fidem Scholaſticorum commentis turbarunt, qveritur judiciis.*

Programmata varii generis, Feſtalia (e qvibus ad manum jam eſt paſchale Anno 1668., de controverſia veteris eccleſiæ paſchali, Kilonii publicatum), Inauguralia, aliaqve, Roſtochienſia & Kilonienſia.

Diſputationes Inaugurales, Kilonii illo præſide habitæ ſeqventes.

1. Matthiæ Waſmuhti, Theol. Prof. Kilon, Diſp. inaug. de illuſtrioribus qvibusdam controverſiis didactico-exegeticis, Kil. 1666. in 4. Prima omnium inauguralium Kilonienſium.
2. Chriſtoph. Franckii, Theol. Prof. Kilon., de religione naturali, contra Naturaliſtas & Remonſtrantes. Kil. 1666. in 4.
3. Ad. Tribbechovii, Superint. Gen. Saxo-Gothani, in locum Joh. XIV. 6. Kil. 1672. in 4.
4. Chriſtiani a Stöcken, Superint. Gen. Cimbricorum Ducatuum regii, de virga Aaronis florida, ex Num. c. XVII. Kil. 1674. in 4.
5. Georg. Ern. Heldbergii, Log. & Eth. Prof. Kilon., de peccatis occultis. Kilonii A. 1678. in 4.
6. Nicol. Alardi, Superint. Oldenburgici, de Chriſto Θεανθρώπῳ, ex cap. I. Ep. ad Hebr. Kil. 1679. in 4.
7. Jac. Georg. Grevii, Conc. aul. Comitis Stolbergici, de theſibus theologicis, ſummariam doctrinæ orthodoxæ delineationem complexis. Kil. 1683. in 4.
8. Barth. Kempe, Superint. Parchimenſis, contra Andr. Wiſſowatii Tr. de religione rationali, ſeu rationis uſu in controverſiis etiam theologicis adhibendo. Kil. 1685. in 4.
9. Chriſt. Sigism. Wolfii, Paſt. Cathedr. Hamburg., de ſenſu fidei, electionis & ſalutis charactere. Kil. 1680. in 4.
   Ejusd. Diſſ. inaug. alia de libero hominis arbitrio. Kil. 1674. in 4.
10. Abr. Hinckelmanni, Paſt. Hamburg. Catharinæi, de theologia Jobi evangelica. Kil. 1687. in 4.

2. GERMANICA.

Kohlſchwartzes Pabſtuhm; oder nochmahliger Beweiß, daß das Pabſtum zu Rom vom Teufel geſtiftet ſey, Timothei Laubenbergers Kohlſchwartzem Lutherthume entgegengeſetzet, darinn die Gründe, damit Lutherus, in ſeinem Buche wieder das Pabſtthum, bewieſen, daß das Pabſtthum vom Teufel geſtiftet ſey, abermahl vorgeſtellet und erkläret, Laubenbergers Einwürfe beantwortet, auch eins und anders aus Viti Erbermanni Parallelis Eccleſiæ veræ & falſæ wiederleget wird. Jenæ 1660. in 4. Novam illius editionem Lipſienſem Sebaſtianus, autoris filius, in literis ad me, A. 1706. eſt pollicitus. Oppoſitum eſt hoc ſcriptum Timoth. Laubenbergeri, Reütlingenſis, apoſtatæ, libello, ſub titulo des Kohlſchwartzen Lutherthums, mohrenweiſſen Zwingelthums, und Catholiſchen Pabſtthums, Herbipoli A. 1659. *in 4.* excuſo, &, cum ad Francofurtenſes nundinas allatum eſſet, ab inſpectore rei librariæ Cæſareo, Pontificiæ addicto religioni, initio ſuppreſſum, ſed paulo poſt, mandato Imperatoris, per Senatum impetrato Francoſurtenſem, vendi denuo permiſſum. V. Noſtri Römiſchen Beelzebub *p. 8.* Repoſuit illi, uti & Zachar. Hogelii, Theologi Erfurtenſis, *Papatui diabolico, non Lutheranismo*, oder Kohlſchwartzem Pabſtuhme, und chriſtlichem Lutherthume, deren ienes vom Teufel, dieſes von GOtt geſtiftet, eodem A. 1660. Francofurti ad Viadrum adverſus ſe edito, Laubenbergerus Rettung des Catholiſchen Pabſtuhms, wieder die 3. Läſterſchriften Lutheri, Hogelii und Kortholti, unter dem Titel: Pabſtuhm vom Teufel geſtiftet; darinn der Prædicanten argumenta rein beantwortet, artig umbgekehret, und glaubwürdig erwieſen wird, daß das Pabſtuhm von GOtte, das Kohlſchwartze Lutherthum aber, und der Calvinismus, von einem andern, geſtiftet, ed. Aſchaffenburgi A. 1661. in 4. Vindicavit contra libellum ſuum (cui, ad ſe transmiſſo, D. Joh. Hülſemannus, Theologus Lipſienſis, breve hoc judicium, teſte Joach. Lindemanno *in Or. fun. Kortholtiana p. 16.*, manu, anteqvam ederetur, adſcripſerat propria: *Dignum patella operculum*) Noſter, contra Apologiam iſtam, ſcripto ſeqventi, longe adhuc horridiori Pontificios irritante titulo.

Römiſcher Beelzebub, oder Beweiß, daß der Pabſt zu Rom der Teufel ſey, dem Papiſten Timotheo Laubenbergern zu betrachten vorgeſtellt. Jenæ 1660. in 4. Auctior recuſus Kilonii 1668. in 4.

Verthädigung des, unterm Titul Römiſcher *Beelzebub*, ausgegebenen Tractätleins, wieder Timoth. Laubenbergern. Roſtochii 1661. in 4. Kil. 1668. in 4. Vindicat iſta ſcriptum præcedens (cum qvo illam ſe denuo eſſe publicaturum, Sebaſt. Kortholtus, autoris filius, A. 1706. mihi ſignificavit), contra Laubenbergeri Apologiam pro Pontifice vernaculam, mihi nondum viſam (*.), impugnata autem iterum eſt ab adverſario in der Rettung Päbſtlicher Heiligkeit, und der Römiſchen Kirchen, wieder Chr. Kortholts Verthädigung des Röm. Beelzebub, und Valerianum Confeſſorem, Aſchaffenburgi A. 1662. *in 4.* excuſa, ſed, juſſu Electoris Moguntini (prout ipſe Laubenbergerus, in Epiſtola familiari, Noſtro retulit), ſuppreſſa. Cui ſchedam Kortholtus repoſuit ſeqventem.

Ernſter und eilfertiger Bericht, warumb er mit dem Papiſten Timotheo Laubenbergern ſich hinführo in Streitſchriften nicht weiter einzulaſſen entſchloſſen. Kopenhaven 1662. in 4. Præfixa eſt inſcriptio ad Chriſtoph. Gabelium, Miniſtrum aulæ Danicæ præcipuum.

Erörterung der ſtreitigen Frage: Ob, und wie fern, der Pabſt das Römiſche Reich von den Griechen auf die Deutſchen gebracht habe? darinn zuförderſt, was hievon Lutherus, in ſeinem Buche wieder das Pabſtuhm zu Rom vom Teufel geſtiftet, geſchrieben, wieder des Papiſten Timoth. Laubenbergers nichtige Beſchüldigung, verthädiget; in der Vorrede aber, daß der Röm. Pabſt ein wahrer allmächtiger Gott ſeyn wolle, aus deſſen ſelbſteigenem, und ſeines Anhanges, Bekäntniſſe, dargethan wird. Jenæ 1660. in 4. Oppoſita eſt Laubenbergeri Kohlſchwartzem Lutherthume, de qvo paulo ante jam dictum.

Hiſtoriſche Beſchreibung der X. groſſen Verfolgungen, ſo die Chriſten der erſten Kirchen, unter den Heidniſchen Keyſern, erlitten, auf Begehren, aus D. Chriſt. Kortholts lateiniſchem Tractat von denſelben gezogen. Roſtochii 1663. in 12. Hamburgi 1698. in 8. Epitomes hujus tractatus de eodem argumento latini (de qvo ſupra dictum) vernaculæ ſe ipſum Autorem eſſe, mihi olim indicavit.

Papa ſchismaticus, oder gründlicher Beweiß, daß nicht Mart. Luther, und die Proteſtirende, ſondern der Römiſche Pabſt, und deſſen Anhang, an der im vorigen Seculo entſtandenen Kirchentrennung Schuld haben, zur Entdeckung des liſtigen Giftes, welchen, nach Anleitung der Herren von Walenburg, einige Römiſch-Catholiſche, zur Verleitung der Einfältigen, ſich heutiges Tages meiſterlich gebrauchen, vorgeſtellt. Roſtock 1663. in 4., Kiel 1669. in 4. Commendatur a D. Phil. Jac. Spenero, in der Rettung der Evangeliſchen Kirchen von der Beſchuldigung der Trennung, A. 1695. edita, *p. 144.*

Treuhertzige Aufmunterung zu ſorgfältiger Unterweiſung der Einfältigen und Unwiſſenden in der heilſamen Glaubens-Lehre, welche, leider, heutiges Tages, an manchem Orte, mit augenſcheinlicher Seelengefahr vieler Menſchen, unverantwortlicher Weiſe verabſeumet wird. Mit lateiniſchen Anmerckungen. Kiel 1669. in 8. Recuſa ibidem A. 1679. & 1704., in opuſcu-

(*.) Titulus ejus eſt: Refutation des Römiſchen Beelzebub Chr. Kortholti. Prodiit Herbipoli A. 1661. *in 4.*

puſculorum theologicorum vernaculorum ſylloge. Commendant eam El. Vejelius *in Obadiæ* Beytrage an *Speneri Pia Deſideria p. 180.*, D. Joh. Fabricius Junior, Theol. Helmſt. (cui *Libellus* audit *utiliſſimus, lectuque digniſſimus*), *in Amœnitatibus Theolog., Diſp. VIII. de Eccleſiis domeſticis, p. 329.*, & Guſt. Georg. Zeltnerus *in Schediaſmate de piorum deſideriorum ſcriptoribus p. m. 59.*

Anti-Frommius, oder gründliche Unterſuchung der Motiven, wodurch L. Andr. Fromme, Weiland Churfürſtl. Brandenburgiſcher Conſiſtorial-Raht und Probſt zu Cöllen an der Spree, ietzo Dechant zu Kemnitz im Biſchofthum Leutmeritz, zur Römiſch-Catholiſchen Religion zu treten, ſich verleiten laſſen. Francofurti 1671. in 4. Frommio hoc ſe præceptore Stetini antea uſum eſſe, *ſub finem, p. 101.*, Autor ſignificat.

Vorbereitung zur Ewigkeit, oder gründliche Anweiſung, wie ein Menſch recht glauben, chriſtlich leben, und ſelig ſterben, ſolle. Mit lateiniſchen Anmerckungen. Francofurti A. 1671. in 12. Auctior recuſa Kilonii A. 1679. in 8., &, adjecta nova Sebaſtiani filii Epiſtola dedicatoria, ibidem A. 1701. in 8.

Oeffentlicher Gottesdienſt der alten Chriſten, dem heutigen, was die Sontags-Feyr betrift, entgegen geſtellet. Francofurti 1672. in 12. Recuſum eſt hoc ſcriptum A. 1679. & 1704., in Sylloge opuſculorum theologico-practicorum vernacula. Commendatur ab Ant. Reiſero *in Gravaminibus non injuſtis*, oder rechtmäßigen Beſchwerden, über den zerrütteten Zuſtand des Evangeliſchen Kirchenweſens *p. 32.*, & Joh. Dieckmanno (cui audit ein zwar kleiner, doch ſchöner, Tractat) im Bedencken von der privat-Communion *p. 19.*

Schwere Bürde des Predigampts, aus GOttes Worte, und der Kirchen-Antiqvitat vorgeſtellet: Mit lateiniſchen Notis. Francof. 1672. in 12. Recuſa Kilonii A. 1679. & 1704., in Sylloge opuſculorum theologico-practicorum vernacula. Seorſim etiam denuo edita a D. Joach. Juſto Breithauptio, Theologo Halenſi, Halæ Sax. A. 1703., in 12., cum nova Ep. dedic. ac præfat. Breithauptii, atqve duarum Epiſtolarum Auguſtini & Bernhardi appendice (V. *Nova lit. Germ., M. Jan. A. 1704., p. 31. 32.*). Commendavi opuſculum hoc, & merito qvidem, ad emendanda ordinis eccleſiaſtici vitia, *P. IV. Iſag. ad Hiſt. Cimbr., c. 10., §. 19., p. 596.*

Femaria deſolata, oder Hiſtoriſche Beſchreibung, was Geſtalt, vor drittehalbhundert Jahren (A. 1420.), die Inſel Femern, von König Erich dem X. in Dennemarck, jämmerlich zerſtöret worden. Kiel 1673. in 8. Recuſa, cum nova Sebaſtiani filii Epiſt. dedicatoria, ibidem A. 1695. in 12. Commendatur a J. Dan. Majore, *in Progr. Invit. ad Diſp. Inaug. med. Joh. Guilh. Schmidii*, A. 1673. edito, & *in Iſagoge* mea *ad Hiſt. Cimbr.*, P. III., *c. 2., §. 9., p. 256.*

Wahrhafftiger Bericht, von einem, in der Inſul Femern, A. 1653. beſeſſenen Knaben. Kiel 1673. 8. Opuſculum hoc autor, qvi ipſemet tragœdiæ illius fuit ſpectator, ad Atheos de exiſtentia diabolorum convincendos, publicavit. Recuſum eſt Francofurti A. 1674. in 12., & Plönæ A. 1693. in 8. (ſub finem des Kreutz-und Gedult-Spiegels), Hamb. A. 1675. in 8. (ſubjunctum Anonymi Seelen-und Hertzens-Troſte wieder Anfechtungen und Verſuchungen), Kiloniiqve A. 1679. & 1704. in 8. (in Sylloge Opuſculorum Theologico-Practicorum), nec non (*teſte Catalogo nundinali*) Budiſſæ A. 1716. in 8., in den drey erſchrecklichen Geſchichten teufliſcher Beſitzung, cum præfat. M. Frid. Gudeni editis. Commendat illud, & *Hiſtoriam adeo urgentem, ut nemo æqvus rerum arbiter dubitare poſſit*, appellat Günth. Chriſtoph. Schelhammerus, *in Diſp. med. de Obſeſſis, §. 6., p. 4. 5., & §. 23. p. 13.*

Kreutz-und Gedult-Spiegel, welcher den Zuſtand der, umb der wahren Religion willen, bedrängten erſten Chriſten, wie nemblich dieſelbe ſo grauſame Verfolgungen, unerhörte Marter, erſchreckliche Läſterungen und Verleumbdungen, über ſich ergehen laſſen müſſen, und welcher geſtalt ſie bey ſolcher Trübſaal ſich bezeiget, vorſtellet. Samt vorher geſetzten Kupfer-Figuren und kurtzer Erklärung der Martern der erſten Chriſten Ant. Gallonii, und beygefügtem Berichte des Autoris von einem beſeſſenen Knaben. Francof. 1674. in 12., Plönæ 1693. in 8. Commendatur a D. Phil. Jac. Spenero, & *in Piis Deſideriis p. 6.* (ubi vocatur eine erbauliche Schrift), & *Parte III.* der Theologiſchen Bedencken *p. 96. 97.*

Theophili Sinceri wolgemeinter Vorſchlag, wie etwa die Sache anzugreiffen ſtünde, da man dem in den Evangeliſchen Kirchen bißher eingeriſſenen ärgerlichen Leben und Wandel, vermittelſt göttlicher Verleyhung, abzuhelfen, mit Ernſte reſolviren wolte. Francof. 1676. in 12. In prima hac editione opuſculum iſtud ψευδωνύμως prodiit; ſed deinde ab autore Syllogæ reliqvorum ſuorum ſchediaſmatum theologico-practicorum vernaculæ, Kilonii A. 1679. & 1704. excuſæ, qvinqve paragraphis, & multis acceſſionibus aliis, auctius, eſt inſertum, & in ſcriptorum præterea ſyllabo diſerte ſibi vindicatum. Detexit etiam ſcriptorem illius P. J. Spenerus, *P. II.* der allgemeinen Gottesgelehrtheit *p. 4.*, ac *P. III. Conſil. Theol. Lat. p. 169.*, &, poſt hunc, alii, a Vinc. Placcio, *T. II. Theatri Anon. & Pſeudon. p. 569. 570.*, allegati. Commendatur a Phil. Jac. Spenero *l. c.*, & in der Beantwortung des Unfugs der Pietiſten, *c. 1., §. 13., p. 23.*, El. Vejelio im Beytrage Obadiæ an Speneri Pia Deſideria, *in Titulo*, & *p. 33. 163.*, Joh. Fechtio *in Diſſ. de ſtudio Biblico*, *Juſti Chriſtoph. Schomeri Exegeſi in Epiſtolas Pauli minores præmiſſa*, *p. 37.*, Joh. Frid. Mayero *in Luthero apocalyptico p. 297.*, Gotfr. Arnoldo *T. II.* der Kirchen-und Ketzer-Hiſtorie, *Lib. 17., c. 5., p. 471.*, & Guſt. Georg. Zeltnero (editionem primam a D. Phil. Jac. Spenero promotam eſſe teſtante) *in Schediaſmate de piorum deſideriorum ſcriptoribus p. m. 58.*

Treuhertzige Warnung, für dem, an einigen Orten eingeriſſenen, gantz unchriſtlichem Kirchenfluche ſich zu hüten. Kiel 1676. in 8. Recuſa ibidem A. 1679. & 1704., in opuſculorum theologico-practicorum ſylloge germanica. Commendat eam, & *gravia contra pravum iſtum morem argumenta exhibere* judicat Vitus Ludov. Seckendorfius *in Comm. de Lutheraniſmo, Lib. 3., Sect. 15., §. 50., p. 139.*

Theologiſches Bedencken wieder die heimliche Leichbeſtattungen. Kiel 1676. in 8. Recuſum, in Sylloge modo memorata, ibidem A. 1679. & 1704. In lingvam Svecicam tranſlatum a S. J. P. C. (i. e. Sim. Iſogæo, Paſtore Ædis D. Claræ Holmienſi) prodiit Holmiæ A. 1699. in 8. V. *Nova Lit. Lubec., M. Dec. A. 1699. p. 363., M. Majo A. 1700. p. 143., & M. Jun. A. 1704., p. 159.*, ac Rich. ab Hardt *Holmiam Anni 1701. literatam p. 60.*

Thaumatographia, oder umbſtändliche Relation, was ſich, in der weltberühmten Stadt Hamburg, Wunderſames mit einem glüenden eiſernen Ringe zugetragen: Samt angezeigtem Nutzen, wie man deſſen, wieder die Atheiſten und Papiſten, und bey angefochtenen Perſonen, ſich zu bedienen habe. Kiel 1677. in 8. Recuſa, ſine loci mentione, A. 1698. in 8. Occurrit etiam in ſylloge opuſculorum theologico-practicorum germanica, Kilonii A. 1679. & 1704. impreſſa. Hiſtoriam fuſe exponit miraculi, a Georg. Freſio, cive Hamburgenſi, d. 11. Jan. A. 1666., prunis candentibus, annuloqve ferreo ignito, ſine doloris ſenſu manuumqve noxa, aliqvamdiu geſtatis, ut hominem deſperabundum erigeret, patrati, cujus prolixior narratio a nobis etiam, in θαυματούργῳ hujus vita, ſuo loco, eſt exhibita. Commendatur a Philippo Jacobo Spenero *P. III. Conſiliorum Theologicorum latinorum p. 364.*

Theologiſche, zur Beförderung der Gottſeligkeit angeſehene, Tractätlein. Kilonii 1679. in 8. Continet hæc ſylloge junctim recuſa opuſcula ſeqventia, de qvibus jam ante ſeorſim dictum eſt, Germanica: 1. Theophili Sinceri wolgemeinten Vorſchlag; 2. Schwere Bürde des Predigamts; 3. Treuhertzige Aufmunterung zu ſorgfältiger Unterweiſung der Einfältigen in der Glaubenslehre: 4. Den öffentlichen Gottesdienſt: 5. Warnung vor dem Kirchenfluche; 6. Bedencken

von

von heimlichen Leichbeſtattungen: 7. Den Bericht vom beſeſſenen Knaben: 8. Thaumatographiam modo memoratam; ſingula longe, qvam ante, auctiora, & non paucis in locis immutata. Notæ in eadem ſub finem totius occurrunt ſyntagmatis. In ſecunda editione, a Sebaſt. Kortholto, autoris filio, curata, & Kilonii A. 1704. *in 8.* excuſa, opuſculis octo, modo enumeratis, ſex acceſſerunt ſeqventia, de qvibus paulo poſt ſeparatim itidem agemus, junctim recuſa: 1. Weiblicher Tugendſpiegel: 2. Unterricht vom Beſtechen beeidigter Perſonen: 3. Erinnerung vom Bann unbekandter Sünder: 4. Gezwungener Communicant; 5. Der im Garten Gethſemane geängſtigte Jeſus: 6. Bibliſche Feſtandachten. Conf. de iis prolegomena editoris, & *Nova Lit. Lubec., M. Jun. A. 1704., p. 189. 190.* Commendavit hæc opuſcula theologico-practica Gothofredus Arnoldus, *Tomo II.* der Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie, *Lib. 17., c. 5., p. 471.*

Weiblicher Tugendſpiegel, an Fr. Maria Eliſabeth Niederſtättinn vorgeſtellt: mit lateiniſchen Anmerckungen. Kiel 1682. in fol. & 8. Occurrit etiam in editione ſecunda opuſculorum theologico-practicorum vernaculorum, Kilonii A. 1704. excuſa. Commendatur a Petro Poireto, *in appendice IV. apologetica Librorum III. de eruditione ſolida, ſuperficiaria & falſa, p. 385.*

Sendſchreiben an D. Wilhelmum Veerpoorten, worinn die verleumbderiſche Auflage (*Stephani Feqvete.* eines Ungariſchen Predigers, in ſeiner, beym Abfalle zum Pabſtthum gehaltenen *Revocations*-Predigt), ob ſolte, auf der Kieliſchen Univerſität, die Polygamie öffentlich gebilliget und behauptet werden, gründlich abgelehnet und hintertrieben wird. Kiel A. 1682. in 4.

Güldene Glaubenskette. Kiel 1683. in 8.

Der Theologiſchen Facultät zum Kiel Beantwortung einiger Fragen, das unlängſt in Hamburg vom leidigen Satan beſeſſene Mägdlein betreffend. Kiel 1683. in 12. Abſolvitur, in hoc Reſponſo (cujus autorem ſe eſſe, Noſter, tum in Epiſtola ad me, tum in noviſſima Catalogi ſcriptorum ſuorum editione, eſt profeſſus), Georg. Freſius, civis Hamburgenſis *θαυματουργός*, paulo ante laudatus, qvi dæmonem e puella iſta expulerat, a gemino temeritatis, & *ἀλλοτριεπισκοπίας*, in ordinem eccleſiaſticum injuriæ, qvod homines invidi ac malevoli illi impingebant, crimine.

Kurtzer Unterricht von geiſtlichen Verſuchungen und Anfechtungen, abſonderlich böſer läſterlicher Gedancken. Tractatus *ἀνωνύμως*, A. 1684. editus in 8. Indicem qvendam librarium Noſtro hunc tribuere video. ſed, cum nullam ejus in Catalogo Scriptorum propriorum obſervem mentionem, *ἐπέχειν* malo, qvam certi qvid definire.

Gezwungener Communicante. Kilonii 1690. in 8. Scriptum, homines invitos ad S. Cœnæ uſum adigendos non eſſe, ſolide demonſtrans, recuſum ibidem A. 1704. in editione ſylloges ſcriptorum theologico-practicorum germanicorum ſecunda.

Chriſtl. Erinnerung von dem Banne unbekandter Sünder. Kilonii 1690. in 8. Denuo ibidem A. 1704., in ſylloge modo laudata, prodiit.

Chriſtl. Unterricht von dem ſo genandten Beſtechen beeydigter Perſonen, abſonderlich der Zöllner und Licent-Einnehmer, wie auch von andern Unterſchleif, ſo bey der Kaufmanſchaft, der Obrigkeit zum Nachtheile, vorzugehen pfleget. Plönæ 1690. in 8. Opuſculum in eadem, qvam dixi, ſylloge Kilonii A. 1704. recuſum.

Troſtſchrift an D. Sim. Henr. Muſæum, Juris Profeſſorem, wegen tödtlichen Hintrittes ſeiner Eheliebſten. Kil. 1690. in 4.

Der im Garten Gethſemane geängſtete und Blut ſchwitzende Jeſus, andächtig betrachtet. Kilonii 1691. in 8. Iterum lucem ibidem vidit A. 1704., in ſylloges opuſculorum theol. german. editione ſecunda.

Bibliſche Feſtandachten, Geſangweiſe vorgeſtellet, ſamt etlichen andern geiſtlichen Bet-Buß-Kreutz-Troſt-Danck-Lob- und Lehr-Liedern. Kilonii 1691. in 8. Etiam Hymni hi ſacri XXIXV., in ſylloges modo laudatæ editione altera, Kilonii A. 1704., ſunt recuſi.

Vorrede über Dethlevi Becmanni, Predigers in Hamburg, lieblichſte Hiſtorie des Lebens Jeſu Chriſti, mit derſelben gedruckt. Hamburg 1684. in 8.

Vorrede über Johannæ Eleonoræ von Merlau Geſpräche des Hertzens mit GOtt, in II. Theilen außgegeben zu Ploen A. 1689. in 8. Differit illa de ſexus fœminei, qva virilem is plerumqve ſuperat, pietate, & Merlaviam plurimis, ob eandem, & S. Scripturæ peritiam, cumulat laudibus. Notandum autem, ne Noſter ea, qvæ, in Soliloqviis hiſce, ac parte inprimis ſecunda, illiqve a Merlavia adjecto vitæ ſuæ recenſu, pietatis qvendam exceſſum ſapiunt, ac Enthuſiaſmo affinia videntur, probaſſe credatur, illum (ſi Merlaviæ adverſariis, Sam. Schelgvigio, ad commenſalium Kortholtianorum provocanti relationem, im Erweiſe der Uebereilung D. Speners in der eilfertigen Vorſtellung *p. 45. 46.*, & hunc ſecuto Joh. Henr. Feuſtkingio, *in Gynæceo Hæretico-Fanatico p. 469. 470. 471.*; teſtibus hic uti nobis licet) ſolam partem primam, ſibi transmiſſam, vidiſſe, locaqve ejus nonnulla, anteqvam præfationem adderet, emendaſſe, Merlaviam autem iſta, neglectis emendationibus, non ſolum reſtituiſſe, ſed & ulterius depravaſſe, ac partem inſuper ſecundam adjeciſſe. Qva de re Noſter ab iiſdem, & in literis ad Joh. Wilh. Petræum, Merlaviæ maritum, & in colloqviis cum commenſalibus, perhibetur eſſe conqveſtus, imo publice etiam indignationem ſuam, ſi diutius vixiſſet, fuiſſe teſtaturus.

II. INEDITA & AFFECTA.

(Horum Indicem Autor ipſe, adhuc ſuperſtes, mihi transmiſit, & multa, non tamen omnia, gener Joach. Lindemannus, *in Orat. funebri*, ſocero habita, *p. 22.*, itidem recenſuit.)

Notitia librorum, ad ſtudium Theologiæ ſpectantium, qvam MS. poſſedit D. Joh. Cruſius, Medicus Slesvicenſis.

Controverſiæ biblicæ V. & N. T. (*V. Lindem. l. c. p. 22.*)

Inſtitutiones Theologicæ.

Prælectiones in Auguſtanam Confeſſionem, cæterosqve libros ſymbolicos.

Prælectiones in Joh. Frid. Königii *Theologiam poſitivam*, Conr. Dieterici *Inſtitutiones Catecheticas*, Joh. Gvilh. Baieri *Theologiam poſitivam*, & ſuas ipſius *Theſes theologicas.* (*V. Lindem. l. c.*)

Proceſſus diſputandi, per certos canones traditus, exemplisqve perpetuis, ex omni Theologia petitis, illuſtratus.

Hæreſiologia, de origine & progreſſu hæreſium, ſecundum ſeriem Locorum Theologicorum. MS. vidi apud D. Joh. Cruſium. Editionem hæredes, *in Catal. nund. Lipſ. A. 1694. autumn. p. 30.*, promiſerunt. Conf. Lindem. *l. c.*

Controverſiæ: 1. cum Pontificiis, 2. cum Reformatis, 3. cum Socinianis, 4. cum Remonſtrantibus, Anabaptiſtis, Schwenckfeldianis, Weigelianis, Qvakeris, aliisqve Fanaticis. Omnes hoc modo pertractatæ, ut α. Status controverſiæ accuratius ſit formatus, β. Theſis explicata & confirmata, ac γ. Antitheſis deſtructa. (Conf. Lindem. *l. c.*)

Caſus conſcientiæ (*Conf. Lindem. l. c.*)

Tr. de ratione adornandi conciones.

Eccleſia novantiqva, hoc eſt Eccleſiæ Proteſtantium modernæ, cum veterum primæva, qvoad ortum, progreſſum, perſecutiones, calumnias, &c., collatio, a Lindemanno etiam memorata. Idem hoc opus eſſe credo cum *libro de vete-*

rum Chriſtianiſmo, qvem autor, in Notis, *Præparationi ad æternitatem* vernaculæ adjectis, *p. 253.*, promiſit; idem cum *Commentariis eccleſiaſticis prolixis, commonſtratis ubiqve qvaſi indice digito fontibus, theſauros omnis antiqvitatis divites, e viſceribus ſuis erutos, exhibituris*, qvos parentem molitum & pollicitum qvidem eſſe, ſed fata laborem prævertiſſe, Matthias Nicolaus filius, *in præf. Hiſt. Eccl.*, teſtatur; idem deniqve cum Hiſtoria Eccleſiæ pleniori, *Commentarii in Patres omnes, omniumqve temporum, Græcos & Latinos, loco futura*, cujus ſpem cum ipſo autore expiraſſe, Joh. Gottl. Mollerus A. 1697., in *prooemio Pentadis Obſervationum philologicarum p. 2.*, eſt conqveſtus.

Hiſtoria Conciliorum, cujus, a Lindemanno itidem laudatæ, editionem hæredes, *in Catal. nund. Lipſ. A. 1694. autumnali p. 39.*, & noviſſime Sebaſtianus filius, *Methodo & apparatui Studii Theol.* eam ſubjecturus, *in Novis Lit. Lubec., M. Aug. A. 1705., p. 252.*, promiſerunt.

Hiſtoria Reformationis (cujus itidem apud Lindemannum occurrit mentio), ad noſtram ætatem perducta, qvam hæredes *in Catal. cit.*, A. 1694. expectari a ſe juſſerunt. Ἀποσπασμάτιον hujus eſſe videtur Relatio de Eccleſiarum Cimbricarum Reformatione compendiaria, qvam, a Noſtro ſibi communicatam, Vitus Lud. Seckendorfius, *Libro I. Comm. de Lutheranismo, Sect. 57.*, *§. 149.*, *p. 268. 269.*, exhibuit.

Prælectiones, ſive Annotationes in Euſebii Hiſtoriam Eccleſiaſticam (*Conf. Lindem. l. c.*)

Prælectiones in Joh. Gerhardi *Patrologiam*, qvarum ſolus *l. c.* meminit Lindemannus.

Torrentes Belialis, ſive Tr. de tentationibus graviſſimis, a ſolo itidem Lindemanno, *l. c. p. 22.*, laudatus.

Notæ & Obſervationes variæ Philoſophicæ.

Obſervationes ad Marci Zuerii Boxhornii Tabulas chronologicas, qvas ſe A. 1676. apud eum vidiſſe teſtatur, & commendat, Caſp. Sagittarius, *in Introd. in H. E., c. 12., §. 31., p. 184.*

Idea Chaldaiſmi, præſertim hagiographici, ad ductum optimorum lingvæ Chald. auctorum, promiſſa qvidem *in Catal. nund. Lips. A. 1668. vern. p. 3.*, ſed (uti ipſemet autor mihi ſignificavit), ob turbarum Jenenſium interventum, non edita, ac perperam proinde a Mart. Lipenio (*P. I. Biblioth. Theol. p. 270.*) editis annumerata.

Orat. auſpicalis Roſtochienſis de uſu literarum Græcarum, per omnes ſe ſcientias & facultates diffundente, d. 5. Mart. A. 1665. habita.

Volumen Diſputationum, qvæ ab ipſo conſcriptæ ſunt (multas enim ſe Præſide habitarum Reſpondentibus deberi, ipſemet, in literis ad me datis, olim monuit) Philoſophicarum, Philologicarum & Theologicarum, Jenæ antehac, Roſtochii & Kilonii, ſeorſim editarum, in Syllabo ſcriptorum A. 1676. jam promiſſum, qvod hæredes qvidem, in editione ejusdem Syllabi poſthuma, & Lipſienſes, *in Actis Erud., M. Jun. A. 1694., p. 288.*, A. 1694. ſub prælo jam ſudaſſe perhibuerunt, ſed lucem tamen publicam vidiſſe nondum comperimus. Idem Volumen Diſputationum, Autoris manu paſſim emendatarum & auctarum, a Matth. Nic. Kortholto, filio, Gieſſæ *in 4.* edendum, promittitur, *in Catalogo nund. vern. A. 1712. Lipſienſi p. 59.*

Gründlicher Unterricht von der chriſtlichen Schuldigkeit eines Menſchen gegen ſeinem GOtte; ſcriptum *in Catal. Nund. Lips. A. 1687. autumn. p. 28.* promiſſum.

Treuer Haußhalter GOttes; oder Gründliche Anweiſung, wie ein gewiſſenhafter Prediger und Seelſorger, in allen Stücken ſeines wichtigen und höchſtverantwortlichen Amptes, zu verfahren habe.

Manuale morientium, oder Chriſtliche Todesbetrachtung.

Die Hiſtorie des Leidens und Sterbens JEſu Chriſti, durch Frage und Antwort, Theoretice und Practice, tractiret.

Omnes Noſtri Libros latinos, ab ipſo recognitos ante obitum & locupletatos, qvorum in tabernis librariis copia amplius non eſt, Lipſiæ ſub prælo ſudare, & brevi prodituros eſſe, Seb. Kortholtus, filius, A. 1701., in *præfat. Libri de Tribus magnis Impoſtoribus*, ſignificavit. Hactenus tamen publice illi non comparuerunt.

FALSO ILLI ATTRIBUTA.

Liber Sohar, ſeu Comm. in Pentatevchum antiqviſſimus Cabbaliſticus, lingva originaria editus Sultzbaci A. 1684. *in fol.*, a Joh. Car. Poetio *in Bibliotheca portatili exegetico-biblica p. 25.* Verus illius editor eſt Chriſtianus Knorrius a Roſenroht, Sileſius, Chriſtiani Auguſti, Com. Palatini Sultzbacenſis, Conſiliarius.

Theophili ψευδωνύμου Defenſio ad Imperatores, Reges, & Principes, pro Valeriano Magno, contra Erneſti, Haſſiæ Landgravii, Epiſtolam, A. 1661. *in 12.* edita (ſub titulo: *Jeſuitarum Hæreſis ſeu Atheismus detectus a Theophilo*); qvam fallaci conjectura a Chriſt. Fabro, Gallo-Sebuſiano, in Tractatu, *Valeriano* ſuo *Confeſſori* oppoſito, ſibi tribui, Noſter A. 1673., in *Valeriano Confeſſore ab impugnatione Chriſt. Fabri vindicato, p. 2.*, monuit.

Genius errans, ſeu Diſſ. de ingeniorum in ſcientiis abuſu, ed. Kilonii A. 1677. in 4., a Zach. Götzio, Rect. Osnabr., *in Diſſertt. de Nummis p. 407.* Autor verus eſt Joh. Dan. Major, Med. Profeſſor Kilonienſis.

ALBERTUS KRANTZIUS

(*Crantum* vocat Joh. Lud. Vives (1.)) familia honeſta & antiqva (2.), ſerto floreo (a qvo cognomen etiam gentilitium adſcivit) & hanc ob cauſam ſub Sertorii Hamburgenſis nomine allegatur a Jac. Curione (*) inſignium loco uſa, in civitate natus eſt Hamburgenſi, &, patriæ hujus intuitu, a Jac. Meiero (3.) Albertus Hamburgenſis, cognominis mentione omiſſa, appellatus. Errant utiqve, non Alb. ſolum Bartholinus (4.), Danis eum, ob ſcriptam Daniæ hiſtoriam, temere annumerans, ſed Rob. etiam Bellarminus (5.), Joh. Gerhardus (6.), Chr. Matthiæ (7.), Dav. Blondellus (8.), J. Henr. Hottingerus (9.), aliiqve, in Hamburgæ, noſtræ locum Bambergam, ſive Papæbergam Francorum, παρονομασίας vitio, ſubſtituentes, hancqve civitatem ejus natalem fuiſſe falſo perhibentes. Res in aprico eſt poſita, & intempeſtiva proinde, riſuqve digna, ἐποχὴ Mart. Diſenbachii (10.), qvi litem de loco Noſtri natali fovere, qvam decidere, putavit conſultius. Lingvarum atqve artium in ſchola patria propædevmatis imbutus (11.), juris hiſce, civilis pariter atqve canonici, & mox etiam Theologiæ, ſcientiam accuratiorem, in Academiis ſuperaddidit diverſis, imo felices adeo, pro ævi iſtius genio, in omni literarum genere fecit progreſſus, ut Magiſtri primum Philoſophiæ titulum, & poſtea, circa A. 1490. (12.), axioma in Theologia ſimul & jure Pontificio doctorale, vel Coloniæ, vel alibi, facile exambierit. Doctrinam, qvam ingenii ſolertia admirabili, & aſſiduitate in ſtudiis indefeſſa, ſibi paraverat, plane eximiam, haud parum auxerunt itinera, qvibus annos aliqvot impendit, tum in alias Europæ cultioris partes, tum in regna

(qvorum

(1.) *L. 5. de Diſciplina p. 383.* (2.) V. Nic. Ciſneri *dedic. Saxoniæ ejus.* (*) *Lib. 2. Rerum Chronol. p. 105.* (3.) *in Annal. Flandr., ad A. MCLX.*, teſte Voſſio *L. 3. de Hiſtoricis Latinis, c. 10., p. 647.* (4.) *in Lib. de ſcriptis Danor. p. 3.* Conf. *Hypomnemata mea ad illum p. 156. 157.* (5.) *in Lib. de Scr. Eccl., Sec. XV., p. 304.* (6.) *in Patrologia p. 673.* (7.) *in Theatro Hiſtorico, in Car. V. Imp. hiſtoria.* (8.) *in Tr. de Johanna Papiſſa p. 6.* (9.) *T. IV. Hiſt. Eccl. p. 148.* qvem locum Pet. Bælius, *T. II. Dictionarii Hiſt. & Critici, P. I., p. 252.*, allegat. (10.) *in Diſſ. de vero mortis Henr. VII. Imp. genere p. 71.* (11.) V. Ciſn. *l. c.* (12.) V. Joh. Wolfii *præfat. Daniæ ipſius*, & Henr. Whartoni *append. ad Gvilb. Cavii Hiſt. lit. Scr. Eccl., Sec. 16., p. 139*

(qvorum poſtea hiſtoriam eſt perſecutus) arctoa, & Saxoniam, regionesqve ſinui Codano confines, literaria, in qvibus apparatum operibus ſuis hiſtoricis neceſſarium diligenter conqviſivit (13.). Sunt, qvi in Thuringia Saxonica eum primum conſediſſe, &, in collegium Canonicorum Numburgenſe adſcitum, Diaconi partes obiiſſe, perhibent, triumviri ſcilicet clariſſimi, Henr. Meibomius junior (14.), Jac. a Mellen, &, qvi ingratitudinis Noſtrum in Saxoniæ ſuperioris principes, hujus dominos, iſto nixus fundamento, temere inſimulavit, Conr. Sam. Schurtzfleiſchius (15.). Sed in errore (cui Hamburgi forte & Numburgi παρωνομασία occaſionem præbuit) eos verſari, dudum & mihi ſuboluit, & JCto ἱστορικωτάτῳ, Ottoni Sperlingio juniori, vitam Krantzii jampridem pollicito, qvi Krantzium Numburgum nunqvam credit vidiſſe, Canonicorum autem illic numero haud unqvam eſſe adſcriptum, a Syndico Numburgenſi, amico veteri, ea de re conſulto, certò, uti per literas A. 1689. mihi ſignificavit, eſt edoctus. Idem eſt judicium Chriſt. Franc. Paulini, Hiſtorici inſignis, & antiqvitatum imprimis Thuringiæ ſuæ ſcientiſſimi, qvi, a me, ut in veritatem iſtius relationis inqvireret, rogatus, ita d. 25. Apr. A. 1691. reſpondit: *Alb. Krantzium Numburgi in Thuringia Canonicum fuiſſe, παράδοξον mihi eſt, qvicqvid cl. Schurtzfleiſchius dicat cum Mellenio.* Certioribus eum ſibi documentis Academia vindicat Roſtochienſis, in qva Philoſophiæ initio (16.), & deinceps qvoqve Theologiæ, Profeſſor fuit publicus, annoqve 1482. ſupremo functus eſt magiſtratu academico (17.). In hac ſtatione academica cum, ob doctrinam, pietatem, dexteritatemqve in erudiendo haud vulgarem, per luſtra aliqvot, longe lateqve inclaruiſſet, & paucos ævo iſto in Germania pares habere merito judicaretur, in patriam, incertum qvo anno, eſt revocatus, & Canonicorum templi cathedralis adſcriptus ordini, prælectionibus in acroaterio theologico publicis, ſacrisqve ad populum e ſuggeſtu ſermonibus, Lectoris Theologi officio, cui a collegis admotus erat, egregie, & ingenti tum auditorum cum fructu, tum cordatorum qvorumvis applauſu, ſatisfecit (18.). Decanus tandem totius Canonicorum collegii A. 1508., in locum Nicol. Hugii, electus (19.), eccleſiam, cujus ipſi gubernatio erat commiſſa, cathedralem confeſtim, vitia, qvæ in eam irrepſerant, emendaturus, ſollicite viſitavit, eidemqve labori ſexennio poſt (A. 1514.) ſe denuo accinxit (20.). Qvod Reformationis negotium etſi zelo ingenti, cujus tot in ſcriptis etiam ejus ſuperſunt veſtigia, ſtrenue urgeret, & Canonicos imprimis atqve Monachos degeneres priſcæ ordinis ſui ſanctitati, & accuratiori ſanctionum eccleſiaſticarum obſervationi, denuo aſſveſacere pro virili conaretur, incaſſum tamen, qvod licentia illorum perverſa autoritate Pontificum eſſet munita, laboravit. Qvod cum indignabundus obſervaſſet, nunqvam iſtos ad meliorem frugem reductum iri, niſi arce a viris doctis prius expugnata, dixiſſe perhibetur. Interrogatus autem ab amicis, cur ipſe tam craſſis ſe erroribus non opponeret, ſe, neqve eruditione, neqve ætate, tanto parem eſſe negotio, modeſte regeſſit (21.). Non autem ſoli inſerviit Canonicorum cœtui, ſed civibus etiam reliqvis, qvod inſigni juris utriusqve peritia excelleret, qvoties de controverſiis forenſibus conſulebatur, operam reſpondendo navavit perutilem (22.), & univerſæ præterea reipublicæ patriæ commoda haud parum promovit. Ab autore *Remonſtrationis Danicæ*, Apologiæ Hamburgenſi A. 1642. repoſitæ (23.), Syndicum eum video civitatis Hamburgenſis appellari. Qvod de Syndicatu, non ordinario & perpetuo (qvo nemo Hamburgi ante Franc. Pfeilium, A. 1546. demum electum, eſt functus), ſed temporario, cujus intuitu, ævo iſto, qvi vel ad unam tantum civitatis cauſam agendam ablegabantur, Syndici ſolebant appellari, eſſe intelligendum, in *Iſagoge ad Hiſt. Cimbr.* (24.) jam monui, & ſuffragio Sperlingiano confirmavi. Malunt tamen D. Gerh. Schrôderus, Conſul Hamburg., & hunc ſecutus Joh. Alb. Fabricius (*P. II. Memor. Hamb. p. 791. 792.*), cum, in volumine antiqvo expenſarum publicarum temporis illius membranaceo, per annos amplius viginti, qvotannis LX. talenta, ſtipendii annui loco D. Alb. Krantzio, Syndico, numerata, memorentur, Syndicis eum Hamburgenſibus ordinariis accenſeri & Fabricius *c. l. P. I. p. 439.* anno 1489. hoc munere eum eſſe functum refert. Legationibus certe Noſter patriæ, & reliqvarum urbium Hanſeaticarum, juſſu, aliqvoties functus eſt arduis. A. 1489. enim a Lubecenſibus ad conventum civitatum Hanſeaticarum Wismarienſem (25.) eſt miſſus, A. 1497. autem fœderis Hanſeatici totius Legatus, Coloniæ a Regis Angliæ (qvocum bellica tunc iſti intercedebant diſſidia) Miniſtris biennii inducias, in Gallia vero ab Admiralio privilegia contra piratas, commerciis infeſtos maritimis, obtinuit (26.). Biennio poſt, A. 1499. ſcil. Kal. Jun., ipſe & Matthæus Packebuſchius, Lubecenſium Syndicus, a civitatibus Hanſeaticis Brugas Flandrorum ſunt ablegati, ut de pace cum Legatis Anglicis denuo agerent, ſed, cum æqvas hujus non impetrare poſſent conditiones, re infecta domum redierunt (27.). Qvantam vero, apud Principes etiam vicinos, prudentia & integritate ſingulari, Noſter ſibi conciliarit autoritatem, vel inde perſpicies, qvod A. 1500. Johannes, Rex Daniæ, & Fridericus, Dux Holſatiæ, arbitri ſupremi honorarii partes ipſi, in controverſiis, qvæ cum Dithmarſis ſibi intercedebant, decidendis, per Legatos, in conventu irenico Hamburgenſi, deferre non dubitaverunt (28.). Hæc aliaqve magni momenti negotia publica, Noſtro commiſſa, & magnam partem feliciter ab illo expedita, præcipitis, niſi omnino fallor, cenſuræ abunde convincunt Henr. Meibomium ſeniorem, qvi, nimio in Principes ſuos abreptus affectu, Krantzium, adulari magnatibus neſcium, temere *hominem de ſchola*, *politicarum rerum non ſatis gnarum*, vocavit (29.), ſemetipſum ſcholaſtico itidem, non aulico munere, fungi, Noſtrum autem negotiis politicis graviſſimis adhibitum ſæpius eſſe, oblitus. In vita privata, pietati in Deum ſeriæ, candori infucato, beneficentiæ in egenos, aliisq; virtutibus, nunqvam non ſtuduit, imo, teſte vel inſcriptione Epitaphii poſthuma, *morum ac virtutum ſpecimen & exemplar* aliis extitit. Piæ devotionis inſtinctu, ad loca ſubinde viciniæ ſacra excurrit, imprimis vero in coenobium Holſatiæ Bordesholmenſe, S. Vicelini, Holſatorum apoſtoli, ſepulcro illuſtre, cui, ut memoria ſui in eodem extaret, integram feneſtrarum in latere auſtrali ſeriem, verſibus oppletam, donavit (30.). Liberalitati ejus ac beneficentiæ Germania univerſa debet veræ ac germanæ jurisprudentiæ vindicem atqve inſtauratorem inclytum, Joh. Oldendorpium, qvi, Krantzio & cive gaviſus, & avunculo, ſtudiorum juvenilium ſumptus benignitati illius magnam partem debuit (31.), & honorificam deinceps cognati, tot tantisqve, & in ſe, & in patriam, & in literas, meritis conſpicui, in ſcriptis ſubinde (32.), uti par erat, injecit mentionem. Doctrinam tandem Krantzii qvod attinet, pleroſqve coævos ejus & ſoliditate, & varietate, extra omnem ſuperavit controverſiam, Polyhiſtor qvippe, pro tempo-

rum

(13.) V. Joh. Wolfium *l. c.* (14.) *in Introd. ad hiſt. Sax. infer. p. 72.* (15.) *in Diſſ. de rebus Mecklenburgicis, §. 17.* (16.) V. Pet. Lindebergii *Chron. Roſtoch.*, *L. 5. c. 11.*, *p. 173.* (17.) V. Lindebergium *l. c.*, Dav. Chytræi *P. I. Chron. Sax. p. 496.*, ac *Or. de vita Joh. Frederi*, & Melch. Adami *Vitas Philoſ. Germ. p. 32.* (18.) V. Melch. Ad. *l. c. p. 33. 34.* (19.) teſte Catalogo Decanorum Hamburgenſium qvem vir celeberr., Otto Sperlingius, mihi communicavit. (20.) teſtibus ſchedis qvibusdam de æde cathedrali Hamb. MStis (21.) V. Melch. Adamum *l. c. p. 34.*, & Baſil. Fabrum *in Præfat. Saxoniæ illius*, Germanice a ſe tranſlatæ. (22.) V. Nic. Ciſneri *Ep. dedic.*, *Saxoniæ ejus præfixam.* (23.) *p. 4.* (24.) *P. I.*, *c. 6.*, *p. 97* (25.) teſte Pet. Lindebergio, *in Chron. Roſtoch.*, *L. 3.*, *c. 13.*, *p. 101.* (26.) V. Ad. Tratſigeri Sen. *Chron. Hamb. MS.*, *ad A. 1497.*, & Har. Huitfeldii *Chron. Danic.*, *P. VI.*, *p. 1021. 1022.* (27.) V. Tratſig. *l. c.*, *ad A. 1499.* (28.) V. Huitfeldium *l. c. p. 1035.*, & Ant. Heimreichii *Chron. Dithmarſiæ vernaculum*, *L. 2.*, *c. 5.*, *p. 126-129.* (29.) *in Or. de origine Helmſtadii (inter Opuſcula hiſtorica) p. 552.* (30.) teſte Mart. Coronæo jun. *in Antiqq. Bordesholmenſibus MSS.* (31.) V. Melch. Adami *Vitas JCtorum Germ. p. 175.* (32.) *V. Lib. 2. de orig. juris in fine, & T. I. p. 75.*, qvæ loca J. Gotfr. Olearius *in Abaco Patrol. p. 15.* allegat.

rum ſuorum genio, eximius, & non in Theologia ſolum & jure utroqve, ſed univerſis etiam Philoſophiæ partibus, eloqventia item & philologia ſermonis latini, uti monumenta ingenii ipſius, in ſingulis hiſce ſtudiorum generibus reliqva, oſtendunt, haud vulgariter verſatus, & a Muſis qvoqve poeticis (verſus enim eum ſcripſiſſe Joach. Mollerus (33.) teſtatur, haud alienus. Ex omnibus certe, qvos Cherſoneſus noſtra, ante ipſum, vel protulit, vel aluit, ſcriptoribus antiqvis, indigenis pariter atqve adoptivis, nemo vel πολυμαθείας laude, vel dictionis cultu ac nitore, Krantzio poteſt conferri, qvem phoſphorum qvaſi auſpicatiſſimæ literarum in Cimbria παλιγγενεσίας fuiſſe, & ingenia præclara, ad ſui imitationem, lucemqve eruditionis omnigenæ clariſſimam, accuratiori lingvarum & artium cultura, patriæ paulo poſt inferendam, primum excitaſſe, haud immerito dixeris. Nullum tamen ſtudiorum genus majore affectu deperiit, nullum, cui maximam otii ſui partem, operamqve præcipuam, impenderet, dignius judicavit, qvam hiſtoricum. Et, qvod majori etiam in laude eſt ponendum, non in Græcorum Romanorumqve rebus, innumeros jam nactis ſcriptores & laudatores, inani atqve ſuperfluo labore iterandis, voluit occupari, ſed hiſtoriam Saxoniæ ſuæ inferioris, regionum in littore maris Balthici Vandalicarum, triumqve regnorum ſeptentrionalium, patriam, patriæqve arcta affinitate conjunctam, ſed ab omnibus propemodum neglectam, primus fere, e tenebris denſiſſimis, in lucem labore protraxit incredibili. Qvo qvidem de ipſius inſtituto eo magis regionibus his Europæ arctois eſt gratulandum, qvod operi tam arduo feliciter abſolvendo haud facile qvisqvam iſtis temporibus illo fuerit aptior, viro plurimæ lectionis, diligentiæ ſtupendæ, judicii accuratiſſimi, tantiqve inſuper candoris, ut, ab adulatione omni ac mentiendi libidine alieniſſimus, veritatem ubiqve ſectaretur, & neqve odio aut metu, neqve amore cujusqvam, diſſimularet, dotibusqve proinde Hiſtorici veri univerſis ornatiſſimo. Qvanta in hoc labore verſatus ſit diligentia, Joh. Wolfii verbis (34.) lubet exponere: *Qvum totam oram maritimam, & inſulas vicinas, partim ipſe perluſtraſſet, partim ex locis, qvæ adire non potuit, ſubſidia collegiſſet, contulit omnia in unum, qvicqvid in publicis monimentis, ſcriptis, literis, privilegiis, libris, diplomatis, annalibus eccleſiarum, regum & urbium, erat: qvod poſtea magno judicio in ordinem redigebat, & diverſis libris explicabat.* Cæteris, qvos ſubinde conſuluit, autoribus frequentius ſecutus eſt, & plane familiares ſibi reddidit, Corn. Tacitum, Eginhardum, Rabonem, coenobii Corbejenſis Abbatem, Witichindum, ejusdem Monachum, Adamum Bremenſem, Herm. Contractum, Henr. Hervordienſem, Alb. Stadenſem, Gobelinum Perſonam, Herm. Cornerum, rerum Germanicarum, Saxonicarum & Cimbricarum, Herbordum Schenæum, Gerh. Rynsbergium & Henr. Woltherum (35.), Bremenſium, Saxonem Grammaticum Danicarum, Helmoldum, & Arnoldum Lubecenſem, Slavicarum, ac Pſevdo Damaſum, Petrum Damianum, Theodoricum de Niem, atqve Platinam, eccleſiaſticarum ſcriptores nobiliſſimos & tantum non præcipuos. Nec cantilenas Saxonum, aliarumqve gentium, antiqvas (36.) famamqve publicam πατροπαράδοτον (37.), ubi annales ipſum deſtituebant, neglexit, ſed ſubinde, licet haud absqve ſelectu & cautione prudenti, allegavit. Παῤῥησίαν ipſius laudabilem, & candorem, in ordinibus vitæ humanæ ſingulis officii ſui admonendis, & ob vitia cordate objurgandis, προσωποληψίας neſcium, abunde oſtendunt invectivæ non in Imperatores ſolum ac Principes politicos, horumqve miniſtros & ſubditos, ſed ipſos etiam Pontifices (ob luxum, ſuperbiam, avaritiam, ſchismata, & flagitia non unius generis alia, paſſim acriter notatos), Cardinales, Epiſcopos, Monachos, imo Canonicos qvoqve, in qvorum ipſe coetu vivebat (38.), parum canonice viventes, innumeræ, ubivis in monumentis ejus, ac *Metropoli* præſertim, obviæ, de qva vere Burgoldenſis (39.): *In Alb. Krantzii Metropoli morum in eccleſia corruptio, & exlex clericorum licentia, vivis coloribus paſſim depingitur.* Qvod & ab operum illius editoribus, Joach. Mollero in *Metropoleos*, Joh. Wolfio in *Daniæ* ac *Sveciæ*, & Baſilio Fabro in *Saxoniæ*, in lingvam Germ. a ſe tranſlatæ, præfationibus, video haud eſſe diſſimulatum. Taceo narrationem de Johanna Papiſſa, Romanæ ſedis promachis inviſam (40.), a Proteſtantibus autem vel centies his objectam (41.), & loca haud pauca, qvibus vel *ementitam Conſtantini M. donationem* (42.), aliaqve ſacra Pontificiorum figmenta, refellit, vel ſuperſtitionis exceſſum inſectatur. Qvas in aulam atqve eccleſiam Pontificiam invectivas, & de ſtatu utriusqve corruptiſſimo qverelas, uti a Matthia Flacio, *in Teſtium veritatis Catalogo*, miror eſſe omiſſas, ita a Joh. Wolfio, JCto (43.), & Joh. Conr. Dieterico (44.), ſatis diligenter video eſſe congeſtas, & a Theologis etiam Proteſtantium eruditioribus aliis, antagoniſtis eas ſuis κατ' ἄνθρωπον opponentibus, freqventer allegatas. Imo obſervationes etiam, qvæ editionibus Operum Noſtri Francofurtenſibus Wechelianis acceſſere, marginales loca hujusmodi ſtudioſe notarunt, obelo viciſſim, hanc ob cauſam notatæ, & impietatis inſimulatæ, a Rob. Bellarmino (45.), Joh. Bona (46.) & Aub. Miræo (47.), magnis inter Pontificios nominibus. Qvos inter Bellarminus & Miræus (*Opera* Krantzii *per hæreticos, poſt ipſius obitum, vitiata eſſe*, audacter, cum Theoph. Raynaudo in *Hoplotheca c. 8.* (*T. 12. Opp. p. 448.*), ſed absqve ullo teſte, affirmans), ob *Notas* iſtas *impias, ad marginem additas*, ipſos Noſtri libros in Indice Expurgatorio Romano, *donec purgentur, eſſe prohibitos*, monuerunt. Verum bruta iſta indicum expurgatoriorum, Romanorum pariter atqve Hiſpanici, fulmina (qvorum infra accuratior recurret mentio) nemo cordatus morabitur. Horum enim afflatu ſcriptores egregios non ſyderari, ſed magis potius illuſtrari, a Pontificiis moderatioribus, & hos inter *Ephemeridum Gallicarum* ſcriptoribus, dudum ſumus edocti. Digniores ſunt, in qvarum veritatem ac momentum inqviratur, aliæ, qvas inferius ſuo loco ipſis autorum verbis recitabimus, hominum eruditorum de Noſtro, ejusqve ſcriptis, cenſuræ, miſtæqve his calumniæ obtrectatorum qvorundam vaniſſimæ, tot qvidem ac tam multiplices, ut dubitem, an qvisqvam ſeqvioris ævi ſcriptorum hac in parte illo fuerit infelicior, ſed ita tamen comparatæ, ut haud difficulter ad eas poſſit reſponderi. Invenias, certe qvi iſta, qvæ in aliis vetuſtioribus ſtudioſe ipſi excuſant, & temporum infelicitati recte monent eſſe condonanda, in Krantzio acerbe inſectantur, & canina pene maledicentia viri optimi famam lacerant. Grammaticis delicatulis, qvi majorem ſermonis latini in monumentis Krantzianis deſiderant elegantiam, a Joh. Wolfio, JCto erudito (48.), jampridem hisce verbis abunde eſt ſatisfactum: *Iis, qvi plus vellent eſſe in Krantzii verbis ornamenti & elegantiæ, facile occurritur, de ſermone illius nihil habere, qvod qverantur, qvi omnia verbis latinis mediocriter puris expreſſerit: qvod non majorem eloqventiam ad hiſtoriam attulerit, partim per illius temporis culpam ſtetiſſe, partim qvod ipſi Krantzio, ad conſilium, qvod habebat, eloqventiæ nihil opus eſſe videretur, qvi non ad voluptatem aurium, ſed ad veritatem, & poſteritatis memo-*

(33.) *in præf. Metropoleos ipſius.* (34.) *in Ep. dedic. Daniæ ipſius.* Conf. Nic. Ciſneri *Ep. dedic. Saxoniæ.* (35.) V. de his Henr. Meibomii jun. epilogum ad Henr. Woltheri Chronicon Bremenſe, *T. II. Rer. Germ.*, *p. 83-86.* (36.) V. Joh. Petræi *Chronici Holſatici P. I. p. 3.* (37.) V. Henr. Meibomii ſen. *Hiſtoriam Bardovicenſem, in Opuſc. hiſt. p. 126. 139.* (38.) V. imprimis *L. 4. Metrop. c. 1.*, *& L. 7. Vandal. c. 14.*, &, qvi hæc de Canonicis loca Pontificiis oggeſſerunt, Wilh. Holderum *in Mure Exenterato p. 39.*, H. Conringium *Diſſ. III. de Antiqq. Acad. p. 84. 85.*, *& in Supplem. p. 339.*, ac Ad. Tribbechovium *in Tr. de Dd. Scholaſticis, c. 1.*, *p. 16.* (39.) *in Diſcurſibus ad Inſtrum. pacis p. 5.* (40.) *L. 2. Metrop. c. 1.*, *p. 100.* edit. Colon., qvæ ſcholio adjecto fidem ejus elevat. (41.) V. Joh. Wolfii *Centenar. IX. Lect. Memorab. p. 230.*; Joh. Gerhardi *T. V. LLCC. Theol. p. 900.*, Georg. Calixti *Tr. de Conjug. Cler. p. 343.*, J. G. Dorſchei *P. II. Vindic. ad Exod. p. 82.*, J. Conr. Dieterici *Breviar. Pontif. p. 155.*, Anonymi *Hiſtoriam Joh. VIII.*, Helmſtadii A. 1667. editam, *p. 22.*, & innumeros alios. (42.) *V. Lib. 2. Metrop. c. 1.*, *p. 54.*, *& L. 11.*, *c. 24.*, *p. 772. Ed. Col.* (43.) *Centenario XV. Lect. Memorabilium, p. 963-977.* (44.) *in Breviario Pontificum paſſim.* (45.) *in Lib. de Scr. Eccl. p. 304.* (46.) *in Catalogo autorum, Libris de divina pſalmodia præfixo.* (47.) *P. I. Biblioth. Eccleſ. p. 278.* (48.) *in Ep. dedic. Daniæ Krantzii.*

memoriam, ſcriberet. - - Si plus urgeas, dicam latiniſſimum videri, ſi ad alios reſpicias, qvi eodem tempore de hiſtoriis qvid ediderunt. Non minus injuſta illorum eſt criſis, qvi, cum Joſ. Scaligero, nimium in Pontificem ſtudium, aut, cum Baſilio Fabro, fabellarum aliqvot de ſanctis, atqve illorum miraculis, pontificiarum recenſum, Noſtro exprobrant, qvem religioni addictum fuiſſe pontificiæ, & nihilo tamen minus, & vitia præſulum Romanorum longe majori, qvam ſcriptores alii earundem partium ipſi coævi, notaſſe παῤῥησίᾳ, & de ſanctis etiam modeſtius cœteris ſenſiſſe, multaqve hagiolatrarum & Monachorum figmenta cordate refutaſſe, conſtat, & exploſiſſe. Viris eruditis, qvi in fallaces ejus de gentium originibus, denſiſſimæ, uti Joh. Wolfius (49.) recte jam monuit, & fuſius oſtendit, involutis caligini, conjecturas, in cacoethes veterum loca perperam allegandi, & ſubinde interpolandi, in alios item errores hiſtoricos, in monumentis ipſius non raro obvios, modeſte animadvertunt, neutiqvam indignamur, imo lubentes ſententiæ Lambecii (50.) & Meibomiorum (51.) accedimus, qvi antiqviorum temporum hiſtoriam ex fontibus ipſis, ſive chronographis vetuſtioribus, qvam ex rivis Krantzianis, inde derivatis, hanc ob cauſam, malunt hauriri. Solenne præterea ei eſſe fatemur, Eginhardum, Witekindum, Herm. Contractum, Adamum Bremenſem, Helmoldum, Arnoldum Lubecenſem, Saxonem, Alb. Stadenſem, Gobelinum Perſonam, Herm. Lerbecium, Henricum Woltherum Præſulum Bremenſium, & Alb. Krummendikium Lubecenſium biographos, Blondum item, Theod. Niemium, Herm. Cornerum, alioſqve veteres, de verbo ad verbum exſcribere, ac, non periodos ſolum, ſed & paginas atqve capita integra, in ſua inde ſcripta, nulla plerumqve autoris mentione adjecta, transferre. Obſervatum id nobis, in accuratiori narrationum de iiſdem rebus collatione; obſervatum & ante nos Flacio, Vellejo, Hamelmanno, Reineccio, Emmio, Meibomiorum trigæ, Voſſio, Mallincrotio, Conringio, Scheffero, Bangerto, Sagittario, Schurtzfleiſchio, Madero, viris in omni Hiſtoricorum genere verſatiſſimis. Si qvis tamen, hoc prætextu, *magni* eum *plagiarii* convitio, cum Bernh. Mallincrotio, ob invectivas in ordinis eccleſiaſtici vitia illi iniqviore, proſciderit, aut viri boni nomine indignum, cum Herm. Hamelmanno, cenſuerit, *cenſuræ* iſti *præcipitis* (cujus noſtrum Chriſtoph. Browerus, Jeſuita, inſimulat) dicam jure mihi videor poſſe impingere. Qvis enim, in ævi ſeqvioris Scholaſticis atqve Hiſtoricis paulo verſatior, ignorat, conſpiratum ab iis tacito conſenſu fuiſſe in *communionem ſummi gradus literariam*, cujus beneficio cuilibet *ſpicas arvi alieni, domino non invito, vellere, &c, qvoties allubeſceret, alterius verbis, tanqvam ſuis, uti*, prout recte Jac. Thomaſius (52.) obſervavit, erat integrum. Sumſerunt ſibi, morem hunc ſeculi, qvo vivebant, ſecuti, poteſtatem iſtam in labores alienos pleriqve antiqviores Germaniæ & Saxoniæ, Cimbriæqve noſtræ, Hiſtorici. Sumſit, illorum exemplo, in ſcripta ipſorum qvoqve Krantzius, qvi, cum ſub finem barbaræ iſtius, qva communio hæc vigebat, ætatis, ante epocham literaturæ elegantioris in Cimbriam invectæ, floruerit, eodem, qvo anteceſſores & σύγχρονοι, merito fruetur privilegio, nec legibus reipublicæ literariæ, qvibus ſublata eſt iſta communio, modernis cenſeri debet obnoxius. His longe Krantzio ſunt iniqviores, qvotqvot partium ſtudio abreptum veritati, in rerum geſtarum narratione, vim intuliſſe, & gratiæ atqve odio plus juſto indulſiſſe, criminantur. Agmen horum ducit Suffridus Petri, Hiſtoricus, ſive fabulator potius omnium ineptiſſimus, qvi, cum ſibi leges hiſtoricæ commentationis pene univerſas negligere putarit integrum, in aliorum tamen vitiis, aqvilæ aut ſerpentis Epidaurii inſtar, perqvam vidit acutum, & Krantzium ob invidiam & malevolentiam acerbe objurgare haud eſt veritus, non alio autem dignus reſponſo, qvam ἐμμέτρῳ iſto Satyrici Romani:

Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus.
Qvis tulerit Gracchos de ſeditione qverentes?
Qvis cœlum terræ non miſceat, ac mare cœlo,
Si fur diſpliceat Verri, ac homicida Miloni,
Clodius accuſet mœchos, Catilina Cethegum?

Patrocinatus eſt noſtro, contra pſevdo-Hiſtoricum hunc Friſium, Henr. Meibomius ſenior (53.), & neutro vitiorum iſtorum (nec malevolentia ſc., nec invidia) laboraſſe, non vere minus qvam confidenter, aſſeveravit. Cujus confidentiæ utinam memor fuiſſet vir doctiſſimus, eo tempore, qvo, uti ſupra jam monitum (54.), in *Or. de origine Helmſtadii* publica, Krantzium *hominem de ſchola, politicarum rerum non ſatis gnarum, & Principibus parum æqvum*, appellare non dubitavit. Sed transverſum, uti video, abripuit hominem eruditiſſimum nimius in Principes ſuos affectus, cui plus juſto forte etiam indulgent Pet. Albinus & Conr. Sam. Schurtzfleiſchius, Saxoniæ ſuperioris Hiſtorici illuſtres, qvi Noſtrum, Ducibus Saxoniæ inferioris jus ſuum in dignitatem Electoralem paulo animoſius aſſerentem, partium ſtudio agitari, inqve Saxoniæ ſuperioris Principes iniqvum & ingratum eſſe, conqveruntur. Nec a labe ſimili eſſe videntur immunes Herm. Hamelmannus, Superint. Oldenburgicus, & Joh. Rollwagius, Syndicus Bremenſis, qvi in Gerhardum, Comitem Oldenburgicum, & Bremenſes, injurium eum eſſe & maledicum, in Hamburgenſium autem ſuorum partes plus juſto proclivem, lectoribus ſuis perſvadere allaborarunt. Falſa certe ἐχθρῶς noſtrum ſcripſiſſe, a nemine hactenus, uti Henr. Meibomius junior (55.) vere judicat, a nemine, inqvam, eſt demonſtratum, nihilqve proinde famæ ejus aut gloriæ judicia hominum præjudiciis ac affectibus obnoxiorum derogant. Heroibus eum ſuis togatis, & ornamentis ordinis literarii præcipuis, cenſuras exterorum iniqvas nihil moratæ, perpetuo accenſebunt Holſatia noſtra, inclytaqve hujus metropolis, Hamburga, in qva vitam & auſpicatus eſt, & maximam partem exegit, & beata tandem morte finiit. Anno enim æræ chriſtianæ MDXVII., Reformationis, qvam toties noſter deſideraverat, eccleſiaſticæ initiis illuſtri, ætate ac laboribus fractus aſſiduis, in morbum incidit fatalem. Qvo decumbenti cum Lutheri Theſes adverſus Indulgentias, qvibus papatum impugnare cœperat, Academicæ, in ſchola Witebergenſi d. 31. Oct. propoſitæ, eſſent ab amicis allatæ (*), perlectis illis exclamaſſe fertur: *O frater, frater, abi in cellam tuam, & dic: Miſerere mei Deus* (56.); vel potius, ſi Joh. Balth. Schuppio (57.) fides habenda: *Vera qvidem dicis, bone frater, ſed nihil efficies: Vade igitur in cellam tuam, & dic: Miſerere mei Deus.* Qvod apophthegma civis ejus, Joach. Bolthenius, Parochus in Holſatia Uterſenſis (58.), rythmis Saxonicis ita expreſſit:

O Luther, leve Frater miin,
Gah bolde in de Celle diin,
Unn ſegg: Erbarm di miin o Herr:
Men werd nicht liden dine Lehr.

(49.) *l. c.* (50.) *in Origg. Hamb. p. 41.* (51.) V. Henr. Meibomii Sen. *Opuſcula hiſtorica p. 5. & 419*, ac Junioris *Introd. ad Hiſt. Sax. Infer. p. 72. 73. 104. 105.* (52.) *in Diſſ. de plagio literario, §. 188-199.* (53.) *in dedic. Aureæ Bullæ Andronici Imp.* (54.) *V. num. 29.* (55.) *in Introd. ad Hiſtor. Saxon. infer p. 104.* (*) Krantzium *Luthero valde fuiſſe familiarem* falſo tradidit M. Euſeb. Bohemus *in Epic. Hiſt Eccl. p. 67.* (56.) V. Dav. Chytræi *P. I. Chron. Sax. p. 595.*, Mart. Chemnitii *Exam. Conc. Trid. f. 742.*, Joh. Wolfii *Centenarium XV. Lectt. Memorab p. 963.*, *& præfat. Daniæ Krantzii*, Abr. Bucholzeri *Ind. Chronol.*, *ad A. 1517.*, Wolfg. Franzii *Diſp. de Indulg. p. 2.*, Abrah. Sculteti *Dec. I. Annal Evang. p. 14.*, Melch. Adami *Vitas Philoſ. Germ. p. 34.*, Nic. Heldvaderi *P. II. Sylvæ Chronol. p. 34.*, Joh. Micrælii *P. III. Syntagm. H. E. p. 256. 257.*, Jac. Thomaſii *Oratt. p. 22.*, & innumeros e Proteſtantibus alios, e Pontificiis autem Aub. Miræum *P. I. Biblioth. Eccl. p. 278.* (57.) im Ninivitiſchen Bußſpiegel *p. 18.* (58.) *in Concionibus Saxonicis de caritate annonæ, fol. 185.*

Vocibus hiſce cygnæis, Lutheri vicem dolens, ac ſolum operi tam arduo fore credens imparem, ſignificare, ut mea faciam verba Dav. Chytræi (59.), voluit, *conatum rei tantæ, adverſus Pontificem, cujus autoritas & potentia ſummis Regibus terrori erat, ab infimæ ſortis monacho ſuſceptæ, inanem & irritum fore*, neutiqvam vero inſtitutum ejus, tanqvam impium damnavit. Senſum proinde iis, poſt alios eccleſiæ ſuæ doctores, a mente Krantzii plane alienum, Ludovicus affingit Morerius, in *Lexico* ita ſcribens *hiſtorico: Crantz deplora à l' heure de la mort ce mal heur (c'eſt à dire, l'entrepriſe de Luther), qv' il avoit predit durant ſa vie. On aſſure, qv' à ce moment il repeta ſouvent ces paroles, en parlant contre le meme Luther: Frater abi in cellam, & dic: Miſerere mei Deus.* Ob qvam apophthegmatis hujus detorſionem ſophiſticam, a viro celeberrimo, Petro Bælio (ad *Iſagoges* meæ *in Hiſtoriam Cimbricam* de eodem relationem (60.) provocante), merito is eſt caſtigatus (61.). Vivis tandem Noſter exceſſit pridie feſti conceptionis Mariæ, ſive d. 7. Dec., anno æræ chriſtianæ MDXVII., ac falluntur proinde *Bibliothecæ univerſalis* Tigurinæ autores, Conr. Geſnerus, Jos. Simlerus & Joh. Jac. Friſius, ac, qvem hos in *Theatro vitæ humanæ* eſſe ſecutum ex Voſſio (62.) didici, Theod. Zwingerus, qvi Krantzium A. 1520. etiamnum in vivis fuiſſe putarunt. Longe tamen gravior eſt parachroniſmus, qvo a Georg. Fournerio, Jeſuita Gallo (63.), annus 1569., in Joh. Andr. Boſii autem Diatribis *de comparanda prudentia & eloqventia civili* poſthumis (64.) ſeqvens 1570., ei fuiſſe perhibetur emortualis. Exuviæ ejus, uti moribundus juſſerat, extra portam templi cathedralis (in cujus Decanatu D. Eggardus Krantzius, gentilis, ipſi ſucceſſit) auſtralem, ſub ſtillicidio, ſunt ſepultæ (65.), &, 52. poſt annis, monumentum illi epitaphium, per Michaelem Rhederum, J. U. D., urbis Hamb. Syndicum, baſilicæqve Decanum, eodem in loco A. 1569. erectum, cujus hanc ipſemet Rhederus A. 158 . in ſcripto publico (66.) exhibuit inſcriptionem:

Anno domini MDXVII., in vigilia conceptionis divæ Virginis Matris, celebris & reverendus vir, Dn. Alb. Krantzius, S. Theol. & Decret. Doctor, Eccleſiæ Hamb. Canonicus, Lector facundiſſimus, & olim Decanus, religioſæ pietatis, morum & virtutum, exemplar vivum, patriæ, ob prudentem pro republica in conſiliis dexteritatem, decus illuſtre, in domino moritur, coeleſtibus deſtinatus gaudiis: Cui a poſteritate, qvod Vandaliæ, Saxoniæ, & Regnorum Daniæ, Norwegiæ, Sveciæ, origines & res geſtas, antiqvitatum tenebris omnino obrutas, una cum Metropoli eccleſiaſtica, luci & poſteris reſtituit, merito nominis immortalitas debetur. Præſens ergo Monumentum prædeceſſori clariſſimo officii ergo Decanus fecit A. MDLXIX.

Non tamen verbis totidem, ſed paucioribus, paſſimqve immutatis, marmori ipſi ea eſt inſculpta, hanc tantum ſiſtenti epigraphen, monumentis etiam ſcriptorum haud paucorum literariis jampridem inſertam (67.):

ANNO DOMINI MDXVII., IN VIGILIA CONCEPTIONIS VIRGINIS MATRIS GLORIOSÆ, SPECTABILIS ET EGREGIUS VIR, DOMINUS ALBERTUS CRANTZ, S. THEOL. ET DECRETORUM EXIMIUS DOCTOR, ECCLESIÆ HAMBURGENSIS CANONICUS, LECTOR FACUNDISSIMUS DOCTISSIMUSQVE, ET OLIM DECANUS, MORUM AC VIRTUTUM SPECIMEN ET EXEMPLAR, PATRIÆ DECUS, FELICITER CONCESSIT IN FATA: CUJUS ANIMA CUM BEATIS MOLLITER QVIESCAT!

A. 1647. Epitaphium iſtud, cura ſumptibusqve Joach. Göderſenii, J. U. D., baſilicæqve Hamburgenſis tunc Canonici, & poſtea Decani, Krantzio cognati, eſt inſtauratum, e coemiterio in ipſam ædem tranſlatum cathedralem, hujusqve columnæ auſtrali affixum, adjectis inſcriptioni priſtinæ verbis ſeqventibus (68.):

Plur. rev. ac præclariſſimi viri, Dn. Alb. Crantzii, SS. Theol. & Decr. Doctoris, Eccleſiæ hujus qvondam Lectoris ac Decani, Hiſtoricorum ſuæ ætatis facile principis, memoriæ prorogandæ, monumentum hoc a piis prædeceſſoribus, in loco dormitorio ipſius vicino (ubi mortales exuviæ ſub ſaxo aſſervantur), erectum, non tam gloriæ (qvam illuſtrem reportavit vivus, ſempiternam ſecum abſtulit mortuus) ſplendorem, qvam gratitudinis, amoris & cognationis officium, ſecutus, conſecrari, & in conſpicuo loco ſuis ſumptibus poni, renovari, & in concinniorem formam redigi, curavit Joach. Göderſen, U. J. D. & hujus Eccleſiæ Canonicus, A. MDCXLVII.

Addam huic Epitaphium aliud elegiacum, qvod Anonymus qvidam memoriæ Krantzii, ſed calamo tantum, conſecravit, Lucasqve Loſſius in *Epitaphiis Saxoniæ inferioris*, Witebergæ A. 1580. excuſis, juris fecit publici (69.):

Hic jacet Albertus reqvieſcens Krantzius urna,
Facundus variæ conditor Hiſtoriæ,
Qvas numeret longo borealibus ordine terris
Vandalus & Svecus, Saxo Danusqve, vices,
Ut qvoqve Saxonicis eccleſia cœperit oris,
Singula qvæ magna dexteritate refert:
Maxima cui debent boreales præmia terræ,
Qveis tribuit docto vivida ſecla ſtylo:
Proqve ſuis pepulit, per honeſtas, viribus, artes,
Qvæ regnabat eo tempore, barbariem:
Plurima dociſonis illuſtrans commoda ſcriptis
Doctrinæ verum conſtituitqve decus.
Hic qvoqve Romanæ Doctor celeberrimus aulæ
Innumeras fraudes vidit & ingemuit.
Sed, qvo anno ſanctus cœpit florere Lutherus,
Huic data cœleſti ſede corona fuit.

Effigiem ejus, A. 1681. cum ſerto floreo, inſigni gentilitio, (in Henn. Conradini etiam carmine in Epitaphium memorato) Otto Sperlingius junior J. U. D. & Conſil. Danicus, æri curavit inſculpi, addito hoc Tetraſticho:

Purpura, nec gemmæ, non India tota, nec aurum,
Sunt tanti: pluris ſunt tua ſerta mihi.
Nec me tam Reges, qvam te, ſpectaſſe juvaret:
Sunt, Crantzi, tua, ſunt ora patris patriæ.

Anonymi (D. Nicolai Wilkens, Archivarii Hamburgenſis) Leben D. Alb. Krantzii, welchem beygefüget ſind ſein Defenſorium Eccleſiæ (auß einem MSto von A. 1514.), und Heiligen-Calender (auß ſeinem, zu Straßburg A. 1509. gedruckten, Miſſal), Hamburgi A. 1722. in 8. prodiit, poſt biographiam hanc dudum conſcriptam.

VITÆ KRANTZII hiſtoriam literis mandarunt compendiariam:

1. JOACH. MOLLERUS Hamb., J. U. D. & Ducum Brunſvico-Lüneb. Conſiliarius, in Ep. ad. Chriſt. III., R. Dan. dedicatoria, *Metropoleos* ejus editionibus, Baſileæ A. 1548. & 1568. in fol. a ſe publicatis, præfixa, e qva excerpta etiam eſt Epitome ejusdem, editionibus Colonienſibus A. 1574. & 1596. præmiſſa.
2. JOH. WOLFIUS, JC. & Conſiliar. Badenſis, in Ep. dedic. ad Ludovicum, Ducem Würtemberg., qvam illius *Daniæ, Norwegiæ* & *Sveciæ*, in editione Anni 1575. Francofurtana, præfixit.

3. NICOL.

(59.) *l. c.* (60.) *P. I., c. 6., §. 20., p. 98.* (61.) *T. II. Dictionarii hiſtorico-critici*, Gallice editi, *P. I., p. 253.* (62.) *L. 3. de Hiſt. Lat. c. 10. p. 647.* Idem eſt error J. Bodini *in meth. hiſt., c. 10., p. 571.* (63.) *L. 4. Notitiæ orbis Geographicæ, c. 14., p. 132.* (64.) *§. 37., p. 14.* (65.) V. Mich. Rhederi Memoriam Matthiæ Rhederi, Conſulis Hamburgenſis, Roſtoch. A. 1581. in 4. editam, ſub finem. (66.) Allegatum iſtud modo eſt *num. 65.* Conf. Henn. Conradini carmen in Epitaphium hoc. *Lib. I. Epigrammatum p. 131.* obvium, & *Parte II. Memor. Hamb.* Joh. Alb. Fabricii, *p. 792. 793.*, recuſum. (67.) V. Prolegomena editionum *Metropoleos* Krantzianæ, tum Baſileenſis A. 1568. Mollerianæ, tum Colonienſis A. 1574., Nath. Chytræi *Delicias variorum in Europa Itinerum p. 344.*, Pet. Bertii (a Zeilero allegati) *L. 2. Rer. Germ.*, Melch. Adami *Vitas Philoſ. Germ. p. 14.*, Franc. Swertii *Delicias Orbis Chriſtiani p. 575.*, Joh. Groſſii *Append. Epitaph. Baſileenſium p. 330.*, Joh. Tanjolæ *append. Baſileæ ſepultæ p. 22.*, Nic. Heldvaderi *P. I. Sylvæ Chronol. Circ. Balth. p. 55.*, Theod. Anckelmanni *Inſcriptt. Hamb., n. 6.*, Trog. Arnkielii L. 4. von den Cimbr. Heidenbegräbniſſen, *c. 12., p. 404.*, Dod. Richeæ *Theatr. fun.*, *Sc. 4., p. 203.*, &c. (68.) V. Th. Anckelm. *l. c.* (69.) *p. 118.*

3. NICOL. CISNERUS, Conſil. Palatinus, in præfatione *Saxoniæ* Krantzii ad Senatum Hamburgenſem, in fronte trium editionum A. 1575. 1580. & 1621. Wechelianarum Francofurtenſium obvia, partim encomiaſtica, partim elenchtica. A qva diverſum haud eſſe credo ejusd. Cisneri *Tr. de Hiſtoriis Krantzii, Aventini*, &c., qvem *Tomo II. Opuſculorum* illius *Hiſtorico-philologicorum* editum a ſe iri, Qvir. Reuterus, Theol. Heidelberg., Melch. Goldaſto A. 1609., per epiſtolam (inter cæteras virorum doctorum ad eundem *p. 335.* obviam), ſignificavit. Legitur in illo *p. 418. & ſeqq.*, teſte Teiſerio *Parte II. Catalogi Catalogorum p. 210.*
4. MELCH. ADAMUS (qvi Mollero ſua, non minus qvam Wolfius & Cisnerus, debet) *in Vitis Philoſophorum Germaniæ p. 33. 34. 35.*
5. SIMON PAULI, Th. D. & Profeſſ. Roſtoch., cujus *Oratio de vita Crantzii* a Pet. Lindebergio, *L. 5. Chronici Roſtochienſis, c. 8., p. 166.*, in margine allegatur. An edita ſit, dubito, cum nec Sperlingio, nec mihi, ſit viſa, nec ab autoribus aliis citata.
6. ISAGOGE mea *ad Hiſtoriam Cimbricam*, de illo, *P. I., c. 6., §. 19-28., p. 94-116.*, cæteris omnibus prolixius commentata, & alibi etiam (*P. I., c. 4., §. 5., p. 34. 35., c. 5., §. 10. 11., p. 55-58., P. II. c. 3., §. 10., p. 60. 61., P. III, c. 2., §. 1. p. 237., P. IV. c. 8., §. 3., p. 530., & §. 14. p. 550., nec in Præfat. nova p. 41. 42.*) de laudibus ac ſcriptis ejus complura inſpergens.
7. PET. BÆLIUS (*Iſagogen* meam potiſſimum ſecutus), *Tomo II. Dictionarii Hiſtorici & Critici*, Roterod. A. 1697. Gallice *in fol.* editi, *P. I., p. 252. 253. 254.*, & *Tomo II. editionis ſecundæ anni 1702. p. 1736. 1737.*
8. JOH. ALB. FABRICIUS (Melch. Adami præcipue legens veſtigia) *P. II. Memor. Hamburg. p. 787-704.*
9. JOH. HÜBNERUS (Iſagogen meam ſeqvens) *Cent. I.* der Hamburgiſchen Bibliothecæ Hiſtoricæ, *Art. I. p. 1-20.*

Uberiorem ejusdem hiſtoriam promiſerunt:

BASILIUS FABER, Soranus, in præfat. *Saxoniæ* illius, a ſe germanice verſæ, typisqve Lipſienſibus A. 1563. in fol. editæ, ad urbes Saxonicas, qvæ & ipſa nonnulla habet, huc ſpectantia; ac

OTTO SPERLINGIUS Junior, JC. & Aulæ Danicæ Conſiliarius, in Epiſtolis aliqvot ad me familiaribus.

JOH. ANDR. SCHMIDIUS, Theol. Prof. in Acad. Julia primarius, novæ Operum Krantzianorum eam præfixurus editioni, in Epiſtola ad Chriſt. Wilh. Eybenium, d. 30. Jun. A. 1709. ſcripta.

Conferri de illo, præter alios, qvos in biographia jam allegavimus, & deinceps paſſim allegabimus, Autores, poſſunt.

ALB. BARTHOLINUS *in Lib. de Script. Dan. p. 3.*, meaqve ad illum *Hypomnemata p. 156. 157.*
J. CHR. BECMANNUS *in Catal. Bibl. Francof. p. 132.*
ROB. BELLARMINUS *in Lib. de Scr. Eccl., Sec. XV., p. 304.*
JOH. BODINUS *in Methodo Hiſtorica, c. 4. p. 102., & c. 10. p. 571. 572.*
J. HENR. BOECLERUS *in libello memoriali de rebus Sec. 16., per J. Burch. Majum aucto, p. 287.*
JOH. BONA *in Catal. autorum, Libris de divina pſalmodia præfixo.*
ABR. BUCHOLZERUS *in Indice Chronol., ad A. 1517.*
GVILH. BUDÆUS *in Thanatologia Sec. XVI., ad A. 1517., p. 194.*
JOH. FRANC. BUDDÆUS *T. III. Lexici Hiſtorici p. 265.*
GVILH. CAVE *in Chartophyl. Eccl. p. 387.*
HENR. WHARTONUS *in Append. ad Gvilh. Cavii Hiſt. Lit. Scr. Eccl., Sec. XVI., p. 133.*
DAV. CHYTRÆUS *P. I. Chron. Sax. p. 112. & 496., in Tr. de Rat. diſcendi, lit. P. 4. a. b., P. 7. a., in Chronol. Herodoti & Thucydidis p. 96. 102. 108., & in proœmio Metropoleos Krantzii continuatæ, Parti II. Chron. Sax. adjecto, p. 490-496.*
MART. DIEFENBACHIUS *in Diſſ. de vero mortis Henrici VII. Imp. genere, p. 70. & ſeqq.*
PAULUS EBERUS *in Calend. Hiſtor., ad d. 7. Dec.*
CHR. WILH. EYBENIUS *in Eponymologio Tob. Magiri aucto p. 496. 497. 498.*
JOH. FABRICIUS *P. III. Hiſtoriæ Biblioth. ſuæ p. 37. 38. 39.*
GEORG. FOURNIER *Lib. 4. Notitiæ Orbis Geogr., c. 14., p. 132.*
DAN. FRANCUS *in Tr. de Indicibus Libr. Prohib., c. 10. p. 167.*
JOH. a FUCHTE *in Ep. Dedic. Sententiarum Maximi, Helmſt. A. 1616. editarum.*
JAC. GADDIUS (a J. Alb. Fabricio laudatus) *T. I. de Scriptoribus non Eccleſiaſticis, p. 224. & ſeqq.*
CONR. GESNERUS *in Biblioth. univerſ. p. 17.*, hujusqve continuatores JOS. SIMLERUS *p. 17.*, & J. JAC. FRISIUS *p. 19.*
JOH. GERHARDUS *in Patrologia p. 673.*
JAC. GAULTERIUS *in Tab. Chronograph. p. 720.*
JOH. GVALTERUS (ſive JANUS GRUTERUS) *T. II. Chronici Chronicor.*
NICOL. HELDVADERUS *in Sylva Chronol. Circ. Balth. P. I. p. 55., & P. II. p. 34.*
JOACH. HENNINGIUS *in Parodiis Horatianis, Parod. VIII. Libri IVti* (in qva Krantzius ſcripta hiſtorica Hamburgenſibus ſuis commendans introducitur), *p. 163. 164.*
HAR. HUITFELDIUS *P. VI. Chron. Dan. p. 1021. 1022. 1035.*
LUD. JACOBUS a S. Carolo *P. II. Biblioth. Pontif. p. 243.*
PAULUS JOVIUS *in Elogiis Eruditorum, in Epilogo, p. m. 293.*
FRANC. IRENICUS *in Indice autorum, Collegio ad Burgoldenſem adjecto, p. 49. 50.*
HENR. KNAUSTINUS *in Encomio Hamburgi, lit. D. 1. b., D. 2. a.*
GEORG. MATTH. KÖNIGIUS *in Biblioth. V. & N. p. 350. 448.*
CHR. KORTHOLTUS *in Hiſt. Eccl., Sec. 16., p. 718.*
WOLFG. KRÜGERUS *in Catalogo 1000. Virorum celebrium, fol. 14. b.*
PHIL. LABBEUS *T. I. Diſſ. de Scr. Eccl. p. 25.*
PET. LAMBECIUS *in Ep. Dedic. Origg. Hamb., & in ipſis Origg. p. 4. 40. 41.*
PET. LINDEBERGIUS *in Chron. Roſtoch., L. 3., p. 101., & L. 5. p. 166. 173.*
STEPH. MACROPUS *in Præf. Verſ. Germ. Vandaliæ Krantzii.*
BERNH. a MALLINCROT *in Tr. de Archi-Cancellariis S. R. I. p. 217.*
HENR. MEIBOMIUS Sen. *in Opuſc. Hiſtoricis p. 5. 19. 20. 33. 44. 120. 150. 154. 249. 263. 308. 334. 335. 348. 368. 389. 390. 423. 439. 552.*

HENR. MEIBOMIUS Jun. *in Introd. ad Hiſt. Sax. Infer. p. 72. 73. 99. 102. 104. 105.*
HERM. DIET. MEIBOMIUS *in Or. de genuinis Hiſt. Germ. fontibus p. 34. 35.*
GERH. MEIERUS *in Bibl. Theol. contr., L. I., c. 15., p. 178.*
GERH. MERCATOR *in Atl. Maj. p. 88. Ed. ſec. A. 1607.*
JOH. MICRÆLIUS P. III. *Syntagm. H. E. p. 256. 257.*
AUB. MIRÆUS P. *I. Biblioth. Eccl. p. 278., & P. II. p. 127.*
JOH. MOLANUS (a J. A. Fabricio laudatus) *L. I. de Canonicis c. 26.*
JOH. CHRIST. NEVIUS P. II. *Acceſſionum ad Degor. Wheari Relect. Hyem. p. 226. 227. 324. 325.*
JOH. GOTFR. OLEARIUS *in Abaco Patrol. p. 15., & T. I. Bibl. Scr. Eccl. p. 427. 428.*
HENR. PANTALEON P. II. *Proſopograph. p. 476. 477., & in Chronograph. eccleſiaſtica p. 119.*
CHR. FRANC. PAULINUS *in Syntagm. Rer. Germ. p. 450. 451.*
ANT. POSSEVINUS *T. I. Appar. ſacri p. 30.*
J. ANDR. QVENSTEDIUS *in Dial. de patriis illuſtrium virorum p. 202. 203.*
EL. REUSNERUS *in Append. Iſag. chronol. p. 642.*
MICH. ROUTARTIUS *in Oculo Hiſtoriæ p. 115. 116.*
SCALIGERIANA *Altera p. 111. 134.*
CASP. SAGITTARIUS *in Diſſ. de Scriptt. Hiſt. Germ. p. 10., in Hiſt. Bardovic., c. 1. §. 40. 41., c. 2. §. 21., c. 4. §. 18. & 22., c. 7. §. 62., & in Introd. ad H. E. c. 9. §. 18., p. 60., c. 20., §. 116., p. 516. 517. 518., & c. 25. §. 14. p. 661.*
MART. SCHOOKIUS P. III. *Fabulæ Hamelenſis, c. 1., p. 183.*
JUSTUS GEORG. SCHOTTELIUS *in opere de Lingva Germ., L. 5., Tr. 4., p. 1158.*
C. S. SCHURTZFLEISCH *in Rebus Meclenb., §. 17., in Rebus Slavicis §. 4. p. 5., & §. 7. p. 15. 16., in Rebus Pruſſicis p. 3., in Rebus Danicis p. 22. 26., & in Rebus Sveo-Gothicis p. 3. 8. 17. 18. 19.*
OTTO SPERLINGIUS Jun. *paſſim in Monumento Benedictino Hamburgenſi.*
JOH. TRITHEMIUS a Pantaleone *l. c.* allegatus.
JOACH. VAGETIUS *in Præcidaneis de orbe habitabili p. 261.*
ERDM. UHSEUS in den Leben der berühmteſten Kirchenlehrer des 16. und 17. Seculi *p. 137. 138. 139.*
G. JOH. VOSSIUS *de Hiſt. Lat. L. 2. c. 59., p. 479. 480., C. 3., P. I., c. 10. p. 647., P. IV. c. 9. p. 802.*
DEGOR. WHEAR *in Relect. Hyemalibus de Methodo Hiſt. leg. p. 252. 253.*
JOH. WOLFIUS *in Ep. dedic. Metropoleos Krantzii, & Cent. XV. Lect. Memorab., p. 963-977.*
MART. ZEILERUS *in Tr. de Hiſtoricis, P. I. p. 30. 31. & P. III. p. 61. & in Deſcr. Regni Dan. & Duc. Holſ. p. m. 226.*

ELOGIA.

ANDR. ANGELO (in der Holſteiniſchen Städte *Chronica p. 12.*) audit ein fleiſſiger Beſchreiber der Sächſiſchen Hiſtorien.

ROB. BELLARMINO (*in Lib. de Scr. Eccl. p. 304.*) *Vir admodum diligens in hiſtoriis conſcribendis*; it. (*L. 2. de effectu ſacramentorum c. 18.*) *Homo Germanus, qvi ante Lutheranas contentiones ſcripſit, & proinde nec odio, nec amore, ducebatur* (non autem *Hiſtoricus verax*, qvo pacto verba Bellarmini perperam a J. G. Dorſcheo, *P. II. Vindic. ad Exod. p. 82.*, allegari Th. Crenius, *P. XVII. Animadv. p. 109.*, monuit); it. (*L. 1. de translatione imperii Germanici contra Flacium, c. 4., p. 107.*) *Autor & Germanus, & diligens, & Illyrico præter cæteros familiaris.*

JOH. HENR. BOECLERUS, *in Comm. ad Grotii Libb. de J. B. & P.* (teſte Franc. Irenico *l. c.*) eum vocat *præcipuum inter Hiſtoricos rerum ſeptentrionalium*, in *Bibliogr.* autem *curioſa, lit. H. s. a.*, ſcripta ejus hiſtorica *opera egregia.*

JOH. BONÆ (*in Catal. autt., Libris de pſalmodia divina præfixo*) *Diligens* audit *Hiſtoricus regionum ſeptentrionalium.*

HENR. BOGERUS, Th. D. & Decanus Roſtoch. Jacobæus, *Etherologii* ſui, ſeu Carminum voluminis, Roſtochii A. 1506. *in 4.* editi, *Diſtinctioni IV., fol. 62. b. 63. a.*, Odam inſeruit in cognomen illius ſapphicam, eum, ob Philoſophiæ, Juris, Theologiæ & Poeſeos, peritiam, rudi metro celebrantem.

JOH. ANDR. BOSIUS (*in Introd. ad Notit. Rerump., c. 4. p. 63.*) *principibus* eum *rerum Germanicarum Hiſtoricis* accenſet, ac (*in Diſſ. de eloqv. & prud. civili p. 58.*) ſcripta ejus hiſtorica Politices ſtudioſis de nota meliore commendat.

CASP. BRUSCHIO (*Tomo* I. *Epitomes de Epiſcopatibus Germaniæ, c. 11., f. 211. a.*) *& doctus & diligens* audit *Hiſtoricus, ac rerum Saxonicarum annotator.*

DAV. CHYTRÆUS, *P. I. Chron. Sax.*, *in proœm. p. 8.*, ita de illo: *Præclare de his Saxonicis gentibus, & vicinarum inſularum orbis arctoi regnis, meritus eſt Alb. Krantzius, dum & Regum vicinorum ſucceſſiones & bella præcipua, & Vandaliæ in hoc littoris balthici tractu longiſſimo, & Saxoniæ fere univerſæ, Principum & Epiſcoporum nomina & ſucceſſiones, usqve ad A. C. 1500., graviter & prudenter explicatas deduxit.* Confer *Partem* II. *p. 490.*, ubi idem judicium repetitur.

CHRIST. CILICIO, ſive potius HENR. RANZOVIO (*ſub initium Libri* I. *Hiſtoriæ belli Dithmarſici*), audit *Diligens & curioſus hiſtoriæ ſcriptor.*

NICOL. CISNERUS, in *præfat Saxoniæ* ejus, cum ſtylum illius, aliosqve nævos, ævo, qvo vixit, condonandos monuiſſet, addit, eum, *qvaliſcunqve ſit, ſi vel cum coævis, vel cum ſuperioribus, qvi in eadem materia laborarunt, contuleris, primas tenere, ſeu orationis formam, ſeu rerum tractationem, ſeu fidem, ſpectaverimus: Imo ne tantum qvidem, qvantum præſtitit, in ſcriptis ſuis illo ævo præſtare potuiſſe, niſi excellentis ingenii, incredibilis diligentiæ, & inexhauſti laboris, fuiſſet.*

HENN. CONRADINO (in carmine in Epitaphium ejus, *Lib. I. Epigr. p. 131.*) *Arctoæ* audit *conditor hiſtoriæ, cujus Mnemoſyne cana ſervat monumenta per ævum, virtutem Phœbus Pieridesqve canunt.*

HERM. CONRINGIUS, in epiſt. Henr. Meibomii ſen. *Opuſculis Hiſtoricis* præfixa, eum inter principes refert ordinis hiſtorici, &, *Diſſ.* III. *de Antiqq. Acad. p. 84. 85.*, vocat *Saxonicarum rerum ſcriptorem luculentiſſimum, ſimulqve virum optimum, & prudentia ac pietate eximium*, in *Tr. de Orig. Juris Germ., c. 13., p. 32., Virum magni judicii, L. 1. de fin. Imperii, c. 15., p. 224. Rerum omnium ſeptentrionalium longe peritiſſimum*, &, *in Comm. MS. de univerſæ eruditionis a N. C. propagatione, Sec. XV., c. 5., Autorem rerum Saxonicarum, Slavonicarum, Venedicarum, aliarumqve ſeptentrionalium, longe diligentiſſimum.*

GEORG. FABRICIUS (a Voſſio *L. 3. de Hiſt. Lat. c. 10., p. 647.*, allegatus), *Lib.* I. *Saxoniæ*, diligentiam ejus commendat. Ejusdem hoc in eum diſtichon legitur in Æg. Periandri (ſuum etiam addentis) *Germania p. 8.*:

Arctoo

Arctoo Reges ternos, tria regna, ſub axe
Crantzius, Hamburgæ, prodidit, urbis honor.

JOH. FILESACO, in Tr. de idololatria magica, §. 1., audit ſcriptor fide dignus.

JOH. FREINSHEMIO (Orat. 13.) Vir doctus & diligens, & de boreali hiſtoria bene meritus.

GERH. GELDENHAURIUS, a Voſſio itidem laudatus, in præfat. ad Germaniæ illuſtratæ ſcriptores, Marpurgi A. 1542. editos, ita de illo: Unus fere Alb. Crantzius ſemper mihi viſus eſt præ aliis Hiſtorici nomine dignus, qvem ſui temporis res geſtas vere, libere, & ad poſteritatis utilitatem, ſcripſiſſe adparet.

HIST. ECCL. GOTHANÆ Autori (Lib. II. c. 5., Sect. I., p. 729.) & DAN. HARTNACCIO (in Notis ad Georg. Hornii Hiſt. Eccl. p. 426.) audit Vir doctus, & Hiſtoricus inſignis.

JOH. FRID. HEKELIO (in Addit. ad Phil. Cluverii Introd. Geogr. L. 3. c. 14.) Hiſtoricus ferme ſine pari.

HISTORIÆ JOH. VIII., Pont. Rom., Helmſt. A. 1667. editæ, Scriptori Anonymo, p. 22., Hiſtoriographus graviſſimus, cujus judicio diſcernendi inter verum & falſum ab omnibus, monumenta ejus legentibus, merito plurimum tribuitur.

PAULUS JOVIUS, in epilogo Elogiorum virorum literis illuſtrium (p. m. 293.), ita de illo: Eſt in celebri fama Alb. Krantzius, qvi Danorum & Svecorum regna, ad extremum borealem oceanum, noſtris obſcura, facundiſſime deſcripſit.

BARTHOL. KECKERMANNO (in Manud. ad ſtud. philoſ. pract., parte poſteriore, T. II. Opp. p. 1810.) audit inſignis Suecici, Danici, & ſeptentrionalium regnorum, Hiſtoricus.

HENR. KNAUSTINO, JCto (in Encomio Hamburgi, lit. D. 1. b., D. 2. a.) Vir multæ lectionis & ſummi ingenii, doctrinæ judiciiqve incomparabilis, cujus in omnibus fere facultatibus monumenta exſtant qvamplurima & præclara, maxime hiſtorica.

PET. LAMBECIUS, in præſat. Origg. Hamburg., primas eum ſine controverſia, inter Hiſtoriæ Hamburgenſis ſcriptores, tenere judicat, ac ſcriptorem ſalutat ſane diligentem & fidelem, qvippe qvi ex antiqvioribus Hiſtoricis ad verbum omnia excerpſit. In ipſis Origg. Hamb., p. 4., Præclarum eum vocat ſuperioris ſeculi, & patriæ noſtræ, lumen, & p. 40. Doctiſſimum rerum Hamburg. ſcriptorem. Pag. 41. autem ita de ipſo judicat: Krantzius in his, qvæ de ſuorum temporum rebus ſcripſit, probatiſſimus mihi autor eſt. Antiqviora autem ex antiqvioribus etiam Hiſtoricis eruenda eſſe exiſtimo. Libro deniqve II. Rer. Hamb., p. 182., Scriptorem appellat optime, ut temporibus illis, de hiſtoria Germanica meritum.

THOM. LANSIUS (in Conſultat., Or. I. pro Germania p. 52.) eum Philoſophis Germaniæ & Hiſtoricis ἐξοχωτέροις accenſet.

HERM. LATHERUS, JC., L. 2. de Cenſu, c. 11., p. 416. (teſte Zeilero P. I. de Hiſtoricis p. 31.), Saxones, & ſeptentrionales populos, Krantzio antiqvitatem ſuam merito acceptam ferre debere, judicat.

PET. LINDEBERGIUS L. 3. Chron. Roſtoch., c. 13., p. 101., Polyhiſtorem eum & Hiſtoricum vocat eminentiſſimum, & L. 5., c. 11., p. 173., ita de illo ſcribit: Inter Hiſtoricos & Philoſophos Acad. Roſtochienſis primas obtinet Polyhiſtor ille præſtantiſſimus, Alb. Krantzius.

STEPH. MACROPUS, in præf. verſ. Germ. Vandaliæ Krantzii, eum, tum ob diligentiam in antiqvitatibus Saxonico-Germanicis perveſtigandis, tum ob candorem, prolixe commendat, & Livii titulo dignum judicat Saxonici.

OLAUS MAGNUS, in Præf. Hiſt. Septentrionalis p. 4. (teſte J. Dan. Majore im Bevölckerten Cimbrien, c. 93., p. 152.), eum refert inter Scriptores Rerum Germanicarum Gothicarumqve incomparabiles, & Lib. II., c. 11., p. 469. (apud Zeilerum l. c. p. 30.), Hiſtoricum Germanorum inſignem appellat. In ejusdem Hiſt. Septentr. Epitome, Lib. I. c. 13., p. m. 20., ſcriptor vocatur harum regionum diligentiſſimus, L. 3. c. I., p. 89., Fidelis Germanorum Hiſtoricus, Lib. 11. c. 10., p. 347., Hiſtoricus Germanorum inſignis.

ERICO MAURITIO (in Diſſ. de judicio Rehtwilenſi §. 4.) Scriptor audit accuratus.

HENR. MEIBOMIUS Sen., in relectione Apologiæ pro Ottone IV. Imp. (in Opuſcc. Hiſtor. p. 439.), ita de illo: Crantzium ut ſua laude minime defraudamus, ſic tamen legendum cenſemus, ut cum aliis, & imprimis fontibus, unde ſua depromſit, conferamus.

IDEM, in Ep. dedic. Aureæ Bullæ Andronici Imp., hoc de eo fert judicium: In rebus Brunſvicenſibus melior (Chronicis vernaculis) Crantzius, qvi easdem partes, & qvidem cum cura, ſibi ſumpſit, ſed in qvo non parum deſideres, qvæcunqve ei obſtiterunt impedimenta. Nam voluntatem ei non defuiſſe, minimeqve, vel invidia, vel malevolentia (qvod Suffridus Petri ἀὐτεγνώμων ei cum ſtomacho improperat), laboraſſe, confidenter affirmare auſim.

HENR. MEIBOMIUS Jun., in Introd. ad Hiſt. Sax. infer. p. 72. 73., poſtqvam nævos Krantzii notaverat, addit, de reliqvo non poſſe ſatis laudari operam doctiſſimi viri, & majorem fidem, qvo propius ad ſua accedit tempora, mereri. Ibid. p. 104. 105. ita de illo judicat: Unus magno animo, plurimis undiqve conqviſitis ſubſidiis, Saxoniæ omnis, imo & vicinorum regnorum ſeptentrionalium, hiſtoriam ſacram & civilem ſcribere aggreſſus eſt, qvem ſupra laudavi, Alb. Crantzius, magni & excellentis ingenii, judicii accurati, atqve memoriæ tenaciſſimæ, qvi eo etiam nomine laudandus, qvod unam Chriſti fidem in multas familias & factiones diſtractam, eccleſiam corruptelis & ſuperſtitionibus imbutam, totumqve imperium Germanicum turbulenta ſeditionum ac diſcordiarum tempeſtate jactatum, ſerio doluerit, & veraci liberoqve calamo omnia deſcripſerit. Notum qvidem mihi, qvam vapularit aliis, Suffrido Petro Friſio imprimis, & qvam graviter, tanqvam partium ſtudio agitatum, publice traduxerit, fidemq; ejus dubiam reddiderit, Pet. Albinus Progymn. Hiſt. Saxon. p. 96. 97. Neſcio tamen, an ex propoſito falſa ſcripſiſſe convinci poſſit. Id, ſcio, non in omnibus illum ſeqvendum eſſe, ſed imprimis qvæ vetuſtiora ſunt, ex aliis ſcriptoribus examinanda. Id qvod qvidem nunc tanto facilius fieri poteſt, poſtqvam non eos tantum ſcriptores, qvibus Krantzius uſus eſt, qvosqve interdum ne verbis qvidem mutatis deſcripſit, ſed & plures alios, ipſi non lectos, habemus.

HERM. DIET. MEIBOMIUS in Or. de genuinis Hiſt. German. fontibus p. 34. 35., ita: A. Krantzii magnum in Hiſt. Germ. nomen eſt, & ſane, ut erat multæ doctrinæ, excellentis ingenii, & accurati judicii, ita opera ejus & diligentia, in ſeptentrionis inprimis univerſi & Saxoniæ rebus, nunqvam ſatis laudari poteſt, qvanqvam ita laudanda, ut in antiqvioribus, & a ſua ætate longius remotis, non nude Krantzium ſeqvi, ſed ad ipſos fontes, unde Krantziani rivuli dimanarunt, examinare debeamus. Ibid., in Notis, ſcripta ejus, ob magnam libertatem, & veritatis amorem, commendat.

GERH. MEIERO, Theologo Bremenſi, in Or. de ſchola Bremenſi p. 14., Vir audit prudentia & pietate eximius, & p. 16. Rerum Saxonicarum ſcriptor luculentiſſimus.

PHIL. MELANCHTON, in præfat. Encomii urbis Hamburgæ, a Joh. Fredero editi, ita: Namqve, & ante hanc ætatem, aliqvot doctos viros ea urbs habuit, Albertum Crantz, & qvosdam alios.

GERH. MERCATOR (in Atlante Maj. p. 88. edit. ſec. A. 1607.), &, qvi hunc exſcribit,

JOH. ANDR. QVENSTEDIUS (*in Dial. de patriis viror. illuſtr. p. 202. 203.*), *Hiſtoricum* eum vocant, *neqve indiſertum, neqve mendacem.*

BARTH. MOLLERUS, Theol. Pontificius Roſtoch. & Hamb. (*in præfat. Grammaticæ Krantzii, A. 1506. editæ*), ſalutat eum *Virum noſtri ſeculi doctiſſimum.*

JOACH. MOLLERUS (*in præf. Metropoleos ejus*) ita de ipſius ſtylo judicat: *In dicendi genere, ut tunc tempora ferebant, excelluiſſe eum, res ipſa oſtendit.*

JOH. OLDENDORPIUS, *JC., L. 2. de orig. juris, in fine, T. I. Opp. p. 75.* (teſte J. G. Oleario *in Abaco patrol. p. 15.*), *non male* eum, ait, de *republica eſſe meritum, multarum gentium, Saxonum puta, Vandalorum, Gothorum, Danorum, Hiſtoriis, & qvidem optima fide, deſcriptis.*

JOH. IS. PONTANO (qvem Olearius itidem allegat), *in Origg. Francicis p. 137, haud proletarii* audit *judicii ſcriptor.*

AD. RECHENBERGIO (*in Diſſ. de πρώτῳ ψεύδει Papatus §. 23.*) *Vir maxime cordatus.*

CASP. SAGITTARIO (*in Hiſt. Bardovic., c. 1., §. 40.*) *Vir rarioris ævo ſuo diligentiæ.*

JOS. SCALIGER (*in Scaligerianis alteris p. 111. 134.*) ita de illo: *Krantzius a bien eſcrit; il eſt bon: il eſt mort avant qve Scaliger fuſt nè. Il eſtoit du chapitre d Hambourg, il favoriſe fort le Pape; il a bien fait.*

MART. SCHOOKIO, P. III. *Fabulæ Hamelenſis, c. 1., p. 183., Vir* audit, *ſi qvis alius, optime meritus de Hiſtoria Saxonica, qvi, fabulis a veris hiſtoriis ſagaci, qvo pollebat, judicio diſcretis, qvicqvid memoria dignum videbatur, accurate annotavit.*

CONR. SAM. SCHURTZFLEISCHIUS, *in rebus Meclenburgicis §. 17.*, præcipuis eum Acad. Roſtochienſis accenſet decoribus, in *Rebus* autem *Danicis, p. 7. 8., Scriptorem rerum ſeptentrionalium* vocat *inſignem*, & in *Hiſtoria regni populiqve Burgundionum, p. 4., Virum de antiqvitate patria inſigniter meritum.*

OTT. SPERLINGIO Jun., *in Monumento Hamburg. Benedictino, p. 28.*, audit *Vir optime de rebus noſtris* (Hamburgenſibus ſc.) *meritus.*

TORMODO TORFÆO, Islando, Hiſtoriographo Danico (*in Serie Regum Daniæ, Lib. II., c. 2., p. 99.*), *Celeberrimus rerum Germanicarum hiſtoriographus.*

AD. TRIBBECHOVIUS, *in Tr. de Doctoribus Scholaſticis, c. 1., p. 16.*, ingennitatem ejus commendat.

HENR. TURCKIO, Jeſuitæ Hildeſienſi (*in Faſtis Carolinis, ad A. 785., p. 29.*), *Diligentiſſimus* audit *Saxonicarum antiqvitatum indagator;* it. (*ad A. 803., p. 59.*) *Vir acris judicii.*

JOACH. VAGETIUS (*in Præcidaneis de orbe habitabili p. 261.*), *non vere* eum *minus, qvam diſerte, ſcripſiſſe*, judicat.

JOH. WOLFIUS, JC. & Conſil. Badenſis, *in Ep. dedic. prolixa, Daniæ, Sveciæ & Norwegiæ* Krantzianæ editioni Francofurtanæ A. 1575. præfixa, Krantzii doctrinam, vitæ ſanctitatem, ſingularemqve in hiſtoricis operibus diligentiam, fidem, integritatem, in ſingulis ordinibus officii ſui admonendis, vitiisqve tum Pontificum & clericorum, tum Imperatorum, Principum, Nobilium & Aulicorum, notandis, *παῤῥησίαν*, ac in fabulis a vera hiſtoria reſecandis ſagacitatem, fuſe deprædicat, ſtylum vero haud ſatis cultum, & errores de gentium originibus, paſſim obvios, idoneis rationibus excuſat. Inter alia *tantam* eum, *judicat, eruditionem eſſe aſſecutum, qvantam homini in ea ætate ingenium & diligentia afferre potuit, omnes hiſtoriarum leges ſancte obſervaſſe, magnamqve Germaniæ & Europæ partem, ſine illius lectione, in ignoratione & tenebris jacituram.*

EIDEM, *in Ep. dedic. Metropoleos Krantzianæ*, autor *Vir* audit *religione, doctrina & fide clariſſimus*, it. *Vir optimus; & ſumma religione præditus.*

A ME, *in Iſagoge ad Hiſt. Cimbricam*, merito ſalutatur *P. I., c. 3., §. 11. p. 27., Hiſtoricorum noſtratium cordatiſſimus, c. 5., §. 10., p. 55.*, eorundem *facile princeps, c. 6., §. 19., p. 94., Scriptor eruditione diffuſa, lectione plurima, judicio accurato, candore παῤῥησιαςικῷ, & inſignibus in ſeptentrionis univerſi, Saxoniæ & Cherſoneſi noſtræ, hiſtoriam meritis, nemini Hiſtoricorum ſe antiqviorum ſecundus, imo plerisqve ſuperior;* & P. III., *c. 2., §. 1., p. 237., Hiſtoricorum patriæ recentiorum anteſignanus, ſcriptor miræ in diſcernendis veris falſisqve narrationibus circumſpectionis.*

CENSURÆ

א. INDICUM EXPURGATORIORUM, & SCRIPTORUM PONTIFICIORUM.

INDEX libb. prohib. ROMANUS Chronica ejus, Francofurti edita, inter libros ſecundæ claſſis damnatos, donec corrigantur, retulit *p. m. 31.* Conf. Franc. Magdaleni *Elenchum librorum probibitorum, p. 10. 15.* Cauſam, ſeu potius prætextum, hujus prohibitionis Rob. Bellarminus, *in Lib. de Scr. Eccl., p. 304.*, verbis indicat ſeqventibus: *Impiæ notæ, ad marginem additæ ab hæreticis, fecerunt, ut libri hujus auctoris prohiberentur in Indice Romano, donec purgarentur.* Qvibus gemina ſunt iſta Aub. Miræi, *P. I. Biblioth. Eccl., p. 278.*, obvio: *Crantzii opera Baſileæ, Argentorati, Coloniæ & Francofurti, ſunt excuſa, ſed per hæreticos, poſt ipſius obitum, vitiata, & impiis ad marginem notis foedata, eoqve nomine in Indice Romano notata, donec expurgentur.* Eodem ſpectat judicium Joh. Bonæ, Cardinalis, Cui, *in Indice autorum, Libris de pſalmodia divina præfixo*, Krantzius *Diligens* audit *Hiſtoricus regionum ſeptentrionalium, cujus catholicæ doctrinæ impiæ notæ ad marginem additæ a ſectariis.*

JOH. MARIÆ BRASICHELLENSIS, Palatii Apoſtolici Magiſtri, *Tomus I. Indicis Expurgatorii*, Romæ A. 1607. in fol. editus, *p. 2. & ſeqq.*, plurima ex editionum *Saxoniæ, Metropoleos, Daniæ & Vandaliæ* (in *Norwegia* & *Svecia* nihil corrigendum animadverti monetur), Francofurtenſium textu non minus, qvam notis marginalibus ac Indicibus, jubet expungi, prolixe illic enumerata, Epiſtolas autem Nicol. Ciſneri, Joh. Wolfii & Andr. Wecheli, dedicatorias, iisdem præfixas, integras reſecari. Totam hanc ejus de Krantzii operibus repurgandis, ſive mutilandis potius & caſtrandis, periocham recuſam exhibet *Tomus IV. Obſervationum ſelectarum, ad rem ſpectantium literariam*, Halæ Magdeburgicæ A. 1701. in 8. editus, *Obſerv. VII., p. 78-92.*

INDEX Librorum prohibitorum & expurgandorum HISPANICUS, Philippi IV., Regis Hiſpaniæ, auſpiciis, ab Ant. Sotomajore, Inqviſitore Generali, Madriti A. 1667. in fol. editus, itidem, *p. 30-36.*, catalogum ex iisdem operibus expungendorum exhibet ſatis prolixum. Conf. Dan. Franci Tr. de *Papiſtarum Indicibus librorum probib., c. 10. p. 167.*, ubi ſimilem ex indice Hiſpanico Ant. Sandovalii (*p. 17. & ſqq.*), cenſuram allegat.

CHRISTOPH. BROUWERUS, Jeſuita (a Mallincrotio, in *Tr. de S. R. I. Archi Cancellariis p. 217.*, & Zeilero, *P. I. de Hiſtoricis p. 31.*, allegatus), *præcipitis* eum *cenſuræ ſcriptorem* appellat, *in Antiqq. Fuldenſibus.*

ב. VIRO-

ב. VIRORUM ERUDITORUM,
qvibus in biographia jam eſt reſponſum.

Ex his ipſi objiciunt:

I. STUDIUM PONTIFICIS.

JOS. SCALIGER, *in Scaligerianis alteris, p. 134.*, ita de eo ſcribens: *Il favoriſe fort le Pape.*

II. NARRATIONES SACRAS FABULOSAS.

BASIL. FABER, qvi, in præfat. Saxoniæ ejus, Germanice a ſe A. 1563. editæ, ob fabellas de Sanctis pontificias, ſcriptis paſſim immiſtas, ei indignatur.

EBERH. RUD. ROHTIUS, Prof. Ulm., *in Diſſ. de more reos per ferrum candens probandi*, A. 1676. edita, §. *18.*, *p. 30.*, ita ſcribens: *Sane Crantzii urna multis admirandis, quæ potius ſomniis anilibus, qvam veritati, adſcribenda ſunt, ſcatet.*

III. ERRORES VARIOS HISTORICOS.

NICOL. CISNERUS, in præfatione editionum Saxoniæ Francofurtenſium prolixa, ad Senatum Hamburgenſem A. 1575. ſcripta, conjecturas ejus atqve opiniones de gentium originibus erroneas fuſe examinans ac refellens.

HENR. MEIBOMIUS Sen., in præfat. *Irminſulæ Saxonicæ* (*inter Opuſcc. Hiſtor. p. 5.*), eos, qvi narrationes Krantzii nimis ſecure, non inſpectis fontibus, ſeqvuntur, reprehendens. Confer duo ejusdem judicia, in elogiorum ſerie paulo ante recitata; & loca *Opuſculorum Hiſtoricorum*, in qvibus virgulam adverſus Noſtrum ſæpius ſtringit cenſoriam, plurima.

CASP. SAGITTARIUS, *in Hiſtor. Bardovic., c. 4. §. 22.*, ita ſcribens: *Leviculus hic error Krantzii eſt, cum longe graviores apud illum extent, qvos tamen magnam partem anteceſſoribus in hiſtoria debet.*

HENR. MEIBOMIUS Jun., cujus verba, huc ſpectantia, ex *Introd. ad Hiſt. Saxon. Infer. p. 104. 105.*, inter elogia, jam exhibuimus. Conf. *p. 72. 73.*, ubi, cum monuiſſet, Krantzium *non nude ſeqvendum, ſed ad veteres, an recte ſua ex iis propoſuerit, examinandum*, addit: *Lapſum enim freqventer Krantzium, nec fideliter ſatis ſuos autores ſecutum, & ab aliis oſtenſum eſt, & a me pluribus fieri poſſet.*

CLAUD. ÖHRNHIÄLMIUS, qvi, *Lib. 3. Hiſt. Eccl. Sveo-Goth., c. 6., p. 206.*, *Scriptorem eum vocat ſæpe in rebus Svecicis cæcutientem.*

CASP. DANCWERTHIUS, *in Ep. dedic. Chorograph. Cimbricæ*, narrationes ejus de rebus Holſaticis vitiis defectibusqve ſuis laborare, ſignificans.

PET. LAMBECIUS, varios ejus in civitatis Hamburgenſis (cujus & nomen ipſum perperam ab Hama pugile ipſum derivaſſe, nemo ignorat) hiſtoria errores, in utroqve *Rerum Hamburgenſium* libro, detegens ac refutans.

JOH. MICRÆLIUS (*Lib. I. Pomeran. p. 51.*), JOH. PIDERITIUS (*in Chron. Lipp. p. 260.*), & JOH. ANG. a WERDENHAGEN (*in Opere de Rebusp. Hanſeaticis*, P. III., *c. 1. 2. 3. 14. & 22.*), a Zeilero (*P. I. de Hiſtor. p. 31.*) allegati, & complures præterea ex Hiſtoricis recentioribus alii, a qvibus lapſus ejus virgula paſſim notati ſunt cenſoria. Qvem in cenſum referenda vel imprimis eſt opinio ejus (*Lib. 1. Sax. c. 20. 21. 22.*) de Anglorum e Weſtphalia origine falliſſima, *P. I. Iſagoges noſtræ ad Hiſt. Cimbricam, c. 5., §. 10. 11., p. 55-58.*, confutata.

IV. PLAGIA IN HISTORICOS ANTIQVIORES LITERARIA.

HERM. HAMELMANNUS, *Lib. I. de familiis Saxoniæ emortuis p. 71.*, ita: *Credo Crantzium non fuiſſe bonum virum, propterea qvod poſtqvam ex Chronico Hermanni de Lerbeke, & ex Helmoldi ſcripto, & ex Gobelini Coſmodromio, Abbate Stadenſi, & aliis multis MSS., partim a me viſis, partim non viſis, Chronicis, omnia ſua compilavit, iſtorum tamen nullam faciat mentionem. Ideo ita furtum commiſit.*

HENR. MEIBOMIUS Sen., *in Irminſula* (*inter Opuſcc. Hiſt.*) *p. 19.*, *familiare* ipſi *eſſe* notat, *autores ſuos diſſimulare.* In Apol. pro Ottone IV. autem p. 79. (*inter Opuſc. Hiſt. p. 389. 390.*) *veterum annalium relationes* ait *ſublegere, iisqve pro ſuis uti.*

BERNH. a MALLINCROT, *in Tr. de S. R. I. Archi-Cancellariis p. 217.*, cum invectivam in monachorum ſuperbiam ab eo ex Arnoldo Lubecenſi deſcriptam eſſe oſtendiſſet, hæc addit: *Dignus tamen fuit vel hoc nomine perſtringi alterius vice Krantzius, quod paſſim veterum loca, qvaſi ſua, hiſtoriis inſerat, ac bona fide ad longum deſcribat, nec tamen aliqvem illorum vel ſola mentione dignetur, oblitus Pliniani illius: Plenum ingenui pudoris eſſe, fateri per qvos profeceris.* In Indice qvoqve *magnum* eum vocat *plagiarium.*

CASP. SAGITTARIUS, *in Diſſ. de præcipuis Hiſtoriæ Germ. ſcriptoribus p. 10.*, ita: *Alb. Krantzius in Saxonia, Vandalia & Metropoli, univerſæ propemodum Germaniæ ſtatum, ab antiqviſſimis temporibus, ad ævum ſuum, repetit, ſimul tamen vetuſtiores. Helmoldum cumprimis, Arnoldum & Gobelinum, longis lineis exſcribit.*

HENR. MEIBOMIUS Jun., *in Introd. ad Hiſt. Sax. inf., p. 72. 73.*, hæc de illo habet: *Poſtqvam ad hiſtoriam ſcribendam ſe accinxit, immenſam antiqvorum monumentorum & Chronicorum copiam congeſſit, qvibus ad tam varia & diffuſa narranda uſus, ſæpe tamen illorum nullam facit mentionem, qvamvis ipſis autorum verbis, ne vocula mutata, res geſtas exponat. Bonum vero factum, qvod, poſt Krantzii mortem, non tantum Ad. Bremenſis, Alb. Stadenſis, Helmoldus, Arnoldus, Gobelinus, qvibus Crantzius uſus, ſed alii qvoqve ſcriptores rerum noſtrarum, cum monumentis & tabulis antiqvis, publicati ſunt, ut Krantzium non nude ſeqvi cogamur, ſed examinare ad ipſos illos veteres, an recte ex iis ſua propoſuerit, & ad fontes, relicto rivo, accedere qveamus. &c.*

CONR. SAM. SCHURTZFLEISCHIUS, *in Diſſ. de Witekindo Magno p. 13.*, ita: *Deſcribere alios, oblivíſci ſui, perperam allegare qvædam, Krantzio non rarum.*

THOM. CRENIUS, *P. X. Animadverſ. philol. & hiſtor., c. 2., §. 8., p. 179.*, ſuo eum plagiariorum catalogo inſeruit.

Confer MART. DIEFENBACHII *Diſſ. de vero mortis Henr. VII. Imp. genere, p. 70. 71.*, BURCH. GOTTH. STRUVII *Biblioth. hiſtor., c. 22., p. 572. 573.*, JAC. ANDR. CRUSII *Witekindum, c. 13., p. 108.*

PLAGIA
IN WITICHINDUM CORBEJENSEM.

JOH. HENR. MEIBOMIUS *in Epiſt. de* Κυνοφορία *p. 4.*

IN M. ADAMUM BREMENSEM.

ANDR. SEVERINI VELLEJUS, in *præfat.* ad ſuam illius edit. Hafnienſem, Krantzium, ait, *non minimum ſibi hiſtoriarum ſuarum complementum nuda tranſcriptione ex eo vindicaſſe*, illumqve, niſi omnino fallor, itidem notat, qvando *in Epiſt. dedic.* inqvit, *eos, qvi ex M. Adamo Hiſtorias ſuas tranſcripſerunt, non ea id fide præſtitiſſe, qva idem ante eos.*

HENR. MEIBOMIUS Sen., *ſub init. Bardevici (in Opuſcc. hiſt. p. 120.)*, ita: *Krantzius Adamum Bremenſem & Helmoldum ipſe legit, peneqve de verbo ad verbum exſcripſit, licet nominare vix dignetur.*

HERM. CONRINGIUS, *in Cenſura diplom. Ludov., c. 7.*, ita de illo: *Magni fecit Adamum Bremenſem, atque capita illius pleraqve in libros ſuos tranſtulit.*

JOH. SCHEFFERUS, *in Upſalia, c. 14., p. 277.: In Hiſtoria ſuâ Adami Bremenſis veſtigiis religioſe inſiſtit.*

JOH. JOACH. MADERUS, *in præfat. ſuæ M. Adami editionis: Helmoldus, Alb. Stadenſis, Krantzius, ſæpiſſime M. Adami verbis, qvanqvam diſſimulato utplurimum nomine, non verſus, ſed paginas qvandoqve integras, explent.*

CASP. SAGITTARIUS, *in Hiſt. Bardovic., c. 1., §. 40., in M. Adami & Helmoldi lectione* eum, ait, *adeo ſollicite fuiſſe verſatum, ut ſæpe longas periodos, interdum integra ex iisdem capita, deſcripſerit, ſæpiſſime autorem reticens.* Conf. *Cap. 2., §. 21.*

HENR. MEIBOMIUS Jun., *in Introd. ad Hiſt. Sax. infer. p. 72. 73.*

IN HELMOLDUM.

HERM. HAMELMANNUS, loco paulo ante recitato.

UBBO EMMIUS (a Schurtzfleiſchio *in Rebus Slavicis, §. 4. p. 5.*, allegatus) *in Rebus Friſicis, ad A. 1247., Vandaliam* ejus præſertim notans.

HENR. MEIBOMIUS Sen., loco jam allegato, & *in Chronico Riddagshuſano p. 91.*, ubi *Helmoldi* vocatur *exſcriptor.*

GERH. JOH. VOSSIUS *Lib. I. de Idololatr., c. 38., p. 281., ac c. 41. p. 294.*, &, qvi locum priorem allegat.

THOM. CRENIUS, *P. X. Animadv., c. 2., §. 8., p. 179.*

HENR. BANGERTUS, in *præfat.* ſuæ editionis Helmoldi.

CASP. SAGITTARIUS, *in Diſſ. de præcipuis Hiſt. Germ. ſcriptoribus, p. 10.*, & in *Hiſt. Bardovic. ll. cc.*

HENR. MEIBOMIUS Jun. *l. c.*, CONR. SAM. SCHURTZFLEISCH *in Rebus Meclenb., §. 18., p. 24.*

MART. DIEFENBACHIUS *l. c.*

Conf. *Diatribam* noſtram de Helmoldo, *§. 25., p. 24. 25.*

IN ARNOLDUM LUBECENSEM.

HENR. MEIBOMIUS Sen., *in Apol. pro Ott. IV. Imp., inter Opuſc. hiſt. p. 334. 335. 348.*

BERNH. a MALLINCROT *in Tr. de S. R. I. Archicancell. p. 217.*

CASP. SAGITTARIUS *in Diſſ. de Scr. Hiſt. Germ. p. 10., & in Hiſt. Bardovic., c. 7., §. 62.*

HENR. MEIBOMIUS Jun. *l. c.*

Conf. *Diatriben de Helmoldo, §. 29. p. 30.*

IN ALBERTUM STADENSEM.

MATTH. FLACIUS (nomen licet Alb. Stadenſis non exprimens) *in Tr. de translatione imperii Romani ad Germanos*, apud Henr. Meibomium Jun. *l. c. p. 99.*

REINERUS REINECCIUS *in præfat. ſua Chronici* Alb. Stadenſis.

HERM. HAMELMANNUS *L. 1. de familiis Saxoniæ emortuis p. 71.*

HENR. MEIBOMIUS Sen., *in Apol. pro Ott. IV. Imp. (inter Opuſcc. hiſt.) p. 389.*

GERH. JOH. VOSSIUS *L. 2. de Hiſt. Lat., c. 59., p. 479. 480.*

BERNH. a MALLINCROT *in Tr. de Archi-Cancell. S. R. I. p. 50. 51. 77.*

CASP. SAGITTARIUS *in Introd. ad Hiſt. Eccl., c. 9., §. 18., p. 66.*

CONR. SAM. SCHURTZFLEISCH *in Diſſ. de Witekindo Magno p. 32.*

HENR. MEIBOMIUS Jun. *in Introd. ad Hiſt. Sax. infer. p. 72. 73. 99.*

SEV. WALTH. SLUTERUS in Propylæo hiſt. chriſtianæ p. 46. (ubi *Krantzianæ Saxoniæ & Metropoleos fundamenta in Alberto Stadenſi*, ait, *aperiri*).

JOH. GOTFR. OLEARIUS (iisdem cum Slutero verbis utens) *in Abaco Patrol. p. 14.*

IN GOBELINUM PERSONAM.

HERM. HAMELMANNUS *l. c.*

HENR. MEIBOMIUS Sen., in *præf.* ſuæ *Coſmodromii* Gobeliniani editionis, ita: *Alb. Krantzius, in contexenda Metropoli, Gobelini Coſmodromio plurimum uſus eſt, integrasqve ex eo pagellas deſcripſit, nomen vero ipſius reticet. V. Metrop. L. 1. c. 16. 28., L. 4. c. 4., L. 7. c. 28., L. 9. c. 5., L. 10. c. 1. 2. & 35.* Qvibus locis, *in Notis ad æt. VI., c. 85., p. 309. (T. I. R. Germ. Meibomii jun.)* addit *L. 10. Metrop. c. 11. 12. 13. 14. 16. 17. 18. 19. 21. 39. 50., Lib. II. c. 16. 17. 18. &c.* In *Notis ad Herm. de Lerbeke Chron. Schauenb., p. 81.*, hæc habet: *Theodorici Niemii & Gobelini Perſonæ ſcripta Krantzius audacter compilavit, induci tamen non potuit, ut, qvorum vitulo araſſet, eorum ſaltem aliqvam faceret mentionem. Confer qvæſo, ſtudioſe lector, libri X. Metrop. capita XII., ab 11. ad 22., cum illis, qvæ ætatis VI. capitibus 74., & 8. ſeqventibus, in Coſmodromio exponuntur, nec res tantum, ſed & verba in Krantzio invenies eadem.* Imo, *in Diſſ. de Ducibus Saxoniæ ante Herm. Billingum (inter Opuſcc. hiſt.), p. 437., totum fere Gobelini Coſmodromium in Krantzii ſcriptis reperiri*, affirmat. Conf. ejusd. *Irminſulam, ibid. p. 19.*

GERH. JOH. VOSSIUS, *L. 3. de Hiſt. lat., p. 802.* (ubi Gobelinum locis in præf. Meibomii citatis a Krantzio monet *exſcribi, ſed ita* tamen, ut nominet).

DEGOREUS WHEAR *in Relectionibus hyemalibus, ſeu Methodo legendi hiſtorias, p. m. 252. 253.*

JOH. AD. SCHERZERUS (Meibomium ſeqvens) *in Colleg. bibliothecario MS., ſub nomine Gobelini.*

CASP. SAGITTARIUS *in Diſſ. de Scriptt. Hiſt. Germ. p. 10.*, & *in Hiſt. Bardov. c. 4. §. 18.* (ubi itidem Krantzium *pene totum Gobelini Coſmodromium in ſcripta ſua tranſtuliſſe*, perhibet).

SEV. WALTH. SLUTERUS *in Propylæo citato p. 50.*

HENR. MEIBOMIUS Jun. *in Introd. cit. p. 72. 73. 102.*

MART. DIEFENBACHIUS l. c., &, qvem is allegat,

GEORG. MATTH. KONIGIUS *in Biblioth. Vet. & Nova p. 350. 448.*

JAC. ANDR. CRUSIUS *in Witekindo, c. 13., p. 108., & c. 15. p. 115.*

IN HERMANNUM LERBECIUM.

HERM. HAMELMANNUS *l. c.*

IN

IN THEODORICUM NIEMIUM.

HENR. MEIBOMIUS Sen. *in Not. ad Lerbecii Chron. Schauenb. p. 81.* Verba paulo ante recitavimus.

IN BLONDUM FLAVIUM.

MART. DIFENBACHIUS *l. c.*

V. ALLEGATIONES ET INTERPOLATIONES VETERUM INTEMPESTIVAS.

HENR. MEIBOMIUS Sen., *in Apol. pro Ott. IV. Imp. (inter Opuſcc. Hiſtor.) p. 334. 335.*, monet, qvod Krantzius *autorem, qvem exſcribit, non parum interpolare, & verbis mutatis repræſentare*, ſoleat.

CASP. SAGITTARIUS, *in Diſſ. de originibus Ducum Brunſvico-Lüneburgenſium, §. 118.*, ita: *Qvi Krantzium novit, ignorare neqvit, qvam ille ſoleat veterum dicta ſuis incruſtare ac perſæpe ineptis additamentis.*

HENR. MEIBOMIUS Jun., in *Introd. ad Hiſt. Sax. infer. p. 72. 73.*, eum *non fideliter ſatis ſuos auctores ſecutum eſſe*, judicat.

CONR. SAM. SCHURTZFLEISCHIUS, *in Diſſ. de Witekindo Magno p. 13.*, ita: *Deſcribere alios, oblivisci ſui, perperam allegare qvædam, Krantzio non rarum.*

VI. ODIUM STUDIUMQVE PARTIUM, HISTORICO INDIGNUM.

SUFFRIDUS PETRI, *in libris* III. *de antiqvitate & origine Friſiorum*, ei, qvod pſevdo-Hiſtoricorum Friſiæ de originibus Saxonicæ ſuæqve gentis fabulis longe ineptiſſimis contradixerit, vehementer paſſim indignatur, & animum in Friſios iniqvum affingit. Eandem accuſationem, *in Apologia pro antiqvitate & origine Friſiorum, contra Ubb. Emmium, p. 109.* (*edit. Franeqv. A. 1699.*), repetit, ſcribens: *Alb. Krantzius, Friſiorum odio, illuſtriſſimas Saxonum antiqvitates abſurdiſſimis figmentis ſuis obſcurare ſciens ac volens maluit, qvam concedere, qvod Saxones haberent originem cum Friſiis communem.* Sed dudum mythologo huic (adverſus qvem Noſtro etiam uterqve Henr. Meibomius, locis inter Elogia jam recitatis, patrocinatur) os ſtolide impudens a populari doctiſſimo, Ubb. Emmio, fabulas iſtas itidem explodente, & Krantzii ſubſcribente ſententiæ, eſt obturatum.

HENR. MEIBOMIUS Sen., *in Or. de origine Helmſtadii* (*p. 552. Opuſcc. hiſtor.*), Noſtro, ob judicium de Helmſtadienſibus, loco Abbatis Werthinenſis Duces Lüneburgicos dominos adeptis, Satyricum, e fabula de ranis, Regem petentibus, Æſopica depromptum, indignans, temere atqve immerito (uti ſupra eſt oſtenſum) eum ſcriptorem *Principibus parum æqvum, & hominem de ſchola, politicarum rerum non ſatis gnarum*, appellat.

PET. ALBINUS, Hiſtoriographus Elect. Saxoniæ (ab Henr. Meibomio Jun. *in Introd. cit. p. 104.* allegatus), *in Progymn. Hiſtor. Saxon. p. 96. 97.*, eum, qvod juri Ducum Saxoniæ inferioris in dignitatem Electoralem animoſe patrocinatur, graviter, tanqvam partium ſtudio agitatum, publice traduxit, fidemqve ipſius dubiam reddere eſt conatus. Idem partium ſtudii crimen, eandem ob cauſam, ipſi

CONR. SAM. SCHURTZFLEISCHIUS impingit, dum, in *Diſſ. de Frid.* III. *Sapiente, Sax. Electore, §. 14., p. 14., in Duces ſuperioris Saxoniæ eum ſæpe eſſe iniqvum*, ac *in Notis ad Mich. Bojemi vitam Alberti* III. *animoſi, D. Sax., p. 115., paſſim in Saxonia qvæſiviſſe materiam ſuperioris Saxoniæ Duces Electoresqve carpendi*, qveritur, imo in *Diſſ. de Rebus Meclenburgicis, §. 17.*, ingratitudinis illum in familiam Electoralem, fabulam de officio Numburgenſi actioni ſuæ fundamenti loco ſubſternens, inſimulare his verbis non veretur: *Non poſſum diffiteri, Krantzium interdum alieniorem ab iis fuiſſe, qvorum beneficia prædicare debuiſſet. Vixit is aliqvamdiu in Collegio Canonicorum Numburgenſium, & Diaconi partes obiit, ſed erga illos haud gratum ſemper ſe oſtendit, e qvorum regione egreſſus fuit.*

HERM. HAMELMANNUS, Superint. Oldenburgicus, *Lib.* I. *de familiis Saxoniæ emortuis p. 20.*, eum *nimis interdum in Hamburgenſium partes propendere*, judicat, &, P. III. *Chronici Oldenburgici vernaculi, c. 7.*, appellat einen parthey iſchen Scribenten, der es mit den Hamburgern gehalten, und Graf Gerharden von Oldenburg, an vielen Orten in Saxonia, Metropoli und Vandalia, zur ungebühr geſchmähet.

JOH. ROLLWAGEN, J. U. D. & Civitatis Bremenſis Syndicus, in *præfat. Hiſtoriæ* ſuæ *Bremenſis* vernaculæ ἀνεκδότου, eum inſimulat, daß er nicht wenig parthey iſch Ding auf Hamburg gedrungen.

SCRIPTA

N. EDITA.

Grammatica latina, curante Bartholdo Mollero, Hamburgenſi, Th. D. & Prof. Roſtochienſi, Roſtochii A. 1506. in 4. edita. Titulus libri hic eſt: *Culta & ſuccincta Grammatica Alverti Crantzii, parvulis ingeniis admodum fructuoſa.* Epilogus autem, calci adjectus, ſeqvens: *Grammatica, qvam, ſuperioribus annis, inſignis ac egregius Doctor, Albertus Crantz, qvibusdam adoleſcentulis ediderat, hic finem accipit, impreſſa Roſtochii ultima menſis Junii A. 1506.* Præfixa eſt præfatio Barth. Molleri, editoris, artium tunc Magiſtri, qvi, autorem, *in hac grammatica, a primis elementis incipientem, ſine magnis ambagibus, atqve ſubtilitatibus impertinentibus, totam Etymologiam, cum Diaſinthetica, & (qvantum ſatis eſt pueris) Proſodia, probate & diſerte abſolviſſe*, judicat. Subjectum toti libro legitur Epigramma encomiaſticum M. Tilemanni Heverlingk.

Spirantiſſimum opuſculum in Officium Miſſæ, in optimum ordinem digeſtum ab eximio Magiſtro, Theol. & Juris Canonici Doctore, Alberto Crantz, pro ſancta & ſvavi Inſtitutione ſacerdotum eccleſiæ. Roſt. 1506. in 4. Sub finem libri hæc leguntur: *Fulgentiſſimum opus miſſæ negotii, devotiſſime interpretatum nuper, ab Alberto Krantz, egregio acutiſſimoqve Philoſophiæ, Decretorum ac Theologiæ, Profeſſore, magiſtraliter congeſtum, in eccleſia Hamburgenſi, totius cleri congregatione, eloqventiſſime voce viva enodatum. felici ſidere finem accipit, impreſſum Roſtochii, decima ſexta menſis Aprilis A. 1506.* Editus eſt hic Tr. itidem a Barth. Mollero, qvi in præfatione ſeqventi illum ornavit elogio: *Hæc expoſitio, cum lectorem in utroqve homine alat ac reficiat, mediocri ſtylo, pro capacitate ſingulorum ſacerdotum, divina myſteria, non vanis arguciunculis (ut pleriqve noſtri temporis Theologi aſſolent), ſed puro & abſoluto ſermone, imitatione priſcorum Theologorum eccleſiæ, pientiſſime atqve modeſte ſcrutatur & exponit, & in ſvaviſſima ſenſa reformat, qvæ fluide & tumultuarie a plerisqve extenduntur, ſine ſvavitate & eruditione lectorum. Proinde omnes & ſingulos eccleſiæ Chriſti ſacerdotes moneo & adhortor, ut præſens opuſculum, tanqvam dulciſſimum enchiridion, ſecum perferant, ament, legant & ediſcant* &c. Suffixum & illi eſt Epigramma M. Tilem. Heverlingii encomiaſticum. Mentionem libri hujus rariſſimi apud qvatuor tantum autores offendi, Aub. ſcil. Miræum *P. I. Biblioth. Eccl. p. 278.*, Pet. Lambecium *in Catalogo autorum, Libro II. Rer. Hamb. præmiſſo*, Phil. Labbeum *T. I. Diſſertt. de Scr. Eccl. p. 25.*, & Joh. Gottfr. Olearium *in Abacopatrologico p. 15.* Apud Miræum, in locum veri editionis anni 1506., ſubſtituitur Annus 1605., per errorem forte typographi, qvem Labbeus Miræum, & Olearius Labbeum exſcribens, in ſuas ſimul commentationes tranſtulerunt.

Ordo Miſſæ, ſecundum ritum eccleſiæ Hamburgenſis, caſtigatus ab Alb. Krantzio. Argentinæ 1509. in fol. Vidi in bibliotheca ædis apud Hamburgenſes cathedralis publica. (Calendarium Sanctorum, ex hoc depromtum, D. Nicol. Wilkens adjecit vitæ ſuæ Krantzii germanicæ, *ἀνωνύμως* Hamburgi A. 1722. *in 8.* editæ. V. ſupra de hac dicta.)

Inſtitutiones logicæ Alberti Krants, acerrimi Philoſophi, Pontificii Juris ac Theol. Profeſſoris, compendioſæ admodum, pariterqve abſolutiſſimæ, nec minus latinæ, in qvibus, ad totam Logicam brevi ac facile perdiſcendam, non deſideres qvicqvam. Lipſiæ, typis Wolfgangi Monacenſis, A. 1517. in 4. Libri hujus, nec mihi viſi, nec ab aliis memorati, notitiam titulumqve debeo M. Chriſtophoro Kraheo, Præpoſito olim Haterslebienſi, ejus poſſeſſori.

WANDALIA, ſeu de Wandalorum vera origine, variis gentibus, crebris e patria migrationibus, regnis item, qvorum vel autores fuerunt, vel everſores, Hiſtoria, libris XIV. comprehenſa, &c, a prima eorum, qvatenus ea patet, origine, ad A. C. 1500. deducta. Sub finem (*Lib. XIV. c. 33.*) adjicitur Oratio (*non inelegans*) ab autore, in Magni, Ducis Megapolitani, exeqviis, 16. Jun. A. 1504. habita. In hoc opere, ob ſcriptorum & monumentorum (de qva *in præf.* conqveritur) penuriam, elaboratu difficillimo, *Chronici* præcipue *Slavorum*, qvod Helmoldo & Arnoldo Lubecenſi debemus, ac ipſe ſæpius, etiam non nominatis autoribus, exſcribit, legens veſtigia, ac telam deinde inchoatam pertexens, gentium, qvæ Bohemiam, Poloniam, Dalmatiam, Sclavoniam, Ruſſiam, Livoniam, Pruſſiam, Pomeraniam, Ducatum Megapolitanum, Wagriam, tractusqve alios his vicinos, incoluere, Vandalicarum & Slavicarum, ſive Venedicarum, origines, bella, migrationes, ac hiſtoriam reliqvam, fuſe perſeqvitur. Prima ejus editio Coloniæ A. 1519., apud Joh. Soterem, ſive Heylium, in fol. prodiit. Secutæ hanc ſunt qvatuor Wechelianæ, iſta & accuratiores, &c, indice ſummariisqve marginalibus adjectis, auctiores, ab Andr. Wechelo, bibliopola erudito (cujus etiam Epiſtola præfigitur ad Hubertum Langvetum, Conſil. Saxonicum, dedicatoria), Francofurti A. 1575. 1580. ac 1601., & Hanoviæ A. 1619., in fol. curatæ. Harum primæ, A. 1575. excuſæ, uti Mich. Neander (*in Explic. orbis terr. p. 219.*), aliiqve, teſtantur, acceſſit Mart. Cromeri *Deſcriptio regni Poloniæ & Pruſſiæ*, antehac inedita, qvæ in ſecunda anni 1580. non comparet, &, uti Mart. Hankius, *in Lib. de erud. Sileſiis indig.*, *c. 8.*, *p. 44.*, refert, qvod nomen Autoris non fuerit additum, Krantzio a nonnullis perperam tribuitur. An editiones annorum 1617. & 1621. Francofurtenſes, in Catalogis qvibusdam memoratæ, revera prodierint, dubito. Verſio ejus germanica, qvam M. Steph. Macropus, Andreæmontanus, concinnavit, Lubecæ A. 1600. in fol. eſt edita, ac (ſi Catalogo cuidam fides habenda) ibidem A. 1636. in fol. recuſa. Aliam Baſilius Faber, Soranus, in præfat. *Saxoniæ*, germanice a ſe Lipſiæ A. 1563. publicatæ, pollicitus qvidem eſt, ſed in lucem nunqvam protulit. De Dav. Chytræi Continuatione *Vandaliæ* hujus pariter ac *Saxoniæ*, tum ſeorſim Witeb. A. 1586. in fol. *ἀνωνύμως* edita, tum in *Chronico Saxoniæ* repetita, plura paulo poſt, ubi ad *Saxoniam* Noſtri ordo nos deduxerit, dicentur. Cenſuras hoc opus non Andreæ Severini Velleji ſolum (*in Or. de appellatione regni Daniæ, p. 15.*, *Pſevdo Vandaliam* illud vocantis), ſed & aliorum virorum eruditorum incurrit complurium, ob neglectum præcipue diſcriminis inter Vandalos, Germanos *αὐτόχθονας*, & ſucceſſores horum e Sarmatia, Venedos ſive Slavos, horumqve terras ſub Vandaliæ nomine & ambitu comprehenſas. Ob hanc Vandalorum & Venedorum confuſionem (in qva nonnullis Helmoldum videtur ſecutus, aliis autem ipſe primus ejusdem autor, Dav. Chythræum, Phil. Cluverium, Cæſ. Baronium, aliosqve recentiores, nactus aſſeclas) merito reprehenditur ab Herm. Conringio (Krantzium *popularis iſtius erroris* appellante *autorem*) *in Tr. de finibus imperii c. 16.*, *p. 244.*, Caſp. Danewerthio, P. III. *Chorogr. Cimbr.*, *c. 5.*, *p. 195.*, Joh. Chriſtoph. Becmanno *in Notitia dignitatum p. 70.*, M. Joh. Georg. Hahnio *in Diſſ. de regno Bohemiæ p. 8.*, ac præſertim a Conr. Sam. Schurtzfleiſchio. V. ejus *Diſſ. de rebus Slavorum*, *§. 4. p. 5. & §. 7. p. 15. 16.* (ubi *Helmoldo* hic vult *parci*, Krantzium autem & Chytræum *notari*, *Krantziiqve autoritate plerosqve novitios*, ait, eſſe *deceptos*), *Diſſ. de Rebus Sveo-Gothicis p. 18.* (ubi confuſionem hanc *Krantzianum* appellat *errorem*), & *Lemmata de Sileſia §. 6.* Confer P. I. *Iſagoges meæ ad Hiſt. Cimbr.*, *c. 3.*, *§. 7.*, *p. 22.*, & *Diatriben de Helmoldo §. 24.*

SAXONIA, ſeu de Saxonicæ gentis vetuſta origine, longinqvis expeditionibus ſuſceptis, & bellis domi pro libertate diu fortiterqve geſtis, Hiſtoria, libris XIII. comprehenſa, & (*per mille fere annos, & qvod excurrit*) ad A. C. 1501. deducta. Excuſa eſt initio a Joh. Sotere, ſive Heylio, Coloniæ A. 1520. in fol., & Carolo V., Imperatori, dedicata, recuſa vero ibidem, Gervini Calenii (qvi præfationem de laudibus Hiſtoriæ adjecit) impenſis, A. 1574. & 1596. in 8. Colonienſibus autem hiſce editionibus merito præferuntur tres Francofurtanæ, e typographeo Wecheliano A. 1575. 1580. & 1621., in fol., cum Nicol. Ciſneri, Conſil. Palatini, ad Senatum Hamburgenſem præfatione, partim encomiaſtica, partim vero contra erroneas Krantzii de originibus gentium opiniones elenchtica, & indice locupletiſſimo, publicatæ. In his enim, uti & in Wechelianis cæterorum Krantzii ſcriptorum editionibus, in margine comparent, non annorum ſolum ordo atqve ſeries, ſed rerum etiam, qvarum hiſtoriam autor texuit, ſummaria. Germanicam Saxoniæ verſionem Baſilio Fabro, Sorano, debemus, Lipſiæ A. 1563. & 1582. in fol. ſub hoc excuſam titulo: *Saxonia*, das iſt: Weitläufftige, fleißige und richtige Beſchreibung der Ankunfft, Sitten, Regiments, Religion, Policeyen, Kriege, Verrückungen, Vermehrungen, und allerley Geſchichten, Händel und tapferer Thaten der Sachſen, ſo ſich etliche 100. Jahre vor Chriſti Geburt, und folgends, biß übers Jahr Chriſti 1504., zugetragen, ſamt beyläufftigen andern vielen Hiſtorien und Händeln, ſo ſich in andern Nationen verlauffen, mit groſſer Mühe und Arbeit, auß vielen Hiſtorien, Scribenten, Chronicken, Verzeichniſſen, Briefen, Inſtrumenten, Privilegien, Antiqvitäten und Monumenten., durch A. K. zuſammengetragen, ietzt zum erſten mahle treulich, deutlich und fleißig verdeutſchet, erkläret und gebeſſert, durch Baſil. Fabrum. In præfatione interpres hic continuationem etiam Saxoniæ Krantzianæ, ab A. 1504., ad ſua usqve tempora, promiſit. Verum iſto ſupplemento carere jam æqvo animo poſſumus, ex qvo David Chytræus, Theologus Roſtochienſis *ἱστορικώτατος*, eundem laborem feliciter exantlavit. Fecit autem id, cum in *Continuatione Vandaliæ & Saxoniæ Alb. Krantzii, ab A. C. 1500., ubi ille deſiit, ad A. 1585. perducta*, & *Deſignatione Metropoleos*, ſive Epiſcoporum, qvi, eodem temporis intervallo, eccleſiis Saxoniæ & Weſtphaliæ præfuerunt, in ſupplementum *Metropoleos* Krantzianæ, aucta, qvæ Witebergæ A. 1586. in fol., ſub *Studioſi cujusdam hiſtoriarum* larva, cum præfat. ipſius Chytræi, prodiit, tum in *Chronico Saxoniæ*, ab A. 1500. ad 1593. pertexto, & ſigillatim initio, tomis IV. diverſis, Roſtochii A. 1588. & ſeqq., in 8., poſtea autem junctim, uno volumine, Lipſiæ A. 1593. & 1611. in fol., juris facto publici, easdem, qvas continuatio *αὐτάγγελος*, narrationes, ſed ſubinde interpolatas & auctas, complexo. V. *Tom. I. pag. 9. 31. 288.*, ubi diſerte ſe *Saxoniam Vandaliamqve* Krantzii in illo continuare profitetur. Scriptum in Krantzium, & alios rerum Saxonicarum ſcriptores, *ἐλεγκτικὸν* pollicitus olim eſt, in *præfat. Daniæ* illius, Joh. Wolfius, Conſil. Badenſis, Correctiones autem in *Saxoniam* meditas Mich. Beutherus, JCtus Argentinenſis, teſte Melch. Adamo (*in Vitis Philoſ. Germ. p. 336.*), reliqvit. Eodem forte ſpectat Nicol. Ciſneri, Conſil. Palatini, *Tr. de hiſtoriis Krantzii, Aventini, &c.*, qvem *Tomo II. Opuſculorum* illius *hiſtorico-philologicorum* editum a ſe iri, Qvir. Reuterus, Theol. Heidelb., Melch. Goldaſto A. 1609. ſignificavit. V. *Epp. vir. doct. ad Goldaſtum p. 335.* Niſi forte, uti ſupra conjecimus, idem hic eſt cum præfat. prolixa, qva ſuas *Saxoniæ* editiones Ciſnerus ornavit. Prolixe *Saxoniæ* Krantzianæ laudes decantat Nicol. Ciſnerus, in præfatione illius jam laudata, ita inter alia ſcribens: *Mihi qvidem neminem ex iis legere contigit, qvi res Saxonum*

conſigna-

conſignarunt, qvi vel plura de iis, vel majori diligentia, latina lingva ſcripſerit, nedum, qvi ab eo tempore, qvo nomen eorum Romanis innoteſcere cœpit, usqve ad hoc ſeculum, hiſtorias eorum, hinc inde diſperſas, collegerit, & in unum qvaſi corpus coegerit. Commendant eandem Joh. Lud. Vives *L. 5. de tradendis diſciplinis p. m. 383.*, Gerh. Joh. Voſſius *in Tr. de ſtudiorum ratione p. 25.*, *& in Tr. de philologia p. 87.*, Andr. Angelus *in Chronico urbium Holſat. vernaculo p. 12.*, Mart. Schookius (cujus verba inter autoris jam recitavimus elogia) *P. III. fab. Hamelenſis c. 1., p. 183.*, Henr. Meibomius Jun. (Saxoniæ hiſtoriam *plene & accurate propoſitam eſſe* a Krantzio, judicans) *in Introd. ad Hiſt. Sax. infer. p. 104. 105.*, Sam. Rachelius *in Introd. ad jus publ., c. 11. p. 75.* aliiqve complures.

REGNORUM aqvilonarium, Daniæ, Sveciæ, Norwegiæ, Chronica, qvibus gentium origo vetuſtiſſima, & Oſtrogothorum, Wiſigothorum atqve Normannorum, antiqvitus inde profectorum, res in Italia, Hiſpania, Gallia, & Sicilia, geſtæ, præter domeſticam hiſtoriam, narrantur. Opus hoc, res geſtas Danorum & Longobardorum, libris IX., ad A. usqve 1504., Svecorum, &, qvos horum regno vindicat, Gothorum, Oſtrogothorum & Wiſigothorum, libris VI., ad A. usqve 1500., Norwegorum autem, cognatorumqve iſtis Normannorum, libris totidem, ad eundem usqve A. 1504., perſeqvens, Henricus ab Eppendorf, Eqves Germanus, e MSto, qvod in Reinhardi, Comitis Weſterburgenſis ac Leiningenſis, Decaniqve Colonienſis, bibliotheca invenerat, præfixa Epiſtola ſua ad Chriſt. III., Regem Daniæ, dedicatoria, Argentinæ A. 1546. in fol. primus edidit. Hinc A. 1562., ſine loci mentione, *in fol.*, teſte J. Chr. Becmanno (*in Catal. biblioth. Francof. p. 132.*), eſt recuſum, tertia autem qvartaqve vice a Joh. Wolfio, March. Badenſis Conſiliario, Francofurti, typis Wechelianis, A. 1575. & 1583. in fol., cum præfat. ad Ludovicum, Ducem Würtembergicum, in laudem autoris, prolixa, Chriſtiani Cilicii *Hiſtoria belli Dithmarſici, A. 1559. geſti,* ac Jac. Ziegleri, Bavari, *Schondia, ſive Regionum ſeptentrionalium Deſcriptione*, indiceqve in hæc omnia prolixo, denuo recenſitum. Verſionem Germanicam Henr. ab Eppendorf, paulo ante laudatus, a ſe concinnatam, & Chriſtiano III., Danorum Monarchæ, itidem inſcriptam, annuo ante textum latinum ſpatio (ſub tit. Dennemärckiſche und Schwediſche Chronica), Argentinæ A. 1545. in fol. publicavit. Qvam ibidem A. 1559. & 1565. recuſam eſſe, Catalogi Lipſtorpianus & Roſekrantzianus teſtantur qvidem, ſed mihi vix perſvadent. Aliam promiſit qvidem A. 1563. Baſil. Faber, Soranus, interpres *Saxoniæ* vernaculus, in hujus proœmio, ſed, uti credo, nunqvam abſolvit. Sylloge Orationum ex hoc Regnorum borealium Chronico gallica (ſub tit.: *Harangves recueillies des Chroniqves des provinces ſeptentrionales*), teſte Thomæ Hydii *Catalogo bibliothecæ Oxonienſis*, Francofurti A. 1573. prodiit, ſed pars forte eſt operis alterius, cum *pagina 976.* qværendam eſſe moneatur, indicio libri omiſſo. Multus (teſte H. Meibomio Jun. *in Introd. ad Sax. infer. hiſtoriam p. 105.*) in Krantzio laudando eſt Janus Douſa, *Lib. I. Annal. Holland. p. 71., qvod primus recentiorum, ex Witichindi, Helmoldi, & ſimilium ſcriptorum, ſententia,* ſicut in Vandalia *ab Hunnis Vandalos*, ita, in hoc imprimis opere, *Normannos a Danis, a Sveonibus Gothos, & Oſtrogothos rurſum a Viſigothis, ſummo judicio ac delectu, ratione temporum obſervata, ſubtiliſſime diſtinxerit, cum Gallici Britannicique Chronologi omnes eas nationes communi Normannorum appellatione confuſe atqve promiſcue indigitaſſent.* Paulus Jovius, *in epilogo Elogiorum virorum literis illuſtrium, p. m. 293.*, Krantzium regna borealia *facundiſſime deſcripſiſſe*, judicat. Conr. Sam. Schurtzfleiſchius, *in Diſſ. de Rebus Danicis p. 7. 8.*, eundem in harum hiſtoria ferme ſolum commendat, ſcribens: *Qvantum ad Daniæ ſcriptores, unus inſtar omnium eſſe poteſt Alb. Krantzius, non Danus, rerum ſeptentrionalium inſignis ſcriptor.* Præter hos ſummopere theſaurum hunc hiſtoriæ arctoæ commendant Joh. Wolfius in *præfat.* illius encomiaſtica prolixa, Joh. Henr. Alſtedius *L. 20. Encyclop., c. 5., p. 2821.*, Sam. Rachelius *in Introd. ad jus publ., c. 11., p. 74. 75.*, J. H. Boeclerus, Joh. Bona, Dav. Chytræus, H. Conringius, B. Keckermannus, H. Latherus, Ol. Magnus, Henr. Meibomius Jun., J. Oldendorpius, aliiqve, locis inter autoris Elogia jam allegatis. Nec tamen cenſores eidem ſui defuere, qvorum pleriqve, qvod, in fabulis priſcorum temporum recenſendis, Saxonem Grammaticum (cujus ſe veſtigiis inſtitiſſe, *L. I. Dan. c. 1.*, ingenue fatetur), aliosqve ſcriptores ſeptentrionis mythiſtoricos, religioſe nimis ſit ſecutus, indignantur. Joh. Iſaacius Pontanus, ſcriptor Rerum Danicarum inclytus, virgula eum notat cenſoria, qvod Rolvonem, & Normannos poſteriores, Galliæ infeſtos, ſoli Norwegicæ genti vindicet, &, qvicqvid memoratu de his dignum apud ſcriptores invenitur, Commentario ſuo de Norwegiæ rebus inſerat. Sed adverſus hunc, & Danos ei adſtipulantes, patrocinium Krantzii haud ita pridem ſuſcepit, e Norwegis, Jonas Ramus, in *Norwegiæ antiqvæ & ethnicæ*, qvæ A. 1689. Chriſtianiæ prodiit, proœmio, rationibus utens non omnino ſpernendis. *Sveciam* Noſtri, e Svecis ipſis, culpavit Claud. Öhrnhialmius, *L. 3. Hiſt. Eccl. Sveo-Gothicæ, c. 6., p. 206.*, *Scriptorem* eum appellans *ſæpe in rebus Svecicis cæcutientem.*

METROPOLIS, ſeu Hiſtoria Eccleſiaſtica, de primis chriſtianæ religionis in Saxonia initiis, deqve ejus XII. Epiſcopatibus, & Epiſcoporum vita, moribus, ſtudiis & factis, ſimulqve aliarum nationum, Regum & Principum, rebus geſtis, libris XII. comprehenſa, &, ab A. C. 780. ad A. 1504., deducta. Accedit Confutatio Legendæ fabuloſæ (*) de Benedicto IV., Papa, martyrio Hamburgi coronato, cum multis aliis Epiſcopis, Principibus & Nobilibus, & Narratio vera de reliqviis martyrum in Ebbekſtorf, monaſterio virginum Ord. D. Benedicti, inter Brunſvicum & Lüneburgum ſito, iisdem virginibus inſcripta. Primus Metropolin hanc, Phil. Melanchtonis hortatu, ex unico, qvod extabat, exemplari MSto, eodemqve autoris avtographo, parenti ſuo cognomini, Senatori Hamburgenſi, per Henr. Bucholzium, Epiſcopum Lubecenſem, legato, edidit, & Epiſtola ad Chriſt. III., Regem Daniæ, dedicatoria prolixa (de Hiſtoriæ laudibus, religionis chriſtianæ in Germaniam & urbem Hamburgenſem introductione, vitaqve & ſcriptis Krantzii, commentante) ornavit, Joachimus Mollerus junior, Hamburgenſis, J. U. D., Erneſti, cæterorumqve Ducum Brunſvico-Lüneburgenſium, Conſiliarius, & Præpoſitus Bardovicenſis, A. 1588. defunctus. Debentur illi duæ editiones Baſileenſes, typis Joh. Oporini A. 1548. & 1568. in fol. excuſæ (**), e qvibus totidem Colonienſes A. 1574. & 1596. in 8., tresqve Francofurtanæ (multo accuratius atqve emendatius, qvam præcedentes, impreſſæ, ſerieqve inſuper annorum ac ſummariis rerum in margine, Joh. Wolfii, JCti & Conſil. Badenſis, ad Julium, Epiſc. Herbipolenſem, præfatione, indiceqve locupletiſſimo, auctæ), qvæ typis Wechelianis A. 1576. 1590. & 1627. in fol. prodierunt, bona fide ſunt expreſſæ. Francofurtenſis anni 1621., cujus ſolus meminit Lipenius, mihi aliisqve eſt ignota. *Metropolis* hæc, ab Hamburga, Saxonicarum eccleſiarum metropoli, in qva eam autor conſcripſit, nomen ſuum mutuata, hiſtoriam religionis chriſtianæ in Saxoniam inferiorem, Weſtphaliam & Cimbriam, introductæ, duorumqve Archiepiſcopatuum (Hamburgo-Bremenſis ſc. & Magdeburgenſis), ac X. Epiſcopatuum (Osnabrugenſis, Monaſterienſis, Verdenſis, Mindenſis, Paderbornenſis, Halberſtadienſis, Hildeſienſis, Lubecenſis, Sverinenſis & Ratzeburgenſis), in iisdem regionibus Germaniæ Saxonico-Vandalicis erectorum, una cum Præſulum, qvi, per VII. ſecula, & qvod excurrit,

(*) Legendam illam primus, e MSto Helmſtadienſi, publicavit Gotfr. Gvilh. Leibnitius, inter *Scriptores Rer. Brunſvic.*, Hannoveræ A. 1707. *in fol.* editos, *p. 184-192.* (**) In *Catalogo Collegii Sionii Londinenſis Bibliothecæ, p. 44.*, memoratur editio Baſileenſis A. 1560., per errorem haud dubie typographi ex altera anni 1568. effecta.

excurrit, hiſce præfuerunt, vitis ac rebus geſtis, a Caroli M. temporibus, ſive A. C. 780., ad A. 1504., libris XII. exponit. Prima librorum ſecundi, qvinti, noni & duodecimi, capita Pontificum etiam Romanorum brevem exhibent recenſum hiſtoricum. De *Confutatione Legendæ* (cui exilium Benedicti V. Hamburgenſe occaſionem præbuit) fabuloſæ, illi in plerisqve editionibus ſubjuncta, hiſtoria (*P. IV. Iſag. ad Hiſt. Cimbr., c. 8., §. 14., p. 549. 550.*, obiter ſaltem delibata), Caſp. etiam Sagittarii *Hiſtoria Bardovicenſis, c. 4. §. 9.*, poteſt conferri. Continuare *Metropolin* Krantzianam (in qvam Notæ Nicol. Kragii, Hiſtoriographi Danici, exemplari ſuo αὐτοχειρὶ adjectæ, in Biblioth. Acad. Hafnienſis, teſte *Catalogo Muleniano*, ſuperſunt) ab A. 1504., ad finem usqve ſeculi XVI., ſimulqve recenſu Epiſcoporum, qvi cæteris Eccleſiis in Saxonia & Vandalia veteri cathedralibus, a Krantzio neglectis (Misnenſi ſcil., Martisburgenſi, Numburgenſi, Havelbergenſi, Brandenburgenſi, Lebuſienſi, Caminenſi & Sleſvicenſi), eodem temporis intervallo, præfuerunt, augere, in animo habuit David Chytræus. Operis hujus affecti Prodromus, ſola Epiſcoporum nomina, cum annis electionis atqve obitus, enumerans, & ſeorſim A. 1582. in 4. eſt impreſſus, & *Continuationi Saxoniæ ac Vandaliæ* ἀνωνύμω A. 1586. (*Witeb. in fol.*), *Chroniciqve Saxoniæ parti ſecundæ*, ſingulatim A. 1590. (*Roſtochii in 8.*) excuſæ, & *Chronico* deniqve eidem integro, in editionibus annorum 1593. ac 1611. Lipſienſibus, ſubjunctus, hoc titulo: *Proœmium Metropolis, ſeu ſucceſſionis Epiſcoporum, in eccleſiis Saxoniæ & Vandaliæ veteris XX. cathedralibus, ab A. C. 1500., ubi Alb. Krantzius deſiit, ad noſtram usqve ætatem, deductæ: liber ſingularis.* Continuare etiam, ante Chytræum, in opere de omnibus Germaniæ Epiſcopatibus majori affecto voluit Caſp. Bruſchius, Egranus. V. Epitomes illius Tomum, qvi ſolus A. 1549. prodiit, primum, *cap. XI., fol. 211. a.* Dav. Chytræus, ſub initium *proœmii* ſui, *p. m. 490.*, ita de opere Krantziano judicat: *Præclare Alb. Crantzius, tum aliis monumentis hiſtoricis, qvibus res in Saxonia, Vandalia, & regnis arctois, memorabiles fideliſſime expoſuit, de univerſis his gentibus, Saxonicis & Danicis, meritus eſt, tum vero Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, ſeu Metropoleos, editione, in qva duodecim præcipuorum Saxoniæ & Vandaliæ veteris diœceſeon Epiſcopos, ab origine religionis chriſtianæ in has gentes Saxonicas primum invectæ, usqve ad ſuam ætatem, & A. C. 1504., recenſuit, & multa, qvæ in aliis nationibus & regnis ἀξιόλογα in ſingulorum Epiſcoporum tempora inciderunt, ſimul intexuit.* Conf. *P. I. Chron. Sax. p. 112.*, ubi itidem illud commendat. Joh. Wolfius, JC., in *Præf.* ejus, ita de eodem: *Non hiſtorica illa tantum Krantzius, ſed plura fidei capita grandioribus exemplis ita ob oculos ponit, ita perſpicue exprimit, ut magnum lumen religioni præferat, neqve ſolum exempla aut hiſtorias nude recitat, ſed omnia ad religionis regulam, aut ſanctimoniæ alicujus normam, dirigit, & interdum fructum etiam aliqvem in communem vitam derivat operæ hiſtoriæqve ſuæ. Ut autem majorum virtutem extollit, ita ſui temporis vitia aſperius objurgat, & qvædam flebiliter lamentatur, qvod vir optimus, & ſumma religione præditus, doleret unam Chriſti fidem in multas familias & factiones diſſipari, eccleſiam corruptelis & ſuperſtitionibus imbui, totumqve imperium turbulentiſſime jactari ſeditionum & diſcordiarum tempeſtate. Hunc igitur, non librum, ſed theſaurum de ſacris hiſtoriis, ſumma fide & diligentia ſcriptum, qvis dubitet digniſſimum eſſe, qvi typis excuſus, ad immortalem memoriam poſteritatis conſecretur?* Herm. Conringius, in *Diſſertt. MSS. de Rebuſp.*, *in ſectione de Bavaria* (*apud Eybenium in Eponymol. crit. Magiri aucto, p. 466. 467.*), de Wiguleji Hundii, ſupremi Senatus Bavarici Monachienſis præſidis, *Metropoli Salisburgenſi*, ad imitationem Krantzianæ, Archiepiſcopatus Salisburgenſis, & Epiſcopatuum huic ſubjectorum, tradente hiſtoriam, Ingolſtadii A. 1582. in fol. excuſa, cumqve notis & augmentis Chriſtoph. Gewoldi Monachii A. 1620. in fol. recuſa, ſeqventem tulit cenſuram, Krantzianæ perqvam honorificam: *Ad exemplum Krantzii Metropoleos, Metropolin Saluburgenſem ſcripſit Wigulejus Hundius, qvæ tamen neutiqvam cum Krantziana comparari meretur, ſive eruditionem, ſive judicium, ſive prudentiam, ſpectes. Diligentiam tamen maxime laudaveris.* Commendant eandem Degoreus Whear *in Relectionibus hyemalibus de methodo legendi hiſtorias, p. m. 252. 253.*, Sam. Rachelius *in Introd. ad jus publ. c. 11. p. 70.*, Henr. Meibomius jun. *in Introd. ad Hiſt. Sax. infer. p. 104. 105.* (ubi, *Saxoniæ hiſtoriam ſacram plene, accurate, & veraci liberoqve calamo*, in ea *propoſitam eſſe*, judicat), & Caſp. Sagittarius *in Introd. in Hiſt. Eccl., c. 20., §. 116., p. 516. 517. 18.* Cenſuræ, qvibus opus hoc Krantzianum a nonnullis eſt notatum, dignitati ejus nihil derogant. Qvis enim miretur, in tanta ævi anterioris caligine, & argumento tot difficultatibus implicito, vel errores ab eo complures eſſe commiſſos, a Gerh. Cleinſorgio, Bilefeldenſi, J. U. Lic. (A. 1591. mortuo), *in Hiſtoria Weſtphaliæ Eccleſiaſtica* ἀνεκδότῳ, germanice ſcripta, paſſim (teſte Henr. Meibomio Jun. *l. c. p. 73.*) refutatos, vel Epiſcopos nonnullos Paderbornenſes, Monaſterienſes, Oſnabrugenſes & Mindenſes, ejus effugiſſe diligentiam, qvod ab Herm. Hamelmanno, *P. I. Chron. Oldenb., c. 22., p. 72.*, eſt obſervatum, &, ex iſto, in Mart. Zeileri *de Hiſtoricis Tractatu, P. I., p. 31.*, repetitum. Judicium Ant. Poſſevini, Jeſuitæ, de editione Francofurtenſi inclemens (*T. I. Appar. ſacri p. 30.*), qvod illam, juxta Clementis VIII. Indicem, monet eſſe purgandam, nemo cordatus morabitur.

Defenſorium Eccleſiæ, ſeu Speculum Hierarchiæ eccleſiaſticæ, contra mendicantes Doctores, e MSto anni 1514. adjectum Vitæ Krantzii Germanicæ, ἀνωνύμως a Nicolao Wilkens, J. U. D., Hamburgi A. 1722. *in 8.* editæ. Invectiva eſt acris, & lectu digna, in monachos mendicantes, aliosqve eccleſiaſtas hypocriticos ac officii ſui immemores.

Oratio ad Chriſtum, de illius paſſione, in *Curſu de domina ſecundum Eccleſiam Hamburgenſem*, Roſtochii A. 1522. excuſo, *p. 128. & ſeqq.*, ac, ex iſto, in Joh. Alb. Fabricii *Mantiſſa Memoriarum Hamburgenſium, Jubileo prima Gymnaſii Hamburgenſis* A. 1715. adjecta, *p. 127-132.*, juris facta publici.

Conſilium juridicum de ordine & privilegiis creditorum in bonis ſuorum debitorum, qvod legitur inter *Reſponſa juris Academiarum & JCtorum Germaniæ*, a D. Laur. Kirchovio collecta, *Tomo IV.*, Francof. A. 1572. in fol. excuſo, *p. 43-53.*

Vita Ansgarii, primi Archiepiſcopi Hamburgenſis, ſeorſim ſcripta, ac proinde a *Libro I. Metropoleos*, qvo eadem paſſim fuſe exponitur, diverſa, ei a Jos. Simlero *p. 17.*, & Joh. Jac. Friſio *p. 19. Biblioth. univerſalis Conr. Geſneri, a ſe continuatæ*, tribuitur. Verum iſta non ipſius eſt fœtus, ſed Remberti, ſucceſſoris Ansgarii, ac una cum vita Remberti, per Adalgarium, uti creditur, ſcripta, per Krantzium Jac. Drieſcho, antiſtiti Gulielmitarum Brugenſium, ut ederetur, in Belgium transmiſſa fuit, imo forte etiam dedicata, & e MS. hoc tandem a Jac. Meiero, celebri rerum Flandricarum Hiſtorico, publicata. Docuerunt hoc me verba editoris ipſius, Jac. Meieri, ſeqventia, *e Chronico Flandriæ, ad A. 887.*, a Voſſio (*L. 2. de Hiſt. Lat., c. 38., p. 334.*) allegata: *Vitam Remberti, una cum vita Divi Ansgarii Hamburgi conſcriptam, datamqve ab Alberto Crantz Jacobo Driſcho, antiſtiti Gvilielmitarum Brugenſium, in aliis lucubratiunculis noſtris edidimus, lyricisqve eum verſibus celebravimus.* Qvibus gemina ſunt hæc ipſius Voſſii (*L. 3., c. 10., p. 647.*): *Alberto Kranzio æqvalis fuit Jac. Drieſchus, ut cui is dedicavit vitam S. Remberti. Epiſcopi Bremenſis, & S. Ausgani* (leg. Ansgarii) *Hamburgenſis, qvas vitas edidit Meierus.* Confer, qvæ hanc in rem, in *Iſagoge ad Hiſt. Cimbr., P. I., c. 6., §. 24., p. 107., & P. II., c. 3., §. 10., p. 60. 61.*, jam diximus. Certiora afferre poterunt, qvi editionem hanc Meierianam, cujus apud Voſſium ſolum mentionem obſervavi, ſuis ipſimet oculis uſurparunt. Val. Andr. Deſſelius, *in Biblioth. Belg. p. 422.*, vitam Ansgarii, a Jac. Meiero editam, ex ejus *Chronico Flandriæ* (*ad A. 830.*) allegat qvidem, ſed Meiero ipſi, tanqvam autori, perperam tribuit.

Novam

Novam operum Krantzianorum editionem ſe moliri, D. Joh. Andr. Schmidius, Theol. Prof. in acad. Julia primarius, Chriſtiano Wilhelmo Eybemio, Conſiliario Holſato-Gottorpienſi, in literis, d. 30. Jun. A. 1709. exaratis, ſignificavit. Conf. de illa Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 791.*

ב. INEDITA.

Quæſtiones in libros Ethicorum Ariſtotelis ſubtiliſſimæ.
Quæſtiones ſuper libros X. Metaphyſicorum Ariſtotelis.
Libri IV. Philoſophiæ Naturalis.
Expoſitio ſuper libr. Ariſtotelis de anima.

Superſunt hæc quatuor ἀνέκδοτα in bibliotheca Academiæ Lipſienſis Paulina, inter Codices facultatis philoſophicæ & Collegii Principum Majoris MSStos, teſte Joach. Fellero *in Catalogo MSStorum Biblioth. Lipſ. p. 355. 356. 389.* Nec errabit forſitan, qvi Krantzio etiam aſſeret, qvæ eodem cum prioribus Codice continentur, ſed abſqve autoris nomine *p. 356.* iſtis ſubjunguntur:

Quæſtiones ſuper Ariſtotelis { libros IV. Meteororum.
\- - - - - - - { libr. de coelo & mundo.
\- - - - - - - { parva naturalia.

Verſus, qvos eum ſcripſiſſe Joach. Mollerus, *in præf. Metropoleos*, teſtatur.

FALSO EI ATTRIBUTA.

Tractatus de Romanis Pontificibus, & præſertim de Victore II. Papa, alias Epiſcopo Ayſtettenſi, a Ludovico Jacobo a S. Carolo, Carmelita Gallo, *P. II. Biblioth. Pontificiæ p. 243.* Quem allegatione Catalogi Pontificum, in *Metropoleos* Krantzianæ librorum IIdi, Vti, IXni & XIImi primis capitibus obvii, deceptum eſſe *P. I. Iſag. ad Hiſt. Cimbr., c. 6., §. 24. p. 107.*, jam indicavi, & poſt me Caſp. qvoqve Sagittarius, *in Introd. in Hiſt. Eccl., c. 25., §. 14., p. 661.*, monuit.

Tract. vom Untergange des Römiſchen Reiches (i. e. *de Imperii Romani interitu*), a D. Joh. Ad. Scherzero, Theologo Lipſienſi, in der Deduction wieder Joh. Schefferi Türckenſchrift, *p. 128.*

Grammatica græca, apud Auberios A. 1593. in 8. edita, in bibliopolii cujusdam Catalogo.

Opuſculum de Polonia Mart. Cromeri, qvod, Vandaliæ Krantzii, citra nomen autoris, ſubjunctum, huic nonnullos perperam tribuere, teſtatur Mart. Hanckius *in Lib. de eruditis Sileſiis indigenis, c. 8., p. 44.*

PETRUS LAMBECIUS,

Hamburgenſis, die 13. Aprilis Gregoriani A. C. 1628., uti ipſemet (1.) teſtatur, in lucem editus, patrem habuit Heinonem Lambeckium, ſcholæ trivialis in urbe Hamburgenſi Jacobææ, per annos LI., Arithmeticum, de cujus ſcriptis, ac in cives meritis, plura *Tomo I.* hujus Operis (2.) ſunt narrata, matrem vero Lucæ Holſtenii, Polyhiſtoris Hamburgenſis celeberrimi, Præfectiqve, cum religionem mutaſſet, bibliothecarum in civitate Romana Barberinianæ ac Pontificiæ illuſtris, & Baſilicæ D. Petri Vaticanæ Canonici, ſororem. E fratribus duobus, qvi literis itidem operam dederant haud infelicem, & qvos inter naſcendi ſeries eum collocarat medium, Johannes, natu major, Romæ obiit, & in æde Germanorum ſacra tumulum invenit (3.); Lucas autem, natu minor, Medicinæ Doctor Patavii A. 1660., qvo noſter ei *Tabulas* ſuas *in* Phil. Cluverii *Introductionem Geographicam* inſcribebat *Synopticas*, creatus, eodem teſte (4.), Hamburgi, poſt reditum, die 4. Maji A. 1661., morte immatura, & vulnere qvidem, ſicut ab amicis accepi, lethali qvintuplici, qvod ipſe, melancholia laborans, triduo ante ſibi inflixerat, eſt extinctus. Utrumqve, ſicut vitæ ſpatio, ita doctrina qvoqve ac fama, cito ſuperavit, ingenii alis provectus eximii, præcocis, memoriaqve corroborati tenaciſſima, qvod Lucas Holſtenius, avunculus, in Epiſtolis, qvibus puero juveniqve, ſponte licet currenti, ſubinde calcar addebat, familiaribus, junctim aliqvoties editis (5.), Gabr. Naudæus in epigrammatis duobus, inter Elogia infra recitandis, aliiqve plures (6.), merito celebrarunt. E Præceptoribus, ipſemet Joh. Palladium, Pædagogum domeſticum, *in Notis in ſecundam Holſtenii ad ſe Epiſtolam* (7.), & Joh. Adolphum Taſſium, Gymnaſii, qvod aliqvamdiu freqventavit, patrii Hamburgenſis Profeſſorem Mathematicum, in *Orationis parentalis*, huic ſcriptæ, fragmento (8.), mentione grata dignatus eſt atqve honorifica. Studiis academicis & itineribus literariis jam maturo Lucas Holſtenius, avunculus, ſumptus iſtorum liberaliter & pollicitus, & poſtea largitus, in qvarta ad eum Epiſtola (9.), M. Novembri A. 1645., ut Germaniæ, illiusqve Academiis, regiones præferret exteras, verbis ſvaſit, nec difficulter perſvaſit, ſeqventibus: *Ego indolem tuam exoſculor, & animum bonæ mentis amantem non ſolum laudo, ſed etiam exſtimulo, & qvam poſſum maxime cohortor, ut, ſpretis Germanicarum Academiarum ganeis & popinis, qvibus ingenium pariter & pudor deteritur, ad celebriores Belgii, Galliæ & Italiæ, ſcholas qvamprimum te conferas, &, clariſſimis Europæ luminibus te adjungens, iis virtutis & ſapientiæ magiſtris utare. - - Eſt mihi Bibliotheca, Codicibus non ſolum editis, ſed etiam manuſcriptis, Græcis præſertim, probe inſtructa, qvam ego cum Craſſorum veſtrorum opibus commutare nolim. Hæc* χρύσεα χαλκείων *tua erit, ubi ad me veneris. Venies autem, ſi ſtudiis tuis conſultum velis; qvæ nulli mortalium magis, qvam mihi, curæ cordiqve erunt. Si parentes Italicæ profectioni obluctentur, haud improbaverim, imo ſvaſerim etiam, ut Belgium primum adeas, atqve inde te conferas in Galliam, unde facilior in Italiam excurſus.* Conſilio huic avunculi noſter, anno ætatis 18., eſt obſecutus, &, M. Decembri A. 1645. (10.), Hamburgo, itinere maritimo hyberno, Amſtelodamum profectus, Gerh. Joh. Voſſium & Caſp. Barlæum, Profeſſores Gymnaſii urbis iſtius inclytos, qvorum illi a Frid. Lindebrogio, JCto Hamburgenſi πολυμαθεστάτῳ (11.), utriqve autem ab Holſtenio ſuo (12.), literis commendatus erat ſyſtaticis, aliosqve viros eruditos, ſtudiorum polymathiæ elegantioris univerſæ, præſertim vero Græcorum, Philologico-Criticorum, Hiſtoricorum ac Geographicorum, ad avunculi nutum, majori tractatorum induſtria, duces, invidendo, per octo circiter menſes, habuit, cum ſucceſſu. Ephorus eorundem, conſilio operaqve juvenem adjuturus, ipſi ab Holſtenio adjungebatur Bartholdus Nihuſius, Theologus eruditus (13.), ſed a Lutheranis jampridem ad Pontificios transgreſſus, qvi vitam tunc exul Amſtelodami agebat privatam, & primus forte mutandæ deinceps, ſuo avunculiqve

(1.) *Sub initium Catalogi Scriptorum ſuorum*, Vindobonæ A. 1673. editi, & *in Notis in Lucæ Holſtenii Epiſtolam ad ſe primam p. 3. edit. Jenenſis.* (2.) *p. 322.* (3.) V. noſtri *Lib. I. Comm. de Biblioth. Cæſarea p. 11.*, & *Notas in L. Holſtenii Epiſtolam ad ſe tertiam p. 6. 7.* (4.) *in Notis modo citatis p. 6. 7.*, & *in Catalogo ſcriptorum ſuorum Vindobonenſi p. m. 5.* (5.) Vide præſertim *Epiſtolas 1. 2. 3. 6. & 7.* (6.) V. Chriſtoph. Græfii *P. II. Dyotæ ſacræ, ſive Politicum Orientalem, p. 40.*, Burch. Gotth. Struvii *Introduct. ad notit. rei lit., c. 2., p. 44. edit. prima*, M. Dav. Schulteti *Acceſſiones ad Adr. Baileti Lib. de Doctis præcocibus p. 29. 30.*, &c. (7.) *p. 5.* (8.) *V. Orat. ejus p. 53.* (9.) *p. 8. 9. 10.* Conf. Joh. Frid. Mayeri *Diſſ. de* Προσκύνησει *ad Luc. VIII. 13., c. 3., §. 5., p. 30.* (10.) *V. Notas ipſius ad Ep. 7. Holſtenii p. 18.* (11.) Lindebrogii Epiſtolam de illo ad Voſſium invenies *in Appendice Epiſtolarum Voſſii, num. 407., p. 278.* (12.) V. hujus *Epiſt. V. ad Lambecium p. 12.* (13.) V. Holſtenii *Epiſt. VI. p. 15. 16.*, & J. F. Mayerum *l. c.*

cujqve exemplo, religionis autor Lambecio jam tunc extitit. Juſſus præterea noſter eſt ab eodem, ſtudiorum Geographicorum, Amſtelodami maxime florentium, amantiſſimo (14.), gnaviter dare operam ut πινακογραφίαν & ὑδρογραφίαν, ſive artes Tabulas Geographicas nauticasqve componendi, a magiſtris delineandi addisceret optimis, nec ſumptui ea in re parcens, nec tempori; qvod cæteræ ſcientiæ ubivis locorum, hæ vero Amſtelodami tantum, percipi poſſint. Anteqvam Amſtelodamo diſcederet, Themidi ſtudia ſua addixit, &, jurisprudentiæ literisqve elegantioribus ſimul, majori cum profectu, operam daturus, Holſtenii juſſu, luſtratis ante Academia Leidenſi, atqve civitatibus Belgii fœderati præcipuis, ex hoc in Galliam trajecit, ſuperatoqve naufragii periculo Lutetiam M. Septembri A. 1646. pervenit (15.). Per annum illic integrum, & qvod excurrit, in familia vixit Franciſci Barberini, Cardinalis, Roma tunc in Galliam, ut Innocentii X., Pontificis, evitaret inſidias, digreſſi, nepotemqve hunc Holſtenii, clientis ſibi chariſſimi, ejus cauſa, humaniſſime exceptum, plurimis proſecuti beneficiis (16.). Iſaaci enim Voſſii atrocem, de Barberini commercio contra naturam cum Lambecio turpi atqve inceſto, criminationem Gothofr. Gvilh. Leibnitius (17.) merito jampridem mendaciis, qvibus Criticus iſte maledicentiſſimus homines alios, traducere ſolebat eruditos, accenſuit. Familiari ibidem gaviſus conſvetudine, non ſolum Pet. Dan. Huetii, juvenis tunc jam eruditiſſimi, amicum hunc honorifica mentione in Vitæ ſuæ dignati hiſtoria (18.), ſed Petri etiam ac Jacobi Puteanorum, Claud. Sarravii, Jac. Sirmondi, Dion. Petavii, Gabr. Naudæi, Chriſtoph. Juſtelli, Henr. Valeſii, Benj. Prioli, aliorumqve virorum, qvos Barberini autoritas & literæ Holſtenii commendatitiæ ipſi conciliaverant, doctiſſimorum (19.), & ex illorum colloqviis, & e libris rarioribus, ac Codicibus præſertim, qvos aſſidue excutiebat atqve conferebat, MSStis, Bibliothecarum Regiæ Fratrum Puteanorum, ac Mazarinianæ Naudæi cuſtodiæ commiſſæ, nec non Thuaneæ, Memmianæ, aliarumqve monaſticarum & privatarum, ingentem eruditioni ſuæ paravit acceſſionem. Cujus ſpecimina jam tunc præclara orbi ſiſtebat literato, annos licet vix natus novendecim, *Prodromo Lucubrationum in A. Gellii Noctes Atticas criticarum* A. 1647. Pariſiis publicato, Holſtenioqve ſuo Epiſtola inſcripto dedicatoria, ac *Syntagmate Originum & Antiqvitatum Conſtantinopolitanarum*, qvod octennio poſt ibidem prodiit, collecto atqve editioni parato. Lutetiæ qvoqve, Eccleſia Lutherana, Holſtenii avunculi exemplo, qvamvis clanculum, deſerta, Pontificiæ dogmatis a Jac. Sirmondo, Jeſuita eruditiſſimo, qvi ipſum etiam Holſtenium illius reddiderat Proſelytum, eſt imbutus, & in hujus caſtra traductus, anno eodem (ad qvem apoſtaſia ejus, licet tribus demum poſt luſtris innotuerit, a Gothofr. Arnoldo (20.) merito eſt relata) 1647. Clandeſtini hujus tranſitus ad Pontificios Pariſienſis notitiam narrationi debeo viri illuſtris, Marqvardi Gudii, Lambecio familiariſſimi, & Epiſtolæ, qvam is poſſidebat mihiqve oſtendebat, Claudii Sarravii, Senatoris curiæ ſupremæ Pariſienſis Reformati, Gallicæ ἀνεκδότῳ, ad Claud. Salmaſium A. 1647. exaratæ, & in Syntagmate Sarravianarum excuſo fruſtra a me qvæſitæ. In qva, Lambecium, nepotem Holſtenii, a Jac. Sirmondo, in Jeſuitarum ſocietatem eum pertrahere conato, & Theoph. Brachero Milleterio, Apoſtata Gallo, perſvaſum, ad Pontificios defeciſſe, verbis tradebatur diſertis. Apoſtaſia hac occulta Holſtenio gratificatus avunculo, Lutetia relicta, juſſu illius, iter ingrediebatur Italicum, Romamqve, Octobri anni 1647. exeunte, delatus (21.), non in Franc. Barberini, Cardinalis, tunc in Gallia exulis, aula (ſicut olim (22.) perperam credidi, & Caſp. Sagittarius (23.), aliiqve, meam ſecuti narrationem, itidem tradiderunt), ſed in Holſtenii convictu, biennium, teſte Claud. Sarravio (24.), tranſigebat, Hiſtoriæ literisqve vacans humanioribus, continuum. Minuit tamen præſentia hæc Holſtenii de indole ac virtutibus Lambecii, nepotis ſui, expectationem. Qvem, virum non probum minus ac placidum qvam eruditum, cum noſtrum ingenio eſſe ferociori, parumqve tractabili, nec moribus ſuis congruo, perſpexiſſet, & abiturum præterea multos ſibi Codices ſurripere voluiſſe MSStos reſciviſſet, alieniorem deinceps ab illo fuiſſe, & Roma jam digreſſo ingratitudinem, aliaqve vitia, Epiſtolis aliqvot exprobraſſe objurgatoriis, a Marqv. Gudio, qvi ſe iſtas aſſervare addebat, accepi. Ex Italia in Galliam, ſub finem anni 1649., reverſus, Toloſæ ſtudiis Juridicis per annum diligenter incubuit integrum (25.), Caroliqve de Montchal, Archiepiſcopi urbis iſtius doctiſſimi, cui a Franc. Barberino, Cardinali, & Holſtenio erat commendatus, non patrocinio ſolum, ſed & convictu, in ejus palatio, per octo menſes gaviſus eſt continuos (26.). Ex Academia Toloſana (qvam ſtudiorum ſedem, ante abitum in Italiam, jam habuiſſe a Barthol. Chriſt. Richardo (27.) perperam traditur) Lutetiam perrexit, amicisqve veteribus, Puteanis, Sarravio, Sirmondo, Naudæo, atqve compluribus aliis, denuo ſalutatis, Bibliothecas metropoleos hujus Gallicæ ſedulo iterum excuſſit, &, cum Hiſtoriam rerum urbis patriæ Hamburgenſis, amicis iſtis applaudentibus, jam tunc moliretur, in monaſtica S. Germani Pratenſis Vitam S. Ansgarii, primi illius Archiepiſcopi, duplicem, alteram proſa a Remberto ſucceſſore, alteram ligata oratione a Monacho Corbejenſi compoſitam, lætus in Codice pervetuſto reperit membranaceo. Utramqve, permittente Bibliothecæ Præfecto, mox deſcripſit, & A. 1652., *in Appendice Originum Hamburgenſium*, cum annotationibus ſuis, juris fecit publici (28.). Itineri literario, a parentibus revocatus, provinciis Belgii utriusqve antea iterum peragratis, ac Dav. Blondello (cui Claud. Sarravius Lutetia abiturum d. 22. Sept. A. 1650. literis commendabat ſyſtaticis (29.)) Amſtelodami, aliis autem hominibus eruditis in urbium cæterarum tranſitu, ſibi conciliatis, A. 1650. finem imponebat, &, hoc exeunte, Hamburgum revertebatur. Illic, qvamvis ante triennium jam ad Pontificios clam defeciſſet, externa Lutheraniſmi profeſſione cives incautos fefellit, nec multo poſt muneri admotus eſt hiſtoriam in Gymnaſio docendi publico, qvod, ſub finem anni 1651. ſibi collatum, ſeqventi 1652., die 13. Januarii, Declamatione ſolenni *de Hiſtoriarum cum cæteris ſapientiæ & literarum ſtudiis conjunctione*, inter Orationes reliqvas primo loco excuſa, auſpicabatur. Erravit enim Joh. Schmidius, Profeſſor Lipſienſis, qvi (30.) Hamburgi cum Lucæ Holſtenio, avunculo, in officio tradidit ſucceſſiſſe ſcholaſtico, cum nec ipſe ſcholæ inferiori unqvam inſervierit, nec Holſtenius vel tali, vel ullo alio, Hamburgi munere functus ſit publico. Diligentiæ, qva Auditores, non in Hiſtoria ſolum, ſed & Jurisprudentia, per decennium erudiit, teſtes ſunt Prælectiones, partim publicæ, partim privatæ, qvibus, ex antiqvis, Livium, Tacitum, Diogenem Laertium, Sulpitium Severum & *Inſtitutiones* Juſtinianeas, e recentioribus vero Valent. Forſteri *de Hiſtoria Juris civilis*, Wilh. Beckeri *de Jure publico Imperii Romano-Germanici*, Joh. Sleidani *de IV. ſummis Imperiis*, Car. Sigonii *de Republica Hebræorum*, Ubb. Emmii *de Rebuspublicis Græcis*, Polydori Virgilii *de Rerum inventoribus*, Jac. Middendorpii *de Academiis* libros, & Joh. Jac. Friſii *Bibliothecam Autorum claſſicorum chronologicam*, dextre docteqve

(14.) *Epiſt. VII., p. 19.* (15.) V. L. Holſtenii *Epiſt. XIII. ad illum p. 52-56.* (16.) V. Holſtenii *Epiſtolas IX. XVI. XVII. XVIII. XIX. & XXI. ad Lambecium.* (17.) teſte Joach. Frid. Fellero *in Otio Hannoverano p. 223.* (18.) *Lib. I. Comment. de rebus ad ſe pertinentibus p. 28. 29.* (19.) V. de his Holſtenii *Epiſtolas IX. XII. XIV. XV. XVI. XVII. ac XXI. ad Lambecium, Lambeciiqve Notas ad easdem.* (20.) *T. II. Hiſt. Eccl., Lib. 17., c. 3., p. 453.* (21.) V. Holſtenii *Epiſt. 18. ad illum p. 73., & Ep. 21. p. 83. 84.* (22.) *Parte IV. Iſagoges ad Hiſt. Cimbr., c. 8., § 6., p. 537.* (23.) *in Introduct. in Hiſt. Eccl., c. 12., §. 48., p. 106.* (24.) *Epiſt. 246. ad Dav. Blondellum p. 240.* (25.) V. eandem Sarravii *Epiſt. 246. ad Blondellum p. 240.* (26.) V. Lambecii *Epiſt. dedic. Syntagmatis Originum & Antiqvitatum Conſtantinopolitanarum ad Franc. Barberinum*, & L. Holſtenii *Epiſt. 22. ad Lambecium p. 85. 86. 87.* (27.) *in Hiſtoria Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis p. 95.* (28.) *V. præfat. Appendicis illius.* (29.) Invenies illas in Syntagmate Epiſtolarum Sarravii, Trajecti A. 1697., ſub finem Gudianarum, recuſo, *num. 246., p. 240.* (30.) *in Diſſ. de Palinodia Eruditorum, §. 52.*

doctequе illuſtravit, luci ab ipſo publicæ fruſtra deſtinatæ, ſed in Bibliothecis tamen qvibusdam Hamburgenſibus etiamnum obviæ, & infra in ἀνεκδότων illius enumerandæ Catalogo. Profeſſioni Hiſtoricæ, qva fungens in Galliam denuo brevi excurrerat itinere, & Doctoris Juris utriusqve reportarat titulum, Rectoris Gymnaſii Hamburgenſis dignitas, in qva Joach. Jungio (A. 1657. extincto) Ephororum electione d. 24. Nov. A. 1659. ſubrogabatur, d. 12. Jan. A. 1660. in ſolenni adjecta eſt panegyri, publiceqve ab ipſo recitata *Oratio*, qvæ inter reliqvas illius prodiit (31.), *inauguralis de Gymnaſii Hamburgenſis origine, & fructu, qvem ex eo Reſpublica percepit, multiplici* (32.). Non omnia autem Lambecio in urbe natali (paris in Wouwerium, Huswedelium, Holſtenium, Morſium, aliosqve cives eruditiſſimos, rea ingratitudinis) ad votum fluxiſſe, qverelæ oſtendunt crebræ, *in Orationibus Programmatisqve*, junctim A. 1660. editis, non de diſcipulorum Gymnaſii tantum inobedientia & contumacia (33.), ſed inimicorum etiam, obtrectatorumqve malevolorum, ἑτεροδοξίας ſe, imo Atheiſmi ipſius, inſimulaſſe haud veritorum, moremqve ſuum in prælectionibus nihil niſi compoſitum ac meditatum in medium afferendi, & ſcripta luci expoſita, acerbe criminatorum, multitudine atqve calumniis (34.), publice effuſæ. Ad hæc adverſa tandem acceſſit tædium conjugii infelicis, A. 1662. temere atqve inauſpicato contracti cum virgine vetula Anna ab Emerſen, divite qvidem, ſed moroſa, parca atqve avara, per decennium ipſi ſuperſtite, & anno demum 1690., die 31. Decembris, Hamburgi defuncta. Cum qva cum ipſi, novæ nuptæ opibus fruſtra inhianti, male mox conveniret, a Chriſtina, Svecorum Regina, Hamburgum tunc delata, & ad abitum in Italiam eum invitante, perſvaderi ſibi haud difficulter eſt paſſus, ut, duabus poſt nuptias hebdomadibus vix elapſis, patriam pariter atqve uxorem, die 14. Apr. A. 1662. (35.), ſubito clam deſereret, nunqvam rediturus, & religionem, cui occulte hactenus adhæſerat, Pontificiam apud exteros palam deinceps amplexurus. Cauſas ſubitæ hujus migrationis, mutatiqve ſimul vitæ generis, ipſe, in *Epiſtola* ad Renatum Franciſcum Sluſium de ſecundo ſuo *Itinere Italico* (36.), detegere huic Canonico Leodienſi, ſibi licet amiciſſimo, noluit, ſeqventia inculcaſſe contentus: *Si qvæſieris, qvæ hæc ſint ænigmata, hoc reſponſo velim contentus ſis, perſonas hujus dramatis, qvæ ſordidiſſima avaritia ſua, & hinc profecta intolerabili iniqvitate, mutandi generis vitæ neceſſitatem mihi impoſuerunt, indignas eſſe, qvarum memoria ad poſteritatem propagetur.* Præcipuam illarum tamen conjugium fuiſſe inauſpicatum, Daniel Neſſelius indicavit, Lambecii in Bibliothecæ Cæſareæ præfectura ſucceſſor, qvo teſte (37.) noſtrum *vel malignitas fati, vel potius præcipitanter & incaute, adeoqve infelici ſidere, A. 1662., d. 18. Januarii* (vel potius ſub finem Martii), *Hamburgi contractum matrimonium, eo redegerat, ut alterutrum ipſi neceſſario eligendum fuerit, vel reliqvum vitæ tempus, cum maximo reipublicæ literariæ damno, in perpetua conſumere inqvietudine ac mœrore, vel priſtinam tranqvillitatem voluntario recuperare exilio.* Plura de iſto, ab amicis mihi narrata Hamburgenſibus, jam olim, *Parte IV. Iſagoges ad Hiſtoriam Cimbricam* (38.), in Vitæ hujus noſtri annali compendio, &, ex illo, Pet. Bælius, Caſp. Sagittarius, aliiqve, de eadem poſtea breviter commentati, ac infra enumerandi, repetierunt. Qvibus Joh. Burch. Menckenius etiam (39.) & M. Gottfr. Bötnerus (40.), qvi malis eruditorum uxoribus, Xantippes æmulis, conjugem annumerarunt Lambecianam, poſſunt adjungi. Addenda tamen eſt tædio conjugii infelicis, ſicut, præter alios (41.), ab Herm. Conringio, qvi ἀποστασίαν Lambecii amicis prædixit, ſed monachum tamen eum fore falſo conjectavit, vere eſt monitum, ambitio noſtri ἀψίκορος, in *Conringianis Epiſtolicis* (42.) cenſura ſeqventi notata: *Lambecius ingenio & judicio valet ſupra ætatem. Sed ambitio non paſſa eſt illum ſua ſorte contentum & tranqville vivere. Cum domi itaqve res nonnihil anguſtior eſſet, duxit, ſpe divitiarum, virginem vetulam, ſed paſſim decantatæ moroſitatis. Etiam ibi itaqve non repertis iis, qvæ ſperaverat, inconſultæ temeritatis juvenis, ſede ſic ſatis commoda relicta, aufugit Romam; unde jam reditum parat Viennam, forte in ſodalitium Blumii* (Henrici Julii Blumii ſcilicet, ad Pontificios tunc itidem transgreſſi) *conceſſurus. & ex deſperatione tandem, cum Blumio, futurus monachus. Indubie tamen ipſemet obſervaſti animi non contenti ſua ſorte indicia, in libro ſaltem ſecundo Hamburgenſis urbis Hiſtoriæ. Doleo tam eximii ingenii, & mores illos, & illud fatum: qvod tamen ego dudum amicis ipſius intimis prædixi. Hiſtoriæ literariæ perficiendæ impar eſt: itaqve non eſt qvod hæc te cura maceret. At patriæ urbis rebus ſcribendis non temere qvisqvam illi ſecundus invenietur.* Qvo ſpectant etiam, qvæ in iisdem (43.) alibi leguntur: *Lambecii abitionem dudum veritus ſum: obſervans in ſcriptis illius non occultum nimiumqve in partes Papiſticas favorem, & de patria non ex voto grata qverelas.* Hamburgo d. 14. Apr. A. 1662. digreſſus, Magdeburgo, Lipſia, Dresda & Praga, in itinere luſtratis, Vindobonam Auſtriæ die 3. Maji perveniebat, & ſexto ejusdem menſis ad Leopoldum Imperatorem, Phil. Millero, Jeſuita, qvi a ſacris huic erat confeſſionibus, cuiqve noſter Gvilh. Gothofredi, Monachi ordinis ejusdem Hamburgenſis, commendatione innotuerat, aditum parante, admittebatur. Cui cum *Prodromum* ſuum *Hiſtoriæ literariæ*, Monarchæ huic inſcriptum, *Librosqve duos rerum Hamburgenſium*, coram offerret, non clementiſſime ſolum eſt auditus, ſed & paulo poſt torqve numismateqve donatus aureo. Vindobona, exeunte Majo, diſceſſit, iterqve ſecundum ingreſſus Italicum Venetias d. 13. Junii appulit, ac, miſſis inde ad Senatum Hamburgenſem literis, Gymnaſii patrii profeſſioni pariter atqve præfecturæ renunciavit. Romam hinc, viſis in tranſitu urbibus aliis, domoqve D. Mariæ, qvæ Laureti ſupereſſe fingitur, devote, vel ſuperſtitioſe potius, adorata, d. 8. Julii delatus, cœtui ſe Eccleſiæ Pontificiæ, cui per tria hactenus luſtra clam adhæſerat, publice aggregabat, & a Franc. Barberino, Cardinali, Patrono vetere, & nunc iterum hoſpite, multis cumulabatur beneficiis. Cui tamen, per Lucam Holſtenium, avunculum ſuum, anno præcedente 1661. Romæ mortuum, bonorum omnium ex aſſe ſcripto hæredi, tacite hæreditatem iſtam invidit, doloremqve ſuum, qvod ipſe, nepos ex ſorore, eadem excidiſſet, cum ſepulchra Holſtenii, fratrisqve Joh. Lambecii, in æde Germanorum, inviſeret, verſu hoc teſtatus ſolatusqve ſimul eſt Homerico:

Verum hæc acta qvidem, mœſti licet, ire ſinamus.

Conſvetudine ſua Romæ illum oblectarunt, præter Marqvardum Gudium, popularem eruditiſſimum, amici veteres, &, hos inter, Leo Allatius (qvo duce Bibliothecam perluſtrabat Vaticanam) atqve Athanaſius Kircherus; ſingulari autem favore dignum judicarunt atqve gratia, præter Barberinum, Chriſtina, Svecorum Regina, Azzolinus atqve Chiſius, Cardinales, &, qvem, horum beneficio, coram ipſi d. 20. Auguſti compellare licuit, Alexander VII., Pontifex maximus. Qvi noſtrum, pedes ſuos oſculatum, poſt colloqvium de re literaria, ultra horam humaniſſime continuatum dimidiam, ſeqventi die redire juſſit, Bibliothecam ſe ipſi monſtraturum eſſe pollicitus privatam, biduo poſt, cum Pontifici, ob pugnam militum præſidiariorum Corſicanorum, cum Creqvii, Legati Gallici, miniſtris feralem, turbasqve

(31.) *p. 60. & ſeqq.* (32.) Conf. Joh. Alb. Fabricii, *P. II. Memor. Hamb. p. 1068. 1075.* (33.) *p. 62. 100. 104.* (34.) *p. 38. 39. 41. 61. 62. 76. 77.* (35.) V. ipſius *Epiſtolam ad Renatum Franciſcum Sluſium, Libro I. Comment. de Biblioth. Cæſarea, p. 1. 2. 3.* (36.) *l. c. p. 2.* (37.) *in Additamento* II. *Breviarii & Supplementi Comm. Lambecii de Biblioth. Cæſarea p. 172.* (38.) *c. 8., §. 6., p. 538.* (39.) *in Epithalamio in nuptias D. Gothofr. Olearii germanico, Parte V.* des Muſen *Cabinets recuſo, p. 123. 124.* (40.) *Diſp. I. de Malis Eruditorum Uxoribus* (Lipſiæ A. 1705. edita), *§. 21., p. 20. 21.* (41.) V. Frid. Ern. Kettneri *Exerc. de Religione prudentum, Th. 51., p. 65.* (42.) *p. 279. edit. Helmſtad. ſecundæ A. 1719. auctioris.* (43.) *p. 111. edit. Helmſt. A. 1708. prioris.*

qve hanc ſecutas, adeſſe haud liceret, præſente Jacobo Ninio, ſupremo cubiculi illius Præfecto, luſtratam. Roma die 23. Auguſti digreſſus, Florentiæ a Ferdinando II. ac Leopoldo, Hetruriæ Principibus, ad qvos Car. Datius & Ant. Magliabecchius, amici, aditum ipſi paraverant, benigne aliqvamdiu habebatur, &, Bibliotheca Medicea accuratius excuſſa, ſcriptorum, a ſe hactenus editorum, Indicem, amicorum rogatu, ibidem ſeorſim curabat imprimi. Vindobonam tandem, ſalutato ante Oeniponti Ferdinando Carolo, Archiduce Auſtriaco, literisqve Franc. Barberini, Cardinalis, commendatitiis huic oblatis, die 28. Sept. A. 1662. reverſus, itineri huic ſecundo Italico, qvod in Epiſtola ipſiusmet de illo, ad Renatum Franciſcum Sluſium, J. U. D., Canonicum ædis Lambertinæ Leodienſem, & Conſiliarium Electoris Colonienſis intimum, Kal. Dec. A. 1663. exarata, *Libroqve I. Commentariorum de Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi* inſerta, fuſius eſt deſcriptum, finem impoſuit. Bibliothecam hanc Cæſaream, duce Præfecto illius, Matthæo Mauchtero, Theol. Doctore templiqve cathedralis Vindobonenſis Canonico, redux ſtatim perluſtrabat, ſed adeo inveniebat neglectam miſereqve turbatam ac disjectam, ut temperare ſibi non poſſet, qvin verba Phædri de illa uſurparet ſeqventia:

Jaces indigno, qvanta res, dudum loco:
O ſi qvis pretii cupidus tractaſſet tui,
Olim rediſſes ad ſplendorem maximum.

Qvam ſortem theſauri literarii pretioſiſſimi indignam, ſuamqve ſimul ipſius, bibliotheca, qvam Hamburgi reliqverat, propria ſelectiſſima privati, nec certam, poſt diſceſſum e patria, fortunarum ſedem, in qva a peregrinatione qvieſceret, hactenus iterum adepti, vitam erraticam, cum triſtis in hoſpitio perpenderet, incertusqve conſilii de futuro rerum ſuarum ſtatu deliberaret, ſubito illi, præter expectationem, literæ afferebantur Phil. Milleri, Jeſuitæ & aulæ Cæſareæ Theologi, qvibus ſcripto indicare, qvo pacto inſervire Leopoldo Imperatori in aula ſua deſideraret, jubebatur. Paruit his mox Lambecius, &, inopinato erectus nuncio, *votum hoc ſuum*, reſpondit, *ſemper fuiſſe præcipuum, ut occaſionem aliqvando nanciſceretur S. Cæſareæ Majeſtati & auguſtiſſimæ domui Auſtriacæ, ſtudiis ſuis, & obſeqvio humillimo, pro virili parte inſerviendi: Ideoqve, ſi S. Cæſarea Majeſtas in aulam ſuam ſe recipere dignaretur, re ipſa ſe ſinceritatem devotiſſimi iſtius affectus declaraturum, partim qvidem in reſtauranda Bibliotheca Cæſarea, quæ omnem fere priſtinum ſplendorem & uſum perdidiſſet; partim vero in conſcribenda Hiſtoria, tam generali totius Germaniæ, qvam ſpeciali auguſtiſſimæ domus Auſtriacæ, qvod utrumqve argumentum hactenus nondum ſatis eſſet pertractatum; partim deniqve in continuanda hiſtoria literaria, utpote cujus primitiis primum ad benevolentiam Cæſaream ſibi feciſſet aditum.* Qvæ deſideria noſtri atqve promiſſa cum Leopoldo Imperatori, commendantibus eundem, præter Millerum, Johanne Maximiliano, Comite a Lamberg, ſupremo Cubiculi Cæſarei Præfecto, & Johanne Wichardo, Duce de Averſperg, Conſiliario intimo, placuiſſent, collata illi primum eſt, die 27. Novembris A. 1662., una cum Hiſtoriographi Cæſarei officio, Ephoria Bibliothecæ Auguſtæ Vindobonenſis vicaria; eodemqve die Leopoldus ipſe cimeliarcheum ei ſuum, per tres horas, monſtravit pretioſiſſimum, & aliqvot cimeliorum rariorum donavit ectypa. Cui cum die 14. Dec. juramento ſe obſtrinxiſſet ſolenni, non multo poſt, die 26. Maji A. 1663., Præfectus ejusdem Bibliothecæ ſupremus, in locum Matthæi Mauchteri, anteceſſoris, qvi ſponte hoc ſe abdicabat munere, conſtituebatur, &, clavibus per Johannem Maximilianum, Comitem Lambergium, more recepto traditis, inaugurabatur. Uberius hæc omnia ab ipſomet Lambecio, in Epiſtola ad Renatum Franciſcum Sluſium, paulo ante allegata, brevius autem a Dan. Neſſelio, ſucceſſore (44.), Barthol. Chriſt. Richardo (45.), aliisqve, ſunt expoſita. Spartam iſtam duplicem, cui Conſiliarii etiam Cæſarei poſtea adjiciebatur dignitas, nactus, ornare pro virili ſtuduit, &, Bibliothecam Auguſtam inſtaurare aggreſſus, libros illius, præſertim MSStos, *qvorum maxima pars pulverulenta, confuſa, fœtida, & diuturno ſitu propemodum putrefacta, in conclavi latitabat tenebricoſiſſimo, & e ſqvalido hoc carcere in lucem protrahebatur,* propria manu excuſſit, & a ſitu atqve pulvere liberavit. Manuſcriptos deinde ab impreſſis ſeparavit, omnesqve, pro argumenti varietate, in ſex claſſes Theologicorum, Juridicorum, Medicorum, Hiſtoricorum, Philoſophicorum & Philologicorum, multipliciter iterum ſubdiviſas, congruo atqve accurato diſpeſcuit ordine, breviter in Epiſtola ad Sluſium (46.) A. jam 1663. adumbrato. Fuſius eundem Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis (qvæ Codices tunc MSStos 10000., excuſos autem 90000., numerabat) ordinem, & accuratam, qvam hic adhibuit, methodum, ipſemet, Catalogum librorum omnium triplicem, ſeriei numerorum continuæ, argumentorum diverſitati, Autorumqve, alphabetice enumerandorum, notitiæ, accommodandum, ibidem (47.), ſed fruſtra, pollicitus, *in Commentariorum*, qvos de eadem moliebatur, ſed, ob vaſtitatem operis, Tomis licet octo jam editis, moriens imperfectos vixqve inchoatos relinqvebat, uberiorum *libri tertii additamento ſexto*, A. 1670., Schediasmate peculiari hujus deſcripſit tituli: *Sciagraphia ſive Adumbratio ſpecialis & prolixa præſentis ſtatus totius auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ, qvo videlicet modo ea, reſpectu Theologiæ, Jurisprudentiæ, Medicinæ, Philoſophiæ proprie dictæ Hiſtoriæ & Philologiæ, in ſex primarias claſſes diſtributa ſit, & qvo pacto unaqvæqve jam memoratarum ſex claſſium porro ſit diviſa in præcipuas ſuas materias, & unicuiqve materiæ ſubjectos titulos, ac demum qvo ordine ſingula volumina, ad unumqvemqve titulum pertinentia, ſecundum differentiam editionum, diſpoſita ſint & collocata.* Ædificii qvoqve Bibliothecæ curam geſſit, & non ſolum a Leopoldo Imperatore, ut antiqvum, in qvo hactenus aſſervata fuerat, repurgaretur atqve inſtauraretur, obtinuit, inſtauratumqve A. 1663. Inſcriptione ornavit latina (48.), ſed eidem etiam, ut novum, longe vaſtius ac ſplendidius, locoqve ſitum peramœno, theſauro huic literario deſtinaretur, nec multo poſt extrueretur, perſvaſit. Qvanqvam ſtructura illius adeo tardis ſurrexit incrementis, ut nec Leopoldo ipſi, nec Lambecio, abſolutum intueri licuerit (49.). Nec tamen diligentia ſua noſter omnibus potuit ſatisfacere, imo ne ſucceſſori qvidem, Danieli Neſſelio, Ulzena Lüneburgico, J. U. Doctori, Apoſtatæ itidem haud incelebri, ſed Anteceſſore hoc (cui A. 1680., & in cæteris muneribus aulicis, & in Bibliothecæ Cæſareæ ephoria, ſubrogabatur, illaqve ad annum usqve fatalem 1700. fungebatur), cum eruditione ſolida ac multiplici, tum judicii accuratione, inferiori (50.). Huic enim, in Lambecii diſpoſitione ac cura Bibliothecæ Auguſtæ, tum alia nonnulla diſplicebant, tum præſertim, qvod is, ſcriptores ejusdem argumenti conjuncturus, libellos minutiores voluminibus parum decore ſociaſſet atqve immiſcuiſſet grandioribus. Teſtem allego Joh. Chriſtoph. Wagenſeilium, Neſſelio ὁμόψηφον, *in Epiſtola de Hydraſpide ſua, ac itinere Viennenſi, ad Pet. Valckenierium*, A. 1690. Altorfii edita (51.), ita ſcribentem: *Dici non poteſt, qvanta cura & diligentia Dan. Neſſelius, Vir inſignis, dignationisqve eximiæ, ordine concinno nunc omnia in Bibliotheca Cæſarea diſpoſuerit, quæ Pet. Lambecius, V. C., in hoc munere anteceſſor, reliqverat turbatiſſima. Cum enim is libros ejusdem argumenti ſemper ſociare*

(44.) *loco n. 37. allegato.* (45.) *loco num. 27. citato p. 94-100.* (46.) *Lib I. Comm de Vindob. Biblioth p. 71. 72. 73.* (47.) *c. 72.* (48.) Invenies illam *in B. C. Richardi Hiſtoria Biblioth. Cæſar. Vindob. p. 117. 118.* (49.) V. Richardum *l. c. p. 115. 116.* (50.) V. de hoc Neſſelio (qvi Lambecio ſe ſubrogatum eſſe ipſemet qvoqve, *loco n. 37. allegato*, retulit), ejusqve vita & ſcriptis, Joh. Georg. Eccardum im Monatlichen Außzuge auß allerhand Büchern, *M. Jun. A. 1700. p. 332. 333. 334.*, B. C. Richardum *l. c. p. 100-104.*, & Ad. Clarmundum *P. V.* der Lebens-Beſchreibungen gelehrter Leute *p. 147-153.* (51.) *p. 4.*

ciare vellet, fieri aliter non potuit, qvam ut maximos minimis, qvadratos oblongis, commiſceret, & adeò, quæ in unum volumen compacta erant, revelleret interdum, utilitate aliqva, ſpecie vero & decore nullo. Tum vero qverebatur Neſſelius, qvater mille amplius Codices, e Cæſaris Bibliotheca, in ſuas ædes transtuliſſe Lambecium, ut iis ad instituta ſua perſeqvenda uteretur: qvos, poſt fata viri, a propriis ipſius libris ſeparare res fuerit difficultatis propè immenſæ. Eqvidem mirabar, hæc Lambecium ita auſum eſſe. Adverſus qvæ ἐγκλήματα Neſſeliana Lambecio Wilh. Ern. Tenzelius, in Dialogis menſtruis anni 1691. Germanicis (52.), dextre ſatis eſt patrocinatus, & ultimo horum, Bibliothecam noſtri privatam Cæſareæ partem, diu jam ante illius obitum, fuiſſe, non vere minus, qvam appoſite, regeſſit. Hæc enim, viginti annorum ſpatio, in Germania, Gallia & Italia, ab illo collecta, ac, præter volumina circiter 3000. excuſa ſelectiſſima, ducentos Codices complexa MSStos, cujus ipſemet Catalogum duplicem, librorum ſingulorum Autores & argumenta alphabetica enumeraturum ſerie, in Scriptorum ſuorum aliqvoties pollicitus eſt Indicibus, Leopoldo Imperatori, per eum ſuperſtitem, A. jam 1667., pretio 2300. vendebatur Imperialium, & Hamburgo in Bibliothecam Cæſaream Vindobonenſem transferebatur. Qvod & ipſe A. 1670. publice, in Additamento Libri tertii Commentariorum de Bibliotheca Cæſarea ſecundo (53.), fuſius eam deſcribente, eſt teſtatus, & alii confirmarunt (54.). Qvanta in gratia noſter apud Leopoldum Imperatorem, Principem eruditum, ad obitum usqve, Vindobonæ fuerit, vel inde patet, qvod is, conſvetudine ipſius perpetuo delectatus, libros ſibi placituros, ſuaqve lectione dignos, e Bibliotheca conqviri, ſibiqve exhiberi, per eum, voluerit aulica (55.), ſcripta Lambeciana omnia, cenſuræ ſuæ judicioqve ſubjecta, ſtudioſiſſime perlegerit (56.), Autorem vero ſæpius epiſtolis, de qvibus infra dicetur, dignatus ſit αὐτογράφοις, itinerumqve ſuorum non raro juſſerit eſſe comitem. E qvibus mentione duo præſertim digna videntur, A. 1665. inſtituta, ſacrum Cellenſe ad cellam Styriæ Marianam, cujus Diarium, hiſtoriam ejus fuſe exponens, A. 1666. a noſtro eſt editum, & Oenipontanum autumnale, adeundæ hæreditatis Tyrolenſis cauſa, ſuſceptum, annoqve 1669., Libri II. Commentariorum de Bibliotheca Cæſarea capite VIII., prolixe atqve accurate itidem deſcriptum. In qvo poſteriori Lambecius, Bibliotheca Archiducum lineæ Tyrolenſis Auſtriacorum, qvæ in arce Ambraſiana, Oeniponto vicina, aſſervatur, perluſtrata atqve ordinata, Bibliothecam Cæſaream 2072. voluminibus ſelectiſſimis, &, hæc inter, 500. Codicibus MSStis, Vindobonam inde transportatis, atqve eodem capite enumeratis, auſpicato locupletavit. Addi duobus hiſce itineribus meretur tertium, Budam, Hungariæ Metropolin, qvam Turcæ tunc adhuc oppreſſam tenebant, M. Februario & Martio anni 1666., Leopoldi Imperatoris juſſu, in comitatu Waltheri, Comitis a Leslie, Legati in aulam Turcicam Cæſarei, ad reliqvias Bibliothecæ Matthiæ Corvini, Regis Hungarici, olim celeberrimæ perluſtrandas, inſtitutum, &, Capite IX. Libri II. Commentariorum de Bibliotheca Cæſarea, uberius deſcriptum (57.). Veterum in iſto, ſpe ſua fruſtratus, loco theſauri, qvem viſurum ſe putabat, carbones reperit. Ægre enim in cryptam palatii regii Corviniani ſubterraneam, in qva reliqviæ iſtæ aſſervabantur, a Turcis, duplici Vizirii Budenſis mandato tandem obſecutis, die 10. Martii, cum duobus admiſſus comitibus, libros tantum offendit trecentos aut qvadringentos, pleroſqve impreſſos, & exigui, aut nullius fere pretii, cumulatim in terra jacentes, ſituqve pulverulento ac ſqvalore coopertos, e qvibus tres ipſi Codices MSStos ſeligere, ſecumqve aſportare, permittebatur. Reliqvorum, excuſorum pariter atqve MSStorum, ſed plerorumqve vulgarium, & magnam partem mutilorum putredineqve corruptorum, qvi, poſt Lambecii obitum, Buda ab exercitu Cæſareo expugnata, in Bibliothecam Cæſaream Vindobonenſem M. Oct. A. 1686. ſunt tranſlati, Indicem Julius Pflugius, Eqves Saxonicus, in Epiſtola de fatis Bibliothecæ Budenſis, ad Vitum Ludov. Seckendorfium exarata, ac Jenæ A. 1688. edita, exhibuit. De rebus Lambecii, Vindobonæ, per annos 18. vitæ ultimos, absqve uxore Hamburgi relicta, commorati, domeſticis hoc ſolum e Chriſt. Helwichii, Poliatri Uratiſlavienſis doctiſſimi, mihi conſtat literis, qvod curam illarum Doctor qvidam, ipſius σύνοικος, cum ſua geſſerit conjuge. Teſtamentum, biennio ante obitum, die 21. Junii A. 1678., condidit, ac, in tabulis iſtius, bonorum ſuorum, præter Bibliothecam, Leopoldo Imperatori jam ante venditam, omnium hæredem ex aſſe ſcripſit Petrum Strellmayerum, σύνοικον ſuum, J. U. Doctorem, & Judicii Imperialis aulici Advocatum (58.). Obiit tandem Vindobonæ, annos natus 52., & deſperanti qvidem, ſi Conr. Sam. Schurzfleiſchii (59.) fidem meretur relatio, ſimilis, vel peſte, illic tunc ſæviente, uti ab Henr. Meibomio juniore (60.), vel morbo potius hydropico, uti a Dan. Neſſelio, defuncti ſucceſſore (61.), traditur, verno anni æræ chriſtianæ 1680. tempore, pro qvo, præter Meibomium & Neſſelium, Pet. Bælius (62.), Joh. Alb. Fabricius (63.) & Barthol. Chriſt. Richardus (64.), Neſſelii fidem merito ſecuti, militant. Diſſentiunt tamen illi circa menſem diemqve obitus. Neſſelius enim, Bælius & Richardus, Aprilem, Meibomius diem 24. Martii, Joh. Alb. Fabricius autem modo (65.) Menſem Martium, modo (66.) diem IV. Non. Apr. Gregorianum, ſive ſecundum menſis iſtius, fatalem noſtro fuiſſe, perhibent. Circa annum contra pariter atqve menſem impegerunt Henn. Wittenius (67.), iſtumqve incaute ſecutus Joh. Fabricius, Theologus Helmſtadienſis (68.), anno jam præcedenti 1679., menſeqve Septembri, eum vivis exceſſiſſe perperam credentes (69.). Imago ejus utrinqve præmiſſa eſt Originum ac Rerum Hamburgenſium editioni, eiqve adjectum, una cum Epigrammate Gabr. Naudæi, Emblema ipſius ſymbolicum, Horologium exhibens, qvod Saturnus ac Fortuna circumagunt, verſatile, hoc illuſtratum ſymbolo: Sua qvemqve ſors manet. Vir fuit Lambecius extra controverſiam πολυμαθέστατος, & in ſtudiis præſertim philologico, critico atqve archæologico, hiſtoriaqve triplici, civili, eccleſiaſtica & literaria, antiqviore pariter ac recentiore, longe verſatiſſimus, ſed a vitiis eruditorum, qvibus etiam ordinis literarii ſæpe ſuccumbunt principes, haud immunis. Exprobrarunt ex his ipſi vanitatem ingenii Pet. Bælius (70.), ingratitudinem, præter eundem Bælium (qvo judice il étoit vain de ſon naturel, & ne voulut point ſ'avoüer redevable à perſonne) (71.), ipſe avunculus Lucas Holſtenius in Epiſtolis, de qvibus ſupra jam dictum eſt, ob jurgatoriis ἀνεκδότοις, ambitionem ἀψίχορον Herm. Conringius (cujus loca huc ſpectantia e Conringianis Epiſtolicis, ſupra itidem recitavimus), & adulationem erga gentem Habsburgico-Auſtriacam, a Perleoniorum, Aniciorum & Juliorum familiis Romanis, ipſisqve Trojanorum reliqviis, temere,

(52.) *M. Apr., p. 246-250.* (53.) *p. 288. & ſeqq.* (54.) V. Edv. Brounii Reiſebeſchreibung, *L. 3., c. 10., p. 243.*, Nic. Chriſtoph. Lynckeri *Inſtructorii forenſis Introitam, §. 7., lit. E. 1. a.*, J. Alb. Fabricii *Annott. ad Lambecii Catal. ſcriptorum ſuorum p. 28.*, & B. C. Richardum *l. c. p. 300.* (55.) V. Edv. Brounium *l. c., L. 3., c. 6., p. 236.* (56.) V. Lambecii *Diarium ſacri itineris Cellenſis p. 258.* (57.) Conf. de iſto Jul. Pflugii *Epiſtolam de fatis Bibliothecæ Budenſis ad V. L. Seckendorfium p. 51-58.*, & B. G. Struvii *Introd. ad notitiam rei literariæ, c. 2., p. 68. edit. ſecundæ.* (58.) teſte J. Alb Fabricio *loco num. 54. citato* (59.) *Tomo I. Epiſtolarum arcanarum, Ep. 50., p. 97.* (60.) *in Introduct. ad Hiſtoriam Saxoniæ inferioris p. 62.* (61.) *loco n. 37. allegato.* (62.) *T. II. Dictionarii Hiſtorico-Critici, P. I., p. 270. ed. primæ.* (63.) *Vol. II. Memor. Hamb. p. 1075.*, nec non *in præfat. Rerum Hamburg. Lambecii, & in Annott. ad ejusdem Catalogum ſcriptorum ſuorum p. 18.* (64.) *in Hiſtoria Biblioth. Cæſar. Vindob. p. 99. 100.* (65.) *Vol. II. Rer. Hamb. p. 1075.* (66.) *in præfat. Rerum Hamburg. Lambecii.* (67.) *Tomo I. Diarii Biographici Sec. XVII., ad A. 1679., lit. Pppp. 2. b.* (68.) *Parte III. Hiſtoriæ Bibliothecæ Fabricianæ p. 525.* (69.) Conf. de hoc diſſenſu Autorum circa tempus mortis Lambecii *Partem IV. Iſagoges noſtræ ad Hiſt. Cimbr., c. 8., §. 6., p. 539. 540.*, & Nicol. Hier. Gundlingii *T. I. Obſervatt. ſelectarum, Obſ. I., p. 28.* (70.) v. *les Nouvelles de la Republique des lettres, M. Jul. A. 1687., p. 765.* (71.) *loco modo citato.*

mere, nec tamen ſine maledicentia in Caſp. Scioppium, alioſqve diſſentientes, effræni, derivatam (72.), Frid. Wilh. Bierlingius (73.). Nimiam odii ejus atqve ſtyli, non ſolum in Franc. Combefiſium adverſarium, a qvo laceſſitus erat, ſed alios etiam ſcriptores eruditos, qvi diu ante ipſum inclaruerant, vehementiam hiſce Joh. Alb. Fabricius (74.) verbis notavit: *Qvemadmodum olim Brutus, qvi id cum vulgo commune habere ſe dicit, qvod cupiebat, vehementer cupiebat, ita Lambecius, cui ſemel infeſtus eſt, ei valde male cupit, uti in Aventino, Lazio, & aliis qvibusdam, animadvertimus; in qvos, vel leviſſima data occaſione, ſæpenumero atrociter, & ſine cauſa, invehitur. Aventino, qvod admodum ridiculum eſt, ipſum qvoqve nomen invidet.* Eodem ſpectat ſeqvens Gothofr. Gvilh. Leibnitii, Viri illuſtris, de noſtro cenſura & qverela, Epiſtolæ ad amicum inſerta (75.): *Fuit ille Vir multiplicis lectionis & felicis memoriæ; judicio tamen atqve ingenio non perinde valuit; adeoqve apud eruditionis veros æſtimatores, inprimis exteros, fama ejus intra mediocritatem ſtetit. Ego tamen induſtriam ejus ſemper laudavi, tametſi hominem, neſcio qva de cauſa, inimicum expertus ſum. Erat enim non ſatis candidus atqve æqvus aliorum æſtimator.* Non immerito tandem a Viris prudentibus ac eruditis culpatur Lambecii fiducia ingenii ſui nimia ac jactabunda, cujus impulſu, præter ſcripta alia qvamplurima, in Catalogo promiſſa peculiari, ſæpius recuſo, tum opera molis ingentis propria de Hiſtoria literaria univerſa, Bibliotheca Cæſarea, rebusqve Germanicis, Auſtriacis & Hamburgenſibus, tum Syntagma Hiſtoricorum Germaniæ vaſtiſſimum, ac Supplementa Bibliothecæ Patrum, Hiſtoriæ Conciliorum, Vitarum Sanctorum, Philoſophiæ Platonicæ, Juris publici, Antiqvitatum Francicarum & Corporis Hiſtoriæ Byzantinæ, e bibliotheca publicanda Vindobonenſi, Notisqve illuſtranda, a ſe uno juſſit expectari. Qvibus omnibus juſta accuratione elaborandis cum multi etiam homines docti, nedum ipſe ſolus, eſſent impares, & ſingula fere ſingulorum diuturnam atqve aſſiduam exigerent operam, ipſe, ſcriptor qvidem laborioſus, ſed minime longævus, &, ſi vel Neſtoream ſperare potuiſſet ſenectutem, tot tantæqve molis laboribus vix ſuffecturus, plerisqve ne manum qvidem admoviſſe creditur. Reliqvis, ſed pauciſſimis, qvorum, a ſe inchoatorum, prægustum, Tomis aliqvot aut Sciagraphiis tantum editis, orbi dedit literato, ſubito præter expectationem immortuus eſt, ac mera fere *opera interrupta, minasqve librorum ingentes*, poſteris reliqvit. De qvo fato conatuum Lambecii literariorum grandium ſeqviori, operumqve luci expoſitorum publicæ imperfectione, paſſim cenſuræ qverelæqve Herm. Conringii (76), Dan. Georg. Morhofii (77.), Caſp. Sagittarii (78.), aliorumqve eruditorum, occurrunt indignabundæ. Nos unicam tantum Dan. Neſſelii, ſucceſſoris ipſius, adjiciemus, *in præfatione Breviarii ſui & Supplementi Commentariorum de Bibliotheca Cæſarea Lambecianorum* ita ſcribentis: *Qvam ampliſſime de Rep. literaria meritus fuerit, qvantamqve nominis celebritatem ſibi olim lucubrationibus & operibus editis ſuo merito comparaverit, illuſtris ac celeberrimus Dn. Lambecius, orbi erudito abunde jam compertum eſt. Illud tamen, neſcio qvo fato, peculiare ipſi accidit, ut immenſos fere limites ſuæ induſtriæ præfixerit, eosqve labores exantlandos (an fiducia ingenii motus, an famæ captandæ illecebris, qvibus nobiles animæ facile ineſcantur, delinitus) ſe ſuſcepturum publice promiſerit, qvibus abſolvendis tota hominis vita, licet in decrepitam ſenectutem, imo ultra ſecularem, porrecta, nunqvam ſuffeciſſet. Hinc proinde factum, ut pleraqve ipſius opera, orbi literato largiſſime promiſſa, imperfecta reliqverit.*

Diatriben de Lambecii vita, & in literas meritis, peculiarem idem ſucceſſor ipſius, Dan. Neſſelius, in *Breviarii* modo allegati *Additamento II. de Bibliothecæ Cæſareæ Hiſtoria, p. 172.*, hiſce A. 1690. verbis eſt pollicitus: *Cui celeberrimo, deqve Bibliotheca Cæſarea, nec non re literaria, meritiſſimo viro qvantum orbis eruditus debeat, prolixius enarrarem, niſi animus mihi eſſet peculiari Diatriba illud ſuo tempore ſpeciali proſeqvi.* Sed promiſſo huic ille, per decennium licet ſuperſtes, haud ſatisfecit. Vitæ qvalemcunqve ſynopſin ego primus A. 1692., *Parte IV. Iſagoges ad Hiſtoriam Cherſoneſi Cimbricæ, cap. 8., §. 6. 7. 8., p. 537-543.*, jam exhibui, & nunc, ex ipſius Lambecii *Epiſtola ad Renatum Franciſcum Sluſium, ſive Libro I. Commentariorum de Bibliotheca Cæſarea, Præfatione Vitæ Angarii geminæ, Originibus* ſubjunctæ *Hamburgenſibus*, monumentisqve aliis, nec non e Lucæ Holſtenii *XXII.* (de qvibus mox dicetur) *ad illum Epiſtolis*, ſcriptoribusqve cæteris, paſſim allegatis, longe auctiorem redditam, iterum ſiſto legendam. Qvi poſtea vitam ejus breviter itidem expoſuere, Pet. Bælius *in Dictionario Hiſtorico Critico Gallico* (*T. II. P. I. p. 269. 270. 271. edit. primæ, ac T. II. p. 1751. 1752. edit. ſecundæ*), Caſp. Sagittarius *in Introductione in Hiſt. Eccl., T. I., c. 12., §. 48., p. 205-208.*, Joh. Franc. Buddeus *Tomo III. Lexici Hiſtorici Germanici p. 271.*, Barthol. Chriſt. Richardus *in Hiſtoria Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis p. 94-102.*, Jac. Frid. Reimannus im Verſuche der Einleitung zur *Hiſt. liter.* der Teutſchen, *Lib. I. p. 5. 8. 9. 10., & Lib. III., Sect. III., p. 776-784.*, Autoresqve der Hälliſchen neuen Bibliotheck, *Sect. 9., p. 806-811.*, ac des neuen Bücherſaals, *Sect. 30., p. 432. 433. 434.*, ſuas de illa narrationes e loco *Iſagoges* noſtræ jam citato maximam partem depromſerunt. (*)

Catalogum Scriptorum ſuorum, tum editorum, tum ineditorum atqve affectorum, ipſe Lambecius A. 1659. *Prodromo Hiſtoriæ literariæ*, & A. 1661. *Libro Rerum Hamburgenſium ſecundo*, adjecit, & ſeorſim Florentiæ A. 1662., ſed omiſſis ἀνεκδότοις atqve affectis, *in 4.* recudi curavit. Auctior hoc atqve plenior eſt *Catalogus*, qvem Vindobonæ A. 1673. *in 4.* publicavit, *librorum, a ſe, ab anno ætatis decimo nono ad quadrageſimum qvintum, ſive ab A. C. 1647. ad 1673., compoſitorum atqve in lucem editorum*; qvem deinde Joh. Alb. Fabricius, obſervationibus ſuis qvibusdam illuſtratum, & Appendice ineditorum atqve affectorum, qvos noſter, tam in præcedenti Indice primo, qvam alibi, promiſerat, locupletatum, ſecundæ *Librorum* illius *duorum de rebus Hamburgenſibus* editioni, Hamburgi A. 1706. *in fol.* impreſſæ, præmiſit.

Ex Epiſtolis Leopoldi Imperatoris αὐτογράφοις, ad Lambecium exaratis, una de hujus translatione Latina *Teſtamenti XL. Martyrum Sebaſtenorum*, una cum iſta, Vindobonæ A. 1672., *in Additamento ſexto Libri V. Commentariorum de Bibliotheca Cæſarea*, teſte Catalogo ſcriptorum Lambecii Vindobonenſi modo memorato, prodiit. Plures Latinæ Anonymi Tractatui bipertito vom Wunder-würdigem Leben und Thaten Keyſers Leopoldi des Groſſen, Lipſiæ A. 1708. *in 8.* excuſo, eſſe adjectæ ab Autoribus des Ausführlichen Berichtes von allerhand neuen Büchern, *Sect. II., p. 208.*, perhibentur. Integrum earundem Faſciculum in Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi MSStum aſſervari, D. Chriſt. Helwichii, Medici Uratislavienſis, teſtis αὐτόπτης, literæ A. 1699. me docuerunt.

Ex aliorum Virorum Illuſtrium ac eruditorum ad noſtrum Epiſtolis lucem viderunt publicam:

I. Joh. Chriſtiani, Baronis a Boineburg, Una, Francofurti d. 29. Apr. A. 1660. ſcripta, & *Libro ſecundo Rerum Hamburgenſium* Lambecii, in editionibus annorum 1661. ac 1706. Hamburgenſibus, præfixa.

II. Herm.

(72.) *Lib. I Comm. de Biblioth. Caſ. p. 49. & ſeqq., ac L. II. p. 467. & ſeqq.* (73.) *in Diſſ. de Pyrrhoniſmo Hiſtorico, c. 3., §. 3., p. 31. 32.* (74.) *in Decade Decadum, ſive Centuria Plagiariorum & Pſeudonymorum, num. 72., lit. M. 4. a.* (75.) Legitur ea in Joach. Frid. Felleri *Otio Hannoverano p. 2. 3.* (76.) V. *Conringiana Epiſtolica*, a C. H. Riethmeiero collecta, *p. 88. 89. edit. primæ.* (77.) *T. I. Polybiſtoris, Lib. I., c. 2., p. 11., c. 16. p. 202., & c. 17. p. 209.* (78.) *In Introduct. in Hiſt. Eccl., c. 12., §. 48., p. 208.* (*) Conferri cum Biographia hac noſtra Lambecii latina poteſt Germanica (poſt illam ante annos jam ſcriptam complures), Hamburgi A. 1724. *in 8.*, ἀνωνύμως, ſub titulo des Lebens Pet. Lambecii, a Nicol. Wilckenio, J. U. D. & Archivario Hamburgenſi, edita. Sub cujus etiam finem, *p. 161-168.*, Teſtamentum Lambecii, d. 21. Jun. A. 1678. conditum, cujus ſupra facta eſt mentio, verbotenus recitatur.

II. Herm. Conringii Una, Helmſtadii d. 24. Jun. A. 1661. data, eidemqve libro præmiſſa, qvæ in Conringianarum etiam *Epiſtolarum de varia doctrina* Syntagmate, Helmſtadii A. 1666. *in 4.* excuſo, *p. 365. 366. 367.*, legitur.

III. Lucæ Holſtenii Viginti & duæ, ab A. 1640. ad 1650. exaratæ, & a Lambecio ipſo, adjectis Scholiis ſuis, *Libro VI. Commentariorum de Bibliotheca Cæſarea*, Vindobonæ A. 1674. juris factæ publici, ſeorſim vero, cum iisdem Scholiis, iterum editæ ab Henr. Chriſt. Crügero, Lüneburgenſi, Jenæ A. 1708. in 8.

IV. Frid. Lindebrogii Duæ, A. 1646. & 1648. ſcriptæ, in *Epiſtolarum* Marqv. Gudii, Trajecti ad Rhenum A. 1697. impreſſarum, *Appendice, num. 222. & 223., p. 287. 288.*, obviæ.

V. Claudii Sarravii duæ, Romam Kal. Maji & 7. Aug. A. 1648. miſſæ, qvas inter Sarravianas cæteras, ſub finem Gudianarum Trajecti ad Rhenum A. 1697. recuſas, *num. 179. & 180., p. 183. 184.*, offendi.

VI. Joh. Frid. Gronovii duæ ad eum, & totidem commendatitiæ illius, ad Cl. Sarravium & Henr. Valeſium, A. 1646. ſcriptæ, & a D. Nicol. Wilckenio Hamburgi A. 1723., in Appendice epiſtolica Vitæ Gronovii Germanicæ, *p. 53-65.*, editæ.

Conferri qvoqve de Lambecio poſſunt, præter Scriptores alios, in Vitæ jam paſſim allegatos hiſtoria, ac poſtea allegandos, Phil. Labbeus *in Bibliotheca Bibliothecarum p. 295.*, Mart. Zeilerus *P. III. Sylloges de Hiſtoricis p. 45. 128.*, Georg. Matth. Königius *in Bibliotheca vetere & nova p. 453.*, Pet. Dan. Huetius *Lib. I. Comm. de rebus ad ſe pertinentibus p. 28. 29.*, Henr. Meibomius Jun. *in Introduct. ad hiſtoriam Saxoniæ inferioris p. 62. 63.*, Rob. Keuchenius *in Muſis juvenilibus p. 174.* (ubi Carmen legitur in Joach. Borgerſii Epigramma de Venere marmorea Pet. Lambecii cœlibis), D. G. Morhofius *T. I. Polyhiſtoris, Lib. I., c. 2., p. 11-15., c. 16. p. 202., c. 17. p. 209.*, Lucas Schröckius Jun. *in Memoria Welſchiana p. 38. 39.*, Joh. Hallervordius *in Bibliotheca curioſa p. 320. 321.*, Mich. Hertzius *in Bibliotheca Germanica, P. I., lit. Q. 1. b. Q. 2. a., & P. IV., lit. Q. 3. a.*, Henn. Wittenius *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1679.*, Dan. Neſſelius *in Præfat. Breviarii Commentariorum Lambecianorum de Biblioth. Cæſarea, & Additamento illius ſecundo p. 172.*, Joh. Frid. Mayerus *in Diſſ. de* Περσκάιροις, *c. 3., §. 5., p. 30.*, Ant. Teiſſerius *in Catalogo Catalogorum, P. I., p. 265. 266., & P. II., p. 223. 224.*, Joh. Fabricius *P. III. Hiſtoriæ Bibliothecæ Fabricianæ p. 129.*, Gothofr. Arnoldus *T. II. Hiſt. Eccl. Germanicæ, Lib. 17., c. 3., p. 453.*, Wilh. Ern. Tenzelius *in Dialogis menſtruis Germanicis, M. Apr. A. 1691., p. 240-250., M. Aug. A. 1691., p. 723. 724. 725., & M. Jul. A. 1692., p. 588. 589. 590., ac in Bibliotheca curioſa vernacula, Sect. IV. A. 1706., p. 259. 267-272.*, Theod. Janſonius *in Bibliotheca promiſſa & latente p. 28.*, Chriſt. Wilh. Eybenius *in Eponymologio Tob. Magiri critico per ſe aucto, p. 500.*, Joh. Schmidius, Prof. Lipſ., *in Diſſ. de Palinodia eruditorum, §. 52.*, Joh. Alb. Fabricius *Vol. II. Memoriarum Hamburgenſium p. 1068. 1075., & in Præfatione editionis Rerum Hamburgenſium Lambecii Hamburgenſis anni 1706. ſecundæ*, Joh. Georg. Eccardus *in Hiſtoria ſtudii Etymologici Lingvæ Germanicæ, c. 28., p. 235. 236.*, Burch. Gotth. Struvius *in Introd. ad notit. rei lit., c. 4., p. 129-132. edit. ſec., & in Epiſt. de Bibliothecis ad Chriſtoph. Cellarium p. 67. 68.*, Corn. a Beüghem *in Bibliographia Hiſtorica p. 147. 148.*, Vinc. Paravicinus *Cent. III. Singularium de Viris eruditione claris, num. 85., p. 203. 204.*, & Theod. Cruſius *in Symbolotheca docta p. 99. 100.*

ELOGIA.

Gabr. Naudæus indolem ejus atqve doctrinam præcocem duobus celebravit Epigrammatis, qvorum primum hoc eſt, A. 1647. *Prodromo* ipſius *Lucubrationum in A. Gellii Noctes Atticas* præmiſſum:

Vir tua ter ſenis ætas numeratur ariſtis,
Vixqve tuas audet pingere barba genas.
At tamen iſta facis, Pylii qvæ Neſtoris annis
Sint magis, & Patrui pectore digna tui. (Lucæ ſc. Holſtenii).
Hinc mihi certa fides (modo ſit tibi vita ſuperſtes),
Aonii qvod eris Duxqve decusqve chori.

In altero, qvod *Originibus* noſtri A. 1652. præfixum eſt *Hamburgenſibus*, his celebratur Elegis:

Tot patriæ monumenta tuæ dum priſca recludis,
Altaqve doctiloqva pulpita voce reples;
Dum juvenis ſuperas morum gravitate Catonem,
Et Pico ingenium te probat eſſe parem;
Dum loqveris, dum multa legis, dum plurima condis,
Cunctaqve dum peragis, qva decet arte ſenem;
Grandia qui noſtri qværit miracula ſecli,
Cernere, te viſo, nil petat ulterius.

Ob eandem ingenii præcocis, diligentiæqve in ſtudiis feliciſſimæ (qvibus Lucas Holſtenius, avunculus, etiam, in Epiſtolis XXII. ad ipſum editis, laudes paſſim tribuit haud vulgares), prærogativam, a Frid. Lindebrogio, in Epiſtola ad Gerh. Voſſium ſyſtatica, A. 1645. exarata, & *Appendici* Voſſianarum (*num. 407., p. 278.*) inſerta, *Juvenis bonæ mentis amantiſſimus*; a Gerh. Joh. Voſſio (*Lib. IV. de Hiſtoricis Græcis, c. 19., p. 492.*) *Egregius adoleſcens*, & (*ibid. p. 503.*) *Juvenis ornatiſſimus*, a Joh. Frid. Gronovio (in literis, qvibus Claudio Sarravio eum, M. Jul. A. 1646., commendabat) *Municeps ſuus ea virtute & eruditione, ut literæ aliqvando in eo ſpem habituræ videantur*; & (in ſimilibus ad Henr. Valeſium) *vir ſingularis, egregiorum in ſtudiis literarum, omniqve & Hellados & Latii antiqvitate, profectuum, indolis præclaræ, morum optimorum, ſummæqve expectationis*; a Phil. Labbeo (*in Protreptico, Corpori Hiſtoriæ Byzantinæ Pariſienſi A. 1648. præmiſſo*) *Adoleſcens ſupra ætatem eruditus*; eſt ſalutatus; a Claudio Sarravio autem A. 1648., *Epiſtola 179., p. 183.*, verbis compellatus ſeqventibus: *Tuam ad omnia magna natam indolem & factam, uti & ingenium liberale & ſolers, laborem improbum, eruditionem haud vulgarem, & ſupra ætatis captum longiſſime provectam, ſuſpicio, amo, colo, mi Lambeci. - - Cæterum gaudeo impenſius, & Jurisprudentiæ noſtræ ex animo gratulor, qvod Themidis, caſtiſſimæ Divæ, ſacris volueris initiari. Nec indigna eſt te Sacerdote ſevera hæc Dea, qvæ ſui ſtudioſos & religioſos vix ſinit inhonoratos. Te ſane, Muſarum delicium & cariſſimum alumnum, complectetur, & in ſinu fovebit.*

Idem Sarravius (*Epiſtola 246., p. 240.*) Davidi Blondello d. 22. Sept. A. 1650. hiſce illum verbis commendavit: *Me rogavit eximius hic adoleſcens, ut ſe tibi commendarem: qvod facio libentiſſime, cum propter ejus haud vulgarem eruditionem (eſt inter nos enim ſupra ætatem doctus), tum etiam propter amicitiam, qvæ inter nos intercedit.*

Joh. Chriſt., Baro a Boineburg, in Epiſtola ad Lambecium, A. 1660. ſcripta, & illius *Libro II. Rerum Hamburgenſium* præfixa, *dignum* eum *eſſe* judicavit *civibus ſuis, Viris eruditiſſimis, Holſtenio, Lindebrogiis, Wouwerio.* Epiſtola 157. ad Zach. Prüeſchenckium (teſte B. G. Struvio *Faſcic. VIII. IX. & X. Actorum Literariorum, e MSS. erutorum, p. 62. 64.*) Viris eum Germaniæ annumeravit eruditis, *qvibus nemo, in re Latina ac Græca, & in omni Antiqvaria, ſubactior*, & Epiſt. 161. ad eundem hæc inſeruit: *Gronovius, Lambecius, Hornii, Jonſius, Boeclerus, Conringius, Boſius, præclara certe nomina ſunt, & qvalia ſuperioris ſeculi fiduciæ non immerito æqvari, qvin opponi, imo vero etiam anteferri, mereantur.* In Literis tandem ad Joh. Henr. Hottingerum (a Joh. Henr. Heideggero *in Vita Hottingeri lit. E. 4. a.* allegatis) præcipuis eum ἐμπειρίας βιβλιακῆς magiſtris accenſuit.

Herm. Conringius, in Epiſtola ad eum, A. 1661. exarata, & illius *Libro II. rerum Hamburgenſium* præmiſſa, ita eum compellavit: *Et vero, perſpecta multijuga doctrina tua, improbus eqvidem ſim, ſi non juſta laude te proſeqvar. - - Utinam cives tui capiant, qvantum merearis! Sin, æterna tamen tibi laus parata eſt apud intelligentes & poſteritatem, modo tu perrexeris de patria tam bene mereri. In Cenſura Diplomatis Lindavienſis, c. 7., p. 110., Virum longe clariſſimum, & varia egregię doctum*, ac, *in Tr. de origine Juris Germanici, c. 21., Clariſſimum Rerum Hamburgenſium ſcriptorem*, eundem ſalutavit. Addantur his Elogiis judicia de noſtro, in Vita illius, e *Conringianis Epiſtolicis*, jam recitata.

Vinc. Fabricius, in Epiſtola ad Henr. Vagetium A. 1653. ſcripta (*in Opp. p. 339.*), hoc de illo tulit judicium: *Lambecii Origines legi. Deprehendi ingenium illud optimam aliqvando frugem daturum, ſi vanæ gloriæ amor nimius id non faſcinet, nec adulatores præclaram indolem in herba intercipiant. Non dubito, qvin ingenii cultum potiſſimum Holſtenio avunculo (in cujus contubernio puto aliqvot per annos vixit) adoleſcens debeat.*

Joh. Balth. Schuppius, Antiſtes Jacobæus Hamburgenſis (im unterrichteten Studenten, *Appendici Operum Germanicorum inſerto, p. 227.*), ita de illo: Ich verſichere euch, daß Hamburg ietzo habe ein wolbeſtaltes Gymnaſium. Pet. Lambecius, der Rector des Gymnaſii, iſt ein Mann, darinn Geiſt und Arbeit iſt. Wenn er in dem Fleiſſe fortfähret, und GOtt läſſet ihn 50. Jahre alt werden, ſo wird er ein ander Erasmus Roterodamus ſeyn. *Ego ab ipſius ore & colloqvio nunqvam diſceſſi indoctior.*

Thomæ Reineſio (*in Defenſione Variarum Lectionum contra Andr. Rivinum p. 116.*) *Vir* audit *clariſſimus*, & (*Epiſt. 53. ad Joh. Andr. Boſium p. 223.*) *Doctiſſimus.*

Joh. Henr. Boeclero (*in Serie Cæſarum Germanicorum, in Carolo Magno, p. 8.*, teſte C. W. Eybenio *l. c.*), Jac. Oiſelio (*in præfat. A. Gellii, a ſe Leidæ A. 1666. editi*), Rob. Keüchenio (*in Muſis juvenilibus p. 174.*), Frid. Beſſelio (*in Notis ad Eginhardi Vitam Caroli Magni p. 35.*), & Ludolpho Neocoro atqve Henr. Sikio (*in Bibliotheca librorum novorum, M. Majo & Junio A. 1698., p. 328. 329.*), *Vir doctiſſimus.*

Gothofr. Gvilh. Leibnitii & Dan. Neſſelii judicia de illius dotibus pariter atqve vitiis, ſub finem Vitæ ipſius, jam ſunt recitata.

Joh. Maur. Gudenus, *in præfat. Hiſtoriæ Erfurtenſis*, eum *prænobilem* vocavit *Hamburgenſium ſcriptorem, in omni antiqvitate verſatiſſimum*, votumqve ſeqvens addidit: *Servet utinam rei literariæ hunc Virum Numen! ut, qvæ præclariſſima partim incepit, partim adhuc meditatur volumina, complere valeat.*

Val. Henr. Voglero (*in Introd. ad notit. bonorum Scriptorum, c. 3., p. 7.*) *Vir* audit *antiqvitatis reiqve literariæ peritiſſimus.*

Car. Patino (*in Introduct. ad hiſtoriam Numiſmatum, c. 21., p. 154.*) *Eruditiſſimus.*

Jac. And. Cruſio (*in Tr. de Witichindo*, inter *tres Scriptores Rerum Germanicarum*, a Joh. Georg. Leückfeldio Francofurti A. 1707. editos, obvio, *c. 9., n. 10., p. 93.*) *Vir eminentiſſimæ eruditionis, & infinitæ lectionis.*

Henr. Meibomio Juniori (*in Introduct. ad Hiſtoriam Saxoniæ inferioris p. 62.*) *Vir magni ingenii & judicii, hiſtoriæqve ſcribendæ peritus*; item (*in Additt. ad Val. Henr. Vogleri Introd. ad notit. bonorum Scriptt. p. 181.*) *Vir illuſtris, reipublicæ literariæ, qvam, a primis annis, ad obitum usqve, præſtantibus ſcriptis juverat, nunc ereptus*; nec non *Vir magnus* (*Tomo I. Rerum German., in præfat. Chronici Schauenburgici Herm. Lerbecii*), *Vir cum aliarum omnium, tum patriæ hiſtoriæ, peritiſſimus* (*ibidem, in Notis ad Lerbecium, p. 537.*), ac *Scriptor magnæ in Hiſtoricis rebus autoritatis* (*Tomo III. Rer. German., in Diſſ. de Friderici, Ducis Brunſvic., in Imperatorem electione, p. 420.*)

Joh. Andr. Boſio (*in Sched. de comparanda notitia Scriptt. Eccl., c. 4., §. 30., p. 49.*) *Vir celeberrimus, & de ſe etiam præclare meritus*; nec non (*in Exerc. ad periocham Fl. Joſephi de Chriſto p. 6.*) *Vir eruditiſſimus atqve celeberrimus, a compluribus annis ordinandæ illuſtrandæqve Bibliothecæ Cæſareæ, felicibus auſpiciis, non ſine ſpe ingentium reip. literariæ commodorum, admotus*; ac denuo (*ibid. p. 76. Vir eruditiſſimus.*

Jac. Thomaſio (*in Programm. de Nummo mortuorum ori inſeri ſolito p. 2.*) *Vir Celeberrimus.*

Joh. Georg. Grævio (*in Præfat. Volum. VIII. Theſauri Antiqvitt. Roman.*) *Vir eruditiſſimus, clariſſimus, & ſibi, cum in vivis eſſet, peramicus.*

Chriſtoph. Arnoldo (*in Præfat. Animadverſionum Phil. Caroli ad Agellium & Curtium*) *Vir incomparabilis.*

D. G. Morhofio (*T. I. Polyhiſtoris, L. I., c. 16., p. 202.*) *Vir doctus, & Polyhiſtor clariſſimus.*

Gvilh. Cavio (*in Hiſtoriæ literariæ Scriptorum Eccleſiaſticorum Prolegomenis, Sect. 6., p. 22.*) *Autor clariſſimus*, nec non (*Tomo I. ejusdem p. 364.*) *Vir extra omnem controverſiam eruditiſſimus*, & (*T. II. p. 120.*) *Vir de republica literaria optime meritus.*

Jac. Tollio (*in Inſignibus Itinerarii Italici p. 124.*) *Vir eruditiſſimus, &, ſi, qvis alius, induſtrius.*

Pet. Bælio (*T. II. Dictionarii Hiſtorico-Critici, P. I., p. 269.*) *Un des plus ſavans hommes de ſon ſiecle.*

Chriſtoph. Cellario (*Programm. XLVI. p. 331.*) *Magni judicii Vir*, & (*in præfatione Breviario Hiſtorico Eutropii præmiſſa*) *Decus ordinis eruditorum.*

Caſp. Sagittarius eum (*in Hiſtoria Bardovicenſi, c. 5., §. 3.*) *Virum celeberrimum*, ac (*in Diſſ. de Originibus Sulciæ Lüneburgenſis, §. 22.*) *Virum nobiliſſimum, ac ſumma non minus literarum gloria, qvam Leopoldi Cæſaris gratia, florentiſſimum*, appellavit; illiqve (*in Diſſertat. de Scriptoribus Hiſtoriæ Germanicæ p. 13.*) *longam apprecatus eſt vitam, ut Hiſtoriam Bibliothecæ Cæſareæ, & cætera in Germanicis molimina, feliciter pertexeret.*

Conr. Sam. Schurtzfleiſchius, *in Epiſtolis* (Witebergæ A. 1700. editis), *Ep. 91. ad Tob. Peucerum, p. 122.*, hoc de illo tulit judicium: *De Lambecio ſcio, Hiſtoriæ peritiſſimum eſſe. De Jure publico nil temere ſcribam, nec coargvam ſtylum, qvi tamen ſæpe aſperior videri poteſt.* Cui & ſeqvens addendum, ex *Epiſt. 92. ad Sam. Hundium, p. 124.*: *Lambecius in Tabulis, atqve omni antiqvitatis ſtudio, admirationem excitat Hiſtoricorum vulgo.*

Joh. Frid. Krebſius, Prof. Heilsbrunnenſis, *in Tr. de mutatione nominum Pontificum Romanorum p. 222.* (ubi ſententia ejus de Johanna Papiſſa examinatur), ita de illo: *Nihil detraho laudi Pet. Lambecii, cujus eruditionem, & inuſitatam induſtriam, qvam inſtaurandæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſi magna conſtantia impendit, magnopere admiror, & celebrandam eſſe judico.*

Mart. Hanckio (*in Lib. de Rerum Byzant. ſcriptoribus, P. I., c. 34., p. 575.*) *Vir* audit *celeberrimus, & antiqvitatum inprimis peritia præcellentiſſimus.*

Joh. Gothofr. Oleario (*in Abaco Patrologico p. 404. 405.*) *Vir circa antiqvitates indagandas meritiſſimus.*

Joh. Eiſenharto (*in Comm. de fide hiſtorica, c. 11., §. 2., p. 108.*) *Hiſtoricarum rerum callentiſſimus.*

Günth. Chriſtoph. Schelhammero (*in Additt. ad Herm. Conringii Introduct. in artem medicam, c. 8., p. 274. 275. 276.*)

276.) Vir πολυμαθέστατος, ingenti rei univerſæ literariæ damno haud ita pridem mortalium cœtui ereptus ; Vir incomparabilis induſtriæ atqve candoris, & eruditorum delicium.

Mich. Hertzio (*in Bibliotheca Germanica, P. I., lit. Q. 2. a.*) *Vir in commodum literarium promovendum natus*, & (*P. II., lit. B. 3. a.*) *Germaniæ ſuæ, imo totius orbis literarii, præcipuum ornamentum.*

Wilh. Ern. Tenzelio (*in Dialogis menſtruis vernaculis, M. Dec. A. 1691., p. 1024.*) der vortreſliche Bibliothecarius zu Wien.

Joh. Franc. Buddeo (*T. III. Lexici Hiſtorici Germanici p. 271.*) Einer der gelehrteſten Leute ſeiner Zeit.

Joh. Georg. Pritio (*in Diſp. de Republ. literaria, Membr. 8., p. 12.*) *Vir eruditionis vaſtiſſimæ, & Hiſtoriæ literariæ peritiſſimus.*

Joh. Alb. Fabricio (*Vol. II. Memor. Hamburg. p. 1075.*) *Vir celeberrimus & doctiſſimus*; nec non (*in præfat. Librorum ipſius de Rebus Hamburgenſibus*) *Vir doctus, laboris patiens & præſtantiſſimus*, & (*in Scholiis ad Catalogum Scriptorum illius*, iisdem libris præfixum, *p. 18.*) *Vir eruditus idemqve laborioſiſſimus.*

Joh. Georg. Eccardus (*in Hiſtoria ſtudii Etymologici Linguæ Germanicæ, c. 28., p. 235. 236.*) eum, ob ſtudium lingvam in ſcriptis ſuis illuſtrandi Germanicam, & merita in hanc, celebravit.

Chriſtoph. Gräſius (*Parte II. Dyotæ Sacræ, ſive in Politico Orientali, p. 40.*), non præcox ſolum illius ingenium commendavit, ſed & *Linguæ Sanctæ* (ſive Hebrææ) tradidit fuiſſe *gnariſſimum.*

Burch. Gotth. Struvio (*in Epiſt. de Bibliothecis ad Chriſtoph. Cellarium p. 67.*) *Vir* audit *profundiſſimæ eruditionis*, & (*in Introduct. ad notit. rei literariæ, c. 1., p. 11. edit. ſecundæ*) *Vir immenſi laboris, dignus Vindobonenſis Bibliothecæ Præfectus, & literarum ubiqve promotor.*

Frid. Wilh. Bierlingio (*in Lineamentis methodi ſtudiorum, c. 10., p. 139.*) *Vir magnæ eruditionis*, & (*in Diſſ. de Pyrrhoniſmo Hiſtorico, c. 3., §. 3., p. 31. 32.*) *Vir doctiſſimus.*

Barthol. Chriſt. Richardo (*in Hiſtoria Bibliothecæ Cæſareæ p. 100.*) *Vir plurimæ lectionis, rei inprimis literariæ peritiſſimus, & admodum laborioſus.*

SCRIPTA EDITA.

I. PROPRIA.

Prodromus Lucubrationum Criticarum in Auli Gellii Noctes Atticas, una cum Diſſertatione de vita & nomine Auli Gellii; Lucæ Holſtenio, avunculo, inſcriptus. Pariſiis, apud Cramoyſios, 1647. in 8. Recuſus eſt magnam partem, ſed fruſtillatim textui, cum aliorum Notis, ſubſtratus, Gelliano, in præſtantiſſima A. Gellii editione, a Joh. Friderico & Jacobo Gronoviis ad libros MSS. exacta, perpetuisqve Notis & emendationibus illuſtrata, ac Lugduni Batavorum A. 1706. *in 4. maj.* juris facta publici, de qva *Acta Eruditorum Lipſienſia, M. Junio A. 1706., p. 246-249.*, poſſunt conſuli. In Epiſtola ad Holſtenium dedicatoria Lambecius, ſe Lucubrationes hasce in Gellium criticas, ope potiſſimum Codicis eximii Gelliani, qvi in Bibliotheca Pariſienſi aſſervatur Regia, MSti, congeſſiſſe, retulit, ſimulqve integram Gellii editionem e MSStis Romanis ac Mediolanenſi, Notis exornandam, atqve aliud Opus *Exercitationum in Gellium Macrobianarum*, a ſe juſſit expectari. *Prodromi* qvoqve hujus editionem, qvadruplo auctiorem, A. 1659.; in *Catalogo ſcriptorum ſuorum, Prodromo Hiſtoriæ* præfixo *literariæ*, eſt pollicitus, ſed neutri promiſſo ſatisfecit. Fœtum hunc ingenii præcocis juvenilem, anno ætatis XIX. editum, præter Lucam Holſtenium (cujus *Epiſtolæ 15. & 18., ad Lambecium A. 1647. datæ, p. 61. 62. 71. 72.* de illo evolvendæ), & alios, Jac. Oiſelius etiam & Joh. Andr. Boſius ſuis ornarunt elogiis. E qvibus ille, in *præfat.* editionis ſuæ Gellii Lugduno-Batavæ, A. 1666. publicatæ, hoc de illo tulit judicium: *Non contemnendam qvoqve operam, ante tria & amplius luſtra, adhuc juvenis Gellio præſtitit doctiſſimus Lambecius, in conferendo Lutetiæ Codice MS. ex Bibliotheca Regia; unde politiſſimæ Gellianæ Lucubrationes nobis natæ ſunt.* Boſius vero, ſive potius, qvi ſub hujus nomine deliteſcere tunc voluit, Marqvardus Gudius, *in Diſſ. de Clinicis veteris Eccleſiæ*, Jenæ A. 1657. evulgata, *c. 3., p. 48.*, *Lambecii ſubactam indolem, & æmulandam omnibus indagationem, inſigni Noctium Atticarum ſcriptori operam ſatis laudabilem commendaſſe*, pronunciavit. Memini tamen, eundem Gudium, in colloqvio mecum familiari, Notas in Gellium Lambecianas Lucæ Holſtenio, tanqvam vero illarum autori, propemodum vindicaſſe. Pet. Bælius, *in Novellis reip. lit. Gallicis, M. Jul. A. 1687., p. 765.*, ſeqvius itidem de *Prodromo* hoc judicavit, ita ſcribens: *Mr. Saumaiſe ayant decouvert le premier un ancien Manuſcrit de Gellius dans la Bibliotheqve du Roy. Mr. Bourdelot fut le ſecond, qvi lut le Manuſcrit, & Lambecius le troiſieme. Mais, comme celui-ci étoit vain de ſon naturel, il ne volut point ſ' avoüer redevable à perſonne: il dit, qve le hazard l' avoit fait tomber ſur ce Manuſcrit. Son ingratitude fut punie, ſon edition ne ſ' acqvit qv' une tres mediocre eſtime, & Mr. Gronovius le pere ſe trouva obligé d' en faire une autre edition.* In qvibus tamen verbis Lambecius ipſum edidiſſe A. Gellium falſo perhibetur. Conf. de Prodromo hoc Joh. Alb. Fabricii *Bibliothecam Latinam, Lib. 3., c. 1., p. 512. 513. edit. ſec.*, & B. G. Struvii *Introduct. in notit. rei lit., c. 2., p. 44. ed. primæ.*

Origines Hamburgenſes, ſive Rerum Hamburgenſium Liber primus, ab Urbe condita, ſive A. C. 808., usqve ad A. 1225.; cum Collectione IX. veterum Diplomatum, qvæ, ad tuendam rerum fidem, & pleniorem earum cognitionem, in eodem libro citantur; ut & cum Appendice, qvæ continet duplicem Vitam S. Anſgarii, primi Archiepiſcopi Hamburgenſis, qvarum prior a ſucceſſore ipſius, S. Remberto, ſecundo Archiepiſcopo Hamburgenſi, oratione proſa, poſterior autem a Gvaldone, Monacho Corbejenſi, temporibus Adalberti, Archiepiſcopi XIII. Hamburgenſis (qvi A. C. 1072. obiit), hexametris verſibus, eſt compoſita, & primum A. 1650. Pariſiis ex Bibliotheca S. Germani Pratenſis eruta atqve deſcripta. Utriqve additæ ſunt Notæ Lambecii, Hamburgi, ſumptibus autoris, A. 1652. in 4. Occaſionem & cauſas laboris hujus, in hiſtoria urbis patriæ Hamburgenſis accuratius exponenda, A. 1649. in itinere Gallico, cum amicorum civitatis Pariſienſis eruditiſſimorum applauſu, ſuſcepti ac delineati, poſt reditum autem in patriam inchoati, in *præfatione Appendicis*, methodum autem, in eadem hiſtoria concinnanda a ſe adhibitam, in *Libri* hujus *primi* Lambecius ipſe fuſius indicavit *prooemio*. In qvo, ſe, *ex vetuſtiſſimis qvibuscunqve monumentis, & æqvalibus rerum narrandarum ſcriptoribus, nudam veritatem bona fide eruere, &, accurata Chronologiæ ratione habita, in medium proferre, ipſa veterum ſcriptorum verba, & integra nonnunqvam diplomata, inſerere, in margine, ubi allegati autorum loci qværendi ſint, addere, & exili qvidem ac ſimplici ſtylo, ſed ſumma diligentia & fide*, ſingula enarrare, profitetur. Vitas Anſgarii duas, Rembertinam ἄμετρον, longe pleniorem & integriorem, qvam in Phil. Cæſaris editione Colonienſi anni 1642. mutila, in Appendice a Lambecio exhibitam, & Gvaldonis, ſive Monachi potius Benedictini Corbejæ Gallicæ Seculo XI. incerti, Metaphraſin iſtius metricam, ab eodem, e Codice membranaceo Corbejenſi (qvi Rembertinæ illam ſubjungebat), in Bibliotheca S. Germani Pratenſis Pariſina monaſtica, A. 1650. reperto ac deſcripto, primum editam, Claudius Arrhenius, Hiſtoriographus aulæ Svecicæ, Profeſſorqve Upſalienſis, cum Notis Lambe-

cianis, ſub titulo *Vitæ S. Anſgarii geminæ*, Holmiæ Svecorum A. 1677. *in 4.* curavit recudi. In qva editione, præter Arrhenii ipſius Breviarium vitæ Anſgarii chronologicum, & Excerpta de illo ex Hagiologiis Ritualibusqve Svecicis ἀνεκδότοις, Remberti Vitæ Anſgarii adjecta eſt Verſio ejus vetuſta Svecica, Seculo XIV. a Nicolao Scheningenſi, Epiſcopo in Oſtrogothia Lincopienſi, uti creditur, concinnata, & e Cœnobii Nedendalenſis MSto juris facta publici. Fuſius hiſtoria, & Vitæ utriusqve Anſgarii, & editionum, cum Lambecianæ hujus (a Marqv. Gudio *in Diſſ. de Clinicis veteris Eccleſiæ, c. 2., p. 35. 36. 37.*, Joh. Gothofr. Oleario *in Abaco Patrologico p. 404. 405.*, Joh. Hallervordio *in Spicilegio de Hiſtoricis Latinis p. 76. 77. 157.*, aliisqve, honorifice commendatæ), tum cæterarum, antiqviorum pariter atqve recentiorum, ſupra, in Biographiis noſtris tam Anſgarii (§. 35.), qvam Remberti, ac jam olim *Parte II. Iſagoges ad Hiſtoriam Cimbricam, c. 3., §. 9., p. 56 - 60.*, a nobis eſt expoſita. Qvæ loca denuo poſſunt conſuli, & cum iis, qvæ tum alii Autores, ibidem laudati, tum Lambecius ipſe, *in præfatione Appendicis Originum* harum *Hamburgenſium*, de iisdem monuerunt, conferri.

Rerum Hamburgenſium Liber ſecundus, ab A. C. 1225. ad 1292., cum variis antiqvis Monumentis æri inciſis. Accedunt: I. Mantiſſa XVII. veterum Diplomatum, qvæ, ad tuendam rerum fidem, & pleniorem earum cognitionem, in eodem libro citantur; II. Chronologia & Auctarium Libri primi Rerum Hamburgenſium, ab A. C. 808. ad A. 1072.; III. Ὄνος πρὸς λύραν, ſeu Diſſ. de Aſino ad tibiam, qvi vetuſto cuidam lapidi ſepulchrali Eccleſiæ Cathedralis Hamburgenſis, non minus ingenioſe, qvam lepide, inſculptus cernitur; IV. Indices Autorum & rerum; V. Catalogus Scriptorum Lambecii, & editorum, & ineditorum atqve affectorum. Hamburgi, ſumptibus Autoris, A. 1661. in 4. Qvæ Libro huic præmittere conſtituerat Prolegomena, propter anguſtias temporis omiſſa, propediem a ſe *Diſſertationi de conſcribendis Rerum Germanicarum Annalibus* incluſa peculiari, in præfatione, juſſit expectari. Ambo Libri Rerum Hamburgenſium junctim recuſi ſunt Hamburgi A. 1706. *in fol.*, curante D. Joh. Alb. Fabricio, Gymnaſii Hamburgenſis Profeſſore, qvi Præfationem ſuam adjecit, eiqve Lambecii Catalogum ſcriptorum ſuorum editorum (qvi Vindobonæ A. 1673. prodierat) ultimum, Scholiis qvibusdam, ac ineditorum atqve affectorum e Catalogis prioribus appendice, a ſe auctum, cum Claud. Arrhenii *Breviario vitæ Anſgarii Chronologico*, ſubjunxit, ac Indices tandem Librorum duorum diverſos in unicum contraxit. Lectores, in *Libri primi Præfatione*, ſummam diligentiam & fidem, in rebus ſingulis, e monumentis plerumqve vetuſtiſſimis atqve ſcriptoribus συγχρόνοις, ſtylo exponendis ſimplice, accuratamqve Chronologiæ rationem, expectare a ſe juſſos, Lambecius, Hiſtoricus multæ lectionis judiciiqve haud vulgaris eximius, in utroqve neutiqvam fefellit. Si enim παροράματα qvædam, qvæ a nimio in patriam profluxerunt affectu, paſſim obvia, excipias, vix aliqvid jure in opere hoc reprehendi poterit præclaro, inſigni congeſto induſtria, ſingulasqve narrationes locis ſcriptorum ac diplomatum antiqvorum idoneis, judicioſe ſelectis, confirmante; dolendumqve proinde autorem, poſt Librum ſecundum, juris factum publici, e civitate mox digreſſum natali, telam Hiſtoriæ hujus inchoatam, ad ætatem usqve ſuam, vel noluiſſe, vel non potuiſſe pertexere. Interruptum enim illud eſt ſubito hoc diſceſſu, eademqve fata metuit cum Venere Apellæa, Panætiiqve *libris de Officiis*, de qvibus, teſte Cicerone (*ſub initium L. 3. de Offic.*), P. Rutilius Rufus judicabat, neminem, qvæ ille præteriiſſet, ob eorum, qvæ perfeciſſet, præſtantiam, perſecuturum. Nondum certe, inter tot homines urbis Hamburgenſis eruditos, repertus, eſt, qvi Hiſtoriam patriæ moliri auderet integram, eadem methodo pariqve accuratione concinnandam, aut Operi Lambeciano partes addere reliqvas, ab Autore, in Scriptorum ſuorum, qvem *Libro ſecundo* ſubjecit, Indice, & partim qvoqve ſub ipſum *Libri* ejusdem *ſecundi* initium, promiſſas. Sunt autem iſtæ ſeqventes: α. Chronologia & Auctarium Libri primi Rerum Hamburgenſium, ab A. C. 1073. usqve ad A. 1225.; β. Chronologia & Auctarium Libri ſecundi Rerum Hamburgenſium, ab A. 1225. ad 1292.; γ. Rerum Hamburgenſium Liber III., ab A. C. 1292. ad A. 1410.; δ. Liber IV., ab A. 1410. ad 1461.; ε. Liber V., ab A. 1461. ad A. 1525.; ζ. Liber VI., ab A. 1525. ad A. 1603.; η. Liber VII., ab A. 1603. ad ea usqve, qvibus autor vivebat, tempora. Licet autem mutila ſit Lambeciana hæc Rerum Hamburgenſium hiſtoria atqve imperfecta, ab eruditis tamen nihilo minus magni merito æſtimatur, & præclaris ornata eſt elogiis. E qvibus Herm. Conringius autorem, in Epiſtola, A. 1661. ad eum exarata, & *Libro II. Rerum* noſtri *Hamburgenſium* præfixa, ita compellavit: *Hamburgenſia tua etiam ſuperant expectationem. Enimvero videram jampridem Origines tuas, ſive Librum primum Hamburgenſium; vix autem perſvaſeram mihi, paria te & in ſeqventibus præſtare poſſe. Experior autem, eam abs te hic etiam induſtriam dexteritatemqve adhibitam, qualem antehac nemo qvisqvam adhibuit: atqve adeo patriam urbem inclytam tua demum opera ſiniſtras ſuſpiciones impoſterum effugere poſſe, tibiqve proinde non poſſe ex merito referre gratias. - - Utinam cives tui capiant, qvantum merearis! Sin, æterna tamen tibi laus parata eſt apud intelligentes & poſteritatem, modo tu perrexeris de patria tam bene mereri.* Publice qvoqve idem opus hoc noſtri inchoatum deprædicavit, *in Libro de civili prudentia, c. 14., p. 332.*, ita ſcribens: *Hamburgenſium rerum binos jam tum libros edidit Pet. Lambecius, inſigne ſpecimen popularis Reipublicæ deſcriptæ (qvale Hiſtoriæ genus paucis datum eſt hactenus juſte tractare). Deſiderantur tamen illius florentiſſimæ urbis adhuc potiſſima.* Qvid qvod (uti e *Conringianis Epiſtolicis* diſces auctioribus, Helmſtadii A. 1719. a Chriſtoph. Henr. Rietmeiero editis, *p. 279.*), *Urbis patriæ* (Hamburgenſis) *rebus ſcribendis non temere qvenqvam, Lambecio ſecundum, inventum iri*, prædixit. Joh. Henr. Bœclerus, cum, *in Bibliographia curioſa, lit. H. 7. b.*, mentionem *Rerum* noſtri injeciſſet *Hamburgenſium*, hæc adjecit: *De recentioribus nullum habemus, qvi accuratius qvicqvam ſcripſerit.* Henr. Meibomius Junior, *in Introduct. ad hiſtoriam Saxoniæ Inferioris p. 62. 63.*, ſeqvens de iisdem tulit judicium: *Omnem illum defectum* (Chronici Hamburgenſis Ad. Traſigeri) *ſupplere viſus eſt magni ingenii & judicii, & hiſtoriæ ſcribendæ peritus Vir, Pet. Lambecius, qvi, junior licet, operam, qvam hactenus Græcis Latinisqve ſcriptoribus recenſendis feliciter impenderat, patriæ urbi, in concinnanda ejus Hiſtoria, conſecravit. Tanta autem felicitate, materia ex omnibus ſcriptoribus & monumentis curioſiſſime conqviſita, id præſtitit, ut, prima parte Rerum Hamburgenſium cum plauſu excepta, altera poſt novennium addita, majorem etiam in erudito orbe meruerit. Dolendum autem, qvod in anno 1292. ſubſtiterit, &, aliis dein laboribus occupatus, tandem A. 1680., 24. Martii, peſte Viennenſi, mortuus ſit, ut nihil ab ipſo amplius expectare liceat. Poſtqvam tamen ille doctiſſimus Vir glaciem fregit, & antiqva, ſepulta, vetuſta, eruit, non adeo difficile fuerit, res celeberrimæ urbis ad noſtra usqve tempora pertexere, nullibi jam deficientibus ſubſidiis.* A Pet. Dan. Huetio (*Lib. I. Comm. de rebus ad ſe pertinentibus p. 29.*) Origines Hamburgenſes *opus* vocantur *luculentum*; ab Ott. Sperlingio Juniore vero (*in Diſſ. de Monumento Hamburgenſi Benedictino p. 8.*) autor Lambecius *Scriptor rerum Hamburgenſium, qvas ſummo judicio pertexuit, eruditus.* Noviſſimæ Joh. Alb. Fabricius, in *Præfatione*, ſuæ operis hujus editioni A. 1706. præmiſſa, ita de illo ſcripſit: *Qvod Lambecius vel inchoato iſthoc opere præclare ſit meritus de antiqvitate ac memoria civitatis Hamburgenſis, & induſtriam, judicium ſtudiumqve veritatis, attulerit ad illud componendum, qvale in Hiſtoriæ ſcriptore reqviritur, nemo æqvus ac peritus lector facile negabit. Ea qvoqve eſt ſtyli, qvo utitur, lux ac perſpicuitas, is ab omni affectatione alienus decor orationis, ut qvi unum alterumqve perleve, in Epiſtola*

primo

primo præmiſſa libro, tam prolixe, tamqve acerbe, inſectatus fuit, Lambecii qvondam Collega, ſibi potius juſtam alterius Collegæ cenſuram contraxerit, qvam Lambeciano nomini, qvam geſtiebat, notam inſcitiæ inuſſerit. Addantur his, a qvibus idem opus commendatum eſt, Joh. Chriſtianus, Baro a Boineburg, in literis ad Lambecium M. Apr. A. 1660. ſcriptis, & *Libro II.* præfixis, ac *Epiſtola 33. ad Joh. Conr. Dietericum p. 186.*, Vinc. Fabricius *in Epiſtola ad Henr. Vagetium A. 1653. exarata (in Opp. Lat. p. 339.)*, Joh. Mauritius Gudenus *in præfat. Hiſtoriæ Erfurtenſis*, Herm. Diet. Meibomius (qvo judice noſter *Hamburgenſium rerum hiſtoriam ſumma induſtria & accuratione conſignavit) in Or. de genuinis Hiſtoriæ Germanicæ fontibus p. 73.*, Joh. Chriſt. Nevius *Parte II. Acceſſionum ad Degorei Wheari Relectiones hyemales Hiſtoricas p. 373.*, pluresqve alii. E cenſoribus, qvi nonnulla in eo deſiderarunt, pauculis, Joh. Alb. Fabricius, *in præfat. ſuæ editionis, freqvens* reprehendit Lambecii *ſtudium alios, ac cumprimis Ad. Tratſigerum (Chronici Hamburgenſis ἀνεκδότου ſcriptorem), carpendi, ejusqve nomini detrahendi, uti pluribus in locis, ita iis etiam ſubinde, elucens, in qvibus nulla erat, qvamobrem eum reprehenderet, vel de ejus fide addubitaret, ratio.* Ab autore Anonymo des Nachrichts von der Stadt Hamburg, *Parte II., p. 186-189.*, illum Ordini patriæ Senatorio, qvavis occaſione, favere, hujusqve jura plus juſto exaggerare, eſt monitum, diverſisqve oſtenſum exemplis. Conr. Sam. Schurtzfleiſchio (*in Diſſ. de Wittekindo Magno, Th. 6.*) ſententia noſtri de Hermanno Billingo, primo Saxoniæ Duce, *L. 2. Rer. Hamb. p. 4.* propoſita, diſplicet, & *rivos juris publici turbare* videtur. Plura de opere hoc imperfecto non addo, de qvo, præter Joh. Alb. Fabricii *præfationem*, narrationes qvoqve Wilh. Ern. Tenzelii *in Bibliotheca curioſa anni 1706. vernacula, Sect. 4., p. 267-272.*, Henrici & Hermanni Dieterici Meibomiorum *ll. cc.*, atqve *Iſagoges* meæ *ad Hiſtoriam Cimbricam, P. IV., c. 8., §. 6. 7. 8., p. 537-543.*, poſſunt conferri.

Prodromi Hiſtoriæ Literariæ Liber primus, nec non Libri ſecundi Capita IV. priora; cum Appendice, qvæ ſciagraphiam continet, ſive primam delineationem præcipuarum perſonarum ac rerum, de qvibus reliqvis XXXII. ejusdem Libri capitibus plenius & accuratius agetur. Accedunt Tabulæ duæ Chronographiæ univerſalis, qvarum priori ſucceſſio omnium ſeculorum, a creatione mundi, usqve ad initium vulgaris æræ Chriſtianæ, poſteriori autem continuatio eorundem, ab initio vulgaris æræ Chriſtianæ, usqve ad noſtram ætatem, exhibetur. Hamburgi, ſumptibus autoris, A. 1659. in fol. Opus hoc, itidem mutilum atqve imperfectum, & *Syntagmati Hiſtoriæ univerſæ literariæ* longe majori atqve vaſtiori, ſed affecto tantum, Prodromi, σκιαγραφίαν hujus exhibituri, inſtar, præmiſſum, autor Leopoldo Imperatori inſcripſit, & calci ejus Catalogum ſcriptorum ſuorum, editorum pariter atqve ineditorum, adjunxit. Denuo in lucem prodiit A. 1710. *in fol.* Lipſiæ & Francofurti, curante D. Joh. Alb. Fabricio, Gymnaſii Hamburg. Profeſſore, cum novo hujus de Hiſtoriæ qvadruplicis, naturalis, civilis, eccleſiaſticæ & literariæ, imperfectione Procemio, & P. Lambecii *Diario Itineris Cellenſis*, Alex. Ficheti, Jeſuitæ, *Arcana Studiorum Methodo Ideaqve Locorum communium*, & Wilh. Langii, Dani, *Catalogo librorum MSS. Bibliothecæ Mediceæ*, nunc primum edito, per eundem adjectis Fabricium. Congerere & elaborare Prodromum hunc cœpit Lambecius, occaſionem præbentibus Collegiis, in qvibus Hiſtoriam Gymnaſii Hamburgenſis alumnis proponebat literariam, compluribus, A. 1653., & ſexennio ſeqventi, inqve iſto exhibere conſtituit tum generalem narrationem originis, incrementi, mutationis, interitus & reſtaurationis omnium lingvarum, ſcientiarum, facultatum & artium liberalium, in omnibus totius orbis regionibus, Chronologico Seculorum XL. ante C. N., & XVII. poſt C. N., ordine diſpoſitam, tum ſpecialem recenſionem Virorum fœminarumqve cujusvis ſeculi, ſapientia, eruditione, ſcriptis, vel amore ſaltem meritisqve in literas aut literatos, illuſtrium. Diviſit eum in Libros duos, qvorum Primus tantum, ſeptem capitibus, Hiſtoriam literariam, ab orbe condito, ad Moſis usqve nativitatem, enarrans, & Secundi capita qvatuor priora, eandem, a Moſis ævo ad expeditionis usqve Argonauticæ belliqve Trojani tempora, pertexentia, ab autore juſto ſtudio elaborari tunc potuerunt, ac luci exponi publicæ. Addita tamen iis eſt Sciagraphia ſive prima delineatio argumentorum præcipuorum, rerum ſcilicet ac perſonarum, de qvibus in reliqvis XXXII. Libri Secundi capitibus, Synopſin hanc Hiſtoriæ literariæ, a belli tempore Trojani, ad Seculi usqve XVII. æræ Chriſtianæ medium, continuaturis, plenius atqve accuratius agere Autor conſtituerat. Inſertæ ſunt qvoqve Tabulæ ſynopticæ, tum IV., qvas vocant, Monarchiarum, &, qvi ſingulis præfuere, Principum, tum ſucceſſionis illuſtrium Græciæ veteris Philoſophorum e Diogene Laertio, & ſubjunctæ tandem Tabulæ duæ Chronographiæ univerſalis. Qvarum priori ſucceſſio omnium ſeculorum, a creatione mundi, usqve ad initium æræ vulgaris Chriſtianæ, poſteriori autem continuatio eorundem, ab initio æræ vulgaris Chriſtianæ, usqve ad noſtram ætatem, exhibetur; & ternis qvidem intercolumniis, ita ut primum hiſtoriam ſacram, ſecundum profanam, tertium vero literariam complectatur. Fuſius hæc omnia, inſtitutum methodumqve operis ſui ſpectantia, Lambecius ipſe, in *præfatione* illius, & *Catalogo ſcriptorum ſuorum* (qvi Vindobonæ A. 1673. prodiit), *num. 4.*, expoſuit atqve adumbravit. Conferri qvoqve poſſunt recenſus *Prodromi* hujus, in *Actis Philoſophicis Societatis regiæ Anglicæ, M. Dec. A. 1667., p. 463-469. editionis Latinæ anni 1675. Lipſienſis, Diario eruditorum Pariſienſi Gallico, M. Dec. A. 1711., p. 667-677.*, & Halenſium *Bibliotheca nova*, Germanico ſcripta idiomate, *Sect. IX., p. 806-811.*, obvii; nec non narrationes de eodem breviores Val. Henr. Vogleri *in Introductione ad notitiam bonorum Scriptorum, c. 5., p. 27.*, D. G. Morhofii *T. I. Polyhiſtoris, Lib. I., c. 2., p. 11., & c. 16., p. 202.*, ac Burch. Gotth. Struvii *in Introduct. in notitiam rei literariæ, c. 3., §. 37., p. 128. edit. primæ, & c. 1., §. 10., p. 10. 11. edit. ſecundæ.* Commendarunt illum Joh. Chriſtianus, Baro a Boineburg, in Epiſtola ad noſtrum, *Libro* ejus *II. Rerum Hamburgenſium* præfixa, Joh. Andr. Boſius *in Schediaſmate de comparanda notitia Scriptorum Eccleſiaſticorum, c. 4., p. 49.*, Nicol. Chriſtoph. Lynckerus *in Inſtructorii forenſis Introitu, §. 6., lit. D. 2. a.*, Frid. Wilh. Bierlingius *in Lineamentis Methodi ſtudiorum, c. 10., p. 139.*, & Joh. Alb. Fabricius, *in præfatione editionis ſecundæ* ita ſcribens: *Primus Lambecius noſter, ante hos 50. annos, Corpus Hiſtoriæ literariæ, non minus præclaro auſu, qvam Plinius naturæ rerum hiſtoriam, & complecti animo, & delineare, aggreſſus eſt; cujus licet partem tantum dedit elaboratam, ita tamen vel ipſa, nec plane ſterilis illa, univerſi corporis, qvam exhibet, adumbratio, ſimul ac prodiit in lucem, cepit eruditorum animos, ea qvoqve ſe commendat utilitate varietateqve rerum ſcitu dignisſimarum, ut mihi perſvadeam, haud ingratum fore ſtudioſis iteratam hujus editionem libri, in librariis tabernis jampridem neutiqvam obvii.* Tabulas duas Chronographiæ univerſalis, *Prodromo* ſubjunctas, Joh. Henr. Boeclerus, *in Diſſ. de Utilitate ex Hiſtoria univerſali capienda (in Volumine Diſſertt. Acad.* recuſa) *p. 1169.*, & Caſp. Sagittarius, *in Introduct. in Hiſt. Eccl., T. I., c. 12., §. 48., p. 208.*, ſuis dignati ſunt encomiis. In Opere ipſo nihil ferme ab eruditis eſt deſideratum, præter illius imperfectionem, & argumenti, methodiqve, qva tractari hoc cœptum erat, vaſtitatem, cui ne complures qvidem homines eruditi, nedum unus, eſſent ſuffecturi. An proinde Lambecius perficiendo illi par eſſet futurus, merito, ſicut eventus docuit, dubitarunt, imo deſperarunt, Herm. Conringius (*in Conringianis Epiſtolicis p. 88. 89. ed. primæ, & p. 279. edit. ſecundæ*), D. G. Morhofius & B. G. Struvius (*ll. cc.*), ac Joh. Henr. Horbius, *in Diſſ. de Hæreſis Simonis Magi ultima origine*, Lipſiæ A. 1669. edita (cujus *pag. 13.* etiam *in Prodromo* hoc *ſæpe aliena credulitate lapſus eſſe* perhibetur), *p. 5.*, ita ſcribens: *Nec crediderim Lam-*

becio, celebri hujus ſeculi Apoſtatæ, aliam in affecto qvidem, nunqvam forte perficiendo, Hiſtoriæ literariæ opere fuiſſe mentem. Conf. ejusdem *c. 1., p. 7.*, ubi Lambecius *Hiſtoriam, qvam exorſus erat, literariam deſeruiſſe* traditur. Vere certe Morhofius *l. c. p. 202.: Neqve enim ſufficiebat Vir unus tam immenſo operi, cujus concinnatio non unum aut alterum annum, ſed totam fere hominis vitam, reqvirit; ideoqve, poſt primam illam Prodromi editionem, nihil ulterius eddiit.* Pollicitus qvidem noſter eſt, anno jam 1661., *in Catalogo ſcriptorum ſuorum, Libro II. Rerum Hamburgenſium* adjecto, *Prodromi Hiſtoriæ literariæ Tomum Secundum, complectentem elaborationem Sciagraphiæ Libri Secundi a capite V. usqae ad caput XVI., ſive tempora a Bello Trojano (qvod in Seculum XII. ante Æram Chriſtianam incidit), usqve ad initium Æræ vulgaris Chriſtianæ.* Imo A. 1672., ſub finem *Libri V. Comment. de Bibliotheca Cæſarea* (teſte Morhofio *T. I. Polyhiſt., L. I., c. 2., p. 11.*), & A. 1673., *in Catalogo ſcriptorum a ſe editorum Vindobonenſi, num. 16.* expectari a ſe juſſit *Syntagma univerſæ Hiſtoriæ Literariæ, diviſum in XL. Secula ante Chriſtum, & in XVII. Secula poſt Chriſtum, primum Hamburgi A. 1659. ſub titulo Prodromi Hiſtoriæ literariæ editum, nunc autem beneficio Bibliothecæ Cæſareæ accuratius elaboratum, & innumeris fere locis auctum, Libroqve XXV. Commentariorum de Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi, ut loco Indicis ſit univerſalis Librorum XXIV. præcedentium Chronologici, inſerendum.* Sed promiſſa hæc, tam prius de *Prodromo* continuando, qxam poſterius de eodem in *Syntagma Hiſtoriæ univerſæ* immutando *literariæ* (cujus mentio honorifica ab Ant. Reiſero qvoqve, in *præfat. Catalogi MSS. Biblioth. Auguſtanæ,* Theod. Janſonio in *Bibliotheca promiſſa & latente p. 28.*, ac Joh. Georg. Pritio in *Diſſ. de Republ. literaria, Membr. 8., p. 12.*, eſt injecta), vana fuere ac inania, neqve iis unqvam a Lambecio eſt ſatisfactum. Fruſtranea qvoqve fuit eruditorum expectatio de Caſp. Sagittario, Hiſt. Profeſſore Jenenſi celeberrimo, telam Hiſtoriæ Lambecii literariæ inchoatam, poſt mortem illius, pertexturo, qvam A. 1687. M. Gotfr. Vockerodius, in *Introduct. ad notitiam Societatum literariarum, Sect. II., c. 3., §. 8., lit. L. 3. a.*, ſuo operis iſtius affecti encomio, provocaſſe videbatur.

Orationes aliqvot, in Gymnaſio Hamburgenſi habitæ, una cum Programmatibus nonnullis, publice ibidem propoſitis. Hamburgi A. 1660. in 4. Recuſæ ibidem A. 1711. *in 8., Volumine III. Memoriarum* Joh. Alb. Fabricii *Hamburgenſium, p. 1-134.* Exhibentur hoc Syntagmate: α. Oratio de Hiſtoriarum cum cæteris ſapientiæ & literarum ſtudiis conjunctione, habita, cum publicam Hiſtoriarum in Gymnaſio Hamburgenſi profeſſionem d. 13. Jan. A. 1652. ordiretur; β. & γ. Orationes duæ, prælectionibus in Livium A. 1653. præmiſſæ; δ. Orationis in memoriam Joh. Adolphi Taſſii, Matheſeos Profeſſoris Hamburgenſis, A. 1654. ſcriptæ, Fragmentum initiale; ε. Oratio de Gymnaſii Hamburgenſis origine, & fructu, qvem ex eo Reſpublica percepit, multiplici, d. 12. Jan. A. 1660., cum Rectoratum illius, ſibi demandatum, ſuſciperet, habita, cum Programmate, illi præmiſſo; ζ. Programmata tria, totidem auditorum Orationibus A. 1652. ac 1653. dicata; η. Programma de vita Dav. Penshornii, J. U. Lic. & Senatoris Hamburgenſis, funebre, A. 1660. propoſitum; ϑ. Programmata duo, Orationibus auſpicalibus Collegarum Hamburgenſium, Joh. Mülleri *de Scientiarum Mathematicarum laudibus*, & Rud. Capelli *de ſumma boni Oratoris neceſſitate*, A. 1660. præmiſſa.

Tabulæ Synopticæ in V. CL. Philippi Cluverii Introductionem in univerſam Geographiam, tam veterem, qvam novam, Lucæ Lambecio, fratri, Doctori Medico, inſcriptæ. Hamburgi A. 1660. (ſumptibus Autoris) in fol. obl., & Hildeſiæ A. 1671. in fol.

Programma de vita ac laudibus Joh. Balth. Schuppii, Th. D. & Eccleſiæ Hamburgenſis Jacobææ Paſtoris, A. 1661. illius præmiſſum exeqviis. Hamburgi 1661. Recuſum Francofurti A. 1685., in Henn. Wittenii *Centuria Memoriæ Theologorum renovatæ, Dec. X, p. 1396-1404.* Extat etiam Verſio illius Germanica, ſeorſim impreſſa A. 1662. *in 12.*, & in *Operum* qvoqve Schuppii vernaculorum, Francofurti ſæpius publicatorum, *Appendice, p. 453-458.*, obvia.

Catalogus ſcriptorum, a ſe, ab anno ætatis 19. ad annum ætatis 34., editorum, qvem, Anno præcedenti 1661., *Libro II. Rerum Hamburgenſium*, cum Appendice edendorum, adjectum, ſolum, hac reſecta, Florentiæ A. 1662. *in 4.*, amicorum rogatu, in unico qvaternione curavit ſeorſim imprimi; ſicut ipſe, *Libro I. Comm. de Bibliotheca Cæſarea, in Epiſtola ad Ren. Franc. Sluſium,* teſtatur.

Catalogus librorum, qvos Pet. Lambecius compoſuit & in lucem edidit, ab anno ætatis 19. usqve ad 45., nempe ab A. C. 1647. usqve ad A. 1673.; cum prævia notitia continuationis eorum Operum, qvæ adhuc ſub prælo ſunt. Vindobonæ 1673. in 4. Catalogus hic, præcedenti & auctior, & in ſcriptorum ſingulorum recenſione uberior, recuſus eſt in frontiſpicio editionis *Rerum* noſtri *Hamburgenſium* ſecundæ, Hamburgi A. 1706. *in fol.* publicatæ, cum D. Joh. Alb. Fabricii, editoris, Scholiis pauculis, atqve Indice ſcriptorum Lambecii ineditorum ac affectorum, in aliis promiſſorum Catalogis.

Commentariorum de Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi Liber Primus, cum V. Additamentis, & XX. Iconismis æri inciſis. Vindobonæ 1665. in fol. In duas is partes eſt diviſus, qvarum Prima Epiſtolam exhibet Lambecii ad Renatum Franciſcum Sluſium, J. U. D., ædis Cathedralis D. Lamberti Leodienſis Canonicum, & Electoris Colonienſis Conſiliarium intimum, prolixam; Kal. Dec. A. 1663. datam, ut reſponſionis vicem obiret univerſalis ad variorum amicorum & doctorum virorum literas crebras, qvibus de ſtatu Bibliothecæ Cæſareæ præſenti ipſum erant ſciſcitati. In illa, poſtqvam, de ſecundo ſuo per Vindobonam Itinere anni 1662. Italico, reditu in aulam Imperialem, & ſuſcepta a ſe præfectura Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis, non pauca narraverat, Hiſtoriam illius fundatæ, ac, poſt multiplex incrementum, fortunamqve ſub Præfectis variis variam, A. 1663. Leopoldi Imperatoris a ſe renovatæ inſtaurAtæqve auſpiciis, fuſe eſt perſecutus, & Cimeliarcheum ſimul Cæſareum, ejusqve Numismata vetera præſtantiſſima, & κειμήλια alia, ac Pinacothecam inſtructiſſimam Archiducalem olim, tunc vero itidem jam Cæſaream, una cum vetuſtiſſimo Sarcophago lapideo, d. 28. Jan. A. 1661. Vindobonæ invento, Ethnicisqve hujus antiqvitatibus, deſcripſit atqve celebravit. Pars Secunda qvinqve complectitur Additamenta, qvorum I. de ſeptem agit Codicibus operis Gregorii Nyſſeni *de Creatione hominis*, in Bibliotheca Cæſarea MSStis. II. Lucæ Holſtenii tres ſiſtit Epiſtolas, ad Sebaſt. Tengnagelium, Biblioth. Cæſareæ Præfectum, A. 1630., cum Notitia Librorum Arabicorum & Syriacorum, Romæ impreſſorum, Indicibusqve Homiliarum Patrum antiqvorum, Geographorumqve veterum, editioni a ſe deſtinatorum, transmiſſas, obſervationibus de MSStis qvibusdam illuſtratas Vindobonenſibus, qvarum in iis occurrit mentio. III. Animadverſiones continet in Gabr. Naudæi narrationem de Biblioth. Cæſarea, Ant. Poſſevini Catalogum MSS. ſacrorum Græcorum ejusdem, hujusqve, ſicut & Joh. Jac. Friſii (*in Biblioth. univerſali*) & Ant. Verderii (*in Biblioth. Conſtantinop.*), errores de multis iſtorum, accuratius ſimul recenſitis, graviſſimos. IV. Solum Codicem pretioſiſſimum *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ* Nicephori Calliſti membranaceum, de qvo Epiſtolæ complures Rob. Scheilderi, Jac. Aug. Thuani, Front. Ducæi & Jac. Sirmondi, pleræqve ad Seb. Tengnagelium ſcriptæ, adduntur, celebrat. Qvintum deniqve complectitur Catalogum 179. MSS. Codicum, Arabicorum, Perſicorum, Turcicorum & Hebraicorum, Bibliothecæ

othecæ Cæſareæ a Tengnagelio legatorum (qvem recuſum ſeorſim invenies in Theoph. Spizelii *Arcanis ſacris Bibliothecarum illuſtrium detectis*, Auguſtæ A. 1668. editis, *p. 62-77.*), cum Scholiis qvibusdam, & Petri a Valle, Romani, Epiſtola ad Tengnagelium, de LL. Or. ſtudio, Perſicique & Turcici Imperii ſtatu, A. 1628. exarata. Uberiorem *Libri* hujus *I. σκιαγραφίαν*, *in Catalogo librorum a ſe editorum Vindobonenſi, num. 8.*, dedit ipſe Lambecius. Confer cum iſta breviores Joh. Gallœſii *in Diario eruditorum Gallico anni 1666., Ephem. 29., p. 435. 436. edit. Lat. Nitzſchianæ*, & Theoph. Spizelii *in Diſſ. præliminari, Arcanis Bibliothecarum ſacris* præmiſſa, *§. 13., lit. f. 3. & 4.*

Commentariorum de Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi Liber Secundus, cum Additamentis XVI., & Iconiſmis XL. æri inciſis. Vindobonæ A. 1669. in fol. Hujus, qvoqve, Capitibus IX. conſtantis, delineationem prolixam Lambecius (*Supplementum Libri I.* eum vocans), *in Catalogo librorum ſuorum Vindobonenſi, num. 12.*, exhibuit. Cap. I. & II. agitur de Vindobonæ Auſtriacæ nominibus vero ac falſis; Cap. III. inſeruntur Concilii Provincialis, Vindobonæ, M. Majo A. 1267., a Gvidone Cardinali celebrati, Conſtitutiones, ejusdemqve Gvidonis Decreta Hungarica, cum variis obſervationibus. Cap. IV. diſſeritur de Helwici Thüringi, Ottocari, Regis Bohemiæ, Seculo XIII. Notarii, Rationario Auſtriæ & Styriæ, MSto in Biblioth. Cæſarea, ac Auguſti Imperatoris Rationario Imperii; Capite autem V. de origine, fundatione, ſtatutis & privilegiis, tam Academiæ Vindobonenſis, qvam Pariſinæ, matris illius, e MSStis Biblioth. Cæſareæ, de Caroli M. eruditione, Bibliotheca cubiculari, ac 23. Codicibus Cæſareæ MSStis, ad Vitam resqve geſtas ipſius pertinentibus, tandemqve de antiqva Lingva Germanica, hujus monumentis adhuc reliqvis, & Otfridi præſertim, Monachi Bened. Sec. IX. Weiſſenburgenſis, tum ſcriptis cæteris, tum Volumine Evangeliorum, qvod octo foliis integris, qvæ in editione deſunt Flaciana, hic ſuppletur. Qvæ Supplementa Otfridiani Voluminis Lambeciana, aliaqve plura, textui addet reliqvo editio illius nova e Codice MSto Biblioth. Cæſareæ, Flaciana longe & plenior, & emendatior, qvam Dietericus a Stade, Conſiſtorii Stadenſis Svedici Secretarius, labori huic immortuus, a ſe juſſit expectari *in Specimine Lectionum antiqvarum Francicarum, ex Otfridi, Monachi Wizanburgenſis, Libris Evangeliorum, atqve aliis Eccleſiæ Chriſtianæ Germanicæ veteris monumentis antiqviſſimis, collecto, ac. cum interpretatione Latina*, Stadæ A. 1708. *in 4.* publicato. V. recenſus *Speciminis* hujus Stadiani, *in Actis Erud. Lipſienſibus, T. IV. Supplem. Sect. IV., p. 184-188., Novis Germaniæ literariis Hamburgenſibus, M. Mart. A. 1709., p. 105. 106.*, & in Chr. Woltereckii ac J. G. Kranſii ausführlichem Berichte von allerhand neuen Büchern, *Sect. 6., p. 595-603.*, obvios. Verſionem antiqvam Colloqvii Chriſti cum muliere Samaritana Joh. IV. Germanicam, a Lambecio eodem *cap. V. Libri II., p. 383. ſq.*, primum editam, ſub titulo *Fragmenti veteris Lingvæ Theotiſcæ, a Lambecio producti, probabiliqve Doctiſſimi Viri* (qvi, Tenzelio judice, eſt Diet. a Stade modo laudatus) *conjectura reſtituti, emendati ac Latine redditi*, recudi curavit, ſub finem *Verſionis Theotiſcæ antiqviſſimæ Harmoniæ Evangelicæ Tatiani Alexandrini*, Gryphiswaldiæ A. 1706. *in 4.* a ſe denuo recenſitæ, Notisqve illuſtratæ, Joh. Phil. Palthenius, Profeſſor Gryphiswaldenſis. V. *Nova literaria Lubecenſia, M. Jul. A. 1706., p. 201. 202.*, & Wilh. Ern. Tenzelii *Bibliothecam curioſam vernaculam, Sect. 4. A. 1706., p. 281. 282. Capite VI. Libri de Bibliotheca Cæſarea ſecundi* Lambeciani agitur de Henr. Gundelfingii, Conſtantienſis, Sacellani Seculo XV. in Helvetia Friburgenſis, Hiſtoria, qvæ in illa ἀνέκδοτος aſſervatur, Auſtriaca, hujusqve occaſione de origine domus Auſtriacæ Aniciana, ſucceſſione Comitum Tirolenſium, vitaqve ac rebus geſtis Caroli Audacis, Ducis Burgundiæ; *Capite* autem *VII.* de Bibliothecæ Cæſareæ vetuſtiſſimo Codice Græco MSto Hiſtoriæ Plantarum Dioſcoridis, Julianæ Aniciæ, Fl. Anicii Olybrii Imp. filiæ, ſumptibus, ante annos 1163., exaratæ, & figuris plantarum ad vivum depictis, aliisqve imaginibus variis, elegantiſſime exornatæ, adjunctæqve iſti Paraphraſeos ineditæ Eutecnii Sophiſtæ in Nicandri Theriaca & Alexipharmaca, Oppianiqve Halievtica & Ixevtica, adjectis digreſſionibus ac obſervationibus eruditis. Capite VIII. Hiſtoria enarratur Itineris Leopoldi Imperatoris Oenipontani autumnalis, A. 1665. Comite Lambecio peracti, urbes, arces, cœnobia, locaqve alia, in illo viſa, cum ſingulorum antiqvitatibus cæterisqve memorabilibus, deſcribuntur, & Diario huic tandem ſubjungitur Catalogus accuratus 500. Codicum MSStorum, e Bibliotheca arcis juxta Oenipontum Ambraſianæ in Cæſaream Vindobonenſem, eodem A. A. 1665., tranſlatorum. Caput IX. tandem Iter deſcribit Lambecii vernum Budenſe, A. 1666., ad reliqvias Bibliothecæ Matthiæ Corvini, Regis Hungarici, ſpectandas nullo fere fructu ſuſceptum; de qvo, ſicut & Oenipontano præcedenti, Vitæ illius hiſtoria conferatur. Inter Additamenta XVI. (qvorum argumenta fuſe in Lambeciano recenſentur Catalogo) eminet Primum de Carnunto, antiqviſſima celeberrimaqve Pannoniæ ſuperioris urbe, & Antiqvitatibus illius, Arcuqve præcipue triumphali, in memoriam victoriæ, qvam Auguſtus Imperator, per Tiberium, de Dalmatis & Pannoniis, Anno æræ Chriſtianæ nono, reportavit, erecto. Cui addita eſt *Achates, tam natura, qvam arte, nec minus vetuſtate, qvam argumento, rariſſima, & ſummo jure admiranda, qvæ in Cimeliarcheo Cæſareo-Vindobonenſi aſſervatur, & victoriæ jam memoratæ hiſtoriam ingenioſiſſima brevitate repræſentat, delineata, ſculpta & breviter explicata.* Qvam ſeorſim Vindobonæ A. jam 1666., ſi Rud. Capello (*in Sciagraphia Nummophylacii Lüderiani*), aut ſeqventi 1667., ſi Catalogis nundinarum illius vernarum Francofurtano atqve Lipſienſi credendum, *in fol.* etiam Lambecius edidit. Nec enim diverſa ab hac eſt, qvæ in iſtis tunc prodiiſſe traditur Catalogis, *Explicatio imaginum rariſſimæ Gemmæ antiqvæ Auguſti Imperatoris, qvæ in Cimeliarcheo Cæſareo Vindobonenſi aſſervatur.*

Commentariorum de Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi Liber Tertius, Catalogum exhibens Centum Codicum MSS. Græcorum Theologicorum, cum Additamentis XXII., Iconiſmis LV. æri inciſis, Indicibusqve Autorum Alphabetico & Chronologico, rerum autem tantum Alphabetico. Vindobonæ 1670. in fol. Libro hoc Tertio Codices MSS. Theologici Græci, ſecundum præſentem Collocationis Lambecianæ ſeriem, novumqve numerorum ordinem, centum priores, & libris ſeqventibus alii ejusdem lingvæ, ſacri pariter atqve profani, ita, tam fuſe qvam accurate, recenſentur, ut *indicetur, qvid unusqvisqve Codicum a pagina ad paginam comprehendat, qvæ ſint ſingulorum operum, iis comprehenſorum, initia, qvænam ſcripta genuina ſint aut ſuppoſititia, edita aut inedita, & qvomodo eorum, qvæ jam edita ſunt, optimæ vel ultimæ editiones impreſſæ, beneficio horum Codicum MSS. Cæſareorum, emendari poſſint aut ſuppleri. Adjiciuntur qvoqve paſſim aliæ variæ obſervationes ſingulares, partim de ipſis antiqvis Autoribus, partim de novis, qvorum cura & ſtudio veteres illi ſcriptores vel primum publicati, vel tranſlati in lingvam Latinam, vel emendati, ſuppleti, & Commentariis aut notis illuſtrati ſunt.* V. de methodo hac Libri præſentis pariter atqve ſeqventium, ac Indicibus V. ſingulis adjectis, recenſum Tertii hujus in Lambecii *Catalogo librorum ſuorum Vindobonenſi, num. XIII.*; ubi Additamentorum etiam XXII. argumenta ſigillatim indicantur. E qvibus mentione, præ cæteris, ſunt digna Secundum de Lambecii ipſius Bibliotheca 3000. voluminum, A. 1667. in Cæſaream tranſlata, & Sextum, Sciagraphiam ſiſtens ſpecialem præſentis ſtatus Bibliothecæ Cæſareæ, ejusqve diſtributionis a noſtro factæ, de qvo in Vita illius jam diximus.

Commentariorum de Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi Liber Qvartus, ſeu Catalogus Codicum MSStorum Græcorum Theologicorum, a centeſimo ad ducenteſimum, cum Additamentis XVIII., Iconiſmis

XXXIII. æri inciſis, & V. Indicibus. Vindobonæ 1671. in fol. Inter Additamenta XVIII., de qvorum argumentis Lambecii *Catalogus librorum ſuorum Vindobonenſis, num. XIV.*, eſt conſulendus, Primum eminet. In illo enim, *p. 277. & ſeqq.*, exhibetur, e Bibliotheca Cæſarea, Calendarium Romanum Ethnicæ vetuſtatis, Conſtantii Imperatoris temporibus, circa A. C. 354., compoſitum, & Valentino cuidam a Furio Dionyſio Philocalo dedicatum, una cum duodecim æqve antiqvis Menſium imaginibus, ſumma diligentia ac fide delineatis æriqve inciſis, Auſonii Tetraſtichis, imagines has illuſtrantibus, & Lambecii ad Calendarium, imagines ac Tetraſticha Auſoniana, Annotationibus. Ediderant jam ante hoc Calendarium, ſed ſine menſium imaginibus, Joh. Georg. Herwartus ab Hohenburg, Cancellarius Bavaricus, Dion. Petavius (*in Uranologio*, Paris. A. 1630. *in fol.* excuſo, *p. 67. & ſeqq.*), ac, teſte Joh. Alb. Fabricio, Carolus Neapolis (*in Prolegomenis Anaptyxeos Faſtorum Ovidianorum*, Antwerpiæ A. 1639. *in fol.*); qvinqve autem menſibus & figuris illorum mancum, ex Herib. Roſweidi ſchedis, Ægid. Bucherius, ſub finem *Commentarii* ſui *in Victorii Aqvitani Canonem paſchalem* (Antw. 1633. *in fol.*) *p. 275. & ſeqq.* Integrum autem illud, & cum menſium figuris omnium, e Codice Biblioth. Cæſareæ MSto, primus juris fecit publici, eruditisqve ſimul annotationibus illuſtravit, Lambecius, hujusqve deinde ſecuti veſtigia cum iisdem recudi curarunt Joh. Georg. Grævius, *Tomo VIII. Theſauri Antiqvitatum Romanarum* (Trajecti A. 1698. in fol. edito) *p. 96. & ſeqq.*, ac Henr. Leonh. Schurtzfleiſchius (qvi Lambecianis Annotationibus ſuas qvoqve adjunxit), *in Anno Romanorum Juliano libro Commentario illuſtrato* (Witeb. A. 1704. *in 4.*), *capite XII.* V. de illo J. G. Grævii *Præfationem Tomi VIII. Theſauri Antiqq. Rom.* (in Syntagmate *Præfationum* ejus Fabriciano *num. 59.* recuſam) *p. 386. 387. 388.*, *Acta Erud. Lipſienſia, M. Jul. A. 1698.*, *p. 304.*, Lud. Neocori & Henr. Sikii *Biblioth. libb. nov.*, *M. Majo & Junio A. 1698.*, *p. 328. 329.*, Burch. Gotth. Struvii *Lib. I. Syntagmatis Antiqq. Rom.*, *c. 8.*, *p. 330. 331.*, Joh. Alb. Fabricii *Bibliothecam Latinam, L. 4.*, *c. 6.*, *p. 771. 772. edit. ſecundæ*, & *Nova Germaniæ literaria Hamburgenſia, M. Sept. A. 1704.*, *p. 331. 332.*

Commentariorum de Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi Liber Qvintus, ſeu Catalogus Codicum MSStorum Theologicorum Græcorum, a ducenteſimo primo usqve ad trecenteſimum trigeſimum ſextum; cum Additamentis XIV. & V. Indicibus. Vindobonæ 1672. in fol. Ex Additamentis (fuſe in Catalogo ſcriptorum Lambecianorum Vindobonenſi, *num. 15.*, enumeratis) Decimum tertium agit de rariſſimis qvibusdam rei literariæ & pictoriæ Sinenſis monumentis, A. 1672. Leopoldo Imperatori, per Proſp. Intorcettam, Sinicæ Jeſuitarum Miſſionis Procuratorem, transmiſſis; Decimum qvartum autem de 2216. Numiſmatis Thomæ Lanſii, Anteceſſoris Tubingenſis, antiqvis, eodem A. 1672. a Cæſare, per Lambecium, 1200. Imperialium pretio coemptis.

Commentariorum de Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi Liber Sextus, in duas partes diviſus, ſive Catalogus Codicum MSStorum Græcorum Juridicorum & Medicorum, cum Additamentis Iconismisqve variis, & qvinqve Indicibus. Vindobonæ 1673. in fol. V. de illo *Catalogum Scriptorum Lambecii Vindobonenſem, num. 16.* In hoc libro (*p. 244. & ſeqq.*) editæ a noſtro ſunt Libanii Epiſtolæ XII. ad Ariſtænetum, ipſi a Luca Holſtenio e MSto Biblioth. Vaticanæ Codice olim communicatæ, ſed Græce tantum, cum Holſtenii ſuisqve Obſervationibus. Qvas deinceps Barthol. Chriſt. Richardus, Bibliothecæ Jenenſis Academicæ Præfectus, a ſe tanslatas, Græco-Latine, cum iisdem Holſtenii Lambeciiqve Obſervationibus, Francofurti & Lipſiæ (ſive potius Jenæ) A. 1707. *in 8.* ſeorſim luci iterum expoſuit publicæ. V. Joh. Clerici (Richardi verſionem minus accuratam eſſe judicantis) Recenſum illarum, ex editione hac Richardiana, Gallicum, *Tomo III. de la Bibliotheqve ancienne & moderne, P. II.*, *p. 353-358.* Prodierunt qvoqve, in eodem libro, Lucæ Holſtenii Epiſtolæ XXII. ad Lambecium, ſuum e ſorore nepotem, adhuc juvenem, ab A. 1640. ad 1650. exaratæ, cum ſcholiis ipſius Lambecii. Cum qvibus eas ſeorſim Jenæ A. 1708. *in 8.*, curante Henr. Chriſt. Crügero, Lüneburgenſi, itidem eſſe recuſas, ſupra jam indicavimus.

Commentariorum de Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi Liber Septimus, ſeu Catalogus Codicum MSStorum Græcorum Philoſophicorum, proprie dictorum; cum Additamentis Iconismisqve variis, & qvinqve Indicibus. Vindobonæ 1675. in fol. Recenſum illius brevem invenies *in Diario Eruditorum Gallico Pariſienſi anni 1677.*, *Ephem. 20. (ad d. 15. Nov.)*, *p. 299. 300.* Inter Additamenta illius eminet Proſperi Intorcettæ, Siculi, Miſſionis Jeſuitico-Sinicæ Procuratoris, *Liber de Scientia Sinarum Politico-morali, ad Confutii mentem*, poſtqvam, characteribus Sinenſibus pariter atqve Latinis, jam ante, in Metropoli Qvamcheu A. 1667., & Goæ A. 1669., prodierat, hic, *p. 349. & ſeqq.* ſed Latine tantum, & absqve characteribus Sinicis, addita etiam Vita Confutii, recuſus; de qvo Nathan. Sothwelli *Bibliotheca Jeſuitica p. 715.*, & Theoph. Spizelii *Felix Literatus p. 1076. 1077.*, poſſunt conſuli.

Commentariorum de Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi Liber Octavus, ſeu Catalogus Codicum MSStorum Græcorum, ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam ſpectantium; cum Additamentis Iconismisqve variis, & qvinqve Indicibus. Vindobonæ A. 1679. (*in cujus locum 1676.*, *in Joh. Alb. Fabricii Scholiis ad Lambecii Catalogum Scriptorum ſuorum Vindobonenſem p. 18.*, *ſphalmate ſubſtitutus eſt typographico*) in fol. Tot, nec plures, Operis hujus vaſti atqve ingentis, ſed, uti pleraqve noſtri, ob vaſtitatem hanc nimiam, itidem mutili, libros, atqve proinde vix tertiam illius partem, Lambecius, A. ſeqv. 1680. ei immortuus, abſolvit ac edidit. Præter qvos, *in Catalogo ſcriptorum ſuorum Vindobonenſi, num. 16.*, A. 1673. expectari a ſe, ſed fruſtra, juſſit ſeqventes: α. Libri Octavi Partem ſecundam de Codicibus MSStis Græcis, ad Hiſtoriam ſpectantibus profanam; β. Librum IX. de Codicibus MSStis Græcis Philologicis; γ. Librum X. de MSStis Theologicis Latinis, Italicis, Hiſpanicis, Gallicis & Germanicis; δ. Librum XI. de MSS. Juridicis Latinis, Italicis, Hiſpanicis, Gallicis & Germanicis; ε. Librum XII. de MSS. Medicis Latinis, Italicis, Hiſpanicis, Gallicis & Germanicis; ζ. Librum XIII. de MSS. Philoſophicis Latinis, Italicis, Hiſpanicis, Gallicis & Germanicis; η. Librum XIV. bipartitum de MSS. Hiſtoricis Latinis, Italicis, Hiſpanicis, Gallicis & Germanicis, cum Eccleſiaſticis, tum profanis; ϑ. Librum XV. de MSStis Philologicis Latinis, Italicis, Hiſpanicis, Gallicis & Germanicis; ι. Librum XVI. de Codicibus MSS. Orientalibus, Hebraicis, Syriacis, Arabicis, Turcicis, Perſicis, Sinenſibus, aliisqve, reſpectu Theologiæ, Jurisprudentiæ, Medicinæ, Philoſophiæ, Hiſtoriæ & Philologiæ, in ſex primarias claſſes diviſum; κ. Librum XVII., continentem Catalogum ter mille Numiſmatum, genuina vetuſtate, rara elegantia & multifaria eruditione, præſtantium, ut & aliarum nonnullarum Antiqvitatum & raritatum, ornatui Bibliothecæ Cæſareæ inſervientium; λ. Librum XVIII., continentem decem Centurias Epiſtolarum ſelectarum, Seculis XVI. & XVII., vel a Bibliothecariis Cæſareis, vel ad Bibliothecarios Cæſareos, ſcriptarum; μ. Librum XIX. de Libris impreſſis Theologicis; ν. Librum XX. de Libris impreſſis Juridicis; ξ. Librum XXI. de Libris impreſſis Medicis; ο. Librum XXII. de Libris impreſſis, Philoſophicis; π. Librum XXIII. de Libris impreſſis Hiſtoricis; ρ. Librum XXIV. de Libris impreſſis Philologicis; σ. Librum XXV. exhibiturum Syntagma univerſæ Hiſtoriæ literariæ, diviſum in XL. Secula ante Chriſtum, & in XVII. ſecula poſt Chriſtum, primum qvidem Hamburgi A. 1659., ſub titulo *Prodromi Hiſtoriæ literariæ*, editum, nunc autem beneficio Bibliothecæ Cæſareæ accuratius elaboratum, innumeris fere locis auctum, & præcedentibus XXIV. Commentariorum libris, loco Indicis Chronologici univerſalis, ſubjungendum. Qvarum

XVIII.

XVIII. poſteriorum Operis de Bibliotheca Cæſarea partium, uti & aliarum de eadem commentationum, paſſim promiſſarum, atqve in ἀνεκδότων recenſendarum indice, nulla lucem vidit publicam, nec, uti credo, ab Autore eſt elaborata. Conſuli de vaſto hoc Opere, præ aliis, meretur Lambecii ipſius *Catalogus librorum ſuorum Vindobonenſis anni 1673.* ultimus, toties jam allegatus, fuſe imprimis, qvæ Tomis V. tractantur prioribus, enarrans. Qvocum conferri poſſunt *Diarii Eruditorum Gallici Pariſienſis* recenſiones *Librorum primi & ſeptimi*, ſuis itidem locis jam laudatæ, Dan. Neſſelii *Præfatio Breviarii ſui & Supplementi Commentariorum Lambecianorum*, & Jac. Frid. Reimanni *Diſſertatio præliminaris Bibliothecæ Acroamaticæ*, ex iisdem congeſtæ, de qvibus paulo poſt dicetur. Addantur his breviores de illo narrationes Gvilh. Cavii *in præfat. Partis II. Hiſtoriæ literariæ Scriptorum eccleſiaſticorum p. 6.*, Adr. Baileti *dans le Jugement des Sçavans, T. II., P. I., p. 250. 251.*, D. G. Morhofii *T. I. Polyhiſtoris, Lib. I., c. 2., p. 11. 12., c. 16. p. 202., & c. 17., p. 209. 210.*, Theoph. Spizelii *in Diſſ. præliminari, Arcanis ſacris Bibliothecarum illuſtrium retectis præmiſſa, lit. b. 5. b. f. 2. a. b. f. 3. a. b.*, Nicol. Chriſtoph. Lynckeri *in Inſtructorii forenſis Introitu, §. 6., lit. D. 2. b., & §. 7., lit. E. 1. a.*, Wilh. Ern. Tenzelii *in Dialogis menſtruis germanicis, M. Oct. A. 1690., p. 938-947.*, Mich. Hertzii *Parte I. Bibliothecæ Germanicæ, lit. Q. 1. b. Q. 2. a.*, Ant. Teiſſerii *Parte I. Catalogi Catalogorum p. 265. 266.*, Theod. Janſonii *in Bibliotheca promiſſa & latente p. 28.*, & B. G. Struvii *in Introduct. ad notit. rei literariæ, c. 1., §. 3., p. 6. 7. edit. primæ, ac c. 4., p. 129-132. edit. ſecundæ.* E qvibus Gvilh. Cavius, *in Prolegomenis Hiſtoriæ Scriptorum Eccleſiaſticorum literariæ, Sect. VI., p. 22.*, cum Autores, qvi Codicum MSS. ediderunt Catalogos, recenſuiſſet, de Lambeciano opere judicium hoc addidit honorificum: *Sed præ aliis omnibus palmam meretur, tum librorum MSS. numero, tum raritate, tum pluribus antiqvitatis monumentis admodum curioſis, Pet. Lambecius in Commentariis de Auguſtiſſima Bibliotheca Vindobonenſi; cui operi, nondum perfecto, magno Reip. literariæ damno, immortuus eſt Autor clariſſimus.* Cui Elogio geminum eſt alterum ejusdem, *in præfat. Partis II., p. 6.*, verbis expreſſum ſeqventibus: *Indices MSStorum, hactenus editos, longe antecellit Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis Catalogus. Auguſtiſſimam hanc & vere incomparabilem gazam, fœde antehac neglectam, repurgare atqve in ordinem redigere aggreſſus eſt Pet. Lambecius, Cæſ. Maj. Conſiliarius & Bibliothecæ Præfectus, qvi Commentariorum Tomos VIII. evulgavit, & tamen non niſi 621. Codices MSS. Græcos recenſuit, Latinos pene nullos, paucis exceptis, qvi Tomo II. continentur, decem fere mille, partim Græcos, partim Latinos, intactos poſt ſe reliqvit. - - Catalogus eſt utiliſſimus, qviqve aliis exemplo eſſe poteſt.* Pet. Dan. Huetio (*Lib. I. Comm. de rebus ad ſe pertinentibus p. 28.*) *Index* audit *bonæ frugis plenus*; Caſp. Sagittario (*in Orat. de Biblioth. Acad. Jenenſis, Parti I. Acceſſionum* Joh. Andr. Schmidii *ad Syllogen de Bibliothecis Maderianam* inſerta, *p. 301.*) *Opus non Vindobonenſem modo Bibliothecam, ſed univerſam rem literariam mirifice illuſtrans*, & (*T. I. Introd. in Hiſt. Eccl., c. 12., §. 48., p. 208.*) *Comm. utiliſſimus, rarioribusqve obſervationibus pleniſſimus*; Mich. Hertzio (*l. c.*) *Opus inſigne elegantiæ pariter atqve utilitatis maximæ*; Günth. Chriſtoph. Schelhammero (*in Additt. ad Herm. Conringii Introd. in Art. Med., c. 8., p. 274.*) *Opus eruditionis ſtupendæ*; Joh. Gotfr. Oleario (*in Indice Abaci Patrolog., ſub nom. Baſilii*) *Opus rariſſimum & vere auguſtum*; ac Joh. Andr. Boſio etiam (*in Sched. de comparanda notitia Scriptt. eccl., c. 4., §. 30., p. 49.*), Ant. Reiſero (*in præfat. Catalogi MSS. Biblioth. Auguſtanæ*), aliisqve, ſimilibus ornatur elogiis. Qvalia etiam eidem operi Dan. Neſſelius, Autoris ſucceſſor, Adr. Bailetus & D. G. Morhofius, locis paulo ante citatis, prompte tribuerunt, ſed merito ſimul nimiam conatuum Lambecii vaſtitatem, hominis unius vires excedentem, digreſſionumqve ἀπροσδιονύσων ac ſuperfluarum multitudinem, operis imperfectionem cauſatas, virgula notarunt cenſoria. E qvibus Neſſelius cenſuræ de plerorumqve noſtri ſcriptorum vitio fatoqve eodem, ſub Vitæ illius finem jam recitatæ, ſeqventia ſubjunxit: *Hanc ſortis indignitatem experiri etiam debuerunt doctiſſimi illi qvidem, & varia polymathia inſtructiſſimi, ſed præter ea vaſti, prolixi, multisqve ſuperfluis digreſſionibus, allegationibus, ultra neceſſitatem conqviſitis citationibus, referti; Commentariorum de Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea Libri, qvorum VIII. Tomis editis Catalogum, ſive recenſionem ſpecialem, 621. Codicum MSS. Græcorum tantum, intra 18. annorum ſpatium, incredibili induſtria conſignavit, & eruditæ poſteritati reliqvit. Qvantum vero temporis ſpatium adhibendum porro, qvantus Commentariorum librorum numerus compilandus inſuper fuiſſet, ſi, juxta hanc diffuſiſſimam elaborationis formulam, cœpta proſeqvenda, & reſidui illi 10000. fere MSSti Græci Latiniqve Codices (calculus eſt ipſiusmet Cl. Lambecii Lib. 3. Comm. p. 293.) Lambeciana prolixitate abſolvi debuiſſent?* Adr. Baileti hoc *l. c.* legitur judicium: *Qvoi qve le Catalogve des Manuſcrits de la Bibliotheqve de l' Empereur à Vienne ſoit diviſé en huit volumes in folio, il n' eſt pourtant pas encore achevé, & c' eſt la mort de l' Auteur, qvi nous a envié un ouvrage ſi curieux & ſi important. Mr. Lambecius avoit entrepris, dans ce grand ouvrage, l' explication des Manuſcrits de cette Bibliotheqve, & c' eſt ce, qv' il a fait d' une maniere Critiqve & Hiſtoriqve; ayant eû deſſein d' y faire entrer tout ce, qv' il avoit d' erudition & d' induſtrie; en qvoy il s' eſt fort diſtingvé de tous les faiſeurs des Catalogves, dont nous venons de parler. On ne peut pas diſconvenir, qv' il n' y ait qvantité de choſes tres particulieres, & tres curieuſes, dans ce Commentaire ſi diffus, & ſi ſplendide. Mais l' Auteur auroit pu renfermer la ſubſtance de tous ces grands Diſcours de tant de volumes dans un eſpace beaucoup plus étroit, s' il eut voulu avoir plus d' égard aux finances & au loiſier des particuliers, qv' à la magnificence, & à la majeſté de ſon Prince.* Baileti judicium D. G. Morhofius, *T. I. Polybiſt., L. I., c. 16., p. 202.*, non ſolum allegavit, ſed & verbis approbavit ſeqventibus: *Lambecius ad Bibliothecæ Vindobonenſis hiſtoriam, & Catalogos ſcribendos, vaſtos & laborioſos, acceſſit; cujus operis magna jam tum prodierunt volumina, docta qvidem & operoſa, ſed multis illuc non pertinentibus rebus referta, cum in excurſus abit Autor, non qvidem inutiles & indoctos, ſed alii loco & tempori opportuniores.* Qvibus gemina ſunt hæc ejusdem, *capite ſeqventi 17., p. 209. 210.*, obvia: *Lambecius pene Bibliothecam de Bibliotheca* (Vindobonenſi) *ſcripſit, ac jam tum prodiit, ſi recte memini, Tomus vel 8. vel 9., & vix ad mediam ejus partem pervenit, cum fata ipſius laboribus injecerunt manus. - - Prolixus nimis eſt in digreſſionibus, in delineationibus rerum ſupervacanearum, in alienis multis ingerendis; qvæ, ut molem, ita pretium libri, citra neceſſitatem, augent. Cæterum de MSStis Codicibus multorum Autorum longa illic eſt disqviſitio; qvæ prodeſſe interdum poſſunt ad notitias Autorum, interdum lectorem ultra, qvam par eſt, fatigant.* Triumvirorum iſtorum premit veſtigia Burch. Gotth. Struvius, Commentarios qvidem de Bibliotheca Cæſarea Lambecianos, *in Bibliotheca Numiſmatum antiqviorum, Sect. XI., p. 95. 96.*, *Opus magnæ & molis, & eruditionis, nobis incredibilem fere theſaurum rerum in eo contentarum tradens*, &, *in Epiſtola de Bibliothecis ad Chriſtoph. Cellarium p. 67. 68.*, *Opus eruditorum plurimum inſerviens commodis*, appellans; ſed, in *Introduct. ad notitiam rei literariæ, c. 4., §. 1., p. 130. edit. ſecundæ*, qvid in iisdem deſiderari poſſit, ita exponens: *Vaſtum eſt opus, multa tamen continet ſupervacua, qvæ vel alio loco memoranda, cum multa ad Auſtriacam hiſtoriam inſerat, vel in arctius haud raro potuiſſent redigi. Codices autem manu exaratos illuſtrat egregie, eosdem ſecundum ætatem, ornatum, & criteria alia, dijudicans.* Confer Nic. Chriſtoph. Lynckeri *Inſtructorii forenſis Introitum, §. 6. lit. D. 2. b.*, ubi Excerpta e MSStis Bibliothecæ Cæſareæ Lambeciana *ſæpius levioris* eſſe judicavit *momenti*. Vix dignæ ſunt, qvæ

cenſuris his adjungantur, criminationes, laudibus ſubjectæ malignis, Jac. Frid. Reimanni, ſcriptoris arrogantis & φιλαύτȣ, qvi, *in Diſſertatione præliminari Bibliothecæ Acroamaticæ*, paulo poſt memorandæ, non ſolum in methodo hujus Operis, argumentiqve tractatione, multa rigore culpat nimio, ſed Autori etiam maledicentiam & errores (in tot Hiſtoriæ literariæ labyrinthis ſæpius inevitabiles) exprobrat, ac ſtylum præcipue (cui, in hoc commentandi genere, prudentiores non pauca ſolent ignoſcere) vehementia reprehendit ridicula. Is enim, ſi Dictatori huic muſteo credas Grammatico. (*p.52.53.54.*), *extemporalis* eſt, *illaboratus, omni nitore deſtitutus, humilis, protritus, plebejus, verbis phraſibusqve minus Latinis interdum fœdatus, in connexione* autem *ſiccus hiulcusqve, & ſubinde κοκκύζει.* Addenda etiam tandem nonnulla ſunt de iis, qvi in Epitomen contrahere, aut continuare, aggreſſi ſunt Commentarios hoſce de Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi Lambecianos ampliſſimos, ſed mutilos; ante qvos an Catalogus ejusdem Bibliothecæ univerſalis alius anno jam 1611. prodierit, uti a ſolo Valent. Henr. Voglero (*in Introduct. ad notitiam bonorum ſcriptorum, c.3., p.6.*) traditur, dubito. Utrumqve præſtare conatus eſt Dan. Neſſelius, Lambecii in præfectura Bibliothecæ illius ſucceſſor, *in Breviario & Supplemento Commentariorum Lambecianorum, vel Catalogo ſeu Recenſione ſpeciali omnium Codicum MSS. Græcorum, nec non Lingvarum Orientalium, Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis, cum Indicibus locupletiſſimis, Chronologico & Alphabetico, atqve Appendice variorum Iconiſmorum ac Additamentorum*, Vindobonæ & Noribergæ A. 1690. *in fol.*, juſſu auſpiciisqve Leopoldi Imperatoris, edito. In qvo Opere, uti *præfatio* indicat, Leopoldo jubente & approbante, Lambecianum, reſectis ſuperfluis, contraxit in compendium, omiſſos in illo Codices MSS. Philologicos & Hiſtoricos profanos Græcos ipſemet adjecit, Lingvarumqve inſuper Orientalium Codices fideliter recenſuit. Pleniorem atqve accuratiorem illius, in VII. diviſi partes, Σκιαγραφίαν Lipſienſes *in Actis Eruditorum, M. Oct. A. 1692., p. 494-498.*, Parmenſes (*a Beüghemio Conſp. IV. Appar. ad Hiſt. lit. noviſſ. p. 450. allegati*) *in Diario* ſuo *Eruditorum Italico, Ephem. 9. A. 1690.*, & Wilh. Ern. Tenzelius *in Dialogis menſtruis ejusdem anni 1690. Germanicis, M. Oct., p. 938-947.*, exhibuerunt. Qvos inter Tenzelius, Neſſelium non ſolum ſuas de MSStis Græcis Theologicis, Juridicis, Medicis, Philoſophicis & Hiſtoricis ſacris, e Lambecii Commentariis, verbis ipſius ſed paucioribus, excerpſiſſe narrationes, verum adjectos etiam a ſe Codices Græcos Hiſtoricos profanos Libro ejusdem nono, ante obitum abſoluto, etſi haud excuſo, Philologicos complures locis librorum præcedentium, in qvibus obiter paſſim eorum facta erat mentio, variis, & Orientales plerosqve (qvorum tituli Hebræi atqve Arabici plurimis fœdati ſint ſphalmatis) Qvinto Libri I. Additamento, debere, monuit. Nec immerito eum reprehendit, qvod Codicum, a ſe additorum, argumenta verbis tantum exponat Latinis, cum Lambecius contra ſingulorum, a ſe recenſitorum, titulos atq; initia Græce exhibuerit. Simile de *Breviario* hoc *Supplementoq;* Neſſeliano judicium tulit Gvilh. Cavius, *in præfat. Partis* II. *Hiſt. Scriptt. eccl. lit. p.6.* ita ſcribens: *Dan. Neſſelius, Lambecii in hac arena ſucceſſor, eundem laborem, ſed haud pari felicitate, continuavit. Imperatoris juſſu, opus Lambecianum, ſervatis verbis, ſed mutato ordine, in compendium redegit, Philologos aliqvot, & Hiſtoricos profanos, Codicesqve Orientales, de ſuo addidit, reſiduis majori otio reſervatis. Nibilominus Catalogus eſt utiliſſimus, qviqve aliis exemplo eſſe poteſt.* Conf. B. G. Struvium, *in Introd. ad notit. rei lit., c.4., §.1., p.130.131. edit. ſecundæ*, ſuæ de illo relationi hæc ſubjungentem: *Non eadem, ac Lambecius, induſtria ætatem Codicum, horumqve, tradit, ſingularia.* Neſſelius: *ſolum hoc indicaſſe ſufficere ratus, codicem eſſe vel chartaceum, vel membranaceum, antiqvum vel recentiorem.* Longe plura, in Operis Neſſeliani titulo, ſtylo, methodo, ipſaqve brevitate, acerbe carpſit, qvi Breviarii hujus ſive Epitomes, ipſorumqve ſimul VIII. Lambecii librorum, aliam, labore ſuperfluo ac inutili, dedit Epitomen, M. Jac. Frid. Reimannus, in ſcripto Hannoveræ A. 1712. ſub hac edito epigraphe faſtuoſa: *Bibliotheca Acroamatica, Theologica, Juridica, Medica, Philoſophica, Hiſtorica & Philologica, comprehendens recenſionem ſpecialem omnium Codicum MSStorum, Græcorum & Orientalium, Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis, olim a Duumviris clariſſimis, Pet. Lambecio & Dan. Neſſelio, congeſta, nunc autem in concinnam Epitomen redacta a J. F. Reimanno; cujus accedunt Diſſ. præliminaris de ipſis Lambecii & Neſſelii voluminibus, hujusqve inſtituti ratione, ac Index triplex copioſiſſimus.* De qvo libro recenſus pariter atqve cenſuræ Pariſienſium, *in Diario Eruditorum Gallico, M. Oct. A. 1715., p. 442-451.*, ac Lipſienſium, *in Actis eruditorum Latinis, M. Sept. A. 1712., p. 400. 401. 402.*, *Germanicisqve, Parte V., p. 417-424.*, poſſunt conſuli, nec operæ videtur pretium qvicqvam ulterius hic adjungi. Neſſelius enim, uti vere Lipſienſes loco priori judicarunt, *laudem diffuſæ Lambecii diligentiæ contractæ* jam ante *tulit, minuitqve multum, occupato argumento, & gloriam, & fructum hujus compendii, cum utriqve intentio & tractatio ſit eadem, nec niſi in methodo diſcrepantia; videndumqve, an,* qvæ illi *in Prolegomenis, qvæ ſola* novi *ſunt Epitomatoris*, exprobrantur, *jure ſint reprehenſa, vel hic emendata.* Codicum MSStorum Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis Latinorum, qvos nec Lambecio, nec Neſſelio, recenſere licuit, Indicem Joh. Bened. Gentilottus ab Engelsbrunn, Neſſelii in præfectura illius ſucceſſor, erudite pariter atqve judicioſe jam elaboraſſe, ac propediem juris facturus eſſe publici, perhibetur. V. Halenſium neue Bibliotheck, *Sect. 63., p. 520. 521.*, & *Novellas anni 1717. Lipſienſes de rebus literariis Germanicas, num. I., p. 1.*

Diarium ſacri Itineris Cellenſis interrupti ac repetiti, qvod Leopoldus I., Imperator, A. C. 1665. primum qvidem die 27. Junii ſuſcepit irrite, poſtea autem feliciter peregit, a die undecimo Auguſti ad diem ejusdem menſis vigeſimum. Vindobonæ 1666. in 4. Recuſum eſt Hamburgi A. 1710. *in fol.*, ſub finem editionis ſecundæ *Prodromi* ipſius *Hiſtoriæ literariæ*, a D. Joh. Alb. Fabricio curatæ. Hiſtoriam enarrat itineris Leopoldini religioſi ad Cellam Styriæ Marianam, ſe comite peracti, hujusqve occaſione in digreſſionem (qvæ maximam ſibi totius ſcripti partem vindicavit) evagatur prolixam pro B. Mariæ Virginis in cœlum aſſumptione, feſtoqve in aſſumptionis iſtius inſtituto memoriam. Subjungitur illi Additamentum de qvinqve Fridericis, Imperatoribus Romano-Germanicis, in qvo horum ultimum, Maximiliani I. parentem, non Tertium, uti hactenus perperam eſt factum, ſed Qvintum potius (cum Fridericus Auſtriacus ſive Pulcher, & Fridericus Brunſvicenſis, Imperatores legitime electi, Catalogo illorum minime poſſint excludi), eſſe appellandum, demonſtratur. Multa etiam huic Hodœporico inſeruntur excerpta e Friderici iſtius Tertii, ſive Qvinti, *Diario vitæ propriæ* MSto membranaceo αὐτογράφῳ; qvæ Ant. Teiſerio (*P. I. Catalogi Catalogorum p. 95.*) narrationis falſæ atqve erroneæ, de toto iſto Friderici III., Imperatoris, *Diario Vitæ ſuæ* Vindobonæ A. 1666. *in 4.* edito, haud dubie præbuerunt occaſionem. Recenſum *Diarii* hujus *ſacri Itineris Cellenſis* breviorem ipſe Lambecius, *in Catalogo ſcriptorum ſuorum Vindobonenſi* ultimo, *num. 9.*, A. 1673. exhibuit; pleniorem vero atqve uberiorem, non tantum Hiſtoricum, ſed & ſubinde Critico-elenchticum, Wilh. Ern. Tenzelius (multas in illo obſervationes ad hiſtoriam ſacram & profanam, egregias atqve eruditas, occurrere, *p. 87. & 158.* agnoſcens) *in Dialogis menſtruis anni 1694. Germanicis, M. Febr., p. 87-100. 157-172.* In qvo etiam, *p. 162. 163.*, Ant. Reiſerus, *in Joh. Launoyo veritatis teſte, p. 747-763.*, Lambecianam pro B. Mariæ Virginis in cœlum aſſumptione παρέκβασιν breviter, ſed ſolide, refutaſſe perhibetur.

Epiſtola

Epiſtola ad Auguſtum, Brunſvicenſium & Lüneburgenſium Ducem, de auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis Codicibus ſeptem MSStis, partim Græcis, partim Latinis, qvi adornandæ novæ omnium Fl. Joſephi Operum editioni Græco-Latinæ poſſunt inſervire, eamqve ob cauſam, clementiſſimo S. Cæſ. Maj. permiſſu, Wolfenbüttlum, atqve inde porro ad V. C. Joh. Andr. Boſium, Hiſtoriarum in Acad. Jenenſi Profeſſorem, transmiſſi ſunt. Vindobonæ 1666. in 4. Svidnicii Sileſiorum A. 1713. iterum eſſe edita a Theod. Cruſio, qvi Notas etiam ſuas ei adjecerit, traditur *Sect. 26.* des neuen Bücher-Saals *p. 146. 147.*

Axiomata Politica Gallicana, ex Dn. Auberii, Parlamenti Pariſienſis Advocati & Conſiliarii Regii, Tractatu, qvem *de juſtis Prætenſionibus Regis ſuper Imperium, & de præeminentia Regis ſuper Imperatorem,* inſcripſit, &, cum privilegio regio, Lutetiæ A. 1667. edidit, bona fide ad verbum excerpta, & cum cæteris gentibus, qvarum intereſt, tum inprimis Germanicæ nationi, ad conſiderandum propoſita. Vindobonæ 1667. in 4.

Apparatus primus ad Auguſtiſſimæ Hiſtoriæ Auſtriacæ Annales, poſthac ex variis vetuſtiſſimis probatiſſimisqve monumentis ineditis optima fide in lucem edendos, e Bibliothecæ Cæſareæ Codicibus MSS., aliisqve monumentis publicis ac privatis, collectus, annotationibus neceſſariis illuſtratus, & permultis elegantiſſimis imaginibus genuinis, æri inciſis, exornatus. Vindobonæ 1679. in fol. Promiſſus eſt *in Catalogo nundin. vern. A. 1677. Lipſ. p. 31.*, & A. 1679. revera prodiit, uti *Catalogus nundin. vern. A. 1680. Lipſ. p. 11.*, & W. E. Tenzelius *in Dialogis menſtruis vernaculis, M. Nov. A. 1693., p. 888.*, teſtantur.

Notulæ aliqvot in Euthymii Zigabeni Victoriam & Triumphum contra Maſſalianos, huic in editione Jac. Tollii, *Tomo I. Inſignium Itinerarii Italici* Ultrajecti A. 1696. *in 4.* publicata, cum Tollianis ſubjectæ, iisqve immiſtæ. V. *Acta Erud. Lipſ., M. Jul. A. 1696., p. 298. 299. 300.*

Epiſtolæ qvædam ad Jac. Sirmondum, Jeſuitam Pariſienſem, *Tomo Operum* Sirmondi *Quarto*, Pariſiis A. 1696. *in fol.* excuſo, obviæ. V. Tenzelium *l. c., M. Majo A. 1698., p. 470.*

Duæ Epiſtolæ familiares ad Joh. Chriſtfridum Sagittarium, Th. D. & Superintend. gen. Saxo-Altenburgicum, A. 1674. & 1676. ſcriptæ, qvæ Jenæ A. 1713., in Frid. Gotth. Gotteri *Elogiis Virorum clarorum Altenburgenſium p. 81. 82.*, prodierunt.

Epiſtolæ qvædam Germanicæ ad Barth. Mollerum, Conſulem Hamburg., Hamburgi A. 1721. in Ad. Henr. Lacmanni *Miſcellan. liter., c. 1., p. 38. & ſq.*, editæ.

[Numismata Imperatorum Orientalium, qvæ Lambecius, teſte M. Paulo Patre, Hungaro, *in Disqviſ. de Inſignibus Turcicis p. 81.*, e ſcriniis Cæſareis Viennæ juris fecit publici, non ſeorſim eſſe edita, ſed Operis *de Bibliotheca Cæſarea* librorum uni inſerta, conjicio.]

II. ALIENA.

Syntagma Originum & Antiqvitatum Conſtantinopolitanarum, ſive Georgii Codini Curopalatæ, & alterius cujusdam Anonymi, Excerpta & Opuſcula de Antiqvitatibus Conſtantinopolitanis, una cum aliis nonnullis affinis argumenti, a Pet. Lambecio Græce edita, additis Verſionibus Latinis, partim antiqvis, partim novis (*ſive ſuis*), & Animadverſionibus neceſſariis. Adjecta eſt etiam Explicatio Officiorum ſanctæ & magnæ Eccleſiæ, juxta eorum ordinem, interprete Bernh. Medonio, Toloſate. Pariſiis, ex Typographia regia, A. 1655. in fol. In Volumine hoc, A. 1647. 1648. & 1649., partim Lutetiæ, partim Romæ, a ſe collecto & elaborato, A. 1650., ante reditum in patriam, Pariſiis, apud Sebaſtianum Cramoyſium, Typographum regium, relicto, ibidemqve A. 1655. per hunc, typis atqve ſumptibus regiis, evulgato, Franciſco Barberino, Cardinali, autem, Epiſtola dedicatoria, A. jam 1653., M. Dec., Hamburgi exarata, per ſe inſcripto, Lambecius junctim publicavit: I. Georgii Codini Curopalatæ Excerpta de Originibus Conſtantinopolitanis, ope variorum Codicum MSS. (e Bibliothecis Vaticana & Regia Pariſienſi, nec non a Luca Holſtenio, Jac. Sirmondo & Iſ. Voſſio, ſuppeditatorum, uti *in præfat. Animadverſionum* teſtatur), ſingulis fere lineis emendata & aucta, cum antiqva Verſione Latina, plurimis locis correcta & mutata; II. Ejusdem Codini Opuſculum, nunqvam antea editum, de Schematographia urbis Conſtantinopolitanæ, temporibus Byzantinis, Conſtantini Magni & Theodoſii Junioris, cum nova ſua verſione; III. Ejusdem Codini Librum, majori ex parte antea non editum, de Signis, ſtatuis, aliisqve rebus Conſtantinopoli ſpectatu dignis, cum nova ſua verſione; IV. Ejusd. Codini Librum de Ædificiis urbis Conſtantinopolitanæ, nunqvam antea editum, cum nova ſua verſione; V. Ejusd. Codini Librum de ſtructura Templi S. Sophiæ, ope MSStorum emendatum & auctum, cum antiqva verſione Latina, plurimis locis correcta & mutata; VI. Ejusd. Codini Librum de Annis ab Orbe condito, usqve ad imperium Conſtantini Magni, & de Imperatoribus Conſtantinopolitanis, usqve ad expugnationem urbis Conſtantinopolitanæ per Muhammedem II., Turcarum Imperatorem, die 29. Maji A. 1453. factam, cum nova ſua verſione; VII. Anonymi cujusdam antiqvi Autoris Græci Collectanea de Antiqvitatibus Conſtantinopolitanis, antea nunqvam edita, qvæ in Cod. MS. regio Pariſienſi παρασάσεις σύντομοι χρονικαὶ appellantur; VIII. Manuelis Chryſoloræ Epiſtolas tres, nunqvam antea editas, ad Joh. Palæologum, Imperatorem Conſtantinopolitanum, Johannemqve & Demetrium Chryſoloras, de comparatione veteris & novæ Romæ, ſive Romæ & Conſtantinopoleos, cum verſione Latina; IX. Animadverſiones ſuas in Georg. Codini & Anonymi Excerpta & opuſcula de Antiqvitatibus Conſtantinopolitanis præcedentia (varias, uti in præfatione monetur, Lectiones exhibentes, loca mendoſa & obſcura, atqve minus recte ab aliis intellecta, corrigentes & explicantes, correctionisqve reddentes rationem): Qvibus præmittitur Diſſ. de Georgii Codini vita & ſcriptis, inſeruntur autem, præter aliorum viginti duorum hactenus non editorum Autorum veterum Fragmenta, Anonymi Græci Recenſio Hiſtorica ſeptem Conciliorum Oecumenicorum, & Photii, Patriarchæ Conſtantinop., Oratio Græca, habita die dedicationis templi B. Virginis Deiparæ, a Baſilio Macedone, Imperatore, in palatio Imperatorio extructi; X. Joh. Meurſii Notas ad Georg. Codini Excerpta de Originibus Conſtantinopolitanis; XI. Leonis Philoſophi ſeu Sapientis, Imperatoris, Oracula de Imperio Orientali Romano, Græce ac Latine (e verſione Joh. Leunclavii & Joh. Rutgerſii), cum figuris æri inciſis, nec non antiqva Græca antea nunqvam edita Paraphraſi (qvam Theophilo Presbytero Labbeus, mox allegandus, tribuit), ſuisqve Annotationibus; XII. Anonymi (qvi Franc. Patricius, Dalmata, eſſe creditur) Expoſitionem Oraculorum Leonis Imperatoris, ut ea, ex Græco in Latinum & Italicum ſermonem translata, Brixiæ Anno 1596. prodierunt. V. Indicem horum omnium, ab ipſo Lambecio, *in Catalogo Scriptorum ſuorum Vindobonenſi, num. 2*, Anno 1673. exhibitum. Pars eſt Syntagma hoc magni illius *Corporis Hiſtoriæ Byzantinæ*, qvod, ab Anno circiter 1645., Lutetiæ, per ſex luſtra, & qvod excedit, Ludovici XIV., Monarchæ Gallici, auſpiciis atqve ſumptibus, in typographeo regio Lupareo characteribus elegantiſſimis, fruſtillatim, per viros complures eruditos, editum, ad 30. ferme excrevit voluminum magnitudinem. Qvam ob cauſam, ſeptennio, anteqvam prodiret, integro, in Phil. Labbei *Protreptico, Operi* iſti *Hiſtoriæ Byzantinæ præmiſſo*, Pariſiisqve A. 1648. *in fol.* excuſo, honorifica illius jam facta eſt *p. 13.* mentio, ſcriptaqve, qvæ in lucem prolaturum erat, ſingula ſunt indicata. Qvibus tamen a Labbeo illic annumerari video Veterum Poeta-

rum in celebriores urbis Conſtantinopolitanæ partes Epigrammata & Poemata, Simeonis Magiſtri ſcriptum de ædificatione templi S. Sophiæ, & Thema urbis Conſtantinopolitanæ Genethliacum ex Valente Aſtronomo, qvæ nec in Lambeciano illorum memorantur Indice, nec mihi in volumine hoc ſe obtulerunt. Plerorumqve etiam ſcriptorum, in eodem compariturorum, Gerh. Joh. Voſſius, A. jam 1651., non ſine laude Lambecii, eruditis fecerat indicium, in editione ſui *de Hiſtoricis Græcis* operis ſecunda Lugduno-Batava, *Lib. IV., c. 19., p. 492., Parteqve iſtius tertia p. 503. 523., & in Addendis Lib. II. p. 540. 546.* Confer, qvæ de eodem jam edito narrarunt Lambecius ipſe *in Notis ad* Lucæ Holſtenii *Epiſtolam ad ſe XI.* (qva A. jam. 1646. noſtrum ad laborem hunc eſt hortatus) *p. 44. 45. 46.*, Mart. Hanckius *in Lib. de Rerum Byzantinarum Scriptoribus p. 392. 416. 417. 635. 682. 683. 684. 685.*, Joh. Hallervordius *in Bibliotheca curioſa p. 102. 236. 237. 320.*, Henr. Whartonus (Verſionem Codini *emendatam*, Notas autem in illum *doctiſſimas* appellans) *in Append. ad Gvilh. Cavii Hiſt. liter. ſcriptt. eccleſiaſt. p. 99.*, Conr. a Beüghem *in Bibliographia Hiſtorica p. 69.*, Joh. Chriſt. Nevius *P. I. Acceſſionum ad Degorei Wheari Relationes hyemales Hiſtoricas p. 181.*, &, qvi, ob recenſionem ſcriptorum ſingulorum uberiorem atqve accuratiorem, præ cæteris, meretur conſuli, Joh. Alb. Fabricius *Libro V. Bibliothecæ Græcæ, Parte II., Cap. V., p. 226. 364. 476-485. 687. 688.* Animadverſiones ſive Notas Lambecii ad Codinum magnam optimamqve partem Lucæ Holſtenio, ipſius avunculo, deberi, Vir Illuſtris, Marqv. Gudius, jam olim in familiari affirmabat colloqvio, & publice poſtea Carolus du Fresne confirmavit, *in Gloſſarii Græci voce* Ἀφθα (teſte Fabricio *in Scholiis ad noſtri Catalogum ſcriptorum ſuorum Vindobonenſem*) ita ſcribere haud veritus: *Lambecius, ſeu potius Holſtenius, nam ex ejus ſchedis compactæ ſunt Notæ ad Codinum de Originibus Conſtantinopolitanis.* Nec incredibile id eſt, cum Lambecius anno, qvo laborem hunc aggrediebatur, 1647. nondum 20. annorum fuerit juvenis, Holſtenius autem non ſolum ipſemet olim Codini Origines & Antiqvitates Conſtantinopolitanas, & Chryſoloræ Epiſtolas, *Parte II. Syntagmatis Geographorum Græcorum* affecti (uti ex hujus patet Catalogo) edere voluerit, ſed Lambecio etiam A. 1647. Roma Lutetiam Codini duplex MStum, & *συλλογὴν Antiqvitatum Conſtantinopolitanarum, atqve ſupplementa ex Vaticanis aliisqve Codicibus collecta,* in ſubſidium laboris, transmiſerit. V. illius *Epiſt. XIX. ad Lambecium p. 76. 77.*, ac *Epiſt. XI. p. 45. 46.* nec non Lambecii *Præfationem Animadverſionum* (in qva Codd. duos MSS. ab avunculo ſibi fatetur eſſe ſuppeditatos), ac *Lib. I. Comm. de Biblioth. Cæſarea p. 113. 114.* (ubi *Syntagmatis Geographorum Græcorum σκιαγραφίαν* ſiſtit Holſteniani). Anonymi *παρασάσεις σύντομας χρονικὰς*, ſive Collectanea de Antiqvitatibus Conſtantinopolitanis, qvorum ſupra, in Indice ſcriptorum Syntagmatis hujus Lambeciani, *num. VII.*, facta eſt mentio, & Photii Orationem die dedicationis Templi B. Virginis Deiparæ habitam, de qva ibidem num. IX. eſt dictum, ex illo depromſit, & ſeorſim Pariſiis A. 1664. *in 4.*, *in Manipulo* ſuo *Originum rerumqve Conſtantinopolitanarum*, Leonis Allatii *Diatribæ de Simeonum ſcriptis* ſubjuncto, recudi curavit, Franc. Combefiſius, Ord. Præd. Theologus Pariſienſis; illas qvidem *num. 1., p. 1-39.*, cum verſione ſua Latina atqve Animadverſionibus, hanc vero, ſub finem, *p. 304. & ſeqventibus*, cum ſola ſua translatione Latina, qvalem Lambecius nec huic, nec illis, adjecerat. In Notis is ad Anonymi *παρασάσεις*, longe emendatius a ſe, qvam a Lambecio, publicatas, paſſim Animadverſiones in easdem, atqve Codini opuſcula, Lambecianas perſtrinxit ac reprehendit. Qvod ægre ferens Lambecius, aliqvoties, *in Commentariis de Bibliotheca Cæſarea*, acriter viciſſim in Combefiſium eſt invectus, eumqve plagii inſimulare haud dubitavit, *Libro* ſcilicet III. *p. 126.*, ubi *Manipulum* Combefiſianum *plagiariam farraginem, ex ſuis imprimis laboribus corraſam, Lib. IV. p. 70. 71.*, ubi *Manipulum plagiarium* eundem vocavit, *Lib. VIII., p. 462.*, ubi & varii ejus errores virgula notantur cenſoria, atqve alibi. Imo *Lib.* III. *p. 126.* novam pollicitus eſt Excerptorum & Opuſculorum Codini de Antiqvitatibus Conſtantinopolitanis editionem, Notas Combefiſianas fuſius refutaturam, & *in Supplemento Corporis Hiſtoriæ Byzantinæ ex Bibliotheca Cæſarea* (qvod lucem non vidit) prodituram. V. de hac illorum controverſia Thomæ Ittigii *Tr. de Bibliothecis Patrum p. 415. 416.*, & Joh. Alb. Fabricii *Lib. V. Bibliothecæ Græcæ, P. II., Cap. V., p. 481. 485. 687. 688.* A qvorum ultimo *p. 687. 688.* Combefiſius a plagii crimine verbis merito abſolvitur ſeqventibus: *Injuriam Combefiſio facit Lambecius, qvod ejus Manipulum ſubinde vocat plagiariam farraginem, eam nempe ob cauſam, qvod illi inſeruit qvædam monumenta, jam ante a Lambecio vulgata; cum tamen iterum iterumqve teſtetur, ſe ea ex Lambecio repetere; &, qvæ Græce tantum ille dedit, Combefiſius verſione ac notis illuſtrata exponit lectori.* Conf. ejusdem *Decadem Decadum, ſive Centuriam Plagiariorum & Pſevdonymorum, num 72., lit. M. 4. a.* Spicilegium Notarum, & Indicem accuratiſſimum, in Georg. Codini Excerpta de Antiqvitatibus Conſtantinopolitanis jam ante Lambecius noſter A. 1659. *in Catalogo ſcriptorum ſuorum, Prodromo Hiſtoriæ* adjecto *literariæ*, a ſe juſſerat expectari. Qvæ novæ Syntagmatis hujus acceſſiones adhuc forte ſuperſunt *in Faſciculo variarum ſchedarum, & miſcellanearum Notarum, ad editionem Lambecianam Originum & Antiqvitatum Conſtantinopolitanarum Georg. Codini pertinentium*, qvem, inter MSSta Bibliothecæ Cæſareæ Græca Hiſtorica, Codice XCII., aſſervari, Dan. Neſſelius, *in Breviario & Supplemento Commentariorum de Biblioth. Cæſarea Lambecianorum, P. V., p. 146.*, teſtatur.

Joh. Jac. Friſii, Tigurini, Bibliotheca Philoſophorum, claſſicorumqve Autorum, Chronologica, ab origine mundi usqve ad ſuam ætatem: Cum Patrum, Eccleſiæ Chriſti Doctorum, a temporibus Apoſtolorum usqve ad tempora Scholaſticorum, enumeratione. Hujus, Tiguri A. 1592. in 4. impreſſæ, ſe centum tantum exempla Hamburgi, in uſum prælectionum in illam privatarum, A. 1656. & 1657. habitarum, curaſſe recudi, nihilqve in ea novaſſe, præterqvam qvod, reſpectu temporis ante & poſt initium vulgaris æræ Chriſtianæ, in duas illam partes diviſerit, & Scriptores eccleſiaſticos, qvi ſeorſim collocati erant, aſteriſcis notatos, Catalogo profanorum ſuis locis inſeruerit, ipſemet Lambecius in *præfatione* teſtatur *Prodromi Hiſtoriæ literariæ.* Ubi etiam cenſura additur rigidior (a Val. Henr. Voglero *in Introduct. ad notitiam bonorum Scriptorum, c. 5., p. 26. 27.*, repetita atqve approbata) de libri hujus Chronologia vitioſa, parachroniſmis, crebra Homonymorum confuſione, aliisqve erroribus. Qvos ſublaturus, *in Catalogo Scriptorum ſuorum*, A. 1659. eidem *Prodromo*, & A. 1661. *Libro* II. *Rerum Hamburgenſium*, ſubjecto, novam Bibliothecæ hujus Friſianæ a ſe juſſit expectari editionem, temporum ſupputationem accurate emendaturam, aliisqve Animadverſionibus neceſſariis, & Indice locupletiſſimo, augendam. Qvæ licet non prodierint, ſuperſunt tamen Prælectiones noſtri in illam Hamburgenſes MSStæ in Bibliotheca Placciana, Johanneæ civitatis Hamburgenſis publicæ donata, teſte hujus Indice. Imo in privata qvoqve D. Joh. Frid. Mayeri (uti ex hujus *Catalogi p. 784.* patet) aſſervabatur olim J. J. Friſii *Bibliotheca Chronologica claſſicorum Autorum, charta pura diſtincta, & e Prælectionibus Lambecii emendata, ſuppleta ac illuſtrata.*

Baptiſtæ Sacchi, Cremonenſis, ex vico Platina vulgo appellati Platinæ, Hiſtoria inclytæ urbis Mantuæ, & Sereniſſimæ Familiæ Gonzagæ, in libros ſex diviſa, & Francisco Gonzagæ, Cardinali Mantuano, olim dedicata, nunc primum autem ex Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi in lucem edita a P. Lambecio, cum Chronologia ejus accurata & neceſſariis Annotationibus, Vindobonæ A. 1673. (*in cujus locum 1675. a Beüghemio & Hübnero, mox allegandis, ac Caſp. Sagittario Introduct. in Hiſt. Eccl., c. 25., p. 657., ſubſtituitur*) in 4. Recuſa eſt Leidæ A. 1722. *in fol.*,

Tomo

Tomo IV. Theſauri Antiqq. & Hiſtor. Italiæ, per Pet. Burmannum edito, *Parte* II. V. *Acta Erud. Lipſ.*, *M. Apr. A. 1722.* . *p. 190.* Σκιαγραφίαν & hiſtoriam operis hujus *Ephemerides Eruditorum anni 1675. Italicæ, num. 10.* (teſte Corn. a Beighem *in Apparatu ad Hiſt. lit. noviſſ.*, *Conſp. I.*, *p. 223.*), & Joh. Hübneri *Bibliothecæ Hiſtoricæ Hamburgenſis vernaculæ Centuria IV.*, *Art. 3.*, *p. 26-29.*, exhibuerunt. Annotationes Lambecii Hübnerus vocat *prorſus incomparabiles*, ſed merito dolet, eas ad A. usqve 1237. Hiſtoriæ (ad A. 1464. perductæ) tantum eſſe continuatas, &, uti ſub ſub finem additur, *præter ſpem interruptas*, qvod Eleonora Gonzaga, Ferdinandi III., Imperatoris, vidua, noſtro, ob editionem operis hujus, incertum qva de cauſa, indignaretur. Cujus offenſæ Conr. Sam. Schurtzfleiſchius etiam, *in Epiſtolis*, Witebergæ A. 1700. editis, *num. 419.*, *p. 636.*, hiſce verbis injecit mentionem: *Hiſtoriam Mantuanam Lambecii optarem continuari: ſed, ut Dresdæ audivi, eo ſcripto offenſam Auguſtæ viduæ incurrit, qvod non dubito qvin cognitum habeas.* Imo opus ipſum, ob offenſam hanc, ſuppreſſum eſſe, vendiqve prohibitum, refert Wilh. Ern. Tenzelius, novam ejus meditatus editionem, *in Bibliotheca curioſa anni 1706. Germanica, Sect. IV.*, *p. 268. 269.*

Annales Francorum, qvos a Lambecio editos eſſe Lipſienſes, *in Actis Erud.*, *M. Aug. A. 1688.*, *p. 446.*, perhibent, mihi ignoti.

SCRIPTA INEDITA, AFFECTA ET PROMISSA.

I. PROPRIA.

Diſſertatio de IV. Monarchiis Danielis, communem iſtarum interpretationem, contra qvoscunqve oppugnatores; & præcipue Joh. Bodini *Methodi ad facilem Hiſtoriarum cognitionem caput ſeptimum*, defenſura, qvam *in Diario ſacri Itineris Cellenſis p. 21.* eſt pollicitus.

Annales rerum Germanicarum. V. *Lib. I. Comm. de Biblioth. Cæſarea, P. I.*, *p. 23. & 28.*

Diſſ. de conſcribendis rerum Germanicarum Annalibus. V. *Præfat. Libri II. Rerum Hamburgenſium*, & *Catalogum ſcriptorum*, eidem ſubjunctum.

Annales Auguſtiſſimæ domus Auſtriacæ, rerumqve Auſtriacarum. V. *Lib. I. Comm. de Bibliotheca Cæſarea, P. I.*, *p. 28.*, *Diarium ſacri itineris Cellenſis p. 4.*, D. G. Morhofii Unterricht von der Teutſchen Sprache und Poeſie, *P. II.*, *c. 9.*, *p. 456.*, & Mich. Hertzii *Bibliothecam Germanicam*, *P. IV.*, *Lit G. 3. b.* Eadem cum his haud dubie eſt Hiſtoria Auguſta Imperatorum, ex sereniſſima familia Auſtriaca oriundorum, cujus Librum I., ſive Annales vitæ & rerum geſtarum Rudolphi I., Imperatoris, *in Catalogis ſcriptorum ſuorum* prioribus, *Prodromo Hiſtoriæ literariæ* & *libro II. Rerum Hamburgenſium* ſubjectis, a ſe jam juſſit expectari. De *Apparatu primo ad Auguſtiſſimæ Hiſtoriæ Auſtriacæ Annales*, Vindobonæ A. 1579. *in fol.*, uti perhibent nonnulli, edito, ſuo jam ſupra loco eſt dictum.

Hiſtoria Legationis Cæſareæ ad Turcas, & Turcicæ ad Cæſarem, pro pace ſancienda A. 1665. miſſæ. V. *Diar. S. Itin. Cell. p. 5.*

Carnuntum *(urbs Pannoniæ)* redivivum. V. *Lib.* II. *Comm. de Biblioth. Cæſ.*, P. II., *p. 35.*, & Edv. Brounii *Itinerarium*, *Lib.* II., P. II., *c. 1.*, *p. 103. verſionis Germanicæ.*

Vita Chriſtiani IV., Regis Daniæ, *in Catalogis ſcriptorum ſuorum* prioribus ab ipſo promiſſa.

Rerum Hamburgenſium Libri reſidui, de qvibus, in duorum, qvi prodiere, ſupra dictum eſt, hiſtoria.

Prodromi Hiſtoriæ Literariæ partes reſiduæ, & Syntagma Hiſtoriæ univerſæ literariæ, de qvibus, qvæ ſupra de Prodromo fuſe narravimus, poſſunt relegi.

Bibliotheca Philoſophica & Bibliotheca Hiſtorica, qvarum Typi, ab Autore iis præmiſſi, integri exhibentur atqve commendantur, ob ſeriem argumentorum perfectam atqve ordinatam, a Dan. Georg. Morhofio *Tomo* I. *Polyhiſtoris*, *Lib.* I., *c. 2.*, *p. 12-15.*

Commentariorum de Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi Libri plerique reſidui, octo jam editis ſubjungendi, de qvibus horum hiſtoria, ſupra jam expoſita, conſulatur.

Diſſ. de Bibliotheca Cæſarea Viennenſi, & multiplici fructu, qvem ex Codicum ejus MSStorum inæſtimabili theſauro univerſus terrarum orbis, in omni eruditionis & doctrinæ genere, poteſt percipere; qvam *in Catalogo nundin. vern. A. 1663. Lipſ. p. 32.* promiſit.

Catalogus triplex omnium Librorum Bibliothecæ Cæſareæ, tam MSStorum, qvam impreſſorum, primus ſecundum continuam numerorum, qvibus libri in tergo notati ſunt, ſeriem, ſecundus juxta varietatem materiarum claſſis ſextuplicis (Theol., Jurid., Med., Philoſ., Hiſtor. & Philol.), ordine alphabetico, & tertius ſecundum nomina Autorum, tam univerſorum, qvam ſingularum claſſium, ordine itidem alphabetico, concinnandus. V. *Lib.* I. *Comm. de Biblioth. Cæſar. p. 72.*, & Theoph. Spizelii *Arcana ſacra Bibliothecarum illuſtrium retecta p. 49.*, ac *Diſſ. præliminarem eorundem lit. b. 5. b. f. 2. a. b.*

Diſſ. de Codicibus Lingvarum Orientalium Bibliothecæ Cæſareæ. V. *Lib.* I. *Comm. de Biblioth. Cæſ.*, P. II., *p. 185.*

Diſſ. de plus qvam trecentis Codicibus MSStis Bibliothecæ Cæſareæ, Græcis & Latinis, qvorum ope Hiſtoria Conciliorum generalium & provincialium non mediocriter poteſt locupletari. V. *Lib.* II. *Comm. de Biblioth. Cæſ. p. 133.*

Diſſ. de XII. Codicibus MSS. Livii, qvi, una cum 32. primariis ejusdem editionibus impreſſis, in Biblioth. Cæſarea ſervantur. V. eundem *Lib.* II. *p. 344.*, & Joh. Alb. Fabricii *Biblioth. Latinam*, *Lib.* I., *c. 11.*, *p. 183. edit. ſecundæ.*

Catalogus Autorum & Monumentorum veterum, qvæ ex variis Codicibus MSStis Bibliothecæ Cæſareæ primum in lucem prodiere. V. *Lib.* I. *Comm. de Biblioth. Cæſ.*, P. I., *p. 61.*

Deſcriptio Cimeliarchei Cæſarei Vindobonenſis, qvam eodem *L.* I. *P.* I. a ſe juſſit expectari.

Diſſ. de Wolfgangi Lazii vita, ſcriptis & Bibliotheca privata. V. eundem *Lib.* I., *P.* I., *p. 33.*

Catalogus Bibliothecæ propriæ ter mille circiter ſelectiſſimorum voluminum duplex, & ſecundum nomina Autorum, & ſecundum varietatem materiarum, ordine compoſitus alphabetico, & in Indicibus ſcriptorum ſuorum prioribus A. 1659. & 1661. ab ipſo promiſſus.

Diſſ. de abuſu Typographiæ & negotiationis librariæ. V. eosdem Indices priores.

Diarium Itineris Leopoldi Imperatoris Oenipontani, A. 1665. ſuſcepti, cum Catalogo numeroſo Codicum MSStorum præſtantiſſimorum, qvos, in arce Ambraſiana repertos, inde in Bibliothecam Cæſaream Vindobonenſem tranſtulit Lambecius. V. ejus *Epiſt. ad Auguſtum, Ducem Brunſvic.*, *de MSS. Fl. Joſephi p. 15. 16.*

Relatio ad Leopoldum Imperatorem, de Itinere ſuo Budenſi, ad reliqvias Bibliothecæ Matthiæ Corvini, Regis Hungariæ, ſpectandas, M. Febr. & Mart. A. 1666. peracto. V. eandem *Epiſtolam p. 16.* Utriusqve deinde itineris, Oenipontani & Budenſis, hiſtoriam noſter, mente mutata, A. 1669., *Libro* II. *Comment. de Bibliotheca Cæſarea, cap. 8. & 9.*, expoſuit, ſicut ſupra jam indicavimus.

Analyſis & Selecta Prælectionum publicarum in Diogenis Laertii Libros X. de illuſtribus veteris Græciæ Philoſophis, cum Indice accuratiſſimo alphabetico Scriptorum omnium, qvi eo in opere citantur, ab ipſo A. 1659. & 1661. in

Catalogis ſcriptorum ſuorum promiſſa prioribus, & a Val. Henr. Voglero (*in Introduct. ad notit. bon. Script., c. 9., p. 49.*) laudata. MSSta ſuperſunt in Bibliotheca Placciana, publicæ urbis Hamburgenſis donata, uti Index hujus me docuit, & ſuperfuerunt qvoqve in privata D. Joh. Frid. Mayeri, teſte *Catalogo illius p. 733.*

Analyſis & Selecta Prælectionum in T. Livii Decadem I. Hiſtoriæ Romanæ, cum Gnomologia Ethico-Politica, & accuratis ſingulorum librorum Tabulis Chronologicis. V. *Catalogos* ſcriptorum noſtri priores.

Analyſis & Selecta Prælectionum in C. Cornelii Taciti Annalium Libros duos priores, Germaniam & Vitam Agricolæ, cum Gnomologia & Monitorum politicorum Sylloge. Hæc, in iisdem promiſſa Catalogis, una cum ſimilibus in Livii tres Libros priores Prælectionibus, Hamburgi olim Henr. Heldius, J. U. Lic., amicus meus, aſſervabat.

Prodromi Lucubrationum criticarum in A. Gellii Noctes Atticas, Pariſiis A. 1647. excuſi, editio nova, qvadruplo auctior. Vide qvæ ſupra de Prodromo iſto diximus.

Exercitationes Macrobianæ in A. Gellii Noctes Atticas, qvas, *in Epiſtola Prodromi*, modo laudati, *dedicatoria*, A. 1647. a ſe juſſit expectari.

Variæ Lectiones & Emendationes in Macrobium, e Codd. MSS. Thuaneo & Neapolitano, qvæ in Bibliotheca Cæſarea aſſervantur. V. ipſius *Notas ad Lucæ Holſtenii Epiſtolam ad ſe 17. p. 69.*, & *Lib. VI. Comm. de Bibliotheca Cæſarea p. 266.*, nec non Joh. Alb. Fabricii, hunc allegantis, *Lib.* III. *Bibliothecæ Latinæ, c. 12., p. 623. edit. ſecundæ.*

Prælectiones in Sulpitium Severum, qvæ MSStæ Hamburgi, in Bibliotheca Placciana, teſte illius Indice, ſuperſunt.

Analyſis & Selecta Prælectionum in Inſtitutiones Juſtinianeas, cum Tabulis aliqvot ſynopticis totius reliqvi Juris Civilis Romani, nec non Juris Canonici. V. *Catalogos* ſcriptorum noſtri priores.

Diſſ. de Iſidori Hiſpalenſis Libro de ortu, vita & obitu Sanctorum Patrum, qvi in ſcripturis laudibus efferuntur, qvam ab eo promiſſam eſſe tradit Chriſtoph. Sandius *in Notis & Animadv. ad Voſſii Libros de Hiſtoricis Latinis p. 32. 33.*

Notæ ad M. Adami Bremenſis Hiſtoriam Eccleſiarum Hamburgenſis & Bremenſis, qvas *in Chronologia Libri primi Rerum Hamburgenſium, Libro ſecundo* ſubjuncta, *p. 578., eſt pollicitus.*

Analyſis & Selecta Prælectionum in Joh. Sleidani Libros III. de qvatuor ſummis Imperiis, una cum emendatione ingentium errorum, qvi in iis latitant.

Analyſis & Selecta Prælectionum in Car. Sigonii Libros VII. de Republica Hebræorum, cum non mediocri ejuſdem materiæ Spicilegio.

Analyſis & Selecta Prælectionum in Ubbonis Emmii Deſcriptiones Rerumpublicarum Athenienſis & Laconicæ, cum ejusdem argumenti Spicilegio.

Analyſis & Selecta Prælectionum in Wilh. Beckeri Jus publicum Imperii Romano-Germanici.

Analyſis & Selecta Prælectionum in Polydori Virgilii Libros VIII. de Rerum Inventoribus, cum uberrimo ejusdem argumenti Spicilegio.

Analyſis & Selecta Prælectionum in Jac. Middendorpii Libros VIII. de celebribus univerſi orbis terrarum Academiis.

Analyſis & Selecta Prælectionum in Valent. Forſteri Hiſtoriam Juris Civilis Romani, cum diligenti emendatione Chronologiæ, aliisqve neceſſariis Notis & Animadverſionibus. Septem has præcedentes in Scripta recentiorum aliena Commentationes monumentis ſuis literariis jam abſolutis, & luci exponendis publicæ, ipſemet, in *Catalogis* librorum ſuorum prioribus, *Prodromo Hiſtoriæ literariæ A. 1659.*, & *Libro II. Rerum Hamburgenſium* A. 1661., adjectis, annumeravit. Prælectiones Hamburgenſes in Sleidani, Emmii, Beckeri & Polyd. Virgilii, libros Hamburgi, in Bibliotheca Placciana, uti Index illius perhibet, ſuperſunt MSStæ. Excerpta Prælectionum in eadem qvatuor ſcripta, & Sigonianum præterea de Republica Hebræorum, a D. Joh. Frid. Mayero qvoqve, teſte *Bibliothecæ* illius *Catalogo p. 733.*, aſſervabantur.

Tabulæ ſynopticæ in Theoph. Golii Ethica & Politica. V. eosdem *Catalogos* Lambecianos priores.

Lexicon veteris Franciæ Teutonicæ, qvod Lambecium editurum eſſe, A. 1673. Vienna ad Conr. Sam. Schurtzfleiſchium eſt perſcriptum, & ab hoc viciſſim Adamo Chriſtophoro Jacobi per literas relatum. V. *Epiſtolas* Schurtzfleiſchii (Witebergæ A. 1700. editas), *num. 98.*, *p. 134.*

Epiſtolæ ad Eruditos ἀνέκδοτοι, qvarum duæ, ad Frid. Lindebrogium a juvene A. 1646. exaratæ, in Volumine Epiſtolarum ad hunc MSto a Reinh. Blomio, Conſiliario in Germania Svedico, olim aſſervabantur.

II. ALIENA, EDITIONI DESTINATA ET ILLUSTRATA.

Crateuæ, Ῥιζοτόμȣ & Ἰατροσόφȣ, Hippocrati coævi, Scriptum περὶ τῆς Ὕλης Ἰατρικῆς, ſeu de Materia Medica, cujus editionem e MSto Bibliothecæ Cæſareæ, per Lambecium promiſſam, ab ipſius ſucceſſore flagitavit Günth. Chriſtoph. Schelhammerus *in Additt. ad H. Conringii Introduct. in Artem Med., c. 8., p. 276.*

Lycophronis Tragici Caſſandra, cujus editionem illum juvenem A. 1646. meditatum eſſe, verba hæc docent Lucæ Holſtenii *Epiſtolæ ad ipſum ſeptimæ p. 23. 24.: De Lycophrone non ſolum probo conſilium tuum, ſed etiam hortor ac moneo, ut ex* σκοτεινȣ̃ *Autoris tenebris lucem nomini famæqve tuæ qværas. Offero etiam Codicem MS. optimæ notæ Commentariorum Tzetzæ, ſed ita eſt* ὀγκώδης, *ut ægre transmitti ad te poſſit. Eum igitur apud me tibi paratum ſcias, ubi veneris; interim ingenium experire.* Confer de eadem Joh. Alb. Fabricium *Lib. III. Biblioth. Græcæ, c. 16., p. 422.*

Alciphronis, antiqvi Rhetoris Græci, Epiſtolæ octo hactenus non editæ (&, has inter, qvinqve Paraſiticæ), cum verſione Latina publicandæ. V. ipſius *Catalogum ſcriptorum ſuorum, Libro II. Rer. Hamb.* A. 1661. adjectum, & *Notas ad L. Holſtenii Epiſtolam ad ſe XI., p. 43. 44.*

Philoſtrati Epiſtolæ Græcæ, qvas itidem, cum verſione edere juvenis A. 1646. voluit, teſte Luca Holſtenio, eadem *Epiſt. XI., p. 42. 43.*, ita ad illum ſcribente: *Philoſtrati Epiſtolarum verſionem probo, &, ut in publicum proferas, ſed moroſo examine caſtigatam, etiam hortor.*

Ariſtæneti, antiqvi Rhetoris Græci Niceni, Epiſtolæ amatoriæ (qvas jam ante Græce Joh. Sambucus Antwerpiæ A. 1566., & Græco-Latine, cum Notis ſuis, Joſias Mercerus Pariſiis A. 1594., ediderant), Commentario illuſtratæ; una cum Diſſertatione de Vita Ariſtæneti, aliisqve veteribus Epiſtolographis, cui Libanii Sophiſtæ duodecim Epiſtolæ elegantiſſimæ, hactenus ineditæ (a Luca Holſtenio e MS. Vaticano ſuppeditatæ), qvarum decem ad ipſum Ariſtænetum, duæ autem de illo ad Entrechium & Acacium ſcriptæ ſunt, inſeruntur. V. Lambecii *Catalogum ſcriptorum ſuorum*, A. 1659. *Prodromo Hiſtoriæ* adjectum *literariæ*, & ipſum *Prodromum, Lib. 2., c. 20., p. 250.*, ubi Commentarium ſuum, ejusqve appendices, in ipſa *Hiſtoria literaria, Seculo IV. æræ Chriſtianæ*, publicatum a ſe iri eſt pollicitus. Confer etiam Lucæ Holſtenii monita & conſilia de Epiſtolarum harum editione, in *Epiſtolis ad Lambecium VII. VIII. X. & XI.*, A. 1646. exaratis, *p. 20-23. 26. 27. 37. 42.*, obvia, ubi in *Notis Lambecii p. 20. 21.* hæc de Commentario iſto adjungun-

adjunguntur : *Meum in Ariſtæneti Epiſtolas Commentarium componere orſus ſum Hamburgi d. 3. Junii A. 1645., abſolvi autem Amſtelodami Kal. Febr. A. 1646. Exſtat is nunc avtographus in Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea, nec communicationem ejus denegabo, ſi qvis novæ Epiſtolarum Ariſtæneti editioni illum velit ſubjungere.* Molitus novam hanc editionem eſt, verum poſt obitum demum Lambecii, Georgius Francus a Franckenau, Med. D., & e Profeſſore ejusdem Heidelbergenſi atqve Witebergenſi aulæ Danicæ Archiater, qvi transmiſſum ſibi, e Bibliotheca Cæſarea, Leopoldi Imperatoris permiſſu, a Dan. Neſſelio, Bibliothecario, una cum Codice MS. Epiſtolarum Ariſtæneti, qvi illic ſupereſt, unico membranaceo Sambuciano, Commentarium Lambecianum, cum iſtis, ſuisqve Annotationibus, in lucem qvidem proferre voluit, ſed labori eſt immortuus. V. *Nova literaria Lubecenſia, M. Dec. A. 1704., p. 377.*, Henr. Pippingii *Appendicem Sacri Decadum Memoriæ Theologorum renovatæ Septenarii p. 1133.*, & Joh. Alb. Fabricii *Librum II. Bibliothecæ Græcæ, c. 10., p. 427.* A qvorum ultimo, & iſtic, & *in Decade Decadum, ſive Plagiariorum ac Pſevdonymorum Centuria, num. IX.*, plura de Ariſtæneto, Epiſtolis ejus, & Lambecii Commentario in has juvenili (anno qvippe 18. ætatis conſcripto), ſunt congeſta & monita. De Libanii XII. ad Ariſtænetum, & de illo, Epiſtolis, qvas huic Lambecius adjungere conſtituerat, *Libro* deinde ipſius *Sexto Commentariorum de Bibliotheca Cæſarea, p. 244. & ſeqq.*, Græce ſeorſim vulgatis, &, cum Barthol. Chriſt. Richardi verſione Latina, Jenæ A. 1707. *in 8.* recuſis, ſuo jam ſupra loco, in Operis iſtius Lambeciani, dictum eſt, recenſu.

Arriani Nicomedienſis Commentariorum in Epicteti Enchiridion Libri IV., in qvibus (Græco-Latine jam ante Coloniæ A. 1595. *in 8.* per Hier. Wolfium editis) ut ingenium noſter experiretur, *uberiorem inde & ſapientiæ fructum, & laboris gloriam*, ſperaturus, Lucas Holſtenius, avunculus, A. 1647., *Epiſtola 17. ad ipſum p. 70.*, ſvaſor autorqve ei extitit. Incertum tamen eſt, an nepoti, juvenili ardore in amœnioribus adhuc laſcivienti, id perſvaſerit.

Eunapii Sardiani Vitæ Philoſophorum & Sophiſtarum, qvarum editionem emendatiorem, notisqve haud dubie illuſtrandam, eum molitum eſſe teſtis eſt idem Holſtenius, qvi A. 1646. & 1647., *Epiſtolis ad eum XIV. XIX. & XX., p. 58. 59. 75. 76. 79. 80.*, non ſolum conatui huic applauſit, ſed & noſtro, communicatis MSti Barberiniani Variis Lectionibus, ut Codicem præſertim Florentiæ conferret Mediceum, conſuluit. Lambecius ipſe, *in Notis ad Epiſt. XIV. Holſtenianam*, occaſionem, refert, ſibi præbuiſſe adornandæ hujus editionis exemplar Vitarum Eunapii impreſſum, manuqve Joſ. Scaligeri propria locis plurimis emendatum, ſuppletum & illuſtratum, cujus annotationes marginales Scaligerianæ, Gerh. Joh. Voſſii poſſeſſoris permiſſu a ſe deſcriptæ, nunc, cum reliqvis ſuis ad idem argumentum pertinentibus ſcriptis, in Bibliotheca aſſerventur Cæſarea. Mentio ejusdem in *Polyhiſtore* etiam Morhofiano, *T. II., Lib. I., c. 1., p. 3.*, occurrit.

D. Junii Juvenalis Satyræ XVI., & Scholiaſtæ antiqvi in has Annotationes, A. 1646. Amſtelodami cum Cod. MS. Gerh. Joh. Voſſii pervetuſto & optimæ notæ membranaceo collatæ. V. L. Holſtenii *Epiſt. VIII. ad ipſum*, & Lambecii *ad hanc Annotationes, p. 28. 29.*, nec non D. G. Morhofii *T. I. Polyhiſtoris, Lib. 4., c. 13., p. 196.*

A. Gellii Noctium Atticarum editio nova, e Codd. MSS. Romanis ac Mediolanenſi, Notis exornanda, qvam A. 1647., in *Epiſt. dedic.* ad L. Holſtenium, *Prodromo Lucubrationum* in easdem *Criticarum* præmiſſa, a ſe juſſit expectari.

Supplementum Philoſophiæ Platonicæ (*ſive Scriptorum de illa veterum*), e Bibliotheca Cæſarea. V. *Lib. I. Comm. de Biblioth. Cæſar. p. 147. 148.*, ac *Lib.* III. *p. 323.*, nec non Joh. Alb. Fabricii *Vol. VIII. Bibliothecæ Græcæ, c. 26., p. 516.*, & *Notas ad Marini Neapolitani Vitam Procli p. 101.*

Supplementum Bibliothecæ Sanctorum Patrum, ex Bibliotheca Cæſarea. V. *Lib.* I. *Comm. de Biblioth. Cæſ. p. 139. & alibi.*

Supplementum Hiſtoriæ Conciliorum, e Biblioth. Cæſarea. V. eundem *Lib.* I. *p. 127. & alibi.*

Supplementum Hiſtoriarum de Vitis & miraculis Sanctorum, e Bibliotheca Cæſarea. V. eundem *Lib.* I. *p. 137. 145.*

Supplementum Corporis Hiſtoriæ Byzantinæ, ex Bibliotheca Cæſarea. V. eundem *Lib.* I. *p. 132. 147. 157.*, *Lib.* III. *p. 56. 126. 172.*, *& alibi*, Jac. Tollii *Inſignia Itinerarii Italici p. 124.*, & Joh. Alb. Fabricii *Biblioth. Græcæ Lib. V.*, P. II., *c. 5., p. 481. 683. 684.* In hoc lucem viſura denuo erant Georg. Codini *Excerpta* & Opuſcula de Antiqvitatibus Conſtantinopolitanis, novumqve Notarum in illa Spicilegium, de qvibus, in editionis primæ anni 1655. Pariſinæ recenſu, ſupra jam eſt dictum ; & Pauli qvoqve forte Silentiarii Ἔκφρασις templi S. Sophiæ, carmine Græco ſcripta heroico, ad qvam evulgandam A. jam 1648. Claud. Sarravius (*Epiſt. 180., p. 183. 184.*) noſtrum, Romæ Codice illius utentem Vaticano, incitaverat.

Fredegarii, Scholaſtici Seculo VIII. Galli, Chronicon, a creatione mundi, ad A. C. 741., Libris V. perductum, e Codice ἀδεσπότῳ Bibliothecæ Cæſareæ Ambraſiano membranaceo veteri, cum neceſſariis Animadverſionibus & notis, in lucem proferendum. V. *Lib.* II. *Comm. de Biblioth. Cæſ., c. 8., p. 851. & ſeqq.*, &, ex iſto, Vinc. Placcii *T.* I. *Theatri Anon. & Pſevdon., c. 5., p. 271. 272.*

Eldad Danitæ Epiſtola Hebraica, fabulam de fluvio Sabbathico, & decem Iſraelitarum tribubus, apud eum deliteſcentibus, exponens, qvam ſe iterum eſſe editurum Lambecius, *in Prodromo Hiſt. liter. p. 203.*, eſt pollicitus. V. Gabr. Groddeckii *Spicilegium libb. Anon. & Pſevdon. Rabbinicorum*, apud Placcium *l. c., T. I., c. 16., p. 684.*

Apparatus Corporis Hiſtoriæ Germanicæ, continens generalem ſynopſin Autorum & rerum omnis ævi, eo pertinentium ; cum annexo Conſilio de novis Imperii Romano-Germanici Annalibus, a Carolo Magno Imperatore usqve ad Leopoldum Imperatorem, rite conſcribendis. Promiſſus eſt *in Catalogo nundin. vern. A. 1663. Lipſ. p. 32.*

Syntagma rerum Germanicarum, varios illarum Scriptores, variaqve Acta publica, e Codicibus MSStis Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis in lucem edenda, Tomis compluribus (*in fol.*), cum Annotationibus neceſſariis, Chronologia accurata, Indicibus ampliſſimis, Geographico inprimis & Genealogico, multisqve Iconismis & tabulis æri inciſis, exhibiturum. Opus hoc grande multorum voluminum expectari a ſe Lambecius juſſit, tum *in Catalogo nundin. autumn. A. 1672. Lipſ. p. 18. 19.*, tum in *Catalogo ſcriptorum ſuorum* ultimo Vindobonenſi, A. 1673. luci expoſito, *num. XVIII.* Ubi ſimul relatum eſt, illud Vindobonæ, anno iſto 1673., ſub prælo jam fuiſſe, ac coepiſſe imprimi, Indexqve prolixus additus Monumentorum præcipuorum, in illo comparituorum. Qvia nobis etiam hoc loco adjicietur, ſed in compendium brevitatis contractus ſtudio. Enumerantur ergo Monumenta iſta hoc ordine : I. Codex Epiſtolaris Carolinus, Gregorii III., Zachariæ, Stephani III., Pauli I., Stephani IV., ac Hadriani I., Pontificum Romanorum, & Conſtantini Pſevdo-Papæ, Epiſtolas continens 99., ad Carolum Martellum, Pipinum & Carolum Magnum, Francorum Principes & Reges, exaratas, juſſuqve Caroli Magni A. 791. collectas & in unum Volumen redactas membranaceum, qvod avthenticum adhuc in Bibliotheca aſſervatur Cæſarea, ex iſto longe emendatior, qvam in editione Jac. Gretſeri Ingolſtadienſi perqvam mendoſa A. 1613. prodiit, ſiſtendus. Conf. de iſto Lambecii *Lib. I. Comm. de Biblioth. Cæſ. p. 62. 320. 321. 322.*, ac Wilh. Ern. Tenzelii *Dialogos menſtruos Germanicos, M. Jul. A. 1692.*

p.589. 590. II. Ermoldi Nigelli, exulis, Poema Elegiacum de vita & rebus geſtis Ludovici Pii, Imperatoris, in libros qvatuor diviſum. V. Lambecii *Lib. 2. Comm. p. 359-362.* III. Calendarium eccleſiaſticum, ſub Carolo M. & Ludovico Pio, Imperatoribus, compoſitum, & multifaria illorum temporum notitia, magnaqve veterum Germanicorum nominum propriorum copia, refertum. V. *Lib. 2. Comm. p. 298. 320.* IV. Rhabani Mauri, Archiepiſcopi Sec. nono Moguntini, Gloſſarium Latino-Theotiſcum in Biblia ſacra V. & N. T., antiqvæ lingvæ Germanicæ, qvalis Caroli M. ævo fuit, explicandæ & illuſtrandæ inſerviens. V. *Lib. 2. Comm. p. 415. 416. 856. 9. 1.*, & confer D. G. Morhofii *T. I. Polyhiſtoris, Lib. 4., c. 4., p. 34.*, ac *Tr. de Lingva poeſiqve germanica vernaculum, P. III., c. 3., p. 498. 499.*, nec non W. E. Tenzelii *Dialogos menſtruos Germanicos, M. Aug. A. 1691., p. 723. 724. 725.* V. Concilii Wormatienſis, A. C. 868. habiti, Profeſſio fidei contra errores Græcorum. VI. Anonymi Hiſtoria de ſanctitate meritorum & gloria miraculorum B. Caroli Magni, circa A. 1165. compoſita, & in Libros tres diviſa. V. *Lib. 2. Comm. p. 329. 353. 359.* VII. Officium eccleſiaſticum in honorem Caroli Magni A. 1165., qvo in numerum Sanctorum relatus eſt, compoſitum. V. *Lib. 2. Comm. p. 340-343.* VIII. Udalrici Babenbergenſis Codex Epiſtolaris, continens variorum Pontificum, Imperatorum, Cardinalium, & Principum S. Rom. Imp. Eccleſiaſticorum ac ſecularium, Epiſtolas, A. C. 1125. ab illo collectas. Qvam aliasqve ſimiles Diplomatum collectiones, Syntagmati huic deſtinatas, teſte Nic. Chr. Lynckero (*in Inſtructorii ſorenſis Introitu, §. 6., lit. D. 2. b.*), *anhelant omnes, qvotqvot notitiam rerum Imperialium, potiſſimum ſub regimine anteriorum Cæſarum (qvorum ævo tantopere commutata eſt facies Imperii), mancam eſſe experiuntur.* IX. Codex Epiſtolaris Antiqvitatum Archiepiſcopatus Magdeburgenſis, continens plus qvam centum antiqva Diplomata variorum privilegiorum, fundationum, donationum aliorumqve contractuum, ab Anonymo, ante aliqvot ſecula, in volumen collecta membranaceum; cujus editionem, notis illuſtratam, Lambecius poſſeſſor, e Bibliotheca privata, jam antea A. 1659. & 1661., *in Catalogis ſcriptorum ſuorum* prioribus, *Prodromo Hiſt. lit., Libroqve ſecundo Rerum Hamburgenſium*, adjectis, ſeorſim erat pollicitus (*). X. Anonymi, qvi circa A. C. 1112. vixit, Geſta Trevirorum, ſeu Chronicon Trevirenſe, ab U. C. usqve ad A. C. 1146. perductum; qvod deinceps Gothofr. Gvilh. Leibnitius *Tomo I. Acceſſionum Hiſtoricarum*, Lipſiæ A. 1698. *in 4.* excuſo, juris fecit publici. XI. Hermanni, Abbatis Altaichii inferioris in Bavaria inferiore Seculo 13. Benedictini, Chronicon Altaichienſe, maximam partem ex meris diplomatibus coævis coagmentatum, cujus, a Joh. Aventino laudati, jacturam Chriſtoph. Gewoldus, *in Ep. dedic. Chron. Reicherſperg.*, valde, ſed perperam, deploravit. XII. Codex Epiſtolaris Rudolphi I., Imperatoris, Epiſtolas 149., ab ipſo, ad ipſum & de ſe ipſo, ſcriptas, a Joh. Seifrido, Abbate Zwethalenſi, e MSS. collectas, & in tres libros diviſas, continens, cum Annotationibus Seifridi & Lambecii: Accedit ejusdem Codicis Liber qvartus, varia Rudolphi I. Diplomata, a Lambecio, e MSStis Bibliothecæ Cæſareæ primum collecta, & illuſtrata, exhibens. Conf. de illo *Diarium itin. Cell. p. 208-212.* XIII. Helwici Turingi, Ottocari I., Regis Bohemiæ, Sec. XIII. Notarii, Rationarium Auſtriæ & Styriæ. V. *Lib. 2. Comm. de Bibl. Cæſ. p. 2. 71-79.* XIV. Ottocari de Horneck, Eqvitis Styri, Chronicon Germanicum rythmicum Rerum geſtarum Rudolphi I. & Alberti I., Imperatorum, ſub qvibus ipſe floruit. XV. Engelberti, Abbatis Sec. 14. Admontenſis, Liber de Ortu & fine Romani Imperii, poſt primam editionem Caſp. Bruſchii hæreticam, ſecundum, e MS. Biblioth. Cæſ. avtographo, edendus ac illuſtrandus. XVI. ejusdem Speculum virtutum hactenus ineditum, in uſum filiorum Alberti I., Imperatoris, ante A. 1314. compoſitum. XVII. Annales Crembsmünſtrenſes, in Monaſterio Auſtriæ ſuperioris Benedictino Crembsmünſter A. 1142. conſcripti, & ad A. usqve 1217. continuati. XVIII. Chronicon Crembsmünſtrenſe, ab A. C. 777., qvo monaſterium fundabatur, ad A. usqve 1298., perductum. XIX. Anonymorum qvorundam hactenus ineditæ Continuationes Chronici Hermanni Contracti, ab A. C. 1050. ad A. 1347. XX. Wichardi de Polhaim, Archiep. Saliſburg. (A. 1315. mortui), Continuatio Chronici Herm. Contracti, ab A. C. 1279. ad 1310. XXI. Anonymi Chronicon Auſtriacum, ab A. C. 1104. ad 1279. XXII. Chronicon Auſtriacum Florianenſe, ſive Monaſterii S. Floriani in Auſtria ſuperiore, a temporibus S. Leopoldi, Marchionis Auſtriæ, usqve ad A. C. 1310. perductum. V. *Lib. 2. Comm. de Bibl. Cæſ. p. 3. 916-919.* XXIII. Chronicon Auſtriacum Monaſterii Neuburgenſis in Auſtria inferiore, ab A. C. 1114. ad 1310. pertextum. XIV. Anonymi Chronicon Thuringiæ, usqve ad A. C. 1310. perductum. XXV. Chronicon Auſtriacum Zwethalenſe, in Coenobio Auſtriæ interioris & Ord. Ciſterc. Zwethalenſi, ab A. C. 928. ad 1362., continuatum. XXVI. Chronicon Maurbacenſe, ſive Antiqvitates Monaſterii Carthuſiani Vallis omnium Sanctorum in Maurbach, Vindobonæ vicini. XXVII. Aureæ Bullæ Caroli IV. Imperatoris editio nova, e Cod. MS. membranaceo, A. C. 1400., juſſu filii ipſius, Wenceslai Imp., ſcripto. V. *Lib. 2. Comm. de Bibl. Cæſ. p. 814-817.* XXVIII. B. de A., Itali Anonymi, Tr. de Expeditione Imperatoria in Italiam recte inſtituenda & feliciter conficienda, A. 1376. ad Carolum IV. Imp. ſcriptus, cum annexa Notitia ſtatus Hetruriæ anni 1376. V. *eundem Lib. 2. p. 817-821.* XXIX. Aureæ Bullæ Caroli IV. Imperatoris prima atqve avthentica Verſio Germanica. V. *eundem Lib. 2. p. 821-824.* XXX. Anonymorum qvorundam Catalogi antiqvi Archiepiſcoporum, Epiſcoporum & Abbatum Germaniæ, e MSS. variis Biblioth. Cæſareæ collecti, & Annotationibus illuſtrati. XXXI. Centuriæ IV. Diplomatum ſelectorum veterum ineditorum, ad Hiſtoriam Germaniæ ſacram & profanam pertinentium. XXXII. Summaria antiqva plus qvam 2000. Diplomatum ſelectorum veterum miſcellaneorum, ad Hiſtoriam Germaniæ ſacram & profanam pertinentium, ordine Chronologico diſpoſita. XXXIII. Tractatus Commercii inter regnum Angliæ & Hanſam Teutonicam, una cum variis aliis Diplomatibus & monumentis ineditis, ad Hiſtoriam Hanſæ Teutonicæ & civitatum Hanſeaticarum pertinentibus. XXXIV. Monumenta varia antiqva, ad Hiſtoriam Hamburgenſem pertinentia, &, hæc inter, Summaria antiqva Germanica veterum Archivi Hamburgenſis Diplomatum, nec non Acta publica Homagii, Regibus Daniæ ex familia Oldenburgica, & poſtremum qvidem Chriſtiano IV. Regi A. 1603., a Civitate Hamburgenſi præſtiti. XXXV. Monumenta varia antiqva, ad Hiſtoriam Archiepiſcopatus & civitatis Bremenſis pertinentia, &, hæc inter, Diplomata varia, qvibus demonſtratur, *Civitatem Hamburgenſem* (qvæ verba, partium prodentia ſtudium, ſunt ipſius Scriptoris antiqvi) *de juribus & pertinentiis Eccleſiæ Bremenſis non eſſe delendam, ſed eam pleno jure & dominio, tam in temporalibus, qvam in ſpiritualibus, ad Eccleſiam Bremenſem olim pertinuiſſe, & adhuc pertinere, licet per Comites Holſatiæ injuſte occupata ſit*, &c. XXXVI. Anonymi dioeceſeos Bremenſis Presbyteri Continuatio Chronici Slavorum Helmoldi, ab A. C. 1164. ad 1448., cujus editionem, notis illuſtrandam, ſeorſim jam ante, e Cod. MS. Bibliothecæ propriæ (poſtea in Cæſaream translato), Lambecius promiſerat, tum *in Catalogis ſcriptorum ſuorum* prioribus, A. 1659. *Prodromo Hiſt. Lit.*, & A. 1661. *Libro II. Rer. Hamb.*, adjectis, tum *in Catalogo nundin. Lipſ. A. 1660. vern. p. 34.* Publicata eſt, poſt mortem demum Lambecii, ſed ex ipſius tamen Codice MS., per Dan. Neſſelium ſibi communicato, a Gothofr. Gvilh. Leibnitio, *Tomo I. Acceſſionum Hiſtoricarum*, Lipſiæ A. 1698. *in 4.* excuſo. V. *Præfationem* Leibnitianam, noſtramqve *Iſagogen ad Hiſt. Cimbr., P. I., c. 6., §. 9., p. 80. 81.*, ac *Diatriben de Helmoldo, §. 34-38.* XXXVII. Æneæ Sylvii, ſive Pii II., Pont. Rom., Hiſtoria Auſtriaca, ad A. C. 1458. perducta, e duobus

ipſius

(*) Prodiit in Joh. Pet. Ludovici *Reliqviis MSStorum omnis ævi Diplomatum ac Monumentorum, T. II.*, Francof. & Lipſ. A. 1720. *in 8.* V. *Acta Erud. Lipſ., M. Aug. A. 1720., p. 352.*

ipſius avtographis, non mediocriter diſcrepantibus, dupliciter, duabusqve columnis ſibi invicem e regione collocatis, edenda. V. *Lib. 2. Comm. de Bibl. Cæſ. p. 4. 7. 8. 473. 474. 972. 973.*, *& Lib. 4. p. 303-306.* XXXVIII. Concordata de Beneficiis eccleſiaſticis Germaniæ A. 1448., inter Nicolaum V., Papam, & Fridericum V., Imperatorem. XXXIX. Joh. de Zredna, Protonotarii Cancellariæ Hungaricæ, Epiſtolæ Hiſtoricæ de rebus geſtis inter Fridericum V., Imperatorem, & Regnum Hungariæ, ab A. C. 1445. ad 1451. XL. Nicol. Langmanni de Falckenſtein, Sacerdotis, Hiſtoria deſponſationis & coronationis Friderici V., Imp., & conjugis illius, Eleonoræ Luſitanicæ. V. *Lib. 2. Comm. de Bibl. Cæſ. p. 698. 715. 971-974. 1012.* XLI. Columbani de Pontetremulo Deſcriptio Coronationis Friderici V. Imp. A. 1452. XLII. Goswini Mandectæ, Capellæ Nicolai V. Papæ Cantoris, Deſcriptio introitus Friderici V. Imp. in urbem Romam A. 1452., & ſubſecutæ coronationis. XLIII. Acta publica Rebellionis Auſtriacorum contra Fridericum V. Imp. XLIV. Acta publica & Concordata inter Frid. V., Imp., & Matthiam Corvinum, Regem Hungariæ. XLV. Anonymi Deſcriptio exeqviarum Friderici V. Imp. XLVI. Bernh. Bergeri, Senatus Vindobon. Præfecti, Oratio in funere Frid. V. Imp. habita. XLVII. Diplomata varia inedita, ad Frid. V. Imp. vitam & res geſtas pertinentia. XLVIII. Henr. Gundelfingii de Conſtantia, Eccleſiæ Friburgenſis in Helvetia Capellani, Hiſtoria Auſtriaca, A. 1476. compoſita. V. *Lib. 2. Comm. de Bibl. Cæſ. p. 3. 465-519.* XLIX. Ejusdem Gundelfingii Narratio de ſucceſſione Comitum Teriolenſium. L. Alberti, Baronis de Bonſtetten, Maximiliani I. Imp. Sacellani, & Eremitarum in Helvetia Decani, Hiſtoria Auſtriaca, A. 1491. ſcripta. V. *Lib. 2. Comm. de Bibl. Cæſ. p. 41. 124. 239.*, *& Lib. 4. p. 304.* LI. Joh. Langeri, Polckenhayna Sileſii, Calendarium Aſtronomicum fatidicum, ab A. C. 1500. (qvi illud compoſuit), usqve ad A. 1834. LII. Nicol. Schreitweinii Catalogus Archiepiſcoporum & Epiſcoporum Laureacenſium & Patavienſium, juſſu Frid. V. Imp. conſcriptus, & ad A. C. 1517. continuatus. LIII. Laur. Hochwardi, J. U. D. & Canonici Ratisbonenſis, Catalogus Epiſcoporum Ratisbonenſium, ab U. C. usqve ad A. C. 1539. LIV. Wolfg. Lazii Chorographia Auſtriæ, Hiſtoria belli Schmalcaldici, Archæologia Hungariæ, Deſcriptio Tranſylvaniæ, Hiſtoria trium Coronationum Maximiliani II. Imp., aliaqve ſcripta Hiſtorica, hactenus inedita. LV. Anonymi Narratio de diſſenſione Provincialium Auſtriæ, poſt obitum Maximiliani I. Imp., A. 1522. LVI. Balth. Sartorii, Uratislavienſis, Fata Aſtrologica Ferdinandi I., Imperatoris, A. 1553. conſcripta & Themata Genethliaca ejusdem, Parentumqve, Majorum, Fratris, Sororum, Uxoris, Liberorum, Nepotum ac Cognatorum illius. V. *Lib. I. Comm. de Bibl. Cæſ. p. 53.* LVII. Anonymi Deſcriptio Satyrica Aulæ Maximiliani II. Imperatoris. LVIII. Acta publica electionis Maximiliani II. Imperatoris in Regem Poloniæ A. 1575., collecta ab Hug. Blotio, Bibliothecæ Cæſareæ Præfecto. LIX. Joh. Sambuci Liber de Panavthentia ſive majeſtate Imperatoris, & qvorundam præjudicio, ſive Donatione Conſtantiniana, Maximiliano II. Imp. A. 1571. inſcriptus. LX. Onuphrii Panvinii, Veronenſis, Libri tres de Comitiis & poteſtate Imperatoris, Maximiliano II. A. 1563. dedicati, & hactenus inediti. LXI. Ceremoniale antiqvum Coronationis & conſecrationis Imperatoris Romanorum Aqvisgrani. V. *Lib. 2. Comm. de Bibl. Cæſ. p. 949.* LXII. Codex Epiſtolaris Rudolphi II., Imperatoris, continens Epiſtolas ſelectas plusqvam ducentas, de variis negotiis ſcriptas publicis. Sub finem Catalogi ejusdem, Lambecius, ſe longe plura ejus generis Monumenta atqve Acta publica huic Rerum Germanicarum Syntagmati inſerturum eſſe, eſt pollicitus. In qvorum numerum etiam referenda ſcripta fragmentaqve veterum Germanorum Poetica, in Bibliotheca Vindobonenſi reliqva, qvæ illum in eodem juris facere voluiſſe publici D. G. Morhofius, *Parte II. Libri de Germanorum Lingva & Poeſi vernaculi, c. 7., p. 334.*, iſtumqve ſecuti Lipſienſes, *in Actis Erud., M. Sept. A. 1682., p. 275.*, retulerunt. Conferri de hoc Syntagmate poſſunt narrationes, maximam partem e Catalogo derivatæ Lambeciano, Wilh. Ern. Tenzelii (Theſaurum illud Antiqvitatum Actorumqve publicorum, cujus jactura eruditis ſummopere ſit dolenda, appellantis) *in Dialogis menſtruis Germanicis, M. Jul. A. 1692., p. 588. 589. 590.*, *& M. Nov. A. 1693., p. 884-904.*, Nic. Chriſtoph. Lynckeri *in Diſſ. de Archivo Imperii p. 26. 27. 28.*, Lipſienſium *in Actis Erud., M. Oct. A. 1692., p. 498. 499. 500.*. Mich. Hertzii *in Bibliotheca Germanica* (paſſim etiam ſcripta, qvæ in illo proditura erant, recenſente ſingula), *P. II., lit. A. 2. a.*, Burch. Gotth. Struvii *in Bibliotheca Hiſtorica, c. 7., p. 139. 140. 147. 160. 161. 165. 175. 176., c. 18., p. 498. 499. 505.*, *& c. 20., p. 545.*, ac Joh. Chriſt. Nevii *in Mantiſſa ad Degorei Wheari Relectiones hyemales Hiſtoricas, Sect. II., §. 16., p. 21.* Libris illud noſtri editis perperam annumerarunt Mart. Lipenius (*in Biblioth. Philoſoph.*), Henn. Wittenius (*T. I. Diar. Biograph. Sec. XVII., M. Sept. A. 1679.*), Joh. Fabricius (*P. III. Hiſtoriæ Bibliothecæ Fabricianæ p. 529.*) & Corn. a Beughem; Tomum I. tantum Vindobonæ A. 1673. *in fol.* prodiiſſe perhibens (*in Biographia Hiſtorica p. 147. 148.*). Nulla enim illius pars hactenus publice comparuit, ac Dan. Neſſelius, Lambecii ſucceſſor, *in præfatione Sciagraphiæ* mox allegandæ (teſte Tenzelio *l. c., M. Nov. A. 1693., p. 885.*), ſe, a Leopoldo Imperatore, qvousqve Anteceſſor in opere hoc eſſet progreſſus, & an qvædam prælo matura reliqviſſet, inqvirere juſſum, in defuncti muſeo ſolum titulum excuſum, cum Autoribus duobus, ab amanuenſi ejus deſcriptis, inveniſſe, teſtatur. Nec felicior Lambecio fuit ipſe Neſſelius, *in præfatione Breviarii & Supplementi Commentariorum de Bibliotheca Cæſarea Lambecianorum*, ſimilia huic *Syntagmata Hiſtorica rerum antiqvitatumqve Germanicarum & Auſtriacarum*, plures iſtarum Scriptores e Bibliotheca Vindobonenſi juris publici facturus ineditos, pollicitus, opusqve Lambeciano longe vaſtius molitus. Nihil enim illius in lucem prodiit, præter ſolam *Sciagraphiam magni Corporis Hiſtorici, hactenus inediti, brevi tamen, Deo volente, edendi, in varia Syntagmata diverſosqve Tomos diviſi*, Vindobonæ A. 1692. *in 4.* excuſam; cujus recenſus uberiores Lipſienſes, *in Actis Erud., M. Oct. A. 1692., p. 498-501.*, & W. E. Tenzelius, *l. c., M. Nov. A. 1693., p. 884-904.* exhibuerunt.

Supplementum Juris publici S. Imperii Romano-Germanici, ex variis MSStis Bibliothecæ Cæſareæ collectum, & Annotationibus neceſſariis illuſtratum. V. *Catalogum nundin. vern. A. 1677. Lipſ. p. 30. 31.*

Spicilegium Antiqvitatum Francicarum, e variis Bibliothecæ Cæſareæ MSStis collectum, & Annotationibus neceſſariis illuſtratum. V. eundem *Catalogum p. 30.*

Hiſtoria de origine & rebus geſtis Francorum, a creatione Mundi, ad Caroli Martelli mortem, ſive A. C. 741., ſermone plane ruſticano perducta, cujus editionem, e MS. Bibliothecæ Cæſareæ, noſter *Lib. II. Comment. de iſta* eſt pollicitus. V. Joh. Hallervordii *Spicilegium de Hiſtoricis Latinis p. 24.*

Geſta Francorum, ſeu Annales Francorum Pithœani, antehac a Pet. Pithœo editi, ſed e MS. Bibliothecæ Cæſareæ correcti atqve ſuppleti. V. *Lib. II. Comm. de Biblioth. Cæſ. p. 346.*, & Mich. Hertzii *P. II. Bibliothecæ Germanicæ, lit. B 2. b.*

Tomus ſingularis præſtantiorum MSStorum Bibliothecæ Vindobonenſis, ad vitam & res geſtas Caroli Magni pertinentium, eodem *Libro II. Comm. de Biblioth. Cæſ. p. 261.* promiſſus, in qvo etiam Eginhardi Vitam Caroli Magni integram, e MSS. emendatam, cum Notis ſuis, eſſe comparituram *ibidem p. 204.* eſt pollicitus. V. Joh. Alb. Fabricii *Scholia ad Lambecii Catalogum ſcriptorum ſuorum Vindobonenſem p. 18.*

Antiqvum Holſatiæ Chronicon rythmicum, ab A. C. 1199. usqve ad A. 1231., lingva Saxoniæ inferioris vernacula conſcriptum, multaqve ad Hiſtoriam Hamburgenſem pertinentia complectens, e MS. Bibliothecæ edendum propriæ, Notisqve illuſtrandum. Lambecius, anno jam 1652., juris ſe hoc, *in Appendice Originum Hamburgenſium*, publici

eſſe facturum, in ipſo *Appendicis* iſtius ſignificavit titulo. Sed huic promiſſo, qvamvis A. 1661., *in Catalogo ſcriptorum ſuorum*, qvem *Libro II. Rerum* adjecit *Hamburgenſium*, repetito, nunqvam ab ipſo eſt ſatisfactum. Confer de Chronico iſto *Partem Iſagoges noſtræ ad Hiſtoriam Cimbricæ Cherſoneſi primam, c. 6., §. 12., p. 85.*

Joh. Jac. Friſii Bibliothecæ Philoſophorum, claſſicorumqve Autorum, Chronologicæ editio tertia emendatior & auctior, de qva ſupra, cum de ſecunda Hamburgenſi, poſt primam anni 1592. Tigurinam, ab ipſo publicata, diceretur, jam allata poſſunt relegi.

Qvinqve Centuriæ Epiſtolarum ineditarum, qvas qvidam hujus ſeculi ſolide docti Viri, de variis lectu digniſſimis argumentis, & præcipue qvidem de re literaria, ad ſe invicem elegantiſſimo ſtylo ſcripſerunt; promiſſæ jam in Catalogis ſcriptorum noſtri prioribus, A. 1659. *Prodromo Hiſtoriæ literariæ*, & A. 1661. *Libro II. Rer. Hamb.*, adjectis.

Syntagma Epiſtolarum Clarorum Virorum, e Bibliotheca Cæſarea, qvod A. 1665., *Libro I. Comm. de Biblioth. Cæſ., P. II., p. 191.*, eſt pollicitus. Conf. de illo D. G. Morhofii *T. I. Polyhiſtoris, Lib. I., c. 24., p. 236.*, & Polyc. Lyſeri Junioris, Superint. Duc. Lüneburgici, *Præfationem Sylloges Epiſtolarum D. Polyc. Lyſeri Senioris, lit. e. 7. b. e. 8. a.*

[Editio Operum Lambecii omnium Lipſienſis, duobus Voluminibus (*in fol.*) illa junctim exhibitura, cujus ſpem fecit Joh. Frid. Gleditſchius, Bibliopola Lipſienſis, *in Catalogo nundin. hyem. anni 1704. Lipſ. p. 24.*, & Wilh. Ern. Tenzelius qvoqve, *in Bibliotheca Curioſa anni 1704. Germanica, Sect. IV., p. 428.*, injecit mentionem, nondum prodiit.]

[Perperam Lambecio tribuitur ab Henn. Wittenio, *in Præfat. Memoriæ Theologorum renovatæ p. 24.*, ſcriptum de Viris doctis Hamburgenſibus, nec editum unqvam ab illo, nec promiſſum.]

FRIDERICUS

(qvem *Franciſcum* male appellant, cum *Indice Librorum Prohibitorum* Hiſpanico, (1.), Thom. Dempſterus (2.), Gerh. Joh. Voſſius (3.) & Joh. Hallervordius (4.), *Dionyſium* autem Caſp. Sagittarius (5.))

LINDEBROGIUS Hamburgenſis,

Erpoldi, baſilicæ civitatis iſtius Canonici, plurimis in hiſtoriam Germanico-Saxonicam, atqve arctoam, meritis inclyti, ex Anna Gieſia (patre Bernhardo, cive Hamburgenſi, prognata) fuit filius, Henrici autem, Præfecti bibliothecæ Gottorpienſis celeberrimi, natu ipſo majoris, & Joachimi, qvadriennio poſt illum in lucem editi, frater germanus. Gentilitium *Lindebrogii* (errant enim, qvi *Lindebergium* cum Henr. Salmuthio (6.) aut *Linderburgium* cum Voetio (*) eum vocant) cognomen ipſe, ingenio indulgens, nonnunqvam (7.) cum latino-barbaro *Tiliobrogæ*; Chriſtoph. Pezelius autem, Theol. Bremenſis (8.), eadem uſus licentia, cum græco *Philyræi*, commutavit. Natalem ſibi fuiſſe diem XXVIII. Decembris anni æræ chriſtianæ 1573., ipſe in ſchedis qvibusdam ineditis teſtatur. Tyrociniis ſtudiorum in civitate patria, præcocis (qvod Joh. Savaro eleganti celebravit epigrammate, paulo poſt inter *Elogia* recitando) ingenii beneficio, non celeriter ſolum, ſed & egregie, abſolutis, in Academias, jurisprudentiæ pariter atqve polymathiæ elegantioris peritiam ſibi acqviſiturus interiorem, Germanicas initio, & deinde Belgicas, commigravit. Invidendos in utraqve progreſſus Athenæo imprimis Bataviæ (qvod cum fratre Henrico A. circiter 1594. adiit) Lugdunenſi, & ſummis illius pariter atqve ſeculi ſui ornamentis, Joſ. Scaligero, Franc. Junio, Jano Douſæ, Car. Cluſio, Bonav. Vulcanio, Joh. Meurſio, Paulo Merulæ & Pet. Scriverio, debuit, qvibuscum familiariter integro pene luſtro converſatus, in adyta literaturæ omnigenæ abſtruſiſſima adeo feliciter penetravit, ut anno jam ætatis XXII. applauſum orbis eruditi, præclaris Catalectorum Virgilianorum, & Hiſtoriæ Pauli Diaconi Longobardicæ, editionibus, promeruerit. E Batavia in Angliam, & inde in Galliam digreſſus, Lutetiæ in ædibus Suffredi Calignonis, Conſil. Regii intimi, regni Navarreni Cancellarii, & ſupremi Delphinatium Senatus Præſidis, ſacris Reformatorum addicti, qvi filiorum ſuorum ſtudiis eum præfecerat, per annos V. & VIII. menſes ſubſtitit, ad menſem usqve Februarium anni 1606., qvo convictum illius (9.), peregrinationis ulterioris cupidine incenſus, reliqvit. Detinuerunt eum Lutetiæ, per tot annos, haud invitum, tum viri, qvorum illic amicitia & conſvetudine qvotidiana fruebatur, eruditiſſimi, Jac. Aug. Thuanus, Pet. & Franc. Pithœi, Nic. Faber, Ant. Oiſelius, Ludov. Servinus, Jac. Gillotus, Pet. Daniel, Iſ. Caſaubonus, Phil. Mornæus, Joh. Savaro, Nic. Rigaltius, & alii complures, tum bibliothecæ, qvas aſſidue perreptabat, locupletiſſimæ, Regia imprimis, Thuanæa, atqve Pithœana. Ibidem cauſis etiam aliqvot civium ſuorum forenſibus eſt patrocinatus A. 1604., qvo (ac denuo A. 1614.) & in Angliam, juſſu Senatus Hamburgenſis, excurrit, negotia qvædam, pannorum Anglicorum mercaturam concernentia, expediturus (10.). A. 1606. e Gallia in Italiam diſceſſit; A. 1607. inde in Germaniam rediit (11.), A. 1608. autem Licentiati juris utriusqve titulum in Acad. Baſileenſi d. 7. Apr., Procancellario D. Joh. Jac. Feſchio, & promotore D. Joh. Gutio, obtinuit. In civitatem hinc patriam reverſus, non eruditionis ſolum multiplicis fama, & monumentorum literariorum editione, ſed ob ſingularem etiam in praxi forenſi dexteritatem, inclaruit, parentiqve, A. 1616. defuncto, in ædis cathedralis, uti nonnulli tradunt (**), ſucceſſit Canonicatu; cui Vicariorum ejusdem, qvorum unus & ipſe fuit, ſive Fraternitatis Kalendarum, Decanatus deinceps, poſt Engelberti Krohnii exceſſum, d. 2. Oct. A. 1642., eſt adjectus (12.). A. 1624. Baſileam denuo abiit, & J. U. D., a Joh. Jac. Feſchio, d. 13. Apr. (13.) renunciatus, per Galliam, Flandriam atqve Bataviam facto itinere, civitatem Hamburgenſem repetiit (14.). Anno ſeqventi 1625. ad conjugium animum, qvinqvagenario jam major, appulit, thoriqve ſociam elegit Gertrudem, Joachimi Molleri, filiam, Sebaſtiani a Bergen, J. U. Licentiati, & Conſulis ejusdem reip. optime meriti, viduam, triennio poſt nuptias has ſuas ſecundas (d. 14. Oct. A. 1628.) defunctam. Qvod matrimonium difficillimæ eum implicuit & diuturnæ, de teſtamento reciproco Bergii, cum reip. Hamb. XIIviris, & templorum curatoribus (qvos hic executores illius delegerat), controverſiæ forenſi, aliqvot poſt exceſſum Molleriæ annis continuatæ. Hæredes ſcilicet ſcripſerat Bergius, in tabulis ultimæ voluntatis, plerorumqve bonorum ſuorum, civitatis patriæ ædes ſacras, ſcholas ac ptochotrophea, invita conjuge, qvæ magnam iſtorum partem, dotis loco, domui ipſius intulerat, ſed tabulas, morte ſubita oppreſſus, reliqvit imperfectas. Noſter, qvi in thoro ipſi ſucceſſerat, uxoris jura, contra executores teſtamenti hujus,

(1.) *p. 380. edit. Madritenſis A. 1667.* (2.) *in Catal. autorum, ſuo de Antiqq. Rom. operi præfixo.* (3.) *Lib. 3. de Hiſt. lat. p. 736.* (4.) *in Biblioth. curioſa p. 303.* (5.) *in indice ad Comm. de vita Plauti, Terentii ac Ciceronis.* (6.) *in Comm. ad Guid. Pancirolli Lib. de rebus deperditis atqve inventis, P. II., p. m. 114.* (*) *in bibl. ſtud. Theol. p. 584.* (7.) *in titulo editionis Statianæ, A. 1600., & Corollarii iſtius A. 1602. Pariſiis editi, it. in carmine, Roderici a Caſtro Medicinæ mulierum A. 1603 præfixo.* (8.) in ἐνθυμήμασι, qvo album amicorum ejus ornavit. (9.) Vidi teſtimonium membranaceum, perqvam honorificum, qvo Calignonius diſcedentem IV. Kal. Mart. A. 1606. inſtruxit. (10.) V. *Epiſtolas* ejus de legatione iſta Anglica ad ſenatum patriæ MStas, in biblioth. Hamb. ſuperſtites. (11.) V. Marqv. Freheri *Epiſt. ad Melch. Goldaſtum A. 1607. ſcriptam, inter Epiſtolas clarorum virorum ad Goldaſtum, A. 1688. editas, p. 178. 170. 180.* (**) invito Joh. Alb. Fabricio, in cujus Canonicorum Hamburgenſium Indice (*P. II. Memor. Hamburg.*) nulla noſtri occurrit mentio. (12.) teſte L. Ulr. Winckelio, *in literis ad me.* Conf. Fabricii *P. II. Mem. Hamb. p. 618.* (13.) Vidi duo Acad. Baſileenſis, de utraqve ejus promotione, diplomata membranacea. (14.) teſte Andr. Schotto *in Ep. MS. ad Joh. Meurſium A. 1624. exarata.*

hujus, invalidi, uti ipſe cenſebat, & imperfecti, lite forenſi aſſerere eſt conatus, & eundem in finem Reſponſa anteceſſorum Colonienſium, Tubingenſium, Marpurgenſium, Altorfinorum, Ingolſtadienſium atqve Lugdunenſium, Hug. item Grotii, Nic. Rigaltii & Car. Labbæi, virorum clariſſimorum, juridica, cauſæ ſuæ patrocinantia, conqviſivit ac edidit. Nec tamen potuit impedire confirmationem teſtamenti iſtius, duplici magiſtratus Hamburgenſis ſententia, ſpreta ipſius appellatione, factam, & deciſionibus poſtmodum collegiorum in tribus Academiis Saxonicis juridicorum approbatam (15.). Poſt amiſſam conjugem, reliqvum vitæ tempus, viduus atqve ἄπαις, in otio exegit literario, ſemper negotioſo, magnam illius partem ſcriptis ſuis, jam editis, revidendis ac augendis, ineditis autem pertexendis, impendens, & ſuam etiam amicis, qvos, in potioribus Europæ provinciis, habebat plurimos pariter atqve eruditiſſimos, aſſignans. Amicos ejus Belgas atqve Gallos celebriores paulo ante enumeravimus. Addendi ſunt iſtis Theod. Canterus, Juſtus Lipſius, Janus uterqve, Franciſcus item & Georgius Douſæ, Franc. Raphelengius, Bernh. Paludanus, Joh. Brantius, Phil. Cluverius, Pet. Cunæus, Janus Gruterus, Dan. Heinſius, Abr. Ortelius, Erycius Puteanus, Heribertus Roſweydus, Andr. Schottus, & reliqvorum facile princeps, Hugo Grotius, qvocum, Hamburgi A. 1632. & 1633. exulante, conjunctiſſime vixit, uſu bibliothecæ conceſſo, aliisqve officiis, ſuam ipſi inſerviendi promptitudinem abunde teſtatus (16.). His vero, Gallis nempe, adjungendi ſunt Petrus & Chriſtoph. Puteani, Paulus Choartius Buzanvallius, Joh. Mercerius JC. Bituricenſis, Theod. Marcilius, Henr. Ludov. Caſtanæus, Franc. Raguellus, Jac. Bongarſius, Jac. Gothofredus, Benjam. Auberius Maurerius, Fed. Morellus, &, ut alios complures prætercam, vir ſummus, Claud. Salmaſius. Inter amicos ejus Germanos eminent Marcus Velſerus, Joh. Matth. Wackerus, Marqv. Freherus, Melch. Goldaſtus, Dav. Hœſchelius, Matth. Martinius, Joh. Gebhardus, Gothofr. Jungermannus, Aug. Buchnerus; inter Anglos Gvilh. Cambdenus, & Henr. Spelmannus; inter Cimbros Henr. Ranzovius, Georg. Calixtus & Joh. Kirchmannus. Ex civibus (qvos inter cum ſolo fere Joh. Woverio ſimultates ei qvædam, e ſtudiorum æmulatione ortæ, & a Scaligero, ad reconciliationem Noſtrum A. 1603. hortato (17.), merito improbatæ, interceſſerunt) deniqve amicitiam ejus ambiverunt, qvotqvot accuratiori literarum peritia alios anteibant, &, in his, Sebaſt. a Bergen, Eberh. Tweſtrengius, Geverh. Elmenhorſtius, Joach. Morſius, Georg. Lud. Frobenius, Joh. Starckius, Vinc. Fabricius, Joh. Frid. Gronovius, Joach. Hagemeierus, Pet. Lambecius, Lucas Langermannus, & Rodericus a Caſtro, Medicus inter Judæos celeberrimus. Horum pleriqve crebris eum compellarunt Epiſtolis, in Reinholdi Blomii, viri ampliſſimi, bibliotheca, uti paulo poſt monebitur, ſuperſtitibus; reliqvi vero ſuum in eum affectum gnomis teſtati ſunt mnemonicis, atqve elogiis perqvam honorificis, albo Amicorum illius, *Faventiæ Fideiqve Sacro*, inſcriptis, cujus frontiſpicium ipſe Jambis hiſce ornavit perelegantibus:

Virtutis iſthæc eſt duplex conſtantia:
Faſtidioſe eligere, qvos ames, viros,
Sincere & arcte amare, qvos elegeris.

Facere certe hoc ipſe ſtuduit, iisqve, qvæ eruditi ab eruditis deſiderant, officiorum generibus amicos demereri nunqvam pigratus, gratam iſtorum mentionem, in monumentis ſuis literariis, compluribus extorſit, &, in his, Joſ. Scaligero, qvi Chronicon Idacii, ſuæ Euſebiani editioni adjectum, Iſ. Caſaubono, qvi (18.) *Notas in Svetonium*, Hug. Grotio (19.) & Geverh. Elmenhorſtio (20.), qvi varias ſe in autores varios lectiones atqve obſervationes, ejus debere beneficio agnoſcunt. Bibliothecæ poſſeſſor fuit locupletis pariter atqve ſelectiſſimæ, codicibusqve MStis haud paucis, etiam vetuſtioribus, inſtructæ, qvam celebrioribus hominum privatorum Georg. Wendius (21.) merito annumerat. Hujus partem maximam, triennio ante obitum, in tabulis ultimæ voluntatis, A. 1645. d. 22. Apr. confectis, civitati patriæ, una cum ſuis, parentisqve Erpoldi, lucubrationibus ineditis, legavit, iſtaqve munificentia ſenatui illius calcar addidit, ad bibliothecam publicam A. 1649. condendam, & literatorum omnium uſui conſecrandam (22.). Vivis exceſſit JCtus hic in polymathia univerſa, ſi qvisqvam, verſatiſſimus, & Cimbriæ atqve ſeculi noſtri luminibus, choriqve critici atqve hiſtorici primiceriis, merito accenſendus, Germanorumqve imprimis omnium amore, ob immortalia in leges patriæ, qvas ab interitu vindicavit, antiqvas, & ſermonem ejusdem, cujus Lexicon moliebatur, vetuſtum, merita, digniſſimus, non A. 1645., uti a cive ejus Rud. Capello (23.), nec A. 1647., uti ab Henn. Wittenio (24.) & Nic. Wilckenio in ejus vita, falſo traditur, ſed d. 9. Sept. A. 1648. (æt. 75.) (25.), dieqve ab exceſſu qvinto, ſepulchro in æde cathedrali paterno eſt illatus. Symbolum (*ex Albo Joach. Morſii MSto f. 578.*): *Malo, me patria mortuum, qvam vivum, deſideret.*

Imago ejus ex illa, qvæ in biblioth. Hamburgenſi aſſervatur, expreſſa, & æri inciſa, præfixa eſt Erpoldi parentis Syntagmati *Scriptorum Rer. Germ. Septentr.*, Hamburgi A. 1706. in fol. recuſo.

Vitæ ejus hiſtoriam germanice exhibuit D. Nic. Wilckenius, in den Leben der Lindebrogiorum, *ἀνωνύμως* Hamburgi A. 1723. editis, *p. 16-56.* E qva hic repeti poterunt, qvæ, *p. 33-36.*, de Teſtamento ejus, d. 22. Apr. A. 1645. condito, multisqve, in iſto, templis, ptochotropheis, ſcholis, Gymnaſio ejusqve Profeſſoribus, ac ſtudioſis tribus, legatis, narrantur.

In bibliotheca Reinholdi Blomii, Hamburgenſis, Pomeraniæ Svedicæ præſidis, viri illuſtris atqve doctiſſimi, haud ita pridem aſſervabatur Volumen ineditum, CCCL. circiter virorum ſeculi noſtri eruditiſſimorum complectens Epiſtolas, ad Frid. Lindebrogium ſcriptas, &, has inter, unam Sebaſtiani a Begen, unam Aurelii Biondi, V. Jac. Bongarſii, II. Joh. Brantii, unam Aug. Buchneri, II. Georg. Calixti, II. Gvilh. Cambdeni, V. Suffridi Calignonis, II. Roderici a Caſtro, XIII. Theod. Canteri, VIII. Iſ. Caſauboni, V. Phil. Cluverii, I. Hier. Commelini, II. Pet. Cunæi, II. Brand. Detrii, I. Franc. Douſæ, I. Pet. Danielis, V. Geverh. Elmenhorſtii, XIV. Vinc. Fabricii, V. Georg. Lud. Frobenii, III. Marqv. Freheri, II. Joh. Gebhardi, VIII. Jac. Gothofredi, V. Hug. Grotii, XXVI. Melch. Goldaſti, XVI. Joh. Frid. Gronovii, II. Jani Gruteri, I. Joach. Hagemeieri, I. Dan. Heinſii, VIII. Dav. Hoeſchelii, II. Gothofr. Jungermanni, V. Joh. Kirchmanni, II. Pet. Lambecii, II. Lucæ Langermanni, III. Juſti Lipſii, I. Benj. Auberii Maurerii, II. Frid. Metſchii, II. Joach. Morſii, II. Joh. Meurſii, I. Theod. Marcilii, V. Federici Morelli, II. Matth. Martinii, I. Ant. Oiſelii, II. Abr. Ortelii, II. Pet. Pappi, XX. Pet. Puteani, III. Chriſtoph. Puteani, I. Eryci Puteani, VII. P. Pithoei, III. Henr. Ranzovii, V. Nic. Rigaltii, I. Franc. Raguelli, XIV. Herib. Rosweydi, III. Cl. Salmaſii, I. Ludov. Servini, II. Pet. Scriverii, I. Joh. Starckii, VII. Henr. Spelmanni, III. Andr. Schotti, XXIV. Joſ. Scaligeri, II. Jac. Aug. Thuani, IV.

Eberh.

(15.) *V. Scripta de teſtamento iſto eriſtica, A. 1630. & 1633. edita*, ſub finem catalogi librorum Noſtri editorum allegandа. (16.) V. Grotii *Epiſtolam ad Joh. Cordeſium, A. 1632. ſcriptam, in Sylloge Epp. ad Gallos, num. 133., p. m. 923.* (17.) Joſ. Scaligeri *Epiſt. 218.*, ad Noſtrum *A. 1603. ſcriptam, p. 468. 469.* (18.) *in Epiſt. 154. ad eum, A. 1595. ſcripta, p. 145. 146., edit. Gronovianæ.* (19.) *in præfat. Martiani Capellæ.* (20.) *in præfat. Apuleji ſui, A. 1621. editi, & in Notis ad Arnobium p. 56.* (21.) *in Orat. parentali de admirandis Joh. Ern. Gerhardi p. 26.* (22.) Conf. Rud. Capelli *præfat. Lectt. Bibliothecariarum*, & *Iſagogen meam ad Hiſt. Cimbr.*, *P. IV. c. 10. § 28. p. 620.* (23.) *loco jam citato.* (24.) *Tomo I. Diar. Biogr.*, *ad A. 1647.*, *lit. Xx. 3. b.* (25.) V. Epicedia, in obitum ejus a M. Joh. Ad. Fabricio, Pet. Weſthuſio, aliisqve, ſcripta.

Eberh. Tweſtrengii, XVI. Marci Velſeri, I. Joh. Matth. Wackeri, XIV. Joh. Wouwerii. Catalogum omnium chronologicum aſſervo, a celeberrimo Morhofio olim mihi tranſmiſſum & editione digniſſimas, cum illo, eſſe judico.

JOS. SCALIGERI XIV. ad eum Epiſtolæ, Annis 1596. 1597. 1600. 1601. 1602. 1603. & 1604. exaratæ, occurrunt inter *Epiſtolas* Scaligeri, Lugduni Bat. A. 1627. in 8. editas, *num. 203-208., it. num. 212-219., p. 453-459. 463-469.*

JUSTI LIPSII unica, Lutetiam ad eum A. 1600. miſſa, in *Centuria ſingulari Epiſtolarum ad Germanos & Gallos, num. 70., p. m. 372.*

ISAACI CASAUBONI ſeptem ad eum Epiſtolæ, ab A. 1595. ad A. 1609. ſcriptæ, comparent in editione Caſaubonianarum priore, ſive Hagienſi, A. 1638. a J. Frid. Gronovio publicata, *num. 154. & 155., & in Appendice, num. 79-83., p. 145-147. 804-806.*; in poſteriori autem, ſive Brunſvicenſi, A. 1656., a J. G. Grævio curata, *num. 33. 35. 53. 189. 195. 302. & 564.*

HUG. GROTII ternæ, A. 1636. 1637. ad eum ſcriptæ, inveniuntur in *Opere* illius *Epiſtolico*, Amſtelodami A. 1687. *in fol.* excuſo, *n. 666. (p. 272.) 736. (p. 314.) 764. (p. 327.)*

ERYCII PUTEANI unica, A. 1627. ſcripta, exſtat *in Apparatu Epiſtolarum ejus miſcellaneo & novo*, Coloniæ A. 1681. in 8. edito, *Cent. IV., num. 31. p. 331.*

VINC. FABRICII Carmen, ad eum A. 1631. miſſum, comparet in *libro Poematum ejus tertio, in Miſcellaneis, p. 55.*

PET. SCRIVERII Elegia prolixa ad eundem encomiaſtica, MSta legitur in albo Lindebrogii, qvod bibliotheca Hamburgenſis aſſervat, & hactenus, niſi fallor, non eſt edita.

Inſcripſerunt Lindebrogio:

1. ANT. OISELIUS Bellovacus, ſua ad *Notas Lindebrogii in Ammianum Marcellinum ſpicilegia*, A. 1610. ei tranſmiſſa, qvæ, cum Noſtri *Obſervationibus* in eundem autorem *amplioribus*, MSta in bibliotheca Hamburgenſi ſuperſunt.
2. JOACH. HAGEMEIERUS Hamb., JC. & Conſil. Cæſareus, *Varias* ſuas *Lectiones in Orat. Ciceronis pro Dejotaro*, Witebergæ A. 1636. in 4. editas.
3. HENR. STAPHORSTIUS Hamb., Eccleſiaſtes in patria Nicolaitanus, *Diſſert. philologicam de Areopago*, Jenæ A. 1640. in 4. excuſam.

Conferri de illo poſſunt SCALIGERIANA *altera p. 141.*; FED. MORELLII *dedicatio Dialog. græci de Trinitate*, ab Hieronymo qvodam ſcripti, & a ſe A. 1612. editi; HUG. GROTII *Epiſtolæ ad Gallos, num. 133. p. 293. 297., num. 140. p. 302., & num. 144. p. 310.*; HENR. VALESII *præfatio Ammiani Marcellini*, A. 1636. a ſe editi; TOB. MAGIRI *Eponymologium criticum p. 120.*; CHRIST. WILH. EYBENII *Eponymologium Magiri auctum p. 516.*; BERNH. DAMBKII *præfatio Agapeti ſui*; HENR. JUL. SCHEURLII *Statua mercurialis, P. II. c. 4. p. 97.*; JUSTI GEORG. SCHOTTELII *Opus de lingva German., Lib. 5., Tr. 4., p. 1213.*; PHIL. LABBEI *Mantiſſa Supellectilis antiqvariæ, Bibliothecæ bibliothecarum adjecta, p. m. 587. 588. 629. 663. 664.*; JAC. THOMASII *Acceſſiones ad Tr. de plagio litterario §. 676.*; FRANC. IRENICI *Index autorum, Collegio ad Burgoldenſem adjectus, p. 90.*; DAN. GEORG. MORHOFII *Scriptum vernaculum de lingva & poeſi German. P. III. c. 3. p. 503. 504., & Pars I. Polyhiſtoris, Lib. 1. c. 25. p. 314.*; JOH. HALLERVORDII *Biblioth. curioſa p. 9. 69. 254. 303. 309., & Spicilegium de Hiſt. Lat. p. 142.*; RUD. CAPELLI *præfatio Syntagmatis Lectionum bibliothecariarum*; HENN. WITTENII *Tomus I. Diar. Biogr., ad A. 1647. lit. Xx. 3. b*; ADR. BAILETI *Judicia de eruditis gallica, Tomo II., P. II. p. 397. 398.*; ACTA ERUDD. *Lipſienſia, M. Jan. A. 1682. p. 13. 14.*; JOH. GEORG. ECCARDI *Hiſtoria Studii Etymol. L. Germ., c. 5., p. 66. 67. 68.* JOH. ALB. FABRICII *Præfatio ad Erp Lindebrogii Scriptores R. Germ. Septentr. p. 8. 9.* ISAGOGE mea *ad Hiſt. Cimbr. P. I. c. 3. §. 5. p. 20., & P. IV. c. 10. §. 28. p. 620.*

ELOGIA, alphabetica ſerie diſpoſita.

In ACTIS ERUDD. Lipſienſibus (*M. Jun. A. 1693. p. 242.*) vocatur *vir eruditiſſimus, & in literis elegantioribus egregie verſatus.*

CASP. BARTHIO (*l. 12. Adverſ. c. 10. p. 685.*) audit *Vir eruditiſſimus & diligentiſſimus*; eidem (*Lib. 21. c. 3. p. 1021.*) *Vir boni ingenii, & judicii exqviſiti*, it. (*lib. 45. c. 2. p. 2106.*) *Vir eruditiſſimus, Marcellini unicus ſoſpitator.*

JOH. CHRISTOPH. BECMANNO (*in Diſſ. de judiciis Dei p. 7.*) *Vir doctiſſimus.*

CHRISTOPH. BESOLDO (*in Diſcurſu de natura populorum, & ortu lingvarum, c. 23., p. 139.*) *Vir undecunqve clariſſimus.*

JOH. CHRIST., Baro a BOINEBURG, in Epiſt. ad Zach. Prüeſchenckium A. 1663. exarata (apud B. G. Struvium *Faſc. 8. Act. Liter. p. 63.*), Germanis eum accenſet, qvibus *nemo hiſtoriarum peritior.*

OL. BORRICHIO (*in Diſſ. II. de Poetis p. m. 63.*) *Vir ſummus.*

AUG. BUCHNERO (in Ep. ad Joach. Hagemeierum, *P. II. Epp., num. 10. p. 39.*) *Senex eruditiſſimus*; it. (*in Notis in Plinii Lib. X. Ep. 72.*) *Vir ſummus & eruditiſſimus.*

THEOD. CANTERO (*in Albo Noſtri MSto*) *Spectatæ probitatis, raræqve induſtriæ ac doctrinæ, juvenis.*

IS. CASAUBONO (*in Ep. 155. ad illum A. 1600. ſcripta, p. 146. 147. edit. Gronov.*) *Vir eruditiſſimus.*

HERM. CONRINGIO (*in Tr. de orig. juris Germ. c. 6. p. 12. & c. 11. p. 26., it. in Diſſ. II. de antiqq. acad. p. 54.*) *Vir doctiſſimus*; it. (*in Præfat. ad Tacitum de mor. Germ., p. 35.*) *Vir clariſſimus.*

ANDR. CORVINO, PP. Lipſ., ab Eybenio *l. c.* allegato (*in Faſcic. Philol. III. Dub. 5.*) *Diligentiſſimus vetuſtatis ſcrutator.*

BERNH. DAMBKIO (*in præfat. Agapeti ſui, A. 1633. editi*) *Vir multiplicis variæqve doctrinæ, & de bonis literis jamdudum bene meritus.*

THOMÆ DEMPSTERO (*in Catal. autorum, ſuo de Antiqq. Rom. operi præfixo*) *Criticus inſignis.*

JANO DOUSÆ patri (*in albo Noſtri MSto*) *Juvenis omni liberali doctrina, rara induſtriæ indole, tum optimis moribus, cumulatiſſime ornatus & inſtructus.*

FRANC. DOUSÆ (*ibidem*) *Juvenis, & moribus, & literis veteribus ornatiſſimus.*

JOH. GEORG. ECCARDO, in *Hiſtoria ſtudii Etymologici L. Germ., c. 5., p. 66., Filius Erpoldo patre multo major, JCtus, Criticus & Hiſtoricus ſine pari.*

GEVERH. ELMENHORSTIUS (*in Notis ad Arnobium p. 56.*) ita de illo: *Hæc me monuit amicus meus ſummus, vir clariſſ., Frid. Lindebrogius, JCtus, cujus eruditionem ſingularem, & excellentis ingenii dona, ut amo & admiror, ita hic & ubiqve condigno encomio coroneſtare cupio.*

HENR. ERNSTIO (*L. 1. Var. Obſerv. c. 5., p. 28.*) *Vir* audit *doctiſſimus.*

J. ALB.

J. ALB. FABRICIO (*in Præfat. ad Erp. Lindebr. Scriptores Rer. Germ. Septentr., p. 8.*) audit *fratrum celeberrimus, & fama meritisqve in rem lit. ſummus, cujus excellentia ingenii monumenta nemo, niſi inhumanior, ignorare poteſt.*

VINC. FABRICIUS, in ſuo ad Noſtrum carmine (*l. 3. Poem. p. 55.*), ita eum alloqvitur:

Eſt aliqvid, ducibus vobis, o lumina mundi,
Vulgari non ire via. - - - - - - -
Te duce, Lindbrogi, qvem virtus famaqve tanta
Extulit ad cœlum, & poſt funera vivere juſſit,
Te duce fucatas diſcam contemnere laudes,
Et ſenſim majora ſeqvi.

OCTAVIO FERRARIO (*in opere de re veſtiaria, P. II., Lib. III. c. 19. p. 112.*) audit *Vir doctiſſimus.*

JAC. GOTHOFREDO (*in Manuali juris P. II. p. m. 60.*) *Vir doctiſſimus.*

JOH. FRID. GRONOVIO (*in Monobiblo obſervv. in ſcriptt. eccl. p. 13.*) *Vir clariſſimus.*

HUGO GROTIUS eum *in Notis ad Lib. 3. de J. B. & P. c. 3. §. 8.*, nec non *in Annott. ad Lib. I. de Ver. Rel. Chr., p. m. 171.*, vocat *Virum doctiſſimum*; in *Reſponſo autem de teſtamento Bergiano controverſo*, A. 1632. ſcripto, *Virum literarum fama celeberrimum.* Ad Joh. Cordeſium (*in Ep. 140. ad Gallos, p. 302.*) ita de illo ſcribit: *Lindebrogii labores pro juvanda re literaria merentur, ut eum ſcribas tui gregis.* Ep. 786., ad Lud. Maurerium d. 3. Jul. A. 1637. exarata, ita ſcribit: *Magni faciendus eſt Lindebrogius, tum per ſe, eſt enim non mediocriter eruditus, & jam olim amicus eruditiſſimis, tum vel ob id maxime, qvia cæteri homines, etiam illiterati qvi non ſunt, ad utilitates ſe vertunt, ut in lucripetarum urbe.*

IDEM GROTIUS albo Noſtri ſeqvens in eum, & fratrem Henricum, Epigramma αὐτόχειρ inſcripſit:

Sunt bina criſeos aſtra, Tiliobrogæ;
Hic Friderichus, ille Honorichus cluit:
Huic ex amore, illi ex honore, nomen eſt,
Inſigne utrumqve plenitudinis omine.
Hunc ipſe præſens, nomine abſens alterum,
Ut novi, amavi. Det Deus Tiliobrogis
Gaudere, remqve gerere recte, ut ille ſit
Honore dives, hic amore polleat.

DAN. LIPSTORPIO (*in Ep. dedic. Formationis Monarchiæ Papalis*) *Eximium illud literatorum decus.*

JANUS GRUTERUS (*in præfat. Ciceronis Gulielmiani*) eum refert inter *viros* ſuæ ætatis *doctos, & patriæ ſidera.*

PAULO HACHENBERGIO, PP. Heidelb. (*in Germania media, Diſſ. III. §. 13., p. 77.*) audit *Vir ingenii exactiſſimi.*

DAN. HEINSIO (*in Ariſtarcho Sacro p. m. 824.*) *Vir præſtantiſſimus.*

GEORG. CASP. KIRCHMAIERO (*in Comm. in Taciti German. c. 19.*) *Vir ſummus.*

JOH. KIRCHMANNO (*lib. 1. de Fun. Rom. p. 150., & Lib. 4. c. 4. p. 573.*) *Vir doctiſſimus*; it. (*in Albo Noſtri MSto*) *Homo publico literarum bono natus.*

PET. LAMBECIO (*in Notis ad c. 20. vitæ Anſgarii Rembertinæ p. 340.*) *Vir doctiſſimus.*

GOTF. GVILH. LEIBNITIO (*in Introd. ad Scriptt. Rer. Brunſvic. p. 5.*) *Vir doctiſſimus.*

MATTHIÆ MARTINIO (*in Etymologico, col. 3316.*, ubi perperam eum *Lodenbrogium* vocari Thom. Crenius P. I. *Animadvv., c. 5., p. 94.* recte notavit) *Clariſſimus JCtus & Philologus, honorandusqve Amicus.*

HENR. MEIBOMIO Jun. (*in Introd. ad Hiſt. Sax. infer. p. 77.*) *Vir eruditiſſimus*, it. (*in Progr. de 10. Periodis Hiſt. Germ., A. 1697. edito, p. 18.*) *Vir excellenter doctus.*

HERM. DIET. MEIBOMIO (*in Or. de genuinis Hiſtor. Germ. fontibus p. 9.*) *Vir excellentis doctrinæ*, it. (*ib. p. 18.*) *JCtus in patriæ antiqvitatibus verſatiſſimus.*

FEDERICO MORELLIO (*in dedicat. Dialogi græci Hieronymiani de Trinitate, paulo ante allegata*) *Vir clariſſimus, JCtus eruditiſſimus, ſibiqve amiciſſimus.*

JOH. PHIL. PAREO (*in indice exegetarum Plauti, ſuæ illius editioni A. 1619. præfixo*) *Criticus* audit *profundus.*

LAUR. PIGNORIO (*in Epiſt. 49.* (*.)) *veterum legum nomophylax.*

ES. PUFENDORFIO (*in Diſſ. de Legibus Salicis, c. 1., p. m. 12.*) audit *Vir undiqvaqve doctiſſimus.*

THOMÆ REINESIO (*in Ep. 31. ad Chr. Ad. Rupertum p. 181.*) *Vir magnificus.*

GVILH. SALDENO (*Lib. 2. de libris, eorumqve uſu & abuſu, c. ult. p. 425.*) *Vir doctus.*

JOH. SAVARONIS, Arverni, hoc in Noſtrum tetraſtichon in albo ejus occurrit:

Pene puer ſcripſit, qvæ vix tentaſſet adultus:
Vir non auderet, qvæ modo adultus agit.
Talia pene puer qvi ſcripſit, & egit adultus,
Qvid ſit facturus, neſcio, cum vir erit.

ANDR. SCHOTTUS (*in Epiſt. MS. ad Joh. Meurſium*, A. 1624. exarata,) eum vocat *Virum ſane eruditiſſimum.*

MART. SCHOOKIO (*in Belgio fœderato, L. 17. c. 5.*) *Vir doctiſſimus.*

CASP. SCIOPPII elogium inſigne, Lindebrogio noſtro tributum, Iſ. Caſaubonus, *in Epiſt. 155.*, ad hunc A. 1600. ſcripta (*p. 146. 147. edit. Gronovianæ*), verbis ſeqventibus ironice perſtringit; *Cum venit in mentem felicitas inſignis tua, qvi talem tantumqve tuarum laudum præconem nuper ſis nactus, vereri ſubit, ne nos terræ filios faſtidias. Qvid enim accedere jam ad commendationem nominis tui poteſt, cui fortuna dedit complacere poſſe, cui ſordent omnes, qvantum fuit hactenus hominum eruditorum. Scis, qvid dicam, &, ſi te ſatis novi, tædet te illius ἐγκωμίου, non, qvin eo ſis digniſſimus, ſed, qvia laudari te ab homine ſpurcæ lingvæ fas non eſt.*

PET. SCRIVERIUS, in *Elegia* ad Noſtrum MSta, ſupra jam allegata, his eum metris compellat pariter atqve commendat:

- - - - - - - - *Te Libethrides omnes*
Ambroſio gaudent detinuiſſe ſinu,
Dum patriæ hiſtoriæ invigilas, & vindice dextra
Illi reſtituis, qvod fuit ante, decus.
Te vocat eſſe ſuum flos ſecli, Scaliger, & te,
Non verbis, ſed re conſilioqve, juvat.
Deniqve te Douſæ, doctiqve Caſaubonus oris,
Elogiis ornant perpetuantqve ſuis.
Inſuper ergo habeam, cui Dii bona tanta dedere,
Qveis, qvodcunqve vides, in tua jura rapis?
Non ego te, Veneresqve tuas, dulcesqve lepores,
Ingeniumqve notæ nobilioris, amem?

SINCERO GERMANO, Scriptori, qvem Chr. Wilh. Eybenius (*in Eponymol. Magiri aucto p. 516.*) allegat, ψευδωνύμῳ (*in Tr. de vett. LL. German. orig. p. 111.*) audit *JCtus doctiſſimus, & in antiqvitatibus patriæ maxime verſatus.*

(*.) Elogium hoc Erpoldo, Friderici parenti, falſo vindicare Mart. Zeilerum (P. II. Collect. de Hiſtoricis p. 86.), recte monuit Joh. Hallervordius, *in Biblioth. Curioſa p. 69.* Conf. *Homonymoſcopiam meam, Sect. II., c. 7., §. 68., p. 641.*

HENR. STAPHORSTIO, blando adulatori (*in dedic. Diſſertationis de Areopago*, A. 1640. ei inſcriptæ) *Vir virtute atqve eruditione ſeculo ſuo major, laudumqve præconia jampridem ſupergreſſus, JCtus eminentiſſimus, ac vapulantium literarum vindex fortiſſimus, verus Muſarum dux & præſes, cujus domus Minervæ ſacrarium, pectus eruditionis & ſapientiæ templum, vita deniqve omnis ſpeculum eſt virtutis lucidiſſimum.*

JOH. STARCKIO (*in præfat. Theſauri epiſtolici*) *JCtus varia eruditione celeberrimus, & literatorum eminentiſſimus.*

STEPH. IOH. STEPHANIO (*in notis ad Lib. II. Hiſt. Dan. Sax. Grammatici p. 69.*) *Vir doctiſſimus.*

HENR. VALESIO (*in præfat. Ammiani Marcellini*, a ſe Pariſiis A. 1636. editi) *Vir eruditus ac diligens.*

MICH. VIRDUNGO (*in notis ad Taciti vitam Agricolæ p. 122.*) *Vir doctiſſimus.*

GERH. JOH. VOSSIO (*Lib. 2. de Hiſt. lat. c. 30. p. 291., & Lib. 3. p. 736.*) *Vir doctiſſimus.*

CLAUDIO SARRAVIO (*Ep. 33. ad Vinc. Fabricium, p. m. 35.*) *Vir excellens, clariſſimus, & nunqvam ſatis laudatus.*

JOH. GEORG. WALCHIO (*in Hiſt. Crit. L. Lat., c. 7., p. 334.*) audit *Vir egregie doctus, de Terentio, Virgilii Catalectis & Statio, meritus.*

ADR. BAILETUS, *T. I. des Jugemens des Sçavans, P. II. p. 321.*, ob peritiam Latiniſmi & Græciſmi temporum ſeqviorum barbari, eum commendat.

JOH. REISKIO (in der Unterſuchung des bey den alten Teutſchen gebräuchlichen Heidniſchen Nodfyrs, ed. Lipſ. A. 1696., *c. 6., p. 50.*) Ein gelehrter fürnehmer Mann.

JOH. GEORG. KULPISIUS (*P. II. Commentationum academicarum in Sev. de Monzambano de ſtatu imperii Germanici p. 100.*) ita: *Communis aliqvando fuit opinio, Lotharium II. Saxonem jus Romanum in ſcholas & fora noſtra deduxiſſe, eiqve autoritatem legalem tribuiſſe. Sed fabulam iſthanc primus detexit Frid. Lindebrogius, doctiſſimus JCtus, in præf. Cod. LL. Ant.*

CENSURA.

JOS. SCALIGERI præceps cenſura, plagii crimen illi impingens, *in alteris Scaligerianis p. 141.* hæc legitur: *Lindenbruch eſt un fat & plagiaire. Promittit Frebero leges Longobardorum a Franc. Pithoeo. Eſt bene doctus in illis rebus, uti & Savaro. - - - Lindebruch, Woweren, grands plagiaires.* Falſo eum crimine hoc a Scaligero, nullas adjiciente probationes, gravari, cenſet Jac. Thomaſius, *in Acceſſionibus ad Tr. de Plagio Literario* §. *676. p. 19.* Intentarunt tamen & alii eandem ipſi accuſationem, uti ex iis patebit, qvæ de *Notis ad Priapeia*, & *Gloſſario, Codici LL. Antiqvarum* adjecto, in Scriptorum Catalogo, paulo poſt monebuntur. Certe ſtudia iſta critica, ſine plagii vel culpa, vel ſuſpicione, vix qveunt tractari.

JANUS GRUTERUS, in Ep. ad Gothofr. Jungermannum A. 1608. ſcripta (apud B. G. Struvium *Faſc. VI. Actor. Literar. p. 14. 15.*), ita de illo: *Lindebrogius egregius eſt plagiarius. Ille & Wouwerius in Gallia vocabantur les Corſaires de Hambourg. Lindebrogius etiam ſemel in carcerem capite nudo tractus fuit, ob XVI. volumina MSta, qvæ, monacho uno conſcio, ſubduxerat e monaſterio Victoris, qvod poſtea ipſe monachus faſſus. Optimum fuit, qvod ipſe ſtrenuiſſime negaret, & Calignonius, herus ejus, tanta eſſet autoritate, ut non auderent excutere ædes ejus. Virgis erat excipiendus minimum, ſi non patibulo, absqve illo fuiſſet, ejusqve interceſſione. Diſcipuli ejus jam heic apud nos ſunt, e qvorum præceptore id habeo.*

GOTHOFREDUM WENDELINUM, Brabantum, qvi, *in præf. Tr. de legum Salicarum natali ſolo*, Noſtrum, ſine cauſa, verbis his excepit amarulentis: *O ſcuticam, ut ego te uſurpem lubens! Jecur criticum, tuam fidem!* eandem juſtius mereri cenſuram, oſtendit Eſaias Puſendorfius, *in Diſſ. de Legibus Salicis, c. 1., p. 7. 8.*

SCRIPTA EDITA.

א. PROPRIA.

Commentarius de ludis veterum, Pariſiis A. 1605. in 4. editus, ei tribuitur non tantum in Georg. Draudii & Mart. Lipenii *bibliothecis realibus*, ac *Catalogo nundinarum anni illius Francof. vernali p. 20.*, ſed & in Joh. Henr. Boecleri *Bibliographia curioſa, lit. L. 6. b.* Meis ille ſe oculis hactenus ſubduxit.

Commentatio *ad L. Un. C.: Si qvis Imp. maledixerit*; & in *L. VIII. Tit. I, Lib. II. Legum Wiſigothorum*, de non criminando Principe, *Notæ breves.* Hamb. 1608. in 8. (*4. Plagg.*)

Epiſtolæ II. ad Joh. Kirchmannum, A. 1611. & 1637., una ad J. Gruterum A. 1613., & II. ad Pet. Lambecium A. 1646. & 1648. exaratæ, in *Epiſtolarum* Marqv. Gudii, Ultrajecti A. 1697. editarum, *Appendice, num. 219-223., p. 283-285.*, occurrunt.

Epiſtolæ aliqvot ad Gvilh. Cambdenum, excuſæ inter Epiſtolas Cambdeni & virorum illuſtrium amoebæas, a Thoma Smitho editas Londini 1691. in 4.

Epiſtola ad Theod. Canterum, qvæ legitur in Cent. III. Epiſtolarum Virorum Illuſtr., a Sim. Abbes Gabbema Harlingæ A. 1664. *in 8.* editarum, n. 46., p. 655. 656.

Chronicon ei Roſtochienſe, Lubecæ A. 1611. in fol. editum, tribuunt Mich. Hertzius, *P. IV. Biblioth. Germ., lit. Q. 1. b.*, Mart. Lipenius *in Biblioth. philoſophica*, Burch. Gotth. Struvius, Hertzium exſcribens, *in Biblioth. Hiſtor. c. 24. p. 612.*, ac Joh. Chriſt. Nevius *P. II. Acceſſ. ad Degorei Whear Relect. hyem. p. 310.* Verum confunditur ab iſtis Noſter, ob qvandam nominis affinitatem, cum Pet. Lindebergio Roſtochienſi, de cujus Chronico civitatis patriæ Elogium ejus poteſt conſuli. Conf. *Homonymoſcopiam* meam, *Sect. II., c. 7., §. 68., p. 691. 692.*

ב. ALIENA.

Pauli, Warnefridi Longobardi filii, Diaconi Forolivienſis, de geſtis Longobardorum libri VI., ad MSS. & vett. codicum fidem editi, cum annotationibus & variis lectionibus. Lugd. Bat., apud Franc. Raphelengium, A. 1595. in 8. Recenſiti ab eo iterum ſunt A. 1611., inter *Scriptores hiſtoriæ antiqvæ diverſarum gentium*, Hamburgi *in 4.* excuſos. Recuſi etiam (additis variis lectionibus codicum Ambroſiani & Modoctienſis, ac annotationibus Horatii Blanci) Tomo I. Scriptorum rerum Italicarum Lud. Ant. Muratorii, Mediolani A. 1722.

P. Virgilii Maronis Appendix, cum ſupplemento multorum antehac nunqvam excuſorum poematum veterum poetarum, Joſephi item Scaligeri in eandem Appendicem caſtigationes & commentarii, multis in locis aucti (*), curante edenteqve Friderico Lindenbruch, cujus & notæ ſunt adjectæ. Lugd. Bat., apud Franc. Raphelengium, A. 1595. in 8. Ibid. A. 1617. in 8. Appendix ipſa Virgiliana, in editione hac, qvam Lindebrogius Petro & Franc. Pithoeis inſcripſit, continet Culicem, Diras, Ceirim, Moretum, Ætnam, Catalecta item veterum Poetarum & Priapeia. Ineptit proinde

(*) Prior editio ipſius Scaligeri, Jac. Cujacio inſcripta, prodiit Lugd. Gall. A. 1573. in 8.

proinde Georg. Draudius, qvi, in *Biblioth. Claſſica*, omnia Virgilii Poemata, cum notis Lindebrogii, Antwerpiæ A. 1595. in 8. prodiiſſe perhibet. Scaligeri Commentariis, & Lindebrogii notis in Appendicem iſtam, ſubjunguntur hujus in eandem variæ lectiones. Novæ emendationes Lindebrogii marginales MStæ, huic adjectæ editioni, in biblioth. Hamburgenſi ſuperſunt. Utriqve, & Scaligero, & Lindebrogio, ob notas in Priapeia (qvas ad calcem ſuæ eorundem editionis, Patavii apud Gerh. Nicolaum, vel potius Amſtelodami, A. 1664. in 8. impreſſæ, Caſp. Scioppius recudi curavit), indignatur Ol. Borrichius *in Diſſ. II. de Poetis p. 53.*, verbis ſeqventibus: *Mirum, qvod ad Priapeia, vel edenda, vel commentariis notisqve illuſtranda, curam verterint ſummi viri, Joſ. Scaliger, Frid. Lindebrogius, & noviſſime Caſp. Scioppius, cum pix illa vel attingi neſciat ſine inqvinamento.* Plagii Lindebrogium, ob notas haſce, inſimulat Georg. Erhardus, ſive Mich. Caſp. Lundorpius, in *ſymbolis ad Petronium p. 735.* ita ſcribens: *Pleraqve Douſæ filii, in Spicilegio ad Petronium, in notas ſuas in Catalecta tranſcripſit Lindebrogius.* Conf. *p. 751. & 779.*, ubi eandem accuſationem repetit. Priapeia, cum Commentariis Scaligeri, Lindebrogii & Caſp. Scioppii integris, aliorumqve notis, adjecta ſunt a Mich. Hadrianide ſuæ Petronii Arbitri editioni, Amſtelod. A. 1687. in 8. excuſæ, teſte J. Alb. Fabricio *in Append. Biblioth. Lat. p. 24.*, it. ejusdem editioni Petronianæ, Amſtelod. A. 1669. in 8. publicatæ, teſte Th. Crenio, *P. V. Animadvv. Philol., c. 1., p. 29.* Notæ Scaligeri & Lindebrogii ad Culicem, Cirin & Catalecta, prodierunt etiam in Pancr. Maſvicii editione operum Virgilii, Leovardiæ A. 1717. *in 4.* Tomis II. excuſa.

Notæ in C. Pedonis Albinovani Elegias III. & Fragmenta, uti & in P. Corn. Severi Ætnam & Fragmenta, e ſylloge hac excerptæ, comparent in duorum iſtorum Poetarum editionibus, cum notis Joſ. Scaligeri, Nic. Heinſii, Theod. Goralli & aliorum, ſeorſim Amſtelod. A. 1703. in 12. excuſis. V. *Acta Erud. Lipſ., M. Apr. A. 1703., p. 192., & M. Nov. p. 494-499.*, Joh. Clerici *T. I. de la Biblioth. choiſie de l' an. 1703., Art. IV. & V.; p. 228-239., &* Jac. Bernhardo *Nouvelles de la Republ. des Lettres, M. Febr. A. 1703., p. 201-218.*

M. Valerii Probi, Grammatici vetuſtiſſimi, de notis Romanorum interpretandis libellus, Magnonis, Archiepiſc. Senonenſis, Carolo M. coævi, collectio notarum juridicarum, Imperatori huic inſcripta, Petri item Diaconi (*qvi ſub Conrado I. Imp. claruit*), & aliorum, Explicationes veterum notarum; ex libris veteribus partim emendatæ, partim nunc primum editæ. Lugd. Bat., apud Andr. Cloucqvium, A. 1600. in 8. Lindebrogium, cujus nomen in titulo non comparet, diverſas horum autorum editiones contuliſſe ac emendaſſe, veteresqve notarum juridicarum explicationes, hactenus ineditas, ſibi communicaſſe, bibliopola *in præfat.* teſtatur. Sub finem accedunt pauculæ Lindebrogii obſervationes, Henrico fratri inſcriptæ. Commendat corpus hoc libellorum de notis veteribus, poſt varias aliorum editiones, collectum, Jac. Gothofredus in *Manuali Juris, P. II. p. m. 60.* Conferri etiam de illo poſſunt Phil. Labbei *Mantiſſa antiqvariæ ſuppellectilis, Bibliothecæ Bibliothecarum* adjecta, *p. 587. 588. 629. 663. 664.*, Joh. Hallervordii *Biblioth. curioſa p. 254.*, Joh. Alb. Fabricii *appendix Biblioth. Latinæ* (in qva pro anno editionis 1600., errore typographi, annus 1504. ſubſtituitur) *p. 83. 84. 85.*, & *Hypomnemata* mea ad *Tomi I. Polyhiſtoris Morhofiani Lib. IV. p. 388.*

Papinii Surculi Statii Opera, qvæ extant, Sylvarum ſcilicet Libri V., Thebaidos Libri XII., Achilleidos Libri II.: Placidi item Lactantii in Thebaida & Achilleida commentarius. Ex bibliotheca Franc. Pithoei JCti, collatis MStis veteribusqve exemplaribus, recenſuit, & partim nunc primum edidit Frid. Lindenbruch, adjectis variarum lectionum Obſervationibus, indiceqve uberrimo. Pariſiis, apud Adr. Perier, 1600. in 4. maj. Recuſa Genevæ eodem A. 1600. in 4., teſte J. Alb. Fabricio *L. 2. Biblioth. Lat. c. 16., p. 437. edit. ſecundæ.* De MStis, e qvibus editio hæc curata eſt, ita ipſe *in præfatione: Sylvas Statii cum duobus veteribus exemplaribus comparavi, qvoniam MStis hic deſtituebar; Thebaida cum 3. MSS., totidemqve impreſſis, ſimiliter & Achilleida, ſuppeditatis mihi ab amicis meis, viris clariſſ., Paulo Petavio, Pet. Daniele, & lectiſſimis Cl. Puteani filiis. Et jam antea in Germania Achilleida correxeram ad exemplar vetuſtiſſimum. Puteanum tamen bonitate & antiqvitate reliqva excellere viſum. His inſuper acceſſit Nic. Fabri, V. cl., liber, qvem ipſemet ad exemplar vetuſtum emendarat. De Papinio hactenus. At Lactantium ex Franc. Pithoei bibliotheca collatum habui. In qvibusdam adjutus ſum exemplari MS. regio, ſed qvod integritate cedebat Pithoeano. Incredibile dictu, qvantum ex hoc commentatore mendorum ſuſtulerim, qvem ita neglectum hactenus miror.* Commendat hanc editionem (qvæ, novis Lindebrogii in Statium pariter atqve Lactantium obſervationibus, atqve emendationibus MStis, aucta, in bibliotheca exſtat Hamburgenſi) Gerh. Joh. Voſſius *Lib. 3. de Hiſt. Lat. p. 736.* teſte Ol. Borrichio (*in Diſſ. II. de Poetis p. 62.*) *ex curioſiſſimis hodie editionibus illa habetur.* Joh. Hallervordius (*in Biblioth. cur. p. 303.*) eam & Barthianæ, & Veenhuſianæ, præfert, ſimulqve monet ſcholia Placidi Lactantii *ex Hygino & Servio maximam partem eſſe excerpta.* Commendat eandem præ aliis J. Alb. Fabricius *P. I. Biblioth. Lat. p. 101.*, & in edit. hujus ſecunda, *Lib. II., c. 16., p. 436. 437.* Confer, qvæ de illa dicta a nobis ſunt *in Hypomnematis ad Tomi I. Polyhiſt. Morhofiani Lib. IV. p. 396. 397.*

In Papinii Surculi Statii ſylvas Federici Morelli, Prof. regii, Commentationes & Conjectanea, in qvibus multi autores, Græci & Latini, emendantur & illuſtrantur, Libanius præſertim, cujus hic ἀνέκδοτα multa ex bibliotheca vulgantur regia. Accedunt Frid. Tiliobrogæ, Germani, Obſervationum ad easdem Sylvas corollarium, Domitii Calderini Comm. in easdem, & indices autorum, rerum atqve verborum. Pariſiis, apud Claud. Morellum, A. 1602. in 4. maj. Lindebrogii Corollarium tribus tantum conſtat paginis.

Liber legis Salicæ, a Franc. Pithœo emendatus, & Gloſſario, ſive interpretatione rerum & verborum obſcuriorum, illuſtratus, ex bibliotheca autem illius, cum præfat. ad eundem, editus a Frid. Lindebrogio. Pariſiis, apud Jac. Reze A. 1602. in 8. Prodromi inſtar ſe hanc legis Salicæ editionem codici legum Germanicarum antiqvarum præmittere, *in præfatione* teſtatur.

P. Terentii, Carthaginenſis Afri, Comœdiæ VI., & in eas Ælii Donati, V. C., Oratoris urbis Romæ, & Eugraphii, veteris Scholiaſtæ, Commentaria. Frid. Lindebrogius, collatis MStis veteribusqve exemplaribus, recenſuit, auxit, & obſervationibus illuſtravit, adjecto indice uberrimo. Pariſiis A. 1602. in 4., Francofurti, apud Mich. Heringium, A. 1623. in 4. Tertia editio Hamburgenſis, qvam A. 1649. in 4. excuſam eſſe, *Catalogus nundinarum anni illius vernalium Lipſienſis* (*p. 25.*) fingit, lucem non vidit publicam. Terentium ipſum (*uti in præfat. ab eo monetur*) recenſuit ex 2. exemplaribus Franc. Pithœi, qvorum alterum ipſe, alterum autem frater illius, Pet. Pithœus, ſua manu emendaverat, codice item MSto biblioth. regiæ (cujus vel ſolius fidem tuto ſe ſeqvi potuiſſe, ob eximiam illius antiqvitatem pariter atqve bonitatem, judicat), & aliis nonnullis, ſed recentioribus. In Donati commentario, qvem textui interſeruit, lacunas plurimas ſupplevit, & errata infinita emendavit, adjutus tum exemplaribus duobus, accurata Pithœorum diligentia ad MSS. Ant. Contii & Jac. Cujacii collatis, tum collectaneis bibliothecæ regiæ, & ſchedis Pet. Danielis Aureliani veteribus. Eugraphii (qvem ſub finem Comœdiarum Terentii adjecit) pauca olim in Italia ediderat Gabr. Faernus. Ipſe longe plura, ex libro Ant. Loiſelli, JCti, antiqviſſimo, primus publicavit, &, qvæ huic deerant, ex

 Franc.

Franc. Olivarii codice ſupplevit. Obſervationes, ab eo adjectæ, breves ſunt, & circa varietatem lectionis potius, qvam textus explicationem, occupantur. Ad editionem hanc (in qva vere *l.c.* ait, *ſe nihil ſcienter omiſiſſe, qvod ad nitelam & ſplendorem Terentii faceret*) maturandam calcar ei addidit Joſ. Scaliger, in duabus ad ipſum Epiſtolis, A. 1601. & 1602. Pariſios miſſis (*.). Publica luce jam donatam certatim viri eruditi commendarunt, &, hos inter, Caſp. Scioppius, *in Conſult. II. de ſcholis & ſtudiorum ratione p. m. 64.*, Caſp. Barthius *l. 50. Adverſ. c. 9.* (ubi *nitidisſimam* eam vocat & *elegantisſimam*, ſed *in paucorum* qveritur *eſſe manibus*), Joh. Henr. Bœclerus *in Comm. de ſcriptt. Gr. & Lat. p. 38.* (ubi *optimam* hanç eſſe cenſet *Terentii editionem*), Dan. Georg. Morhofius *in Prælect. de notitia autorum* & *T. I. Polyhiſt., Lib. 4., c. 11., p. 134. ineditis, cap. 12.*, Caſp. Sagittarius *in Comm. de vita Terentii p. 61. & 66.* (ubi *elegantem* eam vocat), Henr. Jul. Scheurlius *in Statua Mercuriali P. II. c. 4. p. 97.* (ubi *elegantiſſimam* illam appellat, & *indicem* imprimis *uberrimum, non leve profectus in omni bono ſcriptore adjumentum*, extollit), Joh. Hallervordius *in Bibl. cur. p. 382.* (ubi *reliqvis* illam *editionibus* ait eſſe *præſtantiorem*), ac Adr. Bailetus *T. IV. Judiciorum de eruditis Gallicorum, P. II. p. 69.* (ubi textum in ea cenſet exhiberi *emendatiſſimum*). Reliqvis omnibus eandem præfert Joh. Alb. Fabricius *P. I. Biblioth. Latinæ p. 5.*, &, *in edit. ſecunda, Lib. I. c. 3., p. 36. 37.* (ubi Francofurtenſe exemplar Pariſienſi auctius eſſe notat & emendatius, ſed epiſtola tamen Lindebrogii ad Suffridum Calignonum dedicatoria, & Gabr. Faerni *Notis*, in hoc obviis, deſtitui.) *Index contra libb. prohibitorum Hiſpenicus*, ab Ant. Sotomajore Madriti A. 1667. editus, in illam eſt iniqvior, & *p. 389.*, ex *obſervationibus* noſtri in Terentium, loca aliqvot jubet expungi. Confer, qvæ de Terentio hoc Lindebrogiano, in *Hypomnematis* noſtris *ad Tomi I. Polyhiſtoris Morhoſiani Lib. IV., p. 395.*, jam ſunt allata.

Ammiani Marcellini Hiſtoriarum, ſive Rerum geſtarum, qvi de XXXI. ſuperſunt, Libri XVIII., ad fidem MSS. & vett. codicum recenſiti, & obſervationibus illuſtrati a Frid. Lindebrogio, J U. L. Hamb. apud Georg. Lud. Frobenium, 1609. in 4. In editione hac, innumera menda fœdiſſima, nec tamen omnia, e textu Marcellini, ope membranarum Gallicarum, & codicis Florentini, teſte *præfatione*, ſuſtulit. In Obſervationibus ſingularum emendationum rationem per minutias reddere noluit, ſed loca potius auctoris obſcura illuſtrare, &, qvomodo, ex aliis Hiſtoricis, lux illis accedere poſſit, breviter, & per indicem qvaſi, oſtendere eſt annisſus. Subjunxit his collectanea variarum lectionum, & indices V., autorum, rerum memorabilium, regionum & urbium, dignitatum civilium, ac rerum militarium, in Marcellinum, duos autem (autorum ſc. atq; rerum) in ſuas Obſervationes. Exemplar hujus editionis, emendationibus novis marginalibus, & obſervationibus itidem qvamplurimis MStis, *αὐτοχειρὶ* a Noſtro auctum (**), una cum Ant. Oiſelii, JCti Pariſini, ſpicilegiis ad obſervationes ejus, itidem ineditis, Pariſiis, cum epiſtola honorifica, Kal. Aug. A. 1610. ipſi tranſmiſſis, in bibliotheca Hamburgenſi aſſervatur. Ex iſto, ab inclyto ſenatu reip. ſibi communicato, Hadrianus Valeſius, Ludovici XIV., R. Gallici, Hiſtoriographus, ſuæ Ammiani Marcellini editioni noviſſimæ, Pariſiis, apud Ant. de Zallier, A. 1681. in fol. excuſæ (***), & Leidenſi prælo A. 1693., (in fol. & 4.), adjectis novis Jac. Gronovii annotationibus, iterum ſubjectæ (****), Lindebrogii in eundem Hiſtoricum obſervationes ampliores, & variarum lectionum collectanea, ſubjunxit. Commendant Lindebrogii in Marcellinum labores Caſp. Scioppius *in Conſult. II. de ſcholarum & ſtudiorum ratione p. m. 72.*, Erycius Puteanus in Epiſtola A. 1627. ad illum ſcripta, & *Apparatus Epiſtolarum miſcellanei ac novi centuriæ IV., num. 31.*, inſerta (ubi Marcellinum *inſigni* ab eo *eruditionis pompa* cenſet *eſſe ornatam*), Claud. Chifletius *in vita Ammiani* (qvi *editionem doctiſſimi Lindebrogii* cœteris ait eſſe *longe emendatiorem*), Caſp. Barthius *l. 45. Adverſ. c. 2. p. 2106.* (ubi Lindebrogium *unicum* vocat *Marcellini ſoſpitatorem*) & *l. 50. c. 9.* (ubi hæc occurrunt verba: *Amm. Marcellinum Lindebrogius egregie excepit; optet tamen commentarium qvoqve ſibi*), Gabr. Naudæus *in Bibliogr. militari*, a Georg. Schubarto edita, *p. m. 55.* (ubi Lindebrogium *bene de Marcellino* cenſet *eſſe meritum*), Joh. Henr. Boeclerus *in Comm. de Scriptt. Gr. & Lat. p. 72.*, Pet. Bælius *T. II. Diction. Hiſt. & Crit. p. 542.*, J. And. Boſius *in Differtt. de prud. & eloqv. civ. p. 11.*, Nic. Chr. Lynckerus *L. 2. Inſtruct. For., c. 1. lit. M. 2. a.*, B. G. Struvius *in Biblioth. Hiſt. c. 6. p. 78.*, Dan. Georg. Morhofius *in Colleg. methodico-practico de leg. autt. MSto, cap. 5.* & Henr. Meibom. Jun. *in Progr. de X. Periodis Hiſt. Germ. p. 18.*, Henr. Valeſius, in *præfat.* ſuæ Ammiani editionis (Pariſiis A. 1636. in 4. excuſæ), Lindebrogianam hoc dignatur elogio: *Ex Frobenii editione, reliqvæ omnes, tum in Gallia, tum in Germania, propagatæ videntur. Donec Frid. Lindebrogius, Vir eruditus ac diligens, novam editionem aggreſſus eſt A. 1609. Qvi, præterqvam qvod aliqvot locos ſcriptoris noſtri, ope MS. codicis Florentini, egregie correxit, primus omnium autorem ſane difficillimum perpetuis obſervationibus illuſtrare auſus eſt. Varias deniqve MSS. codicum lectiones in calce editionis appoſuit, qvæ novam qvandoqve editionem aggreſſuris magno uſui eſſe posſint. Proinde & doctrinæ & induſtriæ non mediocrem certo laudem meretur.* Collectores Actorum Lipſ. (*M. Jun. A. 1693. p. 242.*) cenſent, *tam dextre illum ſuſcepto* edendi Ammiani *munere eſſe perfunctum, ut nemo, niſi invidus, temere negaverit, multa eum ad Autorem hunc contuliſſe, qvæ dignitatem & elegantiam haud modicam eidem concilient.* Conf. de edit. Lindebrogiana Ammiani J. Alb. Fabricium *P. I. Biblioth. lat. p. 195.*, & *in præfat.* ad Erp. Lindebrogii *ſcriptores Rer. Germ. Septentr. p. 8.* (ubi prolixe eam commendat). Cenſoria contra editionem hanc virgula notarunt compilatores *Indicis libb. prohibitorum Hiſpanici*, A. 1667. editi (qvi *p. 389.* aliqvot ex illa loca jubent expungi), Caſp. Barthius (qvi *l. 46. Adverſ. c. 21.* Lindebrogium *non pauca in ſermone Marcellini* juſto audacius *mutaſſe* perhibet) & Hadr. Valeſius, qvem, in *præfatione* editionis ſuæ, A. 1681. publicatæ, nonnullos ejusdem in *obſervationibus* errores perſtrinxiſſe, *Acta eruditorum Lipſienſia* (*M. Jan. A. 1682. p. 13. 14.*) teſtantur. Adverſus qvorum ultimum tamen, fidei ſimul malæ, in publicandis novis Lindebrogii obſervationibus, harumqve nonnullis fratri ſuo, Henr. Valeſio, tribuendis, inſimulatum, Jac. Gronovius, in præfat. editionis anni 1693. Leidenſis, noſtro eſt patrocinatus.

Heliodori Lariſſæi Κεφάλαια τῶν ὀπτικῶν, ſeu capita Opticorum, ad Hetruſci codicis fidem, græce & latine, recenſita. E biblioth. Frid. Lindebrogii. Hamb. 1610. in 4. Exemplar editionis hujus, variis Lindebrogii emendationibus MStis marginalibus auctum, in bibliotheca Hamburgenſi occurrit, qvæ etiam, inter codices Holſtenianos, MStum Κεφαλαίων horum græcum aſſervat, hunc oſtentans Titulum: Δαμιανοῦ τοῦ Ἡλιοδώρου περὶ τῶν ὀπτικῶν ὑποθέσεων. In fronte iſtius Lucas Holſtenius *αὐτόχειρι* monuit, Ignatium Dantem pariter atqve Lindebrogium, ſub Heliodori Lariſſæi nomine, ſcriptum hoc edidiſſe. His addendus Erasmus Bartholinus, Math. PP. Hafn., qvi Heliodori Lariſſæi Opticorum Libros II., ex MSto Pariſino, græce & latine, cum animadverſionibus, edidit Lutetiæ A. 1657. in 4., teſte

fratre

(*) V. Scaligeri *Epiſtolas num. 213. & 216., p. 464. 466.* (**) Mentio *obſervationum* harum Lindebrogii in Marcellinum auctiorum occurrit in Hug. Grotii Epiſt. ad Joh. Cordeſium A. 1632. ſcripta, inter *Epiſtolas ad Gallos, num. 133. p. 293. 297.* (***) De Editionis hujus hiſtoriæ conſuli merentur *Acta Eruditorum Lipſienſia, M. Jan. A. 1682. p. 12. 13. 14.*, Abbatis de la Roqve *Journal XXI. des Sçavans, de l'an. 1681., ad d. 28. Jul., p. 270-278.*, & *Memoriæ hebdomadales librariæ Londinenſes (The Wekly Memorials of Books)*, A. 1683. edita, *num. 28.* (****) V. Excerpta ex literis J. G. Grævii ad Abbatem Nicaſium, *in Diario eruditorum Gallico 31. Anni* 1691. *p. 551.*, *Acta Erud. Lipſ., M. Jun. A. 1693., p. 241 242 243*, J. Clerici *T. XXV. Biblioth. Hiſt. Univ., P. I., p. 221-228.*, Couſini *Ephem. 17. Erud. Gall. A. 1695. p. 305 306.*, H. Basnagii *Hiſt. Opp. Erud., M. Jan. A. 1693., p. 295-300.*

fratre Alberto, *in Tr. de Scriptis Danorum p. 38.* G. G. Leibnitio judice (apud. Joach. Frid. Fellerum *in Otio Hannoverano p. 147.*) *ex græco* textu *apparet*, capita hæc *eſſe indicem tantum propoſitionum, ex opere excerptarum, non ipſum opus.*

Diverſarum gentium Hiſtoriæ antiqvæ ſcriptores tres: 1. Jornandes Epiſcopus de regnorum ac temporum ſucceſſionibus, ejusdem Hiſtoria de origine Gothorum; 2. Iſidorus Hiſpalenſis de Gothis, Vandalis & Svevis, ejusdem Chronicon Regum Wiſigothorum; 3. Pauli Warnefridi F., Diaconi, de Geſtis Longobardorum libri VI. Frid. Lindebrogius recenſuit, & obſervationibus illuſtravit. Hamburgi, apud Mich. Heringium, 1611. in 4. maj. Contulit (uti *præfatio* teſtatur) ſcriptores hos Lindebrogius cum diverſis exemplaribus MStis & editis, iſtorumqve ope multa in iis loca integritati reſtituit, qvædam etiam nunc primum in lucem produxit, &, in his, fragmentum luculentum *Hiſtoriæ* Pauli Diaconi *Longobardicæ*, hactenus ineditum, e bibliotheca ſibi Palatina a Marqv. Frehero communicatum, cujus mentio etiam occurrit in Gerh. Joh. Voſſii *Lib. 2. de Hiſt. Lat. c. 30. p. 292.* Singulis autoribus ſubjectæ ſunt ejus obſervationes, &, ſub finem totius ſyntagmatis, Variæ Lectiones in Paulum Diaconum, terniqve indices: 1. autorum, 2. rerum, 3. chorographicus. Exemplar editionis hujus (a Conr. Sam. Schurtzfleiſchio *in Diſſ. de Rebus Sveo-Gothicis §. 1. p. 5.*, J. Alb. Fabricio, *P. I. Biblioth. Lat. p. 216.*, & B. G. Struvio *in Biblioth. Hiſtor. c. 6. p. 78.*, commendatæ), novis Lindebrogii emendationibus αὐτογράφοις, & indice in obſervationes ejusdem MSto, locupletatum, in bibliotheca Hamburgenſi aſſervatur. J. Alb. Fabricius (*in præf. ad ſcriptores rer. Germ. ſeptentr. Erp. Lindebrogii p. 8.*) *laudatiſſimam* cenſet eſſe, *& hiſtoriæ Studioſis utilisſimam, induſtriam, qvam Lindebrogius, in recenſendis accurate, & elaboratiſſimarum obſervationum ope illuſtrandis, tribus hiſce ſcriptoribus, collocavit.*

Achillis Statii Librum ſe nuper, ad exemplar Romanum, Hamburgi curaſſe edi, ipſe in epiſtola qvadam MSta, d. 24. Aug. A. 1613. ad J. Gruterum exarata, teſtatur. An Achillis Tatii Alexandrini, ſcriptoris vetuſti, de amoribus Clitophontis & Leucippes libros octo, an vero Achillis Statii Luſitani, Critici haud incelebris, ſcriptum aliqvod *h. l.* deſignet, hæreo.

Codex Legum Antiqvarum (*), in qvo continentur: 1. Leges Wiſigothorum Libb. 12., 2. Edictum Theodorici Regis, 3. Lex Burgundionum, 4. Lex Salica, 5. Lex Alemannorum, 6. Lex Bajoariorum, 7. Decretum Taſſilonis Ducis, 8. Lex Ripuariorum, 9. Leges Saxonum, Angliorum & Werinorum, Friſiorum & Longobardorum, 10. Conſtitutiones Siculæ, ſive Neapolitanæ Libb. 3., 11. Capitulare Caroli M. & Hludovici Imperatoris. Accedunt Marculphi formulæ ſolennes priſcæ publicorum privatorumqve negotiorum, nunc primum editæ, & Gloſſarium, ſeu interpretatio rerum & vocum obſcuriorum, ex bibliotheca Frid. Lindebrogii, JCti. Francofurti, apud Marnios, A. 1613. in fol. Steph. Baluzii Capitularia Regum Francorum, una cum Lindebrogii Codice LL. Ant., & Supplementis non levis momenti, nuper prælo iterum ſubjecta eſſe, inſtigante Joh. Schiltero, JCto Argentinenſi, refert Joh. Frid. Mayerus, in Programmate de Novis Controverſiis Sacris Gallicanis, Kilonii A. 1699. propoſito, *p. 7.* Leges Saxonum, Angliorum & Werinorum, ſeu Thuringorum, recuſæ ſunt, cum Notis Godfr. Gvilh. Leibnitii, inter hujus *Scriptores Rer. Brunſvic.* (Hannov. 1707. in fol.) *p. 77-85.* Nova Codicis totius editio, variis acceſſionibus & virorum eruditiſſ. animadverſionibus locupletata, Francofurti in fol. edenda promittitur in *Catalogo nund. Lipſ. A. 1713. autumn. p. 56.*, & in *autumnali A. 1715. p. 61.* Præcedunt in Codice hoc ipſam legum collectionem: 1. Dedicatio ad Matthiam Imperatorem, 2. Iſ. Caſauboni Carmen encomiaſticum, 3. Lindebrogii Prolegomena. Seqvuntur vero eandem: 1. Variæ Lectiones & Notæ, 2. Gloſſarium alphabeticum. Codices MStos, & alia ſubſidia, qvæ opus hoc moliendi ſibi ad manum fuerunt, ipſe, *in Prolegomenis*, verbis recenſet ſeqventibus: *Sedulam operam dedi, ut qvam emendatiſſime Codex hic prodiret, &, qvotqvot MSta exemplaria, vel prece, vel pretio, nulli ſumptui parcens, adipiſci potui, ea cum vulgatis editionibus Heroldi, Sichardi, Boerii, Tilii, accurate contuli, varias lectiones notavi, qvæ corrupta erant, reſtitui. omiſſa ſupplevi, nihil temerario auſu mutans, aut ingenio nimis fidens, ſed veteri ſcripturæ ſemper bona fide inſiſtens. Formulas veteres ex bibliotheca chriſtianiſſimi Galliarum Regis habui, qvod exemplar et. amſi a meo MSto parum diſcrepabat, profuit tamen, qvod alterum ex altero locis aliqvammultis emendari potuit. - - - Multi, ut hoc meum ſtudium juvarent, prompta in me voluntate libros ultro obtulerunt. Potiſſimum autem Franc. Pithoei Tricasſini, nobilis & undecunqve doctisſimi JCti, bibliotheca ad hanc rem plura adjumenta ſuppeditavit, qvam ulla reliqvorum omnium. Cujus etiam Gloſſarium in legem Salicam & Capitulare Caroli M. ideo meo intertexui, qvod cuncta fere, qvæ in illis duobus libris difficilia ſunt, ab illo interpretata reperi. In reliqvis meo remigio rem geſſi.* Ex MStis legum antiqvarum, e qvibus Codicem hunc publicavit, in bibliotheca Hamburgenſi duo ſuperſunt membranacea, ſatis antiqva, qvorum alterum (continens: 1. Caroli M. & Ludovici Pii Capitulorum, ab Anſegiſo Abbate collectorum, libros priores IV., 2. Legem Salicam, 3. Legem Ripuariorum, 4. Legem Alemannorum, tempore Lotharii Regis conſtitutam) in bibliotheca Cœnobii Corbejenſis locum olim habuit; alterum vero fragmenta aliqvot exhibet Capitularis Caroli M., legumqve Salicæ, Ripuariorum, Alemannorum & Burgundionum. Prægustum Codicis totius (ad cujus editionem maturandam hortati eum ſunt A. 1600. Juſtus Lipſius (**), & A. 1601. ac 1602. Joſ. Scaliger (***)) A. 1602. exhibuit *Lex Salica*, ex Biblioth. Franc. Pithoei ſeorſim ab illo edita, in cujus præfatione iſte Germaniæ promittitur. Marqv. Freherus ſuum ejusdem deſiderium, in Epiſtola ad Melch. Goldaſtum A. 1607. ſcripta (*qvæ inter Epiſtolas ad Goldaſtum, A. 1688. editas, p. 178. 179. 180. occurrit*) prolixe teſtatur, & ſubſidia editori ex ſua offert bibliotheca. Idem, in aliis literis, ad Goldaſtum A. 1610. miſſis (*ibid. p. 402.*), Joach. Clutenium, JCtum Argentinenſem, ſimile opus moliri, illi ſignificat, ſed, *non multum ſe de iſto ſibi promittere*, addit. Franc. etiam Gvillimannus, PP. Friburg., ſe leges Alemannorum, Longobardorum, Francorum, Vandalorum, Gothorum, Salicas, &c., cum notis, eſſe editurum, A. 1607. Goldaſto peculiari ſignificavit epiſtola (*ibid. p. 190. 191.*), ſed palmam tamen iſtam, pariter atqve Clutenius, Lindebrogio noſtro reliqvit. Cujus editionem ingenti cum applauſu eruditi exceperunt, nec pauci ex iis publice commendarunt, & in his Laur. Pignorius *Epiſt. 49.* (ubi Noſtrum veterum legum appellat *nomophylacem*), Herm. Conringius, ſingularem editoris commendans diligentiam, *in præfat. ad lib. Taciti de mor. Germ. p. 35., & in Epiſtolis p. 41.*, Joh. Schefferus *in Diſſ. de literaria generoſi nobilisqve informatione p. 23.*, Sam. Rachelius *in Introduct. ad J. Publ. p. 39.*, Chriſt. Weiſius *in Diſſ. de Carolo M., Cap. II. Diſc. IV. §. 8.* Joh. Alb. Fabricius (σκιαγραφίαν ejus exhibens) *L. 4. Biblioth. Lat., c. 10., p. 841. 842. 843.*, Georg. Beierus, J. U. D., *in Schediaſmate I. de Notitia Autorum Juridicorum*, Lipſ. A. 1698. edito, *num. 16., p. 117. 118. 119.* (ubi brevem ſiſtit Codicis hujus recenſum), Nic. Chr. Lynckerus, *Lib. I. Inſtructorii Forenſis, c. 2., §. 7., lit. F. 1. a.*, Chriſtoph. Beſoldus *in Diſc.*

(*) Codex Legum antiqvarum Hamburgenſium perperam vocatur *in Novis Lit. Germ., M. Dec. A. 1706., p. 416.* (**) *in Epiſt. ad illum, Centuriæ ſingulari Epiſtolarum ad Germanos & Gallos num. 70. inſerta.* (***) In duabus Epiſtolis, qvas invenies inter Scaligerianas, *num. 213. & 216., p. 464 & 466.*

Diſc. de natura populorum, c. 23., p. 139., B. G. Struvius *in Bibl. jur. ſel., c. 2., §. 8., p. 44., & in Bibl. Hiſtor. c. 17., p. 467.* J. Alb. Fabricius *in præf. Scr. Rer. Septentr. Erp. Lindebr. p. 9.* In ſola Legis Salicæ editione Herm. Conringius (*in Tr. de Orig. juris Germ. c. 7. p. m. 17.*), &, Frid. Beſſelius, hunc ſecutus (*in Notis ad Eginhardi vitam Caroli M. p. 102.*), aliqvid deſiderant, ac Lindebrogium iſtam ex recentiori atqve interpolato Franc. Pithoei exemplari obſervant publicaſſe, &, hanc ob cauſam, ingens inter illam, & Baſilii Joh. Heroldi, MStum antiqvum Fuldenſe ſecuti, editionem, *in Antiqq. Germanicarum libris* obviam, diſcrimen deprehendi. Gloſſarium, Codici huic a Lindebrogio adjectum, *optimum & utilisſimum vocat Herm. Conringius*, in *Notis ad Leonis III. Epiſtolas p. 54. Utilisſimum* etiam appellat Chriſtoph. Beſoldus *l. c., ad LL. intelligendas perutile* Burch. Goth. Struvius *l. c.* Commendant idem Joach. Hildebrandus *in præfat. ad Reginonis opus de diſcipl. Eccleſ., lit. b. 3. a.*, Joh. Vorſtius *in Specimine obſervationum in lingv. vernac. p. 82. 83.*, Ad. Tribbechovius *in Tr. de Doctoribus Scholaſticis p. 99.* Thom. Bartholinus (in Indicem juris Juſtinianei illud transmutans) *Diſſ. VI. de leg. Libris p. 194.*, Sam. Rachelius *in Introd. ad J. Publ. c. 11., p. 77.*, Mart. Schookius (*accuratisſimum* illud vocans) *in Belgio fœderato, Lib. 17. c. 5.*, J. Alb. Fabricius (*tam utile* illud *lectoribus* eſſe judicans, *qvam labore magno ſtetit autori*), *in Præf. cit. p. 9.*, J. G. Eccardus (cui *eruditum* audit) *in Hiſt. ſtudii Etymol. L. Germ., c. 5., p. 66.* Plagii labem illi aſpergere fruſtra conatur Diſputatio Rintelienſis *de antiqva Germanorum republica*, A. 1653., præſide Pet. Muſæo, & Reſpondente Guſt. Joh. Frid. Raſchio, habita, in cujus *theſi 52.* hæc verba leguntur: *Frid. Lindebrogius Codicem legum antiqvarum Heroldi & Gloſſario, & præterea plurimis aliis, auxit, disſimulato nomine P. Pithoei, cui multa debere tamen videtur.* Cenſuram enim hanc, a Franc. Irenico ψευδωνύμω in *Indicem autorum*, ſuo *ad Burgoldenſem collegio* adjectum *p. 90.*, temere tranſcriptam, falſam pariter atqve injuſtam eſſe, liqvido oſtendunt verba Lindebrogii, e *Prolegomenis* paulo ante recitata, in qvibus diſerte fatetur, ſe Franc. Pithoei *Gloſſarium in legem Salicam, & Capitulare Caroli M.*, totum ſuo intertexuiſſe. Juſtior eſt Dan. Georg. Morhofii (*in ſcripto de lingva & poeſi germanica vernaculo, P. I. p. 60.*) in Noſtrum animadverſio, qvæ multos eum in *Gloſſario*, dum etyma vocum inveſtigat, ob lingvæ Germanicæ contemptum, ac nimium peregrinarum ſtudium, errores commiſiſſe obſervat. J. Georg. Eccardus, *in Diſſ. de Uſu ſtudii Etymol. in Hiſt. lit. M. 4. b.*, Lindebrogii, Spelmanni & Cangii *ſtupendam lectionem & diligentiam* (in Gloſſariis) *ſuſpicit*, ſed *ſæpius eos perverſe, ſæpius male, ſæpisſime plane non, medios autores intellexiſſe*, fuſe a ſe, *in opere de lingvæ Germ. originibus*, oſtenſum iri pollicetur. Exemplar Codicis hujus, notis marginalibus, Lindebrogii ipſius manu hinc inde adjectis, auctum, in Biblioth. Johannæa Hamburgenſi ſupereſt. Cui præfixam qverelam ejuſdem de temerariis & indoctis laboris ſui cenſoribus, in Vinc. Placcii *T. I. Theatri Scr. Anon., c. 3., p. 220.*, reperies. Joh. Alb. Fabricius, *in Supplemento Biblioth. ſuæ Latinæ p. 334. 33 .*, reprehendi teſtatur Lindebrogium, qvod vocabula antiqva germanica, qvæ ſunt in editione Heroldi, prætermiſerit, & a Georg. Hickeſio (*in Diſſ. Epiſtolar. p. 96. & 153.*) *Virum* vocari *maximum, ſed lingvarum veterum ſeptentrionalium ſcientia ad id operis haud ſatis inſtructum.* Addit ibidem, Joh. Georg. Eccardum ſibi affirmaſſe, qvod Codicem hunc Lindebrogii *multis partibus meliorem* dare poſſit. Conf. eadem repetita *Vol. III. Biblioth. Lat. p. 832-835.*, ubi recuſus etiam exhibetur J. G. Eccardi *Conſpectus novi Codicis Legum veterum, a ſe cum Notis perpetuis edendi.*

Altercatio Hadriani Auguſti & Epicteti Philoſophi; item Diſputatio Pippini & Albini Scholaſtici. Hæc nova, illa auctior, una cum Frid. Lindebrogii ſelectarum qvæſtionum Satyra. Francofurti, apud Mich. Heringium, A. 1628. in 8. Expreſſa eſt hæc editio (cujus exemplar, notis & emendationibus Lindebrogii MStis auctum, in bibliotheca civitatis Hamburgenſis publica ſupereſt) ex Hamburgenſi, A. 1615. in 12. a fratre noſtri, Henrico, ex MSto Gottorpienſi, curata, de qva elogium illius poteſt conſuli.

Facti Species eines zu Papier gebrachten, aber unvollzogenen Teſtaments Sebaſtiani von Bergen, und darauf unterſchiedlicher Univerſitäten Rechtsbelehrungen, nebſt anderen Fragen. A. 1630. in 4to. Complectitur ſylloge hæc Reſponſa collegiorum juridicorum Colonienſis, Tubingenſis, Marpurgenſis, Altorfini, Ingolſtadienſis atqve Leidenſis, Caroli item Labbæi & Nic. Rigaltii, JCtorum Gallorum, in forenſi (cujus hiſtoriam in biographia attulimus) de teſtamento Bergiano controverſia, pro Lindebrogio, lata. Adjectum eſt illis, biennio poſt, ſimile Hug. Grotii de eadem judicium, Dockingshudæ ad Albim A. 1632. ſcriptum. Pro adverſariis Noſtri militat ſcriptum ſeqvens vernaculum, A. 1633. Hamburgi in 4to editum: *Conſilium pro pia cauſa deciſivum*, auch zwey auf die gantze Nieder- und Obergerichtliche Acta eingeholete Urtheile, ſamt Reſponſis der Juriſtiſchen Facultæten auf den 3. Sächſiſchen Academien, und andern Beylagen, darin ausgeführet und erörtert wird, daß, der wiederrechtlich angemaſten Appellation ungeachtet, das am Hamburgiſchen Niedergericht ergangnee Urtheil zu exeqviren ſey, in Sachen der Oberalten und Diaconen zu Hamburg, Kläger, wieder Frid. Lindebrog, J.U.D., Beklagten.

EX BIBLIOTHECA EJUS AB ALIIS SUNT EDITA:

Idacii, Epiſcopi in Gallæcia Lemicenſis, Chronicon, ſeu Continuatio potius Chronici Euſebiani, ab obitu Valentis Imp., ad tempora usqve Leonis, ſive A. C. 470., qvam, ex veteri codice a Noſtro exſcriptam, Joſ. Scaliger ſuæ Chronici Euſebiani editioni, Lugd. Bat. A. 1606. in fol. publicatæ, ſubjunxit. Confer de illa Gerh. Joh. Voſſii *Lib. 2. de Hiſt. Lat. c. 17. p. 230.*, & Joh. Gotfr. Olearii *Abacum Patrologicum p. 229.*

Hieronymi, Theologi Græci, Dialogus de Trinitate, ex ejus bibliotheca a Federico Morellio, P. P. Pariſino, cum verſione ſua latina, editus Lutetiæ A. 1612. in 8vo, & a Chriſt. Daumio, cum Gennadii Scholarii Dialogo de via ſalutis humanæ, aliisqve opuſculis græco-latinis, iterum recenſitus. Cygneæ A. 1677. in 8vo.

Mich. Pſelli Junioris Διδασκαλία παντοδαπή, ſive de omnifaria doctrina capita, qvæſtiones ac reſponſiones CXCIII., ex apographo ejus, in biblioth. Hamb. reliqvo, græce, cum verſione ſua latina, a Joh. Alb. Fabricio, *in appendice Partis I. Libri V. Biblioth. Græcæ*, ſub finem *Diatribæ* Leonis Allatii *de Pſellis, p. 69-184.*, editæ Hamburgi A. 1712. in 4.

SCRIPTA INEDITA ET AFFECTA,
QVÆ IN BIBLIOTHECA HAMBURGENSI SUPERSUNT,
absqve ordine & ſelectu recenſita.

Novæ emendationes atqve obſervationes ad autores a ſe editos,

Appendicem ſcil. Virgilii,
Statii Poemata,
Ammianum Marcellinum,
Heliodori optica,
Tres hiſtoriæ diverſarum gentium antiqvæ ſcriptores, &
Hadriani Auguſti atqve Epicteti altercationem.

De

De qvibus relegi poſſunt, paulo ante in ſcriptorum editorum catalogo annotata.

Notæ ad A. Perſii Satyras. in 4to.

Collectanea ad libros Juris Romani philologica. in 4to.

Collectanea ad enchiridion Epicteti. in 4to.

Variæ Lectt. ad editionem Commelinianam librorum Achillis Tatii de amoribus Clitophontis & Leucippes. in 4to.

Variæ Lectt. & emendatt. marginales ad Simplicii exegeſin græcam in Enchiridion Epicteti, duabus illius editionibus, Venetæ ſcilicet anni 1528., & Baſileenſi anni 1542., adjectæ. in 4to.

Variæ Lectt. & emendatt. marginales MStæ ad Dionyſii Afri Periegeſin orbis, a Priſciano latino carmine redditam, & editam ab Henr. Brucæo Roſtochii A. 1577. in 4to.

Notæ & emendatt. marginales ad Cenſorini Lib. de die natali, a fratre Henrico editum Hamburgi A. 1614. in 4to. (Male hanc edit. Cenſorini Friderico tribui in J. H. Bœcleri Bibliogr. Cur. ἀδεσπότῳ, *lit. E. 1. a.*, & G. M. Königii *Bibl. V. & N. p. 474.*, jam in *Homonymoſcop.*, *Sect. II.*, *c. 7.*, *§. 68.*, *p. 691.*, eſt monitum.)

Variæ Lectt. ac Notæ in Apulejum, a Bonav. Vulcanio editum. in 12.

Notæ marginales in editionem poematis Ovidiani in Ibin, Pariſiis A. 1573. in 4to excuſam.

Variæ Lectt. in Phalaridis Epiſtolas, Svetonium ac Symmachum. in 8vo.

Notæ & Collectanea in Fl. Vegetium de re militari. in 8vo. Laudantur a J. Alb. Fabricio, L. 3. Biblioth. Latinæ., c. 12., p. 618.

Annotationes juridico-philologicæ in Inſtitutionis Juris. in 4to.

Variæ Lectt. in Theophili Inſtitutionum, græce translatarum, lib. IV., ex cod. Franc. Pithoei. in 4to.

Variæ Lectt. in Plinii lib. tertium hiſtoriæ naturalis. in 4to.

Miſcellanea critica in ſcriptores qvosdam Hiſtoriæ Auguſtæ mutila. in 4to.

Variæ Lectt. in Cenſorinum, Oroſium, Plinii Epiſtolas, Minutium, Tertullianum de pallio, Fulgentii mythologias, Ocellum Lucanum, Notitiam imperii, Curopalaten, Vegetium de re militari, Catonem de re ruſtica & Appianum. in 4.

Variæ Lectt. in Anacreontem. in 4to.

Variæ Lectt. in Ælianum de aciebus ordinandis. in 4to.

Index geographicus & hiſtoricus in Solinum. in 4to. Solini *Polyhiſtor* a Jac. Graſſero Genevæ A. 1605. in 8. editus, a Lindebrogio autem cum 2. MSS. Gottorpienſibus, & Editionibus Spirenſi atqve Aldina, collatus, variisqve Animadverſionibus αὐτοχειρὶ, illuſtratus, e Biblioth. Gudiana ad Joh. Alb. Fabricium pervenit. V. ejus *Supplem. Biblioth. Lat.*, *L. 2.*, *c. 13*, *p. 191. 192.*

Index geographicus in Egeſippum. in 4to.

Variæ Lectt., excerpta & miſcellanea in Patres, atqve autores alios complures, græcos atqve latinos, & in his multa inedita. in 4.

Variæ Lectt. & Notæ in Chromatium. in 4to.

Emendationes marginales in Fauſti libellum de creaturis, qvod his nihil incorporei inſit, eiqve oppoſitos Claudiani Mamerti Libros III. de Statu Animæ, in Biblioth. Patrum excuſos. in fol.

Notæ & emendationes in editionem operum Sidonii Apollinaris, Lugduni Gallorum A. 1552. in 8vo publicatam.

Emendationes in Tertulliani Lib. de pallio, cum notis Franc. Junii, Lugduni Batavorum, A. 1595., in 4to excuſum.

Marculphi liber formularum publicorum privatorumqve negotiorum, editioni deſtinatus. in 4to.

Gennadii, Patriarchæ Conſtantinop., Confeſſio fidei græco latina, cum vett. codd. collata. in 4.

Synodus Aqvisgranenſis, juſſu Caroli M. habita; it. Paulini, Epiſc. Aqvilejenſis, Libellus contra Felicem & Elipandum, Epiſcopos, editioni deſtinatus. in 4.

Eunomii Hæretici Apologeticus, græce a Lindebrogio ex vet. cod. deſcriptus, cum verſione latina Jac. Fabricii Holſati. in 4. (*)

Iſidori Liber gloſſarum, ex Jos. Scaligeri cod. inedito deſcriptus. in fol. (*Ad hujus editionem maturandam eum hortatus eſt A. 1596. Is. Caſaubonus, in Epiſt. 53. edit. Græviana.*)

Pauli Warnefridi Liber de Epiſcopis Metenſibus, ex cod. Palatino exſcriptus, & illi a Marqv. Frehero transmiſſus, ab ipſo autem orbi literato A. 1611. promiſſus in *præfat. ad tres Hiſtoriæ diverſarum gentium antiqvæ ſcriptores.* in 4.

Notæ & emendationes ad Gennadii de dogmatibus eccleſiaſticis, & Epiſtolarum Martialis Lemovicenſis editionem, a Geverh. Elmenhorſtio Hamburgi A. 1614. in 4. publicatam.

Notæ & emendationes marginales ad ſcriptores Hiſtoriæ Germanicæ ſeptentrionalis, a parente ſuo, Erpoldo, Francofurti A. 1609. in fol. editos (Conf. de iſtis *Iſagogen meam ad Hiſt. Cimbr.*, *P. I. c. 6. §. 17, p. 92.*)

Annotationes & emendatt. ad Antiqq. Germanicarum libros, ſeu Leges Germanorum antiqvas, a Baſilio Joh. Heroldo, ex biblioth. Fuldenſi, Baſileæ A. 1557. in fol. editas.

Notulæ aliqvot in leges Longobardorum, a Nic. Boerio editas. in 8.

M. Wilhelmi de Orem Tractatus de moneta, cum notis & varr. lectt. in 4.

Legum Anglicarum libri IV., a Lindebrogio latine verſi. in 4.

Collectanea varia de annulis, de dæmonibus, de morte, de oſculis &c. in 4.

Collectanea juridico-philologica de ſervis, eorumqve conditionibus, poenis & manumiſſionibus. in fol. (Hæc ab aliqvo digeri, & in lucem edi, optant J. Alb. Fabricius in præfat. ad Erp. Lindebrogii ſcriptt. R. Germ. Septentr. *p. 9.*, & J. G. Eccardus *in Hiſtoria ſtudii Etymol. L. Germ.*, *c. 5.*, *p. 68.*), & Fabricius denuo *in Bibliogr. Antiqv.*, *c. 16.*, *p. 506.*

Decas Inſcriptionum, aut meliorum, aut nunqvam hactenus editarum, qvarum majorem partem A. 1604. ab Abr. de Bibran, Eqv. Sileſio, eſt nactus. in fol.

Miſcellaneorum critico-philologicorum volumina II., editioni, ni fallor, ab eo deſtinata. Adjectus eſt illis de Indo aleæ (cujus in iſtis antiqvitates illuſtrantur) liber Lamb. Danæi, Genevæ antea A. 1579. in 4. editus.

Collectanea critico-philologica de vocabulis antiqvis & rarioribus. in 8.

Schediaſma de pecunia nautica & trajectitia, ad verſus aliqvot libri IV. Ἀστρονομικῶν Manilii. in fol. (1. plag.).

Inſcriptiones rariores Florentinæ. in 4.

In aliis, præter Hamburgenſem, bibliothecis ſuperſunt;

Notæ atq; emendatt. MSS. in editionem Petronii Wowerianam, Lugduni Bat. A. 1596. in 12. excuſam, qvam poſſideo.

Notæ atqve Variæ Lectt. in antiqvos rei grammaticæ ſcriptores, Baſileæ A. 1527. in 8. editos, qvos a me Henricus Brakerus obtinuit.

(*) Occurrit etiam MStum hujus Apologetici in Biblioth. Gottorpienſi. Procemium & Epilogum ejus græco-latine exhibet Gvilh. Cave in *Hiſt. Scriptorum eccleſiaſt. literariis, p. 121-125.*

Boethii Libellus de unitate & uno, ac Libri II. de Arithmetica (Paris. 1521. in fol.), cum MS. collati, qvos inter libros ſcholæ Hamburg. Johannææ ſupereſſe J. Alb. Fabricius, *L. 3. Biblioth. Lat. c. 15., p. 647.*, teſtatur.

EPISTOLÆ INEDITÆ.

Aliqvot Epiſtolarum Frid. Lindebrogii centurias in bibliotheca Reinholdi Blomii, Pomeraniæ Svedicæ præſidis, latere tradit, ac editionem illarum deſiderat, Dan. Georg Morhofius *P. I. Polyhiſt. l. 1. c. 25. p. 314.* Sed vereor, ne has vir doctiſſimus ſubſtituerit in locum voluminis Epiſtolarum, a viris doctis ad Lindebrogium ſcriptarum, Blomiani, jam ſupra laudati, in qvo pauculæ tantum comparent Noſtri reſponſoriæ, I. ſcil. ad Vinc. Fabricium A. 1631., I. ad Pet. Cunæum A. 1631., I. ad Georg. Lud. Frobenium A. 1628., I. ad Senatum Hamburgenſem A. 1616., I. ad Janum Gruterum A. 1614., & I. ad Joh. Söldnerum A. 1643. ſcripta.

In Bibliotheca Hamburgenſi tantum ſuperſunt Epiſtolæ vernaculæ aliqvot, ab eo, de legatione ſua Anglica, ad Senatum Hamburgenſem, A. 1604. miſſæ, & tres latinæ, M. Jul. A. 1618. Pariſios ad Nic. Rigaltium (de variis ſcriptoribus tacticis), Pet. Puteanum (de Joh. Wouwerii jactantia & plagiis) ac Federicum Morellum, ſcriptæ.

Marqv. Gudius, vir illuſtris, duas ejus aſſervabat epiſtolas αὐτογράφους ad Pet. Lambecium, & unam ad Anonymum, de Wouwerii vitiis, d. 24. Aug. A. 1613. ſcriptam.

Tres ad Joh. Meurſium epiſtolæ ſuperſunt in volumine epiſtolarum, a viris doctis ad illum datarum, MSto, qvod vir ampliſſimus, Joh. Mohrius, poſſidet.

Epiſtola ad Suffridum Calignonium, Navarræ Cancellarium, allegatur a Gvilh. Saldeno, *Lib. 2. de Libris, eorumqve Uſu & Abuſu, c. ult. p. 425.*

OPERA AFFECTA, qvæ jam deſiderantur.

Editio Pomponii Melæ de ſitu orbis, ſuis atqve Pet. Ciacconii ſcholiis illuſtranda. Meminit ejus Andr. Schottus (a qvo Ciacconiana obtinuerat), in *Epiſt. ad Joh. Meurſium* inedita, A. 1624. ſcripta.

Editio Juvenalis, & vetuſti ejus interpretis, e MSto biblioth. ſuæ, ad qvam A. 1596. hortatus eum eſt Jos. Scaliger, *in Epiſt. 207., p. m. 458. 459.*

Tr. de ritibus eccleſiaſticis, qvi a paganis originem ſumpſiſſe videntur. Hunc ſe jam collegiſſe, & editurum eſſe, Joh. Meurſio A. 1603. (qvo Pariſiis vivebat), per epiſtolam, Id. Jun. ſcriptam, ſignificavit.

Scriptum de vita Joh. Wouwerii (qvocum diuturnæ ipſi, ob ſtudiorum æmulationem, interceſſere ſimultates), in epiſt. ad Anonymum de illo, paulo ante allegata, promiſſum, qvo vitia ejus atqve nævos haud dubie orbi detegere, ut animo ſuo in illum iniqviori ſatisfaceret, voluit.

Lexicon veteris ſermonis germanici, de qvo ita Hugo Grotius *in Epiſt.* ad Joh. Cordeſium A. 1633. ſcripta (*inter Epp. ad Gallos, num. 144. p. 310.*): *Laborat nunc Lindebrogius in concinnando Lexico veteris ſerm. germanici, & multa habet ad eam rem adjumenta, qvæ nec Spelmannus, nec alii, habuerunt. Erit id opus eruditis nec ingratum, nec inutile.* Gemina habet in Epiſt. ad Gerh. Joh. Voſſium d. 15. Apr. A. 1632. miſſa (*inter Epp. Remonſtrantium eccleſiaſticas, num. 518., p. 772.*): *Lindebrogius veteris ſerm. germanici Lexicon nobis adornat, magnis vett. librorum auxiliis.* Confer de illo D. G. Morhofii ſcriptum de lingva & poeſi german. vernaculum, *P. III. c. 3. p. 503. 504.* & *Polyhiſtoris Literarii Lib. IV., c. 4., n. 8., p. 37.*, meaqve *ad h. l. Hypomnemata p. 390.* Ubi is Lindebrogium ad hunc laborem cenſet fuiſſe peridoneum, qvod in gloſſariis antiqvis eſſet verſatiſſimus. Ingentem certe illorum numerum congeſſit, & bibliothecæ reliqvit Hamburgenſi. Superſunt inter illius MSta, præter gloſſarium latino-Theodiſcum membranaceum, qvod ſolum Morhofio innotuit, Bedæ ſive Ælfrici Gloſſaria duo alphabetica, Latino-Anglo-Saxonicum, & Anglo-Saxonico-Latinum, Liber Gloſſarum Iſidori, Gloſſarium Latino-Saxonicum, ex MS. Marci Velſeri, Gloſſarium Theotiscum ex membranis Franc. Pithoei, & alia ejusdem generis ſcripta ἀδέσποτα, illorumqve Fragmenta qvamplurima. Mentio Lexici iſtius honorifica etiam occurrit, ſed ex loco Morhofii, in M. Chriſt. Grübelii *Diſſ. de lingva Germanorum veteri & hodierna, c. 3.* (*V. Acta Erud. Lipſ., M. Febr. A. 1691. p. 54.*), *in Actis Erud. Lipſ., M. Dec. A. 1701., p. 530. 531.*, & *J. G. Eccardi Hiſt. ſtud. Etym. L. Germ., c. 5. p. 66. 67.*

ERICUS MAURITIUS Junior,

Itzehoæ in Stormaria d. 10. Aug. A. 1631. (1.), e familia honoratiſſima, primam e Weſtphalia originem trahente, natus, patrem habuit Ericum, oppidi tunc iſtius conſulem, ac Friderici poſtea tertii, Daniæ Regis, in Cimbria Procancellarium, alibi prolixius a nobis commendatum, avum Ottonem, urbis ejusdem Senatorem, proavum Joachimum, cauſarum forenſium patronum, abavum Ericum, conſulem itidem Itzehoenſem. Mater ei fuit Margareta, M. Nicol. Georgii, Parochi in agro vicino Nienbrocenſis, filia, ipſi ſuperſtes. A parentibus hisce, qvorum filius, inter 5. liberos, erat primogenitus, poſt prima literarum in ſchola patria tyrocinia, Hamburgum A. æt. 12. miſſus, in urbis iſtius ſchola ac Gymnaſio, egregie, tum in lingvis, tum in ſcientiis philoſophicis, ductu imprimis Joach. Jungii & Joh. Ad. Taſſii, profecit. Jurisprudentiæ hinc animum, parentis exemplo, applicuit, & duces ad adyta iſtius interiora eſt nactus, A. 1647. in acad. Witebergenſi, Auguſt. Strauchium & Gothofr. Svevum, cujus *IVtam Diſp. feudalem* publice defendit, A. 1649. in Viadrina Joh. Brunnemannum, A. 1650. in Gieſſena Greg. Tulsnerum, qvo præſide de accuſationis abolitione, magna cum laude, disputavit, & A. tandem 1653. in Tubingenſi Joh. Wurmſerum ac Wolfg. Ad. Lauterbachium, qvibus brabeutis A. 1654. Licentiati axioma reportavit. Tubinga in patriam reduci confeſtim a Joachimo Erneſto, Duce Holſato-Plönenſi (cui parens ipſius erat a Conſiliis), commiſſa eſt ephoria ſtudiorum filii ſui, Caroli Henrici. Qvocum initio Germaniam perluſtravit, inqve aula cæſarea diutius moratus, ac ad ipſius Imperatoris, Ferdinandi III., admiſſus colloqvium, in iſto Joh. Adolpho, Caroli Henrici fratri, legionem impetravit militarem (2.). Vienna in Hungariam perrexit, &, parte ejus chriſtiana peragrata, per Bohemiam atqve Saxoniam, in Cherſoneſum noſtram rediit. Sed non multo poſt, A. 1657., comite eodem Principe, novo ſe accinxit itineri, ac in Belgium Galliamqve profectus, Lutetiæ, ut bibliothecis atqve viris eruditis urbis iſtius frueretur, per menſes XV. continuos ſubſtitit, ac deinde Angliam, Scotiam, Hyberniam Italiamqve pervagatus, in aulis illarum & academiis celebrioribus diutius hæſit. In itineribus autem hisce, non ſolis peregrinatus eſt pedibus aut oculis, ſed & animum egregie doctrina multiplici, ac rerum civilium peritia, excoluit, cum viris eruditis celebrioribus familiaritatem contraxit, bibliothecas perreptavit, libros præſtantiores ſedulo conqviſivit, ac qvæcunqve ad rerum publicarum notitiam faciebant, tanta obſervavit accuratione, ut ſcripta & ſermones ejus hujus argumenti omnibus poſtea fuerint admirationi. Fine peregrinationibus impoſito, peninſulam natalem repetiit, ſed ob tempeſtatem, qvæ in ea tunc ſæviebat, bellicam, Muſis ſuis infeſtam,

(1.) juxta J. Nic. Hertii biographiam. In *Progr. Tubingenſi ad Diſp. inaug. invitatorio* ſubſtituitur annus 1632. (2.) teſte *Epiſtola* ipſius *ad Frid. Gonitum ab Aleſeld, A. 1677. ſcripta.*

feſtam, Heidelbergam ſe inde non multo poſt contulit, ac in academia Palatina, permiſſu Caroli Ludovici Electoris, juris publici doctrinam privatim aliqvoties propoſuit (3.), non autem, inter anteceſſores ordinarios (ſicut, cum Gotfr. Zeunero (4.), Actorum Lipſienſium tradunt collectores (5.)), locum obtinuit. Heidelberga A. 1660., ab Eberhardo III., Duce Würtembergico, Tubingam, ad Profeſſionem juris feudalis ac publici ordinariam, evocatus (6.), Doctoris ibi titulum confeſtim, M. Aprili, cum Georg. Ulr. Rumelino, Joh. Gravio brabevta, obtinuit, ac qvinqvennio poſt, A. 1665., Rectoratum academiæ, ſumma cum laude, adminiſtravit. Cum autem fama eruditionis ejus, ac dexteritatis in docendo, majora indies ſumeret incrementa, Chriſt. Albertus, Dux Holſato-Gottorpienſis, novæ, qvam A. eod. 1665. Kilonii erigebat academiæ Cimbricæ, ac patriæ ſuæ, poſtliminio eum aſſeruit, collata Pandectarum profeſſione, locoqve inter Anteceſſores primario, ac promiſſo ſtipendio 400. imperialium annuo. Interfuit illic d. 5. Oct. A. 1665. academiæ inaugurationi, & ordinis juridici nomine Orationem habuit panegyricam; anno autem ſeqv. 1666. ſecundus Acad. Rector (7.), & primus collegii ſui Decanus, electus, primos d. 22. Jan. creavit jurisprudentiæ Doctores, Sam. Rachelium, Nic. Martini & Joh. Georg. Pellicerum (8.), primam item habuit *de Libris juris communis, illorumqve uſu*, Diſputationem publicam (9.). A. 1667. vitæ thalamiqve ſociam III. Id. Sept. adſcivit Magdalenam, Joh. Chriſtoph. Schönbachii, J. U. D. ac Cancellarii provincialis Slesvigo-Holſatici, filiam, biennio poſt nuptias, cum ex acidulis Svalbacenſibus, marito comite, domum remearet, Groningæ prid. Kal. Nov., nulla prole edita, exſtinctam (10.). Vitam reliquam viduus atqve ἄπαις transegit, partim in civitate Kilonienſi, in qva, ſecundo collegii juridici Decanatu fungens, A. 1669. qvatuor novos Themidos myſtas doctorali iterum mitra ornavit, partim vero Spiræ, qvo vota Germaniæ totius, ſoli Cimbriæ hujus ætatis noſtræ Ulpiani atqve Cujacii poſſeſſionem invidentis, communemqve cum illa dotium ingenii ejus ſtupendarum uſum fructum exoptantis, A. 1672. ipſum pertraxerunt. Iſto enim Eberhardus III., Dux Würtembergicus, qvanto is olim Acad. ſua Tubingenſi fuiſſet ornamento, memor, & reliqvi circuli Svevici ordines, protodicaſterii auguſti Germanici, ſive Cameræ Spirenſis, aſſeſſorem, ac Legatum circuli Svevici in eadem perpetuum, in locum D. Dav. Bayeri, ipſum deſignarunt (11.), ac deſignatum tribunalis hujus ſupremi judicibus præſentarunt, a qvibus, poſt relationem de controverſia forenſi ardua doctiſſime conſcriptam, in ordinem ſuum mox eſt cooptatus. Splendido hoc munere, cui dignitas Conſiliarii a Leopoldo Imperatore (12.) & Electore Palatino (13.) ei collata, poſtmodum acceſſit, Auguſtæ Nemetum, ſumma & dexteritate, & integritate, eſt perfunctus, ad A. usqve 1689., qvo ex iſta, paulo ante miſerrimum illius, a Gallis ſolo æqvatæ, excidium, Francofurtum initio, ac deinde Wetzflariam, urbem in finibus Haſſiacis imperialem, ſeceſſit, bonaqve ſua omnia, & in his bibliothecam inſtructiſſimam, ne Vulcano atqve militibus in prædam cederent, eodem ſecum aſportavit. Wetzflariæ, in reſtaurato illic ſupremo judicio camerali Germanico, ad priſtinos juris dicendi labores rediit, ſed, annuo tantum ſpatio, & qvod excedit, inter illos, ac fori tædia, iterum tranſacto, in dyſenteriam incidit lethalem (14.), qvæ ſeni ſexagenario, A. C. 1691., d. 10. Sept. (15.), vitæ filum, ſummo cum Themidos, Muſarumqve omnium, luctu, abrupit. Luminibus ævi noſtri, ac ornamentis Cimbriæ atqve Germaniæ præcipuis, accenſeri meruit, non dotibus ſolum, qvibus natura eum beaverat, eximiis, ingenio nempe ſublimi, memoria capaciſſima pariter atqve tenaciſſima, & judicio admirabili, ſed aliis etiam, non minus ſtupendis, qvas harum ope, accedente induſtria haud vulgari, ſibi paraverat, incredibili ſcilicet in omnibus fere literaturæ partibus eruditione, & infinita fere omnis generis autorum, vetuſtiorum pariter atqve recentiorum, lectione. Eminebant in eo, præter univerſæ doctrinæ legalis cognitionem, cum pauciſſimis communem, & peritiam juris Germaniæ publici ac feudalis, in qvibus ſolus, ſine æmulo, regnabat, incomparabilem, hiſtoriæ omnis ævi, omniumqve populorum, non civilis ſolum, ſed & Eccleſiaſticæ atqve literariæ, notitia conſummatiſſima, prudentia politica inſignis, ſcientia philoſophiæ totius, & dogmatum ſingulis philoſophorum ſectis propriorum, accuratior, eaqve, ut rem in pauca contraham, πολυϊςορία, qvalem in ſolis heroibus literariis eruditi, ipſis coævi, obſtupuerunt. In ipſa theologiæ adyta mens ejus ignea penetraverat, Medicorum placita atqve arcana callebat, naturæ receſſus, non vulgari ſolum methodo, ſed & per experimenta, ſcrutabatur, imo ne a ſacris qvidem Chymiæ ſibi temperabat eleuſiniis, ut πολυγλωττίαν, & eximiam literarum elegantiorum cognitionem taceam. Has ingenii dotes non mediocriter commendabant, ſingularis morum ipſius ſvavitas, animi candor, ac vitæ integritas, a biographo ejus, J. Nic. Hertio, JCto Gieſſenſi, merito verbis hiſce deprædicatæ: *Moribus erat facillimis, animo candido ac aperto, natura lenis, mitis ac affabilis, vita honeſtiſſimus. Singularis in eo innocentia, integritas & abſtinentia, in tam perverſis ſeculi moribus, eminebant, vocibusqve publicis deprædicabantur.* Tantis prærogativis conſpicuo proclive erat Boineburgios, Hottingeros, Heinſios, Spanhemios, Boſios, Morhofios, aliosqve ordinis literarii in Germania, & regionibus exteris, primores, qvorum crebris compellabatur epiſtolis, amiciſſimos ſibi reddere, cæteros autem inferioris ſubſellii eruditos in doctrinæ ſuæ, atqve ſcriptorum exaſciatiſſimorum, rapere admirationem. Bibliothecam librorum cujuscunqve generis rariorum atqve præſtantiorum, nullis parcens ſumptibus, collegerat inſtructiſſimam, cujus, Hamburgi, M. Oct. A. 1694., publica ab hæredibus auctione diſtractæ, Catalogus ibidem in 8. prodiit. Huic nummorum veteris ævi ſelectiorum curioſam addiderat congeriem, e qva ipſi, peritiſſimo antiqvitatum arbitro, centenæ fere, Morhofio teſte (16.), in ſolam Romæ veteris hiſtoriam, natæ ſunt emendationes.

Biographiæ hujus Mauritianæ partem maximam debeo JOH. NICOL. HERTII, JCti Gieſſenſis, Prolegomenis de vita ipſius, Syntagmati Diſſertationum viri ſummi, a ſe collecto, & A. 1692. edito, præfixis, ac gemino *Programmati*, qvo collegium juridicum Tubingenſe A. 1654. Diſp. inauguralem, ac A. 1660. promotionem doctoralem illius, indixit. Reliqva ſuggeſſerunt autores in ea jam allegati.

Conferri etiam de ipſo poſſunt JOH. GALLOESII *Ephemerides eruditorum Gallicæ A. 1666., num. XLI., p. m. 557. 558. 559.*, ACTA ERUD. Lipſienſia, *M. Dec. A. 1693. p. 545. 546.*, & *M. Jan. A. 1694. p. 22. 23.*, DAN. GEORG. MORHO-

(3.) *V. præfat. Speciminis Diſſertt. de principiis J. publ.* (4.) *in Parnaſſo autumnali vernaculo Anni 1692. p. 51. 52.* (5.) *M. Dec. A. 1693 p. 545.* (6.) *V. præfat. Speciminis modo laudatam.* (7.) V. Morhofii in Rectoratum hunc ejus Epigramma, *in Primitiis Parnaſſi Kilon p. 29.* (8.) V. Pet. Muſæi *Programma de promotionibus academicis Kilonienſibus.* (9.) V. Morhofii *Deſcriptionem Actorum primæ promotionis Kilonienſis p. 6.*, & Epigr. in hanc Diſp., *in Primitiis Parn. Kilon. p. 16. 17.* (10.) Nuptiis ejus applauſerunt Joh. Mich. Dilherrus & Chriſtoph. Arnoldus, gratulationibus metricis, Norimbergæ excuſis, Dan. item Georg. Morhofius inſcriptione arguta de venere Fontana, 3. Epigrammatis latinis, luſu Anacreontico (*in Veneribus Novis p. 22-36.* obviis), ac epithalamio vernaculo (*in Poematum Germanicorum ſylloge p. 65 66 67.* occurrente). (11.) V. Joh. Deckeri *Notas in Ordinat. cameralem, Vindiciis Juris Cameralis præfixas, p. 181.* (12.) V. Epitaphium ejus, infra recitandum. (13.) teſte Gothofr. Zeunero *l. c. p. 51 52.* (14.) V. Wilh. Ern. Tenzelii *colloqvia menſtr. vernac.*, *M. Jan. A. 1692. p. 57.* (15.) Hunc emortualem ei fuiſſe teſtatur Epitaphium Wetzflarienſe, mox exhibendum. Falluntur ergo Wilh. Ern. Tenzelius, qvi (*l. c.*) diem $\frac{12}{22}$ Sept., ac Joh. Nic. Hertius, qvi (in biographia Noſtri, Diſſertationibus ejus præfixa), una cum Actorum Lipſienſium collectoribus, ipſum ſecutis (*M. Dec. A. 1693. p. 545.*), d. 14. Oct. ſubſtituit. (16.) *in Lect. Polyhiſtoricis MSS*, *c. 15.*

MORHOFIUS *locis jam allegatis, it. in Autoſchediasm. poet. p. 6. 7. 8., & in Ep. de transmut. metall. p. 133.*, CHRIST. WILH. EYBENIUS *in Eponymologio Tob. Magiri aucto p. 575. 576. 577.*, CORN. a BEUGHEM *in Bibliogr. Juridico-Polit. p. 111.*, GEORG. ABR. MERCLINUS *in Lindenio renovato p. 262.*, JOH. GEORG. SULPITIUS, ſive KULPISIUS, *in Diſſ. de ſtudio Juris Publici p. 20. 85. 86. 87.*, JOH. CHRISTOPH. RUMETSCHIUS *in Aqvila Leopoldina p. 96. 103., in Schediasm. de hiſt. Theol. Evang. p. 82., & in Diſſ. de Turcarum converſione vel everſione p. 75.*, GEORG. FRANCUS *in dedic. Orationis de ſtudiorum noxa, Heidelbergæ A. 1675. editæ, ipſique inſcriptæ*, SEB. SCHEFFERUS *in Ep. ad eum dedicatoria, Caſp. Hofmanni in Galeni Libb. VI. de ſanitate tuenda commentario A. 1680. præfixa*, AUTOR Anonymus *de la ſuite d' Europe vivant (ed. Genev. 1671.) p. m. 497.*, ISAGOGE mea *ad Hiſt. Cimbr., P. I. c. 15. §. 14. p. 271., §. 20. & 21. p. 279. 281., & P. IV. c. 1. §. 4. p. 371.*, SAM. REYHERUS *in Diſp. de JCtis recentioribus*, Kilonii A. 1708. edita, & *in Hiſtoria Juris univerſali, c. 31., p. 248-251.*

Conr. Sam. Schurtzfleiſchii ad illum Epiſtola, A. 1680. exarata, legitur *Tomo I. Epiſtolarum arcanarum*, Halæ A. 1711. edito, *num. 40., p. 61. 62.*

EPITAPHIUM,

Wetzflariæ, in templo majori, ab Hæredibus ei erectum, & a Joh. Nic. Hertio (*l. c.*) exhibitum:

Siſte viator gradum. Candido enim hoc marmore candor vel ipſe conditur: illuſtris ac maxime ſtrenuus Dn. ERICUS MAURITIUS JCtus, vir multæ eruditionis fama longe conſpicuus, in almis Germaniæ Academiis, Tubingenſi & Kilonienſi, Juris qvondam Anteceſſor undiqvaqve celeberrimus, S. Cæs. Maj. Conſiliarius, & in ſupremo S. Imperii judicio camerali Senator & Aſſeſſor, Circuli Svevici Legatus perpetuus: ad ſumma qvæqve, ex illuſtri Mauritiorum familia, natus Itzehoæ Holſatorum, A. O. R. cIↃIↃCXXXI., d. X. Aug., luſtratisqve Auſtriæ, Pannoniæ, Italiæ, Galliæ, Angliæ, Scotiæ, Belgii, finibus, ſummis jugiter muniis, cum integritate & prudentia ſumma, perfunctus: pie tandem & placide vita defunctus heic Wetzlariæ, A. O. R. cIↃIↃCXCI., d. X. Sept., æt. LX. M. I., D. V. Poſteros ex ſe nullos, poſteritati vero reliqvit ſcripta cedro digniſſima, qveis vel ævo coæva fama, ſupra tanti viri ruinas, ſtat nunqvam ruitura. Qvi tranſis, hæc habe, & fave.

ELOGIA.

EBERHARDUS III., Dux Würtembergicus, in literis, qvibus cameræ imperiali A. 1672. illum præſentavit, eum vocat einen, wegen ſeiner guten Qvalitäten und Reichserfahrenheit, in dem Schwäbiſchen Kreyſe wol renommirten und bekandten Mann. V. Joh. Deckheri *notas ad Ordinat. cameralem, Vindiciis Juris Reiqve Cameralis præfixas, p. 181.*

EZECH. SPANHEMIUS, *in præfat. operis de præſtantia numiſmatum*, inter præcipuos rei nummariæ ſcriptores & magiſtros, eum commendat, teſte Morhofio, *in Lect. polyhiſtoricis MSS., c. 15.*

JAC. THOMASIO (*in Tr. de Plagio Literario §. 591.*) audit *Vir conſultiſſimus.*

JOH. AND. BOSIO (*in Exerc. ad periocham Joſephi de Chriſto p. 74.*) *JCtus clariſſimus, & amicus ſuus magnus.*

JOH. HENR. BOECLERO, *in Notitia S. Rom. Imperii, L. 12. c. 7., p. 174., Vir Doctiſſimus & Celeberrimus.*

HULD. EYBENIO, cameræ imp. aſſeſſori (*in Diſſ. de titulo Nobilis §. 30.*), *Vir ſummus.*

GERH. FELTMANNO, JCto Bremenſi (*Lib. 1. de titulis honorum, c. 75. §. 1.*), *Egregium univerſitatis Kilonienſis ſidus.*

JOH. CHRISTOPH. WAGENSEILIO (*in Comm. de S. R. I. officialibus, c. 18. p. 292.*) *Venerabilis qvondam Juris in Academiis antiſtes & ſacerdos, nunc in ſupremo cameræ Spirenſis tribunali adminiſtrator, cujus ingens eſt autoritas.*

CHRIST. KORTHOLTO (*in Apol. pro Valeriano Confeſſore, contra Anonymum Capuccinum, p. 2.*) *Polyhiſtor, & vir humaniſſimus.*

MATTHIÆ WASMUHTO (*in Programm. Anti-Conringiano p. 29.*) JCtus *celeberrimus, & magnis exterorum amicitiis clarus.*

AD. TRIBBECHOVIO (*in Diſſ. de philos. morum barbarica p. 52.*) *JCtus celeberrimus.*

CONR. SAM. SCHURTZFLEISCHIO (*in Rebus Sveo-Gothicis p. 40.*) *Vir juris conſultiſſimus.* Idem *T. I. Epiſtolarum arcanarum Ep. 42. ad Caſp. Zieglerum, p. 65. 66.*, eum vocat *Virum jureconſultisſimum, cujus & reconditam doctrinam, & humanitatem, vix ſatis exprimere qveat.* Addit: *Abundat numis, gemmis, lapidibus Memphiticis, ſigillis veterum tabulisqve, & raris antiqvitatum monumentis, qvorum copiam mihi fecit, ac ita ſe probavit, ut Car. Patino eum præferendum cenſeam.* Idem in *Programmate profesſionis hiſtoricæ Witebergenſis auſpicali*, A. 1677. edito (inter *Diſſertt. academicas, num. 13., p. 49.*), Caſp. Zieglerum, Joh. Strauchium, Er. Mauritium, Joh. Eichelium, Georg. Ad. Struvium, Gerh. Maſtrichtium, aliosqve nonnullos JCtos Germanos, vocat *Viros hiſtoriæ pariter atqve juris prudentisſimos, qvorum libri & ſchedæ veram ſemperqve duraturam noſtratis hujus eruditionis* (hiſtoricæ) *gloriam ſervant.*

ACTORUM LIPSIENSIUM Collectoribus (*M. Dec. A. 1693. p. 545.*) *Vir magni inter Jureconſultos Germaniæ nominis, in Acadd. Heidelbergenſi, Tubingenſi & Kilonienſi, Anteceſſoris munere, ſummo cum decore, functus*, it. (*M. Jan. A. 1694. p. 22.*) *Vir excellentisſimus, qvi eam in orbe erudito, ſcriptis ſuis edecumatis, ſibi acqviſivit famam, qvæ ipſum a mortalitate facile vindicabit*; it. (*M. Sept. A. 1698. p. 407.*) *Vir doctisſimus*, it. (*M. Aug. A. 1699. p. 362.*) *Vir ſine controverſia doctisſimus, & in jure publico illuſtre nomen conſecutus.*

CASP. SAGITTARIO (*in Introd. in Hiſt. Eccl. c. 9. p. 64.*) *Magnus ille JCtus.*

JOH. DECKHERO, Cam. Imp. Advocato (*in Introduct. ad notitiam juris reiqve cameralis, Vindiciis ejusdem præfixa, c. 2. p. 20.*) *Vir magnus, & JCtus eminentisſimus.*

JOH. GEORG. KULPISIO (*in Diſſ. de ſtudio J. Publ. p. 85. 86.*) *Vir ſummus & illuſtris, cujus Diſſertationes de argumentis juris publici, apud omnes ſolide doctos ſummo in pretio habentur; ſcriptor optimus, cujus ſumma eruditio, experientia longa, judicium acerrimum, & explicandi dexteritas, ſatis ſunt perſpecta*; it. (*P. II. Commentatt. ad Sev. de Monzambano p. 187. 188.*) *Vir ſummus.*

JOH. EISENHARTO, JCto Helmſtadienſi (*in Progr. de theoria & protheoria juriſprudentiæ*, A. 1677. edito, & ab Eybenio Jun. *l. c.* allegato), *Vir illuſtris, interqve eminentiores Germaniæ JCtos, cum paucis, memorandus.*

CONR. SINCERO (*in Tr. de vett. Germ. legibus, ac juris Rom. origine p. 42.*, teſte eod. Eybenio *in Eponymologio*) *Illuſtris JCtus.*

JOH. HENR. MAJO, Theol. Gieſſenſi (*in Epigrammate, imagini ejus, Diſſertationibus præfixæ, adjecto*) *Juſtitiæ murus, & docti orbis gloria.*

WILH. ERN. TENZELIO (*in Colloqv. Menſtr. Vernac., M. Jan. A. 1692. p. 57.*) Ein Mann, deſſen Diſſertationes gemeiniglich rarioris argumenti, und bey den Gelahrten in guter æſtim ſind.

JOH. WERLHOFIO (*in Or. de Juriſprud. & civilium ſtudiorum nexu, p. 12.) Vir illuſtri dignitate, atqve rara eruditone, juxta conſpicuus.* Eidem (*in Diſſ. de alienatione & conceſſione Regalium, §. 2., p. 5.) Vir, etiam poſt mortem, haud inter ultima Germaniæ eruditæ noſtro ſeculo decora nominandus.*

JOH. PHIL. DATTIO, Conſil. Würtemberg., in *opere de pace imperii publica*, A. 1698. edito, *L. 4., c. 2., p. 734.*, ac alibi ſæpius, *Vir doctisſimus.*

JOH. CHRISTOPH. RUMETSCHIO, Scholæ Spirenſis Rectori (*in Diſſ. de Hiſt. Theoll. Evang. p. 82.) Vir meritis in remp. lit. illuſtris, omnibus titulis major, omnibus elogiis ſuperior*; item (*in Diſſ. de Turcarum converſione vel everſione p. 75.) Vir & eruditionis, & dignitatis, ſplendore illuſtris*, βιβλιοθήκη ἔμψυχος, ϗ περιπατοῦν μουσεῖον; item (*in Aqvila Leopoldina p. 96.) Non ignobile Muſarum decus, vir omnibus titulis, omnibus elogiis, major*; it. (*ib. p. 103.) celeberrimi nominis JCtus, cujus ſcripta doctior orbis miratur.*

GEORG. WOLFG. WEDELIUS, Med. PP. Jen., *in progreſſu Acad. Nat. Curioſorum*, A. 1680. edito, hujus eum fautoribus, ob rerum naturalium ſcientiam, accenſet.

SEB. SCHEFFERUS, Poliater Francofurt. (*in Ep. ad eum dedicatoria, Caſp. Hofmanni Commentario in Galeni Libb. de tuenda ſanitate A. 1680. præfixa*), itidem ſummam ejus rerum naturalium & medicarum peritiam deprædicat.

JOH. NIC. HERTIUS, JCtus Gieſſenſis, in biographia ejus, volumini Diſſertationum A. 1692. præfixa, ita de illo: *Memoriam habuit capaciſſimam, & judicium non vulgare, adhæc in eligendis ſententiis, qvæ interdum ſtudia ſcindunt, moderatum. Per diſciplinarum genus omne, jurisprudentia non contentus, ſagacem animum circumferebat. Multiplici diverſarum lingvarum cognitione utebatur, & nullum genus jurisprudentiæ, nihil, qvod illuſtriorem eam faceret, ignorabat. Qvanta rerum Germanicarum notitia fueris inſtructus, ſcripta loqvuntur. In Theologicis quoque, medicis, chymicis, ac naturalibus rebus, non mediocriter erat verſatus.*

DAN. GEORG. MORHOFIUS, præ cœteris omnibus, in laudibus ejus ac ingenii dotibus extollendis, prolixus eſt paſſim atqve operoſus. *Orat. VIII.* (*de fructibus in Holſatiam ex acad. Kilonienſi redundantibus*) *p. 225.* ita de illo ſcribit: *Primum in hac acad. anteceſſorem, & variæ doctrinæ & jurisprudentiæ gloria celebratiſſimum, ad ſummum imperii noſtri tribunal evectum meminiſſe pleriqve poſſumus: qvi, ut huic academiæ, dum hic doceret, inſigni ornamento fuit, magnumqve ſui deſiderium nobis reliqvit, ita in hunc usqve diem illuſtri ſpartæ ſuæ ita præeſt, ut vel nunc qvoqve, cum noſter amplius non eſt, ejus memoria decori nobis eſſe videatur. In Epiſt. de Transmut. Metall. p. 133.* eum vocat *Magnum, non jurisprudentiæ ſolum, ſed & omnis elegantioris doctrinæ, decus*; In *Acroaſibus inedd. de notitia autorum c. 26., & T. III. Polyhiſt., Lib. 6., Sect. 9., p. 110., ſcriptorem magna diligentia argumenta juris publici perſecutum*; In *Programm. ad exeqvias ſororis ejus* invitatorio, A. 1685. excuſo; *Virum jurisprudentiæ ſolidioris ſcientia & variæ eruditionis dotibus, inſignem, magnum Acad. Kilonienſis ornamentum*; In *Primitiis Parnaſſi Kilon. p. 17., bibliothecam ſpirantem.* In *Epigrammate Imo* in nuptias illius (*V. Veneres novas p. 24.*) ita eum alloqvitur:

Improbe Caſtalii, Mauriti, o helluo fontis,
Mauriti, Aonii gloria ſumma chori,
Cujus in immenſos diffuſa ſcientia rivos
Ingenio totum colligit oceanum,
Seqvana cui Rhodanusqve, & Rhenus, & Albis, & Iſter,
Diſtribuere ſuas undiqve & undiqve opes.

In Luſu anacreontico, iisdem nuptiis ſacro (*ib. p. 27.*), his Noſtrum metris commendat:

Mauritium canemus,
Qvem Phœbus ipſe, qvemqve
Novem Chorus Sororum,
Parnaſſiis ſub antris
Nutrivit, educavit,
Cui ipſa Diva totam
Aſtræa ſe dicavit,
Numerosqve cui per omnes
Eſt abſoluta virtus.

Autoſchediasmatis deniqve ſuis *Poeticis, p. 6. 7. 8.*, inſeruit Carmen ad Er. Mauritium, *polyhiſtorem celeberrimum*, Jambicum, calcar ei addens, *ut varia ſua, tam in jurisprudentia, qvam in varia literatura, Scripta eruditiſſima edat* (*). Initium ejus adjicio:

Qvid nectis iſtas, docte cunctator, moras?
Qvid fingis & refingis, ornas, expolis,
Jam per tot annos perpolitas paginas,
Qvas ornat illuſtratqve nativus decor,
Qvas ipſa nectare perpluit ſuo charis,
Qveis ipſa ſecla ſpondet immortalitas?
Qvid vota fallis iſta hiantis ſeculi?
Qvid eruditi ſpernis orbis omina?
Vir litterarum promiconde, maximum
Cimbris dature nomen & decus tuis,
Cui ſacra fonte ſurgit æterno Themis,
Cujus per ima ſumma cuncta volvitur,
Per qvicqvid altum eſt, qvicqvid addiſci poteſt,
Mens vaſta, mens profunda, mens pulcherrima.
Ecqvando pandes mentis hunc uterum tuæ,
Incomparabilisqve fœtus ingeni
Mittes in auras, inqve lucem proferes?
Nil addet illis tempus, & ſegnis mora,
Qvæ tardat acres mentis impetus tuæ.
Ne tu moras morare; nam vel unica
Vigilata nox tibi ferre ſeculum poteſt.
Tuæ vel una ſufficit famæ dies, &c.

Conf. ejusd. *Opera poetica, L. 3. Charitum p. 187. 188., L. 3. Manium p. 539. 540., & in Prætermisſis p. 905-908.*

VINC. PLACCIO (*T. I. Theatri Scr. Anon., c. 3., p. 216.) JCtus* audit *celeberrimus.* Conf. *p. 237.*

M. DAN. GRÜCKLERUS, Paſt. Bulac. in Duc. Würtemb., ita de illo, *in Somniis inſomnibus, A. 1700. editis, Cent. II., Epigr. 26., p. 41.*:

Iſtum jura locant jure inter ſidera, qvod ſit
Ingenuus vita, mirus at ingenio.

BURCH. GOTH. STRUVIUS, in *Biblioth. juris ſelecta, c. 11., §. 11., p. 183., ſingulas* Mauritii *Diſſertationes ordine, & cum magna induſtria, elaboratas eſſe*, pronunciat.

CAR. ARNDIUS, *in Biblioth. politico-heraldica p. 265.*, ipſum *Magnum illud inter JCtos Germaniæ nomen*, ſcripta autem ejus *& doctrinæ ubertate, & praxeos utilitate, refertisſima, appellat.*

ISAGOGE *mea ad Hiſt. Cherſ. Cimbr.*, cum merito ſalutavit (*P. I. c. 15. §. 14. p. 271.) JCtum Germaniæ univerſæ h. t. eminentisſimum*; it. (*P. IV. c. 1. §. 4. p. 371.) myſtarum Themidos noſtra ætate* πολυμαθέστατον, *& doctorum J. Publ. anteſignanum.*

(*) Occurrit illud etiam totum in Chriſt. Wilh. Eybenii *Eponymologio Tob. Magiri critico aucto, p. 576. 577.*

SCRIPTA.

ℵ. EDITA.

Diſp. de Legibus, Præſide Mich. Wendelero, Phil. Pract. PP., propoſita, Witeb. circa A. 1648. in 4. (*V. J. N. Hertii Biogr.*)

Diſp. de abolitione accuſationis, Præſide Greg. Tulsnero, J. U. D. & Pand. PP., propoſita, Gieſſæ 1652. in 4. Recuſa in *Volumine Diſſertationum*, Francofurti A. 1692. in 4. edito, *num. 20., p. 1169-1208.*

Poſitiones Juris controverſæ inaugurales, pro doctoratu, Præſide D. Wolfg. Ad. Lauterbachio, propoſitæ, Tub. 1654. in 4. Recuſæ, tum in *Tomo IV. Diſputationum*, Præſide Lauterbachio habitarum, ac Tubingæ in 4. impreſſarum, tum in Volumine Diſſertationum ipſius Mauritii, A. 1692. edito, *num. 22., p. 1246-1256.*

Gabr. Naudæi Diſſ. de ratione bibliothecam erigendi, cum præfat., notis, & epiſtolis duabus, de præcipuis ac ineditis nonnullis Galliæ & Germaniæ bibliothecarum MStis, ab eo edita Hamb. 1658. in 12., teſte Ant. Teiſerio *in Catal. Catalogorum p. 210.* Ego hanc editionem nunqvam vidi, &, an prodierit, dubito, qvamvis promiſſam ab eo eſſe recorder, *in Catal. Nund. Vern. Lipſ. A. 1658. p. 30.*

Diſſ. juris publici de Nobilitate, imprimis Germanica. Tub. 1660. in 4. Recuſa in *Volum. Diſſertt., num. 6., p. 285-337.*

Diſp. de citatione ad reaſſumendam cauſam, pro loco in facult. jurid. habita. Tub. 1660. in 4. Recuſa in *Volum. Diſſertt., num. 11., p. 547-588.* Commendatur, & *egregia* vocatur, a Burgoldenſi, ſive Phil. Andr. Oldenburgero, *Parte III. Diſcurſuum ad inſtrum. pacis, Diſc. V., p. 44. Conf. P. II., Diſc. 20. p. 220.*

Diſſ. de denuntiatione Sagarum, vom Angeben der Hexen, usqve, qvæ ad eam recte intelligendam faciunt, ab ipſo conſcripta, &, ſub ejus præſidio, pro gradu Licentiæ conſeqvendo, defenſa a Chriſtoph. Daurero Hamburgenſi. Tub. 1664. in 4. Recuſa in *Volumine Diſſertt., num. 19., p. 1035-1169.*, cum Conſilio ejusdem argumenti. Methodum atqve argumentum illius recenſet Joh. Galloeſius, in *Ephemeridibus erudd. Gallicis, A. 1666. publicatis, Ephem. 41., ad d. 13. Dec., p. 557. 558. 559. verſ. lat. Nitſchianæ*, judicatqve, autorem non ſolum ſagarum exiſtentiam, ex S. ſcript., teſtimoniis fide dignis, & omnium nationum conſenſu, probaſſe, ſed & rationum, qvæ in contrarium adducuntur, *accuratisſimam* exhibuiſſe *ſolutionem*. Commendant eandem, ob demonſtratam egregie, ex omnium gentium conſenſu, veneficarum, & actionum magicarum, exiſtentiam, Theoph. Spizelius *in Fel. Lit. p. 156. 157.*, & D. G. Morhofius *T. II. Polyhiſt., Lib. III., p. 495.*

Poſitionum Juris Feudalis controverſi Decades XVI., in Acad. Tubingenſi Diſputationibus XV. propoſitæ. Tub. 1664. & 1665. in 4. Recuſæ, cum præfatione prolixa F. P. L. E., auditoris ejus, Kil. 1673. in 4. (qvam tertiam eſſe illarum editionem titulus teſtatur). Exſtant etiam in *volumine Diſſertationum, num. 15., p. 692-767.* Excuſſit in iis, ad ſingulas controverſias, omnes, qvos habere potuit, ſcriptores feudales, præcipue recentiores, expenſisqve accurate rationibus, cum judicio ſententiam dixit, ea, qvæ nunc inter doctores ad certitudinem aliqvam ſunt redacta, a dubiis & controverſis ſeparavit, ac ſimul monuit, qvæ ſententia textui aut conſvetudini congruat, vel a camera imperiali ac JCtorum collegiis probetur, teſte Anonymo præfationis autore. Qvi etiam refert, autorem duas alias Decades voluiſſe adjicere, ſed vocatione ad cameram imperialem, ne id faceret, eſſe impeditum, has autem, qvæ lucem aſpexere, ſcriptoribus aliis de controverſiis juris feudalis, a Ben. Carpzovio Jun. (*in Diſſ. de oneribus vaſalli feudalis*) & Georg. Ad. Struvio, præferri meruiſſe. Commendat easdem, *qvod delectum habeant aſſertionum ex plerisqve, qvi & ab utraqve parte citantur, autoribus*, Nic. Chr. Lynckerus *L. 2. Inſtructorii Forenſis, Sect. II., P. I., c. 2., lit. e. 1. a.* & Burch. Goth. Struvius *in Bibl. Jur. Sel., c. 9., §. 6., p. 291.*

Diſſ. juris publici de Receſſibus imperii, von des Römiſchen Reiches Abſchieden, Reſp. Eitelio Bernhardo, L. Bar. a Stein, habita. Tub. 1664. in 4. Ibid. 1687. in 4., Ibid. A. 1691. in 4. Recuſa eſt etiam in *Tomo III. Exercitationum Juris Publici*, ab Ahaſv. Fritſchio collectarum, Rudolſtadii A. 1670. in 4. edito, *num. 2.*, & in *Volumine Diſſertt.* Mauritii, A. 1692. publicato, *num. 3., p. 123-169. Egregia* vocatur a J. Henr. Bœclero, teſte Mich. Hertzio, *in Biblioth. Germ. P. I. lit. O. 1. a.*, *doctiſſima* a J. G. Kulpiſio *in Commentt. ad Monzambanum, P. II. p. 179. elegans* a J. Henr. Bœclero *in Notitia S. Rom. Imperii, Lib. 12., c. 7., p. 174.* Commendatur etiam a Joh. Deckhero *in Vindd. Juris Cameralis p. 17.*, Burch. Goth. Struvio *in Biblioth. Juris ſelecta, c. 11., §. 2., p. 333.*, Sam. Rachelio *in Introd. ad Jus Publ., c. 9., p. 60.*, & D. G. Morhofio *T. III. Polyhiſt., Lib. 6., Sect. 9., p. 109. 110.*

Diſſertationum de principiis Juris Publici Specimen, ubi de jure naturæ qvædam, ad mentem imprimis orientalium populorum, & Græciæ Philoſophorum, diſceptantur, duabus exercitationibus propoſitum. Tub. 1665. in 4. Recuſum A. 1692., in *Volumine Diſſertationum, num. 1., p. 1-91.* Initium hoc ſaltem eſt operis majoris affecti de principiis juris publici, imprimis Germanici, paulo poſt inter inedita prolixius commendandi, &, præter prolegomena generalia, tractationem de primo tantum principio, jure ſc. naturæ, eamqve imperfectam (Deſiderantur enim, qvæ de illo, ad mentem ſcriptorum, latinorum, Patrum, Scholaſticorum, Moraliſtarum, aliorumqve recentiorum, Diatriba peculiari, *in præf.* promiſſa, voluit adjicere), exhibet. Publicatum eſt ab ipſo, hortatu Joh. Chriſtiani, Baronis a Boineburg, Muſagetæ illuſtris, aliorumqve virorum celebrium, ἀκριβείᾳ autem ſua, & eruditione varia, applauſum meruit ingentem, ac deſiderium totius operis inediti vehementius in eruditorum animis excitavit. Dan. Georg. Morhofio (*T. III. Polyhiſt., Lib. 6., Sect. 1., p. 75., in Prælectt. inedd. de notitia autorum c. 26.*) audit *ſpecimen breve qvidem, ſed doctum & ſpecioſum.* Ob accurationem laudatur a J. G. Kulpiſio *in Diſſ. de ſtudio J. Publ. p. 85.* Commendatur etiam a Chriſt. Henelio *in Statua Mercuriali jurisprud. p. 240., ac alibi*, & Burch. Gotth. Struvio *in Biblioth. Juris ſelecta, c. 11., §. 1., p. 332. 333.*

Oratio in laudem Friderici ac Chriſtiani Alberti, Ducum Holſatiæ, in introductione Acad. Kilonienſis, d. 6. Oct. A. 1665. habita. Exſtat in appendice Hiſtoriæ Inaugurationis Academiæ Kilonienſis, ab Alex. Jul. Torqvato Slesvigæ A. 1666. in fol. editæ.

Or. de graduum academicorum origine, in prima promotione academica Kilonienſi, d. 22. Jan. A. 1666., recitata. Occurrit in eadem appendice. *Elegantisſima* vocatur a Joh. Chriſt. Ittero, *in Lib. de Honoribus ſeu Gradibus Academicis, c. 1., §. 3., p. 4.* Recuſa inter D. G. Morhofii Diſſertt. acad. & epiſtolicas, Hamb. A. 1699. in 4. junctim editas, p. 204-217. ſubjuncta etiam eſt ſecundæ atqve auctiori editioni *Tractatus* Joh. Chriſt. Itteri *de honoribus gradibusqve academicis*, Francof. A. 1698. in 4. excuſæ. Initia graduum iſtorum academiæ deberi probat Pariſinæ, in qva Sec. XIII. (inter A. 1223. & 1231.) conferri Candidatis cœperint.

Poſitiones ſelectiores de libris juris communis, horumqve uſu, ex prælectionibus publicis excerptæ. Kil. 1666. in 4. Recuſæ in *Volumine Diſſertt., num. 2., p. 91-123.*, & in *Primis Juſtinianeis* variorum, Coburgi A. 1708. *in 12.* junctim excuſis, *p. 231-305.* Prima hæc eſt Diſputatio, in Acad. Kilonienſi habita, & commendatur a D. G. Morhofio,

tum

tum in peculiari Epigrammate (qvod *Primitiæ Parnaſſi Kilon. p.16.17.* exhibent), tum in *Deſcriptione Actorum primæ promotionis Kilonienſis p.6., ac T. III. Polyhiſt., Lib. 6., p. 85.* Deprædicat eandem, tanqvam *plane ſingularem, ob rariora pluſcula, nec alibi legenda*, Vinc. Placcius *in Muſis Juridicis p. 118. Doctiſſima* audit eidem *T. I. Theatri Scr. Anon., c.3., p. 203. 237.* Commendat etiam Nic. Chr. Lynckerus, *in Inſtructorio Forenſi, L.1., c.1., §.2., lit. F. 1. a.*

Diſſ. de Judicio aulico S. Cæſ. Majeſtatis & Imperii, vom Keyſerl. Reichshofraht. Kil. 1666. in 4. Recuſa *Tomo* II. *Exercitationum Juris Publici*, ab Ahasv. Fritſchio collectarum, Rudolſtadii A. 1668. *in 4.* edito, *num. 5.*, & *in Volumine Diſſertt.* Mauritii, *num. 8., p. 388-425.* Summopere commendatur a Joh. Deckhero, *in Introd. ad notitiam juris reiqve cameralis, Vindiciis ejusdem præfixa, c. 7. p. 36. 37.*, & D. G. Morhofio *T.* III. *Polyhiſt., Lib. VI., Sect. 9., p. 109. 110.*

Diſſ. de Judicio Rotwilenſi, vom Keyſerl. Hofgerichte zu Rotweil, Kil. 1666. in 4. Recuſa *in Tomo* operis Fritſchiani, modo laudato. *num. 6.*, & in Volum. Diſſertt. Mauritii, *num. 12., p. 588-631. Doctiſſima* audit Mich. Hertzio P. I. *Biblioth. Germ., lit. O. 2. a.* Ob eruditionem commendatur a Burch. Goth. Struvio *in Bibl. Jur. Sel., c. 11., §. 21., p. 409.*

Diſp. de Æſtimatione, eo Præſide, pro gradu Doctoratus, propoſita a Joh. Georg. Pellicero Eutinenſi, Capituli Lubec. Secretario. Kil. 1666. in 4. Recuſa *in Volum. Diſſertt.* Mauritii, *num. 21. p. 1208-1246.* Pellicero ea potius tribuenda eſt, qvam Præſidi.

Diſp. de Duellis, eo Præſide, pro gradu Doctoratus, propoſita a Sam. Rachelio, JCto Kilonienſi, Kil. 1666. in 4. Auctior deinde, & in Tr. integrum mutata, excuſa eſt Lubecæ A. 1670. & 1675. in 4., ac recuſa in *Volum. Diſſertt.* Mauritii, *num. 18., p. 933-1035.* Verum Rachelium agnoſcit autorem, non Mauritium.

Diſſ. de ſecularisatione bonorum eccleſiaſticorum, ex jure divino & humano, præſertim vero Inſtrumento pacis, & noviſſimis Imperii conſtitutionibus, Reſp. N. Rohtmalero, habita. Kil. 1666. in 4. Recuſa in Ahasv. Fritſchii *Exercitationum J. Publ. Tomo III.* (Rudolſtadii A. 1670. *in 4.* excuſo) *num. 8.*, & in *Volum. Diſſertt.* Mauritii, *num. 10., p. 495-547.*, Mauritius eam non conſcripſit, ſed Reſpondenti tamen ſubſidia varia ſuppeditavit, teſte Morhofio *in Prælect. ined. de Notit. Autorum c. 26.*, & *T. III. Polyhiſt., Lib. 6., Sect. 9., p. 110.*

Diſp. de Matricula S. Imperii Romano-Germanici, eo Præſide, pro Licentia, a Joh. Werenbergero Noribergenſi propoſita. Accedit Matricula, A. 1654., in Comitiis Ratisbonenſibus, a Fiſcali exhibita. Kil. 1667. in 4. Recuſa eſt in Ahasv. Fritſchii *Exercitationum J. Publ. Tomo II.*, A. 1668. Rudolſtadii edito, *num. 7.*, & *in Volum. Diſſertt.* Mauritii, *num. 4., p. 169-251. In hoc argumento* illa *excellenter laudari meretur*, judice J. G. Kulpiſio *in Commentt. ad Monzambanum, P. I., p. 215. Nobilis* audit Joh. Wilh. Ittero, *in Tr. de gradibus acad., c. 16., p. 405.* Commendatur qvoqve a Burch. Goth. Struvio *in Biblioth. Juris ſelecta, c. 11., §. 7., p. 361. 362.*

Diſp. de origine Electorum, & Comitiis Electoralibus, vulgo den Wahltagen, ubi, inter alia, contra ſententiam Onuphrii Panvinii & Chr. Lehmanni, Electores nullos ante Friderici II. tempora agnoſcentium, diſputatur. Kil. 1667. in 4. Recuſa *in Volum. Diſſertt., num. 5., p. 251-285. Erudita* vocatur a Burch. Goth. Struvio *in Biblioth. Juris ſelecta, c. 11., §. 15., p. 392.*, & denuo commendatur *§. 20., p. 406.*, ſicut & a Joh. Burch. Majo *P. I.* der Einleitung zur Staatskunſt *p. 237.*

Diſp. de vitæ defenſionis favore, Reſp. Ant. Günthero ab Hatten. Kil. 1667. in 4. Recuſa in *Volum. Diſſertt., num. 17., p. 891-933.*

Miſcellaneæ aliqvot juris poſitiones, Reſp. Ott. Nic. Lindholzio Kilonienſi, patriæ poſtea Conſule, propoſitæ. Kil. 1668. in 4. Miror, has in Volumine Diſſertationum Noſtri haud comparere, cum ipſe eas, tanqvam ſuas, alleget in *Introd. ad praxin forenſem §. 21. p. 375.* Theſin illarum 35., ſive ultimam, capitulationem Leopoldinam omnium imperii ordinum nomine eſſe conſcriptam, contra Burgoldenſis (i.e. Phil. Andr. Oldenburgeri) *Diſcurſus ad Inſtrum. pacis*, aſſerentem, adverſus Franc. Irenici, ſive ejusdem Oldenburgeri exceptiones (*in Collegio ad Partem II. Diſcurſuum Burgoldenſis p. 37. 38.*), vindicavit collega Mauritii, Sam. Rachelius, *in Diſp. de Capitulatione Regni Germanici*, Reſpondente eodem Lindholzio, habita, ac Kilonii A. 1675., Lipſiæqve A. 1676., in 4. excuſa.

Diſp. de poteſtate Principis, Lege Regia & Jurisdictione, eo Præſide, pro gradu Doctoratus, a Nic. Prikio Aqvisgranenſi habita. Kil. 1668. in 4. Recuſa in *Volum. Diſſertt., num. 13. p. 631-619.*

Diſp. de Jure interventionis, eo Præſide, pro Doctoratu, habita ab Ant. Winclero Lubecenſi, patriæ poſtea Conſule. Kil. 1669. in 4. Recuſa in *Volum. Diſſertt., num. 9., p. 425-495.*

Conſiliorum Kilonienſium Specimen; ſeu Reſponſa de Jure XXX., qvæ nomine Collegii JCtorum, qvædam etiam ſuo, in Acad. Kilonienſi conſcripſit. Accedunt, eorum, qvæ edi nondum potuere, loco, XII. alia, nomine Facult. Juridicæ Tubingenſis olim ſcripta, cum præfatione ad lectorem, qva brevis ad praxin forenſem introductio continetur, ac indice duplici. Kil. 1669. in 4. Recuſa ſunt hæc Conſilia *Parte I. Conſiliorum* ipſius poſthumorum, Francofurti A. 1693. in 4. editorum; Introductio autem ad praxin, iis præfixa, in *Volumine Diſſertationum* ejus, ibidem A. 1692. publicato, *num. 7., p. 337-388.*, & qvidem in paragraphos ab editore, Joh. Nic. Hertio, tunc primum diſtincta. (Annexa etiam eſt Joh. Fuchſii *Introductioni ad Praxin*, editæ Kilonii 1696. in 4.). Conſilium de ſagis occurrit in eodem Volumine, *num. 19.* (ſub finem *Diſputationis de Denunc. Sagarum*), & in *Appendice Theſauri Conſiliorum eccleſiaſticorum Dedekenno-Gerhardini*, Jenæ A. 1671. in fol. excuſi. Introductio ad praxin merito ſtudioſis illius commendatur, in Chriſt. Henelii *Statua Mercuriali JCtorum p. 272.*, D. G. Morhofii *T. III. Polyhiſt., L. 6., p. 114.*, & in *Iſagoge* noſtra *ad Hiſt. Cimbr., P. I. c. 15. §. 20. p. 279. Præfationem nunqvam ſatis laudatam* eam vocat J. G. Kulpiſius P. II. *Commentatt. Acad. ad Sev. de Monzambano p. 117.* Seqvius de illa judicat Nic. Chr. Lynckerus, *in Inſtructorii forenſis introitu, lit. D. 2. a.*, ſcribens: *Mauritius practicam tantum inſtruere anniſus eſt, in Præf. Conſil., & qvadamtenus ad Cameram Imperialem divertit, nec tamen, præter nominum recenſionem, rem ipſam inſtruit, multo minus, qvod fieri utiqve debet, ex omni parte manuducit.*

Diſſertationes & Opuſcula, de ſelectis Juris publici, feudalis & privati, argumentis conſcripta, & ſeorſim antehac diverſis locis edita, jam vero in unum volumen collecta a Joh. Nicol. Hertio, JCto Acad. Gieſſenæ. Cujus etiam acceſſit Præfatio, ſuccinctam illuſtris autoris memoriam, & vitæ delineationem, complexa, cum indice rerum copioſo. Francof. 1692. in 4. (7½ *Alphabb.*) Recuſa ſunt Argentinæ A. 1723. in 4. (*Catal. nund.*) Qvænam Diſſertationes & Opuſcula in hoc volumine ſint recuſa, nos, in ſingulorum recenſu, jam indicavimus. Conferri poteſt Index illorum, in *Actis Eruditorum Lipſienſibus, M. Dec. A. 1693., p. 545. 546.*, exhibitus. Non tamen ſicco pede heic ſunt transeunda duo Mauritii ſcripta, in hoc primum volumine, e ſchedis autoris, juris facta publici, nempe:

1. Annotationes ſuccinctæ, ſed eruditæ, in Capitulationem Leopoldi Imperatoris, *num. 16., p. 767-891.* Annotationum harum autorem non eſſe Mauritium, ſed Joh. ab Eſſen, Marchionis Durlaco-Badenſis Conſil. Intimum, mo-

Joh. Chriſt. Itterus, a Joh. Ulr. Meurero ea de re edoctus, *in Tr. de honoribus & gradibus academicis, c.14., p.513. 514. edit. ſecundæ.* Nic. Chr. Lynckero (*L. 2. Inſtruct. For., Sect. II., P. I., c. 2., lit. f. 1. a.*) judice, *vulgares ſunt, & non niſi in his, qvæ ubiqve proſtant, verſantur.*

2. Nomenclator ſcriptorum feudalium, e ſchedis Mauritii, lacunas paſſim oſtentantibus, ordine alphabetico, a Joh. Nic. Hertio digeſtus, ſingulorum hiſtoriæ judicia de illis ſubjungens, *num. 14., p.659-692.* Commendatur is a Burch. Goth. Struvio *in Biblioth. Juris Selecta, c.9., §. 1., p.280.*

Obiter heic moneo editionem Diſputt. Academicarum Kilonienſium Mauritii, Kilonii A. 1667. in 4. (uti Corn. a Beüghem *in Bibliogr. Jurid. p.151.* falſo narrat) excuſam, nunqvam in lucem prodiiſſe, ſed, in *Catalogo* tantum *nundinarum* illius anni *vernalium* (qvem Beüghemius temere eſt ſecutus) *p.30.*, a Noſtro eſſe promiſſam. Diſputationes alioqvin Mauritii omnes optimis noſtri ævi accenſet Nic. Chr. Lynckerus, *L. 2. Inſtructorii forenſis, Sect. 2., Parte I., c. c., lit. e. 1. b. e. 2. a.*, & Car. Arndius *in Biblioth. politico-heraldica p.265. 266. Eximiam laudem merentur*, judice Chr. Gryphio *in Diſſ. Iſag. de Scr. Hiſt. Sec. 17., c.2., p.59.*

Conſiliorum, ſive Reſponſorum, partes duæ. Francof. & Wetzlariæ 1693. in 4. (*7. Alphabb.*) Pars I. continet XXX. Conſilia Kilonienſia, & XII. Tubingenſia, *in Conſiliorum Kilonienſium ſpecimine* A. 1669. jam edita, II. vero VIII. Conſilia, hactenus inedita, ad caſus ſpeciales & rariores, Facultati Juridicæ Tubingenſi propoſitos. Singulorum argumenta recenſentur, *in Actis Eruditorum Lipſienſibus, M. Jan. A. 1694., p. 22. 23.*

Wolfg. Ad. Lauterbachii, JCti Tubingenſis, Collegium poſthumum theoretico-practicum ad 50. Libb. Pandectarum, a filio, Ulrico Thoma, Tubingæ A. 1690. in 4. publicatum, a Mauritio noſtro eſſe reviſum, teſtantur *Acta Erudd. Lipſienſia, M. Jul. A. 1690., p.367. 368.*

Programmata nonnulla Tubingenſia & Kilonienſia, e qvibus mihi ad manus eſt Michaeliticum, Kilonii A. 1666. in 4. editum, pro veritate exiſtentiæ ſpirituum, & actionum magicarum, depugnans.

Obſervatio medica de novo contra podagram remedio, & lapidis Lazuli vi electrica, occurrit *in annis VI. & VII. Ephemeridum Acad. Nat. Curioſorum*, A. 1677. publicatis, *num. 218., p. 319.* teſte Georg. Abr. Merclino *in Lindenio Renovato p. 262.*

FALSO EI ATTRIBUUNTUR:

1. Specimen artis interpretandi jura, a Vinc. Placcio, ſed dubitabundo, *in JCto perfecto, P. I. c. 2. p. 44.*
2. Diſp. de occultis judiciis Weſtphalicis, a D. G. Morhofio (*in Collegii MS. in Hiſt. univerſ. ſectione de Car. M.*), eum, per ἁμάρτημα μνημονικὸν, ſubſtituente in locum Marqv. Freheri, cujus de iſtis *commentariolus* A. 1610. prodiit, & a Joh. Goeſio Weſtphalo Helmſtadii A. 1663. in 4. iterum eſt recenſitus.
3. Er. Mauritii Tr. editus de reſtitutione in integrum, a Sim. Henr. Muſæo in Diſp. ejusd. Argumenti, A. 1704. edita, allegatur. V. *Nova Lit. Lubec., M. Aug. A. 1704., p. 254. & M. Oct. p. 311.* Mihi is eſt ignotus, notus autem, ex Joſ. Simleri *Biblioth. p. 395.*, Joh. Mauritii, Senatoris circa A. 1538. Burgundici, *Tr. de Reſtit. in integrum.*

2. INEDITA & AFFECTA.

Diatriba de Jure Naturæ, ad mentem ſcriptorum latinorum, Patrum Scholaſticorum, Moraliſtarum, & aliorum recentiorum, promiſſa A. 1665. *in præfat. Speciminis Diſſertationum de principiis Juris Publici.*

Opus de Principiis Juris Publici, imprimis Germanici, cujus initium, de præcognitis, & primo principio, Jure ſc. naturæ, diſſerens, Tubingæ A. 1665. prodiit, ſub titulo *Speciminis Diſſertationum de Principiis J. Publici.* Deſiderantur autem, vel latent etiamnum, qvæ de reliqvis principiis, Jure nempe Gentium, Receſſibus Imperii, Bulla Aurea, Capitulationibus Cæſareis, Pace religioſa & profana, Inſtrumento Pacis Cæſareo-Svecico-Gallico, Ordinatione Camerali, Judicii aulici & politica, Conſvetudinibus imperii, Sententiis cameralibus, Scriptorum polemicorum, Juris Juſtinianæi & Hiſtoriæ Germanicæ autoritate, ac Libris deniqve Jus publicum illuſtrantibus, proponere in eodem conſtituerat, qvanqvam (uti ipſe *in præf. Speciminis* monet) non tanto, qvanto de J. Nat. eſt commentatus, apparatu & prolixitate. Promiſit hoc opus *in Catal. nund. vern. A. 1662. p. 30.*, pollicitusqve ibidem eſt, ſe illi adjecturum Bullam auream Caroli IV. Imp., ad genuinum, qvod Francofurti aſſervatur, exemplar typis deſcriptam. J. Georg. Kulpiſius *in Diſſ. de Studio J. Publ. p. 85. 86. 87.* ita de Comm. hoc affecto judicat: *Sane, qvid præſtitiſſet vir ſummus, non ſolum ceteræ ejus, ſuper his rebus editæ, Diſſertationes luculenter teſtantur, qvæ apud omnes ſolide doctos ſummo in pretio habentur, ſed & initia operis ipſius jam oſtendere poſſunt. Si enim eadem accuratione, qva de naturæ jure diſſeruit, de reliqvis qvoqve J. P. principiis fuiſſet commentatus, qvantum incrementum huic diſciplinæ acceſſiſſet, facile vident, qveis optimi hujus ſcriptoris ſumma eruditio, experientia longa, judicium acerrimum, explicandi dexteritas, & cætera huc pertinentia opera, ſunt perſpecta. Cœptus eſt iſte labor aliqvoties Heidelbergæ ac Tubingæ, iterumqve autoritate Boineburgii Baronis repetitus. An vero ita hactenus abſolutus ſit, ut aliqvando publice exſtare poſſit vel debeat, qvemadmodum ſpem aliqvi fecerunt, mihi nondum ſatis conſtat.* Conf. de illo *præfat.* noſtram *Tomi III. Polyhiſt. Morhofiani, §. 16., p. 27.*

Collegium Juris Publici, in Acad. Tubing. habitum, cujus editionem Chriſtoph. Olfius, bibliopola Wetzlar., *in Catal. nund. vern. Lipſ. A. 1692. p. 37.*, promiſit. A Morhofio (*in Prælectt. polyhiſtor. MSS. c. 14.*) commendatur, ob recenſum, qvem exhibet, pleniſſimum Hiſtoricorum, & monumentorum antiqvorum Germaniæ.

Enchiridion J. Publici, ſeu Introductio ad notitiam Imperii Romano-Germanici, cujus exemplar MS. vidi in biblioth. Joh. Mohtii, Conſil. Danici.

Notæ ineditæ in Dan. Ottonis Diſſ. de J. Publ. Imp. Romani, allegatæ ab ipſo *in Introd. ad Praxin §. 18. p. 363.*, J. G. Kulpiſio *l. c. p. 20.*, Sam. Rachelio *in Diſſ. de Capitulat. Regni Germ.*, Gotfr. Zeünero in Parnaſſo *autumn. A. 1692., p. 52.*, & aliis.

Diſſ. de origine Juris Feudalis a Francis derivanda, promiſſa A. 1665. *in Specim. Diſſertt. de Principiis J. P., Coroll. VII., p. 88.*

Comm. in ſingula Juris Feudalis capita affectus. - - -] De his 2. ſcriptis Vide F.P.L.E. *Præf.* ad ejus *Poſitt. J. Feud. Controverſ.*

Emendatio textus Juris Feudalis, ex 3. editionibus antiqvis, Baſileenſi, Veneta & Lugdunenſi, ante A. 1500. excuſis, & MS. ſuo membranaceo, qvorum ope aliqvot centurias diſcrepantiarum in Dion. Gothofredi editione obſervavit. V. *Theſes de Libb. Juris communis, n. 25.*

Ant. Mericutii de prato veteri, JCti Bononienſis, Collectio nova Bononienſis Juris Feudalis, meliori, qvam antiqvum illud ἀμέθοδον, ordine, ut in locum iſtius ſubrogaretur, A. 1428., juſſu Collegii Juridici Bononienſis, conſcripta, in libros VI. digeſta, ac a Frid. III. Imp. approbata, qvam ſe, ex codice, qvi exſtat, unico MS. membranaceo ac inaurato optimæ notæ, ab auditore qvodam Tubingæ ſibi donato, cum Commentario in eam ſuo, editurum eſſe promiſit, *in Diſſ. de Libris Juris Communis, Th. 24. & 25.* (Hiſtoriam operis iſtius, & elogia illi a Jaſone Maino, Joh. Cuſpiniano,

niano, Greg. Haloandro, Jac. Spigelio, Franc. Hotomanno, Conr. Ritterſhuſio, Melch. Goldaſto, Wilh. Ludwello, & Joach. Hagemeiero, ingens ſuum editionis ejus deſiderium teſtatis, tributa, ſimul prolixe exhibentibus), & in *Decade I. Poſitionum J. Feud. Controv.*, *Th. 9.* Conf. F. P. L. E. *Præfat.* ad edit. tertiam *Poſitionum* illarum, A. 1673. publicatam. Promiſſi hujus honorificam fecerunt mentionem, &, ut ei ſatisfaceret, optarunt, D. G. Morhofius *in Deſcript. Actorum primæ Promot. Kilon. p. 6. & T. III. Polyhiſt., Lib. 6., Sect. 7., p. 103.* Huld. Eybenius *in Electis feudalibus c. 1.*, Georg. Henr. Brücknerus, JC. Erfurt., *in Curioſis Juris Feudalis*, A. 1687. editis, *Th. 8., p. 5.*, Nic. Chr. Lynckerus, *in Inſtructorio Forenſi, L. 1., c. 1., §. 10., lit. G. 1. a., & L. 2., Sect. 2. P. 1., c. 2., lit. f. 1. b.*, Joh. Deckherus *in Conject. de Scriptis Adeſpotis p. 194.* (*Ed. 3iæ Amſt. A. 1686.*), & Sam. Strykius *in Præcognitis Juris Univerſi, c. 7. p. 54.* Verum, negotiorum haud dubie mole impeditus, illi haud ſatisfecit, ac amicis, ſubinde de editione interpellantibus, ne amplius urgeretur, reſpondere (teſte J. N. Hertio in biographia) eſt ſolitus, Codicem Mericutii a ſe Morhofio eſſe donatum, poſt mortem ſuam illum edituro. Sed & hæc ſpes, Morhofio menſtruo tantum ante ipſum ſpatio exſtincto, decollavit, & MStum hæredi ejus ac ſororis filio, Erico Hennings, J. U. D. ac Syndico Kiloneinſi, eſt relictum. Prodiit tandem, poſt obitum Mauritii, *Collectio* iſta, e Cod. Regis Pariſienſi, curante Joh. Schiltero Jun., JCto Argentinenſi, ſubjunctaqve ab hoc eſt editioni ſuæ *Codicis Juris Alemannici Feudalis*, Commentario illuſtratæ, & Argentinæ A. 1696. in 4. excuſæ. V. *Acta Erud. Lipſ., M. Apr. A. 1696., p. 147. 161. 162.*, Sam. Reyheri *Diſſ. de Feudorum origine & libris, acimprimis de Codice Mericutiano*, Kil. A. 1704. *in 4.* editam, *aliamqve de Jure Longobard. Feudali, A. 1709. habitam*, Caſp. Henr. Hornii *Diſſ. I. Feudalem*, Wit. A. 1704. publicatam, & *Hyponm. mea ad T. III. Polyhiſt. Morhofiani p. 129.* De Codice Mericutiano fuſe etiam agitur in Struvii *Hiſt. jur. p. 724-728.* & Sam. Reyheri *Hiſtoria Juris univerſali, c. 35., p. 268-277.*

Diſſ. de Judicio Camerali, Appendice Decretorum communium Cameralium, poſt A. 1666., in qvo Blumiana illorum editio deſinit, publicatorum, augenda, promiſſa *in Introd. ad Praxin §. 18. p. m. 358.*

Diſp. de Pœna Hæreſeos, qvam, pro Gradu Doctoratus obtinendo A. 1654. voluit defendere, ſed, cum Typographus ob prolixitatem eam non poſſet abſolvere, *Poſitiones Juris Controverſi Inaugurales* in locum ejus ſubſtituit. V. harum *Præfationem*.

Hiſtoria Rerum ſuo tempore, per decennium, geſtarum, qvam, ad Jac. Aug. Thuani exemplum, ſe eſſe conſcripturum, A. 1677. pollicitus eſt in Epiſt. ad Fridericum, Comitem ab Alefeld, Magnum Daniæ Cancellarium.

Emendationum in Hiſtoriam Romanam Centuria fere integra, e Numis ſuis vetuſtis ab eo collecta, & a D. G. Morhofio (*in Prælect. Polyhiſtoricis MSS. c. 15.*) laudata.

HENRICUS MEIBOMIUS Junior

(qvem ſub *Joh. Henrici* allegans nomine Joh. Frid. Mayerus (1.) cum parente confundit), Lubecæ d. 29. Jun. A. 1638. natus, e familia, eruditionis hæreditariæ laude illuſtri, prodiit, patrem qvippe adeptus Joh. Henr. Meibomium, Med. D. & in Acad. initio Julia Profeſſorem, deinde vero, ad annum usqve emortualem 1655., Reipublicæ Lubecenſis Poliatrum, ac Johannis, Ducis Holſatici, Epiſcopiqve Lubecenſis, Archiatrum, Polyhiſtorem doctrinæ ſolidæ pariter, atqve multiplicis conſummatiſſimum, inter ſcriptores Cimbriæ adoptivos ἐξοχωτέρȣς, ſuo loco, fuſius a nobis celebratum, avum autem paternum Henr. Meibomium ſeniorem, Lemgovia Weſtphalum, Hiſt. ac Poeſeos Doctorem in Lycæo Helmſtadienſi, per annos XLII., publicum, & vindicem antiqvitatum Germanicarum incomparabilem, a qvo felix earundem cultura in poſteros dein, jure velut hæreditario, tranſiit. Mater ipſi fuit Eliſabetha Oberbergia, Joh. Oberbergii, aulæ Sverino-Megapolitanæ Cancellarii atqve Conſiliarii intimi, & Sophiæ Böckeliæ, patre D. Davide Böckelio, Archiatro Gvelpherbytano, natæ, filia. Cœteros utriusqve ſtemmatis majores, eruditione itidem ſumma, aliisqve meritis inſignibus, famam conſecutos haud vulgarem, in parentis jam recenſuimus Elogio, nec luce adſcititia, ex iterata illorum mentione ſperanda, Noſtro, propria ſatis radianti, opus eſſe judicamus. Non degenerem certe ille, filius parentum unicus, ſolicite admodum ab iisdem educatus, ſe ſtirpis adeo præclaræ eſſe ſurculum, in tenella jam ætate, oſtendit, literaturæ omnigenæ elementa, qvibus, tum ab ipſo parente, tum a pædagogis domeſticis, Joh. Poltzio (Conrectore dein Lubecenſi), Laur. Ordeno (J. U. Lic.), M. Bernh. Krechtingio (Antiſtite poſtea Lubecenſi Mariano, & Ord. Eccl. Seniore), Theod. Stedingio (Eccleſiarum deinceps Comitatus Oldenburgici Ephoro) & Car. Henr. Stiſſero, imbuebatur, ſolertia ingenii præcocis admirabili, avidiſſime pariter atqve celerrime arripiens. Scholam deinde patriæ publicam ingreſſus, ſtudiis altioribus paulatim feliciter aſſvevit, hodegos ſecutus Seb. Meierum, Rectorem, tyrocinia ipſius in poeſi græca moderatum, Henr. Bangertum, Conrectorem πολυμαθέστατον (qvem *primum ſe, in hiſtoria veteri ac recentiori, præceptorem habuiſſe*, mente læta ac gratiſſima, adultior publice eſt profeſſus (2.)), Jac. Kockertum, Subrectorem, cui juveniles in poeſi ac lingva hebræa debuit profectus, ejusqve ſucceſſorem, Joh. Poltzium, formatorem olim infantiæ ſuæ fideliſſimum. Horum ductu, accedente ſumma ingenii felicis capacitate, & induſtria incredibili, ſpeciminibus oratoriis ac poeticis, græcis pariter atqve latinis, eleganter & polite elaboratis, compluribus, applauſum omnium jam tunc merita, eos fecit progreſſus, ut voce patris moribundi, & monita ad veræ eruditionis cultum ſpectantia inculcantis qvamplurima, 17. natus annos, ſcholæ valedicere, & in academiam, qvam merito is cœteris Germaniæ præferebat, Juliam migrare juberetur (3.). Adiit hanc M. Sept. A. 1655., &, a parentis Pylade, Georg. Calixto, Theologorum ævi ſui καλλίστῳ, cœterisqve amicis ſuperſtitibus, humaniter exceptus, hoſpites autem Balth. Cellarium, Theologum, ac dein Henr. Hahnium, JCtum percelebrem, nactus, omnis doctrinæ liberalis, & divinæ humanæqve ſapientiæ, ſtudiis animum, omnia, ſi poſſet, perdiſcendi avidum, applicuit. Non enim ſolum publicarum Herm. Conringii, Joh. Eichelii & Chriſtoph. Schraderi, lectionum auditor fuit aſſiduus, ſed in Logica etiam & Metaphyſica Andr. Frölingium & M. Joh. El. Reuwium, in Philoſophia morali Joh. Homborgium & Eichelium, in Matheſi Sigism. Hoſemannum, in Jure publico Conringium, in Oratoria Chr. Schraderum, privatos ſibi elegit præceptores, & crebris Diſputationibus, publicis pariter atqve privatis, ingenium, Carminum vero, ſub alienis plerumqve editorum nominibus, ſcriptione freqventi venam, qvam naturæ debebat benignitati, poeticam inſignem, exercuit. His ſtudiis ſedulo vacantem peſtis, Helmſtadio & viciniæ infeſta, inde M. Sept. A. 1657. diſcedere, & in patria ſpatio ſeptimeſtri hærere, invitum coegit. Anno tamen proximo 1658., M. Majo, easdem Muſas Julias, tot avo ſuo atqve parenti nominibus obſtrictas, & plura ſibi propediem debituras, repetiit, & ſtudiis philoſophicis Medica auſpicato cœpit adjungere, auditor in hiſce aſſiduus Val. Henr. Vogleri, Herm. Conringii & Jac. Tappii, publica illa docentium autoritate, ſub qvorum præſidio A. ſeqv. 1659., priusqvam aliorſum diſcederet, luculentum ſuorum in iisdem

(1.) *in Diſp. de valetudinis Diis Deabusqve p. 8.* Conf. *Homonymoſcopiam* noſtram, *Sect. II., c. 7., §. 80., p. 701.* Idem παρόραμα, ſæpius repetitum offendes in Ad. Clarmundi Vitis Erud. germanice editis, *P. III., p. 67. 69. 70.* (2.) *in Introd. ad Hiſt. Sax. infer. p. 64.* (3.) V. D. Pauli Neucrantzii *Or. de vita parentis funebrem p. 39.*

profectuum ſpecimen, tribus, de incubatione in templis Deorum Medica, hydrophobia, & argumentis qvibusdam Phyſiologicis, unico fere menſe, exhibuit Diſputationibus. Itineri hinc, Vogleri & Ladovii comitatus propempticis, literario, cum Hugenio, ſe commiſit, luſtratisqve in tranſitu bibliotheca Bremenſi, & horto inſigni Delmenhorſtano, Belgium ingreſſus, Gröningæ Mart. Schookium, Ant. Deuſingium, Henr. Eyſſonium & Abr. Myntingium (horti eximii poſſeſſorem), Medicos, Joach. Borgeſium, Philologum, & Sam. Mareſium, Theologum, Franeqveræ autem Laur. Banckium, JCtum, & Joach. Frencelium, artis ſalutiferæ profeſſorem, partim docentes audivit, partim converſatione ſibi familiari conciliavit. Groninga, poſt habitam, Eyſſonio præſide, Diſp. anatomicam, A. 1660. Amſtelodamum, cum Hug. Grotii filio (Penſionario Amſtelodamenſi) atqve avunculo, diſcedenti Franc. Junius, JC. & Polyhiſtor, ſchedam ad Is. Voſſium dedit commendatitiam, hiſce ipſum verbis deprædicantem: *Medicinæ qvidem ſtudioſus eſt, ſed, qvia in Acad. Julia, & Conringio per qvinqvennium familiaris, vixit, facile cogitare potes, non ſolum Medicum eſſe.* Amſtelodami a Sengverdo in bibliothecam eſt deductus publicam, & Gvilh. Piſoni, Medico, hiſtoriam Braſiliæ naturalem erudite perſecuto, familiariter innotuit. Leidæ diutius commoratus, & contubernalem nactus Theoph. Spizelium, Auguſtanum, Theologum dein patriæ religioſiſſimum (4.), Franc. le Boe Sylvium praxeos Medicæ, Stammium Chymiæ, Ad. Vorſtium (qvocum hortum ſæpe luſtravit academicum) Botanicæ accuratioris, doctores habuit, ac freqventiori cum Jac. Golio, Joh. Ant. Lindenio, Jo. Frid. Gronovio & Georg. Hornio, converſatione ſe oblectavit. Roterodami Lud. Bilſium, Anatomicum, Ultrajecti Ant. Diemerbrockium, Medicum, fratresqve Schottos, inſtrumentis chirurgicis celeberrimos, Hagæ Pet. Chariſium, Legatum Danicum, cujus Muſæum celebre, ac Iſ. Voſſium, cujus bibliotheca, chemica imprimis, ipſi patuit, ſalutavit, &, reliqvam dein Bataviam itidem pervagatus, cum Sam. Puſendorfio, Ol. Borrichio, Matth. Wormio, Goldmanno (Chemico inſigni), Junio, Colbio, Goclenio, Schachtio, Paulio, Rudnicio, aliisqve juvenibus exteris eruditioribus, amicitiam contraxit. Eodem A. 1660. Opuſculorum ævi Hiſtoricorum editione famæ vadum feliciter tentavit, anno autem ſeqventi 1661. Lubecam redux, literis Henr. Hahnii, hoſpitis priſtini (qvicum ſua qvoqve conſilia Conringius & Balth. Cellarius contulerant), ad qværendam in Acad. Julia promotionem, peramanter eſt invitatus, nec multo poſt, cum aulas hoc fine Gvelphicas adiiſſet, anno ætatis 23., Medicinæ in eadem Profeſſor extraordinarius, Legatis Principum Brunſvicenſium, qvi tunc eam viſitabant, præſentibus, ſed indulta adhuc per annum peregrinandi licentia, deſignatus. In Germaniam hinc ſuperiorem abiit, & Francofurti Schefferos, patrem ac filium, nec non Joh. Pet. Lotichium, Medicos celebres, Heidelbergæ Steph. Gerlachium & Sam. Puſendorfium, amicum veterem, Auguſtæ Theoph. Spizelium, ſuum Leidæ olim contubernalem (a qvo in bibliothecam publicam eſt deductus), Johannemqve Heniſium & Georg. Hier. Welſchium, viros ſummos ac ſibi ὁμοτέχνους, ſalutavit, humaniſſime ab omnibus exceptus. Per Oenipontem deinde & Tridentum, in Italiam perrexit, Patavii, contubernio utens domini Behrens, Archiatri poſtea Gvelphici, diutius ſubſtitit, Car. Offredi, Marchetti Senioris, Octav. Ferrarii, & Joh. Mich. Pierucii, JCti, MStorum Scioppianorum hæredis, ſibi paravit amicitiam, ac Harraſii in chemicis fuit auditor. Patavio Romam profectus, Albano Gibbeſio, Anglo, Medicinam, poeſin & eloqventiam, in collegio ſapientiæ docenti, Athan. Kirchero, Leoni Allatio, & Corvino, familiariter innotuit, & amicitiam auſpicato iniit cum duumviris in re antiqvaria & literaria eminentiſſimis, Ezech. Spanhemio & Marqv. Gudio, in qvorum comitatu Latium vetus, antiqvitatum ſcrutandarum cauſa, peragravit, & Gudium, in inſcriptionibus ævi priſci enotandis, adjuvit (5.). Anno ſeqventi 1662., M. Majo, Florentiam ſe contulit, ac parem expertus humanitatem Car. Dati, Ant. Magliabechii, Franc. Rhedi, Cavalcanti, Giraldi, Strozzi (6.), Cirtoni, Medici Angli, Tilem. Trutwini, aliorumqve virorum celebrium, ipſum etiam Coſmum III., Ducem Hetruriæ, ſibi conciliavit, & ab eo poteſtatem bibliothecam Mediceam, qvoties & qvamdiu vellet, perluſtrandi, codicesqve MStos deſcribendi, ac cum editis conferendi, magno ſtudiorum ſuorum emolumento, haud difficulter obtinuit. Ex reliqvis, qvas acceſſit, urbibus Italiæ potioribus, Bononia Marc. Malpighii, Car. Fracaſſati & Ovidii Montalbani, Venetiæ Ott. Tachenii, Mediolanum Ferrarii, bibliothecæ Ambroſianæ præfecti, & Manfredi Settalæ, Canonici, qvi Muſæum ei ſuum oſtendit, curioſi, amicitia eum ac conſvetudine bearunt jucundiſſima. Mediolano Taurinum delatus, inde in Galliam tranſiit, &, morbo fatali Lugduni, ſola ope Numinis, majoribus eum deſtinantis, ſuperato, per Burgundiam, Pariſios M. Novembri pervenit, & Gvidonis Patini, commercio ſibi jam ante epiſtolico cogniti, Roberti ac Caroli, ejus filiorum, Æg. Menagii, Pet. Dan. Huetii, Phil. Labbei, Sam. Sorbierii, Pet. Petiti, Jac. Mentelii, Emericiqve Bigotii, qvi Bibliothecam ei regiam, ac Iſm. Bulialdi, qvi Thuanæam aperuit, amore ac colloqviis eruditis, Glaſeri autem, Chymici egregii, convictu, per aliqvot menſes gaviſus, academias etiam Regiam & Burdelotianam ſubinde freqventavit. A. 1663. ineunte, ad Ligerim iter deflectens, Aureliani JCtos qvosdam, Salmurii autem Tanaqv. Fabrum, compellavit, & Andegavi prid. Kal. Febr. Med. Doctor eſt renunciatus. Pariſios dein reverſus, Caleto Dubrim Anglorum trajecit, & Londini cum Thoma Whartono, Franc. Gliſſonio, Georg. Entio & Dowerſio, Oxoniæ vero cum D. Lockeyo, Bibliothecario, Thoma Williſio, & Stahlio Chemico, familiariter eſt converſatus. Ex Anglia, M. Junio, in Bataviam digreſſus, ſalutatis denuo Nic. Stenonio, cœterisqve amicis veteribus, Helmſtadium tandem d. 8. Jul. rediit, multiplici doctrinæ incremento, & cultiſſimi orbis amicitiis, in itinere partis, cumulatiſſimus. Illic, juxta cum Archiatri aulæ Gvelpherbytanæ munere, ab Auguſto, Principum eruditiſſimo, ſibi, cum iſtam inviſeret, A. 1663. mox delato, in qvo & filiis patriſſantibus, Rud. Auguſto & Ant. Ulrico, poſt obitum parentis, fidem ſuam & dexteritatem approbavit, profeſſionem Medicinæ, in academia Julia, extraordinariam, ante triennium ſibi decretam, ornandam ſuſcepit, & M. Majo A. 1664. Oratione inaugurali eſt auſpicatus. Excepit hanc, anno mox ſeqventi 1665., ordinaria, viro in arte ſua excellentiſſimo, etſi locus in ordine Medico nullus vacaret, ob dotes eximias, conſtituto extra ordinem ſalario, a Principibus Gvelphicis, ingenti cum gaudio Collegarum, qvos præceptores olim veneratus erat, ſeneſcentium, Tappii, Vogleri & τοῦ πάνυ Conringii (qvem, tertiana decumbentem, ſola illius colloqvia ſvaviſſima, abſqve ullo remediorum apparatu, ſanitati reſtituerunt (7.)), collata. Intra cujus ambitum, etſi late ſatis patentem, cum ingenium polyhiſtoris conſummatiſſimi, præter peritiam Anatomes (vaſis palpebrarum novis, feliciter detectis, & peculiari A. 1666. deſcriptis epiſtola, ab eo locupletatæ (*.)), & reliqvarum omnium Medicinæ ac Philoſophiæ partium, incomparabilem, polymathiæ etiam elegantioris univerſæ, eloqventiæ ſingularis, venæ in carminibus fundendis præſtantiſſimæ, & cognitionis hiſtoriæ gentium atqve ſeculorum omnium profanæ, ſacræ & literariæ, imprimis autem antiqvitatum Germanico-Saxonicarum, diffuſæ atqve ſtupendæ, gloria multiplici conſpicui, coerceri haud poſſe, Muſagetæ Gvelphici adverterent, adjecta eſt eidem A. 1678., & non ambienti commiſſa, hiſtorico-poetica, ab avo cognomine, tot antehac annis, ſumma cum laude, orna-

ta,

(4.) V. Spizelii *Epiſt. ad eum de Atheiſmi radice.* (5.) V. ejus *Additamenta ad Vogleri Introd. p. 162.* (6.) *V. Ep. de hiſtoria Medicorum ſcribenda p. 13.* (7.) Relatum hoc ſibi eſſe a Günth. Chriſtoph. Schelhammero, Conringii genero, teſtatur Joh. Nicol. Pechlinus, *L. 3. Obſervv. Med., Obſ. 27., p. 466.* (*) Novum inſtrumentum, ad patellam fractam continendam & curandam ab eo inventum, e Dan. Henr. Meibomii, filii illius, *Diſſ. Inaug.* Franeqverana *de oſſe patellæ fracto*, fuſius deſcripſit & celebravit Andr. Ottom. Gölickius *in Hiſtoria Chirurgiæ recentiore*, §. 403., p. 256. 257. 258.

ta. Utraqve Noſter dein, qvoad ſuperſtes fuit, egregie, & magno, non Germanorum tantum, ſed exterorum etiam eruditiorum, cum applauſu, per luſtra ſeptem eſt functus, ſcholisqve publicis & privatis, exercitiis freqventibus diſputatoriis & anatomicis, ſcriptis medicis atqve hiſtoricis numeroſis, iisqve exaſciatiſſimis, ac aliis in literas meritis immortalibus, invidendam, & ſibimet ipſi, & academiæ Juliæ (Prorectore illo ſepties, ordinis autem Medici Decano duodecies, gaviſæ), conciliavit celebritatem, imo, per annos haud paucos, ſolus pene, cum collegas partim ſenectus, partim ſtudia ac impedimenta alia, diſtinerent, philiatros docendi provinciam glorioſe ſuſtinuit. Dotibus viri ſummi adeo præclaris, famaqve iis haud impare, qvaqvaverſum diffuſa, permoti Principes etiam Germaniæ alii, ingenti eum favore ſunt amplexi, & plus ſemel ſibi, ſuisqve regionibus, vindicare, licet incaſſum, qvod Duces Brunſvicenſes, non minori eum proſeqventes benignitate, orbari academiam ſuam tanto nollent ornamento, conati. Anno jam 1665. Chriſt. Albertus, Dux Holſato-Gottorpienſis, in novellam Cimbriæ academiam Kilonienſem, ad munus docendi publicum, eum invitabat, luſtro autem interjecto, Carolus Ludovicus, Elector Palatinus, profeſſionem non ſolum medicam, ſed & ſimul hiſtorico-antiqvariam, Joh. Freinshemii morte vacuefactam, in Heidelbergenſi ad Nicrum offerebat. De nummis rarioribus (qvorum, veterum pariter atqve recentium, apparatum locupletem, a Car. Cæſ. Baudelotio, ſupremæ curiæ Pariſienſis Advocato (8.), Wilh. Ern. Tenzelio, potiora Nummothecæ Meibomianæ numiſmata fuſe recenſente ac illuſtrante (9.), & Joh. Pet. Ludovico (*.) publice commendatum, una cum bibliotheca ubere, librisqve ſelectioribus inſtructiſſima, Noſter congeſſerat) Frid. Wilhelmus, Elector Brandeburgicus, inſignem ejus in hoc ſtudio peritiam admiratus, ſententiam ejus ſæpe per literas juſſit exqviri, ac animum ſimul, an in ſuam tranſire vellet aulam, pertentari. Poeticæ ipſius venæ felicitatem veneratus eſt Ferdinandus Fürſtenbergius, Epiſc. Monaſterienſis & Paderbornenſis, vatum noſtræ ætatis Apollo, & gratia eum inſigni, perpetuoqve commercio literario, qvoad vixit, dignatus. Taceo, qvos ſumma in praxi clinica dexteritas, & hanc comitata incomparabilis in medendo felicitas, ipſi conciliarunt, non ſolum magnates hominesqve nobiles aularum ac ditionum Gvelphicarum, regionumqve vicinarum, innumeros, ſed Principes etiam Germaniæ potentiſſimos, Fridericum Wilhelmum, Electorem Brandeburgicum, Electricem Saxoniæ viduam, Guſtavum Adolphum, Ducem Güſtrovio-Megapolitanum, Landgravium Haſſo-Caſſellanum, Julium Franciſcum, Ducem Saxo-Lauenburgicum, & Immanuelem Lebrechtum, Principem lineæ Cöthenſis Anhaltinum, a qvibus, ut ſibi ſuisqve decumbentibus mederetur, ſæpius, & ſucceſſu plerumqve proſpero, in aulas ſuas eſt evocatus. Taceo item, qvos hiſtoriæ rerumqve Germanicarum peritia excellens ei devinxit, conſiliumqve illius, in negotiis momenti ardui politicis, freqventer exqvirere juſſit, heroas illuſtriſſimos, & miniſtros eorundem primi ordinis aulicos. In congreſſibus collegarum, & juvenum academicorum, apud qvos ingens ejus merito erat autoritas, qvotidianis, ac tractandis publicis academiæ negotiis, prudentia effulgebat ſingularis, profunda item rerum humanarum civiliumqve peritia, & animus, uti recti ac honeſti omnis, boniqve publici, amantiſſimus, ita erectus, & invidiæ atqve inimicitiæ parum metuens. In reliqva vita privata, indolem ac mores ejus nemini non commendabant ſincera in Deum pietas, candor animi infucatus, & ab oſtentatione vana alienus, patientia in adverſis, eximia ad inſerviendum aliis promptitudo, & liberalitas in pauperes effuſa, ſed ſecretò plerumqve, & ſæpe clam ſuis, exercita. Qvarum virtutum omnium imaginem expreſſam ipſe etiam vultus, viri boni ſimul atqve eleganter morati (*l' homme galant*) ideam oculis ſiſtens, in icone, *Tomis III. Rerum Germanicarum* præfixa, uti, ante me, a Chriſt. Thomaſio (10.) obſervatum jam eſt, exhibet contemplandam. Inter præcipuas ejus felicitates referri debet conjugium auſpicatiſſimum, cum Anna Sophia, Brandani Detrii, Th. D., Protecclesiaſtæ aulici Brunſvico-Gvelpherbytani, & Abbatis Riddagshuſani, filia, d. 30. Aug. A. 1664., Auguſto, Principe Brunsvicenſi, Germaniæ Neſtore, ejusqve conjuge ac tribus filiis, cum aula univerſa, nuptias ſua dignantibus præſentia, Gvelpherbyti contractum, per luſtra ſeptem, ad Noſtri usqve exceſſum, nexu animorum individuo, continuatum, & VII. maſculis, tribusqve puellis, fœcundum. Duæ ex his filiæ, filiiqve qvatuor (e qvibus Daniel Henricus, Medicinæ jam Doctor, Pariſiis A. 1698. a Sternio qvodam Lüneburgenſi interemptus, triſti fato occubuit), parentis obitum ſuo prævertěrunt. Superſtites illi, cum matre vidua, & ſorore Clara Eliſabetha, ingenii etiam dotibus præclaris exculta, fuerunt Hermannus Dietericus, J. U. Candidatus, & Hiſt. PP. ab A. 1701., hiſtoriæ etiam univerſæ, imprimis Germanicæ, literaturæqve elegantioris, peritia inſigni, luculentis jam ſpeciminibus (11.) publice demonſtrata, parentis exemplo, conſpicuus, Brandanus, Medicinæ, ab A. 1707., Profeſſor, & Henricus, puer infirmæ qvidem valetudinis, ſed ingenii ac judicii præcocis, ſummaqve omnia, & gloria parentis atqve avorum digna, cum fratribus, haud obſcure viſus polliceri. Corpore gaviſus eſt robuſto, & laboribus, qvibus premebatur, concatenatis aliqvamdiu haud impari. Senecta tamen appropinqvante, vires ejus, tum longiuſculis itineribus, tum morbis variis, cephalalgia ſcilicet, qvartana, dyſenteria & plevritide, paulatim ſunt imminutæ, & a fatali tandem pectoris anguſtia, aliqvot jam ante obitum annis moleſta, & mœrore ob triſtem filii in Gallia interitum graviſſimo haud parum exacerbata, omnino proſtratæ. Degeneravit enim illa, octiduo ante exceſſum in febrem, inflammatione pectoris plevritica comitatam, cui domitor hic & triumphator tot corporis humani peſtium feliciſſimus, cum remediis, qvæ aliis antehac ſalutaria eſſe fuerat expertus, fruſtra contra eam dimicaſſet, d. 26. Mart. anno ſeculari 1700., æt. 62., inter preces ac ſuſpiria devotiſſima, ſuccubuit. In hiſtorica illi profeſſione filius Herm. Diet. Meibomius d. 8. Apr. A. 1701. eſt ſubrogatus.

Vitæ ejus hiſtoriam, ex aliis tamen autoribus paſſim interpolatam, propoſui e Programmate qvaternionum trium atqve dimidii prolixo atqve pereleganti, qvo Academiæ Juliæ Prorector triſte viri ſummi funus civibus indixit academicis, per Joh. Werlhofium, JCtum Athenæi ejusdem πολυμαθέςατον, Meibomiiqve e ſorore nepotem, ac verum (uti multa mihi perſvadent) ſchediaſmatis hujus cultiſſimi autorem, benevole ac humaniter mihi transmiſſo. Werlhofio illud etiam vindicat J. C. Böhmerus loco mox citando p. 48. Germanice, e Programmate hoc, vitam ejus exhibet Jac. Frid. Reimannus P. III. der Einleitung zur Hiſt. Lit. der Teutſchen, *Sect. III., p. 459-472.* Eandem cum ſcriptorum indice, ſiſtunt J. H. a Seelen *Parte III. Athen. Lubec. p. 347-370.*, & Juſtus Chriſtoph. Böhmerus *in Memoriis Profeſſ. Med. Helmſtad., Proluſ. II., p. 48-55.*

Brevius illius compendium, ex eodem, exhibuerunt NOVA LITERARIA Maris Balthici, ac Septentrionis, LUBECENSIA, *M. Apr. A. 1700., p. 125. 126. 127.*, AUTOR des Monatlichen Auszugs aus allerhand Büchern, *M. Apr. A. 1700., p. 158-165.*, ADOLPHUS CLARMUNDUS Parte V. der Lebensbeſchreibung gelahrter Leute, *p. 153-165.*, J. F. BUDDÆUS *T. III. Lex. Hiſt. p. 499.*

(8.) *dans le Traitté de l' utilité des voyages*, Pariſiis A. 1686. in 8. edito, *p. 680* (9.) *in Dialogis Menſtruis germanicis, M. Oct. A. 1691.*, *p. 870.*, *& M. Dec. A. 1692., p. 951-967.* (*) in der Einleitung zum teutſchen Müntzweſen, *c. 2., p. 10.* (10.) in den Schertz und ernſthafften Gedancken über allerhand Bücher, *M. Aug. A. 1688., p. 275.* (11.) *Diſſertatione ſc. de Rege Romanorum*, Altorfii edita, & alia *de Principum in diſpenſando poteſtate*, Helmſtadii A. 1695., præſide D. Georg. Engelbrechtio, habita, cui Epiſt. Joh. Werlhofii ad autorem encomiaſtica acceſſit.

Exſtat etiam D. Frid. Weiſii, Theol. Prof. Helmſtadienſis, Paſtorisqve & Superint. Generalis. ſermo funebris germanicus, in exeqviis ejus, d. 20. Apr. A. 1700., ex Gen. XXXII. 6-11., habitus, von des heiligen Ertzvaters Jacob Erniedrigung vor GOtt, Helmſtadii A. 1701. in fol. excuſus. (*1. Alph. 7. fol.*)

Epitaphii, in æde D. Stephani a vidua, & liberis IV. ſuperſtitibus, ipſi erecti, epigraphen exhibent Juſti Chriſtoph. Böhmeri *Inſcriptiones Helmſtadienſes p. 6. 7.*, inſcriptiones IV. liberorum, ante parentem defunctorum, inſculptæ tumulis, *ibidem p. 75. 76. 77.* leguntur.

HERM. CONRINGII Epiſtola ad Noſtrum encomiaſtica, VIII. Kal. Nov. A. 1660. ſcripta, *Opuſculis* Henr. Meibomii ſenioris *Hiſtoricis*, Helmſtadii eod. A. 1660. in 4. junctim editis, eſt præfixa, ſub initium *Tomi I. Rer. Germanicarum*, operis A. 1688. a Noſtro publicati, recuſa, & *epiſtolarum* etiam Conringianarum ſyntagmati, qvod Helmſtadii A. 1666. in 4. prodiit, *p. 358-365.*, inſerta.

THOMÆ BARTHOLINI ad eum *Epiſtola de uſu flagrorum in re medica & venerea*, d. 24. Oct. A. 1669. exarata, cum duabus Joh. Henr. Meibomii, parentis, ac ipſiusmet, Epiſtolis ejusdem argumenti, Francofurti A. 1670. in 8. lucem vidit publicam.

THEOPH. SPIZELII, Eccleſiaſtæ Auguſtani, *Epiſtola de Atheiſmi radice*, ipſius itidem nomini inſcripta, prodiit Auguſtæ A. 1666. in 8.

CONR. SAM. SCHURTZFLEISCHII qvatuor ad illum Epiſtolæ encomiaſticæ, A. 1686. 1688. & 1691. ſcriptæ, in *Epiſtolarum* illius *arcanarum*, Halæ A. 1711. & 1712. editarum, *Tomo I.*, *num. 298.*, *p. 489. 490.*, *n. 367.*, *p. 589. 590.*, *n. 390. p. 636. 637.*, & *T. II.*, *n. 50.*, *p. 63. 64. 65.*, leguntur.

Conferri etiam de illo, ac ſcriptis laudibusqve ipſius, poſſunt, præter autores, in biographia jam allegatos, ac paulo poſt, in elogiorum ac ingenii monumentorum recenſu, copioſe allegandos, THOM. BARTHOLINUS, in *Epiſt.* jam laudata, & *Diſſ. de Medicis Poetis p. 143.* CORN. a BEUGHEM *in Bibliogr. med. p. 174. 175.*, & *in Apparatus ad hiſt. lit. noviſſ. Conſpectu ſecundo*, *p. 206. 207. 315. 339.*, ac in *Conſpectu ejusdem tertio p. 312.*, GEORG. ABR. MERCLINUS *in Lindenio renovato p. 396. 397.*, CHRISTOPH. ARNOLDUS *in præfat. Operum Marci Velſeri*, A. 1682. a ſe editorum, LUCAS SCHRÖCKIUS Jun. *in Memoria Welſchiana p. 46. 56.*, HENR. DAV. MÜLLERUS, Typographus Helmſtadienſis, *in Catalogo ſcriptorum apud ſe venalium*, *A. 1676. excuſo*, *p. 22. 23.*, GEORG. WOLF. HAMMIUS, Typogr. itidem Helmſtadienſis, in *Catalogo* eodem. A. 1683. cum continuatione recuſo, *p. 25. 26.*, DIATRIBA noſtra *de Helmoldo*, *§. 12.*, *p. 12.*, ANT. TEISERIUS *Parte II. Catalogi Catalogorum p. 106. 107.*, JAC. BURCHARDUS *in Medico ſtudiorum humanitatis vindice p. 86-90.*, JOH. FABRICIUS *P. III. Hiſtoriæ Biblioth. Fabricianæ p. 16.*

ELOGIA.

D. JOH. NICOL. PECHLINUS, Archiater Holſaticus, imagini ejus, *Tomis III. Rer. Germ.* A. 1688. præfixæ, Epigramma hoc adjecit:

Meibomi, Medicus qvo non eſt doctior alter,
Cui charis, & toto pectore ſvada ſedet,
Cui conjuratè veniunt ad fœdera dotes,
Mater & ipſa ſalus jungitur Hiſtoriæ,
Dic age, namqve potes, tibi ſi qva eſt cura rogantis,
Dic, an avi referas, an magis ora patris?
Cunctaris, prohibetqve pudor? ſed erit mihi forſan
Dicere, qvod nunqvam dixeris ipſe mihi.
In te ſpirat avus, ſpirat pater, ipſeqve laudes
Adſcribit patriis nunc qvoqve Apollo ſuas.
Sic, qvæ ſparſa fuit Phœbi, qvæ patris aviqve,
Cum tibi tota venit, gloria ſumma venit.

D. PAULUS NEUCRANTZIUS, Poliater Lubecenſis, de illo ſedecim annorum juvene, *in Or. fun.*, *parenti ejus habita*, *p. 39.*, ita eſt ominatus: *Superat filius unicus, paternarum virtutum non ignavus hæres, Henricus, felicis ingenii & ſummæ expectationis juvenis, propediem, ultima voluntate parentis, ad academiam Juliam, continuandorum ſtudiorum cauſa, abiturus, qvi, ut non vane auguror, brevi faciet, ut, qvem admodum nunc noſcitatis in eo patris aviqve ſimilitudinem oris vultusqve, & lineamenta corporis, ita ingenii, fidei, eruditionis rariſſimæ, virtutisqve, exemplum, expreſſam ad effigiem, vobis reddat, ut revixiſſe, aut renatum ſibi qvisqve magnum Meibomium dicat.*

HERM. CONRINGIUS, in Epiſtola, qvam paulo ante laudavimus, A. 1660. ad eum, annos XXI. natum, ſcripta, paſſim illum vocat *juvenem doctiſſimum*, *elegantiſſimum*, *præſtantiſſimum*, *virtute & doctrina eximium*, *ſummæqve expectationis*, & hisce inſuper verbis compellat: *Vetant ingenii tui præclaræ dotes, & ingens ille proficiendi ardor, jamqve tum hac ætate comparata eruditio, etiam abs te qvidqvam, niſi magnum, expectare, nihil certe, qvod ſit infra avi patrisqve illuſtria exempla.*

MART. SCHOOKIO, in Carminis, *Opuſculis* avi *Hiſtoricis*, ab ipſo A. 1660. editis, præfixi, inſcriptione, *juvenis* audit *edecumatiſſimus, non modo omnigenæ ſcientiæ ſtudioſus, verum rara qvoqve & multiplici eruditione præfulgidus.*

IN ACTIS ERUDITORUM LIPSIENSIBUS, *M. Majo A. 1687.*, *p. 269.*, vocatur *Polyhiſtor clariſſimus*; it., *M. Jun. A. 1688.*, *p. 287.*, *Vir academiam Juliam, avi exemplo, ſtudiorum omni genere exornans, qvi ad philoſophiam & medicam artem, qvam per univerſam Saxoniam inferiorem feliciſſime dexterrimeqve exercet, eam omnium temporum, omniumqve gentium, ex græcis latinisqve ſcriptoribus collectam, peritiam, cumprimis autem ex antiqvis monumentis hauſtam Saxonicæ hiſtoriæ notitiam accuratam, adjecit, ut nihil horum ſtudiorum eum lateat, carminis etiam condendi eleganti facilitate pollet, avitamqve gloriam ſuperat*; it., *M. Jun. A. 1691. p. 304.*, *Vir de ſtudiis cujuscunqve generis præclare meritus, & in omni eruditione inſigniter verſatus.* In iisdem ACTIS ERUD., *M. Jun. A. 1700.*, *p. 289. 290.*, *Polyhiſtor celeberrimus, & præclariſſimis in rempublicam literariam univerſam meritis illuſtris, qvem, etſi gloriæ vitæqve ſatur poterat videri, diutius ſuperſtitem nemo non optaſſet*; it., *M. Jul. A. 1710. p. 314.*, *celeberrimus qvondam Helmſtadienſium Medicus & Polyhiſtor.*

PROGRAMMA RECTORIS ACAD. JULIÆ FUNEBRE cum ſalutat *p. 1. Virum doctrina, fama, meritis, illuſtrem*, & *p. 3. illuſtre non academiæ ſolum Juliæ, ſed totius Germaniæ eruditæ, & univerſi orbis literati, decus, Medicum plane incomparabilem, Hiſtoricum longe excellentiſſimum, Poetam juxta & Oratorem divinum, Polyhiſtorem omnis ſapientiæ, omnis elegantis & reconditæ, veteris & recentis, doctrinæ, promum condum, virum tantis dotibus ac virtutibus adornatum, qvantas perfecta, & natura, & induſtria, mortalium conditio recipit; virum, cujus admirati ſunt omnes ingenium uber, vividum, igneum, judicium acre, profundum, penetrans, longoqve rerum uſu perfectum & conſummatum, memoriam tam diffuſæ & inexhauſtæ ſcientiæ, citra confuſionem, tenacem, animum nullis defatigationibus, nullis unqvam laboribus, delaſſatum aut fractum, exactam in doctrina ſoliditatem, ſagacem in obſervando ſolertiam, in inveniendis componendisqve rebus miram accurationem, copioſum eloqventiæ flumen, venerabilem qvandam, non ſine facilitatis & comitatis temperamento, morum gravitatem, in agendo dexteritatem, prudentiam, integritatem incredibilem, eximia, ſingularia & magna in eo omnia. P. 18.* teſtatur, *non alio doctore magis Academiam Juliam rei medicæ*

ſtudiis

ſtudiis unqvam effloruiſſe. P. 19. hoc de illo fert judicium : *Ita, avitis paternisqve præſidiis inſtructus, imo propriis etiam inſtructior, Hiſtoriam pariter & Medicinam excoluit, ut, renatum in eo cum patre avum, &, qvicqvid in illorum utroqve eximium fuerat, in nepotem & filium cumulatim confluxiſſe, crederes. Indignum Meibomio videbatur, unius Medicinæ ſpatiis vaſtum & immenſæ eruditionis capax ingenium includere, jamqve adhuc juvenis ille bonos auctores omnes, Latinos, Græcos, Hiſtoricos, Poetas, Oratores, Philoſophos, diurna nocturnaqve manu verſaverat. Qvicqvid in humanioribus literis elegans, qvicqvid in doctrina omni eximium, qvicqvid in cultiſſimarum hodie Europæ gentium lingvis politum elaboratumqve prodiit, juxta cum Medicorum theoreticis & practicis operibus, indefeſſa induſtria evolvit.* P. 20. ejus *incomparabilem Hiſtoriæ, & præſertim rei Germanicæ, notitiam* deprædicat, p. 21. autem *divinam poeſin.* P. 27. ſcripta ejus vocat *eximia, docte omnia, ingenioſe, polite, ſolide, elaborata, & ad ſeculi delicati & elegantioris guſtum.* Pag. tandem 28. Virum illum ſalutat, *qvem, cum Germanis & Belgis, politi doctrina Itali, Galli, Angli, Dani, Sveones, & qvisqvis ullibi ſolidam eruditionem æſtimare didicit, inter literati orbis lumina habuere, academia autem Julia, proprium ſibi & domeſticum fuiſſe decus, perpetuo gloriabitur.*

In alio Acad. Juliæ Programmate Frid. Ulr. Calixti, Theologi, exeqviis A. 1701. conſecrato, *p. 2.*, vocatur *Medicus feliciſſimus, Hiſtoricus incomparabilis, Poeta divinus, Medici ordinis Senior, doctrina, meritis & fama illuſtris.*

In ACAD. LIPSIENSIS Programmate, Frid. Ben. Carpzovii exeqviis A. 1699. dicato, *Vir* audit *excellenti & ſingulari doctrina.*

IN NOVIS LITERARIIS LUBECENSIBUS, *M. Apr. A. 1700., p. 125. 126.*, *Civis* appellatur *Lubecæ illuſtris, ſummam nominis gloriam, non apud ſuos modo, ſed etiam apud exteros, conſecutus, qvi, non ſine totius orbis literati detrimento, obiit, victurus tamen, donec homines erunt, in omnium bonorum mentibus, editisqve ingenii & induſtriæ ſuæ monumentis.*

THOMÆ BARTHOLINO, *in Epiſt. de flagrorum uſu Medico ad illum, p. 3-6.*, *Vir* audit *clariſſimus, per qvem fama parentis creſcit, qvia paternæ virtutis hæres ex aſſe & ſucceſſor, nominis celebritatem editis ſcriptis promovere pergit, Medicus eruditus, magna cum laude Medicinam in Acad. docens Julia, & parentis exemplo, in omni literatura & antiqvitate verſatiſſimus*; it., *Vol. 1. Act. Med. Hafn. p. 12.*, *Anatomicus dexterrimus.* AB EODEM, *in Diſſ. de peregrinat. medica p. 11.*. *Profeſſoribus* annumeratur *clariſſimis, hodie in cultioribus Europæ regnis florentibus, & exterorum ſtudia ad ſe allicientibus*; in *Diſſ.* autem *de Medicis Poetis p. 143.*, in iſtorum etiam numerum hisce verbis refertur : *In bicipiti Parnaſſo felicius patre, avi exemplo, ſomniavit, ſicut edita poemata magnifica teſtantur, imprimis, qvæ ad Auguſtum, Ducem Brunſvicenſium ſenem, cujus valetudini cum Conerdingio præfuit, non ſemel miſit.*

GEORG. HIER. WELSCHIUS, *in præfat. Sylloges Obſervv. Med.*, invidendo eum ornavit elogio, uti ipſemet, *in Ep. de hiſtoria Medicorum ſcribenda p. 3.*, teſtatur. In *Epiſt.* autem *de Theſauro ſuo Experientiæ Medicinalis, Filium parentis clariſſimum, paris gloriæ, ac meritis parem*, appellavit.

MARCELLUS MALPIGHIUS, *in Operibus Medicis poſthumis*, Amſtelod. A. 1698. editis, *p. 75.*, *ſingularem* ejus *eruditionem, & peritiam in anatomicis, admiratur*, teſte autore *Progr. Fun. p. 15.*

AD. HENR. EYSSONIO, Prof. Medico Groning. (*in Diſſ. Med. de foetu lapidefacto*, Gron. A. 1661. edita, *Sect. I. §. 2.*,) vocatur *Vere eximius, & paternis avitisqve veſtigiis generoſe inſiſtens juvenis vir, cultioris literaturæ ac Medicinæ ſtudioſus ſolertiſſimus.*

GODFR. GVILH. LEIBNITIUS (*in præf. Chronici Coenobii Montis Francorum Goslarienſis, Tomo I. Acceſſ. Hiſt. A. 1697. ſubjuncti*) illum, atqve avum cognominem, *Viros* ſalutat *inſignes, & in re hiſtorica verſatiſſimos.*

GEORG. WOLFG. WEDELIUS, *Decade VI. Exerc. Medico-Philol., Exerc. 1. de polymathia Medica, p. 3.*, ita: *Clarent immortali hoc πολυμαθείας encomio, inter alios, e Noſtris, præcipue Medici celeberrimi, Majores, Meibomii, Pechlini, editis hujus rei luculentiſſimis ſpeciminibus, & majora adhuc ſpondentes.* Idem WEDELIUS, *in Ep. Diſputationi ſuæ de Inſomniis* A. 1690. ſubjecta, eum *Academiæ Juliæ Decus* ſalutat.

D. GEORGIO FRANCO (*in Epiſt. de Medicis philologis p. 5.*) audit *Elegantiſſimus polyhiſtor, Medicus clariſſimus.*

JOH. DAN. MAJORI, *in Diſſ. de ærumnis gigantum, c. 3. §. 20.*, *Vir induſtrius*, &, in *Progr. invit. ad Diſſ. inaug. J. Gvilh. Schmidii*, peritiam etiam ipſius extollente anatomicam, *Vir ingenioſiſſimus.*

JOH. NIC. PECHLINUS, in Ep. ad J. Georg. Volcammerum, *Libris III. Obſervv. Med.* præfixa, ita : *Qvis non miretur mecum Meibomiorum copioſam atqve avitam polymathiam?*

LUCÆ SCHROCKIO Jun. (*in Memoria Welſchiana p. 26.*) audit *Virorum ſummus.*

CHRIST. DAUMIUS, *Ep. 37. ad J. Frid. Hekelium p. 49.*, *humanitatem* ejus *& manſvetudinem ab omnibus* ait *prædicari. Ep.* autem *7., p. 130.*, *Decus Acad. Juliæ inſigne* ſalutat.

GUNTH. CHR. SCHELHAMMERO, *in Introduct. in Phyſiol. p. 30.*, *Vir paternæ & avitæ eruditionis ex aſſe hæres*; it., *in Additt. ad H. Conringii Introd. ad Art. Med. p. 140.*, *patriæ famæ ac eruditionis ex aſſe hæres, Acad. Juliæ ornamentum*; it., *ibid. p. 402.*, *ſagaciſſimus antiqvitatum medicarum indagator*; it., *in Lib. de Natura, P. II., c. 1., p. 194. 195.*, *Vir maximus, πολυμαθέστατος, & judicio pariter atqve experientia inſignis.* Eidem SCHELHAMMERO, in *Diſſ. de genuina febres curandi methodo, P. III., Sect. 1., §. 44.*, audit *ſeculi hujus præcipuum ornamentum, cujus prudenti judicio & experientiæ ſummæ repugnare non ſuſtinemus*, it. *P. III., Sect. 4. §. 27.*, *Medicorum clariſſimus*; it., *in Diſſ. de lymphæ ortu, Vir omni elegantiori doctrina, & anatomica cumprimis peritia, clariſſimus.*

D. JAC. WOLFIO, Prof. Med. Jenenſi (*in Progr. auſpicali de αὐτοδιδάξεις.* A. 1690. edito, *p. 4.*), *Medicæ artis, omnigenæqve literaturæ, Atlas vere inclytus, & non Juliæ modo, ſed totius Germaniæ, delicium.*

D. EL. VEJELIO (*in Diſſ. de ſumma præſtantia & dignitate ſtudii Medici, juxta mentem SS. Patrum*, Ulmæ A. 1692. edita, *p. 5.*) *magnus Medicus & Philoſophus.*

GEORG. CASP. KIRCHMAIERO (*in Halurgia curioſa, Miſcell. Acad. Nat. Cur. Decuriæ II. Anno VIII. annexa, §. 47., p. 21.*) *Polyhiſtor.*

CASP. SAGITTARIO, *in Hiſt. Bardovic., c. 1., §. 2.*, *Medicus χαριέστατος, Ordinis Acad. Juliæ Profeſſorii ſingulare decus*; it., *in Hiſtoria Principum Anhalt., p. 108.*, *Vir ſummus*; it., *in Introd. in Hiſt. Eccl., c. 23., §. 20., p. 591.*, *Vir in ſtudio nummario excellens*; it., *ibid., c. 10., §. 7., p. 81.*, *Vir. incomparabilis.*

HENR. GÜNTH. THULEMARIO (*in Comm. de Bullis p. 84.*) *Academiæ Helmſtadienſis Medicus & Polyhiſtor incomparabilis.*

MATTHIÆ TILINGIO (*ſub finem proœmii Exerc. de admiranda rerum ſtructura & uſu*) *Vir in Medicina & Anatomia celeberrimus & præſtantiſſimus.*

D. G. MORHOFIO (*T. I. Polyhiſt. L. 7., c. 3., p. 378.*) *Vir eruditiſſimus & celebris.*

CONR. SAM. SCHURTZFLEISCHIUS (*in Diſſertt. Acad., Progr. XIII. Profeſſionis Hiſtoricæ Auſpicali, A. 1677. propoſito, p. 48.*) ita de illo : *Lenit qvodammodo ac ſolatur hunc dolorem* (ex obitu Georg. Hier. Welſchii conceptum) *Henr.*

Meibomius, dignus avo nepos, qvi, poſt Herm. Conringium, qvem nominaſſe ſatis eſt, in hiſtorica qvoqve ſtudiorum parte, omnia ſumma Juliæ ſuæ præſtat, pluraqve pollicetur. Idem *Tomo I. Epp. arcan., n. 220., p. 367.*, ita de illo: *Ut in omnibus antiqvitatis partibus, ſic etiam in nummariæ rei ſcientia, præclare verſatus eſt, & humanitate pariter ac doctrina cum omnibus facile contendit.* Eidem in Epiſt. ad eum (*T. II. Epp. arcan., n. 50. p. 64.*) *Vir* audit *unus omnium doctiſſimus, & in ſeculi decus natus, ac nihil adeo ſcribere ſolitus, qvin doctorum expectationem tueatur; in qvo nemo eruditionem & diligentiam deſiderat, omnes vere moderationem, cum exqviſitiſſimo judicio conjunctam, æſtimant perinde ac admirantur.*

CHRIST. THOMASIO (in den ſchertz-und ernſthaften Gedancken von allerhand Büchern, *M. Aug. A. 1688., p. 273. 275.*) audit Ein vortreflicher Hiſtoricus, Poete und Medicus, welcher den Ruhm hat, daß er, nebſt ſeiner unvergleichlichen Wiſſenſchaft, die Idée, die man ſich, bey Anſchauung ſeines Kupfers, von ihm macht, rechtſchaffen exprimire, und ein recht artiger und galanter Mann ſey.

JOH. FABRICIO Jun., Theologo Helmſtadienſi (*in Or. auſpic. Helmſtadienſi, Amoenitatibus Theologicis inſerta p. 693.*), *Vir elegantiſſimus, & in omni ſcientiarum genere excellens*; nec non (*P. III. Hiſt. Biblioth. Fabric. p. 16.*) Vir in Hiſtoria, Poeſi, aliisqve elegantioribus ſtudiis vere excellens.

GVILH. CAVIO, Theologo Anglo (*in Hiſt. Lit. Scr. eccl., in præfat. Tomi II., p. 8.*), *Celeberrimus hujus ſeculi Polyhiſtor.*

AD. RECHENBERGIO (*in Diſſ. de uſu Epiſtolarum clar. virorum, §. 18.*) *Celeberrimus Polyhiſtor, Acad. Juliæ decus.*

JOH. PHIL. DATTIO, Conſil. Würtembergico (*in opere de pace Imperii publica, A. 1698. edito, L. 4., c. 2., p. 735.*), *Polyhiſtor ſummus, Vir conſummatiſſimæ eruditionis.*

JOH. GOESIO (*in Sylloge Opuſcc. de Weſtphalia p. 188.*) *Vir Cl. & πολυμαθέςατος*, it. (*ib. p. 212.*) *Vir clariſſimi nominis, elegantiſſimi ingenii & reconditæ eruditionis.*

CHR. FRANC. PAULINO (*in Lib. de Candore, Sect. 6., c. 4., §. 6.*) *Vir inſignis, Acad. Juliæ decus & gloria.*

JOH. CINELLO (*in Bibliotheca volante, ſcanzia XII. p. 15.*) *inſigne Medico, Iſtorico e Poeta, e mio cariſſimo amico.*

JOH. CYPRIANO (*in Progr. de philoſophia in Acad. Lipſienſi recepta, A. 1690. propoſito, p. 4.*) *Polyhiſtor Helmſtadienſis, optima pollens judicandi facultate.*

CASP. POSNERO (*in Diſp. de longævitate hominum, §. 12.*) *Vir celeberrimus, & Hiſtoricus non minus qvam Medicus inſignis.*

JOH. WERLHOFIO (*in Or. de Jurisprudentiæ, & civilium ſtudiorum nexu, p. 13.*) *Omnigenæ eruditionis promus condus.*

D. CHRIST. KNAUTHIO, Archiatro Anhaltino (*in præfat. Antiqvitatum pagorum ac comitatuum Principatus Anhaltini, A. 1699. editarum*) *Vir celeberrimus, & de Medicina, ac Hiſtoria Germanica, optime meritus.*

WILH. ERN. TENZELIO, *in Dial. menſtr. germ., M. Jul. A. 1692., p. 613.*, Ein ſo wol in Hiſtoricis, als Medicis, vortreflich verſirter Mann, it., *M. Dec. A. 1692., p. 953.*, Ein Mann, deſſen Nahme ſchon ſo viele Jahre der gelehrten Welt bekandt geweſen.

M. FRID. BESSELIO, *in Notis ad Eginhardi Vitam Caroli M. p. 6.*, *Vir rei Medicæ, omnisqve adeo antiqvitatis, ſcientiſſimus*; it. *p. 116.*, Vir *eruditiſſimus.*

M. EBERH. RUD. ROHTIO, Prof. Ulmenſi (*in Diſſ. de Oſiride, c. 4., §. 12.*) *Vir veterum literarum diligentiſſimus.*

JAC. ANDR. CRUSIO (*in Witekindo, c. 11., p. 103.*) *Vir nobiliſſimus, & paternarum & avi virtutum ex aſſe hæres, Philologus & Medicus celeberrimus.*

JAC. PERIZONIO (*in Elegia in ipſius ac Frid. Ben. Carpzovii obitum*) *Magnum doctrinæ lumen & ingenii.*

JOH. BURCH. MAJUS, *in præfat. Orationis de hiſtoria univerſali hujus ſeculi ſcribenda*, cum refert inter *Polyhiſtores illuſtres, inqve gloriam noſtræ gentis natos*, ad hiſtoriam iſtam conſcribendam idoneos.

JOH. FRID. HEKELIUS, *in Libello de corona Poetarum p. 63.*, cum celebrioribus Germaniæ Poetis annumerat, &, *in Notis ad Mich. Barthii vitam Virgilii p. 25.*, *Virum* vocat *multis heroibus, eminenter inclytis, egregie carum, in qvo cineres atqve oſſa parentis perpetuo virebunt feliciſſime*, in *dedic.* autem *Epiſtolæ* Jac. Heilbrunneri *de Papatu minime catholico, alteram illam nobilium literatorum Melpomenen.*

M. RUD. MART. MEELFÜHRERO (*in præf. Acceſſionum ad Theod. Janſonii Biblioth. promiſſam, lit. a. 3. a.*) audit *Vir, ſive ſoluta, ſive numeris ligata oratione, ſcribat, excellentiſſimus.*

M. MICH. FILIZIUS, Gubena Luſatus, *in Specimine Analectorum ad Ol. Borrichii Diſſertationes de Poetis*, Lipſiæ A. 1697. edito, *p. 43.*, ita de illo: *Continentiæ* (in Poematis ſuis luci ſubtrahendis) *nimietatem etiam in Henr. Meibomio, Joh. Henrici filio, Medico & Hiſtorico incomparabili Helmſtadienſium, vituperaremus, niſi reverentia, viro ſummo debita, negotiaqve ejusdem catenata, ſufflaminarent improbos conatus. Etenim fateor, neminem ex tota Germanorum phalange nobis occurrere, cui qvidem hauſtus Hippocrenes defæcatior contigerit. Aliqvot Poemata panegyrica Meibomiana lectione intenta luſtravimus, qvæ, ne de aliis dicam, Claudianum conficiunt certe. Qvo tamen tot verba? Si ſolam de Felleri obitu Elegiam, ad Frid. Ben. Carpzovium, ſcripſiſſet, vel ex hac ſola Poeta conſummatisſimus videri poſſet.*

AUTORI des Monatl. Außzuges auß allerhand Büchern, *M. Apr. A. 1700., p. 195.*, Ein theurer und gründlicher Lehrer der ſtudierenden Jugend, ein groſſer Unterhalter des alten Ruhms der Univerſitat Helmſtatt, eine Zierde von Niederſachſen, und einer der Gelehrteſten dieſer Zeit.

JOH. CHRIST. NEVIO, Hiſt. Profeſſori Tubingenſi (*in præf. Relectionum hiſtoricarum hyemalium* Degorei Whear, Tubingæ A. 1700. denuo a ſe editarum), *Vir maximi nominis.*

GEORG. HENR. GÖTZIO (*in Diſſ. de Principe hebraice docto p. 513.*) *Clariſſimus Polyhiſtor, & vir exqviſiti judicii.*

BURCH. GOTH. STRUVIO (*in præf. ad Bapt. Gvarini Lib. de ordine docendi & ſtudendi p. 54.*) *Vir conſummatisſimus*, & (*in ep. dedic. Syntagm. Hiſt. Germ.*) Saxoniæ inferioris Hiſtoricus ſummus.

ADOLPHO CLARMUNDO, Parte V. der Lebensbeſchr. gelahrter Leute *p. 154.*, Eine Zierde nicht von Niederſachſen allein, ſondern von gantz Deutſchland, welchen die exteri certatim venerirt, und ſeine profunde Erudition, und gelehrte Schriften, admirirt.

MELCH. FRID. GEUDERO (*in Diatr. de fermentatione, Sect. 2., c. 2.*) *Celeberrimus ille Polyhiſtor & Medicus.*

JOH. ALB. FABRICIUS (*in ep. dedic. Iſagoges in Hiſt. Gall.*) eum ac parentem *duos Hiſtoriæ Germanicæ ſtatores* appellat.

GODOFR. HECHTIO (*in Germania ſacra & literata p. 340.*) *Vir eruditisſimus & de patria immortali nomine meritus.*

JAC.

JAC. BURCHARDO (*in Medico ſtudiorum humanitatis vindice p. 86. 87.*) *Medicus elegantiſſime doctus, qvem non Germani modo, verum Batavi qvoqve, Galli, Britanni, Itali, peritiſſimum coluerunt Medicum, elegantem Poetam, diſertisſimum Oratorem, prudentem Hiſtoricum & magnum Philologum.*

JUSTO CHRISTOPH. BÖHMERO (*in Memoriis Prof. Med. Helmſtad., Proluſ. II., p. 48. 52. 54.*) *Vir* audit, *qvem nominaſſe pro laude eſt, omnis politæ, & reconditæ, veteris ac recentis, doctrinæ fama illuſtris; Medicus exqviſitus, Hiſtoricus præcellens, Antiqvarius peritisſimus, Poeta pariter & Orator ſummus; - - ſempiternum Acad. Juliæ decus, exterorum admiratio; qvi tanta, in cætera eruditionis magnitudine, valebat verſuum pangendorum felicitate, ut vel in veterum numero Vatum reponi qveat.* Eidem (*in præf. Muſarum errantium Herm. Conringii p. 13. 14.*) *Vir ſummus, &, non minus in pangendo carmine, qvam facienda medicina, felix, ingens decus academiæ Juliæ.*

MIHI IPSI, *in Iſagoge ad Hiſt. Cimbr.*, merito audit *Vir Doctisſimus, paternæqve & avitæ, in Hiſtoricis, Eruditionis ex Aſſe Hæres, P. I., c. 3., §. 3., p. 18., Nominis, muneris, doctrinæ & famæ avitæ heres, P. I., c. 6, §. 13., p. 86., Sagacisſimus antiqvitatum patriæ ſcrutator, P. I., c. 15., §. 5., p. 255., Vir Rerum Germanicarum peritia nemini hoc tempore ſecundus, P. IV., c. 4., §. 6., p. 440., Hiſtoricus ſagacisſimus, P. IV., c. 6., §. 1., p. 494., Vir Summus, ibid. §. 12., p. 518.*

SCRIPTA EDITA.

N. PROPRIA.

Diſp. de fundamentis Peripateticorum, qvibus Ariſtoteles doctrinam de moribus ſuperſtruxit, nec non Stoicorum, & aliorum recentiorum, inter ſe collatis, Præſide D. Joh. Eichelio propoſita. Helmſt. 1657. in 4.

Diſp. Medica de Hydrophobia, Præſide D. Jac. Tappio propoſita. Helmſt. 1659. in 4., ibid. 1662. in 4.

Exerc. philologico-medica de Incubatione in fanis Deorum, Medicinæ olim cauſa facta, Præſide Herm. Conringio propoſita. Helmſt. 1659. in 4. Ea Diſp. hæc a Noſtro, 21. annorum juvene, *compoſita eſt accuratione, ut nec verbulum in ea præſes Conringius immutaverit. V. Progr. funebre p. 11.* Avo cognomini perperam tribuitur a Paulo Frehero, *in Theatro Erud. p. 1518.*, Joh. Henrico autem parenti, a Joh. Frid. Mayero, eam commendante, *in Diſp. de valetudinis Diis Deabusqve p. 8.* Qvo de errore jam dictum in *Homonymoſcopia* noſtra, *Sect. II., c. 7., §. 80., p. 700. 701. Elegans Diſſ.* vocatur a Val. Henr. Voglero, *in opere de rebus S. ſcripturæ naturalibus p. 47., Eruditisſima*, a Joh. Cypriano, *in Programm. Anti-Helmontiano*, Lipſiæ A. 1674. publicato, *Eruditisſima, & varia ſiſtens doctrinarum genera*, a Georg. Henr. Gotzio, *in Diſqv. de Theologis Pſevdo-Medicis p. 8.* Commendatur, ob accurationem, a Georg. Wolfg. Wedelio, in *Epiſtola, Diſputationi ſuæ de Inſomniis A. 1690. ſubjuncta.*

Diſp. de obſervatis qvibusdam in nupero ſubjecto anatomico rarioribus, Præſide D. Henr. Eyſſonio propoſita. Groningæ 1660. in 4.

Epiſtola de Chemicorum artificiis, qvæ a nonnullis phænomenis naturalibus, reſurrectionem mortuorum illuſtrantibus, adduntur, ad Theoph. Spizelium, Eccleſiaſten Auguſtanum, hujus *Conſiderationi corporis glorioſi*, Noribergæ A. 1662. in 8. excuſæ, præfixa. *Pererudita* vocatur a J. Dan. Majore, *in Diſſ. de cancris & ſerpentibus petrefactis p. 34.* & Phil. Jac. Sachſio *Lib. I. Gammarologiæ, c. 13., §. 4., Doctiſſima* autem a M. Gregorio Michaelis, *in Notis ad Jac. Gaffarelli curioſitates inauditas p. 251.*

Epiſtola de Longævis, ad Auguſtum, Ducem Brunſvicenſem & Lüneburgenſem, octogeſimum ſextum ætatis annum agentem. Helmſt. 1664. in 4. Henr. Meibomio ſeniori, avo Noſtri, falſo adſcribitur a Paulo Frehero, *in Theatro eruditorum, p. 1518.* Commendatur a Caſp. Posnero, *in Diſp. de longævitate hominum, §. 12. 14. 18. &c.*, Chr. Arnoldo, *in Spicilegio ad Sotam J. Chr. Wagenſeilii p. 1229.*, ac D. G. Morhofio *T. II. Polyhiſt., Lib. II., P. II., c. 5., p. 313.*

Poema heroico-panegyricum, in fundationem Academiæ Kilonienſis A. 1665. ſcriptum. Legitur in Alex. Jul. Torqvati *Hiſtoriæ inaugurationis Acad. Kilonienſis*, A. 1666. in fol. editæ, *Appendice.*

Epiſtola de vaſis palpebrarum novis, a ſe detectis, ad D. Joelem Langellottum, Archiatrum Holſaticum. Helmſt. 1666. in 4. (*3. pl.*) Recuſa eſt in Faſciculo IV. Opuſculorum Anatomicorum Joh. Bapt. Bianchi, Abr. Vateri, Henr. Meibomii & Cæcilii Folii, Lugd. Bat. A. 1723. *in 8.* edito. Commendatur, una cum invento Noſtri, qvod deſcribit, anatomico, a Joh. Dan. Majore, *in Collegio curioſo, Specim. III., n. 11.*, Günth. Chr. Schelhammero, *in Introd. in Phyſiol. p. 30.*, Chriſtoph. Wegleitero, Theologo Altorfino, *in Or. de palmariis ſeculi noſtri inventis, p. 26. 48.*, Guſt. Dan. Lipſtorpio *in Diſſ. de poris corporis humani, Th. 36., p. 51.*, Caſp. Bartholino Jun. (qvi Ol. Borrichium *hygrophthalmica* vaſa illa vocaſſe teſtatur) *in Specimine hiſtoriæ anatomicæ p. 139.*

Panegyricus, divæ memoriæ Auguſti, Ducis Brunſvicenſis & Lüneburgenſis, herois opt. max., Muſagetæ incomparabilis, Germaniæ Neſtoris, dictus. Helmſtadii 1667. in fol.

Diſp. de motu ſangvinis, naturali & præternaturali. Helmſt. 1668. in 4.

Diſp. de oſſium naturali & præternaturali conſtitutione. ib. 1668. in 4.

Epiſtola de hiſtoria Medicorum ſcribenda, ad Georg. Hier. Welſchium, Medicum Auguſtanum. Helmſt. 1669. in 4. (*2. Pl.*). Exponit in ea hiſtoriam, faciem ac methodum operis *de vitis Medicorum* paterni poſthumi, a ſe perficiendi atqve edendi, cujus infra prolixior, inter τὰ ἀνέκδοτα, occurret mentio.

Epiſtola de uſu flagrorum in re medica & venerea, lumborumqve & renum officio, ad Thom. Bartholinum prid. Kal. Sept. A. 1669. exarata, prodiit cum Joh. Henr. Meibomii, parentis, & Thomæ Bartholini duabus ejusdem argumenti epiſtolis) e qvibus paterna jam ante Lugd. Bat. A. 1643. in 4. erat excuſa), & Joach. Olhafii ac Ol. Wormii de eodem renum officio Diſſertatiunculis, Francof. A. 1670. in 8., curante editionem Thoma Bartholino.

Panegyricus de obſidione Brunſvicenſi, felicibus auſpiciis IV. Kal. Jun. cœpta, & prid. Id. Jun. finita, Rudolpho Auguſto, Duci Brunſv. & Lüneburgenſi, dicatus. Helmſt. 1671. in fol.

Diſp. med. de bubonibus. Helmſt. 1671. in 4.

Diſp. de chylificatione, Reſp. Conerdingio. Helmſt. 1671. in 4.

Diſp. de cephalalgia. Helmſt. 1672. in 4.

Diſp. de cancro mammarum. Helmſt. 1673. in 4.

Diſp. de reſpiratione, ejusqve difficultate, cauſis item hujus & curatione, Reſp. Stiſſero. Helmſt. 1673. in 4.

Diſp. de cranii læſione a cauſa externa violenta. Helmſt. 1674. in 4.

Ejus, Franciſci de le Boe Sylvii, Johannis ab Horne & Frid. Ruyſchii, Obſervationum anatomico-medicarum Decades IV. Amſtelod. A. 1674. in 12. V. *Beügh. Bibliogr. Med. p. 10. 174.*

Diſp. de phthiſi, Reſp. Henr. Chriſt. Erythropilo, Hannoverano. Helmſt. 1675. in 4.

Panegyricus, Georgio Wilhelmo, Duci Brunſv. & Lüneb., victori, triumphatori, cæſis ad Moſellam Gallis, & expugnata Treviri, dictus. Helmſt. 1676. in fol.

Or. in promotione medica, A. 1676., in feſto Acad. Juliæ Jubilæo, recitata, qvæ legitur in *Hiſtoria feſti ſecularis Acad. Juliæ*, Helmſtädii A. 1678. in fol. edita.

Diſp. de variolis & morbillis. Helmſt. 1676. in 4. (5½ *pl.*)

Diſp. de ſuppreſſione urinæ. Helmſt. 1676. in 4. (*5. pl.*)

Conſideratio medica veris, morborum vernalium, & rationis curandi, iſto tempore inſtituendæ. Helmſt. 1677. in 4.

Diſp. de calculo renum. Helmſt. 1679. in 4. (*6. pl.*)

Programma, lectionibus publicis hiſtoricis præmiſſum. Helmſt. 1679. in 4. (*2. pl.*)

Diſp. Hiſtorica de metallifodinarum Hartzicarum origine & progreſſu, & qvomodo ad Duces Brunsvicenſes ac Lüneburgenſes A. 1235. pervenerint. Helmſt. 1680. in 4. Commendatur, velut accurata & perdocta, a Nic. Hier. Gundlingio, in *Lib. de Henrico Aucupe Imp. p. 261.*

Panegyricus, Joh. Friderici, Ducis Brunſv. & Lüneb., memoriæ dictus. Helmſt. 1680. in fol.

Diſſ. Hiſtorica de Friderici, Ducis Brunsvicenſis & Lüneburgenſis (*a plerisqve Hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptoribus omiſſi*), in Imperatorem electione, & miſera cæde, A. 1400. facta. Helmſt. 1681. in 4. Recuſa *Tomo III. Rerum German.*, ibid. A. 1688. in fol. edito, *p. 419-426.* Commendatur *in Actis Erud. Lipſ., M. Jun. A. 1688., p. 290. 291.*, it. ab Henr. Basnagio, *en l' Hiſtoire des Ouvrages des Sçavans, M. Febr. A. 1691., p. 284.*, Caſp. Sagittario, *in Hiſtoria Principum Anhaltinorum p. 108.*, ac *in Introd. ad Hiſt. Eccl. p. 63.*, Burch. Gotth. Struvio (cui *elegans* audit) *in Biblioth. Hiſtor. c. 7., §. 21., p. 163. 164.*, & J. Chr. Nevio (*eruditam egregiamqve* eam vocante) *in Mantiſſa ad Wheari Relect. hyem. hiſtor. p. 169.*

Programma pentecoſtale de converſione Saxonum. Helmſt. 1681. in 4. (*2. pl.*)

Diſp. de conſvetudinis natura, vi & efficacia, ad ſanitatem & morbum, ejusqve in medendo obſervationis neceſſitate. Helmſt. 1681. in 4.

Programma exeqviale de vita D. Gerh. Titii, Prof. Theologi Helmſtadienſis. Helmſt. 1681. in 4. Recuſum in Henn. Wittenii *Centuria Memor. Theol. renov.*, Francof. A. 1685. in 8. edita, *Dec. XVI., p. 2080-2089.*

Diſp. de valvulis ſeu membranulis vaſorum, earumqve ſtructura & uſu. Helmſt. 1682. in 4.

Diſſ. epiſtolica de illuſtris Heimburgicæ gentis origine & progreſſu, ad Frid. ab Heimburg, Duc. Brunſv. ſupremum Status Conſiliarium & curiarum præſidem. Helmſt. A. 1683., in 4. *Elegans & erudita* eſt, judice autore des Monatl. Außzuges auß allerhand Büchern, *M. Mart. A. 1701., p. 40. 41.*

Programma de nummorum veterum, in illuſtranda Imperatorum Romanorum hiſtoria, uſu. Helmſt. 1684. in 4. (*3. pl.*). Commendatur a Caſp. Sagittario, *in Introd. in Hiſt. Eccl., c. 23., §. 20., p. 591.*, Wilh. Ern. Tenzelio, *in Dial. menſtr. german., M. Oct. A. 1691., p. 870.*, & Anſh. Bandurio *in Biblioth. nummaria, n. 114., p. 101.*

Diſp. de vulnerum natura & curatione in genere. Helmſt. 1685. in 4. Recenſum hujus V. in Andr. Ottom. Gôlickii *Hiſtoria Chirurgiæ recentiore, §. 552., p. 354. 355.*

De Ducum Brunsvicenſium & Lüneburgenſium, contra infideles Saracenos & Turcas, a 600. amplius annis, expeditionibus bellicis Narratio. Helmſt. 1686. in 4.

Or. de Julii, Ducis Brunſvicenſis, Acad. Juliæ fundatoris, familia in maſculis qvidem extincta, ſed per fœminas, in nepotibus, floreſcente. Helmſt. 1686. in 4.

Programma, publicis in Taciti Germaniam lectionibus præmiſſum. Helmſt. 1686. in 4. (*2. pl.*)

Diſp. de phthiſeos per lac curatione. Helmſt. 1686. in 4.

Diſp. de fluxu humorum ad oculos naturali & præternaturali, hujusqve curatione. Helmſt. 1686. in 4.

Diſp. de hernia. Helmſt. 1686. in 4.

Ad Saxoniæ, inferioris imprimis, hiſtoriam introductio, in qva, ab ultima notitia, ad noſtra usqve tempora, breviter ejus hiſtoria delineatur, & de plerisqve rerum Saxonicarum ſcriptoribus, editis & ineditis, judicatur. Helmſt. 1687. in 4. (*16. pl.*) Recenſum ejus exhibent Lipſienſes, *in Actis Erud., M. Majo A. 1687., p. 269. 270. 271.*, Joh. Clericus, *T. V. Biblioth. Univerſ. Hiſtoricæ*, Gallice Amſtelodami editæ, *M. Oct. A. 1687., p. 72-88.*, ac Pet. Bælius, *in Novellis Reip. Literariæ Gallicis, M. Nov. A. 1687., p. 1388. 1389. 1390. Eruditisſima* merito vocatur a Lipſienſibus, *l. c. p. 271.*, *Doctisſima* autem & *aureola*, a me, *in præf. Iſag. ad Hiſt. Cimbr., p. 19., ac P. I., c. 3., §. 3., p. 18. Peregregia* audit Joh. Andr. Schmidio *T. II. Introduct. Sagittarianæ in H. E. p. 361.* Commendatur qvoqve a Burch. Gotth. Struvio *in Biblioth. Hiſt. c. 23. p. 602.*, & Joh. Nicol. Hertio (*non contemnenda de Saxonibus congesſiſſe Meibomium* judicante) *in Notitia veteris Germaniæ populorum, P. III., c. 3., p. 102.*

Elogium Friderici Wilhelmi, Electoris Brandeburgici. Col. Brandeb. 1688. in fol. (*Catal.*)

Diſſ. de Saxonia, Hugonis de S. Victore (*ex familia Comitum Blanckenburgicorum orti*) patria, contra Joh. Mabillonium, *T. I. Analect., p. 326.*, Ypris Flandriæ cum vindicantem, edita *Tomo III. Rer. Germ.*, Helmſt. A. 1688. in fol. excuſo, *p. 427-432.* Commendatur illa, ob eruditionem, a Godfr. Gvilh. Leibnitio (ſententiam Meibomii pluribus autorum locis confirmante), *in præf. Tomi II. Accesſionum hiſtoricarum*, Hannoveræ A. 1698. in 4. editi, & *in Actis Erud. Lipſienſibus, M. Jun. A. 1688., p. 291.*

Diſp. de aqvæ calidæ potu. Helmſt. 1689. in 4. Commendatur a D. Mich. Bernh. Valentino *Diſſ. Epiſt. III. de natura medica p. 145.*

Programma de decem hiſtoriæ Germanicæ periodis, lectionibus de hiſtoria duorum noviſſimorum ſeculorum civili publicis præmiſſum. Helmſt. 1697. in 4. *5. Pl.*)

Commentatio de ſereniſſimæ Domus Brunſvico-Lüneburgicæ affinitatibus auguſtis, in memoriam auguſti conjugii Joſephi, Romanorum & Hungariæ Regis, cum Wilhelmina Amalia, Principe Brunſvico-Hannoverana. Helmſt. 1699. in 4. (*9. Pl.*)

Diſp. de catheteriſmo. Helmſt. 1699. in 4. (*3. Pl.*) *Elegans* vocatur ab Andr. Ottom. Gôlickio *in Hiſtoria Chirurgiæ recentiore, §. 552., p. 354.*

Academiæ Juliæ Leſſus, Auguſto Friderico, Duci Brunſvicenſi, conſecratus. Helmſt. 1676. in fol. Hunc Noſtro vindicant Joh. Cinellus *in Biblioth. volante, Sect. XII. p. 15.*, eumqve ſecutus Vinc. Placcius *T. II. Theatri Anon. & Pſeudon. p. 342.*

Exercita-

Exercitationes XXIV. de hiſtoria & uſu partium humani corporis, juxta ductum Anatomes reformatæ Thomæ Bartholini.
Diſſertationes de corporis infantilis ab adulto differentia, de atrophia, & de tumoribus pedum, inprimis œdematoſis.
Theſes medicæ, ex univerſa arte deprompræ.
Leſſus in obitum Auguſti & Chriſtiani Ludovici, Ducum Brunſvicenſium.
Panegyricus metricus de templo Kiſſenbrugenſi, principali auſpicio dedicato.

Scriptis noſtri editis accenſentur a J. C. Böhmero *in Memoriis Profeſſ. Med. Helmſtad.*, *Proluſ. II.*, *p. 51.52.*

Diſcurſus de abſceſſuum internorum natura & conſtitutione. Dreſd. 1718. in 4. Lectiones exhibet de hoc argumento academicas. Recenſum illius exhibent Joh. Gottl. Krauſii *Nova anni 1718. literaria Latina*, *num. 15.*, *p. 177. 178. 179.*
Diſp. de Empyemate.
Exercitationes Pathologicæ, qvarum IIda de morborum cauſis in *Diſp.* ejus de *phthiſi*, A. 1675. habita, §. 26., allegatur.
(Meibomii, Polyhiſtoris & Poliatri, Exerc. IIda pathologica ad Fernelium, a Georg. Caſp. Kirchmaiero, *in Halurgia curioſa*, §. 47., *p. 21.*, laudatur.)
Programmata varii generis academica, annis diverſis ſeorſim publicata.
Poematia & Carmina plurima, itidem ſigillatim diverſis temporibus edita, & a Thoma Bartholino ac Mich. Filizio (qvorum judicia de iis, in recenſu Elogiorum autoris, ſupra jam recitavimus) inſigniter commendata.

DISPUTATIONES MEDICÆ INAUGURALES, ILLO PRÆSIDE HELMSTADII HABITÆ.

De paracenteſi in hydrope, Joh. Conr. Axtii, Arnſtadienſis. Helmſt. 1670. in 4.
De oleorum ſtillatitiorum natura & uſu in genere, Dav. Kelneri, Gothani. Helmſt. 1670. in 4.
De hæmorrhoidibus Petri Chriſtoph. Stockhauſii, Goſlarienſis. Helmſt. 1670. in 4.
De ſuffuſione oculorum Ludov. Günth. Roſii. Helmſt. 1670. in 4.
De vulneribus lethalibus, Joh. Ant. Neucrantzii Lub., Archiatri Megap. Helmſt. 1674. in 4.
De ſpiritibus, ex vegetabilibus per fermentationem paratis, Henr. Erberfeldii. Helmſt. 1674. in 4.
De colica, Joh. Salom. Hattenbachii, Thuringi, Medici Lubecenſis, Ib. 1674. in 4.
De ulcerum natura & curatione in genere, Joh. Godfr. Alberti. Ib. 1674. in 4. Hujus recenſum V. in Andr. Ottom. Gölickii *Hiſtoria Chirurgiæ recentiore*, § 551., *p. 353. 354.*
De ſangvinis eductione, Joh. Georg. Hieronymi. Helmſt. 1674. in 4.
De febribus intermittentibus epidemicis Martini Ladey. Helmſt. 1678. in 4.
De vomitu Andr. Herm. Helbergeri, Med. Lubec. Helmſt. 1678. in 4.
De cardialgia, Thomæ Wilrichii, Helmſtadienſis. Helmſt. 1679. in 4.
De concoctione ventriculi læſa, Joh. Schmidii, Poliatri Helmſtadienſis. Ib. 1682. in 4.
De febribus malignis, Joh. Gabr. Schmidii, Northeimenſis. Helmſt. 1679. in 4.
De hæmorrhagia, Henr. Rademinii, Soltqvellenſis. Helmſt. 1684. in 4.
De ſuffocatione hyſterica, Conradi Balth. Behrens, Hildeſienſis. Helmſt. 1684. in 4.
De hydrope aſcite, Aug. Conr. Schröderi, Phyſici Staſfurd. Helmſt. 1695. in 4.
De leniorum medicamentorum eximio uſu, Brand. Diet. Behrens. Helmſt. 1692. in 4.
De venæſectionis in variolorum curatione uſu, Juſti Henr. Kreyenbergii. Helmſt. 1682. in 4.
De lue venerea Andr. Wilh. Fiſchbeckii. Helmſt. 1682. in 4.

ב. SCRIPTA ALIENA, AB EO EDITA, ILLUSTRATA, CONTINUATA.

Henr. Meibomii ſenioris, Hiſt. ac Poeſ. in Acad. Julia Profeſſoris, avi ipſius, Opuſcula Hiſtorica varia, Res Germanicas concernentia, partim antehac, nunc autem multo auctiora, partim nunqvam, & e MStis jam primum, edita, ab Henr. Meibomio, nepote. Helmſt. 1660. in 4. (*3. Alph. 8. Pl.*) Continentur hoc Syntagmate, præter editoris Epiſtolam ad Auguſtum, Ducem Brunſvicenſem, dedicatoriam, præfationem, & Catalogum ſcriptorum avi ſui omnium, editorum atqve ineditorum, Hermanniqve Conringii Epiſtolam ad editorem, de inſtituto ejus, in monumentis avitis ac paternis publicandis, encomiaſticam, ac carmen Martini Schookii ad eundem gratulatorium, qvibus ſuus in prolegomenis eſt locus, ſcripta Henr. Meibomii ſenioris ſeqventia, partim propria, partim adoptiva:

1. Irmenſula Saxonica.
2. Tr. de utriusqve Saxoniæ, & vicinarum regionum, pagis.
3. Hiſtoria urbis Bardovicenſis, & Poema de ejusdem deſtructione heroicum.
4. Andronici II., Imp. Conſtantinopolitani, Aurea Bulla, Henrico, Duci Brunſv. A. 1330. data, cum notis.
5. Gerhardi Stederburgenſis Hiſtoria de Henrico Leone, cum notis.
6. Anonymi Chronicon Stederburgenſe, ab A. C. 1001. ad A. 1180.
7. Or. panegyrico-metrica de Henrico Leone, Duce Saxoniæ & Bavariæ.
8. Vindiciæ Billinganæ, pro illuſtribus Herm. Billingi, primi borealis Saxoniæ Ducis, natalibus.
9. Apologia pro Ottone IV. Imperatore, contra falſas Conr. Urſpergenſis, & Hiſtoricorum, qvi hunc ſeqvuntur, recentiorum, criminationes, cum ejusdem relectione, & ſylloge Diplomatum Ottonis.
10. Demonſtratio, Saxoniam etiam ante Herm. Billingum Duces habuiſſe.
11. Diſſ. ſuper antiqvo & antiqvato Cæſarum Germanicorum jure, in decedentium Majorum Prælatorum relictis poſſeſſionibus.
12. Tr. de jure Inveſtituræ Epiſcopalis, Imperatoribus Romanis a Pontificibus, per vim & tyrannidem, adempto. Hunc Henr. Meibomio juniori perperam tribuit Godofr. Hechtius *in Germania ſacra & literata p. 346.*
13. Thaſſilonis, Bojorum Sec. VIII. Ducis, Diploma, qvo monaſterium Crembsmünſteranum, a ſe conditum, dotavit, notis illuſtratum.
14. Diplomata cæſarea erectionis Ducatus-Brunſvicenſis, a Frid. II. factæ.
15. Diplomata cæſarea erectionis Principatuum Hennebergici, Lucenſis in Italia, Lützemburgici & Holſatici.
16. Or. de Academiæ Juliæ primordiis & incrementis.
17. Or. de origine civitatis Helmſtadienſis.
18. Or. de origine, dignitate & officio Cancellariorum academicorum.

19. Arnoldi Lubecenſis libri ſeptimi Continuationis Chronici Slavorum Helmoldi capita IV. ultima, qvæ in Rein. Reineccii editione deſiderantur, e MSto edita.

Ex his, qvæ num. 6. 12. 13. 14. 16. 17. occurrunt, in hoc primum Syntagmate, e MStis autoris, prodierunt, coetera vero jam ante fuerunt edita. Omnia autem A. 1688. denuo ſunt recuſa Tomis I. & III. operis vaſti *Rerum Germanicarum*, paulo poſt accuratius recenſendi.

Joh. Henr. Meibomii, Med. D. & Poliatri Lubecenſis, parentis ipſius, Epiſtola de κυνοφορία, ſeu portatione canis ignominioſa, ab ipſo denuo edita, Helmſt. 1661, in 4. Prior editio Lubecæ A. 1643. lucem viderat publicam.

Arn. Bootii, Angli, Obſervationes medicæ de affectibus omiſſis, videlicet: De abſceſſu hypocraneo, de vomica hypocranea, de vomica cerebri, de ſuturarum diſceſſione, de capitis diſtortione, de epilepſia procurſiva, de oris hæmorrhagia periodica, de lingvæ ardore & ſiccitate extra febres, de lippitudine mucaginoſa, de labroſulcio ſeu cheilocace, de ſterni dolore, de tabe pectorea; ab illo denuo editæ, & præfatione nova ornatæ. Helmſt. 1664. in 4. Prodierant antea Londini A. 1649. in 12., ac recuſæ ſunt etiam poſtea, cum Pet. Borelli *Centuriis IV. Hiſtoriarum & Obſervationum medico-phyſicarum*, Lipſiæ A. 1676. in 8.

Henr. Meibomii ſenioris Poemata ſacra, ab eo collecta & edita. Helmſtadii A. 1665. in 8. (*7. Pl.*). *Non contemnenda ſunt*, judice Dan. Georg. Morhofio, *in Prælect. polyhiſtoricis MSS., c. 9., & T. I. Polyhiſt., L. 7., c. 3., p. 378.*

M. Aur. Caſſiodori Formula Comitis Archiatrorum, cum Joh. Henr. Meibomii, parentis, Commentario, ab eo edita, Helmſt. 1668. in 4.

Joh. Henr. Meibomii, parentis. Comm. de cerviſiis, potibusqve & ebriaminibus extra vinum aliis, ab eo, una cum Adr. Turnebi libello de vino, editus. Helmſt. 1668. in 4.

Henr. Meibomii ſenioris Chronicon Monaſterii ad Albim Bergenſis, in dioeceſi Magdeburgenſi, ab A. C. 936. ad A. 1595. deductum, ab eo editum, & appendice hiſtorica de IV. Abbatibus ſeculi XVII. Lutheranis, Laur. Paſchæ, Th. D., in Abbates XLIX. Tetraſtichis, Statutis coenobii noviſſimis, a Seb. Göbelio Abbate A. 1662. conditis, ac Lutheranorum Conventualium, ad hæc usqve tempora, Catalogo, auctum. Helmſt. 1669. in 4. Recuſum A. 1688., *Tomo III. Rer. German., p. 287-334.*

Tob. Coberi, Gorlicenſis, Phyſici caſtrenſis Hungarici, Obſervationes medicæ caſtrenſes Hungaricæ, in Decades III. digeſtæ, cum præfatione ipſius, & indice novo denuo editæ, Helmſt. 1685. in 4. (*1. Alph.*) Prior illarum editio Francofurti A. 1606. in 8. prodierat.

Rerum Germanicarum tomi tres, qvorum primus Hiſtoricos Germanicos, ab Henr. Meibomio ſeniore primum editos & illuſtratos, nunc auctiores, ſecundus Hiſtoricos Germanicos, ab Henr. Meibomio juniore e MStis nunc primum editos & illuſtratos, tertius Diſſertationes hiſtoricas varii argumenti utriusq; Meibomii, continet. Cum indicibus copioſiſſimis. Omnia recenſuit & edidit Henr. Meibomius Jun., ſuamqve Epiſtolam ad omnes Principes Domus Brunſvico-Lüneburgicæ regentes dedicatoriam, ac præfationem, duasqve Joh. Caſelii ad Joh. Henr. Meibomium parentem, & Herm. Conringii ad ſe, Epiſtolas (*ſub initium Opuſculorum avi Hiſtoricorum jam ante A. 1660. editas*), iisdem præfixit. Helmſtadii, typis & ſumptibus Georg. Wolfg. Hammii, A. 1688. in fol.

Tomo I. exhibentur Autores ſeqventes, ab Henr. Meibomio ſeniore editi, ac præfationibus, notisqve & appendicibus (in hac editione ex avtographis ejus paſſim redditis auctioribus), illuſtrati, una cum Henr. Meibomii junioris novis ad eosdem præfationibus, & obſervationibus, qvas avitis, adjecto ſigno aſteriſci diſtinctivo, paſſim immiſcuit, & veterum recentiorumqve de ſingulis judiciis ac teſtimoniis:

1. Theodorici de Niem, Weſtphali, ex Secretario Pontificio Epiſcopi Sec. 15. Verdenſis & Cameracenſis, Hiſtoria de vita Johannis XXIII. Pontificis Romani, Francofurti A. 1620. ab H. Meibomio edita cum notulis aliqvot Henr. Meibomii junioris (*p. 1-52.*)
2. Gobelini Perſonæ, Decani Sec. 15. ineunte Bilefeldenſis, Cosmodromium, ſive Chronicon univerſale, ab O. C. ad A. C. 1418. perductum, & ab H. Meibomio ſeniore A. 1599. publicatum, cum ejusdem notis, a nepote paſſim auctis (*p. 53-369.*).
3. Leovoldi Northovii, Eqv. Marcano-Weſtphali, & Abbatis, circa A. 1358., ſecularis Viſetenſis, Origines Marcanæ, ſive Chronicon Comitum de Marca et Altena, ad A. 1358. perductum, ab alio ad A. 1390. continuatum, & ab Henr. Meibomio Sen. Hanoviæ A. 1613. editum, cum notis ejus ac nepotis (*p. 371-424.*)
4. Gerhardi, Præpos. Stederburgenſis, de Henr. Leone Narratio, cum notis H. Meibomii Sen. (*p. 425-450.*). Occurrit etiam inter *Opuſcula* Meibomii ſenioris *Hiſtorica*, *p. 223-270.*
5. Anonymi Chronicon Stederburgenſe, ab A. C. 1001. ad A. 1180. (*p. 450-456.*) (Invenitur itidem in *Opuſcc. Hiſt. p. 270-280.*)
6. Henr. Meibomii Sen. Poema panegyrico-heroicum de Henrico Leone, qvod, *in Opuſcc. Hiſt. p. 281-296.*, etiam legitur (*p. 456-464.*).
7. Andronici II., Imp. Conſtantinop., Bulla aurea Henrico Brunſvicenſi data, ab H. Meibomio Sen. A. 1614. edita, & A. 1660., in *Opuſculis* illius *Hiſtoricis p. 177-222.*, recuſa, cum notis utriusqve Meibomii (*p. 465-488.*).
8. Hermanni de Lerbeke, Monachi Ord. Præd., Sec. XV. ineunte, Mindenſis, Chronicon Comitum Schauenburgenſium, ab H. Meibomio Sen., Francofurti A. 1620., una cum Anonymi Chronico Mindenſi, Juſtini Lippienſis Lippiflorio, & Henrici Aqvilonipolenſis Poematis hiſtoricis (*num. 9. 10. 11. ſecuturis*), e MStis editum, & ab A. C. 1030. ad A. 1404. perductum; cum notis utriusqve Meibomii (*p. 489-549.*)
9. Anonymi Chronicon Mindenſe, ab A. C. 780. ad A. 1474. (*p. 549-574.*)
10. M. Juſtini Lippienſis, qvi circa A. 1260. floruit, Lippiflorium, ſeu Poema elegiacum de Comitatus Lippienſis primordiis, & Comitum aliqvot Lippienſium rebus geſtis (*p. 575-596.*).
11. Henrici Aqvilonipolenſis, Acad. patriæ Witebergenſis, ineunte Sec. XVI., Profeſſoris, Adolpheis, ſeu Poema elegiacum de hiſtoria Comitum Schauenburgenſium, & civitatis Hamburgenſis (*p. 597-605.*); it. ejusdem Libri II. de primordiis urbis Lubicanæ, carmine itidem elegiaco ſcripti (*p. 605-620.*).
12. Witichindi, Monachi, circa A. C. 950., Corbejenſis Benedictini, Annalium, ad A. 973. perductorum, Libri III., poſt editionem anni 1532. Frechtianam, & Reineccianam anni 1579., ab H. Meibomio ſeniore, Francofurti A. 1621., emendatius & auctius, adjectis ſex aliis veteribus opuſculis, num. 13. 14. 15. 16. 17. & 18. mox ſecuturis, denuo publicati. Accedunt notæ utriusqve Meibomii (*p. 621-704.*).
13. Hroswithæ, Monialis, circa A. 980., Benedictinæ Gandersheimenſis, Panegyris in laudem & geſta Ottonis M., Imperatoris, verſibus heroicis ſcripta, cum notis Henr. Meibomii Sen. (*p. 705-731.*).
14. Erectio eccleſiæ Magdeburgenſis in Archiepiſcopatum, in concilio Ravennatenſi, per Joh. XI., Papam, facta (*p. 731-738.*).

15. Deca-

15. Decades III. Diplomatum Ottonis M., Imp., ab Henr. Meibomio Sen. collectæ, cum H. Meibomii Jun. ad potiora notis (*p. 738-754.*).
16. Anonymi Chronicon Monaſterii Corbejenſis exiguum, ad A. C. 1147. perductum, cum notis H. Meibomii Senioris (*p. 755-763.*).
17. Anonymi Narratio de translatione corporis S. Viti, & inſtitutione Novæ Corbejæ (*p. 763-769.*).
18. Narratio antiqva de translatione corporis S. Juſtini in Novam Corbejam (*p. 769. 770.*)
19. Henrici Roslæ, Nienburgo Saxonis, Herlingsberga, ſive Poemation heroicum non inelegans, de bello, inter Henricum Mirabilem, Ducem Brunſvicenſem, & confœderatos Saxoniæ Principes, ob arcem Herlingsbergam, A. 1287. geſto, ante annos 360. ſcriptum, & a Joh. Henr. Meibomio Lüneburgi A. 1652. editum, notisqve, a noſtro, ejus filio, paſſim auctis, illuſtratum (*p. 771-806.*).
20. Tiderici Langii, Canonici Eimbeccenſis, Carmen heroico-rythmicum de Saxonia, a Joh. Henr. Meibomio, A. 1652. Herlingsbergæ Henr. Roslæ adjectum, cum ſcholiis duobus Henr. Meibomii Jun. (*p. 806-812.*)
21. Index rerum ac verborum Tomi I.

Tomo II. exhibentur Scriptores ſeqventes (*), ab Henr. Meibomio Juniore nunc primum e MSS. publicati, & præfationibus ornati:

1. Leovoldi Northovii Catalogus Archiepiſcoporum Colonienſium, a Materno, ſive A. C. 94., ad Wilh. de Genepe, ſive A. C. 1350., cum Meibomii de iisdem appendice (*p. 4-16.*)
2. Henr. Woltheri, Canonici Ansgariani Bremenſis, Chronicon Archiepiſcopatus Bremenſis, ab A. 788. ad A. 1464. perductum, cum Noſtri de illo Monito (*p. 17-86.*)
3. Anonymi Chronicon Monaſterii, in Comitatu Oldenburgico, Raſtedenſis, ab A. 1059. ad A. 1463. pertextum, cum Monito Meibomiano (*p. 87-120.*).
4. Joh. Schiphoweri, Meppenſis, Ord. D. Aug. Limitatoris & Vicarii, c. A. 1505., Oldenburgenſis, Chronicon Archicomitum Oldenburgenſium, a diluvii tempore inchoatum, & ad A. 1505. perductum, cum Monito de illo Meibomii (*p. 121-192.*).
5. Erdwini Erdmanni, Osnabrugenſis, patriæ Conſulis, A. 1505. mortui, Chronicon Epiſcoporum Osnabrugenſium, a Caroli M. temporibus, usqve ad A. 1454., cum Meibomii de illo Monito (*p. 193-266.*).
6. Anonymi Chronicon Archiepiſcopatus Magdeburgenſis, ab Ottonis M., Imp., temporibus, ad A. 1512., deductum (*p. 267-371.*)
7. Henr. Meibomii Jun. ad Chronicon hoc Magdeb. appendix, Diplomata qvædam Ottonis II., Ottonis III., Henrici II., Friderici II., & Caroli IV., Imperatorum, iſtud illuſtrantia, comprehendens (*p. 371-378.*).
8. Anonymi Narratio de rebus geſtis Alberti, Ducis Brunsv. & Epiſc. Halberſtadienſis, A. 1324. electi, tempore ipſius exarata (*p. 379-388.*).
9. Alb. Krummendyckii, Eqv. Holſ. & Epiſcopi Lubecenſis, A. 1489. mortui, Chronica Epiſcoporum Lubecenſium, ad ſuum usqve Epiſcopatum perducta, cum Anonymi continuatione ad ſeculi usqve XVI. initium, & notulis aliqvot Meibomianis (*p. 389-412.*).
10. M. Andr. Hoppenrodii, Paſt. Heckſtadienſis in Comitatu Mansfeldico, Annales Cœnobii Monialium Gerenrodenſis, Qvedlinburgo vicini, ab Ottonis M. temporibus ad A. 1570. perducti, cum notis Meibomii (*p. 413-476.*).
11. Henr. Bodonis, Monachi Cluſenſis Benedictini, Chronicon monaſterii Gandersheimenſis, a ſeculo qvidem IX. ad A. 1550. perductum, ſed in hac editione, MSti mutili vitio, ſub initium Sec. XIII. deſinens (*p. 477-510.*).
12. Chronica eccleſiæ Hamelenſis, a S. Bonifacii, fundatoris, temporibus, per Joh. de Polda, Seniorem ejus, ad A. 1384., qvo vixit, perducta (*p. 511-517.*).
13. Anonymi Chronica Monaſterii Benedictini S. Michaelis in civitate Hildeſienſi, ab A. 993. ad A. 1521. (*p. 517-523.*).
14. Anonymi Chronica Monaſterii Lothenenſis, in diœceſi Mindenſi, Lemgoviam poſtea tranſlati, ab A. 1265. ad A. 1447. (*p. 523-532.*)
15. Anonymi Chronicon Monaſterii Hujesburgenſis, in diœceſi Halberſtadienſi, ab A. 1060. ad 1590. (*p. 533-540.*)

Tomo III. ſiſtuntur:

1-14. Henrici Meibomii ſenioris Opuſcula Hiſtorica, qvæ A. 1660. junctim a Noſtro ſunt edita, & paulo ante enumerata, propemodum omnia (exceptis Andronici Imp. Bulla aurea, Gerh. Stederburgenſis Hiſtoria Henrici Leonis, Chronico Stederburgenſi, & Or. Meibomii de Henrico Leone panegyrico-metrica, Tomo I. hujus operis jam recuſis, & Arnoldi Lubecenſis continuationis Chronici Slavorum capitibus IV. ultimis, in eodem plane omiſſis), ab Henr. Meibomio Jun. iterato recenſita, & ſubinde, licet rarius, in locis aſteriſco notatis, aucta atqve illuſtrata. (*p. 3-243.*)
15. Henr. Meibomii Sen. Chronicon cœnobii, in Ducatu Brunsv., Marienthalenſis poſthumum, a Chriſtoph. Schradero, Eloqv. in Acad. Julia Profeſſore, cum præfat. & continuatione ſua, Helmſtadii A. 1651. editum. (*p. 245-286.*)
16. Ejusdem Chronicon Cœnobii ad Albim Bergenſis, ab Henr. Meibomio Jun. ſeorſim A. 1669., cum continuatione ſua, aliisqve additamentis, publicatum, ac ſupra jam a nobis memoratum (*p. 287-334.*).
17. Ejusd. Chronicon Monaſterii, in Ducatu Brunsv., Riddagshuſani, ab autore ipſo ſeorſim Helmſtadii A. 1604. & 1620. in 4. editum, in hac autem editione iterata, ab Henr. Meibomio juniore, additamentis qvibusdam, & ſex Abbatum noviſſimorum hiſtoria, auctum (*p. 335-418.*).
18. Henr. Meibomii Junioris Diſſ. de Friderici, Ducis Brunsv., in Imperatorem electione, & miſera cæde, A. 1400. facta, ſeorſim A. 1681. excuſa, de qva ſuperius plura diximus (*p. 419-426.*).
19. Ejusd. Diſſ. Anti-Mabilloniana, de Saxonia Hugonis de S. Victore patria, in ſcriptorum ejus propriorum indice itidem jam memorata (*p. 427-432.*).

Operis hujus univerſi (*in Introd. ad Hiſt. Sax. Infer.*, *p. 103.*, promiſſi) recenſus exhibent prolixiores *Acta Eruditorum Lipſienſia, M. Jun. A. 1688., p. 286-291.*, Pet. Bælius, *dans les Nouvelles de la Republiqve des Lettres, M. Majo A. 1688., p. 573. 574.*, Abbas de la Roqve, *dans le Journal des Sçavans, num. 38. & 39. A. 1689., ad d. 21. & 28. Nov., p. 693-708.*, Henr. Basnagius, *en l'Hiſtoire des Ouvrages des Sçavans, M. Jul. A. 1688., p. 291-300.*, Burch. Gotth. Struvius *in Biblioth.*

(*) Ad. Clarmundus, P. V. der Lebensbeſchreibung gelahrter Leute p. 161., falſo, hosce ſcriptores univerſos, Tomo II. comprehenſos, ſeparatim antea editos eſſe a Noſtro, perhibet.

Biblioth. Hiſtor. c. 7., §. 8., p. 134-138., Joh. Fabricius *P. III. Hiſtoriæ Bibliothecæ Fabricianæ p. 9-21. Diarium Eruditorum (Le Giornale de letterati) Parmenſe Italicum Anni 1689.* (a Roqvio *l. c., Ephem. 34. A. 1691., p. 607.*, allegatum) *n. 2.*, & Joh. Clerici ac Joh. Cornandi de la Croſe *Bibliotheca univerſalis hiſtorica*, Gallice Amſtelodami edita, qvæ, cœteris omnibus ſuſius atqve accuratius, *Tomo XI.*, A. 1688. publicato, *M. Oct., p. 1-47.*, tomum operis Meibomiani primum, *M. Novembri, p. 169-192.* ſecundum, & *eodem menſe, p. 192-251.*, tertium recenſet. Qvæ cum de ſtudio ſcriptores tot monaſticos, ineptos ac barbaros, non niſi qvosdam regionum ſuarum ſingulares eventus, belliqve vicinorum, ac monaſteriorum erectiones, rudi ſtylo perſecutos, e tenebris eruendi, poſt narrationes aliqvot judicras & ineptas, omiſſis plurimis mentione dignioribus, ex iis excerptas; iniqvius tuliſſet judicium, ſimulqve Meibomium ſeniorem rectius facturum fuiſſe, ſi, in ſcriptis ſuis, documenta, hiſtoriis fidem facientia, non ipſi inſeruiſſet textui, ſed, cum Gilb. Burneto, *Hiſtoriæ Reform. Anglicanæ* autore, ad finem illorum rejeciſſet, ſatis pronunciaſſet dictatorie, Noſter reſponſum adverſus utramqve cenſuram apologeticum, *Additamentis ad Val. Henr. Vogleri in notitiam bonorum ſcriptorum Introductionem (p. 167-172.)* inſertum, Joh. Clerico, qvem recenſus Operis ſui fuiſſe credebat autorem, A. 1691. oppoſuit, non ſine applauſu Gvilh. Cavii, *in præf. Partis II. Hiſt. Lit. Scr. Eccl.*, A. 1699. editæ. *p. 8.*, invectivas ejus Clerico exprobrantis. Clericus contra, *tomo XXII. Biblioth. hiſt. univ.*, *P. II., art. V.*, *M. Majo A. 1692.*, *p. 425. 426. 427.*, in Jac. Bernhardi *Novellis Reip. Lit.*, *M. Majo A. 1690.*, *p. 598. 599.*, in *Parrhaſianis*, ſub ficto Theodori Parrhaſii nomine, Amſtelod. A. 1699. publicatis, *T. I., p. 379-382., ac in Epiſtolarum criticarum atqve eccleſiaſticarum*, A. 1700. editarum, *Tertia, p. 87. 88. 89.*, & alia nonnulla vindiciis Meibomii repoſuit, &, recenſus operis ipſius, totiusqve *Tomi Biblioth. univerſ. hiſtoricæ undecimi*, iſtum exhibentis, autorem, non ſe, ſed Joh. Cornandum de la Croſe, ſuum in hoc labore *σύνεργον*, fuiſſe, Adverſarium monuit. Hujus moniti ductu, Croſii nomen, deleto altero Clerici, in noviſſima ſcripti Voglero-Meibomiani editione, A. 1700. publicata, reſponſo iſti Meibomiano, *p. 174. & ſqq.*, eſt inſertum, errorqve ſimul paternus a filio, Herm. Diet. Meibomio, in præfatiuncula nova, *p. 123. 124.*, excuſatus, acqvieſcente Clerico *T. I. de la Biblioth. choiſie A. 1703.*, *p. 190.* Commendarunt idem opus Meibomianum, præter Lipſienſes (*Hiſtoriæ* illud *& antiqvitatum Germanicarum theſaurum, in Actis Erud., M. Jun. A. 1688., p. 291.*, *Opus* autem *pulcherrimum & utiliſſimum, M. Jun. A. 1691., p. 304.*, ſalutantes), Chr. Thomaſius, in den ſchertz- und ernſthafften Gedancken über allerhand Bücher, M. *Aug. A. 1688.*, *p. 273. 274.*, Körberus, *in Ephemeridibus literariis Hamburgenſibus ἀνωνύμως* A. 1686. edi coeptis, *p. 2.*, Joh. Chr. Nevius *in Mantiſſa ad Deg. Wheari Relect. hyem. hiſtor.*, *Sect. II.*, *p. 17.*

Felix memoria Eliſabethæ, Angliæ Reginæ, autore Franciſco Bacone, Barone de Verulamio, Vice Comite S. Albani, ab eo, cum præfatione ſua, denuo edita. Accedunt Pii V., Pont. Rom., Bulla, qva Eliſabetham A. 1569. excommunicavit, & Meibomii Programma, ſuis in Hiſtoriam Anglicanam lectionibus præmiſſum. Helmſt. 1689. in 4.

Pet. Dan. Huetii, Epiſcopi Sveſſionenſis deſignati, Cenſura Philoſophiæ Carteſianæ, ab eo, juxta exemplar Pariſinum, denuo recenſita, & Epiſtola ad Frid. Bened. Carpzovium dedicatoria, eruditaqve de variis Philoſophorum ſectis præfatione, aucta. Helmſt. 1690. in 4.

Valent. Henr. Vogleri, Med. D. & in Acad. Julia Profeſſoris, Introductio univerſalis in notitiam cujuscunqve generis bonorum ſcriptorum, antehac A. 1670. Helmſtadii edita, jam vero, a Meibomio, cum nova (*3. qvaternionum*) præfatione de hiſtoriæ literariæ ac biographicæ, in ſingulis ſtudiorum generibus, neceſſitate atqve utilitate, notis item ac augmento, denuo publicata. Helmſt. 1691. in 4. Eadem tertia vice, adjectis paſſim novis qvibusdam Meibomii auctariis, duos circiter qvaterniones implentibus, a filio ejus, Herm. Diet. Meibomio, qvi & præfatiunculam adjunxit, recenſita. Helmſt. 1700. in 4. Additamenta ad Introduct. hanc Meibomiana (qvæ autor, *in Præf. p. 122. 144.*, extemporanea eſſe & imperfecta, eosqve tantum ſcriptores, qvi viſi ſibi ſint ac lecti, Vogleriano ſchediasmati adjicere, ingenue fatetur), recenſu accuratiori honorifico ſunt dignati Lipſienſes (uſum eorum in hiſtoria literaria inſignem deprædicantes), *in Actis Erud., M. Jun. A. 1691., p. 302. 303. 304.*, Couſinus, Autor *Diarii Eruditorum (le Journal des Sçavans)* Pariſienſis, A. 1692. editi, *Ephem. 42.*, *ad d. 22. Dec.*, *p. 735. 736.*, & Wilhelmus Ern. Tenzelius (eximiam ea autoris ſui in hiſtoria literaria eruditionem luculenter prodere, recte judicans), *in Dialogis Menſtruis Germanicis, M. Dec. A. 1692., p. 967-981.* Burch. Gotth. Struvius, *in Introd. ad notit. rei lit., c. 3., §. 37., p. 127.*, eadem *notas* vocat *erudititiſſimas, qvæ licet non omnem rem exhauriant, multum tamen ad rei literariæ notitiam momenti præbent.* Aliqvot illorum errores Specimen meum Animadverſionum in ſcriptores Hiſt. Lit. recentiores, *Sect. I.*, notavit & emendavit.

SCRIPTA INEDITA ET AFFECTA.

α. PROPRIA.

Obſervationes in arte medica *raræ & multiplices, in qvibus colligendis induſtriam illum adhibuiſſe admirabilem*, autor *Programmatis funebris*, editionem earum exoptans, *p. 27.* teſtatur.

Obſervationes anatomicæ, *in Epiſt. de vaſis palpebrarum novis, p. 16.*, A. 1666. promiſſæ.

Comm. de Hanſa Teutonica, ſeu fœdere civitatum Hanſeaticarum, A. 1684., *in Progr. de nummorum veterum in illuſtranda Impp. hiſtoria uſu*, promiſſus, cujus deſiderium celeb. Tenzelius (*in Dial. Menſtr. Germ., M. Oct. A. 1691., p. 870.*) mecum (*P. IV. Iſag. ad Hiſt. Cimbr., c. 6., §. 12., p. 18.*) publice eſt teſtatus.

Commentarius, qvo in omnes Epiſcopatuum Saxoniæ, qvæ Carolo Magno vulgo tribuuntur, Fundationes, & Diplomatum Carolinorum, eas exhibentium, *γνησιότητα*, accuratius voluit inqvirere; qvem, *in Introd. ad Hiſt. Sax. infer.* promiſſum, edi optant Chriſt. Matthæus Kneſebeckius, *in Prodromo Juris publici univerſalis*, Rhodopoli A. 1700. excuſo, *lit. B. 4. a*, & Autor des monatlichen Auszuges aus allerhand Büchern, *M. Jun. A. 1700., p. 275.*

Emendationes criticæ & Obſervationes in Hiſtoricos medii ævi Germanicos, & Diplomata de rebus Germanicis antiqva, partim cum MStis ea conferentes, partim Hiſtoricorum aliorum ope examinantes, qvarum libros integros promittit *in Addit. ad Val. Henr. Vogleri Introd. p. 187. 188.*, a Lipſienſibus (*in Actis Erud., M. Jun. A. 1691., p. 304.*) & Wilh. Ern. Tenzelio (*in Dial. menſtr. germ., M. Dec. A. 1692., p. 980. 981.*) commendatos atqve deſideratos. Conf. *Hyponmemata* noſtra *ad T. III. Polyhiſtoris Morhofiani p. 121.*

Poemata latina, magno numero, & facundia poetica inſigni, conſcripta, qvæ edi a filiis optat Juſtus Chriſtoph. Böhmerus *in præfat. Muſarum errantium* Herm. Conringii *p. 13. 14.*, & a ſe, hoc fine, collecta eſſe, *in Memoriis Profeſſ. Med. Helmſtad.*, *Prolus. II.*, *p. 52.*, perhibet.

β. ALIENA, EDITIONI DESTINATA.

Epiſtolæ doctiſſimorum Europæ virorum, qvi ſeculis XVI. & XVII. vixerunt, plurimæ, qvas in ſcriniis ſuis aſſervari, *in Additt. ad Vogl. Introd. p. 148.*, teſtatur.

Epiſtolæ Gvid. Patini, Prof. Medici Pariſienſis, ad ſe latinæ non paucæ, in iisdem *Additamentis p. 151.* promiſſæ.

Her.

Henr. Meibomii ſenioris, avi, ſcripta ſeqventia, hactenus inedita, ab ipſo, in monumentorum ejus literariorum Indice, *Opuſculis Hiſtoricis* A. 1660. præfixo, & Chr. Thomaſio (editionem flagitante), in den ſchertz-und ernſthaften Gedancken von allerhand Büchern, *M. Aug. A. 1688., p. 274.*, enumerata:

1. Chronicon Monaſterii S. Laurentii, prope Schöningam.
2. 3. 4. 5. Chronica Germanica Monaſteriorum Regio-Lutterani, Ammenslebienſis, Mariæmontani prope Helmſtadium virginei. & Mariæbornenſis in diœceſi Magdeburgica, itidem muliebris.
6. Bericht von der Comterey zu Supplinburg.
7. Diplomatum & fundationum farrago ampliſſima.

Joh. Henr. Meibomii, parentis, ſcripta varia ἀνέκδοτα, qvorum, uti & avitorum, editionem urſit Herm. Conringius, in *Epiſtola* ad Noſtrum, *Opuſculis* avi *Hiſtoricis* A. 1660. præmiſſa.

Ejusdem Hiſtoria Medicorum, & rei medicæ ſcriptorum, ea, qva Gerh. Joh. Voſſius Hiſtoricos celebravit, methodo, Libris IV., ab O. C. ad A. C. 1450., pertexta, qvam, A. 1655. moriens, imperfectam reliqvit, & Noſtro, filio unico, ea legavit conditione, ut adultior illam augeret, recenſeret ac juris faceret publici, Noſter autem, in itinere literario, & toto dein vitæ tempore, valde locupletavit, & editioni paravit. Promiſit eandem A. 1669. Epiſtola de hiſtoria Medicorum ſcribenda, ad Georg. Hier. Welſchium, peculiari, Helmſtadii edita, opemqve ſimul Medici hujus Auguſtani, in LL. Or. verſatiſſimi, in iis, qvæ operi circa Medicorum Arabum hiſtoriam deerant, ſuggerendis atqve ſupplendis, nec fruſtra, imploravit. Welſchius enim, non prolixis ſolum argumenti hujus reſponſoriis deſiderio ejus qvadamtenus ſatisfecit, ſed *Hiſtoriam* etiam conſcribere cœpit *Medicorum orientalium*, & *Chronologiæ Medicorum Ideam*, appendicis inſtar operi Meibomiano acceſſuras, verum, ob mortem immaturam (teſte Luca Schröckio Jun. *in Memoria Welſchiana p. 56.*), abſolvere itidem non potuit. Noſter interim, incentivis ad maturandam editionem aſſiduis, non ſolum privatis atqve epiſtolicis Gvid. Patini, Pet. Lambecii (multa, ex bibliotheca Cæſarea, polliciti ſubſidia), cæterorumqve amicorum, ſed publicis etiam Herm. Conringii (*l. c.*), Welſchii modo laudati (*in præf. Sylloges Obſervv. Med.*), Lipſienſium (*in Actis Erud., M. Jun. A. 1691., p. 304.*), Chriſt. Thomaſii (*l. c. p. 272. 273.*), Gunth. Chr. Schelhammeri (*in Addit. ad H. Conringii Introd. in art. med. p. 140.*), Wilh. Ern. Tenzelii (*in Dial. menſtr. germ., M. Jul. A. 1692. p. 613., & M. Dec. p. 978. 979.*), Mart. Lipenii (*in præf. Biblioth. Med. realis*), aliorumqve eruditiorum, excitatus, A. 1691., *in Addit. ad Vogl. Introd. p. 181. 182.*, ſe propediem illud, licet aliqva ſui parte imperfectum, eſſe publicaturum, pollicitus qvidem eſt, ſed octennio, qvo ſuperſtes fuit, ſeqventi promiſſis non ſatisfecit. Plura de illo, in Elogio parentis ipſius, Joh. Henr. Meibomii, a nobis Tomo II. dicta. Promiſſum editionis, poſt obitum Noſtri. iteravit filius patriſſans, Herm. Diet. Meibomius, in præfatiuncula, editioni noviſſimæ Auctariorum ad Vogleri Introd. paternorum. A. 1700. excuſæ, præmiſſa, *p. 124.*

SCRIPTA FALSO AC PERPERAM EI ATTRIBUTA.

Epiſtola de κυνοσοφίᾳ, & Comm. de cervifiis (qvæ parenti ejus, Johanni Henrico, deberi, ſupra jam indicavimus), a Cornelio a Beüghem, *in Appar. I. ad hiſt. lit. noviſſ. p. 269., & in Bibliogr. medico-phyſ. p. 174.*

Comm. Ejusdem in Caſſiodori Formulam Comitis Archiatrorum, a D. Georg. Henr. Götzio, *in Diſqv. de Theologis Pſevdo-Medicis p. 8.*

Liber de nova triremium fabrica, Amſtelod. A. 1671. in 4. editus, & Marcum Meibomium, Philologum ac Mathematicum celeberrimum, agnoſcens autorem, ab eodem Beüghemio, *Appar. I., p. 269.* Qvem tamen errorem ſuum ipſemet emendavit, *Appar.* III. *p. 277.* Conf. *Homonymoſcopiam* noſtram, *Sect.* II., *c. 7.*, *§. 80.*, *p. 700. 701.*

Apologia pro Ottone IV., Imperatore, *Tomo* III. *Rer. Germ.* A. 1688. exhibita (qvæ avo ipſius, Henr. Meibomio, ſeniori, debetur), a Joh. Chriſt. Nevio *P.* II. *Acceſſionum ad Degor. Wheari Relect. hyem. p. 302.*

MARCUS MEIBOMIUS,

qvo cive Tonninga, Eiderſtadiæ noſtræ in Ducatu Slesvicenſi oppidum, vera illius patria, merito gloriatur, Holſatis minus accurate ab Henr. Lud. Benthemio (1.) & Jacobo le Long (2.), Slesvicenſes cum Holſatis vulgari errore confundentibus, eſt annumeratus, perperam vero a Joh. Clerico (etſi dubitanter) (3.) Lubecenſis, & a Joh. Joach. Zentgrafio (4.) Batavus, fuiſſe perhibetur. Qvibus in ſcholis atqve Academiis puer ac adoleſcens ſtudiis vacaverit, ignotum nobis eſt, nec proinde conſtat, qvorum ductu Præceptorum peritiam ſibi Philoſophiæ, Matheſeosqve univerſæ, præſertim vero Geometriæ & Muſicæ (cujus ſoſpitator fuit unicus) antiqvioris, lingvarum item Latinæ, Græcæ ac Hebrææ, & Philologiæ omnis polymathiæqve elegantioris, eximiam atqve interiorem, qva adultior ſenexqve applauſum totius provocabat Europæ, parare primum coeperit. A. 1643. in civitate vixit Hamburgenſi (5.), & ſtudiorum Petri Lambecii, celeberrimi deinde Polyhiſtoris, moderatorem, uti a Viro Illuſtri, Marqv. Gudio, accepi, egit domeſticum. A. 1652. *Muſicæ antiqvæ ſeptem Autores*, Græce ac Latine Amſtelodami a ſe editos, Chriſtinæ, Svecorum inſcripſit; Reginæ, hujusqve in aulam paulo poſt, ſive evocatus, ſive ſponte profectus, Holmienſem, non Bibliothecæ qvidem regiæ, ſicut in Biographia Chriſtinæ traditur Germanica, Lipſiæ A. 1705. excuſa (6.) obtinuit præfecturam, ſed gratia tamen & beneficentia regia, jucundaqve conſvetudine Pet. Dan. Huetii (mentione amicum hunc in Vitæ ſuæ hiſtoria (7.) dignati honorifica), Gabr. Naudæi, Is. Voſſii, Sam. Bocharti, aliorumqve hominum eruditorum, in eadem tunc aula commorantium, aliqvamdiu eſt fruitus. E qvibus cum Joh. Bourdelotius, Gallus (qvocum, in convivio regio, ipſum, ſibi aſſidentem, *un Pedant* Gallico ſcommate appellare haud verito, noſter, alapa hoc ulturus, niſi ad Reginam ille aufugiſſet, jam ante erat rixatus), Chriſtinam, cujus favore gaudebat præcipuo, inſtigaſſet, ut a Meibomio ſpecimen Muſicæ ſuæ antiqvæ exigeret practicum, ſe Muſicisqve Italis præſentibus, ac Naudæo ad modus iſtius ſaltante, exhibendum, canere is qvidem coepit, ſed, cum voce minime valeret, ululatu incondito, & Italis, cantum hunc ironice vocantibus angelicum, & auditoribus reliqvis, riſum movit ingentem. Qvo noſter offenſus conclave mox reliqvit, & Bourdelotio, contumeliæ, qva affectus erat, autori, ſive extra fores iſtius, qvibus adſtabat, ſive, uti alii perhibent, in Bibliotheca, & Regina qvidem, ſi *Lexici eruditorum* Germanici Lipſienſis Autor vera narrat, præſente, colaphum, exprobrata ante ignorantia, inflixit, ob violentiam hanc aula Sveciaqve non multo poſt juſſus excedere. Horum ipſius in aula Holmienſi fatorum notitiam partim Marqv. Gudii & Dan. Georg. Morhofii, Virorum celeberrimorum, debeo narrationibus, partim vero ſcriptoribus aliis, breviorem eorundem injicientibus mentionem (8.). E qvibus Gothofr.

 Gvilh.

(1.) im Holländiſchen Kirchen und Schul Staat. *P. II., c. 4., p. 172.* (2.) *in Bibliotheca ſacra, P. II., p. 659.* (3.) *dans la Biblioth. Choiſie, T. XXII., P. II., Art. 2., p. 303.* (4.) in titulo *Vindiciarum incorrupti Codicis Hebræi, contra M. Meibomium.* (5.) V. Carmen Germanicum in obitum Joh. Procvii, Civis Hamburg., A. 1643. ab ipſo editum. (6.) *p. 23. 24.* (7.) *Lib. II. Comm. de rebus ad ſe pertinentibus p. 44.* (8.) V. *Vitam Chriſtinæ, Svecorum Reginæ*, paulo ante allegatam, *p. 23. 24.*, Anonymi *Compendieuſes* Gelehrten *Lexicon* (Lipſiæ A. 1715. editum) *p. 1315. 1316.*, & Benthemium *l. c., P. II., c. 4., p. 375.*

Gvilh. Leibnitius, minus accurate de iis edoctus, in Bourdelotii, qvem adverſarium noſter habuit, locum perperam Howartum qvendam ſubſtituiſſe videtur, ita ſcribens (9.): *Aliqvando, in anticamera Reginæ Chriſtianæ, cum Howarto Scoto (homine etſi Catholico, qvod diſſimulaverat, a Bocharto adducto ob peritiam lingvarum, inprimis Græcæ & Orientalium) conflixit verberibus datis acceptisqve.* E Svecia in Daniam ſe recipiebat, &, Friderico III., Rege illius eruditiſſimo, ſibi conciliato, Academiæ initio Soranæ (uti a Joh. Nicol. Pechlino, Archiatro Holſato-Gottorpienſi πολυμαθεστάτῳ, accepi) Profeſſor conſtitutus, nec multo poſt Bibliothecæ regiæ præfectus Hafnienſi, uxorem ducebat Batavam, Legati Ordinum Belgii foederati in aula Danica ordinarii (ſicut Gudius olim mihi narravit) cognatam. Bibliothecæ aulicæ Hafnienſis ephoria non contentus, eodem Gudio teſte, officium Architeloni ad fretum Oreſundicum Helſingorani lucroſum ambiit, & Regi mitiſſimo, difficilem ſe in iſto conferendo aliqvamdiu præbenti, neglecto theſauro illius librario, importunis propemodum extorſit flagitationibus. Verum iſto munere, qvod invito Chriſtophoro Gabelio, Miniſtro aulæ Danicæ primario, obtinuerat, haud diu eſt gaviſus. Poſt aliqvot enim annos, ſive qvod ſalarium juſto non perſolveretur tempore, uti a Morhofio, ſive qvod Regis commoda negligentius promoviſſet, & rationes vectigalium exactorum accurate non poſſet reddere, uti a Pechlino (10.), ſive qvod imprudentiam ſuam, in munere iſto adminiſtrando, pacem regnorum turbaſſe borealium, a Gabelio objurgante perſvaſus, crederet, uti a Gudio mihi eſt relatum, Helſingoram, ſtationemqve illam, temere occupatam, hominiqve erudito parum congruam, ſponte deſeruit, & in Bataviam aufugit. Succeſſiſſe illi, anno jam 1658., in vectigalium Helſingoranorum ephoria, *in Novis literariis*, perhibetur, *Lubecenſibus* (11.), Andreas Güntherus, Hala Saxo, Gabelii antea Secretarius. Qvæ narratio, qvomodo cum Thomæ Bartholini *Centuriæ Epiſtolarum Medicinalium quartæ Epiſtola XII. ad Mart. Bogdanum* (12.) conciliari poſſit, non video, cum, in illa, Meibomius, anno adhuc 1662., Bibliothecæ regiæ præfuiſſe tradatur Hafnienſi. In Bataviam delatus, Amſtelodami profeſſionem literarum elegantiorum in Gymnaſio publicam, ſed annuam tantum, commendatione Conradi a Beüningen, Conſulis, obtinebat; ſed, cum Conſulis alterius filium privatim inſtituere detrectaret, &, ob ἰδιογνωμοσύνην, aliis etiam inviſus eſſet Proceribus, anno iſto elapſo, ſub prætextu religionis Lutheranæ, cujus aſſeclis, qvalis ipſe erat, munera hujusmodi per leges non poſſent committi ſcholaſtica, dimittebatur (13.). De qva dimiſſione ita Joh. Clericus (14.): *Il vint en ſuite en Hollande, & il eut une occaſion de ſ' y établir, en obtenant la place de Profeſſeur aux belles-lettres, qv' il remplit pendant un an, comme par eſſai. Mais il etoit plus propre à travailler dans ſon cabinet, qv' à inſtruire la jeuneſſe, & à ſ' accommoder aux vües de ceux, qvi vouloient l' employer. Ainſi on le remercia, & l' on ne penſa plus à ſe ſervir de lui.* Minime ſcilicet noſter erat πολιτικός, ſed, teſte eodem Clerico (15.), *un homme de cabinet, & nullement du monde, qvi lui étoit tout à fait inconnu.* Ex eo tempore, recuſata profeſſione, qvæ ipſi offerebatur, Lingvæ Hebrææ in Academia Lugduno-Batava, privatus Amſtelodami partem vitæ reliqvæ tranſegit maximam (16.), ſed in re domi anguſta. Hanc ut augeret, & avaritiæ ſimul arrogantiæqve, vitiis ipſi perqvam familiaribus, ſatisfaceret, varia jactare coepit inventa atqve arcana, pretio grandi ac ferme immenſo venalia, nec cuiqvam, niſi iſto perſoluto, detegenda. Modo enim (ſicut a Marqv. Gudio narratum mihi eſt) Rheni & Iſalæ alveos profundiores tentabat reddere, modo calculum Epiſcopi volebat exſcindere Monaſterienſis, modo Ordinibus Belgii foederati arcanum offerebat Medicum, morbos epidemicos omnes, & præſertim A. 1668. in Batavis graſſatos, curaturum, qvod illos pretio 50000. Aureorum noluiſſe redimere indignabundus deinceps, in colloqvio cum Jobo Ludolfo familiari, conqverebatur (17.). Fabricam præterea Triremium, veteribus uſitatam, ſed hodie ignotam, ſe denuo inveniſſe, præmiumqve ingens perſoluturo detecturum eſſe, gloriabatur. Qvam cum Ordines iidem Batavici, ſibi itidem primum oblatam, maximo ſuo cum detrimento, uti ipſe, eos, triremium iſtarum ope, urbem Dünkerkanam jampridem fuiſſe occupaturos, piratarumqve hujus latrocinia coercituros maritima, perſvaſus, affirmabat, pariter rejeciſſent (18.), libellum de Fabrica illa triremium, a ſe inventa, peculiarem A. 1671. Amſtelodami edidit, ac Ludovico XIV., Regi Galliæ, Principibusqve mari vicinis mediterraneo, inſcripſit. Sed nec hi promiſſa ejus morati ſunt magnifica, aut eo, qvod poſtulabat & expectabat, remunerati honorario atqve ſtipendio, licet, ſpe iſtius, iter in ipſam aulam Gallicam ſuſciperet irritum (19.). Pari κενοδοξίᾳ, junctaqve huic φιλαργυρίᾳ, ſcripta propria pariter atqve aliena, qvæ aſſervabat, ἀνέκδοτα orbi literato offerebat venalia, &, teſte Joh. Burch. Menckenio (20.), *Amſteladamum adventantibus grandiſſima monſtrabat volumina, qvæ, ſi digno pretio redimerentur (immenſum autem ſtatuerat), haud ultra inviſurus eſſet eruditis.* Verum & hæc illum ſpes eſt fruſtrata, cum nulli invenirentur emptores, tantarum, qvibus inhiabat, opum, hominis privati atqve eruditi ſortem longe ſuperantium, ſtolide prodigi. Male inprimis, nec immerito, apud eruditos pleroſqve, ac Theologos præſertim, audiit, ob immanem illam licentiam criticam, qva Codicem V. T. Hebræum, qvem corruptiſſimum eſſe contendebat, ex arte Hebræorum veterum metrica, hactenus, uti jactabat, per aliqvot annorum ignorata millenarios, a ſe autem peculiari Numinis beneficio iterum inventa, ſed nemini, anteqvam grande pecuniæ ferme immenſæ reportaret præmium, revelanda, innumeris pene in locis, audacter emendare, ſive potius depravare, eſt aggreſſus. Qvalium emendationum Specimen primum, A. jam 1671., *in Libello de Fabrica Triremium*, ſecundum autem & tertium A. 1678., ac qvartum A. 1690. & 1698., uti in Scriptorum ejus fuſius docebitur Indice, ſeorſim, ut emptoribus inventi muſtei opulentis atqve largis ſalivam moveret, juris fecit publici. In iſtis, ac ultimo præſertim, teſtibus Viris, qvi recenſiones hujus aut refutationes adornarunt, eruditis (21.), aſſerere non dubitavit, integritatem Codicis Hebræi, ab omni corruptione immunem, temere & per inſcitiam vulgo credi, cum, in libris illius ſacris omnibus, vocibusqve horum & literis, hodie multa, ſuperflue ſcripta, abundent, multa librariorum negligentia & feſtinatione exciderint, voces ſæpius male diviſæ ſint, nonnullaqve, ſcholiis e margine in textum receptis, obſcurata & deformata. In Pentatevcho (qvem, ſicut & reliqvos pleroſqve libros V. T. Hebræos, metrice eſſe ſcriptos, contradicentibus Joh. Andr. Schmidio (22.), Henr. Muhlio (23.), Kochio (24.), aliisqve, contendit) Decalogi ipſius loca nonnulla depravata ipſi videntur (25.). Pſalmos Davidicos opus vocavit corruptiſſimum, in qvo 800. amplius loca, qvæ ſenſum turbent, a ſe ſint reſtituta (26.). Jobum a librariis deſuper finxit eſſe ſcriptum,

(9.) apud Joach. Frid. Fellerum *in Otio Hannoverano* (ſeu Leibnitianis poſthumis) *p.* 135. 156. (10.) Conf. das *Compendieuſe* Gelehrten-*Lexicon l. c.* (11.) *M. Febr. A. 1699., p. 45.* (12.) *p. 46.* (13.) V. Benthemium *l. c., P. II., c. 4., p. 376.* (14.) *loco n. 3. citato p.* 305. 306. (15.) *l. c. p.* 305 (16.) V. Benthemium *l. c. p. 376.*, & Caſp. Henr. Starckium *in Tr. de Doctorum vita privata, c. 2., §. 40., p. 111.* (17.) V. Chriſt. Junckeri *Comm. de vita Jobi Ludolfi p. 118. 110.* (18.) V. Benthemium *l. c. p. 376. 377.* (19.) V. Joh. Clericum *loco n. 3. citato, p. 306. 307.* (20.) *Declamat. I. de Charlataneria Eruditorum p. 31.* (21.) Vide præſertim Joh. Joach. Zentgrafii *Vindicias incorrupti Codicis Hebræi, contra M. Meibomium, p. 21-38.*, ac Lud. Neocori & Henr. Sikii *Bibliothecam librorum novorum, M. Majo & Junio A. 1698., p. 416-425.* Confer qvoqve Benthemium *l. c. p. 377.*, Joh. Clericum *l. c. p. 308-311.*, ac Joh. Henr. Majum, Nicetam Spilium & Imman. Weberum, locis paulo poſt allegandis. (22.) *in Diſſ. de modo propagandi religionem per Carmina, §. 10., p. 15.* (23.) *in Diſſ. de Enthuſiaſmo Poetico, §. 60., p. 85. 86.* (24.) *in Diſſ. de Eloqventia & Poeſi Moſis, §. 24. & ſeqq.*, ubi hanc hypotheſin noſtri eſſe refutatam teſtatur J. F. Reimannus im Verſuche der Einleitung zur *Hiſt. lit. antediluviana p. 130.* (25.) *Spec. IV., p. 35.*, teſte Zentgrafio *l. c. p. 25.* (26.) V. Joh. Henr. Majum *in Præfat. Introduct. ad ſtudium Philolog. p. 4.*, & L. Neocorum ac H. Sikium *l. c. p. 422.*

tum, eodemqve modo legendum, & hoc pacto ſententias inauditas, vulgatisqve contrarias, e textu illius elicuit, ob inceptam iſtam novaturiendi libidinem merito A. 1690., in Joh. Henr. Maji *Diſſertationibus ſacris* (27.), virgula notatus cenſoria. Codicem Samaritanum Hebræo præfert, ſicut & verſiones (qvas alibi ſibi adverſantes contemtim ſolet explodere) LXXII. Interpretum (integriori, qvam noſter, ſi ipſi credamus, uſorum Codice) Græcam, ac Latinam Hieronymi, qvotieſcunqve ſuæ favent opinioni. Tunc enim tanti eas, reſtitutioni ſuæ, carminis lege nitenti, conſentientes, facit, ut trecentis illam teſtibus confirmari exiſtimet. E qvibus LXXII. ſunt Interpretes illi Græci; reliqvum numerum, ad centeſimum usqve, Hieronymus ipſi complet. Ducentorum autem teſtium pondus obtinent Leges artis Hebræorum veterum metricæ (28.), omnem carminum Biblicorum varietatem certiſſimis exponentis regulis, cui, duobus (uti jactaſſe illum jam ſupra monuimus) annorum millibus ignoratæ, ſibiqve divinitus iterum revelatæ, ſed, donec grandi pecunia redimatur, premendæ atqve occultandæ, locum, inter ſubſidia interpretationis librorum V. T. Hebræorum, & textuum illius corruptorum emendationis, velut cynoſuræ utriusqve ac lapidi Lydio, vindicare haud veritus eſt principem (29.). Qvanti inventum hoc, a Numine ſibi detectum, æſtimaverit, abunde docent verba Epiſtolæ illius ad Imperatorem, Reges ac Principes, *Specimini IV.* præmiſſæ, qvæ Joh. Joach. Zentgrafius (30.) recitat, ſeqventia: *Novum ſacræ Eruditionis decus Europæ exortum videbitis, ſi veſtro auxilio me juvare dignemini, illo majus, qvod Ægyptus olim orbi dedit, adeoqve admirabile poſteritati futurum. Divina enim deſtinatione magna duo inventa nunc in lucem prodirent, Hebræa, inqvam, Metrice, & Lingvæ ipſius major notitia, qvibus caruere celeberrimi illi LXXII. Interpretes, & omnis reliqvorum interpretum chorus.* Non minus ſuperba, imo arrogantior etiam, licet pietatis ſpeciem præferat, eſt προσφωνησις ad Deum, præfationi ad Lectorem inſerta, in qva hæc, eodem Zentgrafio teſte, leguntur: *Eo majus hoc donum merito omnes exiſtimabunt, qvo diutius in profundo qvaſi deperditæ antiqvitatis ſepultum jacuit, cum ultimis Prophetis, Jeremia, Daniele & Ezechiele, conditum. Donum, qvod Aggæum, Esdram, Nehemiam, primos e captivitate Babylonica reduces, qvi tanqvam laceras tabulas Hebræos Codices concinnabant, latere voluiſti; qvod LXX. Interpretes, & tam magnificus oraculorum tuorum æſtimator, Ptolemæus Philadelphus, videre non meruerant; ad qvod contemplandum tot alios, ante & poſt natum Chriſtum, claros pietate ac virtute viros, ducere tibi non placuerat; hoc mihi, tenui qvidem, ſed omnis vetuſtæ ſapientiæ tuæ inde ab adoleſcentia admiratori, monſtrare ex mera gratia voluiſti. - - Hoc donum tuum* (veterem ſcil. Hebræorum artem Metricam) *in me admirarentur LXX. illi Interpretes, & reliqvi Hebrææ gentis ſapientes, ſi in vitam redirent; ob hoc cæteri Græci Interpretes pleraſqve curas ſuas inanes judicarent. Et divinum Origenis ingenium hac doni novitate & magnitudine Hexapla ſua & Octapla deſereret. Hoc munere S. Hieronymus, præ ſe, & reliqvis omnibus Latinis Interpretibus, beatum me prædicaret, qvod magnis duobus auxiliis fretus, Metrica Hebræa & ſacræ lingvæ majore cognitione, labores omnium, in vertendis SS. Hebr. libris, ſuperare aggreſſus eſſem. - - Reliqvi Orientis & Occidentis vetuſti Patres, ſacras literas ſcrutandi ſtudio celebres, Baſilii, Apollinarii, Cyrilli, Auguſtini, Chryſoſtomi, Theodoreti, ſtudia erga me ſua declararent, & te Deum, lumen humanis mentibus accendentem, laudandum in Eccleſia & celebrandum uno ore faterentur.* Verum enimvero *nil tanto dignum dedit hic promiſſor hiatu*, ſed *Specimina* tantum, uti jam indicatum eſt, qvatuor *novarum in S. Hebræo Codice emendationum, interpretationum & explicationum ſuarum*, ex artis Metricæ, qvam tamen lectores celavit, veteris inſtauratæ, ſeu potius muſteæ, potiſſimum derivatarum principiis atqve hypotheſibus. Harum ſe, *per 20. amplius annos, in S. Hebræo Codice emendando & explicando, magno ſtudio, & memorabili felicitate*, verſatum (31.), longe plures adhuc premere, ſuaqve opera & induſtria, ex iſto, ter mille amplius errores, qvi ſententiam hactenus divinorum oraculorum turbabant, eſſe ſublatos (32.), e qvibus mille ducenti majoris ſint momenti (33.), eſt gloriatus. Qvibus qvantum arroganter ſtatuerit pretium, inde patet, qvod Paraphraſium Chaldaicarum, Maſoræ, Rabbinorum, Commentatorumqve cœterorum, in V. T. interpretationes ſuperbe paſſim, præ his, contemſerit atqve exploſerit, & in locis *Speciminum* diverſis ſeqventibus ſemetipſum ornaverit elogiis (34.): *Integrum Pentatevchum veteri nitori reſtitui, qvo uno longe majus præmium meruiſſe videri poſſim, qvam ab Ægypti Rege tulere LXXII. illi Interpretes. - - Nullus tanto mentis lumine acceſſit, ut tenebras has diſcuteret. Primus lucem hic intuli, ut omnis poſteritas clariſſima ſententia, velut meridiano ſole, lætaretur. - - Omnes Interpretes & expoſitores nihil hic vident. - - Deus primo mihi patefecit. Omnes enim Interpretes & explicatores ſuperavi, ut, primas mihi deberi, faſſuri ſint noſtri ævi docti viri, omnisqve grata poſteritas. - - Omnis antiqvitas Ebræa & Chriſtiana, omnis poſteritas, ad hoc tempus, horum 4. diſtichorum explicationem ignoravit. - - Veram ſignificationem hujus vocis primus inveni. - - Omnem antiqvitatem & hic ſuperavi.* Subinde tamen, ſui immemor, paulo modeſtius loqvitur, & ſe ita ait *putare, reri, autumare, opinari, arbitrari, ſuſpicari, exiſtimare*, aut *certiſſima ſcribere conjectura* (35.). Verum conjecturæ & emendationes Critici hujus, omnibus aliis audacioris, pleræqve non ſolum incertiſſimæ ſunt, ſed & abſurdæ ſæpius atqve aperte falſæ, loca S. Codicis Hebræi, ad libidinem Autoris, ut ſententiæ ejus congruant metroqve fictitio, miſerandum in modum lacerant, diſtorqvent, diſcerpunt, & qvandoqve, ejectis qvæ officiebant, temere mutilant, aut novis interpolant additamentis; dictis Pſalmorum de Meſſia agentibus, & ſenſu hoc myſtico a Novi Teſtamenti ſcriptoribus, imo per Rabbinos etiam nonnunqvam gentis Judaicæ, explicatis, ſenſum alium de Davide tribuunt terrenum (36.), novas vocibus Hebræis ſignificationes affingunt (37.), aliisqve vitiis laborant compluribus. Oſtenſum id eſt a Viris eruditis, qvi *Specimina* ejus *novarum in S. Hebræo codice emendationum, interpretationum & explicationum ſuarum*, ac inprimis qvartum ſive ultimum, A. 1698. editum, ſcriptis examini ſubjicere, & ex profeſſo refutare, aggreſſi ſunt peculiaribus. Qvalia ſunt: I. D. Brandani Henrici Gebhardi, Profeſſoris Theologi Gryphiswaldenſis, *Diſputatio de Metro Marci Meibomii*, Gryphiswaldiæ A. 1693. (38.) publicata, & a Joh. Diecmanno (39.) ac Joh. Andr. Schmidio (40.) commendata; II. D. Joh. Henr. Maji, Theologi Gieſſenſis, *Introductio ad ſtudium Philologicum, Criticum & Exegeticum, in qva ſimul Joh. Clerici Ars Critica, & M. Meibomii Specimen novum Biblicarum Emendationum & interpretationum* (Amſtelod. A. 1698. editum) *examinantur, Examini repetito Hiſtoriæ Criticæ N. T. Richardi Simonis*, Francof. A. 1699. (41.) excuſo, ſubjecta; in cujus *præfatione* (42.) Meibomius, *in Specimine ſuo, ſpecimen audacisſimi*, merito perhibetur, *præbuiſſe Critici, & capite VIII.*

(27.) *Cap. I. V. Acta Erud. Lipſ., M. Apr. A. 1691., p. 175.*, & Joh. Clerici *T. XIX. Biblioth. univerſ. Hiſtor., M. Nov. A. 1690, p. 483.* (28.) V. Neocorum & Sikium *l. c. p. 421.*, & Zentgrafium *p. 25. 26. 38.* (29.) V. Neocorum & Sikium *l. c. p. 418. 410. 421.* (30.) *l. c. p. 21. 22. 23.* (31.) *in Præf. Specim. IV.*, apud Zentgrafium *l. c. p. 21.* (32.) V. Neocorum & Sikium *l. c. p. 417.*, & Imman. Weberi Beurtheilung der Atheiſterey *p. 32. 33* (33.) V. Joh. Clericum *loco n. 3. citato p. 308. 309*, & Nicetam Spilium (ſive Vinc. Placcium) *in Epiſtola curioſa p. 100.* (34.) V. Zentgrafium *l. c. p. 22. 23. 27. 28.* loca addentem. (35.) Loca indicat idem Zentgrafius *p. 38.* (36.) V. Zentgrafium *l. c. p. 31. 33. 34.* (37.) V. Joh. Henr. Maji *Introduct. ad ſtudium Philologicum, c. 2., p. 20.* (38.) *in 4.* (39.) *in Notis ad Homiliam Germanicam de victoria Svecorum Narvenſi, ex Pſ. XXI. 8. & ſeqq., p. 53.* (40.) *loco num. 22. citato.* (41.) *in 4.* (42.) *p. 4.*

VIII. (43.) loca V.T. nonnulla, qvæ ille, velut corrupta, emendare eſt aggreſſus, vindicantur; III. Joh. Joach. Zentgrafii, Acad. Argentinenſis Theologi, *Vindiciæ incorrupti Codicis Hebræi contra Marcum Meibomium*, qvarum *Diſſertatio prima* (noſtrum *p. 3. Virum eruditum qvidem, ſed qvem πολλὰ γράμματα ſeduxerunt*, appellans) Argentinæ A. 1700. (44.) prodiit, reliqvæ autem, in illa promiſſæ, lucem, uti credo, non viderunt; IV. Val. Ern. Löſcheri, Antiſtitis Dresdentis, *Libri* III. *de Cauſis Lingvæ Hebrææ*, Lipſiæ A. 1706. (45.) impreſſi, qvorum *primus* (46.), uti *Acta Eruditorum* teſtantur *Lipſienſia* (47.), Meibomii emendationes examini ſubjecit biblicas. Promiſſus qvoqve eſt ab Henrico Muhlio, Theologo Kilonienſi (48.), ſed nondum editus, *Liber de πρέπω (legendum πρέποντι) in Critica ſacra utriusqve Codicis avthentici, in qvo V. C. Marci Meibomii Specimina, cum Pſalmis Davidicis decem, itemqve ſex Sacræ Scripturæ V. T. integris capitibus, potiſſimum ſub examen vocantur.* Præter qvos noſtri adverſarios alii qvoqve Viri eruditi conatus ejus Criticos, in Sacro Codice emendando, profanos ac temerarios virgula, in ſcriptis ſuis, paſſim notarunt cenſoria, juſtoqve zelo ſunt deteſtati, Chriſt. Noldius ſcilicet (49.), Nicetas Spilius larvatus, ſive Vinc. Placcius (ſuſe in illius tam audaciam criticam irreligioſam, qvam *avaritiam immodicam impiamqve, imo αἰσχροκερδίαν & Simoniam*, in operibus iſtius argumenti ingenti ære venum exponendis, invectus) (50.), Joh. Andr. Schmidius (51.), Joh. Frid. Mayerus (Meibomium *Antiſcripturariis* annumerans recentioribus) (52.), Imman. Weborus (eum einen verwegenen *Scribenten* appellans, neutiqvam tamen, uti a Jac. Frid. Reimanno perperam traditur (53.) Atheis accenſens, ſed ab Atheismi potius ſuſpicione vindicans) (54.), Georg. Henr. Götzius (55.), Sever. Lintrupius (in *Orat.* ἀνεκδότῳ *de Infelicitate Seculi XVII. literaria* ſuperciliosam etiam Meibomii, aliorumqve Criticorum, in cenſendis ſacris literis, reprehendens audaciam (56.)), duo fratres Engelkii, Henricus Aſcanius (57.) & Hermannus Chriſtophorus (58.), aliiqve complures. Addendus his Joh. Diecmannus, licentiæ noſtri criticæ in ſacris enormi verbis indignatus ſeqventibus (59.): *Excitabit, ſpero, Deus cordatos integritatis fontium ſacrorum vindices, qvi immanes iſtos ungves criticos, majori licentia in verbum divinum, qvam nemo mortalium unqvam in ſcriptores profanos, etiam ſordidiſſimos, auſus eſt, graſſantes, homini præcidant.* Addendus Frid. Breclingius, qvi, in literis ad me Amſtelodamo d. 26. Oct. A. 1689. datis, hoc de Meibomio tulit judicium: *Vir ſenex eſt & moroſus. Ego pauca æſtimatione digna in ipſo invenio, niſi qvod ſe doctiſſimum in Hebraicis putat, & omnes præ ſe vilipendit. Sic ſibi vivit, ac ſua qværit, ſicut ſe ipſum, per Metrum Hebraicæ lingvæ, qvod demonſtrare parat talia pro merito remunerantibus; &, qvia ſapientiam venalem proſtituit, hinc ſibi tandem inglorius morietur, qvia nullos mercatores invenit.* Imo, qvi mitiſſime omnium de ipſo judicarunt, amiciqve illius fuiſſe videntur, Ludolphus Neocorus, Henr. Sikius & Joh. Clericus, hoſce tamen conatus haud obſcure improbarunt, & de promiſſorum ingentium veritate dubitarunt. Duo enim priores, cum, in recenſione Speciminis ejus qvarti, *Bibliothecæ librorum novorum anni 1698.* (60.) inſerta, qvæ de Codice Hebræo corruptiſſimo, ſed ope artis Metricæ, a ſe denuo inventæ, facile emendando, jactavit, expoſuiſſent, & qvasdam novas illius emendationes atqve interpretationes exhibuiſſent, ſeqventia tandem ſubjunxerunt (61.): *Laudabile ſane agnoſcimus ſtudium doctiſſimi Autoris, qvi textui S. Scripturæ illuſtrando omnem operam impendit. Et multa qvidem in hoc libro occurrunt, bonæ frugis haud expertia: tantum nimia confidentia renatam opera ſua Metricam, & antiqvam Hebræorum Poeſin, jactare videtur. Namqve, hæc cadat, an recto ſtet fabula talo, a certitudine illius Metrices unice dependebit, qva cadente cætera qvoqve omnia corruent. Expectandum igitur eſt, donec Autor arcanum iſtud, qvod adhuc premit, & cui totam hanc emendandi rationem ſuperſtruxit, revelet, qvo certius hac de re judicium eruditi ferre poſſint.* Joh. Clericus autem, *Tomo XXII. Bibliothecæ ſelectæ Gallicæ, Parte II.* (62.), poſtqvam laudibus Meibomium, & ſcripta ejus, ornaverat haud exiguis, hanc adjecit de *jam defuncto cenſuram: Mais on ne peut pas disconvenir non plus, qv' il ne cenſure un peu rudement les Scaligers, les Caſaubons, les Saumaiſes, les Gronovius, & d' autres ſavans du premier ordre: comme Scheffer le lui a reproché (63); qv' il n' avance des conjectures très-incertaines, comme des demonſtrations, ſur tout dans ſes explications & ſes corrections du Vieux Teſtament; qvoi qv' il ſoit impoſſible à préſent d' être aſſuré de cette eſpece de corrections, & qv' il faille marcher avec beaucoup de précaution dans un païs, comme celui-là; & qv' il ne faſſe même des choſes ſur les Pſeaumes, qve l' on n' oſeroit faire dans les ecrits d' un Poete moderne, qvi eſt de retrancher & d' ajoûter ce qve l' on trouve à propos, pour remplir la meſure du vers.* Conferantur ſeqventia, in qvibus idem Clericus (64.), ſe, an noſter qvicqvam ſolidi, circa veram Poeſeos veterum Hebræorum rationem, detexerit, dubitare profitetur. Qvid qvod Ars ejus Hebræorum metrica, Biblia Hebræa ad hujus normam emendata, tribusqve Verſionibus Græca, Latina & Germanica adjunctis, Tetrapla futura, aliaqve ſcripta hujus generis critica, communi totius Europæ ſpreta & rejecta videntur eſſe conſenſu. Licet enim illæ Batavis primum, deinde A. 1674. Anglis, in itinere in horum inſulam (cujus Epiſcopi ne qvidem, ut talia ab eo illic ederentur, permittere voluerunt) ſuſcepto (65.), & tandem aliqvoties publice gentibus Europæ Chriſtianis omnibus, harumqve Imperatori, Regibus ac Principibus, venalia per ipſum ſint oblata, nusqvam tamen inveniri potuere, qvi pretium, qvod exigebat, immane vellent perſolvere, & hoc pacto illorum accelerare editionem, ſed omnia hæredibus ἀνέκδοτα a moribundo ſunt relicta. Digna videtur, qvam αὐτολεξεὶ recitemus, Joh. Clerici narratio de nundinationibus his illorum fruſtraneis Gallica (66.): *En A. 1674. il alla en Angleterre, où il demeura près de trois ans, pour engager les Anglois à lui donner du ſecours, pour l' imprimer en Hebreu, en Grec & en Latin,* le Vieux Teſtament, *en deux volumes in folio, avec ſes remarqves. Il demandoit pour cela ſeulement ſix mille curieux, qvi ſ' obligeaſſent d' en prendre chacun un exemplaire, dont ils ne payeroient, qve cinq livres ſterling. Il promettoit de corriger, ou d' expliqver pour le moins, douze cents paſſages corrompus par les Copiſtes, ou qvi n' avoient été entendus de perſonne, & de donner explication des autres paſſages, à meilleur marché, ou même pour rien. Mais loin de trouver des gens, qvi l' ecoutaſſent, il ne trouva perſonne, qvi ne fût choqvé de ſes promeſſes; qvi ſuppoſoient, qve l' on n' avoit pas entendu le Vieux Teſtament depuis plus de deux mille ans, jusqv' à ſes decouvertes, & qve les Copiſtes y avoient commis beaucoup plus de fautes, qv' on ne croyoit. Il ne falloit pas être fort prévoyant, pour deviner, qve ſon deſſein ne ſeroit pas approuvé. Il raconte lui même, de qvelle maniere cette affaire échoüa, dans la preface de ſon ſecond Eſſai, qv' il fit imprimer à Amſterdam en 1678. in folio, avec une partie du troiſieme. Il ne voulut pas l' imprimer*

(43.) *p. 56-64.* (44.) *in 4.* (45.) *in 4.* (46.) *cap. 13., p. 182. & ſeqq.* (47.) *M. Sept. A. 1706., p. 402.* (48.) *in Catal. nundin. Lipſ. A. 1691. vern. p. 35.* (49.) *in Annott. ad Concordantias ſuas Particularium Ebræo-Chaldaicarum p. 1056. b.*, teſte Thoma Crenio (verba ejus recitante) *P. I. Animadverſſ., c. 3., §. 9., p. 48. 49.* (50.) *in Epiſtola curioſa ſuper Qvæſtionibus eruditis variis de tempore* (Veronæ A. 1681. *in 12.* edita), *tota Qvæſt. VII., p. 96-106.* (51.) *loco num. 22. citato.* (52.) *in Sciagraphia penſi Lectionum publicarum vernalium Hamburgenſium anni 1692.* (53.) *loco n. 24. citato.* (54.) in der Beurtheilung der Atheiſterey, und mehreſten deshalben berüchtigſten Schriften, *p. 32. 33.* (55.) *in Principe Hebraice docto, §. 25., p. 32. 33. 34.* (56.) V. ejus *Reliqvias incendii Bergenſis p. 48.* (57.) *in Diſſ. de Sententiis in S. Scripturam injuriis, §. 13., p. 27.* (58.) *in Spicilegii de ſexu ſeqviori eruditionis fama illuſtri Proœmio p. 3. 4.* (59.) *loco num. 39. citato.* (60.) *M. Majo & Junio, p. 416-435.* (61.) *p. 434. 435.* (62.) *Art. III., p. 310. 311.* (63.) V. Joh. Schefferi *Epiſtolam de fabrica Triremium Meibomianarum*, Eleutheropoli A. 1672, ſub larva Conſtant. Opelii, editam. (64.) *l. c. p. 312.* (65.) Conf. de itinere iſto ipſius *Præfat. Speciminis II. novarum in S. Codice Hebræo interpretationum*, H. L. Benthemium *l. c. p. 377. 378. 379.*, J. J. Zentgrafium *l. c. p. 22.*, & Chr. Junckeri *Comm. de Vita Jobi Ludolfi p. 119.* (66.) *l. c. p. 308. 309. 310.*

primer entier, qv' on ne ſ' obligeât d' en prendre ſix mille exemplaires, de vint feuilles châcun, à qvarante ſols la piece. Cette propoſition ne reuſſit pas mieux, qve les autres. Il ne laiſſa pas de continuer à travailler, &, comme il crut avoir découvert, en qvoi conſiſtoit la Poëſie des Hebreux, il réſolut de faire de nouvelles propoſitions à toute la Chrétienté; qvi étoient, qve châqve paroiſſe de la Chrétienté contribueroit pour faire imprimer l' Ancien Teſtament, comme il l' entendoit. Ces propoſitions devoient paroitre en 1690.; mais elles n' ont paru qv' en 1698., avec dix Pſeaumes, & ſix chapitres, expliqvez à ſa maniere, outr' une longve preface, où il expliqve divers autres endroits. Il prétendoit corriger une infinité des paſſages, non par des conjectures incertaines, mais par les régles aſſurées de la Poeſie Hebraïqve, qv' il ne découvre néanmoins pas, pour ne pas donner ſon travail pour rien. On peut bien juger, qve ſes propoſitions ne pouvoient pas réüſſir; mais, qvoiqve dans un grand âge, il ne laiſſoit pas de travailler toûjours, & il a laiſſé tous ſes papiers, concernant ces matieres, dans une caſſette, à ſa famille; qvi offre de les vendre à ceux, qvi voudroient ſ' en accommoder pour une bonne ſomme d' argent. Qvantum argenti, cum *Specimen* A. 1698. ederet ultimum, a parochiis orbis Chriſtiani poſtularit ſingulis, Clericus reticuit, indicant autem hæc ipſius verba, a Zentgrafio (67.) recitata: *Tanti, qvæ in hoc XI. caput Jeremiæ nunc edo, facio, ut bonos & eruditos viros vel ob hoc unum me dignum judicaturos ſperem, qvi a ſingulis univerſi orbis Chriſtiani eccleſiis, qvæ uno in templo conveniunt, præmium feram IV. Thalerorum Imperialium, ſeu IV. argenti unciarum.* Pari Φιλαργυρίᾳ MSSta veterum aliena, qvorum nonnulla in Bibliotheca ſua aſſervabat, aliis qvidem ſubinde venalia obtulit, ſed immenſum fere iis ſtatuit pretium, præſertim codici Commentarii in Jobum, ab Hieronymo ſcripti, & ab Autore *in Comm. ad cap. V. Amoſi allegati*, qvem, ab Auguſtino jam olim fruſtra qvæſitum, & periiſſe hactenus creditum, apud ſe ſolum ſupereſſe jactabat, membranaceo. Hunc, ab Henr. Lud. Benthemio (68.), Paulo Colomeſio (69.), & Lipſienbus (qvi fuſius illum deſcripſerunt, ejusdemqve Excerpta haud pauca, poſt obitum noſtri, ab Hadr. Relando, LL. Or. Profeſſore Trajectino, ſibi communicata, *in Actis Eruditorum* (70.) legenda exhibuerunt), publice laudatum, cum ſibi offerretur, Monachi Galliæ Benedictini, noviſſimæ Operum Hieronymi editionis curatores, aliqvot florenorum centuriis Hollandicorum (71.), Comes vero Avauxius, Legatus ad Batavos Gallicus, teſte noſtri vidua, decem eorundem chiliadibus, ab illo, longe majus poſtulante pretium, redimere fruſtra ſunt conati (72.). Deliteſcendum igitur Commentario huic (qvem Hieronymi non eſſe probabilibus ſatis oſtendit argumentis, Rabanoqve Mauro, Antiſtiti Sec. IX. Moguntino, vindicare conatur, Chriſtoph. Aug. Heumannus, in Ἐπικρίσει ad Excerpta ejus, modo memorata, *Actis Eruditorum anni 1712.* inſerta *Lipſienſibus* (73.)) fuit, ſuperſtite Meibomio, in carcere ſuo librario, donec, poſt obitum illius, cum Bibliotheca (cujus partem Amſtelodami vivus jam diſtraxerat) reliqva, A. 1711., M. Majo, a vidua, in auctione Trajecti ad Rhenum venderetur publica (74.). In hanc enim civitatem noſter, ſenex jam grandævus, poſt tot nundinationes, qvibus rem familiarem, valde anguſtam, augere conatus erat, fruſtraneas, Amſtelodamo tandem migraverat, & in eadem, non A. 1706., ſicut a Jacobo le Long (75.), ſed vel A. 1711., uti a Lipſienſibus (76.) traditur, vel præcedente potius 1710., pro qvo Joh. Clericus (77.) & Joh. Fabricius (78.) militant, expiravit, ſuperſtitesqve reliqvit, præter uxorem, aliqvot liberos, &, hos inter, filiam, Johanni de Schade, Dano, Regis Poloniæ apud Danos Reſidenti, elocatam (79.).

Vitæ ejus hiſtoriam Latinam, Epiſtolis illius, a ſe publicandis, adjungendam, promiſit Joh. Gerh. Meüſchenius, Paſtor Lutheranus Hagienſis, & Eccleſiaſtes deinde aulicus Hanovienſis, teſte Autore der Gelehrten *Famæ, P. XII., p. 858.* Qvæ cum nondum prodierit, noſtra hæc de eadem narratio, partim ex Amicorum relationibus, partim vero e ſcriptis Adverſariorum, Cenſorum, aliorumqve Autorum, jam allegatis, fuit congerenda. E qvibus præcipue & mihi profuerunt, & ab aliis conſuli merentur, Joh. Clerici *Bibliotheqve Choiſie, T. XXII., P. II., Art. III., p. 302-325.*, & Henrici Ludolphi Benthemii Holländiſcher Kirchen- und Schul-Staat, *P. II., c. 4., p. 375-382.* Conferri etiam de illo, præter cæteros, jam citatos, poſſunt Wilh. Ern. Tenzelii (Benthemio ſua debentis) *Dialogi menſtrui Germanici, M. Sept. A. 1698., p. 837. 838. 839.*, Alb. Bartholini *Liber de Scriptis Danorum p. 98., noſtraqve ad illum Hypomnemata p. 327. 456.*, Joh. Fabricii *Pars III. Hiſtoriæ Bibliothecæ Fabricianæ p. 444. 445. 446.*, Corn. a Beughem *Bibliographia Mathematica p. 91., & Apparatus ad Hiſt. lit. noviſſ., Conſp. II. p. 102. 207. 333., ac Conſp. III. p. 312.*, & Lipſienſium *Compendieuſes* Gelehrten-*Lexicon p. 1315. 1316.*

ELOGIA.

Thomæ Reineſio (*Epiſt. XX. ad Joh. Vorſtium. p. 47.*) audit *Vir Clariſſimus, doctiſſimusqve*, ἐν τοῖς (*Mathematicis*) τρίβων τις, καὶ ἀριστεῖα εἰληφώς.

Thomæ Bartholino (*Diſſ. II. de Medicina Danorum domeſtica p. 36.*), Chriſt. Noldio (*in Annott. ad Concordantias Particularum Ebræo-Caldaicarum p. 1056. b.*) & Paulo Colomeſio (*loco num. 69. paulo ante citato*), *Vir doctiſſimus.*

Joh. Frid. Gronovius, *in Laudatione funebri Jac. Golii p. 24.*, Amicis eum Golii annumerat, qvi, *hoc ſeculo, bonarum artium vel profectu, vel cupiditate, enituerunt*, & qvibuscum ille *epiſtolarum exercuit commercium.*

Collectoribus Actorum orbis eruditi Lipſienſium, *M. Sept. A. 1688., p. 476. 479.*, *Vir* audit *clariſſimus ac diligentiſſimus, ut juventam olim, ita nunc ſenectutem, bonis literis ornandis impendens; M. Julio A. 1692., p. 316., Senex doctiſſimus, & omnis Græcæ literaturæ ſcientiſſimus;* ibidem *p. 317.* Ἑλληνικώτατος; ac, *M. Majo A. 1696., p. 241., Vir Græce & Latine doctiſſimus.*

Halenſibus (in der Neuen *Bibliotheck, Sect. 13., p. 240.*) der verſtorbene, aber auch nach ſeinem Tode lebende, gelehrte Holſteiner, welchen die Griechiſche Sprache, und ſonderbahre Erkäntniß in den Geſchichten der alten Weltweiſen, in einen ſolchen Stand ſetzten, daß er iederzeit, wegen ſeiner ungemeinen und ſeltenen Obſervationen, den Preiß behielte.

Henr. Basnagio (*dans l' Hiſtoire des Ouvrages des Sçavans, M. Apr. A. 1692., p. 360.*) *Un des plus grands Grecs de ce ſiecle.*

Dan. Georg. Morhofio (*in Prælect. MSS. de Notitia Autorum, c. 20.*) *Vir Lingvarum Græcæ & Latinæ, ac Matheſeos peritiſſimus.* (Conf. ejusdem *Polybiſtoris T. I., Lib. V., c. 1., §. 13., p. 226.*, ubi Criticis Bataviæ ἐξοχωτέροις annumeratur.)

Joh. Fabricio (*P. III. Hiſtoriæ Bibliothecæ Fabricianæ p. 445.*) *Trium Vir lingvarum, pariterqve ſumma Matheſeos peritia, & multa variaqve eruditione, inclytus, ſed infelicibus annumerandus literatis, atqve in Codice Hebræo reſtituendo, metrisqve ejus corrigendis, audacior.*

(67.) *l. c. p. 22.* (68.) *P. II.* des Holländiſchen Kirchen- und Schul-Staats, *c. 4., p. 381. 382.* (69.) *in Paralipomenis ad Gvilb. Cavii Chartophylacem eccleſiaſticum auctioribus, p. 646. Operum, a J. Alb. Fabricio editorum.* (70.) *in Actis* ſcilicet *anni* 1711., *M. Jun., p. 269-275., & M. Nov., p. 513-520.* (71.) V. Benthemium *l. c.* (72.) V. Lipſienſes *l. c. p. 269. 270.* (73.) *M. Jan., p. 21-26.* (74.) V. Joh. Clericum *l. c. p. 310.*, & das Compendieuſe Gelehrten-Lexicon *p. 1316.* (75.) *P. II. Bibliothecæ ſacræ p. 659.* (76.) *in Actis Erud., M. Jun. A.* 1711., *p. 269.*, & in dem Compendieuſen Gelehrten Lexico *p. 1316.* (77.) *loco num. 62. citato, p. 310.* (78.) *P. III. Hiſtoriæ Bibliothecæ Fabricianæ p. 446.* (79.) V. Thomæ Crenii *Epiſt. dedic. Partis VIII. Animadverſſ. Philol. & Hiſtor.*

Joh. Clericus, loco paulo ante citato *p. 303.* ita de illo: *Si qvelcun ſ' aviſoit d' écrire de nouveau de Infelicitate literatorum, ſeu Mr. Meibom, natif de Lubeck, ſi je ne me trompe* (*), *pourroit augmenter le nombre des gens de lettres, qvi n' ont pas été heureux; qvoi qv' à l' égard de ſon ſavoir il méritât mieux de l' être, qv' une infinité de gens, qvi l' ont été, & qvi le ſont, ſans égaler en aucune maniere ſon erudition.* Nec non *p. 310.*: *Il eſt certain, qve Mr. Meibom étoit un tres ſavant homme, & qv' il y a, dans ſes ouvrages, une infinité de choſes tres-doctes & tres-utiles. Perſonne ne le niera, qvi ſe connôitra en ces ſortes de choſes.* Ac tandem *p. 312.*: *Pour le reſte, j' ai déja dit, qve ſes Ecrits étoient pleins d' erudition & de recherches curieuſes.*

Henr. Lud. Benthemius (*l. c. p. 375. 376.*) hoc illum ornavit elogio: Seine Erudition iſt groß, und ſeine Fata wunderbahr. - - Jmmer Schade, daß der Mann, mit ſeiner ungemeinen Wißenſchaft im Griechſchen und Hebräiſchen, dem publico nicht ſo gedienet hat, alß er wol gekont.

Joh. Burch. Majus, *in Orat. de Hiſtoria univerſali Seculi XVII. ſcribenda* (*lit. D. 3. a.*), Philologis eum annumeravit ſeculi iſtius, in Lingva Græca excellentibus.

Ludolpho Neocoro & Henr. Sikio, *in Bibliotheca librorum novorum anni 1698., M. Majo & Junio, p. 417., Senex* audit *eruditiſſimus*, ac *p. 434. Autor doctiſſimus.*

Joh. Alb. Fabricio, *Libro III. Biblioth. Græcæ, c. 10., p. 256., Vir eruditisſimus, p. 259. præſtantisſimus, c. 14., p. 378. doctisſimus,* & *Lib. IV.; P. I., c. 14., p. 450., Vir doctisſimus, & utriusqve lingvæ pariter ac veteris Muſicæ peritus.*

Thomæ Crenio, *in Animadverſionibus Philologicis & Hiſtoricis, P. I., c. 3., §. 9., p. 47., Vir doctisſimus & ſummus; Parte VI., c. 3., p. 139., Excellentis ingenii Vir raræqve doctrinæ; Parte VII., c. 3., p. 150., in Epiſt. dedic. Partis VIII.*, & *in Notis ad Variorum Tractatus de Eruditione comparanda p. 105., Vir ſummus;* & *Parte* tandem *XIV. Animadverſſ., p. 138., Vir noſtris in ſtudiis eminentisſimus,*

Chriſt. Junckero (*in Comm. de Vita Jobi Ludolfi p. 118.*) *Vir, cujus eruditio in literis Græcorum ſatis eſt nota.*

Pet. Rabo (im Bookzaal van Europa, *M. Sept. & Oct. A. 1692., p. 262.*) een in de Grieckſche Tale zeer ervarene Mann.

SCRIPTA EDITA.

I. PROPRIA.

Obſervationes ad loca qvædam Librorum decem M. Vitruvii Pollionis de Architectura, qvæ prodierunt in Johannis de Laet editione Vitruvii, Variorum Notis ac Commentariis illuſtrata, & Amſtelodami A. 1649. *in fol.* excuſa; de qva Joh. Alb. Fabricii *Liber I. Bibliothecæ Latinæ, cap. 17., p. 290. 291.*, conſulatur.

Dialogus de Proportionibus, ad Fridericum III., Regem Daniæ. Hafniæ 1655. in fol. In *Catalogo nundin. vern. A. 1655. Lipſ. p. 12.*, & Cornelii a Beughem *Bibliographia Mathematica p. 91.*, titulus ejus ſeqvens recitatur prolixior, ſed exemplis illius, qvæ vidi, non præfixus: *Dialogus de Proportionibus, qvo, inter alia nova, cum Veterum, uti Euclidis & Pappi, Elementares aliqvot Propoſitiones erroneæ demonſtrantur, tum Recentiorum falſæ Elementorum explicationes refelluntur, monſtratis plus CXXX. falſis propoſitionibus elementaribus in P. Gregorii a S. Vincentio Opere de Qvadratura circuli.* Dialogi hujus (in qvo Euclides, Archimedes, Apollonius Pergæus, Pappus, Eutocius, Theo & Hermotimus, collocutorum perſonam ſuſtinent) occaſionem & argumentum (de qvo *Acta* etiam *Eruditorum Lipſienſia, M. Jun. A. 1696., p. 250. 251.*, poſſunt conferri) Autor, *in præfatione*, verbis expoſuit ſeqventibus: *Qvod orbis literatus gaudeat, poſteritas grata memoria recordetur, primi novas Geometricarum rationum leges in natura deteximus, & falſas propoſitiones in eo libro invenimus, qvem ultimæ antiqvitatis divini Viri, Pythagoras, Eudoxus, Euclides, ex Ægyptiorum & Patriarcharum inventis, condiderunt, omnium autem ſeculorum præcipui Philoſophi ac ſapientes legendo examinarunt. - - Inventionis occaſionem præbuit Euclidis Liber de Canonis ſectione, qvem A. 1649., M. Novembri, Typographo* (in Volumine Muſicorum antiqvorum) *excudendum dederam. In primo illius Theoremate, qvod noſtra Muſicorum editio habet p. 24.*: Ἐὰν διάστημα πολλαπλάσιον, δὶς συντεθὲν, ποιῇ τι διάστημα, καὶ αὐτὸ πολλαπλάσιον ἔσται (*Si intervallum multiplum, bis compoſitum, fecerit aliqvod intervallum, etiam illud erit multiplum*); *verbum Græcum* συντεθὲν, *compoſitum Latinis, inde mihi ſcrupulum injiciebat, qvod, cum in adoleſcentia Geometriæ operam navaſſem, recordarer, Clavium Appendice ad Euclidis elementum nonum multis probare, compoſitionem hanc eſſe multiplicationem; ideoqve hæc verba* δὶς συντεθὲν *bis multiplicatum vertenda cenſebam. - - Hæc cum ſollicite expenderem, altius inqvirenda ſuſcepi. Illo autem tempore, tot locorum in deſperatis Autoribus reſtitutione, qvaſi perpetuis victoriis, animatus, nihil tam arduum, nihil ita intricatum in ſcientiis, qvæ qvidem ratione aliqva conſtitutæ eſſent, inveniri arbitrabar, ut, ſi ingenii nervos contendere vellem, explicatum dare diffiderem. Cum itaqve, circa veſperam, profundioribus cogitationibus me totum dediſſem, ut a naturæ principiis rationum contemplationem arceſſerem, duarum horarum ſpatio illius doctrinæ fundamenta excogitavi: in qvibus deinde examinandis integro qvinqvennio fui occupatus. Euclidi tamen, qvem, primum editum, ultimum notis illuſtravi, eo loco Diſſertationem de hac doctrina attexere decreveram, qvo erat inventa. Illud autem conſilium mutavi, qvod a paucis hæc ibi lectum iri prævidere poſſem.* Dialogum hunc, ſibi transmiſſum, Thom. Reineſius (*Epiſt. 20. ad Joh. Vorſtium p. 47.*) *elegantiſſimum* vocavit, & *munus auro contra carum, eoqve acceptiſſimum;* Thom. Bartholinus autem (*Diſſ. II. de Medicina Danorum domeſtica p. 36.*) tali dignatus eſt elogio: *Marci Meibomii, doctiſſimi amici noſtri, ſubtilis de Proportionibus novis Dialogus Medicis & Mathematicis novum lumen accendit.* Qvia tamen principia Geometriæ recepta juſto audacius convellere videbatur, tres eum impugnarunt ac refellere aggreſſi ſunt Mathematici haud incelebres: I. ſcilicet Wilhelmus Langius, Math. Profeſſor Hafnienſis, *in Libris duobus de Veritatibus Geometricis, qvorum prior contra Scepticos & Sextum Empiricum, poſterior autem contra M. Meibomii Dialogum diſputat*, Hafniæ A. 1656. *in 4.* excuſis, ac in *Epiſtola* pro iſtis, *ad Meibomium* (eos confutaturum), ibidem, eodem anno, *in 4.* publicata, & cum *Reſponſione* Meibomii (cujus mox fiet mentio) Hafniæ A. 1657. *in fol.* recuſa; II. Joh. Walliſius, Th. D. & Geometriæ Profeſſor Savilianus Oxonienſis, *in Tractatu elenchtico adverſus Marci Meibomii Dialogum de Proportionibus*, qvi Oxonii A. 1657. *in 4.* ſeorſim, &, *Tomo I. Operum* illius *Mathematicorum*, ibidem A. 1695. *in fol.*, prodiit; de qvo *Acta Eruditorum Lipſienſia, M. Junio A. 1696., p. 250. 251.*, merentur conſuli; III. Franc. Xaverius Aynſcom, Antwerpienſis, Jeſuita, in patria A. 1660. (teſte Nathan. Sothwello *in Biblioth. Jeſuitica p. 266.*) defunctus, cujus *Libellum de natura rationum, contra M. Meibomium* (a Sothwello præteritum), allegavit, & *eruditum* vocavit, M. Lud. Georg. Lundenius *in Prolegomenis in Matheſin*, §. 55.

Reſponſio ad Wilh. Langii ad ſe Epiſtolam, ei præmiſſam. Hafniæ 1657. in fol. Repoſita eſt Langii *Libro de Veritatibus Geometricis ſecundo*, & *Epiſtolæ* pro illo, modo memoratis, ſed ſtylo maledico ac juſto mordaciore.

Liber

(*) Fallitur hic, ſicut ſupra jam eſt monitum, Clericus, Marcum Meibomium noſtrum eatenus cum Henr. Meibomio juniore, Lubecenſi, Prof. Medico Acad. Juliæ celeberrimo, uti videtur, confundens.

Liber de Fabrica Triremium. Amſtelodami 1671. in 4. Recuſus *Tomo XII. ſive ultimo Theſauri Antiqvitatum Romanarum*, a Joh. Georg. Grævio collecti, Trajecti ad Rhenum A. 1699. *in fol.* impreſſo, *p. 553. & ſeqq.*, uti Lipſienſes (*in Act. Erud., T. III. Supplem., Sect. XI., p. 498.*) aliiqve teſtantur. A Cornelio a Beüghem, *in Apparatu ad Hiſt. lit. noviſſ., Conſp. I., p. 269.*, Henr. Meibomio Juniori, Profeſſori Academiæ Juliæ Medico, perperam (uti *in Homonymoſcopia, Sect. II., c. 7., §. 80., p. 700. 701.*, jam monui) eſt attributus, ſed error hic deinde *Conſpectu III. p. 277.* emendatus. Qvæ ad argumentum & hiſtoriam illius ſpectant, in Vita Autoris jam ſunt expoſita. Agitur qvoqve de illo (teſte Beüghemio *l. c., Conſp. I., p. 269.*) *in Actis Philoſophicis Anglicanis, num. 79.* Inſeruit illi noſter, præter digreſſiones alias, Emendationum ſuarum, interpretationum & explicationum in S. Hebræo Codice novarum Specimen primum, ad loca V. T. de Navibus diverſa. V. Joh. Clerici *T. XXII. de la Bibliotheqve choiſie, P. II., Art. 3., p. 306. 307.* Examini eum elenchtico ſubjecit Conſtantini Opelii τῦ ψευδονύμυ *Epiſtola ad Amicum de fabrica Triremium Meibomianarum*, Eleutheropoli (vel potius Hamburgi, juxta Beughemium) A. 1672. *in 4.* excuſa, & A. 1699. Trajecti, *Tomo XII. Theſauri Antiqvitatum Romanarum* Grævianі, *p. 681. & ſeqq.*, itidem recuſa. Cujus verum Autorem fuiſſe Joh. Schefferum, Polyhiſtorem ac Profeſſorem Academiæ Upſalienſis celeberrimum, ipſius *Svecia literata p. 296.* nos docuit, & Joh. Clericus *l. c. p. 310.*, Corn. a Beüghem *in Bibliograph. Mathem. p. 102.*, aliiqve, confirmarunt.

Specimen Secundum novarum in S. Hebræo Codice Interpretationum & explicationum ſuarum. Amſtelodami 1678. in fol. De primo, qvod, *Libro de fabrica Triremium* A. 1671. inſertum, hoc præceſſit, Specimine modo eſt dictum.

Specimen Tertium novarum in S. Hebræo Codice Interpretationum & explicationum ſuarum. Amſtelodami 1678. in fol. Imperfectum prodiit, culpa Autoris φιλαργύρυ, qvi pretium pro ſingulis illius exemplis ab emptoribus poſtulavit immodicum, ſed non obtinuit, uti verbis Joh. Clerici (*l. c. p. 308.*), ſub Vitæ noſtri finem recitatis, jam retulimus.

Davidis Pſalmi decem (*ſcilicet XXIII. XXV. XLVII. XLVIII. LXI. LXV. LXXII. XCV. CXLVIII. CL.*) Hebraice, item ſex Sacræ Scripturæ Veteris Teſtamenti integra Capita: priſco Hebræo metro reſtituit omnia, & cum tribus Interpretationibus (*Græca, Latina & Germanica*) apparere voluit, Marcus Meibomius. Amſtelodami 1690. in fol. V. Jac. le Long *P. I. Bibliothecæ ſacræ, c. 1., p. 51. 52.*, & *Acta Eruditorum Lipſienſia, M. Junio A. 1690., p. 320.*

Davidis Pſalmi duodecim, & totidem Sacræ Scripturæ Veteris Teſtamenti integra Capita, qvæ, loco novi Speciminis Biblicarum ſuarum Emendationum & Interpretationum, priſco Hebræorum metro reſtituit, & cum tribus Interpretationibus apparere voluit, Marcus Meibomius, qvi & multiplices ſuas in plurima S. Codicis Hebræi loca Obſervationes & Notas interſperſit. Amſtelodami 1698. in fol. Hoc Syntagma, qvod Specimen eſt qvartum atqve ultimum novarum in S. Codice Hebræo emendationum atqve Interpretationum, A. 1690. jam, ſub titulo hunc præcedente *Decem Davidis Pſalmorum &c.*, eſt impreſſum, ac proinde ab illis haud diverſum, ſed A. 1698. demum lucem, additis Pſalmis ac capitibus Biblicis qvibusdam aliis, aſpexit publicam. V. Jac. le Long *l. c. p. 52.*, & Joh. Clericum *l. c. p. 309.* Inſcripſit illud Autor Imperatori, Regibusqve & Principibus Chriſtianis univerſis, eo fine, ut ſingulæ orbis Chriſtiani, in illorum ditionibus, parochiæ ſibi, ad editionem Bibliorum V. T. Hebræorum, a ſe emendatorum, impetrandam, qvatuor Thaleros perſolvere juberentur Imperiales. Qvæ tamen lucri ingentis ſpes eum eſt fruſtrata. Recenſiones Syntagmatis hujus ſynopticas invenies in Dn. Couſini (Autoris jactantiam haud obſcure taxantis) *Diario eruditorum Pariſienſi Gallico anni 1697., Ephem. 40., p. 774. 775.*, Ludolphi Neocori & Henr. Sikii *Bibliotheca librorum novorum anni 1698., M. Majo & Junio, p. 416-435.*, & Joh. Groningii *Tomo I. Relationum reip. literariæ* (A. 1702. edito), *Sect. II., Rel. II., p. 22. 23.* Cætera, qvæ de Speciminibus IV. Meibomianis, & hoc inprimis ultimo, eorumqve hiſtoria, argumento, vitiis, adverſariis, aliisqve cenſoribus, invento item artis Hebræorum metricæ, tantopere a noſtro jactato, conatibusqve libros V. T. Hebræos ex iſta emendandi temerariis, moneri hic poterant, in Vitæ narratione jam ſunt allata, & ibi poſſunt relegi.

Epiſtola de Scriptoribus variis Muſicis, ad Marqvardum Gudium d. 14. Apr. A. 1667. ſcripta, & in *Epiſtolarum* Gudii, Trajecti ad Rhenum A. 1697. editarum, Appendice adoptiva, *num. 19., p. 56. 57.*, juris facta publici.

Eſſay de Critiqve, où l'on tache de montrer, en qvoi conſiſte la Poëſie des Hebreux; Schediaſma ἀδέσποτον, qvod in Joh. Clerici *Bibliotheqve univerſelle Hiſtoriqve, Tomo IX., M. Majo A. 1688., p. 219-291.*, legitur, & Meibomio a qvibusdam eruditis conjectura vindicatur probabili.

[Euclidem reformatum qvoqve noſter edidiſſe tradebatur a Gothofr. Gvilh. Leibnitio, teſte Joach. Frid. Fellero *in Otio Hannoverano p. 155. 156.* Sed is, uti ſuſpicor, idem eſt ſcriptum cum *Dialogo de Proportionibus*, de qvo paulo ante diximus.]

II. ALIENA.

Muſicæ antiqvæ Autores ſeptem, Græce & Latine: Marcus Meibomius reſtituit, & Notis explicavit. Amſtelodami A. 1652. in 4. Inſcriptum eſt hoc Syntagma Chriſtinæ, Svecorum Reginæ, & in duo diviſum Volumina. In qvorum primo, Præfatione de Muſicorum novellorum, & Athan. Kircheri inprimis, erroribus, Muſicaqve antiqva, & ejus notis, præmiſſa, exhibentur: I. Ariſtoxeni Tarentini Ἁρμονικῶν Στοιχείων Libri tres, emendatiores, qvam ante a Joh. Meurſio Leidæ A. 1616., e Codice MS. Bibliothecæ Academicæ Lugduno-Batavæ Scaligeriano, & duobus editionis Meurſianæ exemplis, cum 3. MSS. Anglicanis per Joh. Seldenum collatis, cum nova Verſione ac Notis publicati; II. Euclidis, Mathematici Alexandrini, Εἰσαγωγὴ ἁρμονικὴ & Κατατομὴ Κανόνος Μυσικῦ, emendatiores, qvam in editionibus antiqvioribus, e Codd. MSS. Vulcaniano, Coventrienſi & Barocciano, redditæ, cum nova Verſione & Notis; Qvas, hoc pacto a Meibomio reſtitutas, cum eadem illius translatione Latina, paucis in locis a ſe emendata, ſuæ deinceps inſeruit Operum Euclidis editioni, Oxoniæ A. 1703. *in fol.* excuſæ, David Gregorius, Matheſeos Profeſſor Oxonienſis. V. *Acta Erud. Lipſ., M. Febr. A. 1704., p. 72.* III. Nicomachi Geraſeni, Philoſophi Pythagorici, Ἐγχειρίδιον Ἁρμονικῆς, in libros duos diviſum, emendatius, qvam a Joh. Meurſio A. 1616., e Codice Scaligeriano, ope collationis cum duobus MSS. Oxonienſibus, per Gerh. Langbainium factæ, editum, cum nova Verſione ac Notis. Hujus Nicomachi Arithmeticam qvoqve MStam, teſte Pet. Reſenio (*in præfat. Eddæ Islandicæ lit. f. 3. a.*), in ſua aſſervavit Bibliotheca Meibomius, ſed non edidit. IV. Alypii Εἰσαγωγὴ Μυσικὴ, emendatior, qvam in editione anni 1616. Meurſiana, e Cod. MS. Scaligeriano, & ſubſidiis Bodlejani, Barocciani, Barberiniani ac Seldeniani, Notis veterum Muſicis ſimul primum reſtitutis, publicata, cum Verſione nova ac Notis. V. Gaudentii Philoſophi Εἰσαγωγὴ ἁρμονικὴ, qvam Meibomius primus, e Patricii Junii Codice, cum Saviliano & Barocciano per Gerh. Langbainium collato, ac per Joh. Seldenum ſibi transmiſſo, evulgavit, Verſioneqve Latina & notis illuſtravit. VI. Bacchii Εἰσαγωγὴ Μυσικὴ, emendatior, qvam in Marini Merſenni ac Federici Morellii editionibus Pariſinis, e Cod. Scaligeriano,

riano, cum nova Verſione & notis. Volumine ſecundo prodiere: I. Ariſtidis Qvintiliani (e qvo duos Scriptores, Ariſtidem & Qvintilianum, Cornelius a Beughem, *in Bibliographia Mathematica p. 7. 108.*, perperam effinxit) Libri III. περὶ Μυσικῆς, qvos Meibomius primus, e Codice Scaligeriano Leidenſi, etſi lacero & ſexcentis locis corrupto, apographo Seldeniano Codicis Magdalenæi Oxonienſis, variisqve Lectionibus & excerptis Bodlejani, Pariſini regii & Barberiniani, ſecum per Cl. Salmaſium & Leonem Allatium communicatis, adjutus, edidit, Latine vertit, Notisqve illuſtravit; II. Martiani Minei Felicis Capellæ Librorum novem de nuptiis Philologiæ & Mercurii nonus ſive ultimus, de Muſica agens, ad binos Codices MSS. Leidenſes recenſitus, Notisqve auctus Meibomianis. De qvibus Scriptoribus Muſicæ antiqvæ omnibus, Græco ſermone (præter ſolum Capellam, Latino uſum) eam tradere aggreſſis, conſuli merentur obſervationes eruditæ Joh. Alb. Fabricii, *in Bibliotheca Græca*, *Libro* III., *Cap. X.*, *p. 255-266.*, *Cap. XIV.*, *p. 378. 379.*, ac *Libro IV.*, *P.* II., *c. 22.*, *p. 6. 7.*, obviæ. Editio illorum Meibomiana Petro Danieli Huetio, *Libro* II. *Commentariorum de rebus ad ſe pertinentibus p. 44.*, *Opus* audit *luculentum, qvo præclare* Meibomius *de re literaria meritus fuerat, cum diu neglectam antiqvam Muſicam, & pene intermortuam, revocavit e tenebris, & priſtinæ dignitati aſſeruit.* Commendarunt qvoqve eandem Lipſienſes *in Actis Eruditorum*, *M. Febr. A. 1683.*, *p. 77. 78.*, Dan. Georg. Morhoſius (Notas noſtri vocans *doctiſſimas*) *in Epiſtola de Scypho vitreo certo ſono vocis humanæ rupto p. 28.*, Henr. Sikius (a qvo Notæ itidem appellantur *doctiſſimæ*) *in Bibliotheca librorum novorum anni 1699.*, *M. Nov. & Dec.*, *p. 797. 799.*, Joh. Alb. Fabricius *Lib.* III. *Biblioth. Græcæ, c. 10.*, editionem ipſam (*p. 256.*) *accuratam*, Meibomium autem editorem (*p. 263.*) *Virum de Muſica veterum meritiſſimum*, ſalutans, & Bernh. Pet. Karlius *in Diſſ. de Germania literis ac artibus nulli regioni ſecunda p. 15.* Joh. Henr. Boeclero (*in Bibliographia curioſa lit. G. 1. a.*) judice, *nihil certi ex Autoribus his* Muſicis antiqvis *colligi poteſt, cum ſigna, qvibus utuntur, nobis plane ſint incognita.*

Opuſcula Mythologica, Phyſica & Ethica, Græce & Latine a Thoma Galeo, Th. D., Cantabrigiæ A. 1671., cum Notis ſuis, edita; nunc ab eodem reviſa & aliqvot novis Autoribus aucta, curanteqve M. Meibomio recuſa. Amſtelodami 1688. in 8. Opuſculorum XV. Græcorum veterum, in Sylloge hac Galeana auctiori junctim, & qvidem ſine compendiis omnibus ſcripturæ Græcæ (ſolo ς retento) typographicis, formis literarum integris, impreſſorum, indicem recenſumqve exhibuere Lipſienſes (qvibus editio hæc *nitidiſſima* audit & *qvam emendatiſſima*) *in Actis Erud.*, *M. Sept. A. 1688*, *p. 475-479.*, Joh. Clericus (diu nullos Autores Græcos tam emendate, qvam hos, in Belgio prodiiſſe judicans) *Tomo VII. Biblioth. Univerſ. Hiſtor.* Gall., *M. Oct. A. 1687.*, *p. 97-116.*, & Pet. Bælius *in Novellis reip. lit. Gallicis*, *M. Febr. A. 1688.* Qvæ a Meibomio novæ huic editioni ſunt adjecta, Lipſienſes *l. c.* verbis enumerarunt ſeqventibus: *Subjecit, qvem editionis curam habuiſſe diximus, M. Meibomius, novisqve ſuis illuſtravit Notis, alia qvædam ex Pythagoreorum libris fragmenta, in qvibus de morali Philoſophia agitur, deſumpta partim ex Stobæo, qvæ Latine vertit jam olim cumqve Notis edidit Gvilh. Canterus; partim aliunde deprompta, velut Incerti Auctoris Diſſertationes Morales, ab Henr. Stephano primum in lucem protractas, cum verſione & notis Johannis North, Archytæ Fragmenta ex Jamblichi Protrepticis, Lyſidis Epiſtolam ad Hipparchum, &c.*

Diogenis Laertii de Vitis, dogmatibus & apophtegmatibus clarorum Philoſophorum Libri decem, Græce & Latine; cum ſubjunctis integris Annotationibus Henr. Stephani, Iſ. Caſauboni, Thomæ Aldobrandini, Merici Caſauboni & Marci Meibomii. Latinam Ambroſii Camaldulenſis Verſionem complevit & emendavit Marcus Meibomius. Volumen II. habet ſeorſim excuſas Ægidii Menagii Obſervationes in Diogenem auctiores, ut & ejusdem Syntagma de Mulieribus Philoſophis, & Joach. Kühnii, L. Gr. & Hiſt. Profeſſoris Argentinenſis, ad Diogenem Notas. Additæ ſunt Variæ Lectiones, priorum editionum Præfationes & Indices ampliſſimi. Amſtelodami 1692. in 4. (*2. Volumm.*). Meibomius, qvi editionis hujus curam geſſit omnium præſtantiſſimæ, textum Diogenis, juxta Thomæ Aldobrandini editionem anni 1594. Romanam, emendatiſſime pariter atqve nitidiſſime, ſine ullis, qvas vocant, abbreviaturis, ſive ſcripturæ Græcæ compendiis, recuſum, exhibuit, in capita & paragraphos diſtinxit, illiqve XXIV. Philoſophorum imagines, e nummis, marmoribus aut gemmis, depromptas, æriqve inſculptas, locis ſuis paſſim inſperſit. Subſtravit eidem, præter Annotationes Henr. Stephani, Aldobrandini & Caſaubonorum, integras, proprias etiam in qvædam loca, ac Librum potiſſimum de Epicuro, ejusqve ſecta, decimum, Conjecturas & Animadverſiones. Reliqvæ enim in Libros IX. priores promiſſæ, una cum præfatione ipſius, ob lites inter eum, & Henr. Wetſtenium, Bibliopolam, cujus ſumptibus editio hæc prodiit, Amſtelodamenſem, exortas, uti a Joh. Clerico (*T. XXII. de la Bibliotheqve Choiſie*, *P. II.*, *Art. III.*, *p. 304.*) traditur, non ſunt adjectæ. Volumen II. occupant: I. Ægid. Menagii Obſervationes in Diogenem Laertium, longe, qvam in editione anni 1664. Londinenſi, auctiores, ſeorſim, Autoris poſtulatu, impreſſæ; II. Ejusdem Syntagma de Mulieribus Philoſophis; III. Joach. Kühnii Notæ in Diogenem breves, ſed eruditæ; nunc primum editæ; IV. Variæ in eundem Lectiones Codicum MSS. Cantabrigienſis & Cottoniani (ſive Arundeliani), a Thoma Galeo collectæ, & ex Anglia ſubmiſſæ; V. Editionum Diogenis priorum (non tamen omnium, cum deſiderentur, qvæ a Bened. Brognolo & Joh. Sambuco ſuis ſunt præmiſſæ) Epiſtolæ dedicatoriæ ac Præfationes; VI. Olympiodori Vita Platonis, a Merico Caſaubono edita, & a Joh. Windeto illuſtrata; VII. Joh. Clerici Indices qvatuor locupletiſſimi, magno concinnati ſtudio, & ad ſegmenta accommodati Meibomiana: α. Autorum a Diogene Laertio citatorum; β. Autorum ab Æg. Menagio, in Obſervationibus, emendatorum, illuſtratorum ac notatorum; γ. Vocum Græcarum, a Diogenis exegetis explicatarum; δ. Rerum in Diogene pariter atqve Exegetis memorabilium. Accuratiorem atqve uberiorem editionis hujus Diogenis Laertii, noviſſimæ pariter atqve optimæ (qvæ a Laur. Lundio, *in Compendio Bibliothecæ Græcæ p. 55. 56.*, Lugduni Batavorum, cum Notis Gronovii, prodiiſſe falſo perhibetur), hiſtoriam & σκιαγραφίαν invenies in Lipſienſium *Actis Eruditorum*, *M. Jul. A. 1692.*, *p. 315-319.*, Couſini *Diario Eruditorum Pariſienſi anni 1695. Gallico*, *Ephem. 19.*, *p. 325. 326. 327.*, *Actis Philoſophicis Societatis Regiæ Anglicanæ* (a Beughemio *in Appar. ad Hiſt. lit. noviſſ.*, *Conſp. III.*, *p. 312.*, allegatis), *num. 203.*, Henr. Basnagii *Hiſtoire des Ouvrages des Sçavans*, *M. Apr. A. 1692.*, *p. 359-367.*, Joh. Clerici *Bibliotheqve Univerſelle Hiſtoriqve*, *T. XXII.*, *P.* II., *M. Jun. A. 1692.*, *p. 483-489.*, Pet. Rabi Boekzaal van Europe, *M. Sept. & Oct. A. 1692.*, *p. 231-264.*, Joh. Alb. Fabricii *Libro IV. Bibliothecæ Græcæ*, *P.* I., *c. 19.*, *p. 608. 609.*, & M. Reinh. Henr. Rollii (a Fabricio ſua mutuati) *Diſp.* I. *de Sectarum Philoſophicarum Scriptoribus Græcis potioribus*, *cap. 1.*, *§. 11.*, *p. 20. 21. 22.* E qvibus Lipſienſes editionem eam judicant eſſe *omnibus numeris abſolutam, qva priorum elegantiæ omnes iterum exhibeantur, & pulcherrimis augeantur acceſſionibus; cuiqve prorſus nihil deſit, qvod ad nitorem libri facere qvicqvam poſſit, ſed oculi & animus lectoris, qvo paſcantur, abunde habeant.* Joh. Clericus hoc eam (*l. c. p. 484.*) ornat elogio: *On peut dire, qve des vint qvatre editions de Diogene Laerce, qvi ſe ſont faites depuis le commencement de l' Imprimerie, il n' y en a pas une, qvi approche de celle-ci, ſoit qve l' on conſidere la beauté des caracteres, ou l' abondance des remarqves, ou l' exactitude, qve l' on a apportée à la correction, ou tous les ajuſtemens, qve l' on peut demander pour la commodité des lecteurs.* Commendatur qvoqve a

Theod.

Theod. Parrhaſio (ſive eodem Joh. Clerico) *in Parrhaſianis* (Gallice Amſtelodami A. 1699. editis) *p. 237.*, Couſino (cæteris editionibus omnibus eam præferente), Henr. Basnagio & Joh. Alb. Fabricio (qvo judice *priores omnes editiones fere integras in ſe amplectitur, certe elegantia, cura, apparatu, qvam longiſſime vincit*), *ll. cc.*, Joh. Gothofr. Herrichio in Carmine in illam Græco, a Lipſienſibus *l. c. p. 318. 319.* recitato, & *in Poematis* ipſius *Græcis ac Latinis p. 201.* itidem obvio, Joh. Fabricio (cui *editio* audit *omnium optima, nitidiſſima & locupletiſſima*) *Parte* III. *Hiſtoriæ Bibliothecæ Fabricianæ p. 444.*, Burch. Gotth. Struvio (*optimam* itidem appellante editionem) *in Introduct. ad notit. rei lit.*, *c. 7.*, *§. 35.*, *p. 369. edit. ſecundæ*, & Thoma Crenio (Meibomium *infinita fere, in verſione Ambroſii Camalduenſis, reſtituiſſe loca* affirmante) *in Notis ad Tractatus variorum de Eruditione comparanda p. 105.* Qvorum tamen ultimus (Crenius), Meibomii licet amicus, non ſatis emendatam eſſe hanc editionem, obſervaſſe ſibi videtur, ita de illa, *Parte XII. Animadverſſ.*, *c. 1.*, *p. 53. 54.*, ſcribens: *Typi, ut adparet, fuerunt novi, charta eſt ſatis alba, nec deſunt effigies pro more; cura vero & diligentia in textu Græco exprimendo recte & emendate modica & exigua. - - - Videnti & evolventi dictam Amſtelodamenſem editionem venerunt in mentem hæc Phædri IV. Fab.* I. *5. 6. 7.*:

Non ſemper ea ſunt, qvæ videntur: decipit
Frons prima multos: rara mens intelligit,
Qvod interiore condidit cura angulo.

Epicteti Manuale & Sententiæ, Cebetis Tabula, & alia affinis argumenti, in Lingvam Latinam converſa a Marco Meibomio. Subjiciuntur ejusdem Notæ, Claudii Salmaſii Emendationes in Epictetum, Notæ illorum, & alius Viri docti, in Diſſertationes Epicteti, ab Arriano digeſtas, & varians ſcriptura Codicum Epicteti & Cebetis manu exaratorum, cura Adr. Relandi, LL. Or. Profeſſoris Trajectini. Trajecti ad Rhenum 1711. in 4. Editioni huic, poſt obitum Meibomii juris demum factæ publici, curator illius Hadr. Relandus, præter ſuam Præfationem, Indicem omnium Epicteti, Cebetis, Exegetarumqve Epicteti, Arriani ac Simplicii, editionum præfixit cæterarum. Textus Epicteti & Cebetis Græcus, cum verſione Meibomii Latina, ante decem jam luſtra, & qvod excurrit, cum in Dania Meibomius viveret, totus fere, Friderici III., Regis Danici, ſumptu, typis excuſus erat nitidiſſimis, ſed exempla illius omnia ab ipſo, cui Rex ea donaverat, ad obitum usqve, ſuppreſſa. Utriqve Autori ſubjunguntur Prodici Hercules e *Libro* II. *Memorabilium* Xenophontis (cum verſione Joh. Leunclavii), & Hippocratis Epiſtola ad Damagetum de itinere ſuo ad Democritum Abderitano. Notæ Meibomii ultimam Autoris manum non ſunt expertæ, ſed e variis librorum marginibus ſchedisqve, in qvibus diſſipatæ inveniebantur, a Relando collectæ, & in ordinem qvalemcunqve redactæ, iſtamqve ob cauſam non ſatis ubiqve cohærent, nec plenæ ſunt aut accuratæ. Qvale judicium de Notis qvoqve Cl. Salmaſii ferme eſt ferendum, cui & illas in Arrianum, qvæ *alii Viro docto* in titulo perperam tribuuntur, deberi Relandus ſerius reſcivit, & in præfatione monuit. Finem Syntagmati huic imponunt Variæ in Epictetum & Cebetem Lectiones, e MSto Hafnienſi per Meibomium, & e Gerdeſiano per Relandum, conqviſitæ, cum Relandi Indice vocum omnium, in Manuali & Sententiis Epicteti obviarum. Plura de iſto docebunt recenſus illius, a Lipſienſibus (editionem hanc vocantibus *accuratam, a mendis typographicis puram, literisqve elegantibus & majoribus impreſſam*), *in Actis Eruditorum, M. Aug. A. 1711.*, *p. 373-378.*, Joh. Fabricio *P. V. Hiſtoriæ Biblioth. Fabric. p. 135. 136.*, Joh. Clerico (verſionem Meibomianam plerumqve *exactam* eſſe judicante) *Tomo XXII. de la Bibliotheqve Choiſie*, *P.* II., *Art.* III., *p. 302-325.*, Pariſienſibus *in Diario eruditorum Gallico anni 1711.*, *M. Auguſto*, *p. 123-127.*, & Halenſibus *Sectione XIII.* der neuen *Bibliotheck*, *p. 239-249.*, exhibiti.

INEDITA, AFFECTA ET PROMISSA.

Epiſtolæ Meibomii, qvarum editionem, una cum Vita illius, iis adjungenda, expectari a ſe juſſit Joh. Gerh. Meuſchenius, Concionator aulicus e Paſtore Hagienſi Hanovienſis. V. *Partem. XII.* der Gelehrten *Famæ p. 858.*

Ars Hebræorum veterum Metrica reſtituta, & MSSta alia Critica, ex iſtius potiſſimum principiis Codicem V. T. Hebræum emendantia, qvæ, cum ſuperſtes ſæpius aliis ingenti ære venalia, ſed fruſtra, obtuliſſet, moribundus peculiari (teſte Joh. Clerico *l. c. p. 310.*) incluſit arculæ, & hæredibus vendenda reliqvit. Relegi poſſunt, qvæ de iis fuſe, in Vita noſtri, jam narravimus.

Biblia V. T. Tetrapla, Textum Hebræum, ab ipſo ex arte metrica & conjecturis emendatum, cum tribus verſionibus, Græca, Latina, Germanicaqve, aut alia lingvæ alterius vulgaris, ab ipſo itidem concinnandis, exhibitura. V. de iſtis, & editione eorum, duobus *in fol.* includenda voluminibus, Anglis A. 1674., & deinde gentibus Chriſtianis univerſis, ſi grandis ſibi perſolveretur pecunia, incaſſum oblata, relationem Joh. Clerici (*l. c. p. 308. 309.*), in Vita noſtri itidem jam recitatam, & confer *Couſini Diarium eruditorum Gallicum anni 1697.*, *Ephem. 40.*, *p. 771.*

Notæ in Diogenis Laertii Libros IX. de Philoſophorum Vitis priores, in editione illorum, de qva paulo ante eſt dictum, Amſtelodamenſi anni 1692., ob lites cum Henr. Wetſtenio, Bibliopola, teſte Joh. Clerico *l. c. p. 304.*, omiſſæ.

Polybii Megalopolitani Hiſtoriarum Libri V., qvi e qvadraginta, reliqvis amiſſis, tantum ſuperſunt, Græci, cum nova verſione & Commentariis publicandi perpetuis, qvos, *in Lib. de Fabrica Triremium p. 148. & ſeq.*, verbis pollicitus eſt ſeqventibus, a Joh. Alb. Fabricio (*Lib. III. Biblioth. Græcæ*, *c. 30.*, *p. 760. 761.*) recitatis: *His perlectis ſpero judicaturum lectorem antiqvitatis peritum, interpretatione* Polybii, *qvam edidit Caſaubonus, & caſtigatiorem fieri poſſe, & Romani ſermonis perſpicuitate aliqvanto ornatiorem. Notas hujus Viri in primum librum, qvod poſt obitum ſint editæ, rigidius excutere nolim. An præſtare poſſim in cæteros, qvantum ab illo fuit expectatum, mallem, ſi otium eſſet, in publicum prolato hoc ſcriptore, perpetuis Commentariis illuſtrato, probare, qvam varia pollicitatione doctos homines ſuſpenſos tenere.*

Claudii Ptolemæi Ἁρμονικῶν Libri III., qvos ſe Lingva Græca, qva nondum tunc prodierant, cum Verſione ſua Latina ac annotationibus, eſſe editurum promiſit A. jam. 1652., *in præfatione* Στοιχείων ἁρμονικῶν Ariſtoxeni, *Vol. I. Autorum VII. Muſicæ antiqvæ obvia.* Repetiit promiſſum hoc A. 1667., *in Epiſtola ad Marqv. Gudium de ſcriptoribus Muſicis* (Gudianarum *Epiſtolarum* Appendici adoptivæ, *num. 19.*, *p. 56. 57.*, A. 1697. inſerta), ſeqve libros iſtos, *explicatos difficilibus locis, & ſexcentis reſtitutos*, una cum Porphyrii in eosdem *Commentario*, adſervare eſt teſtatus. Conf. Joh. Alb. Fabricii *Lib. IV. Bibliothecæ Græcæ*, *P. I.*, *c. 14.*, *p. 449. 450. 451.*, & Lipſienſium *Acta Eruditorum anni 1683.*, *M. Febr.*, *p. 77-80.* Ubi recenſus exhibetur editionis ſcripti hujus Ptolemæi, a Joh. Walliſio, Profeſſore Oxonienſi, poſtea Oxonii A. 1682. *in 4.*, Græce (ex XI. Codd. MSS.), cum verſione ſua Latina, notisqve uberrimis, evulgatæ, *Tomo III. Operum* Walliſianorum ibidem A. 1699. *in fol.*, addito Porphyrii *Commentario*, recuſæ, & a Fabricio etiam *l. c.* laudatæ.

Manuelis Bryennii Ἁρμονικῶν Libri III. Græci, verſione notisqve illuſtrandi, qvos itidem A. 1652., *in præfatione Ariſtoxeni*, a ſe juſſit expectari. V. Lipſienſes *l. c. p. 78.*, & Joh. Alb. Fabricii *Lib. III. Bibliothecæ Græcæ*, *c. 10.*, *p. 265. 266.*

266. Ubi & illi deinceps Græce (e tribus MSS.), cum, tranſlatione Joh. Walliſii Latina, Oxonii A. 1699. *in fol.*, *Tomo III. Operum* Walliſianorum, prodiiſſe perhibentur.

Plutarchi Dialogus περὶ Μȣσικῆς, cujus ſe 50. amplius loca, ad Muſicam ſpectantia, reſtituere, verſionesqve Latinam & Gallicam emendare poſſe, *in præfatione Autorum VII. Muſicæ antiqvæ,* eſt teſtatus. V. Joh. Alb. Fabricii *Lib. IV. Biblioth. Græcæ, P. I., cap. XI., p. 364.*

HENRICUS MOLLERUS, Hamburgenſis,

familia civitatis ſuæ, d. 12. Apr. A. 1530. (1.), natus patritia, patrem habuit Joachimum, Senatorem reip. Hamburgenſis ab A. 1529. integerrimum ac prudentisſimum, de literis & literatis optime meritum, & d. 7. Oct. A. 1558. extinctum, de qvo, uti & IV. fratribus Noſtri, Eberhardo, patriæ conſule, Joachimo juniore, J.U.D. & Conſil. Lüneburgico, Johanne J.U.D. ac Præfecto Reinbeccenſi, & Theodoro, J. U. D. (in flore ætatis A. 1563. Patavii mortuo), in Joachimi junioris dictum eſt Elogio. Diverſum a fratribus reliqvis, JCtis præſtantibus, vitæ iter ingreſſus, poſt curriculum ſtudiorum ſcholaſticum in patria abſolutum, ad theologiam adjecit animum, & in hac, atq; lingva hebræa, cœterisqve orientis idiomatis potioribus, non neglecta reliqva literatura elegantiori, Witebergæ, Phil. Melanchtonis, parenti ſuo amicisſimi (cujus convictor erat domeſticus, cuiq; ſe partem lucubrationum in Pſalmos eximiarum, ex ore dictantis, cum ad menſam hos ipſi prælegeret, exceptam, debere publice agnovit (2.)), & collegarum ejus, ductu, progreſſus brevi fecit invidendos. Lauream iſtis philoſophiæ initio ſupremam, ac dein, circa A. jam 1556. (qvo Herodoti prælegit hiſtoriam (3.)), publice extra ordinem docendi poteſtatem, promeruit. A. 1560. (pro qvo Oratio ipſius auſpicalis, & Programma, qvo ad hebræas ſuas in Zachariæ prophetiam prælectiones cives invitavit academicos, in ſcriptorem recenſu alleganda, militant), non autem 1562. (qvem Gotfr. Svevus (4.) & Andr. Sennertus (5.) in hujus locum perperam ſubſtituunt), Paulo Ebero in profesſione lingvæ hebrææ ſuccesſit ordinaria, biennio autem poſt (A. ſc. 1562.) Collegii Philoſophici functus eſt Decanatu (6.), nec multo poſt A. 1565. Academiæ totius Rectoratu, ſecunda ipſi vice A. 1573. commiſſo (7.). A. 1568. Altenburgi, urbe Misniæ haud incelebri, in colloqvio inter Theologos Saxonicos electorales molliores φιλιππίζοντας, & ducales rigidiores, ſive Flacianos, electoralium, qvos præceptores habuerat, egit Notarium (8.), A. 1570. autem Serveſtano, de controverſiis itidem Lutheranorum domeſticis habito, interfuit (9.). Theologiæ eodem A. 1570. & Licentiatus (d. 5. Maji) atqve Doctor, una cum Caſp. Crucigero juniore, Frid. Widebramo, Chriſtoph. Pezelio, Nicol. Selneccero & Joh. Bugenhagio juniore (d. 11. Maji), per D. Georgium Majorem, collegii ſui Decanum, eſt creatus (10.), & Profeſſor, cum Crucigero, Widebramo & Pezelio, conſtitutus (11.). Spartam hanc ſacra docendi nacti ipſe & collegæ modo laudati, Philippi Melanchtonis, præceptoris ſui, in partes Calvinianas ultimis vitæ temporibus pronioris, qvem nimia proſeqvebantur veneratione, exemplo, a Lutheri, cuius occupaverant cathedram, doctrina, in articulis præſertim de perſona Chriſti & euchariſtia, paulatim diſceſſerunt, & in Reformatorum caſtra non ipſimet ſolum ſunt transgresſi, ſed dogmata horum etiam theologica, toties antehac Witebergæ damnata, Studioſis callide, in ſcriptis pariter atq; recitationibus academicis, inſtillare, eccleſiisqve Saxoniæ ſuperioris obtrudere, cœperunt. Hoc fine, Georg. Cracovii, Auguſti Electoris Cancellarii, ac Caſp. Peuceri, ejusdem Archiatri, Profeſſorisqve Witebergenſis Medici πολυπράγμονος, auſpiciis, Theologorumqve aulæ Dresdenſis Crypto-Calvinianorum conſenſu atqve auxilio, freti, in ipſis jam Theſibus inauguralibus A. 1570. doctrinæ, Calvinismi ſuſpectæ, ſparſerunt ſemina, A. 1571. autem editis *Stereomate* germanico (Grundfeſt) *Doctrinæ de perſona & incarnatione Chriſti, contra novos Marcionitas, Samoſatenianos, Arianos, Neſtorianos, Eutychianos & Monothelitas in Flacianorum grege, Catechismo* novo heterodoxo, e ſcriptis Phil. Melanchtonis per Pezelium collecto, & in locum Lutherani ſcholis Misnicis obtruſo, hujusqve contra Theologorum rigidiorum cenſuras *Apologia,* ac Qvæſtionibus vernaculis de Chriſti in cœlos aſcenſione, Disputatione item Alb. Sperlingii, Jeſuitæ, contra humanæ Chriſti naturæ majeſtatem Ingolſtadienſi bis Witebergæ, cum epilogo encomiaſtico, recenſita, ſuum Theologiæ Lutheranæ faſtidium, & Melanchtoniano-Calvinianæ ſtudium immodicum, manifeſtioribus prodiderunt documentis. Certior de his, aliisqve in doctrina recepta innovationibus, e Theologorum γνησίως Lutheranorum ſcriptis contrariis, redditus Auguſtus Elector, eodem A. 1571. utriusqve Academiæ, Lipſienſis & Witebergenſis, Theologos, eccleſiarumqve in ditionibus ſuis Superintendentes, Dresdæ d. 10. Oct. juſſit comparere, & plane, perſpicue atqve categorice, ſuam de S. Cœna ſententiam, verbo Dei ac Lutheri ſcriptis congruam, profiteri. Scripta eſt illic a Witebergenſibus, & Theologis cœteris, qvi κωφὰ ferme fuere πρόσωπα, callide obtruſa, Confeſſio de ſacramento euchariſtico, non Lutheri doctrinæ, ſed muſteo ſuo *Stereomati* conformis, phraſibusqve ambiguis lectoribus imponens ac dogmata Reformatorum pallians, qvam, ſub *Conſenſus Dresdenſis* titulo (12.) publicatam, Theologi Jenenſes mox refutarunt. Dimisſi ab Electore Witebergam Mollerus & collegæ, poſt reditum, in priſtino ſtrenue perrexerunt inſtituto, ac Calvinismi, auditoribus jam inſtillati academicis, in Saxonicis eccleſiis incrementa promovere, cum patronis ac ſynathletis ſuis aulicis, triennio ſeqventi, eo annixi ſunt ſtudio, ut Theod. Beza, doctorum coetus Reformati promachus, in publicis jam ſcriptis de Witebergenſium conſenſu gloriari non dubitaret (13.). A. 1574. Lipſiæ, promoventibus editionem Caſp. Peucero, cœterisqve Crypto-Calvinianis Witebergenſibus ac Lipſienſibus, typis Ern. Vögelini (graviter hanc ob cauſam ab Electore mulctati) in lucem ἀνωνύμως protrudebatur publicam *Perſpicua doctrinæ de S. cœna Exegeſis,* Lutheri doctrinæ prorſus contraria, cujus autorem fuiſſe Joach. Curæum, Freiſtadienſem, Med. D. & Practicum in Sileſia Glogovienſem, Calvinianis addictum partibus, & anno præcedenti 1573. mortuum, deinceps percrebuit. Qvod cum Auguſto, Saxonum Electori, innotuiſſet, ipſeqve de Peuceri, ac IV. Theologorum Witebergenſium, clandeſtina cum Calvinianis colluſione, conatibusqve horum doctrinam ditionum ſuarum eccleſiis, in Lutheranæ locum, obtrudendi, abunde non ſolum e crebris Principum, Politicorum, ac ſacri ordinis hominum, monitis, ſed plurimis literis etiam ipſorummet, qvæ in manus ſuas inciderant, αὐτογράφοις, eſſet edoctus, Torgam, ad ſynodum novam, academiarum ſuarum Profeſſores Theologos, atqve eccleſiarum Præſules, eodem A. 1574., evocavit. Qvo anteqvam convenirent, re cum præcipuis ditionum ſuarum proceribus

(1.) V. Abr. Bucholzeri *Indicem Chronol., ad A. 1530. 1589.*, El. Reusneri *Append. Iſag. Chronol., p. 657.*, & Caſp. Conradi *Millenarium II. Proſopograph. melicæ p. 113. 114.* (2.) V. *ep. dedic. Comm. in Pſalmos.* (3.) V. Programma, qvo prælectiones iſtas indixit, *Tomo II. Scriptorum Acad. Witeb. publicorum, fol. Ee. 7.* (4.) *in Acad. Witebergenſi, lit. Lll. 1. a.* (5.) *L. 1. Athen. Witeb. p. 141. 149.* (6.) V. Svevum *l. c. lit. Hhh. 3. b.*, & Sennertum *l. c. p. 124.* (7.) V. Svevum *lit. S. 2. b., X. 3. a., Iii. 4. a. Kkk. 3. b., & Sennertum l. 1. p. 65. 67.* (8.) V. *Acta colloqvii*, & Joh. Botſacci *Reformatum Pſeudo-Auguſtanum. §. 162. 163., p. 162.* (9.) teſte D. Paulo ab Eitzen, *in Annott. MSS. de hoc colloqvio.* (10.) V. *Propoſit. Inaugurales*, Svevum *lit. Ddd. 4. b. Fff. 1. b.*, Sennertum *p. 80. 100.* & Adr. Beieri Syllab. Prof. Jen. *p. 461.* (11.) V. Joh. Deutſchmanni Catalogum Profeſſorum Theologiæ Witebergenſium, *Tubæ Reformationis Lutheranæ* adjectum, p. 48. (12.) Titulus integer hic eſt: *Repetitio brevis & ſimplex orthodoxæ confeſſionis eccleſiarum, quæ ſunt ſub ditione Ducis Electoris Saxoniæ, de SS. cœna Domini, deqve horum temporum controverſis articulis, ſc. de perſona & incarnatione Chriſti, & de ejus majeſtate, aſcenſione & ſeſſione ad dextram Dei, in ſynodo Dresdenſi d. 10. Oct. A. 1571. ſcripta & approbata.* Witeb. 1572. in 8. (13.) V. Conr. Schlüſſelburgii *L. 3. Theol. Calvin. p. m. 1. 2.*

ribus communicata, Theologisqve nonnullis adhibitis, articulos X. affirmativos, & XX. negativos, perſpicue curavit conſcribi, qvorum illi ſententiam eccleſiarum ſuarum, & conſenſus ſimul nuperi Dresdenſis (cui ſe qvoqve calculum adjecturos Calvinianorum nonnulli gloriabantur), dextre intellecti, de S. Cœna γνησίως Lutheranam fuſius exponebant, hi vero contrarios Reformatorum errores obelo ſigillatim notabant ac rejiciebant, utrosqve a loco Synodi Torgenſes poſtea appellatos (14.) Qvi, cum totius provinciæ ordinibus, cœterisqve Theologis Torgam convocatis, jam eſſent exhibiti, & a ſingulis, ac a Theologis qvidem chirographis ſuis adjectis, approbati, Mollerus etiam, tresqve ejus collegæ Witebergenſes, Cruciger, Pezelius ac Widebramus, Calvinismi ſuſpecti, M. Majo A. 1574., coram Electore juſſi ſunt comparere, & ab eo num Calvinianorum addicti eſſent doctrinæ, ſerio interrogati. Omnes mox, profunda uſi diſſimulatione, conſenſu reſponderunt unanimi, *ſe in æternum faciem Dei non eſſe conſpecturos, ſi ulla in parte ſacramentariam hæreſin foverent, aut a doctrina, in Catechismis Lutheri propoſita, recederent*, ſed ab Electore confeſtim, qvod aliud ore promerent, aliud pectore clauſum occultarent, epiſtolis ipſorummet αὐτογράφοις in medium prolatis, ſunt convicti. Juſſi dehinc, ad omnem heterodoxiæ ſuſpicionem diluendam, cœterorum exemplo, ſubſcriptione ſua articulos approbare Torgenſes, varias, tum pro Conſenſu Dresdenſi & ſcriptis, qvæ ſeqvi ſe profitebantur, Phil. Melanchtonis, tum adverſus Lutheri rigorem in controverſia euchariſtica, e ſolo, uti putabant, in formis loqvendi diſcrimine enata, nimium, & articulos hoſce novitios, attulerunt rationes, argumentationes atqve obteſtationes, Crypto-Calvinismum haud obſcure prodentes, & a Schlüſſelburgio prolixe recenſitas (15.). Qvæ cum non attenderentur, nec ipſi, a Theologis aliis familiariter moniti, ut mente mutata ſubſcriberent, poſſent permoveri, qvatuor viri hi Witebergenſes ſoli (cœteris Theologis plerisqve Crypto-Calvinianis in caſtra contraria jam transgresſis) Torgæ initio arreſto, qvod vocant, ſunt onerati, & vigilia dein D. Joh. Baptiſtæ Lipſiam in cuſtodiam abducti arctiorem. In carcere hoc Lipſienſi, Mollerus noſter cantionem de Chriſti paſſione concinnavit vernaculam, qvæ, etſi in nonnullis calvinizans, in templis etiamnum Lutheranorum omnibus, Qvadrageſimæ tempore, vocibus canentium ſæpius iteratur, inqve ſtropha iſtius ultima, qvanta magiſtratum ſupremum, ſe injuſte, uti credebat, perſeqventem, nihilominus proſeqveretur obſervantia, eſt teſtatus. Metu tandem carceris diuturnioris fracti ipſe pariter atqve tres collegæ, in ſubſcriptionem articulorum Torgenſium, Theologorum atqve Politicorum Lipſienſium hortatu, conſenſerunt, hisce, qvæ eam propemodum enervant, conditionibus. Affirmativis ſcilicet ſe aſſentiri ſunt profeſſi, 1. ſi illi juxta ſententiam Corporis doctrinæ Melanchtoniani ſint intelligendi, 2. qvatenus Conſenſum Dresdenſem non tollant, 3. qvatenus fundamenta doctrinæ contra Ubiqvitarios, *Stereomate* ſuo comprehenſa, non labefactentur, & 4. qvatenus iis incluſio localis, conſubſtantiatio, aliiqve errores, ex verbo Dei hactenus refutati, non ſtabiliantur. Negativos qvod attinet, ſubſcribere ſe illis ſunt præfati, non qvod eos probarent, aut diverſam poſthac ſententiam, in colloqvio aut diſputatione publica, nollent proponere, ſed ut teſtarentur, ſe partis adverſæ, in iis docendis ac defendendis, conatus non eſſe impedituros. Subſcriptione his conditionibus (qvas tamen adjicere Theologi atqve Politici Lipſienſes, ſe teſtes harum futuros ſtipulata manu polliciti, ipſos, ne Electori illæ innoteſcerent, vetuerunt) facta, juſſu Auguſti ſeptemviri (conditionum ignari) literas, qvas vocant *reverſales*, chirographis ſuis ac ſigillis munitas, juramentoqve ſolenni confirmatas, Torgæ d. 15. Jul. A. 1574. ſinguli exhibebant. In iſtis, ſe heterodoxiæ Calvinianæ, molitionumqve eandem in ditiones introducendi Saxonicas, non e conjecturis ſolum compluribus ſuſpectos, ſed e propriis etiam confeſſionibus, & recuſata Articulorum Torgenſium ſubſcriptione, convictos, iſtamqve ob cauſam in arce Lipſienſi cuſtodiæ mancipatos, ſponte poſtea, & maturo liberoqve judicio, articulis iſtis ſubſcripſiſſe, ſunt profeſſi, ac præterea polliciti, ſe, jam ex cuſtodia arctiori dimittendos, & Witebergam, in domos ſuas, reducendos, Electoris nihilominus iſtic etiam, in arreſto laxiori, fore captivos, &, menſtruo tempore elapſo, in aliam hinc urbem, ab Electore deſignandam, commigraturos, nec inde, ſine ejusdem conſenſu, aliorſum diſceſſuros. Imo promittere etiam iisdem ſunt coacti, ſe poſthac, absqve Electoris indultu ac permisſione, nihil in lucem edituros, de articulo autem euchariſtico nec voce qvicqvam viva docturos, nec chartæ mandaturos, niſi Sacramentariorum ſive Reformatorum doctrinæ, conſcio eodem, oppoſitum (16.). Tres Molleri collegæ, Cruciger, Pezelius & Widebramus, Witebergæ, etſi dignitatibus jam orbati profeſſoriis, & D. Caſp. Eberhardum, D. Paulum Crellium, Martinumqve Oberndorferum, in iſtis nacti ſucceſſores, ſubſtiterunt, donec ab Electore, A. 1574. exeunte, poſt cautionem de ſcholis eccleſiisqve ſuis, ſcriptis publicis haud impugnandis, præſtitam, omnino dimitterentur, ſuisqve exceſſe juberentur ditionibus. Mollerus autem, Joh. Avenarium, Jena evocatum, in utraqve profeſſione, Hebræa & Theologica, ſucceſſorem adeptus, Witeberga, anteqvam in civitatem (in qva deinceps commorandum ipſi erat (17.)) inde deportaretur Miſenenſem, in patriam, vel laxatione arreſti, ſi Alb. Lemeigerus, civis ac collega ejus (18.), fidem meretur, impetrata, M. Aug. diſceſſit, vel, uti Schlüſſelburgius (19.), coeteriqve adverſarii, perhibent, absqve ulla Electoris venia, contra datam fidem, clam aufugit. Ipſe, hanc ob cauſam, Chriſtoph. Pezelius autem, ſcholæ dein Bremenſis Theologus ac Profeſſor, qvod ſcriptis poſtea publicis doctrinam de eychariſtia Calvinianam defenderit, Lutheranamqve impugnaverit, a Schlüſſelburgio (20.) haud obſcure perjurii inſimulatur. Alias Lutheranorum in eum, collegasqve ipſius, invectivas, ſatis acerbas atqve amarulentas, Reformatorum autem de nimio Auguſti Electoris, in iisdem, indicta cauſa, puniendis atqve relegandis, rigore qverelas (juſſu illius, a collegio Theologico Witebergenſi, d. 6. Mart. A. 1575., publico refutatas Programmate (21.), valvis academicis, una cum literarum *reverſalium* apographis, affixo), cum in ſcriptis de controverſia euchariſtica polemico-hiſtoricis ubivis ſint obviæ, & a partium ſtudio haud immunes, prætereo. Præſtat de calamitatibus iſtis, in qvas Caſp. Peucerus, Theologi Witebergenſes, coeteriqve doctores Saxoniæ Crypto-Calviniani, ſuis ipſorum, in religione heterodoxa, ac a magiſtratu interdicta, clam propaganda, fraudibus, dolis & ſimulationibus, parum honeſtis, nulliqve cordato judici placituris, ſe præcipitarunt, candidum atqve veriſſimum addere judicium Joh. Sturmii, Philologi ævo illo, in acad. Argentinenſi, incomparabilis, Reformatis, qvorum iſtic promachus erat, coetera addictiſſimi, ex *Anti Pappo* ejus *ſecundo* (22.), ab aliis etiam pluribus, jam ante me, allegatum: *Recte feciſſet Phil. Melanchthon, ſi ſententiam ſuam* (de S. coena) *expoſuiſſet ſimpliciter, & ſine ambiguitate, idqve in toto mundi theatro, & minus in ſua ſenecta metuiſſet exilia, & alia pericula. Qvicqvid peccatum ab illo eſt, ſilentio peccatum eſſe puto: de qvo nos, qvi ſuperſtites ſumus, judicare poſſumus; ſed ab ipſo, & a*

(14.) Prodierunt illi Witebergæ A. 1574. in 8., ſub hoc titulo: *Confeſſio, paucis articulis complectens ſummam doctrinæ de vera præſentia corporis & ſangvinis Chriſti in cœna dominica, exhibita & comprobata in ſynodo Torgenſi, & e lingva germanica in latinam tranſlata.*
(15.) *L. 4. Theol. Calvin. p. 281. 282.* (16.) Ipſam cautionis hujus juratoriæ formulam V. apud Schlüſſelburgium *l. c., L. 3., p. 15. 16.*, & confer de eadem *Lib. 3. præfat. ac p. 69., Lib. 4. p. 246. 283.* (17.) V. Alb. Lemeigeri, Prof. Witeb., *Ep. MS. ad* D. Paulum ab Eitzen, d. 11. Aug. 1574. exaratam. (18.) *l. c.* (19.) *In præf. Libri III. Theol. Calv., ſub finem, & L. 4. p. 283.* (20.) *L. 5. T. C. p. 10. 17.*
(21.) Exhibet *Programma* illud Schlüſſelburgius *L. 3. p. 17. 18.*, ejusdemqve mentionem denuo injicit ibidem *p. 69., & L. 4. p. 246.*
(22.) *p. 136. 137.*

& a Peucero, genero illius, & coeteris viris bonis, ipſius collegis, peccatum graviſſime eſt. Si enim ſtatim de principio palam dixiſſent, & confeſſi eſſent Electori Auguſto, qvod probatum ei eſſe optabant, neqve Melanchton filiam & generum in miſeria ſuperſtites reliqviſſet, & Principem habuiſſent æqvum & humanum in cauſæ totius recognitione. - - - At, qvoniam aliud diſſimulabant, aliud agebant, in has calamitates delapſi ſunt, in qvibus ipſos hærere videmus. Si ego enim hujus Principis ingenium recte intelligere poſſum, odit calliditatem & fraudationem, candorem & ſimplicitatem amplectitur & defendit. Hæc ille. Verum ſatis jam dictum de tragœdiæ prioris in Saxonia Crypto-Calvinianæ, in qva Mollerus noſter ſuas etiam egit partes, hiſtoria. Qvam ſi qvis fuſius atqve accuratius pernoſcere expetit, e Lutheranis, Noſtro, ac Philippiſtis reliqvis calvinizantibus, infeſtis, præter Conr. Schlüſſelburgium (23.), qvem ſecuti nos præcipue ſumus, conſulat Leonh. Hutterum (24.), Lucam Oſiandrum (25.), Joh. Frimelium, Eccleſiæ Witebergenſis Diaconum (26.), Conr. Tyburt. Rangonem (27.), GothofredumqveArnoldum, mitioris in adverſarios animi ſcriptorem (28.), prolixius coeteris ſingula perſecutos, uti & ſcripta utriusqve partis eriſtica complura, a Mart. Lipenio (29.) enumerata. Brevius, in eadem enarranda, ut innumeros alios ſilentio prætereaam, verſantur Ægidius Hunnius (30.), Joh. Biſmarcus (31.), Joh. Micrælius (32.), Gotfr. Svevus (33.), Andr. Sennertus (34.), Joh. Bened. Carpzovius Sen. (35.), Abr. Calovius (36.), Joh. Chriſtoph. Seldius (37.), Henr. Kippingius (38.), Jac. Thomaſius (39.), Joh. Gabr. Drechslerus (40.), ac Chriſt. Schlegelius (41.). Conferri etiam merentur, e Reformatis, horum ſectæ ſuæ confeſſorum fata infelicia, non ἐπιχαιρεκακίᾳ, uti Lutheranorum pleriqve, hoſtili, ſed συμπαθείᾳ potius qverula, proſeqventibus, Rod. Hoſpinianus (42.), Joh. Hornbeckius (43.), & Georg. Hornius (44.), qvo judice, *inde usqve ab Arianorum temporibus, non fuit major contra eccleſiam orthodoxam furor, qvam Ubiqvitiſticus & Flacianus illius temporis.* Sed ad Mollerum revertamur. Hamburgum is A. 1574. redux, ab illo tempore, ad obitum usqve, trium luſtrorum ſpatio, vitam agens privatam, in patria exulavit, ac religionem, cui Witebergæ clam adhæſerat, Reformatam palam eſt profeſſus, falſoqve proinde Doctoribus Lutheranis, non a Georgio ſolum Pauli, cœtus in urbe Dantiſcana Calviniani antiſtite, per Joh. Botſaccum antagoniſtam veriora edocto (45.), ſed duobus etiam (qvorum errorem alibi (46.) jam notavimus) Theologis Lipſienſibus, Joh. Hülſemanno (47.) ac Dan. Henricio (48.), noviſſimeqve a Joh. Burch. Majo, Prof. Kilonienſi (49.), annumeratus. Biennio poſt qvidem, anno ſc. 1576., qvo Academia Julia Helmſtadii erigebatur, *actum cum illo eſt*, teſte Henr. Meibomio ſeniore (50.), *ut Hamburgo illuc migraret, lingvas profiteretur, abſtineret a controverſia ſacramentaria*, & *Theologis qvidem academiæ, propter eruditionem, qvæ in ipſo magna erat, conſentientibus; ſed intervenit aliqvid, qvod hanc rem irritam faceret.* Succeſſu etiam caruit vocatio in Academiam Lugduno-Batavam, de qva ſeqventia a Francone Duyckio, JCto & Conſule Leidenſi, illius adminiſtro (*Johannem* noſtrum perperam vocante), Albo Joach. Morſii, V. cl., ἀνεκδότῳ (51.) 14. Kal. Apr. A. 1619. inſcripta reperi: *Clariſſimo doctiſſimoqve viro, Joach. Morſio, Patricio Hamburgenſi, lubens ſcribebam, memor obitæ jam olim a me legationis ad amplisſimas reſpublicas Bremenſem & Hamburgenſem, clarisſimorum Theologorum, D. Chriſtoph. Pezelii & Joh. Molleri, ad hanc noſtram academiam Leidenſem in Batavis vocandorum cauſa.* Theologiæ hactenus, imprimis exegeticæ, & lingvæ hebrææ, cognitione eximia, & ævo iſto in Germania rariori, eam ſibi vir longe doctiſſimus, & in literatura etiam elegantiori verſatiſſimus, famam acqviſiverat, ut inter doctores ac ſcriptores utriusqve præcipuos eminere ab ipſis etiam adverſariis judicaretur. Cum autem ſtudia hæc ſacra, ne privatim qvidem, alios docere, atqve animarum hoc pacto agere Medicum, in civitate patria Hamburgenſi, cujus eccleſiam Lutherani gubernabant rigidiores, ob diſſenſum a doctrina horum euchariſtica, ipſi liceret, artis, qvam itidem callebat, medicæ praxi ſalutifera ægrotantium corporibus cœpit ſuccurrere, ob hanc vitæ generis mutationem *animi corporisqve Medicus* a Joh. Eſychio in monumento ſalutatus epitaphio (52.), a Conr. autem Schlüſſelburgio (53.) ſcoptice ſugillatus. Non tamen omnino Muſis eum Sionæis valedixiſſe, vel ſola demonſtrat editio Bibliorum V. T. Hebraicorum Hamburgenſis, A. 1587. ab Elia Huttero publicata, cujus reviſionis laborem ſponte illum in ſe ſuſcepiſſe, editor, in Prolegomenis, grata mente agnoſcit. Apoplexia tandem correptus (54.), in patria, ſexagenarius, d. 26. Nov. A. 1589. (55.), obiit, & uxorem, Margaretam, cum aliqvot ſuperſtitem reliqvit liberis, e qvibus mihi Johannes, Med. Doctor (56.), Caſparus (qvi bibliothecæ Hamburgenſi opus biblicum Wolderianum donavit), & Margareta, Joach. Claenio, J. U. Lic. & Conſuli Reip. Hamb., poſtea elocata (57.), innotuerunt. Defuncto illi marito atqve parenti hoc, in æde civitatis Hamburgenſis cathedrali, monumentum erexerunt epitaphium, qvod, e Theod. Anckelmanni *Inſcriptionibus Hamburgenſibus* (*num. 8.*), exhibeo:

Memoriæ reverendi, & omnium diſciplinarum atqve præſtantium virtutum ornamentis clariſſ. Viri, D. Henrici Molleri, D. Joachimi F., ſacræ Theol. Doctoris, Hebr. Chald. & Græcæ Lingvæ felicisſimi interpretis, & in Acad. Witeb. per XIV. annos Profeſſoris ordinarii, in patria pie defuncti A. C. CIↃ IↃXIC, *VI. Kal. Dec., Æt. LX.: Margareta, moeſtisſima vidua, & liberi, dulcisſimo marito & patri, cum lacrymis FF.*

Aliud

(23.) *in Theol. Calviniſticæ*, germanice translatæ, *L. 2. p. 207., libriqve tertii præfat. integra, ac pagg. 1-22. 52-57. 69., & Libro IV. edit. latinæ p. 246. 247. 274-291.* (24.) *in Concordia Concorde, c. 1-8.* (25.) *Centur. XVI. Hiſt. Eccl., p. 846. & ſqq.* (26.) *in Witeberga a Calviniſmo graviter vexata*, germanice Witeb. A. 1646. *in 4.* edita. (27.) *P. II. Hiſtoriæ Syncretiſmi germanicæ, Sect. 49., p. 394. & ſqq., & in Form. Concordiæ, Obice Hæreticorum & Syncretiſtarum L. 1., c. 4., p. 31-59.* (28.) *Tomo II.* der Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie, *L. 16., c. 32., p. 389-395.* (29.) *P. I. Biblioth. Theol. p. 212. 213. 214.* (30.) *in Or. ſeculari academica, Witeb. A. 1602. habita, lit. C. 3. a. b.* (31.) *in Vitis Theoll. Witebergenſium, lit. Aaa. Bbb.* (32.) *P. III. Syntagm. Hiſt. Eccl., p. 335. & ſqq.* (33.) *in Hiſtoria Acad. Witeb., lit. X. 4. b., Y. 1. a.* (34.) *L. 1. Athen. Witeb. p. 135.* (35.) *P. I. Iſagoges in Libb. Lutheranorum ſymbolicos p. 16.* (36.) *in Colluſione Pſevdo-Apoſtolorum & Calvinianorum, Diſſ. II. p. 35. & L. I. Hiſt. Syncret. c. 3. p. 22. ſq.* (37.) in der Entdeckung des Syncretiſtiſchen Abgottes *p. 5. 6.* (38.) *in Supplementis ad Joh. Pappi Hiſtoriam Eccl., p. 48. 49.* (39.) *in Orat. de Auguſto, Elect. Saxonico, inter Oratt. reliqvas, p. 64.* (40.) *in Orat. ſeculari de Form. Concord. p. 22. 23. & ſeqq.* (41.) in der Lebensbeſchreibung Urb. Pierii und Theoph. Glaſeri, Superintendenten zu Dreßden, *p. 110-115.* (42.) *in Concordia diſcorde*, Tiguri A. 1607. in fol. edita, *imprimis toto c. 7.* (43.) *in Summa controv., L. 9., p. m. 653-657.* (44.) *in Hiſtoria Eccleſiaſtica p. m. 501. 502.* (45.) V. Botſacci *Reformatum Pſevdo-Auguſtanum, §. 162. 163., p. 162.* (46.) *P. II. Iſag. ad Hiſt. Cimbr., c. 5., §. 4., p. 101.* (47.) *in Vindiciis dictorum ſcripturæ p. 191.* (48.) *in Diſſ. de unctione Chriſti, lit. I. 4. a.* (49.) *in Libello memoriali Boecleriano de rebus Sec. XVI., a ſe aucto, p. 702.* (50.) *in Or. de Acad. Juliæ primordiis & incrementis (inter Opuſcc. Hiſtorica) p. 525.* (51.) *fol. 152.* (52.) In Epitaphio generi ſui, Joach. Claenii, Conſulis, Hamburgenſi Theol. & Med. D. ſalutatur. Paulo inferius illud exhibebitur, una cum Joh. Poſthii Epitaphio metrico, hujus itidem mutationis injiciente mentionem. (53.) *in præf. Lib. 3. Theol. Calvin.*, ubi vocatur ein abtrünniger Theologus und verdorbener Medicus. (54.) teſte Frid. Lindebrogio *in Calendario hiſtorico MS.* (55.) V. Epitaphium Hamburgenſe, mox recitandum, Abr. Bucholzerum, Caſp. Conradum & El. Reusnerum, *locis num. 1.* allegatis, Thuanum *ad A. 1589.*, J. Henr. Alſtedium *in Theſauro Chronol.*, Val. Beierum *in Calend. Hiſt.*, Joach. Vagetium *in præcidaneis de orbe habitabili p. 263.*, aliosqve plures. Solus, memoriæ forte lapſu, diſſentit Frid. Lindebrogius, *in Calend. Hiſt. MS.*, eum d. 27. Nov. A. 1588., hora noctis ſecunda, deceſſiſſe perhibens. (56.) V. Carmen ejus, parentis *Commentario in Pſalmos* præfixum, & Joh. Poſthii Applauſum in lauream ipſius medicam, *P. II. Parerg. Poet. p. 144.* (57.) V. Ad. Tratſigeri Jun. *Seriem Senatus Hamb. p. 43.*

Aliud a D. Joh. Eſychio, Theologo & Patricio Bremenſi, Gymnaſiiqve patrii (ab A. 1591.) Inſpectore, ipſi eſt poſitum, & *Commentario in Pſalmos præfixum*, qvod itidem adjicio:

D. V. T. S. Henrico Mollero Hamburg., Theol. ſolido & orthodoxo, exuli in patria, animi corporisqve Medico, exacta Pſalmorum & Eſaiæ interpretatione, aliusqve præclaris ingenii monumentis, celeberrimo, P. Joh. Eſych.

PHIL. MELANCHTONIS Epiſtola ad eum ἀνέκδοτος atqve αὐτόγραφος, Witeberga d. 7. Sept. Hamburgum A. 1552. (uti e narrationibus illius colligo, cum anni mentio ſit omiſſa) ablegata, inter bibliothecæ Hamburgenſis MSSta ſupereſt. Partem illius inter Elogia exhibebo.

JOH. CASELII Epiſtolam ad Henr. Mollerum Henr. Ernſtius MStam habuit, teſte illius *Catalogo ſcriptorum Caſelii p. 23.* Dubium vero eſt, an ad noſtrum illa fuerit exarata, an vero ad Poetam (de qvo mox dicetur) Haſſum, ipſi cognominem, ad qvem alia Caſelii, A. 1570. data, in *Epiſtolis* ipſius *Roſtochienſibus, num. 22., p. 55. 56.*, occurrit.

Vitæ Noſtri, a nemine juſta deſcriptæ diligentia, hiſtoriam, ex autoribus variis, hactenus allegatis, collegimus.

Conferri de ipſo poſſunt, præter ſcriptores jam laudatos, PAULUS FREHERUS (ſolos annos nativitatis atqve obitus, cum Epitaphio, exhibens) *in Theatro eruditorum p. 272. 273.*, JAC. AUG. THUANUS *in opere hiſtorico, ad A. 1589.*, C. B. *in Monumentis Thuani literariis*, Londini A. 1640. *in 4.* editis, *p. 270.*, ANT. TEISERIUS *in Additamentis gallicis ad Elogia eruditorum Thuanæa, T. I. p. 96., & in Append. p. 421. 422., ed. primæ, ſecundæ autem editionis T. II. p. 119. 120.*, JOS. SIMLERUS *in Bibliotheca p. 279.*, JOH. JAC. FRISIUS *in Biblioth. Simleri continuata p. 330.*, HENN. CONRADINUS in Elogio ejus metrico, *L. 2. Eleg. p. 98.*, JOH. GVILH. STUCKIUS *in ep. dedic.*, *Commentario Molleri in Eſaiam præfixa*, THEOD. BEZA *in Poematis*, Genevæ A. 1594. *in 12.* editis, *fol. 6. 56.*, JOH. POSTHIUS *P. II. Parergorum poeticorum p. 40.*, MELCH. ADAMUS *in Vitis Theol. German. p. 564.*, JOH. MICRÆLIUS *P. III. Syntagm. Hiſt. Eccl. p. 335. & ſqq. 395.*, GVILH. CROWÆUS *in Elencho interpretum S. ſcript. p. 130. 168.*, HIER. KROMAYERUS *in Hiſt. Eccl. p. 581.*, J. HENR. HOTTINGERUS *in Bibliothecar. qvadrip. p. 184. 185.*, ADR. REGENVOLSCIUS *in Syſtemate hiſtorico-chronologico Eccleſ. Sclavon. p. 371.*, JOH. ANDR. QVENSTEDIUS *in Dial. de patriis vir. illuſtr. p. 203.*, HERM. CONRINGIUS *in Actione injuriarum contra Matth. Watmuhtum p. 9.*, J. CHRISTOPH. BECMANNUS *in Catal. biblioth. Francof. p. 314.*, GEORG. MATTH. KÖNIGIUS *in Biblioth. vet. & nova p. 547.*, RICH. SIMON *in Hiſtoriæ criticæ V. T., gallice editæ, L. 3., c. 14., p. 491.*, ISAGOGE mea *ad Hiſtor. Cimbr., P. II., c. 5., §. 4., p. 101.*, & HOMONYMOSCOPIA, *Sect. II., c. 7., §. 86., p. 703.*, J. CHRISTOPH. OLEARII Entwurff der Lieder-Bibliothek *p. 59. 104.*, JOH. FRANC. BUDDÆI *Tomus III. Lexici Hiſtorici p. 537.*, M. JOH. ADAMI CALO *Diſſ. de Crypto-Calvinianis Witebergenſibus*, Witebergæ A. 1714. edita, JOH. CASP. WEZELII *Pars II. Hymnopœographiæ germanicæ p. 190-194.*

Confunditur Noſter cum M. HENRICO MOLLERO Haſſo, ſcholæ Dantiſcanæ Rectore, & Poeta eximio, ipſi coævo, dieqve 18. Febr. A. 1567. (uti Pauli Eberi *Calendarium hiſtoricum* teſtatur) denato, cujus ſcripta qvædam Simlerus, *in Biblioth. p. 279.*, recenſet, plura autem nos, *in Mola Muſarum Caſtalia*, enumerabimus:

1. a Caſp. Conrado, *Millen. II. Proſopogr. Melicæ p. 113. 114.*, ubi Noſtrum, exegeten biblicum, & Haſſum, vatem Martialis Bilbilici æmulum, tanqvam unum eundemqve ſcriptorem, hoc celebrat diſticho:

   Biblicus eſt vates Mollerus, Bilbilicusqve;
   Hoc titulo clarum Leucoris alma probat.

2. a Georg. Matth. Königio *l. c.* ita ſcribente: *Henr. Mollerus, Heſſus, celebris Theologus, A. 1589. obiit. In Eſaiam & Pſalmos eſt commentatus. Carmina ejus habentur Tomo IV. Delit. German.*
3. ab Ant. Teiſerio, P. II. Elog. p. 119., carmen in nuptias Dav. Chytræi ſcriptis ejus annumerante.
4. a Thoma Hydio, in Catalogo biblioth. Bodleianæ, utriusqve ſcripta uni itidem autori tribuente.
5. a Jacobo le Long, *P. II. Biblioth. Sacræ, p. 661.*, patria eum Homburgenſem Heſſum fuiſſe falſo perhibente.

Confer, qvæ, de confuſione iſta, *in Homonymoſcopia l. c.*, jam obſervavimus. Decadem ſcriptorum aliorum, utriqve ὁμωνύμων, *Mola Muſarum Caſtalia* exhibebit.

ELOGIA.

PHILIPPUS MELANCHTON, in Epiſtolæ ad Noſtrum ἀνεκδότε, ſupra allegatæ, titulo ſive inſcriptione, eum vocat *Clariſſimum virum, virtute & eruditione præſtantem, amicum ſuum cariſſimum*; In ipſa autem epiſtola ita alloqvitur: *Cariſſime Henrice. Semper & ingenium tuum & integritatem amavi, & filium Dei oro, cuſtodem eccleſiæ ſuæ, ut ſtudia tua ad communem ſalutem gubernet, & te faciat* σκεῦος ἐλέους.

CASP. PEUCERUS de IV. Theologis ſuæ ætatis Witebergenſibus hoc tulit judicium, Mollerum eſſe *doctiſſimum*, Caſp. Crucigerum Jun. *acutiſſimum*, Chriſtoph. Pezelium *diſertiſſimum*, & Frid. Widebramum *pientiſſimum*. V. Melch. Adami *Vitas Theol. Germ.*, *in Vita Widebrami, p. 564.*

CASP. CONRADI de illo Diſtichon paulo ante eſt recitatum.

JAC. AUG. THUANO (*ad A. 1589.*) audit *Vir in hebraicis doctiſſimus, & magni inter ſuos nominis Theologus.*

ABR. BUCHOLZERO (*in Ind. Chronol., ad A. 1589.*) & JANO GRUTERO (*T. II. Chronici Chronicorum*) *Theologus celebris, doctiſſimus & graviſſimus.*

THEOD. BEZA, *in Poematis f. 56.*, hoc exhibet Epitaphium, Molleri manibus a ſe conſecratum:

Ornabas patriam nuper, Mollere, ſuperſtes,	*Terrena e patria cujus miſerata fugatam*
Exulis ingratam qvam probat interitus.	*Mox animam veræ reſtituit patriæ,*
Nam, qvo delirans pepulit te patria, tecum	*Exuvias vero, turba aſſectante piorum,*
Hoc ipſo pietas pulſa furore fuit.	*Hoc tumulo manibus condidit ipſa ſuis.*

Parce tuis, Mollere, nocens te patria juvit,
Teqve ſolo pellens addidit ecce polo.

IDEM, in Carmine *Commentario* Molleri *in Eſaiam* præfixo (*ibid. f. 6.*), cum de aliis Prophetæ hujus exegetis egiſſet, Noſtrum his verſibus celebravit:

Nunc Mollerus adeſt, reliqvos ætate ſecutus,
Ingenio haud impar, qvod & ipſe fatebere, multis,
Judicio & docta nulli pietate ſecundus.

Eidem Bezæ, *in Ep. dedic. Metaphraſeos Pſalmorum poeticæ, Vir* audit *doctiſſimus.*

EBERH. TWESTRENGIO ſeniori, Conſuli Hamburgenſi, *in Elegia* (qvæ fuſius illum celebrat) *ad Eberh. Mollerum gratulatoria* (*T. VI. Script. publ. Witeb., f. Qq. 2. b. Qq. 3. a.*), *Aonii* audit *gloria magna chori*, nec non *ſacræ columen linguæ, Grajæqve Camoenæ gloria, qvo Muſis vindice ſtabit honos.*

PET. LINDEBERGIO (*in Comm. rerum memorab., L. 3., p. 106.*) *Vir in nulla Muſarum officina non expolitus.*

HENN. CONRADINO (*in Carmine in obitum Pauli Caſſandri, Tomo VI. Script. publ. Witeb., f. O. 5. a.*) audit

Leucoreæ decus ille ſcholæ, qvi, gloria gentis
Molleræ, patriam laudibus implet humum.

JOH. POSTHIUS, Archiater Elect. Palatini, hoc eum (*P. II. Parerg. poet. p. 40.*) commendavit Teſſaradecaſticho:

Te qvoqve conſtantes inter pietatis alumnos,
Mollere, noſtra jure numerant ſecula,
Atqve omnis referet votis concordibus ætas,
Qvæ tua legendo olim teret volumina,
Tu qvia, poſthabito ſatanæ mundiqve furore,
Et, qvæ imminebant tum tibi, periculis,
Sinceram vera de relligione profeſſus
Es calamo & ore publice ſententiam.
Exilium inde animo patienti hilariqve tuliſti,
Cum conjuge una, parvuliſqve liberis,
Donec es in veram patriam cœlumqve receptus,
Ubi vita vera, vera conſtant gaudia.
Hujus ad exemplum ſacri durate miniſtri,
Ut vos ſeqvantur digna pariter præmia.

IDEM *Commentario in Pſalmos* hoc præfixit autoris Epitaphium:

Qvi dulcem invenit patriam, pro nomine Chriſti
(Tantus amor Chriſti eſt!) pulſus in exilium,
Atqve iterum inventa in patria fuit exul, eodem
Nomine bis felix, bis qvia in orbe miſer,
Hic jacet Henricus Mollerus, candida lingvæ
Lux triplicis, gentis gloria, honos patriæ,
Qvi, cum non animæ, qvod erat, Medicum eſſe liceret,
Hoſpitii Medicus corporei emicuit.
Felicem, infelicem, eadem res fecit, eodem
Tempore: id humanum non capit ingenium.
De mundo aſt hæc eſt fidei victoria: vicit
Mollerus mundum, & cum Duce victor ovat.

JOH. GVILH. STUCKIUS, Theol. Tigurinus (*in ep. dedic., Commentario Molleri in Eſaiam præfixo*), eum vocat *multorum librorum doctisſimorum utilisſimorumqve parentem, de rep. literaria & chriſtiana optime meritum, virum clarisſimum, pietate & doctrina ornatum.* Deprædicat ibidem *eximias* ejus *animi ingeniiqve opes, pietatem, doctrinam, lingvarum, artium & hiſtoriarum ſcientiam admirabilem, & acute eleganterqve diſſerendi dicendiqve facultatem.*

LUCÆ OSIANDRO (*Cent. XVI Hiſt. Eccl p. 1056.*) audit *Theologus inſignis, Calviniſta.*

HIER. HENNINGIO, Eccleſiaſtæ Lüneburgenſi (*in ep. dedic. Tomi I. Theatri genealogici*, Magdeb. A. 1598. editi), *Vir in Hebræorum monumentis verſatiſſimus, ſuus præceptor.*

EL. HUTTERUS (*in præf. Libri Pſalmorum*, a ſe hebraice A. 1586. editorum) iis illum annumerat, qvi lingvam hebræam ſeculo XVI., præ coeteris, excoluerunt.

JOACH. VAGETIUS, Hamburg. (*in præcidaneis de orbe habitabili p. 263.*), ita de illo: *Henr. Mollerus, Theologus, Hebraicæ, Chaldaicæ & Græcæ lingvarum interpres feliciſſimus, qvod oſtendit Hymnorum propheticorum Exegeſis. Poſtqvam in academia Witebergenſi annos XIV. publice docuerat, qvod optimus qvisqve vovet, nec opinò fuit conſecutus, ut in hac ſibi natali urbe mortalitatem exueret A. 1589., 6. Kal. Dec., æt. 60.*

HENR. MEIBOMIUS ſenior (loco in vita Noſtri *num. 50.* allegato) *magnam in illo*, cenſet, *fuiſſe eruditionem.*

LUDOV. CROCIUS, Theol. Brem. (*in Oratore eccleſiaſtico p. 320.*), ſcripta ejus de meliore nota commendat.

JOH. MICRÆLIO (*P. III. Syntagm. Hiſt. Eccl. p. 305.*) audit *Vir in hebraicis doctiſſimus, ex erudito Comm. in Eſaiam & Pſalmos Davidis notus.*

JOH. AND. QVENSTEDIO (*in Dial. de patriis vir. illuſtr. p. 203.*) *Vir in hebraicis doctiſſimus, Theologus inſignis, ſcriptor egregii Commentarii in Pſalmos.*

HERM. CONRINGIUS (*in Actione injuriarum contra Waſmuhtum p. 9.*) ita de illo: *Henr. Mollerus, qvi qvammultos annos, in acad. Witebergenſi, ſacram lingvam magna nominis fama docuit, in doctiſſimis Pſalmorum Commentariis, centum ferme locis, diverſitatem græcæ lectionis a noſtris hebræis codicibus, in diverſas τῶν LXX. lectiones modeſte rejecit, imo non ſemel illorum codices noſtris prætulit.*

GOTFR. ARNOLDUS (*Tomo II.* der Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie, *L. 16., c. 32., p. 303.*) his eum verbis commendat: Unter den damahligen Wittenbergiſchen Theologis iſt ſonderlich noch D. H. M. bekandt und beliebt, theils wegen ſeiner Schriften, welche man ins gemein vor ſehr gut und gelehrt hält, die auch ſehr viele nützliche dinge, und ſonderlich ſchmertzliche Klagen über dem Elend der Kirchen, in ſich halten, theils wegen des ſeinen Paſſions-Geſanges: Hilf GOtt daß mirs gelinge.

MIHI (*P. II. Iſag. ad Hiſt. Cimbr., c. 5., §. 4., p. 101.*) audit *Doctor Theologus ἑβραϊκώτατος, & profunde eruditus.*

CENSURÆ:

INDEX Librorum prohibitorum ROMANUS, juſſu Clem. VIII. publicatus, *p. m. 57.*, eum autoribus primæ claſſis damnatis accenſet.

CONR. SCHLÜSSELBURGIUS, *in Theologia Calviniana, L. 1., p. 35.*, eum vocat Einen außgeſteubetten falſchgenandten Lutherſchen Wittenbergiſchen Calviniſten, & *L. 3., p. 19. ac. 69.*, den argliſtigen verſchlagenen D. Müller. In *præfat. ejusd. Libri III.* ita de illo ſcribit: D. H. M. von Hamburg, ein abtrünniger Theologus und verdorbener Medicus, ein verſchlagener Sacramentirer, iſt ſchändlich, wieder ſeine gethane Zuſage, davongelauffen.

TRES CONCIONATORES SAXONICI (M. Nicol. Blumius, & duo ejus collegæ), *in Examine examinis Pieriani ſerm. funebris Crelliani p. 88.*, eum appellant Einen leichtfertigen und eidbrüchigen Menſchen.

SCRIPTA.

א. LATINA.

α. PROPRIA.

Oratio de origine, mutationibus & migrationibus gentium, qvæ Germaniam tenuerunt, Wittebergæ 8. Kal. Sept. A. 1562. habita, & ſeorſim excuſa. Ibidem A. 1563. in 8. Legitur etiam *Tomo VII. Declamationum Melanchtonianarum*, Witeb. A. 1565. *in 8.* edito, *p. 695-717.*

Adhortatio ad lingvam hebræam diſcendam, Wittebergæ d. 28. Mart. A. 1560., cum profeſſionem illius auſpicaretur, recitata. Occurrit eodem *Tomo VII. Declamationum ſcholæ Melanchthonianæ, p. 272-282.*

Commentarius in Hoſeam. Witeb. 1567. in 8. Recuſus (*teſtibus Beſodnero, Draudio & Bolduano*) Ibid. A. 1607. in 8. Editionem ejus hortatu Principis a ſe eſſe ſuſceptam, ſed valde mendoſam, autor A. 1568. Paulo ab Eitzen, *in Epiſt. ad eum MSta*, ſignificavit.

Expoſitio Malachiæ Prophetæ, Witeb. 1569. in 8.

Propoſi-

Propoſitiones CXXX. theologicæ de Deo, filio Dei, lege & peccato, juſtificatione, bonis operibus, converſione & eccleſia, d. 5. Maji A. 1570., pro gradu Doctoratus, ab ipſo & competitoribus, Frid. Widebramo, Chriſtoph. Pezelio, Nicol. Selneccero ac Joh. Bugenhagio juniore, propoſitæ & defenſæ. Excuſæ ſunt Witebergæ A. 1570. in 8. ſeorſim, & dein (una cum D. Georgii Majoris *Oratione de confuſionibus dogmatum, veteribus & recentioribus, ab hominibus fanaticis in Eccleſia excitatis*, in promotione doctorali habita) *inter Propoſitiones, Orationes & Quæſtiones de præcipuis horum temporum controverſiis, Witebergæ A. 1570. propoſitas*, & junctim eodem anno in 8. publicatas.

Reſponſio ad qvæſtionem, in promotionis actu ſibi propoſitam: An una invocatione adorandus ſit filius Dei, D. N. J. C., Deus & homo? prodiit Witeb. A. 1570., in Sylloge Propoſitionum & Orationum, jam memorata, (*lit. P. 2. b - Q. 4. b.*) recuſa autem eſt *Tomo VI. Declamationum Melanchtonianarum*, Witeb. A. 1571. in 8. edito, *lit. Tt. 3 - Uu. 2.*

Oratiuncula de ſignificatione vocis ἐπιούσιος in oratione dominica, *Tomo VI. Declam. Melancht.*, Witeb. A. 1571. in 8. edito (*lit. Bb. 4. 5. 6. 7.*), inſerta.

Reſponſio ad qvæſtionem, in Magiſtrorum promotione propoſitam, qva duo argumenta explicantur, qvæ hodie a Tritheitis, ad oppugnandam æternam filii Dei divinitatem, eccleſiis noſtris objiciuntur, A. 1572. publice recitata, & excuſa cum Alb. Lemeigeri *Oratione de hiſtoria exilii Babylonici*, Witeb. A. 1572. *in 4.*, recuſa autem *Tomo VII. Declam. ſcholæ Melancht.*, Serveſtæ A. 1586. *in 8.* impreſſo, *p. 146. & ſeqq.*

Oratio de miraculoſa conſervatione eccleſiæ, inter medias perſecutiones, & de ſtella prodigioſa, qvæ jam annum integrum in cœlo fulget, A. 1573. in reſignatione Rectoratus academici recitata; Legitur inter Orationes aliqvot, in Acad. Witebergenſi habitas, & junctim Witeb. A. 1573. in 8. editas. Recuſa dein *Tomo VII. Declam. ſcholæ Melancht.*, jam allegato, *p. 599. & ſeqq.*

Commentarius in Pſalmos, publicis prælectionibus in Acad. Witebergenſi traditus. Witeb. 1573. in 8. (III. Part.), Genevæ 1591. in fol. (in qva editione Pſalmis ſingulis Theod. Bezæ paraphraſis illorum metrica eſt adjecta), Genevæ 1602. in fol., Genevæ 1610. in fol. (*juxta Catal. nund. & Bolduanum*), Genevæ 1619. in fol., Genevæ 1639. in fol. (cui editioni acceſſerunt partes Pſalmorum, obſervationes locorum doctrinæ, & articulorum præcipuorum notæ, ex doctiſſimis interpretibus a qvodam Theologiæ Studioſo collectæ, & Pſalmis ſingulis ſubjunctæ, una cum indicibus locupletiſſimis), Genevæ A. 1661. in fol. Editiones Baſileenſis A. 1591. in fol., qvam Bolduanus (*in Bibl. Theol. fol. 32. b.*), Heidelbergenſis A. 1597. in fol., qvam Draudius, & Genevenſis A. 1629. in fol., qvam Crowæus (*in Elencho p. 168.*) memorat; an revera prodierint, etiamnum dubito. Autor, in epiſt. dedic., ad Eberhardum, Epiſcopum Lubecenſem, A. 1573. ſcripta, refert, ſe haſce in Pſalmos commentationes, ante novem annos Studioſis Witebergenſibus propoſitas, hauſiſſe, partim e propria experientia, partim e Phil. Melanchthonis interpretatione, ſibi, cum domeſticus ipſius eſſet, Pſalmos ad menſam prælegenti, dictata, partim vero ex aliis interpretibus, qvorum verba, qvantum fieri potuit, ſemper ſint retenta. Commendant hoc opus Mollerianum, præter Th. Bezam, Joh. Poſthium, Joh. Jonſtonum & Joh. Mollerum, autoris filium, qvorum Carmina editioni anni 1639. ſunt præfixa, Herm. item Conringium, J. Andr. Qvenſtedium & Joach. Vagetium, qvorum judicia honorifica, in Elogiorum autoris recenſu, paulo ante exhibuimus, Tilem. Heshuſius, in præfatione, Joach. Morlini Concionibus in Pſalmos germanicis, Erfurti A. 1580. in fol. editis, præmiſſa, & Ant. Bynæus (cui *commentarius* audit *accuratus*) *Lib. 2. de calceis Hebræorum, c. 8., p. 227. edit. ſec. A. 1695. Dordracenæ.* Rich. Simon, Oratorii Pariſienſis Presbyter, *L. 3. Hiſtoriæ criticæ V. T.*, ſerm. gallico editæ, *c. 14., p. m. 491.*, hoc de eodem tulit judicium: *Henry Mollerus, qvi a fait des Leçons de l'ecriture ſainte, peu de temps aprés les commencemens de la Reformation, dans l'academie de Wittemberg, a donné au public un Commentaire aſſez étendu ſur les Pſeaumes, avec une nouvelle traduction latine de ce livre, ſur laqvelle Beze a reglé la paraphraſe, qv'il a faite des memes Pſeaumes en vers. Cet autheur s'explique, tant dans ſa verſion, qve dans ſes Commentaires, avec une grande netteté. Mais ſon ſtyle eſt trop diffus, & il employe beaucoup de paroles pour dire peu de choſes. En qvoy il a imité la methode des rheteurs, qvi ſe plaiſent dans les declamations, outre qve l'analyſe, qv'il fait des parties de chaqve Pſeaume, eſt qvelqvefois ennuyeuſe. Il ne neglige point cependant le ſens literal, ni meſme la grammaire, lors qv'il la juge neceſſaire pour éclaircir les difficultez de ſon texte. &, qvoy qv'il ait les meſmes défauts, qve la pluſpart des autres Proteſtans, il parôit neanmoins plus moderé, qve Luther & Calvin. Il s'appliqve principalement à faire connôitre les veritez de la religion chretienne, & à donner des maximes de morale, où il meſle qvelqvefois des digreſſions inutiles, & de pure erudition. Il a mis de longs ſommaires au commencement de chaqve Pſeaume, lesqvels en expliqvent le ſens avec beaucoup de netteté.*

Commentarius pius & eruditus in Eſaiam Propheram, cum duobus indicibus. Tiguri 1588. in fol., ibid. A. 1602. in fol. (*Crowæus in Elencho p. 168. addit bis editionem Geneverſem A. 1603. in fol.*) Publicis hunc prælectionibus autor juventuti ſtudioſæ in acad. Witebergenſi, propoſuit, ſed 27. tantum capita priora in eo explicavit, qvod telam hanc, munere profeſſorio A. 1574. deturbatus, pertexere prohiberetur. In lucem tamen publicam eum, licet imperfectum, prodire eſt paſſus, precibusqve hac in re obſecutus aſſiduis Chriſtoph. Pezelii, collegæ olim ſui, & Joh. Gvilh. Stuckii, Theologi Tigurini. Qvorum ultimus editionis curam in ſe ſuſcepit, &, in epiſtola ad Joh. Caſimirum, Comitem Palatinum, dedicatoria, a ſe præfixa, commentarium hunc *clavem* eſſe *qvandam* judicat, *ad divinorum oraculorum ſenſus aperiendos & explicandos.* Theodori Bezæ (qvi carmine præmiſſo eundem commendavit) & Joh. Micrælii judicia de illo honorifica, in Elogiorum autoris ſerie, ſupra jam recitavimus.

Programmata invitatoria

Ad prælectionem Herodoti A. 1556., *Tomo* II. *Scriptorum Acad. Witeb. publicorum, lit. Ee. 7. 8.*
Ad prælectiones in Zachariam, profeſſionis hebrææ auſpicales, A. 1560., *Tomo IV. eorundem, lit. M. 7. M. 8.*
Ad prælectiones in Cap. VII. Zachariæ, ibid. *lit. Cc. 4.*
Ad prælect. in Malachiam, A. 1560., *T. V., lit. N. 3. N. 4.*
Ad prælect. in Hoſeam, A. 1563., *Tomo V., lit. X. 3. X. 4.*
Ad prælect. in Pſalmos, A. 1564., *Tomo VI., lit. T. 6. T. 7. T. 8.*
Ad prælect. in Gramm. hebr. Seb. Münſteri, A. 1565., *Tomo VI., lit. Ii. 7. 8.*

Programma ſive Poema heroicum de Johanne Baptiſta, ab illo, Ord. Philoſ. Witeb. Decano, Witebergæ F. Joh. Bapt. A. 1562. propoſitum, *Tomo V. eorundem, lit. N. 7 - O. 4.*

Programmata tria, Magiſtrorum & Baccalaureorum promotionibus M. Aug. ac Sept. A. 1562. præmiſſa, *ibidem lit. Q. 2 - Q. 6.*

Epiſtola ad Joh. Schoſſerum, Acad. ad Viadrum Francofurtanæ Profeſſorem, A. 1579. Hamburgo ſcripta, qvæ legitur *Libro* III. *Epiſtolarum* Schoſſeri, *Poematis* ejus, Francof. ad Viadr. A. 1598. *in 8.* editis, ſubjunctarum, *lit. Mm. 1. b.*

Epiſt. brevis ad Thom. Matthiam, Conſil. Elect. Brandeb., Bricenæ d. 4. Dec. A. 1565. exarata, & edita a Thoma Creenio *P. VII. Animadv. philol. & hiſtor.* (impr. Lugd. Bat. A. 1700. *in 8.*), *p. 218. 219.*

β. ALIENA.

De gemmis ſcriptum Evacis, Regis Arabum, olim a Poeta qvodam non infeliciter carmine redditum, & nunc primum editum opera Henr. Ranzovii, Proregis Cimbrici. Præfixa eſt Henr. Molleri epiſtola ad Ranzovium dedicatoria de gemmis, prolixa & elegans. Lubecæ 1575. in 8., Lipſiæ 1585. in 4. Præceſſit duas haſce editiones Witebergenſes anni 1574. in 4., a J. C. Becm., *in Catal. bibl. Francof.*, memorata. (Marbodeo, Epiſcopo Seculi XI. in Britannia Aremorica Rhedonenſi, poema hoc vindicat Chriſt. Daumius *in Epiſtolis ad Reineſium p. 11. 13.*)

ב. GERMANICA.

Oda germanica ſacra de paſſione Chriſti, in carcere A. 1574. compoſita Lipſienſi, qvæ in omnibus Proteſtantium eccleſiis, tempore qvadrageſimæ, etiamnum decantatur, & in hymnologiis qvibusvis Lutheranorum occurrit. Initium ejus hoc eſt: Hilf GOtt, daß mirs gelinge. Stropha illius undecima, qva Chriſtum, poſt aſcenſum in cœlos, ſemper qvidem nobis præſentem eſſe, ſed non niſi in verbo ſuo, docet, Calvinianorum (qvam Noſter amplexus eſt) doctrinam, omnipræſentiæ carnis Chriſti infeſtam, cryptice proponit, &, hanc ob cauſam, uti a Wolfg. Caſp. Prinzio, Muſico Soravienſi (in der hiſtoriſchen Beſchreibung der Singekunſt, *c. 13.*, *§. 25.*, *p. 159.*), jam A. 1690., & deinde a J. Chriſtoph. Oleario (im Entwurf der Lieder-Biblioth. p. 104.), eſt monitum, in qvibusdam eccleſiis Lutheranis omittitur. Odam ipſam, e Theologis Lutheranorum, commendarunt Joh. Micrælius *P. III. Syntagm. Hiſt. Eccl. p. 395.*, Gotfr. Arnoldus *T.* II. der Kirchen- und Ketzer Hiſtorie, *L. 16.*, *c. 32.*, *p. 393.* Joh. Chr. Olearius im Entwurf einer Lieder-Biblioth. *p. 59.* (qvi & p. 104. obſervat ſermones ſacros, illam explicantes, in Franc. Alardi Jun. & Joh. Pflugii Decade concionum paſſionalium, Hamb. A. 1672. in 4. edita, p. 295. & ſeqq., inveniri), & Georg. Serpilius (a qvo Reinh. Bakius, *P.* II. *Comm. in Pſalmos*, *p. 90.*, autorem Vallis Joachimicæ Cantorem perperam vocans, notatur) in den zufälligen Lieder-Andachten *p. 49. 50.* Henr. Müllero, Præfecto fodinarum Annæbergenſium Electorali, cujus Tr. vom rechten Gebrauche der deſtillirten Waſſer Islebiæ A. 1605. *in 4.* prodiit, a Balth. Müllero, Islebienſi, nepote, *in præfat. Tr. iſtius*, vindicatur, ſed perperam, uti credo. V. Val. Ern. Löſcheri unſchuld. Theol. Nachr., *Sect. I. A. 1716.*, *p. 175.*, & *in Append. A. 1722.*, *p. 1083. 1084.* Conſ. Joh. Herm. ab Elswich, Paſt. Stad., Disqviſ. de vero Autore Hymni: Hilf GOtt daß mirs gelinge, ad D. G. H. Götzium, Superint. Lubec., *Nuptialibus* Götzianis inſerta, qvæ laudatur in J. H. a Seelen *Sched. de Memorabilibus qvibusd. Buxtehudenſibus p. 4.* & M. Joh. Bernh. Liebleri Hiſtoriſche Unterſuchung, wer des Paſſions-Liedes: Hilf GOtt &c. eigentlicher Autor ſey, qvæ Numburgi A. 1720. in 8. prodiit. Tam Lieblerus, qvam Elswichius vindicant hymnum hunc Henr. Mollero Zutphanienſi, Martyri Dithmarſico. V. J. C. Wezelium *l. c.*, P. III. *p. 472. 473. 474.* Plura de Hymno hoc (qvem, A. 1527. jam excuſum, ſe poſſidere Georg. Serpilius, *Parte X.* der Bibliſchen Scribenten *p. 292.*, teſtatur), & diverſis variorum de vero ejus Autore ſententiis, congeſſit Joh. Caſp. Wezelius *Parte* II. *Hymnopœographiæ Germanicæ p. 190-194.*, & *Parte* III., *p. 472. 473. 474.*

INEDITA.

Lucubrationes in Prophetas omnes, majores & minores, qvas ab eo expectari juſſit Joh. Gvilh. Stuckius, in *ep. dedic. Commentarii* illius *in Eſaiam*, A. 1588. editi. Eædem haud dubie illæ ſunt cum *Scholiis in omnes Prophetas, majores & minores*, qvæ Thom. Hydius (*in Catal. biblioth. Bodlejanæ*) & Mart. Lipenius (*P. II. Bibl. Theol. p. 561.*) non ſolum ipſi tribuunt, ſed & Francofurti ad Mœnum A. 1593. prodiiſſe perhibent. De qva tamen editione me etiamnum dubitare haud diffiteor. De Prælectionibus in Zachariam, A. 1560. habitis, Programmata Noſtri duo, ſupra laudata, ſunt conſulenda.

IV. Epiſtolæ ad D. Paulum ab Eitzen, Superintendentem Holſaticum, A. 1568. 1570. & 1571., de certaminibus ævi ſui eccleſiaſticis, ſcriptæ, qvas me olim, in Volumine epiſtolarum ad Eitzenium MSto, legiſſe recordor.

SCRIPTUM DUBIUM.

Methodica, ſuccincta & brevis Diſſertatio de præcipuo articulo fidei, cœna nimirum dominica, conſcripta ab Henrico Mollero, editaqve Francof. 1614. in 4. (*juxta Lipen. P. I. Bibl. Theol. p. 326.*), Francof. A. 1619. in 4. (*juxta Draudium*) & Erfurti A. 1632. in 4. (*juxta Lipen. l. c.*, *P. I. p. 326.*, *& P. II. p. 539.*, *ac Catal. Nundinalem*). Germanice prodiit, præfixo eodem Henr. Molleri nomine (qvamvis Caſp. Löſcherus, *in Obice Syncretiſmi p. 60.*, ab Anonymo hanc editionem publicatam eſſe perhibeat) A. 1633. ſine loci (qvem tamen Erfurtum eſſe Himmelius, mox allegandus, ſuſpicatur, Francofurtum autem fuiſſe *Catalogus nund. A. 1633. vernal. Lipſienſis p. 24.* tradit) mentione, in 4., ſub titulo: Scheidemann des Sacrament-Streits; das iſt: Kurtzer, iedoch gründlicher, Bericht, vom Uhrſprung, Erneuerung und Fortgang des Sacrament-Streits, und wie ein chriſtlich Hertz ſich darauß wickeln möge. In *Catalogis* bibliothecarum Hafnienſium, Bremerianæ & Wandalinianæ, memoratur etiam ſcriptum Henr. Molleri von Hinderniſſen der Einigkeit zwiſchen den Proteſtirenden, A. 1645. & 1649. in 4. excuſum, qvod idem eſſe cum verſione A. 1633. germanica conjicio. Conſ. de editione anni 1645. Val. Ern. Löſcheri Unſchuld. Theol. Nachr., *Sect. I.*, *A. 1715.*, *p. 90.* Autorem ſcripti hujus de controverſia eucharistica Irenici, ab homine religioni addicto Reformatæ haud dubie profecti, qvod attinet, Joh. Chriſtoph. Becmannus (*in Catal. biblioth. Francof. p. 314.*) & Ant. Teiſſerius *P. II. Elog. p. 119.*, Noſtro illud vindicant. Joh. Himmelius autem, Theol. Jenenſis, virgulam in iſtud ſtringens cenſoriam (*in Apologia collegii teſtamentarii contra Joh. Bergium p. 56. 57.*), Ludimagiſtro tribuit rurali, ſive, ut verbis ejus utar, Einem elenden Vaganten, der ſich umb ſeine pædagogiam ruralem bekümmern ſolte. Cuinam credendum ſit, mihi, qvi Opuſculum illud non vidi, judicare haud eſt integrum.

DANIEL GEORGIUS MORHOFIUS,

Polyhiſtor (cujus vitæ hiſtoriam dudum a nobis celeberrimus Tenzelius (1.) publice flagitavit) ævi ſui maximus, Wismariæ, urbe Ducatus Megapolitani vetuſta ac nobili, anno æræ chriſtianæ 1639. (non 1636., qvem Tenzelius, modo laudatus, perperam ſubſtituit (2.)), in lucem editus, diem ſextum Februarii, Romanis olim nefaſtum atqve inauſpicatum, ortu ſuo, & patriæ, & orbi literato univerſo, auſpicatiſſimum atqve fauſtiſſimum reddidit. Natalem hunc cum Socrate, Alexandro Magno (eodem etiam denato), Friderico Wilhelmo, Electore Brandeburgico, & Carolo Æmilio, filio ejus primogenito, ſibi communem, heroumqve proinde, & bellicorum, & literariorum, foetura jam olim illuſtrem, ac ab Athenienſibus præterea, Græcisqve coeteris, ob victorias crebras a Perſis eodem reportatas, inter fortunatiſſimos

(1.) *in Dialogis menſtruis germanicis, M. Jan. A. 1692., p. 63.* (2.) *l. c., M. Sept. A. 1691., p. 806.*

tiſſimos relatum, ipſemet, ductu Æliani (3.), qvatuor celebravit Carminibus genethliacis ad Principes Brandeburgicos, paulo ante memoratos, elegantiſſimis. Qvæ cum, ob prolixitatem, transſcribi huc a brevitatis ſtudioſo neqveant, in *Operibus* autoris ſui *poeticis* (4.), ab elegantiarum hujusmodi amatiis evolvi ac legi merentur. Patrem habuit Joachimum Morhofium, Notarium publicum, Senatuiqve urbano a judicii inferioris Secretis, tenuioris qvidem ſortis parentibus, in Marchia procreatum Brandeburgica, ſed probitate pariter atqve doctrina conſpicuum; matrem vero Agnetem, Danielis Hintzii, mercatoris honeſti, filiam. Qvæ in hujus, noſtro in tenera fato præmaturo ereptæ infantia, locum ſucceſſit, Anna Tabberta, Friderici Petræi vidua, noverca licet eſſet, affectu tamen vere materno privignum eſt proſecuta, & bona ſua, marito omnium hærede nuncupato, ad ipſum pervenire voluit. A teneris ungviculis, ductu parentis (cujus ſe cura, conſilio & informatione, ſolida variorum ſtudiorum jeciſſe fundamenta, ipſe, in Biographia ſua, grato fatetur animo), tum pietatis exercitiis, & lectioni S. codicis qvotidianæ, tum hiſtoriarum etiam e verſione Chronici Carionis germanica cognitioni, mature eſt aſſvefactus, Muſica autem, in qva progreſſus deinceps fecit inſignes, ipſemet, etiam ἀναλφάβητος adhuc, ſummopere delectatus. Primis latinitatis rudimentis ab eodem imbutus eſt parente ſuo, qvi e ludo eum, in qvem miſſus erat, literario, qvod caput pueri, per Orbilium qvendam, fuſte ita læſum eſſet, ut tubera inde orta, ac præ pudore diſſimulata, in febrim illum periculoſam conjicerent, domum revocavit, & ipſemet triennio informavit integro. Iſto elapſo (nec enim vel ſcholam civitatis Roſtochienſis trivialem anno eum ætatis nono acceſſiſſe, a Matthia Henrico Burchardo (5.), nec Lubecenſem deinceps freqventaſſe, a Lipſienſibus (6.), perſvaderi, cum ipſe in vitæ propriæ hiſtoria de utraqve ſileat, mihi patior), Athenæi Wismarienſis urbani præceptoribus commiſſus, Rectorem ejus, Joh. Poltzium (Subrectoris poſtea ac Conrectoris in Lubecenſi functum officiis), *unicum ad bonos autores, & ſelectiorem latinitatem, ductorem habuit*, ejusqve auſpiciis ita, & in ſoluta, & ligata oratione, profecit, ut 14. natus annos ea utriusqve daret ſpecimina, qvæ a præceptoribus ipſis extollebantur (7.). Nec ſatis habuit lingvas, hiſtoriam, artesqve dicendi ac diſſerendi, in prima hac ætate familiares ſibi reddidiſſe, ſed mathematicarum etiam, Arithmeticæ imprimis, Sphæricæ, Geometriæ & Geographiæ, ab Andrea Pauli, ſcholæ patriæ Subrectore, non minus feliciter hauſit principia. Ex urbe natali, ſedecim natus annos, d. 7. Mart. A. 1655., Stettinum abiit, & in Pædagogium iſtic admiſſus regium, in philoſophia Joh. Micrælium, hujus Rectorem (cujus in ſe merita publico proſecutus deinceps eſt elogio (8.)), in lingva hebræa Joach. Fabricium, Superintendentem, in jurisprudentia autem (cujus jam tyrocinia, parentis ductu, abſolverat) Joh. Sithmannum, ejus Profeſſorem, fideles habuit hodegos. Nulli tamen Profeſſorum Stettinenſium plus debuit, aut familiarius ſe applicuit, qvam Henr. Schævio, Kilonienſi, Medicinæ Doctori, literarumqve humaniorum & poeſeos interpreti publico, *viro* (prout ipſe teſtatur) *ad omnes elegantias facto, Poetæqve, Muſico, Mathematico, Mechanico & Philoſopho Sectæ Carteſianæ* eximio, cujus ſingularem viciſſim expertus eſt amorem. Sub hujus doctoris (cujus mentionem ſcriptis plerisqve paſſim inſeruit honorificam) auſpiciis, univerſæ Matheſeos curriculum abſolvit, phyſicam doctrinam eſt ingreſſus, & in poeticis diligenter ſe exercuit. Acres tamen illos primæ ætatis ad poeſin impetus, Schævii exemplo in ſe excitatos, poſtea fræno indiguiſſe, judiciiqve accuratioris lima fuiſſe emendandos, ipſe, in vitæ ſuæ hiſtoria, verbis hisce ingenue fatetur: *Qvoniam vir ille* (Schævius) *Statium imitandum ſibi unice propoſuerat, ingenio olim ſuo plus juſto indulgens, ſolam tum ſcribendi carminis vim ſeqvebar: a qva tandem me ipſum revocabam, judicio maturiore, & Poetarum antiqvorum lectione, monitus. Nam, ut impetus ad poeticam facultatem illius viri exemplo magis, qvam præceptis, excitati ſunt: ita poſtea felicior carminis cultura ab ingenio, exercitatione & lectione, ſuccrevit. Scribebam XVI. annorum adoleſcens alicui carmen de dignitate conſulari gratulatorium juſtæ magnitudinis, cujus dictio Statii, & aliorum arduorum Poetarum, floſculis tota erat concinnata. Mirifice id nonnullis placebat. Verum ipſe & conatus meos poſtea ridebam, & illos, qvi tantopere carmen illud celebraverant.* Biennio (non autem, uti cl. Tenzelio (9.) ab aliis relatum eſt, qvadriennio) Stettini exacto, & Schævio ſuo (cui *Poculum boni dæmonis*, ſive carmen, cui iſtum impoſuit titulum, apobaterium elegans, diſceſſurus obtulit), & coeteris valedixit præceptoribus, ac, 18. natus annos, d. 29. Maji A. 1657., Roſtochium commigravit, & ſtudio juridico, ductum ſecutus anteceſſorum publicorum, Henr. Rud. Redekeri, Jac. Seb. Laurembergii, Herm. Lembkenii, imprimis autem Henr. Rahnii (qvem præſidem A. 1658. elegit ſuæ *de jure morborum* Diſputationis, proprio Marte conſcriptæ, nec ab illo vel leviſſimam paſſæ mutationem, defunctumqve A. 1662. publica Oratione laudavit), incumbere feliciter perrexit. Non tamen iſti ſoli vacabat, ſed polymathiæ etiam reliqvæ, & poeſi, ad qvam naturæ vehementiori ferebatur inſtinctu, haud minimam temporis ſui partem, invidendo, admetiebatur, ſucceſſu, nec exiguo cum famæ, carminibus argutis atqve venuſtis qvamplurimis, latinis pariter atqve vernaculis, in amicorum gratiam, & magnam partem ſub illorum etiam nominibus, publicatis, acqviſitæ, incremento. Sua ſponte, in ſtadio hoc poetico, alacriter ad palmam jam contendenti calcar exemplis atqve hortatibus ſuis addebant Andreas Tſcherningius, ipſius in profeſſione poetica anteceſſor, ergodioctes hujus auditorum ſuorum primicerii perpetuus, & commilitonum, uti olim ſcholaſticorum Stettinenſium, ita nunc academicorum Roſtochienſium, intimus, Joh. Rölingius, Lütkenburgo Holſatus, eodem deinde, qvo Noſter Tſcherningio Roſtochii ſucceſſit, Anno 1660. Regiomonti Simoni Dachio, in profeſſione itidem poetica, ſubrogatus, & ſupremos philoſophiæ honores, eodem cum ipſo die, applaudente, uti poſtea dicetur, communi utriusqve præceptore, Henrico Schævio, adeptus (10.). Profeſſionem poeſeos in Academia Roſtochienſi, antehac a Nathane Chytræo, Eilh. Lubino, Joh. Kirchmanno, Pet. Laurembergio, viris magni in republica literaria nominis, &, qvem nos paulo ante laudavimus, ipſe autem fuſius celebravit (11.), Andrea Tſcherningio, ornatam, A. 1660., cum luſtrum ætatis qvartum vix impleviſſet, raro præcocitatis literariæ exemplo, Epicedii in ciconiam jocularis occaſione, obtinuit. Alebat iſtam, Adriani nomine a ſe donatam, domi ſuæ Laur. Bodockius, J. U. D. & Rhetor Academicus, qvi, cum, d. 25. Oct. A. 1659., creatos a ſe novos Magiſtros, aliosqve hospites, ſolenni excepiſſet convivio, ab horum uno, ſub noctem, avis innocua telo eſt transfoſſa. Noſter, fatum illius triſte miſeratus, accedentibus amicorum monitis, leſſu ei heroico, adjectaqve huic inſcriptione pereleganti, parentavit, & utrumqve iſtud poemation joculare, eodem anno editum, Bodockio inſcripſit. Qvod cum Joſvæ Arndio, Guſtavi Adolphi, Ducis Megapolitani, Proteccleſiaſtæ aulico, Theologo literarum elegantiorum peritia ſingulari conſpicuo, Poetæqve haud vulgari, eſſet lectum, adeo placuit, ut Principi ſuo iſtud, ſimulqve autorem ejus, antehac ſibi ignotum,

(3.) *Lib. 2. Var. Hiſtor. c. 25.* (4.) *Lib. II. Charitum p. 52-56.* (5.) *in Lauru Cimbrica areſcente, ad buſta Morhofii ſparſa, p. 7.* (6.) *in Actis Erud., M. Jul. A. 1699., p. 201.* (7.) V. Ipſius *Hiſtoriam vitæ ſuæ p. 6.*, & confer elogium inſigne, qvo A. 1683. Poltzium ornavit, in Programmatis Kilonienſibus, Orationum faſciculo ſubjunctis, *num. 56., p. 775.* (8.) im Unterricht von der teutſchen Sprache und Poeſie, *P. III., c. 2., p. 482.* (9.) *l. c., M. Sept. A. 1691. p. 906.* (10.) V. de Rölingio, Pylade ſuo, Morhofii carmen ad eum, in Acad. Regiomontanam diſcedentem, propempticum, *in Poematis germanicis, p. 111-119.*, & *Comm. de lingva ac poeſi germanica, P. II., c. 9., p. 432.* ac Confer Henr. Schævii ad utrumqve poemation, mox allegandum. Fuſius eum *Cimbria* hæc noſtra *Literata* ſuo, inter indigenas, loco celebravit. (11.) V. Scazontes in Natalem Tſcherningii *in Miſcellaneis Poeticis, p. 47-50.*, Anagrammata bina, & Scazontes illorum interpretes, in ejusdem obitum, *in Funeribus p. 12. 13.*, nec non elogium poematum illius germanicorum inſigne, *in Comm. de lingva & poeſi germanica, P. II., c. 9., p. 428. 429.*

de meliore nota commendaret (12.). Permotus iſta commendatione Princeps eruditorum amantiſſimus, Morhofium, Profeſſionem poeticam, ob Tſcherningii obitum eo ipſo tempore vacantem, poſthabita palæſtra, cui parens eum deſtinaverat, forenſi, diſſvadentibus licet Dav. Mevio, JCto patriæ percelebri, & Mart. Böckelio, Syndico Lubecenſi (qvi filio eum ſuo natu majori, academias petituro, ephorum exoptabat), modeſte ambeuntem, voti confeſtim A. 1660. fecit compotem. Qvam Muſagetæ hujus illuſtriſſimi in ſe benignitatem Oda ille euchariſtica, ſermone ſcripta germanico (13.), deprædicavit, munusqve ſibi commiſſum, cum Magiſtri ante titulum, una cum Rölingio ſuo, brabeuta Aug. Varenio collega, d. 26. Jul. reportaſſet, Oratione *de Genio & Spiritu Poetico* ſolenni d. 17. Oct. A. 1660. eſt auſpicatus, applaudentibus gemino huic honori, præter academiæ Roſtochienſis Profeſſores, amicis etiam aliis, Joſva ſcilicet Arndio, Caſp. Vogtio, Conſule Wiſmarienſi, & Henr. Schævio, præceptore priſtino (14.). Qvorum ultimus, in prolixo *epiphonemate*, qvod vocat, ad ipſum & Rölingium, ſuos olim auditores, & Magiſterii & ſparta profeſſoriæ honoribus, eodem tempore, potitos, heroico (15.), Caſtorem & Pollucem duumviros hoſce doctiſſimos atqve amiciſſimos ſalutavit. Qvoniam vero annuo ſpatio, anteqvam publice doceret, peregrinandi poteſtatem a Principe ſuo noſter obtinnerat, exeunte anno eodem 1660., in Bataviam & Angliam abiit, viros utriusqve celebres ſalutavit, Caroli II., Britanniæ Regis, inaugurationi interfuit, ſuumqve illi applauſum carmine teſtatus eſt gratulatorio, & in academia Oxonienſi, ut bibliotheca ejus illuſtri uteretur, aliqvamdiu ſubſtitit. In reditu Franeqveræ Friſiorum, ſupremos juris utriusqve honores academicos, a Joh. Jac. Wiſſenbachio, Athenæi illius Anteceſſore primario, ſibi collatos, habita d. 26. Sept. A. 1661. *Diſputatione de jure ſilentii inaugurali*, Laur. Banckii, Sveci, JCti Franeqverani, & ſui ibidem hoſpitis, collegarumqve & amicorum Roſtochienſium, elogiis compluribus ornata metricis (16.), haud difficulter exambiit. Roſtochium redux, qvam nactus erat, ſpartam egregie ornavit, non prælectionibus ſolum in Claudiani *de raptu Proſerpinæ* libros, aliosqve melioris nota poetas, publicis, ſed privatis etiam acroaſibus juridicis, oratoriis atqve poeticis, menſaqve & hoſpitio, qvod cœlebs eſſet, primum Henr. Rahnii, JCti (cui A. 1662. defuncto parentavit) eximii, & Caſparis deinde Marchii, Profeſſoris Medici, integro uſus eſt qvadriennio. Hoc elapſo, cum fama doctrinæ ejus ſtupendæ, cœterarumqve ingenii dotium, longe lateqve ſparſa, in Cimbriam etiam noſtram penetraſſet, a Chriſtiano Alberto, Duce Holſatico, A. 1665., una cum tribus collegis, Chriſt. Kortholto, Theologo, Caſp. Marchio, Medico, & Matthia Waſmuhtio, Philologo, in Academiam Kilonienſem, recens a ſe conditam, eſt evocatus, &, poſt miſſionem a Principibus Megapolitanis ægre impetratam, Doctor in illa publicus eloqventiæ ac Poeſeos conſtitutus, Inaugurationi Athenæi hujus Cimbrici, d. 5. Oct. A. 1665., non interfuit ſolum, ſed & Odis ſuis in laudem Ferdinandi III. ac Leopoldi, Imperatorum, Fridericiqve & Chriſtiani Alberti, Holſatiæ Principum, per Muſicos ducales decantatis, & Oratione ſolenni die ſeqventi publice recitata, illuſtriorem eandem reddidit. Anno, qvi hunc excepit, 1666., d. 22. Jan., qvo gradus academici IV., qvas vocant, Facultatum candidatis prima vice, ſumptu Principis, conferebantur, ipſe Prodecanus ordinis philoſophici, habita de cauſis, ob qvas multi ad minus ſolidam perveniant ſapientiam, Oratione eximia, VII. Philoſophiæ Magiſtros, loco defuncti paulo ante Decani, Mich. Watſoni, creavit, Actorumqve primæ iſtius promotionis academicæ hiſtoriam, a ſe conſcriptam, una cum *Strenis*, ſub novi anni initium Principi, Patronisqve & Profeſſoribus academiæ, diſtributis, cœterisqve *Primitiis Parnaſſi Kilonienſis poeticis*, juris fecit publici. Primos ſex annos vitæ Kilonienſis cœlebs, in convictu Caſp. Marchii, Prof. Medici primarii, qvem Roſtochii etiam hoſpitem habuerat, exegit. Rectoris academici munus, d. 5. Apr. A. 1669. prima ſibi vice demandatum, Oratione *de intemperantia in ſtudiis* eleganti eſt auſpicatus, & ſemeſtribus poſtea æſtivis annorum 1677. 1685. & 1690. denuo adminiſtravit, philoſophici vero ordinis Decanatu anno jam 1667., & deinde ſæpius; functus, laurea ejus ſuprema juvenes ſubinde haud paucos exornavit (17.). Anno 1670., media æſtate, ſub initium feriarum canicularium, iter denuo, Principis permiſſu, in Bataviam & Angliam, maximo ſuo fructu, ſuſcepit literarium, & cum viris illarum doctiſſimis, partim jam ante duo luſtra ſalutatis, partim nunc demum viſis, amicitiam vel contraxit, vel renovavit. Ultrajecti familiariter innotuit Joh. Georgio Grævio, Amſtelodami Theod. Kerckringio, Joh. Svammerdammio (Muſæi inſtructiſſimi poſſeſſori, & hiſtoriæ inſectorum naturalis ſcrutatori ſolertiſſimo), Mart. Birrio, Matthiæ Slado ac Juſto Schradero, magni nominis Medicis atqve Chymicis. Qvibus addendus etiam, licet illiteratus, Nicolaus Petterus, œnopola, qvem vocis ſuæ certo ſono vitrea diverſa disrumpentem vaſa coram ſpectavit, iſtudqve experimentum ſocietati dein regiæ Anglicanæ præſens expoſuit, ac, Kilonium reverſus, Diatriba epiſtolica luculenter illuſtravit. Leidæ converſatus eſt cum Joh. Frid. Gronovio, Hagæ Comitum autem cum Nicol. Heinſio, Conſtant. Hugenio, Conſiliario Principis Arauſionenſis intimo (cui, multiplicem ejus expertus favorem, *Horas* poſtea inſcripſit *ſubſecivas poeticas*) ac Franc. Junio, qvo duce Iſaaci Voſſii, in Anglia abſentis, bibliothecam perluſtravit ac codices MSStos. In prædio Sam. Schaſſii, Hagæ vicino, Marqv. Gudium noſtratem ſalutavit, virum ſummum, Schaſſii tunc ephorum, poſtea vero Duci Holſatico, & tandem Regi Daniæ, a Conſiliis, inſpectisqve in bibliotheca ejus locupletiſſima MSStis plurimis rarioribus, operibusqve poſſeſſoris ipſius ἀνεκδότοις atqve affectis, arctiorem cum illo auſpicato contraxit familiaritatem, in Cimbria noſtra deinceps ab utroqve, ad fata usqve ſuprema, continuatam. E Batavia in Angliam iterum tranſgreſſus, Londini diutius hæſit, conſvetudine potiſſimum Rob. Boylæi, Philoſophorum modernorum facile principis, Iſ. Voſſii, Polyhiſtoris eximii (cujus beneficio bibliothecam ipſi videre contigit Regiam), & Henr. Oldenburgii, ſocietatis illuſtris Anglicanæ Secretarii (qvo proxeneta conſeſſui iſti philoſophico interfuit), delectatus. Cum ex Anglia in Bataviam maritimo remearet itinere, præſentiſſimum naufragii, prope Brielam, vix evaſit periculum, qvod rumori de ipſius in undis æqvoreis morte, Holſatiam tunc pervagato, & Epigraphis, qvibus, inter amicos, huic credulos, Chriſtianus a Stöcken, Protecclеſiaſtes aulicus Eutinenſis, germanico, Joh. autem Georg. Pellicerus, collegii Lubecenſium Canonicorum Secretarius, latino idiomate, ſuperſtiti parentarunt (18.), feralibus, præbuit occaſionem. In Batavia veteres amicos denuo ſalutavit, Hagæ Pauli Würtzii, Archiſtrategi ordinum foederatorum eruditi, prolixum expertus eſt favorem, Amſtelodami autem ingens, ope divina, vitæ diſcrimen iterum ſuperavit. Cum enim in bibliopolio Elzeviriano libris perluſtrandis eſſet intentus, magna librorum atqve chartarum moles, qvæ trochleis in ſuprema attrahebatur tabulata, in aream decidit, & tergum ei laterali motu concuſſit, ſi vertici incidiſſet, certiſſime enecatura. Cum, finita altera hac peregrinatione, anno 1671. (ad qvem vitæ ſuæ hiſtoriam ipſemet perduxit) Kilonium rediiſſet, vitæ coelibis pertæſus, uxorem d. 23. Oct. duxit Margaretam, Caſpari a Degink, Tremonienſis, Lubecenſis Reip. Senatoris (qvem ad conſularem ejusdem evectum tandem eſſe dignitatem, ſcriptor, qvi vitam Noſtri,

(12.) V. Epiſtolas duas, leſſui iſti, in editione ſecunda Kilonienſi, A. 1667. præfixas, ad Bodockium & Arndium. (13.) V. eam *in Poematis germanicis, P. I., p. 39-42.* (14.) Carmina illorum gratulatoria, una cum Alb. Willebrandi, JCti Roſtoch., *Programmate* ad Or. auſpicalem *invitatorio*, leguntur in *appendice Voluminis Diſſertationum* Morhofii *academicarum & epiſtolicarum*, A. 1699. editi, *p. 68-77.* (15.) *ibid. p. 69-72.* (16.) V. illa *in appendice Voluminis Diſſertationum p. 78-83.* (17.) Septem Magiſtros A. 1665., tres A. 1667., & duos A. 1669., ab eo creatos, enumerat Pet. Muſæus in *Programmate de Candidatis honorum academicorum Kilonienſibus*, A. 1672. publicato, *p. 20. 21, 22.* (18.) Pelliceri inſcriptio in obitum Morhofii falſo creditum, in *Voluminis Diſſertationum Academicarum appendice* (p. 91-94.), A. 1699. eſt recuſa.

ſtri, ab ipſomet coeptam conſignari, pertexuit, anonymus (19.), & hunc ſecuti Lipſienſes (20.), ac Ad. Clarmundus, falſo perhibent), filiam (21.). Cujus virtutes cum maritus ipſe, in Programmate, qvo exeqvias defunctæ M. Jun. A. 1687., Rectoris academici nomine, indixit, funebri (in Programmatum, Orationibus A. 1698. ſubjunctorum, ſylloge perperam omiſſo) (22.), & Collegæ Kilonienſes, in Epicediis memoriæ ejus conſecratis, debitis ornaverint laudibus (23.), mentione illarum prolixiori, brevitatis ſtudio, ſuperſedemus. Qvatuor ex illa ſuſcepit filios, Caſparum Danielem primogenitum (eodem, qvo parens ipſius Wismariæ ſepultus eſt, die octavo Aprilis A. 1675. in lucem Kilonii editum (24.)), Georgium Marqvardum, Fridericum & Ericum Georgium. Qvos inter ſecundus atqve qvartus in ætate deceſſerunt tenera, primus vero ac tertius patri fuerunt ſuperſtites, & ſcripta ejus complura poſthuma juris fecerunt publici. Coeterum, ut, a rei domeſticæ facie, ad munera, qvibus Kilonii functus eſt, revertamur academica, profeſſioni geminæ, qvam ab A. 1665. ornaverat, oratorio-poeticæ, poſt reditum ex ſecundo itinere literario, aliæ dignitates, fama ejus ſubito accreſcente, ſunt adjectæ, anno 1673. ſcilicet profeſſio hiſtorica, in qva Ad. Tribbechovio, Theologo inſigni, ſibiqve amiciſſimo, in aulam evocato Gothanam, ſucceſſit, A. 1674. cura ſcribendorum publico academiæ nomine Programmatum, &, ſexennio poſt, A. 1680., Bibliothecæ, cui Sam. Rachelius, JCtus percelebris, hactenus præfuerat, academicæ ephoria. Hiſtoriographi etiam ducalis officium eodem, qvo hiſtorias docere juſſus eſt, anno 1673. illi fuiſſe deſtinatum, Joh. Adolphi Kielmanni, aulæ Holſaticæ præſidis, omniumqve Miniſtrorum ducalium principis, qvem ſummum habuit patronum atqve evergetam, literæ Sleſviga d. 13. Nov., anno jam dicto, ad eum exaratæ, & inter ſchedas defuncti repertæ, oſtendunt. Intervenit tamen aliqvid, qvod conſilia iſta irrita redderet. Qvanta autem fide, qvanta dexteritate & diligentia, ſingulis, qvæ in novellis Cimbriæ Athenis commiſſa ipſi ſunt, inſigni cum famæ harum incremento, & ſtudioſæ juventutis emolumento, functus ſit officiis, ſatis ſuperqve, ne collegarum & auditorum allegem teſtimonia, prælectiones, qvibus, per qvinqve luſtra, cives academicos, non in oratoria ſolum, poeſi & hiſtoria, ſed reliqva etiam polymathia elegantiori univerſa, præclare admodum erudiit, publicæ pariter atqve privatæ demonſtrant. Dignæ ſunt potiores, niſi omnino fallor, qvæ e Catalogis operarum academicarum ſemeſtribus, atqve horum fragmentis, a vitæ ipſius continuatore anonymo diligentia pene nimia coacervatis, breviter hoc loco enumerentur. Publice, ab A. 1667. ad 1669., Statii prælegit Thebaidem, A. 1670. Lexicon latinitatis poeticæ auditoribus dictavit, A. 1673. de Hiſtoria, & ſcriptoribus hiſtoricis, diſſeruit, A. 1674. & 1675. Taciti vitam Agricolæ atqve Annales illuſtravit, & viam ad argutam dictionem commonſtravit regiam, A. 1676. de Lingvæ Latinæ commentatus eſt autoribus, ſimulqve Pathologiam tradidit oratoriam, A. 1678. Dionyſii Longini περὶ ὕψους Libellum eſt interpretatus, A. 1682. differentiam oratoriæ & poeticæ dictionis expoſuit, A. 1683. ſcriptores hiſtoricos recenſuit, A. 1684. nova Rhetorices elementa propoſuit, A. 1687. de periodis, & Germanorum in literas meritis, A. 1688. de pura dictione, A. 1690. de copioſa dictione, diſſeruit. Privatim A. 1667. de inventionibus egit poeticis, A. 1672. hiſtoriam enarravit literariam, A. 1675. & 1676. hiſtoriam Jurisprudentiæ & Philoſophiæ naturalis, A. 1677. Logicam tradidit oratoriam, A. 1681. & 1682. acroaſes de autorum inſtituit notitia, A. 1684. doctrinam amplificationis propoſuit oratoriæ, & ἱστορούμενα ſimul juridica, A. 1685. legendorum, excerpendorum atqve imitandorum autorum claſſicorum oſtendit rationem. De coeteris ſingulorum annorum prælectionibus, & publicis, & domeſticis, qvas recenſere omnes non vacat, ipſe conſuli poteſt in Programmate, qvo d. 2. Sept. A. 1683. juventutem ſtudioſam, ad audiendas lectiones de argumentis ſelectioribus (v. g. Patavinitate Liviana, Germanorum in literas meritis, Juris Romani ἱστορουμένοις, τῷ θείῳ in diſciplinis, aliisqve ſimilibus) acroamaticas, ſemel hebdomadatim deinceps habendas, invitavit (25.). Ubi generatim de iis monet, ſe operam ſemper dediſſe, ut eloqventiæ pariter atqve hiſtoriæ interiora excuteret, eoqve fine in eloqventia, tam ſoluta, qvam ligata, ea ſibi præ coeteris excolenda ſumpſiſſe, qvæ ab aliis, vel omiſſa erant, vel leviter tractata, oratoriam ſc. civilem, characterographiam ſive de ſtylo doctrinam, pathologiam, argutam dictionem, excerpendi rationem, epiſtolographiam, inventiones poeticas, & plura ejusmodi alia. In hiſtoria, ait, ſe ea præ coeteris ſpectaſſe, qvæ & civilis uſus eſſent, & a ſe, aliisve viris doctiſſimis, nove obſervata, nec literariam atqve naturalem, ut hodie tot obſervationum foecunda meſſe ditata eſt, neglexiſſe. Taceo Orationes publico privatoqve nomine freqventer habitas, in qvibus, uti & in prælectionibus, etſi extemporanea dicendi facultate haud pollebat, eorum tamen, qvæ præmeditatus erat, elegantia, accuratione, ſoliditate multipliciqve eruditione, ac obſervationum, qvas lectionibus ſuis, e libris præſtantioribus atqve rarioribus, in auditorium a famulo deportatis, immiſcebat, egregiarum copia, iſtam lingvæ tarditatem abunde compenſabat. Taceo Programmata, qvæ cum Orationibus junctim ſunt recuſa, non ob rerum minus pondera, qvam dictionis nitorem, commendanda, & ingentem illam Carminum varii generis, latinorum pariter atqve vernaculorum, multitudinem, qvæ, ſive inventionis acumen & crebras ſpectes argutias, ſive numerum facilem & ſtyli poetici venuſtatem, ad veterum præſtantiam proxime accedunt, modernis autem, & Germanorum, & exterorum, omnibus palmam vel dubiam reddunt, vel extorqvent. Qvibus laboribus academicis, uti Athenæum Cimbricum, cui famam ubiqve locorum paravit ingentem, ſummopere demeruit, imo Cimbriam noſtram univerſam, ab adoptivo hoc lumine inſigniter illuſtratam, æternum ſibi devinxit, ita ſcriptis tot exaſciatiſſimis atqve eruditiſſimis, in omni ferme literarum, ſublimiorum pariter atqve elegantiorum, genere, in lucem editis publicam (ut de affectis ſileam atqve ineditis, qvorum ſumma ubivis fuit expectatio), orbem literatum in ſui rapuit admirationem, & Polyhiſtoris temporum ſuorum maximi, qvem ſupra illi jam tribuimus, titulum, communi omnium pene eruditorum conſenſu, obtinuit. Theologiæ ſincerioris qvam ſolida inſtructus fuerit cognitione, licet ſuos in illa profectus vitæ ac morum pietate exprimere, qvam ſcriptis ambitioſe oſtentare, cum Gronovio maluerit, & ſacrum iſtud multorum aſſidue de myſteriis litigandi cacoethes, cujus vitio in matæologiam ea non raro degenerat, averſaretur, vel ſolæ oſtendunt profundæ de rebus divinis meditationes, in carminibus ac programmatis ſacris obviæ, non ſoli inhærentes theoriæ, ſed praxin etiam chriſtianam, uti par eſt, ubiqve ſerio inculcantes. Juris eum conſultiſſimum fuiſſe nemo inficiabitur, qvi illius potiſſimum ſtudio juvenem incubuiſſe, praxi ejusdem a parente fuiſſe deſtinatum, doctorisqve titulo mature ſatis reportato ſcholas, tam Roſtochii, qvam Kilonii, juridicas privatas ſubinde aperuiſſe, imo & de morborum ac ſilentii jure diatribas ediditſſe eruditas, integros autem, una cum Juris Romani ἱστορουμένοις, promiſiſſe, commentarios, cognoverit. Medicinæ peritiam haud contemnendam, præter ſchediaſma de morbis, eorumqve remediis, juridicum, modo laudatum, tot egregii

(19.) *p. 12. appendicis jam laudatæ.* (20.) *in Actis Erud., M. Jul. A. 1690., p. 291. 292. 293.* (21.) Epithalamia Er. Mauritii, Joſvæ Arndii, Aug. Varenii, Pet. Muſæi, Chr. Kortholti, Pauli Sperlingii, Sam. Rachelii, Magni Wedderkopfii, Ad. Tribbechovii, Mich. Kirſtenii, & aliorum, in nuptias ipſius, in Appendice *Voluminis Differtt. Acad. p. 04-107.*, leguntur. (22.) Recuſum iſtud eſt A. 169?. *in Append Differtt. Acad. p. 113-119.* (23.) Epicedia illa V. in eadem *Appendice p. 119-126.* (24.) V. Carmina genethliaco-epicedia Ad. Tribbechovii, Pauli Sperlingii & Davidis a Brügge, in *Appendice* ſæpius laudata, *p. 107-112.* (25.) Recuſum illud Programma eſt in ſylloge Programmatum, Orationibus adjecta, *num. 93., p. 961-965.*, & *in Append. Voluminis Differtt. Acad. p. 28-31.*

egregii qvibus philoſophiam naturalem, hujus matrem, illuſtravit, labores, editi atqve inediti, autori ſuo vindicant. Præ cæteris tamen ejus partibus Chymiam, præcipue arcaniorem illam χρυσοποιητικήν, deperiit, cujus ſicut junior, in epiſtola de metallorum transmutatione, egit hyperaſpiſten, ita, accreſcente ætate, longe adhuc majore flagravit ſtudio, operationibus etiam, ſi diutius vixiſſet, manum forſitan admoturus. Qvod ab eo factum non eſſe, Joh. Ludov. Hannemannus, collega (26.), dolet, cum *ſub tali fuerit natus conſtellatione, qvæ felicem iſtis exitum promittat, ea præterea pietate, candore & amore in pauperes, qvi beneficium hoc ipſi a Deo potuiſſent impetrare.* Sed iſtam Chymicorum ἀστρομαντείαν, & vanas pollicitationes, nos parum moramur, nec diſſimulamus nævum Morhofii, ex qvo ſtudiis Chymicis animum applicuit, in nimiam ac ſuperſtitioſam qvandam prolapſi credulitatem, narrationes his de rebus falſas atqve incertas pro veris, ſcriptaqve iſtius argumenti ſpuria, veteribus ſuppoſita, pro genuinis, perperam venditantem. Qva de re infra, ubi de *Epiſtola de transmutatione metallorum* dicendum erit, plura forte afferentur. Inter diſciplinas philoſophicas, Metaphyſicam & Logicam haud qvidem neglexit, ſed difficilibus tamen, qvibus Scholaſticorum culpa hodie ſcatent, nugis, facete in poematio *de ente rationis* ſatyrico a ſe exploſis, immorari ingenio ſuo merito putavit indignum. Naturalem contra philoſophiam ſumma excoluit atqve illuſtravit diligentia, Eclecticum ubiqve agens, nullius in magiſtri verba jurare addictum, ſed veteres recentioribus jungentem, & ex illorum ratiociniis, horumqve experimentis, ſedulo ex hiſtoria philoſophica novantiqva collectis, ac judicioſe inter ſe collatis, vero propiora ſolerter eligentem. Inſtitutum hoc perpetuo ei arriſiſſe, præter Stentorem ὑαλοκλάστην, ſive ingenioſum de vitro, certo vocis humanæ ſono diſrupto, commentarium (peritiæ etiam ipſius diſciplinarum mathematicarum, Muſicæ imprimis & Acuſticæ, teſtem omni majorem exceptione), qvæ de ſole igneo, metallorum transmutatione & ſenſuum paradoxis, publicavit, ſchediaſmata oſtendunt, & Hiſtoria integra naturalis bipartita luculentius confirmat. Nec minus de practica philoſophia bene eum eſſe meritum, licet nihil propemodum hujus argumenti a ſuperſtite, præter prima Theologiæ gentilis politicæ lineamenta, ſit editum, patebit, ſi, qvæ de heroibus, bono viro, fatoqve politico, una cum Polyhiſtore & Polypragmone civili, eſt pollicitus, aut in Tacitum jam olim commentatus, ultimam autoris ſui manum ſunt experta, & in lucem proferri poterunt. E lingvis, Hebræam eum Stettini jam familiarem ſibi reddidiſſe, ſupra eſt monitum. Græcæ (qva carmina etiam ſubinde haud infeliciter exaravit) cognitione paucis, Latinæ autem (cujus dictionis puræ atqve urbanæ genium qvam accurate habuerit perſpectum, vel ſolus de Patavinitate Liviana commentarius teſtabitur) peritia interiori nemini coævorum fuit ſecundus, ac primus ferme in Germanica veteri utriusqve veſtigavit origines, in Diatriba, cujus jacturam merito dolemus, de lingvarum Græcæ ac Latinæ novitate, ſi diutius vixiſſet, detegendas. Specimen operis iſtius, uti & Originum, qvas itidem expectari a ſe juſſit, Germanicarum, perqvam luculentum exhibet commentarius de lingva & Poeſi Germanorum germanicus, A. 1682. juris factus publici, e qvo etiam qvantum vernaculæ ſibi Teutonum lingvæ ornandæ atqve illuſtrandæ ſtudium impenderit, nec minus qvantam Belgicæ, Anglicæ (cujus notitia tyrones etiam Academicos Kilonii aliqvoties imbuit), Danicæ, Svedicæ, Gallicæ, Italicæ, Hiſpanicæ, & aliarum Europæarum vulgarium, ſibi peritiam comparaverit, perſpicies. Qvantus rhetor fuerit, opuſcula de arguta & copioſa dictione, ſcribendisqve epiſtolis, poſthuma, etſi limam nondum & manum experta ultimam, una cum aliis hujus generis etiamnum ἀνεκδότοις. Qvantus autem orator & poeta, Orationum & Programmatum academicorum, nec non carminum latinorum atqve germanicorum, integra, qvæ in luce publica verſantur, & applauſum eruditorum omnium unanimem meruerunt, ſyntagmata, ſatis ſuperqve evincunt. In hiſtoria tandem, qvam publice Kilonii docuit, & re antiqvaria, verſatiſſimum fuiſſe, ſchediaſmata qvæ de Theologia politica, novo anno ejusqve ritibus, principe Medico, & argumentis hujusmodi aliis, evulgavit, paucula qvidem, ſed eximia, lectoribus ſuis facile perſvadebunt, &, ut Hiſtoriæ Cimbricæ, Myſterii ſeptentrionis, cœterorumqve affectorum, jacturam eo vehementius doleant, incitabunt. Nullo tamen noſter ingenii monumento doctrinam ſuam multiplicem, inſignemqve ſimul judicii accurationem, orbi literato magis approbavit, locumqve inter polyhiſtoras ævi noſtri principes ſibi deberi luculentius oſtendit, qvam poſtremo omnium, *Polyhiſtore* ſcilicet, in qvem ſuas de omni literarum genere obſervationes, ac judicia de ſcriptoribus ſcientiarum & artium ſingularum ἐξοχωτέροις, e lectionibus academicis 30. ferme annorum univerſis, cœterisqve laboribus, qvos abſolvi a ſe non poſſe prævidebat, affectis, velut in Pandectas qvasdam panſophicas, conſtipare eſt aggreſſus, triplici, *literario, philoſophico & practico.* Qvod opus, etſi partis tantum primæ, ſive Polyhiſtoris literarii, Libri III. priores ſoli manum autoris ſui ultimam, mortis immaturæ cæteris ſubtractam violentia, ſubitaneo labore ſint experti, adeo tamen eruditis ferme omnibus, ceu Phidiæ qvoddam ſignum, placuit, ut reliqvorum, e ſchedis defuncti & acroaſibus academicis, tumultuariis licet, & minus perfectis atqve accuratis, editionem flagitare, per aliqvot luſtra, non ceſſaverint, votorum, mea qvalicunqve opera, A. 1707. tandem facti compotes. Miretur forſan aliqvis, qvomodo tot laboribus literariis exantlandis, tot libris atqve operibus egregiis, non niſi infinita congeſtis lectione, elucubrandis, homo unus, nec longævus, nec firmæ valetudinis, ſuffecerit. Mirarer & ipſe, niſi ſtupenda & incomparabilis Morhofii diligentia ex familiari cum illo mihi innotuiſſet converſatione. *Totus* ille, qvod & biographiæ ejus, ab ipſo coeptæ, continuatorem annotaſſe video, *in literis erat & libris, continuæqve lectioni ſic deditus, ut ne cibum qvidem caperet, vel iter faceret, qvin librum ſimul legeret, vel evolutum penes ſe haberet.* Bibliotheca gaudebat locuplete, & libellis præcipue ac ſchediasmatis minutioribus notæ melioris inſtructiſſima. His enim, qvod cito divendi ſolerent, & ſæpe nullo poſtea, ob raritatem, pretio poſſent parari, coemendis magis (nec ſane immerito) ſtudebat, qvam libris grandioribus, vaſtisqve voluminibus, qvorum uſum vel bibliothecæ publicæ, vel bibliopolarum tabernæ, nunqvam non viro erudito concedent. Bibliothecæ hujus (cui, ſelectum librorum qvod attinet, paucas pares fuiſſe, Wilh. Ern. Tenzelius, aliorum fidem, rumoremqve publicum, ſecutus, vere perhibet (27.)) Catalogus, poſt obitum poſſeſſoris concinnatus, in eam excrevit molem, ut plagularum numerus centenarium excederet. Ipſe ſuperſtes autorum, qvorum aliqva poſſidebat, indicem, cognominum ſerie obſervata, congeſſerat alphabeticum, materiarum autem, ſive argumentorum, circa qvæ libri ſinguli occupabantur, nullum, præter memoriam, habebat. Hujus tenacitati confiſus, ſtudio excerpendi, magno utiqve temporis compendio, parcius vacavit. ſed, iſtam ob cauſam, uti ipſemet agnoſcit, ἁμαρτήματα ſubinde μνημονικὰ evitare haud potuit, in ſcriptis, & prælectionibus imprimis academicis ἀνεκδότοις, paſſim obvia. Verba ipſius hac de re adjicio (28.): *Ego certe excerptis congerendis non multum operæ me impendiſſe fateor, etſi aliorum diligentiam laudo, meæqve in his negligentiæ ſuccenſeo, magno tamen in lucro reputaturus, ſi aliorum mihi opera uti conceſſum fuerit. Nunc ego, memoria promiconda contentus, ſcribo multa, qvæ fallat qvidem nonnunqvam, & res ſuas repetenti raro reſpondeat, plerumqve tamen, cum argumenti occaſio ſollicitat, ultro offerat, & qvaſi ex capſula depromat.* In carmine etiam condendo, primas meditationes ac inventiones, ſponte ſibi, in enthuſiaſmum abrepto poeticum, a ſolo naturæ impetu ſuggeſtas, longe plerumqve præſtantiores eſſe

eſt

(26.) *in Ovo Hermetico-Paracelſico, ſive Tr. de Auro, p. 283.* (27.) *in Dialogis menſtruis german., M. Jan. A. 1692. p. 63.* (28.) *e Lib. III. Polyhiſt. literarii, c. 1., p. 5.*

eſt expertus iis, qvas, artis poeticæ præcepta ſecutus, e locis fontibusqve inventionum, huic uſitatis, ſtudio laborioſo conqviſivit, ac proinde Φροντίδας illas προτέρας, τῶν δευτέρων, ſecus ac in Græcorum traditur proverbio, σοφωτέρας, in chartam confeſtim, ne ſibi perirent, anteqvam de diſpoſitione & ornamentis ulterioribus cogitaret, conjicere ſolitus (29.). Mores ejus qvod attinet, ideam illi Viri vere boni exprimebant, & ſymbolo, qvod ſibi elegerat, familiari (PIETATE, CANDORE, PRUDENTIA) exacte reſpondebant. Animo enim in Deum erat religioſo, &, hypocriſin omnem deteſtans, pietati vitæqve probitati infucatæ ſerio ſtudebat. Candor, res licet hoc ævo pene intermortua, in omnibus ipſius ſermonibus pariter atqve actionibus illuſtres adeo ſpargebat radios, ut ætatis priſcæ ſive aureæ, non noſtrorum temporum, ferreis pejorum,

- - - - qvorum ſceleri vix invenit ipſa
Nomen, & a nullo poſuit natura metallo,

hominem eſſe crederes. In ipſo certe, ſi in qvoqvam alio, Perſiani illi viri boni characteres apparebant,

Compoſitum jus faſqve animi, ſanctiqve receſſus
Mentis, & incoctum generoſo pectus honeſto.

In converſatione cum aliis familiari modeſtus erat, comis, & ad officia humanitatis paratiſſimus. Sermone qvidem, præſertim ſi ab ignotis ſalutaretur, paulo parcius utebatur, homo qvippe natura nec πολύλογος, nec περιαυτόλογος, ſed, abſqve ulla tamen moroſitate, ad qvæſtiones ſingulorum, qvæ prudentiam & eruditionem prodebant ſolidam atqve conſummatam, benigne regerebat. Cum amicis vero etiam jocari, & ſalibus argutiisqve lepidis, qvæ & ſcribenti, & ſermones cædenti, nunqvam non in promptu erant, certare, qvotiescunqve res poſceret, aſſveverat. Tantæ ingenii dotes, tot virtutum decora, uti omnibus reipublicæ literariæ civibus merito eum reddiderunt venerabilem, ita optimates ejusdem, paris gloriæ vel jam compotes, vel cupidos, ad amorem ejus non potuerunt non provocare. Natæ hinc ipſi tot cum viris & Germaniæ, & regionum Europæ exterarum, ſummis, & ob doctrinam omnigenam inclytis, amicitiæ, & cum pleriſqve literarum etiam commercia. Batavos atqve Anglos ſupra, in ſecundi itineris literarii hiſtoria, jam recenſui, ſed Gisbertum tamen Cuperum & Jac. Tollium illis, Thomam autem Williſium & Edv. Bernhardum, his jungendos, præterii. Ex Italis, ſuis Noſter amicis annumeravit Ant. Magliabechium & Joh. Ciampinum; e Gallis Pet. Dan. Huetium, Æg. Menagium & Pet. Petitum; e Danis Thomam Bartholinum, Vitum Beringium, Ol. Borrichium, Wilh. Wormium, Pet. Reſenium & Hildebrandum ab Horn, regium ex auditore olim ſuo ad Moſchos Legatum; e Svecis Joh. Schefferum, Ol. Verelium, Ol. Rudbeckium & Laur. Normannum; e Livonis Nicol. & Henningum Wittenios; e Boruſſis Joh. Rölingium & Joh. Pet. Titium. E Germanis, qvorum longe major eſt numerus, non niſi paucos, & τῶν ἄλλων ἐξόχως, Vitum Ludov. Seckendorfium ſcilicet, Ezech. Spanhemium, Jobum Ludolfum, Gotfr. Gvilh. Leibnitium, Frid. Rappoltum, Joh. Andr. Boſium, Frid. Bened. Carpzovium, Henr. Meibomium juniorem, Ott. Menckenium, Joach. Fellerum, Caſp. Vogtium, Wismariæ, patriæ utriqve communis, Conſulem, & Henriettam Catharinam Gersdorfiam, heroinam illuſtrem atqve eruditiſſimam, brevitatis ſtudio allegabo. Cherſoneſus hæc noſtra, uti patronos ei dedit Principes ſuos aliqvot ſereniſſimos, horumqve magnates aulicos, Kielmannum parentem, ejusqve tres filios, Joach. ab Alefeld, Mart. Böckelium, Chriſt. Caſſium, aliosqve ex ordine eqveſtri proceres haud paucos, ita amicos etiam conciliavit, Slesvigæ Marqv. Gudium, cœterorum omnium facile principem, Joelem Langellottum, Ad. Olearium, Joach. Rachelium, Pet. Axenium, Hamburgi Mich. Kirſtenium, Mart. Fogelium, Vinc. Placcium, Joh. Frid. Mayerum, Lubecæ Henr. Bangertum, Abrah. Hinckelmannum, Ach. Dan. Leopoldum, Tonningæ Jac. Holſtium, alibi alios, qvos fuſe enumerare mihi jam non licet. E collegis tandem Kilonienſibus, Pet. Muſæum, Chriſt. Kortholtum, Paulum Sperlingium, Matth. Wasmuhtum & Chriſtoph. Franckium, Theologos, Er. Mauritium, Sam. Rachelium & Sam. Reyherum, JCtos, Caſp. Marchium, Joh. Dan. Majorem & Joh. Nicol. Pechlinum, Medicos, Ad. Tribbechovium & Georg. Ern. Heldbergium, Philoſophos, præ cœteris æſtimabat, ac Kortholti imprimis, Franckii, Mauritii, Marchii hoſpitis, Pechlini (ſui per annos complures convictoris & domeſtici), Tribbechovii, atqve Heldbergii affinis, familiari freqventioriqve delectabatur conſvetudine. Tot amicorum, imo Cimbriæ totius, atqve orbis literati, votis ſi fata annuiſſent, diuturniore haud dubie lucis uſura Noſter eſſet gaviſus. Sed eadem, qvæ tantam illi gloriam literariam, tantumqve in orbe erudito nomen, conciliaverat, nimia pene in ſtudiis aſſiduitas corpusculi ejus vires paulatim proſtravit, & καχεξίᾳ iſtud lethali afflictum tandem exanime reddidit. Haud parum iſtam auxit invaletudinem luctus, qvo obitum conjugis, M. Jun. A. 1687. ſibi ereptæ, proſeqvebatur, immodicus. Ab eo enim tempore, cum langvore conflictatus eſt pene aſſiduo, qvi in morbum A. 1690. degeneravit periculoſum, & lecto aliqvamdiu ipſum affixit. Hoc ægre ſuperato; Medici cujusdam intempeſtivo ac præcipiti obſecutus conſilio, ad acidulas, qvarum ope vires ſe priſtinas ſperabat recuperaturum, Pyrmontanas iter A. 1691. ſuſcepit inauſpicatum, amicorum, & hos inter Joh. Dan. Majoris, Medici celeberrimi, cum indignatione ac lacrymis iſtud diſſvadentis, preces contrarias haud moratus. Verum, uti æger illas adibat, ita tantum non exanimis relinqvebat, &, cum, in reditu, Hamburgi fores Andreæ Leſeri ſui, mercatoris literati, pulſaret, his illum vocibus compellabat extremis: *Unde alii vitam, ego mortem hauſi: ibo igitur Lubecam ad ſocrum ocyus, ut domi ejus moriar. Valete o mei! nunqvam enim huc redire dabitur.* Lubecam delatus, paucis poſt diebus, d. 30. Jul. A. C. 1691., æt. 53., cachexia totius corporis inſanabili deceſſit, & d. 5. Aug. monumento ſocrus ſuæ, Margaretæ Degingiæ, ſepulchrali, in æde Catharinæa, ante chorum, exſtructo, funere ampliſſimo eſt illatus. Kilonii, in Profeſſione gemina hiſtorico-oratoria Joh. Burch. Majus, Pfortzenſis, eodem in Gymnaſio Marchionatus Badenſis Durlaceno antea functus munere, in poetica autem Henr. Muhlius, Bremenſis, auditor ipſius, Theologiam etiam ſimul, lingvasqve Græcam & Orientales docere juſſus, ſucceſſor ei obtigit.

Vitæ ejus hiſtoria, ab ipſomet, continua narratione, ab anno natali 1639. ad A. 1671. perducta, ſed editioni, uti credo, haud deſtinata, ſtudioqve hanc ob cauſam concinnata minus accurato, cum continuatione (*) amici ἀνωνύμου (qvem Mich. Schumannum, Luſatum, J. U. C., ſtudioſum veteranum, & Morhofii per annos complures domeſticum, eſſe a bibliopolis ſum edoctus), ad A. usqve emortualem 1691. pertexta (non contemnenda qvidem, ſed in qva tamen ordinem narrationum, delectum mage judicioſum interdum deſideres), in *Appendice Diſſertationum* Noſtri *Academicarum & Epiſtolicarum,* volumine unico Hamburgi A. 1699. in 4to junctim recuſarum, *p. 1-48.*, prodiit. Huic magnam Elogii hujus noſtri biographici partem deberi fatemur, nec tamen diſſimulamus, haud pauciora illi e propriis acceſſiſſe analectis atqve obſervationibus.

Addantur huic cœteri biographi & encomiaſtæ ejus poſthumi:

1. HENR. MUHLIUS, Bremenſis, ipſius in profeſſione poetica, uti paulo ante dictum, ſucceſſor, nunc autem Theol. Doctor, & Superintendens generalis Holſato-Gottorpienſis, qvi, in *Poemate elegiaco, piis manibus D. G. Morhofii ſacro,* Lipſiæ A. 1691. in fol. ſeorſim edito, & ſub initium *Libri III. Polyhiſtoris literarii* Morhofii Lubecæ A. 1692.,

 nec

(29.) V. *Partem III. Commentarii de lingva & poeſi Germanica, c. 15., p. 725. 726. 727.* (*) Joh. Burch. Majo hanc continuationem perperam tribuit Adolphus Clarmundus P. V. der Lebensbeſchreibung gelahrter Leute *p.* 217.

nec non, in Appendice *Diſſertationum* ejusdem *academicarum ac epiſtolicarum* (*p. 138-143.*), Hamburgi A. 1699. *in 4to* recuſo, laudes qvidem præceptoris potius, qvam vitam, ſermone ligato enarrat, ſed, in epiſtola ad Wilh. Ern. Tenzelium, d. 30. Mart. A. 1692. exarata (cujus verba in Tenzelii *Dial. menſtr. german.*, *M. Jul. A. 1692. p. 603. 604.*, recitantur), peculiarem vitæ laborumqve Morhofianorum hiſtoriam, ordine a ſe pertexendam, eſt pollicitus.

2. MATTHIAS HENRICUS BURCHARDUS, Sleſvicenſis, Theol. Studioſus, cujus *Laurus Cimbrica areſcens, ad baſta Morhofii, ſolenni panegyri, in ipſis vertumnalibus Kilonienſibus, XIV. Kal. Febr. A. 1692., ſparſa,* ſive Oratio parentalis illi habita, non inelegans, Lubecæ A. 1695., & ſeorſim in 4to prodiit, & *Polyhiſtoris literarii Librorum III. priorum* editioni ſecundæ eſt præfixa.

3. WILH. ERN. TENZELIUS *in Dialogis menſtruis germanicis, M. Sept. A. 1691., p. 801-808.* (Sua is Henr. Muhlii poemati, & literis ad ſe, debet, privatis.)

4. LIPSIENSES (Morhofii ipſius de vita ſua narrationem, a Mich. Schumanno continuatam, ſecuti) *in Actis Eruditorum, M. Jul. A. 1699., p. 291. 292. 293.*

5. CASP. THURMANNUS, Roſtochienſis, JCtus, cujus collectio ſcriptorum Morhofianorum, judiciorumqve de illis pariter atqve autore honorificorum, a viris eruditis latorum, ex *Actis Erud.* Lipſienſibus, *Dialogis* Tenzelianis, paucisqve autoribus aliis, congeſta, nec locuples ſatis, nec accurata, appendici voluminis *Diſſertationum* Morhofii *academicarum atqve epiſtolicarum*, Hamburgi A. 1699. in 4to impreſſi, *p. 49-60.*, eſt inſerta. Longe plura nos iſtis, a nobis itidem maximam partem obſervatis, infra adjiciemus.

6. ADOLPHUS CLARMUNDUS, cujus hiſtoria vernacula vitæ & ſcriptorum Morhofii, ex aliis, prolixe qvidem ſatis, ſed absqve judicio, & non ſine crebris erroribus, congeſta, legitur *Parte* V. der Lebens-Beſchreibung Hauptgelahrter Männer (Witeb. A. 1706. *in 8.* edita), *p. 195-252.*

7. PROLEGOMENA mea *Polyhiſtoris* Morhofiani *Tomo I.*, in editione operis integri Lubecenſi, A. 1707. publicata, præfixa, autoris vitæ ac ſcriptorum, editorum, ineditorum atqve affectorum, hiſtoriam exhibentia, ac plurimis virorum eruditorum judiciis, qvibus & autorem, & ſingulas ejus lucubrationes, publice commendarunt, honorificis illuſtrantia.

8. PARISIENSES (mea ſecuti Prolegomena), in Diar. Erud. Gallico A. 1700., *M. Jun., Ephem. 24., p. 484-488.*

9. AUTOR (qvi meis Prolegomenis, modo laudatis, ſua debet) des ausführlichen Berichts von allerhand neuen Büchern, *Sect. I. A. 1708., p. 6-13.*

10. COLLECTORES (qvi ex iisdem Prolegomenis narrationes ſuas depromſerunt) *Novorum Literariorum Germanicorum Hamburgenſium, M. Mart. A. 1708., p. 106-110.*

11. JOH. FRANC. BUDDÆUS *T. III. Lex. Hiſtor. p. 561. 562.*

12. M. REINH. HENR. ROLLIUS, qvi meam de vita, meritis & ſcriptis Morhofii commentationem, e *Prolegomenis* Tomi I. Polyhiſt. decerptam, ſed, multis omiſſis, mutilam, *Decade II. memoriæ Philoſ. renovatæ*, Roſtochii A. 1710. *in 8.* edita, *p. 283-362.*, curavit recudi.

Carmina encomiaſtico-gratulatoria:

1. in Disp. noſtri juridicam de morbis, J. Georg. Dorſchei, Henr. Rahnii & Andr. Tſcherningii.
2. in Poema heroicum, natali Guſtavi Adolphi, Ducis Megapolitani, d. 26. Febr. A. 1660. conſecratum, Aug. Varenii & Joſvæ Arndii (cum Programmate ad illud audiendum invitatorio Laur. Bodockii).
3. in Profeſſionem poeticam, Magiſtriqve titulum, qvibus eodem A. 1660. eſt potitus, Aug. Varenii, Laur. Bodockii, Joſvæ Arndii, Henr. Schævii, Alb. Willebrandi, Henr. Rahnii, Joh. Bernh. Zinzerlingi & Caſp. Vogtii (cujus epiſtola etiam gratulatoria d. 22. Jul. A. 1660. ſcripta accedit.)
4. in Diſp. inaug. de jure ſilentii, & promotionem doctoralem Franeqveranam, Anni 1661. Laur. Banckii, Aug. Varenii, Henr. Mülleri, Henr. Rahnii, D. Chriſt. Kleinii, Theod. Suteri (Conſulis Roſtoch.), Mich. Kirſtenii & Caſp. Vogtii.
5. in Poematum latinorum primam editionem, Thomæ Bartholini, Frid. Rappolti, Er. Mauritii & Ad. Tribbechovii.
6. in iter ejus A. 1668. Lubecenſe, Davidis a Brügge.
7. in primum Acad. Kilonienſis Rectoratum, A. 1669. ei collatum, Pauli Sperlingii & Ad. Tribbechovii.
8. in Nuptias ejus, A. 1671. celebratas, Er. Mauritii, Joſvæ Arndii, Aug. Varenii, Pet. Muſæi, Chr. Kortholti, P. Sperlingii, Sam. Rachelii, Magni Wedderkopfii, Ad. Tribbechovii, Mich. Kirſtenii, M. Ad. Laur. Nicolai, Dav. a Brügge, Juſti Tribbechovii.
9. in nativitatem filii primogeniti, Ad. Tribbechovii, P. Sperlingii & Dav. a Brügge.
10. in iter ejus A. 1690. Lubecenſe, Mich. Freudii.
11. in Or. ejus de auro Joach. Felleri;

Epicedio-encomiaſtica item:

1. in obitum ipſius A. 1671. falſo creditum, Joh. Georgii Pelliceri.
2. in obitum uxoris, A. 1687. mortuæ, Bernh. Schultzii, Chr. Kortholti, Nicol. Martini, Henr. Opitii, Georg. Ern. Heldbergii, J. Ludov. Hannemanni, J. G. Waſmuhti, Dav. a Brügge, & Mariti.
3. in obitum ipſius, A. 1691. extincti, Aug. Pfeifferi, Enochi Svantenii, Chriſtoph. Frid. Kienii, & Caſp. Dan. Morhofii, Lubecenſia, Kilonienſia autem Sim. Henr. Muſæi, Chriſt. Kortholti, Henr. Opitii, Nicol. Martini, Wilh. Huld. Waldſchmidii, J. Lud. Hannemanni, Franc. Diet. Colenii & Henr. Muhlii;

Omnia, junctim recuſa, leguntur in Appendice ſæpius jam laudata *voluminis Diſſertt. Academicarum*, A. 1699. editi, *p. 61-143.*

Alia qvædam carmina in laudem ejus, a Georg. Caſp. Kirchmaiero, alisqve amicis, ſcripta, in appendice adoptiva, *operibus* ipſius *poeticis latinis*, Lubecæ A. 1697. in 8vo excuſis, ſubjuncta, *p. 931. & ſqq.*, occurrunt.

Epiſtolæ ad eum:

Una JOH. GEORGII GRÆVII, Hamburgi d. 22. Jul. A. 1678. ſcripta, & in *appendice Voluminis Diſſertationum* Noſtri *Academicarum*, *p. 43. 44.*, edita.

Duæ HENR. OLDENBURGII, Londini d. 20. Sept. A. 1672. & d. 6. Febr. A. 1673. exaratæ, in *Epiſtolarum* Marqv. Gudii, Ultrajecti A. 1697. in 4to editarum, *Appendice adoptiva, num. 39. & 40.*, *p. 73. 74.*, obviæ.

Una GEORG. CASP. KIRCHMAYERI, d. 20. Aug. A. 1679. exarata, in *Comm.* illius *de phosphoris*, *p. 69.*, & inter Epiſtolas ejusd. ac clariſſ. virorum mutuas, Witeb. A. 1703. *editas*, *P. II. in 8.*, §. *112. 113. 114.*

Aliæ

Aliæ complures, etiamnum *ἀνέκδοτοι*, J. Frid. Gronovii, Joh. Scheffeři, J. G. Grævii, Nic. Heinſii, Henr. Oldenburgii, Nic. Wittenii a Lilienau, Frid. Rappolti, J. Andr. Boſii, Ott. Menckenii, aliorumqve eruditorum, qvarum editionem a filiis Noſtri expectari jubet Mich. Schumannus, *in Continuatione vitæ ejus p. 42.*

Conferri de ipſo poſſunt, præter Autores jam allegatos, ACTA ERUDITORUM LIPSIENSIA, *M. Sept. A. 1682. p. 271 - 277., M. Maj. A. 1683. p. 194 - 197., M. Oct. A. 1688., p. 564-568., M. Sept. A. 1691. p. 448., M. Apr. A. 1693. p. 164. 165., M. Sept. A. ejusd. p. 399 - 402., M. Jun. A. 1697. p. 261 - 264., M. Jul. A. 1698., p. 329. 330. 331., M. Jul. A. 1699. p. 289 - 293., M. Aug. A. 1701. p. 371 - 377.*, CHRIST. THOMASIUS in den ſchertz- und ernſthafften Gedancken über allerhand Bücher, *M Aug. A. 1688., p. 275-289., & toto fere M. Novembri, p. 583. & ſeqq.*, PET BÆLIUS *en les Nouvelles de la republiqves des lettres, M. Majo A. 1688., p. 575. 576.*, JOH. CLERICUS *T. XIII. Biblioth. univerſ. hiſtor., M. Apr. A. 1689., p. 1-39.*, HENR. BASNAGIUS *en l' hiſtoire des ouvrages des ſçavans, M. Jun. A. 1688., p. 158-178.*, WILH. ERN. TENZELIUS *in Dialogis menſtruis germanicis, toto M. Januario A. 1689., M. Febr. A. 1689. p. 197. 198., & M. Mart. p. 254-303., M. Dec. A. 1690. p. 1139., M. Apr. A. 1691. p. 307-326., M. Sept. A. 1691., p. 801-808., M. Jan. A. 1692. p. 63., M. Mart. A. 1692. p. 207, M. Jul. A. 1692. p. 602. 603. 604., M. Aug. A. 1693., p. 680-683., M. Jun. A. 1697., p. 530 536., & alibi*, PET. RABUS in de Boeckzaal van *Europa, M. Sept. & Oct. A. 1699., p. 252-259.*, AUTOR des Monathlichen Auszuges aus allerhand Büchern, *M. Majo A. 1701. p. 51-60.*, AUTORES *Novorum literariorum Lubecenſium: M. Mart. A. 1698. p. 47., M. Jun. A. 1699. p. 184., M. Majo A. 1700. p. 160., M. Apr. A. 1701., p. 126. 127.*, THOM. BARTHOLINUS *L. 2. Carminum, num. 24., p. 46. 47.*, HENN. WITTENIUS in inſcriptione *decadi III. Memor. Philoſ. renov.*, ipſi A. 1677. dedicatæ, præfixa, HENR. MUHLIUS *in præfat. Operum ipſius poeticorum*, GEORG. MATTH. KÖNIGIUS *in Biblioth. vet. & nova lit. M.*, GEORG. CASP. KIRCHMAIERUS *in Comm. de phoſphoris p. 31. 67. 68. 69.*, AUTOR de *la ſvite de l' Europe vivante (ed. Genev. 1671. in 4to) p. 498.*, OL. BORRICHIUS *Diſſ. IV. de Poetis latinis, §. 162., p. 133.*, GEORG. NICOL. ERASMI *L. 3. Triſt., Epigr. 60.*, GEORG. ABR. MERCLINUS *in Lindenio de ſcriptoribus Medicis renovato p. 231. 232.*, IOH. ALB. FABRICIUS *in Decade ſcriptorum recentiorum, ἀνωνύμως* A. 1688. edita, *num. I.*, SINCERUS VERIDICUS *in Epiſtola ad Candidum Philalethen, ſuper Decade illa*, Lubecæ A. 1689. *in 4to* excuſa, *p. 5.*, TRAJANUS BOCCALINUS, *ὁ ψευδώνυμος, in Judicio ex Parnaſſo de triga ſcriptorum recentiorum* (Matth. Waſmuhto, Chriſt. Thomaſio & Morhofio), Coſmopoli A. 1689. publicato; ADR. BAILLETUS *en Jugements des ſçavans, T. IV., P. I., p. 117. 118.*, THEOD. JANSONIUS *in Bibliothecæ promiſſæ & latentis Ep. dedic., ac p. 37.*, CORN. a BEUGHEM *in Apparatus ad hiſt. noviſſ. lit. Conſpectu I. p. 284., Conſp. II. p. 215. 216., Conſp. III. p. 133. 314.. & Conſp. IV. p. 199. 200.* JOH. KLEFEKERUS *in Biblioth. Erud. Præcoc. p. 249. 250. 251.*, JOH. HENR. a SEELEN *P. III. Athen. Lubec. p. 517. 518. 519.*, CASP. THURMANNUS *in Biblioth. academica p. 61. 71. 72.*, ISAGOGE noſtra *ad Hiſt. Cimbr., P. I., c. 7., §. 15., p. 135., c. 13., §. 5., p. 202. 203., c. 15., §. 20., p. 280., P. II., c. 2., §. 8., p. 29., c. 8., §. 1., p. 201., §. 2., p. 207., & P. IV., c. 1., §. 4., p. 369. 370.*

ELOGIA.

α. ITALORUM.

ATHANASIO KIRCHERO (*in Phonurgia*) audit *Vir eruditus.*

DANIELI BARTOLO, Jeſuitæ (*in Lib. de ſono & tremoribus harmonicis*, Italice Bononiæ A. 1681. edito, *Tr. III., c. 8.*), *Autor doctus.* (Verba, & ipſius, & Kircheri, integra, infra, in recenſu *Epiſtolæ de ſcypho vitreo, ſono vocis humanæ fracto*, recitabuntur.)

EPHEMERIDUM LITERARIARUM PARMENSIUM Anni 1692. autores, *p. 67.* (in excerptis Epiſtolæ Godfr. Gvilh. Leibnitii ad Ant. Magliabecchium), hæc de Noſtro, ejusqve Polyhiſtore, habent, a D. Ach. Dan. Leopoldo mihi communicata: *Havendo il Sig. Magliabechi, con ſue lettere al ſolito dotiſſime, relevato alcuni ſbagli preſi dal Morhofio nel ſuo Poliſtore, il Sig. Leibnitio gli accorda proceduti dell' imperfetta notitia delle coſe, e delle lingve ad' eſſo eſtranee, qvantumqve foſſe il Morhofio huomo di gran lettione, di vaſta eruditione, Poeta egregio e Filoſofo buono, e ſia deſiderabili il vedere aſcita la continuatione dell' opera ſudetta, un Tomo di cui manoſcritto ſi dice in iſtato da uſcir poſthumo alla luce.*

β. GALLORUM & ANGLORUM.

ÆG. MENAGIO (*Tomo II. Anti-Bailleti p. 71.*) audit *le premier poete de l' Allemagne.*

HENR. BASNAGIUS (*en l' hiſtoire des ouvrages des ſçavans, M. Jun. A. 1688., p. 158.*) ſcripta illius vocat *ouvrages remplis d' une literature, ſi agreable, & ſi curieuſe.*

AUTOR *de la ſvite de l' Europe vivante* (ed. Genev. A. 1671.) *p. 498.*, in Profeſſorum Acad. Kilon. ἐξοχωτέρων recenſu, ita de illo: *G. D. Morhof, Profeſſeur en Philoſophie, outre ſa profonde erudition, eſt admirable dans la poeſie, & pour le beau tour du ſtile, & pour la netteté de l' expreſſion.*

ANONYMUS, qvi *Naudæanis*, Amſtelod. A. 1702. recuſis, ſua ſubjuxit additamenta, in his *p. 235. 236.* Morhofio tribuit *un bon jugement, & une profonde erudition.*

Autor Anglus Anonymus de la Relation d' un voyage fait en Danemarc, *T. I.* (ed. Roterod. A. 1707.), *Ep. V., p. 580.*, ita: *Entre les tres ſavans Profeſſeurs de Kiel le ſavant Morovius doit tenir un des premiers rangs.*

γ. BATAVORUM.

THOMÆ CRENIO, *P. I. Animadvers. philol. & hiſtor., c. 1., p. 9.*, audit *vir eruditiſſimus, & harum rerum* (hiſtoriæ ſc. literariæ) *apprime prudens*; item *P. II., c. 1., p. 18., Polyhiſtor celeberrimus.*

PETRO RABO (im Boekzaal van Europa, *M. Sept. & Oct. A. 1699., p. 252.*) Een Hoofdmann van 't gilde der Boekwijzen.

JANUS BROUKHUSIUS, in Elegia, qva Seb. Kortholto A. 1701. de profeſſione gratulatus eſt poetica, Morhofium, ejus prædeceſſorem, ſeqventi celebrat diſticho:

Scilicet his ingens qvondam Morhofius orſis
Ingenii coepit promere ditis opes.

δ. DANORUM.

OL. BORRICHIUS (*Diſſ. IV. de poetis latinis, §. 162., p. 133.*) hoc de poematis ejus tulit judicium: *D. G. Morhofii Poemata ipſæ Gratiæ finxiſſe videntur, ita in omni carminum genere, in omni argumento, lecta ei dictio eſt, ſubtile judicium, inaffectata jucunditas, clauſulæ argutiſſimæ. Qvam foecundam & verſatilem venam declaravit in Pontici & Accæ nuptiis? Sed &, ſi Avtoſchediasmata conſulantur, ſi Miſcellanea poetica, Veneres, Funera, Epigrammata, ubiqve cura, nitor, lepos & beata ubertas occurrunt.*

JOH. OLAVIUS, Parochus Randruſienſis, in Elegia de poetis ſingularum gentium vernaculis potioribus, Pet. Syvii *Grammaticæ Danicæ* A. 1685. præfixa, iſtis eum hoc verſu accenſet:

Morhofii purgat Muſa beata Sliam.

OTT. SPERLINGIO Juniori (*in Tr. de foeminis doctis MSto, num. 195.*) audit *princeps fere ſeculi noſtri poeta*,

FRID. ROSTGAARDO (*in præfat. Delic. Poet. Danorum*) *Celeberrimus Academiæ Kilonienſis Polyhiſtor.*

ε. SVECORUM.

LAUR. NORMANNUS, in Epiſtola ad D. Sam. Reyherum de Morhofii obitu falſo credito, Upſaliæ M. Apr. A. 1683. ſcripta (cujus fragmentum continuator vitæ Morhofii huic, *in Append. Diſſertt. Acad. p. 44. 45.*, inſeruit), virum eum ſalutat, *cujus fama celebritasqve, pulcherrimis elegantiſſimi ingenii monumentis, maxime poeticis, dudum parta, qvo in poſterum aſſurgeret, vix habebat, & qvi ſolida certaqve nominis immortalitate vivus valensqve fruebatur.* In Carmine autem in *Hebraiſmum* Matth. Waſmuhti *reſtitutum* encomiaſtico, Holmiæ A. 1673. edito, *Muſam* ejus *phoebeæ* judicat *eſſe proximam.*

JOH. BILBERGIO (*in Aphoriſmis miſcellaneis, Upſaliæ A. 1688. editis, p. 4., teſte Thurmanno in Elog. Morhof. p. 52.*) *Vir* audit *celeberrimus, & ſeculi verum ornamentum.*

ζ. LIVONORUM ET BORUSSORUM.

HENN. WITTENIO, *in præfat. Decadum Memoriæ Philos. Renov.*, audit *Vir in Holſatia* ἀκριβέςαῖος *& percelebris*; it., *in dedic. Decadis III.*, ipſi inſcriptæ, *JCtus exactiſſimus, vir virtute, prudentia, pietate, myſteriorum naturæ maximorum penitiori ſcientia, perqvam inclytus, ſeculi ornamentum, poetarum princeps, ſuaviſſimum omnis eruditionis delicium, amoeniorum literarum aſſertor ac vindex ſtrenuus*; nec non, *in præfat. Tomi I. Diar. Biograph.*, *Polyhiſtor ingenioſiſſimus.*

MART. KEMPIO (*in Tr. de oſculis p. 913.*) *Elegantiſſimus orator & poeta Kilonienſium.*

SAM. SCHELGVIGIO (*in Progr. funebri, Joh. Pet. Titii exeqviis A. 1689. conſecrato*) *Vir ſummus, & jampridem orbis eruditi admirationem meritus.*

CHRISTOPH. BEHRIO, Gymnaſii Gedanenſis Rhetori (*in Programmate profeſſionis ſuæ auſpicali, A. 1688. publicato*), *Vir incomparabilis.*

η. GERMANORUM.

In ACTIS ERUDITORUM LIPSIENSIBUS, ſæpiſſime honorificam ejus facientibus mentionem, hæc de illo paſſim leguntur judicia:

A. 1682., *M. Sept.*, *p. 271.*: *Doctiſſimus Morhofius, Germanicorum, Latinorum Græcorumqve carminum, venuſtate nulli poetarum ſecundus.*

A. 1683., *M. Majo, p. 194.*: *Inter ævi hujus panepiſtemonas referendus vel maxime venit D. G. Morhofius, Profeſſor Acad. Kilonienſis, celeberrime jamdudum florens. Neqve enim intra Themidis, cujus ſumma axiomata jamdudum obtinuit, ſeſe continere poteſt cancellos, qvin libero & excelſo animo per latiſſimos ſcientiarum lingvarumqve omnium campos fertur, poeſeos qvippe & eloqventiæ, qvas publice profitetur, antiqvitatis item omnis, atqve uti philoſophiæ univerſæ, ita naturæ imprimis arcanorum, & olim & recens inventorum, conſultiſſimus.* Et mox *p. 197. Sed autorem inſpicere ipſum pretium erit operæ. Is enim, uti cornu copiæ qvoddam eſt eruditionum non trivialium, ita legentes qvoqve ſic delectabit, ut ardentiſſimum in ipſis reliqvorum ingenii foetuum, qvos affectos perfectosqve domi fovet, deſiderium accendat.*

A. 1686., *M. Aug.*, *p. 418.*, *præfulgidum academiæ Chriſtian Albertinæ lumen* vocatur.

A. 1688., *M. Oct.*, *p. 564. 565.*, hæc leguntur: *Hanc eruditionis partem, qvæ omnes omnium ſcientiarum ac artium ſcriptores ſcrutatur & explorat, commonſtrare ſatagit doctiſſimus & in omni literarum ac diſciplinarum genere probe verſatus autor; qvi, cum nihil ferme ignoret, infinitos libros legerit, & res omnes mente complexus de iisdem eleganter & ornate ſcribere valeat, uni qvaſi Syſtemati univerſæ eruditionis apparatum includere, & ſub Polyhiſtoris elogio omnem ſcientiarum complexum, aut polymathiam, exhibere, inſtituit. - - Qvam provinciam qvin vir omnigena eruditione inſtructus inſigniter exornaturus &, vaſtum licet argumentum, pro doctrina, qva ingenti valet, digne executurus ſit, dubitare nos non ſinunt, qvos jam dedit, priores duo Libri.*

A. 1691., *M. Sept. p. 448.*: *Diſſimulare non poſſumus celeberrimi, & ſæpius nobis in his Actis ex merito laudati Polyhiſtoris, D. G. Morhofii, lugendum univerſo orbi literato obitum, qvippe qvi Lubecæ, d. 30. M. Julii proximi, ex diuturno langvore & cachexia, A. æt. 55., expiravit.*

A. 1697., *M. Jun. p. 261.*: *Inter cæteras feliciſſimi ingenii Morhofiani dotes, qvibus vir doctiſſimus rem literariam ornavit, &, præclaris variisqve editis ingenii induſtriæqve monumentis, æternam nominis famam ſibi acqviſivit, non poſtrema fuit carminis pangendi & ſcientia & facultas. Rei qvidem poeticæ qvæ fuerit in eo ſcientia, qvamqve recondita divinæ hujus artis cognitio, ex erudititiſſimo ejus de Germanorum lingva & poeſi intelligimus commentario. Qva vero polluerit carminis etiam ſcribendi facultate, & qvam dextrum in hac ſenſerit Apollinem, argumento eſſe poterant, cum Germanica carmina, memorato libro ſubnexa, tum latina cumprimis longe plurima diverſis temporibus ab eo compoſita atqve edita poemata, nunc ab heredibus optimo conſilio in unum corpus collecta.*

A. 1698., *M. Jul. p. 329.*: *Qvi dicendi artes, legesqve carminis, magna, dum viveret, laude profeſſus eſt, D. G. Morhofius, æternum Kilonienſis Academiæ ornamentum, idem & oratoris, & poetæ, nomen decusqve raro exemplo egregie ſuſtinuit; qvod nec Ciceroni, nec Virgilio, contigiſſe ſcimus.* &c.

A. 1699., *M. Jul. p. 289.*: *Qvi toti erudito orbi invidendis ingenii monumentis dudum innotuit, vir celeberr.*, *D. G. Morhofius, Diſſertationibus qvoqve Academicis, exqviſitiſſimis iis, & admodum ſolerter elaboratis, famam haud mediocrem aſſecutus eſt.*

A. 1707. M. Mart. p. 225., vocatur *Vir maximi nominis & exiſtimationis, nec infelix ingeniorum cenſor.*

M. Apr. A. 1722., *p. 231.*, *celeberrimus* audit, *poſt fata etiam, Germaniæ Polyhiſtor.*

CAR. ARNDIO (in *Biblioth. aulico-politica* p. 12.) audit *omnis elegantioris eruditionis promus condus.*

JOSVA ARNDIUS, in Elegis, qvibus de Magiſtri titulo ipſi eſt gratulatus (*in Append. Diſſertt. Acad. p. 69. obviis*), venam eius poeticam hoc diſticho extollit:

Nam, poſt qvæſitas HeinſI Grotiiqve camoenas,
Dignior ingenio non erat urna tuo;

In Epithalamio autem, ipſi ſcripto (*ibid. p. 95.*), *Poetarum* eum *decus & vim totam* ſalutat, ac porro ita celebrat:

Ille ſolet Tiberis qviddam teſtudine majus | *Ille movet, qvicqvid Germania poſſidet artis,*
Et canere ad Grajos carmina docta ſonos: | *Et palmam Batavis reddidit ambiguam.*

FRID. WILH. BIERLINGIO (*in præf. Diſſert. de eo, qvod divinum eſt in hiſt. civ.*) *Vir noſtro elogio major, cujus prænaturum obitum ſemper dolebit orbis literarius.*

TRAJANUS

TRAJANUS BOCCALINUS, ὁ ψευδώνυμος, *in Judicio ex Parnaſſo de triga ſcriptorum recentium* (Matth. Waſmuhto, Morhoſio & Chr. Thomaſio), Coſmopoli A. 1689. *in 4.* excuſo, noſtrum vocat *Germanorum decus, ſingulare hujus ſeculi ornamentum, reip. literariæ præſidium, & ob variam eruditionem alterum Eleum Hippiam.*

LAUR. BODOCKIUS, Acad. Roſtoch. Rhetor, in Programmate, qvo, ad audiendum poema ejus in natalem Guſtavi Adolphi, Ducis Megap., heroicum, patres civesqve academicos A. 1660. invitavit, eum, vix viginti natum annos, *juvenem* jam ſalutavit *inſignis indolis, egregiæ eruditionis, magnæ ſpei, atqve exaggeratæ virtutis & doctrinæ, gloriam virorum, qvi monumenta ingenii & doctrinæ, per orbem literatum diſſeminarunt, Deo auſpice, æqvaturum.* V. *Append. Diſſertt. Acad. p. 63. 64. 65.*

JAC. BURCHARDO (*in Epiſt. de Joh. Caſelii erga bonas literas meritis p. 61.*) judice, *ſuperius ſeculum majorem illo Polyhiſtorem non habuit.*

FRID. BENED. CARPZOVIUS, in literis ad me Non. Oct. A. 1691. exaratis, ita de illo, nuper defuncto, ſcribebat: *Morhoſium, virum doctiſſimum, Cimbriæ ſubtractum eſſe morte inopinata, nemo non dolet literis bene cupiens.*

CHRISTOPH. CELLARIUS (*Programm. 50. p. 357.*) *Decus* eum *Academiæ Kilonienſis* appellat *inſigne.*

AD. CLARMUNDUS (*P. V.* der Lebensbeſchreib. *p. 251.*) eum appellat einen vortreflichen Oratorem, netten Poeten, guten Phyſicum, berühmten JCtum, und omnis elegantioris literaturæ Magiſtrum, deſſen Ingenium war divinum, die Memorie glücklich, und das Judicium gantz unvergleichlich, ein Ornament von gantz Deutſchland, welchen die exteri certatim veneriret, &c. &c.

CHR. DAUMIUS, *Ep. 71. ad J. F. Hekelium p. 117., virum* eum vocat *præclariſſimum, qvem ſincere amet atqve magni æſtimet.*

MART. DIFENBACHIUS, Eccleſiaſtes Francofurtanus (im *Tract.* von Pflichten chriſtl. *Præceptorum p. 365.*) Eine Zierde der heutigen Gelehrten in Deutſchland. V. Thurmanni *Elog. Morhof. p. 53.*

JOH. GEORG. DORSCHEUS, in Epiſtolis duabus ad Joſvam Arndium M. Nov. A. 1659. ſcriptis, eum juvenem *Poetam* vocavit *egregium*, & *dotes ingenii* illi tribuit *excellentiſſimas.* V. iſtas in V. E. Löſcheri Unſchuld. Nachr. A. 1719., *p. 232. 233.*

J. G. ECCARDUS (im Monatl. Außzuge auß allerhand Büchern, *M. Majo A. 1701., p. 60.*) editionem reliqviarum Polyhiſtoris Morhoſiani optat maturari, ac addit: Denn alles, was auß des gelehrten Morhofs Feder gefloſſen, kan nicht anders als gelehrt und nützlich ſeyn, ob es auch ſonſt unvollkommen were.

D. JOH. FABRICIUS Jun., Theol. Helmſt., ita de illo, in Epiſt. ad me A. 1708. exarata: *Placent mihi cumprimis Morhoſii ſcripta, viri plane inſignis, in qvo vera & ſolida eruditio, rectumqve judicium, cum modeſtia, prudentia & pietate, certant, ita ut ab ejus lectione nemo, niſi doctior meliorve, diſcedat.*

JOH. FECHTIUS (*in præfat. Hiſtor. univerſ. Joh. Henr. Boecleri p. 10.*, apud Thurmannum *l. c. p. 51.*) *Polyhiſtorem* illum vocat *admirabilem,* it. (*in præf. ad J. G. Dorſchei Comm. in IV. Evangeliſtas, lit. a. 2. a.*) Virum, cujus ingenii igniculi univerſam Europam illuſtrarunt.

JOACH. FELLERUS, in *Panegyrico in Magiſtrorum promotionem*, Lipſiæ A. 1673. factam, *heroico*, Morhoſium virum ſalutat,

Qvem noſtra aureolum mirantur ſecula Phœbum;

in *Poemate de brabeis Philoſophicis* ſimili, A. 1691. edito, *p. 2., poli arctoi aſtrum rutilum, p. 42. Polyhiſtorem magnum,* & *p. o.*

Nobile depoſitum cœli, qvo Cimbria gaudet,
Qviqve hodie cluit Aonio Pan magnus in orbe;

in *Or. de fratribus Kalendariis, p. 19., Polyhiſtorem Kilonienſem; in præfat.* ad Tob. Richteri metaphraſin *Meditationum* D. Joh. Gerhardi *ſacrarum* germanico-metricam, A. 1690. evulgatam, den unvergleichlichen Polyhiſtorem zum Kiel.

Idem FELLERUS *Orationi* Morhoſii *de Auro*, Lipſiæ A. 1690. recuſæ, ſubjecit Epigramma ad autorem, in qvo is *Polyhiſtor* vocatur *maximus & ſine pari, ſvadaqve Cimbrica*, & in ultimo tandem diſticho hac compellatur προσφωνήσει:

Nec mirum, docti cum ſis ſol aureus orbis,
Aurum ſi promas efficiasqve merum.

ERASMUS FRANCISCI, in den gebrochenen Spott- und Läſterpfeilen M. Joh. Matthæi, *p. 427.*, eum vocat einen haupt-eruditen Mann, & p. 429. einen Haupt-Philologum, der den gantzen Kreiß gelehrter Welt durchlaufen, und derwegen nirgend ſich lange verweilen, wollen. In Epiſtola autem ad Wilh. Ern. Tenzelium (cujus hic fragmentum exhibet *in Dial. menſtr. germ. M. Jun. A. 1690., p. 518.*), valde ſe eundem admirari, ſignificat.

M. CHRIST. DAV. FUNCCIUS, Gorlicenſis, *in Vindiciis ſeculi noſtri,* Francofurti A. 1696. editis, *P. II., p. 331. 332.*, illum *eruditorum, dum viveret, facile principem* appellat.

CHRIST. FRID. GARMANNUS (*in Oologia curioſa, Diſſ. 2. §. 82.*) *Elegantiſſimum Polyhiſtorem.*

D. GEORG. HENR. GÖTZIUS, Superint. Lubecenſis (*in Diſſ. de ſcriptorum Ciceronis lectione*, Lipſiæ A. 1689. edita, *§. 3., p. 9.*), *Polyhiſtorem clariſſimum, ac eruditorum facile hodie principem*; it. (*in Principe hebr. docto p. 4.*) *Magnum & incomparabilem Polyhiſtorem.* it. (*in Diſſ. de Muſeo eruditi, §. 2., p. 4.*) *Cimbrorum celeberrimum, qvi Bibliotheca ſpirans, & ambulans Muſæum, dici meruit.*

JOH. GEORG. GRÆVIUS (*in Notis & Emendatt. in Lucianum, T. II.*) eum ſalutat *Virum eruditiſſimum, ſuiqve ſtudioſiſſimum.*

AUG. GRISCHOVIUS (*in Introd. ad Philol. gen., c. 1., §. 8. p. 9.*) *Virum, qvi in re literaria familiam qvaſi ducit.*

D. JOH. GRÖNINGIUS, Wiſmarienſis, JCtus, in *Cogitatis de hiſtoria Wiſmarienſi, menſi Aprili Novorum anni 1698. literariorum Lubecenſium* inſertis, *p. 50.*, luminibus eum Wiſmariæ ſuæ præcipuis merito accenſet, & virum nominat, *cujus in poeſi, philologicis, hiſtoricis & phyſicis, ſcripta vaſtiſſimum ipſius ingenium, & per omnes literas diffuſum, arguunt.* Confer ejusdem *Relationum reip. literariæ Tomi I.*, A. 1702. editi, *præfationem* (in qva hæc leges: *Princeps Polyhiſtorum populi ſuffragio celebratur D. G. Morhoſius, Wiſmarienſis; nemo enim majori ſtudio, doctrina, & ingenio, ad ſcribendam hiſtoriam literariam acceſſit*, &c.), & *Sect. I., Relat. II. p. 11.*, ubi *Vir maximi ingenii & doctrinæ* vocatur.

CHRIST. GRÜBELIO, Gymnaſii Mindenſis Rectori, *in Diſſ. de lingva Germanica veteri & moderna, c. 1., p. 4., Vir* audit *de re literaria optime meritus*, &, *cap. eod. p. 13., præfulgidum Academiæ Chriſtian Albertinæ lumen.*

CHRIST. GRYPHIUS (*in præf. Dramatis* von der teutſchen Sprache unterſchiedenen Altern) ein grundgelehrter Mann.

FRID. CASP. HAGEN (*in præf. Memor. Philoſ. renov.*) *incomparabile lumen germaniæ.*

J. FRID. HEKELIO (*in Ep.* ad Joach. Fellerum de obitu Chr. Daumii, Daumianis ad ſe ſubjuncta, *p. 158.*) *Kilonienſium Tullius, atqve Cimbrorum Maro.*

CHRIST. HELWICHIO, Med. Uratislav., *in prœmio Schediaſmatis de ære* (*in Append. Ann. VII. & VIII. Decur. III. Miſcell. Acad. Nat. Cur.*) *p.148. Polyhiſtor celeberrimus.*

CHRISTOPH. AUG. HEUMANNO (*in Sched. de Libb. Anon.* & *Pſevdon., c. 4., p. 78.*) Vir πολυμαθέστατος. Eidem in præf. Anthologiæ Epigrammatum Latinorum, Hannov. 1721. editæ, Morhofium inter Epigrammatographos latinos tantum eminere judicat, ut Martialis, Joh. Ovenus & ille Triumviratum conſtituere videantur Epigrammaticum.

JOH. NICOL. HERTIO, JCto Gieſſenſi (*in Vita Er. Mauritii*, hujus *Diſſertationibus* præfixa *Academicis*), *Summus temporibus noſtris Poeta.*

FRID. HOFMANNO, Prof. Medico Saxo-Halenſi (*in Exerc. de Cinnabari Antimonii, c. 6., p. 25.*), *Vir ſupra ſeculi genium doctus.*

M. CHRIST. JUNCKERO (*in Præf. Tr. de Ephemeridibus Eruditorum*) *Vir poſt fata immortalis.*

M. BERNH. PET. KARLIUS, Eccleſiaſtes Osnabrugenſis, *in Meditationibus de Germania artibus literisqve nulli regioni ſecunda, p. 7.*, eum vocat *Immortale gentis noſtræ decus, & incomparabilem qvondam Polyhiſtorem*, ac *p. 36. Poetam ab ipſis Italis, Anglis, Gallis ac Batavis, ſummi æſtimatum.*

GEORG. CASP. KIRCHMAIERUS, Ep. 18. ad J. Dan. Majorem, *p. 135.*, *virorum celeberrimum* eum ſalutat & *in Ep. de noctiluca conſtante p. 20., Virum ingenii admirandi, ad phyſin & poeſin maxime ornandam peridoneum; in Comm. de phoſphoris, natura lucis & igne, p. 31. Virum natum ad ingenioſa & recondita ſcrutanda*, & *p. 69.* (poſt problema de ſpeculo metallico ardenti concavo ei propoſitum) ita compellat: *Ingenio qvid inacceſſum tuo eſt?* In Carmine autem, in Appendice adoptiva Poematum Morhofii latinorum *p. 938.* obvio, vatem eundem appellat,

- - - - - - - principem locum cui
Inter Poetas ſeculi noſtri Pater
Phœbus dedit. - - - - -

GEORG. GVILH. KIRCHMAYERO, G. C. filio, in Programmatis, qvæ parentis adjecit Epiſtolis, *p. 207.* audit *literarum decus immortale*, & *p. 215. Polyhiſtor nobiliſſimus.*

JO. KLEINIO, JCto Roſtoch. (in *Progr. fun. D. Joh. Gottl. Molleri memoriæ ſacra*) *Incomparabilis Polyhiſtor.*

M. JOH. CHRIST. KUNCKELIO, Uratiſlavienſi (*in Diſp. de Sileſiorum in poeſi Germanica præſtantia, §. 8.*), audit *celeberrimus qvondam Polyhiſtor, & poeta haud vulgaris.*

JOH. MICH. LANGIO, Theol. Altorf. (*in Introd. ad Poeſin Barbaro-Græcam, c. 1. p. 5.*) *audit Polyhiſtor magni nominis.*

G. G. LEIBNITIO (*in Miſcellaneis Acad. Scient. Berolin.*, A. 1710. editis, *P. I., n. 2., p. 19.*) *Vir* audit *optimus & doctiſſimus.*

JOH. THEOD. LEUBSCHERO (*in Diſſ. de Hiſtoria Scaligeranorum, §. 16., p. 15.*) *Kilonienſis qvondam Academiæ decus.*

HENR. MEIBOMIO Juniori, in *præf. Additamentorum ad Val. Henr. Vogleri Introd. in bonorum ſcriptorum notitiam p. 122., Eruditi orbis & amicitiæ noſtræ decus*, ac in *Additamentis* ipſis *p. 186., Inſignis poeta, & varia eruditione conſpicuus.*

ERDM. NEUMEISTERUS (*in Diſſ. de Poet. Germ. p. 70.*) *Summum* ipſum vocat *Polyhiſtorem, & divinas ingenii divitias* ei tribuit.

JOH. GUILH. PFENNINGIO, in Epiſt. ad D. Caſp. Thurmannum de ἀνεκδότοις ejus, A. 1692. edita, *p. 2., Summus Polyhiſtor, ingenti reip. literariæ diſpendio mortalium cœtui abs natura ſubductus, de cujus viri, propter inuſitatam ingenii vim, & inſignem eruditionem, domi foriſqve noti, virtutibus nihil tam magnifice dici poteſt, qvod ad meritorum ſublimitatem aſſurgat.*

JULIO PFLUGIO (*in Ep. de bibliotheca Budenſi p. 111.*) *Vir clariſſimus, deqve re literaria optime meritus.*

BENJ. POTZERNIO (*in Avtoſched. de Pomerania literata p. 7.*) *Immortale Germaniæ decus.*

FRID. RAPPOLTUS in ejus *Primitias Parnaſſi Kilonienſis* ita luſit:

Principis auſpiciis Parnaſſus in æthera ſurgit:	*Pace tua liceat mihi dicere, maxime princeps:*
Carmine Morhofi perſonat ille gravi.	*Parnaſſi vates alter Apollo tui eſt.*

ADAMO RECHENBERGIO, in *præfat. Obſtetricis animorum* Edm. Richerii, a ſe A. 1693. recenſitæ, *Summus* audit *Polyhiſtor; in Lib. de ſtudiis academicis, Sect. II., c. 1., p. 15. 16., Polyhiſtor excellentiſſimus;* Ibid. *p. 98. Vir longe doctiſſimus, & nunqvam non* (expungendam eſſe hanc particulam negativam nemo non videt) *ſine laude nominandus;* in Epigrammate autem in Magiſtri titulum Henr. Muhlio Lipſiæ collatum (qvod in *Append. Diſſertt. Acad.* Morhofii *p. 46.* invenies) ita ab eodem compellatur:

Salve eruditæ, qvæ ſub axe Cimbrico
Hodieqve floret, gentis illuſtre o decus.

JOH. CHRISTOPH. RUMETSCHIUS (*in Aqvila Leopoldina p. 103.*) eum *Muſarum* vocat *delicium, & Holſatiæ Martialem.*

JOH. ERN. SCHAPERO (*in Specim. Medicinæ curioſæ, Qv. 4., §. 2.*) *Celeberrimus Polyhiſtor, Roſtochienſis etiam olim Academiæ ornamentum;* it. (*§. 10.*) *Vir merito ſuo inter doctorum heroas collocandus;* it. (*§. 11.*) *vir ampliſſimæ lectionis.*

GÜNTH. CHRISTOPH. SCHELHAMMERUS (*in Tr. de auditu, P. III. c. 4., §. 4.*) *Virum doctiſſimum, Kilonienſis Academiæ inſigne decus.*

JOH. ANDR. SCHMIDIUS (*in Diſſ. de muris Hierichuntis collapſis p. 23.*) *Splendidiſſimum orbis literarii ſidus*, & (*in Diſſ. de Pſevdo Novo Teſtamento p. 6.*) *magnum iſtum Polyhiſtorem.*

CONR. SAM. SCHURTZFLEISCHIUS (*T. II. Epp. arcanarum, n. 96., p. 141.*) *Virum, cujus ſimilem tota Kilonia non habet.*

VITUS LUDOV. a SECKENDORF (*in Comm. de Lutheraniſmo, L. 3., Sect. 21., §. 84.*) *Virum merito ſuo ſibi longe chariſſimum & æſtimatiſſimum, in qvo habet Germania, qvo genti noſtræ gloriam omnigenæ & exqviſitæ eruditionis, qva ingenii viribus & indefeſſo ſtudio eniti licet, aſſerat.*

JOH. HADR. SLEEVOGTIUS, Med. PP. Jen. (*in Diſp. inaug. de Anthrace peſtilenti, A. 1681. habita, §. 33., p. 12.*), *Virum ingenioſiſſimum.*

SEV. WALTH. SLUTERUS (*in præfat. edit. poſterioris Propylæi Hiſtoriæ chriſtianæ*) *Virum inſignem.*

BURCH. GOTH. STRUVIUS (*in Ep. de Biblioth. p. 102.*) *Inſignem elegantis literaturæ indagatorem.*

SAM. STRYKIUS (*in præfat. Biblioth. Academicæ* Casp. Thurmanni) *Virum meritis in rem literariam illuſtrem.*

M. ANDR.

M. ANDR. STÜBELIUS (*in Append.* des Bedenckens über *Aug. Pfeiſſeri Scepticiſmum Spenerianum p. 157.*) *Magnum Apollinem, nec minorem Chriſtianum, cui omnes Muſæ ſurgunt.*

WILH. ERN. TENZELIUS, *in Præfat. Judiciorum de ſymbolo Athanaſiano*, Gothæ A. 1687. editorum, *Lumen* eum appellat *Acad. Kilonienſis clariſſimum* & in *Or. parent.*, Ad. Tribbechovio habita, *p. m. 193.*, *Virum, qvem in oculis fert orbis literatus.* In *Dialogis menſtruis Germanicis, M. Jan. A. 1689.*, *p. 10.*, eum, ad ſcribendum hiſtoriæ literariæ ſyſtema, præ aliis, idoneum, & univerſis dotibus neceſſariis, ingenio ſcilicet, doctrina ac judicio, inſtructiſſimum eſſe, ad orbis literati totius provocans conſenſum, judicat. *M. Dec. A. 1689.*, *p. 1277.*, eum vocat einen vortreflichen Mann, den nicht alleine die Teutſchen, ſondern auch die Frantzoſen, Engelländer, Italiäner und Holländer, certatim venerentur; *M. Dec. A. 1690.* autem, *p. 1139.*, unum inſtar omnium Profeſſorum Kilonienſium ſibi eſſe, ſignificat. *M. Apr. A. 1691.*, *p. 307.*, peculiarem ei optavit addici bibliopolam, cujus cura ac ſumptu ſola ipſius ſcripta inedita atqve affecta in lucem protrahantur publicam. *M. Sept. A. 1691.*, *p. 806. 807.*, poſtqvam laudibus noſtri, ex epicedio Muhliano enarratis, aliqvot folia impleverat, ipſe tandem voto ſuo editionis poſthumorum ejus ſerio hæc præmittit: Er hat ſeine Profeſſionen zu Kiel, bis an ſein Ende, mit höchſtem Lob und unſterblichem Nachruhme, verwaltet. Nachdem er ſo wol, bey der ſtudierenden academiſchen Jugend, mit fleißigem profitiren, als bey der ſämtlichen gelehrten Welt, mit ſeinen unvergleichlichen Schriften, ſich höchſt meritirt gemacht. *M. Febr.* tandem *A. 1692.*, *p. 233.*, eum virum vere πολυμαθῆ, & nihilominus, Gerh. Joh. Voſſii ac Herm. Conringii exemplo, minime faſtuoſum & arrogantem, ſed, in converſatione cum doctiſſimis pariter atqve ſemidoctis, affabilem & humanum fuiſſe, obſervat.

CHRIST. THOMASIUS, in den Schertz- und ernſthaften Gedancken über allerhand Bücher, *M. Aug. A. 1688.*, *p. 288.*, *admirandam* illi tribuit *eruditionem*, & *p. 275.* dolet, ſingulas Germaniæ academias Morhofio aliqvo non gaudere; *M. Nov.* autem *A. 1689.*, *p. 968.*, eum *virum doctum & multæ lectionis* (einen gelahrten und vielbeleſenen Mann) ſalutat.

ANDR. TSCHERNINGII, anteceſſoris ipſius in profeſſione poetica Roſtochienſi, judicium de ſucceſſore hoc ſuo honorificum ſiſtunt Scazontes *in Disp. de morbis* Morhofianam, A. æt. 19. habitam, in *Append. Diſſertt.* Noſtri *academicarum, p. 62. 63.*, obvii.

MICH. BERNH. VALENTINUS, Med. Prof. Gieſſenus, *Declam. VIII. de Phyſicæ experimentalis origine & progreſſu p. 82.*, præcipuis hujus in Germania illuſtratoribus noſtrum annumerat, &, *in Hiſt. Lit. Acad. Nat. Curioſorum p. 11.*, πολυμαθέσ7ατον appellat.

AUG. VARENIUS, in Epithalamio ei ſcripto (*V. Append. Diſſertt. Acad. p. 96.*), ipſum *ingenio cantuqve Maronem ſuperare*, audacter pronunciavit.

GOTHOFR. VOGTIUS (im phyſicaliſchen Zeitvertreiber, *Cent. 3, num 83.*) eum vocat einen fürtreflichen Poeten.

JOH. CHRISTOPH. WAGENSEILIO (im Berichte von der Meiſterſinger-Kunſt, libello *Commentationi de civitate Noribergenſi* A. 1697. adjecto *c. 1. p. 452.*) audit ein vielbeleſener Mann, deſſen Sterblichkeit ſich mehr als das Leben nunmehr geendet.

JOH. GEORG. WALCHIUS (*in Hiſt. crit. L. Lat.*, *c. 9.*, *p. 320.*) *Poetis eum latinis recentioribus* annumerat *præcipuis*.

CHRIST. WEISIUS, *in Epiſtolis ſelectioribus, Ep. 41.*, *ad J. G. Neumannum, p. 113. 114.*, ita de illo: *Eo præjudicio hujus viri excipiuntur ſingula, ut laudari mereantur, etiam qvæ lecta nondum ſunt.* Eidem im *politiſchen* Redner *p. 22.*) audit ein vornehmer Mann.

JAC. WOLFIO, Prof. Medico Jenenſi (in Progr. auſpicali de αὐτοδιδάκ7οις, A. 1690. publicato, *p. 6.*), *Summus Polyhiſtor*, it. (*ibid. p. 10.*) *Vir ſapiens ac prudens.*

GOTFR. ZEUNERO (im Herbſt-*Parnaſſe* des *1692.* Jahres *p. 53.*) Ein Mann, deſſen gleichen, an unbeſchreiblicher Beleſenheit, und ſcharfem *judicio*, die Welt jetzt nicht viele mehr hat.

ANONYMO EDITORI der auserleſenſten Gedichte des Schleſiſchen Helicons (*exc. Francof. 1699. in 8vo*), *in Præfat.* (*p.*)( )(*5. a.*), unſer in allem zum Wunder gewordene Morhof.

ANONYMUS Autor der kurtzen Nachricht von den Academien (ed. Halæ 1709.), *c. 3.*, *p. 68.*, inter Profeſſores Academiæ Kilonienſis principem ei locum deberi judicat.

9. CIMBRORUM.

FRID. BRECLINGIO (*in Anti-Calovio, lit. H. 1. a.*) audit der treflich gelehrte Panſophus.

DAVIDI a BRUGGE, Scholæ Lubec. Subrectori (*in Epigr. ad eum, in Append. Diſſertt. Acad. p. 86. 87.*), *Sol. & Apollo vatum unicus & aureus.*

MATTHIÆ HENRICO BURCHARDO (*paſſim in Orat. funebri*) *Princeps Muſarum, illuſtre Cimbriæ decus, & Muſarum & ſophorum Princeps, cujus intuitu Wismariam non immerito, ſive Delon, ſive Stagiram, dixeris, Poetarum Phoenix, cujus numeris nihil terſius ulla vidit ætas, ſagaciſſimus arcanorum naturæ interpres, omnis* ἐμπειρίας βιβλιακῆς *princeps, & ſeculi ſui ſidus.*

DETHL. CLUVERO (*T. I. Novæ criſeos temporum, n. 13.*, *p. 104.*) der unvergleichliche Morhof.

JOH. ALB. FABRICIUS, *in Decade ſcriptorum recentiorum*, ἀνωνύμως Hamburgi A. 1688. edita, *num. I.*, ita de illo: *Hunc & eloqventiæ, & poeſeos, & elegantioris omnis literaturæ, magiſtrum merito appellaverim. Qvæ laus ipſi adeo propria eſt, ut cum naturalis ſcientiæ exqviſita cognitione, accurataqve juris ſcientia, ſit communis. Gratulamur patriæ noſtræ, qvod in hoc viro invenerit, qvem exteris opponere poſſit. Ejus Polyhiſtore nihil noſtra memoria prodiit eruditius. Levia illa, qvæ notari forte in illo poterant, ne memoranda qvidem eſſe arbitramur.*

SINCERUS VERIDICUS, ὁ ψευδώνυμος, *in Epiſtola ad Candidum Philalethen*, de hac *Decade* Fabriciana, Lubecæ A. 1689. edita, *p. 5.*, *Virum* eum appellat, *qvi ſcientiarum exhauſit oceanum*, κειμήλιον *Germaniæ in ſeculi decus pariter ac ſtuporem natum, magnumqve Polyhiſtorem, ſupra bonorum laudem, ſupra malorum invidiam, poſitum.*

ALBERTUS zum FELDE (*in Analectis Disqviſitt. ſacrarum, Or. V.*, *p. 212.*) *Polyhiſtorem* eum ſalutat *inclytum*.

JOH. LUDOV. HANNEMANNO, *in Methodo cognoſcendi vegetabilia p. 127.*, audit *poeſis, & phyſis, & Themidos, myſta maximus*, & prolixe præterea, ab eodem, *in præfat. Ovi Hermetico paracelſici, ſive Tr. de auro, lit. B. 2. a.*, celebratur.

CHRIST. KORTHOLTUS, in Epithalamio illi ſcripto, eum *vatem* ſalutat,

Qvalem non ullum doctior orbis habet,

in Epicedio autem *Lycæi Kilonienſis decus immortale.*

SEB. KORTHOLTO (*in Diſſ. utrum de Poetica recte judicare poſſit, qvi non eſt Poeta, p. 16.*) audit *excellentiſſimus, & Poeta, & Poetarum arbiter*, it. (*p. 43.*) *clariſſimum Germaniæ ſidus.* Eidem (*in Diſſ. de Biblioth. Acad. Kilon. p. 14.*) *ſummus Polyhiſtor.*

PET. AMBR. LEHMANNO (*in Nov. Lit. Germ.*, *M. Febr. A. 1704.*, *p. 45.*) *Incomparabile Cimbriæ ornamentum*, it. (*ib. p. 46.*) *Accuratiſſimus literarum cenſor.*

CASP. LINDEBERGIUS, Eccleſiaſtes Lubec. (*in Nov. Lit. Lubec., M. Jul. A.1700., p.170.*), *Delicias, imo oraculum & miraculum ſeptentrionis noſtri* vocat.

JOH. DAN. MAJOR, *in Deliciis hybernis p.17., Vatem in noſtra Academia ingenioſiſſimum*, &, in epiſtola *Diſputationi de aurea Jovis catena* ſubjecta, *Proh qvantum Polyhiſtorem!*

JOH. BURCH. MAJUS, ſucceſſor illius, *in Or. de hiſtoria hujus ſeculi univerſali ſcribenda inaugurali, lit. D. 3. a.*, inter noſtri ſeculi eum refert Polyhiſtoras, &, ibidem, *lit. B. 2. a.*, *Virum* ſalutat *ſummum & incomparabilem, cujus divinas ingenii dotes, atqve eximia in Acad. Kilonienſem & rem literariam merita, nec diſertiſſimus qvisqve prædicare digne ſatis poterit, cujusqve fama per univerſum orbem eruditum longe lateqve eſt diffuſa. In præfat.* ſecundæ *Polyhiſtoris* Morhofiani editionis, A. 1695. publicatæ, eundem *ſummæ doctrinæ, ſummiqve judicii & immortalis memoriæ virum* appellat; in proœmio autem Diſſertatt. Academicarum hiſce verbis extollit: *Toti erudito orbi invidendis divini ingenii monumentis ita jamdudum inclaruit, ut, qvamdiu literæ artesqve, elegantiores præſertim, in pretio erunt, ipſe per ſe poſteritati verſaturus ſit in animis hominum, æternitate temporum, fama rerum.*

NICOLAUS MARTINI, in Epicediis duobus, ipſi uxoriqve ſcriptis, *Aonidum* eum vocat *decus immortale ſororum, Maronem carmine, Tullium ore*, fuiſſe judicat, aliisqve laudibus ornat eximiis.

ERICO MAURITIO, in Epigrammate *Veneribus* Noſtri præfixo, audit *Poeta ingenioſiſſimus*, in altero autem, nuptiis ejus ſacro, *noſtri gloria ſecli.*

JOH. FRID. MAYERO, *in præfat. Muſæi Miniſtrorum Eccleſiæ, Vir incomparabilis, in Diſp.* autem *de codice ſuo Bibliorum Germanico MSto* (qvam invenies *in Append. Hiſt. vers. Lutheri Bibl. Germ.*) *p.168., Vir laude ſua major, & præmaturo fato, non ſibi tantum & Kilonienſi Academiæ, ſed Muſis ipſis & literis, qvas mirifice ornabat, ereptus.*

MIHI, *in Iſagoge ad Hiſt. Cimbr., P. I., c.13., §. 5., p.202., Poeta atqve orator nemini facile hoc ævo ſecundus; Cap.15., §. 20., p.280. Magnum, & jurisprudentiæ, & omnis elegantioris literaturæ, decus; P. II., c.2., §. 8., p.29., Vir, ingenti cum polymathiæ elegantioris detrimento, morte immatura defunctus; c. 8., §. 1., p. 201.* (ubi merita ejus in hiſtoriam literariam celebrantur illuſtria) *Vir ſummo cum Muſarum omnium luctu nuper denatus; ib. §. 2., p. 207., Vindex ſermonis patrii omni exceptione major*, & *P. IV., c. 1., §. 4., p. 370., Polyhiſtor in ornamentum ſeculi natus, & irreparabili cum ejusdem detrimento A. 1691. denatus.*

HENR. MUHLIUS, *in Orat. de origine lingvarum p. 7., Virum* illum vocat *incomparabilem*, uberrime autem omnium ſuas ei laudes admetitur, in poemate, qvod piis defuncti manibus ſacrum eſſe voluit, funebri, cujus pauca ſaltem *h. l.* repetemus diſticha:

Morhofi moreris, vah qvanti nominis umbra!
Heu moreris, lacrymis usqve rigande novis!
Vatum grande decus, qvo ſe Germania jactat
Vindice, ſed poſthac vix habitura parem.
Ipſe Poetarum norma es, te ſuſpicit unum,
Et petit a tanto lumine Muſa facem.
Tu gentis laus magna tuæ, pars maxima famæ;
Hinc pretium, hinc nobis creſcere coepit honos.

Partimur doctrinam alii, tibi contigit uni:
Indulſit totos prodiga Muſa ſinus.
Poſteritas agnoſce virum, dignumqve relinqve
Scaligeros inter Salmaſiosqve locum.
Suſpice Morhofi manes: heic Palladis umbra eſt:
Hic tumuli partem doctior orbis habet.
Hic rogus & Phoebi cinis eſt, hoc carcere claudit
Exuviasqve tegit culta Camoena ſuas.

Hoc uno poterant tot numina ſtante renaſci.
Hoc uno poterant deficiente mori.

M. ADAMO LAURENTIO NICOLAI (*in Carm. nuptiali*) audit *Holſatici ſvavis Apollo ſoli.*

HENR. OPITIO (*in Progr. invitatorio ad Or. fun. Matth. Henr. Burchardi*) *orator facundiſſimus, Poeta elegantiſſimus, Germaniæ delicium, Polyhiſtor per totam Europam celeberrimus, & de Academia non ſolum Kilonienſi, ſed & univerſa rep. literaria, ſumme meritus.*

JOH. GEORG. PELLICERO, in ἀμέτρῳ in obitum ejus falſo creditum inſcriptione, *princeps poetarum & poeta principum, vates divinus, ſol Muſarum, Cimbriæ Maro.*

JOH. WILH. PETRÆO (*in Monumento Wasmuhtiano p. 18.*) *Magnus ille Polyhiſtor.*

AUG. PFEIFFERO (*in Epicedio*) *Claræ ſpes magna juventæ, magna Muſarum gloria, vatesqve, cujus pectore ſe cuncta vetuſtas condidit, atqve parem non habiturus.*

VINC. PLACCIUS, *in Notis ad Joh. Rhodii Catal. ſcriptorum ſuppoſititiorum p. 40.*, eum *decus Academiæ Kilonienſis appellat elegantiſſimum*, in *Tr. de Scriptt. Anon. detectis p. 41. Doctiſſimum Acad. Kilon. Profeſſorem*, &, *in Invitatione ad augendos ſuos Anonymos atqve Pſevdonymos p. 7. 8., Virum rei librariæ peritiſſimum*; In *Juriſconſulto autem perfecto, c. 4., p. 141.*, ita de illo ſcribit: *Morhofius unus eruditæ caveæ magnæ mihi inſtar eſſe poteſt.* Eidem Placcio, *T. I. Theatri Anon. & Pſevdon., c. 2., p. 138.*, audit *Vir doctiſſimus, & nimis mature orbi literato, ſibiqve, ereptus.*

CHR. HENR. POSTELIUS, J. U. L. (in den Anmerckungen über ſeine liſtige Juno *p. 407.*), ei tribuit titulum eines wegen ſeiner Gelahrtheit unſterblichen Mannes.

SAM. RACHELIUS, *in Introd. ad jus publicum p. 95., eximium Academiæ Holſaticæ decus eum* ſalutat.

M. DAV. SCHULTETUS Hamb., *in Diſp. de doctis præcocibus*, Witeb. A. 1702. edita, his eum accenſet & celebrat.

PAULUS SPERLINGIUS Jun., in Carm. de primo Acad. Kilonienſis Rectoratu gratulatorio, A. 1669. ita illum compellavit:

Qvi nobis toties canis, o divine poeta,
Æterna merito Carmina digna cedro;

in Genethliaco autem in natum ipſi A. 1675. primogenitum vatem, vocavit, *divinum, dulce ſeculi Nectar, ocellum, lumen & decus poetarum, cujus vena Caſtalin, Permesſiasqve Muſarum undas, favosqve plane Hymettios, vincit.*

ENOCHUS SVANTENIUS, Scholæ Lubec. Rector, *in Leſſu in obitum ejus Alcaico, inſigne* illum *docti præſidium chori*, & *mare grande ſcientiarum*, appellat.

AD. TRIBBECHOVIUS (*in Epithalamio*) *Vatum maximum.*

CENSURA.

Conr. Sam. Schurtzfleiſchius, *T. I. Epiſtolarum arcanarum, Ep. 377. ad fratrem, p. 611.*, ſuppreſſo nomine, ita de illo: *Vismarienſis jactat ſe in notitia autorum, vir Latinæ & Græcæ pariter lingvæ haud exqviſite peritus, & Buchneri Epiſtolas, qvaſi ex Cicerone delibatas, commendat, ſed neſcius vitiorum latinitatis, qvæ in ejus ſcriptis paſſim ſe produnt, tam frigide judicat, ut ne legiſſe qvidem putem.* E qvo loco eundem etiam notare colligo verba *Epiſtolæ 50. Tomi II.*, ad Henr. Meibomium A. 1691. ſcriptæ, ſeqventia, *p. 64.* obvia: *Nuperus ille e pergula cenſor jactat ſe potius, qvam oſtendit, & Græca Latinaqve elogia permiſcet, ſcriptor a Græcis opibus inops, Latinas mediocriter conſecutus.*

ſecutus. Buchnero dicendi genus Ciceronianum tribuit, quod ille, neque in Orationibus, neque in Epiſtolis, expreſſit. Hæc ille, Morhofio ideo haud dubie infeſtus, quod eum (uti ex aliis *Epp. arcan.* locis patet) Witebergam ab aulicis Dresdenſibus pertractum, ſibique, profeſſionem Græcam petenti, prælatum iri, aliquando metuiſſet. V. præſertim *Tomi I. Ep. 218.* ad J. G. Börnerum A. 1685. ſcriptam, *p. 364.* Duabus his cenſuris jungatur tertia, *Tomi I. Ep. 400. ad fratrem, p. 663.*, obvia: *Viſmarienſis, cujus diligentiam non reprehendo, magnopere a quodam laudatus eſt, ſed locos communes edidit, & diſpari laboris ſucceſſu ordinavit, quos expolire magis & ornare potuiſſet: ſed, ut privatim dictavit, ſic protulit in publicum & protruſit. Multas ejus digreſſiones, & vulgares novosque ſcriptores, paſſim laudatos, non probo. Salmaſius tanto operi ſuffecturus fuiſſet: noſter, Græcæ literaturæ non ſatis peritus, nihil tale, quod æſtimem, polliceatur.*

SCRIPTA EDITA.

א. LATINA.

α. PROPRIA.

Lanx Satura, ſive Cento, in χειϱογονίαν, e Virgilio, Statio & Claudiano contextus, & Andr. Tſcherningio inſcriptus. Roſtochii 1657. Recuſus A. 1697. *in Operibus poeticis*, in *Libro prætermiſſorum.*

Diatribe juridica de Morbis, & eorum remediis, Præſide D. Henr. Rahnio, Prof. Publ., propoſita. Roſtochii 1658. in 4. Recuſa in Volumine *Diſſertationum Academicarum*, Hamburgi A. 1699. in 4. edito, *p. 2-50.* A ſeipſo hanc eſſe elaboratam, & a Rahnio præſide ne apicem quidem in illa mutatum, noſter in vitæ propriæ teſtatur hiſtoria (*in Append. Diſſertt. Acad. p. 7.*), pleniorem, ſimul monens, ejusdem argumenti tractationem, ſub juſti voluminis magnitudine, inter ſchedas ſuas deliteſcere. *Tractatum* hunc *de jure & privilegiis morboſorum* publice promiſit *in Catal. nund. vern. Lipſienſi A. 1664., p. 37.* Et inventus ſane ille eſt in muſæo defuncti, ſed charactere ita minuto & fugiente, tamque intricata ſcribendi ratione, exaratus, ut edi non poſſit. V. Anonymi Continuationem vitæ ipſius, *in Append. cit. p. 25.*, ubi etiam *p. 61. 62. 63.* Joh. Georgii Dorſchei, Henr. Rahnii & Andr. Tſcherningii, in hanc diſputationem carmina leguntur.

Epigrammatum & jocorum Centuria prima, popularibus dicata. Roſtochii A. 1659. in 8. Hanc ipſe autor poſtea, potioribus ex ea in *Epigrammata ſelecta* translatis, abolevit, recudiq; noluit. V. *Anonymi Continuationem vitæ ipſius p. 25.*

Leſſus in Ciconiam ADRIANUM D. Laur. Bodockii, carmen juvenile & ludicrum ad Bodockium. Roſtochii 1659. in 4. Denuo editum, auctum, interpolatum, & Joſuæ Arndio inſcriptum, Kilonii 1667. in 4. Tertia autem vice recuſum in *Operibus* ipſius *poeticis*, junctim Lubecæ A. 1697. editis, *in libro Jocorum*, *p. 857-873.* De occaſione, qua Leſſum hunc heroicum, junctamque illi inſcriptionem venuſtam atque argutiſſimam, conſcripſit, & quo pacto viam carmina iſta jocularia ad cathedram Academiæ Roſtochienſis poeticam ipſi ſtraverint, ſupra in vitæ hiſtoria jam eſt relatum. Chr. Daumius, *Ep. 71. ad J. Frid. Hekelium p. 117.* ita de illa: *Nec diſplicet mihi Morhofii Ciconia, lepidiſſimum ingenium ac elimatum judicium tanti Poetæ indicans.* D. Frid. Rappoltus in Ciconiam hanc ita luſit:

Morhofio triſti ſic dicta Ciconia leſſu, | *Auguror, hoc major manſura eſt gloria noſtrum,*
Ut paſſer vati, Lesbia pulchra tuo. | *Paſſere quo melior eſt avis illa levi.*

Matth. Henr. Burchardus (*in Or. fun. Noſtro habita, p. 8. 9.*) non ineleganter argutatur, eum, *ciconiæ funus cantu vere olorino celebrando, quantus Poetarum futurus eſſet Phœnix, vatem non falſum portendiſſe.* Commendatur etiam a Burch. Gotth. Struvio *in Introd. ad notit. rei lit., c. 2., §. 13., p. 66.*

Epiſtola ad virum Cl., Jacobum Henricum Pauli, qua in plagiarium quendam, qui e *Cupidine* ſuo *Argo* in Epithalamion aliquod, & e *Ciconia Adriano* in *Pirrulæ ſuæ* encomium, pleraque tranſtulerat, invehitur; per Jac. Henr. Pauli, autore, uti ipſe mihi retulit, ignaro, ſeorſim edita, &, ad *Collegii epiſtolici* calcem, Lipſiæ A. 1693. in 12. recuſa. Incuſatur in ea, ſuppreſſo licet nomine, gemini iſtius plagii Joh. Mohrius noſtras, Cimber, aulæ Danicæ ex Secretario tandem Conſiliarius.

Τὰ πρῶτα Tractationis juridicæ de Jure ſilentii, ſynopticis theſibus ſummarie delineata, &, pro ſummis in jure utroque honoribus conſequendis, Franequeræ d. 26. Sept. A. 1661. propoſita. Franequeræ 1661. in 4to. Recuſa Hamburgi A. 1699., in Volumine *Diſſertationum Academicarum, p. 51-70.* Elogia metrica, quibus D. Laur. Banckius, JCtus Franequeranus, Aug. Varenius, Henr. Müllerus, Henr. Rahnius & Chriſt. Kleinius, Acad. Roſtoch. Profeſſores, Theod. Suterus, urbis Roſtoch. Conſul, Mich. Kirſtenius & Caſp. Vogtius, A. 1661. illam ornarunt, in *Appendice* ejusdem Voluminis, *p. 78-83.*, leguntur. Curas ſecundas πρώτοις hiſce ſubjungendas, ſive tractatum ejusdem argumenti integrum, ſub finem illorum, uti & Tom. III. Polyhiſt., Lib. 6. Sect. 8., p. 108., promiſſum, vix unquam videbit orbis literatus. Inter ſchedas enim autoris defuncti, teſte continuatore vitæ ipſius *p. 25.*, multa quidem auctaria Diſputationis αὐτόγραφα, tractatui deſtinata prolixiori, ſuperfuerunt, ſed ita miſere disjecta, ut edi vix poſſint.

Diſſ. de Enthuſiasmo ſeu furore poetico, lectionibus in Claudiani de raptu Proſerpinæ libros publicis, M. Novembri A. 1661., Roſtochii præmiſſa, ibidemque A. eod. A. 1661. in 4to (*teſte C. Thurmanno in Elogiis Morhofianis p. 55.*) impreſſa. Legitur etiam in Volumine *Diſſertt. Acad.*, A. 1699. junctim recuſarum, *p. 71-82.* Programma elegiacum, quo Studioſos ad audiendam illam invitavit, in *Miſcellaneis Poeticis p. 18. 19. 20.* occurrit. Non video igitur, cur Henr. Muhlius, in ſuæ de eodem Enthuſiasmo poetico exercitationis *proœmio p. 7., & §. 12. p. 21. 22.*, hujus Diſſertatiunculæ, quæ publice legitur, deploret jacturam. Confudiſſe certe eam videtur cum diatriba ſeu commentario argumenti ejusdem prolixiori, quem, non ſub hujus ſolum finem *p. 81.*, ac *P. II. Tractatus de lingua ac poeſi Germanica vernaculi, c. 1., p. 201.*, ſed in αὐτογράφοις etiam ſcriptorum ſuorum affectorum indicibus, per vitæ continuatorem in lucem prolatis, imo & in *Catalogo nundinarum A 1664. vernalium Lipſienſi p. 37.*, pollicitus quidem eſt, ſed nunquam abſolvit.

Theologiæ gentilis politicæ Diſſertatio prima de divinitate Principium. Roſtochii 1662. in 4. Recuſa in Volum. *Diſſertt. Acad.* (Hamb. A. 1699.), *p. 82-112.*, una cum Diſſert. (quam in priori *p. 14.* promiſit) ſecunda de titulis principum divinis, e MSto tunc primum edita, ſed ſub finem mutila. Reliqua pars *Theologiæ* hujus *gentilis politicæ* (qua Principum viventium cultum divinum atque idololatricum percenſere autor conſtituerat), nec lucem vidit, nec a noſtro perfecta eſſe videtur.

Memoria Henr. Rahnii, Academiæ Roſtochienſis JCti, publica oratione celebrata. Roſtochii 1662. in 4to. Miror, in Orationum noſtri ſyntagmate, Hamburgi A. 1698. excuſo, hanc eſſe omiſſam.

Querela halecis ad Neptuni tribunal, carmen joculare. Roſtochii 1662. Recuſa A. 1697., inter *Opera* noſtri *poetica*, *in libro Jocorum, p. 873-880.*

Proſphonema in Chriſtiani Kortholti, Profeſſoris Roſtochienſis, ſummos in Theologia honores. Roſtochii 1663. Recuſum A. 1699., in Volum *Diſſertt. Acad., p. 117-120.* Agitur in eo de Philoſophiæ & Theologiæ concordia, promotionumque in academiis theologicarum ritibus.

Diatribe philologica de novo anno, ejusqve ritibus, a Joh. Gothardo a Böckeln, Ratzeburgenſi (Academiæ poſtea Helmſtadienſis JCto), edita. Roſtochii 1663. in 4to. 9. Pl. Hanc ſibi noſter, a Böckelio qvippe auditore e privatis ſuis hauſtam acroaſibus, vindicat in *Prælectionibus polyhiſtoricis* MSS., *c.15*.

De ente rationis carmen heroicum joculare, ad Matthiam Waſmuthum, Logices in Acad. Roſtochienſi Profeſſorem, Roſtochii primo, & deinde Kilonii, utrobiqve ſine mentione anni, in 4to editum, tertiaqve vice Lubecæ A. 1697., inter *opera poteica* reliqva, *in Libro Jocorum*, *p. 881-900.*, recuſum. In editionis ſecundæ Kilonienſis præfatione, & T. II. Polyhiſt. Lib. II., ſeu Hiſt. Nat., P. 1., c. 15., p. 263. 264., refert autor, ſe, qvæ in hoc carmine jo-culariter de entium rationis in cerebro per εἰδώλα illa, qvorum ſpeciem iſtic Anatomici deprehenderunt, propagatione finxerit, ſerio deinde aſſerta, arcaniſque annumerata reperiſſe a Rob. Fluddio, in *Anatome cerebri myſtica*.

Princeps Medicus; ſeu de curatione ſtrumarum, qvæ fit a Regibus Angliæ & Galliæ, Diſſertatio academica hiſtorico-medica. Roſtochii 1665. in 4to. Recuſa Hamburgi A. 1699., in Volumine *Diſſertationum Academicarum*, *p. 127-160.* Auctiorem ejus editionem, *in Hiſtoria naturali MS.*, *P. II.*, *c. 8.*, & ſcriptorum ſuorum affectorum indicibus, promiſit. Sententiam autoris, miraculoſas eſſe Regum Angliæ & Galliæ curationes perſvaſi, refellere aggreſſus eſt D. Joh. Joach. Zentgrafius Argentinenſis, Acad. patriæ hodie Theologus, in *Biga Diſputationum de tactu ſtrumoſorum Regis Franciæ*, Witebergæ A. 1669. & 1675. editarum, *Diſp. II.*, §. 2. *& ſqq.*

Epigrammata ſex in Academiæ Kilonienſis, & IV. ejus Facultatum, inſignia, in Alex. Julii Torqvati a Frangip., Chiliarchæ Svedici, *Hiſtoria Inaugurationis Acad. Chriſtian Albertinæ Kilonienſis*, qvæ A. 1666. in fol. prodiit, *p. 110. 111.*, obvia.

IV. Odæ concertantes in laudem Ferdinandi III. & Leopoldi, Imperatorum, Friedericiqve & Chriſtiani Alberti, Ducum Holſato-Gottorpienſium, ſcriptæ, ab Aug. Pflegero, Chori Ducalis Præfecto, modis ornatæ Muſicis, & in academiæ inauguratione, d. 5. Oct. A. 1665., decantatæ: In ejusdem *Hiſtoriæ* Torqvati Appendice comparent.

Strenæ poeticæ, ſub initium Anni 1666., Principi, Patroniſqve & Profeſſoribus Academiæ, diſtributæ, &, in eadem operis ſui Appendice, a Torqvato publicatæ. Recuſa ſunt deinceps tam Epigrammata iſta, qvam Odæ (abſqve modis tamen muſicis) & Strenæ, in *Primitiis Parnaſſi Kilonienſis*, & ſeorſim abſqve anni mentione editis, & *Operum poeticorum* ſyntagmati A. 1697. in ſertis. Strenæ in *Volumine* etiam *Diſſertationum Academicarum*, Hamburgi A. 1699. impreſſo, *p. 182-188.*, leguntur.

Oratio panegyrica in laudem Chriſtiani Alberti, Ducis Holſatiæ, in Academiæ Kilonienſis inauguratione, d. 6. Oct. A. 1665., recitata, & a Torqvato, in ſuæ *Inaugurationis* iſtius *appendice*, evulgata, recuſa autem inter *Orationes* Morhofii, junctim Hamburgi A. 1698. *in 8.* editas, *num. 1.*, *p. 1-33.*

Deſcriptio Actorum promotionis, in omnibus Facultatibus Academiæ Kilonienſis, principalibus auſpiciis & ſumptibus, d. 22. Jan. A. 1666. inſtitutæ, omniumqve, qvæ cum iis ſunt connexa. Accedunt, præter alia, vota illius Pythagorica, ſeu luſus extemporaneus, de numero Candidatorum primæ promotionis; in tribus Facultatibus ſuperioribus ternario, in philoſophica ſeptenario, Petriqve Muſæi, Theologi, Er. Mauritii, JCti, Caſp. Marchii, Medici, ac ipſius Morhofii, Orationes in eadem promotione recitatæ. Prodierunt hæc omnia A. 1666. & ſeorſim Kilonii in fol., &, cum aliis ſchediaſmatis, in Alex. Jul. Torqvati *Hiſtoriæ inaugurationis Acad. Kilon. Appendice*, & Hamburgi A. 1699., in *Volumine Diſſert. Acad.*, *p. 161-234.*

Oratio de tribus cauſis, ob qvas multi ad minus ſolidam aliqvam ſapientiam perveniant, ignavia ſcilicet, philavtia & diſcordia, in promotionis Magiſtrorum actu, Kilonii, ab eo Ord. Philoſ. Prodecano, d. 22. Jan. A. 1666., recitata, in Torqvati *Appendice Hiſtoriæ Inaugurationis*, uti jam dictum, eodem A. 1666., edita, & in Syntagmate *Orationum* Morhofianarum (Hamburgi A. 1698. *in 8.*), *num. 2.*, *p. 33-61.*, recuſa.

Primitiæ Parnaſſi Kilonienſis, Joh. Adolpho Kielmanno inſcriptæ. Kilonii, ſine anni mentione, (A. 1666.) in 8vo. Frid. Rappolti Epigramma in illas encomiaſticum ſupra, inter autoris elogia, jam eſt recitatum.

Miſcellanea poetica: Accedunt Epigrammata ſelecta. Kilonii 1666. in 8vo. Inſcripſit Bibliothecæ Gottorpienſi. In iſta Frid. Rappoltus ita luſit:

Singula qvæ condis, cur Miſcellanea ponis?	*Viſa meo certe eſt olla hæc miſcella palato,*
Lauta an congeſtis ſecla imitare cibis?	*Cœnari ſolis digna ſed olla Diis.*

In *Epigrammata* autem *ſelecta* hoc tetraſticho:

Qvæ ſelecta tibi, mihi ſunt Epigrammata lecta,	*Nempe Epigrammaticos ætas non una lepores,*
Et jucunda bonis, & piperata malis.	*Nec vendit mordax Bilbilis una piper.*

Venerum & Funerum liber, ſive Epithalamia & Epicedia (illa Kielmannis patri filiisqve, hæc Chriſt. Caſſio inſcripta). Kilonii 1667. in 8vo. Adjecta ſunt Epigrammata encomiaſtica Er. Mauritii & Ad. Tribbechovii.

Veneres novæ (ſive Epithalamia poſteriora), ad Auguſtum Fridericum, Epiſcopum Lubecenſem, Ducemqve Holſatiæ, Kilonii, ſine anni (qvi, niſi fallor, fuit 1675.) mentione, in 8vo.

Avtoſchediaſmata poetica. Kilonii, ſine anni mentione (ſed circa A. tamen 1668.), in 8vo.

Epigrammatum Libri II.; prior Joeli Langelotto, Archiatro Holſatico; poſterior Caſp. Vogtio, Conſuli Wismarienſi, inſcriptus. Kilonii, ſine mentione anni, in 8.

Horæ ſubſecivæ poeticæ, ad Conſtant. Hugenium. Kilonii 1671. in 8.

(Octo hi Poematum Morhofii latinorum faſciculi junctim omnes recuſi ſunt in *Operibus poeticis* illius, Lubecæ A. 1697. in 8. publicatis, qvorum recenſus, additis judiciis variorum de iisdem honorificis, infra exhibebitur.)

Venus Cimbrica; ſeu Poema heroicum in nuptias Chriſt. Alberti, Ducis Holſatici, cum Friderica Amalia, Principe Danica, Academiæ Kilonienſis nomine ſcriptum. Accedunt Epigrammata, eidem feſtivitati dicata. Kilonii 1667. in fol. (*3. pl.*). Recuſa *in Veneribus novis* A. 1675., & in *Operibus poeticis* A. 1697.

Panegyricus, in nuptiis auguſtiſſimis Chriſtiani Alberti, Ducis Slesvici & Holſatiæ, ac Fridericæ Amaliæ, Friderici III., Danorum Regis, Filiæ, M. Dec. A. 1667. publico Univerſitatis Kilonienſis nomine dictus. Kilonii 1667. in fol. Recuſus in ſyntagmate *Orationum*, Hamburgi A. 1698. edito, *num. 3.*, *p. 61-106.*

Manes Fabriciani; ſeu Poema elegiacum & Epigrammata qvædam in obitum Vinc. Fabricii, Conſulis Gedanenſis. Kilonii 1667. in fol. (3. pl.). Recuſa, tum ſub finem *Operum* Vinc. Fabricii, Lipſiæ A. 1685. in 8vo junctim editorum (*inter Adoptiva p. 805-818.*), tum in Morhofii ipſius *Operibus poeticis*, Lubecæ A. 1697. impreſſis, *Libro III. Manium.*

Nænia funeralis in annum 1668. exſpirantem, Luſus epigraphicus. Kil. in fol. (*2. pl.*)

Venus alphabetaria, ſeu Epithalamion elegiacum in nuptias Laur. Gutzmeri, Paſt. Ratzeburgenſis, & Helenæ a Nedden, admodum prolixum, & literarum alphabeti ordine cogitata varia erotica proferens arguta. Ratzeburgi 1669. in fol. Recuſa in *Veneribus novis* A. 1675., & in *operibus poeticis* A. 1697. (5. pl.)

Diſp.

Diſp. de Sole igneo. Kil. 1672. in 4. Recuſa Hamburgi A. 1699., in *Volumine Diſſertt. Acad.*, *p. 235-244.* Commendatur a Georg. Caſp. Kirchmayero *in Comm. de Phoſphoris*, *Natura Lucis & Igne*, *p. 31.*

De ſcypho vitreo, per certum vocis humanæ ſonum rupto, Epiſtola ad Joh. Dan. Majorem, Profeſſorem Medicum Kilonienſem. Kil. 1672. in (*6½ pl.*). Epiſtolam hanc, ſcyphorum vitreorum, a Nicol. Pettero, œnopola Amſtelodamenſi, certo & æqvali vocis ſuæ ſono A. 1670., ſe præſente, ruptorum, hiſtoriam proponentem, & ratiociniis phyſico-mathematicis ingenioſe illuſtrantem, autor Ephemeridibus Curioſorum Germaniæ Phyſico-Medicis Miſcellaneis inſerere primum parabat, ſed dein, ob prolixitatem, ſeorſim, edere maluit. Qvam vendibilis fuerit, qvantoqve excepta ſit applauſu, diſtractio exemplorum illius intra breve admodum tempus, & ſecuta eorundem raritas, abunde teſtantur. De utraqve, præter Lipſienſes (*in Actis Erud.*, *M. Majo A. 1683. p. 195.*) Eraſmum Franciſci (*in Annott. ad Baronis a Valvaſor* Ehre des Hertzogthums Crayn, *L. 4.*, *c. 50.*), iſtumqve allegantem Cl. Tenzelium (*in Dial. menſtr. Germ.*, *M. Dec. A. 1689. p. 1277.*), Joh. Chriſt. Frommannus, Medicus & Prof. Coburgenſis, anno jam 1675., *in Tr. de faſcinatione*, *Lib. 3.*, *Part. 3.*, *Sect. 2.*, *c. 3.*, *§. 4.*, *p. 985. 986.*, ita ſcripſit: *Vocum verborumqve efficaciam naturalem primo limine confirmare videtur elegans experimentum excell. & clariſſimi Dn. D. Dan. Georg. Morhofii, Prof. Kilon. celeberrimi, in Epiſtola, qvam inſcripſit de ſcypho vitreo per certum humanæ vocis ſonum rupto, Kilonii A. 1672. edita. Argumenti raritate Angli, ſua natura curioſi, ducti, propera exemplarium, Hamburgi venalium, coemptione, & in Angliam tranſportatione, iſtorum raritatem in Germania pepererunt, ut rara ſit inter literatos Germanos Epiſtola iſta.* Nec defuit, qvi vix editam in Belgicum idioma transfunderet, iſtoqve luci publicæ, Amſtelodami A. 1673. in 8., ſub hoc exponeret Titulo: D. G. Morhofs Brief over het Breeken van een Glaſeroomer door ſeker menſchelik Geluyt. De qva Anonymi verſione, notulisqve paſſim illi interſperſis, Noſter *in præfat. Stentoris ὑαλοκλάϛϩ* judicat, ſatis qvidem illum concinne in labore hoc eſſe verſatum, niſi qvod in nonnullis mentem ſuam non ſatis ſit aſſecutus, &, in ipſa experimenti hiſtoria, de fracto per ſonum diapaſon vitro, diſſentiat. E Germanis, præter J Chr. Frommannum (cujus locum jam exhibuimus, publice Epiſtolam hanc commendarunt Chriſtoph. Wegleiterus, Theol Altorfinus, *in Orat. de palmariis ſeculi noſtri inventis*, *p. 43.*, & M. Theod. Kirchmaierus, Ord. Philoſ. Witeb. Aſſeſſor, *in Schediaſmate de viribus toni conſoni mirandis*, Witebergæ eodem, qvo illa A. 1672. edito; cujus *cap. 2.*, *§ 3.*, hoc de ea tulit judicium: *In hac videas multa rara ac curioſa, qvæ famam viri amplificant, qvanqvam ipſe de ſe fateatur, qvod magnam partem acceperit ab Anglis.* E Danis, Eraſmus Bartholinus, *in Diſp. de problematibus geometricis*, eod. A. 1672. Hafniæ publicata, *p. 5.* Ex Italis autem, præter Joh Cinellum (*P. I. Bibliothecæ volantis*, Florentiæ A. 1677. edita, & *in Stent. Hyalocl.* noſtri *p. 19.* laudata), Athanaſius Kircherus & Dan. Bartholi, Jeſuitæ duo longe doctiſſimi, & in philoſophia naturali præ aliis egregie verſati. Qvos inter ille, *in Phonurgia*, facta experimenti hujus de vitro per vocem Petteri rupto mentione, ſeqventia adjecit: *Cauſam hujus rei anxie ſunt inqvirere conatus eſt eruditus vir, Dan. Georg. Morhofius, in opuſculo ſupra citato. Sed adhuc ſub judice lis eſt, compluribus id tentantibus qvidem, ſed non cum eo, qvem ſperebant, ſucceſſu.* Alter, Daniel Bartoli, in Libro Italico *de ſono & tremoribus harmonicis*, Bononiæ A. 1681. evulgato, *Tr. III*, *c. 8.*, omnes in partes idem experimentum verſat, &, magna parte obſervationum noſtri adducta, compluribus aliis, tum ratiociniis, tum experimentis, illuſtrat, ſed argumenta epiſtolæ Morhofianæ, e philoſophiæ Democriteæ principiis deducta, faſtidit, his, inter alia, verbis utens, noſtro (qvi &, iis *non parum ſe affici*, *in præf. Stent. ὑαλοκλάϛϩ*, eſt faſſus) perqvam honorificis: *Jo havea ſcritto fin qvi, ne altro mi rimaneva che aggiugnere: qvando mi ſi die', dopo lungamente cercatolo, a vedere un trattato, ſotto nome di lettera di Daniel Georgio Morhof de ſcypho vitreo per certum humanæ vocis ſonum rupto. Lettolo avidamente, ne giudicai dotto l'autore, e l'opera piena d'eruditione e d'ingegno. Vidi in eſſa havervi del favorevole, e del contrario a me, oltre al filoſofare, ch'egli adopera, dedotto da' principi d'un tal moderno Siſtema Democritico riformato, che a me non va punto pel verſo.* Autor, partim tot virorum doctorum encomiis, & de raritate Epiſtolæ qverelis, partim vero ſcrupulis a Kirchero (cui, *in Diſp. de paradoxis ſenſuum p. 18.*, nonnulla jam A. 1676. regeſſit) circa experimenti veritatem, ab interprete Belgico circa ejusdem circumſtantias nonnullas, & a Bartolo circa philoſophemata Democritea, ſibi motis, inſtigatus, laborem ſuum, ut & iſtis, & his, ſatisfaceret, revidit, & plurimis acceſſionibus ita auctum, ut editionis prioris magnitudinem ſextuplo excederet, atqve ex epiſtola in tractatum prolixiorem, 18 diſtinctum capitibus, eſſet mutandus, A. 1683. denuo ſub hoc publicavit titulo:

Stentor ὑαλοκλάϛης; ſeu Diſſert. epiſtolica de ſcypho vitreo per ſonum vocis humanæ rupto, ad D. Joh. Dan. Majorem, in qva imprimis natura ſoni non parum illuſtratur. Editio ſecunda, emendatior & auctior. Kilonii 1683. in 4to (*1½ Alph.*). Recuſa Hamburgi A. 1699. *in Volumine Diſſertt. Academicarum*, *p. 329-445.* Recenſum ejus prolixiorem exhibent Lipſienſes *in Actis Eruditorum*, *M. Majo A. 1683.*, *p. 194-197.*, *Ephemerides eruditorum Gallicæ A. 1684.*, *num. 15.*, *p. 235-238.*, & Chriſt. Franc. Paulinus im Philoſophiſchen Feyerabend, *c. 99.*, *p. 874-878.* Hos inter Lipſienſes hoc eum ornant Elogio: *Naturæ myſtagogum eſſe Morhofium, vel ſolus hic libellus locupletiſſimus poteſt eſſe teſtis. Omnia enim in illo allegationibus rariſſimorum autorum, omnia experimentis recentiſſimis ſunt plena, nec ullum eorum ſine acuta atqve accurata diſqviſitione a perſpicaciſſimo hoc viro dimittitur. - - Autorem inſpicere ipſum pretium erit operæ. Is enim, uti cornu copiæ qvoddam eſt eruditionum non trivialium, ita legentes qvoqve ſic delectabit, ut ardentiſſimum in ipſis reliqvorum ingenii fœtuum, qvos affectos perfectosqve domi fovet, deſiderium accendat.* Commendant eundem Sam. Reyherus (autorem *acuſticam maxime illuſtraſſe* judicans) *in Diſſ. de natura & jure auditus*, *c. 3.*, *p. 7.*, Chr. Franc. Paulinus *l. c.*, Joh. Hadr. Sleevogtius, Med. Prof. Jen. (cui *eruditiſſimus* audit), *in Diſp. inaug. de Anthrace peſtilenti*, *§. 33.*, *p. 12.*, Matth. Henr. Burchardus *in Or. fun. autori habita*, *p. 11.*, ac Joh. Franc. Buddæus (a qvo *doctiſſimus* ille vocatur) *in Diſſ. de ruina murorum Hierichuntinorum*, *§. 16.* (*in Parergis hiſtorico-theologicis p. 261.*).

Oratio de intemperantia in ſtudiis, & eruditorum, qvi ex ea oriuntur, morbis, ſub auſpicium Rectoratus academici M. Apr. A. 1669 habita Kil. 1672 in 4. Recuſa Hamburgi A. 1698., in ſyntagmate Orationum, *p. 106-143.* Commendatur a Jac. Thomaſio *in Tr. de plagio literario*, *§. 285. 288. 334. 634.*, & Ant. Ittero *in Synopſi philoſophiæ moralis*, *L. 3.*, *c. 3.*, *p. 158.*

De metallorum tranſmutatione, ad virum nobiliſſimum & ampliſſimum, Joelem Langelottum, ſereniſſimi Cimbrorum Principis Archiatrum, Epiſtola. Hamburgi 1673. in 8vo (*10. pl.*). Recuſa Hamburgi A. 1699, in *Volumine Diſſertationum Academicarum*, *p. 245-302.*, ac, triennio poſt, a Joh. Jac. Mangeto etiam *Libro I. Bibliothecæ Chemicæ curioſæ*, Genevæ A. 1702. in fol. editæ, inſerta (*V. Acta Erud. A 1702. Lipſ. p. 234.*). Scripta eſt illa, rogatu Langelotti, cum hujus argumenti nonnulla Noſter, in colloqvio de ipſius Epiſtola

ad Naturæ Curioſos, cum eo communicaſſet. Perſeqvitur autem Morhofius in ea hiſtoriam non ſolum ſcriptorum chymicorum ἐξοχωτέρων, ſed adeptorum etiam, qvos vocant, celebriorum, factarumqve per hos Tranſmutationum Metallicarum, & ſubinde ad alia qvædam ſecreta chymicæ artis digreditur. Auctiorem longe illius editionem eum eſſe meditatum, & ſcriptorum ipſius affectorum index αὐτόγραφος, in vitæ continuatione a Schumanno publicatus, teſtatur, & Joh. Ludov. Hannemannus, *in Ovo Hermetico-Paracelſico p. 133.*, confirmat, ſimulqve, ultimis vitæ annis, tum qvoad hiſtoriarum circumſtantias, tum qvoad experimenta & principia, multa melius edoctum, mentem in non paucis refert mutaſſe. Laciniæ, qvas ſe aliqvando purpuræ huic eſſe aſſuturum, idem Hannemannus pollicetur, jacturam ſupplementorum autoris ipſius minime reſarcient, nec a viris doctis, qvibus ἀκρισία ejus ac ſcribacitas inepta innotuerunt, magnopere deſiderabuntur. *Libellus perelegans* Epiſtola hæc vocatur ab Henn. Wittenio *Dec. IX. Memor. Philoſ. renov. p. 628.*, & Chr. Wilh. Eubenio *in Eponymologio critico Tob. Magiri aucto p. 743.*, *doctiſſima* a Vinc. Placcio *in notis ad Joh. Rhodii Catal. ſcriptorum ſuppoſititiorum p. 41.*, *lectu jucundiſſima*, & *multa ſcitu non inutilia continens*, ab eodem *in Tr. de ſcript. Anon. & Pſevdon. p. 42.*, *elegantiſſima* autem *ibid. p. 119.* Præter hos eandem commendant Phil. Jac. Hartmannus (nonnunqvam tamen, qvod ad ſuccini attinet φυσιολογίαν, ab ea modeſte diſſentiens, ſuiqve diſſenſus rationes adjungens) *Libro II. Hiſtoriæ ſuccini Pruſſici*, Francof. A. 1677. editæ, *locis compluribus* Mich. Bernh. Valentinus *Diſſ. V. Epiſtolica de luſu & erroribus naturæ p. 173.*, ac *in Hiſt. Lit. Acad. Nat. Curioſorum p 11.*, Chriſtoph. Wegleiterus *in Or. de palmariis ſeculi noſtri inventis p. 42.*, & Matth. Nicol. Kortholtus in Jambis in illam, *Libro I. Epigramm. p. 14.* obviis. Unum hunc in libello, cœtera pulcherrimo, nævum obſerves, qvod autor, nimio ſuo in chymiam indulgens affectui, juſtum circa transmutationum metallicarum hiſtorias non ubiqve adhibuerit delectum, nec a credulitatis vitio, in iſta χρυσοποιΐας & Adeptorum hiſtoria, ſit immunis. Id qvod notatum etiam eſt a viro illuſtri, Gotfr. Gvilh. Leibnitio, qvi, teſte Cl. Tenzelio (*in Dial. menſtr. Germ., M. Oct. A. 1692., p. 837.*), pleraſqve transmutationum, qvas illa exhibet, hiſtorias ſuſpectas eſſe, nonnullas etiam manifeſto falſas, autori, paulo anteqvam obiret, ſignificavit, & deinde (*in Miſcellaneis Acad. Scient. Berolinenſis*, A. 1710. editis, *P. I, n. 2., p. 19.*), *credulitatis* eum circa Chymicorum hiſtorias *non fuiſſe expertem*, publice monuit.

Diſp. de paradoxis ſenſuum. Kilonii 1676. in 4. ibid. 1685. in 4. Tertia vice recuſa Hamburgi A. 1699., *in Volumine Diſſertt. Acad., p. 303-328.* Editionem ejus longe auctiorem, ſive librum de paradoxis ſenſuum peculiarem, promiſit *in Stentore ὑαλοκλάστῃ p. 142.*, & ſcriptorum affectorum indice. Polmanno (ſive potius Andr. Plomanno, Regiomontano), Reſpondenti, eam perperam tribui a Thoma Hydio *in Proleg. Librorum de ludis orientalium*, monuit jam Chr. Aug. Heümannus *in Sched. de libris Anonymis & Pſevdonymis, P. II., p. 105.* *Elegantiſſima* hæc Diſſ. audit Chriſtoph. Wegleitero, *in Or. de palmariis ſeculi noſtri inventis p. 42.*, & Joh. Georg. Grævio, *in Notis & Emendatt. in Lucianum, T. II.*

Liber de Patavinitate Liviana, ubi & de urbanitate & peregrinitate ſermonis latini univerſe agitur. Vito Ludov. Seckendorfio inſcriptus. Kilonii 1684. in 4. Recuſus Hamburgi A. 1699., *in Volumine Diſſertt. Acad., p. 471-592.* Recenſus illius hiſtorico-encomiaſtici prolixiores exhibentur in *Actis eruditorum Lipſienſibus, M. Dec. A. 1684., p. 570-576.*, Abbatis Roqvii *Ephemeridibus eruditorum Gallicis A. 1685., num. 20*, ad d. 25. Jun. *p. 318.*, & Pet. Bælii *Novellis reip. literariæ Gallicis, M. Apr. A. 1685., p 444-445., ac M Jun., Art. III., p. 609-625.* Lipſienſes hanc libro egregio, ſatisqve per ſe vendibili, hederam *l. c.* ſuſpendunt: *De ſermonis Romani, qvi Conſulum, qvi Patriciorum, qvi eqvitum erat, nitore, qvam urbanitatem dixere, docte graviterqve differere; ætatis aureæ ſcriptores ab iniqvis obtrectantium cenſuris, Livium præſertim, Hiſtoricorum Romanorum principem, & ipſum eqvitem, adverſus Aſinium Pollionem, Patavinitatis inſimulantem, acriter defendere, ſic ut in animo legentis ſuſpicio impolitæ dictionis ne minima relinqvatur, illuſtris non minus eſt ingenii, qvam artis exqviſitæ. Qvod cum in præſenti ſcripto egregie, uti propoſuerat, clariſſimus autor præſtiterit, non eſt dubium, qvin de bonis ille literis tanto præclarius mereatur, qvanto majori illis ſolent eſſe detrimento, qvorum pravum detrahendi ſtudium id agit, ut qvacunqve ratione ſcriptores claſſicos erudito ſeculo ſuſpectos reddat, primamqve adeo dicendi regulam corruptam.* Interjectis deinde compluribus, eundem *opus* appellant *nitidum, ac profundioris doctrinæ plenum*, in qvo multa inveniuntur, *qvæ cum antiqvitati, Romanæ æqve ac Græcæ, tum rerum Hiſpanicarum, Gallicarum & Italicarum notitiæ, plurimum accendunt lucis, judicium de ſcriptoribus cujuscunqve generis ac ætatis acuunt, diſcernere lingvarum idiotiſmos docent, politiorisqve literaturæ ſtudio excitando, augendo & ornando, apprime ſerviunt.* Abbas Roqvius, *l. c.*, hoc de illo fert judicium: *On trouve icy des recherches fort curieuſes ſur ce defaut de Tite Live, & ſur la veritable urbanité du ſtile latin.* Æg. Menagius (uti in *Menagianis* poſthumis, Amſtelod. A. 1694. editis, *p. 190.*, refertur) ſeqventi eundem dignatus eſt elogio: *J' ai vû un traité de Morhofius, imprimé depuis peu, ſur la Patavinité de Tite Live, où il expliqve tres ſavamment ce qve c' eſt qve l' urbanité & la peregrinité de la langve latine. Cet ouvrage eſt plein d' erudition, & de mille choſes curieuſes ſur cette matiere.* Pet. Bælio, *l. c. p. 445.*, audit *un ouvrage d'une infinité des recherches tres curieuſes*, Thomæ Crenio *in notis ad Tractatus variorum de eruditione comparanda, p. 294.*) *liber non inelegans*, Joh. Georg Walchio (*in Hiſt. Crit. L. Lat. c. 1., p. 90, c. 8., p 390.*) *liber politiſſimus.* Commendatur etiam ſatis prolixe a Matth. Henr. Burchardo *in Or. funebri Morhofio habita, p. 11. 12.*, nec non a Th. Crenio jam laudato, *P. VIII. Animadv., c. 1., § 8., p. 32.*, Chriſtoph. Cellario, *Progr. I., p. 357.* (cujus verba Crenius etiam *l. c. p. 33.* repetit), Joh. Frid. Reinhardo *in Theatro prudentiæ elegantioris p. 370.*, & Joh. Alb. Fabricio *Lib. I. Biblioth. Lat., c. 11., p. 178. Ed ſec.* Errorem ejus, qvo, Eraſmum Roterodamum incaute ſecutus, *c. 6., p. 79. 80*, Arnobii junioris *in Pſalmos Commentarium* Arnobio Seniori, ſive Afro, tribuit, ſtyliqve ejus in ſcriptis diverſis diverſitatem ex iſto fruſtra conatur oſtendere, fuſius notatum invenies in *Homonymoſcopia* noſtra, *Sect. II., c. 6., §. 16., p 541. 542.*, applaudente Thoma Crenio, *P. IX. Animadv. Philol., c. 2., §. 5., p. 132.* C. S Schurtzfleiſchii hoc de illo, *Tomo II. Epiſtolarum arcanarum, n. 79., p. 113.*, legitur judicium: *De Patavinitate Livii Morhofius neqvicqvam mihi ſatisfacit, nec ſcrupulos eximit, ſed injicit, vir cæteroqvin haud inſcitus.* Aliud ſimile V. ibid *Ep. 96., p 141.*

Diſp. de Eloqventia in tacendo. Kilonii 1684. in 4. Recuſa Hamburgi A. 1699., *in Volumine Diſſertt. Acad. p. 446-470.* Commendatur in illa (uti ſcite a Lipſienſibus, *in Act. Erud., M. Jul. A. 1699., p. 290.*, monetur) *ea oratoris prudentia, qva id ſolum, qvod in oratione ἐνεργητικὸν eſt, exprimit, cætera vero, qvæ vel circa inventionem, vel circa elocutionem, πάρεργα ſunt aut ſuperflua, ab argumento, perſonis, loco, tempore, re, aliena, aut qvovis modo inepta, omittit, aut indicta eſſe cupit.* *Doctiſſima* vocatur a Vinc. Placcio *in Excerptis binis Rhetoricarum acceſſionum p 175.*, *Elegantiſſima* autem a Matth. Henr. Burchardo *l c. p. 11.*, & Chriſt. Gothofr. Barthio, *in Diſſ. de ſeceſſibus veterum Addit. 7.* Commendatur etiam a Gottl. Frid. Seligmanno, *in Idea ſtuciosæ πολυμαθεσίας*, A. 1685. edita, §. 15.

Otia

Otia Divina, ſeu Carminum ſacrorum Liber (*Programmata complectens poetica ſive ἐμμελῆ, feſtis IV. Anni ſolennioribus, publico nomine, in Academia Kilonienſi propoſita.*). Lubecæ 1686. in 8. Recuſus ibidem A. 1697., in *Operum poeticorum* omnium ſyntagmate, *Libro I. Charitum, p. 2-40.* Qvatuor ex iis, feſto χειροτονίας dicata, Joach. Fellerus, Th. Lic. & Poeſeos in Acad. Lipſ. Profeſſor, ſeorſim Lipſiæ A. 1689. curavit recudi, & prælectionibus illuſtravit publicis.

Programma pentecoſtale de eo, qvod in Diſciplinis eſt divinum. Kilonii 1687. in 4. (2. pl.) Recuſum Hamburgi A. 1698., inter *Programmata* reliqva, Orationum ſyntagmati ſubjuncta, *p. 51-571.* Totum etiam ab ipſo autore (integrum hujus argumenti commentarium, uti in affectorum infra monebitur recenſu, molito, & aliqvoties pollicito) A. 1688. *Polyhiſtoris literarii Libro I.*, paucis ſaltem mutatis, eſt inſertum, caputqve iſtius XII. ſibi vindicavit.

POLYHISTOR, ſive de Notitia Autorum & Rerum Commentarii, qvibus præterea varia ad omnes diſciplinas Conſilia & ſubſidia proponuntur.

Operis hujus tripartiti Tomi primi, ſive Polyhiſtoris literarii, libri duo priores, bibliothecarius & methodicus, ab Autore ſuperſtite ſunt editi Lubecæ A. 1688. in 4., &, adjecto tertio (de qvo mox dicetur), præfixaqve Joh. Burchardi Maji, Prof. Kilonienſis, præfatione nova breviori (*in qva indices ſuos in opus Morhofianum, ſeorſim edendos, promittit*), ſubjuncta vero Matthiæ Henr. Burchardi Oratione funebri, Morhofio habita, auctiores (uti titulus jactat) ibidem A. 1695. in 4. recuſi.

Libri primi, ſive *Bibliothecarii*, caput primum agit de polymathia, II. de hiſtoria literaria, III. de Bibliothecis, earumqve erigendarum cauſis, IV. de bibliothecarum erigendarum mediis atqve ornatu, V. de earundem ordine atqve everſionibus, VI. de Bibliothecariis & notitia bibliothecaria paranda, VII. de MSStis, VIII. de libris damnatis, IX. de Pſevdonymis, Anonymis & Plagiariis, X. de libris myſticis & ſecretis, XI. de libris phyſicis ſecretioribus, præcipue chymicis, XII. de eo qvod in diſciplinis eſt divinum, XIII. de collegiis ſecretis, XIV. de aliis eruditorum ſocietatibus, XV. de converſatione erudita, XVI. de ſcriptoribus ad rem librariam & hiſtoriam literariam pertinentibus, XVII. de ſcriptoribus bibliothecariis, XVIII. de Catalogorum ſcriptoribus, XIX. de vitarum ſcriptoribus, XX. de fructu hiſtoriæ literariæ, XXI. & XXII. de LLCC ſcriptoribus & polygraphis, XXIII. & XXIV. de epiſtolarum ſcriptoribus, XXV. de epiſtolis eruditorum ineditis.

Libri ſecundi, ſive *Methodici*, Caput I. agit de ingeniorum delectu, II. de ſcholis, bonarum mentium officinis, III. de facultatum animi ſubſidiis, IV. de ſubſidiis dirigendi judicii, V. de arte Lulliana, ſimilibusqve inventis, VI. de memoriæ ſubſidiis, VII. de methodis ſtudiorum variis, VIII. de variis in doctrina paranda compendiis, IX. de Methodo lingvas, Latinam præcipue ac Græcam, diſcendi, X. de curriculo ſcholaſtico, XI. de curriculo academico, XII. de pædagogia regia, XIII. XIV. & XV. de exercitationibus in oratione ſoluta, qvarum exempla imitatione expreſſa adjiciuntur, XVI. de exercitationibus in oratione ligata.

Accuratius ſi librorum horum duorum argumenta noſſe cupias, conſulendi tibi ſunt recenſus illorum prolixiores, operis ſimul totius ſciagraphiam e præfatione aliqvam exhibentes, in ephemeridibus modernis literariis paſſim obvii, in *Actis* nempe *eruditorum Lipſienſibus, M. Oct. A. 1688., p. 564-- 68., Diario eruditorum Gallico Anni 1691., num. 38. & 39., p. 671-692.*, & (qvod Gallici autores *p. 608.* laudant) Parmenſi Italico (*le Giornal de letterati*) Anni 1689., n. 9., Pet. item Bælii *Novellis reip. literariæ, M. Majo A. 1688, p. 575. 576.*, Henr. Baſnagii *Hiſtoire des ouvrages des ſçavans, M. Jun. A. 1688., p. 158-178.*, Joh. Clerici *T. XIII. de la bibliotheqve univerſelle & hiſtoriqve, M. Apr. 1689., p. 1-39*, Chr. Thomaſii Schertz- und Ernſthafften Gedancken über allerhand Bücher, *M. Aug. A. 1688., p. 275-289., & M. Novembri ejusd. anni ferme integro, p. 583. & ſeqq.*, Wilh. Ern. Tenzelii *Dialogis menſtruis A. 1689. Germanicis, M. Jan. p. 4-115., & M. Mart. p. 254-303.*, ac Joh Gröningii (ſolum capitum ſingulorum exhibentis indicem) *Relationum reip. literariæ Tomo I*, A. 1702. edito, *Sect. I., Relat. II & III., p. 11. 12. 13. 14.*

Tomi primi ſive Polyhiſtoris literarii, Liber III. παρασκευαστικὸς, ſub *Partis ſecundæ Polyhiſtoris* titulo, poſt autoris obitum, cum Henr. Muhlii in eum Epicedio, editus Lubecæ 1692. 4., & recuſus ibid. A. 1698. in 4. XIII. is capitibus de excerpendi ratione, variiqve generis excerptis, phraſeologicis, Lexicis, criticis, exegeticis, antiqvariis, oratoriis qvadruplicibus, poeticis, & ad diſciplinas pertinentibus, exemplis plerorumqve adjectis, commentatur.

In Polyhiſtorem hunc (qvem eundem eſſe credo cum *Encyclopædia Bibliothecaria, de re bibliothecaria in univerſum, & de præſtantiſſimis in omni doctrina Autoribus*, in ſcriptorum ſuorum affectorum Indice a Noſtro promiſſa) Autor, tanqvam in Pandectas Literario-Philoſophicas, omnium ſuarum per luſtra ferme ſex lectionum academicarum (qvas ſigillatim, uti olim conſtituerat, publicare, ſibi, per valetudinem adverſam, fatumqve imminens, haud fore integrum, facile prævidebat) nucleum, aliasqve in hiſtoria literario-libraria, & polymathia univerſa, obſervationes, conſtipare, in animum, qvinqvennio circiter ante obitum induxit. Fundum tamen ejus præcipuum eſſe voluit *Lectiones Polyhiſtoricas*, A. jam 1672 habitas, &, qvæ ex hiſce paſſim auctis, interpolatis atqve immutatis, ipſi natæ ſunt, de *notitia Autorum* Acroaſes privatas prolixiores, bis ab A. 1680 ad 1683., in auditorum gratiam, inſtitutas. *Polyhiſtoricæ* XVII abſolvuntur Capitibus, qvorum I. de re agit bibliothecaria, & LLCC. bibliothecariis, II. de Locorum Communium ſcriptoribus in genere, III. de diſciplinis in univerſum, easqve tractandi methodo, IV. de lingvis in genere & ſcriptura, V. de lingva Græca, VI. de Lingva Latina, VII de Eloqventia, VIII. de Eloqventia ſacra, IX. de Poeſi, X. de philoſophia naturali, XI. de artibus divinatoriis & magia, XII. de philoſophia morali, XIII. de Oeconomica, XIV. de Politica, XV. de Hiſtoria, XVI de artibus Mathematicis, ac XVII tandem de Logica atqve Metaphyſica. *Lectiones de notitia Autorum*, *Polyhiſtoricis* & poſteriores, & uberiores, XXVII. conſtant Capitibus, qvorum I. de ſcriptoribus commentatur, qvi de re literaria in genere egerunt, II. de ſcriptoribus hiſtoriæ Literariæ, III. de ſcriptoribus bibliothecariis, IV. de Catalogorum ſcriptoribus, V. de Vitarum ſcriptoribus, VI. de fructu hiſtoriæ bibliothecariæ, VII. de Locorum Communium ſcriptoribus, VIII. de epiſtolographis, IX. de Hiſtoriæ Philoſophicæ ſcriptoribus, ipſisqve Philoſophis ſectarum omnium antiqvis pariter atqve modernis, X. de lingvarum ſcriptoribus, XI. de Lexicographis, XII. de Grammaticis, XIII. de Lingvæ Latinæ ſcriptoribus, XIV. de Criticis, XV. de Antiqvariis, XVI. de Rhetoribus Oratoribusqve profanis, XVII. de Oratoribus ſacris, XVIII. de Poetis, XIX. de Scriptoribus phyſicis, XX. de Mathematicis, XXI. de Ethicis, XXII. de Politicis & Oeconomicis, XXIII. de Hiſtoricis, XXIV de Logicis & Metaphyſicis, XXV. de Theologicis, XXVI. de Juridicis, XXVII. autem, ſive ultimum, de Medicis. Has de Notitia autorum lectiones, iisdem pene verbis, qvibus auditoribus olim erant propoſitæ, in Polyhiſtore ſuo exhibere, ſed per ſingulas tamen partes prius refingere, & obſervationibus ſuis atqve auctariis, tum diſciplinas atqve res ipſas illuſtraturis, tum ſcriptores illarum, addita de ſingulis

χεῖρσι accurata, enarraturis, ex *Hiſtoria* (de qva inter ἀνέκδοτα dicetur) *Naturali*, cæteriſqve acroaſibus academicis, publicis ac privatis, locupletare, decreverat. Qvem laborem etſi ſerio, ſummaqve animi contentione, rogatu amicorum, ſit aggreſſus, &, per annos aliqvot, ſatis feſtinanter, qvod haud procul a vitæ ſe fine abeſſe ſentiret, ſuaqve ab aliis, poſt obitum, inculta atqve impolita nollet evulgari, continuaverit, perficere tamen non potuit, ſed, octo tantum prioribus capitibus, qvæ libros Polyhiſtoris Literarii primum, ſecundum tertiumqve ſibi vindicarunt, abſolutis, illi eſt immortuus. Schema totius operis hoc A. 1686. publicavit, a vitæ continuatore (*in Append. Diſſert. Acad. p. 31. 32.*), & Caſp. Thurmanno (*in Elogiis Morhofianis, ibid. p. 58. 59.*), repetitum:

POLYHISTOR,

ſeu

De Notitia Scriptorum & Rerum Libri XII.,

qvorum

I. *Bibliothecarius*, de re bibliothecaria in univerſum, de ſubſidiis ad Notitiam autorum & hiſtoriæ literariæ parandam, epiſtolarum, vitarum, locorum communium ſcriptoribus, &c.

II. *Methodicus*, de pædagogia regia & vulgari, variis parandarum ſcientiarum methodis, tum legitimis, tum illegitimis, variis item compendiis & ſubſidiis mnemonicis, excerptis inſtituendis, &c.

III. *Grammaticus*, de Lingvis variis, & illarum ſcriptoribus grammaticis.

IV. *Criticus*, de Critice in genere, lingvarum Græcæ ac Latinæ autoribus, & ſcriptoribus criticis.

V. *Rhetoricus*, de rhetoricis ſcriptoribus, Oratoribus antiqvis & novis, Rhetorica ſacra & civili, pura & arguta dictione, periodo, epiſtolis, varioqve ad omnem eloqventiam apparatu.

VI. *Poeticus*, de Poetis Græcis ac Latinis, in qvo etiam varia ad poeſin adminicula, & latinitatis poeticæ inventionumqve poeticarum Lexica, ac plurima alia, nova qvadam ratione, proponuntur.

VII. *Philoſophicus*, de ſcriptoribus Philoſophicis, antiqvis & recentioribus, Scholaſticis imprimis, pro ſectarum varietate, Metaphyſicis, Logicis.

VIII. *Phyſicus*, de ſectis Phyſicorum, antiqvis & recentioribus, ſpecialium item argumentorum ſcriptoribus, & noſtrorum temporum inventis.

IX. Ματαιότεχνος, de artibus vanis, ſuperſtitioſis & dæmoniacis, earumqve propagatoribus & ſcriptoribus.

X. *Mathematicus*, de Matheſeos diſciplinarum ſcriptoribus, præcipue iis, qvi poſt Voſſii & Riccioli tempora innotuerunt, variiſqve noſtrorum temporum inventis.

XI. *Practicus* de Philoſophiæ moralis, civilis, œconomicæ, ſcriptoribus, variiſqve ad ſocietatem civilem felicius tuendam adminiculis.

XII. *Hiſtoricus*, de ſcriptoribus Hiſtoricis, illiſqve cum fructu tractandis.

Opus e XX. Annorum laboribus academicis collectum, & ad omnes artes ac diſciplinas accuratius noſcendas ac tractandas utiliſſimum. Appendicis loco addetur Diſſ. de Germanorum in rem literariam meritis.

Ab hoc ſchematiſmo, qvoad ordinem, uti a vitæ continuatore (*l. c. p. 37. 38.*) jam eſt monitum, paululum deinde Noſtrum receſſiſſe, oſtendit ſciagraphia operis, in tres tomos diviſi, recentior, qvam præfationi duorum priorum Polyhiſtoris Literarii librorum A. 1688. hiſce verbis inſeruit: *Totum opus a me in tres tomos tribuetur, qvorum primus Polyhiſtoris Literarii, ſecundus Philoſophici, tertius Practici titulo appellabitur. Nunc prima pars Tomi Primi, atqve adeo duo libri, Bibliothecarius & methodicus, in lucem prodeunt, qvos cæteri ſuo ordine & tempore ſeqventur, & qvidem in Polyhiſtore Literario Liber Grammaticus, Criticus, Oratorius & Poeticus, in cæteris Tomis reliqvæ Philoſophiæ partes.* Sed nec iſti ſciagraphiæ ita arcte inhæſit, qvin excerptorum doctrinæ, libro Polyhiſtoris Literarii ſecundo tradendæ, peculiarem deinde tribueret, Tertium ſc., ſeu παρασκευαστικὸν, poſt fata autoris A. 1692. editum, atqve ita tomum primum libro ſeptimo augeret. An capita tria Commentationis de notitia autorum ἀνεκδότῳ ultima, de ſcriptoribus agentia theologicis, Juridicis & Medicis, Polyhiſtoris ſui partem eſſe voluerit, haud immerito dubites, cum nullam plane illorum in ſchematiſmis modo laudatis fecerit mentionem. Partes Polyhiſtoris (cujus Tomi I. Libri III. priores, velut antea monitum eſt, ſeorſim initio prodierunt) reſiduas, Tomi ſcilicet Primi Libros IV. poſteriores (Grammaticum, Criticum, Oratorium & Poeticum), Tomoſqve Secundum & Tertium integros (Philoſophiæ, ejuſqve diſciplinis theoreticis pariter atqve practicis, Logicæ item, artibus divinatoriis magiciſqve, & Hiſtoriæ, dicatos), qvod attinet, in lucem qvidem illæ, cum autor moribundus fieri id permiſerit, e prælectionibus de Notitia Autorum, &, qvæ iis jungendæ ſunt, Polyhiſtoricis, A. 1707. a me, Bibliopolæ rogatu, ſunt prolatæ, verum (ſi reliqvias Tomi I., prælo jam a Lipſienſibus, uti mox indicabitur, paratas, excipias) neutiqvam ea, qvam & argumenti dignitas exigit, & ab autore orbis eruditus expectavit, vel ἀκριβείᾳ, vel perfectione, lectoribus ſe commendabunt. Cum enim prælectiones iſtæ Academicæ extemporaneæ maximam partem fuerint, nec eo ſtudio, qvod monumenta literaria, publicæ luci deſtinata, exigunt, elaboratæ, ſed minore, uti fieri ſolet, cura e ſolius ferme memoriæ penu depromptæ, & auditoribus dictitatæ, autor vero moribundus, in colloqvio cum D. Achille Daniele Leopoldo familiari, inſeri atqve addi ſuis qvicqvam, qvod ſuum non eſſet, ab editoribus vetuerit, non potuit ſane a me (niſi, Lipſienſium exemplo, voluntatis illius ultimæ eſſe voluiſſem incurioſus) ullo evitari pacto, qvo minus juſta paſſim accuratio, ſæpiſſime autem plenior de argumentis nobilioribus, nec mutila adeo ἐργασία, a cenſoribus rigidis in iſtis, & jure qvidem, deſideretur. Non tamen, ob nævos iſtos, luce publica cenſendæ ſunt indignæ, ſed opus potius utiliſſimum, morte autoris immatura interruptum, a viris eruditis, ea, qvam voluntas hujus ultima permittit, diligentia, poſt emendatos a me jam lapſus, & autoris mnemonicos, & auditorum graphicos, ſupplementis neceſſariis, ſeorſim uti a me, in pauculis, qvæ addidi, Hypomnematis eſt factum, adjectis, pertexi meretur & continuari. Exantlare hunc laborem, in orbis literati gratiam, Henr. Muhlius initio decreverat, Morhofii & diſcipulus, & in profeſſione poetica Kilonienſi ſucceſſor, uti, præter celeb. Tenzelium, literis ipſiusmet ea de re certiorem redditum (*in Dial. menſtr. Germ. M. Sept. A. 1691., p. 807. 808. & M. Jul. A. 1692. p. 603.*), ac bibliopolam, qvi ſuis A. 1692 ſumptibus *Librum Tertium Polyhiſtoris* edidit *Literarii*, Lubecenſem (*in iſtius præfatione*), Frid. Bened. Carpzovii, Senatoris Lipſienſis, de literis optime meriti, ac mihi, dum viveret, amiciſſimi, epiſtola, Non. Oct. A. 1691. exarata, hiſce me verbis edocuit: *De Polyhiſtoris continuatione ſollicitus erit Henr. Muhlius, qvi me certum eſſe juſſit, in literas jam ab autore integrum hunc librum eſſe miſſum.* Qvem inter, atqve defuncti hæredes, cum neſcio qvid diſſidii eſſet subortum, cura continuationis iſtius, anno circiter

citer

citer 1594., Joh. Burchardo Majo, Athenarum earundem Cimbricarum Rhetori, uti a Sam. Reyhero, JCto, accepiſſe recordor, eſt commiſſa. Cum vero & ille nova librorum, jam ante hac excuſorum, editione, A. 1695. cum ſuo publicata procemio, contentus, partem reſiduam ἀνέκδοτον, ob cauſas mihi ignotas, negligeret, itum eſt tandem a bibliopola ad Carpzovium paulo ante laudatum, virum de commodis reip. literariæ promovendis aſſidue ſollicitum, & Morhofii Morhofianorumqve omnium amantiſſimum. Is, qva erat humanitate, ut pertexendi operis curam gereret, facile ſe paſſus exorari, cum ipſemet labori huic vacare non poſſet, juveni erudito (qvem M. Joh. Frickium, Ulmenſem, Collegii Philoſophici Lipſienſis Aſſeſſorem, e Diatribis aliqvot academicis, luculentis variæ autoris ſui doctrinæ teſtibus, mihi cognitum, fuiſſe, a Cl. Seb. Kortholto didici) eum ſuis exantlandum auſpiciis demandavit. Factum hoc annis 1698. & 1699., qvibus publiçe etiam *Novorum Literariorum Lubecenſium collectores* (*M. Mart. A. 1698., p. 47.*), & vitæ Morhofianæ continuator (*in Append. Diſſertt. Acad. p. 28.*), Polyhiſtoris partium reliqvarum editionem a Lipſienſibus, & viro hos inter *magno, deqve re literaria dudum meritiſſimo*, expectandam eſſe, ſignificarunt. Et dextre ſane atqve præclare Frickius, ductum ſecutus Carpzovianum, ſuo functus eſt officio, libroſqve Polyhiſtoris Literarii qvatuor poſteriores (ulterius enim, ſive ob mortem Carpzovii eruditis omnibus luctuoſam, ſive alias ob cauſas, telam continuationis cœptæ haud pertexuit), e ſchedis ſive prælectionibus defuncti academicis, ſedulo pariter atqve judicioſe congeſſit, & in congruum redactos ordinem bibliopolæ Lubecenſi tranſmiſit. Primus horum, qvi Polyhiſtoris Literarii eſt Qvartus, & *Grammatici* titulo ab autore donatus, Capitibus conſtat XIV., qvorum I. de lingvis & ſcriptura agit in genere, II. de variis ſcripturæ modis, III. de lingva univerſali & primæva, IV. de vulgaribus Europæis, V. de Orientalibus, VI. de Græca, VII. de Lexicographis & Gloſſariis Græcæ antiqvioribus, VIII de Lexicographis ejusdem recentioribus, IX. de Lingva Latina, X. de illius Grammaticis, XI. autem, XII. XIII. & XIV. de Latinis ætatum aureæ, argenteæ, æneæ & ferreæ Autoribus. Liber V., ſive *Criticus*, duo tantum capita de ſcriptoribus criticis & antiqvariis continet. Sextus, ſive *Oratorius*, qvatuor Capitibus, 1. Scriptores Rhetoricos, 2. Oratores antiqvos, & ſolos qvidem ferme Græcos (qvod Latinorum hiſtoria Lib. 4., inter lingvæ hujus ſcriptores, jam eſſet propoſita), 3. Oratores recentiores, 4. Rhetores & Oratores ſacros, Septimus autem, ſive *Poeticus*, tribus Capitibus, 1. ſcriptores artis poeticæ, 2. Poetas veteres Græcos, 3. Poetas recentiores, partim celebrat, juſtisqve ornat laudibus, partim virgula perſtringit cenſoria. Unum iſtud forte haud immerito deſideres, qvod continuationis hujus collector, ultimæ Morhofii voluntatis, ſive ignarus, ſive immemor & incurioſus, textui autoris auctaria atqve ſupplementa, vel ſua, vel Carpzoviana, eaqve crebra ſatis & copioſa, ubiqve ita immiſcuerit, ut lectorum, qvi prælectiones autoris MStas ad manum non habent, nemo hæc ab iſto qveat diſcernere, & ſuum cuiqve vindicare. Libri ſane ſexti caput ſecundum de Græciæ Oratoribus, & ſeptimi alterum de ejusdem Poetis, tota interpolatori Lipſienſi debentur, cum nihil ferme de utrisqve in prælectionibus Morhofianis, mancis hic atqve imperfectis, ſit annotatum. In cœteris autem capitibus libri imprimis qvarti, ſive Grammatici (in ſeqventibus enim parcior talium occurrit ſeges), ſupplementa iſta tantundem ſæpe ſpatii, qvantum ipſe textus, imo plus interdum, occupant. Erudita omnia eſſe fateor, & nomine Morhofiano adeo haud indigna, ut ipſius etiam commentationibus extemporaneis præferri ſæpe mereantur, imo & ad notitiam autorum, de qvibus agitur, plenam atqve accuratam neceſſaria. Præſtitiſſet tamen, me judice, ſeorſim illa textui ſubjungi, tum ut Morhofii ſatisfieret deſiderio, tum, ut a lectore qvovis, qvid illi, qvid item Carpzovio Frickiove, debeatur, accurate poſſet dignoſci. Lucem iſta continuatio, a me, bibliopolæ Lubecenſis rogatu, reviſa, paſſim emendata, in paragraphos diſtincta, capitum ſingulorum inſtructa ſummariis, & Hypomnematis hiſtorico-criticis ſubitaneis ſubinde illuſtrata, una cum libris tribus Polyhiſtoris Literarii prioribus, ſimul tertia vice recuſis, & Hypomnematum aliqvot meorum acceſſione itidem locupletatis, A. 1707. vidit publicam. Accedunt mea in opus totum Prolegomena, una cum vitæ & ſcriptorum autoris hiſtoria, & eruditorum Judiciis de illo pariter atqve hiſce honorificis, meo itidem ſtudio ac labore collectis. Hanc eodem mox anno comitati ſunt Tomi duo Polyhiſtoris poſteriores, *Philoſophicus* (in qvinqve libros, Philoſophico-Hiſtoricum, Metaphyſico Logicum, Phyſicum, Mathematicum & Ματαιότεχνον, diſtributus) & *Practicus* (libris ſeptem, qvæ Ethicam, Politicam, Oeconomicam, Hiſtoriam, Theologiam, Jurisprudentiam & Medicinam, illuſtrant, exhibens), meo ſtudio itidem accurate reviſi, a ſphalmatibus innumeris, ac crebris præſertim nominum propriorum depravationibus, repurgati, additamentis autoris propriis, partim marginalibus (qvamvis haud adeo multis), partim vero e *Collegio* ſelectis *Polyhiſtorico*, & prænominibus ſcriptorum (ſine his ſæpiſſime allegatorum), aucti, in paragraphos diſtincti, capitumqve lemmatis. Hypomnematis, & Procemio meo de autoribus, e qvibus ſingulorum operis hujus librorum depromi poſſunt ſupplementa, inſtructi. In locum *Libri ſecundi Tomi II.*, ſive *Polyhiſtoris Phyſici*, juſto brevioris, & minus accurati, *Hiſtoria Naturalis* bipertita, longe plenior & accuratior, e qva ille erat excerptus, ſubſtituta eſt. Prodiit ſub hoc titulo: Polyhiſtor, in tres tomos, Literarium (cujus ſoli tres libri priores hactenus prodiere, nunc autem qvatuor reliqvi, a viro in Acad. Lipſienſi erudito reviſi atqve aucti, e MSS. accedunt, Philoſophicum & Practicum (nunc demum editos, primoqve adjunctos) diviſus; Opus poſthumum, ut multorum votis ſatisfieret, accurate reviſum, emendatum, ex autoris annotationibus αὐτογράφοις, & MSS. aliis, ſuppletum paſſim atqve auctum, in paragraphos diſtinctum, & librorum capitumqve, ſummariis hypomnematis qvibusdam hiſtorico-criticis, duabusqve præfationibus, ſive Diatribis iſagocicis prolixioribus, T. I. atqve II. præfixis (qvarum Prior Morhofii vitam & ſcripta, Polyhiſtoris item hiſtoriam, & eruditorum de illis judicia, poſterior ſcriptores, e qvibus ſuppleri hoc opus poteſt atqve continuari, recenſet), illuſtratum, a Joh. Mollero, Flensburgenſi, Scholæ Patriæ Rectore, & ſic integrum tandem aliqvando orbi literato exhibitum. Accedunt indices Autorum & Rerum neceſſarii. Lubecæ 1707. in 4to maj. (*12. Alphab.*), Ibid. 1714. in 4. maj. Prolixum illius, inprimis autem Librorum IV. Tomi I. poſteriorum, Tomorumqve II. ac III. integrorum, exhibent Recenſum Autores des Ausführlichen Berichts von allerhand neuen Büchern, *Sect. I. A. 1708., p. 1-81., & Sect. II. p. 144-186.*, Lipſienſes *in Actis Erud., M. Jul. A. 1708., p. 292-298.*, Collectores *Novorum Literariorum Germanicorum Hamburgenſium, M. Mart. A. 1708., p. 105-110.*, Pariſienſes *in Diario Erud. Gallico A. 1709., M. Jun., Ephem. 24., p. 480-488.*, & *in Supplem. Junii p. 553-564.*, & Joh. Fabricius (Indicem etiam errorum ejus, partim ab aliis, partim a ſe obſervatorum, exhibens) Parte V. Hiſtoriæ Biblioth. Fabricianæ *p. 418-428.* Breviorem ſiſtunt Burch. Gotth. Struvius *in Supplem. Introd. ad Notit. rei Lit. p. 12, 13.*, & Anonymus, Johannis a Gavern Boeckzaal der geleerden Werreld parum feliciter continuare aggreſſus, *M. Sept. & Oct. A. 1708., p. 315-332.* Velut emendate excuſa editio hæc, ſphalmatis abundans typographicis,

cis, falſo commendatur, & Indices ſimul, a Studioſo Lubecenſi ei adjecti, mihi perperam tribuuntur, a Jac. Frid. Reimanno *P. I.* des Verſuchs der Einleitung zur *Hiſt. Lit.*, *p. 220.*, uti, in Apologia Anti-Reimanniana (*Sectioni VII.* des Ausführl. Berichts von Neuen Büchern *A. 1709.* inſerta) *p. 703.*, jam monui. *Morhofium illuſtratum, ſeu Commentarium* in ejus *Polyhiſtorem*, promiſit Chriſt. Matthæus Kneſebeckius, JCtus, *in Prodromo Juris Publici univerſitatis*, A. 1700. Roſtochii edito, *p. 66.*; *Polyhiſtorem* autem *Bibliothecarium*, ſive *Theſauri Polyhiſtorico-Legalis Librum I., ea Methodo adornatum, ut ſimul vice ſupplementi in Morhofii Polyhiſtorem commode eſſe qveat*, Joh. Gröningius, Wiſmarienſis, J. U. D. & Protodicaſterii in urbe patria Regii Advocatus, *in Catal. nund. vern. A. 1700. Lipſienſi p. 66.* De Kneſebeckii opere, ubi lucem illud viderit, ferri poterit judicium. Gröningius A. 1702. Hamburgi in 8vo edidit *Tomum I. Relationum* ſuarum *reip. literariæ, ſive Apparatus ad Hiſtoriam ſcientiarum & artium, notitiam univerſalem celebriorum autorum, Epiſtolas, Diplomata & Obſervationes, maxime antiqvarias & Phyſico-Mathematicas, cum figuris æneis, ea exhibentis methodo ac inſtituto, ut ſimul vice ſupplementi in D. G. Morhofii Polyhiſtorem eſſe poſſit.* Inſtituti ſui rationem, in præfatione, hiſce verbis exponit: *Promiſi jam ante biennium, in Catalogo Lipſienſi, Faſtos rei literariæ, ſeu Continuationem Polyhiſtoris Morhofiani. Qvo ipſo neceſſitas qvædam mihi impoſita, datam fidem ſpecimine qvodam liberare. Verum, ne varietate & multitudine rerum, qvod aliis accidit, forte obruar, rectius me facturum credidi, ſi omnia in compendium contraherem, & primo qvidem Relationes, ſeu Apparatum, diverſis tomis, ſtatisqve temporibus, divulgarem, & ex eo poſtea hiſtoriam ipſam, in brevi qvaſi tabula pictam (qvæ ad Relationes iſtas perpetuo ſe referet, tanqvam Referens ad Relatum), methodo ſtyloqve hiſtorico deſcriberem.* Ampullas alias promiſſoris hujus piget addere, qvi, Morhofio licet, qvod ad ingenium, judicium & eruditionem variam atqve elegantem, attinet, valde impar, magno tamen hiatu, ſuas haſce Relationes σποραδικὰς, nullo vel exiguo ſelectu ac judicio congeſtas, & doctrinam in pleriſqve ſcientiis redolentes proletariam, lectori ſe varietate, utilitate & novitate rerum, magis qvam Polyhiſtorem Morhofianum, eſſe commendaturas, audet gloriari. Vereor, ne ſuo ille oſtendat exemplo, nec cives qvosvis Morhofii ad opera ejus interrupta pertexenda, nec qvoslibet cauſarum forenſium, qvalem ſe eſſe indicat, Referendarios, ad iſtud munus, in rep. etiam literaria, dextre obeundum, eſſe idoneos. Præferenda Gröningiano labori eſt Burch. Gotth. Struvii, J. U. D. & Biblioth. Acad. Jen. Præfecti, Introductio ad notitiam rei literariæ & uſum Bibliothecarum, Jenæ A. 1704. in 8vo edita, ſupplementum *Libri I. Polyhiſtoris Literarii* Morhofiani elegans, in qvo, qvæ prolixius in hoc jam ſunt pertractata, paucis tantum delibantur, qvæ autem illi deſunt, fuſius recenſentur.

Expoſita hactenus ſatis prolixe Polyhiſtoris Morhofiani hiſtoria, Judicia de eodem, & libris imprimis tribus Tomi I. prioribus, ab ipſo editis, ſubjungemus virorum eruditorum honorifica, ſatis numeroſa qvidem, ſed pauca tamen ex plurimis.

Lipſienſes, *in Actis Eruditorum, M. Oct. A. 1688., p. 564. 565.*, ſuum de opere hoc, in illius recenſu, expoſuerunt judicium perqvam benignum, qvod, cum ſupra, inter Elogia Autoris, jam ſit recitatum, illic poteſt relegi. Sub finem recenſus ejusdem, *p. 568.*, hac addunt: *Omnia, qvæ affert, ea ſermonis elegantia & multijugæ eruditionis apparatu, inſtruit ac exornat, ut a lectione hujus libri nemo adeo ſatur receſſurus ſit, qvin reliqvas partes operis univerſi, qvod animo auctor doctiſſimus deſtinavit, qvam primum conſpicere avide expetat.* Chriſt. Thomaſius, in den Schertz- und Ernſthaften Gedancken über allerhand Bücher, *M. Aug. A. 1688, p. 275.*, ita de eodem ſcribit: Ich muß bekennen, daß mich des Herren Morhofs ſein Polyhiſtor unvergleichlich afficiret hat, daß ich, bey deſſen Leſung, öfters geſeufzet und beklaget habe, daß nicht jede von unſern Teutſchen Academien zum wenigſten einen Morhoff hat. Et paulo poſt *p. 288. 289.*: GOtt laſſe dieſen gelehrten Mann ſo lange leben, biß er die höchſtlöbliche und nützliche Arbeit vollendet hat. Vielleicht wird dadurch der Weg gebahnet, durch welchen die Pedanterey und Unwiſſenheit, die ſich bißher unter der Larve einer anſehnlichen und gravitätiſchen Gelahrtigkeit in die Academien eingeſchlichen, und das Directorium geführet, ihren Abzug hinwiederumb zu nehmen gezwungen wird. Ich habe nur den tauſendſten Theil, oder, ſo zu ſagen, die kleineſten Atomos, von dem was gut und gelehrt in dieſem Polyhiſtore iſt, angemercket. Es iſt keine Seite, ja faſt keine Zeile nicht, in dem gantzen erſten Buche, daraus nicht eine verwunderſame Gelahrtheit dieſes Mannes hervorleuchtet. Wenn ſein Polyhiſtor fertig iſt, ſo dürfen wir den Frantzoſen mit ihrem Baillet die Spitze bieten, &c. Wilh. Ern. Tenzelius, *in Dialogis Menſtr. Germanicis, M. Jan. A. 1689., p. 4.*, his illud laudibus dignatur: Ich habe ſolches Buch ſchon mehr als einmahl durchgeleſen, und gefällt mir je länger, je mehr, ſo, daß ich glaube, der bekandte Vers, wenn er jemahls wahr geweſen iſt, wird hier am gewiſſeſten erfüllet: Lectio lecta placet, decies repetita placebit. Denn, ſo oft ich den Polyhiſtorem anſehe, ſo oft lerne ich etwas mehr daraus. Et *p. 153.*: Dis Buch iſt von ſolcher Importanz, daß man unter tauſenden nicht eins finden würde, das demſelben gleich käme. Pet. Rabus, Batavus, im Boeckzaal van Europa, *M. Sept. & Oct. A. 1699., p. 252. 253.*, verbis iſtud extollit ſeqventibus: Ziin (*Morhofii*) Boeck, Polyhiſtor Literatus, waarin hy van Schriivers en Boeckzaken Berigt gaf, tot Behulp van een volſlage Letterkunde, was alleen magtig hem tot Hoofdmann van 't Gilde der Boeckwiizen te verheffen: als ziinde een wiſſe Proef van ziin Bedrevenheid in allerley oude en nieuwe Schriften, waar uit men kan komen tot de Kenniſſe van al, wat in't Gemeenebeſt der Geletterden omgaet, en voor wetgierige Zielen noodig iß te weeten. Veel heb ick uit dat Werck geleert, buiten Twiifel oock zeer vele met my; en gedenck ick dickwils an de Woorden van zeker geleerd Profeſſor, dat hy de beſte Anlegging van ziine Boekoffeningen het gezeide Boek van Morhof alleen Danck wiſt. Idem aliorum in Batavia eſſe judicium, Frid. Breclingius, in Literis ad me d. 26. Oct. A. 1689. ſcriptis, hiſce verbis eſt teſtatus: D. Morhofs Polyhiſtor wird hie hoch æſtimiret, weil er malos ſcriptores a bonis ſecerniret, und auch ex bonis & melioribus optimos ſeligiret. In aliis, d. 20. Febr. A. 1691., Idem ita ſcripſit: Ich habe viel Gutes in Morhofii Polyhiſtore gefunden, und daß er von GOtt gewürdigt iſt, die interiora velaminis, und ſecretiora ſcientiæ, durchzuſehen, auch ſehr wol und gründlich von allen Dingen judiciret, und viel rariora in wenig capittel verfaſſet, dazu das divinum und medullam centralem in allen Dingen anweiſet zu ſuchen. Joh Alb. Fabricius, *in Decade ſcriptorum recentium*, A. 1688. edita, *num. 1.*, hanc ei ſuſpendit hederam: *Morhofii Polyhiſtore nihil noſtra memoria prodiit eruditius. Levia illa, qvæ notari forte in illo poterant, ne memoranda qvidem eſſe arbitramur.* Conf. de opere hoc judicium honorificum Chriſtoph. Aug. Heümanni *in Conſpectu Reip. Literariæ, c. 2., §. 4., p. 6. 7. 8.*

Vinc. Placcio, *in Lib. de arte excerpendi p. 3.*, Polyhiſtor hic audit *eruditiſſimus*, *p. 11. doctiſſimus*, *p. 17. curioſiſſimus*, *p. 19. elegantiſſimus & ſummo reip. literariæ bono editus*, *p. 20. lectu digniſſimus*, in ſubjuncta autem iſti *ad Anonymos ſuos augendos Invitatione*, *p. 7. 8.*, *curioſæ raræqve doctrinæ pleniſſimus*; Henn. Wittenio (*in præf. T. I. Diar. Biograph. Sec. XVII.*) *Opus incomparabile*; Jac. Wolfio, Prof. Medico Jenenſi (*in Progr. de Αὐτοδιδάκτοις p. 6.*) *limatiſſimus*; Joh. Bilbergio, Prof. Upſalienſi (*in Aphoriſmis Miſcell.*, A. 1688. editis, & a C. Thur-

manno

manno *in Elog. Morhofii p. 52.* allegatis, *p. 4.) elegantiſſimus*; Georg. Henr. Götzio (*in Diſſ. de ſcriptorum Ciceronis lectione*, §. 3., *p. 9.) Scriptum eruditum, & ab eruditis hactenus, ut meretur, magnificis celebratum laudibus*; Joh. Groningio (*T. I. Relationum Reip. Literariæ, Sect. I., Relat. II., p. 11.) opus ſtupenda eruditione refertum, & ad omnes artes accuratius noſcendas & tractandas utiliſſimum*; M. Bernh. Pet. Karlio (*in Diſſ. de Germania literis artibusqve nulli regioni ſecunda p. 7.) Opus illuſtre*; Frid. Wilh. Bierlingio (*in Lineamentis methodi ſtudiorum, c. 10., p. 140.) Opus, qvo nemo elegantioris literaturæ ſtudioſus carere poteſt*; Chriſtoph. Matth. Pfaffio (*P. I. Introduct. ad Hiſtoriam Theologiæ literariam p. 28.) Liber egregius præſtantiſſimusqve.*

Commendatur etiam, & encomiis non minus luculentis ornatur, brevitatis ſtudio *h. l.* omittendis, a Pet. Bælio, Henr. Baſnagio & Joh. Clerico, in recenſibus illius Gallicis, qvos ephemeridibus ſuis literariis inſeruerunt, ſupra jam allegatis, Henr. Meibomio Jun., *in Additamentis ad Val. Henr. Vogleri Introd. in notit. bon. ſcriptt., locis compluribus*, Nicol. Chriſtoph. Lynckero (imperfectum eum eſſe, ob mortem autoris, dolente) *in Inſtructorii forenſis introitu, lit. D. 1. b.*, Eraſmo Franciſci in den gebrochenen Spott- und Läſter-Pfeilen *M. Joh. Matthæi p. 429.*, Caſp. Thurmanno (qvi aliorum nonnulla collegit elogia) *in Biblioth. Academica p. 71. 72.*, &, qvem is laudat, Gotfr. Zeunero im Frühlings Parnaſſo des 1696. Jahres, *p. 173. & ſeqq.*, Matth. Henr. Burchardo *in Or. Fun. Morhofio habita p. 12. 13.*, Burch. Goth. Struvio (*elegantiſſimum* eum ſalutante) *in Bibl. Jur. Sel., c. 12., §. 8., p. 424. 425.*, & *in Introd. ad Notitiam Rei Liter. c. 3., §. 37., p. 126. 127.*, Car. Arndio *in Biblioth. Aulico-Politica p. 12*, G. G. Leibnitio in Epiſt. ad amicum, *Otio Hannoverano* Joach. Frid. Felleri inſerta, *p. 74.*

Nec tamen operi, tot nacto encomiaſtas, ut vix illorum poſſit iniri numerus, nullumqve aliud ejusdem generis majori, noſtris temporibus, ab orbe literato exceptum fuerit applauſu, ſui defuere cenſores. Ipſi duumviri, qvorum laudes illius invidendas paulo ante recitavimus, celeberrimi, ſed parum inter ſe concordes, Chriſt. Thomaſius & Wilh. Ern. Tenzelius, in ſuis ejusdem recenſibus, ſupra allegatis, paſſim ab autore, *εὐκαίρως ἀκαίρως*, diſſentiunt, nonnullosqve ſimul illius errores hiſtoricos detexerunt. Qvalia *παροράματα* etiam in *Hypomnematis* noſtris ad illud *Hiſtorico-Criticis*, qvorum ſupra facta eſt mentio, ſubinde ſunt notata. Sed nævi adeo exiles, a qvibus nemo immunem ſe, qvantacunqve accuratione adhibita, in iſtius molis atqve argumenti opere, præſtabit, faciei illius pulcherrimæ nullam conciliant deformitatem, faſſusqve eſt, in præfatione, ipſe Morhofius, *non pauca, vel a deſcribentis manu, vel ſua etiam feſtinatione, ſphalmata, fortaſſe etiam ἁμαρτήματα μνημονικὰ, qvibusdam in locis, irrepſiſſe, qvæ, manum extremam poſcentibus nundinis, non ſollicite adeo a ſe conſignari potuerint.* Majoris momenti eſt *ἔγκλημα*, qvo nonnulli nimiam autori feſtinationem objiciunt, &, hujus vitio, accurationem atqve concinnitatem debitam *Polyhiſtori* deeſſe arbitrantur, cl. Tenzelius ſcilicet, qvi (*in Dial. Menſtr. German., M. Febr. A. 1689., p. 198.*) *miram* eum, ſcribit, *arguere properantiam*, & Nicol. Chriſtoph. Lynckerus, JCtus Jenenſis, cui (*in Inſtructorii forenſis introitu, §. 7., lit. E. 1. a.*) liber primus, ſive bibliothecarius, *ſatis disjectæ & inæqvalis diſciplinæ eſſe* videtur. Ipſemet ſane haud diffiteor, Autorem, ſi otio abundaſſet neceſſario, prælectionibus illis de notitia autorum, e qvibus hoc opus enatum eſt, extemporaneis limam paſſim adhibere potuiſſe accuratiorem, multaqve in Polyhiſtore plenius, multa exactius, multa dilucidius & ordine meliori, qvam factum eſt, in ſcriptorum imprimis & Argumentorum, de qvibus diſſerit, hiſtoria proponere. Verum enim vero, ut taceam, non fuiſſe ei propoſitum, omnia, qvæ de ſingulis, vel argumentis, vel autoribus, afferri poſſent, undecunqve corradere, ſed ſuas ipſius potiſſimum in qvolibet literaturæ genere promere obſervationes, propriaqve de ſcriptoribus iſtorum qvos legiſſet, exhibere judicia, tot, cum laborem hunc aggrederetur, curis premebatur atqve negotiis, tam afflicta ac dubia erat valetudine, tamqve exiguum ſibi videbat reſtare vitæ ſpatium, ut oceano adeo vaſto ſe committere, cupido etiam atqve volenti, haud fuerit integrum, imo hac qvoqve methodo, qvam elegit, compendiaria & minus exacta, vix tres priores libros, ſtrenue licet opus cœptum urgenti, abſolvere licuerit. Ipſe cauſam ſuam, in præfatione, verbis jam dixit ſeqventibus: *Etſi multo elaboratius enucleatiusqve opus hoc dari poterat; neqve enim, qvam debebam poteramqve, aliis ſæpe rebus diſtentus, impendi curam: erunt tamen in illis, utut ſubito calore effuſis, non pauca, qvæ juvare juventutis ſtudia poſſunt, in qvibus, ſi non accuratiſſimi judicis, ſaltem boni judicis munere defungar. Scripta ſunt hæc plane eo, qvo Joach. Fortius libros ſcribi voluit, modo. Qvæ hic chartis illevi, vix interdum relecta, tabellario deportanda dedi; exſcripſit illa, ut a calamo venerant, typographus. His ſæpe academica & domeſtica negotia, curæ familiares ex obitu cariſſimæ uxoris, valetudo non ſemper commoda, moras injecerunt, ut jam præcipitati, jam interrupti labores, rigidiori examini, & ulteriori limæ, locum non reliqverint.* Spectat huc & alterum apologema, *Lib. I., c. 16., p. 173.*: *Nunc ad autores ipſos perveniemus, qvorum recenſionem non magno apparatu & pompa inſtituemus, ſed præcipua qvædam de iis monebimus, qvæ τῆς πολυμαθείας ſtudioſis imprimis profutura exiſtimamus. Neqve enim nomenclatoris hic partibus fungimur, qvi & vitas, & tempora, & libros autorum, juſta ſerie recenſeat, qvo labore alii defunguntur; ſed ad ſolum nos uſum reſpicimus, qvem in cognitione rerum ſibi præfixum habere bonarum literarum Cultores debent. Cum primum ſcholis privatis illa proponeremus, pleraqve, qvæ in ſeqventibus de autoribus dicemus, ex memoria, ſine ullo libro commentario, aut operoſa meditatione, nobis deprompta ſunt, ut optime norunt, qvi tum illis interfuere. Non diſplicuit ille viris eruditis, utut extemporalis, labor, qvi ejus editionem ſæpiſſime urſere, & nunc qvidem juventutis præcipue commodo illa publici juris facimus; interjectis nonnullis, qvæ ſub manu, cum illa concinnaremus, nata ſunt.* Profeſſori Academiæ Batavicæ, qvi, in Colloqvio cum Henr. Muhlio, cum Belgium is perluſtraret, familiari, tum multa alia in *Polyhiſtore* reprehendit, tum methodum imprimis veteres, in ſoluta pariter atqve ligata oratione, imitandi, *Tom. I., Lib. II., c. 13. 14. 15. & 16.*, commonſtratam, tanqvam operam minutiorem, putidam, ac ad pueros ablegandam, ſuperciliose notavit, a celeberrimo Muhlio, in *præfatione Operum* Morhofii *poeticorum*, A. 1697. jam eſt reſponſum. Sed & ipſe Morhofius *παρέκβασιν* hanc ſuam (qvam ſeorſim forte edi præſtitiſſet, niſi autor omnium ſuarum lectionum academicarum nucleum in Polyhiſtorem, mortem propinqvam præſagiens, decreviſſet conſtipare) in præfatione ita excuſat: *Ubi de Exercitationibus ago, copioſior in exemplis fui, qvoniam e re juventutis, cui omnis mea opera dicata eſt, fore credidi, ſi illa paulo plenius proponerem. Qva in re a peritis & æqvis æſtimatoribus veniam me facile impetraturum confido.* Studium Chymiæ nimium, qvod *Libr. I. capita X. & XI.*, de ſcriptoribus agentia myſticis ac chymicis, ubiqve produnt, non a Tenzelio ſolum (*in Dial. Menſtr. Germ., M. Jan. A. 1689., p. 45. & ſqq.*, *ac M. Febr. p. 197. 198.*), ſed & me ipſo, *in Homonymoſcopia*, qvod, hujus vitio, in ſcriptorum veterum chymicorum *ψευδεπιγράφων* adverſus Reineſium, Conringium, aliosqve, vindiciis, ſubinde cœcutierit, paſſim (*Sect. II., c. 2., §. 17., p. 264., §. 18. p. 269., c. 3., §. 79., p. 351., c. 5., §. 35., p. 475., §. 70., p. 520., & c. 6., §. 83., p. 611. 612.*) oſtendente,

nota-

notatum, cum aliis viris magnis, errore eodem amabili, ſive delectatis, ſive dementatis, Noſtro fuit commune, & vel hoc nomine excuſationem admittit. Cenſuræ meæ ſuum addit calculum Nic. Hier. Gundlingius, *in Hiſt. Philoſ. Mor., P. I., c. 2., p. 18.* Huic Chymiæ amori imputandum eſt etiam mitius, non de Paracelſo ſolum, aliisqve in numerum Fanaticorum vulgo relatis, ſed Jacobo etiam imprimis Böhmio, ſutore famæ inter Theologos ambiguæ illiterato, ejusqve ſcriptis ſacris, judicium, *Lib. I., c. 10., p. 64.*, obvium, qvod, ab hujus Patronis, Frid. Breclingio (*in Anti-Calovio*), And. Stübelio (*in Appendice Judicii de Aug. Pfeifferi Scepticiſmo Speneriano Germanici p. 157.*), aliisqve, honorifice paſſim allegatur, ab Eraſmo Franciſci autem, Adverſario ejusdem (in den Gebrochenen Spott- und Läſter-Pfeilen M. Joh. Matthæi, Libello A. 1692. edito, *p. 427-431.*), operoſe, partim in ſenſum detorqvetur commodiorem, partim vero impugnatur. Chriſtoph. Aug. Heümannus, *in Sched. de libb. Anon. & Pſevdon., P. II., p. 174.*, ita de illo: *Illud annoto, ſolere Morhofium pleroſqve omnes immodicis efferre laudibus, qvi ingenioſas easqve pietatis ſpecie gaudentes ineptias orbi propoſuerunt. Qva in re temperamento ſuo Melancholico-Sangvineo videtur obſecutus eſſe.* C. S Schurtzfleiſchii aſperiora de hoc opere judicia ſupra, inter cenſuras de autore, ſunt recitata. Qvæ *Tomi I., Lib. II., c. 1., p. 324. & ſeqq.*, de ingeniorum varietate tradidit, ex Edm. Richerii *Obſtetrice animorum, c. 4., §. 7.*, furtim ſubtraxiſſe traditur ab eodem Heümanno *in Sched de libb. Anon. & Pſevdon., P. II., p. 116.*

Conferri poſſunt, qvæ de Opere hoc Polyhiſtorico, fuſe, *in Prolegomenis Tomi primi, §. 3. & 4., p. 4., & §. 89-100., p. 69-80.*, & *in Præfat. Tomi II., § 1. 2. 3., p. 1-5., ac §. 17. p. 28. 30.* diſſeruimus.

HISTORIA NATURALIS, prout hodie fœcunda tot obſervationum meſſe eſt ditata, in Collegio bipartito privatim A. 1675. & 1676. propoſita, ſive *Polyhiſtor* (qvo titulo in Continuatoris vitæ Morhofianæ gaudet Catalogo) *Phyſicus, veterum & recentiorum ſectarum placita proponens & conferens, & vetera novaqve inventa, per omnes corporum naturalium ſpecies, recenſens.* Pars I. Phyſicam generatim conſiderat, diverſasqve hypotheſes phyſicas Philoſophorum, tum veterum (Hebræorum, Moſis & Moſaicorum, Ægyptiorum, Chinenſium, Pythagoræorum, Democriteorum, Epicureorum, Platonicorum, Stoicorum, Peripateticorum, Jonicorum, Scepticorum), tum recentiorum (Bernh. Teleſii, Franc. Patricii, Hier. Cardani, Thomæ Campanellæ, Rob. Fluddii, Thomæ Hobbeſii, Theophr. Paracelſi & Chymicorum, Ren. Carteſii, & aſſeclarum ejus, aliorumqve novatorum), una cum ſectarum ſingularum hiſtoria, & ſubjuncta methodo veteres ac recentiores conciliandi, proponit. Poſterior, de ſingulis Phyſicæ ſpecialis capitibus, variorum ſententias, potiſſimum autem recentiorum experimenta & obſervationes, exponit, methodoqve eclectica, nec autoritati veterum, nec affectui in modernos, obnoxia, ſolerter & judicioſe examinat. Prolixiorem ſingulorum capitum utriusqve partis indicem Continuator Vitæ Morhofianæ (*in Append. Diſſertt. Acad. p. 34-37.*) exhibuit. Editionem Autor A. 1683., in Programmate ad Lectiones acroamaticas invitatorio, promiſit, ſed dein. mente mutata, nucleum ejus Polyhiſtori inſerere voluit Philoſophico. Tandem, meo ſtudio reviſa, emendata, in paragraphos diſtincta, ſummariis capitum inſtructa, & ex autoris Prælectionibus *de Notitia Autorum* ac *Polyhiſtoricis*, pauculisqve notis marginalibus, paſſim ſuppleta, Tomo II. Polyhiſtoris, ſive Philoſophico, prodiit, & in locum Libri hujus Secundi (juſto brevius, minusqve accurate, de Phyſica commentati) ſubſtituta eſt, Lubecæ A. 1707. in 4. V. meam *Tomi II. Præfationem, § 3., p. 4. 5., §. 8. p. 13.* Eraſmo Franciſci (in den Gebrochenen Spott- und Läſterpfeilen M. Joh. Matthæi *p. 430.*) *Hiſtoria* hæc *Naturalis* audit Ein trefliches und liechtwürdiges Werck, a Burch. Gotthilfio Struvio autem, *in Biblioth. Philoſ., c. 5., §. 1., p. 70.*, primo inter ſcriptores Phyſicos loco commendatur.

Philochryſus, ſeu de laudibus auri Orationes duæ, omnis generis hominum, præcipue eccleſiaſticorum, vitia falſe traducentes, qvarum priorem, inter M. Ant. Majoragii *ἀνέκδοτα* Mediolani a Marqv. Gudio repertam, & Ultrajecti A. 1666. primum editam, nunc, cum præfatione ſua (*in uſum Lectionum publicarum*) recuſam ſiſtit, poſterioremqve ejusdem argumenti, ipſis Kal. Sept. A. 1690. Kilonii a ſe habitam, adjecit D. G. Morhofius Lubecæ 1690. in 8. Ambæ eodem A. 1690. Kilonii (ſeu potius Lipſiæ, qvam titulus diſſimulat) in 4. iterum prodierunt, curante Frid. Bened. Carpzovio, cui ab Autore erant inſcriptæ. Leguntur etiam in Syntagmate Orationum, Hamburgi A. 1698. impreſſo, *num. 9. & 10., p. 249-366.* Recenſum utriusqve exhibet Wilh. Ern. Tenzelius *in Dial. menſtr. Germ., M. Apr. A. 1691., p. 307-326.* Morhofiana (cujus adverſus avaritiam Clericorum *παῤῥησίαν* autor, ne crabrones irritaret, Pontificios tantum Majoragii notare exemplo, in *præfatione* fingit) commendatur ſummopere a Vito Ludov. Seckendorfio, *in Comm. de Lutheraniſmo, L. 3., Sect. 21., §. 84.*, Joach. Fellero *in Epigrammate editioni Lipſienſi ſubjuncto*, W. E. Tenzelio *l. c p. 307.*, Matth. Henr Burchardo *in Or. fun. Morhofio habita p. 10.*, & Burch. Gotth. Struvio (*elegantiſſimam* eam vocante) *in Biblioth. Philoſ., c. 5., §. 16. p. 88.*

Commentatio de diſciplina Argutiarum. Sine loci mentione A. 1693. in 12. excuſa (*pl. 9.*) Emendatior Lub. 1705. in 8. (ſub tit. *Tractatus de arguta dictione.*). (*Pl. 14.*) conſtat tribus ſectionibus, & lectiones Noſtri de arguta dictione academicas, in lucem, poſt Autoris (*in Comm. de lingva & poeſi Germanica, P. III., c. 5., p. 341., & c. 17. p. 757.*, literatis eas qvidem polliciti, ſed inculta adeo facie, ſi vixiſſet, nunqvam edituri) obitum, incertum a qvo, protruſas, multisqve inſuper ſphalmatis graphicis & typographicis (de qvibus *in Homonymoſcopia, Sect. I., c. 1., §. 7, p. 16.*, jam ſum conqveſtus) fœde depravatas, exhibet. Recenſum ejus ſiſtunt Lipſienſes *in Actis Eruditorum, M. Sept. A. 1693., p. 399-402.*, inqve iſto, p. 400., *Opuſculum hoc, ut ſolent, qvæ Morhofium agnoſcunt parentem, eruditione plane ſingulari, egregiisqve animadverſionibus, maxime oratoriis, eſſe refertum, pronunciant.* Σκιαγραφίαν breviorem V. *in Novis Lit. Lubec., M. Oct. A. 1705., p. 320.* Thom. Crenius, *P. I. Animadvv., c. 7., §. 4., p. 122.*, eandem vocat *doctiſſimam*, M. M., ſcriptor *κρυπτωνύμως*, in den Unvorgreiflichen Gedancken von Deutſchen Epigrammatis, libello Lipſiæ A. 1698. edito, *c. 3., p. 97. 98.*, eine zwar kurtze, doch wol außgearbeitete Schrift.

Collegium Epiſtolicum, ab eo, cum in vivis eſſet, tantum privatis auditorum ſuorum deſtinatum, jam vero, ob ſummum variumqve uſum, publica luce donatum. Accedit Epiſtola in plagiarium qvendam ſuum invectiva (*ſeorſim antehac, uti ſupra dictum, excuſa*). Lipſiæ 1693. in 12. (12. pl.) Primam hanc editionem, furtim factam, cujus menda fœdiſſima & admodum numeroſa, præter me (*in Homonymoſc. l c.*), Cl. Tenzelius (*in Dial. menſtr. Germ., M. Aug. A. 1693., p. 680. 681. 682. 683.*, ubi complurima illorum indicat atqve emendat) & Vitæ Morhofii continuator (*in Append. Diſſertt. Acad. p. 27.*) obelo notarunt, excepit altera Lubecenſis, a Joh Burch. Majo, ſucceſſore autoris, curata, præfatione atqve indicibus inſtructa, & auctior pariter atqve emendatior ſub novo hoc A. 1694. edita Titulo: *Libellus de ratione conſcribendarum Epiſtolarum, a mendis Editionis Lipſienſis innumeris a J. B. Majo repurgatus. Acceſſerunt nova qvædam exempla: Lubecæ 1694. in 8vo.* Ibid. A. 1715. *in 8.* (in qva editione a Majo, præter alias acceſſiones, Liber Exemplorum tertius eſt adjectus.)

Recen-

Recenſum libelli, ex editione priori, invenies *in Actis Erud. Lipſienſibus, M. Apr. A. 1693., p. 164. 165.*, & apud Tenzelium *l. c.*, qvi, ob nervoſam præceptorum brevitatem, & exemplorum obſervationumqve egregiarum copiam, illum magni æſtimat. Ante editionem commendatus jam eſt a Chriſt. Weiſio im Politiſchen Redner *P. I. c. 2. p. 21.*, poſt eam autem a Burch. Goth. Struvio *in Bibl. Jur. Sel., c. 12., §. 7., p. 424.*, Aug. Griſchovio (*egregium* vocante) *in Introd. ad Philol. gen., c. 6., §. 89., p. 305.*, & Joh. Burch. Majo in *Paræneſi de Eloqventia cum Hiſtoria & prudentia civili conjungenda p. 22.*

CVIII. Qvæſtiones chymicæ Morhofii, ex variis autoribus chymicis collectæ, cum reſponſionibus & ſolutionibus D. Joh. Ludov. Hannemanni, Prof. Phyſici Kilonienſis, ab hoc, *in Ovo ſuo Hermetico Paracelſico, ſive Tractatu de Auro* rhapſodico, Francofurti A. 1694. in 8vo excuſo, *pag. 251-284.*, editæ. A Morhofio luci publicæ non ſunt deſtinatæ, ſed ab editore κενοδόξῳ, qvi in reſponſionibus ænigmata Chymicorum plerumqve magis intricat, qvam explicat, ut tanti nominis umbra ſibi famam conciliaret, temere protruſæ. Novam, qvam idem p. 283. pollicetur, illarum, a ſe ita locupletandarum, ut tres abſolvant centurias, & juſto præterea illuſtrandarum commentario, editionem an eruditorum qvisqvam magnopere deſideret, ambigo.

Opera Poetica, in unum collata, ad Autoris mentem diſpoſita, & ab hæredibus, cum Caſp. Dan. Morhofii filii Elegia ad Fridericum, Ducem Holſatiæ, dedicatoria, Henriciqve Muhlii præfatione de Poeſi ac Poetis Latinis, edita. Lubecæ 1697. in 8vo (*3 Alphab.*). Editio hæc omnium Poematum Latinorum poſthuma (qvalem ipſe etiam A. 1683., *in Programmate ad Lectiones acroamaticas invitatorio*, eſt pollicitus) exhibet:

1. *Charitum Libros III.*, qvorum *primus* Otia Divina, *ſecundus* Carmina gratulatoria ad Leopoldum Imperatorem, Carolum II. & Wilhelmum III., Reges Angliæ, Frid. Wilhelmum, Elect. Brandeburgicum, Chriſt. Albertum, Ducem Holſatiæ, Guſtavum Adolphum, Principem Megapolitanum (cui dicata eſt Heroica Panegyris in d. 26. Febr., ei natalem, A. 1660. ſcripta, omniumqve prolixiſſima, ac duos implens octerniones), Ferd. Fürſtenbergium, Epiſc. Monaſterienſem, Chriſtianum, Comitem a Ranzou, Henriettamqve Catharinam Friſiam, Heroinam doctiſſimam, *Tertius* ejusdem generis Poematia ad Joh. Adolphum Kielmannum, Aulæ Gottorpienſis Præſidem (cui, præter alia plurima, conſecratum eſt Genethliacum in Natalem ejus heroicum, qvod *p. 135-165.* legitur, cœteris prolixius), aliosqve viros nobiles, doctos & indoctos, complectitur; *p. 1-252.*
2. *Veneres antiqvas, p. 253-336.*
3. *Veneres novas, p. 337-438.*
4. *Manium, ſeu Epicediorum, Libros III.*, qvorum primus, ſub *Funerum* Titulo, A. 1667. jam prodierat, *p. 439-580.*
5. *Primitias Parnaſſi Kilonienſis, p. 581-620.*
6. *Autoſchediaſmata poetica, p. 621-652.*
7. *Horas ſubſecivas poeticas, p. 653-688.*
8. *Miſcellanea poetica & Epigrammata ſelecta, p. 689-826.*
9. *Epigrammatum Libros II., p. 827-856.*
10. *Jocorum Librum, Leſſum in Ciconiam Adrianum, Qverelam Halecis*, & *Carmen de Ente rationis*, ſiſtentem, *p. 857-900.*
11. *Prætermiſſa, p. 901-931.*
12. *Adoptiva* qvædam, partim honori Autoris ſacra, partim ab eo edita, &, hæc inter Joh. Laurenbergii *Satyram* & *Qverimoniam Daphnorini*, A. 1685. ſeorſim publicatas, *p. 931-967.*

Inveniuntur proinde in ſylloge hac omnia fere, & Carminum Latinorum Syntagmata minora, & poematia alia, ſigillatim edita (e qvibus Elegia in Marqvardi Gudii obitum, Kilonii A. 1690. in fol. evulgata, Lipſiæ, ut & hoc addam, eodem anno, curante Frid. Ben. Carpzovio, forma & charactere minutiori, denuo prodiit), qvæ lucem hactenus viderant publicam. Recenſus illius, præfationisqve ſimul Muhlianæ, prolixiores exhibent Lipſienſes *in Actis Erud., M. Jun. A. 1697., p. 261-264.*, Wilh. Ern. Tenzelius *in Dial. Menſtr. German., M. Jun. A. 1697., p. 530-536.*, & Pet. Rabus im Bookzaal van Europa, *M. Sept. & Oct. A. 1699., p. 252-259.* Æg. Menagii, Ol. Borrichii, Ott. Sperlingii, Laur. Normanni, Henn. Wittenii, Lipſienſium Eruditorum, Joſvæ Arndii, Joach. Felleri, Joh. Nicol. Hertii, Georg. Caſp. Kirchmaieri, Henr. Meibomii, Frid. Rappolti, Aug. Varenii, Joh. Alb. Fabricii, Chr. Kortholti, Joh. Dan. Majoris, Nicol. Martini, Er. Mauritii, Henr. Muhlii, J. G. Pelliceri, Pauli Sperlingii, Ad. Tribbechovii, Matth. Henr. Burchardi, aliorumqve complurium, honorificentiſſima, imo invidenda de vena ejus poetica, & carminibus, imprimis latinis, judicia ſupra jam, inter Elogia Autoris, recitavimus. Pauca jam iſtis addemus, qvibus hanc Poematum latinorum omnium collectionem viri eruditi commendarunt. Henr. Muhlius, in *præfatione* illius, Carmina hæc Morhofiana omnium qvidem præſtantiſſimis accenſeri non poſſe, cum ab erroribus ſuis ac nævis non ſint immunia, agnoſcit, imo nonnulla e ſyntagmate hoc merito eliminari debuiſſe judicat, pleraqve tamen, ob verborum curam, numerorum ſollicitudinem, ſententiarum acumen, argutiarum lumina ac gemmas, laborem ſtudiumqve incredibile, iis impenſum, & accuratam imprimis veterum imitationem, deprædicat. Sed, qvid vetat, verba ejus nonnulla adjicere, a Cl. Tenzelio etiam repetita: *Licet fortaſſe in id, qvod optavit, faſtigium non aſcenderit, licet tanta elegantia & puritas, vel ſobrietas qvoqve & facilitas, in hiſce ejus Carminibus ubiqve non adſit, uberem tamen qvandam a natura venam, & divinam qvoddam ingenium, & bonorum lectionem ſcriptorum, usqve qvaqve perſpicietis. - - Licet nonnulla ei exciderint, a qvibus mallem abſtinuiſſet, Carminibus tamen ſuis ſemper aliqvid argutum, qvod lectorem alliciat, aut eruditum, & qvod διδασκαλίαν habet, aut morale, aut politicum, interſerit. Et ad invenienda venuſta argumenta ingenium nusqvam deeſt, nec ad ordinanda judicium. Sed nec eloqventiæ facultas abeſt, nec ſermonis puritas & ſvavitas. Vis & elegantia in clauſula fere arguta & aculeata, qvam noſter ſummopere captabat, nec lepores detrectabat ac ſales, aut alios ingenii luſus, ſed doctos, ſed urbanos, & qvi ab antiqvorum elegantiis non recedunt.* Lipſienſes, *l. c. p. 264.*, Muhlianum hoc judicium ſuo approbarunt calculo, Carmina Morhofii *cultiſſima, & argumenti, metri atqve inventionis varietate cum paucis comparanda*, vocarunt, *Jocorumqve* imprimis *Librum* Poematia *eruditis acutiſſimisqve ſalibus reſperſa* complecti judicarunt. Cl. Tenzelius, *l. c. p. 535.*, optime eadem cenſet eſſe elaborata, & ingenioſas Epigrammatum inventiones ſpeciatim admiratur. *Cedro digniſſima* audiunt M. Bernh. Pet. Karlio *in Meditationibus de Germania artibus literisqve nulli regioni ſecunda p. 36.* Inſcriptionum præcipuis artificibus Noſtrum accenſet Dan. Gvilh. Mollerus in *Diſſ. de præparatione abiturientium in Italiam p. 25.*, Epigrammata autem extollit, & *in iis Conſt. Hugenium, Noſtrum ac Pet. Francium, ſed alium aliter, excellere*, judicat

dicat M. Mich. Filizius, Luſatus, *corollario 5. Speciminis Analectorum ad Ol. Borrichii Diſſertt. de Poetis.* Anagrammata, in iis paſſim obvia, *admodum venuſta* audiunt Z. Celſpirio, *Lib. de Anagrammatiſmo p. 278.* Seb. Kortholtus (*in Diſſ. I. pro poetica veteri, Lat. & Græca, §. 25., p. 36.*) hoc in poematis Morhofii deſiderat, qvod, *ſecus ac antiqvi, alluſiones & voces conſonantes freqventet.*

Orationes & Programmata, in celeberrima Holſatorum Academia Kilonienſi publice propoſita utraqve, nunc cura Filiorum collecta & publicata; cum Indicibus neceſſariis. Hamburgi 1698. in 8vo (*3. Alphabb.*). Præfixæ ſunt filiorum Autoris, Caſpari Danielis & Friderici, Epiſtola ad Theod. Daſſovium, LL. Or. in Acad. Witeb. Profeſſorem, dedicatoria, Præfatioqve, huic ſubjuncta, in qva de Programmatis (qvorum ſcribendorum cura Noſtro, anno demum 1674., mandato ducali eſt commiſſa) monent, iis aliena forte qvædam a ſe inſciis eſſe immiſta. Decem hoc ſyntagmate exhibentur Orationes, qvas inter qvinta, ſexta, ſeptima & octava nunc demum, cœteræ jam ante, prodierunt:

1. Or. in Acad. Kilon. inauguratione d. 6. Oct. A. 1665. habita, *p. 1-33.*
2. Or. de cauſis, ob qvas multi ad minus ſolidam aliqvam Sapientiam perveniant, d. 22. Jan. A. 1666., in promotione Magiſtrorum, recitata, *p. 33-61.*
3. Panegyricus in nuptias Chriſtiani Alberti, Ducis Holſ., M. Dec. A. 1667. dictus, *p. 61-106.*
4. Or. de Intemperantia in ſtudiis, & eruditorum, qvi ex ea oriuntur, morbis, in aditu Rectoratus academici, M. Apr. A. 1669., habita, *p. 106-143.*
5. Or. de Viro bono, ad mentem Philoſophorum gentilium, in promotione Magiſtrorum, M. Oct. A. 1669, habita, *p. 144-164.*
6. Or. de Otio ſapientibus dando, in Rectoratus aditu, M. Apr. A 1677., dicta, *p. 164-188.*
7. Or. de Literarum in Rep. utilitate, in aditu tertii Rectoratus, d. 5. Oct. A. 1684., habita, *p. 188-213.*
8. Or. de fructibus in Holſatiam, urbemqve Kilonium, ex Academia redundantibus, in aditu qvarti Rectoratus, M. Apr. A. 1690., habita, *p. 213-249.*
9. Or. de Auro, Kal. Sept. A. 1690. recitata, *p. 249-304.*
10. M. Ant. Majoragii *Philochryſus*, ſeu Or. de Auro, a Noſtro edita, *p. 304-366.*

Orationibus integra Programmatum (*p. 366-990.*) ſubjungitur centuria, octo ſiſtens feſto χειροτονίας propoſita, undecim Paſchalia, totidem Pentecoſtalia, totidem qvoqve de Angelis Michaelitica, XXXI exeqvialia, & XXIX. alia variorum argumentorum Academica, publico partim, partim privato nomine, evulgata, pleraqve erudita pariter atqve elegantiſſima, ac ab Autore jam ipſo (teſte Matth. Henr. Burchardo *in Or. fun. ei habita p. 11.*) editioni, qvod luce ei digna viderentur, deſtinata. Omnia ſeorſim antea prodierunt. Sciagraphiam totius hujus ſylloges Lipſienſes qvoqve exhibuerunt *in Actis Erud., M. Jul. A. 1698., p. 329. 330. 331.* Programmata illi *multa elegantiqve* cenſent eſſe *eruditione referta*, de Orationibus autem hoc ferunt judicium: *Orationibus qvidem, cum in genere demonſtrativo, vel loco communi, verſentur, nec tam ad perſvadendum, qvam ad delectandum, ſint compoſitæ, exqviſitiorem Autor adhibuit cultum, genusqve dicendi ſectatus eſt argutius, auribusqve horum temporum accommodatum, in qvo poeticum nonnunqvam decorem relucere voluit, ex interiorum literarum myrothecio petita qvædam ſubinde aſpergens ornamenta, qvibus doctas aures teneret caperetqve.*

Diſſertationes Academicæ & Epiſtolicæ, qvibus rariora qvædam argumenta erudite tractantur, in unum omnes Volumen collatæ, & conſenſu Filiorum editæ. Acceſſit Autoris Vita, qvæ tum Lectiones ejus Academicas, tum Scripta edita & edenda, Elogia item ac Judicia clarorum virorum, exhibet. Additi qvoqve ſunt, præter Joh. Burch. Maji præfationem, Indices accurati & locupletiſſimi. Hamburgi A. 1699. in 4. (*4½ Alphab.*) Continentur hoc ſyntagmate (qvale celeb. Tenzelius, Anno jam 1692., *in Dial. menſtr. Germ., M. Jul., p. 604.*, ob raritatem Diſſertationum Morhofii, qvas *elegantiſſimis ſcatere obſervationibus* judicat, academicarum, congeri optavit):

I. Scripta Noſtri ſeqventia, ſeorſim jam ante publicata, & ſupra fuſius jam recenſita ac celebrata:
α. Diatriba juridica de Morbis, & eorum remediis, *p. 2-50.*
β. Diſp. jurid. inaug. de Jure ſilentii, *p. 51-70.*
γ. Diſſ. de Enthuſiaſmo ſeu furore poetico, *p. 71-82.*
δ. Theologiæ Gentilis politicæ Diſſert. I. de divinitate Principum, cui nunc demum e MSto acceſſit ſecunda de titulis Principum divinis, hactenus ἀνέκδοτος, ſed ſub finem mutila, *p. 82-117.*
ε. Proſphonema in ſummos honores theologicos Chriſt. Kortholti, *p. 117-126.*
ζ. Diſſ. de Principe Medico, *p. 127 160.*
η. Deſcriptio Actorum primæ promotionis Academicæ Kilonienſis, *p. 161-234.*
θ. Diſp. de Sole igneo, *p. 235-244.*
ι. Epiſtola de Metallorum transmutatione, *p. 245-302.*
κ. Diſp. de Paradoxis ſenſuum, *p. 303-328.*
λ. Stentor ὑαλοκλάστης, ſeu Tr. de ſcypho vitreo per certum vocis humanæ ſonum rupto, *p. 329-445.*
μ. Diſp. de Eloqventia in tacendo, *p. 446-470.*
ν. Liber de Patavinitate Liviana, *p. 471-592.*

II. Scripta qvædam, hactenus Ἀνέκδοτα:
α. Diſſ. de Qvinta Eſſentia, catholico morborum remedio, adverſus morbos qvosvis, cum omnes a ſpirituum prava diſpoſitione proficiſcantur, non niſi ſpiritualia remedia, ſive qvintas eſſentias, adhiberi debere, oſtendens, qvam Dethlevus Cruſius, autoris in Civitate Hamburgenſi amicus, privatim ab hoc olim ſibi communicatam, ut ederetur, bibliopolæ, cujus ſumptu volumen hoc eſt excuſum, tradidit; *p. 595-605.*
β. Epiſtola, qva juvenem, in Academia viventem, hortatus eſt ad Diſputationem de Latinitate Digeſtorum, de qva ipſi, eam culpanti, cum Profeſſoribus lis erat Juridicis, abrumpendam; *p. 606-611.*
γ. Diſſertationis de meritis Germanorum in literas (cujus infra, inter Affecta, prolixior recurret mentio) Fragmentum, & ſolum ferme exordium, inter ſchedas Studioſi cujusdam, qvi ex ore dictantis publice exceperat, repertum; *p. 612 616.*

III. Appendix Vitam Morhofii, ab ipſomet inchoatam, & ad A. 1671. perductam, ab amico autem Anonymo (Michaele, uti fertur, Schumanno) ad emortualem 1691. pertextam (*p. 1-48.*), elogia Morhofii & ſcriptorum ejus varia, a Caſp. Thurmanno collecta (*p. 49-60.*), & Carminum tandem adoptivorum, in honorem Noſtri ſcriptorum, ſyllogen copioſam (*p. 61-143.*), exhibens. De qvibus voluminis hujus acceſſionibus,

cum

cum ſupra, ſub biographiæ finem, fuſius jam ſit dictum, addi aliqvid hoc loco non videtur neceſſarium.

Prolixiorem Diſſertationum harum, junctim editarum, recenſum ſiſtunt Lipſienſes (*exqviſitiſſimas* eas eſſe judicantes, *& admodum ſolerter elaboratas) in Actis Erud. A.1699., M. Jul., p.289-293.*, breviorem vero Lubecenſes *in Novis Septentrionis & Maris Balthici literariis, M Jun. A.1699., p.184.*

Delitiæ Oratoriæ intimioris, ſive de dilatatione & amplificatione oratoria Liber. Lubecæ 1701. in 8. (*16. pl.*). Ibid. A.1712. in 8. (*j. Catal. nund.*). Libri hujus, e Lectionibus autoris de hoc argumento academicis, A.1683. & 1691 habitis, enati, & in tres partes diviſi, σκιαγραφίαν accuratiorem laudesqve invenies *in Actis Erud Lipſienſibus, M. Aug. A.1701., p. 371-377., Novis literariis Lubecenſibus, M. Apr. 1701., p.126. 127.*, & Anonymi Monatlichem Auſzuge aus allerhand Büchern, *M. Majo A. 1701., p. 51-60.*

Epiſtolæ duæ familiares, ad Georg. Caſp. Kirchmayerum, Prof. Witeb., d. 24. Maji A. 1678 & d. 14. Mart. A. 1680. ſcriptæ, leguntur inter Virorum clariſſimorum ad Kirchmayerum Epiſtolas, a filio Witeb. A.1703. in 8. junctim editas, *num. 14., p. 21. 22., & num. 18., p. 30. 31. 32.*

Epiſtola ad Ol. Rudbeckium d. 23. Jun. A.1681. ſcripta, qvæ in Elogiis *Atlanticæ* Rudbeckii, Upſaliæ, ſine mentione anni, in fol. editis, occurrit.

Programmata Roſtochienſia nonnulla, qvæ in Kilonienſium, Orationibus ſubjunctorum, ſylloge ſunt omiſſa.

Phaleuci in indoctum & inſulſum Βιβλιοχέστην, ſub Didaci Gelaſii Modeſtini nomine editi (*1. pl.*), teſte Laur. Normanno, apud Placcium *T. II. Theatri Anon. & Pſevdon. p. 229.* Recuſi inter ejus Poemata.

β. ALIENA, AB EO EDITA.

Rob. Boylii Introductio ad hiſtoriam Qvalitatum particularium: Cui ſubnectuntur Tractatus de coſmicis rerum qvalitatibus, de coſmicis ſuſpicionibus, de temperie ſubterranearum regionum, de temperie ſubmarinarum regionum, de fundo maris; ex Anglico in Latinum ſermonem converſi. Hamburgi A. 1671. in 12. Verſionem hanc ἀνωνύμως edidit. Bina ipſius in eam Epigrammata *in Horis Subſecivis Poeticis, p. 3. 4.*, leguntur.

Joh. Laurembergii, Prof. Sorani, Satyra elegantiſſima, qva rerum bonarum abuſus, & vitia qvædam ſeculi, perſtringuntur, A.1636. edita. Accedit ejusdem Qverimonia Daphnorini (*i. e. Laurembergii*) de ſuo & Academiæ Soranæ ſtatu. In horum temporum uſum recudi fecit D. G. Morhofius, cum ſua ad Pet. Axenium præfatione. Kilonii 1684. in 4. Utrumqve Poemation in Appendice etiam adoptiva *Operum* Noſtri *poeticorum*, Lubecæ A. 1697. junctim impreſſorum, locum invenit.

Nicaſii Baxii, Monachi Auguſtiniani, Medulla eloqventiæ, & Figuræ aliqvot Rhetoricæ, ex M. T. Cicerone concinnatæ, nunc in juventutis uſum recuſæ, recenſente D. G. Morhofio; cujus præmiſſa eſt Præfatio, qva de omni in Eloqventia excerpendi ratione agitur. Kilonii 1686. in 8. (*4. pl.*)

M. Ant. Majoragii Philochryſus, ſeu Oratio de Auro, a Morhofio, cum ſua ejusdem argumenti, Lubecæ A.1690. in 8. edita, & cum eadem dein Lipſiæ eodem A 1690. in 4., ac, in ſyntagmate Orationum Morhofianarum, Hamburgi A. 1698., recuſa. Vide, qvæ ſupra de Oratione Morhofiana ſuo loco diximus.

Joh. Dekeni, Jeſuitæ, Obſervationes poeticæ, exemplis illuſtratæ: Editio altera, auctior & emendatior, Antwerpiæ A. 1688. edita, nunc recuſa cum præfatione D. G. Morhofii. Kilonii 1691. in 8.

Franc. Qvarleſii Enchiridion morale, Anglice cura ipſius denuo editum. Kilonii in 12.

Addi Alienis his etiam forte meretur Edmundi Richerii Obſtetrix animorum, Morhofii hortatu, & ex illius exemplari, per Ad. Rechenbergium, Lipſiæ A.1693. in 12. denuo publicata.

ג. GERMANICA.

Unterricht von der Deutſchen Sprache und Poeſie, deren Uhrſprunge, Fortgange und Lehrſätzen; wobey auch von der reimenden Poeterey der Ausländer mit mehrerm gehandelt wird. Kiel 1682. in 8. Von neuem vermehret und verbeßert, nach des ſeel. Autoris eigenem exemplar überſehen, und alſo zum andern mahle von den Erben, mit einer neuen Vorrede, außgegeben. Lübeck 1700. in 8. (*3½ Alphab.*) Tertia editio Lubecæ A. 1718. in 8. prodiiſſe traditur in Catalogo vern. A. 1718 nundinali. Commentarius hic Germanicus, operis de Lingva & Poeſi Germanica latini plenioris (ſed affecti tantum, nec unqvam ſperandi) Prodromus, qvi e Prolegomenis, Poematum Germanicorum præmittendis ſyntagmati, in librum ipſis Poematis duplo majorem, teſte præfatione, excrevit, tribus conſtat partibus. Harum *Prima*, de Lingva agens Germanica, eaqve, & boreales illi cognatas, antiqvitate Græcam & Latinam ſuperare, imo has Germanicæ eſſe originis, luculenter (etſi longe compendioſius, qvam in affecto *Originum Germanicarum* opere, idem argumentum fuſius perſecuturo, facere decreverat) oſtendens, Capite I. de Lingvæ differit Germanicæ præſtantia & vetuſtate, Cap II. Græcam & Latinam ea eſſe recentiores, III autem voces Græcas & Latinas plurimas a Scythico-Germanicis veteribus ortum traxiſſe oſtendit, Cap. IV. V. & VI. fontes derivationis vocum cujuslibet lingvæ genuinos commonſtrat, & VIImo tandem cognationem vocum Græcarum & Latinarum, hominem, ejusqve partes, denotantium, cum Germanicis ejusdem ſignificationis exponit. Partis *ſecundæ*, de Poeſeos Germanicæ commentantis origine & progreſſu, Capita I. II. III. IV. & V. Poeſeos gentium Europæ aliarum, Gallorum ſcilicet, Italorum, Hiſpanorum, Anglorum & Belgarum, rythmicæ ſiſtunt hiſtoriam & faciem antiqvam pariter atqve modernam, VI & VII. Poeſeos Germanicæ ætatem primam, ad Caroli M. usqve imperium, ac ſecundam, ad Mart Opitii porrectam tempora, VIII. gentium arctoarum poeſin, & IX. deniqve tertiam Germanicæ ætatem, qvæ in noſtra incidit tempora, conſiderant. Partis *tertiæ*, Germanorum artem ipſam proponentis poeticam, Caput I. de Lingvæ Germanicæ ad Poeſin agit aptitudine, II. III. IV. & V. de ejusdem orthographia, etymologia, ſyntaxi & proſodia, VI, de numero poetico, VII. VIII. IX. & X de Rythmis, eorumqve neceſſitate, origine & qvalitatibus, XI. & XII. de variis verſuum, ſtropharum carminumqve generibus, XIII de inventionibus poeticis, XIV. de Poematis Heroicis, XV. de Odis, XVI. de Comoediis & Tragoediis, XVII. de Epigrammatis. Sub finem totius commentarii adjectæ ſunt Henr. Schævii (qvem Noſter in Gymnaſio Stettinenſi, uti ſupra in vitæ ejus hiſtoria retulimus, habuit præceptorem) Metaphraſes XVII. priorum Odarum Libri I. Horatianarum Metrico-Germanicæ, variis carminum generibus elaboratæ. Pleniorem Operis hujus cedro digniſſimi deſiderantem notitiam ad recenſum illius ablegamus prolixum & perqvam honorificum, *in Actis Eruditorum Lipſienſibus, M. Sept. A. 1682., p. 271-277.*, obvium, &, qvi iſti ſua debet, Adr. Bailletum, *T. IV. des Jugements des Sçavans, P. I., p. 117. 118.* Lipſienſes, *l. c. p. 271.*, his illud verbis extollunt: *Cum de Latinorum Lingva & Poeſi multi commentarios ſcripſerint, Poeſin etiam Germanicam qvidam in artem redegerint, ac certis legibus aſtrinxerint, deqve Lingva Germanorum diverſorum Autorum extent monumenta: nullum tamen præſtantiori ingenio, ac majori eruditionis rarioris qve doctrinæ copia, conditum*

fuit hoc opuſculo, qvod, vernaculo idiomate ſcriptum, Germanicis ſuis poematibus, in unum collectis faſcem, & Kilonii hoc anno editis, præmiſit doctiſſimus Morhofius, Latinorum etiam Græcorumqve carminum venuſtate nulli Poetarum ſecundus. Iidem, *M. Febr. A. 1691., p. 55.*, ſcriptum hoc *libellum aureolum*, & *M. Jun. A. 1697., p. 261., Commentarium eruditiſſimum*, ſalutant. Eraſmus Franciſci, in Ep. ad Wilh. Ern. Tenzelium (*ab hoc in Dial. menſtr. Germ., M. Jun. A. 1690., p. 518.*, allegata), ita de eodem ſcribit: Jch admirire Herrn D. Morhofium ſehr, und habe unterſchiedlichen Cavallieren ſeine ſchöne Unterweiſung in teutſcher Sprache und Poeſie, vor andern dergleichen Schriften, recommendiret. Joh. Chriſtoph. Wagenſeilio, im Bericht von der Meiſterſingerkunſt (*ſub finem Commentationis de Civitate Noribergenſi*), *c. 1., p. 452.*, Liber hic audit Ein preißwürdigſtes Buch, Joh. Frid. Mayero, *in Diſp. de Codice ſuo Bibliorum Germanico, A. 1458. manu exarato* (*in Append. Hiſt. Verſ. Luth. Bibl. Germ. p. 168.*), *Præſtantiſſimus*, Joach. Fellero (*in præf. Catalogi MSS. Biblioth. Lipſienſis, nec non in præfat. Metaphraſeos Meditationum D. Joh. Gerhardi ſacrarum Metrico-Germanicæ, a Tob. Richtero A. 1690. editæ*) *Opuſculum aureum*, Chriſt. Grübelio (*in Diſſ. de Lingva Germ. veteri & moderna, c. 1., p. 4.*) *Tractatus eruditus*, Matth. Henr Burchardo (*in Or. fun., Autori habita, p. 11.*) *Commentarius doctiſſimus, opusqve elegantiſſimum, qvo vel invitum fatebitur Latium Muſas Alpes transvolaſſe*, Erdm. Neumeiſtero (*in Diſſ. de Poetis Germanicis p. 70.*) *Opus incomparabile, & reconditæ cujusdam eruditionis inſigne monumentum*; J. G. Eccardo (*in Hiſtoria ſtudii Etymol. L. Germ., c. 30., p. 238. 239.*) *Commentarius pulcherrimus, qvi latiori ſidere patriam illuſtravit.* Commendatur etiam ab Henr. Meibomio Jun. *in Additt. ad Val. Henr. Vogleri Introduct. in notitiam bon. ſcript. p. 186. 189.*, & Erdm. Neumeiſtero in der Allerneueſten Art zur reinen und galanten Poeſie zu gelangen, *in Proœm. p. 1.* Chriſt. Daumii, circa vocum complurium Græcarum & Latinarum e lingva Germanica derivationem, ſuum a Morhofio & Joh. Lud. Praſchio diſſenſum profeſſi, loca Epiſtolarum ad Joach. Fellerum ἀνεκδότων, huc ſpectantia, J. G. Eccardus, *l. c., c. 31., p. 249. 250. 251.*, exhibet.

Teutſche Gedichte. Kiel 1682. in 8. Lübeck 1700. in 8. Sylloge hæc Carminum Noſtri (qvorum pleraqve ſeorſim antehac prodierant) vernaculorum, in utraqve editione Commentario de Germanorum Lingva & Poeſi ſubjuncta, in tres partes diſpeſcitur, qvarum prima Gratulatoriis, ſecunda Funebribus, tertia Miſcellaneis, ſacris, profanis, Odis, Epigrammatis, aliisqve non unius generis, ab Autore eſt deſtinata. Lipſienſes, *in Actis Erud., M. Sept. A. 1682., p. 276. 277.*, ob *venuſtatem* ea commendant *plane eximiam, nativamqve, qvam præ ſe ferunt, elegantiam, minus affectatam, anxieqve qvæſitam.* Sunt alii, qvi laudibus illorum cenſuras, ſed ab affectuum forte labe ac contagio haud immunes, admiſcent, Sileſii imprimis, ob prælatum Mart. Opitio. Poetæ ſuæ gentis vernaculo Paulum Flemmingium, Noſtro minus æqvi. Hos inter B. N. (qvem Bened. Neukirchium, Sileſium, eſſe, M. M. mox allegandus, *c. 2., p. 54.*, teſtatur), in *præfat. Partis II. Poematum* Chriſtiani ab Hofmannswaldau *Germanicorum*, Lipſiæ A. 1696. impreſſæ (*lit. b. 5. b.*), ſeqvens de iis fert judicium: Morhof ſchreibt zwar ſo lieblich nicht, alß gelehrt: Er hat aber ſehr wol verſtanden, was zu einem Gedichte erfordert wird. M. M, in den Unvorgreiflichen Gedancken von Deutſchen Epigrammatis (qvæ Lipſiæ A. 1698 prodierunt), *c. 2., p. 60. 61.*, encomio eorum hæc ſubjungit: Die Freyheit, deren er ſich bey der conſtruction und anderweit, bedienet, iſt bey einem Manne, von ſolcher autorität mehr zu verwundern, alß nachzuahmen. Er pfleget auch dergleichen nicht leichtlich zu gebrauchen, es wäre denn, daß eine artige meditation hinfallen müſte, wo man der Sprache nicht eine kleine Gewalt anthun wolte. Riſum autem lingvæ noſtræ Cimbricæ gnaris haud dubie extorqvebit M. Joh. Chriſt. Kunckelius, Uratislavienſis, qvi, *in Diſp. de Sileſiorum in Germanica Poeſi præſtantia*, Lipſiæ A. 1698. excuſa, *§. 8., p. 11 12.*, Flemmingio, ejusqve imitatori Morhofio (cujus tamen Carmina ſe Germanica ſubinde admiratione proſeqvi §. 6., p. 10., non diffitetur), præter duritiæ qvoddam genus, neſcio qvos Holſatismos affingit. Qvod judicium M. Erdmanno Neumeiſtero ille, ni fallor, ſurripuit, in *Diſſ. de Poetis Germanicis*, ibidem triennio ante (A. 1695. ſc.) edita, *p. 70.*, *perpetuam* qvidem ſe *rerum & verborum concordiam, facundiamqve multiplicem & multiformem* in Carminibus Morhofianis vernaculis *exoſculari*, confeſſus, ſed elogio huic cenſuram ſubjungens ſeqventem, *Dum vero idipſum agit cl. Vates, ut omnia juſte inter ſe ac digne conſpirent, neſcio qvodnam duritiæ genus, Holſatiſmis qvoqve fœcundum, incurrere videtur.*

SCRIPTA INEDITA ET AFFECTA.

Horum Catalogum prolixum, qvo LXXI hujus generis meletemata enumerantur, ex aliqvot Indicibus Noſtri αὐτογράφοις congeſtum, exhibuit Vitæ ejus Continuator, *in Appendice Voluminis Diſſertationum Academicarum, p. 38-41.* Verum tumultuarius ille eſt, nulloqve ordine, vel argumentorum, vel annorum & temporum, collectus, haud pauca, a τῷ μακαρίτῃ in lucubrationibus editis, & prælectionibus academicis ἀνεκδότοις, promiſſa, omittit, nec qvænam illorum vel editioni ſint matura, vel imperfecta aut inchoata, vel calamo ſaltem, nunqvam iis admoto, deſtinata, verbulo ullo ſignificat. Id qvod continuatorem illum, qvi (teſte Joh. Burch. Maji *præfatione*) *Bibliothecæ Morhofianæ forulos ac ſchedas fere omnes diligenter excuſſit*, facere omnino decuiſſet; præſertim cum literæ ad celeb. Tenzelium Muhlianæ (qvarum fragmentum is, *in Dial. Menſtr. Germ., M Jul. A. 1692., p. 603.*, recitavit), *multa ſupereſſe, qvorum prima ſaltem lineamenta Autor duxerit, plura, qvæ inter chartas confuſa turbataqve reperiuntur*, nos edocuerint. Nos alium eorundem ſubſtituemus Indicem tripartitum, Claſſe prima, qvæ ἀνέκδοτα adhuc ſuperſunt, ſecunda, qvæ ab Autore in ſcriptis Catalogisqve publicis ſunt promiſſa, ſed vel plane derelicta, vel ſaltem inchoata. Tertia deniqve, qvæ e ſolo Continuatoris nobis innotuere Catalogo, enumeraturum, & ſingulis, qvæ, ad claſſes duas priores relata, in hoc deſiderantur, aſteriſcum præfigemus. De potioribus præterea, præter titulum, aliæ qvædam adjungentur obſervationes, qvas lectoribus haud ingratas fore ſperamus.

ἈΝΕΚΔΟΤΑ, QVÆ SUPERSUNT, VEL, SI PERIERUNT, ELUCUBRATA TAMEN AB AUTORE ESSE CONSTAT.

* Prælectiones Polyhiſtoricæ, A. 1672 habitæ, & XVII. Capitibus comprehenſæ (a qvibus an diverſæ ſint *Lectiones de re bibliothecaria publicæ*, qvarum A. 1683., in *Programmate ad acroamaticas invitatorio*, & mentionem ipſemet fecit, & editionem promiſit, incertus hæreo). Capitum indicem ſupra in Polyhiſtoris invenies Hiſtoria.

Prælectiones de Notitia Autorum privatæ, XXVII. capitibus incluſæ, & bis, ab A. 1680. ad 1683., Auditoribus propoſitæ, qvarum hiſtoriam & σκιαγραφίαν in eodem Polyhiſtoris offendens recenſu Capitum ſingulorum argumenta Continuator etiam Vitæ Morhofianæ (*in Append. Diſſertt. Acad. p. 32. 33. 34.*) & Chriſt. Thomaſius (in den Schertz- und Ernſthaften Gedancken über allerhand Bücher, M. Aug. A. 1688., p. 275-279.) enarrarunt.

• ἰσορούμενα Jurisprudentiæ Romanæ, A.1675. privatim auditoribus propoſita, qvæ editioni parata eſſe, *in Programmate ad Lect. acroam. invitatorio*, A.1683. ſignificavit.

• Mnemonica Juris, voces exhibens mnemonicas, ſingulis Inſtitutionum & Decretalium titulis accommodatas, qvarum ope iſti, eorumqve numeri, memoriæ poſſint imprimi. De artificio ejus vide ipſius *L. 2. Polyhiſt. Lit., c. 6., p. 375.*

Comm. de Jure & privilegiis Morboſorum, e Diſp. hujus argumenti Academica, paulatim aucta, enatus. V. qvæ de Diſp. iſta, & hoc ſimul commentario, ſupra attulimus.

Tr. de Jure ſilentii, de qvo itidem conſulenda ſunt, qvæ de Diſp. Noſtri inaugurali juridica, hujus prodromo, in ſcriptorum editorum monuimus Catalogo.

• Collegium Hiſtoricum.

• Introductio ad Hiſtoriam, ſive Lectiones Academicæ de ſcriptoribus, qvorum ad prudentiam civilem uſus eſt, Hiſtoricis, A 1673 1677. & 1683. Auditoribus propoſitæ, & ab ipſomet *T. III. Polyhiſt., L. 4., p. 28.*, allegatæ.

• Lectiones in Taciti Annales & Vitam Agricolæ, A. 1674. & 1675. publice habitæ, e qvibus nonnulla ad editionem a ſe ſelectum iri, *in Programmate ad Lect. acroam. invit.*, A. 1683. promiſit.

• Genealogia Familiæ Brocktorfiorum eqveſtris Holſaticæ, piſcium etiam volantium (qvalem inſignia illius oſtentant) perſeqvens hiſtoriam, qvam a Noſtro, poſtulatu Caji Laurentii, Comitis a Brocktorf, anno circiter 1687. eſſe conſcriptam, & ab hoc ἀνέκδοτον aſſervari, e Joh. Lud. Hannemanni literis ad me A. 1691. exaratis, *in Additamentis ad P. II. Iſagoges in Hiſt. Cimbr. p. 215.*, eſt indicatum.

• Lectiones methodico-practicæ de legendis, imitandis & excerpendis Lingvæ Latinæ Autoribus, A. 1675. publice, & A. 1685. privatim, habitæ.

Tractatus de pura dictione Latina, lectionibus publicis A. 1688. 1689. & 1690. propoſitus, ab Autore in Lib. de Patavinitate Liviana A. 1684., & ab hæredibus ejus, decennio poſt (*in Catal. nund. vern. Lipſ. A. 1694. p. 13.*), orbi literato promiſſus, cujus editionis deſiderium Lipſienſes (*in Act. Erud., M. Dec. A. 1684., p. 575.*) dudum ſunt profeſſi. Editionem ejus, Stutgardiæ in 8. prodituram, pollicitus eſt Salom. Pfiſterus *in Catal. nund. Lipſ. A. 1722. vern. p. 69.*

Characterographia, ſeu Commentatio de Stylo, ejusqve exercitiis, *in Catal. nund. autumn. A. 1668. Lipſienſium p. 26.*, & *Programmate ad Lectiones acroamaticas invitatorio*, A. 1683 publicato, promiſſa.

Prælectiones de differentia ſtyli poetici & oratorii, A. 1670. & 1682. habitæ.

Periodologia, ſive Tr. de Periodo oratoria & poetica, qvem publicis A. 1686. & 1687. lectionibus propoſuit, cujusqve editionem hæredes in Catalogis nundinalibus, *vernali A. 1694. p. 13.*, & *autumnali A. 1696. p. 40.*, nec non *vernali A. 1706., p. 33.*, expectare Literatos juſſerunt.

Prælectiones publicæ oratoriæ, A. 1669. habitæ.

• Collegium oratorium theoretico-practicum.

Manuductio ad eloqventiam civilem, ſive Orator civilis & præceptis, & exemplis perpetuis lectiſſimisqve, adornatus, cujus ſpem fecit A. 1683. *in Progr. invit. ad lect. acroam.*

• Nova Rhetorices Elementa in tyronum & adultiorum gratiam concinnata, in qvibus, ductu Ariſtotelis & Chriſtoph. Schraderi, de præcipua Rhetoricæ parte, in reliqvis compendiis hactenus omiſſa, Enthymematum ſcilicet inventione, diligentius agitur, ac Figuræ, cœteraqve ad ornatum orationis ſpectantia, in concinniorem rediguntur ordinem. Promiſit ea A. 1683., ſub finem Programmatis modo laudati, & A. 1684. (teſte vitæ continuatore) publicis propoſuit lectionibus.

Collegium oratorium ſacrum, de methodo themata arguta e ſacro textu eruendi, exemplis ſingularum periocharum evangelicarum, diebus dominicis ac feſtis propriarum, illuſtratum, cujus ſpem A. 1683. in eodem fecit Programmate. Haud diverſæ ab hoc ſunt, uti credo, qvas vitæ Continuator in ſuo memorat *Catalogo*, *Sacræ in dies dominicos Meditationes*, *Diſſertatione de eloqventia eccleſiaſtica* ſtipatæ.

• Logica oratoria, A. 1677. privatis propoſita Auditoribus.

Pathologia oratoria, XVI. capitibus comprehenſa, & A. 1676. Auditoribus publicis dictata, cujus editionem A. 1683., *in Progr. ad lect. acroam. invitatorio*, promiſit.

• Comm. de imitatione & lectione Ciceroniana, MS. in Biblioth. D. Joh. Frid. Mayeri. V. *Catal. ejus pag. 734.*

• Collegium poeticum theoretico-practicum, Roſtochii A. 1662., & dein Kilonii etiam aliqvoties, propoſitum, cujus ſciagraphiam ſiſtit Autoris Programma 83. (Roſtochii A. 1661. publicatum), *p. 930-935.* Editionem optant Lipſienſes, *in Actis Erud., M. Dec. A. 1684., p. 575.*

Hermathena poetica, ſeu Liber de Inventionibus poeticis, lectionibus academicis A. 1667. propoſitus, & *P. III. Commentarii de Lingva & Poeſi Germanica, c. 13., p. 650.*, ac *in Progr. invit. ad lect. acroam.*, promiſſus.

Lexicon latinitatis poeticæ, magni in ſcribendo carmine uſus, Auditoribus A. 1670. dictatum. Specimen ejus, ſive Idea de translatis, *L. 3. Polyhiſtoris Literarii, cap. 11., p. 74-111.*, legitur.

• Oratio de genio & ſpiritu poetico, qva, d. 17. Oct. A. 1660., teſte Alb. Willebrando (*in Progr. ad illam invitatorio, in Append. Diſſertt. Acad p. 74. obvio*), Profeſſionem Poeticam Roſtochii eſt auſpicatus, ab ipſomet etiam, *in Diſſ. de Enthuſiaſmo poetico* (*p. 81. Diſſertt. Acad.*), allegata.

• Manuductio ad excerpendum, Auditoribus propoſita privatis. Editionem A. 1683., *in Progr. invit. ad lect. acroam.*, promiſit, nucleumqve illius poſtea *libro Polyhiſtoris Literarii tertio* inſeruit.

Hæc ſunt, qvæ abſoluta ab Autore eſſe, & inedita adhuc latere, vel certo mihi conſtat, vel probabili ſuſpicor conjectura. Monendum tamen, pleraqve Lectionibus abſolvi Academicis extemporaneis, limam accuratiorem & manum ultimam Autoris ſui non expertis, nec proinde omnia promiſcue luce publica eſſe digna. Non poſſum autem non publice, hoc loco, deteſtari audaciam Falſarii cujusdam, qvi, in gratiam Bibliopolæ Lubecenſis, ἀνεκδότων Morhofianorum meditantis editionem, *Diatribæ meæ de Helmoldo*, ejusdem ſumptu A. 1702. editæ, textui, inepte, nec ſine ſoloeciſmis aliqvot, a ſe interpolato, *§. 11., p. 1., lin. 14-18.*, mendacem intruſit relationem de iſtis omnibus ſtudio viri incomparabilis, Frid. Bened. Carpzovii, in ordinem redactis. Qvæ cum falſiſſima ſit (nec enim, vel a Carpzovio ipſo, vel ejus auſpiciis, qvicqvam Morhofianum, præter Tomi I Polyhiſtoris Libros IV. poſteriores, qvorum ſuo jam loco facta eſt mentio,

unqvam eſt reviſum), a me profectam non eſſe, ſed falſario, qvem dixi, inepto deberi, eruditis omnibus, ne ſpe inani lactentur, ſignifico.

AFFECTA, AB AUTORE IN SCRIPTIS CATALOGISQVE PUBLICIS PROMISSA QVIDEM, SED VEL DERELICTA, VEL AD FINEM NON PERDUCTA.

Tr. de eo, qvod divinum eſt in diſciplinis, *in Progr. invit. ad lect. acroam. A. 1683.* promiſſus. Primas illius lineas Programma exhibet ejuſdem argumenti pentecoſtale, A. 1687. publicatum, & A. 1688. *Libro I. Polyhiſt. Lit. c. 12.*, A. 1698. autem in Programmatum ſylloge, recuſum.

* Comm. de infelici eruditionis hoc noſtro tempore ſtatu, qvem meditatum eſſe Noſtrum, Joh. Lud. Hannemannus, *in præf. Ovi Hermetico-Paracelſi, lit. B. 2. a.*, teſtatur, una cum Zach. Götzio *in præfat. Diſſertt. XX. de Nummis.*

Diſſ. de Chriſtianiſmo veteri, qvid ille e Philoſophorum gentilium docendi modo, moribus & dogmatibus, traxerit, *in Catalogo lectionum academicarum Kilonienſium Semeſtri* A. 1673 promiſſa.

Opus plenum & accuratum de ortu & progreſſu Theologiæ Enthuſiaſticæ, qvod A. 1662., *Diſſ. I. Theologiæ gentilis politicæ p. 48.*, a ſe juſſit expectari.

* Comm. de principiis Naturæ incognitis, de qvo ita ipſemet, *in Stentore ὑαλοκλάϛῃ p. 44.*, ſcribit: *Fatendum ſane eſt, in cauſarum inveſtigatione plus ſæpe ſubeſſe difficultatis, etiam in minimis, qvam credant Lyncei illi minutiarum ſpeculatores. Qvæ me cauſa aliqvando impellebat, ut de Principiis Naturæ incognitis Commentarium meditarer, per omnia naturalis ſcientiæ capita demonſtraturus, ſine principii alicujus incogniti ſubſidio extricari nos his difficultatibus non poſſe, ac nullam, hunc usqve in diem, ſectam ſatis validos his nodis cuneos admovere.*

Epiſtolæ de tranſmutatione metallorum Editio nova longe auctior, qvam molitum eum eſſe, præter vitæ continuatorem, teſtis etiam eſt Joh. Lud. Hannemannus *in Ovo Hermetico-Paracelſico p. 133.* In cujus Libri *Appendice p. 12.* edi etiam optat *Chronicon Chemiæ adeptæ, qvod qvidam Colonellus ſtudio & opera magni Morboſii concinnavit & collegit.* Confer, qvæ ſupra, in Scriptorum editorum hiſtoria, de Epiſtola hac jam diximus.

Diſſertationis de Principe Medico, Roſtochii A. 1665. publicatæ, Editio nova auctior, *P. II. Hiſtoriæ Naturalis MS., c. 8.*, promiſſa.

Diſſertationis de Paradoxis ſenſuum, A. 1676. Kilonii evulgatæ, Editio nova, longe auctior, ſive Liber hujus argumenti integer, *in Stentore ὑαλοκλάϛῃ p. 142.* promiſſus.

Commentatio πολυΐϛωϱ de Ungve, *in Catal. nund. vern. A. 1664. Lipſ. p. 37.* promiſſa, ſed nunqvam (licet factum id eſſe Georg. Matth. Königius *in Biblioth. vet. & nova p. 554.* falſo tradat) edita. Mentio illius occurrit *T. II. Polyhiſt., Lib. II., P. II., c. 47., p. 478.*

Idea viri boni, ad Theologiam ſeu Philoſophiam veterem gentilem adumbrata, qvam promiſit *in Catal. nund. vern. A. 1664. Lipſ. p. 37.* Nucleum ejus ſiſtit *Oratio V. de viro bono ad mentem Philoſophorum gentilium*, A. 1569. habita.

Commentatio de Heroibus, promiſſa *Diſſ. I. Theologiæ gentilis Politicæ p. 24.*

* Homiletica erudita, præcepta converſationis eruditæ exhibitura, qvam ſe ſcribere aliqvando voluiſſe, ſed dein conſilium iſtud abjeciſſe, *Libri I. Polyhiſtoris Literariis* Capite XV. (qvod totum in ſciagraphia laboris hujus ſiſtenda occupatur) ſignificavit. Jacturam operis iſtius prolixe deplorat M. Chriſt Dav. Funccius, Gorlicenſis, *in Vindiciis ſeculi noſtri*, Francofurti A. 1696. editis, *p. 331. 332.*

Polyhiſtor civilis de ſingulis diſciplinis, qvatenus ex viro civili addiſcendæ, promiſſus *in Catal. nund. vern. A. 1664. Lipſ, p. 37.*

* Polypragmon civilis, cujus ſpem in eodem *Catalogo p. 37.* fecit. Georg. Matth. Königius, *in Biblioth. vet. & nova, p. 554.* perperam ſcriptis noſtri editis eum accenſet.

* Theologia gentilis politica, de cultu Principum idololatrico & genuino, cujus duæ tantum priores lucem viderunt Diſſertationes, ſupra jam memoratæ, plena autem Tractatio, in *Catalogo* eodem, *p. 37.*, A. 1664. eſt promiſſa.

Diſſ. de Fato politico, qvam *Diſſ. I. Theol. gent. polit. p. 19.* a ſe juſſit expectari, ſicut & *T. III. Polyhiſt., L. 2., p. 21.*

Myſterium Septentrionis, ſeu Diſſ. theologica, phyſica & politica de terra ſeptentrionali, promiſſa non ſolum in Catal. nund. A. 1664. vernal Lipſ p. 37., ſed etiam *P. II. Hiſt. naturalis, c. 21.* (*T. II. Polyhiſt. Lib II.*) *p. 403.* Cauſam derelicti laboris iſtius, in Epiſtola ad Ol. Rudbeckium de *Atlantica* ejus, d. 23. Jun. A. 1681. exarata, hiſce verbis expoſuit: *Ego, jam in juventute mea, non abſimilis argumenti colligere qvædam cœpi, librum aliqvando concinnaturus, cujus iſte titulus: Myſterium Septentrionis. Sed jacuit per bene multos annos labor iſte. Ego vero nunc in ſinu gaudeo, confirmari in multis meas iſtas ſuſpiciones tuis, pene dixeram demonſtrationibus. Multa enim domi habes argumenta, qvæ lucem his cogitatis adferre poſſunt, exteris incognita. Omnia itaqve mea abjicio: omnino enim poſt Roſcium hunc ſaltare ſtultum foret atqve temerarium.* Mentione laborem hunc affectum honorifica dignati ſunt W. E. Tenzelius *in Dial. menſtr. Germ., M. Febr. A. 1690., p. 174.*, Henr. Muhlius *in Poemate Morhofii manibus ſacro p. 6.*, & Joh Lud. Hannemannus *in præfat. Ovi Hermetico-Paracelſici, lit. C. 1. b.*

* Liber de Cimbrorum coloniis in Italiam, ante urbem conditam, miſſis, de qvo ita ipſe *Orat. VIII*, *p. 221. 222.: Neqve ſane, qvo præ Cimbris multum glorientur, habent Romani, qvos ego noſtris, & nobilitate gentis, & antiqvitate, minores judico, ſi non omnino falſa ſunt, qvæ de noſtrorum hominum in Italiam coloniis, jam ante ipſam urbem conditam eo miſſis, non obſcura hariolatione obſervavi. Tanta eſt, & populorum, & urbium, & fluminum, & nominum, cum Cimbricæ gentis nominibus affinitas, ut hæc mihi attentius contemplanti ſæpe admirationem excuſſerit, nemo vero, caſu ac forte fortuna ita contigiſſe, perſvaſurus ſit. Qvas meas conjecturas etſi forte ſupercilioſi qvidam cenſores contempſerint, ego tamen aliqvo numero habendas, minimeqve contemnendas, eſſe exiſtimo; cum, non tenui aut jejuna aliqva Diſſertatiuncula, ſed vel integro libro; ejus rei veritatem me aſſerturum confidam.*

* Hiſtoria Holſatica, qvam literis mandare, a Joh. Adolpho Kielmanno ſeniore (Hiſtorici Ducalis pollicito dignitatem), aliiſqve aulicis Gottorpienſibus, perſvaſus, aliqvando decreverat. Verum, cum ſciagraphiam ejus jam concinaſſet, mentem mutavit, monitis adductus Friderici, Comitis ab Alefeld, Proregis tunc Cim-

brici,

brici, ſummiqve poſtea aulæ Danicæ Cancellarii, qvam periculoſæ plenum opus aleæ, Regum Danicorum & Ducum Holſaticorum diſſidia perpetua traditurus, aggrederetur, qvantamqve Danorum, ſi Principis ſui cauſam tueretur, adverſus ſe concitaturus eſſet indignationem, prudenter inculcantis. Confer, qvæ hac de re a nobis jam ſunt dicta *P. I Iſagoges ad Hiſt. Cimbr.*, *c.7.*, §. 15., *p.135.*

Syntagma antiqvarium de Pileo. V. Matth. Henr. Burchardi *Or. fun. Morhofio habitam p.15.*

Tractatus de Germanorum in rem literariam Meritis, ſupercilioſo exterorum opponendus contemptui, qvem non ſolum *Parte II Commentarii de Lingva & Poeſi Germ.*, *c. 2.*, *p.248.*, *in Programmate ad lectiones acroamaticas invitatorio*, & *Lib. I. Polyhiſt. Lit.*, *c.13. p.130.*, *c.16.*, *p.184.*, *ac c.18. p.209.*, publice eſt pollicitus, ſed Lectionibus etiam academicis A. 1686. cœpit proponere, & Polyhiſtori ſuo, uti ſchema ejus. eodem A. 1686. publicatum, oſtendit, Appendicis loco voluit ſubjungere. Sed pertexere illi telam inchoatam, opusqve tot eruditorum votis expetitum (cujus ſolum ſupereſt Exordium, inter ſchedas Studioſi, qvi e dictantis ore in Auditorio exceperat publico, repertum, & in *Diſſertationum Academicarum* Volumine, *p. 612-616.*, A. 1699. publicatum) feliciter abſolvere, non licuit. Teſtem allego Henr. Muhlium, ſucceſſorem, qvi in Ep. ad Wilh. Ern. Tenzelium A 1692., d 30. Mart., ita de illo ſcripſit: *De meritis Germanorum ſpes votumqve plane decollabit. Non enim niſi paucula. qvæ conſilium inſtitutumqve hujus argumenti aperiunt, raptim, & ſine cura, in chartam conjecit.* V. Tenzelii *Dial. menſtr. Germ.*, *M. Jul. A.1692. p.603.* Argumentum ejus idem Muhlius, *in Poemate Manibus* Noſtri *ſacro*, hiſce Elegis eleganter exponit:

Invideat nobis Batavus, ſint Gallus & Anglus | *Hic noſtris adſtat meritis, parat ille theatrum,*
Nomina Teutonicis non ſatis æqva viris; | *Qvo proſtent titulis conſpicienda ſuis.*
Civibus ille ſtudet doctis, ne fama laboret,
Et patriæ laudis gloria priſca cadat.

Qvanta ejus fuerit inter eruditos expectatio, Tenzelius l. c., *M. Sept. A. 1691. p. 757. 758. 801.*, & *M Mart. A.1692. p. 207.*, Theod. Janſonius *in Bibliotheca promiſſa & latente p. 37.*, M. Bernh. Pet. Karlius *in Diſſ de Germania literis artibusqve nulli regioni ſecunda p. 2. 6. 7. 58.*, & Benj. Potzernius *in Autoſchediaſmate de Pomerania ſua literata p. 7.*, docebunt. Jacturam ejusdem ſerio deplorant Lipſienſes (qvibus *opus* audit *longe utiliſſimum, totiqve genti Teutonicæ maxime glorioſum*) *in Actis Erud.*, *M. Jul. A. 1690. p. 291.*, Henr. Muhlius *in Poem. cit. p. 7.*, Caſp. Thurmannus *in Biblioth. acad. p. 61.*, J. Burch. Majus *in præfatione Diſſertationum* Noſtri *academicarum*, & Georg Henr Götzius *in Diſſ. de Principe Hebraice docto p. 4.* Bernh Pet. Karlii Diſſ. paulo ante allegatam (qvæ Roſtochii A.1698. *in 4.* prodiit) M. Zach. Götzius, Rect. Oſnabrug., *in præfat. Diſſertt. XX. de Nummis*, Witebergæ editarum, nomine Karlii ſuppreſſo, inſimulat, qvod plagio e Tractatu hoc Morhofii inedito ſit tranſcripta.

Commentatio de Enthuſiaſmo poetico plenior & prolixior, de qva ſupra, in Editorum Catalogo, cum de breviori ejusdem argumenti Diſſertatione ageremus, abunde a nobis jam eſt dictum.

Philoſophia Alphabetaria, in qva de literarum natura, & varia apud varias Gentes pronunciatione, agere conſtituerat. V. *Lib. 2. Polyhiſt. Literarii c. 3.*, *p. 338.*, Theod. Janſonii *Biblioth. promiſſam & latentem p. 37.*, & *Catal. nund. vern A. 1664. Lipſ. p. 37.*

Diſſ. de characteribus lingvarum, ſub finem *Diſſertationis de Enthuſiaſmo poetico* (*in Volum. Diſſertt. Acad. p. 81.*) promiſſa.

* Tr. de particularum Lingvæ Latinæ uſu & ſenſu inveſtigando, cujus ſpem fecit *L. 3. Polyhiſt. Lit.*, *c. 2.*, *p. 10.*, ubi argumentum hoc minime, prout debebat, eſſe excultum, qveritur.

* Diſſ. de Lingvarum Græcæ & Latinæ novitate, qva Germanicam illis eſſe antiqviorem, imo utriusqve matrem, oſtendere voluit. V. *P. I. Commentarii de Lingva & Poeſi Germanica*, *c. 1.*, *p. 4.* De hac ita Sam. Rachelius, *in Introd. in Jus publ. c. 13. p. 95.*: *Qvod ſi Morhofius noſter, eximium Holſaticæ Academiæ decus, de Græcæ & Latinæ lingvarum novitate, & originibus Germanicis, ſcribendi conſilium perſecutus fuiſſet, reconditæ eruditionis opus ab illo expectandum fuiſſet: Nunc, cum amico hanc operam ſe commendaſſe nunciet, eumqve procul dubio ope & conſilio adjuvet, vel ſic etiam bene merebitur.*

Origines Germanicæ, opus ejusdem cum Diſſertatione præcedente argumenti plenius, ad cujus elaborationem materiam ſe copioſam jam conqviſiviſſe, ſed vereri, ut vita ſua illi ſufficiat, in præfatione Commentarii de Lingva & Poeſi Germanica vernaculi (cujus pars prima Operis hujus lineamenta ſiſtit atqve ſpecimen) A. 1682. ſignificavit. Editionem illarum, præter Sam. Rachelium (cujus judicium de iis honorificum modo recitavimus), Joh Lud. Praſchius (ſententiam ſuam Noſtri confirmans ſuffragio) *in Diſſ. altera de origine Lingvæ Latinæ Germanica*, Ratisbonæ A. 1689. edita, M. Chriſt. Grübelius *in Diſſ. de L. Germ. veteri & moderna, c. 1*, *p. 13.*, & Ludolphus Neocorus *in Bibliotheca librorum novorum*, *M. Aug. & Sept. A. 1697.*, *p. 323.*, cupide efflagitarunt. Imo & ante iſtos Ad. Tribbechovius, *Exerc. II. Anti-Baroniana*, *Sect. V.*, *p. 60.*, ita ſcribens: *Qvod ſi viri clariſſimi, D. G. Morhofi, collegæ ac amici noſtri conjunctiſſimi, Philologemata Teutonica, qvæ parat, lucem aliqvando aſpexerint, de cognatione lingvarum occidentalium nemo amplius dubitabit.*

Diſſ de Mannis Germanorum, *Parte I. Comm. de Lingva & Poeſi Germanica*, *c. 7.*, *p. 131.*, promiſſa.

* Ars Poetica Germanorum, peculiari opere latino tradenda, qvam, in *Commentarii de Lingva & Poeſi Germanica Germanici* (*Parte III.* hujus prægustum exhibentis) *præfatione*, a ſe juſſit expectari.

AFFECTA, QVÆ E SOLO CONTINUATORIS VITÆ MORHOFIANÆ INDICE NOBIS INNOTUERUNT.

Bibliotheca, ſeu de libris Autorum Elogia politica.
Ariſtarchus Librarius, ſeu Tr de Titulis librorum.
De Arcanis dominationis in re literaria.
De imagine Dei, ex Gentilium doctrina.
Henr. Mori Tr. de immortalitate animæ, e lingva Anglica latine verſus, cum diſſertatione præliminari.
Kenelmi Digbæi Obſervationes in Thomæ Brownii Lib. de Religione Medici, e lingva Anglica lat. verſæ, notisqve illuſtratæ.
De Religione Politici.
Proluſiones juridicæ de ſtudio Juris, ejusqve principiis.
De Soloeciſmis Juridicis.
De Conſenſu Gentium.

De Phyſiognomiæ uſu in Jurisprudentia.
De pœna furti, ex Jure Naturæ & Gentium.
De Arreſto cadaverum.
De Falſationibus relationum, & celatione mortis.
Exercitationes Phyſicæ.
De Faſcino oculorum.
De Arte oblivionis.
De Rerum omnium circulatione.
Theſaurus politicus univerſalis.
Juſti Lipſii Politica, cum annotationibus Herc. Catti, e L. Ital. latine verſis.
De Magia politica.
De Triumpho ante victoriam.
Diſſ. de Veſtitu civili.
Diſſ. de Novo Anno (diverſa ab illa, qvam Joh. Gothardum a Böckeln ſub ſuo edidiſſe nomine ſupra diximus).
De Hydrolatria.
Syntagma de poculo.
Volumen Orationum Panegyricarum, a viris clariſſimis ſparſim antehac editarum. Pleroſqve Panegyricos, qvos illi inſerere voluit, ipſe *Libro VI. Polyhiſtoris Literarii, ſive Oratorio, c. 3., §. 6.*, fuſe enumeravit.
Vervecum patria, Satyra.
De virtutibus & vitiis Carminis Germanici.
Lib. de Arte Epigrammatica & Epigraphica, cum exemplis.
Liber Epitaphiorum jocularium.
Veſtiarium Epigrammaticum.
De varia Poetarum fortuna.
Diſſ. παϱάδοξος de aqvæ potu Poetis præſcribendo.
Vindiciæ Statii contra Alex. Roſſæum.
Theſaurus Adagiorum univerſalis.
Diſſ. de Lingva univerſali.
Specimen Philologiæ Teutonicæ.
Diſſertationes variæ Philologicæ Germanicæ.
Die Nohtwendige Thorheit, Satyra in ineptos amantium mores.

SCRIPTA FALSO ATTRIBUTA.

Georg. Morhofii *Hiſtoria Mundi*, Lipſiæ A. 1675. in 12. edita, & in *Catalogo Bibliothecæ M. Joh. Langii*, Hamburgi A. 1700. excuſo, *p. 467.*, memorata, qvid ſcripti ſit, cuive debeatur, ignoro. Noſtrum certe non agnoſcit Autorem.

HENRICUS MÜLLERUS

(qvem *Johannem* perperam Qvir. Kühlmannus, Fanaticus, in Epiſtola *Böhmii* ſui *Redivivi*, ipſi A. 1674. inſcripti, dedicatoria, appellavit), eodem, qvo olim Homerus πολύπαιϱις evaſit, fato, a duabus Saxoniæ inferioris urbibus eximiis, Lubeca & Roſtochio, civibus ſuis annumeratur. Parentes is habuit civitatis Roſtochienſis incolas, Petrum Müllerum, mercatorem, ac Reip. iſtius Sedecimvirum, templiqve Mariani curatorem, Henrici, negotiatoris in Cimbria noſtra Tunderani, filium, ac Eliſabetham Stubbiam, patre Matthæo, Cive itidem Roſtochienſi primario, prognatam, a matre autem, ob turbas Ducatus Megapolitani bellicas, cum marito, Roſtochio Lubecam digreſſa, in emporio hoc imperiali atqve Hanſeatico, d. 18. Oct. A. 1631., in lucem eſt editus. Nos, licet Henr. Kippingio, Roſtochienſi (1.), *Magnum* eum *patriæ ſuæ decus* ſalutanti, Thomæ Creenio (2.), aliisqve, pro Roſeto militantibus Balthico, neutiqvam ſuccenſeamus, potiori tamen jure Lubecæ vindicari Noſtrum poſſe arbitramur, qvam ipſemet (3.) *patriam ſuam, & dulce ſolum natale*, verbis diſertis appellavit. Roſtochii (qvo parentes, urbem hanc repetentes, infantem ſecum abduxerant), poſt fideliter hauſta pietatis chriſtianæ elementa, ſcholam ſenatoriam trivialem, Rectore M. Jerem. Nigrino, freqventavit, &, ope ingenii ad ſtuporem usqve præcocis, in literis Græcis ac Latinis, cœterisqve propædevmatis ſcholaſticis, brevi ita profecit, ut, teſte Anonymo qvodam (4.), ad ipſiusmet provocante *Catenam*, qvæ ad manus mihi jam non eſt, *Evangelicam* (5.), anno ætatis 10. Studioſorum ſit adſcriptus numero, 17mo Magiſtri titulum, 21mo. munus eccleſiaſticum, 22do. Licentiati axioma, & 23io dignitatem adeptus profeſſoriam, librosqve, 18. natus annos, juris cœperit facere publici. Qvam tamen relationem cum vitæ ipſius hiſtoria, qvam nos e fidei probatæ monumentis proponemus, haud congruere, nemo non facile animadvertet. De M. Joh. Jac. Fabricio, Weſtphalo, Mülleri in juventa præceptore, ac Paſtore dein Zwollenſi ac Sulzbacenſi religioſiſſimo, Gotfr. Arnoldus, in den Leben der Gläubigen, (*in Vita ejus*) *p. 951*, ita ſcribit: Mir iſt erzehlet, daß D. Müller in einem ſeiner Bücher ſchreibe, daß er, was er gutes gewuſt, Fabricio, nechſt GOtt, zu dancken habe. In Studioſorum Academiæ patriæ admiſſus ordinem, anteqvam ſtudium aggrederetur theologicum, lingvis orientalibus M Joh. Fabricii, Philoſophiæ autem, D. Joach Lütkemanni & M. Mich. Falckii ductu, operam impendit ſedulam pariter atqve felicem. Hinc in ipſum Euſebies, & literaturæ divinioris, penetravit ſacrarium, ducibus Joh Qviſtorpio ſeniore, Theologo Roſtochienſi, & Academiæ (in qvam ſvaſu Qviſtorpii A. C 1647., æt. 16., abiit) Gryphiſwaldenſis Profeſſoribus, Abr. Batto ac Joh. Beringio, ſuo per triennium in eadem hoſpite, hisqve præſidibus qvatuor ibidem Diſputationes, a ſemet ipſo conſcriptas, publice defendit. A. 1650. Roſtochium rediit, cœptumqve ſtudiorum curſum continuaturus, ſacra Caſp. Mauritii & Aug. Varenii (qvo præſide bis diſputavit) ſedulo freqventavit Collegia, ac A. ſeqv. 1651. (d. 13. Maji) Philoſ. Magiſtri titulum, brabevta D. Joh. Corfinio, obtinuit. Iter hinc aggreſſus literarium, in Boruſſia Dantiſci Joh. Botſacco, Regiomonti autem Cœleſt. Mislentæ ac Chriſt. Dreiero, Theologis, familiariter innotuit. In Saxoniam deinde profectus inferiorem, Lubeca, Lüneburgo & Brunſviga in tranſitu luſtratis, in Julia pauliſper ſubſtitit Academia. Superiorem ingreſſus Saxo-
niam

(1.) *in Exerc. de cruce p. 197.* (2.) *P. III. Animadverſ. Philol. & Hiſt., c. 4. p. 180.* (3.) *in Ep. dedicat. Semicenturiæ I. Quæſtionum theologicarum*, ad Senatum Lubecenſem. (4.) im Wolgeplagten Prediger *p. 93. 94.* (5.) *pag. 148.*

niam Lipſiæ Chr. Langii, Joh. Hülſemanni & Mart. Gejeri, conſvetudine, Joh. autem Bened Carpzovii ſenioris menſa uſus eſt ac hoſpitio, ejusdemqve præſidio, in *Exerc. de bon. oper.* publica, A. 1652. gaviſus Witebergæ, Abr. Calovii fuit commenſalis, ac. ſchola Jenenſi itidem ſalutata, Marcoqve Frid. Wendelino, Theologo celebri Reformato, Serveſtæ compellato, Roſtochium iterato redux, cum Acroaſibus philoſophicis privatis, Diſputationibus item & ſermonibus ſacris, publice habitis, *Methodiqve* præterea *politicæ* editione, doctrinam ſuam & facundiam inſignem omnibus approbaſſet, A. 1653 exeunte, Templi Mariani Archidiaconatum obtinuit. Uxorem, A ſeqv. 1654., d. 24. Jan., duxit Margaretam Eliſabetham Sibrandiam, Michaelis, civis Roſtochienſis primarii, ædisqve Marianæ curatoris, filiam, & ex illa deinceps, in concordi annorum 22. conjugio, ſex ſuſtulit liberos, e qvibus tres, Petrus ſc, Chriſt Bernhardus & Catharina Eliſabetha, parentis mortem ſua præverterunt, totidem vero, Joh. Michael ſcilicet (LL. Stud.), Henricus Not. Publ. & Collegii Profeſſorum Senatoriorum Roſtochienſis, ab A 1698, Secretarius (*)) & Caſp Matthæus J U. dein Doctor, & in Acad. patria Profeſſor), illi fuere ſuperſtites. A. 1655 Licentiati Theologiæ gradum, *Diſputatione in Aphoriſmum apoſtolicum 1. Cor. XII. 3. inaugurali,* Roſtochii promeruit, &, qvinqvennio elapſo, Doctoralem etiam, in Acad. Julia, A. 1660, d. 10. Dec., Procancellario Balth. Cellario, & brabevta Frid. Ulr. Calixto, una cum competitore ſuo, Autore Steinio, Paſtore Halberſtadienſi, reportavit (6.). An eodem, vel præcedenti 1659. (biographi enim hic diſcrepant), a Senatu Roſtochienſi, muneri eccleſiaſtico Academicum, qvod parem utriqve Noſtrum eſſe vere judicaret, adjungente, Lingvæ Græcæ interpres, &, triennio poſt, menſe nempe Decembri A. 1662, Caſp. Mauritii, Hamburgum avocati, in Profeſſione (qvam d. 14. Dec. adiit) theologica, & templi Mariani Paſtoratu, ſucceſſor, eſt conſtitutus. Muneribus hiſce ſacris, qvibus officia Academica, qvæ vocant, ambulatoria, Rectoratus nempe, ternis vicibus, A. 1663. 1665. & 1670, ipſi decretus, & Collegii Theologici Decanatus (qvo fungens A. 1667., cum Aug Varenio, collega, Valer. Jaſchium, Antiſtitem Colbergenſem, Juſtum Valent. Stemannum, Paſtorem Helſingoranum, & Steph. Maſium, Wiſmarienſem, Licentiatos creavit (7.)), ſubinde acceſſerunt, coronidem tandem, cum alia, a Principibus, urbibus & Academiis exteris, freqventer oblata, modeſte recuſaret, (*) impoſuit A. 1671. Superintendentis Eccleſiarum Roſtochienſium dignitas, ſuffragiis Senatus & ordinis eccleſiaſtici, amice conſpirantibus, poſt M. Joh. Kentzleri, Parochi Petrini, exceſſum, delata, ſed ab ipſo, cum per Jac Sommerfeldium, Antiſtitem Parchimenſem, inaugurraretur, non ſine lachrymis ſuſcepta (8.). Singulis Theologus hic eximius atqve cordatiſſimus, & non Collegis tantum Roſtochienſibus (qvorum Senior tandem evaſit), ſed & Doctoribus Eccleſiæ Lutheranæ coævis propemodum univerſis, virtutibus ordinem ſuum decentibus, & plerisqve etiam doctrina, ac eloqventia ſtyli Germanici, in concionibus pariter atqve ſcriptis, nervoſiſſimi atqve argutiſſimi plane heroica, ſuperior, ita eſt functus, ut pietatis hoc ævo rariſſimæ, devotionis in meditationibus ac precibus ſacris ardentiſſimæ, fidei ac φιλοπονίας in agendis indefeſſæ, candoris infucati, humilitatisqve, humanitatis & beneficentiæ in egenos inexhauſtæ, laudem ab omnibus, qvibus vel conſvetudine, vel fama, innotuerat, reportaret. Zelotes erat, verum non ex eorum genere, qvi, nil niſi bella, arma & certamina contra heterodoxos, ſpirantes, his omnem Theologiam credunt abſolvi; præclareqve ſe muneribus ſuis functos, ſi nova ſubinde excitantes diſſidia, novaqve cudentes anathemata in Troas Tyriosqve, allophylos ac fidei ſocios, promiſcue ſæviant, praxeos interim ſacræ, vitæqve ſuæ ac auditorum emendationis, plane incurioſi. Zelum hunc degenerem, & Theologiam ſive matæologiam larvatam, qvæ D. Jacobo (9.) ἐπίγειος, ψυχικὴ & δαιμονιώδης audit, merito Müllerus averſabatur, in polemica qvidem hac doctrinæ ſacræ parte, uti non ſcriptis ſolum diverſis, ſed & in certamine adverſus Jacobum des Hayes, Jeſuitam, Roſtochienſi (10.), luculenter oſtendit, non minus qvam in cæteris, verſatiſſimus, ſed concordiæ ſimul fraternæ, qvam fidei ſociis, & charitatis chriſtianæ, qvam diſſentientibus debemus, aſſidue memor, ac τῆς ἄνωθεν σοφίας, qvam Apoſtolus idem ἁγνήν, εἰρηνικήν, ἐπιεικῆ, εὐπειθῆ, μεστὴν ἐλέους καὶ καρπῶν ἀγαθῶν, ἀδιάκριτον καὶ ἀνυπόκριτον, eſſe teſtatur, ſummopere ſtudioſus. Parce, &, qvo par eſt, temperamento zeli atqve affectuum, polemica iſta attingebat, totus autem circa Chriſtianiſmi degeneris, tum in Eccleſia Lutherana univerſa, tum in cœtu ſuo Roſtochienſi, emendationem, & praxeos pietatis, virtutumqve reliqvarum, ſeriæ inſtaurationem, ſucceſſu licet, ob ſeculi malitiam, votis minus reſpondente, occupabatur. Hanc in Lectionibus academicis, hanc in demegoriis ſacris, auditoribus aſſidue inculcabat, hanc in ſcriptis vernaculis numeroſis, piis omnibus, ob dictionem non minus nervoſam atqve argutam, qvam rerum ſacrarum pondera, & textuum biblicorum ἐξήγησιν ſolidam, gratiſſimis, & auro contra caris, iſtamqve ob cauſam toties cuſis ac recuſis, lectoribus ſerio commendabat. Hanc in ἀνεκδότοις omnibus qvæ in luctuoſo civitatis Roſtochienſis incendio, una cum Bibliotheca ejus pretioſa, triumqve Facultatum libris, pro tribus Filiis, inſtructa (*V. And. Dan. Habichthorſtii Roſtochium A. 1699. Literatum p. 407.*, & Zach. Grapii Jun *Evang.* Roſtock *p. 561.*), ingenti eccleſiæ detrimento, perierunt (11.)), non minori zeli vehementia, urgebat. Hanc cordi ſibi eſſe, in literis ad Phil. Jac. Spenerum, inclytum ejusdem ergodioćten, de ſuo cum piis ejus *Deſideriis* conſenſu, vitæ academicæ deteſtabili impietate, ſuoqve iſtius tædio, Germanicis, qvadrimeſtri ante obitum, d. 5. Maji A. 1675, exaratis (12.), emphatice teſtabatur. Hanc ſe deniqve, tanqvam ſcopum præcipuum, & tantum non unicum, laboribus ſuis ac lucubrationibus univerſis, per omnem vitam, præfixiſſe, ſed tanto conatu parum effeciſſe, moribundus Qverela, qvam a collega, Ludov. Barclajo, in ſermone funebri, ſibi habendo, explicari voluit, & in literis etiam ad Spenerum, modo allegatis, mente triſti protulerat, ſignificavit prophetica (13.): *Curavimus Babylonem, & non eſt ſanata: derelinqvamus eam, & eamus unusqvisqve in terram ſuam* (14.). Talis cum fuerit Müllerus, non eſt cur miremur piis eum omnibus fuiſſe in deliciis, & hos inter Reges etiam, Principes, hominesqve alios illuſtres regionum & vicinarum, & Roſtochio longius diſſitarum, una cum urbibus & Conſiſtoriis integris, literis (qvales morbi etiam fatalis tempore Mallaga Hiſpanorum accepit) honorificis ejus,

(*) V. Habichthorſtii *Roſtoch. lit. p. 407.* (6.) V. D. Joh. Fabricii, Theologi Helmſtad., *Amœnitates Theologicas p. 78°.* (7.) *juxta Excerpta Protocolli ſive Actorum publicorum Collegii Theol. Roſtoch., mihi communicata.* (*) Roſtochio eum tandem diſceſſiſſe, & Superintendentem factum eſſe Lubecenſem, falſo tradit Ant. Teiſſerius, *dans les Additions nouvelles aux Eloges de Mr. de Thou, p. 347.* (8.) V. Ludov. Barclaji *Serm. fun., in exeqviis Mülleri habitum, p. 18.* (9.) *c. 3. Epiſt. v. 14. 15. 16. & ſeqq.* (10.) V. Barclajum *l. c. p. 32.* (11.) teſtibus Theologis Roſtochienſibus, in Cenſura, *Prophylactico ejus Evangelico* (dem Evangeliſchen Præſervativ) præfixa. (12.) V. Fragmentum illarum in Speneri Beantwortung des Unfugs der *Pietiſten, c. 1., §. 18., p. 29. 130.* (13.) *Jer. LI. 9. 10.* (14.) V. Speneri Erzehlung deſſen, was wegen des Pietiſmi vorgegangen, *p. 38.*, & Gotfr. Arnoldi Tomum II. der Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie, *L. 17., c. 5., p. 470, 471.*, ac Hiſtoriſch-Theologiſche Betrachtungen merckwürdiger Wahrheiten, *P. V., c. 2., p. 620.*

ejus, in rebus dubiis, freqventer exqviſiviſſe ſententiam, & huic, e reſponſoriis perceptæ, acqvieviſſe. Sed nec mirum eſt, ita animatum Doctorum qvorundam cœtus Lutherani φιλοπρωτευόντων, ſuasqve & præceptorum opiniones oraculorum inſtar aliis obtrudentium, ab his autem vel leviſſime diſſentientes, aut vitiorum eccleſiæ urgentes emendationem, Heterodoxiæ confeſtim inſimulare: autoritate dictatoria, ac Pontificiæ inepte æmula, aſſvetorum, incurriſſe indignationem. Sudes his in oculis fuere, tum aliæ ſcriptorum Noſtri vernaculorum, adverſus Pſevdo Chriſtianiſmum modernum, ordinumqve ſingulorum, ſed imprimis eccleſiaſtici, corruptelas ac peccata epidemia, invectivæ, tum loca præcipue illuſtria, qvibus, in exegeſi textuum epiſtolicorum anniverſariorum homiletica (15.), & Meditationum ſacrarum centuria ſecunda (16.), baptiſterium, ambonem, cathedram, qvam vocant, confeſſionalem, & altare, ſive menſam euchariſticam, qvatuor hypocritarum pſevdo-Chriſtianorum, in ſolo cultu divino externo omnem ſalutis ſpem ac fiduciam, neglecto interno, collocantium, idola (vier ſtumme Kirchengötzen der heutigen Chriſtenheit), παῤῥησιαστικῶς qvidem, ſed vere, appellavit. Ob iſta, a Collegis etiam qvibusdam Roſtochienſibus virgula jam ante cenſoria temere, Gerh. Croeſio (17.) teſte, notata, D. Joh. Müllerus, Eccleſiæ Petrinæ Hamburgenſis Paſtor, Theologiæ polemicæ, qvam practicæ, ſtudioſior, cum A. 1664. Hamburgi, de Noſtro ad ædis Catharinææ Paſtoratum vocando, deliberaretur, ipſum, qvo vocationem iſtam impediret, doctrinæ erroneæ, ac in verbum divinum, abſolutionem eccleſiaſticam, duoqve ſacramenta N. T., injuriæ, in colloqvio cum viris præcipuæ dignitatis, inſimulare haud eſt veritus. Sed ſolide paulo poſt Noſter verba *Catenæ ſuæ Epiſtolicæ*, adverſus criminationes cenſoris invidi ac ſuperciliosi maledicas, defendit in *Centuria*, qvam jam allegavimus, *Meditationum Sacrarum ſecunda*, A. 1665. edita (18.), & Appendice gemina de Pſevdo-Chriſtianorum modernorum idololatria, ac correptione fraterna, iſti ſubjuncta, atqve a Balth. Cellario, Abr. Batto, Herm. Schuckmanno, Aug. Varenio, Men. Hannekenio & Bernh. Goſmanno, Theologis Academiarum Juliæ, Gryphicæ & Roſtochienſis, civitatumqve Lubecenſis ac Stralſundenſis, celeberrimis, ſuffragiis epiſtolicis ὁμοψήφοις, eidem adjectis, approbata. Nec dubitarunt deinceps alii etiam Doctores Lutherani ſuum cum Müllero noſtro palam teſtari conſenſum, & hos inter Georg. Haccius (19.), Phil. Jac. Spenerus (20.) & Gotfr. Arnoldus (21.), qvi certaminis iſtius, a Müllero Hamburgenſi illi temere moti, & turpi aggreſſoris, ad apologemata noſtri nihil auſi reponere, ſilentio mox finiti, hiſtoriam ſcriptis publicis, una cum Gerh. Croeſio (22.), inſeruerunt. Ex Fanaticis deinceps Qvir. Kühlmannus, in *Böhmio* ſuo *Redivivo* (dem Neubegeiſterten Böhmen), Lugduni Batavorum A. 1674. Germanice edito, & Theologis præcipue Lutheranis oppoſito, Müllero autem noſtro (qvem, præ cœteris, ob candorem & praxeos chriſtianæ ſtudium, æſtimabat, ſecumqve Jac. Böhmii & Chiliaſtarum doctrinam eſſe defenſurum fruſtra ſperabat) Epiſtola peculiari, & προσφωνήσει inſuper per Librum ferme totum perpetua, inſcripto, non prioribus ſolum V. capitibus integris Böhmii & Mülleri de ſtatu eccleſiæ Lutheranæ, ordiniſqve illius eccleſiaſtici, corruptiſſimo, qverelas & invectivas ὁμοψήφους prolixe coacervavit, ſed in iſto etiam paralleliſmo (23.) loca de IV. idolis Pſevdo Chriſtianorum Mülleriana recitavit, ac in eccleſiæ Lutheranæ detorſit contumeliam. Qvo fine Phil. etiam Hoburgius, ejusdem ſectæ typographus, parentis ſui, Chriſt. Hoburgii, *Arndio Redivivo*, Hamburgi A. 1677. publicato (24.), illa ipſa verbotenus ſubjeciſſe videtur. Qvod cum zelotæ Lutherani ægre ferrent, Mülleri verba ab horum anteſignano, Abr. Calovio (eum Kühlmanno, de ſuo prolixe adeo gloriato conſenſu, nullam oppoſuiſſe Antilogiam, ſerio licet monitum, admirante), in *Anti-Böhmio* (25.), huncqve ſecuto Timoth. Dan. Colbergio, *in Chriſtianiſmo Platonico-Hermetico*, Germanice evulgato (26.), obiter qvidem iterum ſunt vellicata, ſed a Spenero & Gotfr. Arnoldo (qvo teſte Noſter Kühlmannum reſponſo dignari noluit) dextre, locis ſupra allegatis, viciſſim vindicata. Patientia Müllerus heroica inſultus hoſce invidorum, cœterorumqve hoſtium, ſuperavit, ac morte tandem beata, & ab ærumnis omnibus aliis, & a rabie Theologorum (qvod votum olim erat Melanchthonis), eſt liberatus. Laboribus ille & meditationibus continuis morbum ſibi hypochondriacum, eruditis præcipue infeſtum, hujusqve comitem ſcorbutum, jampridem accerſiverat. Uterqve anno fatali 1671., ob perſecutiones graviſſimas, qvas ὁ μακαρίτης, brevi ante obitum, absqve ullo merito ſuo, toleravit, indeqve ortas curas atqve moleſtias, vires paulatim ſumpſit majores. Acceſſit tandem, eo ipſo temporis momento, qvo in exeqviis Andr. Wolfii, Senatoris, ex ambone ſacro erat peroraturus, febris maligna ac vehemens, qvæ, licet, poſt remedia a Joh. Bacmeiſtero & Seb. Wirdigio, Profeſſoribus Medicis, violentiæ ejus oppoſita, nonnihil viſa ſit remittere, qvatriduo tamen poſt fortius denuo inſurgens, Noſtrum, die Septembris 17. (27.) (in cujus locum Henn. Wittenius (28.) decimum tertium, Lud. Barclajus autem (29.) vigeſimum tertium ſubſtituit), annos 44. natum, fato immaturo & eccleſiæ luctuoſo, confecit. Verba ejus ultima atqve cygnæa, qvibus Ludov. Barclajum, collegam, lectulo adſtantem emortuali, eſt allocutus, hæc fuerunt: Herr Collega, tröſtet meine Hertzliebſte damit, daß nicht ich, ſondern nur mein Elend und Jammer, ſterben werde. Ich wüſte nicht, daß ich, in dieſem Leben, einen recht frölichen Tag gehabt hätte. Nach dieſem Leben wird meine Hertzens-Freude erſt recht angehen.

Symbolorum loco ab eo uſurpata fuere Paulinum iſtud 2. Cor. VI. 10.: Ὡς λυπούμενοι, ἀεὶ δὲ χαίροντες, alterumqve ejusdem ferme ſententiæ latinum: *Qvanto amarior Mundus, tanto dulcior JEſus* (30.).

Poſt obitum ejus Superintendens Roſtochienſis nullus per 28. annos eſt electus, donec tandem A. 1703. D. Joh. Nicol. Qviſtorpius illi ſuccederet. V. Zach. Grapii Evang. Roſtock, *c. 7., p. 181.*

Vitæ Mülleri Hiſtoriam fuſius aliis expoſuerunt:

1. HENR. RUD. REDEKERUS, JCtus Roſtoch., in Programmate, qvod tanqvam Rector Academiæ publicavit, ad exeqvias Mülleri invitatorio
2. COLLEGII THEOL. ROSTOCHIENSIS Decanus & Profeſſores, in alio Programmate, qvod tum ſeorſim

(15.) in der Epiſtoliſchen Schulkette, *in Explicat. periochæ epiſtolicæ Domin. X. poſt F. Trinit., ex 1. Cor. XII. 2. & ſeqq., p. 858.* (16.) in den Geiſtl. Erqvickſtunden, *num. 151. 152.* (17.) *in Hiſtoria Qvakerorum, L. 3., p. 717. 718. 719.*, editionis Germanicæ Berolinenſis, A. 1696. excuſæ. (18.) *locis num. 16. citatis.* (19.) im Nöhtigen Berichte von den Belehrungen des Hamburgiſchen Miniſterii wieder ihn, *lit. E. 2. b.* (20.) *in ſcripto num. 14. allegato, §. 19., p. 36. 37. 38.* Adde Joh. Franc. Buddei Erzehlung von den Pietiſten, §. 11., p. 13. 14. (21.) *loco num. 14. citato.* (22.) *loco num. 17. laudato.* Conf. Zach. Grapii Jun. Evang. Roſtock, *c. 13., p. 516. 517*, & Dav. Schulteti *Innoc. Theol. Hamb. p. 160. 161. 162.* (23.) *c. 2., p. 11. 12. 13.* (24.) *p. 199. 200.* (25.) *p. 34.* (26.) *P. I., c. 6., §. 5., p. 323. 324. 325.* Conf. Vindicem Mülleri, tum adverſus Kühlmannum, tum contra Zelotas iniqviores, D. Gottliebium Wernſtorfium, Theol. Witeb., *in Diſſ. de Fanaticis Sileſiorum*, Witeb. A. 1698. edita, *§. 28., p. 52. 53. 54.* (27.) V. *Collegii Theologici Roſtoch. Programma funebre.* (28.) *Tomo I. Diar. Biograph. Sec. XVII., lit. Kkkk. 4. b.* Conf. Habichth. Roſt. Lit. p. 161. (29.) *in Biographia Sermoni funebri ſubjuncta.* Conſentit huic J. Nic. Qviſtorpius in *Progr. de Rectoribus Acad. Roſtoch. Sec. 17. p. 20.* (30.) V. M. El. Geisleri *Diſſ. de Symbolis p. 29.*, & Th. Crenii *P. XI. Animadvv., c. 2., p. 142.*

ſim eſt editum, tum in Henn. Wittenii *Continuatione ſive Centuria Memor. Theol. Renov.* (Francof. A. 1685. *in 8.* impreſſa), *Decade XV.*, *p. 1883-1892*, obvium.

3. LUDOV. BARCLAIUS, Ædis Roſtochienſis Marianæ Archidiaconus, in Sermone ex Jer. LI. 9. 10. funebri Germanico, in exeqviis Mülleri habito, & (ſub Tit.: Jeremiæ und D. Müllers Klag-Stimme über den unheilbaren Schaden Babels Roſtochii A. 1675. & Fribergæ, ſine anni mentione, in 4. edito, ſub finem autem Concionum Noſtri funebrium (der Gräber der Heiligen), Francof. A. 1685. in 4. publicatarum, una cum Programmatis duobus, jam memoratis, & Collegarum diſcipulorumqve in mortem Mülleri Epicediis recuſo.

4. PAULUS FREHERUS, ſua Barclajo debens, *in Theatro Eruditorum p. 714.*

Conferri de illo poſſunt, præter Autores jam in Biographia allegatos, aut deinceps allegandos, HENN. WITTENIUS *Tomo I. Diar. Biograph. Sec. XVII*, *lit Kkkk. 4. b.*, ANDR. CAROLI *in Memorabilibus eccleſiaſticis Sec. XVII.*, *T. II.*, *L. 8.*, *c. 36.*, *p. 125. 126.*, D. G. MORHOFIUS *in Miſcell. poet. p. 3.*, GEORG. NIC. ERASMI *in Prodromo epuli æſtivi*, *Epigr. 11.*, ZACH. GRAPIUS jun. im Evangeliſchen Roſtock, *c. 7.*, *p. 150. 181. 197.*, JOH. FRANC. BUDDÆUS *Tomo II. Lexici Hiſtorici p. 574.*, M. ERDM. UHSEUS *in Vitis Theol. Sec. 16. & 17. Germanicis p. 825. 826.*, JOH. KLEFEKERUS *in Bibliotheca Eruditorum præcocium p. 253. 254.*, GEORG. HENR. GöTZIUS *in Specimine Bibliothecæ Anti-Pontificiæ clarorum Lubecenſium p. 7. 8.*, JOH. CASP. WEZELIUS *Parte II. Hymnopoeographiæ p. 194 197.*

ELOGIA.

α. LUTHERANORUM.

THEOLOGI ROSTOCHIENSES fuſe eum deprædicant, tum in Cenſura, *Prophylactico* ejus *evangelico* (dem Evangeliſchen Præſervativ), A. 1681. edito, præfixa, tum in *Programmate* (qvo exeqvias ejus indixerunt) *funebri.* In *Programmate* hoc *Vir* vocatur, *qvi ſplendorem Academiæ Roſtochienſi, laboribus ſuis maxime utilibus, variisque ſcriptis, conciliabat haud exiguum; qvi ſaluberrimis conſiliis Facultatem Theologicam exornabat, & eccleſiæ Chriſtianæ opitulabatur dexterrime; e cujus ore clariſſimæ eruditionis nectar., in Diſputt. ac Lectt. publicis & privatis, in ſtudioſæ juventutis influebat animos; cujus divina in dicendo ſvavitas, & afflictas mentes erigendi facultas, fuit egregia & illuſtris, qviqve tot, qvas ſuſtinuit, dignitates vita condecoravit religioſa, & Theologo digna.*

In ACTIS ERUD. LIPSIENSIBUS, *M. Aug. A. 1701.*, *p. 350.*, vocatur *Vir magni nominis ac meritorum; Theologus Roſtochienſis celeberrimus.*

Poſtillæ Lutheri, illius ac Speneri. aliis omnibus, ob credendorum pariter atqve agendorum emphaticam inculcationem, præferuntur in LIPSIENSIUM *Actis Erud. Germanicis*, *P. IX.*, *p. 781.*

PHIL. JAC. SPENERO (in der Freyheit der Gläubigen vom Anſehn der Menſchen *p. 92.*) audit ein wolverdienter Roſtockiſcher Theologus; it (in der Allgemeinen Gottesgelahrtheit *p. 49.* ein Gottſeliger und wolverdienter Theologus; it. (in der Erzehlung deſſen, was wegen des *Pietiſmi* vorgegangen, *p. 36. 37. 38.*) ein rechtſchaffener, und ſo gottesfürchtiger, alß kluger, Mann, der der Roſtockiſchen Kirchen und hohen Schule treulich gedienet, und die Wunden der Lutheriſchen Kirchen vor andern tief eingeſehen. P. III. der Theol. Bed., Art. II., Diſt. II., Reſp. XIV., p. 721. 722. ab eodem vocatur ein redlicher Diener GOttes, und theurer Lehrer, & imprimis ideo commendatur, daß er in ſeinen Predigten und Schriften nicht ſtürmet, ſondern die bittere Wahrheit, ſo viel es ſich noch hat thun laſſen, mit den gelindeſten Worten vorträget. Laudatur etiam, ob ſollicitudinem de Chriſtianiſmi degeneris emendatione, *P. IV.*, *Art. III.*, *Reſp 17.*, *p. 392.*, *& Art. IV.*, *Sect. II.*, *p. 420.*, nec non in den Letzten Theol. Bedencken, *P. III.*, *c. 6.*, *Art. 1.*, *Diſt. 1.*, *Sect. 3.*, *p. 6.*

CHRIST. SCRIVERO (im Vierten Hundert der Zufälligen Andachten, *n. 28.*, *p. 318. 319.*) ein werther Mann, und fürtreflicher Lehrer unſerer Zeiten.

FRANC. WOLFIUS, Theol. Roſtoch. & Hamburg., hoc ejus obitum luxit Hexaſtico:

Maximus ingenio, ſcriptis celeberrimus, arte
Inclytus, Aonidum gloria, voce potens,
Tullius eloqvii patrii, Svadæqve medulla,
Doctrinæ cimus, Roſtochiiqve decus,
Bibliotheca loqvens, docti veneratio mundi,
Hei mihi! Müllerus, plangite, flete, fuit.

GEORG. HACCIO (im Berichte von den Belehrungen des Miniſterii zu Hamburg wieder ihn, *lit. E. 2. b.*) audit ein hochgelahrter Mann.

LUDOV. BARCLAIUS (in Serm. funebri vernaculo, p. 15.) ita de illo: Er lebete mehr im Himmel, alß auf Erden. Die Welt und ihre Luſt war ihm bitterer alß Wermuht und Galle, JEſus, und ſein Leben, angenehmer alß Honig und Honigſeim. Das Lob der Demuht und Heiligkeit wird dem theuren GOttes-Mann niemand, ohne Verletzung ſeines Gewiſſens, nehmen können. Alibi ab eodem appellatur eine Seule der Lutherſchen Kirchen, und ein Außbund eines rechtſchaffenen Lehrers und wahren Chriſten.

AD. RECHENBERGIUS (im Deutſ. Vortrage der Lehre vom Termin der von GOtt beſtimmeten Gnaden-Zeit, *§. 15.*, *lit. D. 1. b.*) eum vocat einen geiſtreichen Mann; it. (in der Vorrede über M T. K. Beſcheid an D. Alb. Joach. von Krakewitz, *lit. e. 1. b. e. 2. a.*) einen hochverdienten geiſtreichen Theologum.

GOTFR. ARNOLDUS (*T. II.* der Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie, *l. 17.*, *c. 5.*, *p. 470. 471.*) illum Teſtibus veritatis de corrupto Eccleſiæ Lutheranæ ſtatu accenſet, & ſalutat einen berühmten Theologum, und geiſtreichen Mann, der mit ſeinen Deutſchen Schriften bey jedermann noch beliebt, und deſſen Schreibart penetrant iſt; it. (P. V. der Hiſt. und Theol. Betracht., c 1., p. 620.) einen theuren Mann, der von unſerer gantzen Kirche den Nachklang eines eifrigen und zugleich gottſeeligen Theologi hat. Cultoribus & ſcriptoribus Theologiæ Myſticæ præcipuis annumeratur ab eodem, *in Deſcript. & Hiſt. Theol. Myſticæ*, *c. 12.*, *§. 12.*, *p. 216.*, *c. 24.*, *p. 382.*

FRID. BRECLINGIUS, in Prolegomenis Catalogi Teſtium Veritatis contra chriſtianiſmum degenerem (*apud Arnoldum l c T. IV.*, *Sect. III.*, *n. 18*, *p. 760.*), his eum annumerat.

CASP. MARCHIO ſeniori, Medico celeberrimo (*in Programm., qvo exeqvias parentis ipſius, Pet. Mülleri, A. 1658. indixit, funebri*), *Vir* audit, *nunqvam ſibi, & omnibus vere bonis, ſine honore nominandus, Miniſter verbi divini feliciſſimus, vir candidus, pius, adeoqve exemplum imitatione digniſſimum, pro cujus gratioſa conſervatione ſecum numeroſa auditorum cohors oret, hactenus* (*utut ſubinde vitæ periculum apparuerit*) *clementer exaudita.*

HENR. KIPPINGIO, Roſtochienſi, Ludi Bremenſis moderatori (*in Exercc. de cruce p. 197.*), *Patriæ ſuæ & noſtræ decus magnum.*

JOH. ANDR. BOSIUS *in Schediaſm. de notitia Scriptt. Eccleſ., c. 4., §. 23., p. 46.*) præcipuis eum Theologis Lutheranis, qvi controverſias ex antiqvitate illuſtrarunt, accenſet.

JOH. NICOL. PECHLINUS (*in Conſultatione de optima Chriſtianorum Secta*, ſub *Jani Philadelphi* nomine edita, *p. 111.*) Scripta illius in Theologia practica proficere cupientibus, *ob eruditionem piam*, commendat.

CHRIST. HENELIUS, JCtus (*in Statua Mercuriali p. 212.*), eum *Theologum* vocat *ob pietatem & doctrinam celeberrimum*, ſcriptaqve ipſius ſacra Germanica commendat.

GEORG. GRABOVIO, Scholæ Francof. Rectori (*in Judicio de hodiernis Comœdiis p. 54.*), *Vir* audit *de Eccleſia noſtra optime meritus.*

THOM. CREENIUS (*P. III. Animadv., c. 4., p. 180.*) venam ejus in Poeſi Germanica, *vimqve ingenii in iſtiusmodi amoenitatibus*, extollit.

JOH. DIECMANNO (*in præf. Explicat. Evang. Mülleri, T. II. Scr. Germ. p. 163.*) ein umb die ſtreitende Kirche hochverdienter Knecht und treuer Zeuge GOttes.

JOH. FRANC. BUDDEO (in der Erzehlung von den Pietiſten, §. *11.*, *p. 13.*) ein Mann, der ſich durch gottſelige Schriften berühmt gemacht.

GABR. CLAUDERO (*in methodo balſamandi corpora, c. 4., Sect. 2.*) *Theologus de Eccleſia qvondam bene meritus, & Vir magnus.*

CASP. SAGITTARIO (*in Diſſ. de Antiqq. Amazoniis, §. 17.*) *Magni nominis Theologus.*

GOTFR. WEGNERO (*in Diſſ. de Orationibus jaculatoriis, §. 11.*) *Theologus Roſtochienſis ſanctiſſimus.*

HENN. WITTENIO (*Dec. XV. Memor. Theol. Renov. p. 1890.*) audit *Vir ſumm. & religioſiſſimus.*

ANDR. DAN. HABICHTHORSTIO (*in Roſtochio Literato A. 1699. p. 161.*) *Theologus ſcriptis qvampluri-mis, præcipue homileticis, perqvam laudatis, ſuper æthera notus.*

ERDMANNUS NEUMEISTERUS, *in Diſſ. de Poetis Germanicis præcipuis p. 72.*, his eum accenſet, ob hymnos ſacros, ſcriptis qvibusdam vernaculis inſertos, *in qvibus non artem magis, qvam affectus ſpiritumqve, miramur.*

JOH. WOLFG. JÆGERO, Theologo Tubingenſi (*in Examine Theologiæ Myſticæ p. 22.*) *haud infelix* audit *Joh. Arndii imitator.*

JOACH. LANGIO (*T. I. Anti Barbari Orthodoxiæ p. 77.*) *Theologus genuinus & a Deo doctus.*

GOTTLIEBIO WERNSTORFIO (*in Diſſ. de Fanaticis Sileſiorum & Qvir. Kühlmanno, § 28., p. 52. 53. 54.*) *Theologus longe celeberrimus, Vir ſummus, ſanctiſſimus,* γνησίως *pius, & doctiſſimus, cujus ſcripta ſingularem pietatem redolent, qviqve, ob moderatum in Adverſarios animum, pacisqve ſtudium cum aliis, tum imprimis a D. Joh. Mollero, immerito vapulat.*

β. HETERODOXORUM.

THEOD. UNDEREYCK, Eccleſiaſtes Reformatus, ab Arnoldo (*l. c. T. II., p. 470.*) allegatus (im Vorberichte der Braut Chriſti, unter den Töchtern zu Laodicea), eum ſummopere extollit, alß einen Geiſtreichen Mann, der allen Bauchdienern unter den Reformirten vorzuziehen.

GERH. CROESIUS, Paſtor in Batavia Alblaſienſis (*Lib. 3. Hiſtoriæ Qvakerorum, p. 717. 718. Edit. German.*), eum vocat Einen Mann von rarer Gelehrtigkeit, und groſſer Gottesfurcht und Frömmigkeit, illiusqve ſtudium Reformationis practicæ Eccleſiæ Lutheranæ commendat.

QVIR. KUHLMANNUS, Fanaticus, *Böhmium* ſuum *Redivivum* (den Neubegeiſterten Böhmen) A. 1674. illi inſcripſit, ac in Procemio (*p. 1. 2. 3.*) ita ipſum eſt allocutus: Mein Vertrauen zu ihm entſprung auß ſeinen n. lgeſetzten Büchern, mit denen er zum rechten That-Chriſtenthum die Larven-Chriſten aufzumuntern befliſſen, und habe ich längſt, in andern meinen heraußgegebenen Schriften mit öffentlicher Belobung mein Gemühte entdecket. : : Ich erkenne zwar in ſeinen Schriften manche Glaubensfehler, doch, weil ſie auß ietzt gemeiner Menſchenſchwachheit, und nicht auß muhtwilliger Boßheit, ſind gebohren, bleibet meine Liebe gegen ihren Abfaßer unzerbrochen. : : Wahr iſts, und bleibet auch wahr, daß er ſehr nahe zur rechten Glaubensſonne blicket für andern, weil er mehr auf die That-Theologie, alß Wortſtreiterey, dringet. : : Ich liebe und ehre ihn, großſchätzbahrer Hr. Müller, weil er von dem Geber aller Gaben mit einem ſehr herlichen Pfunde, vor manch tauſenden, iſt beſchencket, welches er bißhero unerſchrocken, vor die noch ererkündigte Wahrheit, ohne Liebkoſungen, angewendet.

JOH. LYSERO, Polygamiæ Patrono (*in Notis ad Theophili Alethæi Diſcurſum de Polygamia, ſub Athanaſii Vincentii nomine editis, p. 35.*) *Theologus* audit *conſcientioſiſſimus.*

CENSURÆ.

THOMÆ CRENIO, Philologo, in Theologos moderatiores qvosvis paſſim iniqviori, *Parte XVI. Animadverſionum, c. 1., §. 9., p. 78.*, Theologus audit *pabulo inimicorum noſtrorum facile corrumpendus, ſi qvis modo obtuliſſet.* Idem, *c. 3., §. 5., p. 288., Joh. Frid. Königium, optimum virum & Theologum ſincerum, inde invidiæ atqve injuriæ Collegæ ſui, D. H. M., opportunum fuiſſe*, maligne criminatur.

SCRIPTA EDITA.

א. LATINA.

Diſputationes IV. Theologicæ, proprio Marte elaboratæ, & in Acad. Gryphiswaldenſi, ab A. 1647. ad 1650., Præſidibus D. Joh. Beringio & D. Abr. Batto, publice defenſæ, teſtibus *Programmatum funebrium* Autoribus, & Ludov. Barclajo *in Serm. exeqviali.*

Diſputationes II, Roſtochii, Præſide D. Aug. Varenio, circa A. 1650., habitæ, teſtibus iisdem Biographis.

Diſputt. II. in Pſ. IX. 1-13. Roſtochii 1652 & 1653. in 4. Allegantur in M. Jac. Frid. Wildeshuſii *Biblioth. Diſpp. in V. & N. T p. 28.*

Diſp de concurſu bonorum operum ad ſalutem, ab ipſo conſcripta, & Præſide D. Joh. Bened. Carpzovio ſeniore propoſita. Lipſiæ 1652. in 4. Recuſa eſt ſub finem Voluminis Diſputationum Theol. Joh. Ben. Carpzovii Sen, Lipſiæ A 1701. in 4. editi. V. *Acta Erud. Lipſ., M Aug. A. 1701., p. 350.*

Cerva matutina gemens & jubilans, ſeu Diſp. in Pſ. XXII. 2., cum Spicilegio paſſionali. Roſt. 1652. in 4. V. Wildesh. *l. c. p. 28.*

Diſp de egreſſu Meſſiæ Bethlehemitico, in Mich. V. 2. Roſt 1652. in 4. V. Wildesh. *l. c. p. 48.*

Methodus politica, exhibens, & præcepta, ex divino, naturali, gentium & civili jure prolata, variisqve, tam recentis qvam priſci ævi, hiſtoriis illuſtrata, & qvæſtiones, tum politicas, tum juris publici, nonnullas, easqve utiliſſimas; X. Diſputationibus in Acad. Roſtochienſi propoſita. Roſtochii 1653. in 8.

Diſp.

Diſp. de Conſiliariis. Roſtochii 1654. in 4.

Diſp. inaug. de Aphoriſmo apoſtolico 1. Cor. XII. 13., Præſide D. Caſp. Mauritio, pro gradu Licentiæ, propoſita. Roſtochii 1655. in 4.

Theologia Scholaſtica. Roſtochii 1656. in 8. Recuſa, cum indice triplici, ibid. 1670. in 4. De Deo tantum trinuno, ex mente potiſſimum Scholaſticorum, commendatur. Perqvam fidenter, in hac, eum D. Steph Klotzii *Pneumatica* eſſe uſum, obſervat Thom. Crenius, *P. VIII. Animadv., c. 3., §. 6., p. 210.*

Diſp. philologica in partem primam Clinodii Davidici, ſive Pſalmi XVIti, exhibentem paſſionem ſalvatoris noſtri J. C. Roſtochii 1656. in 4.

Diſp. in partem ejusdem ſecundam, triumphum ſalvatoris noſtri exhibentem (Reſp. Joh. Laſſenio, Pomerano, Theologo poſtea Hafnienſi). Roſt. 1656. in 4.

Orator eccleſiaſticus, ſiſtens, præter methodum concionandi, complures alias materias theologicas, & explicationem variorum dictorum biblicorum, imprimis Pſalmorum VI. XVI. & XXII. Roſtochii 1659. in 8. ibid. 1670. in 4.

Hiſtoria paſſionis, crucifixionis & ſepulturæ D. N. Jeſu Chriſti, notis theologico-hiſtorico-criticis illuſtrata, & VII. Diſputationibus propoſita. Roſtoch. 1661. in 4. Recuſa dein (ſub titulo novo *Jeſu patientis, centuria notarum hiſtorico-theologicarum illuſtrati*) ibid. 1669. in 4. Tertia Editio, cum præfat D. Joh. Fechtii Wismariæ in 4. proditura, promittitur *in Catal. Nund. Lipſ. A. 1709. Hyem. p. 41.* Germanica verſio Andreæ Hartwigi Arndii, Parochi Langenſteinenſis, ſub titulo des leidenden JEſu, oder hundert vortrefflicher Anmerkungen über die Hiſtorie des Leidens und Todes unſers Heylandes, prodiit Martisburgi A. 1675. in 8., & Lipſiæ A. 1679. in 8. Recuſa deinceps eſt, una cum triga libellorum ejusdem ferme argumenti, e L. Lat. in Germanicam itidem transfuſorum (Georgii nempe Calixti Tractatu de vera crucis forma, Joh. Mich. Dilherri Conſideratione paſſionis Chriſti philologica & Henr. Kippingii Libro de Cruce), ſub titulo novo der Paßionsſchule, Francof. A. 1688. in 8., it. ibid. A. 1700. in 8.

Diſp. de verſionibus Bibliorum Græcis, & præcipue LXXII. Seniorum, Roſt. 1662. in 4.

Diſp. de Calvinianorum abſoluto reprobationis decreto. Roſt. 1663. in 4to.

Qvæſtionum ſelectarum theologicarum ſemicenturia prima, VI. Diſputationibus propoſita, & Senatui Lubecenſi inſcripta. Roſt. 1664. in 4to.

Qvæſtionum ſelectarum theologicarum ſemicenturia ſecunda, VI. Diſputt. propoſita, & Senatui Hamburgenſi inſcripta. Roſt. 1664. in 4to.

Conjugii clericorum patrocinium ex oriente & occidente, cum Diſſ. theologica de non ordinandis Digamis & Neophytis, ad 1. Timoth. III. 2. 6. Roſt. 1665. in 4to. Commendatur a Joh. Gvilh. Baiero, *in Compendio Theologiæ Hiſtoricæ, Loco XX., p. 672.*, & Joh. Fechtio *in Philocalia Sacra p. 122.*

Diſp. de Euchariſtia mortis dominicæ commemoratione, ad 1. Cor. XI. 24-26. Roſt. 1665. in 4to. (*V. Wildesh. Biblioth. Diſpp. in V. & N. T. p. 87.*) Autor & Præſes hujus Diſp. fuit And. Dan. Habichthorſtius, Moderator vero Müllerus. V. Habichthorſtii *Roſtochium Literatum p. 16.*

Diſſertationes duæ theologico-hiſtoricæ de Baptiſmo pro mortuis, ex 1. Cor. XV. 29., & ſabbatho δευτεροπρώτῳ, ex Luc. VI. 1. Roſt. 1665. in 4to. Prior harum recuſa eſt in *Theſauri Theologico-Philologici Diſputt. Exegeticarum*, Amſtelod. A. 1702. in fol. editi, *Tomo II., p. 319. & ſeqq.*, poſterior vero *ibid. p. 563. & ſeqq.* Illa commendatur ab Ad Rechenbergio, *in Diſſ. de inſana in Theologia curioſitate p. 11.*, hæc autem a Joh. Andr. Qvenſtedio (*Eruditam* eam vocante) *in Diſſ. de Sabbatho, Sect. II., §. 9.*, & Gotfr. Wegnero *in Diſſertationum hiſtorico-philologicarum*, Lipſiæ A. 1696. editarum, *tertia, p. 157.* Utramqve impugnavit D. Seb. Schmidius, Theologus Argentinenſis, *in Diſp. de Sabbatho δευτεροπρώτῳ Luc. VI. 1.*, ſeorſim Argentorati A. 1667. *in 4to* edita, Lipſiæqve A. 1686. *in 4to* recuſa, ac in *Faſciculo* etiam *Diſputt. Philologico-Theologicarum* (Argent. A. 1676. *in 8vo* impreſſo), *num. VIII., p. 459-501.*, obvia. In cujus is procemio ſuam loci 1. Cor. XV. 29. explicationem, de luſtrationibus ob contactum mortui Leviticis, contra Mülleri objectiones, vindicavit, in ipſa autem tractatione ejusdem de ſabbatho δευτεροπρώτῳ ſententiam refutare eſt aggreſſus.

Diſſertt. duæ de Baptiſmo pro mortuis, & ſabbatho δευτεροπρώτῳ, vindicatæ. Roſt. 1667. in 4to. (4½ *pl.*) (Apologema hoc, in *Catalogo* bis memoratum *Zeidleriano*, mihi autem nunqvam viſum, Diſputationi, niſi omnino fallor, Schmidianæ, modo allegatæ, eſt repoſitum.)

Tractatulus de Pœnitentia. Roſt. 1665. in 4to. (Hunc Wittenius, *in Centur. Memor. Theol. Renov. p. 1891.*, Müllero tribuit, cum *P. I. Bibl. Kielm. p. 507.*)

Diſp. de Juſtificatione. Roſt. 1665. in 4.

Cauſa Auguſtorum, ſive Cæſarum, Regum atqve Principum, contra Pontificem Romanum, ejusqve paraſitos, Bellarminum, Bzovium, & alios, defenſa. Roſt. 1666. in 4to.

Harmonia Veteris & Novi Teſtamenti chronologica, ſacrorum fontium veritatem defendens, contra Pontificios nonnullos, eorumqve ſeqvaces, If. Voſſium imprimis & Ludov. Capellum. Roſt. 1668. in 4to.

Hiſtoria Berengerianiſmi veteris & novi. Roſt. 1674. in 4to.

Diſp. de pacto Dei cum homine, legali & evangelico. Roſt. 1674. in 4to.

Diſp. de cœlibatu Clericorum. Roſt. 1675. in 4to. (*V. Lipen. Bibl. Theol.*)

Diſp. de Reſurrectione mortuorum, ex Matth. XXII. 29-32., ſeorſim edita Roſtochii in 4to. Recuſa *in Faſciculo Scriptorum variorum & curioſorum de animæ, poſt ſeparationem a corpore ſtatu, immortalitate*, &c., Francof. A. 1692. in 8vo publicato.

Catholiciſmus meriti Chriſti, Diſp. oſtenſus Theologica, qvam Roſtochii A. 1645. in 4to prodiiſſe Lipenii *Bibliotheca theologica realis, P. II., p. 275.*, falſo perhibet. Rectius forte annus 1675. ſubſtituetur.

Diſcipulus Chriſti emiſſus. Roſt. in 4. (*V. Lipenii P. I. Bibl. Theol. p. 524.*)

Diſp. de Cive. Tribuitur ei ab Henn. Wittenio, *in Centuria Memor. Theol. Renov. p. 1892.*, & *T. I. Diar. Biograph. Sec. XVII., lit. Kkkk. 4. b.*

Diſp. de ſummo hominis Chriſtiani bono, ex Pſ. I., Roſt. 1657. vel 1658 in 4. (Roſt. 1660. in 4., juxta Wildeshuſii *Biblioth. Diſputt. in V. & N. T. p. 89.*)

Breviarium exinanitionis JEſu Chriſti. V. Wittenium *l. c.*

Diſp. de deſertione Chriſti patientis. Roſtochii in 4. (*V. P. I. Biblioth. Kielm. p. 507.*, & Wittenium *l. c.*

Programmata varia, diverſis annis Roſtochii publicata, e qvibus funebre, qvo D. Joh. Qviſtorpii Jun., Prof.

Prof. Theologi, exeqvias A. 1670. indixit, A. 1685., in Henn. Wittenii *Centuria Memor. Theol. Renov.*, *p. 1679-1685.*, eſt recuſum.

ב. GERMANICA.

Himliſcher Liebeskuß, oder Uebung des wahren Chriſtenthums, flieſſend aus der Erfahrung der göttlichen Liebe, Roſt. 1659. (*) in 4to, Francof. 1564. in 8vo, Francof. 1666. in 8vo, ibid. 1669. in 8vo, Roſt. 1574. in 8vo, Francof. 1677. in 8vo (cui editioni acceſſit M. J. S. Anweiſung auf alle Sontags⸗Evangelia und Epiſteln, über dieſen Liebeskuß, antea ſeorſim Francof. A. 1667. in 8vo excuſa), Francof 1679. in 8vo, Francof. 1686. in 8vo, ibid. 1693. in 4. (vermehret und durchgehends verbeſſert), ibid. A. 1698. in 8., ibid. 1704. in 8. Ibid. A. 1714. in 8. Norib. A. 1721. in 4. (*j. Catal. nundin.*) Verſio ejus Danica (ſub Tit.: Himmelſke Kierligheds Kyß) prodiit Hafniæ A. 1674. & 1683. in 8. Phil. Jac. Spenerus, in der Allgemeinen Gottesgelehrtheit *p. 116.*, Scriptum hoc merito vocat Ein gottſeligen Hertzen liebes Buch. Commendatur etiam a J. Henr. Feüſtkingio *in Gynecæo Hæretico-Fanatico p. 314.*

Kreutz⸗Buß⸗und Betſchule, vom Könige David, im CXLIII. Pſalme, vorgeſtellet, in zweyjährigen Betſtunden geöfnet, und in XXII. Betrachtungen verfaſſet. Roſt. 1661. in 12., ibid. 1665. in 12., Francof. 1668. in 12., Francof. 1671. in 12. (*juxta Lipen. & Wittenium*), Francof. 1673. in 24. (*juxta eosdem*), Roſt. 1674. in 8., Francof. 1674. in 12., Francof. 1687. in 12., Francof. 1690. in 12. (*j. Catal. nundin.*), Francof. 1697. in 12. (*j. Catal. nundin.*). Francof. A. 1719. in 8., cum præfat. D. Joh. Georg. Pritii (*j. Catal. nundin.*)

Apoſtoliſche Schlußkette und Kraftkern, oder Gründliche Auslegung der gewöhnlichen Sontags⸗Epiſteln, worinn nicht allein der Buchſtabe, nach dem Sinn des H. Geiſtes, erkläret, ſondern auch die Glaubensſtärctung und Lebens⸗beſſerung, aus den Kraftworten der Grundſprache herausgezogen, vorgetragen wird; in öffentlichen Predigten vorgeſtellet. Francof. 1663. in 4., ibid. 1667. in 4. Apoſtoliſche Schlußkette und Kraftkern über die gewöhnliche Feſt⸗Epiſteln. Francof. 1668. in 4. Beyde Theile der Apoſt. Schlußkette zuſammengedruckt. Francof. 1671. in fol., ibid. 1680. in 4. maj., ibid. 1687. in fol. (Lipenius, *P. I. Bibl. Theol. p. 618.*, memorat etiam edit. Francof. A. 1669. in fol. De lite, autori, ob locum de IV. Pſevdo-Chriſtianorum Idolis, in explicat. periochæ epiſtolicæ Dom. X. poſt F. Trinit. obvium, a Theologis qvibusdam contentioſis temere mota, in vita illius fuſe jam eſt dictum. D. Bernh. Goſmanno (in Epiſt. ad Autorem, ejus Horis Recreationis ſacris ſubjecta) audit die Güldene Schlußkette, von welcher wer nicht gar verſtockt, blind, neidiſch und teufliſch ſeyn wil, wird geſtehen müſſen, der Finger GOttes habe das gantze Werck gemacht.

Evangeliſche Schluß⸗Kette und Kraft⸗Kern, oder Gründliche Außlegung der gewöhnlichen Sontags⸗ und Feſt⸗Evangelien, worinn nicht allein der Buchſtabe nach dem Sinne des H. Geiſtes erkläret, ſondern auch die Glaubens⸗Stärckung und Lebens⸗Beſſerung, auß den Kraft⸗Worten der Grund⸗Sprache herausgezogen, vorgetragen wird; in öffentlichen Predigten vorgeſtellet. Francof 1673. in fol, ibid. 1585. in fol. Francof. 1698. in fol. Stadæ A. 1705. in fol. (cum præfat. D. Joh. Diecmanni, & Joach. Lütkemanni Concionibus in Periochas Epiſtolicas), Francof 1708. in fol. De gemino hoc Homiliarum in periochas anni totius epiſtolicas atqve evangelicas ſacrarum theſauro, nulli iſtius argumenti operi ſecundo, Dan. Georg. Morhofius, *in Prælectionibus de Oratoria Sacra ἀνεκδότοις*, hoc tulit judicium: *Noviſſime Müllerus magna diligentia conqviſivit rariora cogitata, in ſuis ad pericopas evangelicas & epiſtolicas homiliis. Multa ſuppeditare poteſt ſuper idem argumentum dicere volentibus. - - Nullus eſt e recentioribus homileticis ſcriptoribus, qvi fœcundior ſit poriſmatis, e textu deductis, qvam Müllerus: Horreum opus illud dicas, & qvaſi locos communes locorum, qvibus magno cum fructu qvis uti poterit. Sunt enim omnia pulchra, arguta & illuſtria, ſed, ſi juſtæ orationis concinnitatem videas, ejus ſane menſuram multis modis excedunt. Exiſtimem ego, multorum annorum labores, vel multos ſermones, in unum ab autore compactos, unde illa totius inconcinnitas oritur.* Gotfridus Wegnerus, Theol. Regiom., *in Diſſ. de Paſtillis Eccleſiaſticis*, A. 1700. edita, *§. 5.*, *p. 9.*, utrumqve Opus *Cornu copiæ* appellat.

Geiſtliche Erqvick⸗Stunden, oder CCC. Hauß⸗ und Tiſch⸗Andachten. Der Erſte Theil, CL. Andachten begreifend, Roſtochii 1664. in 8. Der Ander Theil, C. Andachten begreifend. Roſt. 1665. in 8. Der Dritte Theil, L. Andachten begreifend. Roſt. 1666. in 8. Alle Drey Theile zuſammen, durch und durch vermehret. Samt hinbeygefügtem Theologiſchem Schriftmäßigen Bedencken: 1. Von der Abgötterey der heutigen Maul⸗Chriſten, 2. Von Brüderlicher Beſtrafung, und anderen Stücken. Francof. 1667. in 12. obl., Ibid. 1669. in 12. (*j. Catal. Nund.*), Roſtochii 1669. & 1672. in 8. (*juxta Wittenium*), Francof. 1673. in 8, Roſtochii 1673. in 12. & 24. (*juxta Wittenium*), Francof. 1679. in 8, Francof. 1581. in 8. obl, Hamb. 1686. in 8., Francof. 1692. in 8, Francof. 1694. in 8. Francof. 1700. in 8, & 12., Mindæ 1700. in 8, ſine mentione loci 1714. in 8. Berol. A. 1723. in 8. (*j. Catal. nund.*), ibid. 1704. in 12. obl. (cum præfat. encomiaſtica G. L. D.). Ibid. (*teſte Catalogo nund*) 1718 in 8. Appendicis Apologeticæ, D. Joh. Müllero, Theologo Hamburgenſi, oppoſitæ, hiſtoriam vita noſtri, in certaminis cum illo recenſu, jam exhibuit. Duæ prodierunt Meditationum harum verſiones Danicæ (ſub. tit: Aandelige Spare⸗Timer, eller Trehundrede Huuß⸗ og Bord⸗Andagter), altera Anonymi, Hafniæ A. 1667. in 8., altera M. Pet. Mülleri, Paſt. Chriſtianhafnienſis, ibidem A. 1681. in 8. edita. Gallicam (ſub tit.: *Les heures de recreations ſpirituelles*) promſit Joh. Jac. Schublerus, *in Catal. nund. Lipſ. A. 1691. Autumn. p. 48.* Paraphraſi poetico-Germanica potiores illuſtrarunt ordinis Floriferi Pegnicenſis (der Pegnitziſchen Blumen⸗Genoßenſchaft) in civitate Noribergenſi ſocii, in dem Poetiſchen Andachts⸗Klange der Geiſtl. Erqvick⸗Stunden D. Henr. Müllers, von ihnen verfertigt, und durch Joh. Lohnern in Arien verſetzet. Qvod ſcriptum, prima vice Noribergæ A. 1673. in 12. editum, odis dein 60. ſacris auctius ibidem A. 1691. in 12. prodiit, &, in recentiori hac editione, 110 Odas in univerſum continet. Qvas tamen *arguta indole ſtyli, indolisqve Müllerianæ ſententia, immane qvantum receſſiſſe*, M. Erdmannus Neümeiſterus, *in Diſſ. de Poetis Germanicis p. 72.*, judicat. Commendant Meditationes haſce ſacras Müllerianas Chriſt. Schriverus (cui audiunt Kräftige Erqvick⸗Stunden) Cent. IV. der Zufälligen Andachten, *num. 82.*, *p. 318. 319.*. & Chriſt. Weiſius *L. 1. de Argutis Inſcriptionibus*, *c. 3.*, *p. 172.*, ita ſcribens: *B. Müllerus in Meditationibus, qvas non immerito dixit* Erqvick⸗Stunden, *hoc argutiarum genus ad ipſa fidei exercitia eo emolumento deduxit, ut, an præponderet mentis pietas, an calami venuſtas, ſæpe lector dubitet.* Erdm. Neümeiſterus, *l. c. p. 72.*, *Libellum* eas vocat *ſpiritu vitaqve pleniſſimum.*

Traur⸗ und Freuden⸗Wechſel der Kinder GOttes, aus der Hiſtorie der Wittwe zu Nain vorgeſtellet, oder Leich⸗Predigt über Alb. von Daßel, von Lüneburg, LL. Stud. Roſtock 1665. in 4.

Unge⸗

(*) Epiſtola ad Auguſtum, Ducem Brunſv., dedicatoria, Euchariſtia ad Deum, & Præfatio ad lectorem, primæ huic Editioni A. 1659. præmiſſæ, ſed in cæteris omiſſæ, ſeorſim, ob præſtantiam ſuam, recuſæ ſunt in Val. Ern. Löſchers Unſchuldigen Nachrichten von Alten und Neuen Theol. Sachen, *Sect. II.*, *A. 1705.*, *p. 74-87.*

Ungerahtene Ehe; oder die vornehmſten Uhrſachen, ſo heutiges Tages den Eheſtand zum Weheſtand machen, kürtzlich vorgeſtellt. Francof. 1668. in 12. Ibid. 1674. in 12. Hamb. 1705. in 12. Hamb. 1715. in 12. (*ſ. Catal. nund.*)

Geiſtliche Seelen-Muſick, in 50. Betrachtungen, und 400. Auserleſenen, Geiſt- und Kraft-reichen, Alten und Neuen Geſängen, ſo mit ſchönen Melodeyen, und unter denſelben 50. gantz neuen, gezieret ſind. Francof. 1668. in 12., Ibid. 1684. in 24. Prima Editio prodiit A. 1659., Secunda A. 1668., teſte Georg Serpilio in Fortſetzung der Lieder-gedancken, *p. 32. 33.* Commendatur a Joh. Chriſt. Oleario in Entwurf einer Lieder-Biblioth. *p. 59.* Hymnologium hoc Mülleri commendat, eumqve, in iſto, hymnos eccleſiaſticos a ſphalmatis vulgaribus repurgare eſſe conatum, tradit Trog. Arnkielius, *in præfat.* des Alten Emendirten Holſteiniſchen Geſang-Buchs, *fol.*)( )(.6.)( )(.7.

Geiſtlicher Danck-Altar, zum täglichen Lob-Opfer der Chriſten, aus Pſ. LXVIII. 20. 21. Nebſt einem Anhange zweyer Theologiſcher Fragen: 1. Ob ein Chriſt, in gewiſſen Fällen, das Leben vor ſeinen Nechſten zu laſſen ſchuldig ſey? 2. Ob ein Chriſt, von einem Trunckenbolde überfallen, lieber tödten ſol, oder ſich tödten laſſen? Francof. 1670. in 8., Francof. 1673. in 24., Franc. 1678. in 8., Francof. 1694. in 8. Danicam hujus libri verſionem (ſub tit. Aandelige Tack-Alter) Hafniæ A. 1683. in 8. edidit M. Pet. Müllerus, Paſt. Chriſtianhafnienſis. Aliam ἀνέκδοτον concinnavit Sophia Brahea, Predbiorni filia, virgo nobilis Danica, qvam a Catharina, ejus ſorore, aſſervari, Pet. Reſenius, *in Catal. Biblioth. ſuæ p. 351.*, teſtatur. Argumenta Mülleri contra licitam aggreſſoris cædem, *in Append. Qv. 2.*, refutat Joh. Jac Müllerus, Philoſ. Pract Prof. Jenenſis, in *Diſp. de Moralitate tutelæ inculpatæ*, A. 1694. edita, *c. 3.*, *§ 3-8*, & Phil. Jac. Spenerus, P. IV. der Theol. Bedencken, *Art. III.*, *Sect. 17.*, *p. 392. 393. 394.*

Leich-Predigt über Sam. Voſſium, Mecklenburg. Theologum, A. 1674. gehalten. Allegatur in P. Freheri *Theatro Erud. p. 710.*

Thränen- und Troſt-Qvelle, bey Erklärung der Hiſtorie von der großen Sünderinn, Luc. VII. 36-50., allen armen Sündern eröfnet, in XX. Betrachtungen. Roſtock 1675. in 8, Franckfurt 1675. in 12, Ibid. 1676. in 8. Verſio Danica ἄμετρος M. Pet. Mülleri, Paſt. Chriſtianhafnienſis & tandem Slagloſienſis, prodiit (ſub tit.: Taare- og Troſte-Kilde) Hafniæ A. 1679. in 8., paraphraſis autem metrico-rythmica liberior, eodem idiomate boreali a Dorothea Engelbrechtia, poetria Norwagiæ ſuæ nobiliſſima, Ambroſiiqve Hardenbeckii, Paſtoris Bergenſis, vidua, pie pariter atqve eleganter (ſub tit.: Taare-Offer, aut Taaregydende, Fodtorrende, Kyſſende og Salvende Synderinde) concinnata, ibid. A. 1684. & 1686.

Des Menſchlichen Lebens Kürtze und Verdrießligkeit, in einer Leich-Predigt über Caſp. Vieregk, Fürſtl. Schweriniſchen Bedienten, aus Pſ. XC. 10., vorgeſtellet. Roſtock 1675. in 4.

Göttliche Liebes-Flamme, oder Aufmunterung zur Liebe GOttes, durch Vorſtellung der Liebe GOttes gegen unß, mit ſchönen Sinn-Bildern. Francof. 1676. in 4.

Evangeliſcher Hertzens-Spiegel, oder ein Jahrgang Predigten über die Sonn- und Feſt-Tags Evangelia, nebſt beygefügten Paſſions-Predigten; nach des Autoris Tode außgegeben von Joh. Caſp. Heiniſio, Theol. Studioſo. Francof. 1679. in 4., ibid. 1687. in 4. (*ſ. Catal. nund.*). Wiederaufgelegt, ſamt D. Joach. Lütkemanni Apoſtoliſcher Aufmunterung, oder Epiſtel-Predigten, und einer Vorrede D. Aug Pfeifferi, Lübeckiſchen Superintendenten. Ratzeburg 1697. in 4. Idem Speculum Cordis Evangelicum, & Conciones in Hiſtoriam Paſſionis Chriſti, adjectis D. Joach. Lütkemanni Homiliis Epiſtolicis (ſub tit. des Apoſtoliſchen Hertzen-Troſtes) auctæ, recuſæ ſunt cum Præf. D. Joh. Diecmanni, Superint. Gen. Brem., de Origine & Antiqvitate Periocharum Dominicalium, Stadæ A. 1705. *in 4.* Danica ejus Verſio, Autore Joh. Winslovio (qvi in ea etiam, qvæ in Germanico deerant, ſupplevit), Hafniæ A. 1705. *in 4.* eſt excuſa. V. *Nova Lit. Lubec.*, *M. Mart. A. 1705.*, *p. 85.*

Evangeliſches Præſervativ wieder den Schaden Joſephs, in allen dreyen Ständen, auß den Sontags- und Feſt-Evangelien vorgetragen, aus des Autoris Munde aber aufgefaſſet und ausgegeben von Sam. Chriſt. Mummio, Paſtore zu Eichſen in Pommern, welcher die in dieſem Jahrgang mangelnde Evangelia, durch ſelbſteigene Predigten, hat erkläret und hinzugethan. Samt vorhergeſetzter Cenſur der Theologiſchen Facultät zu Roſtock. Francof. 1681. in 4.

Gräber der Heiligen, mit LVII. Leich-Predigten geſchmücket und beehret, und ſamt Lud. Barclaji Leich-Predigt, (aus Jer. LI. 9. 10.) den 2. Roſtockiſchen Lateiniſchen Leichen-Programmatis, wie auch den Epicediis, oder Trauer-Gedichten, über den Todt des Autoris, herausgegeben von Joh. Caſp. Heiniſio, Paſt. zu Bentwiſch im Meklenburgiſchen. Francof. 1685. in 4. Ibid. A. 1700. in 4. Biographiæ nullæ, uti more alias vulgato eſt receptum, Sermonibus hiſce funebribus ſunt adjectæ.

Hohe-Feſt-Tags-Predigten, editæ Witeb. A. 1594. in 12., qvæ Noſtro tribuuntur *in Catal. nund. Lipſ. A. 1694. Autumn. p. 24.*

Drey Deutſche Sendſchreiben, an Steph. Döhren und Joh. Chriſtoph. Holtzhauſen, Theol. Studioſos, wegen ihres Streites mit den Hamburgiſchen Predigern; Das erſte an Holtzhauſen von brüderlicher Beſtraffung, am Sont. Reminiſc. A. 1662.; das andere an Döhren, vom verderbten Zuſtande des Lutherthums, und der Prieſterſchaft in ſelbigem, d. 20. Aug. A. 1663.; das dritte an beyde, XI. Fragen von brüderl. Beſtrafung, dem Predigamt, der Beicht, &c., beantwortend, A. 1663. geſchrieben. Leguntur inter Acta Certaminis reliqva, in Gotfr. Arnoldi Tomo IV. der Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie, Francof. A. 1700. in fol. edito, *Sect. III*, *num. 14.*, *p. 660-664.*

Fragmentum Epiſtolæ, ad D. Phil. Jac Spenerum d. 5. Maji A. 1675. ſcriptæ, de ſuo cum *Piis* ejus *Deſideriis* concentu, corrupto Eccleſiæ Lutheranæ, ejusqve Academiarum, ſtatu, atqve in his vivendi tædio; occurrens in Speneri Beantwortung des Unfugs der Pietiſten (ed. Francof. 1693. in 4.), *c. 1.*, *§. 18.*, *p. 29. 30.*

Joach. Lütkemanni, Fürſtl. Braunſchw. Wolfenb. Superintendenten, Harfe von 10. Seiten; von ihm, mit einer Vorrede außgegeben. A. 1667. V. Joh. Wilh. Zieroldi P. II. der Kirchen-Hiſtorie, *c. 6.*, *p. 186.*

(E Scriptis Mülleri Germanicis, hactenus recenſitis, M. David Hermannus congeſſit *Parva Biblia*, oder kleine Bibel D. Henrici Müllers, darinn alle Dicta und Hauptörter Altes und Neues Teſtaments, welche von ihm, ihrem Wortverſtande nach, und philologice, hin und wieder ſind erkläret worden, auß allen ſeinen Schriften zuſammen gezogen, und in bibliſche Ordnung gebracht worden, Librum Dresdæ A. 1694. in 8. editum, ibidemqve A. 1700. in 8. recuſum. Promiſit idem Autor, *in Catal. nundinarum Lipſ. A. 1688. vernalium p. 19.*, Nucleum Müllerianum, oder den gantzen Kern der Schriften D. Henr. Mülleri, in ſich haltend: 1. Alle ſeine Realien, nach dem Alphabete eingerichtet; 2. Eine kurtze Erklärung der Sonn- und Feſttaglichen Evangelien und Epiſteln; 3. Eine Erklärung der Bibliſchen Sprüche. Cujus operis, Lipſiæ in fol. edendi, pars ultima *in Bibliis Parvis* jam prodiit.)

Similia, e Joh. Arndii, ipſius, & Chr. Scriveri, Scriptis ſelecta, A. 1706. Dresdæ ſub prælo ſudarunt V. *Nova Lit. Germ.*, *M. Febr. A. 1706.*, *p. 69.* Collectorem ea agnoſcunt M. Joh. Chriſtoph. Gerſteckerum, Paſt.

Grum-

Grumbachianum, & (ſub Tit. Kern der allerſchönſten Gleichnißen) Dresdæ A. 1706. in 4. Germanice prodierunt, *j. Catal. Nund. Lipſ. Vern. A. 1706., p. 12.*

INEDITA.

Ex his, qvæ, in urbis Roſtochienſis incendio, A. 1677. omnia periiſſe, Theologi Roſtochienſes, in cenſura, *Prophylactico Evangelico* A. 1681 præfixa teſtantur, ſola mihi innotuerunt:

1. Conſilia & Reſponſa Theologica, qvæ, ſi colligerentur, Volumen impletura eſſe haud exiguum, Lud. Barclajus, *in Sermonis Funebris Appendice Biographica*, judicat.
2. Collegium Anti-Calvinianum, qvod MS. erat in Biblioth. D. J. F. Mayeri. V. *Catal. illius p. 735.*
3. Collegium Antiqvitatum ſacrarum MStum, qvod a Trog Arnkielio, *in Tr. German. de confirmatione, c. 22., p. 209. 233.*, allegatur.

FALSO IPSI TRIBUTA.

1. Formulæ concionatoriæ, Dantiſci A. 1640., Regiom. A. 1646. & Jenæ A. 1659., in 8. editæ, a Dan. Hartnaccio *Parte II.* des Anweiſenden Bibliothecarii *p. 324.* Verus illarum Autor eſt Joh. Mollerus, Leorinus Sileſius, Parochus in Boruſſia Dirſchavienſis, uti a me, *in Homonymoſcopia, Sect. II., c. 7., §. 87., p. 704.*, monitum.
2. Deſcriptio Terræ Sanctæ, a Joh. Andr. Boſio, *in Introd. ad Notitiam Rerump., c. 21., p. 144.*
3. Tractatus peculiaris von den IV. Neuen Abgöttern der Lutherſchen, a Frid. Breclingio, in *Catalogo* ſuo *Teſtium Veritatis*, apud Gotfr. Arnoldum T. IV. der Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie, *Sect. III., p. 778.* Talis enim a Noſtro editus haud eſt, niſi qvis Appendicem Meditationum Sacrarum (der Geiſtlichen Erqvickſtunden), in iſto verſantem argumento, hoc titulo velit dignari.

JOHANNES MÜLLERUS,

Uratislavia Sileſius, Caſp. Mülleri, ex Miniſtro Rudolphi II. Imp aulico, civis & incolæ urbis iſtius honeſtiſſimi, ac Agathæ Blumendorfiæ, mercatore ejusdem civitatis integerrimo prognatæ, filius, diem XVI. Junii Gregorianum, anno æræ Chriſtianæ 1598., habuit natalem, nomen autem cum Johanne Baptiſta, cujus tunc feſtum imminebat, commune, parentum, obtinuit, ſuffragio. Paternum enim fratri ejus unico, natu minori, Caſparo, qvem in miniſterio Eccleſiæ Petrinæ Hamburgenſis deinde habuit collegam, reſervabatur. Puer in ſcholam patriæ miſſus eſt publicam, Doctoresqve in ea nactus egregios ac fideliſſimos, grato poſtea animo, in concionibus ſcholaſticis (1), ab eo celebratos, Pet. ſcilicet Kirſtenium, Med. D., Jerem. Tſchondarum, Pet Gothardum, M. Georg Seidelium, El. Majorem, Dav. Rheniſchium, Eccleſiaſten ac Prof Theologum, Thomamqve, cui locus debebatur primus, Sagittarium, Athenæi Rectorem, qvi optimum eum optimorum, inter ſuos, diſcipulorum appellare non dubitavit Voluit tunc Baro qvidam e Pannonia Pontificius, qvi Matthiam Imp, ab Uratislavienſibus homagium exigentem, comitabatur, indolis ejus captus præſtantia, aulæ illum ſuæ miniſtris adſcribere, ſed a parente, conſiliis præceptorum Noſtri publicorum obſecuto, tulit repulſam Annum ætatis agens 18vum, ut ſuam numini, cujus ope periculum nuper evaſerat graviſſimum, gratitudinem declararet, voto ſuſcepto, ſacrarum ſeſe literarum ſtudio addixit, ejusqve myſteriis, ante abitum e patria, ab utroqve Zacharia Hermanno, altero Th. D. & Antiſtite Eliſabethano, altero autem Philoſophiæ Magiſtro, & Eccleſiaſte facundiſſimo, cœpit initiari. Anno 1618. Witebergam profectus, tanto animi ardore, Theologiæ pariter atqve Philoſophiæ dedit operam, ut, annuo ibi ſpatio vix exacto, ſupremos hujus obtineret honores, ac loco inter 32. candidatos ſexto dignus præceptoribus videretur. A 1619. Acadd ſalutavit Jenenſem (2.) ac Lipſienſem, Theologosqve illarum ſibi conciliavit celeberrimos, imprimis autem Henr. Höpſnerum. qvi crebris eum poſtea literis eſt dignatus, &, per aliqvot menſes, Hamburgi ipſius uſus hoſpitio. Lipſia non multo poſt Witebergam reverſus, & Ordinis illic Philoſophici adſcriptus Adjunctis, collegiis privatis, & diſputationibus publicis, freqventer habitis, brevi inſignem meruit applauſum, nec minus ſtrenue ſtudii Theologici continuavit curriculum, ductu Profeſſorum IV. illius celeberrimorum, Balth. Meisneri (in qvo ſe non Magiſtrum, ſed parentem, inveniſſe, αὐτοχειρὶ annotavit), Wolfg. Franzii, in difficilioribus ſcripturæ oraculis evolvendis, ingenium ejus, crebris experimentis privatis, perficere haud dedignati. Frid. Balduini. & Nicol. Hunnii (3.), conjunctiſſimi poſtea, cum Lubecæ viveret, ex præceptore amici, & contra Cimbriæ Fanaticos ſynathletæ. A. 1623., d. 31. Jul., a Joh. Georgio I., Saxoniæ Electore, Jacobo Martini, in ordinem evecto Theologicum, in Philoſophiæ Practicæ profeſſore datus ſucceſſor (4.), in cœnobium Auguſtinianum habitatum conceſſit, eodemqve, qvo olim Lutherus, utens muſeo ac cubiculo, hujus iſtic dogmata ſacra, permiſſu qvadrigæ Theologorum, ante laudatæ, tyrones, acroaſibus variis privatis, collegiisqve diſputatoriis, inſtitutis, docuit (5.). Poſtqvam, per biennium, Philoſophiam Witebergæ moralem tradiderat, profeſſione hujus Frid. Kornmanno, ſucceſſori, relicta, Lüneburgum (Theologus Gedanenſis perperam vocatur a Joh Hornbeckio (6.)) A. 1625. abiit, & Ædis Michaelitanæ illic Paſtoratum, cum Ephoria Eccleſiarum aliqvot vicinarum, poſtulatu Joachimi a Böthmar, Cœnobii Michaelitani Abbatis, ſuſcepit, ægre admodum diſceſſum ejus ferentibus collegis academicis, ac præ ſertim Theologicis, qvi abituro, poſt habitam, præſide Balth. Meiſnero, Diſp. de Incarnatione Chriſti inauguralem, titulum Licentiati Theologiæ, per D. Jac. Martini, brabevtam, d. 17. Dec. A. 1624., contulerunt (7.), &, ordinationis ritu miniſterio ſacro præparatum (8.), tandem dimiſerunt Lüneburgenſi officio, ſpatio annuo, ac menſibus aliqvot, functum cives nonnulli parochiæ apud Hamburgenſes Petrinæ, in Germaniam, ut, ex Oratoribus iſtius ſacris celebrioribus, Succeſſorem M. Val. Wudriano, Paſtori iſtius nuper defuncto, Theologo hoc cordatiſſimo haud inferiorem, deligerent, ablegati, forte fortuna concionantem audiverunt. Adeo autem eloqventia ejus maſcula ſunt delectati, ut, Hamburgum reduces, ipſum, præ omnibus aliis, in itinere iſto auditis, de nota meliore concivibus ſuis commendaverint, & eo qvidem ſucceſſu, ut, d. 27. Apr. A. 1626. Antiſtes Petrinus, in locum Wudriani, ſit electus, & d. 21. Jul. ſacro iſti muneri, ritu ſolenni, admotus. Hanc ſpartam A. 1631., d. 24 Nov., loco etiam inter templi Cathedralis Hamburgenſis auctam vicarios (9.), deinceps, per annos 46. continuos,

ad

(1) *p. 201., in Annotatt. adiectis.* (2.) In hac eum A. 1619. vixiſſe oſtendit Diſp. de Tempore, M. Paulo Roſſelio Præſide, ibi habita. Male igitur in Academiarum, qvarum civis noſter fuit, recenſu, a Carpzovio, Kirſtenio, cæterisqve Biographis, eſt omiſſa. (3.) Hunc præceptorem ipſe deprædicat *in Confeſſ. de S Cœna p. 17.* (4.) V. Gotfr. Svevi *Acad. Witeb. lit. Lll. 2. a.*, & And. Sennerti *Athen. Witeb., L. I. p. 145.* (5.) *V. Confeſſ.* ejus *de S. Cœna p. 4. 5.* (6.) *L. 1. d. convinc. & convert. Judæis, c. 2., p. 96.* (7.) V. Gotfr. Svevi *Acad. Witeb. lit. Eee. 2. a.*, & And. Sennerti *Ath. Wit., Lib. I. p. 91.* (8.) V. ejus *Confeſſ. de S. Cœna p. 4. 5.* (9.) teſte J. Alb. Fabricio *P. II. Memor. Hamb. p. 623.*

ad obitum usqve, ornavit, nec Hamburgo avelli potuit, qvamvis A. 1641. a civitate Lüneburgenſi, ad Superintendentis officium, ac a Friderico, Duce Brunſvicenſi, ad ſupremam Eccleſiarum Ducatus Cellenſis Ephoriam, A. 1647. autem ab Acad. Witebergenſi ad Profeſſionem Theologicam, a Joh. Hülſemanno, Lipſiam profecto, relictam, avocaretur. Doctoris Theologi axioma, ab Ordine Acad. Witeb. Theologico, d. 12. Oct. A. 1641., una cum Pet. Rehbindero, Superintend. Lüneburgenſi, Paulo Sperlingio, Fribergenſi, & Enocho Himmelio, Orlamundenſi, Decano D. Wilh. Lyſero, impetravit (10.), locumqve inter competitores primum, Promotorum ſuffragiis, eſt adeptus. Diu enim ante, imo jam tum, cum Profeſſorem adhuc Witebergæ ageret Philoſophicum, honore iſto hi eum dignum æſtimaverant, & jam longe cenſebant digniorem, qvod *Eccleſiam, per annos multos ſcriptis adjuviſſet eruditiſſimis, hoſteſqve veritatis viciſſet & confudiſſet;* qvæ verba ſunt ipſiſſima Collegii Theologici, Wilh. Lyſero ſui de Noſtro judicii interprete, *in Programmate*, actum iſtum ſolennem indicente, uſi. Ornatus eſt autem abſens iſto titulo a Johanne Hülſemanno, ſuo olim diſcipulo (11.), qvi, promotor a Theologis reliqvis deſignatus, publice, Carpzovio teſte, profiteri non dubitavit, *qvanto gaudio pertentaretur, qvod Præceptori huic ſuo, cui deberet plurimum, gratiam jam referre poſſet aliqvam, eum tribuendo titulum, qvem, dudum ante ſe, multoqve ſe rectius, meritus fuiſſet.* Non minus honorificum eſt Epigramma, qvo idem de mitra doctorali Noſtro eſt gratulatus, a Carpzovio repetitum, & heic etiam legi dignum:

Res, fateor, dubia eſt, utrum, Müllere, decorem
Concilies nobis, an ſchola noſtra tibi.
Orbiculata juvet qvid eum mitra unius urbis,
Qvi toto punctum laudis ab orbe tulit?
Si tamen a noſtra pendet ſententia mitra,
Rem dicam: Æqvalis ſurgit utriqve decor.
Tantus es, ut neqveant nullum ſuggeſta Lutheri
Ex te ſplendorem conciliare ſibi.
Sunt tamen & cathedræ ſuffragia tanta Lutheri,
Ut neqveant nullum conciliaſſe tibi.

Academico iſto honore ornatum Senatus etiam Hamburgenſis novis cohoneſtavit dignitatibus, & A. 1648., poſt obitum Sever. Sluteri, Paſt. Jacobæi, Ordinis Eccleſiaſtici Seniorem, bienniovqe elapſo (A. 1650.), ſcholarum urbis inſpectorem, conſtituit, ac ædem novam Michaelitanam ſacro, per illum, ſermone, d. 14. Mart. A. 1661, voluit inaugurari (12.). Superintendens Hamburgenſium, a viro illuſtri, Vito Ludov. Seckendorfio (13), vocatur, ſed minus accurate, cum dignitas iſta, a M. Dav. Penshornii, qvi poſtremus ea eſt functus, & A. 1593. defunctus, exceſſu, nemini a Senatu civitatis, ut nimiam cleri ſui ambitionem, & ſpiritus juſto elatiores, eo facilius coerceret, ſit collata. Præter Senatum Hamburgenſem, ſummo vindicem hunc religionis ſuæ decantatiſſimum favore ſunt dignati Reges ac Principes Lutherani, qvi coævi ipſi fuere, potiores. Fridericus ſane III., Rex Daniæ, ob Judaiſmi inſcriptionem, Epiſtola ei αὐτογράφῳ egit gratias, ac benignitatem ſuam ultro eſt pollic tus. Guſtavus autem Adolphus, heros ille ex Svedia Arctous, cum retinere eum ſecum fruſtra allaboraſſet, in cubiculo ſuo, colloqvio ultra bihorium protracto, eſt hortatus, ut non minus ſtrenue calamo, qvam ipſe gladio, cœtui Lutherano, adverſus Pontificios, pergeret patrocinari. Ex Principibus Germanicis, qvanti eum facerent, literis ad illum propria ſæpius manu exaratis, ſunt teſtati Fridericus Ulricus & Auguſtus (qvi Bibliothecæ ſuæ Gvelpherbytanæ uſum obtulit, Duces Brunſvicenſes, Chriſt. Wilhelmus, Marchio Brandeburgicus, Fridericus, Princeps Holſato-Gottorpienſis, & Adolphus Johannes, Comes ad Rhenum Palatinus iſtisqve ex Svecia aſſociandus Ericus Ochſenſtirnius, Procerum Regni illius Primas. Inter Theologos Eccleſiæ Lutheranæ celebriores, Joh. Hülſemannus, Joh. Ben. Carpzovius, ac alii, tanqvam præceptorem, eum ſunt venerati, cæterorum autem pleriqve, &, in his, Joh. Gerhardus, Wolfg. Franzius, Frid. Balduinus, Balth. Meiſnerus, Nic. Hunnius, Polyc. & Wilh. Lyſeri, Henr. Höpfnerus, Jac. Wellerus, Joh. Schmidius, Mich. Waltherus, Dan. Cramerus, Meno Hannekenius, Mart. Geierus, Pet. Haberkornius, Abr. Calovius, ceu amicum coluerunt, & epiſtolis compellarunt crebrioribus. Iſtum Magnatum favorem, ſacrorumqve, inter Lutheranos, Antiſtitum amorem ac applauſum venerabundum, ipſi, præter eruditionem in Theologicis atqve Philoſophicis ſolidiorem, cognitionem L. Hebr. eximiam, & eloqventiam ſacram, non calamiſtratam, ſed gravem ac nervoſam, conciliarunt Scripta pro Eccleſiæ ſuæ honore, dignitate & innocentia, Apologetica qvamplurima, ac certamina cum hoſtibus illius, ac heterodoxis pleriſqve, Atheis ſcilicet, Judæis, Pontificiis, Reformatis, Anabaptiſtis, Qvakeris, ac Fanaticis aliis, literaria freqventiſſima, nec infelicia, ut Colloqvia de religionis controverſiis, cum promachis illorum celebrioribus, crebra, intra domeſticos in civitate Hamburgenſi habita parietes, taceam. Inter Antagoniſtas, qvibus ſtrenue ſe oppoſuit, Pontificios, eminent Dominicus Janſenius, Monachus Dominicanus, dogmata Romano-Catholica, in civitate Hamburgenſi, incolis, & voce viva, & libellorum aliqvot catechetico-polemicorum diſtributione, commendare, circa A. 1630. conatus, fratrisqve a Noſtro admonitione confutati vernacula, ex eodem ordine hyperaſpiſtes, Nic. Janſenius, Pontificis in Daniam ac Cimbriam Miſſionarius, cum Carolo a Creützen, Jeſuita Gedanenſi, *Lutherum* Noſtri *defenſum* A. 1655. adorto. Reformatos non ſcriptis ſolum aliqvot impugnavit, ſed & molitiones eorundem, cum liberum apud Hamburgenſes ſacrorum exercitium, & templi in urbe ædificandi poteſtatem, indulgeri ſibi peterent, ſermonibus ſuis ad plebem, ac admonitionibus, Senatui exhibitis, repreſſit, irritasqve, licet ex Politicis non pauci iis faverent, reddidit (14.). Taceo privatas, in qvibus cum Conr. Bergio, Theol. Brandeburgico, ac poſtea Bremenſi, de Electionis decreto diſceptans, in anguſtias illum ſæpius redegit, Diſputationes, Colloqvia item cum Archibaldo Hamiltonio, Hyberniæ Archiepiſcopo, Jac. Ruſſelio Gallo, Legato in Moſcoviam Svecico, Joh. Duræo, & aliis, de ratione pacis inter Lutheranos ac Reformatos ineundæ, qvam illi ſummopere commendabant & deſiderabant, in Principum etiam virorum habita præſentia, ſed abſqve ſucceſſu, cum Noſter, errores horum ab iſtis tolerari poſſe, conſtanter negaret (15.). Non minori ſe vehementia Nicolao Tetingio, Chriſtiano Hoburgio, Johanni Engelbrechtio, aliisqve Separatiſtis, qvos vocant, nuperis, in cœtum Lutheranum, ac Ordinem præſertim ejus Eccleſiaſticum, acrius invectis, ſimulqve in errores aliqvot Fanaticos prolapſis, cum Collegis reliqvis, ipſius ut plurimum ſecutis autoritatem, oppoſuit. Pleroſqve enim (uti, in ſingulorum Biogra-

(10.) V. Wilh. Lyſeri *Programma ad Actum promotionis invitatorium*, Gotfr. Svevi *Acad. Witeb. lit. Fff. 3 a.*, & And. Sennerti *Athen. Witeb. lib. 1. p. 102.* (11.) V. Hulſemanni *Calixtini*ſchen Gewiſſenswurm *c. 8.*, *p. 1118.* (12.) De Inauguratione hac V. M. Hier. Pasmanni Hamburgiſches Denckmahl *p. 103.* (13.) *in Comm. de Lutheraniſmo, Lib. 3, Sect. 36., §. 133, p. 633.* (14.) V. Sam. Ben. Carpzovii *Or. Fun. lit. E. 2. a.*, Hier. Pasmannum, *l. c. p. 77. 78. 86. 87.*, *Iſagogen* meam *ad Hiſtor. Cimbr.*, *P. IV*, *c. 10.*, *§. 18*, *p. 595.*, & ipſa Mülleri Schediasmata, qvæ de iſto negotio Senatui exhibuit, Polemica, *Theſauri Conſiliorum* Dedekenniani *Appendici* Jenenſi novæ A. 1671. inſerta. (15.) V. Carpzovium *l. c. lit. E. 3. a. b.*, & *Confeſſionem* Noſtri *de S. Cœna p. 7.*

Biographiis, alibi a nobis eſt indicatum), ubi in civitatem conceſſerant Hamburgenſem, vel ſcriptis publicis, vel, in Colloqviis coram Ordine Eccleſiaſtico privatis, refutare aggreſſus, ſi hoc pacto, ut mentem mutarent, adigere haud poterat, coram Senatu, tanqvam publicæ turbatores qvietis, accuſavit, &, ut urbe ejicerentur, obtinuit. Hoſtili iſto & implacabili in Heterodoxos qvoslibet animo, in calamitates haud exiguas, & vitæ ipſius diſcrimina, aliqvoties ſe fertur conjeciſſe, ſed omnia tamen auſpicato ſuperaſſe, & mente conſtanti ſpreviſſe, patientiæ tutus præſidio, qva ſe magis, qvam ulla alia re, poſſe gloriari, dicere non erubuit. A. 1630. Judæus qvidam, ad ſacra Chriſtiana ſe tranſiturum ſimulans, cum vitæ ejus fruſtraneas ſtruxiſſet inſidias, ſcrinia tandem perhibetur compilaſſe; viginti autem poſt annis (A. 1650.) Jeſuita aliqvis, in nocturnum transformatus graſſatorem, nudato gladio in ipſum irruiſſe, ſed conatu itidem irrito. Ego, uti, zelum ejus pro religione, cujus doctorem agebat, avita, ſtudiumqve puritatis illius in Eccleſia, cui præerat, Hamburgenſi conſervandæ, laude ſua non defraudandum, exiſtimo, ita, ſi charitate chriſtiana, & æqvitate in diſſentientes majori, utrumqve temperaſſet, gloriam apud cordatos omnes longe ſolidiorem meriturum fuiſſe, cenſeo. Tantum vero abeſt, ut erga Allophylos huic ſtuduerit, ut Antiſtites etiam Lutheranos eximios, nullius in religione erroris convictos, ſed moderationis Chriſtianæ, & pacis eccleſiaſticæ, ſtudioſiores, eidem, cui ipſe, Eccleſiæ inſervientes, vel ad ſacra illius munera vocandos, ob phraſes aliqvot dubias, vanasqve ſuſpiciones, zelotarum ævi noſtri more, opinionum hæreticarum arguere, & calumniis variis, hominum plebejorum odiis exponere, non ſit veritus, invidiæqve ſuæ, & affectibus aliis, admodum, hac in re, indulſerit. Fax certe fuit, & tuba præcipua, certaminum inteſtinorum omnium, qvæ Eccleſiam Hamburgenſem, & Ordinem ejus eccleſiaſticum, toto iſto, qvo Antiſtes utriusqve fuit, ſemiſeculo, infeſtarunt, & miſere, cum ingenti hominum piorum ſcandalo, diſtraxerunt. Qvanta Joh. Balth. Schuppium, Paſt. Jacobæum, Hamburgenſium ſuæ ætatis Theologorum cordatiſſimum, qvod conciones ejus, majori, qvam ſuæ, civium applauſu & concurſu, freqventarentur, inſectatus ſit importunitate, una cum aliis Eccleſiaſtis, ſuæ adhærentibus factioni, teſtantur crebræ eximii iſtius Præſulis, de Collegarum adverſus ſe odiis, calumniis & perſecutionibus aſſiduis, qverelæ, in plerisqve ſcriptis paſſim obviæ. Teſtatur Encomiaſtes ejusdem poſthumus, Pet. Lambecius (16.), παῤῥησιαστικῶς, diſſimulatis licet nominibus, invectus in illius Collegas, qvi *tanti viri eximias virtutes, qvas mirari & amare debuiſſent, propter vitæ ſuæ, morumqve & ſtudiorum, diſſimilitudinem, invidia & odio proſecuti, Hamburgum ei affecerunt theatrum ærumnarum, palæſtram tentationum, lernam perſecutionum, cotem conſtantiæ, ſcholam patientiæ vivumqve commentarium aurei Senecæ libelli: Cur bonis viris mala accidant, cum ſit providentia?* Teſtatur Georg. Haccius, ad conſenſum univerſæ provocans civitatis Hamburgenſis (17.), verbis hiſce vernaculis: Daß der hochbeliebte Schuppius, in ſeinem Leben, übermenſchlich, oder ja gewiß unchriſtlich, von vielen des Miniſterii, tractiret worden, ſage nicht ich, ſondern die gantze Stadt. Teſtatur libellus ſummæ & impudentiæ, & malitiæ, famoſus, Admonitioni illius ad bibliopolas, meletemata ſua, ſe inſcio, recudentes, vernaculæ (dem gewarneten und ermahneten Bücher-Dieb) A. 1658., typis (uti inſcriptio jactat) Amſtelodamenſibus (ſub tit.: Der Bücher-Dieb Antenors empfangen und abgefertiget), a tenebrione ψευδωνύμῳ, *Nectario Butyrolambio*, Medicinæ, uti ipſe fingit, Doctore & Practico Amſtelodamenſi, oppoſitus, calumniis in τὸν μακαρίτην ſcatens horrendis atqve mendaciſſimis, imo ipſas virtutes, liberalitatem ſcilicet, & divitiarum contemptum, vitio ei vertere non erubeſcens. Scriptorem enim illius larvatum non alium fuiſſe, qvam Müllerum noſtrum, præter rumorem non obſcurum, teſtis eſt ipſe Schuppius (18.), *Theologi e cœtu Phariſæorum* φιλοπρωτεύοντος, καὶ κώνωπας διϋλίζοντος, *ſibiqve ipſi inter lumina mundi locum vindicantis* (eines hochtrabenden phariſäiſchen Mückenſeigers, welcher vermeinet, daß er lux mundi ſey), περιφράσει ipſum deſignans, ſchedæqve iſti famoſæ, a Senatu Hamburgenſi confiſcatæ, oppoſitum a ſe iri promittens (19.) libellum, titulo ſuo εἰρωνικῶς ad Mülleri ſcriptum Anti-Prætorianum, ſub eadem editum inſcriptione, alludentem: Prüfung des Geiſtes Nectarii Butyrolambii. Teſtis eſt deniqve odii ipſius in Schuppium Theologorum Witebergenſium cenſura adverſus ſermones ejus ſacros, mythologiis interdum, & locutionibus facetis atqve argutis, ut dulci utile miſceretur, aſperſos, acerba, Noſtri, atqve Presbyterorum, qvos partium ſuarum aſſeclas habuit, Hamburgenſium, poſtulatu, conſcripta (20.). Nec deſiit, eadem malignitate, poſt fata, Theologum hunc candoris ac pietatis rariſſimæ inſectari, haud veritus *in Atheiſmo*, A. 1672. edito (21.), conciones ejus, veram ac genuinam fidei chriſtianæ, tum theoriam, tum praxin, dexteritate pene inimitabili, inculcantes, ob easdem fabellas, atqve argutias facetas, ſcriptis ἀθεότητα promoventibus, una cum antagoniſtæ ſui, ad ſuperſtitionem fanaticam proclivioris, Chriſt. Hoburgii, invectivis in ordinis eccleſiaſtici vitia, pari abſurditate & animi impotentia, accenſere. De acerbitate ejus in Schuppium, alibi prolixius (22.) a nobis expoſita & improbata, indignationis æſtu longius provecti, plura forte, qvam inſtituti poſtulabat ratio, attulimus, breviores jam de cœteris, qvibus moleſtus fuit, Collegis, ac Theologis Lutheranis, ducturi lineas. Hos inter ſucceſſorem Schuppii, Caſp. Mauritium, cum Roſtochio Hamburgum, ad ædis Jacobææ, vocaretur, Paſtoratum, Calviniſmi falſo inſimulavit atqve Syncretiſmi. Joh. Corfinium, Catharinææ Antiſtitem, de profanatione ſabbathi, aliisqve Chriſtianiſmi opprobriis, ex Eccleſia Hamburgenſi eliminandis, ſollicitum, in conatibus iſtis laude digniſſimis, variis, ei creatis moleſtiis, impedivit (23.) Henr. Müllerum, Chryſoſtomum Roſtochienſem, Antiſtitumqve ſuæ ætatis Lutheranorum facile religioſiſſimum, cum Corfinii ei officium a parochiæ Catharinææ incolis deſtinaretur, A. 1664., doctrinæ erroneæ, ob qverelam *Catenæ* ejus *Epiſtolicæ* (24.) de qvatuor Lutheranorum idolis, baptiſterio, ſuggeſtu, altari, & loco confeſſionibus audiendis deſtinato, παῤῥησιαστικὴν, ſed juſtiſſimam, & a plurimis deinde Theologis magni nominis approbatam, accuſavit, & inſectatione iſta mendaci vocationem ejus impedivit (25.), Georg. Haccium deniqve, Templi D. Mariæ Magdalenæ Hamburgenſis Eccleſiaſten A. 1669 electum, ab officio iſto arcere, mota de phraſibus qvibusdam homileticis ambiguis, qvibus ille virginem deiparam, ac vitam cœlibem, in hymni Mariani ἐξηγήσει vernacula, Rhetorum more, paulo effuſius laudaverat, controverſia, fruſtra eſt conatus, &, licet dextre hæ ab illo

eſſent

(16.) *in Progr. funebri.* (17.) im Bericht von den Belehrungen des Hamburgiſchen Miniſterii wieder ihn, *lit. E. 2. a.* (18.) im Calender *V. Opp. p. 580.* (19.) in der Relation von der Verfolgung Antenors, dem Calender und der Ehrenrettung (20.) Occurrit ea in Volumine Conſiliorum Witebergenſium, Francofurti A. 1664. in fol edito, *P. II.*, *Tit. IV.*, *n 7.* (21.) *p. 40.* Conf. *Iſag.* meam *ad Hiſt. Cimbr. P II. c. 6*, *§ 8.*, *p 167.*, & G Haccium *l. c.* (22.) in Elogio Schuppii, & *P. IV. Iſag*, *c. 10.*, *§. 17.*, *p. 500-504.* (23.) V. G. Haccium *l. c lit. E. 2. a. b.*, & Henr. Elmenhorſtii *Append. ad Conciones in Pſ. 42.* (24.) *p. 858.* (25.) V. G. Haccium *l. c.* & Mulleri ipſius *Apologemata* contra eum in den Geiſtl. Erqvickſtunden, *num. 151. 152*; Appendicem item earundem, eiqve inſerta Balth. Cellarii, Abr. Batti, Herm. Schukmanni, Aug. Varenii, Men Hannekenii & Bernh. Goſmanni, Judicia de loco iſto, contra cenſuram noſtri iniqvam, æqviſſima, nec non Gotfr. Arnoldi *T. II.* der Kirchen-Hiſtorie, *L. 17.*, *c. 5.*, *p 470. 471.* & Gerh. Croeſii Qväcker-Hiſtorie, *L. 3.*, *p. 717. 718. 719.*

eſſent explicatæ, per aliqvot tamen annos, ad obitum usqve ſuum, aſſidue inſectari, cum Collegis, perrexit; pro merito viciſſim, ab illo, in ſcriptis apologeticis vernaculis, zelo ejus larvam ſanctitatis detrahentibus, exceptus (26.). Prolixiorem certaminum horum, temere, & ingenti cum Eccleſiæ damno, Hamburgi ab eo excitatorum, hiſtoriam, qvam ambitus hujus biographiæ anguſtus non admittit, in Theologorum, qvibus infeſtus fuit, modo laudatorum, elogiis, ſuo loco, exhibuimus Poſſent etiam heic nonnulla adjici de vehementia & immanſvetudine ejus, ac Collegarum, ἀθεολόγῳ, tum in Studioſos duos, Stephanum Dörrien & Joh. Chriſtoph Holtzhuſium, ad majorem in officio ſacro obeundo fidem atqve diligentiam, monitis ſuis, calcar illis addere auſos. ſed, ob iſtam παῤῥησίαν, teſte hyperaſpiſte eorum ac vindice animoſiſſimo, Frid. Breclingio (27.), urbe ejectos, tum in M. Melch. Warnickenium, Demmino Pomeranum, A. 1669. in vocationes ad ſacra munera illegitimas, in concione publica, paulo licentius invectum (28.). Sed tædet diutius immorari recenſui tot ſacrorum, qvibus Eccleſiæ tranqvillitas miſere eſt turbata, litigiorum. Unius tamen mentionem adhuc exigit ipſa vitæ noſtri, qvam propiori illud nexu attingit, hiſtoria. In libri ille vernaculi, de *Decreto abſoluto*, Reformatorum de prædeſtinatione doctrinæ A. 1649 oppoſiti, præfatione cenſuerat, controverſiarum inter iſtos ac Lutheranos ſacrarum compoſitionem ab iſto articulo eſſe inchoandam, in qvo, ſi conſenſus partis utriusqve obtineri poſſet, diſſidia de reliqvis capitibus controverſis haud difficulter ſublatum itidem iri, verbis uſus ſeqventibus: Das gantze Werck beſtehet auf dieſem Hauptſtücke, von welchem der Anfang gemachet werden muß, wo man den Frieden verſuchen wolte: und, wo man, durch GOttes Gnade, in dieſem Stücke einig würde, als müſte der Friede in den andern ſtreitigen Artickeln von ſich ſelber folgen. Ex hac periodo nonnulli, pacis inter Proteſtantes eccleſiaſticæ cupidi, anſam arripuerant credendi, ac rumore publico aliis perſvadendi, Noſtrum controverſiam cum Reformatis euchariſticam, aliasqve cognatas, ex iſta trahentes originem, non tanti, ac reliqvi zelotæ Lutherani, æſtimare, nec de iis, ſi in ſolo de Prædeſtinatione articulo ſuis illi velint erroribus renunciare, litem ullam amplius eſſe moturum. Rumore iſto inductus M. Matth. Bugæus, Superint. in Marchia veteri Brandeburgica Stendalienſis, moderatiorum inter Lutheranos Theologorum aſſecla, in ſcripto irenico qvaternionis unius vernaculo, A 1665. edito (der Explication wegen des Religion-Vergleichs zwiſchen den Reformirten und Lutheranern (29.)), ad ipſius etiam autoritatem hiſce verbis provocaverat: D Müllerus zu Hamburg hat, vor weniger Zeit, in Schrifften ſich erklaret, daß er vom Abendmahl des HErren, mit den Reformirten, nicht weiter ſtreiten wolle, dafern ſie, *in Articulo de Prædeſtinatione*, dem Bekäntniß der Lutherſchen Kirchen forthin nähern Beyfall geben. His lectis, Noſter, moderationis theologicæ laudem averſans, & ſerium pacis eccleſiaſticæ ſtudium crimen eſſe, Theologo γνησίως Lutherano maxime indignum, cum zelotis reliqvis, Syncretiſmi illud nomine immerito dehoneſtantibus, judicans, inſtigante etiam Abr. Calovio, Diotrephe Saxonico, ipſo importuniore, ut ſuſpicionem omnem æqvioris in heterodoxos animi, vilipendiiqve controverſiæ Euchariſticæ, a ſe amoliretur, Bugæo A. 1666 Confeſſionem de Sacramento euchariſtico oppoſuit vernaculam (Bekäntniß der Lehre vom Hochwürdigen Abendmahl des Herren). In iſta, ſe eadem, cum cœteris Lutheranis rigidioribus, & de doctrina, & de momento, articuli hujus controverſi, ſentire, ex ſcriptis antehac editis, oſtendit, verba præfationis ſuæ ſenſu longe alio, qvam irenico, explicat, animumqve tandem a conciliatoribus pacis eccleſiaſticæ alieniſſimum profeſſus, rumorem de æqvitate ac moderatione ſua ſatis ſuperqve refellit. Bugæus nihilominus huic noluit acqvieſcere, ſed apologiam A. 1666. repoſuit vernaculam (30), a filio Noſtri, M Paulo Müllero, in Reſponſo, Witebergæ eodem A., cum præfat Calovii, edito (31.), & Joach Fabricio, Fribergenſi, in Judicio de ea Germanico, Hamburgi A ſeqv. 1667. excuſo (32), impugnatam. Qvibus cum denuo ab illo reſponderetur, vindicatum eſt Pauli Mülleri Reſponſum A. 1667., tum ab ipſo, *in Abſterſione calumniarum contra ſe* vernacula (33.), tum a M. Joh Simone Schernhauero, Diacono Witebergenſi, in Invectiva, eodem idiomate Witebergæ publicata (34.). Sed finis tandem aliqvando imponendus tædioſæ iſti altercationum theologicarum ἀθεολόγων narrationi, præſertim, cum opportune nos inde avocet familia noſtri domeſtica, itidem deſcribenda. Duas in thalami vitæqve communionem adſcivit uxores, qvarum prior, Sophia Schmidia, patre nata Eraſmo, L. Gr. ac Math. Prof apud Witebergenſes celeberrimo, A. 1623. ducta, & A. 1628. exſtincta (35.), duobus ipſum filiis, ac totidem filiabus, beavit. E qvibus M. Johannes, Paſtor in vicinia Hamburgi Neogammenſis, & Sophia, M. Georg. Hopii, Eccleſiaſtæ Lüneburgenſis vidua, patri fuere ſuperſtites. Ex ſecundo cum Anna Maria Morsheuſeria, Andreæ, Senatoris initio Schwinfurtenſis, & conſulis deinde Moguntini, filia, A. 1629. d. 9. Febr. ipſi ſociata, ac A 1664. erepta, Matrimonio, integra liberorum prodiit decuria, tribus maſculis, ac VII. fœmellis, ſuperbiens. Ex his, Paulus, Philoſ. Magiſter, & parentis contra Bugæum, uti paulo ante indicavimus, hyperaſpiſtes, in flore ætatis, M. Apr. A. 1668., in Acad. Gieſſena, obiit. E reliqvis, moriente Noſtro, ſuperfuerunt Hieronymus, Philoſ. Mag, & Eccleſiaſtes Hamburgenſis Nicolaitanus, Anna itidem Catharina, Dan. Ludemanno, Th D., Ducatuumqve Bremenſis & Verdenſis Superintendenti (36.), Dorothea Eliſabetha, M. Alb. Müllero, Parocho Coslackenſi, & Margareta, Joh Sigiſm. Schwenckio, Th. Lic., Paſtoriqve apud Lüneburgenſes Johanneo, elocatæ, cum aliqvot virginibus. Avum ſuperſtitem eum ſalutarunt XXV., ex utriusqve conjugii liberis, neptes ac nepotes. Morte, poſtqvam, ab annis aliqvot, capite ſæpius laboraſſet, & a catharris, qvos Medici vocant, ſuffocativis erat infeſtatus, paucis autem ante diebus, in explicatione hiſtoriæ juvenis Nainitici, περὶ τῆς εὐθανασίας, ad populum verba fecerat, occubuit ſubita, ipſo Archangeli Michaelis feſto, qvod d. 29. Sept celebrabatur, anno æræ Dionyſianæ 1672. (37.), ætatis autem 75. cum enim die iſto ſacro, de beatis geniis concionaturus, in templum ſe contuliſſet, anteqvam ſuggeſtum aſcenderet, vi morbi inopina in ſacrario eſt oppreſſus, ac, cum amici domum eum reportaſſent, paroxyſmo hoc ſubito, cui fruſtra varia opponebantur remedia, paulo poſt, eadem hora, exſtinctus, concionem interim, ejus loco, vicariam in æde ſacra habente M. Hermanno a Petkum, Collega ipſius, & in Paſtoratu ſucceſſore. Ita, Imperatoris inſtar, in ſtatione ſua mortuus eſt Theologus hic, ob eruditionem non immerito

(26.) V. *Iſagogen* meam *ad Hiſt. Cimbr.*, *P. IV.*, *c. 10.*, *§. 20.*, *p. 597-590.*, & Scripta Haccii, ibi allegata. (27.) *in Phariſaiſmo detecto*, Amſtelodami A. 1664. *in 12.* edito, *c. 5.*, *p. 102-118.* (28.) V. *Iſagogen* meam *ad Hiſt. Cimbr.*, *P. IV.*, *c. 10.*, *§. 19.*, *p. 595. 596. 597.* (29.) *pag. 6.* (30.) Apologie wieder D. Joh. Müllern zu Hamburg, Berol. 1666. in 4. (31.) Kurtze Wiederlegung der Antwort Bugæi auf D. Joh. Mülleri Bekäntniß vom Abendmahl. Witeb. 1666. in 4. (32.) Bedencken über M. Matth Bugæi Schrifft, ſo er D. Joh. Mülleri jenem Glaubens-Bekäntniß entgegen geſetzet. Hamb. 1667. in 4. (33.) Abwiſchung der Unchriſtl. Läſterung und Verläumbdung Bugæi, wieder ihn. Hamb. 1667. in 4. (34.) Beſtraffung der Läſterung Bugæi, wieder Calovium und Paulum Müller. Witeb. 1667. in 4. (35.) V M. Nic. Staphorſtii, Eccleſiaſtæ Petrini Hamb, Leichenſchrifft, zu ihrem Ehrengedächtniß ausgegeben Hamb 1628. in 4. (36.) V. Joh. Riſtii Epithalamium in Nuptias ejus, *in Parnaſſo Teutonico*, *p. 572-576.* (37.) Joh. Chriſt. Blumius *in Jubilæo Theoll. Emer.*, *c. 3.*, *p. 138.*, mortem ejus ad A. 1673. falſo retulit, Ad. Clarmundus autem P. IX. *Vitarum p. 173.* perperam ad diem illius natalem.

multis laudatus (38.), ſed laudatior longe futurus, ſi ſanandis potius ac tollendis, qvam exacerbandis augendisqve, Eccleſiæ vulneribus ac diſſidiis ſtuduiſſet.

Epitaphii, in æde Petrina ipſi erecti, inſcriptionem V. in Joh. Alb. Fabricii *Auctario Inſcriptt. Hamburg. Theod. Anckelmanni, num. 134., p. 42.*

Prolixam, atqve panegyricis ornatam coloribus, vitæ ejus deſcriptionem exhibent:

1. Sam. Bened. Carpzovius Lipſienſis, Th. D. & Proteccleſiaſtes Electoralis Saxonicus, in Oratione funebri, memoriæ ejus, ipſo illius natali, die ſc. VI. Jun. (ſt. v.) A. 1673., in Acad. Witebergenſi (cujus tunc Profeſſorem agebat) dicta, ac cum Wilh. Lyſeri Jun., JCti, Programmate Invitatorio, Witebergæ, eodem A., *in 4.* excuſa, recuſa autem in Joh. Alb. Fabricii *Volumine III. Memoriarum Hamburgenſium*, Hamburgi A. 1711. *in 8.* edito, *p. 240-295.*
2. Mich. Kirſtenius, Med. D. ac Gymn. Hamb. PP., in Λόγῳ ἐπιταφίῳ, ſeu Programmate Exeqviali, qvod Henn. Wittenius, *in Centuria Memor. Theoll. Renov.* (Francof. 1685. *in 8.* edita), *Dec. XIV., p. 1769-1779.*, una cum adjecto ſcriptorum Noſtri catalogo, recudi curavit.
3. Paulus Freherus (Carpzovium ſecutus) *in Theatro Eruditorum p. 707. 708.*
4. M. Dav. Schultetus, Hamb., Hyperaſpiſtes ejus adverſus Gotfr. Arnoldum, & alios, inepte audaculus, *in Innocentia Theologorum Hamburgenſium*, Hamburgi A. 1707. edita, *Sect. VIII., p. 150-163.*, & im Hamburgiſchen von der Schule beruffenen Prediger *p. 35. 36. 37.*

Breviorem ac compendiariam ejus biographiam ſiſtunt:

1. Adr. Bailetus, Bibliothecæ Lamoignianæ Pariſiis Præfectus, in Tr. Gallico *des ſatyres perſonelles, T. I., p. 188. 189., in Recenſu Hiſtorico Anti-Janſenii* ejus.
2. Henn. Wittenius, *in Diario biograph. Sec. XVII., Tomo I., lit. Gggg. 2. b.*
3. Joh. Franc. Buddæus, *T. III. Lexici hiſtorici p. 574. 575.*
4. *Hymonymoſcopia* mea, *in Appendice, p. 950. 951. 952.*
5. M. Erdm. Uhſeus *in Vitis Theoll. Sec. 16. & 17. Germanicis p. 823. 824.*

In laudibus ejus ebuccinandis, atqve exaggerandis, occupantur:

1. Joh. Dan. Major, Med. D. & PP., Kilon., cujus Euſebie exultans ob conjunctionem D. Jac. Welleri, & D. Joh. Mülleri, in civitate Hamburgenſi A. 1653 factam, Hamburgi, anno eodem, *in fol.* prodiit.
2. Chriſt. Weiſius, Rect. Zittav., in duplici inſcriptione funebri, memoriæ ejus conſecrata, ac *in Libro I. de argutis Inſcriptionibus, c. 3., p. 214-217., Libro* item *II., c. 5., p. 539. 540. 541.*, obvia.
3. Profeſſorum Lipſienſium, Witebergenſium, Jenenſium, Gieſſenſium, Tubingenſium & Argentinenſium, aliorum item Germaniæ Theologorum, in obitum ejus Epicedia, junctim excuſa, & Orationi etiam Carpzovianæ adjecta.

Conferri etiam de illo poſſunt, præter Autores, paſſim in biographia jam allegatos, Hier. Kromayerus *in Hiſt. Eccl. Append. p. m. 683.*, Nic. Scribonius *Lib. 5. Luſuum Gottorp. anagramm. p. 113.*, Georg. Nic. Eraſmi *Lib. 3. Anagr. emmetr., num. 14.*, *Iſagoge* mea *ad Hiſt. Cimbr., P. II., c. 5. & 6., ac P. IV. c. 10.*, paſſim, Andr. Caroli *Memorabilia eccleſiaſtica, T. II., Lib. 8., c. 15., p. 52. 53.*, Joh. Henr. Conradi *Sileſia togata p. 193. 194.*, Joh. Chriſt. Blumii (in Vitæ ejus hiſtoria ſæpius impingentis) *Jubilæum Theologorum emeritorum, c. 3., p. 138. 139.*, Joh. Fabricii *Pars II. Hiſtoriæ biblioth. Fabricianæ p. 197.*, & *Pars IV. p. 395. 396. 397.*

Symbolum (ex Albo MS. Joach. Morſii *f. 711.*): *Mundus regitur opinionibus, Eccleſia autem Verbo Dei.*

De ſcriptoribus, illi pariter, atqve mihi, Homonymis, in Homonymoſcopiæ Appendice egi, & Semicenturiam iſtorum integram lectoribus exhibui.

ELOGIA.

Wilh. Lyſeri, & Joh. Hülſemanni, Theologorum Witebergenſium, judicia de illo honorifica, in promotione ipſius doctorali, A. 1641. lata, in biographia jam recitavimus.

Eidem Hülſemanno (*in Calviniſmo irreconciliabili p. m. 214.*) audit *Vir de Eccleſia indies optime promerens.*

Paulus Röberus (*in Carmine, fratris ejus, Caſpari, Diſputationi de controverſiis nonnullis, Religionem concernentibus, A. 1640. adjecto*) ita de illo:

Fama tui fratris, Müllere, Johannis, in ævum
Perſiſtet celebris, qvi ſcriptis erudit orbem
Egregiis, Dominiqve gerit, Duce; prælia, Chriſto,
Atqve Hamburgiaco ſacra, pabula præbet ovili;
Noſtra cui titulos, nomenqve, Lycea, dederunt;
Imo, cui cathedram tum conceſſere Philippi,
Et nunc expeterent ad claſſica roſtra Lutheri,
Et calamo, & lingva, promptum, vitaqve verendum.

Joh. Micrælius (*in Syntagm. Hiſt. Eccl., P. III., p. m. 396.*) ſcripta ejus vocat *utiliſſima.*

Joh. Muſæo (*in Q. q. de Syncretiſmo & S. Scriptura Anti-Calovianis p. 221.*) audit *Vir de Eccleſia Chriſti bene meritus.*

Tob. Wagnero (*in Examine Atheiſmi elenchtico p. 69.*) *Theologus de Eccleſia Chriſti meritiſſimus.*

Pet. Haberkornio (*in Conc. fun. filio ejus, Paulo, A. 1668. habita, p. 4.*) Ein umb die Kirche hochverdienter Theologus

Abr. Calovio (*in præfat., tum Anti-Böhmii ſui, tum Refutationis, a filio ejus, Paulo, Matthiæ Bugæo A. 1666. oppoſitæ*) *Theologus inſignis, & de tota Chriſti Eccleſia præclare meritus;* item (*in Epicedio*) *Müllerus magnis meritis illuſtris in orbe, Dogmata propugnans cæleſtia, ſtrenuus Heros,* &c.

Sam. Pomario (*in præfat. Partis I.* der Schutz-Schrifft wieder den Gutmanniſchen Offenbahrungs-Patron) ein arbeitſamer, und umb die Kirche GOttes wolverdienter Theologus.

Aug. Varenio (*in Epiſt. ad Sam. Pomarium, Præfationi Partis II. ſcripti modo laudati inſerta*) *Theologus glorioſe de Eccleſia Hamburgenſi, imo catholica, meritus.*

Joh. Andr. Qvenſtedio (*in Carm. funebri*) *Theologum præluſtre decus.*

Joh. Erico Oſtermanno (*in Diſſ. de Conſultationibus veterum, §. 2.*) *Excellentiſſimus Hamburgenſium Theologus.*

Joh. And. Boſio (*in Exerc. ad periocham Joſephi de Chriſto p. 78.*) & Joh. Friſchmuhtio (*in Diſſ. de Meſſa confixo, ad Zach. XII. 10., c. 3. §. 20.*) *Clariſſimus Hamburgenſium Theologus.*

Acto-

(38.) Exceſſum hunc Noſtri ſubitum eleganter, nec ſine multis argutiis, deſcribit Chriſt. Weiſſius, *in Inſcrips. funebri, Lib. I. de Argutis Inſcriptionibus, c. 3., p. 214-217.*

Actorum orbis eruditi Lipſienſium collectoribus (*M. Mart. A. 1682., p. 63.*) *Theologus magni nominis.*

Ant. Reiſero (*in Memoria M. Gotfr. Geſii*) *Theologus de univerſa Chriſti Eccleſia, & orthodoxia Evangelico-Lutherana, contra qvoſvis Hæreticorum, Papæos nominatim, Calvinianos, Anabaptiſtas, Judæos, Qvakeros, & ipſos denique Atheos, calamo vindice, & ſemper victore ac triumphatore, defendenda, meritiſſimus.*

Joh. Fechtio (*in præfat. Annott. Philol.* Georg. Raphelii *in N. T*) *æternæ memoriæ Theologus.*

Aug. Pfeifferus (*in præfat. Prælectionum in Jonam*), Theologis lingvarum peritiſſimis, illum accenſet.

Mich. Kirſtenio (*in Progr. funebri*) *Theologus nominis maxime inclyti*, audit, *& excellentiſſimus, dux ſacræ militiæ ſtrenuus*, item

Ordinis Antiſtes ſacri, Müllerus, & ingens
Nomen, & Hamburgi non periturus honor.

Joh. Dan. Major (*in Euſebie exultante, paulo ante allegata*) eum, & Jac. Wellerum, vocat *illuſtriſſima Eccleſiæ veræ aſtra, Antiſtites puræ fidei, religionis orthodoxæ Fulcra, Theologorum ſoles, doctrina, vita, comitate, prudentia, longoqve rerum uſu, claros.*

Sam. Bened. Carpzovius (*in Or. funebri*) eum non ſolum appellat *Theologum maximum, deqve univerſa Chriſti Eccleſia immortaliter meritum, virum ſupra laudem, Palinurum Eccleſiæ, cujus vel unius prudentia, atqve dexteritate, vindicari a præſente naufragio poſſe videbatur, felicem æqve adverſariorum percuſſorem, ac ſuæ partis defenſorem, Theologum, qvem omnis miretur, ſi qva eſt futura, poſteritas, Theologi exemplum, Virum, cui nulla unqvam mors vitam adimet, nulla terminum ſtatuet dies, niſi qvæ & orbem vertet in cineres;* ſed hiſce etiam verbis, ut elogia alia taceam plurima, dotes illius extollit: *Ut abſolutiſſima, in Müllero, Theologi imago perficeretur, qvas non illi vires ingenii, & igneam qvaſi vim, qvam non verborum copiam, omniqve torrentius amne eloqvium, qvod robur animi, judiciumqve incredibile, non liberaliter, & ad invidiam, conceſſerat auctor omnis boni & artifex? - - Qvantus erat, cum calamo configendi hoſtes, vel congrediendum cum iis cominus? Qvorum neutrum fecit unqvam, qvin victor receſſerit. - - Plane talem ſe præſtabat, qvalem Epiſcopum eſſe Tarſenſis præco, Paulus, volebat, & æmulus per omnia erat Luthero, cujus ædes Witebergæ habitaverat. Cujus in ipſum tranſiiſſe ſi ſpiritum dixero, nihil nimium dixiſſe videbor ei, qvi Müllerum noverit. Sive zelum putes in defendenda veritate, & conſtantiam, ſive in convellendis erroribus vitiisqve fervorem reſpicias, ſive judicii penetrantiſſimam cogites vim atqve prudentiam, ſive facundiam deniqve, & flexanimam verborum ſvavitatem, nihil commune in Müllero erat, vulgare aut protritum nihil. - - Nemo illo, in exponendis fidei capitibus, illuſtrior, in ordinandis Eccleſiæ rebus prudentior, nemo ſanctior, aut pius magis.*

Wilh. Lyſerus Jun., JCtus Witeb. (*in Progr. ad Or. fun. Carpzovii invitatorio*), eum vocat *incomparabilem Hamburgenſium Antiſtitem, Theologorum maximum, vetuſtiſſimum ac conſummatiſſimum, communemqve omnium præceptorem*, ac aliis laudibus ornat hyperbolicis.

Theod. Daſſovio (*in Tr. de Reſurr. mort., ex Judæorum ſententia, p. 198.*) audit *Hamburgenſium illud qvondam lumen.*

Chriſt. Weiſio (*in duabus Inſcriptionibus funebribus, antea laudatis*) *Vir, cujus unico nomine omnis comprehenditur præſtantia, Theologus Hamburgenſium, fere per 50. annos, integro dignus ſeculo, Judæorum maſtix, Pontificiis peſtis, Calvini venenum, Anabaptiſtarum vindex, Orthodoxorum amor & deliciæ; qvi in ſeptentrione fuit, qvod Chryſoſtomus in oriente, Auguſtinus ad auſtrum, Ambroſius in occidente.*

Chriſtoph. Bulæo (*in Carm. funebri*).

Phoſphorus Hamburgi, decus & cynoſura ſophorum,
Ac Lutheranæ religionis honor.

Joh. Ben. Carpzovio juniori (*in Epicedio*):

- - - - Lumen ingens ſeculi,	*Palmisqve victor nobilis qvamplurimis,*
Heros ſacratis impiger phalangibus,	*Tremulæqve Tiphys atqve Palinurus ratis,*
Neſtor diſertus, Hector imperterritus	*Amor piorum & grande præſidium ſimul,*
Sacris in armis, terror atrox hoſtium,	*Vatum ſacrorum maximus.*

Joh. Frid. Mayero (*in Diſſ. de Lutheri conjuge, §. 7., p. 23.*) *Vir de univerſa Eccleſia ſumme meritus, & poſt cineres etiam venerandus.*

Andr. Carolo (*in Memorabb. Eccl. Sec. XVII., L. 4., c. 33., p. 845.*) *Vir laude digniſſimus*; it. (*L. 5. c. 40., p. 1044.*) *Vir ſcriptis utiliſſimis optime de Eccleſia Chriſtiana meritus*, it. (*L. 8. c. 15., p. 52. 53.*) *Vir multis nominibus poſteritati commendandus, & dux ſacræ militiæ ſtrenuus.*

Thomæ Crenio (*P. IV. Animadvv. hiſt. ac philol., c. 4., p. 185.*) *Theologus pro ſalute Eccleſiæ Hamburg. admodum vigilans, cuiqve neſcio, an urbs illa ſimilem unqvam in doctrina habuerit.*

D. Joh. Alb. Fabricius (*in Progr. fun., exeqviis Hier. Hartwigi Molleri, Conſulis Hamburg., A. 1702. conſecrato, p. 4.*) ita de illo: *Qvem fugit Joh. Mülleri, illuſtri laude Theologi, & rev. Miniſterii qvondam Senioris, zelus atqve eruditio?*

Georg. Henr. Götzio (*in Diſſ. de odio Pontificiorum in hymnos Lutheranos, §. 1., p. 6.*) *Theologus* audit *perpetua celebrandus memoria*, it. (in den *Miſcellanpredd. p. 435.*) Ein tapferer Theologus, it. (in der *Paſſions-Bibliothek p. 165.*) *Theologus valde accuratus.*

Joh. Henr. Conradus, *in Sileſia togata, p. 193.*, ita de illo:

Ante ſuo curſu retro meet Odera ad ortum,
Qvam famam taceat publica Fama tuam.

CENSURÆ.

D. Joh. Balth. Schuppio, uti in Biographia jam monuimus (in *Calendario*, qvod vocat, vernaculo (*.)) audit ein hochtrabender Phariſäiſcher Mückenſeiger, welcher vermeinet, daß er lux mundi ſey.

Alia qvamplurima, de illo, ac zelo ejus immoderato, judicia aſperiora, ac parum honorifica, paſſim, occurrunt, in ejusdem Schuppii ſcriptis contra Nectarium Butyrolambium ψευδώνυμον apologeticis, infra (ubi de libello ejus famoſo agetur) recenſendis, Georg. Haccii Ablehnung anderweitiger, und ihm angedichteter, Deutung einiger in ſeinen Schriften verhandener, Redarten, it. dem Berichte von denen, durch lautere Ungründe erhaltenen, Belehrungen des Hamburgiſchen Miniſterii, Chriſt. Hoburgii *Apologia Prætoriana*, oder Gründlicher Verthädigung des

(*.) *V. Opera Schuppii p. 580.*

des Spiegels der Mißbräuche beym heutigen Predigtampte, wieder die Warnung der Prediger zu Lübeck, Hamburg und Lüneburg (ed. A. 1653.), & Frid. Breclingii *Phariſaiſmo detecto & convicto* (ed. Amſt. A. 1664. *in 12.*), *cap. 5.* Nobis invectivas iſtas non vacat exſcribere.

M. Diet. Völſchii, Studioſi Hamburgenſis, monita, ovibus eum, ob negligentiam in variis muneris ſacri partibus, & elencho imprimis adverſus peccata epidemia publico, aliaqve vitia, d 15. Sept. A. 1663., privatim ac modeſte reprehendit, exhibet colloqvii hujus hiſtoria vernacula, in Gotfr. Arnoldi *Tomo IV.* der Kirchen-und Ketzer-Hiſtorie, *Sect. III.*, *num. 14.*, *p. 675-678.*, obvia.

Gerh. Croeſio (in der Qvacker-Hiſtorie, *L. 3. p. 718.*) Ein Prediger zu Hamb., der eben ſo gelehrt und berühmt nicht war, doch von ſich was hielte, und ſonſt von ziemlich beredter Zunge, aber dabey etwas unbedächtig und hitzig.

SCRIPTA EDITA.

א. LATINA.

α. PROPRIA.

Diſp. de Tempore, Præſide M. Paulo Roſſelio habita. Jenæ 1619. in 4.

Diſp. de S. Cœna, contra Calvinianos, Præſide Balth. Meiſnero, Th. D. ac PP., habita. Witeb. 1620. in 4. (Allegatur ab ipſo, *in Confeſſione de S. Cœna p. 4.*)

Diſp. politica de nobilibus qvibusdam thematibus practicis (furum ſc. ſuſpendio, juramento metu extorto, oſculatione manuum civili, uſuris, venationibus Principum, &c.) Witeb. 1622. in 4.

Στοιχειολογία; h. e. Elementorum, ratione ſui & mixti, phyſica contemplatio, in Acad. Witebergenſi, VIII. Diſputationibus propoſita. Witeb. 1622. in 4. (*teſte H. Wittenio.*)

Diſp. de Conjunctionibus magnis. Witeb. 1623. in 4.

Εὐδαιμονολογία; ſeu Diſpp. X. de ſummo bono practico. Witeb. 1624. in 4.: it. Ibid. (*teſtibus Catal. Nundinali ac Lipenio*) A. 1626. in 4.

Diſp. de Philoſophia Calviniana, circa articulum de Cœna Domini. Witeb. 1624. in 4. (Allegatur ab eo *in Confeſſ. de S. Cœna p. 6.*)

Diſp. inaug. de incarnationis Chriſti myſterio, Præſide Balth. Meiſnero, Th. D. ac PP., habita. Witeb. 1624. in 4. (Laudatur a Sam. Ben Carpzovio, *in Or. funebri, lit. D. 3. a.*)

Or. parentalis de vita & obitu Matthæi Bacmeiſteri, Phil. ac Med. D., & Phyſici Lüneburgenſis ordinarii, in ſplendido conſeſſu habita. Lüneb 1625. in 4.

Brevis Admonitio de Nicol. Janſenii ruditate, maledicentia, & mentiendi libidine, qvam in ſua Appendice, Prodromo Anti-Janſeniano oppoſita, nuper prodidit, neceſſariæ defenſionis ergo conſcripta, & Anti-Janſenio præmiſſa. Hamburgi 1632. in 4.

Anti-Janſenius; h. e.: Neceſſaria Reſponſio ad Defenſionem fidei catholicæ Romanæ Apoſtolicæ, qvam Nic. Janſenius Belga, Ord. Præd., & ſedis Apoſtolicæ Miſſionarius, anno ſuperiore edidit, & neceſſariæ Admonitioni, ad Eccleſiam Hamburgenſem, de Papiſmo fugiendo, oppoſuit. Præfixa eſt Epiſtola ad Fridericum, Ducem Holſatiæ, dedicatoria, veritatem hiſtoriæ de Johanna Papiſſa aſſerens. Hamburgi A. 1634. in 8. Recuſus eſt (ſi Catalogus nundinalis fidem meretur) ibid. A. 1649. in 8. Commendatur ab Henr. Höpfnero, Paulo Röbero & Eraſmo Schmidio, in præfixis elogiis metricis, ab Abr. autem Calovio (qvi *ſolide* Janſenium a Noſtro cenſet *refelli*) *in Iſag. ad SS. Theol.*, *Lib. 2.*, *p. 261.*, nec non a Th. Crenio (*egregium* eum vocante) *P. IV. Animadv. Philol. p. 185.* Controverſiæ huic cum Nic. Janſenio implicitus eſt Noſter, occaſione Admonitionis, de fugienda doctrina Pontificia, ad Eccleſiam Hamburgenſem, vernaculæ, A. 1630. editæ, & paulo poſt inter ſcripta recenſendæ Germanica. Qvia enim illa oppoſita erat fratri Nicolai, Dominico Janſenio, Ziriżæa Zeelando, Ord. Præd. Monacho, & ſedis Apoſtolicæ Miſſionario, incrementa Relig. Pontificiæ in civitate promovere conato Hamburgenſi, ſed, Presbyterii impulſu, A. 1634. urbe ejecto, Nicolaus, ejusd. Ord. Cœnobita, Th. Lic., & Miſſionarius itidem in Daniam & Cimbriam Apoſtolicus, *A.* 1631. (qvo cœtui Catholicorum Fridericopolitano, in Cherſoneſo noſtra, præerat), fratris, adverſus eam, patrocinium ſuſcepit, edita Antwerpiæ *in 8.*, & Congregationi de fide propaganda Romanæ inſcripta, *Defenſione fidei catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ, contra Johannis Mülleri, Prædicantis Lutherani Hamburgenſis, Admonitionem neceſſariam.* Reſponſum eſt ei a Müllero A. 1632., in Prodromo Anti-Janſenii vernaculo, paulo poſt inter ſcripta memorando Germanica, isqve, cum adverſarius peculiari illum vellicaſſet Appendice, eod. A., in Admonitione, paulo ante laudata, ſermone latino, vindicatus. Plenum tandem totius Defenſionis Janſenianæ examen A. 1634. exhibuit, *in Anti Janſenio;* cui frater Dominici & Nicolai, Corn. Janſenius, Ord. Præd., & Theol. Lector Bononienſis, *Replicam* qvidem oppoſuit, ſed nunqvam editam, ac cum Autore ſuo, dum Romam e Batavia A. 1636. navigaret, a fluctibus marinis, teſte Val. Andr. Deſſelio (*in Biblioth. Belg. p. 689.*) abſorptam. Conferri de hac controverſia, ac ſcriptis in illa ἀμοιβαίοις, poteſt Adr. Baileti Tr. Gallicus *des Satyres perſonelles*, *Tomo I.*, *p. 185-189.*

Carmen prolixum, Eraſmi Schmidii, ſoceri ſui, Verſioni ac Notis in N. T., Norібergæ A. 1658. in fol. excuſis, præfixum.

Meletemata philoſophica de Cœleſtibus & de anima rationali, a Mich. Kirſtenio (*in Progr. fun.*) laudata.

Duæ Epiſtolæ ad Joh. Buxtorfium Jun., de Is. Abarbenelis Comm. in Danielem, aliisqve ſcriptis Judaicis, A. 1641. & 1642 exaratæ, qvas Joh. Buxtorfius IV., in Appendice epiſtolica *Catalectorum* ſuorum *Philologico-Theologicorum*, Baſileæ A. 1707. *in 8.* editorum, *num. 35. & 36.*, *p. 441-444.*, publicavit.

Epiſtola brevis ad Caſp. Er. Brochmannum, Theol. Hafn., d. 6. Sept. A. 1647. ſcripta, edita in V. E. Löſcheri Unſchuld. Nachrichten, *Sect. V. A. 1709.*, *p. 277. 278.*

β. ALIENUM.

Hieronymi a S. Fide Libellus contra perfidiam & Thalmud Judæorum. Hujus editionem ἀνώνυμον, Hamburgi, ſine anni mentione, *in 8.* excuſam, ei tribuere, cum Joh. Gotfr. Oleario (*in Abaco Patrol. p. 211.*) non dubito, cum videam, ab ipſo *in Judaiſmo* (*p. 37.*), eſſe promiſſam.

ב. GERMANICA.

Leich-Predigt über Jungf. Catharina von Meding, auß dem texte Matth. XXV., von den 10. Jungfrauen. Lüneburgi 1625. in 4.

Buß-Predigt von der Peſtilentz, auß Ezech. VI. n. 12. Lüneb. 1625. in 4.

Valet-

Valet-Predigt zu Lüneburg, aus Luc. V. 1-12., und Anzugs-Predigt, zu Hamburg, auß Rom. X. 13-16., gehalten. Lüneb. 1626. in 4. Hamb. 1628 in 4.

Grüne Aue der Schäflein Chriſti; oder Außlegung des XXIII. Pſalms, in VII. Predigten, mit Gebetlein. Hamb. 1627. in 12.

Predigt vom hochwürdigen Abendmahle unſers HErren JEſu Chriſti, aus Matth. XXVI. 26 30., am Grünen Donnerſtage, gehalten. Hamb 1627. in 4.

Antwort auf die Frage: Ob jemand, ſonderlich die Layen, ohne Chriſti Erkäntniß, im A. Teſt. ſelig worden ſey? Hamb. 1628. in 4. V. de illa die Fortgeſetzte Samlung von Theol. Sachen, *Sect. 3., A. 1721., p. 396. 397. 398.*

VIII. Predigten über den VIII. Pſalm Davids, mit angeheugtem Gebethlein, und einer Vorrede: Obs zu dieſer Zeit rahtſam ſey, wieder das Pabſtuhm reden und predigen? Hamb. 1628. in 12.

Die Augſpurgiſche Confeſſion, aus H. Göttl. Schrift erkläret, mit nohtwendiger Verthädigung wieder das Pabſtumb, und andere Irrthümer, wie auch angehengter Hiſtorie derſelben und andern Beylagen, ſo meiſten Theil aus Lutheri Schriften ſind genommen. Hamb. 1630. in 4. (Catalogi nundinales, ac Lipenius recuſam eſſe tradunt ibidem A. 1636. 1645. 1650., ſed falſo, uti arbitror.)

Nohtwendige Vermahnung, an die Chriſtl. Gemeine zu Hamburg von wegen der irrigen und verführiſchen Lehre des Pabſtums, welche daſelbſt auſzubreiten ſich unterſtehet Dominicus Janſenius, ein Päbſtlicher Meß-Prediger, und Dominicaner Mönch. Hamb 1630. in 12., ibid. 1577. in 12., it. (Mit einer neuen Vorrede wieder aufgelegt, und des Jeſuiten Georgii Heidelbergern ſeinem Anti-Lani entgegengeſetzt) Merſeburg 1677. in 12. Recuſa etiam eſt, cum nova præfatione D. Joh Theod. Heinſoni, Paſt. Petrini Hamburgenſis, Hamburgi A. 1717. in 12. Scripti hujus tripartiti (cujus Pars I. cauſas vitandæ doctrinæ Pontificiæ, IIda cauſas non deſerendæ religionis Lutheranæ, IIItia ſolutiones objectionum a Janſenio, aliisqve Monachis, adverſus hanc prolatarum, exhibet) hiſtoriam, ac Defenſionis, a Nic. Janſenio ei oppoſitæ, librorumqve polemico-apologeticorum, pro eodem, a Müllero, adverſario huic repoſitorum, paulo ante, in Catalogo ſcriptorum Noſtri latinorum (cum de *Anti-Janſenio* ageremus), propoſuimus.

Chriſtl. Predigt über das Evangelium am Sontage Exaudi, auf Befehl, und in Gegenwart, Guſtavi Adolphi, Königes in Schweden. zu Spandau gehalten. Hamburgi 1631. in 4.

Gründliche Beantwortung und Wiederlegung der Einwürfe, mit welchen die Papiſten die Lutheriſche Kirche verdächtig machen, und die Leute zum Abfall vom wahren Evangeliſchen Glauben bereden wollen, kürtzlich und ordentlich verfaſſet. Hamburgi 1631. in 12. Recuſa, cum Anonymi Päbſtiſchem Irrliechte, darinn aus GOttes Worte erwieſen wird, daß des Jeſuiten Jacobi des Hayes Büchlein, Licht der Welt genandt, ein ſchädliches Irrlicht ſey. Hamb. 1673. in 8. Refutantur in hoc ſcripto Mülleriano omnes fere Pontificiorum contra Eccleſiam Lutheranam objectiones, ſolis iis, qvæ Lutheri perſonam concernunt, exceptis, & *Luthero defenſo* reſervatis. Appendix Anti-Hayeſiana examinat *Reſponſum* vernaculum *breve ac categoricum* Hayeſii, qvod is Studioſi cujusdam Hamburgenſis ſcripto (Kurtzem Berichte), contra ſuam *Mundi Lucem*, criminationes illius, contra doctrinam Lutheranam, dudum in Mülleri libris falſi eſſe convictas, jactanti, oppoſuerat, inqve iſto, Müllerum accuſationibus Pontificiorum, adverſus Lutheranos, ſolide haud reſpondiſſe, contenderat. Refutata autem iterum eſſe videtur ab Hayeſio, in libello vernaculo, Coloniæ A. 1678 in 12. (*teſte Catal. nundinali*) edito: Verthädigtes Licht der Welt, wieder Joh. Müllerum. Conf. *Partem II. Cimbriæ* hujus *Literatæ*, ſub Hayeſii nomine.

Prodromus Anti-Janſenii; oder kurtzer Bericht von der Lateiniſchen Schrift (*Defenſione fidei catholicæ*), ſo Nicol. Janſenius, ein Dominicaner, zu Antwerpen, wieder ſeine Vermahnung an die Gemeine zu Hamburg, hat ausgehen laſſen, der nachfolgenden ausführlichen Antwort præmittirt. Hamb. 1632. in 12.

Lutherus defenſus; das iſt: Gründliche Wiederlegung deſſen, was die Päbſtler D. Mart. Lutheri Perſon vorwerfen, von ſeinen Eltern, Geburt, Beruf, Ordination, Doctorat, Eheſtand, Unzucht, Meineid, Gotteslaſterung, Ketzerey, Hoffart, Saufen, Unfläterey, Unbeſtändigkeit, Aufruhr, Lügen, Gemeinſchaft mit dem Teufel, Verfälſchung der Schrift, Todt, Begräbniß, und was ſonſten ſeinen Schriften, Wercke, Sitten, und Reden betrift; kürtzlich und ordentlich verfaſſet, und dem Hamburgiſchen Miniſterio zugeeignet. Hamb 1635. in 12., Arnſtadii 1648. in 12., Hamb. 1658. in 8., Cellæ 1558. in 8., & tandem (una cum adjecta Defenſione Lutheri defenſi) Francof. 1684. & 1706. in 8. Belgice ab Anonymo translatus Amſtelodami A. 1652. *in 12.* prodiit. In Epiſt. ad Miniſtros Hamburgenſis Eccleſiæ dedicatoria, Catalogum illorum, a Reformationis tempore, exhibet. In libro ipſo, occaſione controverſiæ cum Nicol. Janſenio ſcripto, concinnando, adjutum ſe eſſe agnoſcit, tum ab Auguſto, Duce Brunſvicenſi, qvi ſcripta Pontificiorum, ex Bibliotheca ſua Gvelpherbytana, ei ſuppeditavit, tum a D. Nicol. Hunnio, qvem ſubinde de dubiis qvibusdam conſuluit. Commendatur hæc Mülleri pro Luthero apologia (qvalem Balth. Meiſnerus, *in Piis deſideriis p. 52. 53.*, conſcribi jam olim optavit) paſſim, a ſcriptoribus contra Pontificios Lutheranis, Paulo ſc. Röbero *in Diſſ. de emendat. Eccl. Evang. p. 14.*, Joh. Micrælio *Lib. 3. Syntagm. Hiſt. Eccl. p. 512. edit. tertiæ*, Nic. Hunnio *in præfat. Pellis ovinæ Eccleſiæ Romanæ detractæ*, Joh. Ben. Carpzovio ſen. *in Iſagoge ad libb. Eccl. Luth. ſymbolicos p. 593.*, Joh. Ad. Scherzero *in Programmatis p. 128. 129.*, it. in dem wolverdienten Capittel Joh. Schefflers *p. 18.*, Chriſt Kortholto in *Anti-Frommio p. 124.*, & *in Apologia Valeriani M. Confeſſoris contra Capuccinum p. 12.*, Joh Seb. Mitternachtio *in Tr. de putidiſſimis Papæorum fabulis p. 154.*, *& in Colloqvio de Religione vernaculo, ſub Jocoſi Severi Medii larva edito, lit. B. 4. b.*, Val. Alberti im Gutachten von den Schriften Florim. Ræmundi *p. 16*, Joh. Gotfr. Oleario *in ſcrinio antiqvario p. 216.*, Joh. Frid. Mayero *in Vindiciis Lutheri Apocalyptici p. 164. 167. 197. 203.*, it. in dem an Päbſtl. Oerter reiſenden Lutheraner *p. 23. 385.*, Sam. Bened. Carpzovio *in Or. funebri Mülleriana, lit. A. 2. b.* ubi Noſtro *primas inter Lutheri hyperaſpiſtas, deberi* judicat) & *E. 1. b.*, Pet. Bælio, *T. II. Dictionarii Hiſt. & Critici, P. I, p. 446.*, Andr Carolo *in Memorabb. Eccl. Sec. XVII., L. 4., c. 33., p. 845.*, & G. H. Götzio *in Specim. Biblioth. Lutheranæ p. 15. 16.*, ac *in Diſſ. de odio Pontificiorum in hymnos Luth., §. 1., p. 6.* Pluresalios, ob ingentem illorum numerum, taceo. Ex Pontificiis, Carolus a Creützen, Nobilis Miſnicus, Apoſtata, & Jeſuita Gedanenſis d. 30. Sept., A. 1660, æt. 53. defunctus (*)), ei oppoſuit den Unverthädigten Luther, wieder den verthädigten Luther Joh. Mülleri, librum, Braunsbergæ Boruſſorum A. 1655. *in 8.* excuſum, ſed refutatus viciſſim eſt a Noſtro, in Defenſione Lutheri defenſi vernacula, A. 1659. edita, ac ſuo poſtea loco memoranda.

Nohtwendige Verthädigung des Ausführlichen, durch das Miniſterium zu Lübeck, Hamburg und Lüneburg, A. 1634, ausgegebenen, Berichts von der Neuen Propheten (ſo ſich Erleuchtete, Gottesgelahrte und Theoſophos nennen) Religion, Lehre und Glauben, wieder Nicolaum Teting, Huſenſem, welcher, in ſeiner vermeinten wolbewehrten

(*) V. Nathan. Sothwelli *Biblioth. Jeſuiticam p. 129. 130.*

Verantwortung, ſo er demſelben A. 1635. entgegen geſetzet, ihn in etlichen wenig Puncten angetaſtet, die längſt beantwortete Dinge wiederholet, und allerhand Schwenckfeldiſche, Wiedertäuferiſche und Weigelianiſche Irrthümer, dawieder ausgeſtreuet; mit Approbation des Miniſterii zu Lübeck, Hamburg und Lüneburg, kürtzlich verfaſſet. Es iſt hiebey gefüget (*p. 151-186.*) D. Joh. Gerhardi, Jeniſchen Theologi, Bedencken, ob ein Chriſte mit gutem Gewiſſen Jährliche Rent-Gelder nehmen könne? Hamb. 1636. in 4. Plura de hoc libro, uti & ſcripto Presbyterii Tripolitani, Nic. Hunnium agnoſcente Autorem, cui patrocinatur, ac Tetingiano, huic A. 1635. oppoſito, qvod impugnat, in elogiis Nic. Hunnii & Nic. Tetingii, ſunt monita, & iſtic poſſunt relegi. Confer *Iſagogen* meam *ad Hiſt. Cimbr.*, *P. II.*, *c. 6.*, §. *4.*, *p. 140. 141.* Commendatur a Joh. Hülſemanno im Calixtiniſchen Gewiſſens-Wurm *c. 8.*, *p. 1118.*, Joh. Henr. Ottio *in Annalibus Anabaptiſticis*, *p. 262.*, Sam. Pomario in præfat. Partis I. der Schutz-Schrift wieder den Gutmanniſchen Offenbahrungs-Patron, & ipſo Müllero *in præfat.* des Quäcker-Greuels.

Menſchlich Geticht von Verſtoßung des gröſten Theils der Menſchen zur ewigen Verdamniß, ohne Anſehung des Unglaubens, auß bloſſem Rahtſchluße Gottes; am Pfingſtmontage, in einer Predigt über Joh. III. 16., examiniret. Hamb. 1637. in 4.

Chriſtl. Einweihungs-Predigt des neuen, in S. Peters-Kirche zu Hamburg wolerbauten, Tauffſteins, auß Matth. III. 13-17., d. 22. Jan. gehalten. Hamb. 1639. in 4.

Anabaptiſmus; das iſt: Wiedertäufer Irrthume, wie dieſelbige, in der Menniſten ihrer, zu Horn gedruckten, Glaubensbekäntniß, ſind an den Tag gegeben, und zur Verführung einfältiger Chriſten außgeſtreuet worden, auß Gottes Worte wiederleget. Hamb. 1644. in 8. ibid. 1669. in 8., Lubecæ 1695. in 8. Laudatur a J. Henr. Ottio *in Annalibus Anabaptiſticis p. 316.*, Abr. Calovio *Lib. II. Iſag. ad SS. Theol. p. 288.*, Ant. Reiſero *in Diſſ. de Antitheiſmo p. 231.*, ac ipſo Müllero *in Præfat.* des Quäckergreuels. Hiſtoricas illius de Anabaptiſmo relationes, unacum Jod. Edzardi de eodem narrationibus (in der Nohtwehr der Kindertauffe), paſſim refutat Jac. Mehrningius, Holſatus, Anabaptiſta; *in Hiſtoria baptiſmi* Germanica (der H. Tauf-Hiſtorie) Tremoniæ A. 1647. in 4. edita, juſtumqve etiam argumentorum utriusqve contra Anabaptiſtas dogmaticorum examen, alio tempore, a ſe publicatum iri, *in Præfat.* pollicetur.

Judaiſmus ex Rabbinorum ſcriptis detectus, & verbi divini oraculis refutatus; oder Judenthum; das iſt: Außführlicher und Gründlicher Bericht, von des Jüdiſchen Volckes Unglauben, Blindheit und Verſtockung, darinn ſie wieder die Prophetiſche Weißagungen, von der Zukunft, Perſon und Ampte des Meſſiæ, inſonderheit wieder des Herrn JEſu wahre Gottheit, Geburt von einer Jungfrauen, Geſchlecht und Geſchlechtregiſter, Lehre, Wunderwercke, Weißagung, Leben, Leiden, imgleichen wieder die H. Dreyfaltigkeit und das neue Teſtament, mit groſſem Ernſte und Eifer ſtreiten; auß der Rabbinen eigenen Schriften, und mündlichem Geſpräche der Juden entdecket, und mit Gründen der H. Göttl. Schrift wiederleget: Samt einem fünffachen Regiſter, und Zuſchrift an Chriſt. IV., König in Dännemarck, von der Bekehrung der Juden. Hamb. 1644. in 4. Nova Editio Hamburgi A. 1707. prodiit, juxta *Catal. nund. A. 1707. vern. p. 54.* Opus hoc (qvod ſub Rabbiniſmi titulo a multis video allegari) in duas diviſum eſt partes; qvarum prior, tres continens libros, dogmata inter Judæos & Chriſtianos controverſa pertractat, libroqve Imo de Meſſia, IIdo de Trinitate, & IIItio de N. T. libris, commentatur. Poſterior de qvæſtionibus agit practicis, ſive caſibus conſcientiæ, Judæorum gentem ſpectantibus, ſed inter Chriſtianos ipſos controverſis. Utriqve præfixa ſunt Prolegomena de libris V. T., Danielis autoritate, Targumim, Thalmude, Rabbinis, Maſora, & argumentis aliis cognatis. In Epiſtola ad Chriſt IV., R. Daniæ, dedicatoria, multa ſe, ad operis hujus elaborationem, utilia, fatetur hauſiſſe ex MStis Judæorum, qvorum numerum nactus ſit haud exiguum, arcanioribus, multa ex converſatione cum Judæis ac Rabbinis, Hamburgi degentibus, tum Germanis (qvos tantum non ſtupidos eſſe cenſet), tum inprimis Hiſpanis, nec pauca ex commercio, cum celebrioribus Germaniæ Theologis ac Philologis academicis, literario didiciſſe. Joh. Henr. Hottingerus, *in Biblioth. Quadripart.*, *P. IV.*, *c. 3.*, *p. 405.*, ita de illo: *Noſtra ætate præclaram, contra Judæos, navavit operam, Joh. Müllerus, in ſuo Rabbiniſmo; qvi certe liber latina pridem edi debuiſſet lingva, ut iis etiam, qvi Germanica non intelligunt, legi potuiſſet.* Et iterum *ibid p. 407.: Contra Judæos ſolidiſſimus eſt Müllerus.* Idem, *in Theſ. philol.*, *L. 1.*, *c. 1.*, *Sect. 6.*, *p. 49.*, ita *Joh. Müllerus Rabbiniſmo ſuo, verbi cumprimis Miniſtris utiliſſimo, compendio, qvicqvid ad Judæorum blaſphemias retundendas facit, exhibet.* Ibid. *L. 2.*, *c. 1.*, *Sect. 5.*, *p. 512.*, commendat *doctiſſimas* operis hujus *pro N. T. integritate & autoritate vindicias.* Huic ὁμόψηφος, Joh. Fechtius (*in Diſſ. de Eccleſia Judaica p. 5.*), *Müllerum & Joh. Hoornbeckium, præaliis, noviſſime, in Elencho Theologiæ Judaicæ, feliciter*, cenſet, *fuiſſe verſatos.* Joh. And. Boſio (*in Exerc. ad periocham Joſephi. de Chriſto p. 78.*) *Judaiſmus* hic *opus* audit *egregium*, Abr. Calovio (*Lib. 2. Iſag. Theol. p. 303.*) *Liber eximie elaboratus*, Actorum orbis eruditi Lipſienſium collectoribus (*M. Mart. A. 1682.*, *p. 63.*) *Liber optimus*; Sam. Ben. Carpzovio (*in Or. fun. lit. E 2. b.*) *Opus aureum ac ingens, Eruditione ſacra refertum, & curioſiori indagine Jeſum, in V. Codice, ubiqve venans.* Commendatur etiam a Joh. Hoornbeckio (falſo autorem Dantiſcanum fuiſſe Theologum, perſvaſo *p. 96.*) *L. 3. de convinc. & convert. Jud*, *c. 1.*, *p. 238.*, Paulo Röbero (*in Carm. præfixo*), Joh. Conr. Danhauero (*in Hodoſophia Chriſtiana p. m. 827.*), Joh. Henr. Urſino (im Bericht von Unterſcheid der Religionen *p. 24.*), Joh. Ad. Scherzero (*in Breviculo Theol. p. 58.*), Joh. Andr. Boſio (*in Diſſ. de ſtatu anni 1601. Europæo, Introductioni in notitiam Rerumpp. adjecta*, *p. 291.*), J. C. Wagenſeilio *in Præf. ad R. Iſaaci Munimen fidei* (*in Telis Igneis Satanæ*), And. Carolo (*in Memorabb. Eccl. Sec. XVII.*, *L. 5. c. 40.*, *p. 1044.*), Joh: Erico Oſtermanno (cui *Liber* audit *egregius*, *univerſos Judæorum errores erudite ac ſolide confutans*) *in Diſſ. de conſultationibus veterum* §. *2.*, J. Fabricio *P. IV. Hiſt. Eccl. bibl. Fabric. p. 395. 396.*, Mart. Dieſenbachio, *in Judæo convertendo*, A. 1696. edito, §. *7.*, *p. 37. 38. 39.*, nec non a Thoma Crenio *in Præfat.* in Chriſtoph. Helvicii *Elenchos Judaicos*, a ſe A. 1702. denuo editos ac Joh. Buxtorfio IV. (*opus plane eximium vocante*) *in Append. Catalectorum Theol. & Philol. p. 442.* Iniqvior in eum eſt Joh. Hornbeckius (qvi, *in Proleg. Tr. de convincendis & convertendis Judæis*, §. *5.*, *p. 10.*) *ſpiſſum volumen* contemptim illum vocat, teſte M. Dan. Franco, Weidenſi, *in Tr. de Indicibus prohibitoriis & expurgatoriis*, Lipſiæ A. 1684. edito, *p. 193.* Idem tamen, *L. 3.*, *c. 1.*, *p. 238.*, *qvæ contra doctrinam, prophetias, miracula, aliaqve Chriſti, a Judæis nonnullis objiciuntur, egregie* a Müllero cenſet *eſſe confutata.*

Kurtze, nothwendige, in GOttes Worte wolgegründete, Warnung für dem gotteslaſterlichen, ärgerlichen Schandbuche, welches, unter dem Nahmen Eliæ Prætorii, Evangeliſchen Predigers in Liefland, von den Misbrauchen beym Predigampte, im heutigen Chriſtenthume, herausgekommen, geſtellet durch das Predigampt der chriſtlichen Gemeine zu Hamburg, Lübeck and Lüneburg. Hamburg. 1645. in 8. Scriptum hoc, Chriſtiani Hoburgii Lüneburgenſis (qvi ſub Eliæ Prætorii ψευδωνύμῳ larva deliteſcit) Speculo abuſuum Miniſterii Evangelici vernaculo, Hamburgi

burgi in ædibus Baronis a Kniphauſen, copiarum urbis militarium Præfecti (cujus informabat liberos), ſcripto, ibidemqve, & in vicinis Saxoniæ inferioris urbibus Vandalicis, cum A.1644 in 8., ſine loci mentione, prodiiſſet, ſparſo, oppoſitum, Presbyterio qvidem Tripolitano univerſo, in titulo attribuitur, ſed a Müllero tamen eſt conſcriptum, uti Hoburgius in Apologia Prætoriana (*p. 1. 15. 21. ac alibi*), Sam. Ben. Carpzovius (*in Or. fun., ipſi habita*), aliiqve, teſtantur. Diviſum eſt in tres partes, qvarum prima Titulum ac præfationem Speculi Prætoriani examinat, IIda de abuſibus, ordini Lutheranorum eccleſiaſtico, in illo, objectis, diſſerit, IIIia autem abuſus viciſſim varios ipſi Prætorio, ejusqve libro, exprobrat. Non refutat adverſarium κατὰ πόδα, ſed abuſuum, ab eo notatorum, qvoſdam, hinc inde excerptos, Apologetice diſcutit, cœteros autem pede ſicco præterit, nec minori, qvam ille, ſtyli vehementia & acerbitate utitur. Repoſuit illi Hoburgius A. 1653. *Apologiam Prætorianam* (typis Belgicis, in 8., ſine loci mentione, impreſſam), oder Gründliche Verthädigung des Spiegels der Mißbräuche beym heutigen Predigampte, wieder die Lutherſche Prediger in Lübeck, Hamburg und Lüneburg, darinnen derſelben gedruckte Warnung, von Wort zu Worte, ordentlich und gründlich wiederleget, auch ihre crimina falſi, in Verfalſchung der Allegaten, und Verkehrung und Zerſtümlung der Worte, fein deutſch vor Augen geſtellet werden; ihnen zur nohtdürſtigen Ueberweiſung ihrer Verführung, Heucheley und Falſchheit, und redlichen Beantwortung, vorgehalten von El. Prætorio. Ex titulo hoc ſatis patet, qvid ipſa Apologia, Müllerum & Collegas ſatis παῤῥησιαστικῶς ac duriter perſtringens, in ſcripto Mülleriano paſſim deſideret: Reſponſum eſt ei denuo a Müllero A. 1656., in der Prüfung des Geiſtes Eliæ Prætorii, libro, ſub publico itidem Presbyterii Tripolitani nomine excuſo, & antagoniſtam, κατὰ πόδα, uti poſtulaverat, in refutatione ſcripti ejus ſecuto, cujus inſcriptionem, non minus, atqve liber ipſe, amarulentam, ſuo, paulo poſt loco, recitabimus. Commendantur ſcripta hæc duo Anti-Prætoriana (qvorum prolixiorem dedimus hiſtoriam, tum in Hoburgii biographia, ac ſcriptorum catalogo, tum in *Iſagoges ad Hiſt. Cimbr. P. II, c. 6., §. 6., p. 144-151.*) ab ipſo Müllero in *præfat.* des Qväckergreuels, & Sam. Pomario *in præfat. Partis I.* der Schutzſchrift wieder den Gutmanniſchen Offenbahrungs-Patron.

Abſolutum Decretum; das iſt: Bloſſer Rahtſchluß GOttes, aus welchem er den gröſten Theil der Menſchen, ohne Anſehen des Unglaubens und Sünde, zur ewigen Verdammniß verſtoſſen, die andern aber, ohne Anſehung des Glaubens an Chriſtum, zum ewigen Leben erwehlet, nach der Lehre des Dordrechtſchen Synodi, aus H. Schrift, geprüfet und wiederleget: Nebſt einer Vorrede vom Kirchenfrieden der Lutherſchen und Calviniſchen, woran ſich derſelbe ſtoſſe, und ob ihm ferner zu helfen. Hamb. 1649. in 8. (Wittenius, & Catalogi qvidam, addunt aliam editionem ibid A. 1652. in 8. publicatam, ſed mihi non viſam). Hamb. 1695. in 8. *Scriptum ſucculentiſſimum* audit Caſp. Löſchero *in Obice Syncretiſmi Calvinianorum p. 5., Liber egregius* eidem *p. 139., Libellus aureus* Joh. Oleario Sen, *in Continuatione Iſagoges ad libb. ſymbol. Carpzovianæ p. 1623.* (ubi etiam *p. 1418 1612. 1676. 1682. 1617* commendatur.) Commendatur qvoqve a Georg. Henr. Götzio in den Miſcellanpredd *p. 435.* Ex præfatione Matth. Bugæus, Superint. Stendal., aliiqve, occaſionem arripuerunt, de animo ejus in Reformatos æqviori rumorem ſpargendi vaniſſimum, ab ipſo A. 1666., *in Confeſſ de S. Cœna*, refutatum, uti in biographia prolixius a nobis eſt narratum. Librum ipſum, ex Reformatis, impugnavit Roelofius Iſaaci, in ſcripto Belgico, Amſtelodami A. 1659. *in 8.* excuſo: Antwort vor de Synode tho Dordrecht, op het Leughen- ende Laeſterboek Joh. Mülleri, in welckem he deſelve falſchlick beſchüldigt, dat ſe ſoude lehren, dat GOtt het grootſte Deel der Menſchen, ſonder Anſien der Sünde, ter ewigen Verdamniß verſtooten heft. Van welke Leughen he werd overtüget, dat Mart. Luther heft geleert, dat GOtt die verdoemt, die het niet verdient hebben, &c. Contra hunc, Mülleri ſcripto patrocinatur *Anonymi Amatoris veritatis Evangelicæ* Rechtmäßige Gegenſchrift auf das dritte Lügen- und Laſterbuch, von Roelof Iſaacs ausgegeben, unter dem Nahmen einer Antwort, vor die Synodus von Dordrecht, auf das Lügen- und Läſter-Buch Joh. Mülleri, &c., Schediaſma duorum qvaternionum, qvod, ex lingva (qva initio eſt editum) Belgica, in Germanicam, transfuſum, prodiit A. 1659. in 4.

Aurora miſericordiæ divinæ; Schöne Morgenröhte der Güte und Barmhertzigkeit GOttes, aus den Klagl. Jerem., c. 3., v. 22 23. 24, in einer Predigt erkläret. Hamb. A. 1651. in 12.

VII. Hamburgiſche Schulpredigten, von Auferziehung der Jugend in chriſtlichen Schulen, wie dieſelbe recht anzuſtellen, und zu verbeſſern hochnöhtig: in offentlicher Verſamlung, aus Proverb. III. 13. & ſeqq., vorgetragen, nachmahls vermehret, und, auf Begehren, in den Druck gegeben. Hamb. 1651. in 8.

Prüfung des Geiſtes Eliæ Prætorii; das iſt: Gründliche Wiederlegung der Weigelianiſchen, Schwenckfeldiſchen, Wiedertäuferſchen, Enthuſiaſtiſchen, Neu-Prophetiſchen, Schwärmeriſchen und gefährlichen Irrthümer, welche, in dem giftigen famos libell, Apologia Prætoriana genandt, unter den ehrenrührigen Worten, etwan verdeckt liegen; darinn gründlich erwieſen wird, daß El. Prætorius, auf die wieder ſeinen Spiegel hiebevor ausgegebene Warnung, nichts gründliches habe antworten können: Mit conſens und approbation des Miniſterii zu Lübeck, Hamburg und Lüneburg, kürtzlich verfertiget, durch etliche Prediger des H. Evangelii. Hamb. 1656. in 8. Hiſtoria ejus paulo ante a nobis eſt propoſita, cum de ſcripto Anti-Prætoriano priori (der Warnung), qvod in hoc contra *Apologiam Prætorianam*, A. 1653. editam, vindicatur, ageremus

Defenſio Lutheri defenſi; das iſt: Wolverthädigter Luther, entgegen geſetzet dem Unverthädigten Luther des Preußiſchen Jeſuiten, P. Caroli von Kreutzen, darinn die Einwürfe der Jeſuiten gründlich beantwortet, und beſtändiglich erwieſen wird, daß Lutherus kein Teufels-Sohn, kein Sodomite, Unmenſch, Zigeuner, Gotteslſterer, noch Aufrührer geweſen, ſich auch nicht erhencket habe. Hamb 1659. in 8., & (cum Luth. defenſo) Francof. 1684. ac 1706. in 8. Relegi heic poſſunt, qvæ, de Defenſione hac, paulo ante, in *Lutheri Defenſi recenſu hiſtorico*, diximus. Commendatur illa a Joh. Ad. Scherzero, im Wolverdienten Capittel P. Joh. Scheflers, *p. 18.*

Uhrſachen, warumb das Päbſtiſche Meßopfer, in den Kirchen Augſpurgiſcher Confeſſion, verworfen wird; Nebſt Wiederlegung der Bäpſtiſchen Einwürfe, und hinbeygefügtem Buche D. Mart. Lutheri vom Greuel der Stillmeſſe. Hamb. 1661. in 12.

Qväckergreuel; das iſt: Aufrühriſche, abſcheuliche, verdammliche Irrthümer der neuen Schwärmer, welche Qväcker genennet werden, wie ſie dieſelbe in ihren Chartecken, *Allarm*, Standarte, Panier, Königreich, Eckſtein, &c., und ſonſt ſchriftlich und mündlich, mit groſſem Aergerniß, ausgebreitet, auf Anordnung des Rahts zu Hamburg, kürtzlich verfaſſet, gründlich wiederleget und ausgegeben, durch etliche hiezu verordnete des Miniſterii daſelbſten; Mit einem vierfachen Regiſter. Hamb. 1661. in 8. Recuſum eſt hoc ſcriptum *in Anabaptiſtarum & Enthuſiaſtarum Pantheo*, ſive Tractatuum adverſus eos Germanicorum volumine, A. 1702. in fol edito, *P. II., Lib. I.* V. Anonymi Monathlichen Auszug aus allerhand Büchern, *M. Majo A. 1702., p. 14. 15.* De turbis, qvas Henr. Dehnius, Corn. Roelofs, Pet. Herwici, aliiqve Qvakeri Hamburgenſes, a Magiſtratu in vincula conjecti,

excitarunt, qvæve libro huic, Senatus juſſu conſcribendo, præbuerunt occaſionem, præter præfationem illius, conſuli poteſt M. Hieron. Paſmanni Hamburgiſches Denckmahl *p. 82. 83.* Autorum ſectæ hujus, qvi in illo refutantur, Catalogus eidem eſt præmiſſus. Deberi eum Müllero, Sam. Ben. Carpzovius (*in Or. funebri, ipſi habita*) teſtatur. Commendatur tanqvam *egregius*, a D. Joh. Oleario Sen, *in Continuatione Iſagoges ad libb. ſymbol. Carpzovianæ p. 1370.*, & *in Methodo ſtudii Theol. p. 133.* *Labor contra Fanaticos hos inſignis* vocatur a Joh. Joach. Zentgrafio, PP. Argent., *in Colluvie Qvakerorum, p. 13.*, *Scriptum tam pium, qvam ſolidum*, ab Andr. Carolo *in Memorabb. Eccl Sec. XVII., T. II., L. 7., c. 4., p. 239.* Impugnarunt illum, e Qvakeris: Georg. Fox, cujus exſtat ſcriptum Anglicum, in lingvam Germanicam translatum, & hac Amſtelodami A. 1679., in 4., ſub ſeqventi editum titulo: Beſchirmung der Wahrheit, oder eine Antwort auf ein neidiſches und ſchandliches Buch, genandt der Qväckergreuel, welches das Hamb. Miniſterium hat ausgehen laſſen, worinn ihre greuliche Lügen, Irrthümer und falſche Beſchuldigungen, kürtzlich nochmahlen beantwortet werden; 2. Wilh. Caton & Wilh. Ames, in Vindiciis Cœtus ſui adverſus eum Germanicis, ſub Tit: die Alte Wahrheit erhöhet, editis, & a Zentgrafio (*l. c. p. 5: 14.*), Mart. Kempio (*in Biblioth. Angl. theol. p. 434.*) ac Joh. Chriſtoph. Meelführero (*in Diſſ. de Chiliaſmo p. 39.*), ut alios taceam, memoratis. Refutavit has autor Anonymus ſcripti vernaculi, a M. Ulr. Deckero, Hamburgenſi, Orphanotrophei patrii Eccleſiaſte, Hamburgi A. 1663. in 8., ſub hoc titulo, publicati: Qväcker Qvackeley; das iſt: Elende Lumperey, Hümplerey, Stümplerey, auch Bübereÿ, welche die neuen Schwärmer, die man Qväcker nennet, in ihrer letzten Charteck, unter dem titul: die Alte Wahrheit, an den Tag gegeben, kürtzlich entworfen und wiederleget. Cujus libelli apologetici Müllerus noſter autor eſſe falſo creditur ab Henn. Wittenio, *Dec. XIV. Memor. Theoll. renov. p. 1779.* Confer, de ſcriptis his, in controverſia Anti-Qvakeriana, polemicis ἀμειβαίοις, *Iſagogen* meam *ad Hiſt. Cimbr., P. II., c. 5., §. 9., p. 119., & P. IV., c. 10., §. 18., p. 595.*

Bekäntniß der Lehre vom hochwürdigen Abendmahl des HErren, wieder M. Matthiam Bugæum, Superintend. zu Stendal. Hamb. 1666. in 4. Hujus Confeſſionis, & controverſiæ inter Noſtrum ac Bugæum, ſcriptis compluribus eriſticis agitatæ, hiſtoriam prolixe, jam ſupra in biographia, propoſui. Apologiæ contra illam Bugæanæ, ibidem allegatæ, titulum hic addo integrum: Apologie wieder eines Anonymi Ariſtarchi rhapſodiam, und Vergleich zwiſchen den Reformirten und Lutheranern, mit einem Schreiben vom Supralapſariiſmo, und Antwort auf D. Joh. Mülleri Bekäntniß vom Abendmahl. Cöllen an der Spree 1666. in 4. Commendatur Mülleriana Confeſſio a Sam. Pomario *in Diſſ. V. de Moderatione Theol §. 29.*

Das geängſtete und zerſchlagene Hertze Davids; das iſt: Erklarung des LI. Pſalms, in XVII. Predigten; nebſt angehengten geiſtlichen Andachten; vor die, ſo zur Beichte, und dem H. Abendmahle, gehen wollen, kürtzlich gefaſſet. Hamb. A. 1666. in 8.

Judicia & Conſilia aliqvot vernacula, Reformatis, publicum ſacrorum ſuorum, in civitate Hamburgenſi, exercitium, templiqve ibidem exſtruendi poteſtatem, poſtulantibus, publico Presbyterii Hamburgenſis nomine oppoſita, ac Senatui exhibita. Excuſa ſunt in Appendice novæ Editionis *Theſauri Conſiliorum Eccleſiaſtici* M. Georg Dedekenni, a ‚oh. Ern. Gerhardo ac M. Chriſt. Grübelio curatæ, Jenæ A. 1671. in fol. publicata. Conf. de illis biographiam Noſtri, & M. Hier. Paſmanni Hamburgiſches Denckmahl *p. 77. 78. 86. 87.*

Atheiſmus Devictus; das iſt: Ausführlicher Bericht von den Atheiſten, Gottes-Verächtern, Schriftſchändern, Religions-Spöttern, Epicurern, Ecceboliſten, Kirchen- und Prediger-Feinden, Gewiſſensloſen, Eidbrüchigen Leuten, und Verfolgern der rechtgläubigen Chriſten; mit gründlicher Wiederlegung ihrer erſchrecklichen und verdammlichen Irrthümer, GOtt zu Ehren, kürtzlich verfaſſet. Hamb. 1672. in 4. Francof 1685. in 4 Opus hoc, in prolegomenis, Atheiſmi hiſtoriam, cauſas ac pœnas, exponens, in partes II. eſt diſtributum. Prior exiſtentiam Dei, S. Codicis autoritatem, providentiam divinam, animæ immortalitatem, reſurrectionis mortuorum certitudinem, & doctrinæ de diabolis, inferno ac ſpectris, veritatem aſſerit, de conſcientia, juramentis & perjurio commentatur, ſolam religionem Chriſtianam veram eſſe, ac ſalutem æternam largiri, contra Naturaliſtas ac Indifferentiſtas, aſtruit, vanitatem ſpei de pace omnium religionum eccleſiaſtica oſtendit, pro autoritate ordinis eccleſiaſtic‚ ac templorum freqventationis neceſſitate, depugnat, Atheorumqve ac hominum profanorum, adverſus ſingula iſta capita, objectionibus reſpondet. Poſterior de jure Magiſtratus circa ſacra, diverſarum religionum in republica toleratione, propagatione rel gionis violenta, juramentis religionis, fidei profeſſione, martyrumqve, & Paſtorum, immorigeros habentium auditores, ſolatiis, ex ſententia atqve hypotheſibus zelotarum Lutheranorum, diſſerit. Liber eſt eximius, & ſcriptis noſtri potioribus omnino accenſendus, cui tamen labem aliqvam affricant loca non pauca, in qvibus præjudiciis ſuis, ac odio, in J. Balth. Schuppium, Chriſt. Hoburgium, alioſqve antagoniſtas, licentius indulget, uti & in biographia jam diximus, & *in Iſagoge ad Hiſt. Cimbr.* (*P. II., c. 6., §. 8., p. 167. 16‥*) olim monuimus. Huic Iſagoges cenſuræ, de Schuppio callide ſilens, ſe fruſtra opponit, & Hoburgium, ob contemptum ſcripturæ, alioſqve errores, Atheiſmi doctoribus jure accenſeri, arctiſſimum, qvem fingit, ſuperſtitionis fanaticæ cum Atheiſmo nexum, cum zelot s aliqvot, prætexens, abſurde contendit M. Dav. Schultetus *in Innocentia Theologorum Hamburgenſium, Sect 8., p. 152.* Magnis ornatur laudibus a Tob. Wagnero, Theol. Tubingenſi, *in Examine Atheiſmi elenchtico p. 11. & 69.*, ubi ita de illo ſcribit: *Non ſiue ſingulari Eccleſiæ commodo, in manibus lectorum verſatur Atheiſmus devictus, qvaſi cygnæus cantw, de Eccleſia meritiſſimi Theologi, Joh. Mülleri, in qvo utrumqve Atheiſmum, ſpeculativum & practicum, ita depexum reddidit, ut dubium non ſit, Atheos hos nebulones, diaboli corvos, roſtrorum ſuorum cantum cohibituros eſſe, utut rabioſa ſilentia ἐφ' ἑαυτοῖς roſerint.* Commendatur etiam a Chriſt Kortholto, *in Thaumatographia, Germanice edita, p. 7. 9. 53.*, Georg. Freſio, Cive Hamburgenſi θαυμαζ[illegible] in der Atheiſtiſchen Brille, *p. 24. 25.*, Sam. Bened. Carpzovio, *in Or. funebri, Noſtro habita, lit. E. 2. b.* (ubi Atheiſmum *hydram* vocat, *qvam ſupremo labore Hercules iſte præſecavit*) Nic. Chr. Lynckero (cui *ſcriptum* audit *diffuſum & ſolidum*) *L. 2. Inſtructorii forenſis, P. II., c. 1., lit U. 1. b.* Multos cum Voetio & Spizelio, inter Atheos retulit, qvi Atheiſmi proprie & ſtricte dicti convinci neqveunt, judice J. F. Buddeo *in Theſibus de Atheiſmo, c. 1., §. 24., p. 110.* Hug Grotium, Thom Campanellam, Thom Brouwnium, Thom. Hobbeſium, Caſp. Barlæum, Frid. Breclingium, alioſqve, falſo Atheis, in opere hoc, annumeratos, contra cenſuram autoris immitem ac temerariam, dextre vindicarunt Imman. Weberus, in der Beurtheilung der Atheiſterey, wie auch der mehreſten, deshalben berüchtigſten, Schriften, edit. Francof A. 1697. in 8, & Gotfr. Arnoldus *T. II.* der Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie, *L. 17., c. 16., p. 598. 599.*, qvem fruſtra refutare conatus eſt David Schultetus *in Innocentia Theol. Hamb., Sect. 8., p. 162. 163.* Tribuitur illi etiam a Joh. Balth. Schuppio (locis, in biographia Noſtri, jam allegatis), haud obſcure, libellus adverſus ſe famoſus, ſub ficto Nectarii Butyrolambii, Doctoris Medici, nomine, A. 1658., Amſtelodami, apud Petrum Janſon

(uti

(uti titulus fingit), in 12., iterato impreſſus, & in Appendice ſcriptorum Schuppii adoptiva, Hanoviæ A. 1663. in 8. edita (*p. 109-128.*), recuſus: Der Bücher-Dieb Antenors empfangen und abgefertiget. Hiſtoriam ejus relege in biographia. Reſponſum eſt ei, tum a Schuppio ipſo, in ſcriptis ſeqventibus: 1. Der Relation aus dem Parnaſſo, von der Verfolgung des Antenors, durch Nectarium Butyrolambium, oder vielmehr Stercorilambium. Wolfenbüttel 1658. in 12. 2. dem Calender an ſeinen Sohn. Ibid. 1659 in 12. 3 dem eilfertigen Send-Schreiben an den Calendermacher in Leipzig. Altona 1659. in 12. 4. der Appendice des teutſchen Luciani. A. 1559. in 12. 5. der Abgenöhtigten Ehren-Rettung, wieder Nectarium Butyrolambium, an den Raht zu Hamburg. Leipz. 1660. in 12, tum ab Amicis ejus, in meletematis duobus apologeticis, Appendici operum illius Hanovienſi, modo laudatæ, inſertis: 1. Die Unſchuld Antenors gewieſen von einem Bekandten, doch Unpartheyiſchem. 2. Etwas neues vom Lobe und Redlichkeit Antenors, D. Joh. Müllero, des Miniſterii zu Hamburg Seniori, dedicitet. Plura, & de ipſo libello famoſo, & de hiſce contra eum apologematis, in Elogio Schuppii, attulimus. Conf. Vinc. Placcii *Tomum II. Theatri Anon. & Pſevdon. p 147.*

FALSO EI TRIBUUNTUR.

Der Quäcker Quackeley, ſcriptum ἀνώνυμον, Hamburgi A. 1663. in 8., pro illius *Abominatione Qvakerorum* vernacula, contra Wilh Catonum & Wilh. Ameſium, editum, ab Henn. Wittenio, *Dec. XIV. Memor. Theol. renov. p. 1779.*, & Joh. Fabricio *P. II. Hiſtoriæ Biblioth. Fabric. p. 195.* V. qvæ paulo ante, *in Abominationis* iſtius recenſu, monuimus.

IX. Conciones Germanicæ in Symbolum Athanaſii, Hamburgi A. 1616. in 4. editæ, & M. Joh Müllerum Havelbergenſem, Templi D. Coſmæ Statenſis Parochum, autorem agnoſcentes, ab eodem Wittenio, *l. c.* V. *Homonymoſcopiam* meam, *Sect. II., c. 7., §. 87., p. 704.*

Conciones XVII. in Pſ CI., ab eodem, *in Diar. Biogr. Sec. XVII., T. I., lit. Gggg. 2. b.*

Wiederlegung des Pfaffen-Butzers, in 8, ab Ott. Sperlingio, *in Indice MSto Scriptorum Hamburgenſium.*

Predigt über das Evang. am Sontag Sexageſimæ.
Predigt von der Perſon Chriſti, in 4.
Predigt über das Evang. am Sontag Lætare, in 4.
Predigt vom Feſte der Empfängniß des Sohns GOttes in 4.
} in Catalogis qvibusdam.

PHILIPPUS NICOLAI

(qvem *Philippum Nicol* Index librorum prohibitorum Romanus (1.) & Franc. Magdalenus (2) minus accurate appellarunt), non Wildungæ (uti in *Catalogo Eccleſiaſtarum Hamburgenſium* falſo traditur MSto atqve ἀδεσπότῳ), ſed Mengringshuſii, in Comitatu Waldeccenſi, die 10. Auguſti, D. Laurentii Martyris ſacro memoriæ, A. C. 1556., in lucem eſt editus. Patrem habuit Dietericum Nicolai, verbi divini, in oppido hoc, per annos multos, præconem, fratrem vero Jeremiam, parentis ibidem in ſacro ſucceſſorem officio, *Theologiæ ſacræ, ad naturalis methodi leges Libris IV. conformatæ*, & Hamburgi A 1602. excuſæ, ſcriptorumqve aliorum, Autorem, ac *Conſl ctus* fraterni *de Anti-Chriſto Romano* poſthumi editorem. Parentum cura atqve impenſis lingvarum artiumqve notitia puer, mature ſatis, per Præceptores imbutus idoneos, & in diverſas poſtea Germaniæ ablegatus Academias, curriculo ſtudiorum, profanorum pariter atqve ſacrorum, haud infeliciter in iſtis abſoluto, oppidi primum natalis Mengringshuſani, ab A. 1576., & Monaſterii deinde Hardeccenſis, ab A. 1583., egit Eccleſiaſten. Cœnobio hoc A 1586. per Pontificios ejectus, Coloniæ Agrippinæ coetui Lutheranorum aliqvamdiu præfuit domeſtico, donec, A ſeqv. 1587., Wildungam Haſſorum a Comite Waldecciæ, ut a concionibus ſibi aulicis ſacrisqve eſſet confeſſionibus, evocaretur, Eccleſiæqve præterea in urbe ipſa Palæopolitanæ (3.) conſtitueretur Antiſtes. Qvo officio ut majori fungeretur cum autoritate, Marpurgi A. 1590. ſupremos Theologiæ honores ambibat Academicos, eosqve, poſt examina ſolennia jam inſtituta, & *Diſputationem de duobus Anti-Chriſtis primariis, Muhammede ac Pontifice Romano, inauguralem* Præſide D. Ægidio Hunnio defenſam, hujus, cæterorumqve Theologorum Lutheranorum, mox obtinuiſſet ſuffragiis, niſi Gvilhelmi, Principis Haſſo Caſſellani, Reformatorum ſacris addicti, ſubitum illos impediviſſet interdictum. Ab hoc enim ordini Academiæ Marpurgenſis Theologico ſerio eſt injunctum, ne Doctoris noſter ornaretur titulo, priusqvam *Fundamentorum ſectæ Calvinianæ, cum veteribus Arianis & Neſtorianis communium, Detectionem*, ante qvadriennium a ſe editam, publice retractaſſet. Qvod cum ille facere conſtanter detrectaret, titulus iſte conferri ipſi tunc non potuit (4.). Ob hanc repulſam, ſi Joh. Lampadio, Paſtori Bremenſium Reformato, jam defuncto eam A. 1609. publice exprobrare haud verito (5.), fides tuto poteſt haberi, Reformatis deinde omnibus fuit infenſiſſimus, nec, qvoad ſuperſtes erat, ſcriptis eos laceſſere deſtitit, & plurimis, & acerbiſſimis. Qvadriennio autem elapſo, A. 1594. honores hoſce Theologiæ ſupremos, qvos Academia denegaverat Haſſiaca Marpurgenſis, Witebergenſis ei contulit Saxonica, in qva, per eundem, qvem Marpurgi brabevtam ſperaverat, Æg. Hunnium, inde Witebergam avocatum, hujusqve collegas, Salom. Geſnerum ac Polyc. Lyſerum ſeniorem, poſt *Theſes de Libero Arbitrio inaugurales* Hunnio præſide defenſas, Licentiatus primum, & poſtea, die 4. Julii, Doctor, una cum competitoribus, Wolfg. Mamphraſio, Superintendente Wurzenſi, ac Dav. Rungio, Profeſſore S. L. Witebergenſi, renunciabatur (6.). Wildunga A. 1596. Unnam migravit, urbem Weſtphaliæ, in qva Paſtori cœtus conſtituto Lutherani multæ cum civibus Reformatis, horumqve patronis, lites interceſſerunt ac controverſiæ, ſcriptis etiam ἀμοιβαίοις ventilatæ publicis, & peſtis, civitatem A 1597 affligens, nec ipſius parcens familiæ, ſemetipſum pariter atqve auditores ſacris erecturo ſolatiis *Speculum gaudiorum Vitæ æternæ* conſcribendi edendiqve occaſionem præbuit vernaculum. Peſte tamen hac non eſt extinctus anno iſto 1597., uti a Dan. Toſſano, Theologo Heidelbergenſi, in Epiſtola ad Ludovicum, Comitem a Witgenſtein, exarata (7.), non multo poſt falſo narrabatur, ſed, per duo adhuc luſtra, & qvod excedit, ſuperſtes, Unna tandem A. 1601. in civitatem digreſſus Hamburgenſem, cujus Eccleſiæ Catharinææ Paſtor, in locum M. Georgii Stammichii, die 14. Aprilis, feſtiqve paſchalis tertia, erat electus, cuiqve die 6. Auguſti, ritu ſolenni, per M. Bernh. Vagetium, Ordinis Eccleſiaſtici Seniorem, præficiebatur (8.). In Emporio hoc Cimbriæ, licet Pomerani

Mmm mmm 2

(1.) *p. m. 86.* – (2.) *in Elencho librorum in Indice Romano prohibitorum p. 504.* (3.) teſtibus Gothofr Svevo & Andr. Sennerto, *locis mox citandis.* (4.) V, præter Biographos, Joh. Lampadii *Epiſt. dedic. Cenſuræ ubiqvitatis*, A 1609. Marpurgi editæ, & Joh. Chriſt. Itteri *Lib. de Honoribus Academicis, c. 6., §. 45., p. 194.* (5.) *loco jam citato.* (6.) V. Gothofr Svevi *Academiam Witebergenſem lit. Eee. 1. a. Fff. 2. a.*, & Andr. Sennerti *Lib. I. Athenarum Witebergenſium p. 90. 101.* (7.) V. illam inter *Epiſtolas Clarorum virorum Gothanas*, ab Ern. Salom. Cypriano editas, *num. 105., p. 176.* (8.) V. *Catalogum Eccleſiaſtarum Hamburgenſium MS. ultimo. cit.*

merani A. 1605., uti ipſius docet Epiſtola, ad Conr. Schlüſſelburgium tunc data (9.), ad ſe illum pertrahere fruſtra conati, ſeptennium vitæ exegit reliqvum, Collegisqve & auditoribus plerisqve gratiſſimus, præter periochas Evangelicas ordinarias, Epiſtolas D. Pauli ad Romanos atqve Theſſalonicenſes, & Apocalypſeos (qvam abſolvere ei per mortem non licuit) Johanneæ capita V. priora, publice ſacris explanavit ſermonibus. Horas ſubſecivas ſcriptis impendebat Theologicis, & præſertim polemicis contra Reformatos, qvorum ope Germaniæ univerſæ brevi innotuit, & Theologos hujus Lutheranos celebriores, Lyſerum, Hutterum, Winckelmannum, Menzerum, Pelargum, Balduinum, Battum, Haſenrefferum, Bacmeiſterum, Lubinum, Petræum, Gvalterium, qvorum pleriqve pari adverſus heterodoxos zelo flagrabant, & qvibuscum commercium ipſi intercedebat epiſtolicum, facile ſibi conciliavit. Cum catarrho vehementi jam diu adeo laboraſſet, ut qvandoqve ex ſuggeſtu ægre qvid proferre potuerit, hoc indies aggraveſcente, in febrim tandem hecticam morbumqve acutiſſimum incidit, & iſto, poſtqvam, doctrinæ ſe Lutheranæ, ſtrenue per omnem vitam defenſæ, immoriturum, Joh. Schelhammero ac Georg. Dedekenno, Collegis, ad conſtantiam hanc hortatis, promiſerat, inter preces, dormienti ſimilis, die Octobris 26. (in cujus locum vigeſimus nonus ab Elia Reusnero (10.) perperam ſubſtituitur), anno ætatis 53., æræ autem Chriſtianæ 1608., expiravit. Falſo enim obitus ejus ad annum præcedentem 1607., a *Bibliothecæ curioſæ* Tenzelianæ continuatore (11.), & Dav. Schulteto (12.), eſt relatus. Dav. Pareo, adverſario noſtri e Reformatis immiti, *in Actis Colloqviorum* (cum Mart. Becano & Nicol. Serario, Jeſuitis), *Svalbacenſium* (13.), *Furias ultrices rabioſum iſtum* (qvem vocat) *ſcriptorem, non ita pridem, inter media tonitrua & fulgura, infelicem animam exhalantem, ad cauſam blaſphemiarum Deo judici dicendam, de vita abripuiſſe* criminato, per Georg. Dedekennum, defuncti Collegam, *in præfatione Sermonis* ſui *funebris, Tomo II. Operum* ipſius *Germanicorum* recuſi (14.), tonitrua iſta fulguraqve non Hamburgi, ſed aliis in locis, tunc fuiſſe obſervata, Eliam & Chriſtum ipſum, ſæviente ſimili tempeſtate, mundo eſſe ereptos, & hanc non Philippo, ſed Calvinianis ejus hoſtibus, pœnam denunciaſſe divinam, eſt reſponſum. Exuviæ templo urbis Hamburgenſis illatæ ſunt Catharinæo (cujus Paſtor, in locum ipſius, Jac. Reneccius poſtea eligebatur), & in eodem reconditæ ſepulchro, qvod oſſa Joach. Weſtphali, Prædeceſſoris ejus, zelotæqve adverſus Reformatos pariter vehementiſſimi, aſſervabat. Tumulo G. Dedekennus Collega, ſæpius jam laudatus, hoc addidit Epitaphium, defuncti ſubjectum imagini (15.)

Sic erat in fatis, Doctoris membra Philippi
Hac ut Nicolai contegerentur humo,
Clauſa ſub hac urna dormirent, Weſtphalus olim
Qva fragilis poſuit corporis exuvias.
Fidus uterqve fuit Catharinæ Paſtor in æde,
Incola ſidereæ factus uterqve plagæ.
Extiterit qvantus zelo pietatis & arte,
Edocuit ſcriptis Weſtphalus ipſe ſuis.
Non minor hoc famæ, non laudis honore, Philippus,
O qvantis animi dotibus enituit!
Qvam pius? ingenio qvam dives? miles in agmen
Qvam bonus hæreticum magnanimusqve fuit?
Qvam facilis? qvam pacis amans? qvam mentis apertæ?
Qvam vigilis patiens ferre laboris onus?
O ſalve meritis præſtans, mihi carior ipſa
Vita, ſub tumulo, magne Philippe, tuo!
Optime fautor ave! cœli fulgentibus aſtris
Mutaſti terras: optime fautor ave!
Tempus erit, Chriſtus qvo me tibi junget, amorem
Et renovare ſacrum tempus in omne dabit.

Veritatis in doctrina ſacra ſtudium gnoma haud dubie profiteri voluit, qvam Thom. Crenius Symboli eum loco uſurpaſſe teſtatur (16.), ſeqventi: *Veritas vincit omnia.* Nec eruditionem ei defuiſſe Theologo neceſſariam ſcripta oſtendunt, elogiaqve virorum celebrium plurima, ſuo infra loco recitanda, confirmant, ac nimia proinde παῤῥησίᾳ Conr. Hornejus, Doctor Academiæ Juliæ inclytus, ſi Hornejana ἀνέκδοτα, ab amico mihi communicata, fidem merentur, in colloqvio olim pronunciavit familiari, *ingentem penes Philippum Nicolai fuiſſe ignorantiam.* Vitam ejus, cum doctrina, qvam auditoribus inculcabat, ſacra amice conſpirantem, præter alias exornaſſe perhibentur virtutes pietas, integritas animi infucata, ſedulitas laborioſa, fides in officio adminiſtrando inſignis, humilitas, comitas, humanitas, beneficentia in pauperes, patientia, & manſvetudo pacis cum omnibus ſtudioſiſſima, ab iracundia autem, odio atqve litibus, alieniſſima, in Eccleſiaſtarum Hamburgenſium Judicio, *Tomo Operum Latinorum primo* præfixo, Georg. Dedekenni Sermone funebri & Carmine ἐπιταφίῳ, hosqve ſecutorum Theoph. Spizelii ac Henn. Wittenii narrationibus biographicis, fuſius celebratæ. Manſvetudinem tamen Theologicam, qvod zelo adverſus heterodoxos, & Reformatos præſertim, juſto vehementiori nimium indulgeret, multi, nec forte immerito, in ſcriptis plerisqve contra hos deſiderant polemicis, errores eorum horrenda phraſeologiæ & conſeqventiarum acerbitate immodice ſæpius exaggerantibus, invectivisqve amarulentiſſimis, & ſcommatis convitiisqve freqventibus, adverſarios irritantibus. Qvos proinde ipſi itidem haud pepercisse nemo mirabitur. A Pontificiis enim autoribus primæ claſſis damnatis, in *Indicibus* ſuis, & *Romano librorum prohibitorum* (17.), & *Hiſpanico Expurgatorio*, Madriti A. 1667. per Ant. Sotomajorem, Inqviſitorem generalem, edito (18.), eſt annumeratus. E Reformatis Heidelbergenſes, cum Liber ſuus *de Calviniſtarum Deo* vernaculus A. 1597. prodiiſſet, caput ſibi amputandum eſſe, uno ore clamaſſe, & hæc verba ingeminaſſe: den Kopf abe, man reiſſe ihm den Kopf ab, und laß ihn nicht länger leben, ipſemet, iræ illorum inſultans, teſtatur (19.). De cæterorum in ſe, & Conr. Schlüſſelburgium, Theologum paris zeli Stralſundenſem, odio ita ad hunc, M. Junio A. 1605., noſter ſcribebat (20.). *Sumus nos duo hodie in oculis Ecebuliſtarum Theologi rixoſi, ſeditioſi, & turbatores Iſraelis; &, ſicubi in qvorundam Antagoniſtarum manibus ſors noſtra conſiſteret, haud dubie nos vivos concremarent.* De Theologis Tigurinis (Marco Beumlero & Leemanno (21.)), civibus Unnenſibus, Matthia Martinio, Urb. Pierio, Henr. Boxhornio, Grevinchovio, & Anonymis qvibusdam, ſingula ejus ſcripta, Reformatis oppoſita, ſtylo itidem acerbiori aut ſcoptico confutare aggreſſis, ſuo infra loco in horum dicetur Catalogo. Solum dogma *Libri Concordiæ*, & Lutheranorum plerorumqve hunc amplectentium, de carnis Chriſti omnipræſentia, contra Reformatos (qvibus in hac eum controverſia eſſe ὁμόψηφον Elias

Grebe-

(9.) V. hanc in Conr. Schlüſſelburgii *Studio Eccleſiæ Dei inſerviendi poſthumo*, ſive Sylloge Epiſtolarum ad illum Theologicarum, *num 151., p. 469.* (10.) *in Appendice Iſagoges Hiſtoricæ p. 658.* (11.) *Repoſitor. III. Sect. XI. & XII, p. 502.* (12.) *in Innocentia Theologorum Hamburgenſium p. 10.* (13.) *Collat. II. p. 18.* V. locum hunc allegantes Balth. Meisnerum *in Diſp. de Calviniſmo p. 25.*, Gothofr. Chriſt. Boſium *in Diſp. Inaug. in Gal. I. 6., §. 95.*, Ant. Reiſerum in der Gewiſſenhaften Vertheidigung wieder Chriſt. Pauli *p. 525.*, Gothofr. Arnoldum *T. II. Hiſt. Eccl., L. 16, c. 31., p. 383*, Joh. Frid. Mayerum *in Programmate Gryphiswaldenſi de vita D. Nic. Daſſovii, A. 1706. publicato*, & alios. (14.) Verba Dedekenni Dav. Schultetus *l. c. p. 77-80.* recitat. (15.) V. Theod. Anckelmanni *Inſcriptiones Hamburgenſes, num. 94., p. m. 32.*, & Henn. Wittenii *Dec. I. Memor. Theoll. renov. p. 35.* (16.) *Parte XII. Animadverſionum, c. 2., p. 210.* (17.) *p. m. 86.* Conf. Franc. Magdaleni *Elenchum librorum in Ind. Rom. prohibitorum p. 504.* (18.) *p. 835.* (19.) im Spiegel des böſen Geiſtes, *Tomo III. Opp. German. p. 135.* (20.) *loco num. 9. citato, p. 486.* (21.) Detexit hos nobis Joh. Henr. Hottingerus *Lib. 3. Biblioth. qvadrip., c. 1., p. 379.*

Grebenizius, Profeſſor Academiæ ad Viadrum Francofurtanæ, *in Irenonao, ſeu Oratione auſpicali* (22.), falſo, teſte Henr. Baumanno adverſario (23.), jactavit), decem libris noſter eſt tuitus, qvatuor ſcilicet Latinis (*Detectione fundamentorum ſectæ Calvinianæ*, *Methodo controverſiæ de omnipræſentia Chriſti*, *Myſterio omnipræſentiæ Chriſti*, ac *Synopſi Articuli de Chriſto omnipræſente*), & ſex Germanicis (*Examine* nempe *Examinis Pieriani*, der Freudigen Wiederkunſt wieder Pierium, dem Sieg- und Freuden-Tritte wieder Pierium, der Verantwortung der Evangeliſchen Kirchen in Holland, der Grundfeſte des Articels von der Gegenwart Chriſti, & der Antwort auf der Pfaltzer Friedbietung). Qvibus omnibus a Joh. Lampadio, Brunſvicenſi, ædis D. Stephani Bremenſis Paſtore, repoſita eſt *Cenſura ubiqvitatis, ſive ſuccincta confutatio argumentorum Ubiqvitariorum, & omnium D. Phil. Nicolai, ubiqvitatis acerrimi propugnatoris, librorum, qvibus ille corporis Chriſti omnipræſentiam defendere conatur*, Marpurgi A. 1609. (24.) excuſa. Cui tamen reſponſum mox eſt a duobus noſtri hyperaſpiſtis, D. Joh. Webero ſcilicet, Eccleſiaſta Gleichenſi aulico, *in Anti-Lampadio, ſive Confutatione analytica Cenſuræ ubiqvitatis Joh. Lampadii contra D. Phil. Nicolai*, Gieſſæ A. 1609. (25.), *Elenchoqve Prodromi Lampadiani*, ibidem A. 1610. (26.), editis, ac D. Joh. Affelmanno, Theologo Roſtochienſi, *in Cenſura Cenſuræ Lampadianæ Theologica & Scholaſtica, ſeu invicta aſſertione doctrinæ Catholicæ de omnipræſentia Chriſti ſecundum humanam naturam, & D. Phil Nicolai de ea libellorum, contra vaniſſimas Joh. Lampadii calumnias*, Roſt. A. 1610. atqve 1615. (qvo *Diſſertatio apologetica, Cenſuræ veritatem ab exceptionibus vindicans Lampadianis*, acceſſit) (27.) publicata. Lampadio huic, in *epiſtola Cenſuræ* ſuæ *dedicatoria*, Tractatus, qvos noſter edidit, Anti-Calviniani *abortus* audiunt *prodigioſi, ſcripta virulentiſſima & ſerpentino cruore delibuta, partusqve inauſpicati, ferales & funeſti*. Pari rigore ac acerbitate, e Doctoribus aliis Reformatis, Urb. Pierius (28.) modo *Arianum*, modo *Marcionitam*, modo *Antichriſtum ipſum*, & David Pareus (cujus verba paulo ante recitavimus) *rabioſum ſcriptorem*, Theologum hunc appellarunt Hamburgenſem; Dan. Toſſanus autem (29.) ſcripta illius, Reformatis oppoſita, *phrenetica* vocavit, & Joh. Wirtzius, Theologus Tigurinus, *in Diſſertatione de Communione Sanctorum* (30.), ſtudium concordiæ inter Lutheranos ſuosqve commendans eccleſiaſticæ, animum ejus, atqve aliorum, ab iſta alieniſſimum hiſce verbis eſt deteſtatus: *Utinam Calixtos, Dunaueros, viciſſim experirentur Reformati, & non Nicolaitas, Hoeos plurimos, plauſtra blaſphemiarum in ipſos effundentes, ipſis illudentes!* Imo nec inter ipſos Lutheranos, illo adhuc ſuperſtite, defuerunt, qvi nimiam zeli ſtyliqve ejus adverſus Reformatos, aliosqve heterodoxos, improbarent vehementiam. Qvos ipſe, in Epiſtolis ad Conr. Schlüſſelburgium (31.), modo *fratres falſos, & amiculos hypocritas, poſticis & virulentis ſe petentes ictibus*, modo *fratres haud ſatis æqvos, qvibus ſua non probentur certamina*, modo, *Theologos molligrados ac lenipedes, Chriſtianum zelum & παῤῥησίαν noſtratium Doctorum, in certamine adverſus Calvinianos relucentem, improbantes, & odioſe perſtringentes*, contemptim appellavit. Noviſſime ingentem ſcriptorum illius polemicorum acerbitatem atqve amarulentiam virgula notavit cenſoria Gothofr. Arnoldus, *Tomo II. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ* vernaculæ (32.), poſtqvam, e libro ejus *de Deo Calvinianorum Diabolo*, qvædam prorſus horrenda allegaverat, hæc addens: Welcher Autor denn auch durchgehends, in ſeinen Schriſten, einen ſchrecklichen Grimm gegen die Reformirte ſehen laſſen, und, unter andern, die Heuſchrecken in der Offenbahrung Johannis vor die Calviniſten (*Lib. 2. Hiſtoriæ regni Chriſti c. 5.*) gehalten hat. Adverſus qvam cenſuram Arnoldi M. Dav. Schultetus, *in Theologorum Hamburgenſium Innocentia* (33.), iſtumqve ſecutus Joh. Dan. Arcularius, Antiſtes Mœno-Francofurtanus, in *præfatione*, noſtri *Theoriæ Vitæ æternæ*, Francofurti A. 1707. recuſæ, adjecta, ipſum defendere ſunt aggreſſi. Laudatur etiam a nonnullis ob ſcrutinium Chronologiæ ſacræ, & calculi præſertim vaticiniorum Danielis atqve Apocalypſeos Johanneæ, de Eccleſiæ Novi Teſtamenti temporibus fatisqve, *in Libris de Regno Chriſti duobus*, curioſum ac diligens. Sed & hic, ſuis plus juſto fiſus conjecturis, tum aliis, tum famoſæ illi, ſed ab eventu falſitatis jampridem convictæ, de Judicio extremo fineqve mundi anno æræ Chriſtianæ 1670. expectandis, audacior ſubinde fuit & infelicior, uti in ſcripti iſtius ſuo loco monebitur hiſtoria. Locum tandem inter Hymnopœos ſacros haud infimum Odæ illi paucæ vindicant, qvæ in cœtibus Lutheranorum decantantur omnibus, eccleſiaſticæ vernaculæ, hodiernis qvidem Poeſeos Germanicæ recentioris legibus haud conformes metricis, ſed ob ſingularem tamen verborum phraſiumqve emphaſin magni æſtimandæ; de qvibus itidem in ſcriptorum plura dicentur Indice.

Vitæ illius hiſtoriam, ſed perbrevem, M. Georgius Dedekennus, ædis Catharinææ Hamburgenſis Eccleſiaſtes, adjecit Sermoni ſuo funebri Germanico, in defuncti memoriam, ex Apoc. XIV. 13., habito, Hamburgi A. 1608. *in 4.* ſeorſim edito, *Tomoqve II. Operum* noſtri *Germanicorum*, ibidem A. 1617. publicatorum, addita præfatione nova, recuſo. Ex hoc eandem latine exhibuerunt Theoph. Spizelius *in Templo honoris L. Theologorum reſerato, Effig. III., p. 17. & ſeqq.*, Henn. Wittenius *Decade I. Memoriæ Theologorum renovatæ, p. 30-38.*, Paulus Freherus *in Theatro eruditorum p. 351. 352.*, & M. Dav. Schultetus (noſtri ſimul contra Gothofr. Arnoldum agens hyperaſpiſten) *in Innocentia Theologorum Hamburgenſium, Sect. III., p. 54-80.*; Germanice autem Joh. Dan. Arcularius in *præfatione*, noſtri *Theoriæ Vitæ æternæ*, Francofurti A. 1707. recuſæ, præmiſſa, & Erdm. Uhſeus in den Leben der Kirchen-Lehrer des XVI. und XVII. Seculi *p. 833. 834.*

Apologiam pro defuncto, contra calumnias, tam Joh. Lampadii *in Tractatu de Prædeſtinatione* vernaculo, qvam Dav. Parei *in Actis Colloqviorum Svalbacenſium*, obvias, invenies in M. Georg. Dedekenni, modo laudati, Beantwortung des Buches Joh. Lampadii von der Gnadenwahl, Hamburgi A. 1622. *in 8.* impreſſa.

Conferri de illo poſſunt ejusdem Dedekenni, Joh. Schelhammeri, Nicol. Staphorſtii & Joach. Penshornii, Collegarum Hamburgenſium, *Epicedia*, Collegiorum Theologicorum Gryphiswaldenſis, Tubingenſis & Witebergenſis, Presbyterii Hamburgenſis, D. Matth. Hoei, D. Joh. Winckelmanni, D. Balth. Menzeri & D. Barthol. Batti, *Judicia, Operibus* ejus *Latinis & Germanicis* præmiſſa; nec non, præter Autores alios, in Vitæ jam allegatos hiſtoria, Wolfg. Krügerus *in Catalogo mille virorum f. 220. a.*, Joach. Vagetius *in Præcidaneis de Orbe habitabili p. 263.*, Nicol. Heldvaderus *P. II. Sylvæ Chronologicæ circuli Balthici p. 279.*, Mich. Clenovius Junior *in Carmine dedicatorio ac Epilogo Verſuum Elegiacorum de brevitate & fugacitate Vitæ, Sleſvigæ editorum, & in Tyrociniorum Poeticorum Myrmeciis p. 66.*, Chriſt. Matthiæ *in Theatro Hiſtorico p. 1119.*, Joh. Micrælius *P. III. Syntagm. Hiſt. Eccl. p. 399.*, Tob. Magirus *in Eponymologio critico, per Chr. Wilh. Kybenium aucto p. 515*,

Steph.

(22.) *p. 11.* (23.) *in Deſtructione Irenonai Grebeniziani, lit. H. 2. a.* (24.) *in 4.* (25.) *in 4.* (26.) *in 4.* Conf. de ſcriptis hiſce Lampadii & Weberi contrariis Adr. Bailleti *Tr. de Satyres perſonnelles, T. I., p. 348. 349. 350.* (27.) *in 4.* (28.) *in Apologia Examinis ſui*, apud Dav. Schultetum *l. c. p. 59.* (29.) *in Epiſtola ad Ludovicum, Comitem a Witgenſtein*, Syllogæ Cyprianeæ, *num. 7.* allegatæ, inſerta, *num. 99., p. 160.* (30.) *Th. 77.* (31.) *loco num. 9. citato, Ep. 146., p. 404., Ep. 152., p. 441., & Ep. 154., p. 408.* (32.) *Lib. 16., c. 31., p. 391.* (33.) *Sect. III., p. 63-80.*

Step. Hahnius *in Threnologia de obitu Theologorum p. 49.*, Joh. Chriſtoph. Becmannus *in Catal. Biblioth. Francof. p. 327. 328.*, Joh. Frid. Mayerus in *præfatione*, noſtri Freudenſpiegel des Ewigen Lebens, in editione anni 1707. Hamburgenſi, præmiſſa, Henn. Wittenius *T. I. Diarii biograph. Sec. XVII.*, *ad d. 26. Oct. A. 1608.*, Wilh. Ern. Tenzelius *in Dialogis menſtruis Germanicis*, *M. Oct. A. 1693.*, *p. 788-792.*, & *in Bibliotheca Curioſa vernacula*, *Repoſit. II. Sect. 7.*, *p. 602.*, ac *Repoſit. III. Sect. 11. & 12.*, *p. 900-904.*, Gothofr. Arnoldus *T. II. Hiſt. Eccl.*, *Lib. 16.*, *c. 11*, *p. 131.*, *& c. 31.*, *p. 383.*, Joh. Chriſtoph. Rumetſchius *in Sched. de Conjecturis ultimi temporis*, *c. 1.*, *§. 6.*, *p. 21. 22. 23.*, Auguſtinus Eberhardus in den Valet-Reden der Sterbenden, *num. 33.*, Andr. Carolus *in Memorabilibus Eccleſiaſticis Sec. XVII.*, *T. I.*, *L. I.*, *c. 50.*, *& T. II.*, *Decenn. 8.*, *ad A. 1670.*, *p. 1. 2. 3.*, Georg. Henr. Götzius in Appendice epiſtolica der Liederpredigt *p. 82. 83. 84.*, & in dem Sendſchreiben von Liedern an Joh. Chriſtoph. Olearium *p. 30. 31.*, Joh. Alb. Fabricius P. II. *Memor. Hamburg. p. 877.*, Joh. Chriſtoph. Olearius in dem Entwurffe der Lieder-*Bibliotheck p. 60. 121. 122. 124. 128. 129.*, Reinh. Henr. Rollius *in Schediaſm. de Eruditis Climacterico maximo denatis p. 27.*, Henr. Aug. Schumacherus *in Conſpectu Waldecciæ literatæ p. 18. & ſequ.*, & Joh. Caſp. Wezelius *Parte* II. *Hymnopoeographiæ Germanicæ p. 241-245.*

ELOGIA.

Theologi Gryphiswaldenſes, in *Judicio* ſuo, *Operibus* noſtri *Latinis* præfixo, *in ſcriptis ejus & artem materiam, & materiam viciſſim artem, commendare*, imo *judicii ἀγνωσίᾳ laborare ſtupenda, qui digitum Dei in beatæ illius animulæ libris non advertat*, pronunciarunt.

Theologi Tubingenſes, in ſuo de iisdem operibus *Judicio*, Autorem *Theologum* ſalutant *magnum*, *doctrina celebrem*, *pietate inſignem*, *ſpirituque ferventiſſimum*; nec dubitant hæc de eodem addere: *Quis in Hiſtoria Eccleſiaſtica noſtri temporis adeo hoſpes eſſe poſſit, cui D. Philippi Nicolai ſcripta plurima, labores utiliſſimi, doctrina varia, meditationes diviniſſimæ, eloqventia inſignis, dexteritas tractandi admirabilis, multiplicatæ benedictiones divinæ, heroicus ſpiritus, non ſint cognita? Infans certe ſit, qvi neſcit, invidus, qvi diſſimulat, hoſtis omnium ſacrorum, qvi odit. Quo enim qvisqve ſinceræ & cœleſtis veritatis ſtudioſior eſt, eo D. Phil. Nicolai amantior & obſervantior: errorum contra & hæreſeon certiſſimus cultor, cuicunqve D. Nicolai ſcripta ſordeſcunt.*

A Theologis Witebergenſibus, in Cenſura ſimili, ibidem, *Magnus ille Doctor Theologus* appellatur, ab horum vero ſucceſſoribus, *in Antapologia contra Rintelienſes p. 110. 159. 166. 562.*, ſcriptoribus præcipuis adverſus Reformatos accenſetur polemicis.

Eccleſiaſtæ Hamburgenſes, in *Judicio* ſuo, *Operibus* illius præmiſſo *Latinis*, teſtantur, illum *fideliſſimum Eccleſiæ egiſſe doctorem*, *eiqve muneri*, *ſingulari cum induſtria*, *gravitate*, *dexteritate & autoritate*, *ſumma cum omnium bonorum laude*, *ingentiqve plurimorum fructu*, *præfuiſſe*, *adeo ut ab omnibus magno habitus fuerit in pretio.* Addunt, *doctrinæ cœleſtis* eum *fuiſſe amantiſſimum*, *Hæreticorum*, *Heterodoxorum*, *Syncretiſtarum*, *& inprimis Zwinglianorum*, *oſorem acerrimum: In fronte & ſermone ejus humanitatem, in pectore candorem habitaſſe: Iracundiæ aut odio nullum apud ipſum locum fuiſſe, paci unice ſtuduiſſe, cunctis prodeſſe, nemini nocere, & de omnibus bene mereri, voluiſſe: Fuiſſe eum tandem uno verbo ipſiſſimum Spiritus Sancti templum, καὶ ταμεῖον πάσης ἀρετῆς, cui illud Bernhardi veriſſime competat:*

Nullum turbavi, diſcordes pacificavi,
Læſus ſuſtinui, nec mihi complacui.

D. Matthias Hoe, in Cenſura, iisdem *Operibus Latinis* præfixa, eum *Theologum* vocavit *judicii acrimonia*, *& eruditione exqviſita, admodum præcellentem*; in *præfatione* autem *Operum Germanicorum*, ob zelum ac ſcripta polemica contra Reformatos, fuſe celebravit, qvæ hoc, inter alia, non veritus eſt ornare elogio: Es lebet und ſchwebet alles in ſeinen Schriften. Der Geiſt des HErren ſauſet und brauſet mit aller Gewalt darinnen.

Joh. Winckelmannus, in Judicio ſuo, qvod *Tomo I. Opp. Lat.* itidem legitur, ſe in eo, dum viveret, *zelum dilexiſſe*, *παῤῥησίαν in taxandis erroribus laudaſſe*, *pietatem commendaſſe*, profitetur.

Balth. Menzerus, in Cenſura ſimili, ibidem obvia, *inſignem hunc Eccleſiæ Doctorem ſuos habuiſſe impetus adverſus Chriſti hoſtes, & magna ſæpe vehementia eſſe invectum in dogmata impia & blaſphema, argumenta autem ejus contra adverſarios habere nervum & vires, ut ea allatrare ſit facilius, quam ſolide refutare*, judicat.

Wolfg. Franzio (*Diſp. IX. Scholæ Sacrificiorum*, *§. 88.*) *Vir* audit *de Eccleſia Chriſti ſcriptis ſuis præclariſſime meritus.*

Joh. Arndio, in Epiſtola ad M. Chriſtoph. Friccium, Superint. Bardovicenſem, d. 7. Jun. A. 1615. exarata, Fricciiqve Muſick-Büchlein, oder Berichte von der Chriſtlichen Muſick (Lüneburgi A. 1631. edito), præfixa, *Theologus clariſſimus*; Friccio autem ipſi, in libello iſto *p. 105.*, ein hochbegabter Theologus.

Conr. Schlüſſelburgio (*Lib. IV. Theol. Calvin. p. 201.*) *Teſtamenti filii Dei propugnator conſtantiſſimus.*

Joh Affelmanno (*in Diſſ. de duobus teſtibus Apocalypticis p. 13.*, *& P. II. Syntagm. p. 262.*) *Magnus noſtri ævi Theologus*; nec non (in Tr. von den Calviniſchen Heuſchrecken, *ibid. P. II.*, *p. 401. 402.*) ein geiſtreicher Theologus.

Joh. Cluvero (*in Epitome Hiſtorica*, *ad A. 1608.*, *p. 645.*) *Paſtor Hamburgenſium clariſſimus.*

Georg. Dedekenno (cujus carmen Ἐπιτάφιον ſupra recitavimus), *in Epicedio.*

Strenuus ille heros, fama ſuper æthera notus,
Qvi qvondam hæreticis terror & horror erat.

Joh. Webero (*in Epiſt. dedic. Anti-Lampadii*) *ψυχοποιμὴν Hamburgenſium fideliſſimus, in qvo ſingularis qvidam pro orthodoxa religione zelus eminebat.*

Eliæ Reusnero (*in Appendice Iſagoges Hiſtoricæ p. 658.*) *Theologus celeberrimus.*

Florentio Schillingio, Medico Argentinenſi (*in præfat. Synopſeos Chronologico-Harmonico-Biblicæ*), *Vir in doctrina cœleſti egregie illuminatus.*

Nicol. Heldvadero (*P. II. Sylvæ Chronologicæ Circuli Balthici p. 279.*) *Calviniſtarum ſtrigil.*

Joach. Vagetio (*in Præcidaneis de Orbe habitabili p. 263.*) *Theologus miti ingenio, ſtylo acri.*

D Joh. Müllero (in der Nohtwendigen Verthädigung des Außführlichen Berichts von den neuen Propheten, wie der Nicol. Teting, *p. 143.*) ein fürtreflicher Kirchen-Lehrer.

M. Nicol. Staphorſtio, Eccleſiaſtæ Hamburgenſi (*in Carmine funebri*),

- - Vigil Chriſti, mileſqve invictus & acer,
Hæreſeon maſtix, noſtri venerabile lumen
Ordinis, & veræ fidei fortiſſimus Hector.

Mich. Waltherus (*in Exercitationibus Biblicis p. 185.*) ita de illo: *Phil. Nicolai*, *Theologus de Eccleſia Dei præclariſſime*

riſſime meritus, ſcripſit Librum de Regno Chriſti, qvi ſingulis pietatis amantibus, una cum aliis Viri iſtius ſcriptis præſtantiſſimis, eſſe & manere debet qvam commendatiſſimus.

Joh. Micrælius, *Parte III. Syntagm. Hiſt. Eccl. p.138.*, eum *Virum* vocat *divinum*, & *p.399. Theologum plane heroico ſpiritu præditum*, &, *in vaticiniis Prophetarum ac Apocalypſeos explicandis, ſingulari induſtria uſum.* Idem, in *Epiſtola reſponſoria* ad Erhardum Ferdinandum, Comitem a Truchſeſs, Germanica, Stettini A. 1622. edita, *p.31.*, Apoſtatæ huic illuſtri, Sanctorum Eccleſiæ Lutheranæ poſtulanti indicium, Philippum hunc Nicolai, cum nonnullis aliis, objecit, eosqve unſträfliche, fromme und mit allerley geiſtlichen Gaben reichlich begnadete Hertzen appellavit.

Melch. Sylv. Eccardus (*in Studioſo Theologiæ p.103.*) Theologis illum iis accenſet, *qvi Calvinianis ſe cum triumpho oppoſuerunt.*

Joh. Chriſtoph. Seldius (in der Entdeckung des Syncretiſtiſchen Abgottes *p. 193.*) ſcripta ejus polemica, præſertim contra Reformatos edita, vocat Wolgegründete Schriften.

Caſp. Löſcherus autem (*in Obice Syncretiſmi Calvinianorum p.5.*) *ſucculentiſſima.*

Georg. Nicol. Eraſmi, *Libro I. Anagrammatum* ἐμμέτρων, *num.25.*, hoc nominis ejus exhibet:

Philippus Nicolai, Theolog. Rev., qvondam S. Eccleſ. Catharinian., qvæ Hamburgi eſt, Paſtor.

* * *

Ab JEſu Chriſti hic magno qvondam orbe Propheta, | *In cœlo, pſallens pulchra, qvietus agit.*

Phil. Jac. Spenero (in der Allgemeinen GOttes-Gelehrtheit *p.99.*) audit der nicht nur in Streit-Schrifften berühmte, ſondern auch ſonſt mit herrlichem Geiſte begabte, Hamburgiſche Lehrer.

Joh. Fechtio apud R. H. Rollium *in Diſſ. de Eruditis Climacterico maximo denatis p.27.*) *Theologus ſupra ſeculi ſui genium eruditus.*

Henr Baumanno (*in Cauda Scorpionis contra El. Grebenizium p.3.*) *Theologus incomparabilis.*

Joh. Diecmanno (*in Diſſ. de Græcorum ſententia circa Purgatorium p.145.*, *Theologus celebratiſſimus.*

Theoph. Spizelius (*in Templo Honoris reſerato, Effig. 3.*) ita de illo: *Viri hujus heroicam zelum, egregiasqve animi dotes, magna morum & vitæ æqvavit ſanctimonia, qvam teſtatam fecit tot piis ſacrisqve meditationibus, qvas in privatum pariter ac publicum uſum concinnavit.*

Ant. Reiſerus (*in Epiſtola, templo Honoris T. Spizelii ſubjuncta, p.402.*) eum *Vaticiniorum utriusqve Teſtamenti indagatorem* appellat *diligentiſſimum.*

Ad. Rechenbergius (*in Diſp. de ſana in Theologia curioſitate p.34.*) *Theologum judicii ſui acrimonia profundum.*

Joh. Frid Mayerus (im Mißbrauche der Freyheit der Glaubigen, *c.3., §.2., p.31.*) einen eifrigen und nie ſatt geprieſenen Theologum; nec non (*in Programmate Gryphiswaldenſi de vita D. Nicol. Daſſovii*) *Eliam Hamburgenſem, ſanctæqve memoriæ Theologum.*

Georg. Laur. Seidenbecherus (*in Problem. Theol. de regno millenario p.73.*) eum, ob diligens oraculorum Danieliticorum & Apocalypticorum, commendavit, ſcrutinium.

Frid. Breclingius teſtibus illum veritatis contra Chriſtianiſmum degenerem, in *Catalogi* horum Prolegomenis (*Tomo IV. Hiſt. Eccl.* Gotfr. Arnoldi, *Sect.3., n.18, p.760.*), annumerat.

Joh Dan. Arcularius, *in præfat Theoriæ* ejus *Vitæ æternæ* teſte *Bibliotheca Curioſa* Tenzeliana, *Repoſ. III., Sect. XI., p.902.*), aſſerit, er ſey eines friedlichen und recht geiſtlichen Sinnes und Gemüthes geweſen, und habe oft aus einem ſonderbahren Triebe des Heiligen Geiſtes geſchrieben.

Henn. Wittenio (*Dec. I. Memor. Theoll. renov. p.31.*) Vir audit *orthodoxæ religionis zelo, doctrina, virtute, & meritis in Eccleſiam, præſtantiſſimus.*

Georg. Weiſio (*in Manipulo Symbolorum p.46.*) *Theologus illuminatiſſimus.*

Andr Carolo (*in Memorabilibus Seculi XVII. Eccleſiaſticis, T.I., Lib.I., c.50.*) *Vir divinarum humanarumqve rerum cognitione (adde ſpiritu plane heroico) incomparabilis, eruditiſſimus pariter & exercitatiſſimus Theologus, religionis & orthodoxiæ propagator atqve propugnator acerrimus, ſcriptis ſuis de Eccleſia Chriſti optime promeritus.*

Henr. Muhlio (im Vorberichte des unverfälſchten Sinnes Lutheri von der Seligkeit der Gläubigen in dieſem Leben *p.43*) ein trefflicher unverdächtiger Theologus.

Georg. Henr. Götzio (in der Chriſtlichen Lieder-Predigt *p.10.*) der ſtattliche Hamburgiſche Theologus.

Joh. Alb. Fabricio (*P.II. Memor. Hamburg p.877.*) *Vir meritis in Eccleſiam ſcriptisqve celebratiſſimus.*

Thomæ Crenio, *in Animadverſionibus, P.XIII., c.1., p.5., Præſentis animi & magni ingenii Theologus; P.XV., p.129., Theologus acer, & pro cauſa Dei virtutis expertæ;* ac *P.XV., p.133., Theologus ſpectatæ fidei, & ſempiterna memoria dignus.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Novum Teſtamentum Græco-Latinum Eraſmi Roterodami, adjectis argumentis a Philippo Nicolai editum. Lipſiæ A. 1578. & 1594. in 8. Tribuitur ei a Georg Draudio (*in Biblioth. claſſica*), M. Lipenio (*P.II. Biblioth. Theol. p.830.*), G. Crowæo (*in Elencho interpretum S. Script p.28.* & Jacobo le Long (*P.I. Biblioth. ſacræ, c.3., p.478.482.*), an vere, dubito, cum nunqvam viderim. Chimærica certe eſt, qvæ a Draudio (*l.c.*), Wittenio (*Dec. I. Memor. Theoll. renov. p.35.*) & Longio (*l.c. p.471.*), noſtro affingitur, editio ejusdem duabus hisce antiqvior, & Lipſiæ A. jam 1564. *in 8.* excuſa. Iſto enim anno puer ille tantum erat octennis.

Fundamentorum Calvinianæ Sectæ, cum veteribus Arianis & Neſtorianis communium, Detectio, qva, collatis partium argumentis, neminem Chriſtianorum Calvinianis adhærere poſſe, demonſtratur, qvin una neceſſariam Arianiſmi & Neſtorianiſmi ſuſcipiat defenſionem: Adhæc, qvemadmodum ab Arianis & Neſtorianis procreatus eſt Muhammetismus, ita eundem a Sacramentariis hodie occulta hæreſium cognatione foveri, & ſenſim in montes Iſraelis attrahi. Tubingæ 1585 in 4., Hamburgi 1609 in 8., & ibidem A. 1617. *Tomo I. Operum* (de qvibus paulo poſt dicetur) *Latinorum.* Commendatur a Theologis Tubingenſibus (libellum *brevem qvidem, ſed eruditum*, eam vocantibus) in *Judicio*, illi præfixo, Georg. Lud. Frobenio, bibliopola Hamburgenſi erudito; in *Carmine* pro autore, contra Joh. Lampadium, Apoſtatam, editioni ſecundæ anni 1609. Hamburgenſi præmiſſo, M Joh. Mylio in dem Berichte, wie ferne D. Hoe mit den Böhmiſchen Händeln zu thun gehabt, *p.37.38.*, Joh. Conr. Danhauero *T.I. Hodomoriæ Calvinianæ p.671.*, Joh. Chriſtoph. Seldio in der Entdeckung des Syncretiſtiſchen Abgottes *p.192.*, Caſp. Löſchero *in Obice Syncretiſmi Calvinianorum p.41.42.*, & Conr. Tyburt. Rangone

P. II. Hiſtoriæ Syncretiſmi p. 846. 847. Reformatos contra (a qvibus autorem, ob eam, Marpurgi, A. 1590., tituli Doctoralis tuliſſe repulſam, in vita ipſius, jam narravimus) valde irritavit, & a Joh. Lampadio, *in Epiſt. dedic. Cenſuræ ubiqvitatis*, *Liber* vocatur, qvo *prodigioſior a renato Evangelio non prodiit abortus*, *vel potius exterricinium, dignum qvod in inſulas ignotas deportaretur, aut in mari ſubmergeretur.*

Diſp. Inauguralis de duobus Antichriſtis primariis, Muhammede & Pontifice Romano, Præſide D. Ægidio Hunnio propoſita. Marpurgi A. 1590. (*in cujus locum ſeqvens 1591. perperam a Lipenio P. I. Biblioth. Theol. p. 62. ſubſtituitur*) in 4. Recuſa, ſub finem *Conflictus* noſtri *de Antichriſto cum Henr. Nevero*, Roſtochii A. 1609. in 8., & *Tomo I. Opp. Latinorum* Hamburgi A. 1617.

Theſes de perſona Chriſti, prædeſtinatione & libero arbitrio, Præſide D. Ægidio Hunnio, ad titulum Doctoris impetrandum, defenſæ a Wolfg Mamphraſio, Superint Wurzenſi, Dav. Rungio, Theol. Profeſſore Witebergenſi, & Philippo Nicolai, Paſtore tunc Wildungenſi. Witebergæ 1594. in 4.

Ad duos Antonii Sadeelis libellos, qvorum alterum de ſpirituali, alterum de ſacramentali fruitione corporis & ſangvinis JEſu Chriſti, inſcripſit, Reſponſum Chriſtianum, breve & placidum. Halæ Saxonum 1594. in 8. Recuſum, cum *Methodo controverſiæ de omnipræſentia Chriſti*, Francofurti A. 1609. in 8, & *Tomo I. Operum Latinorum.* Oppoſita illi eſt Matthiæ Martinii, Freienhagenſis, Theologi Bremenſis Reformati, *Excuſſio placidæ Reſponſionis, cuſæ a D. Philippo Nicolai ad Ant. Sadeelis Tractatus de ſpirituali & ſacramentali manducatione*, Sigenæ A. 1597. *in 8.* edita.

Methodus Controverſiæ de Omnipræſentia Chriſti, ſecundum naturam ejus humanam, qva, prætermiſſis difficilium terminorum & argutiarum ſubtilitatibus, totum hoc myſterium præcipue ſolo Verbo Dei aſtruitur & & illuſtratur Francofurti & Darmſtadii A. 1596. in 8., & (addito *Reſponſo* præcedente *ad duos Ant. Sadeelis libellos*) Francofurti A. 1609. in 4., nec non *Tomo I Operum Latinorum.* Hanc qvoqve impugnavit Matth Martinius *in Examine Methodi de omnipræſentia Chriſti, a D. Philippo Nicolai concinnatæ*, Sigenæ A. 1597. *in 8.* impreſſo.

Commentariorum de Regno Chriſti Libri duo, vaticiniis Propheticis & Apoſtolicis accommodati; qvorum priore hodierna Eccleſiæ Chriſti amplitudo, ejusqve per totum orbem admirabilis propagatio, deſcribitur, adhæc oracula S. Scripturæ de hoſtibus Evangelii, Judæis, Gentilibus, ac duobus Antichriſtis, & ſimilibus, enucleantur: Poſterior tempora Eccleſiæ Novi Teſtamenti, in Ezechiele, Daniele & Apocalypſi, revelata, calculo accuratiſſimo ſupputat, &, qvid de Eccleſiaſticorum certaminum, motuumqve Politicorum, futuro eventu ſperandum ſit, liqvidiſſime commonſtrat. Francofurti A. 1596. & 1607. in 8., nec non *Tomo II. Operum* noſtri *Latinorum*, Hamburgi A. 1617. junctim editorum. Verſionem illorum Germanicam (Libri I. tantum potiora ac faciliora, Librum II. autem totum, exhibentem) concinnavit M. Gothardus Artus, Dantiſcanus, ſub hoc titulo: Hiſtorie des Reiches Chriſti; das iſt: Gründliche Beſchreibung der wunderſamen Erweiterung, ſeltſamen Glückes, und gewiſſer beſtimmter Zeit, der Kirchen Chriſti im Neuen Teſtamente; wie dieſelbe an allen Orten in der Welt wird gepflantzet, und von Heyden, Jüden, Türcken, Papiſten, Calviniſten, &c., greuliche Verfolgung leidet; auch ihre gewiſſe von GOtt geſetzte Zeit hat, wie lange ſie wieder beſagte Feinde, in dieſer Welt, kämpfen und ſtreiten ſolle: Welche Zeit, auß den Propheten Ezechiel und Daniel, und der Offenbahrung Johannis, erforſchet wird, und mit dem Außgange aller Geſchichte, nach bewehrten Hiſtorien und täglicher Erfahrung, augenſcheinlich verglichen: Nebſt einem nützlichen Jahr-Regiſter, und angehängter Erinnerung vom endlichen Außgange aller Kriege, Streite und Kirchen-Gezäncke. Qvæ Verſio Germanica non ſolum *Tomo I. Operum* noſtri *Germanicorum*, Hamburgi A. 1617. *in fol.* publicatorum, eſt inſerta, ſed & ſeorſim ſæpius excuſa Francofurti A. 1598. in 4., Darmſtadii A. 1610. in 4, Hamburgi A. 1627. in 4, ibidem A. 1628 in 12., Lüneburgi A. 1628. in 12., Noribergæ A. 1628. in 12., Hamburgi A. 1629. in 4., Jenæ A. 1659. in 8.; nec non, (ſi Catalogis nundinalibus aliisqve tuto credi poteſt) Noribergæ A. 1620. in 12., Magdeburgi A. 1627. in 8., Francofurti A. 1629. in 4., Roſtochii A. 1634. in 12., Hamburgi A. 1651. ac 1659. in 8., & Francofurti A. 1664. in 4. Svecica eorundem *de Regno Chriſti* librorum translatio Joh. Sylvii, interpretis regii. Holmiæ A. 1569. in 8. prodiit. Excerpta illorum dedit Joh. Wolfius *Centenario XVI. Lectionum memorabilium, p. 754. 755.*, Prophetias autem, qvas vocant, collegerunt & ſeorſim ediderunt: I. Anonymus, cujus Eigentliche Prophezeyung, und geiſtreiche Verkündigung, des jetzigen hoch-kläglichen und betrübten Zuſtandes unſeres Deutſchlandes, auch was es etwa, biß auf die frölische Erſcheinung Chriſti, vor einen event damit erreichen werde, auß D. Lutheri, D. Phil. Nicolai, und Joh. Woltheri, Paſtoris zu Liechtenhagen in Preuſſen, Theologiſchen Schriften zuſammengetragen, Germanice Hamburgi A 1634. *in 4.* eſt recuſa, Svedice autem a Petro Eſchilli, Parocho prope Calmariam Abyenſi, translata, jam ante Calmariæ A. 1629. *in 4.* (teſte Joh. Schefferi *Svecia literata p. 150. 151.*) prodierat; II. Phil. Faber ſeu Schmidius, qvi Witebergæ A. 1629. *in 4.* edidit Geiſtreiche Prophetiſche Weißagungen auß Lutheri, Nicol. Selnecceri und Phil. Nicolai, Schriften, vom Zuſtande der Kirchen; III. Nicolaus Pauli, Danus, cujus Prophetier Phil. Nicolai, om denne nærværende oc efterkommende Tids Tilſtand, oſverſat, Hafniæ A. 1625. *in 4.* prodiiſſe in Catalogis qvibusdam perhibentur. Excerpta qvoqve ex iis eſſe videtur *Chronologia ſacra Phil. Nicolai*, qvam a Nicol. Michaelio, Aalburgenſi, Paſtore Hafnienſi, Hafniæ A. 1628. & 1646. *in 16.* luci eſſe expoſitam Index Bibliothecæ Roſenkrantzianæ, aliiqve, teſtantur. Judicia, qvæ de libris hiſce, autorisqve illorum ſcrutinio vaticiniorum Ezechielis, Danielis atqve Apocalypſeos Johanneæ, diligenti, Mich. Waltherus, Joh. Micrælius, Ant. Reiſerus & Georg. Laur. Seidenbecherus, tulerunt, honorifica ſupra, in Elogiorum noſtri ſylloge, jam recitavimus. Commendarunt præterea eosdem Wolfg Frantzius *Diſp. IX. Scholæ Sacrificiorum*, §. 88., Matthias Hoeus (*tanta* eos *dexteritate* ſcribens *eſſe concinnatos, ut & apud exteros, præſertim Gallos, Belgas, Italos & Hiſpanos, in pretio & admiratione hactenus fuerint*) *in Epiſtola, Operibus* noſtri *Latinis* præfixa, & Jac. Stolterfohtius, cujus verba ſeqventia (*e Conſideratione Viſionum apologetica p. 482.*) a Sam Pomario (*P. I.* der Schutzſchrift wieder den Gutmanniſchen Offenbahrungs-Patron *p. 225.*) allegantur & approbantur: der Selige Herr Phil. Nicolai, und andere geiſtreiche Männer, haben die geheime Zahlen in der Schrift mit Fleiſſe überleget und ausgerechnet: da ſie denn auf dieſe oder jene Zeit etwas zuvor verkündiget, welches nicht allemahl ſo gar fehl geſchlagen. Sed in ſupputatione hac numerorum Danielis & Apocalypſeos myſticorum, vaticiniisqve futurorum, inde derivatis, noſter, non minus qvam Neoprophetæ alii, & juſto audacior fuit, &, ob audaciam iſtam, ſæpe infelicior. Monuit hoc jampridem Joh. Henr. Boeclerus, e cujus *Diſcurſibus privatis ad H. Grotii Lib. II. de J. B. & P., c. 22.*, §. 15., hæc verba a Franc. Irenico, ſive Phil. Andr. Oldenburgero (*in Indice Autorum, Collegio ad Burgoldenſem adjecto, p. 106.*), ſunt recitata: *Phil. Nicolai, in Libello de regno Chriſti, in multis juſto audacius progreditur, nec probandum ejus inſtitutum. Unde maximus qvisqve Theologorum fatetur, ſe non poſſe Apocalyptica recte explicare, ſcilicet ea, qvæ adhuc futura ſunt.* Monuit &, e Theologis, Theoph. Spizelius, *in Collatione de Vaticiniis qvibusdam Angelicis p. 183. 184.*, *diligentiam* qvidem noſtri ac *ſtudium indagandæ veritatis* laudans, ſed in calculo il-

lius Apocalyptico, *fundamento* innitente *valde lubrico*, & *rationes non ſatis feliciter ſubducente*, nonnulla deſiderans, idemqve judicium, *in Templo Honoris reſerato* (*Effig. III. p. 18.*), ita reperens: *Aſſiduum fuit Theologi hujus & indefeſſum, in Vaticiniis qvibusdam Angelicis maxime arduis explicandis illuſtrandisqve, ſtudium, qvod in duobus de Regno Chriſti voluminibus orbi Chriſtiano teſtatum fecit; ſiqvidem, in iis, præſertim poſteriori, tempora Eccleſiæ Novi Teſtamenti, in Ezechiele, Daniele & Apocalypſi, revelata, ſupputare, ad vaticinia XV. Seculorum hiſtoriam accommodare, ex iis complementum evincere, &, qvid de Eccleſiaſticorum certaminum, motuumqve Politicorum, eventu futuro expectandum ſit, commonſtrare, eſt conatus. Utut vero non ſatis feliciter rationes ab eo ſubductas alicubi deprehenderimus, haudqvaqvam tamen indagandæ veritatis ſtudium vitio illi vertere conabimur.* Fuſius, nec ſine hoſtili elenchtici ſtyli acerbitate, noſtro varios exegeſeos calculiqve ſui, circa vaticinia potiſſimum Apocalyptica, errores, & crebras ſimul contradictiones, exprobravit ſcriptor Anonymus Cenſuræ de libris hiſce vernaculæ, A. 1633. ſub titulo ſeqventi, Hamburgi, ex hæredum Henr. Carſtenii officina, uti is fingit, *in 12.* editæ: Kurtzes Bedencken über das Buch Herren Phil. Nicolai vom Reiche Chriſti, ſonderlich aber über die Propheceyung, ſo auf ietzige Zeit gerichtet iſt, durch einen Liebhaber der Wahrheit aufgeſetzt. Qvem Reformatorum ſectæ fuiſſe addictum inde patet, qvod hujus doctrinæ famæqve, contra Phil. Nicolai invectivas, ſtudioſe ubivis patrocinetur, Reformatosqve falſo, ab eo, pro Locuſtis haberi Apocalypticis, & Arianiſmi Turciſmiqve inſimulari, præſertim evincere ſtudeat. Inter conjecturas noſtri audaciores atqve erroneas eminet illa, qva, *Libro* II., & hujus præſertim *capitibus VI. VII. VIII. ac IX.*, e conſideratione ac collatione numerorum temporumqve myſticorum Apocalypſeos, Ezechielis & Danielis, omnium, Annum æræ Chriſtianæ MDCLXX. mundi hujus fore ultimum, judicioqve extremo eſſe deſtinatum, collegit, qvamqve toti Chronologiæ ſuæ Eccleſiæ N. T. fundamenti ferme loco ſubſtravit. Qvæ a ſcriptore Anonymo, jam allegato *p. 6-9*), & M. Dan. Springinsgutio, Archidiacono Wiſmarienſi Mariano (in der Theologiſchen Prüfung der Zeit-Rechnung Phil. Nicolai, daß die Welt A. 1670. ihr Ende erreichen werde, Roſtochii A. 1666. *in 4.* edita), merito rejecta eſt atqve refutata, imo ab eventu ipſo falſitatis jampridem convicta. Confer de eadem Flor. Schillingii *Præfationem Synopſeos Chronologico-Harmonico-Biblicæ p. 32.*, Conr. Dieterici *Homilias in Lib. Sapientiæ*, *Vol.* II., *p. 707. 708.*, Mart. Bohemi Bedencken von ungewöhnlicher Geſtalt der Sonnen *p. 44.*, Jac. Groſſii Einhalt des Propheten Daniels *p. 12. 13.*, M. Joh. Georg. Seldii, Paſt. Havelbergenſis, Kurtzen Bericht von der Apocalypſi reſerata *p. 38-41.*, &, qvam is allegat, *Diſputationem* D. Frid. Balduini *de Fine ſeculi Th. 38. & 39*, Joh. Chriſtoph. Rumetſchii *Schediaſma de Conjecturis ultimi temporis*, *c. 1.*, *§ 6.*, *p. 21. 22. 23.*, Andr. Caroli *Memorabilia Sec. 17. eccleſiaſtica*, *T.* II., *Decenn. VIII.*, *ad A. 1670.*, *p. 1. 2. 3.*, & Joh. Vulpii Bericht von den Propheten des Jüngſten Tages, *lit. C. 1. b.* E qvibus Balduinus, Seldius & Rumetſchius, ut audaciam conjecturæ iſtius noſtri aliqvatenus excuſent, ad hæc illius verba provocant, *Lib.* II. *c. 1.* obvia: *Anteqvam vero labori arduo, & variis malevolorum obtrectationibus calumniisqve expoſito, memet involvam, diſerte & palam, coram Eccleſia Dei, & in publico omnium conſpectu, teſtor & proteſtor, me toto pectore alienum eſſe ab Enthuſiaſticis fanaticorum hominum ſpeculationibus, & calculatoribus vere δαιμονιολήπτοις, qvi tempora & temporum articulos, unicæ ſolius Dei ſapientiæ notitiæqve reſervatos, evolvere & reſerare nituntur, adeoqve, cæco & temerario humanæ curioſitatis ductu, certum diei noviſſimi tempus definire laborant. A qvo conatu prorſus irrito, impio & divinitus interdicto, ut Jehova, pater æternus, mentem & cogitationes meas procul avertere & arcere velit, eundem, per viſcera miſericordiæ ſuæ, & per Dominum JEſum, ardentibus votis obteſtor, ne unqvam inter eos reperiar, qvi (ut Salomon ait Proverb. c. XXV.) ſcrutando majeſtatem opprimuntur a gloria.* Qvibus & ſeqventia, e *Lib.* II. *c. 10.*, adjunguntur: *Equidem certum extremi judicii vel annum, vel diem, non definio, & procul abſit, ut humana ſagacitate momentum illud perveſtigari poſſe mihi perſvadeam, qvod diſerte Chriſtus in poteſtate ſolius Dei reſervatum dicit Act. I. Ideoqve, num anno 1670. futurus ſit dies noviſſimus, neqve affirmabo, neqve inficiabor, qvemadmodum non ſemel proteſtatus ſum ſupra, & rurſus proteſtor, meamqve temporum revelatorum calculationem, Chriſtianæ indagationis ſtudio propoſitam, futuro eventui, & vaticiniorum interpreti optimo, ſubjectam volo, nihil qvid pugnaciter aſſeverans.* Sed gemina hæc proteſtatio Noſtri facto pene eſſe videtur contraria, cum conjecturam iſtam, de anno 1670. mundi, ac temporum illius, ultimo, baſin calculi ſui chronologici, in aliis Eccleſiæ N. T. fatis, fere conſtituerit præcipuam, nec proinde a culpa curioſioris juſto noviſſimorum temporum ſcrutinii, a Chriſto ipſo Act. I. 7. & Marci XIII. 32. prohibiti, omnino poteſt eum abſolvere. Chiliaſtis tamen, ob iſtud, a Nicol. Tetingio (in der Wolbewehrten Verantwortung wieder den Ausführlichen Bericht von den Neuen Propheten *p. 87.*), & Autore *Apocalypſeos reſeratæ*, perperam eſt annumeratus. E qvibus illum D. Joh. Müllerus (in der Nohtwendigen Vertheidigung des Ausführlichen Berichts wieder N. Tetingium *p. 143. 144.*), hunc vero M. Joh. Georg. Seldius (*l. c.*), refutavit.

Sacroſanctum omnipræſentiæ JEſu Chriſti myſterium, Commentariorum Libris duobus ſolide & perſpicue explicatum. Francofurti A. 1602. & 1609. in 8. Recuſum qvoqve eſt A. 1617. *Tomo* I. *Operum Latinorum*. Georg. Weiſio (*in Manipulo Symbolorum p. 46.*) *Liber* audit *aureus ac divinus*; imo (im *Tr.* vom Heil-Fiſche *p. 92.*) *auro pretioſior*.

Reſponſum breve & chriſtianum ad Sam. Huberi Confeſſionem de Electione univerſali, ſeorſim Lipſiæ A. 1605. (teſte Joh. Andr. Schmidio *in Diſſ. de vita & doctrina Sam. Huberi p. 89.*), & deinde A. 1617. *Tomo* I. *Opp. Lat.*, impreſſum.

Synopſis Articuli controverſi de omnipræſente Chriſto, qva totum hoc myſterium ſuccinctis & perſpicuis theſibus breviter explicatur; Gudbrando Thorlacio, Epiſcopo in Islandia Holenſi, inſcripta. Hamburgi A. 1607. in 8., & A. 1617. *Tomo* I. *Opp. Lat.*

Panegyricus in novam Academiam Gieſſenam, ad Ludovicum, Haſſiæ Landgravium, carmine heroico ſcriptus. Hamburgi 1607. in 4., & A. 1617. *Tomo* II. *Opp. Lat.*

Conflictus cum Lojolitana ſocietate, & ejus ordinis Hierophanta qvodam in Altena (*Henr. Nevero*), de Antichriſto Romano, perditionis filio; poſt obitum Autoris, a fratre illius, Jeremia Nicolai, Paſtore Mengringshuſano, cum Epiſtola ſua ad Holgerum Roſenkrantzium, Regni Danici Senatorem, de certaminibus defuncti germani ſacris, dedicatoria, editus. Adjecta eſt Autoris Diſputatio Inauguralis de duobus Antichriſtis primariis, Muhammede & Pontifice Romano, Marpurgi A. 1590 propoſita. Roſtochii A. 1609. in 8., & (*ſi Wittenio fides habenda*) Lubecæ A. 1610. ac Hamburgi 1611. in 8. Legitur qvoqve *Tomo* I. *Operum Latinorum*. Occaſionem ſcripto huic (A. jam 1606. ab Autore in Epiſtolarum ad Conr. Schlüſſelburgium, mox memorandarum, octava, *p. 497.* promiſſo) diſceptatio præbuit de religione Pontificia in convivio qvodam, Hamburgi, inter Alexandrum Rocham, Florentinum, & D. Philippum Nicolai, inſtituta. Poſt hanc

enim Rocha, dictante Henr. Nevero, Jeſuita Altonavienſi, tres pro eadem religione Pontificia ad Philippum dedit epiſtolas. Qvibus cum ille mox reſpondiſſet, & Neverum ad concionem ſuam publicam de Papa Antichriſto (e 2. Theſſal. II.), qvam coram audierat, obiterqve in literis vellicarat, refutandam provocaſſet, Neverus certamen, a Rocha inchoatum, duabus aliis continuabat epiſtolis, a noſtro, in *Conflictu* hoc, poſt mortem demum Autoris excuſo, refutatis. Commendatur a Joh. Gerhardo *in Methodo Stud. Theol. p. 196.*, & Joh. Ad. Scherzero in der *Deduction*-Schrift wieder *Joh. Schefflers* Türcken-Schrift *p. 37.*

Præfatio, M. Georg. Dedekenni, Eccleſiaſtæ Hamburgenſis, Tractatui de cauſis peccatorum, Hamburgi A. 1611. *in 8.* excuſo, præmiſſa.

Epiſtolæ IX. Theologicæ de certaminibus ſuis ſacris, aliisqve ævi iſtius controverſiis, ad D. Conr. Schlüſſelburgium, Superintendentem Stralſundenſem, A. 1602. 1603. 1604. 1605. & 1606. exaratæ, qvæ in Schlüſſelburgii *Studio Eccleſiæ Dei inſerviendi poſthumo*, ſive Epiſtolarum ad illum Sylloge, Roſt. A. 1625. *in 8.* impreſſa, *num. 146-154., p. 460-482. 485-500.*, prodierunt.

Operum Latinorum, partim ante editorum, partim poſthumorum, nunc a M. Georg. Dedekenno, Eccleſiaſta Hamburgenſi Catharinæo, collectorum, & in ordinem redactorum, Tomi duo. Hamburgi 1617. in fol. Tomo I. (cui Dedekennus editor tum Epiſtolam ſuam de Antichriſto, ad Senatum Hamburgenſem, dedicatoriam, tum Theologorum Gryphiswaldenſium, Tubingenſium & Witebergenſium, Ordinis Hamburgenſis Eccleſiaſtici, D. Matthiæ Hoei, D. Joh. Winckelmanni, D. Balth. Menzeri ac D. Barthol. Batti, Judicia de Philippo Nicolai, ejusqve ſcriptis, honorifica, una cum carminibus Ulr. Bötticheri, J. U. D., Chriſt. Camerarii & Andr. Wiſii, encomiaſticis, præfixit) exhibentur: 1. Conflictus de Antichriſto Romano; 2. Diſp. Inaug. de duobus Antichriſtis primariis, Muhammede & Pontifice Romano; 3. Fundamentorum Calvinianæ ſectæ, cum veteribus Arianis & Neſtorianis communium, detectio; 4. Methodus controverſiæ de Omnipræſentia Chriſti; 5. Reſponſum ad duos Ant. Sadeelis libellos de ſpirituali & ſacramentali fruitione Corporis & ſangvinis JEſu Chriſti; 6. Sacroſanctum Omnipræſentiæ JEſu Chriſti Myſterium, Libris duobus explicatum; 7. Synopſis Articuli controverſi de Omnipræſente Chriſto; 8. Tractatus de Cœna Domini, nunc primum editus; 9. Tractatus de perſona & officio Chriſti, hactenus ἀνέκδοτος; 10. Epiſtola ad D. Dan. Hofmannum, Theologum Helmſtadienſem, de Controverſia Ubiqvitaria, Wildungæ A. 1590. ſcripta, & jam primum itidem edita; 11. Reſponſum ad D. Sam. Huberi Confeſſionem de Electione univerſali. Tomo II. (cui præmittuntur M. Georg. Dedekenni Præfatio de Regno Dei, & Carmen M. Wilh. Matthiæ, Eccleſiaſtæ Eppendorffienſis) continentur: 1. Libri duo de Regno Chriſti; 2. De Rebus antiqvis Germanicarum gentium Libri ſex, A. C. 1578., ac ætatis 21., ab Autore ſcripti, hactenusqve inediti; 3. Panegyricus in novam Academiam Gieſſenam, carmine heroico; 4. Carmen προσευκτικὸν ad Meſſiam, cujus ſingulæ voces a litera M. inchoantur.

II. GERMANICA.

Nohtwendiger und gantz vollkommener Bericht von der gantzen Calviniſchen Religion, aus ihren eigenen Büchern und Schriften gezogen; ſamt derſelben Wiederlegung aus H. Schrift, nach Ordnung der fünf Haupt-Stücke des Catechiſmi verfaſſet. Francofurti A. 1596. in 8. Legitur etiam *Tomo III. Operum* noſtri *Germanicorum*, junctim Hamburgi A. 1617. *in fol.* recuſorum. Svecicam illius verſionem Petrus Johannis, Gothus Norcopenſis, Roſtochii A. 1602. *in 8.* edidit, teſtibus Joh. Scheffero *in Svecia literata p. 30.*, & Joh. Lampadio *in Epiſt. dedic. Cenſuræ Ubiqvitatis p. 8.* Commendatur a Joh. Chriſtoph. Seldio in der Entdeckung des Syncretiſtiſchen Abgottes *p. 305.* Oppoſuere illi cives qvidam urbis in Weſtphalia Unnenſis (cujus Eccleſiæ noſter tunc præerat Lutheranæ) Reformati Refutationem, Sigenæ A. 1597. *in 8.* ſub hoc editam titulo: Entſatz des Ubiqvitiſtiſchen Hammerſchlags D. Phil. Nicolai zu Unna, durch etliche Bürger daſelbſt, die der Ubiqvität nicht beypflichten. Qvibus ab Autore in ſeqventi reſponſum eſt Apologia.

Abtreibung des wehrloſen und nichtigen Entſatzes, welchen die Calviniſten zu Unna, wieder den Hammerſchlag des Göttlichen Wortes, in dem ſtreitigen Artickel von der Ubiqvität, haben ausgehen laſſen. Francofurti 1599. in 8. Recuſa itidem *Tomo III. Operum Germanicorum.*

Kurtzer Bericht von der Calviniſten GOtte, und ihrer Religion, in Frag und Antwort verfaſſet: ſamt angehengter Form, wie ein Hauß-Vater ſeine Kinder und Geſinde vor dem Calviniſmo warnen kan. Francofurti 1597. in 8., Hamburgi 1609. in 8., Lipſiæ (*ſi Wittenio credendum*) 1620. in 12., Flensburgi (cum præfatione M. Joh. Andr. Göbelii cujusdam) 1711. in 12. Extat etiam *Tomo III. Operum Germanicorum.* Occaſionem ſcripto huic, perqvam in Reformatos immiti atqve acerbo, præbuit Liber adverſus Lutheranos, Chriſto, qvoad humanam qvoqve naturam, majeſtatem vere divinam, & omnipræſentiam inprimis, vindicantes, a Parocho qvodam Calviniano Runckelienſi, ſub Pſevdo-Chriſti titulo, Hanoviæ editus, in qvo Chriſtus Lutheranorum ein ohnmächtiger Hirn-Götze, Baal, Abgott, reiſſender Wolf, Seel-Mörder, effræni vocabatur petulantia, aliisqve convitiis exagitabatur turpiſſimis. Proterviam iſtam ulturus noſter, ac par pari relaturus, in Tractatu hoc, e Reformatorum, & præcipue Supralapſariorum, hypotheſibus, dogmatisqve potiſſimum ac phraſibus de prædeſtinatione & reprobatione horridiſſimis, eos Diabolum Dei loco colere, κατ' ἄνθρωπον oſtendere eſt conatus, uti a Dav. Schulteto, *in Innocentia Theologorum Hamburgenſium, Sect. III.*, *p. 63-68.*, fuſius exponitur. Confer Ad. Contzenii, Jeſuitæ Moguntini ἐπιχαιρεκάκου, parti utriqve, ob diſſidia & fœdas iſtas criminationes, inſultantis, *Jubilum Jubilorum Evangelicum, ad A. 1597., p. 310. 311. 312.*, & Gotfr. Arnoldi *T. II. Hiſt. Eccleſ., Lib. 16., c. 31., p. 383.* Ubi noſter, Deum Reformatorum einen leichtfertigen, geilen, unkeuſchen, verſchlagenen, argliſtigen, betrieglichen und blutdürſtigen Moloch (*p. 26.* imo einen Ochſen-GOtt, hölliſchen Brüll-Ochſen, den alten böſen Feind, und verfluchten Leviathan (*p. 10. 31.*), appellare haud veritus, ob immane in Reformatos odium, ſummamqve ſtyli acerbitatem, rigida itidem notatur cenſura, a Dav. Schulteto *l. c. p. 63-75.* iniqvitatis accuſata. E Reformatis ipſis Joh. Henr. Hottingerus librum hunc *ſcriptum impudentiſſimum*, *Libro III. Bibliothecarii Qvadripartiti, c. 1., p. 379.*, *nimisqve dentatum*, ibidem *Lib. III., c. 3., p. 404.*, vocavit; Scriptor vero Anonymus der Chriſtlichen Erwegung der Hiſtorie der erſten *religions-motuum* (a Schulteto *l. c. p. 71. 72. 73.* allegatus & caſtigatus) eundem ideo reprehendit, qvod Blittershagii, Spindleri & Bezæ, tantum innitatur teſtimoniis, horumqve loca mala fide ac mutilata recitentur. Ex profeſſo illum tandem refutare ſunt aggreſſi: I. Theologi Tigurini in dem Gegenberichte auf D. Phil. Nicolai Schmach-Buch von der Calviniſten Gotte und Religion, Tiguri A. 1597. *in 8.* excuſo, &, teſte *Bibliotheca claſſica* Draudii, Herbornæ A. 1607. *in 8.* recuſo; cujus verum Autorem fuiſſe Leemannum, Eccleſiaſten Tigurinum, Hottingerus *l. c. p. 379.* detexit; II. Cives qvidam urbis Unnenſis Reformati, qvorum Kurtzer Bericht auf D. Phil. Nicolai Bericht von der Calviniſten Got-

te,

te, darauß neben andern zu ſehen, wie D. Nicolai, unter dem Lutheriſchen Nahmen, die Lutheriſche Lehre von der Vorſehung läſtert, &c., Sigenæ A. 1597. *in 8.* prodiit. Utrisqve, biennio elapſo, ſcriptum ſeqvens a noſtro reponebatur.

Spiegel des böſen Geiſtes, der ſich in der Calviniſten Büchern reget, und kurtzumb vor einen Gott wil geehret ſeyn; darinn der Bericht von der Calviniſten Gotte und Religion, wieder die zwey unnütze Gegenberichte der Prediger zu Zürich, und der Fledermäuſe in Weſtphalen, die ſich vor Unnaiſche Bürger ausgeben, verantwortet wird: in zwey Theilen. Francofurti 1599. in 8. Recuſum Hamburgi A. 1617. *Tomo III. Operum Germanicorum.* Eadem cum illo eſt, teſte G. Draudio *in Bibliotheca claſſica*, licet ſub titulo alio prodierit, vel venum denuo tantum ſit expoſita, D. Phil. Nicolai Erklärung des kleinen Catechiſmi Lutheri, inſonderheit wieder der Calviniſten Greuel gerichtet, Francofurti A. 1604., & (ſi Bolduano *in Biblioth. Theol. f. 167. b.* credendum) Magdeburgi qvoqve A. 1607., *in 8.* publicata. Eccleſiaſtarum Tigurinorum Antapologiæ, illi, ſub titulo der Abfertigung des Läſter-Spiegels D. Phil. Nicolai, ſamt einem Gegenberichte von ihrem Gotte, oppoſitæ, Tiguriqve A. 1599. *in 8.* impreſſæ, in ſeqventi a noſtro mox reſponſum eſt Epinicio vernaculo.

Die erſte Victoria, Triumph und Freuden-Jubel der bitteren und viel verhaßeten, aber doch, GOtt lob, hocherhabenen und unüberwindlichen, Wahrheit, über des Calviniſchen Geiſtes Niederlage, darinn der Züriſchen Prediger wiederholter elender Kuckucks-Geſang, unter dem Titel: Abfertigung des Läſter-Spiegels *Phil. Nicolai*, beantwortet wird. Francofurti 1600. in 8., & *Tomo III. Operum Germanicorum.*

Freuden-Spiegel des Ewigen Lebens; das iſt: Gründliche Beſchreibung des herrlichen Weſens im Ewigen Leben, ſamt allen deſſen Eigenſchaften und Zuſtänden, auß GOttes Worte, in zwey theilen, richtig angeführet. Hamburgi 1597. in 4., Francofurti 1598. (*juxta Wittenium*) 1599. 1602. 1617. (*juxta Wittenium*) 1626. (*juxta Catal. nund.*) & 1633. (*juxta Wittenium*), in 4., ibidem A. 1607. in 8. (*juxta Bolduani Biblioth. Theol. f. 269. b.*). Hamburgi 1627., & (*teſte Wittenio*) 1649. in 4., ibidem A. 1633. & 1649. in 12. (*juxta Catalogos nundinales*), ibidem (cum præfatione nova D. Joh. Frid. Mayeri) A. 1707. in 8., ac *Tomo I. Operum Germanicorum*, Hamburgi A. 1617. junctim editorum. Editio Urſellana anni 1559. cujus, apud Bolduanum (*l. c.*) occurrit mentio, chimærica haud dubie eſt & fictitia, cum Autor annos vix tres tunc natus fuerit, & *Epiſtola* Libri *dedicatoria* Unnæ anno demum 1598. ſit exarata. Librum hunc, in urbe iſta Weſtphaliæ Unnenſi, peſte hanc A. 1597. affligente, ab Autore, ut ſeipſum pariter atqve auditores ſacris erigeret ſolatiis (ſicut in vita ejus jam narravimus), conſcriptum, Wilh. Ern. Tenzelius (*in Dialogis menſtruis vernaculis, M. Oct. A. 1693., p. 788. 789.*) vocavit ein andächtig und durchdringend geſchriebenes Buch, welches vielen frommen Chriſten eine rechte Freude zum Tode gemacht hat; Vinc. Placcius autem (*T. I. Theatri Anon. & Pſeudon., c. 11., p. 437.*) *Librum multis piis notum & commendatum.* Ductu illius concinnarunt, magnamqve partem ex eodem congeſſerunt: I. Ad. Tribbechovius, Th. D. & Conſiliarius Eccleſiaſticus atqve Superintendens generalis Saxo-Gothanus, XIV. Andachten von dem Ewigen ſeligen Freuden-Leben; genommen und zuſammengezogen auß D. Phil. Nicolai Freuden-Spiegel des Ewigen Lebens; qvæ juſſu Erneſti Pii, Ducis Saxoniæ, ab eo Gothæ A. 1674. *in 8.* ἀνωνύμως ſunt editæ, ſed a Tenzelio & Placcio (*ll. cc.*) ipſi vindicatæ; II. Andr. Sennertus, LL. Or. Profeſſor Wittebergenſis, *Theoriam Vitæ æternæ*, oder Freuden-Spiegel des Ewigen Lebens, nach Anleitung D. Phil. Nicolai, ſummariſcher Weiſe verfertiget, ed. Witebergæ A. 1678. *in 12.*; III. Vidua qvædam Ducalis den *Extract* dieſes Freuden-Spiegels, qvi a Joh. Dan. Arculario (*in præfat. Theoriæ Vitæ æternæ* noſtri A. 1707 præmiſſa) allegatur, & itidem prodiiſſe perhibetur, teſte *Bibliotheca Curioſa* Tenzeliana, *Repoſ. III, Sect. 11. & 12., p. 904.* De tribus Odis noſtri ſacris Germanicis, ex hoc libro in hymnologia Lutheranorum translatis ferme omnia, ſeorſim paulo poſt dicetur.

Bericht von der Gegenwart des Leibes und Bluttes Chriſti im H. Abendmahle. Hamburgi 1603. in 4. Tribuitur noſtro in P. Bolduani *Biblioth. Theol. f. 220. a.*, G. Draudii *Biblioth. claſſica*, & M. Lipenii *P. I. Biblioth. Theol. p. 318.* An vere, dubito. Meis certe nunqvam ſe obtulit oculis, nec in *Operibus* ejus occurrit *Germanicis.*

Examen Examinis Pieriani; das iſt: Schulführung und Abfertigung des Examinis, ſo D. Urbanus Pierius, Calviniſcher Prediger in Bremen, wieder die zu Dreßden, bey dem Begräbniſſe D. Nicol. Crellii (enthaupteten Chur-Sächſiſchen Kanzlers), gehaltene Leich-Predigt (*Nicol. Blumii, Paſtoris* zu Dohna), ausgeſprenget; zur nohtwendigen Verantwortung reiner Lehre der Evangeliſchen Kirchen in Sachſen, als auch zu richtiger Entdeckung und gründlicher Wiederlegung etlicher Calviniſchen Irrthümer, geſtellet: Erſter und ander Theile, darinn vornehmlich dogmatica tractiret werden. Hamburgi & Lipſiæ A. 1603. & 1611. in 8., ac Hamburgi A. 1617. *Tomo IV. Operum Germanicorum.* Inſcriptum eſt Eccleſiæ urbis Bremenſis. Tertiam illius Partem Hiſtoricam (eodem Tomo recuſam) non Phil. Nicolai noſter, ſed Nicol. Blumius, Paſtor Dohnenſis, & M. Tobias Rudolphus ac Ad. Mollerus, Diaconi Dresdenſes, concinnarunt, & ſeorſim Lipſiæ A. 1604. *in 8.* ſub hoc ediderunt titulo: *Examen Examinis Pieriani*; das iſt: Schulführung und Abfertigung des vermeinten Examinis, ſo D. Urb. Pierius, wieder die Leich-Predigt, ſo dem enthaupteten D. Nicolao Crellen nachgehalten, und von 3. Predigern unterſchrieben worden, ausgeſprenget; darinn fürnehmlich der dritte Theil refutiret, und die Hiſtorica gehandelt, alles der lautern Wahrheit zu ſteuer: geſtellet durch die drey Prediger, ſo auf Chur-Fürſtlichen Befehlich, bey dem gerechtfertigten D. Crellen aufgewartet haben. Qvæ Pars illorum tertia, non minus qvam duæ priores noſtri (a Triumviris iſtis *in Epiſt. dedic., lit. B. 7. b. B. 8. a., ac p. 90. 92.*, ſummopere commendatæ), Sermoni vernaculo Nicol. Blumii, in exeqviis D. Nic. Crellii, Reformatorum patroni in aula Saxonica præcipui, habito, patrocinantur, contra D. Urb. Pierii, Theologi Calviniani Witebergenſis ac deinde Bremenſis, *Examen* und Erläuterung der, in der über den enthaupteten D. Nicol. Crellen gehaltenen Leich-Predigt, fürgebrachten neuen Religions-Streiten, und eingeſtreueten falſchen Beſchuldigungen, und unerfindlichen Anklagen, Bremæ A. 1603. *in 8.* excuſum. Ἀποσπασμάτιον ſcripti hujus Nicolaitani eſt *D. Phil. Nicolai* Antwort auf die Frage: Ob die Gnaden-Thür allen Sündern, biß an den Todt, offen ſtehe? aus ſeinem *Examine Examinis Pieriani*; qvam Terminiſtarum, qvos vocant, adverſarii Lipſiæ A. 1701. *in 4.* ſeorſim curarunt recudi. Reſpondit noſtro Urb. Pierius, eodem mox anno 1603., in der Abfertigung des Ubiqvitiſtiſchen Predigers, D. Philippi Nicolai in Hamburg, wegen ſeiner unbefugten Zunöhtigung über das Examen der Crelliſchen Leich-Predigt, Bremæ *in 8.* impreſſa. Cui viciſſim ſeqvens paulo poſt Confutatio Nicolaitana opponebatur.

Freudige Wiederkunft auf die faule Abfertigung D. Urb. Pierii, ſo er, vor etlichen Tagen, wieder das wolbegründete Examen Examinis hat außgeſprenget. Lipſiæ A. 1603. in 8., & *Tomo IV. Operum Germanicorum.* Qvam cum Pierius denuo impugnaſſet in der Endlichen Apologie und Abgenöhtigten Verantwortung des über D. Nicol. Crellii Leich-Predigt angeſtelleten Examinis, wieder die Schulführung D. Phil. Nicolai Bremæ A. 1604. *in 8.* publicata, iſti etiam ſcriptum a noſtro reponebatur, cui A. 1608. immortuus eſt, omnium ultimum, jam memorandum.

Sieg- und Freuden-Tritt der himliſchen Wahrheit Chriſtlicher Religion, in der Evangeliſchen und gut Lutheriſchen Kirche durch Sachſen, auf die faul-ſtinckende Apologie, damit der daumelwitzige Mammelucke zu Bremen, Urb. Pierius, das Examen Examinis abgeſchnattert: Samt kurtzer Abfertigung der ehren-rührigen Schrift, ſo von einem lichtſcheuenden Injurianten, unter den Nahmen der Crellianiſchen Freunde, wieder die Leichpredigt über D. Nicol. Crellen, iſt außgegeben worden. Hamburgi 1608. in 4., & *Tomo IV. Operum Germanicorum.* Conf. de Scriptis his Phil. Nicolai & Urb. Pierii contrariis Chriſt. Schlegelii Lebens-Beſchreibung M. Theoph. Glaſeri, Superint. zu Dreßden, *p. 85-89.*

Verantwortung der Evangeliſchen Kirchen in Holland, wieder die Läſterung Pet. Plancii, Calviniſchen Predigers zu Amſterdam, und ſeiner Conſorten: worinn inſonderheit die Verborgenheit des Himmels, die ſtreitige Ubiqvität, wie auch der Unterſcheid zwiſchen der Augſpurgiſchen Confeſſion und der Calviniſchen Religion, gründlich erklaret werden. Hamburgi 1603. in 8., & *Tomo IV. Operum Germanicorum.* In Belgicum etiam tranſlata ſermonem Hamburgi A. 1604. *in 8.* prodiit. Apologia hac Reformatos Bataviæ Autor valde irritavit, uti ex ejus patet Epiſtolis, ad Conr. Schlüſſelburgium, ab A. 1603. ad 1606., exaratis, in Sylloge Theologicarum ad hunc poſthuma obviis, & ſupra jam laudatis. His enim teſtibus (*p. 478. 481.*), Amſtelodami *Prætor urbis* A. 1603. *exemplaria, qvæcunqve apud Bibliopolam invenerat, ad ſe recepit; mulcta uni ex civibus eſt injuncta, cujus ſtudio ea in urbem perlata fuerant;* nec multo poſt, *inſtigante Pet. Plancio, Senatus Amſterodamenſis cœtui Lutherano publica ſacra, & uſitatos conventus, interdixit.* In iisdem *p. 488. 491.* ab eo refertur, A. 1605., *& in Ordinum Hollandicorum publico conventu, & in Eccleſiaſtarum Calvinianorum Synodo, unanimiter eſſe decretum, nihil reſpondendum eſſe ad Libellum ſuum, Pet. Plancio oppoſitum.* Reſponderunt tamen nihilo minus complures, ab ipſo, in Epiſtola ad Schlüſſelburgium d. 5. Nov. A. 1605. data (*ibid. p. 498. 499.*), verbis enumerati ſeqventibus: *Licentiatus* (Henr.) *Boxhorn, apud Bredanos in Belgio Eccleſiaſtes, nec non Gnevelinckhoſius* (leg. Grevinchovius), *Roteradamenſis Paſtor, & alius qvidam Anonymus, in Hollandia calamum in me ſtringere non deſinunt. Et jam recens a Boxhornio liber idiomate Brabantico contra Henr. Cuickium, Epiſcopum Ruremundenſem, Philippum Nicolai, Ubiqvitiſtam, & Franc. Coſterum, Jeſuitam, evulgatus eſt; ubi, ut Chriſtus inter duos latrones, ſic ego inter duos Papicolas collocor medius.* Boxhornii refutationem ipſe, d. 8. Julii A. 1605., in alia pollicitus eſt Epiſtola, ita *p. 491. 492.* ſcribens: *Audio, pagellas, qvas Licent. Henricus Boxhorn, Bredanæ Eccleſiæ Miniſter Cinglianus, in me evulgavit, collectas & paſſim ſublatas eſſe omnes, ne in hæc loca diſpergantur, & illarum aliqvod exemplar in meas manus deveniat. Sed, cum ego qvoddam ſim nactus, haud longum tempus effluet, qvo σὺν Θεῷ refutatum illud typis publicis videbunt.*

Bericht von der Evangeliſchen Chriſten Wiederwertigkeit zu Amſterdam in Holland, Petro Plancio daſelbſt zur Nachrichtung, und der bedrängten Gemeine zum Troſte, verfertiget. Hamburgi 1604. in 8., & *Tomo IV. Operum Germanicorum.* Belgice qvoqve Hamburgi, eodem A. 1604., *in 8.* prodiiſſe perhibetur.

Grundfeſte und richtige Erklärung des ſtreitigen Artickels von der Allgegenwart unſeres Seligmachers, JEſu Chriſti, nach beyden Naturen, im Himmel und auf Erden, in Frage und Antwort geſtellet. Hamburgi 1604. in 8., & *Tomo II. Operum Germanicorum.*

Drey Predigten von der Engliſchen Schildwache des unüberwindlichen Herren und Ertz-Engels Michaelis, über die Chriſtenheit, wieder ihre Feinde. Erfurti 1604. in 4. Tribuuntur D. Philippo Nicolai per Paulum Bolduanum *in Biblioth. Theol. f. 193. a.*, & Mart. Lipenium *P. I. Biblioth. Theol. realis p. 42.*, ſed, uti vereor, falſo; cum & in Operibus illius Germanicis haud ſint recuſæ, &, *in Catalogo nundin. Francofurt. A. 1604. vern. p. 30.*, nullo Autoris indicio adjecto, memorentur.

Calvinus revelatus; das iſt: Entdeckung aller Gottes-Läſterungen, Liſten und Practicken der Calviniſten, auß ihren eigenen Schriften gezogen. Francofurti 1604. in 8. Hoc ſcriptum, cujus in eodem *Catalogo nundinali* ſolo *p. 29.* mentionem offendi, cum omnibus aliis ſit ignotum, ſi forte extat, idem eſſe conjicio cum aliqvo e libris præcedentibus contra Reformatos vernaculis, &, mutato tantum titulo, emptoribus incautis denuo obtruſum.

Schafspeltz des Calviniſchen Läſter-Teufels; ſamt angehengter Form, wie ein Haußvater ſeine Kinder vor ſolchem Greuel warnen ſolle. Francofurti 1605. in 8. De hoc Libro, non ſolum *in Catalogis nund. Francof. vern. Anni 1605. p. 30., & Anni 1606. p. 33. 34.*, ſed & *Bibliothecis Theologicis* Pauli Bolduani *f. 151. a.*, ac M. Lipenii *P. I. p 206.*, noſtro, velut Autori, tributo, idem ferendum eſt judicium, qvod de præcedenti. Non enim diverſum eſſe a *Libro de Calviniſtarum Deo & religione* Germanico, anno jam 1597. Francofurti edito, de qvo ſupra dicta poſſunt relegi, e collatione tituli utriusqve, colligo.

Treuhertzige Warnung für M. Joh. Cuno, Superint. zu Perleberg, wegen der Calviniſchen Tünſte, Grillen und Natterſtiche, ſo er in ſeinem (etlichen vornehmen Leuten in Hamburg dedicirten) Buche, Paßions-Warnung und Oſter-Troſt genandt, einmiſchet. Hamburgi 1605. in 4., & *Tomo IV. Operum Germanicorum.* *Varia* de Scripto hoc ſuo *fuiſſe judicia*, Autor ipſe, in Epiſtola ad C. Schlüſſelburgium d. 10. Jun. A. 1605. data (*l. c. p. 488.*), teſtatur. Oppoſita eſt illi, ſed lucem non vidit, Anonymi Einfaltige Offenbahrung, wie man die treuhertzige vermeinte Warnung D. Phil. Nicolai erkennen und fliehen ſol; cujus mentionem in poſſeſſoris, Anaſtaſii Philaretæ (*ſive Joach. Morſii*) *Nuncio Olympico, ſeu Catalogo MSStorum Theoſophicorum & Chymicorum variorum, num. 121.*, offendi.

Theoria Vitæ Æternæ; das iſt: Hiſtoriſche Beſchreibung des gantzen Geheimniſſes vom Ewigen Leben, darinn, auß H. Schrift, von unſerer Schöpfung, Erlöſung, Wiedergeburt, Seelen Heimfahrt, und endlich Auferſtehung des Fleiſches zum Ewigen Leben, ordentlich in fünf Büchern gehandelt wird. Hamburgi A. 1606. in 8. (*2. Volumin.*), Ibidem A 1609. 1610. & (*teſte Wittenio*) 1611. in 4, Lubecæ 1612 in 4., Hamburgi A. 1614. 1615. (*juxta Indicem Bibliothecæ Homileticæ Ephr. Prætorii*) 1620. 1628. (cum præfatione D. Matthiæ Hœi) & (*ſi Wittenio credendum*) 1651. in 4., nec non Francofurti A. 1707. in 4, cum præfat. nova D Joh Dan Arcularii, Antiſtitis Francofurtani, de laudibus Autoris. Recuſa qvoqve eſt Hamburgi A. 1617., *Tomo I. Operum* noſtri Germanicorum. Qvæ has editiones præceſſiſſe a Paulo Bolduano (*in Biblioth. Theol f. 269. b.*) traduntur, Hamburgenſes anni 1600. *in 4.* & anni 1605. *in 8.*, ac Magdeburgenſis anni 1606. *in 8.*, chimæricæ videntur aut dubiæ. Verſio Danica Laurentii Chriſtierni Hafniæ A. 1632. & 1640. *in 4.* prodiiſſe perhibetur, *in Catalogo Biblioth. Reſenianæ p. 145.*, aliisqve Indicibus. An Gotfr. Feinleri, Paſtoris Wiehenſis & Garnbacenſis, Compendium illius Germanicum, *in Catalogo nund. Lipſ. A. 1705. vern. p. 60.* promiſſum, jam prodierit, ignoro. Recenſum ejus, ſed perbrevem, *Bibliotheca curioſa* vernacula Tenzeliana, *Repoſ. III., Sect. 11. & 12., p. 900-904.*, ex editione Joh. Dan. Arcularii, exhibuit, noviſſima. Commendarunt illam Matthias Hœus (a qvo ein geiſtreiches, überauß ſchönes, andächtiges und von lauter Himmelsblumen wolriechendes Buch vocatur) & J. D. Arcularius *in præfationibus*, Joh. Conr. Danhauerus (*librum aureum* appel-

appellans) *in Stylo vindice proceſſionis Spiritus ſancti p. 279.*, Abr. Calovius *Lib. 2. Iſag. Theol. p. 317*, & Henr. Muhlius (cui ein Geiſtreiches Buch audit) in dem Vorberichte des unverfälſchten Sinns Lutheri von der Seligkeit der Gläubigen in dieſem Leben *p. 43.* Opinionem Autoris, *Lib. V. c. 10., p. 557. & ſeqq.*, mundum, die extremo adventante, non ſecundum ſubſtantiam eſſe interiturum, ſed igne tantum purgatum, immutatum ac renovatum iri, ſtatuentis, improbavit ac refutavit Joh. *Aſſelmannus in Heptade Quæſtionum Theologicarum, Qv. VII.* Conf. de eadem Aug. Pfeifferi *Anti-Chiliaſmum, c. 2., p. 108.* Jungenda huic operi eſt, velut pars illius ſecunda, *Praxis Vitæ æternæ*, oder Beſchreibung des gantzen Geheimnüſſes von Chriſtlicher Uebung, auch rechter Fahrt und Wandel zum ewigen Leben, ab ipſo qvidem Philippo Nicolai, *in præfat. Theoriæ*, promiſſa, ſed, cum is laborem hunc ob mortem immaturam aggredi non potuiſſet, a Collega illius M. Georgio Dedekenno, Eccleſiaſta Hamburgenſi Catharinæo, conſcripta, in libros itidem qvinqve diviſa, Hamburgiqve A. 1619. 1520. & 1629. *in 4.* edita.

Friedbietung der Theologen in der Churfürſtlichen Pfaltz an alle Lutheriſche Kirchen, mit treuhertziger Antwort, zu hochnöhtiger Wegräumung aller Friedens-Hinderniſſen, und Chriſtlicher Beförderung des gütlichen Vertrages, heilſamlich durchläutert und erörtert. Hamburgi 1607. in 4., & *Tomo III. Operum Germanicorum.* Commendatur a Polyc. Lyſero Juniore, Theologo Lipſienſi, *in Vindiciis Lyſerianis p. 53.*, ubi in ea ad oculum demonſtrari judicat, qvod Calviniani in multis ad Alcorani blaſphemias accedant.

Chriſtliche Predigt auß Hoſ. XIV. 6. 7., von JEſu Chriſto, dem Baume des Lebens, und ſeinen edlen Früchten; in der Fürſtlichen Hof-Capelle zu Wintzheim im Hertzogthume Lüneburg gehalten. Hamburgi 1607. in 8., & *Tomo I. Operum Germanicorum.*

Vorrede über M. Joh. Mülleri, Predigers zu Stade, Deutſche Ueberſetzung der Margaritæ Theologicæ Adami Franciſci, mit derſelben gedruckt A. 1502. in 8.

Vorrede über M. Georg. Dedekenni, Hamburgiſchen Predigers, Grund der H. Schrifft von dem allgemeinen Gnadenwillen Gottes, demſelben vorgedruckt. Hamburgi 1608. in 8.

Tres Hymni ſacri Germanici, in omnibus Eccleſiarum Lutheranarum obvii Hymnologiis: I. (de Amore Chriſti & animæ fidelis, ejus ſponſæ, myſtico) Wie ſchön leuchtet der Morgenſtern, &c; II. (de Adventu Chriſti, myſtico pariter atqve ultimo) Wachet auf, rufft uns die Stimme, &c.; III. (de Animæ fidelis afflictionibus plurimis, mundi tædio, vitæ cœleſtis deſiderio, ac patientiæ neceſſitate, e Pſalmo 42.) So wünſch ich nun eine gute Nacht der Welt, und laß ſie fahren, &c. Prodierunt initio, in Autoris ſui Freuden-Spiegel des Ewigen Lebens, A. jam 1598., decennio ante illius obitum, in lucem edito, falſoqve proinde, eos in morbo demum fatali ab ipſo eſſe concinnatos, præter Weberum (*in Hymnologia p. 174. & ſq.*), a Georg. Henr. Götzio (*in Append. epiſtolica* der Liederpredigt *p. 83*) allegatum, Joh. Arndius ὁ μακαρίτης credidit, in *Epiſtola* ad M. Chriſtoph. Friccium, Superint. Bardovicenſem, d. 7. Jun. A. 1515. exarata, Friccii qve Muſickbüchlein A. 1631. præfixa, ita ſcribens: *Inſeras tuo Encomio Muſico memoriam clariſſimi Theologi, Phil. Nicolai, qvi, paulo ante obitum, tres egregias cantiones Germanicas mira verborum dulcedine compoſuit, qvibus anguſtias ſuas, morbiqve gravitatem, emolliit & demulſit.* Commendantur etiam, etſi Autor, ævi ſui morem ſecutus, leges recentiorum metricas paſſim neglexerit, ob eandem, qvæ Arndio placuit, verborum dulcedinem, ac ſingularem phraſeologiæ ſacræ emphaſin, ab aliis pluribus, & hos inter a Wolfg. Caſp. Printzio in der Hiſtoriſchen Beſchreibung der Singekunſt, *c. 13., p. 161.*, Gothofr. Arnoldo *T. II. Hiſt. Eccl., Lib. 16, c. 11., p. 131.*, ac Joh. Chriſtoph. Oleario im Kurtzen Entwurffe einer Lieder-Bibliotheck *p. 60.* Duo priores, modis IV. Vocum ornati Muſicis a M. Zacharia Scheffero, Profeſſore Tubingenſi, ſeorſim Hamburgi A. 1611. *in 8.* prodiiſſe perhibentur *in Catalogo nundin. Lipſ. A. 1611. autumn. p. 29. 30.* De primo, Wie ſchön leuchtet der Morgenſtern, notatu digna ſunt, qvæ, ex Joh. Dan. Arcularii *Præfatione Theoriæ Vitæ æternæ* noſtri, a Wilh. Ern. Tenzelio, *in Bibliotheca curioſa, Repoſ.* III., *Sect. 11. & 12., p. 903*, hiſce verbis narrantur: Bey Verfertigung dieſes Liedes iſt der Autor, nach ſeinem eigenen Geſtändniß, mit einem Vorſchmacke des ewigen Lebens, und einer Süßigkeit von den Kräften der zukünftigen Welt, ſo eingenommen und erfüllet geweſen, daß er der ordentlichen Mahlzeit drüber vergeſſen; und, als er von den Seinigen dazu geruffen worden, hat er ſich geweigert zu kommen, mit dem Bedeuten, er ſey jetzo ſo geſättiget von einer innerlichen geiſtlichen Freude, daß er weder Hunger, noch Durſt, am Leibe fühle, würde auch weder eſſen, trincken noch ruhen, biß er dieſe ſeine geiſtliche Freuden-Gedancken, an dieſem Liede, in Ordnung und zu Ende gebracht. Plura de laudibus ejus ſuggerent Georg. Henr. Götzius (eadem de ſacro poeticoqve Autoris referens Enthuſiaſmo, perperamqve illum in nuptiis decantari inculcans) *in Appendice epiſtolica* der Liederpredigt *p. 82. 83. 84.*, Joach. Weickmannus *in Concionibus in illum* (a Götzio citatis) *p. 9. & ſeqq.*, W. E. Tenzelius (ſingularem ultimi cujusvis ſtrophæ verſiculi admirans emphaſin, & homines laſcivos, odam hanc de amore myſtico ſacram ad impurum, qvo flagrant, detorqventes, objurgans) *in Dialogis menſtruis Germanicis, M Oct. A. 1693., p. 789-792.*, & *in Biblioth. curioſa, Repoſ.* II. *Sect. 7., p. 602.*, ac, qvem is duas narrationum de fatis hymni iſtius & dodecadas congeſſiſſe teſtatur, Georg. Serpilius im Sendſchreiben über das erſte Fach des andern *Repoſitorii* der *Curieuſen Bibliotheck* (ed. Ratisbonæ A. 1705.), nec non Joh. Caſp. Wezelius *Parte* II. *Hymnopoeographiæ Germanicæ p. 243. 244. 245.* Addantur his, qvos alii allegant, Joh. Conr. Danhauerus *in Hagiologio p. 388.*, & Joh. Henr. Urſinus *in Parallelis Evangelicis, Domin. Sexag.* Verſionem Svecicam hymni hujus primi concinnavit, & *Curſui* ſuo *Viſitationis Wexionenſis*, A. 1605. *in 8.* edito, adjecit, Petrus Jonæ Angermannus, Epiſcopus Wexionenſis, teſte Joh. Schefferi *Svecia literata p. 55.* Homiliis ac meditationibus ſacris eundem, & qvidem totum, fuſe atqve ex profeſſo illuſtrarunt: I. Salom. Glaſſius, Th. D. & Superint. Gen. Saxo-Gothanus, in der Erklärung des Liedes: Wie ſchön leuchtet der Morgenſtern, *Parti* II. der Prophetiſchen Spruch-Poſtilla, qvæ Jenæ A. 1647. *in 4.* prodiit, ſubjuncta; II. Joh. Mochingerus, Profeſſor & Eccleſiaſtes Dantiſcanus, in den Anmerckungen über das himmliſche Freuden-Lied: Wie ſchön leuchtet &c., Gedani A. 1651. *in 8.* (teſte Ephr. Prætorio *in Athenis Gedanenſibus p. 73.*); III. Jac. Marggravius, Diaconus Lauenburgenſis, *in Conjugio myſtico*, oder vierzehn Predigten von der tröſtlichen Ehe zwiſchen JEſu Chriſto, und ſeiner Braut, der Chriſtlichen Kirchen, aus demſelben Geſange, Hamburgi A. 1652. *in 4.*; IV. Dav. Klugius, Th. D. & Paſtor Catharinæus Hamburgenſis, *in Phoſphoro ſacro*, oder ſieben Advents- und Weynachts-Predigten über den geiſtreichen Geſang D. Phil. Nicolai: Wie ſchön leuchtet &c, Hamburgi A. 1668. *in 12.*; V. M. Vinc. Crullius, Diaconus Hamburgenſis Jacobæus, cujus *JEſus* meine Liebe, oder das geiſtreiche Lied D. Phil. Nicolai: Wie ſchön &c., in zwölf Predigten erkläret, mit Anmerckungen, Hamburgi A. 1659. *in 12.* prodiit; VI. M. Thomas Paulus Stegerus, Lipſienſis, Paſtor Somsdorfienſis, in den Chriſtlichen guten Gedancken über das ſchöne und geiſtreiche Brautlied: Wie ſchön &c., ἀνωνύμως (præfixis tantum literis nominis initialibus M. T. P. S.) Dresdæ A. 1694. *in 12.* editis, de qvibus *Nova literaria Germaniæ Hamburgenſia, M. Febr. A. 1704., p. 57.*, conferantur; VII. Joach. Weickmannus, Th. D. &

D. & Paſtor Dantiſcanus, in denen in fünf Predigten vorgeſtelleten Betrachtungen über das Lied: Wie ſchön &c., Lipſiæ A. 1704. in 8. Adjungantur his, qvi unam alteramve illius ſtropham aut verſum, vel in Homiliis funebribus integris (qvales a D. Juſto Söffingio, M. Caſp. Forbigero, M. Joh Rennero & Abr. Claudio, ſunt publicatæ), vel obiter in ſcriptis aliis homileticis, explicarunt, a Joh. Chriſtoph. Oleario in dem Entwurfe einer Lieder-Bibliotheck *p. 128. 129.*, & Georg. Henr. Götzio in dem Sendſchreiben an J. C. Olearium, von unterſchiedlichen zur Lieder-Hiſtorie dienlichen Sachen, *p. 30. 31.*, enumerati. Secundus noſtri hymnus (Wachet auf, rufft uns die Stimme, &c.) nonnullos itidem habuit Exegetas, Joh. Chriſtoph Olearium ſcilicet in Sciagraphia ſuæ in illum homiliæ, *Parti IV.* des Evangeliſchen Lieder-Schatzes *p. 109.* inſerta. &, qvi hanc *l. c. p. 30.* allegat, Georg. Henr. Götzium, Superintendentem Lubecenſem, in der Betrachtung über das himmliſche Hochzeit-Lied D. Phil. Nicolai: Wachet auf &c., Lubecæ A. 1715. *in 12.* excuſa. Tertii qvoqve (So wünſch ich nun eine gute Nacht &c) Stropham qvintam D. Mich. Waltherus *in Centuria Miſcellaneorum Theologicorum p. 80.*, & octavam Mich. Cordeſius *Parte* II. der Sprüchwörter-*Poſtille p. 215.*, breviter, teſte eodem Oleario (im Entwurfe einer Lieder-Biblioth. *p. 121. 122*), illuſtrarunt.

D. Phil. Nicolai Teutſche, ſo wol vor dem publicirte, als auch noch nicht ausgegebene, Schriften, in IV. Theilen oder Tomis, zuſammen in Druck gegeben von M. Georgio Dedekenno, Hamburgiſchen Prediger an S. Catharinen-Kirche. Hamburgi A. 1617. in fol. Syntagmatis hujus Operum noſtri Germanicorum, qvod Thomæ Crenio (*Parte XV. Animadverſ*, *p. 129.*, Latina illius *Hamburgi A. 1617.*, *demtis*, *qvod admodum dolendum*, *Germanicis*, *prodiiſſe*, perperam tradenti) fuiſſe miror ignotum, Tomo I. (cui, præter Dedekenni editoris Epiſtolam de Novi Teſtamenti, circa voluntatis divinæ revelationem, præ Veteri, prærogativa dedicatoriam, judicia eadem, qvæ in Latinorum fronte comparuerunt, Theologorum Tubingenſium & Witebergenſium, Eccleſiaſtarum Hamburgenſium, item D. Matth. Hoei, D. Joh. Winckelmanni, D. Balth. Menzeri & D. Barthol. Batti, de Autore, illiusqve ſcriptis, honorifica, in lingvam translata Germanicam, ſunt præmiſſa) exhibentur: I. Die Hiſtorie des Reiches Chriſti, durch M. Gothardum Artum verdeutſchet; II. Freudenſpiegel des ewigen Lebens; III. Theoria Vitæ Æternæ; IV. Predigt von JEſu Chriſto, dem Baume des Lebens, aus Hoſ. XIV. 6. 7.

Tomo II., poſt præfationem Dedekennianam: I. Grundfeſte und richtige Erklärung des ſtreitigen Artickels von der Allgegenwart Chriſti; II. Predigten über die Evangelia der zwey erſten Oſtertage, und der Sontage Qvaſimodog., Miſeric. Dom. und Jubilate, wie auch drey Pfingſtpredigten; qvæ ſolæ, reliqvis poſt mortem noſtri ſubreptis, ſuperfuerunt, & hic primum ſunt editæ; III. Zwantzig Predigten über die fünf erſten Capittel der Offenbahrung Johannis, tunc itidem primum juris factæ publici; IV. M. Georg Dedekenni Leichpredigt über D Phil. Nicolai aus Apoc. XIV. 13.

Tomo III., cui præfixa eſt Dedekenni Præfatio, Calvinianos, qvod contra conſcientiam agant, accuſans: I. Bericht von der gantzen Calviniſchen Religion; II. Kurtzer Bericht von der Calviniſten GOtte und Religion; III. Spiegel des böſen Geiſtes, der ſich in der Calviniſten Büchern reget; IV. Abtreibung des wehrloſen und nichtigen Entſatzes der Calviniſten zu Unna; V. die Erſte Victoria der Wahrheit, wieder der Zürichſchen Prediger Abfertigung des Läſter-Spiegels Phil Nicolai; VI. Friedbietung der Theologen in der Churfürſtlichen Pfaltz, mit treuhertziger Antwort.

Tomo tandem IV., præter M. G. Dedekenni Præfationem de Theologiæ Polemicæ neceſſitate: I. Verantwortung der Evangeliſchen Kirchen in Holland, wieder Pet. Plancium; II. Bericht von der Evangeliſchen Chriſten Wiederwertigkeit zu Amſterdam; III. Treuhertzige Warnung für M. Joh. Cuno; IV. Examen Examinis Pieriani, der erſte und ander Theil; V. Freudige Wiederkunft auf die faule Abfertigung D. Urb. Pierii; VI. Dritter Theil des Examinis Examinis Pieriani, durch die drey Sächſiſche Prediger, Nicol. Blumium, M. Tob. Rudolf und Ad. Mollerum, geſtellet; VII Sieg- und Freuden-Tritt auf die faulſtinckende Apologie D. Urb. Pierii.

INEDITA, AFFECTA ET PROMISSA.

Pro Divina JEſu Chriſti gloria, adverſus Ebioniticos Chriſtoph. Oſtorodi latratus, Libri tres. qvi Hamburgi A. 1603. *in 8.* prodiiſſe falſo, *in Catalogo nundin. Francofurt. A. 1603. autumn. p. 3.*, & Henn Wittenii, iſtum haud dubie ſecuti, *Decade* I. *Memor. Theoll. renov. p. 36.*, traduntur. Promiſſi ab eo ſunt A. 1603. 1604. & 1605., in Epiſtolis, de qvibus ſupra ſuo dictum eſt loco, ad Conr. Schlüſſelburgium Theologicis *p. 474. 478. 482. 487.*, ſed, uti e *p. 487.* patet, A. 1605. nondum erant ſcripti vel ſaltem abſoluti, nedum editi. Qvam ob cauſam nec *in Operibus* noſtri *Latinis* A. 1617. locum invenerunt.

Praxis Vitæ æternæ Germanica, opus affectum, de qvo in *Theoriæ Vitæ æternæ* recenſu narrata poſſunt relegi.

Refutatio Libri ab Henr Boxhornio, Th. Lic. ac Paſtore Bredano Reformato, contra ſe editi, A. 1605., in Epiſtola ad Schlüſſelburgium *p. 491. 492.*, promiſſa; uti, in *Apologiæ pro Eccleſiis Hollandiæ Evangelicis* vernaculæ, a Boxhornio impugnatæ, hiſtoria, paulo ante, verbis illius recitatis, fuſius eſt expoſitum.

JOHANNES OLDENDORPIUS,

cui a Joach. Vagetio (cum cive ſuo, Interprete Lingvæ Hebrææ Roſtochienſi & Argentinenſi, eum confundente) (1.) prænomen *Henningi*, a Joh. Chriſtoph. Becmanno (2.) autem cognomen *Oldenburgii*, minus accurate tribuitur, patria fuit Hamburgenſis, & avunculo gaviſus eſt Alb. Krantzio, templi civitatis iſtius cathedralis Decano, Theologo, JCto & Hiſtorico ævi ſui incomparabili (3.). Hujus, ad æmulationem excitatus exemplo, ac liberalitate ſublevatus, ſucceſſu adeo felici, Legum ſtudio, Coloniæ Ubiorum, atqve alibi, incubuit, ut non ſupremos ſolum juris utriusqve honores Gryphiswaldiæ, juvenis admodum, haud difficulter ſit adeptus (4.), ſed famæ etiam poſtea, meritis partæ eximiis, magnitudine omnes illius in Germania Profeſſores, ſibi coævos, ſuperaverit. Operam ejus, in officiis publicis adminiſtrandis, prima ſibi vindicavit civitas Roſtochienſis, cujus A. 1529, & triennio proximo, fuit Syndicus (5.), & publicus ſimul Legum in Academia Interpres (6.). Qvo in munere, cum primo doctrinæ Lutheranæ apud Roſtochienſes præconi, Joach. Slutero, ſtrenue, contra religionis Pontificiæ hyperaſpiſtas, patrocinaretur, criminationibus variis, in vulgus ſparſis, eſt

(1.) *in Præcidaneis de orbe habitabili p. 263.* (2.) *in Catal. Biblioth. Francof. p. 331.* (3.) uti ipſe teſtatur *in Lib. de ſententia & re judicata*, *num. 10.*, apud Chr. Wilh. Eybenium, *in Etymol. crit. T. Magiri aucto p. 62?.* (4.) V. Melch. Adami *Vitas JCt. Germ. p. 175.*, & Nic. Reusneri *Icones.* (5.) V Melch. Ad. & N. Reusn. *locis citatis*, Pet. Lindeb. *Lib. 4. Chronici Roſtoch. p. 117*, & ſcripta duo vernacula, de arte juris & æqvi, ac Conſultationibus, Roſtochii A. 1529. ac 1530. a Noſtro edita. (6.) JCtis Acad. Roſtoch. accenſetur a Wolfg. Juſto in *Tr. de Academiis*, *num. 60.*, Pet. Lindebergio *Lib. 5. Chronici Roſtoch. c. 11.*, & Thom. Lindemanno *in Orat. ſeculari*, *Actis Jubilæi Academici Roſtoch.*, *A. 1619. celebrati*, *inſerta.*, *p. 92.*

eſt impetitus, ſed Apologia iſtas vernacula, A. 1533. edita, confutavit (7.). An Roſtochio (cujus ſcholæ, urbi toti communis, fundandæ autor etiam fuit (8.)), eodem A. 1533., diſceſſerit, & Reipublicæ Lubecenſis, uti credunt nonnulli, Syndicatum ſuſceperit, incertus hæreo. Memoratur utiqve a Reimaro Kockio, Parocho urbis iſtius Petrino, ipſi coævo, *Chronici Lubecenſis* MSti autore, eumqve ſecutis Gotſch. Kirchringio & Gotſch. Müllero (9.), Joh. Oldendorpius, *Vir ſummæ eruditionis, ſed malæ vitæ*, ad dignitatem iſtam, A. 1533., a Georg. Wollenwebero, Demagogo ſeditioſo, atqve aſſeclis illius, evectus, Legatumqve eundem a Lubecenſibus, A. 1534., ad Roſtochienſes, ut in belli adverſus Danos ſocietatem hos pertraheret, eſſe miſſum, Dav. Chytræus (10.) teſtatur. Sed eundem hunc eſſe cum noſtro, certo haud auſim affirmare, & famæ ejus atqve exiſtimationis ſtudioſi vix perſvaderi ſibi patientur. Longe certioribus probari poteſt documentis, eum, non multo poſt, relicta Saxonia inferiori, Juris egiſſe Profeſſorem in diverſis Germaniæ Academiis, qvibus tamen Witebergenſis a Franc. Sweertio (11.), & Joach. Vagetio (12.), male annumeratur. Silent enim de noſtro Joh. Zangerus, Gotfr. Svevus, Andr. Sennertus, cæteriqve, tum omnium ſcholæ Leucoreæ Doctorum publicorum, tum ſolorum Anteceſſorum, Nomenclatores & Encomiaſtæ. In Francofurtana eum aliqvamdiu docuiſſe, Wolfg. Juſto, Phyſices in eadem ſeculo ſuperiore interpreti, teſti hujus rei unico qvidem, ſed fide digno (13.), haud invitus credo (14.). Longe tamen majori, qvam iſtic, applauſu, & famæ incremento, in Colonienſi jus civile profeſſus eſt Academia (15.), & Lutheraniſmi ſimul in civitate iſta, ac vicina diœceſi, propagationem, a Phil. Melanchthone & Mart. Bucero, Hermanni, Comitis a Weda, hujus Archiepiſcopi, inchoatam auſpiciis, conſilio atqve opera adjuvit, ſcriptis etiam aliqvot apologeticis, A. 1543., cum Colonia jam diſceſſiſſet, editis, patrocinium illius adverſus clerum, a qvo eadem ſufflaminabatur, urbanum, ſuſcipere haud veritus. Qvibus, ab hujus hyperaſpiſte, Eberh. Dillichio, Th. D., & Carmelitarum Germaniæ inferioris Provinciali, repoſita eſt *Defenſio Judicii Univerſitatis & cleri Colonienſis, contra Melanchthonis, Buceri & Oldendorpii calumnias*, a Joh. Cochlæo, in *Actis Lutheri* (16.), ad A., qvo prodiit, 1545., allegata atqve commendata. Colonia Marpurgum Haſſorum noſter diſceſſit A. 1540 (17.), a Philippo Magnanimo, Haſſiæ Landgravio, in aulæ ſuæ Conſiliariorum (18.), & Anteceſſorum Academiæ, in civitate jam dicta, ante luſtra aliqvot, a ſe apertæ, numerum cooptatus. Qvos inter locum tandem primum, poſt D. Joh. Ferrarii exceſſum, A. 1558. obtinuit (19.), tantamqve ſumma ſua eruditione, & ſingulari in docendo dexteritate, judicio ſtipata accuratiſſimo, ſcholæ Haſſiacæ conciliavit celebritatem, ut, præ cæteris Germaniæ Athenæis, a Themidos cultoribus, catervatim freqventaretur, myſtæqve hujus eximii complures, non alibi, qvam illic, tanto gaviſuri brabevta, gradus ſibi Academicos vellent conferri. E qvibus Melch. Adamus Nicol. Vigelium & Conr. Matthæum, celeberrimos ejusdem JCtos, mitra doctorali a Noſtro, una cum Hectore a Joſſa, A. 1563. ornatos, imprimis commendat (20.). Eundem certe, qvo Lutherum Theologiæ, Eraſmum autem Roterodamum & Melanchthonem literarum elegantiorum cultores dignantur, titulum ac honorem, a jurisprudentiæ ſtudioſis, Oldendorpius meretur, primus illius in Germania inſtaurator, ac vindex adverſus barbarorum ſeqvior ſævi commentatorum ineptias, atqve diſputationes infinitas, dexterrimus, praxeos autem forenſis, ac proceſſus judiciarii, reformator cordatiſſimus pariter atqve ſapientiſſimus. Nemo, communi hoc Practicorum, imo JCtorum omnium, Germaniæ præceptore, ſummoqve juſtitiæ & æqvitatis aſſertore, corruptelas theoriæ pariter atqve praxeos juridicæ majori detexit παῤῥησίᾳ (21.), nemo cauſas earundem ſolertius indagavit, nemo remedia, adverſus iſtos cathedrarum ac tribunalium morbos, ſuggeſſit præſtantiora, ſed pleraqve hactenus, ſummo cum boni publici detrimento, ob ægrotantium vecordiam ac contumaciam, neglecta. Vitæ ejus (de qva nihil fere mihi eſt exploratum) domeſticæ labem haud exiguam affricare conantur Florimundus Ræmundus, Senator Burdigalenſis, Lutheranis infenſiſſimus (22.), & nuperus Polygamiæ Patronus, Joh. Lyſerus, ſub Larva *Athanaſii Vincentii* ψευδωνύμε delitescens (23.), dum, Lutheri, eum, permiſſu, & Principis ſui, Philippi, Haſſorum Landgravii, exemplo, conjugi priori, adhuc viventi, alteram ſuperinduxiſſe, audacter affirmant. Sed fide eſt indigna iſta, qvæ ſine teſtibus idoneis, nobis a duumviris illis obtruditur, fabula, meritoqve a Mich. Siricio, Theologo in Haſſia Gieſſenſi (24.), & JCtis, qvos ille conſuluit, ejusdem provinciæ eximiis, vitam noſtri probe habentibus cognitam, exploſa. Vivis tandem ſenex hic JCtiſſimus exceſſit, bimeſtri poſt Philippum, Principem ſuum, temporis intervallo (25.), die 3. Junii A. C. 1567., uti, præter Autores, qvi mentionem vitæ ejus aliqvam injecerunt, pleroſqve (26.), Eteoſtichon etiam hoc Abr. Saurii (27.) teſtatur:

Ah OLDenDorpI (IVnI Vt LVX tertIa fVLsIt),
Nos fVgIs, HassIaCæ LeXqVe saLVsqVe sCHoLæ.

Fallitur proinde tam Joh. Jac. Boiſſardus, qvi (28.) annum præcedentem 1566., qvam Lucas Oſiander, qvi (29.) ſeqventem 1568., emortualem ei fuiſſe perhibet. Sepultus eſt, teſte Melch. Adamo, in templo civitatis Marpurgenſis primario, ad latus aræ ſiniſtrum.

Effigiem ejus, æri inſculptam, exhibet *Bibliotheca chalcographica Joh. Jac. Boiſſardi, num. 64., lit. Hh. 2.*, cum hoc Diſticho:

Juris, Olendorpi, fueras qvi vivus aſylum,
Nunc qvoqve es Auſonii portus & aura fori.

Elogia ejus biographica, ſed breviſſima, lectori ſiſtunt:

1. Melch. Adamus, *in Vitis JCtorum German. p. 175-178.*
2. Paulus Freherus (Adamum ſecutus), *in Theatro eruditorum p. 854. 855.*

(7.) V. Nic. Gryſii *Hiſtoriam vitæ Sluteri Saxonicam*, *ad A. 1531.*, & Z. Grapii Evang. Roſtock *p. 66. 87. 88. 89.* (8.) teſte Zach. Grapio *l. c.*, *c. 8*, *p. 218.* (9.) *in Compend. Chron. Lubec. p. 190.* (10.) *P. II Chron. Sax. p. m. 219.* (11.) *in Athen. Belg. p. 84.* (12.) *l. c.* (13.) *in Tr. de Acadd.*, *num. 78.*, & *Chronico Francof. p. 40 edit. Becmannianæ* (14.) JCtum Acad. Francoſ. eum A. 1520. fuiſſe, refert etiam Balth. Caminæus *in Or. ſec.*, ſed tacent de illo *Acta Academica*. V. *Becm. Notit. Univ Francof.*, *c. 6.*, *p. 61.* (15.) V. Melch. Ad. & Nic. Reusnerum *locis allegatis*. (16.) *p. m. 329. b.* (17.) teſte Joh. Juſto Piſtorio *in Propylæo Athenæi Haſſiaci p. 9.* (18.) V. Melch. Ad. *l. c.*, & Dav. Chytræi *P. III. Chronici Saxon. p. m. 425.* (19.) teſte Herm. Vultejo, *in Catal. JCtorum Marpurgenſium*, *Tomo I. Conſiliorum Marp.* præfixo. Conf. Piſtorium *l. c.* (20.) *in Vitis JCt. Germ. p. 240.* (21.) Aliqvot ipſius de his qverelas, e *Lexico juridico*, recitat Melch. Adamus *l. c. p. 175. 176.* Longe plures e cæteris ejus ſcriptis poſſunt congeri. (22.) *Lib. 3 de Ortu & Progr. Hæreſium*, *c. 6. p. 237.* (23.) *in Notis ad Theophili Alethæi Diſcurſum de Polygamia p. 556.* (24.) *in Uxore una p. 41. 42.* (25.) V. Melch. Ad. *l. c. p. 175.* (26.) V. Melch. Ad., Dav. Chytr., Herm. Vultejum, Joh. Juſtum Piſtorium, *locis citatis*, Joh. Gvaltheri *dies emortuales eruditorum*, *Libro II. Chronici Chronicorum* inſertos, Abr. Bucholzeri *Ind. Chronol. ad A. 1567.*, El. Reusneri *Iſag. Chronol. p. 658.*, J. H. Alſtedii *Theſaur. Chronol.*, Caſp. Conradi *Millenarium I. Proſopogr. Melicæ p. 124.*, Abr. Saurii *Diar. Hiſt. ad d. 3. Jun.*, & *Catal. Profeſſ. Marpurgg.*, *Theatro urbium* A. 1610. præfixum. (27.) *in Diar. Hiſtor. l. c.* (28.) *in Biblioth. Chalcograph.*, *num. 64.*, *lit. Hh. 2.* (29.) *Cent. XVI. Hiſt. Eccl. p. 807.*

3. Henr. Pantaleon, *Parte III. Proſopographiæ p.188.*
4. Pet. Nigidius, PP. Marpurg., in Carmine peculiari, qvod *Elenchus* ejus *Profeſſorum Marpurgenſium*, Marpurgi A. 1591. *in 8.* excuſus, *p.15.*, & Melch. Adamus *l.c.p.177.*, exhibent.
5. Nicol. Reuſnerus *in Iconibus eruditorum.*
6. Plato Matthias Schilherus, Norib., Conſiliarius Lauenburgicus, *in Iconibus & Elogiis JCtorum Germaniæ*, qvæ in bibliotheca Hamburgenſi aſſervantur, MStis.

Scripta ejus, ſed nec omnia, nec juſto ordine atqve accuratione, recenſent Conr. Geſnerus *in Biblioth. univerſali p.445.*, & Joſ. Simlerus, *in Epitome illius aucta p. 401.*

Conferri de illo poſſunt, præter Autores, in biographiæ margine jam allegatos, Gerh. Mercator *in Atlante Geograph. p.255.*, Jac. Spiegelius *in Lexico juridico*, *in voce Reſtaurari*, Mich. Neander *in Deſcript. orbis terr. p.133.*, & *in præfat, Grammat. Græcæ p. 287.*, Henningus Conradinus in Epigr. in eum, *in Poem. p. 130.* obvio, Gvilh. Budæus *in Thanatologia Sec. XVI.*, *ad A. 1567.*, *p. 242.*, Otto Melander *Libro I. Jocoſeriorum*, *p. 702. 7 8.*, Joh. Andr. Qvenſtedius *in Dialogo de patriis vir illuſtr. p. 202*, Joh. Otto Tabor *in Racemationibus definitionum criminalium*, Argentinæ A. 1651. editis, *p. 443.*, Jac. Thomaſius *in Tr. de Plagio literario §. 433.*, Georg. Matth. Königius *in Biblioth. vet. & nova p. 586.*, Acta Erudd. Lipſienſia, *Tomo II. Supplemm.*, *Sect. V.*, *p. 256.*, Chriſt. Wilh. Eybenius, *in Eponymologio critico Tob. Magiri aucto p. 621.*, Dn. Baſnagius *en l' Hiſtoire d' ouvrages des ſçavans*, *M. Jul. A. 1688.*, *p. 321.*, Herm. ab Hardt *in Monumentis avtographis Rudolphi Auguſti, Ducis Brunſvic.*, *Tomo III.*, *p. 331. 332.*, *Homonymoſcopia* mea, *Sect. II.*, *c. 7.*, *§. 92.*, *p. 707.*, Joh. Fabricius P. *III. Hiſtoriæ Biblioth. Fabricianæ p. 316. 317.*

ELOGIA.

Abr. Saurii & Joh. Jac. Boiſſardi Diſticha, in eum, encomiaſtica jam ante ſunt recitata.

Pet. Pagani, Prof. Marp., in laudem ejus Epigramma Nicol. Reuſnerus, *in Iconibus Eruditorum*, legendum exhibet.

Abrah. Schwartzii Hendecaſyllabi de ipſo ſeqventes a Melch. Adamo (*in Vitis JCtorum Germ. p. 177.*) recitantur:

Si qvisqvam Themidos fuit ſacerdos
Felix, jus alios docere ſacrum,
Oldendorpius hic fuit diſertus,
Qvi legum cupidam, bonis juventam,
Libris inſtituit fidelis, uſum
Monſtrando, & variis fori applicando
Leges judiciis, bene explicatas,
Qvi multum teneram juvat juventam,
Laude eſt perpetua, ac honore, dignus.

Pet. Nigidius, PP. Marpurg., ſub initium ſui in illum Epigrammatis, his eum verſibus compellat:

Magne Oldendorpi, tu, vivens, Juris aſylum,
Gymnaſiiqve hujus Sol velut unus, eras.

Jac. Spiegelius (*in Lexico Juridico, voce Reſtaurari*) ita (*teſte Königio in Bibl. V. & N. p. 586*) de illo judicat: *Noſter Oldendorpius, minime ad ſomnia nugamentaqve ſcribenda natus, imo, ut res ipſa manifeſtat, a Deo miſſus, ut, qvod Eraſmus pro bonarum artium ſtudio repurgando, præſtitit, ipſe qvoqve Oldendorpius, in noſtra jurisprudentia recte tradenda, efficeret.*

Idem, *in Nomenclatura Jurisperitorum* (teſte J. Ott. Tabore *in Racemationibus Definitt. criminal. p. 443.*), *Oldendorpium, recte docendo, & pure ſcribendo, ſuperiores viciſſe*, cenſet, *Commentatores.*

Conr. Geſnero (*in Biblioth. univerſali fol. 445.*) audit *Clariſſimus omnium, inter Germanos, hoc tempore, Juris civilis Profeſſorum, ex eorum ſaltem numero, qvi literis aliqvid publicarunt.*

Joh. Draconitæ (*in dedic. Libri II. Comment. in Evangg. dominicalia*, Baſileæ *A. 1555. in fol. editi*) *ſublime JCtorum noſtri ſeculi decus.*

D. Chytræo (*Parte III. Chron. Saxon. p. m. 425.*) *JCtus inſignis, & Profeſſor Marpurgi dexterrimus.*

Lucæ Bacmeiſtero Sen., *in Hiſtoria Eccleſiæ Roſtoch. MS.* (apud Zach. Grapium im Evang. Roſtock, *c. 4.*, *p. 88. 89.*), *Vir, cujus excellens fuit eruditio, & in Jure docendo peritia & uſus, qvod & ſcripta ejus teſtantur, qvæ apud JCtos magni fiunt.*

Ægid Mommerio (*in Epiſt. de ratione legendi diſcendiqve jura*) *jurisconſultus clariſſimus.*

Mich. Neandro (*in Deſcript. orbis terr. p. 133.*, & *in præfat. Gramm. Græcæ p. 287.*) *Clariſſimus omnium, inter Germaniæ JCtos.*

Gerh Mercator (*in Atlante Geogr. p. 255.*), eodem, qvo Neander, elogio illum ornat.

Abr. Bucholzerus (*in Ind. chronol.*, *ad A. 1567.*) & Joh. Gvaltherus, ſive Janus Gruterus (*Libro II. Chronici Chronicorum*) *JCtum* illum vocant *acris judicii, & in praxi dexteritatis ſingularis.*

Nicol. Varenbulerus, JCtus Tubing., ejus olim auditor (teſte Melch. Adamo *in Vitis JCt. Germ. p. 397.*), omnia ſe præceptoris hujus ſui ſcripta, inſtar theſauri, aſſervare, eſt profeſſus.

Florim. Ræmundo, Senatori Burdigalenſi (*Libro 3. de Ortu & Progr. Hæreſium, c. 6.*, *p. 237.*), audit *Celeberrimi nominis JCtus.*

Ern Cothmanno, JCto Roſtoch. (*Volum. I. Reſponſ. 16. n. 60.*) *Germaniæ Sulpitius*; it. (*Vol. IV. R. 3. n. 37.*) *Vir acerrimi judicii, & juris, æqvitatisqve publicæ, aſſertor Certiſſimus*; it. (*Vol. I.*, *Conſil. I.*, *n. 95.*) *JCtus doctiſſimus* (Qvæ ejus loca Tabor & Eybenius, ſupra laudati, allegant.

Lucæ Oſiandro (*Cent. XVI. Hiſt. Eccl. p. 807.*) audit *JCtus celebris & exercitatus.*

Andr. Dinnero, JCto Altorf. (*in Tr. de juſto rerum pretio, Qv. 3.*, *p. 26.*, *ap. Taborem l.c.*) *Non tam JCtus, qvam Vir melior.*

Joach. Vagetio (*in Præcidaneis de orbe habitabili p. 263.*) *JCtus ſcriptis apud Germanos nobilis.*

Thom. Lanſius, *in Conſultat.*, *Or. I. pro Germania p. 50.*, JCtis Germaniæ ἐξοχωτέροις illum accenſet.

Nic Henelio (*in Comm. de Vett. JCtis p. 174.*) audit *vir ſummus.*

Caſp. Conradus (*Millenario I. Proſopogr. melicæ p. 124.*) ita de illo:

Egit & hic cauſas, & cauſas reddidit æqvi,
Promeritus famæ perpes agalma ſuæ.

Paulus Buſius (*in præfat. Commentarii ad Pandectas, allegata a Frid. Jac. Leikherro, in Vitis JCtorum p. 185. 186.*) ita ſcribit: *Non minimus inter primos jurisprudentiæ Reformatores, apud Germanos, Oldendorpius erat, & Alciatus, inter Italos.*

Plato Matth. Schilherus, Conſil. Saxo-Lauenb. (*in Iconibus & Elogiis JCtorum Germaniæ MStis*), hoc imagini

gini ejus adjecit elogium: *Joh. Oldend. Hamb., ingens Germaniæ decus, Marpurgenſis Academiæ Monarcha, cui hoc unum in votis, ut, foro repurgato, & ſanctus, & inculpatus, ejus ſit uſus.*

Joh. Chriſt., Baro a Boineburg, in Ep. ad Zach. Prüeſchenckium A. 1663. exarata (*apud B. G. Struvium Faſc. 5. Act. Lit. p. 63.*), ſe, atqve illum, *e JCtis, Oldendorpium, Hopperum, Tuldenum & Grotium, maximi ſemper merito feciſſe*, teſtatur.

Henr. Bruhnio (*in Tr. de Pactis, Th. 4., lit. E., apud Eybenium l. c.*) audit *Totius Saxoniæ inferioris decus & ornamentum.*

Joh. Ott. Tabori (*in Raſemationibus Definitt. criminal. p. 443.*) *Graviſſimus Germaniæ JCtus.*

Erico Mauritio (*in præfat. Specim. Conſill. Kilonienſium, ſeu Introd. ad Praxin, §. 12.*) *Judicii plus qvam vulgaris JCtus.*

Melch. Adamo (*in Vitis JCtorum Germ. p. 175.*) *lumen JCtorum Germanorum, verus, non tam juris, qvam juſtitiæ, conſultus, Vir, qvem præſtantiſſimum fuiſſe JCtum, ac de jure ſuo præclare meritum, omnes hodieqve teſtantur, uno ore, ſacrarum legum antiſtites; qvi ſemper ea, qvæ a legibus, & jure civili, proficiſcerentur, ad æqvitatem retulit, maluitqve controverſias tollere, qvam litium conſtituere actiones.*

Joh. Andr. Qvenſtedio (*in Dial. de patriis vir illuſtr. p. 203.*) *Lumen illud, inter JCtos Germaniæ, clariſſimum, vir acris judicii, & in praxi dexteritatis ſingularis.*

Enocho Gläſero, JCto Helmſtad. (*in Diſſ. apologetica de Jure in re, c. 2., p. 18.*), *Communis præceptor.*

Joh. Lud. Praſchio (*in Tr. de JCto vero & perſonato, num. 1.*) *JCtus graviſſimus.*

Actorum orbis eruditi Lipſienſium Collectores (*T. II. Suplemm., Sect. V., p. 256.*) ita de illo: *De Republica optime ſemper fuit meritus Oldendorpius, primi ſubſellii JCtus, qvod, ingenii ſui monumenta poſteritati relicturus, illam juriſprudentiæ noſtræ partem, qvæ ad praxin tendit forenſem, elegerit, electamqve ſingulari cum diligentia & induſtria delineaverit.*

Phil. Andr. Oldenburgero (*Parte II. Diſcurſuum ad Inſtrum. Pacis*, ſub *Burgoldenſis* nomine editorum, *Diſc. XX. p. 177.*) audit *Germanorum Papinianus*; item (*in Indice Autorum, Collegio ſuo ad Burgoldenſem, Franc. Irenicum mentienti autorem, annexo, p. 90.*) Clariſſimus, *inter Germanos, juris civilis Profeſſor, vir acris judicii, & in praxi dexteritatis ſingularis.*

Joh. Burch. Majo (*in Libello memoriali de Rebus Sec. XVI. Boecleriano, a ſe aucto, p. 599.*) *Magni nominis, judicii & eruditionis, JCtus.*

Joh. Fabricio (*P. III. Hiſtor. Biblioth. Fabricianæ p. 316. 317.*) *Veræ juriſprudentiæ in Germania inſtaurator, & praxeos forenſis reformator cordatiſſimus.*

CENSURÆ.

Index Librorum prohibitorum, a Theologis Lovanienſibus, juſſu Caroli V. Imp., A. 1550. editus, *Progymnaſmatum* ejus lectione Belgis interdixit.

Index Expurgatorius Belgicus, Phil. II., R. Hiſp., auſpiciis, A. 1571. concinnatus, ſex vel ſeptem e ſcriptis ejus, ſuo loco deſignanda, obelo notavit, & loca, ex iis, nonnulla (*p. m. 119-123.*) deleri juſſit.

Index Romanus (*p. m. 62.*) Autoribus primæ claſſis damnatis illum accenſet. Conf. Franc. Magdaleni *Elenchum Librorum in Ind. Rom. prohibitorum p. 330.*

Index Hiſpanicus, ab Ant. Sotomajore, Inqviſitore generali, A. 1667. Madriti *in fol.* publicatus, *p. 155.*, e ſcriptis ipſius expurganda indicat.

Index Expurgatorius Romanus, *Tomo I.*, per Joh. Mariam Braſichellenſem, S. Palat. Apoſt. Magiſtrum, Romæ A. 1607. *in fol.* edito, *p. 637-640.*, e ſcripto ipſius expungenda itidem recenſet.

SCRIPTA EDITA.

ℵ. LATINA.

α. PROPRIA.

Commentarii non inutiles de Privilegiis, qvæ perſonis & rebus Eccleſiaſticis dantur. Sine mentione loci &
anni in 4. excuſi. Antiqviſſimum hoc eſt omnium ejus, qvæ vidi, ſcriptorum latinorum, in ipſo titulo Car-
men oſtentans encomiaſticum Joh. Pfeilii, ingenuarum Artium Profeſſoris.
Uſucapionum & Præſcriptionum Tempora, ex Jure Civili, ad conſervandam omnium rerum opportuni-
tatem Coloniæ 1538. in 8. Ibid. (*teſtibus Hydio & Lipenio*) A. 1568. in 8. Recuſus eſt hic libellus, cum aliis
ejus ſcriptis, A. 1540. & 1541. *in Variarum Lectionum J. Civ. Syntagmate*, A. 1559. autem *in Tomo Operum*, Ba-
ſileæ junctim impreſſorum, primo. Adjectus eſt præterea Azonis, Dyni, Hoſtienſis, & aliorum, de eodem
argumento lucubrationibus, Lugduni Gall. A. 1567. *in 8.*, uno volumine, publicatis, ac Qvintiliani Mando-
ſii *Tractatui de Caſibus Annalibus*, Francofurti A. 1576. & 1594. *in 8.* edito.
Formula inveſtigandæ actionis, per qvam unusqvisqve jus ſuum in judicio perſeqvatur, cum Deliberatio-
ne æqvi & boni. De Probationibus item dictorum factorumqve apud judicem præſtandis. Coloniæ 1538. in 8.
Utrumqve ſcriptum A. 1540. & 1541. *Var. LL. J. Civ.*, A. 1559. autem *Tomo* I. *Opp.*, ab eo eſt inſertum. So-
la Formula adjecta eſt illius *Locis Communibus Actionum J. Civ.*, in editione Colonienſi A. 1595. in 8.
Iſagoge, ſeu Elementaria Introductio Juris Naturæ, Gentium & Civilis, In aliqvot titulos diviſa; Expoſi-
tio in Leges XII. Tabularum, compoſita juxta reliqvias, qvæ exſtant apud Ciceronem, in Libris III. de Le-
gibus; Epitome Succeſſionis ab Inteſtato, & Enarratio brevis de Jure ſingulari, ſive Privilegio. Coloniæ 1539.
in 8. Lugd. Gall., apud Seb. Gryphium, 1546. Ex his IV. ſcriptis, junctim in duabus iſtis editionibus ex-
hibitis, duo priora, atqve ultimum, *in Varr. Lectt.*, A. 1540. ac 1541., primum autem tantum atqve ultimum,
Tomo I. Opp., A. 1559. ſunt recuſa. Ex ſingulis, loca ſingula jubet expungi *Index Belgicus expurgatorius*, Phi-
lippi II., R. Hiſp., juſſu A. 1571. *concinnatus*, *p. m. 121. 122.* Expoſitio in Leges XII. Tabb. adjecta etiam eſt
Jac. Spiegelii Lexico Juris, Baſileæ A. 1549. & 1577. *in fol.* excuſo. Ex iſta Val. Forſterus, JCtus Helmſt.,
qvæcunqve de iisdem, *Libro I. Hiſtoriæ Juris Rom. c. 22.*, habet, nomine illius diſſimulato, ad verbum de-
ſcripſit, ob plagium hoc merito reprehenſus a Conr. Rittershuſio, *in Prolegg. Comm. ad LL. XII. Tabb., c. 6.*,
p. 14., Jacobo item (qvi Rittershuſii locum allegat) Thomaſio, *in Tr. de plagio Lit. §. 433.*, & D. G. Morhoſio
T. III. *Polyhiſt.*, *Lib. 6.*, *Sect. 3.*, *p. 79.*, *& Sect. IV. p. 86.* Enarratio de Jure ſingulari excuſa eſt etiam, cum
Tr. de Re Judicata, Lugd. Gall. apud Seb. Gryphium, teſte *Indice Expurg. Belgico*, jam citato, *p. 121.*
Practica Actionum forenſium abſolutiſſima, unde cognitio univerſi juris relucet, qvid Actor perſeqvi,
qvid

qvid Reus excipere poſſit, ſecundum æqvitatem in claſſes IX. diſtincta, ac Tomis III. comprehenſa. Coloniæ, apud Gymnicum, 1540. in 8. Opus hoc eximium, & in jurisprudentia practica vere claſſicum, ſæpiſſime deinde eſt recuſum, ſed, ſub titulo hoc, leviter mutato: *Progymnaſmata Actionum forenſium, in claſſes VII. diſtincta, in qvibus Practica formandi actiones & exceptiones accurate monſtratur: Interpretatio item, complectens univerſi juris cognitionem, qvid cuiqve, vel agendo perſeqvi, vel excipiendo, contra iniqvas actorum perſecutiones, defendere liceat, ex æqvo & bono.* Occurrit, ſub novo hoc titulo, *Tomo* II. *Operum* Noſtri, Baſileæ A. 1559, *in fol.* editorum. Seorſim vero, ſub eodem, denuo eſt publicatum Coloniæ 1543. in fol., Lugd. Gall. 1551. in 8., ibid. 1558. in 8. (*juxta Catal. Mulen.*), Coloniæ 1564. in 8. (*juxta Draudium*), Lugd. Gall. 1577. in 8., Francof. 1593. in 8., ibid. 1595. in 8., (*juxta Catal. qvendam*), ibid. 1600. in 8. maj., ibid. 1608. in 8., ibid. 1619. in 8., ibid. 1627. in 8. maj., Norib. 1637. in 8., Francof. 1638. in 4. (*juxta Catal. nundinalem, qvi huic editioni, teſtatur, acceſſiſſe Notas marginales & Indicem D. Joh. Wilh. Röveſtrunckii*), Norib. 1661. in 8. (*juxta Catal. nundin.*) Francof. 1661. *in 8. maj.*, Francof. 1677. in 8., ibid. 1677. in 4. (cui editioni acceſſerunt ejusd. Autoris Tabula Actionum qvotidianarum, Libellus de Actionibus ſponſalibus, & Miſcellanea, lemmatibus marginalibus, additionibus & indice, a D. Joh. Wilh. Röveſtrunckio aucta, cum ipſius Röveſtrunckii Epiſtola de ſtudio Juris inſtituendo.). Claſſium, in qvas opus hoc diviſum eſt, Ima tractat de Actionibus, qvæ ad Judicia, & vindicandam Magiſtratuum autoritatem, pertinent, IIda de controverſiis poſſeſſionum, IIItia de Dominiis, & qvaſi Dominiis, rerum corporalium, ac jure perſonarum, IVta de Formulis Contractuum & qvaſi Contractuum inter vivos, Vta de Actionibus ad revocanda ob cauſam ea, qvæ geſta ſunt inter homines, VIta de perſecutionibus ultimarum voluntatum, VIIma de Damnis, qvæ, vi vel culpa adverſarii, nobis obtingunt, VIIIva de Actionibus ex Maleficiis, vel qvaſi Maleficiis, IXna deniqve de variis & innominatis Actionum ſpeciebus in factum, præſcriptis verbis. Vid. Conr. Geſneri *Biblioth. univerſ. p. 445.* Additiones ad illas, ſub titulo *Jurisprudentiæ practicæ* publicandas, promiſit (*in Catal. nund. Lipſ. Autumn. A. 1670., p. 23.*), ſed non edidit, Joach. Hagemeierus, Hamb., J. U. D. & Collegii Comitum Wetteravicorum Procancellarius. Inter libros prohibitos, Progymnaſmata hæc Oldendorpiana referuntur, a Theologis Lovanienſibus, in Indice illorum, in Belgio, juſſu Caroli V. Imp., A. 1550. promulgato. Lectionem contra illorum alii qvamplurimi, his longe cordatiores, praxeos juridicæ ſtudioſis merito ſummopere commendarunt, &, hos inter, Er. Mauritius *in Introductione ad praxin, Voluminí Diſſertationum inſerta, §. 12., p. 351.*, & Joh. Deckherus, *in Concordia ſummorum Imperii Tribunalium, Conſultationum forenſium Libris A. 1691. adjecta, cap. 16., p. 180.*, his utens verbis: *Qvis unqvam, in inveſtigandis Actionum generibus, & Exceptionum ſubordinationibus generalibus, felicior Joh. Oldendorpio?* Ex ipſis Jeſuitis, ὁμόψηφος his eſt Hierem. Drexelius, *in Aurifodina artis Excerpendi, p. m. 174.*, ita ſcribens: *Oldendorpii Claſſes Actionum & Exceptionum utiliter leget, qvia theoria tranſit ad praxin.* Nic. Chr. Lynckerus, *L. 2. Inſtructorii forenſis, Sect.* I., *P.* I., *c. 1., lit. a. 1. b.*, Oldendorpii *Claſſes Actionum* Nicol. Vigelii *Methodis*, aliisqve hujus generis ſcriptis, præfert, qvod *majori* is *compendio & ſoliditate ad praxin judicium lectoris format.* Commendantur etiam a D. G. Morhofio, *T.* III. *Polyhiſt., Lib. 6., Sect. 11., p. 113.*

Diſp. forenſis de Jure & æqvitate, ſecundum qvam doctrina civilis, cum in ſcholis, tum in judiciis, recte tractari poteſt. Coloniæ 1541. in 8. Ibid. 1573. in 16. Excuſa etiam eſt, cum ipſius *Collatione J. Civ. & Can.*, Lugd. Gall. A. 1541. *in 8., in Volumine I. Oceani Juris*; Lugd. Gall. A. 1549. (teſte *Catal. expurg. Belg*, *mox allegando*, &, cum Rainardi Corſi *Tractatu de privata Reconciliatione,* Francof. 1611. & 1658. in 12. Joh. Chriſt. Baro a Boineburg, in Epiſtola ad Zach. Prüeſchenckium A. 1647. exarata (apud B. G. Struvium *Faſcic. VIII. Actorum literariorum p. 36.*) ita de illa: *Verſandus mihi libellus ille preſſius. Æſtimari qvippe non poteſt condigne, niſi ab eo, qvi momenta rerum, inibi expenſa, ſimplici vice amplius novit circum aſpicere.* Tria, ex eo, loca ſubet expungi *Index Expurgatorius Belgicus*, A. 1571. publicatus, *p. m. 122.*

Collatio Juris civilis & canonici, maximam afferens boni & æqvi cognitionem; it. Explicatio L. Diffamari, C. de Ingen. Manum.; it. *Tr. de Executoribus* ultimarum voluntatum. Coloniæ 1541. in 8., Pariſiis, apud Wechelum 1541. in 8., Lugd. Gall. 1541. in 8. (cui editioni *Diſp. forenſis de jure & æqvitate* acceſſit), Francof. 1597. in 8. (*juxta Lipenium*). Sola Collatio (e qva tria loca deleri jubet *Index expurg. Belgicus*, modo allegatus, *p. 122.*) adjecta eſt a D. Ant. Henr. Mollenbecio, JCto Gieſſenſi, *Radicibus* ſuis & *Primordiis jurisprudentiæ, ſive Diviſionibus juridicis*, Heidelbergæ A. 1672. in 8. excuſis. Explicatio L. Diffamari ſeorſim prodiit Baſileæ A. 1579. in 8., *cum Tractatibus* autem, *ſive Repetitionibus, clariſſimorum JCtorum, Bartholom. Blareri, Caſ. Contardi, & Hieronymi Cagnoli, in legem eandem*, Coloniæ A. 1593. in 8., ac denuo (adjecta, per Curatorem editionis, Gvaltherum Gymnicum, J. U. L. & Prof. Colon., Joh. Ferrarii *Expoſitione proceſſus ſuper L. Diffamari*) ibid. A. 1616. in 8. Tr. de Executoribus ultimarum voluntatum impreſſus etiam eſt, inter Tractatus variorum ſelectos de Succeſſione, tam a teſtato, qvam ab Inteſtato, Coloniæ 1569. in fol. (*p. 408 414.*), & ibid. 1590. in 8., item, cum Joh. Jacobi a Canibus Libro de eodem argumento, Conſtantiæ 1593. in 8., & Spiræ (adjectis etiam Rolandini Bononienſis *Floribus ultimarum voluntatum*) 1598. in 8., it. in officina Commeliniana A. 1607. in 8., *juxta Catal. nund.* ſeorſim prodiiſſe, *in Catalogo* qvodam, perhibetur Francofurti A. 1600. in 8.

De Copia verborum & rerum in Jure Civili, non ex deſultoriis Commentatorum aſſertionibus, ſed ex conſtantiſſimis JCtorum ſententiis, Indices alphabetici, ſecundum æqvi & boni rationem concinnati, omnibus, in Rep. functionem ſuſcipientibus, cum in ſcholis, tum in foro, deſervientes. Coloniæ 1542. in fol. Recuſi (*teſte Catal. Zeidleriano*) Lugd. Gall. 1546. in 8., Ibid, apud Seb. Gryphium, 1543. Mich. Neander (*in præfat. Gramm. Græcæ p. 287.*) Scriptum hoc vocat *Opus pariter omnibus deſerviens, unde, & puram loqvendi phraſin, & optima, in omni cauſarum genere, definiendi Principia, diſcere poſſint.* XII. ejus loca obelo notat *Index expurg. Belgicus*, jam ſæpius allegatus, *p. m. 119. 120. 121.*

Reſponſio ad impiam delationem Parochorum Colonienſium, de communicatione corporis & ſangvinis Chriſti, ſub utraqve ſpecie, ad Senatum Colonienſem. A. 1543. in 8.

Confutatio Judicii abominabilis qvorundam Secundariorum (ut ſe vocant) atqve Legulejorum Coloniæ Agrippinæ, dictati haud ita pridem contra Joh. Meinertshagium, V. D. præconem, aliosqve bonos viros. Addita ſunt Actorum Exempla, cum annotationibus, ex qvibus eorundem pſevdojudicum, & inſcientia, & crudelitas, elucet. A. 1543. in 8.

Conſtitutio funeraria Juſtiniani, in Novellis: *Ne Defuncti, ſeu Reliqviæ eorum, a Creditoribus afficiantur contumelia*; Exemplo admodum tyrannico noſtri temporis declarata. Addita eſt conditio hujus conſtitutionis. A. 1543. in 8. Tribus hiſce ſcriptis, pro Reformatione Colonienſi, ab Hermanno, Comite Wedano, Archie-

chiepiſcopo Eccleſiæ iſtius, abſqve ſucceſſu inchoata, apologeticis, ab Herm. Hardtio (*Tomo III. Monumentorum autographorum Rudolphi Auguſti, Ducis Brunſvic., p.331. 332.*) memoratis, oppoſita eſſe videtur Eberh. Billichii, Th. D., & Carmelitarum Germaniæ Inferioris Provincialis, *Defenſio Judicii Univerſitatis & Cleri Colonienſis, contra Melanchthonis, Buceri & Oldendorpii calumnias*, qvam Coloniæ A. 1545. editam eſſe, teſtantur Joh. Cochlæus, *in Actis Lutheri p.329. b.*, & Chr. Hendreichius *in Pandect. Brandeb. p. 576.*

Interpretatio Privilegii duplicis, qvo Fridericus I. Imp., omnium Imperii Ordinum conſenſu, ſumma æqvitatis ratione motus, bonarum literarum ſtudioſis conceſſit, *ex Conſtit. Habita C. Ne Filius pro patre*, ad formandam hominum vitam idonea: exemplo hujus temporis, valde deteſtabili, adjecto, A.1543. in 8. (*ſ. Hardtium l. c. p. 332.*). Occurrit etiam *in Tomo Operum illius Imo*, Baſileæ A.1559. in fol. excuſo.

Certiſſima, Politiæ in orbe Romano reſtaurandæ, ac ſalutaris Forma, qvam omnibus ſeculis exhibet lex poſterior de Origine Juris Coloniæ A. 1543. in 8. *Doctiſſima expoſitio* audit Mich. Neandro *in Chronico p. 191.*

Index Titulorum Juris Civilis, priſtinæ gravitati reſpondens; item Catalogus Imperatorum ac JCtorum, & Regulæ Juris, ad LLCC. redactæ. Coloniæ 1543. in 8. Secundum ſylloges hujus opuſculum, jam ante, A. 1541., *in Varr. Lect. J. Civ.* (ſub *titulo Annotationis de Nominibus qvorundam Imperatorum ac JCtorum, ſcitu neceſſariæ*), prodierat. Primum a Geſnero & Simlero *Index Digeſtorum* vocatur.

Topicorum Legalium, h. e. Locorum, ſive Notarum, ex qvibus argumenta & rationes legitime probandi ſumuntur, Reſponſionum item adverſus vitioſas argumentationes. exactiſſima Traditio. Marpurgi 1545. in 8. (*Catal. Curick.*), ibid. 1551. in 8. (*Catal. Zeidl.*), Lugd. Gall., ap. Gryphium, 1555. in 8., Argent. 1600. in 4. (*juxta Lipenium*). Inſerta etiam eſt *Tomo I. Operum*, A.1559. edito.

Actionum Juris Civilis Loci Communes, ad uſum forenſem, ſecundum æqviſſimas legiſlatorum ſententias, bona fide accommodati. Lugd. Gall. 1545. in 8. (*juxta Lipenium*), Coloniæ 1595. in 8. (una cum *adjecta Formula inveſtigandæ Actionis, in Judicio proponendæ*), Genevæ 1595. in 8. (*juxta Draudium*). Coloniæ 1605 in 8. (*juxta Lipenium*). Prodierant jam ante *in Varr. Lect. J. Civ.*, A.1540. & 1541 ſed & Tomo I. operum, A.1559., a Noſtro ſunt inſerti.

De Duplici verborum & rerum ſignificatione, de vera item interpretandi & conſultandi ratione, Paratitla. Marpurgi 1546. in 8., Lugd. Gall. 1558. in 8. Paratitla de ratione conſultandi adjecta ſunt, a Conr. Fürſtenovio, verſioni ſuæ Miſnicæ Tractatus Saxonici *de Conſiliis* (von Rahtſchlagen), a Noſtro conſcripti, Roſtochii A. 1597. in 8. editæ.

Sylloge ſive Enchiridion actionum forenſium, qvibus Rei conventi legitime defendi poſſunt, adverſus iniqvas actorum perſecutiones: Accedunt Progymnaſmata fori nonnulla, totum ordinem judiciarium populariter explicantia, ſecundum Conſtitutionem Caroli V. & Ferdinandi I., Imperatorum, in Comitiis Auguſtanis A. 1548. editam, Loci item Communes actionum, probationum, teſtium, uſucapionum, præſcriptionum, ſententiæ & rei judicatæ. Marpurgi 1552. in 8., Francof. 1564. in 8.. ibid. 1601. in 8. Recuſa ſunt etiam omnia hujus ſylloges opuſcula A 1559., *in Tomo Opp primo.* Noviſſima editio, ab Andr. Chriſtoph. Röſenero, J.U D, denuo reviſa, & neceſſariis ſupplementis, ex jure civili, imperiali, canonico & Saxonico, Reſponſis item ac Deciſionibus recentiorum Autorum practicorum, collectis, aucta, & ad forum accommodata, Lipſiæ A. 1692. in 4. prodiit. In ea, editor, non ſolum Legum, qvarum verba initialia Autor tantum allegaverat, numeros addidit, ſed Exceptiones etiam, conciſa ab eodem brevitate compoſitas, & ad Proceſſum Cameralem reſtrictas, novis acceſſionibus locupletavit, alias item Exceptiones, ab illo omiſſas in foro, tam imperiali, qvam Saxonico, apprime utiles (v. g. ſatisdationis, gvarendæ, legitimi impedimenti &c), nunc primum (*p.266-306.*) adjecit, atqve hac ratione librum vel triplo auctiorem, & qvaſi novum, reddidit, uti *Acta Eruditorum* Lipſienſia, in illius Recenſu (*T. II. Supplementorum, Sect. V., p. 256.*), teſtantur. Sylloge hæc, judice *Indice Expurg. Belgico*, A.1571. promulgato, *p. 119. 123., nihil habet mali*, ac proinde ab eodem *admittitur*. Commendatur, præ ſcriptis aliis iſtius argumenti, a Burch. Gotth. Struvio, *in Biblioth. Juris Selecta, c. 7., §. 3., p. 256., & c. 12., §. 17., p. 439.*

Aſſertiones ex jure & æqvitate, de his rebus, ſine qvibus, neqve judicia recte conſtitui, neqve publica tranqvillitas retineri poteſt: Confutatio item erroris pernicioſi de Hæreditate illuſtrium fœminarum, qvæ petitur ex beneficiariis ditionibus publici juris Ludovici a Gozadinis. Marpurgi 1553. in 8. (*V. Siml. p. 401*). Recuſæ ſunt A.1559., *in Tomo Operum I.*

Libri II. de Tutelis, Coloniæ A. 1568. in 8. editi, ei tribuuntur in Mart. Lipenii *Biblioth. reali juridica*, cui ſoli an tuto credi poſſit, ambigo.

Antinomiæ de diverſis Regulis juris antiqvi; it. Nova antinomiarum Explicatio. Francof. 1568 in 8., ibid. 1597. in 8.

Tr. de Sententia, ſeu pronunciatione judicis, qvam JCti, ab Effectu ſeu fine, rem judicatam vocat, ſeorſim excuſus (*teſte Ind. Expurg. Belg.*), una cum Enarratione de jure ſingulari, Lugd Gallorum., apud Seb Gryphium. Occurrit etiam *in Varr. Lect. J. Civ.*, A. 1540. & 1541. excuſis, ac *Tomo I. Operum*, A. 1559. edito.

Tr. de poſſeſſorio, & petitorio proponendis eodem Libello. Francof. 1565.] Tribuuntur ei a Lipenio, dubiæ fidei
Caſus de vendenda poſſeſſione. Coloniæ. 1571. - -] eſt, *in Biblioth. Juridica.*

Tract. de teſtibus, Coloniæ A. 1576. in 8. ſeorſim (*teſte Lipenio l. c.*) editus, cum Libro de Probationibus. Extat etiam *in Varr. Lect. J. Civ.*, & *Tomo I. Operum.*

Tractatio de Præſumptionibus, ſive Conjecturis, jure approbatis, prodiit, una cum Andr. Alciati, Henrici Boich & Gvidonis Papæ, de eodem Argumento, Scriptis, Francof. 1580. in 8.

Narratio de tempore, qvo Leges Romanorum introductæ, oppreſſæ, & iterum reſtitutæ ſunt, adjecta eſt Barnabæ Briſſonii Lexico Juridico, Francofurti, apud Wechelos, A. 1587. in fol., per Franc. Modium, edito.

Inſtructio pro captis, in cauſa homicidii, excuſa cum Jac Mandelli Lectura in aliqvot Titt. ff., & Jac. Novelli Defenſione reorum. Francof. 1597. in 8., it. (*teſte Lipenio*) Ibid. 1610. in 8.

Tabula Actionum Qvotidianarum alphabetica.] Progymnaſmatis actionum forenſium ſunt adjecta, in e-
Tr. de Actionibus ſponſalibus. - - - } dit. a Joh. Wilh Röveſtrunckio, J. U. D., Francofurti A.
{ 1677. in 4. publicata. Comparent etiam *in Tomo Opp. II.*,
Miſcellanea pro tyronibus. - - - - -] Baſileæ A. 1559. edito.

CONSILIA.

In *Conſiliorum*, ab illuſtribus Germaniæ JCtis ſcriptorum, & a D. Laur. Kirchovio collectorum, *Tomo I.*, Francofurti A. 1568. in fol. edito, *num. 28., p. 224-237.*, occurrit ejus Conſilium de Qv.: Utrum pactum redimendi, ſeu luendi, tollatur per contractum beneficiarium?

Tomo II. (ed. Francof. 1568.) *p. 190-193.*, Conſilium in cauſa hæreditaria.

Tomo III. (ed. Francof. 1571. in fol.), *num. 4.*, *p. 91-123.*, Reſponſio pro defenſione jurium Philippi, Haſſiæ Landgravii, contra Comites Naſſovicos, in cauſa Catzenellenbogenſi.

Tomo IV. (ed. Francof. 1572. in fol.) *p. 157. & ſeqq.*, Reſponſum pro republica Colonienſi, de re privilegiaria cleri Colonienſis.

Ibid. p. 194. & ſeqq., Conſilium, qvod ſententia, qvæ probat calculum, de Adminiſtratione, nulla legitima ratione reddita, ſit invalida.

In Conſiliis illuſtrium JCtorum, Francofurti, apud Wolfg. Richterum, A. 1603. *in 4.* editis, *Volum. I.*, *num. 37. & 38.*, occurrunt duo ejus Conſilia in cauſa hæreditaria.

Volum. II., *num. 16.*, Conſilium de mutuo inter conjuges teſtamento.

Num. 23., *Conſil. de* matrimonio filii familias, ſine conſenſu parentum.

Num. 30., Conſil. de ſtupro anus LX. annorum.

Num. 36., Conſil. de Tranſactionibus.

Num. 37., Conſil. de ſumptibus ſtudiorum academicorum, an, in diviſione cum fratribus, in rationes accepti referri debeant.

In Conſiliorum Marpurgenſium, ab Herm. Vultejo, I. U. D., ac PP. Primario, Marpurgi A. 1611. in fol. publicatorum,

Tomo I.	leguntur Conſilia ejus	IV.
Tomo II.		V.
Tomo III.		VI.
Tomo IV.		IX.

Multa etiam inveniuntur in Tomis III. Conſiliorum illuſtrium JCtorum, a Joh. Bapt. Cæſare, Syndico Francofurtano, collectorum, Francofurti A. 1618. in fol. excuſis.

Exſtant etiam aliqvot Collectiones multorum ejus ſcriptorum Latinorum, junctim excuſorum, nempe:

α. Variarum Lectionum Libri aliqvot, ad Juris Civilis interpretationem, excuſi Coloniæ, apud Gymnicum, A. 1540. in fol. Continentur hoc Volumine: 1. Iſagoge Juris Nat., Gentium & Civilis, 2. Formula inveſtigandæ Actionis; 3. Expoſitio in Leges XII. Tabb.; 4. Uſucapionum & Præſcriptionum tempora, 5. Actionum Juris Civilis Loci Communes; 6. Enarratio de Jure ſingulari; 7. Lib. de Teſtibus; 8. Tr. de Sententia, ſeu Re judicata; 9. in Legem ſecundam Digeſtorum, ex Pomponii deſumptam Enchiridio, de origine juris, Scholia Huldar. Zaſii, novis aliqvot ab Oldendorpio aucta. Ex qvibus ſcriptis, tria ultima, antea non excuſa, in hac primum Collectione lucem aſpexerunt.

β. Variarum Lectionum Libri recuſi, Lugd. Gall. A. 1541. in fol., Coloniæ 1675. in fol. (*Catal. Hertelianus addit edit. Genev. 1546. in 8., Biblioth. Oizeliana autem Edit. Lugdun., eod. 1546. in 8. impreſſam*). Eadem in editionibus hiſce, qvæ in priori, librorum noſtri enneas comparet, ſed alio diſpoſita ordine, auctaqve tetrade nova aliorum opuſculorum, iſtis adjectorum. Sunt autem illa ſeqventia: 10. Divinæ Tabulæ X. Præceptorum enarratio Civilis; 11. De forma libelli, per qvem editur Actio, adjectis exemplis, ſive de formandis libellis; 12. De Probationibus dictorum factorumqve, apud judicem præſtandis; 13. Annotatio de Nominibus qvorundam Imperatorum & JCtorum, ſcitu neceſſaria. Ex qvibus Xmum, XImum & XIIImum, itidem antea non prodierant.

γ. Opera omnia, in IV. partes tributa, Lugd. Gall. 1545. in 8. Memorantur a Draudio ac Lipenio, mihi autem non ſunt viſa.

δ. Opera Joh. Oldendorpii, partim recens edita, partim diligenter ab eo recognita, & a ſubjectitiis qvorundam adjectionibus vindicata, Tomisqve II. comprehenſa, cum Indice. Baſileæ, apud Hervagium, 1559. in fol. Præfixa eſt huic collectioni, non omnia, ſed potiora tantum Noſtri ſcripta latina, uti ex Indice, hactenus exhibito, patet, comprehendenti, cordatiſſima & lectu digniſſima illius Præfatio, de judiciorum corruptelis & abuſibus, illorumqve emendandorum ratione, ad S. R. I. Electores directa. Tomo I. continentur: 1. Paratitla, ſeu Annotationes in Lib. I. Pandectarum, qvibus vera juris & æqvitatis principia populariter explicantur; 2. Iſagoge J. Nat., Gent. & Civ.; 3 Topicorum legalium Traditio; 4. Actionum J. Civilis LLCC. 5. De forma libelli, per qvem editur actio; 6. Formula inveſtigandæ actionis; 7. De Probationibus dictorum factorumqve Tr.; 8. Enchiridion exceptionum forenſium; 9. Nonnulla fori Progymnaſmata, ſecundum Conſtitutionem Caroli V. & Ferd. I., in Comitiis Auguſtanis A. 1548. editam; 10. Formulæ qvædam Antiqvitatis, ad rem judiciariam pertinentes; 11. Tr. de Teſtibus; 12. Uſucapionum & Præſcriptionum tempora; 13. Enarratio de jure ſingulari; 14. Tr. de Sententia, ſive re judicata; 15. Aſſertiones ex jure & æqvitate, ac confutatio erroris de hæreditate illuſtrium fœminarum; 16. Interpretatio duplicis privilegii, a Frid. I. ſtudioſis conceſſi. Tomo II. 1. Actionum forenſium Progymnaſmata; 2. Tabula actionum qvotidianarum alphabetica; 3. Actiones ſponſales; 4. Miſcellanea pro tyronibus. Ex hiſce ſcriptis, primum atqve decimum Tomi I., ſecundum autem, tertium & qvartum, Tomi II., antea non erant edita.

In Tractatu Tractatuum, Opere multa JCtorum variorum ſcripta, junctim recuſa, exhibente, qvod tomis compluribus Lugduni Gallorum A. 1549. *in fol.* prodiit, locum invenerunt, teſte Sam. Reyhero (*in Hiſtoria Juris univerſali, c. 29., p. 151.*) Oldendorpii Collatio Juris Civilis & Canonici, Tractatusqve de Uſucapionibus, de Executoribus ultimarum voluntatum, de Formulis inveſtigandarum actionum, de Jure Naturæ, gentium & Civili, de Jure ſingulari, de Legibus XII. Tabb., de Locis communibus actionum, de Probationibus, de ſententia & re judicata, ac de teſtibus.

β. ALIENUM.

Autoris Anonymi Loci Juris Communes, tandem ex mendis & barbarie utiliter reſtituti, in gratiam Studioſorum. Addita ſunt Præſcriptionum forenſium Exempla, qvæ in foro freqventantur, cum Joh. Oldendorpii Epiſtola nuncupatoria. Marpurgi 1545. in 8. Sæpe hoc ſcriptum, mirifice ſibi ſemper probatum, ſuis Oldendorpius commendaverat Auditoribus, & ab uno iſtorum, Michaele Boldewan, Henrici, Conſulis Roſtochienſis, filio, a mendis purgatum typographicis, puritatiqve reſtitutum, præfatione commendare non dubitavit.

ב. GERMANICA ET SAXONICA.

De Arte juris & æqvi: Wat billig und recht yß, eene korte Erklerung, allen Stånden deenſtlik, &c. Roſt. 1529. in 8. (V. Zach. Grapii Evang. Roſtock, *c. 4., p. 89., & alios.*)

Tractat

Tractat vom Rahtſchlagende, wo man gude Politie und Ordnunge, in Städen und Landen, erholden möge; an den Ehrbahren Raht der Statt Hamborg. Sine loci mentione, A. 1530. in 8.

Eben derſelbe Tractat von Rahtſchlägen, auß dem Niederſächſiſchen ins Hochteutſche überſetzet, ſamt des Autoris zum Ende angehengten Nützl. Lateiniſchen Tractat de Conſultationibus. Roſt. 1597. in 8. Præfixa eſt Epiſtola dedicatoria editoris, Conr. Fürſtenovii, civis Roſtochienſis, ad Senatum Reip. illius.

Wahrhaſtige Entſchüldigung, wedder de Mordgyrigen Uprötiſchen Schanddichter, und falſche Kläger. Libellus Apologeticus, A. 1533. Roſtochii editus, teſte Nic Gryſio, ex cujus Hiſtoria vitæ Joach. Sluteri nonnulla de illo, in biographia, jam retulimus. Commendatur a Zach. Grapio Jun. im Evangeliſchen Roſtock, *c. 3., p. 66.*

AUGUSTUS PFEIFFERUS,

qvem *Danielem* Henricus Jacobus a Baſhuyſen (1.), *Auguſtinum* autem Gerh. de Vries (2.), Ant. Teiſſerius (3.), ipſaqve Denunciatio, qvam ſuo infra loco recitabimus, iræ divinæ neoprophetica, *Anti Enthuſiaſmum* edituro ab Aſſeburgia virgine, uti traditur, transmiſſa, perperam appellarunt, *e prænobili qvadam Eqvitum Hungarorum gente genus ſuum prona facilitate deducere*, Johannis Ehrenfridi filii Sermone funebri teſte, potuit. Lauenburgi, Ducatus Saxoniæ inferioris metropoli, die 27. Octobris A. 1640., in lucem eſt editus, parentesqve habuit Philippum Pfeifferum, vectigalium Præfectum Lauenburgenſium, & uxorem hujus, Mariam Schneideriam, Affinem vero, comprivignæ ſuæ maritum, Chriſtianum Hoburgium, ſcriptorem libris ſacris argumenti practici famam adeptum ingentem qvamplurimis, ſed ab ipſo non minus, qvam Theologis aliis Eccleſiæ Lutheranæ polemicis, Fanaticis deinceps annumeratum (4.). Puerum parentes, cum in eo indolis eximiæ, memoriæ tenacis, judiciiqve maturioris olim futuri, animadvertiſſent indicia, ſacris deſtinarunt ſtudiis, nec ab hoc propoſito lapſu deterriti ſunt infelici, qvinqvenni concuſſione capitis lethali mortem minato. De qvo filius, paulo ante laudatus, in Sermone hæc narrat funebri: *Nondum qvintum ſuperaverat ætatis annum, cum, gravi e ſuperiori ædium parte* (per ſcalam) *lapſu, caput tenellum laminæ ferreæ, in pavimento poſitæ, adeo illideretur, ut, omnium jam triſti ſuffragio, una cum vita pueri ſpes omnis proſtrata penitus cenſeretur. Neqvicqvam in ſemimortui corpuſculo omnia, qvæ vitæ ſignificarent reliqvias, experiebantur parentes, ac, cum nihil ſe proficere viderent, tandem in planctus abire & curare funus occipiebant. Ecce autem renaſcentem, contra ſpem omnem, recuperandæ valetudinis fiduciam! Dum ſepulcrali linteo implicare cadaver, dum funus adornare, parat examinati qvi credebatur ſoror, vel defeſſa nendo, vel neſcio qvo caſu alio, acum vehementiori ictu transfigit in pueri digitum, qvem illico novo perterrita portento retrahi ſentit; hinc, ubi, ictu repetito, articulos denuo moveri videret, revixit illico ſpes, & brevi tempore puer qvoqve convaluit, ac proinde omnis etiam exeqviarum apparatus evanuit: qvippe divina bonitas easdem in complures annos protrahendas deſtinaverat.* Superato divina benignitate hoc periculo, nullaqve, qvam parentes metuebant, vel ingenii tarditate, vel memoriæ judiciive labe, e conqvaſſatione iſta capitis contracta, lingvis artibusqve a Præceptoribus primum imbutus eſt privatis Qvibus an Chriſt. Hoburgius, ſive, qva ille larva delectabatur, Elias Prætorius, affinis ipſius, paulo ante memoratus, a Joh. Balth. Mattheſio (5.) recte annumeretur, dubito, cum aliis is tunc in locis, uti e Vitæ ejus patet hiſtoria (6.), vel ſacro functus ſit officio, vel exulaverit. Scholæ deinde patriæ commiſſus Lauenburgenſi, Rectoris hujus (qvem ipſe (7.) ficto nomine Baſilium Alphæum, Joh. Wilh. Petræus autem (8.) *Cavevium* appellat) ductu, inſignes in ſtudiis ſacris pariter atqve profanis fecit progreſſus, ſed & Chiliaſtarum doctrinam, cui is erat addictus, & e locis præſertim biblicis Apoc. XX ac Dan. II. 34. patrocinabatur, ab iſto hauſit, ac per annos poſtea complures eſt amplexus, donec Witebergæ (anno circiter 1661.), Abr. Calovii permotus monitis, mente mutata, ei (libro qvoqve tandem, anno 1692., ſub *Anti-Chiliaſmi* titulo, impugnatæ peculiari) nuncium remitteret (9.). Extant, & a Joh. Wilh. Petræo, Chiliaſtarum noviſſimorum principe, ipſiusqve adverſario (noſtrum, velut apoſtatam, alibi etiam (10.) objurgante), Francofurti A. 1696., in dem klaren Beweiſe wieder D. Aug. Pfeiffern, daß das Reich Chriſti noch feſt ſtehe, juris ſunt factæ publici, ob emphaſin & argumentorum præſtantiam commendatæ, Autoriqve ſuo κατ' ἄνθρωπον repoſitæ, duæ Pfeifferi (Philoſophiæ jam Magiſtri) Epiſtolæ pro Chiliaſmo latinæ, A. 1660. Witeberga, ad Rectorem hunc ſcholæ Lauenburgenſis, ejusdem patronum, exaratæ (11.). Qvas, a ſe jam ante A. 1691., *in præfatione Antichiliaſmi*, retractatas atqve rejectas, Pfeifferus ipſemet, eodem anno 1696., *Partis I. Scepticiſmi Speneriani toto capite XI.* (12.), una cum Petræi ſcripto, confutare haud dubitavit. E ludo urbis patriæ, trium luſtrorum adoleſcens, in Hamburgenſe A. 1655. migrabat Gymnaſium, & feliciter, in iſto, tum reliqvis ſapientiæ ac polymathiæ elegantioris vacabat ſtudiis, tum lingvis præſertim, qvas Ægid. Gutbierius docebat, orientalibus, peritiamqve harum eam ſibi parabat, qva poſtea per univerſam ferme Europam inclaruit, & inter præcipuos earundem doctores locum promeruit haud infimum. Hamburgi in Atheos & Empæctas, virus ſuum juvenili inſtillare conatos animo, non ſine ſalutis æternæ periculo, incidiſſe, ſed inſidias horum ope divina evaſiſſe, a filio natu majore Sigismundo Auguſto, in Oratione traditur funebri (13.). Qvos an Præceptorum ejus, ac Gymnaſii proinde Profeſſorum, nonnullos, Atheiſmi veneno infectos, fuiſſe Joh. Balth. Mattheſius, ad noſtri licet *Epiſtolam Theologiæ univerſæ in nuce* provocans *dedicatoriam*, vere retulerit (14.), jure dubito; qvamvis, Joach. Jungium & Pet. Lambecium, qvi in iſto tunc docebant Gymnaſio, & Eccleſiaſtis, ob diſſenſum in minoris momenti controverſiis, erant inviſi, in falſam impietatis illius ſuſpicionem ab adverſariis qvibusdam fuiſſe vocatos, haud ignorem. E Gymnaſio Hamburgenſi A. 1658. in Academiam diſceſſit Witebergenſem (15.), hoſpitioqve exceptus ab Abr. Calovio, Profeſſore Theologo, hunc, ob ſumma in ſe beneficia, *in Dubiorum V. T. vexatorum præfatione* celebratum, in Theologia, Andreamqve Sennertum, in lingvarum orientis, qvarum Profeſſor is erat, philologia (16.), ſtudiorum duces habuit præcipuos. Ob inopiam, qvacum ſubinde ipſi, præſertim, cum parente A. 1659. eſſet orbatus, fuit conflictandum, in alumnorum Johannis Georgii II., Electoris Saxonici,

(1.) *in præfat. ad Iſ. Abarbenelis Comm. in Pentateuchum*, teſte Joh. Chriſtoph. Wolfio *T. I. Biblioth. Hebr. p. 631.* (2.) *in Or. fun. in obitum Joh. Leusdenii p. m. 58.* (3.) *Parte II. Catalogi Catalogorum p. 23.* (4.) V. ipſius *Anti-Chiliaſmum, P. II., p. 71 72.,* & Vitam Hoburgii, *Tomo II.* Operis hujus noſtri, exhibitam. (5.) in der Lebensbeſchreibung Joh. Mattheſii *p. 153. 154.* (6.) *Tomo II.* hujus Operis. (7.) *in Præf. Anti-Chiliaſmi.* (8.) *in Nube Teſtium veritatis de regno Chriſti glorioſo, Lib. 3., p. 92.* (9.) *V. ipſius Præfat Anti-Chiliaſmi*, & (qvæ in hac allegantur) *Dubiorum V. T. vexatorum Centuriam IV., Loco LXV.* (*ad Dan. II. 34.*), *Scholam Chriſtianam, c. 58., p. 1366.*, ac *Præfat. Theologiæ in nuce.* (10.) *loco num. 8. citato; & in Hiſtoria Vitæ propriæ vernacula p. 228.* (11.) Conf. de illis Petræi *loca, num 8. & 10. citata.* (12.) *p. 220. & ſeqq.* (13.) *p. 7. 8.* (14.) *loco num. 5. citato.* (15.) V. ipſius *Epiſt. dedic. Prodromi Antiqvitatum ſacrarum, ad Senatum Hamburgenſem.* (16.) V. ipſius *Epiſtolam ad Matth. Waſmuhtum p. 4. 6*

Saxonici, ibidem receptus numerum (17.), tanta, in utrorumqve curriculo, feliciſſime perrexit diligentia & celeritate, ut anno eodem 1659. Philoſophiæ Magiſter, A. 1665., poſt ſcholas privatas plurimas, magno cum Studioſorum concurſu, apertas, & Diſſertationes haud paucas philologicas, atqve, has inter, inauguralem de Targumim ſeu Paraphraſibus V. T. Chaldaicis, publice defenſas, Collegii Philoſophici Witebergenſis Aſſeſſor, ac tandem, cum tam aliis exercitiis iſtiusmodi academicis ſchediaſmatisqve eruditis, qvam controverſia (de qva in ſcriptorum dicetur Catalogo) cum Matthia Waſmuhto, Theologo ac Philologo Kilonienſi, literaria, famam ſibi jam ingentem paraſſet, A. 1668. Lingvarum Orientalium Profeſſor extraordinarius, crearetur. Muneri huic ultimo ſatisfacturus, triennio ſeqventi *Grammaticam Hebræam*, *Notas in Prophetiam Jonæ*, *Criticam ſacram generalem*, *Onomaſticon Orientale*, *ſeu vocum exoticarum, apud ſacros & profanos Scriptores obviarum, explicationem*, *Doctrinam accentuationis Hebrææ proſaicæ & metricæ*, *ac Syntagma Antiqvitatum Hebraicarum*, publicis propoſuit prælectionibus, in Programmate, qvod A. 1670. *Syntagmati* iſti præmiſit, enumeratis. Pari ſedulitate, in Collegiis, qvæ vocant, privatis aperiendis, Diſputationibus argumenti e Philologia ſacra ſelectioris habendis, ſcriptisqve ejusdem generis compluribus luci exponendis publicæ, pergens, non juventutem ſolum ſtudioſam ſibi conciliabat, atqve Collegas Witebergenſes, ſed multos etiam alios Germaniæ Theologos ac Philologos. E qvibus Mart. Geierus, Aug. Varenius, Sebaſt. Schmidius, Joh. Ad. Scherzerus, Balth. Scheidius, Joh. Acoluthus, Henr. Phil. Herwartus, Matth. Waſmuthus, Jobus Ludolfus, Joh. Leuſdenius, Joh. Friſchmuhtius, Joſva Arndius, Joh. Bened. Carpzovius Junior & Eſdras Edzardi, ab ipſo, ob inſignem in ſtudia ſua cœptaqve affectum, & juvandi illa promptitudinem, *in Prodromi Antiqvitatum ſacrarum proœmio*, & *Programmate*, qvo A. 1671. *Librum Syntagmatis Antiqvitatum Hebraicarum tertium* publice a ſe propoſitum iri ſignificavit (18.), ſunt celebrati. Witeberga A. 1671. a Sylvio Friderico, Duce Würtenbergico-Oelsnenſi, in Sileſiam avocabatur, & Eccleſiæ oppidi Medziborenſis, in finibus ſiti Polonicis, Senior, Paſtor ac Conſiſtorii Ducalis Aſſeſſor, conſtituebatur, iisdemqve deinde officiis, cum munus ſacrum, a Cœtu Lutheranorum Amſtelodamenſi tunc ſibi oblatum, recuſaſſet (19.), A. 1637. in urbe Sileſiæ admovebatur Stroppenſi. Hinc in Miſniam A. 1675. Johannis Georgii II., Electoris Saxonici, pertractus auſpiciis, in urbe Miſena, ſexennio ſeqventi, templi D. Afræ agebat Paſtorem, ac ſcholæ provincialis Ephorum, ſpartamqve hanc, qvam cum dignitate Superintendentis generalis Ducatus patrii Saxo Lauenburgici invitatus permutare noluit (20.), ornans, Witebergæ, poſt defenſam, Præſide D. Joh. Meiſnero, Diatriben *de Fide ſalvifica* inauguralem, A. 1676., Decano Joh. Deutſchmanno, Theologiæ Licentiatus (21.), Doctor vero ejusdem, d. 21. Aug. A. 1677., poſt Diſſertationem *de Immolatione filiæ Jephtæ* (qvæ *Dubiis* inſerta eſt *V. T. vexatis* (22.)) recitatam, ſumptibus Electoris (23.), Decano Joh. Andr. Qvenſtedio, creabatur (24.). Titulo hoc Doctoris (qvem A. 1678. ipſi collatum eſſe in *Programmate* funebri perperam traditur Svanteniano Lubecenſi) reportato, A. 1680., poſt Mart. Geieri obitum, in numerum qvidem Candidatorum dignitatis Eccleſiaſticæ in aula Joh. Georgii III., Saxonum Electoris, Dreſdenſi primariæ, cum Phil. Jac. Spenero, Chriſt. Scrivero & Joh. Bened. Carpzovio Juniore, Theologis celeberrimis, eſt relatus, ſed Joh. Andr. Lucius, Superintendens hactenus Dreſdenſis, & ipſi, & cæteris, prælatus (25.). Miſenæ, eodem anno 1680, vitæ diſcrimen maximum beneficio, cujus *in Anti-Enthuſiaſmo* (26.) mentio ab ipſo eſt injecta, evaſit divino. Cum enim, cubitum iturus, cereum ardentem, ut librum lecturo alluceret, in ſella prope lectum collocaſſet, nec multo poſt ſubito obdormiviſſet, flamma illius non libros ſolum atqve ſellam, ſed pavimentum etiam muſei ligneum, ex aſſeribus ſtructum, corripuit, celeriterqve cœpit depaſcere. In ſomno tunc audire ſibi videbatur vocem, non humanam, uti credidit, ſed θεόπεμπτον, iterum iterumqve, cum intentione, ſopito acclamantem: *Auguſte*, *Auguſte*. Qva niſi confeſtim fuiſſet excitatus, miſerrime, in ſubito iſto incendio, haud dubie periiſſet. Miſena Lipſiam A. 1681. evocatus, in Templi Thomani Archidiaconatu Andreæ Glauchio, Theologiæ Licentiato (27.), &, Anno poſt tertio 1684., in profeſſione Academica duplici, muneri addita eccleſiaſtico, ordinaria nempe Lingvarum Orientalium & Theologiæ extraordinaria, D. Joh. Bened. Carpzovio Juniori, ſubrogabatur. Octennium in hoc Miſniæ exegit emporio, & non eloqventia ſolum illic inclaruit eccleſiaſtica, ſcriptisqve ſacri pariter ac philologici argumenti variis, ſed zelo etiam, juſto forſan majore, adverſus novellos, qvos vocant, Pietiſtas, in Academia ejusdem primum exortos; qvorum adverſarii, & perſecutionis contra eos autores, e Theologis, Carpzovius modo memoratus, Valentinus Alberti & ipſe, ſoli propemodum fuiſſe a Chriſt. Thomaſio, *in Judicio de Inqviſitione adverſus illos*, A. 1691. cum *Actis Protocolli Inqviſitionis* hujus vernaculis edito, perhibentur. Sed & cum ipſo Chriſt. Thomaſio, JCto tunc Lipſienſi & poſtea Halenſi inclyto, qvi famam ſuam & qvasdam de ſacris ſententias ab eo, A. 1689., *in Invitatione ad Lectiones privatas Anti-Atheiſticas*, iſtisqve Lectionibus, maligna obliqve notatas eſſe cenſura indignabatur, illi interceſſit controverſia, cujus in Catalogo ſcriptorum denuo occurret mentio. Lipſia Witebergenſes ad Præſulis dignitatem, & Hamburgenſes A. 1683. ad Antiſtitis templi Petrini officium lautius, abſtrahere illum, ſed, Electore dimittere nolente, fruſtra, conabantur (28.). Hamburgenſibus ſpem adventus ſui fecerat, ſed, cum die 29. Julii A. 1683. Paſtor Petrinus rite jam eſſet electus, literas vocationis, ſibi tranſmiſſas, Senatui, mente mutata, remiſit, ac deſerere Lipſienſes noluit; ſvaſu, uti Chriſt. Krumbholzius teſtatur, D. Abr. Calovii, Præceptoris, & qvod Presbyterii Hamburgenſis controverſiis inteſtinis, certaminiqve cum Georg. Haccio, Collega, ſcandaloſo, nollet implicari (29.). Sexennio poſt tamen Lipſiæ etiam valedixit, & huic Lubecam prætulit, cujus Superintendens, in locum D. Sam. Pomarii, ante ſex annos extincti, A. 1689., d. 9. Jul., eligebatur, ac d. 6. Oct. inaugurabatur (30.). Emporii hujus in Cherſoneſo Cimbrica Eccleſiis, per annos octo & trimeſtre unicum, ad obitum usqve, præfuit, ſacrisqve ſermonibus publice, præter pericopas dierum dominicorum Epiſtolicas, ac Lutheri Catecheſin, qvotannis explicatas, XLVII. Geneſeos Moſaicæ illuſtravit capita. Ingenio præterea ſuo, ad ſacras proniori controverſias, obſecutus, Pietiſticis, qvas vocant, & Chiliaſticis, acriter tunc agitatis, ſe Lubecæ qvoqve ingeſſit, & Chiliaſmum concionibus e ſuggeſtu refutare aggreſſus eſt publicis, de qvibus Joh. Wilh. Petræus, patronus iſtius, *in Vitæ Hiſtoriæ propriæ* (31.), aſperius tulit judicium, facetamqve ſimul addidit narrationem, ita ſcribens: Es hat inzwiſchen der D. Pfeiffer in

(17.) V. ipſius *Epiſt. dedic. Dubiorum V. T. vexatorum.* (18.) *p. 7.* (15.) V. Filii ejus, M. Joh. Ehrenfr. Pfeifferi, *Sermonem funebrem p. 35.* (20.) teſte eodem filio *l. c.* (21.) V. Andr. Sennertum *Lib. I. Athen. Witeb. p. 96.* (22.) *p. 347-355.* (23.) V. *Epiſt. dedic.*, *Dubiis V. T. vexatis ab ipſo præfixam* (24.) V. Andr. Sennertum *l. c. p. 105.* (25.) V. Phil. Jac. Speneri *Partem III.* der Theologiſchen Bedencken *p. 434.* (26.) *Cap. I.*, *§. 14.*, *p. 27. 28.* (27.) V. Henr. Pippingii *Appendicem Arcanorum Bibliothecæ Thomanæ Lipſienſis p. 127.* (28.) V. J. E. Pfeifferum *loco n. 19. citato.* (29.) V. Krumbholzii Abfertigung der Unnmbgänglichen Vorſtellung des Hamburgiſchen Miniſterii *p. 4.*, & confer Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 864.* (30.) V. Jac. a Mellen *Lubecam anni 1699. literatam p. 14.* (31.) *p. 159. 160.*

zu Lübeck neun Predigten gegen den Chiliaſmum öffentlich gehalten, darinn er, nach ſeiner Iſmaelitiſchen Scoptiſchen Weiſe und Ingenio, ſehr läſterte, und ſolches Zeug zum Lachen beybrachte, daß es dem Auditorio ſchwer fiel, ſolches länger anzuhören. Es kam damahls eine gewiſſe einfältige fromme Frau, wie ſolches D. Pfeiffer ſelbſt bey einer Hochzeit öffentlich erzehlet, zu dem Superintendenten Pfeiffern, und fragte ihn, warum er doch, in denen Predigten, ſo ſehr gegen den heiligen Aſimum eiferte; denn wäre er Heilig, was er denn ihn ſo ausſcholte? Dieſes Wort des heiligen Aſimi iſt daher kommen, weil D. Pfeiffer allezeit auf der Kantzel, nach ſeiner gewöhnlichen Ausſprache, Cheiliaſmum geſagt: daraus hat die einfältige fromme Frau den heiligen Aſimum gemacht, und hat ſich nicht darinnen finden können, wie man ſolchen Aſimum, der doch heilig genandt wird, ſo hart und höniſch wiederlegte. Das ſind die Früchte von ſolchen Zanck-Predigten, die eine ſolche Lübeckiſche Frau hat wiederlegen, und eine Oppoſition dagegen, nach ihrer gefaſten Meinung, dem D. Pfeiffer ſelbſt hat machen müſſen. E Concionibus his, reviſis atqve auctis, *Anti-Chiliaſmus* eſt enatus, A. 1691. juris factus publici; qvem mox *Anti-Enthuſiaſmus*, aliaqve ſcripta Polemica, Roſimundæ Julianæ Aſſeburgiæ, Virgini nobili vatiqve novellæ, Joh. Wilh. Petræo, Phil. Jac. Spenero, Petro Poireto, aliisqve, oppoſita, ſunt ſecuta. Qvibus cum a Petræo, Spenero, Poireto, Joh. Jac. Zimmermanno, M. Andr. Stübelio (ſcholæ Lipſienſis Conrectore), & Anonymis Pſevdonymisqve aliqvot, confeſtim alia reponerentur, certamina iſta, antilogiis apologiisqve contrariis, maximam partem ſtylo juſto vehementiore conſcriptis, ad obitum usqve noſtri, uti e Scriptorum ejus patebit Catalogo, ſunt continuata. An noſter ſtylum ſuum *ſcopticum, mordacem & jocabundum*, qvo adverſarios exagitat, a Joh. Wilh Petræo, *in Nube Teſtium veritatis* (32.), *Scopticiſmo Pfeifferiano*, & *Poemate in obitum Phil. Jac. Speneri* (in qvo (33.), nomine ſuppreſſo, *Scopticus ille* vocatur, *qvi calamos inflare ſolet*), aliisqve, ſibi exprobratum, ingenii ſui hilarioris minimeqve melancholici prætextu, *in Anti-Chiliaſmi præfatione*, dextre ſatis excuſaverit, pleriqve forſan dubitabunt. Irritavit certe illo adverſarios, qvorum complures, ἀντιλοιδορεῖν haud veriti, ſcommatisqve, conviciis & invectivis vehementioribus, ſe ulti, par pari retulerunt. Ex his Pet. Poiretus, *in Appendicibus apologeticis*, *Libello* ſuo *de Chriſtiana liberorum e veris principiis educatione*, in editione Latina anni 1694. Amſtelodamenſi, adjectis (34.), non ſolum de ſcripti Pfeifferiani, illi oppoſiti, crebris *contumeliis, modis loqvendi ludicris, inſultationibus puerilibus, proverbiisqve inſulſis*, eſt conqveſtus, ſed & judicium viciſſim ſeqvens de noſtro tulit aſperius, qvod, *in dinumerandis literis Alcorani, & ſyllabis Thalmudis, ingenii florem detriverit, nullusqve, in toto Eruditorum orbe, ad res ſpirituales interioresqve percipiendas ac judicandas, eo ſit ineptior*. M. Johanni Matthæo, ſive, qvi ſub larva iſta delituit, Joh. Jac. Zimmermanno, *in Orthodoxia Böhmiana*, teſtante ac indignante Eraſmo Franciſci (35.), audit ein aufgeblaſener Geiſt, der aus Er. Franciſci Läſter-Pfeiffen, als ein Nach-Pfeiffer, ſeine Narrheit vor der gantzen Welt proſtituiret. Nec defuere, qvi vaticiniis, partim biblicis, partim propriis, ſtylo concinnatis biblico, qvæ a Deo profecta fuiſſe jactabant, revelationes has ſuas, & Chiliaſmum, in iis inculcatum, ſcriptis acriter impugnanti iram poenasqve divinas denunciare, terroremqve incutere, ſed fruſtra, cum ipſe oracula iſtæc novella ſperneret atqve irrideret, ſunt conati. Huc ſpectant, teſte ipſo Pfeiffero (36.), Reſponſa pro divinis venditata, qvibus Roſemunda Juliana Aſſeburgia, Virgo nobilis, & Vatum nuperorum celeberrima, hoſpitem ſuum, D. Joh. Wilh. Petræum, Superintendentem tunc Lüneburgenſem, A. 1691., *Anti-Chiliaſmo* Pfeifferiano contra doctrinam ipſius de regno mille annorum edito, erexit, anno eodem, in Epiſtola Petræi pro revelationibus Aſſeburgianis Germanica, ſed absqve noſtri mentione, juris facta publici (37.). Secutum eſt illa non multo poſt aliud, longe minacius & horribilius, Pfeiffero ipſi, ut ab editione *Anti-Enthuſiaſmi*, Aſſeburgiæ confutantis Revelationes, abſterreretur (38.), inſcriptum, & per Adelheidem Sibyllam Schwartziam, civis Lubecenſis uxorem, Petræo amiciſſimam, cum ſua tranſmiſſum epiſtola, qvod Schwartzia modo ſibi ipſi, modo alteri Neoprophetæ, latere adhuc volenti, tribuit, Aſſeburgiæ autem non deberi verbis, Deum teſtem citans, contendit ſanctiſſimis. Vindicare tamen illud virgini huic videntur & ipſe Pfeifferus, per qvem A. 1692., *in Anti-Enthuſiaſmo* (39.), eſt publicatum, ſatyrice exploſum, libellis annumeratum famoſis, ac erroris contradictionisqve non unius, in ſubjuncta refutatione, accuſatum, &, qvi idem pariter recitarunt, ac in ſcholiis, velut neutiqvam divinum, rejecerunt elenchticis, Joh. Bened. Carpzovius junior (40.), Joh. Henr. Feuſtkingius (41.), ac, qvem is allegat, Sam. Schelgvigius (42.). E qvibus & nos iſtud h. l. exhibebimus: Dem Biſchoff der Gemeine zu Lübeck, nahmentlich Auguſtin Pfeiffer. Du, an Welchem Meine Seele Einen Eckel hat, Siehe, ich Werffe dich in Ein Bett, das mit Pech und Schwefel brennet, So du nicht UmKehreſt, und Wahre Buſſe Thuſt, ich habe dich Vieles Erkennen laſſen, aber du WiederStrebeſt meinem Geiſt, Siehe Zu, Was du Thuſt, die Zeit iſt Kurtz, Sage ich Jehovah der HErr, der über Tode und Lebendige ein HErr iſt, Ich Komme Bald, und mein Lohn mit mir, Wie ich Dich finde, So Werde ich dich Richten, dencke nicht, daß deine Wercke und Greuel Vor mir Verborgen Seyn, du haſt einen Schein der Warheit, aber die Kraft VerLeugneſt du, Siehe wol Zu, und Thue RechtSchaffene Früchte der Buſſe dar, daß es Sehen, die du geärgert haſt, damit Sie auch WiederKehren, und nicht Samt dir in die Tieffe Grube fallen, und deine Verdammung mit Ihrer AnKlag mehren, Gehabe dich Wohl und kehre dein AngeSicht mit Leid und Wehemuth Zu mir, ich Richte dich nach meinem Sinn, und Keines Menſchen Urtheil, fürchte dich nicht. Ich habe dich lieb, und Suche dein Heil, Samt der gantzen Heerde, darüber Ich dich Zu Einem Biſchoff geSetzet habe. Alloqvium hoc ad Pfeifferum, ſi credibile hoc cuiqvam videbitur, divinum nullis fere punctis periodorum diſtinctum erat finalibus, & literas Latinas paſſim Germanicis immiſcebat. Qvæ vitia ſcripturæ cum Pfeifferus editor tollere ſtudioſe noluiſſet, Schwartzia, mulier, cujus modo facta eſt mentio, & de qva plura alibi (43.) diximus, Chiliaſmo, & Jac. Böhmii erroribus, addicta, & a noſtro, aliisqve Eccleſiaſtis, fruſtra, ut mentem mutaret, privatim aliqvamdiu admonita, iſtud emendatius, cum Epiſtolis ſuis duabus ad Pfeifferum Germanicis, tertiaqve ad amicum, qvæ in colloqviis inter ſe & Eccleſiaſtas acta erant exponente, ſeorſim ſub hoc recudi curavit titulo: GOttes Ernſtliche Offenbahrung wieder D. Aug. Pfeiffern, Superint. zu Lübeck, welche er, in ſeinem Paſqville, Anti-Enthuſiaſmus genandt, gantz verkehret drucken laſſen, hier aber anjetzo, nach der Wahrheit ergantzet wird: ſamt zweyen Sendſchreiben Fr. Adelh. Sib. Schwartzinn an beſagten D. Pfeiffern, und einem an einen guten Freund. Plura de certamine hoc noſtri cum Schwartzia ſuggerent Joh. Bened. Carpzovius junior (44.) & Joh. Henr Feuſtkingius (45.). E qvibus ſolus Carpzovius, Schwartziam, cum amica diſſidii inter ipſam & Pfeifferum compoſitio a Bartholom. Meyero, Superintendente generali Gvelpherbytano exule, fruſtra eſſet tentata, per Senatum paulo poſt Lubecenſem urbe fuiſſe ejectam, perhibet. Qvid qvod a Meyero etiam iſto, ſi Sam. Schelgvigio (46.) tuto credi poteſt, cum Lubecæ exularet, & pridie Pfeifferum

 domi

(32.) *cum alibi paſſim, tum Lib. 3., p. 70. 80.* (33.) *p. 10.* (34.) *p. 505.* (35.) *in Appendice* des Verzeichniſſes ſeiner Schriften *p. 46. 133.* (36.) *in Anti-Enthuſiaſmo, c. 1., p. 10., & c. 4., p. 235.* (37.) *§. 27., p. 53.* (38.) V. *Præfat. Anti-Enthuſiasmi.* (39.) *Cap. 4., §. 19, p. 237-246.* (40.) in der Ausführlichen Beſchreibung des Unfuges der Pietiſten zu Halberſtadt, ἀνωνύμως A. 1693. *excuſa, c. 4., p. 48. 49. 50.* (41.) *in Gynæceo-Hæretico-Fanatico p. 601-611.* (42.) *P. II. Piet. Sect. p. 219.* (43.) *Tomo II. hujus Operis.* (44.) *loco num. 40. citato.* (45.) *loco num. 41. citato.* (46.) *in Itinerario Anti-Pietiſtico p. 65.*

domi ſuæ ſalutaſſet, Monitum ſeqvens, Deum itidem jactans Autorem, illi eſt tranſmiſſum: An den lieben D. Auguſt Pfeiffern. Theman, den 19. Auguſti. Friede ſey mit dir, mein Knecht, wiederſtehe mit nicht, denn ich habe dich lieb, ſage ich Jehovah, der lebendige GOtt. Unterſcheide das Ampt, darinn ich dich geſetzt, von dem, was dir von Adam angebohren iſt. Unterſcheide auch wohl mein Werck, von denen Geſetzen der Menſchen; ſo wil ich dich auſſerwehlet machen im Ofen des Elendes. Amen. Vatem qvoqve, ex adverſariis noſtri, agere voluit M. Andr. Stübelius, Scholæ Lipſienſis Conrector, homo animi ſubinde turbati, deliriisqve agitatus, &, ob iſta, Lipſiæ carceri aliqvamdiu domeſtico, additis cuſtodibus, incluſus. Is enim non ſolum, in literis ad D. Phil. Jac. Spenerum M. Januario anni 1697. exaratis, *deſcenſum ad inferos, uti Pontificis, ita etiam D. Pfeifferi, inſtare*, huic ſignificavit, ſed, *in Judicio de Scepticiſmo Speneriano Pfeifferi* vernaculo, A. 1699. Francofurti edito, etiam, noſtrum Beſtiam eſſe illam bicornem, Apocal. XIII. 11-18. deſcriptam, omni niſu probare eſt conatus (47.). Cujus numerum qvoqve myſticum χξϛ (DCLXVI.), ibidem v. 18. indicatum, *in Confeſſione ſpei certæ & indubitatæ, contra D. Joh. Chriſtoph. Nungeſſeri, Superint. Tremonienſis, Spem deſperatam meliorum temporum, ex Lucæ XVIII. 8. demonſtrata*, Francofurtiqve A. 1698. itidem excuſa (48.), ridicule bis, e Pfeifferi nomine ac titulis, hoc pacto elicuit:

DoCtor AVgVſt PfeIffer, TheoLogVs. (DCLXVI.)
SVperIntenDens zV LVbeCk. (DCLXVI.)

De controverſia, per Pfeifferum D. Joh. Salom. Hattenbachio, Medico Lubecenſi, ob Collegia, qvæ vocant, pietatis, ſive cœtus ſacros domeſticos, mota, propter qvam hic A. 1697. urbem (in qvam tamen non multo poſt revertebatur) deſeruit Lubecenſem, Sam. Schelgvigius (49.), & noſtra de vita Hattenbachii narratio (50.), poſſunt conſuli. Fata ſe noſtro prædixiſſe, D. Joh. Wilh. Petræus, qvem, præ aliis, ob Chiliaſmum, zelo adortus erat vehementiori, poſt obitum ejus, publice tradidit (51.); ſimulqve, de pacto illius cum genero D. Severino Walthero Slutero, Superintendente Saxo-Lauenburgico, & D. Gothofredo Weiſio, Eccleſiarum urbis Lüneburgenſis Antiſtite, de ſe atqve Pietiſtis conſtanter impugnandis, viduisqve defunctorum a ſuperſtitibus ope conſilioqve juvandis, qvod omnes paulo poſt, eodem fere tempore, vivis eriperentur, irrito atqve infelici, ſeqventia narravit (52.): Es gieng auch ſonſt etwas ſehr notables vor. Es hatten die drey Superintendenten, als D. Pfeiffer zu Lübeck, D. Weiß zu Lüneburg, mein Succeſſor, und D. Schlüter zu Sachſen-Lauenburg, beredet, nacher Sachſen-Lauenburg zu kommen, und ein Convivium charitativum zu halten, und von kirchlichen Sachen unter einander zu reden; darinnen ſie ſonderlich einen Bund unter ſich aufrichteten, daß ſie gegen mich zu ſchreiben (*loco priore hæc verba ſubſtituuntur*: gegen die Pietiſten den Streit fortzuſetzen) nicht aufhören wolten, und daß ein ieder, der den andern ablebete, gehalten werden ſolte, ſich der nachgelaſſenen Wittwe anzunehmen. Aber was geſchahe? GOtt der HErr nahm ſie, kurtz nach einander (in einem Monat, *uti loco priore additur*), nach ſolchem Vertrag, friſch durch den Todt dahin, alſo, daß die Wittwen keinen Schutz hatten, und keiner ſich ihrer annehmen konte. Obiit autem Pfeifferus noſter, vegeta hactenus & integra gaviſus valetudine, cum ultimo vitæ tempore calculo, &, ſi rumori credendum pervulgato, gravi etiam melancholia, aliqvamdiu laboraſſet, die XI. Januarii, anno æræ Chriſtianæ 1698, ac ætatis 58. Epitaphium ejus, in qvo gemina celebratus eſt epigraphe proſaico-elegiaca, in æde Mariana Lubecæ ſpectatur. Viduam reliqvit, qvam, Witebergæ Profeſſorio admotus muneri, anno 1668. duxerat, uxorem, Euphroſynam Mariam, M. Joh. Hertzogii, Eccleſiaſtæ Dresdenſis, filiam, qvatuor ſibi virilis, & totidem fœminei ſexus liberos, enixam. Filiæ omnes, Maria Eliſabetha ſcilicet, qvæ A. 1695 Severino Walthero Slutero, Theol. Licentiato & Superintendenti Saxo-Lauenburgico nupſit, ſed maritum hunc d. 31 Dec. A. 1697., ac, diebus duodecim vix elapſis, Patrem qvoqve, amiſit, tresqve Virgines, Euphroſyna Concordia, Johanna Salome & Chriſtiana Sophia, defuncto fuere ſuperſtites. E filiis contra natu maximus, Sylvius Chriſtianus, Lipſiæ extinctus (53.), natuqve minimus, Johannes Chryſoſtomus, parentis obitum ſuo præverterunt. E duobus, qvi ſupererant, & de qvibus *Tomo II.* hujus Operis (54.) plura ſunt narrata, reliqvis, Johannes Ehrenfridus, Miſena Miſnicus, Philoſ. Magiſter, Diaconus fuit, ab A. 1703. ad fatalem usqve 1712., Güſtrovienſis, natu autem hoc major, Sigismundus Auguſtus, Stroppa Sileſius, Medicinæ Doctor, Poliater in Pomerania Wollinenſis, & Profeſſor tandem Gymnaſii Stettinenſis Medicus. Cujus homicidii, a juvene A. 1694., patre adhuc ſuperſtite, Halæ Saxonum, in duello, commiſſi, & a Georg. Henr. Götzio (55.) aliqvatenus excuſati, cenſor fuit rigidior Joh. Wilhelmus Petræus, *in Hiſtoria Vitæ* ita ſcribens *propriæ* (56.): Darzu kam, das des D. Pfeiffers Sohn, der ſich ihm hat verpflichten müſſen, kein Pietiſt zu werden, eines Bürgers Sohn aus Hamburg erſtach, und flüchtig und unſtet werden muſte, und ſich damit gnugſam ſignaliſirte, daß er kein Pietiſt wäre. Majorem, qvam liberi, famam noſtro, ſcriptoribus jure annumerando πολυγράφοις, libri acqviſivere plurimi, &, hos inter, præcipue Exegetici ac Philologiam illuſtrantes Orientalem, junctim Tomis duobus Trajecti ad Rhenum A. 1704 recuſi. In qvibus uti pene eadem ſæpe, diverſis in opuſculis, repeti Joh. Mich. Langius (57.) vere obſervavit, ita induſtriam ἀξιομνημόνευτα, ſententiasqve de iisdem rebus Eruditorum diverſas, e ſcriptis illorum, colligendi judicioſam Anonymus qvidam (58.) verbis hiſce immerito videtur culpaſſe: *Cet Auteur n' eſt presqve qv' un Rapſodiſte, qvi n' a fait qve ramaſſer ce qve les autres on dit: mais qvi la ramaſſé avec aſſez de jugement.* Bibliothecam, cui maximam opum partem impenderat, reliqvit, teſtibus *Novorum literariorum Lubecenſium* Collectoribus (59.), *numeroſam & plane eximiam, non tantum rarioribus omnis generis libris refertam, ſed & præcipue magno ſcriptorum Rabbinicorum apparatu, plurimis MSStis Codicibus, Arabicis, Turcicis, Perſicis, Armenicis & Sinicis, varia tam antiqvitatis qvam ſuperſtitionis Judaicæ ſupellectile, iconibus Japonicis, nummisqve nonnullis Romanis, bracteatis Germanicis, & ſimilibus* κειμηλίοις, *egregie inſtructam*, qvam *admirabilem* Joh. Fechtius (60.) vocare non dubitavit. Hujus, poſt obitum poſſeſſoris diſtractæ, Codices MSSti Orientales a Magiſtratu Lipſienſi (61.), libri autem Rabbinici a Regiomontano in Boruſſia (62.), pretio haud exiguo ſunt redempti, &, Bibliothecis publicis urbium ſuarum illati Senatoriis, in iis jam aſſervantur.

Vitæ

(47.) V. Phil. Jac. Speneri Epiſtolam ad D. El. Vejelium de illo A. 1699. datam, & *Parte III. Conſiliorum Theologicorum Latinorum, c. 6., Art. 3., n. 27., p. 779. 780., obviam.* (48.) *p. 33.* (49.) *in Itinerario Anti-Pietiſtico p. 64-67.* (50.) *Tomo II. hujus Operis.* (51.) im Geheimniſſe der Gottſeligkeit Chriſtus in uns, *p. 7.* (52.) *ibidem p. 9.*, & in *Hiſtoria Vitæ propriæ Germanica p. 231, 232.* (53.) V. de præcoci illius ingenio Georg. Henr. Götzium in dem bey dem Grabe ſeiner Kinder weinenden Vater *p. 65. 66.* (54.) *pag. 641. & 642.* (55.) *in Diſſ. de Fatis triſtibus, quæ Theologorum filii ſubierunt, Sect. I, §. 26, p. 22.* (56.) *p. 232.* (57.) *in Diſſ. de Speciminibus, conatibus atque ſucceſſibus Virorum doctorum, in edendo Alcorano Arabico, §. 28., p. 26.* (58.) in Excerptis Epiſtolæ, a Jac. Bernhardo, *in Novellis reip. lit. Gallicis, M. Majo A. 1704., Art. 8., p. 597.*, exhibitis. (59.) *M. Febr. A. 1698., p. 20.* Conf. M. Joh. Ehrenfr. Pfeifferi filii *Sermonem funebrem p. 37.* (60.) *in Programmate, Zach. Grapii Diſputationi Inaugurali contra Evangelium æternum A. 1699. præmiſſo, p. 12.* (61.) V. D. Gothofr. Chriſt. Götzii *Diſſ. de Bibliotheca Senatus Lipſienſis p. 20. 22. 23.* (62.) V. Joh. Gottl. Krauſii Neue Zeitungen von Gelehrten Sachen, *num. 48. A. 1718., p. 384.*

Vitæ noſtri hiſtoriam ſtylo panegyrico fuſius expoſuerunt: I. Enochi Svantenii, Scholæ Lubecenſis Rectoris, *Programma funebre*, Lubecæ A. 1 98 *in fol.* excuſum. II. Filiorum duorum (de qvibus paulo ante dictum eſt), ipſi ſuperſtitum, Parentationes, qvibus Parentem A. 1699., die illius emortuali XI. Januarii, diverſis in locis, celebrarunt, Sigismundi Auguſti ſcilicet Oratio Panegyrica de Mercurio, Chymicorum Proteo, illius, cum hoc collati, memoriæ Altorfii dicata & recitata, ac M. Johannis Ehrenfridi Sermo funebris, Roſtochii dictus. Ambæ junctim Roſtochii A. 1700. *in 4* prodiere ſub titulo *Memoriæ Aug. Pfeifferi, Theologi Lubecenſis, e Filiorum mœſtiſſimorum pietate exſtructæ, ac* ·*ideribus Sermonum XI. ſcholaſticorum, a B. Viro Lubecæ dictorum, auctæ;* ſolus autem poſterior M. Joh. Ehrenfr. Pfeifferi *Sermo funebris*, addito ſcriptorum noſtri Indice, Lipſiæ A. 1705., in Henr Pippingii *Sacro Decadum Memoriæ Theologorum renovatæ Septenario, Decade VI., num. 2., p. 714-746.*, eſt recuſus.

Brevius vitam eius enarrarunt *Novorum literariorum Lubecenſium* Collectores, *M. Februario A. 1698, p. 28-32.*, Wilh Ern Tenzelius, hos ſecutus, *in Dialogis menſtruis Germanicis, M. Oct. A. 1698., p. 898. 899.*, Joh. Franc. Buddeus *Tomo II. Lexici Hiſtorici* Germanici *p. 175.*, & Erdmannus Uhſeus in den Leben der Kirchen-Lehrer des XVI. und XVII. Seculi *p. 858. 859. 860.*

Scriptorum ſuorum, editorum atqve ineditorum, Catalogum ipſemet A. 1670., ſub finem *præfationis Exercitationum Biblicarum*, editorum autem tantum, ſed pleniorem, A 1691. ad *Anti-Chiliasmi*, & A. 1692 ad *Anti-Enthuſiasmi* calcem, exhibuit, de ſolis vero ineditis atqve affectis A 1671., *in Præfat. Introductionis ad Orientem*, uberius diſſeruit. Editorum Indices a Lubecenſibus etiam & Henr. Pippingio, *ll. cc.*, Vitæ ſunt ſubjuncti, ſicut recentiores, ita antiqvioribus ipſius pleniores, nec tamen, uti e noſtro eorundem patebit recenſu, omnia enumerantes.

Inſcriptum eſt ipſi, multisqve aliis Lingvarum Orientis doctoribus & cultoribus, a R. Davide Cohen de Lara, Archiſynagogo Hamburgenſi, *Lexicon Thalmudico-Rabbinicum*, Hamburgi A. 1668. *in fol.* editum.

D. Phil. Jac. Speneri Epiſtola ad eum Germanica de Collegio, qvod Lipſiæ aperire conſtituerat, Anti-Atheiſtico, & in hoc cavendis, legitur, ſed ſuppreſſo noſtri nomine, in Speneri Letzten Theologiſchen Bedencken, Halæ A. 1711. impreſſis, *Parte I., Cap. 2., Art. I., Sect. 4., p. 333-338.*

Conferri de illo poſſunt, præter alios, in Vitæ jam allegatos hiſtoria, *Nova literaria Lubecenſia, M. Majo A. 1704., p. 159.*, Sam. Schelgvigii *Itinerarium Anti-Pietiſticum p. 64-67.*, Jacobi a Mellen *Lubeca anni 1699. literata p. 14.*, Corn. a Beüghem *Apparatus ad Hiſt. lit. noviſſ., Conſp.* I. *p. 318., Conſp.* II. *p. 241., Conſp.* III. *p. 153., & Conſp. V. p 106. 107.*, Georg. Henr. Götzii *Bibliotheca Anti-Pontificia Presbyterii Lubecenſis, §. 12., p. 26. 27. 28.*, Car. Arndii *Bibliotheca Antiqvitatis Judaicæ ſelecta, Joſvæ Arndii Clavi Antiqq. Judaicarum ſubjuncta, Claſſe* II., *n. 10.*, & *Bibliotheca Biblica Joh. Frid. Mayeri continuata p. 93. 94. 96.*, & Rud. Mart. Meelführeri *Acceſſiones ad Theod. Janſonii Bibliothecam promiſſam & latentem p. 81.*

ELOGIA.

Lipſienſes, *in Actis Eruditorum, M. Oct. A. 1684., p. 445., dexterrimum, & in Academica cathedra, & in templi ſuggeſtu, S. Scripturæ Interpretem, M. Junio A. 1687., p. 348., Autorem in Judæorum pariter ac Muhammedanorum ſcriptis verſatiſſimum*, ac, *Tomo I. Supplem., Sect. 7., p. 357., Virum non minori ſtudio de diœceſi jam Lubecenſi, ac olim de Lipſia, merentem*, eum ſalutarunt.

Novorum Literariorum Lubecenſium Collectores, *M. Febr. A. 1698., p. 28. 29.*, illum *non ſine magno orthodoxi literatiqve orbis damno obiiſſe* judicarunt, &, ob *ſummam eruditionem, facundiam, zelum religioſum, inſigniaqve merita*, celebrarunt.

Joſva Arndius juveni, Antiqvitates Hebræas illuſtrare aggreſſo, in Epiſtola A. 1670. data, verbis hiſce (in ipſius *præfat. Introductionis in Orientem* recitatis) applaudebat: *Faxit Deus, ut ſuperſtes diu regnes in iſtoc literarum genere, in qvo video id te efficere poſſe, qvod pauci conentur alii.*

Joh. Bened. Carpzovius Junior, *in Collegio Rabbinico-Biblico in libellum Ruth* (A. 1669. edito), *p. 27.*, ita de illo (teſtibus Lubecenſibus, *l. c., M. Majo A. 1704., p. 159.*): *Poſt meſſem adeo divitem noviſſime de ſpicilegio non dubitabat Aug. Pfeifferus, in Acad. Witeb., cui eum merito gratulamur, paulatim jam aſſurgens: adeo literis Orientalibus multa pollicentur laudabiles Viri, ſi vitam Deus proroget, conatus, nec ingenio, nec eruditione, nec diligentia, editis tot jam ſpeciminibus comprobata, deſtituti. Is ergo Diſſertationem de Targumim, pro Loco ibi ex more ventilatam, ſcripſit, non poſt Homerum Iliada, ſed ipſum in nuce Homerum; qvam cum paſſim apud nos venalem videamus, laudari de hac materia non minus, ac cæteras ejus lucubrationes, ſacræ Philologiæ Studioſis utiliſſimas, par erat.*

Joh. Diecmanno (*in præfat. editionis Bibliorum Lutheri Germanicorum Stadenſis*, A. 1590. excuſæ, *p. 9.*) audit ein der Grund- und anderer Morgenländiſchen Sprachen hocherfahrner Theologus.

Matthiæ Waſmuhto (*in Programmate Anti-Conringiano p. 51.*) *Vir clariſſimus & doctiſſimus, qvi Hebrææ & Orientalis literaturæ non ſolum egregie peritum ſe, verum & ejusdem ſolertiſſimum promotorem, doctiſſimis Diſſertationibus & Commentariis, pridem exerere cœpit*; nec non (*in Anti-Conringio apologetico, c. 3., p. 502. 503.*) *Magnum Orientalium ſtudiorum emergens ſidus, & Vir meritis in rem literariam Hebræam clariſſimus.*

Joh. Fechtio (*in Programmate Roſtochienſi, A. 1699. Zach. Grapii Diſput. inaugurali contra Æternum Evangelium præmiſſo, p. 12.*) *Theologus æternæ memoriæ.*

Phil. Ludov. Hannekenio (*in Meditatione Carolina de Termino gratiæ peremptorio p. 62.*) *Theologus maxime orthodoxus.*

Joh. Laſſenio (im Betrübten und getröſteten *Ephraim p. 1282.*) Ein umb die Kirche hochverdienter GOttes-Mann.

Gebh. Theod. Meiero (*in Caſtigatione injuſtæ Animadverſionis Joh. Wilh. Petræi, §. 116., p. 198.*) *Venerabilis Lubecenſium Superintendens, cui æternum bene erit, ob merita ſcriptis ſuis in Eccleſiam collata*, & (*ibid., §. 118., p. 200.*) *Theologus graviſſimus.*

Sam. Schelgvigio (in Itinerario Anti-Pietiſtico p. 64.) Ein redlicher Diener JEſu Chriſti, welcher nicht allein ſeiner fürtrefflichen Gaben, ſondern der Frömmigkeit halber, in der gantzen Stadt Lübeck, ein herliches Zeugniß hat.

Joh. Andr. Schmidio (*in Diſſ. de modo Religionem propagandi per Carmina, §. 12., p. 20.*) *Inſignis ille Philologus.*

Hect. Gothofr. Maſio (*in Appendice* des Getreuen Lutherthums *p. 33.*) Ein vortreflicher Theologus.

Sever. Walth. Slutero (*in Propylæo Hiſtoriæ Chriſtianæ p. 202. edit. ſecundæ*) *Vir doctiſſimus.*

Joh. Frid. Mayero *Celeberrimus Lubecenſium Theologus* (*in Muſeo Miniſtr. Eccl.*, P. III., *p. 182.*); *Vir, cujus jacturam omnes boni ac orthodoxi dolent* (*in Bibliotheca Biblica, Diſſ.* III., *p. 44.*); Ein werther und umb die Kirche GOttes hochverdienter Mann (in der Vorrede der Anweiſung zum recht Lutherſchen Gebrauche des Pſalterbuchs, §. 18.); & Ein umb die gantze reine Kirche höchſt-verdienteſter Theologus (im dritten Monate der Speneriſchen Niederlage *p. 26.*)

Henr. Opitius (*in Conſilio de ſtudio Linguæ Hebrææ, Atrio hujus præfixo, p. 13.*) Diſſertationes ejus Philologicas vocat *eruditas*.

Gerh. de Vries, *in Orat. fun. in obitum Joh. Leuſdenii p. m. 58.*, eum (qvem perperam *Auguſtinum* appellat) *Profeſſoribus meritis atqve fama celeberrimis*, Leuſdenii amicis, accenſuit.

Joach. Fellerus, *in Poemate de Italia erudita in Miſnia, Carm. 2. 10. 11. & 22.*, illum *Hermetem orbis Eoi vix æqviparabilem, Splendorem orbis Hebræi, Theandrum Pericleum, noſtriqve rutilum aſtrum Sionis*, ſalutavit, ac imagini præterea ejus tetraſtichon hoc ſubjecit Germanicum:

So ſieht Herr Pfeiffer aus, ein Mann von groſſen Gaben,
Der harte Hertzen kan zerbrechen, matte laben:
Er heiſt Auguſtus ſonſt, und lehrt wie Auguſtin,
Ja was? er übertrifft an vielen Sprachen ihn.

Cui Hexaſtichon ſeqvens in eandem effigiem Latinum M. Joh. Georg. Wilckii, Scholæ Miſenenſis Rectoris, ab Henr. Pippingio (*l. c. p. 739.*) adjicitur:

Sic ille os. Patet in longum mens vaſta, capitqve
Qvæ capere ulli unqvam fas pretiumqve fuit.
Ordine qvo? qvamqve & facili nitidove paratu
Omnia? ſed morum qvas video, ecce, nives?
Certat in hoc natura atqve ars: Victoria demum
Curaqve tam chari Præſulis eſto Dei.

Eraſmo Franciſci (in Appendice der Verzeichniß ſeiner Schriften *p. 46.*) audit Ein Lob- und Ehren-wertheſter Doctor Theologiæ, nec non (*ibid. p. 133.*) Ein Grundgelahrter und ruhmwürdiger Theologus.

Wilh. Ern. Tenzelio (in den Monathlichen Unterredungen, *M. Nov. A. 1692.*, *p. 921.*) Ein wackerer Theologus.

Ant. Borremanſio (*in Tr. de Poetis & Prophetis*) *Diligentiſſimus*.

Joh. Mich. Langio (*in Diſſ. de prima editione Alcorani Arabica, §. 3., p. 7.*, ac *in Diſſ. de Virorum doctorum Speciminibus, conatibus & ſucceſſibus, in edendo Alcorano Arabico, §. 28., p. 26.*) *Theologus & Philologus clariſſimus ac celebratiſſimus*.

Chriſt. Wormio (*Lib. I. de Corruptis Antiqvitatum Hebraicarum apud Tacitum & Martialem veſtigiis, c. 1., p. 13.*) *Magnus Antiqvitatum Hebraicarum Stator*.

Joh. Franc. Buddeo (*in Diſqviſit. de Moderamine inculpatæ tutelæ in certaminibus Theologorum, §. 11., p. 39.*) *Non exiguæ autoritatis Theologus, cujus in hoc literarum genere* (Antiqq. Hebræorum) *merita nemo ignorat*; nec non (*T. IV. Lexici Hiſtorici Germanici p. 175.*) Ein berühmter Theologus der Evangeliſchen Kirchen, und vortrefflicher Philologus in den Orientaliſchen Sprachen.

Joach. Langio (*P. IV. Anti-Barbari Orthodoxiæ, Sect. 2., c. 4., p. 735.*) *Vir doctiſſimus*.

Val. Ern. Löſchero (in den Unſchuldigen Theologiſchen Nachrichten, *Sect.* I. *A. 1717., p. 130.*) Ein berühmter und hochverdienter Theologus, und wackerer Mann.

Joh. Henr. Feüſtkingio (*in Schediaſm. de Palinodia ſacra, §. 55., p. 105.*) *auguſti nominis Theologus, & Vir doctiſſimus*.

Georg. Henr. Götzio, in Eccleſiæ Lubecenſis ephoria ei ſubrogato, *Theologus poſt fata qvoqve clariſſimus, & adverſus omnes malevolos ac ſcurras fortiter defendendus* (*in Diſp. Inaug. de Cornelii a Lapide Commentariis, §. 8., p. 21.*), *Theologus celebratiſſimus* (*in Diſſ. de Cultu Abrahami, §. 14., p. 21.*), Ein umb die Kirche hochverdienter Theologus (in den Miſcellan-Predigten *p. 216.*), *Vir de Eccleſia meritiſſimus* (*ibid. p. 247.*), & *Theologorum delicium* (*ibid. p. 255.*).

Enocho Svantenio (*in Programmate de vita ipſius funebri*) *Theologus undiqve celeberrimus, Superintendens præclariſſime ac optime de Eccleſia Lubecenſi meritus*, & *Vir perinſignium in cœtum ſacrum ac rempublicam literariam meritorum; cui utriqve plurimum cognitionis incrementum, tam erudita illius voce, qvam ſcriptis ornatiſſimis, acceſſiſſe, nemo, niſi livore impio & deteſtabili infuſcatus odio, inficiabitur*.

Gabr. Groddeckio (*in Spicilegio ad Tomum* I. *Theatri Anonymorum & Pſevdonymorum Vinc. Placcii p. 695.*) *Vir fato, proh dolor! Lingvarum Orientalium ereptus*.

Rud. Mart. Meelführero (*in Acceſſionibus ad Theod. Janſonii Bibliothecam promiſſam & latentem p. 81.*) *Vir, qvi non ſine magno orthodoxi literatiqve orbis damno obiit*.

Joh. Chriſtoph. Wolfius, *in Hiſtoria Lexicorum Hebraicorum p. 218. 219.*, ejus *ingenium vaſtiſſimum, diligentiam, accuratum rimandi ſtudium, & Hebrææ aliarumqve Orientalium lingvarum peritiam*, honorifice celebravit.

Joh. Chriſtoph. Wenzelius, in Epicedio vernaculo in obitum Joh. Friſchmuthii, dem Cypreſſenwalde inſerto, *p. 11.*, præcipuis illum Lingvarum Orientis in Germania doctoribus annumeravit.

Joh. Frid. Hekelio (*in Diſcurſu de Oſculis Epiſt. dedicatoria*) *Antiqvitatum* audit *amœniorum amaſius vere incomparabilis, Virqve eruditione, fama atqve autoritate, conſpicuus*; nec non (ſub *Cap. I.* finem) *Sat auguſti atqve illuſtris nominis Philologus*.

Chriſtoph. Græfio (*P. II. Dyotæ ſacræ, ſive in Politico Orientali, p. 9.*) *Auguſtiſſimus Aug. Pfeifferus*.

Car. Arndio (*in Bibliotheca Biblica Joh. Frid. Mayeri continuata p. 93. 94.*) *Vir doctrina pariter ac fama auguſtiſſimus*, & *conſummatus ſuo in genere Theologus pariter ac Philologus*.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

α. PROPRIA.

Diſp. de Aqvis ſupracœleſtibus, Præſide D. Conſtantino Ziegra, Phyſices Profeſſore, propoſita. Witebergæ 1660. in 4. Exiſtentiam illarum aſtruit.

Diſp. de Teraphim ſeu Idolis Labani, ad Gen. XXXI. Witebergæ A. 1663. & 1665. in 4. Recuſa *in Exercitationibus Biblicis*, ſeorſim Witebergæ A. 1670. ac 1685. *in 4.* editis, ac *in Appendice Dubiorum V. T. vexatorum* editio-

editionis ſecundæ anni 1685. Lipſienſis, *Tomoqve I. Operum Philologicorum*, Trajecti ad Rhenum A. 1704. impreſſorum, denuo exhibitis, *num. IV.*

Diſp. de Trihæreſio Judæorum, ſeu Phariſæis, Sadducæis & Eſſenis. Witebergæ A. 1663. & 1682. in 4. Recuſa etiam eſt, tam *in Faſciculo Diſſertationum Philologicarum*, Witebergæ A. 1665. publicato, qvam *in Theologiæ ſeu potius* Ματαιολογίας *Judaicæ atqve Mohammedicæ principiis & fructibus*, Lipſiæ A. 1687. impreſſis, *Tomoqve II. Operum Philologicorum* Trajecti A 1704. inſertis.

Diſp. de Lingva ſeu Dialecto Galilæa, per qvam D. Petrus agnitus fuiſſe legitur, ad Matth. XXVI. 73. & Marci XIV. 20. Witeb. 1663. & 1682. in 4. Recuſa qvoqve ibidem, tum *in Faſciculo Diſſertt. Philol.* A. 1665. tum *in Exercitationibus Biblicis*, paulo ante laudatis, A. 1670. ac deinde ſæpius.

Decas ſelecta de antiqvis Judæorum ritibus & moribus. Witeb. 1664. in 4.

Diſp. de Lingva Protoplaſtorum primæva, ad Gen. XI. 1. Witeb. 166.. in 4. Recuſa ibidem, tum A. 1665. *in Faſciculo Diſſertt. Philol.*, tum *in Exercitationibus Biblicis* A. 1670., ac deinceps ſæpius.

Diſp. de Nomine JEſu. Witeb. 166.. in 4. Recuſa in eodem *Faſciculo*, iisdemqve *Exercc. Biblicis.*

Diſp. de Nominibus Dei, in Lingva Hebræa, ac reliqvis Orientalibus, uſitatis. Witeb. 166. in 4. Recuſa ibidem A. 1665 *in Faſciculo Diſſertt. Philol.*

Diſp. de Thalmude Judæorum. Witeb. 166 . in 4.

Obtrectator Apella, ſeu Diſſ. de Calumniis Judæorum in Chriſtum & Chriſtianos. Witeb. 166.. in 4.

Diſp. de Alcorano Muhammedis. Witeb. 166.. in 4.

Diſp. de Aliſhiis & Sunnitis, ſeu Perſarum & Turcarum in religione diſſidiis. Witeb 166.. in 4.

[Qvatuor Diatribæ præcedentes junctim recuſæ ſunt, tam *in Faſciculo Diſſertt. Philol.* Witebergæ A. 1665., qvam *in Theologiæ ſeu potius* Ματαιολογίας *Judaicæ atqve Mohammedicæ Principiis & fructibus*, Lipſiæ A. 1687., atqve Trajecti, *Tomo II. Operum Philologicorum*, A. 1704.]

Faſciculus Diſſertationum IX. Philologicarum, in qvibus agitur: 1. de Thalmude Judæorum; 2. de Calumniis Judæorum in Chriſtum & Chriſtianos; 3. de Trihæreſio Judæorum, ſeu Phariſæis, Sadducæis & Eſſenis; 4. de Alcorano Muhammedis; 5. de Aliſhiis & Sunnitis, ſeu Perſarum & Turcarum in religione diſſidiis; 6. de Lingva Protoplaſtorum primæva; 7. de dialecto Galilæa; 8. de Nominibus Dei, in Lingva Hebræa, ac reliqvis Orientalibus, uſitatis; 9. de Nomine JESU; qvas Autor, in Illuſtri Leucorea, publicæ συμφιλολογούντων cenſuræ hactenus expoſuit, nunc autem revidit. Witebergæ 1665. in 4. Singulæ Diſſertationes Witebergæ antea, diverſis annis, ſicut jam eſt indicatum, ſeorſim prodierant. Qvinqve priores, acceſſionibus qvibusdam auctæ, lucem denuo junctim viderunt, *in Theologiæ ſeu potius* Ματαιολογίας *Judaicæ atqve Mohammedicæ principiis & fructibus*, Lipſiæ A. 1687. editis, *Tomoqve II. Operum Philologicorum* Trajecti A. 1704. recuſis.

Diſſ. Philologica de Targumim, ſeu Paraphraſibus Chaldaicis Veteris Teſtamenti, pro loco in Ordine Philoſ. Acad. Witeb. propoſita. Witebergæ A. 1665. & 1683. in 4. Recuſa etiam *in Theologiæ ſeu potius* Ματαιολογίας *Judaicæ atqve Mohammedicæ principiis & fructibus*, Lipſiæ A. 1687. ac (*T. II. Opp. Philol.*) Trajecti A. 1704. Commendarunt eam, præter Joh. Bened. Carpzovium (cujus judicium honorificum paulo ante inter Autoris recitavimus Elogia), Dan. Georg. Morhoſius *T. III. Polyhiſtoris, Lib. V., p. 55.*, & Gothofr. Vogtius *in Tr. de Sacroſancta unius Divinitatis Triade p. 82.*

Diſſ. de Maſora, ſeu Critica ſacra veterum Hebræorum. Witebergæ A. 1665. & 1677. in 4. Recuſa itidem, *in Theologiæ Judaicæ atqve Mohammedicæ Principiis & fructibus*, Lipſiæ A. 1687. ac (*Tomo II. Opp. Philol.*) Trajecti A. 1704.

Senarius Theſium Philologicarum in locum Gen. I. 1 Witeb. 1666. in 4. Tribuitur ei in M. Jac. Frid. Wildeshuſii *Bibliotheca Diſputationum in V. & N. T. p. 7.*

Diſp. de Feſtis Hebræorum. Witeb. 1666. & 1675. in 4.

Commentarius Philologico-Anti-Rabbinicus in Obadiam, ſiſtens genuinam ſenſus evolutionem, diligentem omnium Interpretum Judæorum & Chriſtianorum collationem, ac verſionem & examen Commentarii Iſaaci Abarbenelis, abſtergens indigniſſimum illud ἔγκλημα Judæorum, qvod Chriſtiani ſint Idumæi. Acceſſit χειραγωγία ad doctrinam Accentuum Hebræorum. Witebergæ A. 1666. & (teſte Car. Arndio, mox citando) 1670. in 4. Recuſus *Tomo II. Operum* noſtri *Philologicorum*, Trajecti A. 1704. junctim editorum. Conf. de illo Car. Arndii (nimiis eum onerantis laudibus) *Bibliothecam Biblicam Joh. Frid. Mayeri continuatam p. 93. 94.*

Χειραγωγία facilis & compendioſa ad doctrinam Accentuum Hebræorum, qvatenus hodie patet, perſpicuis regulis & tabulis methodice comprehenſa. Witebergæ A 1666. in 4., & ſeorſim, & cum præcedenti *Comm. in Obadiam*, prodiit. Invectivæ D. Matthiæ Waſmuthi, LL. Or. & Theol Profeſſoris Kilonienſis, qvi, Pfeifferi Cenſuris de *Hebraiſmo* ſuo *reſtituto* & *Grammatica Arabica*, *in Synopſi Qvæſtionum Philologicarum*, ac de *Inſtitutione Accent. Hebr. methodica*, in præſenti χειραγωγία, paſſim obviis, irritatus, A. 1666., *in Programmate Anti-Conringiano, p. 46-53.*, tum alia complura noſtro, non ſine faſtu, regeſſit, tum χειραγωγίαν hanc *p. 9. Compendium* vocavit *mire ſterile ac diſpendioſum*, *inutilisqve*, *imo damnoſæ*, *epitomandi* accuſavit *operæ*, ab ipſo Pfeiffero, in *Epiſtola ad Matth. Waſmuhtum peculiari apologetica*, Witebergæ A. 1667. edita, tam qvoad alia, qvam (p. 12-16.) qvoad iſtam criminationem, nervoſe pariter atqve παῤῥησιαστικῶς, eſt reſponſum. Sententiam noſtri de Accentuatione Decalogi duplici, circa qvam a Lutheranis Reformati diſſident, ex his impugnavit Georgius Otto, Ling. Græcæ ac Orientalium Profeſſor Marpurgenſis, *in Diſſertatione de gemina Accentuatione S. Scripturæ præſertim Hebrææ Decalogi, Sam. Bohlio, Matth. Waſmuhto & Aug. Pfeiffero, oppoſita.* Cujus, Marpurgi A. 1688. *in 4.* excuſæ, Lipſienſes, *in Actis Eruditorum, Tomo I. Supplementorum, Sectione VII., p. 357.*, paucis injecerunt mentionem, *Sectione* autem *XII., p. 634 639.*, recenſum exhibuerunt uberiorem.

Synopſis nobiliorum Qvæſtionum e Philologia ſacra, de Lingva Sancta aliisqve Orientalibus. Witebergæ 1667. in 4. Recuſa Trajecti A. 1704 *Tomo* II. *Operum Philologicorum.* Hujus (qvæ eadem eſt, niſi fallor, cum *Synopſi Controverſiarum Technologicarum Hebræarum*, ab Autore A. 1668., *in præfatione Prodromi Antiqvitatum ſacrarum*, allegata) de ſcriptis ſuis cenſuras, ſicut modo indicavimus, Matth. Waſmuhtus, *in Programmate Anti-Conringiano, p. 46 53.*, itidem refutare eſt aggreſſus, Pfeifferus autem A. 1667., *in Epiſtola ad Matth. Waſmuhtum*, dextre ſatis tuitus.

Introductio in Orientem, ſive Synopſis Qvæſtionum nobiliorum de origine, natura, uſu & adminiculis Lingvarum Orientalium, & plerarumqve extra Europam, Ebraicæ, Chaldaicæ, Syriacæ, Samaritanæ, Punicæ, Arabicæ, Æthiopicæ, Armenicæ, Perſicæ, Turcicæ, Copticæ, Ibericæ, Sinicæ, Japonicæ, Conchenſis, Malaicæ, &c; item de genuina antiqvitate Punctorum vocalium & Accentuum Hebræorum, Lingvæ Hebraicæ

braicæ Analogia, &c. Witebergæ A. 1672. 1685. & 1692. in 4. Jenæ A. 1715. in 8. Eadem eſt, teſte Autoris ipſius præfatione, cum *Synopſi Qq. Philol.* præcedente, ſed qvamplurimis acceſſionibus illa auctior reddita.

Epiſtola ad Matthiam Waſmuthum, SS. Theol. D., ejusdemqve Extraordinarium, Ebrææ vero & Orientalium Lingvarum Ordinarium, in Academia Kilonienſi, Profeſſorem, Witebergæ 1667. in 4. Qvæ ad hiſtoriam ejus & argumentum ſpectant, paulo ante, cum de χειραγωγίᾳ *ad doctrinam Accentuum Hebræorum* diceremus, jam ſunt expoſita. Waſmuhtus, *in Anti-Conringio apologetico*, A. 1669. Kilonii edito, *c. 3., p. 502. 503.*, pauciſſima illi regeſſit, ſive potius, nullam ſibi cum Pfeiffero, honorifice ſimul commendato, ulterius intercedere controverſiam, indicavit.

Programma de Philologiæ in ſtudio Theologico neceſſitate, Prælectionibus de Critica ſacra generali publicis præmiſſum. Witeb. 1668. in 4.

Programma, Prælectionibus in Jonam publicis præmiſſum. Witebergæ 1668. in 4. Recuſum, ſub finem editionis ſecundæ *Diſſertationis de Maſora*, ibidem A. 1677. in 4.

Prodromus Antiqvitatum ſacrarum, exhibens materiarum ſelectiorum τριάκαδα de antiqvis Ebræorum ritibus & moribus, unde qvamplurimis S. Scripturæ V. & N. T. locis facula accenditur: Cum triplici Indice Locorum Scripturæ, Autorum & rerum. Witeb. 1668. in 4. Tribus conſtat Diſputationibus. Haud differre ab hoc videntur noſtri *Delineatio Antiqvitatum Hebraicarum*, cum Notis Joh. Jac. Schudtii, Scholæ Francofurtanæ ad Mœnum Rectoris, recuſa, & *Tractatus de Ritibus qvibusdam Hebraicis*, qvorum in Joh. Alb. Fabricii *præfatione Thyſiaſteriologiæ Gothofr. Vogtii p. 9.* occurrit mentio.

Programma, Prælectionibus publicis, Onomaſticon Orientale exhibituris, præmiſſum. Witeb. 1669. in 4.

Diſp. de Schilo, filio Jehudah, ad Gen. XLIX. 10. Witeb. 1669. in 4.

Exercitatio *de Zophnat Paaneach*, Cognomine Joſephi Ægyptiaco, ad Gen. XLI. 45., Athanaſio Kirchero potiſſimum oppoſita. Witeb. 1669. in 4.

Diſſ. de Henocho, ad Gen. V. 22. 23. 24. Witeb. 1670. & 1683. in 4.

Crux Criticorum, ſeu Diſp. de Integritate vocis כָּאֲרִי Pſ. XXII. 17. Witeb. 1670. & 1705. in 4.

Diſp. de Colloqvio Caini & Abelis Gen IV. 8. Witeb. 1671. in 4.

Diſp de Voto Jephtæo, ſeu Qvæſtione vexata: An Jephta filiam ſuam immolarit? ex Judic. XI. 30. & ſeqq. Witeb. 1671. in 4.

[Sex hæ Diatribæ præcedentes Academicæ recuſæ ſunt *in Exercitationum*, de qvibus mox dicetur, *Biblicarum* editionibus omnibus, tum ſeorſim A. 1670. & 1685., tum *in Dubiorum V. T. vexatorum Appendice* ſæpius, publicatis.]

Exercitationes decem Biblicæ. Witebergæ 1670. & 1685. in 4. Adjectæ deinde ſunt, Appendicis inſtar, *Dubiis Scripturæ ſacræ Veteris Teſtamenti vexatis*, in editione ſecunda Lipſiæ A. 1685., & ſeqventibus, ibidem A. 1692. & 1699., Dresdæ A. 1714., ac denuo Lipſiæ A. 1719., *in 4.* impreſſis. Locum qvoqve ſuum *Tomo I. Operum* noſtri *Philologicorum*, junctim Trajecti ad Rhenum A 1704. *in 4.* editorum, invenerunt. Sunt autem illæ ſeqventes, ſeorſim antea Witebergæ annis publicatæ diverſis, & ſupra jam memoratæ: α de Colloqvio Caini & Abelis, ad Gen. IV. 8.; β. de Henocho, ad Gen. V. 22. 23. 24.; γ. de Lingva Protoplaſtorum primæva, ad Gen. XI. 1.; δ. de Teraphim ſeu Idolis Labani, ad Gen. XXXI 19.; ε. de Zophnat Paaneach, Cognomine Ioſephi Ægyptiaco, ad Gen. XLI. 45.; ζ. de Schilo, filio Iehudah, ad Gen. XLIX. 10.; η. de Voto Iephtæo, ad Iudic XI 30. & ſeqq.; ϑ. Crux Criticorum, ſeu de integritate vocis כָּאֲרִי Pſ. XXII. 17; ι. de Nomine IESU, ad Matth. I. 21.; κ. de Dialecto Galilæa, per qvam Petrus eſt agnitus, ad Matth. XXVI. 73. & Marci XIV. 20.

Diatribe de Poeſi Ebræorum veterum & recentiorum., qva qvædam circa iſtam materiam παράδοξα eruditis judicanda exhibentur. Witeb. A. 1670. in 4. Eadem recognita, & Ioh. Leusdenio (qvi priorem commendarat editionem) inſcripta, ibidem A. 1671. in 4. Pars ejus maxima jam ante, A. ſcilicet 1665., ab Autore exhibita erat *in Notis* ſuis *ad libellum de Luſu Rabbinicum* סור מרע, *lit. O. 1. b-P. 2. b.*

Diſp in Eſ. VIII. 20. Witeb. 1670. in 4. A ſolo illi tribuitur M. Jac. Frid. Wildeshuſio *in Bibliotheca Diſputationum in V. & N. T. p. 35.*

Diſp. in Eſ XVI 1. Witeb. 1670 in 4. V. eundem Wildeshuſium *p. 36.*

Programmata duo, Syntagmati Antiqvitatum Hebræarum, prælectionibus Witebergæ propoſito publicis, præmiſſa, qvibus σκιαγραφία illius exhibetur. Witeb. A. 1670. & 1671. in 4.

Prælectiones in Jonæ Prophetiam, recognitæ & in juſtum Commentarium redactæ, qvibus Emphaſes vocum eruuntur, verus Scripturæ ſacræ ſenſus exponitur, ſententiæ variæ & Judæorum & Chriſtianorum adducuntur, falſæ refelluntur, & qvæſtiones dubiæ reſolvuntur. Witebergæ A. 1671. in 4. Cui editioni a Catalogo nundinali Dresdenſis auctior anni 1682., a Car. Arndio autem, mox citando, Lipſienſis anni 1686. & Witebergenſis anni 1706., *in 4.* itidem impreſſæ, adduntur. Recuſæ qvoqve ſunt Amſtelodami A. 1701. *in fol.*, *Tomo I. Theſauri Theologico-Philologici Diſſertationum in loca V. & N. T. ſelectiora*, ac Trajecti ad Rhenum A. 1704. *in 4.*, *Tomo II. Operum* Pfeifferi *Philologicorum.* Commentarii hujus, prælectionibus (qvibus Programma, ſeorſim ſupra memoratum, Autor præmiſit) A. 1668. in Academia Witebergenſi propoſiti publicis, & deinde aucti, Elogium prolixum in Car. Arndii *Bibliotheca Biblica Joh. Frid. Mayeri continuata p. 96.* invenies. Jac. Bernhardo contra judice (*in Novellis reip. lit. Gallicis, M Mart. A. 1702., p. 341.*) mere propemodum eſt Grammaticus. Sententiam Autoris de Jona per Balænam abſorpto, contra diſſentientes, defendit Sigism. Aug. Pfeifferi, ejus filii, *Diſſertatio Epiſtolaris apologetica, pro ſtabiliendo themate. Piſcem Jonæ deglutitorem fuiſſe Balænam, Viris celeberrimis, D. Chriſt. Franc. Paulino & D. Joh. Henr. Majo, aliisqve Lamiæ propugnatoribus, oppoſita,* ac Lubecæ A. 1697. *in 4.* edita, qvam nonnulli Parentis ipſius fœtum eſſe crediderunt.

Diſputatio Theologica Inauguralis de Fide ſalvifica, contra Calvinianos, Præſide D. Joh. Meisnero defenſa. Witeb 1676 in 4.

Ῥᾳδιομάθεια, ſeu Methodus Hebræa, iis impertita, qvi Lingvam ſanctam ſuo Marte addiſcere cupiunt. Miſenæ A. 1677. & 1685. in 8., Lipſiæ A. 1689. 1694. & (*juxta Catal. nundin.*) 1707. in 8.

Conſultatio epiſtolica de editione Lexici Biblici Ebræo-Chaldaici novi, mole modici, ſed plenioris atqve planioris omnibus hucusqve editis, Dresdæ 1679. in 4. Ideam talis exhibet Lexici, qvod Pfeifferus ipſe tunc moliebatur.

Dubia

Dubia vexata Scripturæ ſacræ, ſive Loca 400. difficiliora Veteris Teſtamenti, circa qvæ Autores diſſident vel hærent, adductis & modeſte expenſis aliorum ſententiis ſuccincte deciſa, tamqve dilucide expedita, ut cuivis de vero ſenſu & diverſis interpretamentis conſtare facile qveat: Cum qvinqvagena Locorum Ebraicorum atqve exoticorum Novi Teſtamenti, e ſuis fontibus derivata, inſertoqve Tractatu luculento de Locis ſacris, h. e. Tabernaculo & Synagogis Hebræorum. Dresdæ 1679. in 4. Recognita deinde ac recuſa, adjectis Decade ſelecta Exercitationum Biblicarum (Witebergæ antea A. 1670. ſeorſim impreſſarum, ſupraqve jam enumeratarum). Indicibus omnis generis Locorum S Scripturæ, Autorum, verborum, rerum, & Hodego practico ſeu homiletico, in gratiam Myſtarum verbi divini, Lipſiæ A. 1685. 1692. ac 1699., Dresdæ A. 1714., ac denuo (*teſte Catalogo nundinali*, Lipſiæ A. 1719, in 4., nec non, *Tomo I. Operum* Pfeifferi *Philologicorum*, Trajecti ad Rhenum A. 1704. in 4. Supplementum Operis hujus ſunt D. Salom. Deylingii, Superintendentis jam, niſi fallor, Mansfeldici, *Obſervationes ſacræ, in qvibus D. Aug. Pfeifferi Dubia vexata continuantur, difficiliora V. & N. T. loca ex antiqvitate illuſtrantur, & ab audaci detorſione recentiorum Criticorum, ſigillatim Hug. Grotii, Bened. Spinozæ, Rich. Simonii, Pet. Dan. Huetii, Joh. Clerici, aliorumqve, ſolide vindicantur.* Qvarum pars Prima (de qva *Acta Eruditorum Lipſienſia, M. Febr. A. 1709., p. 55-62.*, & *Diarium Eruditorum Pariſienſe Gallicum, M. Jul. A. 1709., Ephem. 26, p. 8-25., ac in Supplemento Junii p. 564-586.*, poſſunt conſuli) Lipſiæ A. 1708, Secunda autem ibidem A. 1710., *in 4.*, prodiit. *Dubia vexata S. Scripturæ Novi Teſtamenti 400. extantiora*, & *Dubia vexata Eccleſiaſtica, ex hiſtoria trium primorum a Chriſto nato Seculorum*, utraqve *methodo illi parallela, qva Dubia V. T. vexata Pfeifferus expoſuit, pertractata*, Severinus Lintrupius, Profeſſor Academiæ Hafnienſis celeberrimus, A. 1704, *in Reliqviis Incendii Bergenſis ultimi, p. 11-14.*, a ſe juſſit expectari, methodumqve illorum fuſius adumbravit. Imo, ſi *Catalogo nundin. Lipſ. A. 1704. autumn. p. 21.* tuto poteſt credi, illius *Tetras Dubiorum N. T. vexatorum, ſpeciminis loco majori Operi, 400. Dubia N. T. ſelectiora, ad methodum Pfeifferi pertractata, exhibituro, & per partes edendo, præmiſſa*, Hafniæ, anno eodem 1704., *in 4.*, lucem jam vidit publicam.

Critica Sacra generalis, in qva de Sacri Codicis partitionibus, editionibus variis, Lingvis originalibus & illibata puritate fontium, Scripturæ interpretatione legitima, nec non ejusdem translatione in Lingvas totius univerſi, de Maſora, Kabbala, Rabbinis, Thalmude & Alcorano, ſuccincte per Aphoriſmos agitur, & qvæſtiones controverſæ ventilantur. Acceſſere ſuis locis inſerti Tractatus qvatuor: I. de antiqvis ritibus Ebræorum; II. de Natura, uſu & ſubſidiis Lingvarum Orientalium omnium; III. de compendiaria ratione legendi ſcripta Thalmudica & Rabbinica; IV. de Accentuatione Hebræa, tam proſaica, qvam metrica, facile diſcenda. Dresdæ A. 1680. 1688. 1702. & (*teſte Catalogo nundinali*) 1712. 1721. in 8. Recuſa etiam eſt *Tomo II. Operum* Pfeifferi *Philologicorum* Trajecti ad Rhenum A. 1704. *in 4.* Lectionibus hæc publicis Witebergæ A. 1668. & 1669. juventuti propoſita eſt Academicæ, uti patet e *Programmate* noſtri *de Philologiæ in ſtudio Theologico neceſſitate*, A. 1668. iſtis præmiſſo, præcipuaqve *Criticæ* ipſius *ſacræ* enumerante capita, deinde vero ab Autore, *in præfatione* hoc faſſo, e ſcriptis ſuis aliis, multis inde verbotenus in præſens translatis, auctior reddita. Supplementa illius exhibuit M. Georg. Chriſt. Bürcklinus, *in Præfatione*, Joh. Merceri *Commentario in priores qvinqve Vates minores, cum Commentariis trium Rabbinorum in eosdem, Latinitate ab ipſo donatis*, Gieſſæ A. 1695. *in 4.* recuſo, præfixa, teſte *Catalogo nundin. autumn. A. 1695. Lipſ. p. 31. 38.* Joh. Andr. Danzii, LL. Or. & Theol. in Acad. Jenenſi Profeſſoris, *Animadverſiones in Criticam ſacram Aug. Pfeifferi*, in Barthol. Chriſt. Richardi *Commentat. de Vitis Profeſſorum Jenenſium modernorum p. 93.* memoratæ, nondum in lucem prodierunt.

Hermenevtica ſacra, ſeu luculenta & ſuccincta Tractatio de legitima Interpretatione Sacræ Scripturæ. Dresdæ A. 1684. & 1687. in 12. Recuſa etiam *Tomo II. Operum* Pfeifferi *Philologicorum*, Trajecti A. 1704. *in 4.* junctim editorum. Recenſionem illius in Lipſienſium (*perſpicuam* eam eſſe, & *publica luce digniſſimam*, judicantium) *Actis Eruditorum, M. Oct. A. 1684., p. 445. 446.*, invenies. *Libellum elegantem* eandem vocat Joh. Bened. Carpzovius Junior *in Diſputt. Acad., Diſp. XVIII. ad 2. Pet. I. 19. 20. 21., p. 833., juventuti* autem *utiliſſimum, in præfat. Orationis de Rich. Simonis Hiſtoria V. T. Critica*, Pfeiffero Autori inſcriptæ.

Theſaurus Hermenevticus, ſeu de legitima Scripturæ Sacræ Interpretatione Tractatio luculenta poſthuma, pridem editam Hermenevticam ſacram (qvæ & integra hic repetitur) Notis, qvæſtionibus, canonibus, adjectisqve Praxeos exemplis, illuſtrans: Accedit Programma, Prælectionibus in librum Eſtheræ præmiſſum. Cum Præfatione D. Sam. Bened. Carpzovii, Electoris Saxoniæ Proteccleſiaſtæ aulici. Lipſiæ & Francofurti A. 1698. in 4., & (*ſ. Catal. nund*) Dresdæ 1721 in 8. Singulorum argumenta Capitum *in Novis literariis Lubecenſibus, M. Junio anni 1698., p. 99. 100.*, ſunt indicata.

Specimen Didacticum Hebræum, juxta qvod Lingvæ Sanctæ fundamenta decem Lectionibus horariis deponi poſſunt Lipſiæ A. 1684. & 1696. in 8. Recuſum qvoqve Trajecti A. 1704., *Tomo II. Operum Philologicorum.*

Lingvæ Sanctæ Uſus catholicus, Oratione inaugurali Lipſiæ demonſtratus. Præmittuntur duo Programmata de Libro Eſtheræ & Prophetia Obadiæ. Lipſiæ A. 1685. in 4., & (*Tomo* II. *Operum Philologicorum*) Trajecti A. 1704. in 4.

Actio rei amotæ contra Papam, in puncto ſubtracti Laicis & non conſecrantibus Clericis ſacri Calicis inſtituta, & Arn. Angelo ac Georg. Hillero, Jeſuitis, impertita: Una cum Deciſione XXX. Caſuum conſcientiæ, ex iſta materia emergentium, qvæ Miniſtris Eccleſiæ pro Directorio Conſcientiæ, in adminiſtratione SS Euchariſtiæ, eſſe qveat: Pro Loco in Collegio Theologico Lipſienſi obtinendo ad diſputandum propoſita. Lipſiæ 1685. in 4. Denuo ibidem A. 1687. *in 4.* prodiit, ſed ſub titulo hoc a priori diverſo: *Informatorium Conſcientiæ Euchariſticum, complectens XXX. Caſus conſcientiæ, in adminiſtratione S. Cœnæ piis Miniſtris apprime utiles: Præmittitur Fundamentalis Deductio controverſiæ palmariæ de Communione ſub utraqve, ſimulqve varii ritus Euchariſtici declarantur.* Actionis hujus, Juridici proceſſus inſtar, occaſione ſcripti Irenici Timothei Laubenbergeri, J. Can. Licentiati, Auguſtanam Confeſſionem cum Tridentino conciliare conati Concilio, elucubratæ, & Parte prima Litis occaſionem ac conteſtationem, Partiumqve Intereſſe, ſecunda Argumenta pro parte Proteſtantium, tertia reſponſionem ad exceptiones partis adverſæ Pontificiæ, qvarta autem Caſus conſcientiæ, exhibentis, recenſus a Joh. Clerico, *Tomo VII. Bibliothecæ Univerſalis Hiſtoricæ, M. Nov. A. 1687., p. 220-240.*, lingva ſiſtitur Gallica. *Auguſta* audit Joh. Frid. Mayero *Parte* III. *Muſei Miniſtrorum Eccleſiæ p. 182.*

Theologiæ ſive potius Ματαιολογίας Judaicæ atqve Mohammedicæ, ſeu Turcico-Perſicæ, Principia ſubleſta & Fructus peſtilentes; hoc eſt Exercitationes VII. de Judæorum Libris, qvibus, præter S. Scripturam V. T., religio ipſorum nititur, ſcilicet (1.) Thalmude, (2.) Targumim, (3.) Maſora; item de eorum (4.) Se-

ctis & (5.) Virulentis in religionem Chriſtianam Calumniis; porro (6.) de Alcorano Mohammedico, & (7.) Turcarum atqve Perſarum in religione diſſidiis. Lipſiæ A. 1687. in 8.. &, *Tomo* II. *Operum* Pfeifferi *Philologicorum*, Trajecti A. 1704. in 4. Septem, qvas Syntagma hoc, acceſſionibus qvibusdam auctas, denuo ſiſtit, Diſſertationes Academicæ Witebergæ, ſicut ſupra indicavimus, omnes jam ante ſingulatim prodierant, imo, ſecunda & tertia tantum exceptis, junctim ibidem A. 1665., *in Faſciculo Diſſertationum Philologicarum*, erant recuſæ. Recenſiones illius apud Joh. Clericum, *l. c., p. 240-271.*, & in Lipſienſium (qvibus *Opuſculum* audit *eruditiſſimum*) *Actis Eruditorum*, *M. Junio A. 1687., p. 348.*, leguntur. Appendicem, ſive Syllogen Suratarum Alcorani, a Thoma Erpenio, Jac. Golio, Joh. Zechendorfio & Joh. Georg. Niſſelio, Latine verſarum, illi *p. 340-390.* ſubjunctam, commendavit Joh. Mich. Langius, *in Diſſ. de Speciminibus, conatibus atqve ſucceſſibus doctorum Virorum in edendo Alcorano Arabico*, §. *31., p. 29.*

Antiqvitates Hebraicæ ſelectæ, unde qvamplurimis S Scripturæ locis facula accenditur. Lipſiæ A. 1687 in 12. Recuſæ, *Tomo* II. *Operum Philologicorum*, Trajecti A. 1704. in 4. Derivatæ maximam partem ſunt e *Prodromo Antiqvitatum ſacrarum*, qvem Autor A. 1668., uti ſupra eſt relatum, Witebergæ jam ediderat.

Invitatio ad Lectiones privatas Anti-Atheiſticas: Adjectus eſt Recenſus methodicus Controverſiarum. qvæ nobis cum Atheis & Scepticis, uti & Infidelibus atqve Hæreticis, qvatenus illis ſuppetiantur, per univerſum Syſtema Theologiæ, intercedunt. Lipſiæ 1689. in 8. Schediaſma hoc Prodromus eſt ſive σκιαγραφία Operis contra Atheos majoris affecti, cujus in ἀνεκδότων Catalogo fiet mentio, ac minus proinde accurate, ſub *Collegii Anti-Atheiſtici*, jam publicati, titulo, ab Hect. Gothofr. Maſio, *in Appendice* des Getreuen Lutherthums *p. 33.*, allegatur. *Recenſum methodicum*, Invitationi adjectum, M. Joh. Mœbius, Ord Philoſ. Lipſienſis Aſſeſſor, *a ſe uberiori explicationis filo deductum*, Lipſiæ A. 1704. *in 4.* iterum edidit, ſi vera *in Catalogo nundin. Lipſ. A. 1704. autumn p. 4.* traduntur. Chriſtianus Thomaſius, JCtus tunc Lipſienſis, qvocum, obliqva ſe in Schediaſmate hoc cenſura notatum eſſe credente, Pfeiffero controverſiam interceſſiſſe in Vitæ illius jam narratum eſt hiſtoria, illud viciſſim (in den Freymühtigen Gedancken, *M. Dec. A. 1689., p. 1102. 1103.*), nomine licet Autoris ſuppreſſo, reprehendit, ob φορτικὰ præſertim duo, qvæ tuetur, ἀκόσματα, qvod Theologum, qvi Atheiſmum alteri, per bonam etiam tantum conſeqventiam, imputaverit, actione injuriarum convenire non liceat, & qvod Magiſtratus miniſtris Eccleſiæ elencho, qvi fiat κατ' ἐπίγνωσιν, haud poſſit interdicere. D. Phil. Jac. Speneri qvoqve nonnullæ in idem Animadverſiones, ni fallor, leguntur in Epiſtola ejus ad Pfeifferum, de Collegio, qvod Lipſiæ aperturus erat, Anti-Atheiſtico, & in hoc cavendis, Germanica, ſuppreſſo itidem noſtri nomine, *Parti* I. der Letzten Theologiſchen Bedencken (Halæ A. 1711. editorum), *Cap. 2., Art. 1., Sect. 4., p. 333-338.*, inſerta.

Epiſtola εὐχαριστικὴ ſimul atqve ἀπολογητικὴ ad V. Cl. Petrum Poiretum, ſcripta occaſione Libelli ejusdem de Educatione Liberorum, qvem, ſub nomine Prudentiæ Juſtorum (der Klugheit der Gerechten), alius (*Joh. Henr. Horbius, Paſtor Hamburgenſis*) Germanice vulgavit. Lubecæ & Roſtochii A. 1694. in 4., & (*Tomo* II. *Operum* Pfeifferi *Philologicorum*) Trajecti A. 1704. in 4. Repoſita eſt hæc Poireti *Appendicibus pro Libello ſuo de Chriſtiana Liberorum e veris principiis educatione apologeticis*, verſioni iſtius Latinæ, Amſtelodami A. 1694. *in 8.* editæ, adjectis, &, cum *Libris* III. *de Eruditione ſolida, ſuperficiaria & falſa*, ibidem A. 1707. *in 4.* recuſis, qvas is tum aliis Libelli ſui Cenſoribus, Horbiiqve editoris adverſariis, tum Pfeifferi etiam Homiliis octo contra eundem de Prudentia Juſtorum (von der Klugheit der Gerechten) vernaculis, Lubecæ A. 1693. excuſis, ſuoqve infra loco memorandis, oppoſuerat. Recenſum illius, ob ſtylum ſatyricum, literarumqve elegantiorum conſperſum floſculis, a ſe commendatæ, exhibuit Pet. Rabus in dem Boockzaal van Europe, *M. Jul. & Aug. A. 1694., p. 138-142.* Reſponſum autem & illi eſt a Poireto, *in ſecunda Appendicum apologeticarum editione* anni 1707. Amſtelodamenſi, modo laudata, teſte Jac. Bernhardo *in Novellis Reip. literariæ Gallicis, M. Sept. A. 1707., p. 349.*

Epiſtolæ pro Chiliaſmo duæ, A. 1660. ad Rectorem ſcholæ Lauenburgenſis, Præceptorem ſuum, exaratæ, a Joh. Wilh. Petræo, cum Pfeifferus, mente mutata, eundem *in Anti-Chiliaſmo* A. 1691. oppugnaſſet, Francofurti A. 1696., in dem Klaren Beweiſe wieder D. Aug. Pfeiffern, daß das Reich Chriſti noch feſt ſtehe, publicatæ, ſed ab Autore ipſo, eodem A. 1696., *Partu* I. *Scepticiſmi Speneriani capite XI.*, refutatæ; de qvibus plura in Vitæ noſtri diximus hiſtoria, illic relegenda.

Sermones XI. Scholaſtici, in Schola Lubecenſi, poſt examina anniverſaria, diverſis annis habiti, &, Appendicis inſtar, adjecti *Memoriæ D. Aug. Pfeifferi, e filiorum mæſtiſſimorum pietate extructæ*, ſive duabus horum Orationibus in obitum Parentis funebribus, Roſtochii A. 1700. *in 4.* impreſſis, qvarum ſupra jam facta eſt mentio. *Lectu digniſſimi* eſſe videntur Georg. Henr. Götzio *in præfat. Orationis de Joh. Bugenhagii in Eccleſiam Lubec. meritis p. 3.*

Opera omnia, qvæ extant, Philologica, in duos Tomos diſtributa, cum Indicibus. Trajecti ad Rhenum A. 1704. in 4 maj. Horum *Tomo I.* ſola exhibentur Dubia S. Scripturæ V. T. vexata, cum Decade Exercitationum Biblicarum; *Tomo II.* autem junctim denuo prodierunt: 1. Hermenevtica ſacra; 2. Critica ſacra, cum qvatuor Tractatibus, ei ſubjunctis; 3 Specimen Didacticum Hebræum; 4. Theologiæ ſive potius Ματαιολογίας Judaicæ & Mohammedicæ principia ſubleſta & fructus peſtilentes; 5. Antiqvitates Hebraicæ ſelectæ; 6. Synopſis nobiliorum Qvæſtionum e Philologia ſacra; 7. Commentarius Philologico-Anti-Rabbinicus in Obadiam; 8. Prælectiones in Jonam; 9. Oratio de Lingvæ Sanctæ uſu catholico; 10. Epiſtola εὐχαριστικὴ ſimul atqve ἀπολογητικὴ ad Pet. Poiretum. V. recenſus illorum, in Henr. Baſnagii (cenſuras ſubinde admiſcentis) *Hiſtoire des Ouvrages des Sçavans de l'An 1704., M. Apr., p. 168-180., & M. Sept., p. 408-428.*, Wilh. Sewelii Boockzaale der geleerden Werreld, *M. Jan. & Febr. A. 1705., p. 81-88.*, *Novis literariis Lubecenſibus, M. Majo A. 1704., p. 159.*, & Pet. Amb. Lehmanni Hiſtoriſchen Remarqves des Jahres 1704., *num. 20., p. 159.*, obvios.

β. ALIENA, EDITA VEL ILLUSTRATA.

סור מרע (*i. e. Recede a malo*), ſeu Libellus Rabbini doctiſſimi Anonymi de Luſu, ubi introducuntur duo interlocutores (Eldad & Medad), qvorum unus Luſum multis modis commendat, alter eundem culpat & deteſtatur, & tandem utrinqve ſancitur concordia; Hebraice antea non ſemel editus, & jam recuſus, nunc vero primum Latine translatus, & Notis Philologicis, qvamplurima ſcitu digna complectentibus, illuſtratus, a M. Aug. Pfeiffero. Witebergæ 1665. in 4. De Libello ipſo ἀδεσπότῳ, & editionibus illius antiqvioribus, Præfatio Pfeifferiana poteſt conſuli, ac Joh. Buxtorfii *Bibliotheca Rabbinica p. 388.* conferri. Germanica ejusdem Verſio, a Friderico Alberto Chriſtiano, Judæo Chriſtianæ religionis Proſelyto, concinnata, cum Præfatione Pfeif-

feri

feri noſtri, Lipſiæ A. 1583. *in 8.* ſub hoc prodiit titulo: Der gelehrte und bekehrte Spieler; das iſt: Ein annehmliches Tractätlein, darinn zwey Jüdiſche Studenten ſcharffſinnig diſputiren, was vom Spiele zu halten ſey: von neuen, mit Anweiſung der aus H. Schrift, dem Thalmud und Rabbinen, angezogenen Oerter, einem Anhange Thalmudiſcher und Rabbiniſcher Geſchichte, auch Regiſter der angeführten Rabbinen, vermehret, und ins deutſche mit Fleiße überſetzet.

Don Iſaaci Abarbenelis Commentarii in Prophetas priores, h. e. Joſuam, Judices, libroſqve Samuelis & Regum, Hebraice denuo editi, curantibus D. Aug Pfeiffero (cujus Præfatio Latina præmittitur) & Friderico Alberto Chriſtiano: Acceſſerunt Indices Latini Locorum S. Scripturæ rerumqve & verborum locupletiſſimi. Lipſiæ 1686. in fol. Recenſum hujus editionis encomiaſticum, *in Actis Eruditorum, M. Nov. A. 1686., p. 527—534.*, exhibuere Lipſienſes. A qvibus *p. 532. perelegans, & Chriſtianorum uſibus apprime accommodata*, vocatur, ac *p. 533. 534.* prærogativæ chartæ mundioris, typi nitidiſſimi elegantiſſimiqve, textus a mendis ſolicita purgati opera, &, Chriſtianorum more, a Judæis hactenus neglecto, non in verſus tantum diviſi, ſed & commatis, punctis, ſignisqve interrogandi, exclamandi & parentheſeos, diſtincti, ac in locis præterea, qvibus deeſt aliqvid, ſuppleti, accurati argumentorum potiorum, locorumqve, e S. Codice atqve Rabbinis ab Abarbenele vage ſolum, ac interdum falſo, allegatorum, in margine indicii, Indicumqve tandem utiliſſimorum, qvibus præcedentes editiones, omniaqve fere ſcripta Rabbinica, ſuperat, fuſe exponuntur. Conf. de eadem Jacobi le Long *Partem I. Biblioth. Sacræ, c. 2., p. 130.*, Joh. Chriſtoph. Wolfii *T. I. Biblioth. Hebr. p. 631.*, ac Henr. Jac. a Bashuyſen (qvem Wolfius laudat, &, qvod *nulla unqvam elegantior libri Judaici editio extiterit*, credere teſtatur) *præfationem Commentarii Abarbenelis in Pentatevchum.*

D. Hieron. Kromayeri, Theol. Prof. Lipſienſis, Theologia Poſitivo-Polemica, a Pfeiffero iterum, cum præfatione ſua Iſagogica, Tabulisqve mnemonicis, edita Lipſiæ A. 1687. & (*juxta Catal. nundin.*) 1595. in 4. Eandem poſtea, cum acceſſionibus Pfeifferianis, D. Joh Cyprianus, Theologus itidem Lipſienſis, a ſe accurate recognitam, auctamqve & Dilucidationibus textus, & Supplementis Controverſiarum recentium, ſeorſim adjectis, Lipſiæ A. 1704. *in 4.* curavit recudi. V. *Catal. nund. n. hyem. A. 1704. Lipſ. p. 9.*, & *Catal. nundin. ejusd. anni autumnal. p. 4.* Indiculum Autorum, de iisdem, qvas Kromayerus diſcuſſit, commentatorum controverſiis, a Pfeiffero additum, Dan. Hartnaccius (im Anweiſenden *Bibliothecario, P. III., p. 196.*), velut *utiliſſimum*, commendavit.

D. Joſuæ Stegmanni, Theologi Rintelienſis, Studii pietatis Icon Chriſtognoſia, ad præcipua totius anni feſta, de perſona & officio Chriſti agentia, directa, denuo edita cum præfatione Iſagogica & Hodego Homiletico anniverſario D. Aug. Pfeifferi. Lipſiæ A. 1689. & (*juxta Catal. nundin.*) 1704. in 4.

Philippi Zeiſoldi, Paſtoris in Miſnia Gölnizenſis, Logica ſacra tripartita, e Novo Teſtamento præcipue eruta, iterum edita cum D. Aug. Pfeifferi Præfatione de Logicæ in ſacris uſu, & XX Logicæ ſacræ Canonibus, præmiſſis, Indicibusqve Autorum, rerum ac verborum, ſubjunctis Lipſiæ A. 1689. & *juxta Catal. nundin.*) 1693. in 4. Jenæ 1704. in 4. Sine his Additamentis Geræ antea A. 1677. prodierat. V. de illa *Acta Erud. Lipſienſia, T. II. Supplem., Sect. XI., p. 543. 544.*, & Joh Fabricii *P. IV. Hiſtoriæ Biblioth. Fabric. p. 69. 70.*

D. Joh. Michaelis, Theol. Prof. Gryphiswaldenſis, Lexicon Particularum Hebraicarum, cum Præfatione D. Aug. Pfeifferi editum. Lipſiæ 1689. in 8. V. de illo Joh. Chriſtoph. Wolfii *Hiſtoriam Lexicorum Hebræorum p. 177.*

M. Dan. Weymari Doctrina Accentuum Hebræorum, cum præmiſſa Pfeifferi Epiſtola ad Autorem excuſa, teſte M. Bernh. Pet. Karlio *in Diſſ. de Germania literis artibusqve nulli regioni ſecunda p. 12.*

II. GERMANICA.

א. PROPRIA.

Jahr-Opfer, Johanni Georgio dem Andern, Kurfürſten in Sachſen, bey Eintretung des 1670ſten Jahres, durch einen unterthänigſten Glückwunſch, in XV. Haupt- und außwärtigen Sprachen, in gebundener Rede, und mit eigenen Buchſtaben derſelben, abgeſtattet. Es iſt hinzugethan der dritte vers des CXIII. Pſalms in XXXV. Sprachen. Wittebergæ A. 1670. in 4. Lingvæ XV., qvibus Autor totidem Carmina ſcripſit gratulatoria, ſunt Germanica, Latina, Græca, Hebræa, Chaldæa, Hieroſolymitana, Syriaca, Samaritana, Arabica, Turcica, Coptica, Æthiopica, Perſica, Armenica & Chinenſis.

Paßions-Spiegel, oder drey Predigten von der vorgenommenen Aufopferung Iſaacs, aus Gen. XXII. Witebergæ 1675. in 4. Recuſæ, cum aliis Paſchalibus Homiliis, in dem Paßions- und Oſter-Spiegel, Lipſiæ A. 1683. in 4.

Der einfältige, ſchlechte und rechte Bauer-Glaube, aus dem kleinen Catechiſmo Lutheri vorgezeiget und angewieſen. Dresdæ A. 1678 in 12, Miſenæ A. 1679. 1687. & ſine mentione anni in 12.; auctiorqve Lipſiæ 1689. 1691. 1700. & (*juxta Catal. nundin.*) 1709. in 12.

Lutherthum vor Luthero, oder das Alte Evangeliſche durch Lutherum erneuerte Chriſtenthum, und das Neue Römiſche durch Lutherum aufgedeckte Pabſtuhm, durch gründliche Beantwortung dreyer, von P. Arnoldo Engeln, einem Mähriſchen Jeſuiten, ausgeſtreueten Fundamental-Fragen wieder die Lutheriſche Religion, kürtzlich gewieſen und vertheidiget: Nebſt nützlichem Berichte von unverantwortlicher Stümmelung des H. Abendmahles bey den Papiſten. Dresdæ A. 1679. in 4.; Auctior Apologiis contra Arn Engelii ſcripta contraria, mox memoranda, denuo prodiit Dresdæ 1683 in 12, Lipſiæ 1686 in 12., Dresdæ 1689. 1697. (*juxta Catal. nundin.*) 1700. & (*teſte alio Indice nundinali*) 1713. in 12., noviſſimeqve Dresdæ A. 1717. in 8. Cui editioni acceſſit Joh. Andr. Gleichii, Aulæ Electoralis Saxonicæ Dresdenſis Eccleſiaſtæ, Neue Vorrede, worinn abſonderlich das Alterthum des Lutheriſchen Chriſtenthums denen Papiſten de novo gründlich und ausführlich vor die Augen gelegt wird; nebſt einem Verzeichniſſe aller derjenigen Autorum, ſo wieder das Pabſtuhm geſchrieben, und Lutheri Lutherthum defendiret, worauf aber die Papiſten noch bis dato Rede und Antwort geben ſollen. Oppoſitum eſt Scriptum hoc Pfeifferianum (cujus lectionem juvenem Pontificium Oſnabrugenſem Eccleſiæ Lutheranæ reddidiſſe Proſelytum Georg. Henr. Götzius, *in Diſſ. de Converſis Pontificiis, §. 33., p. 56. 57. 58.*, gloriatur) den drey Fundamental-Fragen über die Lutheriſche Religion, in und aus den Schriften Mart. Lutheri gegründet und genommen, und in Alt-Fränckiſchen Reimen vorgetragen, qvas, e Libro Pontificii cujusdam, Prädikanten-Latein inſcripto, depromptas, ac a ſe paſſim emendatas ſcholiisqve auctas, Arn. Engelius, Jeſuita Moravicus, recudi ἀνωνύμως curaverat. Vindicare qvidem has idem Engelius, contra Pfeifferum, conatus eſt in Schediasmatis duobus, itidem ἀδεσπότοις, qvorum prioris hic eſt titulus: *Nibil ad rem* von D. Auguſto Pfeiffern, auf die drey Fundamental-Fragen wieder die Lutheriſche Religion, zu Dreßden im Jahr 1679. herausgegeben; poſteriores vero: Das in etwas verbeſſerte *Nihil ad rem.*

Sed utriqve mox a Pfeiffero, in auctioribus Libri hujus ſui editionibus, eſt reſponſum, illi qvidem, iisdem inſerto, in ſcholiis ad eum marginalibus, *p. 232-325.* obviis; iſti autem, *p. 327-383.*, in dem Annoch feſtſtehenden Lutherthum vor Luthern, dadurch P. Arnoldi Engels verbeſſertes Nihil ad rem endlich und zum Schluße abgefertigt wird. Cui etiam additur Panoplia Anti-Papiſtica, oder Verzeichniß der Autoren und Bücher, ſo wieder das Pabſtuhm geſchrieben; dabey die Papiſten zugleich erinnert werden ſo vieler rückſtändigen Poſten, die ſie noch bis dato abzutragen ſchuldig ſeyn. V. Vinc. Placcii *T. I. Theatri Anonymorum & Pſevdonymorum, cap. XI., p. 440.* Poſt Engelium ſcriptum hoc Pfeifferianum impugnavit P. Joh. Chriſtoph. Raſcherus, Dresdenſis, qvi Vindobonæ A. 1689. *in 4.* edidit *Argumentum apodicticum*, oder Sonnen-klare und unwiedertreibliche Schluß-rede, womit bewieſen, daß die Römiſch-Catholiſche Kirche einzig und allein die wahre Kirche Chriſti ſey, und zugleich D. Aug. Pfeifferi Lutherthum vor Luthern, ſamt deſſen augenſcheinlichem Nihil ad rem, etwas in Betrachtung gezogen wird. Cui an reſponſum ſit, ignoro.

Theologia univerſa, Exegetica, Didactica, Polemica, Conſcientia & Homileticaria, in nuce: Kurtzgefaßte Gottes-Lehre, oder Theologiſches Handbuch, aus dem eintzigen Spruche Joh. III. 16. Miſenæ A. 1680. & 1689. in 12. Lipſiæ 1694. & (*juxta Catal. nundin.*) 1708. in 12.

Evangeliſche Erqvickſtunden, oder auserleſene, anmuhtige und lehrreiche, auf den Kern der ordentlichen Sonntags- und Feſt-Evangelien eingerichtete und applicirte, und fromme Chriſten zu ihrer Sabbathiſchen Seelen-Luſt dienliche, Exempel und Hiſtorien; mit kurtzen Diſpoſitionibus und vierfachem Regiſter. Lipſiæ A. 1681. (*juxta Pippingium*) 1683 1688. 1698. (*teſte itidem Pippingio*, & 1717. (*juxta Catal. nundin.*) in 8., Auguſtæ 1710. (*juxta Catal. nundin.*) in 8.

Salve Lipſiacum, beſtehend in einer Gaſtpredigt, darinn Inſtrumentum pacis conjugalis, der Ehefriedens-Schluß, aus 1. Pet. III. 6. 7., und in einer Anzugspredigt, darinn Idea Paſtoris conſcientioſi, das Muſter eines gewißenhaften Predigers, auß dem Vatter Unſer, deutlich vorgeſtellet wird. Lipſiæ 1682. in 4.

Chriſtognoſia orthodoxa, oder die, nach Anleitung S. Johannis (cap. I. v. 1-16.) und Pauli (1. Tim. III. 16.), deutlich angewieſene Chriſtliche Wißenſchaft von Chriſto; nebſt den Lineamenten, oder Entwurffe und Einhalt unſeres Chriſt-Evangeliſchen Glaubens-Bekäntnißes der Augſpurgiſchen Confeſſion, und vorgeſetzten Valet-Schrift an ſeine liebe Meißner. Lipſiæ 1682. in 4.

Paſſions-Regiſter, darinn das Leiden und Sterben unſeres Heylandes, JEſu Chriſti, nach ſeinen vornehmſten Stücken, in Alphabetiſcher Ordnung, auß dem 22. Pſalme Davids, gezogen und vorgetragen wird. Lipſiæ 1682. in 4.

Paſſions-und Oſter-Spiegel, in VI. Predigten, auß der Hiſtorie der vorgenommenen Auſopferung Iſaacs Gen. XXII, und aus der Weißagung Jonæ, durch richtige Erklärung des gantzen Prophetiſchen Textes, und Vorzeigung der Aehnligkeit des leidenden, ſterbenden und erſtehenden JEſu mit dem Propheten Jona, in 50. Puncten vorgeſtellet. Lipſiæ 1683. in 4. (Der Paſſions-Spiegel, aus Gen. XXII, ſeorſim jam ante Witebergæ A. 1675. *in 4.*, uti ſupra relatum eſt, prodierat.).

Caſtrum doloris Miſenenſe, oder zwölf hohen Standes, Adelichen, und anderen Perſonen, von auserleſenen, wichtigen, und zum Chriſtenthum erbaulichen Materien, in Meißen gehaltene Leich-Sermonen; denen ein deutlicher Bericht vorgeſetzet iſt, was ingemein von Leichpredigten zu halten ſey. Noribergæ 1684. in 8.

Anti Melancholicus, oder Melancholey-Vertreiber, der den Predigern ein Promptuarium conſolationum, oder Schatzkammer des Troſtes, in allerhand geiſtlichen und leiblichen Nöhten, allen Chriſten aber ein Antidotum Tentationum, oder kräftiges Mittel wieder alle Anfechtungen, vorſtellet; in zwey Bücher von den leiblichen und geiſtlichen Anfechtungen abgetheilet. Lipſiæ 1685. 1691. (*juxta Catal. nund. & Pippingium*) ac 1694. in 8.

Anti-Melancholicus alter delineatus, oder Kurtzer Entwurf des Anderen Melancholey-Vertreibers. A. 1695. in 4. (*juxta Nova Literaria Lubecenſia, M. Febr. A. 1698., p. 32.*), & Lipſiæ 1696. in 8. Σκιαγραφία eſt Libri ſeqventis.

Anti-Melancholicus alter, oder des Melancholey-Vertreibers Anderer Theil, in welchem funfzigerley particuller Noht und Anliegen, (ſo in dem hiebevor ausgegebenen Anti-Melancholico, entweder gar nicht, oder doch nicht auf ſolche Art, anzutreffen), nach Anleitung der vielfältigen Verſuchungen und Anfechtungen Abrahams, deutlich vorgeſtellet, und mit zulänglichem Troſte gehoben wird: Nebſt einem Repertorio Paracletico, oder Anweiſung, wo man ſich, in allerley Anfechtungen, Rahts und Troſtes erholen kan; ſo daß nunmehro beyde Theile ein vollſtändiges Promptuarium Paracleticum, Kreutz-Geduit-und Troſt-Schule, geben: In zwey Bücher eingetheilet. Lipſiæ A. 1698. & (*juxta Catal. nundin.*) 1705. in 8. Capitum Libri utriusqve ſingulorum argumenta indicantur *in Novis Literariis Lubecenſibus, M. Nov. A. 1698., p. 219. 220.*

Panſophia Moſaica, e Geneſi delineata, oder Grundriß aller Weißheit, aus dem erſten Buche Moſis entworffen. Lipſiæ A. 1685. & 1688 in 12. A qva diverſa haud eſt, uti credo, *Theologia Moſaica*, oder die gantze Göttliche Lehre der Artickel des Glaubens, allein auß den erſten drey und wichtigſten Capitteln Moſis mit Fleis gezogen, deutlich ausgeleget, und erbaulich angelegt, qvam Pfeifferus, *in Catalogo nundin. vern. A. 1683. Lipſ. p. 18.*, a ſe juſſit expectari. De Panſophia hac Moſaica Chriſt. Thomaſius *Obſervationi* ſuæ *de Scholis antediluvianis* (*Tomo I. Obſervatt. literariarum Halenſium, A. 1700. edito, num. 19., p. 296. 297.*) ſeqventem inſeruit cenſuram: *Theologos ſtudium antiqva judicandi aut exponendi ex præſentibus nimium ita ſubinde excæcavit, ut qvandoqve adhuc magis pudendis ineptiis Scripturam ſacram, dum extollere ſtudent, profanent, & Atheiſtis talia ridendi largam occaſionem ſuppeditent: exemplo fere integri libelli Pfeifferiani, qvem Panſophiam Moſaicam inſcripſit, potiſſimum vero capitis ibidem tertii, in qvo gloriatur, omnes Articulos Auguſtanæ Confeſſionis, etiam de Baptiſmo, Cœna Domini, Confeſſione auriculari, vocatione Miniſtrorum, &c., ex Geneſi probari poſſe.* Cui gemina eſt, imo e Latina hac Germanice translata, altera ejusdem, qvæ *Parte I.* der Halliſchen Auserleſenen Anmerckungen, *Obſerv. 9., p. 122. 123.*, legitur. Addatur utriqve hoc Mich. Lilienthalii (*in Conſultat. de Hiſtoria literaria certæ gentis ſcribenda, Sect. I., c. 2., p. 30. 31.*) judicium: *Illos nihilominus & fallere & falli putaverim, qvi omnium pene ſcientiarum ac artium natales a Patriarcharum temporibus deducunt, fundamenta ejus rei admodum debilia in Scriptura S. qværentes; qvo nomine, ex aliis, Joh. Henr. Alſtedii Encyclopædia Biblica, & Aug. Pfeifferi Panſophia Moſaica, qvibusdam vapulant. Præterqvam enim, qvod ſapientia & eruditio inſigniter ab his confundatur, rejicit qvoqve aperte inſtitutum ejusmodi Verulamius, Lib. IX. de Augm. Scient., c. 1., p. m. 494.*

Magnalia Chriſti, oder die groſſe Thaten JEſu Chriſti, damit er ſich, ſo wol gegen alle Menſchen insgemein, durch ſeine Menſchwerdung, Geburt, Leiden, Sterben, Auferſtehung und Himmelfahrt, als auch inſonderheit umb die drey Stände der Chriſtenheit, Prediger, Obrigkeit, Ehegatten, Kinder und Geſinde, verdient gemacht hat: In drey Theilen. Lipſiæ 1685. & 1688. in 8. Sylloge eſt Scriptorum Autoris Homileticorum minorum, Germanice antea ſeorſim

ſim editorum, *Salve* ſcilicet *Lipſiaci*, *Chriſtognoſiæ orthodoxæ*, des Paßions- und Oſterſpiegels, aliorumqve, junctim hic recuſorum, uti Catalogus jam monuit Pippingianus. Wolbewährter Evangeliſcher Augapfel, oder Schriftmäßige Erklärung aller Artickel der Augſpurgiſchen Confeſſion, als des Evangeliſchen Glaubens-Bekantnißes, darinnen ſo wol die Evangeliſche Wahrheit, als der Papiſten, und anderer falſch-gläubigen, Irrthümer und Mißbräuche, in einem über Bibliſche Sprüche, zu Leipzig, gehaltenen Sermonen, gründlich und deutlich vorgeſtellet werden: Nebſt einer Vorrede, darinn den ausgeſprengten Jeſuitiſchen Lügen, von Johannis und Johann Friderichs, Churfürſten in Sachſen, Abfalle, gründlich begegnet wird. Lipſiæ A. 1685. 1697. & 1710. in 4.

Gazophylacium Evangelicum, oder Evangeliſche Schatzkammer, darinn, aus den Sonntäglichen, wie auch Haupt-Feſt-Evangelien, iedesmahl zweene Geiſtliche Schau-Groſchen, als ein alter Moſaiſcher Geſetz-Groſche, ſo zur Beſſerung der ſicheren Sünder, und ein neuer Evangeliſcher Gnaden-Groſche, ſo zur Glaubens-Stärckung und Troſte blöder Gewiſſen, hauptſächlich angeſehen, dargeſtellet und erkläret werden. Noribergæ A. 1686. 1697. & (*juxta Catal. nundin.*) 1717. in 4.

Ars artium, oder die Kunſt aller Künſte, vermittelſt welcher man vergnüglich leben und ſelig ſterben kan, beſtehend in der Chrematiſtica ſacra, der Kunſt mit GOtt und Ehren reich zu werden, und Euthanaſia, der edlen Sterbekunſt. Lipſiæ A. 1687. & 1696. in 12.

Evangeliſche Chriſten-Schule, darinn das gantze Syſtema Theologiæ, oder die Artickel der Chriſtlichen Religion, in ihrer richtigen Ordnung, aus den Evangeliſchen Sonn- und Feſttags Texten, deutlich gewieſen: ſo, daß nicht allein Lehr-begierige Chriſten ihren Glauben daraus erbauen, und falſchen Lehrern nach Nohtdurft begegnen, ſondern auch angehende Prediger den Uſum Didaſcalico-Elenchticum, aus den Evangeliſchen Texten, den Ihrigen nützlich beybringen können. Lipſiæ A. 1688. 1691. 1699. & (*juxta Catal. nundin.*) 1710. ac 1724. in 8.

Nomen fatale Joſephi Auguſti; der Glückliche Nahme Joſephs, an dem Danckfeſte, welches, wegen der zu Augſpurg, am 14/24 Jan. A. 1690., geſchehenen Wahl, und darauf, am 16/26 Jan., vollzogenen Krönung, Joſephi des Erſten, Römiſchen Königes, in Lübeck am 20. Febr. gehalten worden, aus Gen. XLIX. 22. 23. 24., vorgeſtellet. Lubecæ 1690. in 4.

Einweyhung der erſten und älteſten Kantzel, wie dieſelbe von GOtt ſelbſt im Paradeiſe verrichtet iſt, bey erſter Betrettung des neu-erbauten Predigt-Stuls in S. Marien Kirche zu Lübeck, am 18. Jun. A. 1691., aus Gen. II. 2-9., vorgetragen. Lubecæ 1691. in 4.

Anti-Chiliaſmus, oder Vollſtändige Beſchreibung und Prüfung des betrüglichen Traumes der ſo genandten Chiliaſten, von der noch zukünftigen tauſend-jährigen Güldenen Zeit, oder dem ſichtbahren Reiche Chriſti auf Erden. Ratzeburgi 1691. in 8. Concinnatus eſt, uti in præfatione monetur, e Concionibus (qvarum in Vita noſtri facta jam eſt mentio) Lubecæ, cum Chiliaſmo addicti illic etiam invenirentur, contra iſtum publice habitis, & Collegis Ordinis inſcriptus Eccleſiaſtici. Commendatur a Joh. Laſſenio in dem Betrübten und getröſteten Ephraim *p. 1282.*, Georg. Henr. Götzio in den Miſcellan-Predigten *p. 294.*, aliisqve Theologis. Virgula contra cenſoria notatus eſt a D. Joh. Wilh. Petræo, Chiliaſmi patrono, *in Nube Teſtium veritatis de Regno Chriſti glorioſo* (cum alibi paſſim, tum *Lib. 3. p. 79. 80.*, ſtylum Autoris reprehendente ſcopticum, mordacem & jocoſum), in dem Veſten Grunde des Reiches Chriſti, wieder Caſp. Herm. Sandhagen, *p. 54. 58.*, & in *Apologia contra Collegas Lüneburgenſes ἀνεκδότῳ* vernacula, in qva (teſte ipſo Pfeiffero *Cap. 4. Anti-Enthuſiaſmi*, §. 12., *p. 194. 195.*) affirmare non dubitavit, daß darinn ſo viel errores, als paginæ, ſeyn. De Oraculis Roſimundæ Julianæ Aſſeburgiæ, Vatis Petræi domeſticæ, ei oppoſitis, in Vitæ noſtri jam dictum eſt hiſtoria. Mitior horum cenſuris eſt illa, qvæ in Joach. Langii, ſpei meliorum Eccleſiæ patrocinantis temporum, *Anti-Barbaro Orthodoxiæ, P. IV., Sect. II., c. 4., p. 735.*, verbis proponitur ſeqventibus: *Nec ſolidiora ſunt, quæ alii huic doctrinæ oppoſuerunt: quorum in numero præ reliquis eminet Vir alias doctiſſimus, Dn. D. Aug. Pfeifferus, qui Antilogia ſua, præcipue Dn. D. Peterſenio, oppoſita, alias pro optima habita, non paucos in ſententiam contrariam adduxit, aut in eadem confirmavit: quod in ejus lectione olim ipſe expertus ſum.* Scriptis peculiaribus Anti-Chiliaſmum hunc refellere ſunt aggreſſi: I. P. Chriſtianus (ſive potius Joh. Jac. Zimmermannus, celebris Mathematicus, (aut Pet. Lacmannus, Paſtor in Wagria Oldenburgenſis, juxta Joh. Melch. Kraftii *Hiſt. eccl. Huſenſem p. 215.*), cujus *Millenarii Sancti immota Veritas, & immunitas a conſeqventiis temporariis & inſtantiis ſecularibus*, oder Wolmeinende Beantwortung der vergeblichen, und zum theil ſehr weltlichen, Einwürffe des Anti-Chiliaſmi D. Aug. Pfeiffers gegen die Gnadenzeit des tauſend-jährigen Reiches Chriſti, Francofurti ac Lipſiæ A. 1692. *in 8.* prodiit, confutata viciſſim, eodem anno, per Pfeifferum in Apologia, mox memoranda; ſub cujus initium Zimmermannum illius Autorem eſſe verbis obſcurius paulo indicavit ſeqventibus: Es iſt mit einer groben Axt gehauen, es mag auch gezimmert haben, wer da will. Prolixe commendatur a Joh. Wilh. Petræo, noſtri reſponſum contemnente, *in Nube Teſtium veritatis, Lib. 3., p. 164.* II. Anonymus (a Bibliopola, *in præfatione*, ein Gottſeliger Nordiſcher Prediger appellatus, ac, uti ſtylus prodit, vix alius qvam Frid. Breclingius), qvi Amſtelodami A. 1692. *in 12.* ſchedam unicæ tantum philyræ, Pfeifferi ſcripto præcipue oppoſitam, ſub hoc edidit titulo: Einige Gewiſſens-Gründe und Fragen, die man ihm ſelbſt und andern vorlegen kan, umb die rechte Wahrheit und Grundfeſte des Chiliaſmi ſancti zu erforſchen, und ſolche von allen falſchen, aufrühriſchen und verkehrten Chiliaſten und Anti-Chiliaſten zu unterſcheiden. III. D. Joh. Wilh. Petræus in dem Klaren Beweiſe, daß das Reich Chriſti noch feſte ſtehe, wieder D. Aug. Pfeiffern: wobey zweene Briefe D. Pfeiffers zu finden, darinn er das Reich Chriſti ſelbſt vormahls verthädiget, nun aber, als ein Apoſtata und Abtrünniger, ſolche Göttliche Wahrheit verleugnet hat. Qvem Tractatum Petræanum, Francofurti A. 1696. *in 4.* excuſum, ſimulqve Epiſtolas duas juveniles pro Chiliaſmo proprias, juris in illo factas publici, Pfeifferus, eodem A. 1696., *Parte I. Sceptiſmi Speneriani*, toto *Capite XI., p. 220. & ſeqq.*, examini ſubjecit elenchtico, per Petræum viciſſim, in dem Geiſte Diotrephis, welcher die Brüder nicht lieb hat, Berolini A. 1697. *in 4.* edito, virgula notato cenſoria.

Un-Chriſtlicher P. Chriſtian; das iſt: Schleunige Abfertigung eines vermummten Chiliaſten, P. Chriſtians, worinn, durch richtige Auflöſung XL. Zweifels-Knoten, dargethan wird, daß der Anti-Chiliaſmus noch feſt ſtehe, und P. Chriſtian nichts darwieder ausgerichtet. Ratzeburgi 1692. in 8. Vide, qvæ de hoc ſcripto, in præcedentis *Anti-Chiliaſmi* recenſu, *jam* ſunt narrata.

Anti-Enthuſiaſmus, oder Schriftmäßige Offenbahrung, was von den Enthuſiaſten, Neuen Propheten und Viſioniſten, und ihren Offenbahrungen, insgemein, ſo wol auch von denen dieſer Zeit, in einem Sendſchreiben (*D. Joh. Wilh. Peterſens*), ausgeſprengten Offenbahrungen einer Adelichen Perſon (*Roſimundæ Julianæ von Aſſeburg*) inſonderheit, zu halten ſey: Wobey auch zugleich die Revelationes der in dieſem Seculo entſtandenen Neuen Propheten und Prophetinnen, als Jac. Böhmens, Phil. Zieglers, Joh. Warners, Georg. Reichards, Herm. von der Hude,

Hans Engelbrechts, Chriſtoph. Kotters, Chriſtinæ Poniatoviæ, Nicol Drabicii, Joh. Rohtens, &c., gebührend auf die Probe geſetzt und unterſuchet werden. Lubecæ 692 in 8. In Præfatione, ſe non omnes cum Enthuſiaſtis controverſias monet diſcutere, ſed ſolam de viſionibus ac revelationibus divinis immediatis; qvarum patronos ſe a Libri editione deterrere conatos eſſe addit horribili, qvod a Deo profectum eſſe jactabant, Oraculo, in Vitæ jam recitato hiſtoria. Commendatur hoc ſcriptum a Gebh. Theod. Meiero *in Caſtigatione injuſtæ Animadverſionis Joh. Wilh. Petræi*, §. 118., *p. 200.*, & G. H. Götzio in den Miſcellan-Predigten *p. 294.*

Theologia Medica Catechetica, oder Geiſtliche Krancken-Cur, darinn ſo wol die Pathologia ſacra, oder Bericht von den Geiſtlichen Seelen-Kranckheiten, das iſt Sünden und Laſtern, nach den zehn Geboten, als Therapevtica ſacra, oder die Anordnung und Mittel der geiſtlichen Geſundheit und ewigen Seligkeit, aus den übrigen Stücken des Catechiſmi, vorgeſtellet wird. Lubecæ 1693 in 8.; it. mit den VIII. Predigten von der Klugheit der Gerechten, und einer Antwort auf Joh. Henrici Vindicias dicti Luc. XVIII. 8., Rudolſtadii A. 1697. in 8.

Klugheit der Gerechten, darinnen, in acht Catechiſmus-Predigten, denen Eltern wird gezeiget, wie ſie ihre Kinder, nach den wahren Gründen des Chriſtenthums, auferziehen ſollen, zugleich auch Pet. Poireti alſo genandtes, von Joh. Henr. Horbio ausgegebenes, Büchlein, Klugheit der Gerechten, unterſuchet und wiederleget, in der Vorrede aber der rechte Verſtand des Spruches Chriſti Luc. XVIII. 8., wieder D. Phil. Jac. Speners Tractat von demſelben, nach Nohtdurft gerettet wird. Lubecæ 1693. in 8.; it., mit der Theologia Medica Catechetica, und einer Antwort auf Joh. Henrici Vindicias dicti Luc. XVIII. 8., Rudolſtadii 1697. in 8. Recenſum ſcripti hujus in Pet. Rabi Boockzaal van *Europe, M. Jan. & Febr. A. 1694.*, *p. 102-110.*, invenies. Libellum ſuum *de Chriſtiana Liberorum e veris principiis educatione* (cujus translatio Germanica, Hamburgi a Joh. Henr. Horbio, Parochiæ Nicolaitanæ Antiſtite, ſub titulo der Klugheit der Gerechten, edita, turbis ſacris occaſionem præbuerat ingentibus) Petrus Poiretus, contra iſtud, defendit, in Latinæ ejusdem verſionis, Amſtelodami A. 1694. *in 8.* excuſæ, *Appendicibus apologeticis*, cum *Libris* poſtea *tribus de Eruditione ſolida, ſuperſiciaria & falſa*, ibidem A. 1707. in 4, Reſponſo ad *Epiſtolam* Pfeifferi ad ſe Latinam, Appendicibus A. 1694. repoſitam, & ſupra jam memoratam, addito auctioribus, recuſis. V. qvæ de Epiſtola illa ſuo loco diximus. Præfatio ſcripti Pfeifferiani oppoſita eſt D. Phil. Jac. Speneri Behauptung der Hofnung künftiger beſſerer Zeiten, in Rettung des gegen dieſelbe insgemein unrecht angeführten Spruchs Luc. XVIII. 8., A. 1693. editæ, hujusqve explicationem loci illius de fiduciæ auxilii, Eccleſiæ afflictæ a Chriſto promiſſi, in animis fidelium defectu impugnat, vulgarem autem de fide ſalvifica, in adventu Chriſti ultimo, in terris vix invenienda tuetur. Reponebatur huic a Spenero die Gründliche Beantwortung deſſen, was D. Aug. Pfeiffer zu Lübeck, in der Vorrede der Klugheit der Gerechten, und D. Joh. Georg. Neümann zu Wittenberg, in der Diſputation de Chiliaſmo ſubtiliſſimo, der Hofnung künftiger beſſerer Zeiten entgegen zu ſetzen ſich unterſtanden, Francofurti A. 1694. *in 12.* impreſſa. Cui Pfeifferus A. 1695. in ſcripto reſpondit ſeqventi (der Gerechten Sache), per Spenerum alioſqve viciſſim, uti mox narrabitur, refutato.

D. Auguſti Pfeiffers Gerechte Sache, welche wieder H. D. Phil. Jac. Spenern verthädiget, und dabey gründlich, deutlich und glimpflich, erwieſen wird, daß die gemeine Auslegung der Evangeliſchen Theologorum über den Spruch Luc. XVIII. 8. noch feſte ſtehe, und H. D. Spener, welcher in ſeiner neulichen Beantwortung ſie umbzuſtoſſen ſich bemühet, nichts dagegen ausgerichtet habe, ihm auch, mit einigen über ihn geführten Klagen, nicht unrecht geſchehen ſey. Ratzeburgi A. 1695., & denuo (*juxta Catal. nundin.*) Lubecæ eodem A. 1695., in 8. Huic oppoſitæ ſunt: I. D. Phil. Jac. Speneri Rettung der Gerechten Sache künftiger Hofnung, entgegengeſetzet D. Auguſto Pfeiffern, welcher ſich ſolche umbzuſtoſſen bemühet: ſamt Anmerckungen eines gewiſſen Freundes; qvæ Francofurti A. 1696. *in 12.* prodiit, & A. 1696. in Pfeifferi *Scepticiſmo Speneriano tripartito*, de qvo mox dicetur, itidem eſt impugnata; II. Anonymi Anmerckungen über D. Aug. Pfeifferi Gerechte Sache vom Spruche Luc. XVIII. 8., præcedenti Libello Speneriano, Appendicis inſtar, ſubjunctæ, qvarum Autor (a Phil. Jac. Spenero etiam *Parte III. Conſiliorum Theologicorum Latinorum p. 779. b.* detectus) eſt M. Andreas Stübelius, Dreſdenſis, Scholæ Lipſienſis Conrector, homo eruditus, ſed, uti in Vita noſtri jam eſt narratum, animi deliriis ſubinde turbati. Is enim A. 1699., in dem Aufrichtigen Bedencken über D. Aug Pfeiffers *Scepticiſmum Spenerianum* (cujus paulo poſt iterum fiet mentio), eas & ſibi vindicavit, & *capite 10.* adverſus *Scepticiſmum* iſtum, qvi examini eas ſubjecerat elenchtico, defendit. III. Joh. Henrici *Vindiciæ dicti Salvatoris noſtri Luc. XVIII. 8., oppoſitæ D. Aug. Pfeifferi Juſtæ* (*ita dictæ*) *Cauſæ*, &, cum D. Phil. Jac. Speneri *Præfat. de Hiſtoria Certaminis Pietiſtici*, Francofurti A. 1696. *in 12.* publicatæ; qvibus a Pfeiffero reponebatur die Antwort auf Joh. Henrici *Vindicias dicti Luc. XVIII. 8.*, *Theologiæ Medicæ Catecheticæ*, & Homiliis octo von der Klugheit der Gerechten, in editione ſecunda anni 1697. Rudolſtadienſi, uti paulo ante retulimus, adjecta. IV. Germani Philalethis, Scriptoris ψευδωνύμυ, *Detectio iniqvitatis Pfeifferi*, oder Entdeckung der Unbilligkeit, welche D. Aug. Pfeiffer, wieder D. Phil. Jac Spenern, im Vierten Capittel ſeiner Gerechten Sache, inſonderheit was Jacob Böhmen betrift, begangen; Francofurti A. 1696. in 12.

Scepticismus Spenerianus tripartitus, oder Gründlicher Beweiß, daß D. Phil. Jac. Spener, in Auslegung der H. Schrift, Glaubens- und Gewiſſens-Sachen, auf unterſchiedliche Art ungewiß und zweifelhaft verfahre; womit ſeine ſo genandte Rettung der gerechten Sache künftiger Hofnung unterſucht und wiederlegt, der Spruch Luc. XVIII. 8., nebſt andern, ausführlich erkläret und vindiciret, und zugleich D. Joh. Wilh. Peterſen, und die ungenandte Freunde D. Speners, gebührend abgewieſen werden. Lubecæ 1696. in 8. Commendatur a Joh. Frid. Mayero im dritten Monat der Speneriſchen Niederlage *p. 26.* Friderico contra, Pruſſiæ Regi, cui Autor eum inſcripſerat, adeo diſplicuit, ut in ſuis illum ditionibus vendi non pateretur, niſi reſecta *Epiſtola* ad ſe *dedicatoria*, teſtibus Joh. Wilh. Petræo *in Scopticiſmo Pfeifferiano*, & Joh. Sam. Strykio (nomen licet noſtri ſupprimente) *in Diſſ. de Jure Præfationum, cap. 1., p. 15.* Repoſuerunt Scepticiſmo huic Speneriano: I. D. Phil. Jac. Spenerus ipſe die völlige Abfertigung D. Aug. Pfeiffers, in dem *Scepticiſmo Speneriano tripartito*, gegen ihn geführter falſcher und ungerechter Beſchuldigungen: nebſt einem Anhange wieder D Joh. Deütſchmanns *Maximæ Chriſtianorum Panſophiæ Speculum*; Francofurti A. 1697 in 12. II. D. Joh. Wilh. Petræus: α. den Geiſt Diotrephis, welcher die Brüder nicht lieb hat, an D. Joh. Frid. Mayern und D. Aug. Pfeiffern entdeckt, Berolini A. 1697. in 4.; β. *Scopticiſmum Pfeifferianum*, oder den Geiſt Iſmaels in D. Aug. Pfeiffern offenbahret, Francofurti A. 1697. in 4. Qvibus duabus Apologiis Petræanis a Pfeiffero, eodem A. 1697., paucis, in Epiſtola ad Filium Germanica, cujus titulus mox recitabitur, eſt reſponſum. III. Martinus Wahrmund, ſcriptor larvatus, *Phariſaiſmum in Scepticiſmo Pfeifferi*, oder den Phariſäiſchen Geiſt, der ſich in D. Aug. Pfeiffers *Scepticiſmo Speneriano* hervorthut, Francofurti A. 1697. in 12. IV. M. Andr Stübelius, Scholæ Lipſienſis Conrector (de qvo plura, & paulo ante, & in Vita noſtri, ſunt relata), Aufrichtiges Bedencken über D. Auguſti Pfeiffers *Scepticiſmum Spenerianum*, darinn ſein Unrecht, ſamt dem Myſterio

ſterio iniqvitatis, entdecket, und nebſt der eigentlichen Rettung des Spruchs Luc. XVIII. 8., noch andere ſonderbahre Meinungen über etliche ſchwere Sprüche zur Prüfung vorgeleget werden; Francofurti A. 1699. in 4. De qvo ſcripto, ejusqve Autore, D. Phil. Jac. Speneri Epiſtola ad D. El. Vejelium, *Parte III. Conſil. Theol. Lat. p. 779. b. 780. a.*, meretur conferri.

Sendſchreiben an ſeinen Sohn, M. Joh. Ehrenfried Pfeiffern, jetzo in Wittenberg, woraus erhellet, wie D. Joh. Wilh. Peterſens *Diotrephes* und *Scopticiſmus Pfeifferianus* anzuſehen, und wie man ſich künftig bey dergleichen Läſter-Schriften zu verhalten geſonnen ſey. Lubecæ 1697. in 8. Huic haud dubie oppoſita eſt *Epiſtola ad D. Aug. Pfeifferum agonizantem*, qvam Filii ejus (M. Johannis Ehrenfridi) nomen impudentiſſime mentiri, & a Pietiſtis A. 1698. eſſe editam, Joh. Frid. Mayerus, *dirum diabolicumqve carmen* eam vocans, *in Diſp. de Pietiſta per Status Evangelicos damnato, Th. I., p. 3.*, perhibet. Conf. de illa ipſius M. Joh. Ehrenfr. Pfeifferi *Diſſ. Epiſtolicam contra Ludov. Burgaeum p. 17.*

Acht Catechiſmus-Predigten von den Mängeln und Beſſerung des heutigen Chriſtenthums. Lubecæ A. 1693. & (*juxta Catal. nundin.*) 1697. in 8.

Apoſtoliſche Chriſten-Schule, darinn die ordentliche Sonntags- und vornehmſte Feſt-Epiſteln, durchs gantze Jahr, richtig diſponiret und abgetheilet, auch, dem Wort-Verſtande nach, durchgehends gründlich und deutlich erkläret werden: Nebſt beygefügter Erklärung der Paſſions-Hiſtorie und VII. Worte Chriſti. Lubecæ A. 1695. & 1704. in 4.; it. (*juxta Catal. nundin.*) Lipſiæ ac Lubecæ 1710. in 8.

Freymühtiges Theologiſches Bedencken von dem Geiſte, der ſich A. 1695., im Dorfe Ober-Kroſſen, in Geſtalt einer weiſſen Taube, in eines Bauren Hauſe, hat ſehen und hören laſſen. Lubecæ 1695. in 4.

Gideons Friedens-Altar, bey Veranlaſſung des in der Kirchen S. Marien zu Lübeck neu-erbaueten Altars, in einer Predigt vorgeſtellt: Mit einigen Anmerckungen, ſonderlich von den Altären in unſerer Evangeliſchen Kirche, und einem Anhange wegen der eingelauffenen völligen Abfertigung H. D. Phil. Jac. Speners. Lubecæ 1697. in 4.

Anti-Calviniſmus, oder kurtzer, deutlicher, aufrichtiger und beſcheidentlicher Bericht und Unterricht von der Reformirten Religion, wie weit die Reformirten, in ihrem Glauben und Lehre, von uns Evangeliſchen abgehen, und welches der richtigſte Weg zur gewünſchten Einigkeit ſey. Lubecæ A. 1699. & (*juxta Catal. nundin.*) 1706. in 8. Recenſum Scripti hujus poſthumi, ex Homiliis contra Reformatos in cœtu ſacro publice habitis congeſti, in Lipſienſium (qvibus *Expoſitio* audit *nervoſa atqve ſolida*) *Actis Eruditorum, M. Sept. A. 1700., p. 431. 432.*, & *Novis literariis Lubecenſibus, M. Jun. A. 1699., p. 192.*, invenies. In qvibus cum nulla editionis mentio fiat antiqvioris, chimæricæ haud dubie ſunt, qvæ Lipſiæ jam A. 1683., & Lubecæ A. 1592. ac 1694., *in 8.*, prodiiſſe, in Catalogis annorum iſtorum nundinalibus aliisqve, perperam traduntur.

Theologia Juridica Catechetica, oder der Geiſtliche Rechts-Handel, darinn, nach Anleitung der fünf Hauptſtücke Chriſtlicher Lehre, aus dem kleineren Catechiſmo D. Mart. Lutheri, die gantze Glaubens-Lehre, in einem ſchweren, doch glücklich ausgeführtem, Proceſſe, vorgebildet wird; in Chriſtlicher Verſamlung zu Lübeck vorgetragen. Lubecæ 1700. in 8.

Lucta Carnis & Spiritus, oder Streit des Fleiſches und Geiſtes, in acht Catechiſmus-Predigten vorgetragen: ſamt einer Predigt wieder D. Balth. Beckers Bezauberte Welt. Lubecæ 1700. in 8.

Anti-Papiſmus e Catechiſmo γνησίως demonſtratus, oder Gründlicher Bericht, wie die Papiſtiſche Grund-Irrthümer auch ein einfältiger, aus dem kleinen Catechiſmo Lutheri, deutlich erkennen, ſie mit ihren Ausflüchten richtig wiederlegen, und ſich davor in Lehr und Leben gebührend hüten, oder, ſo er irgend etwas davon angenommen, ſolches, nach deſſelben Anleitung, ablegen kan. Berolini A. 1702. & 1714. in 8. V. de illo *Nova literaria Lubecenſia, M. Mart. A. 1702., p. 90.*

Nuptialia, oder Hauß- und Ehe-Schule, in drey Theilen beſtehend, in welcher das Leben Iſaacs in 39. Predigten ſchriftmäßig erkläret, und die, bey Verehlichung unverheyrahteter Perſonen ſo wol, als bey albereit im Eheſtande lebenden, ſich ereignete Fälle gründlich und deutlich erörtert, auch nützliche Regeln, ſeinen Eheſtand wol anzufangen, und chriſtlich zu führen, vorgeſchrieben werden, &c. Noribergæ A. 1702. in 4. Argumenta ſingularum Partium exponuntur *in Novis literariis Lubecenſibus, M. Jan. A. 1702., p. 24. 25.*

Chriſtliche Trau-Predigten, ehemahls bey unterſchiedlichen Copulations-Actibus in öffentlicher Verſamlung gehalten: nebſt einem fünffachen Regiſter. Lubecæ 1703. in 4. De Sermonibus hiſce CXI. nuptialibus conſulantur itidem *Nova literaria Lubecenſia, M. Dec. A. 1703., p. 284. 285.*

Nuptialia, oder Zehn Auserleſene Hochzeit-Reden über beſondere Sprüche. Francofurti A. 1705. in 8. Hæc ſub Pfeifferi qvidem nomine prodierunt, ſed illud mentiuntur, noſtroqve per editorem ſunt ſuppoſita, cum Autorem agnoſcant M. Joh. Henr. Weihenmeierum, Paſtorem Ulmenſem, in cujus *Appendice Concionum nuptialium* lucem jam ante A. 1690. viderant publicam. V. Sigiſm. Aug. Pfeifferi, filii noſtri natu majoris, Monitum Parentis *Scholæ Theologicæ Didactico-Caſuiſticæ* A. 1717. adjectum, iſtudqve allegantis Val. Ern. Löſcheri Unſchuldige Theologiſche Nachrichten, *Sect. I. A. 1717., p. 131.*

Bedencken auf Zwölf Gewiſſens-Fragen, im Nahmen des Lübeckiſchen Miniſterii, am 1. Nov. A. 1695., einem in Morea ſtehenden Kriegs-Officirer ertheilet; qvod a ſucceſſore Georg. Henr. Gotzio, in dem Schiffer-Catechiſmo, Lipſiæ A. 1707. *in 8.* excuſo, *p. 102-114.*, juris eſt factum publici.

Catechiſmus in proſa & ligata; das iſt: Zweyfache Erklärung des kleinen Catechiſmi Lutheri, die erſte nach Anleitung der allgemeinen Kirchen-Lieder über die fünf Hauptſtücke, die andere nach Anleitung der Worte des Catechiſmi. Lubecæ 1709. in 8. (*Catal.*)

Schola Theologica Didactico-Caſuiſtica, oder Lehr- und Gewiſſens-Schule, darinn theils allerhand Lehren und Tugenden vorgeſtellet, theils viele ſchwere Gewiſſens-Fragen gründlich erörtert werden, nach Anleitung der Hiſtorie und Lebens des Ertz-Vaters Jacobs: hiebevor in ordentlichen Predigten vorgetragen. Lubecæ 1717. in 8. V. de illa, & Filii Autoris editorisqve, D. Sigiſm. Aug. Pfeifferi, Medici Stettinenſis, Monito de fatis MSStorum Parentis, ei adjecto, Val. Ern. Löſcheri Unſchuldige Theologiſche Nachrichten, *Sect. I. A. 1717., p. 130. 131.*

Catechiſmus Typicus, oder Bilder-Catechiſmus, darinn allerhand Vorbilder Altes Teſtamentes auf die Haupt-Articel unſeres Chriſtlichen Glaubens appliciret, und ſelbige hierdurch erläutert werden: in ordentlichen Predigten zu Lübeck vorgetragen. Lubecæ 1718. in 8.

Harmonia Catechetico-Evangelica, und Harmonia Catechetico-Epiſtolica. Roſtochii 1722. in 8. V. Catal. nundin. Lipſ. A. 1722. vern. p. 17., titulos recitantem Germanicos.

[E Scriptis Pfeifferi Exegeticis & Homileticis, præcipue Germanicis, hactenus recenſitis, congeſtus Liber eſt M. Gabr. Hanicſchii, Paſtoris in Miſnia Nauendorfienſis, ſub titulo des Bibliſchen Kernes und Saftes, oder

einer Erklärung der Heiligen Schrift Altes und Neues Teſtamentes, welche aus D. Aug. Pfeifferi herausgegebenen Schriften mit Fleiß iſt zuſammengetragen, Dresdæ A. 1718. in 4. editus.]

ב. ALIENA, cum Præfationibus Pfeifferi publicata vel recuſa.

M. Davidis Trommeri, Paſtoris Beyerani, Seligſte Land- und Baur-Weißheit. Lipſiæ 1685. in 8. (*Catal.*)

D. Arnoldi Mengeringii, Superintendentis Saxo-Halenſis, Scrutinium Conſcientiæ Catecheticum, oder Sünden-Rüge und Gewißens-Prüfung, nach dem Catechiſmo Lutheri; von D. Aug. Pfeiffern, mit einem vorgeſetzten Berichte von Beßerung des ſehr zerfallenen Chriſtenthums, wieder ausgegeben. Francofurti & Lipſiæ 1686. in 4.

Des Lübeckiſchen Miniſterii Chriſtliche Probe der neuen Schwärmerey, da etliche Manns- und Weibes-Perſonen eigene kleine Zuſammenkünffte halten, darinn nicht allein unberuffene Männer, ſondern auch Weiber, daß H. Abendmahl austheilen, welche Thomas Tanto, in einer gedruckten Chartecke (Offentlich Bekäntniß) zu verthädigen ſich unterſtanden hat, &c. &c.: Wiederaufgelegt mit einer neuen Vorrede D. Aug. Pfeiffers wieder die heutige Pietiſten. Lubecæ 1692. in 8. V. qvæ de hoc ſcripto, antea ibidem A. 1669. *in 8.* excuſo, in Vita Autoris illius, D. Menonis Hannekenii, Superintendentis Lubecenſis, *Tomo II. hujus Operis*, diximus.

M. Zachariæ Vogelii, Fürſtl. Sachſen-Lauenburgiſchen Superintendenten, Abgenöhtigte Antwort auf das unzeitige Bedencken H. Franciſci Zobels, J. U. Lic., über ſeinen am Grünen Donnerſtage A. 1646. gehaltenen Sermon von zwey Fragen: 1. Ob Judas das Nachtmahl mit den andern Jüngern gehalten? 2. Ob iemand vor einen Chriſten, oder Gläubigen, zu halten, wenn er ſich vom Nachtmahle enthält? Mit einer Vorrede D. Aug. Pfeifferi von den Irrthümern der Enthuſiaſten vom H. Abendmahle ausgegeben. Lubecæ A. 1693. in 4. Qvæ ad Schediaſmatis Vogeliani ſpectant hiſtoriam, itidem *Tomo II.* hujus Operis, in Vita Autoris, jam ſunt expoſita.

Joh. Cyriaci Höferi, Paſtoris zu Kalckhorſt in Mecklenburg, Frage-Bibel. Lubecæ A. 1694. 1697. & 1705. in 8.

D. Henr. Mülleri, Roſtockiſchen Theologi, Evangeliſcher Hertzens-Spiegel, und D. Joach. Lütkemanni, Wolfenbüttelſchen Ober-Hofpredigern und General Superintendenten, Apoſtoliſche Aufmunterung, oder Epiſtel-Predigten. Ratzeburgi 1697. in 4.

SCRIPTA INEDITA, AFFECTA ET PROMISSA.

Collegium Biblicum, ſeu Qvingenta Loca δυσνόητα Veteris Teſtamenti, beneficio Philologiæ ſacræ illuſtrata, qvæ A. 1671., *in Præfat. Introductionis ad Orientem, lit. b. 3. a.*, pollicitus eſt, & maximam forte partem deinceps *Dubiis V. T.* inſeruit *Vexatis*, qvatuor talium exhibentibus centurias.

Elucidarium Biblicum omnium difficultatum textualium S. Scripturæ, A. 1685., *in Ep. dedic. editionis Dubiorum V. T. vexatorum ſecundæ*, promiſſum, qvod affectum eum reliqviſſe Joh. Ehrenfridus filius, *in Sermone funebri in illius obitum lit. D. 2. b.*, teſtatur.

Praxis Hermenevtica, ex Hiſtoria Hexaemeri, Pſalmo XCI. & Epiſtola Judæ, qvam A. 1684., *in præfat. Hermenevticæ ſacræ*, a ſe juſſit expectari. V. *Acta Erud. Lipſ., M. Oct. A. 1684., p. 446.*

Dubia vexata Novi Teſtamenti, qvorum ſpem fecit *in præfat. Dubiorum V. T. vexatorum.*

Informatorium Conſcientiæ, circa adminiſtrationem Baptiſmi & Clavium, *in Informatorio Conſcientiæ Euchariſtico A. 1687.* promiſſum. V. Joh. Clerici *Tomum VII. Bibliothecæ univerſalis Hiſtoricæ, M. Nov. A. 1687., p. 221.*

Atheiſmus enervatus, qvem *in Catalogo nundin. Lipſ. A. 1690. autumn. p. 25.*, & denuo, *ſub titulo Anti-Atheiſmi, ſeu Syſtematis Theologiæ Anti-Atheiſtici & Anti-Sceptici*, Lipſiæ A. 1689. in Collegio propoſiti peculiari, ſed amplius adhuc elaborandi, A. 1692., *in præfat. Anti-Enthuſiaſmi*, eſt pollicitus, cujusqve σκιαγραφίαν ſiſtit *Invitatio ad Lectiones privatas Anti-Atheiſticas, cum Recenſu methodico Controverſiarum cum Atheis & Scepticis*, Lipſiæ A. 1689. *in 8.* edita, ſuoqve ſupra loco memorata. Conf. de illo Sever. Waltheri Sluteri, generi Pfeifferiani, *Propylæum Hiſtoriæ Chriſtianæ p. 201. 202. edit. ſecundæ auctioris.* E qvo patet illum A. 1696. ab Autore, aliis diſtracto negotiis, nondum fuiſſe elaboratum.

Alcoranus triumphatus, textum illius Arabicum, Pfeifferi Verſionem Latinam, ejusdemqve Notas, cum textum elucidantes, tum abſurda ejus dogmata confutantes, antidotiqve loco futuras, exhibiturus; qvem A. 1685. *in editionis Dubiorum V. T. vexatorum ſecundæ*, & A. 1687. *in Theologiæ ſive potius* Ματαιολογίας *Judaicæ ac Mohammedicæ*, Epiſtolis a ſe expectari juſſit dedicatoriis. Cujus promiſſi mentionem poſtea injecerunt honorificam, præter Johannem Ehrenfridum filium, *l. c.*, Lipſienſes *in Actis Eruditorum, M. Jun. A. 1687., p. 348.*, Joh. Clericus *l. c. p. 221.*, Wilh. Ern. Tenzelius *in Dialogis menſtruis Germanicis, M. Jan. A. 1689., p. 150.*, & *M. Nov. A. 1692., p. 921.*, Joh. Mich. Langius *in Diſſ. de Virorum doctorum Speciminibus, conatibus & succeſſibus, in edendo Alcorano Arabico, §. 28., p. 26.*, Rud. Mart. Meelführerus *in Acceſſionibus ad Theod. Janſonii Bibliothecam latentem & promiſſam p. 81.*, & *Novorum Germaniæ literariorum Hamburgenſium* Collectores, *M. Aug. A. 1704., p. 309.*

Theſaurus Grammatices Hebrææ, ex omnibus, qvos adipiſci licuit, Autoribus labore haud exiguo congeſtus & a qvamplurimis Φιλεβραίοις avide deſcriptus. V. ipſius *Præfat. introductionis ad Orientem, lit. b. 2. b.*

Syntagmata Lingvarum Orientalium, Chaldaicæ, Syriacæ, Samariticæ, Arabicæ, Æthiopicæ, Perſicæ, Turcicæ, Copticæ & Armenicæ, prælo itidem parata. V. eandem *Præfationem, lit. b. 2. b.*, & Rud. Mart. Meelführerum *l. c. p. 81.* Præceptorum ejus Lingvæ Armenicæ methodicorum Andr. Acoluthus qvoqve, *in Præfat. Obadiæ Armeni*, mentionem injecit, illaqve e Clem. Galani *Inſtitutionibus Lingvæ Armenicæ Grammaticis*, Romæ A. 1645. editis, collecta eſſe ſignificavit.

Conſiliarius Orientalis, de ſingulis Lingvis Orientalibus ordine diſſerens, promiſſus *in Catalogo nundin. Lipſ. A. 1683. vern. p. 43.*

Onomaſticon Orientale ſacro profanum, vocum ſive vere, ſive κατὰ δόξαν, peregrinarum, in teſtibus originariis utriusqve Fœderis obviarum, ut & earum, qvæ apud Scriptores Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Orientalium, Politicos, Mathematicos, Medicos, ex Oriente adſcitæ extant, deniqve textuum Plauti Punicorum, luculentam ſiſtens, e Lingvis & Dialectis Orientalibus, Ebraica, Chaldaica, Samaritana, Syriaca, Punica, Arabica, Æthiopica, Perſica, Turcica, Armenica & Coptica, explicationem; Witebergæ A. 1669. lectionibus propoſitum publicis, & in qvinqve Partes diviſum. Qvarum Prima voces Veteris Teſtamenti Hebræi vere exoticas, Syriacas, Samariticas, Arabicas, Perſicas, Ægypticas & Græcas; Secunda Novi Teſtamenti Græci peregrinas, Hebraicas, Hieroſolymitanas, Arabicas, Ægyptiacas & Latinas; Tertia controverſas Veteris pariter atqve Novi Teſtamenti; Qvarta exoticas, a Scriptoribus Hiſtoriæ Maronitarum, Jacobitarum, Coptitarum, Armenorum, Habeſſinorum, &c., Eccleſiaſticæ uſurpatas, Arabicas item, Perſicas & Turcicas, apud Mathematicos,

cos, Medicos & Hiſtoricos, uſu receptas; Qvinta deniqve Punicas, in Plauti Pœnulo reliqvas; recenſent atqve illuſtrant. Vide Σκιαγραφίαν illius A. 1669., *in Programmate*, ei, in Prælectionibus Witebergæ proponendo publicis, præmiſſo, & A. 1671., *in Præfatione Introductionis ad Orientem, lit. b. 2. b. b. 3. a.*, exhibitam. Promiſſum qvoqve denuo eſt *in Præfatione Dubiorum V. T. vexatorum*, ſub titulo *Theſauri Orientalis, exotica S. Scripturæ & omnium ſcientiarum perſecuturi*, Operis *affecti*, *Sciagraphia peculiari propediem delineandi ampliore*. Conferantur, qvi illud, ἀνέκδοτον licet, publice laudarunt, Georg. Finwetterus (ſeu Gothofr. Wegnerus) *in Pio Deſiderio p. 36.*, Joh. Wilh. Hilligerus *in Diſp. de Bileamo p. 4.*, & Joh. Chriſtoph. Wolfius *in Hiſtoria Lexicorum Hebraicorum p. 237.*

Lexicon Biblicum Hebræo-Chaldaicum novum, mole modicum, ſed plenius atqve planius omnibus hucusqve editis; promiſſum *in Conſultatione* de illo *Epiſtolica* peculiari, Dresdæ A. 1679. *in 4.* edita, *Critica Sacra, Cap. V., Sect. 2., Qv. 3., p. 169. & ſeqq*, & *Epiſtola dedicatoria editionis Dubiorum V. T. vexatorum ſecundæ*. In hoc decem defectus Lexicorum plerorumqve Lingvæ Hebrææ cæterorum, teſte *Conſultatione*, fuſius de iſtis diſſerente, ſupplere voluit, eoqve fine, præterea, qvæ apud omnes occurrunt Lexicographos, exhibere: 1. Omnium vocum peregrinarum, in textu Hebræo obviarum, veram e lingvis ſuis nativis interpretationem; 2. Vocum in eodem ſemel vel iterum modo occurrentium, & valde controverſarum, luculentam expoſitionem; 3. Radicum, hodie deſvetarum, e Lingvis aliis Orientalibus, præſertim Hebraicæ confinibus, petitam reſtitutionem; 4. Significatus formalis & fundamentalis cujusqve Radicis ſolidam conſtitutionem, materialium vero ſenſuum, formali ſubordinatorum, ut & ἐμφάσεως atqve ἐνεργείας vocum, ſuccinctam enarrationem; 5. Vocum ſignificatione ſimilium, ſeu qvoad rem ſignatam, non vero modum ſignandi, Synonymarum, accuratam diſcretionem; 6. Nominum propriorum extantiorum, tam perſonarum qvam locorum, perſpicuam explicationem; 7. Phraſium & idiotiſmorum præcipuorum annotationem; 8. Particularum pleniorem & magis diſtinctam tractationem; 9. Vocum difficilium & anomalarum ſubjunctam enumerationem; 10. Rituum Hebraicorum, ad vocum Hebraicarum intelligentiam facientium, qvandam prælibationem. Deſiderium ejus ab Autore, *ferundo tanto oneri aptiſſimo*, adornandi atqve edendi, poſt alios viros eruditos, Lipſienſes, *theſaurum* illud fore *qvovis auro cariorem* ominati, *in Actis Erud., M. Jun. A. 1687., p. 310.*, publice ſunt profeſſi. Mentionem illius qvoqve invenies in Joh. Clerici *Tomo VII. Biblioth. Univerſ. Hiſtor., M. Nov. A. 1687., p. 221.*, Joh. Chriſtoph. Wolfii (fuſe jacturam Operis hujus, tantum affecti, deplorantis) *Hiſtoria Lexicorum Hebræorum p. 218. 219.*, & M. Joh. Ehrenfr. Pfeifferi *Sermone in obitum Parentis funebri, lit. D. 2. b.*

Lexicon Arabicum, qvod eum eſſe pollicitum ſolus Chriſt. Weidlingius (*in præfat. Tomi I.* der Lehrreichen Oratoriſchen Schatzkammer) perhibet.

Syntagma Antiqvitatum Hebraicarum, e Sacris Literis, Philone, Joſepho, Pandectis Talmudicis, ſcriptis Moſis Maimonidis, aliis Judæorum Ritualibus, & Philologis Chriſtianis doctioribus, congeſtum, & in Octo Libros diviſum; qvorum I. de Veterum Hebræorum Idololatria, ſtudio magico & ſuperſtitionibus, agit; II. de Locis ſacris, Tabernaculo fœderis, Templo utroqve & Synagogis; III. de Sacris Actibus; IV. de Feriis feſtisqve diebus, nec non Annis Sabbathicis & Jubilæis; V. de Perſonis ſacris; VI. de Re Literaria, Doctoribus & Sectariis; VII. de Magiſtratibus, & rebus Politicis, forenſibus ac bellicis; VIII. autem de Re Domeſtica & Converſationis ritibus. Σκιαγραφίαν illius, ſingulorum cujusvis Libri Capitum argumenta indicantem, Autor in duobus exhibuit Programmatis, A. 1670. Libris primo & ſecundo, & A. 1671 tertio, Prælectionibus a ſe publicis in Academia propoſitis Witebergenſi, præmiſſis. Qvibuscum conferri poſſunt, qvæ de eodem fuſius, *in Præfatione Introductionis ad Orientem, lit. b. 3. a. b. b. 4. a.*, ac *Critica Sacra, Cap. V., Sect. I, p. 139. & ſq.*, diſſeruit, promiſſaqve breviora, *in præfatione Prodromi Antiqvitatum ſacrarum*, ſive Speciminis illius, Witebergæ A. jam 1668. editi, ac *Epiſtola dedicatoria editionis Dubiorum V. T. vexatorum ſecundæ*, obvia. Mentionem ejus etiam injecere Joh. Clericus ac M. Joh. Ehrenfr. Pfeifferus *ll. cc.*, & Rud. Mart. Meelführerus *in Acceſſionibus ad Theod. Janſonii Bibliothecam latentem & promiſſam p. 81.*

Commentatio de Re Hebræorum Nummaria, qvam A. 1665., *in Notis ad libellum* כור מרע, *lit. L. 3. b.*, a ſe juſſit expectari.

Panegyricus, Johanni Georgio II., Electori Saxoniæ, lingvis XV. (plerisqve Orientalibus) ſcriptus, propriisqve harum characteribus Pfeifferi ipſius manu exaratus; qvem Dreſdæ ſibi oſtenſum eſſe Jac. Tollius *Epiſtola* III. *Itineraria* retulit, teſte Couſino *in Diario Eruditorum anni 1700. Pariſienſi, Ephem. 20., p. 393.* Sed vereor, ne idem ille ſit cum Carminibus totidem lingvarum, novi anni gratulatoriis, ad eundem Electorem a noſtro miſſis, & ſub titulo eines Jahropfers Witebergæ A. 1670. *in 4.* excuſis, de qvibus ſuo ſupra loco jam eſt dictum.

Schola Theologica moralis, oder Tugend- und Sitten-Schule, in welcher, nach Anleitung der Hiſtorie und Exempel des Patriarchen Joſephs, nebſt vielen Locis Theologicis moralibus, die Nachfolge allerhand vortrefflicher und ſchöner Chriſtlicher Sitten- und Tugend-Lehren, und Verhütung der Laſter, angewieſen wird, in Predigten vorgetragen. V. *Catalogum nundin. Lipſ. A. 1716. autumn. p. 51.*, & *Vern. A. 1724. p. 18.* (ubi Lubecæ A. 1724. *in 8.* prodiiſſe traditur).

Paſſionale ſacrum, oder Heilige Paſſions-Andachten, in 43. Predigten, etliche Jahre nach einander, vorgetragen. V. *eundem Catalogum p. 51.*

Gaudium Feſtivale, oder Feſt-Freude, beſtehend in unterſchiedlichen Predigten auf die hohe Feſttage: ſamt allerhand Predigt-Reden auf beſondere ſolenne Feſtivitäten und Fälle. V. *Catal. eundem p. 51.*

Verus Chriſtianiſmus, oder das Wahre Chriſtenthum, nach den fünf Hauptſtücken des Catechiſmi, deutlich vorgeſtellet, darinn der Kern der Chriſtlichen Lehre, mehrentheils nach den zwey Fragen: Was ſoll ich thun? und Was ſoll ich glauben? ſummariſcher Weiſe verfaſſet iſt. V. *Catalogum nundin. A. 1718. vern. p. 19.*

Cithara Lutheri, oder Chriſtliche Predigten über die allgemeine Catechiſmus-Lieder, zu Lübeck gehalten, und mit allerhand denckwürdigen Anmerckungen, verſehen. V. *Catal. eundem p. 19.*, *Catal. nundin. Lipſ. A. 1708. vern. p. 56.*, & Georg. Henr. Götzii Sendſchreiben an M. Joh. Chriſtoph. Olearium von der Lieder-Hiſtorie *p. 4.*

Bußglocke. V. *Catal. nundin. Lipſ. A. 1686. vern. p. 62.*

Anmuhtige Fragen, wie ſo wol ledige, als verwittibte Perſonen, ihren Eheſtand glücklich anfangen, und das Hauß-Kreutz chriſtlich überwinden können. V. *Catal. nundin. Lipſ. A. 1690. autumn. p. 27.*

Der Bezauberte Teufels-Patron, oder Gründliche Wiederlegung des Buches D. Balth Beckers, genandt de Betoverde Weereldt, V. *Catal. nundin. Lipſ. A. 1693. vern. p. 22.* A. 1694. prodiiſſe falſo traditur, in Excerptis epiſtolicis, in Henr. Baſnagii *Hiſtoire des Ouvrages des Sçavans, M. Nov. A. 1694., p. 136.*, exhibitis.

FALSO ILLI TRIBUUNTUR.

Nuptialia, Germanice Francofurti A. 1705. *in 8.* edita, qvæ, cum M. Joh. Henr. Weihenmeierum, Paſtorem Ulmenſem, agnoſcant Autorem, Pfeiffero, in ipſa libri epigraphe, ſunt ſuppoſita, ſicut in Scriptorum noſtri Catalogo, ex aliis, jam eſt monitum.

Davidis Pfeifferi, Lipſienſis, J. U. D. & trium Saxoniæ Electorum Cancellarii, Originum Lipſienſium Libri IV., Lipſiæ A. 1689. *in 8.* editi, in M. Joh. Ern. Segeri *Diſp. de Ludis Scenicis*, Regiomonti A. 1702. edita, §. *18.*, *p. 81.*, uti *in Novis literariis Lubecenſibus*, *M. Dec. A. 1702.*, *p. 365.*, jam eſt monitum.

VINCENTIUS PLACCIUS,

Hamburgenſis, d. 4. Febr. A. 1642. in lucem editus, patrem habuit Johannem Placcium, Sverſtadio Thuringum, Med. Doctorem, urbisqve Hamburgenſis Poliatrum, *Tomo* jam *II.* Operis noſtri fuſius celebratum, matrem vero Margaretam, Joh. Garmeri, J. U. D. & emporii ejusdem Syndici, filiam, A. demum 1694., qvinqvennio ante filium hunc, extinctam. E cujus majoribus Vincentium & Eberhardum Molleros, Conſules Hamburgenſes, Placcius ipſe (1.) laudavit, illumqve proavum, & hunc abavum, ſibi fuiſſe eſt teſtatus. Corpuſculo admodum infirmo, pallido, macilento, *oſſaqve*, uti ipſemet *in Soterio* refert *ad Deum votivo* (2.), *tenerrima*, *ſolis obducta pellibus*, oſtentante, in lucem hanc ægre eluctato & Parens Medicus, & omnes alii, de vita infantis deſperantes, fata præcocia, omine triſti, ſed divina benignitate irrito, prædicebant. Non enim ſolum iſta effugit, ſed gravi etiam in tenella ætate lapſu afflictus, licet brachium fregiſſet, hoc arte curaqve conſolidato paterna, ita convaluit, ut nullus vulneris ſenſus, ac ne cicatrix qvidem, poſtea ſupereſſet (3.). Veræ pietati, per omnem deinceps vitam firmiter animo radicatæ, mature a parentibus aſſvefactus, cum ingenium hi felix in filiolo obſervaſſent, anno jam ætatis qvarto, una cum fratre natu majore (Johanne, Doctore poſtea Medico), Præceptori (qvem *durum* ipſe appellat (4.), domeſtico erudiendus eo tradebatur ſucceſſu, ut, decennio elapſo, e ludo hujus privato in Gymnaſium patriæ tranſiret publicum. Factum id eſt anno æræ Chriſtianæ 1656., ætatis vero ipſius 14. (5.), qvo Pater, ἐργοδιώκτης hactenus ſtudiorum puerilium aſſiduus, & illi (a qvo Epicedio celebratus eſt non ineleganti (6.)), & fratri, morte eripiebatur luctuoſa, poſtqvam ambos, ad pietatis & virtutis ſtudium monitis excitatos ultimis, ſerio, nec fruſtra, ne ſe unqvam Ephoros hominum Nobilium præfici paterentur filiis, cum munus iſtud moleſtum ſit pariter atqve periculi plenum, erat hortatus. Succeſſerunt in locum Parentis, & ſponte currentem magis magisqve ad diligentiam in ſtudiis haud vulgarem inflammarunt, Profeſſores tres Gymnaſii, qvos duces illorum ſeqventi habuit triennio, inclyti, Joach. Jungius, a qvo Philoſophiæ imbutus eſt principiis, Pet. Lambecius, a qvo veterem omnem memoriam notitiæqve elementa hauſit literariæ, & Michael præſertim Kirſtenius (publice deinceps ab ipſo grata aliqvoties mente laudatus (7.)), a qvo Matheſin didicit, &, exercitatione ſtyli expolitus aſſidua, orationis Latinæ, non proſæ ſolum, ſed & ligatæ, facultatem, ſibi comparavit, eximiam, Poemate *de Atlantide retecta* heroico, A. 1658. a 16. annorum juvene ſcripto, ac ſeqventi 1659. in lucem edito, cæterisqve *Carminibus puerilibus & juvenilibus*, junctim Amſtelodami A. 1668. excuſis, abunde demonſtratam. Cum lectionibus Triumvirorum horum intereſſe cœpiſſet publicis, prima vix audita, ſingulari mentis inſtinctu Profeſſorio ſe vitæ generi, voto velut qvodam, mancipavit, &, in hoc conſtanter deinde perſiſtens propoſito, cuivis fere ſtudiorum generi dare cœpit operam (8.), &, e libris non paternis ſolum, ſed & Philoſophicis atqve Hiſtoricis Bibliothecæ publicæ Hamburgenſis, qvos omnes manu jam verſaverat ſedula (9.), plurima Analectorum multiplicis argumenti congerere volumina, in *Epiſtola de Excerptorum hiſtoria propriorum*, ſive *Appendice Libri de Arte excerpendi*, fuſe poſtea A. 1689., addito de ſingulis judicio, vitiisqve eorundem haud diſſimulatis, enumerata. Singula, qvibus tunc, πολυμαθείας rarioris ſibi parandæ cupidiſſimus, ardore juvenili vehementiſſimo, vacavit, ſtudiorum genera, Philologica, Oratoria, Poetica, Hiſtorica, Philoſophica, Ethico Politica, Mathematicaqve (ne Aſtrologico qvidem, Phyſiognomico & Chiromantico, neglectis) varia, in *Soterio ad Deum votivo*, verſibus haud incomptis recenſuit heroicis (10.), qvorum nonnullos ſubjicio:

Nempe omnes ſubii deſudaviqve labores,
Centenos tanqvam certo victurus in annos.
Liberioris & aucta mihi cum copia vitæ
Non abjectum animum varios pulſaret in auſus,
Qvo me cunqve furor juvenilis & impetus acer,
Et novitatis amor, ſtudiumqve immane ſciendi,
Pellebat, laudum cupidus, feſtinus & audax,
Auſpiciumqve ſeqvens famæ, ingeniiqve fatigans
Nil detrectantis nervos, veſtigia doctis
Et magnis calcata Viris, charoqve Parenti,
Qva poteram, relegens, confidentiſſimus ibam,
Fortunam famulam mihi, præventuraqve ſemper
Votum fata, putans, ſuperandaqve cuncta labore
Aſſiduo, humanis concedere pervia curis,
Spem magnam, invidiam fatis facturus, habebam.
Jamqve puer qvarti attigeram primordia luſtri,
Et mea ſedulitas, animiqve volatilis ardor,
Cunctas pene vias ſtudiorum altosqve receſſus
Sponte ſua, ductore carens, pervaſerat omnes.

E Gymnaſio patriæ A. 1659. in Academiam cum fratre abiit Juliam, & in Eloqventiæ ſtudio Chriſtoph. Schraderum, hoſpitem ſuum, in Politicis Herm. Conringium, in reliqvis autem Philoſophiæ & Polymathiæ partibus alios Præceptores elegit, ſimulqve, ad uſum Bibliothecæ admiſſus publicæ, & auctiones ſtudioſe freqventans, haud contemnendam librorum cognitionem induſtria ſibi comparavit propria. In eadem præcepta, ipſo judice (11.)

Plurima vana qvidem, ſed non tamen omnia vana,

Aſtrologiæ judiciariæ, Metopoſcopiæ, Chiromantiæ, Onirocriticæ, aliarumqve artium divinandi lubricarum, qvibus non parum tribuebat, addidicit, & prædictionum, qvæ ex his derivantur, certitudinem aliqvam duplici infortunii proprii deprehendiſſe ſibi viſus eſt experimento. Primum enim, cum venam in manu ſibi ſecari ſomniaſſet, proxima luce lintea, qvæ materteræ Neukircham mittenda emerat, ſunt combuſta, damnoqve iſto Hier. Cardani interpretatio talis ſomnii, uti credebat, eſt confirmata. Deinde, cum, die qvodam ingens ſibi inſtare periculum, e Themate perſpexiſſet genethliaco, ipſe qvidem, qvo tutior eſſet, do-

(1.) *in Syntagm. de Script. Anon & Pſeudon. p. 4. 37. 83.*, & *in Muſis Juridicis p. 161.* (2.) *p. 327. 328. 329. Libri Carminum tertii.* (3.) *V. idem Soterion p. 329. 330.* (4.) *in Soterio l. c. p. 331.* (5.) V. *Epiſtolam* ipſius *de Excerptis propriis, Libro de Arte excerpendis* ſubjectam, *p. 191.* (6.) *L. II Carminum, p. 89-105.* (7.) *in Syntagm de Script. Anon. & Pſeudon. p. 76.*, *in Epiſt. de Excerptis propriis p. 192.*, & *in Corona Gymnaſtica*, ſive *Programmate de vita Kirſtenii* (A. 1678. defuncti) *funebri.* (8.) *V. ipſius Præfat. Acceſſionum Ethicarum.* (9.) V. ipſius *Epiſt. de Excerptis propriis p. 195.* (10.) *l. c. p. 321-317.* (11.) *in Soterio, l. c. p. 336 337.*

domi in muſeo ſeſe abdebat, ac ne ad menſam qvidem, cibum capturus, accedebat. Sed, cum cubitum jam iviſſet, ſub mediam noctem, a Fratre, qvem graviores atræ bilis acceſſus qvandoqve vexabant, in conclave irrumpente, ſtrictoqve omnia pertentante gladio, in lecto tantum non eſt confoſſus. Cujus periculi recordatio licet, artes hujusmodi non contemnendas eſſe, ipſi perſvaſiſſet, ætate tamen provectior, minus certas & exploratas eas eſſe, atqve vel propter ancipitem interpretationem periculoſas, libenter profitebatur. Helmſtadio, cum Fratre, A. 1660. Neukircham diſceſſit, prædium civitati vicinum Halenſi Johannis a Felde, J. U. Doctoris, Conſiliarii e Profeſſore Academiæ Juliæ Mathematico Anhaltini, matertęræqve ſuæ mariti, JCti pariter atqve Philoſophi ſectæ Peripateticæ accuratiſſimi, in cujus contubernio decem vel plures etiam juvenes ſtudiis ſapientiæ operam navabant. In eodem ipſe qvoqve annum exegit integrum, Feldenumqve in Logica, Matheſi, Ethicis, Politicis, & Jure præſertim Naturali, hodegum habuit dexterrimum & fideliſſimum. A qvo ſe, doctrina imbutum Analytica, methodum rem qvamcunqve accurate demonſtrandi primum addidiciſſe, ductuqve illius, in ſingulis ſcientiis, rejectis phaleris ſupervacaneis, per definitiones, diviſiones demonſtrationesqve certiſſimas, ſolide philoſophari cœpiſſe, per omnem deinde vitam ſibi gratulabatur, nec in Colloqviis ſolum privatis, ſed & ſcriptis publicis (12), animo lubens profitebatur gratiſſimo Ex Academia hac Affinis ruſtica, poſt *Analyſin* exactam *Analyticorum Ariſtotelis priorum & poſteriorum*, privata concinnatam induſtria, A. 1661. in publicam emporii delatus Lipſienſis, Juris civilis ſe totum tradidit ſtudio, hoſpitis præcipue ſui, D. Amadei Eckolti, uſus inſtitutione. Horas tamen Philoſophiæ illic qvoqve tribuebat ſubſecivas, &, collectaneis plerisqve Philoſophicis priſtinis, velut ἀφιλοσόφοις, abolitis, nova, in ſcientiis ſingulis, Analyticæ demonſtrandi accurationi attemperata, adornabat (13), tamqve immoderato, his pariter atqve Juridicis non unius generis congerendis, inſudabat labore, ut obſtructiones corporis ſibimet ipſi accerſeret hypochondriacas, qvibus nunqvam poſtea bona fide omnino potuit liberari (14.). Lipſia A. 1662. Viennam, ad Avunculum ſuum, Vinc. Garmerum, Syndicum Hamburgenſem, in aulam a Senatu patriæ ablegatum Cæſaream, excurrit, &, per annum iſtic ferme integrum morbo hoc, Medici imperii culpa exaſperato, per alterum vero peritiorem catharticis mitigato pharmacis, laborans (15.), primas, licet omni librorum deſtitueretur auxilio, duxit lineas *Commentarii de JCto perfecto*, biennio poſt Patavii (in cujus locum Auguſta, in titulo, metu Cenſorum ſubſtituebatur Pontificiorum), ſub *Nomici Pacemuti Analyticophili* larva, in lucem editi (16). A. 1663. iter ad Italos ingreſſus eſt literarium, valde, non ob morbos ſolum, ſed & nives montium ſolutas, ac cumulos iſtarum immenſos e præcipitiis ruentes, latronumqve inſidias (17.), periculoſum. Patavii annum cum ſemeſtri exegit (18.), ibiqve a Natione, qvam vocant, Legiſtarum Germanica primum ad Bibliothecarii, ac deinceps ad Conſiliarii ſui, Academiæqve Vice-Prorectoris & Syndici, A. 1664. evectus dignitates, Bibliothecam hujus atqve Archivum in ordinem redegit (19). Ob qvæ aliaqve merita, Contubernalis illius, Gothofredus Mellemius, Med. Doctor & Electoris Palatini poſtea Archiater, juvenis amici æri incidi curavit effigiem, nihil ferme formæ oris, qvam adultior oſtendebat, ſed depingi ariqve inſculpi haud patiebatur, habentem ſimile, addita inſcriptione hac honorifica: *Auguſtiſſima & maxime inclyta Natio Germanica Juriſtarum, Patavii morantium, Nobiliſſimo & prudentiſſimo Dn. Conſiliario ſuo, Almæqve Univerſitatis V. Syndico, meritiſſimo, optime geſti muneris memoriam hanc extraordinariam erexit.* Cui ſeqvens ſubjicitur diſtichon:

Candorem mentis, ſignant tua lumina, Placci:
Doctrinam nata & poſthuma fama feret.

Patavii, eodem Mellemio hortante, Philoſophiæ, cui ſoli hactenus erat innutritus, Ariſtotelicæ, Carteſianam adjunxit, hujusqve ductu Ariſtotelica nonnulla emendavit; imo in Gallia deinde ac Belgio Philoſophus factus Eclecticus, ex eo tempore omnia Ariſtotelis, Carteſii aliorumqve, dogmata Philoſophica ad normam doctrinæ examinavit Analyticæ (20.). In Phyſicis tamen, uti a Joh. Alb. Fabricio, Vitæ ejus ſcriptore, jam eſt monitum, placita fere Carteſii probabat, in aliis Stagiritam aſſectabatur; ita tamen, ut, *in Acceſſionibus Ethicis atqve Rhetoricis*, cæterisqve ſcriptis argumenti ſimilis, editis pariter ac ineditis, qvamplurima illi adſtruxerit & ſuperaddiderit, ab eo vel plane prætermiſſa, vel non tam diſerte tradita. Patavio relicto, Romaqve, Florentia (qvæ Ant. Magliabechii & Car. Dati ipſi conciliabat amicitiam (21.)), Mediolano, Auguſta Taurinorum, ac cæteris urbibus Italiæ præcipuis, breviori temporis ſpatio luſtratis, A. 1664. in Galliam pervenit, vix utcunqve reſpirans a febri, qvæ iter facientem corripuerat, comitemqve hujus, Jac. Trollium, Eqvitem Danum, (Heroico ipſius celebratum Epicedio (22)), Aureliæ M. Novembri extinxit (23). Ipſe, Aureliæ A. 1665., poſt propugnatam Diatriben *de Interpretatione Legum* inauguralem, J. U. Licentiati ornatus titulo, Lutetiam inde diſcedebat, & iſtic non minus, qvam in aliis Italiæ Galliæqve urbibus, animum Virorum doctiſſimorum, per menſes aliqvot, oblectabat conſvetudine. Redux in Germaniam, Spiræ, ut Judicii ſupremi Cameralis coram ſpectaret inſtituta ac conſvetudines, aliqvamdiu hæſit, &, in Belgium hinc A. 1666. profectus, Civi ſuo celeberrimo, Joh. Frid. Gronovio (qvocum Epiſtolicum ipſi poſtea interceſſit commercium (24)), aliisqve eruditis, itidem familiariter innotuit. Primo tandem vere anni 1667. in patriam reverſus, curriculis ſtudiorum Academico & Apodemico (de qvibus, non minus qvam de Scholaſtico, plura ab ipſo *in Epiſtola de Excerptorum hiſtoria propriorum*, & *Soterio ad Deum votivo*, ſupra jam laudatis, ſunt narrata) finem impoſuit, Praxeosqve viciſſim forenſis, in qva non integritatis minus, a rabularum impudentia technisqve turpibus alieniſſimæ qvam prudentiæ & dexteritatis, laudem reportabat, fecit initium. Inter cauſas, qvas in foro egit Hamburgenſi, nulla celebrior eſt actione illa, qva A. 1672., Duodecimviri urbani, affinis ſui, Advocatus, D. Jac. Blumium, JCtum haud ignobilem, prævaricationis, ſive clandeſtinæ cum reo, qvem accuſaverat, colluſionis, coram Senatu, convicit, Reſponſis etiam JCtorum Roſtochienſium, Helmſtadienſium & Kilonienſium, contra eundem militantibus (25.). Qvæ controverſia Blumiana non occaſionem tantum Placcio præbuit *Librum de Prævaricatione & Prævaricatoribus* conſcribendi peculiarem, hactenus ἀνέκδοτον, ſed & cauſa eidem fuit, ſicut in literis A. 1689. ad me datis eſt conqveſtus, diuturnæ, qva per tot poſtea annos, ad obitum usqve, laborabat, arthritidis. Ob has

Xxx xxx 2

(12.) V. *Præfationem Acceſſionum Ethicarum*, *Epiſtolam de Excerptis propriis p. 210. & ſeqq*, *Præfationem editionis Libri de JCto perfecto poſterioris alteram recentiorem*, *Syntagma de Scr. Anon. & Pſeudon.*, *P. I.*, *c. 7*, *p. 57. 58.*, & *T. I Theatri Anon. ac Pſeudon*, *c. 7.*, *p. 329. 330.* (13.) V. ipſius *Præfat. Acceſſionum Ethicarum.* (14.) V. ejus *Epiſt. de Excerptis propriis p. 214 215.* (15.) V. ipſius Soterium *l. c. p. 339. 340.*, & *Epiſt. de Excerptis propriis p. 216.* (16.) V. *Præfationem editionis ejus ſecundæ anni 1653. Hamburgenſis alteram recentiorem.* (17.) V. *Soterium l. c. p. 339.* (18.) *V. Epiſt. de Excerptis propriis p. 216.* (19.) V. *T. I. Theatri Anon.*, *c. 3.*, *p. 231.* (20.) V. ipſius *Præfat. Acceſſionum Ethicarum.* (21) V. ipſius *Syntagma de Scr. Anon & Pſeudon.*, *P. II.*, *p. 150.* (22.) *Lib. 3 Carm. p. 266-277.* (23.) V. de febri illa *Soterium l c. p. 340. 341.* (24) *V. Syntagma de Scr. Anon. & Pſeudon.*, *P. II.*, *p. 267.* (25.) V. de illa Placcii ipſius *Deſignationem capitum Libri de Prævaricatione*, *Muſis* A. 1695. inſertam *Juridicis*, ac *T. II. Theatri Anon. & Pſeudon. p. 129.*, nec non qvæ de Blumio, *Tomo II.* Operis hujus noſtri, ſunt narrata.

has aliasqve fori turbas ac moleſtias longe magis deinceps ſtudiis delectabatur tranqvillioribus, Gymnaſiiqve Profeſſoribus, qvorum numerus ad duos tunc erat redactus, haud invitis, in privatim inſtituenda juventute, ferebat ſuppetias. Qvæ diligentia cum Senatui probaretur Hamburgenſi, ab hoc, Gymnaſium inſtauraturo, qvatuorqve novis Doctoribus ornaturo publicis. A. 1675. (non 1665., uti *in Novis literariis* perperam traditur *Germanicis* (26.)), die 11. Januarii, Philoſophiæ Practicæ & Eloqventiæ electus eſt Profeſſor, munusqve iſtud gemnum, d. 11. Martii, *Oratione de Juvene idoneo Ethices auditore* ſolenni auſpicatus (27.). Officio hoc docendi in Gymnaſio patrio, cujus qvater ſimul (A. 1677. 1683. 1689. ac 1695.) egit Rectorem (28.), bisqve Prorectorem, per annos 24. continuos, ad obitum usqve, ſumma, uti Diſcipuli ejus plurimi, ab ipſo Jus etiam Naturale & civile privatim edocti, ac ad varias poſtea evecti dignitates, mente grata fatentur, functus eſt fide atqve induſtria, *in Programmate funebri* Edzardino ita celebratis: *Ornavit Spartam ſuam ita, ut non modo ſeſe Virum eruditiſſimum, Doctorem acutiſſimum, Præceptorem candidum, Profeſſorem induſtrium, Rectorem graviſſimum, ſed & Collegam amiciſſimum, nunqvam non probaverit. - - Candor Viri in docendo tantus erat, ut nihil unqvam eorum, qvæ prodeſſe poſſent, ſuos celaret auditores, nihil ſibi uni ſcire conſtituiſſet, omnia in illos transfundere anniteretur. Adeſt teſtium nubes, qvi ſe ingentem ex ejus inſtitutione fructum percepiſſe grati profitentur, & in magna felicitatis parte ponunt, illum ad ingrediendam ſtudiorum rationem Principem habuiſſe. Candor induſtriam habebat comitem, eamqve tantam, ut ad votum dies ipſi actus non videretur, ni eum cum iis diviſiſſet, qvi ex ipſius ſermonibus proficere deſiderabant. Nam a ſummo qvidem mane, cum per valetudinem licebat, usqve ad meridiem, ſtudiis, inde vero, donec veſpera ingruiſſet, prælectionibus collegiisqve, vacabat, ſingulis etiam operam ſuam qvam libentiſſime addicens. Atqve, ut ſibi tantum viveret, & auditoribus ſuis, animum ad rem uxoriam nunqvam applicuit, rei familiaris cura vacuus agens, omnemqve temporis partem ad ea transferens, qvibus literaria res adjuvari videbatur.* Gemina his Joh. Alb. Fabricius, in *Vita* ejus, narrat, additqve, ad auditorum provocans teſtimonium, *in acroaſibus ipſius & prælectionibus, longe minus obſervatam fuiſſe illam obſcuritatem, qvæ in locis qvibusdam ſcriptorum ejus, ex denſitate ſenſuum, una ſubinde in periodo orationis arctius conſtipatorum, profecta, delicatiores qvosdam conſvevit offendere. De* προθυμίᾳ, qva diſcipulis non libros ſolum Bibliothecæ ſuæ excuſos, ſed MSSta etiam, Analecta atqve excerpta propria, communicare eſt ſolitus, digna ſunt, qvæ adjiciantur, verba *Epiſtolæ* ipſius *de Excerptorum hiſtoria propriorum* ſeqventia (29.): *Ego ſane vel te, una cum auditoribus meis cunctis, juxta cum conſcientia mea, Deoqve, teſtes habeo idoneos ſatis & locupletes, qvam nihil qvidqvam unqvam meæ ſupellectilis librariæ vel literariæ, impreſſæ ſcriptæve, collectæ, aut excogitatæ, clam habuerim qvenqvam, inde qvid addiſcere volentem ac valentem. Neqve enim domeſticis ſaltem mea patuit Bibliotheca ſemper, etiam me per dies, imo hebdomades integras, domo, aut urbe adeo, abſente: ſed & commodato accipiendi ex iisdem vel modice noto copia facta eſt prompta unicuiqve omni tempore. Collectanea vero etiam mea, vel meditatione propria excogitata, qvantumvis imperfecta, neqve tamen eo minus mihi ſæpe labore magno comparata, facillimeqve ab aliqvo plagiario in ſe transmovenda, non modo non celavi unqvam, ſed & iis, qvibus docendis præfui, occaſione qvalibet inſpicienda non raro obtruſi. Certe, qvoties Collegio privato ſatis numeroſo, tertium adeo repetito, artem excerpendi propoſiti, non contentus ad calamum dictaſſe præcepta, & declaraſſe per exempla, mea qvoqve ipſius Excerpta omnibus omnia oſtendi, & digreſſus, qvamdiu vellent, perluſtranda ſingulis & univerſis reliqvi: non diſſimulatis etiam erroribus, in iisdem a me commiſſis, & ab ipſis, meo diſpendio ut lucrarentur, evitandis.* Qvam indolem κοινωνικὴν & εὐμετάδοτον minime ſibi fuiſſe noxiam, cum, in illum usqve diem, *nulla philyra, nedum liber aliqvis, tam incuſtodite pueris juvenibusqve ſua committenti fuerit ſurreptus*, ibidem teſtatur. Non minus prompto alacriqve animo, & illic, & ſub finem *Catalogi ſcriptorum propriorum, Invitationi ad Anonymos Pſevdonymosqve ſuos ſymbolis augendos* A. 1689. adjecti (30.), Viris eruditis, qvi de argumentis variis ex profeſſo commentaturi eſſent literariis, ſua de iisdem obtulit collectanea, nomine impertiti pro lubitu ſive addito, ſive ſuppreſſo, propriis immiſcenda, & cum iſtis publicanda. Qvalia de Hiſtoriæ literariæ & librariæ Scriptoribus, Phil. Labbei *Bibliothecæ Bibliothecarum* augendæ olim deſtinata, ſibi, eandem continuaturo, ab illo eſſe transmiſſa, *Partiqve II. Catalogi* ſui *Catalogorum*, Genevæ A. 1705. editæ, paſſim, præfixo aſterico, inſerta, Ant. Teiſerius in iſta (31.) indicavit. Sive domi commoraretur, ſive publice incederet, ſimilis meditabundo ita videbatur, ut moroſiorem etiam arbitrarere; ſed a propius accedentibus compellatus, humanum ſe, affabilem & ad officia promptiſſimum eſſe, abunde demonſtrabat. Qvavis hebdomade, tempore diei Sabbathi veſpertino, in ædes ejus, velut in Academiam qvandam eruditorum, confluebant, ex amicis, ſvavia cum illo de rebus literariis miſturi colloqvia; qvibus non minus recreabatur, qvam privatis, in horto ſuo, uno ab urbe lapide diſſito, de omni fere ſtudiorum genere, meditationibus ac lucubrationibus. Nulla enim propemodum pars erat eruditionis, qvam non attigerat, JCtus qvippe, Rhetor, Poeta, Philologus, Hiſtoricus & Philoſophus minime vulgaris, & de Jure præſertim naturali, Philoſophia morali arteqve Oratoria, acceſſionibus haud contemnendis ingenioſe ab ipſo locupletatis, præclare meritus; nec in Theologia & Medicina hoſpes, qvarum prioris, in perficienda atqve ſalubriori reddenda doctrina Ethica, poſterioris autem, in eadem methodo eleganti vulgataqve longe præſtantiori tradenda, dextre utebatur ſubſidiis. Sicut ab erroribus aliorum, præcipue ſuperſtitum, publice notandis atqve refutandis (32), ita a controverſiis etiam ac certaminibus literariis, ſe, qvamvis laceſſitum, alieniſſimum ſemper fuiſſe, cum alibi, tum in Epiſtola ad me M. Sept. A. 1689. exarata, verbis profeſſus eſt ſeqventibus: *Contagionem rixarum literariarum usqve adeo huc usqve vitavi ſollicite, ac vitare porro conſtitui, ut, pluribus jam mordacibus ſatis convitiis impetitus publice, nulli reſpondere voluerim verbulo.* Danielem Hartnaccium ſane reſponſo, eodem A. 1689., haud dignabatur, licet is, cum Gymnaſii Hamburgenſis alumnis a Scholarchis, ne Collegia ſua freqventarent, ſvaſu, uti credebat, noſtri, eſſet interdictum, vehementer irritatus, ſcheda ipſum adoriretur inſulſa, ſub titulo der Nöhtigen Beſchneidung des zu weit und ungeziemend ausgeſtreckten Theils der Mißgunſt und Tadelſucht edita (33.), inqve iſtius præfatione novam invectivam, Phædri ſui inſerendam procemio, ſcriptumqve aliud ſcopticum, ſub inſcriptione der Ausführlichen Beleuchtung der Plackereyen *Placcii* prodituram, minaretur. Cum ſolo fere literariæ contentionis ſerram publice aliqvoties reciprocavit Chriſt. Thomaſio, Academiæ Halenſis Anteceſſore, qvem cum, pietate in Deum motus, literis privatis, ſub ficto *Chriſtiani Philothomæ* exaratis nomine, de falſitate ſententiæ, in *Jurisprudentiæ divinæ Inſtitutionibus* propoſitæ, cultum Dei na-

turalem

(26) *M. Jul. A. 1708., p. 277.* (27.) V. Mich. Kirſtenii *Programma* Orationi Placcianæ præmiſſum, & *Monumenta Gymnaſii Hamburg. inſtaurati p. 5.* (28.) V. Joh. Alb. Fabricii *P. II. Memor. Hamburg. p. 1068. 1069.* (29.) *p. 187. 188. 189.* (30.) *p. 8.* (31.) *p. 262. 263.* Conf. *Acta Erud. Lipſ., M. Jul. A. 1705., p. 335. 336.* (32.) V. *Lib. de Arte excerpendi p. 55., Epiſt. de Excerptis propriis p. 227., & Epiſtolam curioſam, ſub Nicetæ Spilii larva editam, p. 7. 8. 9.* (33.) A. 1689. in 8. (1. und ein halbes pl.).

turalem negantis externum, monuiſſet, ab illo, ſe Autorem epiſtolæ eſſe edocto, *male*, ſicut ipſe conqveritur (34.), in ſcriptis *habitus eſt* publicis, *& contumelioſiſſime tractatus*. Certamen alterum, de iis, qvæ in jure ſunt favorabilia vel odioſa, cui A. 1693. cum eodem eſt implicitus, cujusqve mentionem Scriptorum noſtri reſervamus indici, poſt edita Schediasmata aliqvot ἐριστικὰ ἀμοιβαῖα, noſter A. 1695. Epiſtola peculiari interrumpere, qvam ulterius continuare, maluit. Virtutibus, Doctore Philoſophiæ moralis Chriſtiano dignis, aliisqve, exemplo futuris, ſerio ſtuduit; e qvibus ab Edzardo ac Fabricio, Vitæ ſcriptoribus, præter candorem, juſtitiam, beneficentiam in pauperes, modeſtiam, ſobrietatem ac patientiam, infucata præſertim celebratur Pietas, auditoribus etiam aliisqve, nulla occaſione prætermiſſa, aſſidue inculcata. Cujus inſtinctu & Symboli loco verba: *In nomine JEſu Chriſti*, uſurpaſſe perhibetur, & albis amicorum diſcipulorumqve hoc inſcripſiſſe diſtichon:

Unus amor JEſu reliqvos tibi (mihi) vincat amores:
Dulcior hic dulci qvolibet eſſe ſolet.

A nævis tamen vitiorum omnibus, ob fragilitatem, haud fuit immunis, humanam. E qvibus, Fabricii indicio, cupiditas gloriæ, qvam ſapientibus qvoqve noviſſimam exui Tacitus judicavit, ἰδιογνωμοσύνη, in os ſibi contradicentem haud facile ferens, & iracundia vehementior, nobis innotuerunt. Teſte enim illo, *pronior ad iram facile excandeſcebat, offenſus præcipue a ſuis; neqve ipſum hoc fugit vitii, ſed etiam atqve etiam reprimendo illud negabat ſe poſſe ſibi plane ſatisfacere, bile neqvicqvam audiente habenas rationis, ſed mirum qvandoqve in modum efferveſcente.* Pro virili tamen affectui vitioſo reluctabatur, eoqve fine, cum, in *Medicina morum practica*, de vitiis reliqvis curandis ſive emendandis breviter tantum agere conſtituiſſet, Iracundiæ, ejusqve ſignis & remediis, peculiare deſtinavit, ſolumqve abſolvit & ἀνέκδοτον reliqvit, opuſculum. De qvo ita ipſe *in Epiſtola de Excerptorum hiſtoria propriorum* (35.): *Ex iis* (curationibus vitiorum) *una, qvæ eſt Iracundiæ, meis ipſius neceſſariis, ob proclivitatem ad id vitium proh dolor! ineluctabilem, uſibus, ex profeſſo & plenius pertractata, in juſti voluminis ſeparati molem jam excrevit.* Valetudine, per omnem ferme vitam, fuit infirma, variisqve morbis (de qvibus etiam *Tomo I. Theatri Anonymorum & Pſevdonymorum* (36.) publice eſt conqveſtus), præſertim vero hypochondriaco, colico, febribusqve & doloribus arthriticis, obnoxia. Ex his Arthritis (cujus cauſam ſibi fuiſſe controverſiam cum D. Jac. Blumio forenſem, per literas, uti ſupra jam monui, ipſe mihi retulit), ab A. 1677. ad 1687., qvotannis propemodum ea recurrebat vehementia, ut non a pedibus modo, ſed & a manibus, talis genibusqve, laboraret, ac ſæpe per integrum menſem, nonnunqvam etiam per plures, decumbere cogeretur. Qvid qvod A. 1683 adeo eſt aucta, ut, M. Januario, viribus omnibus proſtratis, mortem ſerio opperiri cœperit, nataliqve ſuo conceptas jam olim Teſtamenti tabulas, vocatis teſtibus, ſignari curaverit. Non tamen ſolum, præter expectationem, tunc convaluit, ſed & A. 1687., arthritidem, diu hactenus medicamentis aliis exqviſitiſſimis fruſtra impugnatam, feliciſſimo eodemqve viliſſimo fugavit remedio, mutata prorſus victus ratione ſolo deinceps lacte vivens; eo qvidem eventu, ut, accedente ſupremi Numinis auxilio, nova qvaſi ſangvinis totiusqve corporis temperies ſucceſſerit, nec arthritis tantum, ſed qvicqvid morborum ipſum antea occupaverat, omne deſierit, accreſcensqve ætas ipſa juventute firmior vegetiorqve apparuerit. Cujus diætæ lacteæ effectus mirabiles & ſaluberrimos, præter Edzardum & Fabricium, Vitæ ſcriptores, ipſe qvoqve Placcius, non toto aſſe ſe paſci, & dupondio non integro in dies ſingulos eſſe ſaturum, ſubinde coram amicis gloriatus, celebravit, *in Invitatione ad Anonymos & Pſevdonymos ſuos ſymbolis augendos* (37.) ita ſcribens: *Articularibus doloribus, qvi antea, majorem anni partem, vel tractandis me, nedum pertractandis, meis in hoc argumento congeſtis, non exigua mole ſchedis atqve libellis, inutilem efficere ſolebant, levatus ſum hoc ipſo anno, per auxilium inexpectatum prope ac miraculoſum lacteæ diætæ, contra conſilium amicorum & Medicorum omnium, ab hypochondriaco, cachectico, & morborum colluvie multiplici ad extremam virium imbecillitatem dejecto, inſtitutæ, tanto cum ſucceſſu, ut nemo non mecum qvaſi renaſcentem me (utinam ſpiritu æqve, vel magis, qvam corpore & ingenio) indies ſtuperet.* Qvibus gemina ſunt hæc, qvæ ſub finem *Invitationis* ejusdem (38.) leguntur: *Tenuiſſima diæta utens, dum, ſeſqvianno jam integro, præter ſinum lactis, & buccellam panis eidem intinctam, raro qvidqvam nutrimenti aſſumo, Pythagoreorum veterum, aut Capucinorum hodiernorum inſtar, eſu non modo viventium, ſed potu etiam omni alio, qvam lactis, abſtinens, vitam ſuſtento.* Imo, ſi *Catalogo nundin. Anni 1710. vern. Lipſienſi* (39.) tuto poteſt credi, Hamburgi, anno iſto 1710., Tractatus D. Ant. Lüderi, Medici Hamburgenſis, Placcio amiciſſimi, de Diæta hac lactea Germanicus peculiaris, ſub titulo der Placcianiſchen Milch-Cur, prodiit (40.), meis nondum oblatus oculis. Verum diætæ iſti, qva, annis XII. Vitæ ultimis, dolorum arthriticorum exqviſitiſſimorum noſter feliciter retudit aculeos, vimqve omnem chiragræ podagræqve repreſſit, conſtanter & aſſidue, teſte Hiſtoria Vitæ Fabriciana, inhærere ipſum oportuit, qvod, ſi vel pauxillo juſculo aut ovis veſci aliqvando auderet, dolores mox priſtinos iterum ſentiret imminentes, Dominiqve ſeveriſſimi inſtar novum minantes ſupplicium. Debilitate hac corporis valetudinarii mortis qvotidie commonefactus appropinqvantis, ſedulo ſe ad diſceſſum e vita præparavit, ædibusqve ſuis verba inſcribi curavit Horatiana: *Linqvenda tellus & domus;* non adjunctis tamen (uti ſcite a Fabricio eſt obſervatum) mox ſeqventibus *& placens uxor*, qvod vitam omnem cœlebs exegiſſet. Nec horrebat mortem, alacriter hanc obire vel Philoſopho, nedum homini Chriſtiano, non eſſe difficile, perſvaſus, *artemqve moriendi eſſe artem nihil agendi* affirmare, ſed ſano ſenſu, in colloqvio cum Joh. Alb. Fabricio, haud veritus. Animo certe imperterrito, cum, Aſthmate tandem, paroxyſmis freqventibus apoplecticis, febre hectica, aliisqve ſymptomatis, confectus, imminere hanc ſibi ſentiret, adventantem excepit, Deiqve miſericordia & JEſu Servatoris merito nixus, nomine hujus ſanctiſſimo, ac verbis in cruce noviſſimis (*Pater, in manus tuas commendo Spiritum meum*), ſæpius repetitis, Anno æræ Chriſtianæ 1699., ætatis autem 58., die Viridium, qvi ſextus erat Aprilis, placide expiravit. Exuviæ, ſicut morti vicinus juſſerat, abſqve pompa ulla, Veſpertino funere, amicis tantum qvibusdam comitantibus, ſepulchro illatæ ſunt ædis Cathedralis avito. Cui ipſe, ſumptibus ſuis, Monumentum adjungi curavit Epitaphium, memoriam non ſui ſolum, ſed & Parentis utriusqve, Aviqve materni D. Joh. Garneri, Syndici Hamburgenſis, inſcriptione brevi, a Joh. Alb. Fabricio (41.) recitata, ab oblivione vindicaturum. Præter qvam ſeqventem qvoqve idem exhibet Fabricius, ab ipſo qvidem concinnatam Placcio, ſed *Diario* tantum MS. præfixam, nulliqve inſculptam Monumento:

(34.) *in Epiſtola, cur cum Chriſt. Thomaſio nihil amplius ſibi cenſeat publice diſceptandum.* (35.) p. 210. (36.) p. 290. & 226. (37.) p. 31. (38.) p. 52. 53. (39.) p. 47. (40.) in 8. (41.) *in Vita Placcii, & in Auctario Inſcriptionum Theod. Anckelmanni Hamburgenſium, n. 126., p. 39.*

D.O.M.S.

D. O. M. S. Hoc ſaxo qvæ teguntur oſſa, ſunt Vincentii Placcii, Hamb., J. U. L., qvi, juſtitiam Dei & miſericordiam in hac Vita continuam expertus, longo & ſævo multorum annorum morbo diu maceratus, tandem, diu hoc optans, placide obiit A. D. MDCXCIX, die VI. April., Ætat. LVII.: A Deo & ſtudiis inſeparabilis; qvorum absqve alterutro ſi fuiſſet, fortaſſis diutius in hoc ævo manſiſſet, non vixiſſet, uti fecit facietqve, & in hoc & in altero ſeculo, fama eruditionis & morum, ac ſpe beatæ reſurrectionis, immortalis.

Vita ſine Literis ſomnus, ſine Chriſto mors eſt.

Moribundus egenis, & Judæis ſacra Chriſtiana amplexis (qvi etiam antehac ſuperſtitis benignitate qvotannis erant ſublevati), dona nummaria legavit haud exigua, & Bibliothecam qvater mille amplius voluminum Johanneæ addixit urbis Hamburgenſis publicæ, in periſtylio hujus novo ſuperiori ſeorſim A. 1702. collocatam. In Tabulis præterea voluntatis ultimæ peculiaribus Germanicis, Hamburgi A. 1699., juſſu ipſius, per Teſtamenti Executores (Barth. Waltherum J. U. D., Helvicum Sylmium, J. U. L. & Secretarium, Chriſtoph. Willeh. Hilckenium J. U. Lic., & Eberh. Anckelmannum, LL. Or. Profeſſorem), editis, Latineqve in *Vita* noſtri obviis Fabriciana, e reliqvis bonis ſuis univerſis, ternis, aut, ſi redituum rationes permiſerint, pluribus Gymnaſii Hamburgenſis alumnis, ſolidæ eruditionis cupidis, liberale 100. vel 200. Marcarum, per tres, qvatuor aut qvinqve annos, præberi juſſit ſtipendium. Qva munificentia, & de literis, & juventute patriæ ſtudioſa, & Gymnaſio Hamburgenſi, præclare eſt meritus. In cujus profeſſione gemina Ethico Oratoria M. Georg. Raphelium, Lubena Sileſium, ſuum olim amanuenſem, ac Paſtorem deinceps Lüneburgenſem, fruſtra ſibi optavit ſubrogari, ſucceſſorem vero jam defunctus habuit Joh. Alb. Fabricium, Lipſienſem, Virum magni jampridem, ob πολυμάθειαν inſignem, nominis.

Vitæ Placcii hiſtoriam e Succeſſoris hujus, Celeb. Fabricii, Narratione de illa, noſtri *Theatro Anonymorum & Pſevdonymorum* poſthumo, Hamburgi A. 1708. edito, præfixa, & Georgii Eliezeris Edzardi, Gymnaſii Hamburgenſis itidem Profeſſoris, *Programmate* de eadem *Funebri*, Hamburgi A. 1699. (*in fol.*) excuſo, magnam partem ſumus mutuati, & ex ipſius *Soterio votivo ad Deum heroico* (*Libro* III. *Carminum p. 314-348.* obvio, *Epiſtola de Excerptorum hiſtoria propriorum*, *Invitatione ad Anonymos & Pſevdonymos ſymbolis augendos* (in qva Amici illius potiores enumerantur aut celebrantur), ſcriptisqve aliis, jam ante citatis, paſſim auximus. Addi his poſſunt breviores de Vita Noſtri relationes, qvas, e *Programmate* Edzardino, Pet. Ambr. Lehmannus, in den Hiſtoriſchen Remarqves des Jahres 1699., *num. 19., p. 147. 148. 149.*, & Anonymus in den Excerptis curioſis aus den Gazetten des Jahrs 1699. *p. 60.*, e Biographia autem Fabriciana *Novorum Germaniæ Literariorum Hamburgenſium* Collectores, *M. Julio A. 1708., p. 274-280.*, Pariſienſes *in Diario eruditorum Gallico*, *M. Martio A. 1710., p. 324-330.*, Joh. Franc. Buddeus *in Appendice Lexici Hiſtorici Germanici p. 29.*, Adolphus Clarmundus ὁ ψευδώνυμος, *Parte X.* der Lebens-Beſchreibungen Hauptgelehrter Männer, *p. 116-144.*, & Joh. Fabricius *Parte* III. *Hiſtoriæ Biblioth. Fabricianæ p. 171. 172.*, exhibuerunt.

Catalogum Scriptorum ſuorum, editorum pariter atqve ἀνεκδότων, Placcius ipſemet ſæpius, & ſubinde qvidem auctiorem, Libris, qvos juris faciebat publici, adjecit aliis, Anno ſcil. 1674. *Syntagmati de Scriptoribus Anonymis*, eiqve ſubjuncto *Indici Auctorum ſuppoſititiorum* Joh. Rhodii, A. 1679. *Tractationi bipartitæ de Actionibus*, A. 1686. *Excerptis binis Rhetoricarum Acceſſionum*, A. 1689. *Invitationi ad Anonymos ac Pſevdonymos augendos*, & A. 1693. *Muſis Juridicis.* E qvo utraqve etiam *ll. cc.* a Fabricio & *Novorum Germaniæ literariorum* Collectoribus, edita vero tantum a Pariſienſibus, ſunt enumerata. Ineditorum plerorumqve inſtitutum ac methodum *Epiſtola* noſtri *de Excerptorum hiſtoria propriorum* delineavit.

Conferri de illo poſſunt, præter alios in Vita allegatos, Mich. Kirſtenii *Programma*, *Orationi ejus auſpicali Hamburgenſi A. 1675. præmiſſum*, Ant. Lüderi Tr. von der Placcianiſchen Milch-Cur, paulo ante laudatus, Chriſt. Weiſii, Rect. Zittav., Epiſtolæ duæ ad ipſum, inter Weiſianas ſelectiores, Budiſſæ A. 1716. editas, *num. XI., p. 21-26., & num. LIX., p. 149-156.*, obviæ, Joh. Deckheri *Epiſtola Conjecturarum de Scriptis adeſpotis* (A. 1678. ei inſcriptarum) *dedicatoria*, Gerhardi a Maſtricht *Epiſtola ad Burch. Gotth. Struvium*, hujus *Introductionis ad notitiam rei literariæ editionis ſecundæ capiti IV.* inſerta, *p. 163. 164. 165.*, G. M. Königii *Biblioth. V. & N. p. 645.*, Dan. Gvilh. Molleri *Diſſ. de præparatione abiturientium in Italiam* (A. 1679. illi inſcripta) *p. 35.*, *Nova Literaria Germaniæ, M. Febr. A. 1707., p. 42. 43.*, Ant. Teiſſerii *Catalogus Catalogorum*, *P. I.*, *p. 312. 313., & P. II*, *p. 262. 263.*, Joh. Alb. Fabricii *Pars* II. *Memoriarum Hamburgenſium p. 1068. 1069. 1093.*, Joh. Chriſtoph. Wolfii *Primitiæ Flensburgenſes, ſeu Or. de Eruditis præcocibus, p. 24.*, Corn. a Beüghem *Apparatus ad Hiſt. lit. noviſſ., Conſp.* I. *p. 323.*, *Conſp.* II. *p. 247. 248.*, *Conſp.* III. *p. 154. 155.*, *& Conſp. IV. p. 232. 454. 484.*, Jac. Frid. Reimanni *Introductio ad Hiſt. lit. German. vernacula*, *P.* III., *Sect.* I., *p. 381. 382. 389. 392.*, *& Sect.* II., *p. 620-634.*, Joh. Kleſekeri *Bibliotheca eruditorum præcocium p. 298.*, & *Iſagoge* mea *ad Hiſt. Cimbr., P. IV., c. 10., p. 612. 617. 619., ac c. 11. p. 624.*

ELOGIA.

Lipſienſes, *in Actis Eruditorum*, *M. Febr. A. 1685., p. 56.*, ſcripta ἀνέκδοτα illius edi *optarunt*; ipſum vero, ſalutarunt, *M. Majo A. 1689., p. 299.*, *Virum in literis concinnandis ac curioſe ſcrutandis induſtrium*; *M. Aug. A. 1695., p. 353. 354.*, *Auctorem celeberrimum, qvi, in perſcrutanda univerſa Philoſophia, viam calcavit planiſſimam, & a vulgi ſemitis haud parum diſtinctam*, ac, *M. Julio A. 1699., p. 336.*, *Virum doctiſſimum integerrimumqve.*

Mich. Kirſtenius (in *Programmate* paulo ante citato *p. 7.*) eum, ob *vigorem & decus ingenii*, *Philoſophiæ ſcientiam, plurium peritiam lingvarum, eloqventiæ lumen, uſumqve vitæ civilis, multis peregrinationibus confirmatum*, commendavit.

Phil. Jac. Spenero (*P. I.* der Theolog. Bedencken, *c. 1.*, *Sect. 47.*, *p. 234.*) audit ein rechtſchaffener Mann.

Joh. Chriſtoph. Becmanno (*in Diſſ. de Jure Principis recipiendi exules fidei ſocios*, *c. 5.*, *p. 47.*) *Vir doctiſſimus.*

Joh. Frid. Mayero (*in Diſſ. Epiſt. ad eum, farraginem Anonymorum & Pſevdonymorum exhibente p. 3.*) *Vir Juris & omnis literaturæ conſultiſſimus*; nec non (*ibid. p. 7.*) *Magnus publicæ utilitatis conciliator, defectuumqve literariorum averruncus, ſcriptis pridem inclytus fructuoſiſſimis pariter atqve exaſciatiſſimis*; & (*p. 19.*) *Vir de literis optime merens.*

Joh. Deckhero (*in Ep. dedic. Conjectur. de ſcriptis adeſpotis*) *Vir de bonis literis, ſuoqve ſeculo, optime meritus.*

Henr. Baſnagio (*en l' Hiſtoire des Ouvrages des ſçavans*, *M. Jan. A. 1690.*, *p. 212.*) *Un des plus habiles hommes d' Allemagne.*

Pet. Jac. Villanio, ſive Angelico Aproſio (*en la Viſiera Alzata p. 48. 49.*), *Il Dottiſſimo Placcio.*

Henr.

Henr. Meibomio juniori (*in præfat. Coſmodromii Gobelini Perſonæ, Tomo I. Rer. German. p. 60.*) *Vir doctiſſimus & multæ lectionis*; nec non (*in Additt. ad V. H. Vogleri Introd. in notit. bon. Script. p. 172.*) *Vir propter ingenium & judicium, ſummumqve laborem, qvem inter adverſæ valetudinis maxima incommoda non fugit, laudandus.*

D. G. Morhofio (*T. I. Polyhiſt., L. I., c. 16., p. 200.*) *Vir doctiſſimus*; ac (*Lib. III. ejusdem, c. 2., p. 612.*) *Vir eruditus, & ad rei literariæ bonum multa & præclara moliens.*

Georg. Caſp. Kirchmaiero (*in* ὑπογυπωμένοις *Decori, Oratori ſacro obſervandi, c. 4., § 1., p. 20.*) *Vir acutiſſimi ingenii.*

Joach. Fellero (*in Poemate de Brabeis Philoſophicis*, A. 1690. Lipſiæ edito, *p. 29.*) *Reſonans mundi Cymbalum Pierii.*

Joh. Gotfr. Oleario (in Epiſt. ad Chriſt. Weiſium, *Tomo II. Theatri Anon. & Pſevdon.* Placciani *p. 337. 338.* inſerta) *Vir doctiſſimus & oculatiſſimus.*

Jac. Rhenferdio (*in præfat. Syntagmatis Diſſertationum de Stylo N. T. p. 25.*) *Vir clariſſimus, & de re literaria meritiſſimus.*

Joh. Franc. Buddeo (*in Diſſ. de Pietate ſeu Religione naturali, §. 24., p. 14.*) *Vir eruditiſſimus*, & (*in Appendice Lexici Hiſtorici Germanici p. 29.*) ein berühmter Polyhiſtor und Philoſophus.

Joh. Chriſtoph. Rumetſchio (*in Tr. de Conjecturis ultimi temporis p. 51.*) *Vir eruditiſſimus*, & (*in Sched. de Hiſtoria Theologorum Evangelicorum p. 25.*) *Vir infinitæ lectionis.*

Wilh. Ern Tenzelio (*in Dialogis menſtruis Germ., M. Jun. A. 1696.*) ein berühmter Philoſophus.

Ehrenfrido Klotzio (*in præfat. Differentiarum Juris Civ. & Reformationis Francofurtanæ, Tomo II. Theatri Anon. & Pſevdon.* Placciani *p. 573.* allegata) *Decus illud Hamburgi incomparabile, Virqve omnibus ſcientiis, qvibus perficiendis natus, exſplendeſcens.*

Gothofr. Vogtius (*in Epiſtola ad Viros doctos Hamburgenſes p. 5.*), ſe *ſingularem* ejus *eruditionem, cum probitate conjunctam, plurimi ſemper feciſſe*, eſt profeſſus.

Chriſt. Weiſius (*Epiſt. 59. ad illum*, paulo ante allegata, *p. 155.*) *clariſſima* ei tribuit *in rempublicam literariam merita.*

Joh Burch. Majus (*in Or. de Hiſtoria univerſali Seculi XVII. ſcribenda p. 29.*) illum inter Seculi noſtri locum mereri judicavit Polyhiſtoras.

Georg. Eliez. Edzardus (*in Programmate de vita ejus funebri*) ob *doctrinam* eum celebravit, *non variam modo, ſed &, qvod palmarium eſt, ſolidam recteqve confirmatam.*

Joh. Alb. Fabricio (*in Vita ejus*) *Philoſophus* audit *acutiſſimus*, & (*P. II. Memor. Hamburg. p. 1093.*) *Vir inſignis.*

Z. Celſpirio, ſive Georg. Serpilio (*Lib. I. de Anagrammatiſmo, P. I., c. 8., p. 80.*), *Athenæi Hamburgenſis Oraculum.*

Joh. Chriſtoph. Wolfio (*in Or. de Eruditis præcocibus p. 24.*), *Vir doctiſſimus, cujus acumini ſingulari Moralis doctrina noſtra ætate multas acceſſiones refert acceptas, qviqve admodum adoleſcens, tum aliis ſpeciminibus, tum inprimis terſis ingenioſisqve Poematibus, maximam ingenii vim induſtriæqve amplitudinem probavit.*

Pet. Ambr. Lehmanno (in den Hiſtoriſchen Remarqves des 1699. Jahres, *num. 19., p. 147. 148. 149.*) ein Mann von ſo ungemeiner Gottesfurcht als Gelahrtheit, wodurch er nicht nur in ſeinem Vaterlande, ſondern auch bey der gantzen gelahrten Welt, unſterblichen Ruhm erworben: und von dem man mit Wahrheit kan ſagen, daß er in allen facultäten excellirer: *Theologus vita, doctrina Jureperitus, & victu Medicus jure vocandus erat.*

Joh. Caſp. Eberto (*in præfat.* des Cabinets des gelehrten Frauenzimmers *p. 28. 29.*) der Nett-gelehrte Hamburgiſche Polyhiſtor.

Addi Encomiaſtis hiſce, præter alios, poteſt Laur. Normannus, Prof. Theol. Upſalienſis, qvem, *in Diſſ. de Socrate*, laudes in ſe contuliſſe inſignes Placcius ipſe, *in Ep. dedic. Libri de Arte excerpendi*, eſt teſtatus.

E Scriptis ejus, illa ſpeciatim, qvæ Philoſophiam moralem methodo Artis Medicæ propoſuerunt commodiſſima, variisqve locupletarunt acceſſionibus, cum edita, tum inedita, commendarunt, & poſteriora in lucem proferri optarunt publicam, D. G. Morhofius *T. III. Polyhiſt., Lib. I., p. 5.*, Dan. Gvilh. Mollerus *in Diſſ. de præparatione abiturientium in Italiam p. 35.*, Georg. Paſchius *in Tr. de Curioſis hujus ſeculi Inventis, c. 4., p. 232-239. edit. ſecundæ*, Seb. Kortholtus *in Diſſ. de Doctrinæ Morum ſcriptoribus p. 13.*, & Lipſienſes (Joh. Franc. Buddeum ac Joh. Jac. Lehmannum Ethicam methodo Placciana, in ſuis illius compendiis, itidem tradidiſſe addentes) *in Actis Eruditorum Germanicis, Parte XXXVII., p. 63. 64.* Virgula contra cenſoria eadem notarunt Dan. Hartnaccius, noſtri adverſarius, *Parte I. Hodegi Bibliothecarii, p. 4.*, ei Cacoethes præter neceſſitatem virtutes ac vitia multiplicandi, novaqve his nomina imponendi, ſuppreſſo licet illius nomine, exprobrans, & Gothofr. Klingerus qvidam, in Epiſtola ad Chriſt. Weiſium, *Epiſtolarum* Weiſii *ſelectiorum Appendici, num. 53., p. 379.*, inſerta, ita ſcribere haud veritus: *E Placcio usqve adeo nihil didici, ut poeniteat me operæ in eo legendo abſumptæ. - - Ad qvidvis potius, qvam ad moralia, natus videtur Placcius ille.*

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Atlantis retecta, ſive de prima Navigatione Chriſtophori Columbi in Americam Poema ephebicum Heroicum, cum Annotationibus qvibusdam. Hamburgi A. 1659. & 1665. in 8. Locum etiam invenit *Libro I. Carminum* (de qvibus paulo poſt dicetur) *puerilium & juvenilium*, Amſtelodami A. 1668. *in 12.* excuſorum. Scripta eſt ab eo A. C. 1658., ætatisqve 16., ac præcocis proinde fœtus ingenii. Ol Borrichius nihilominus (*Diſſ. IV. de Poetis Latinis p. 134.*) hoc eam dignatur elogio: *Nec fraudandus encomio Vinc. Placcius, qvi Columbi in Americam navigationem epico reddidit non inficiando.*

De Iuriſconſulto perfecto in genere Liber unus, exhibens officia & reqviſita, efficientia ac perficientia Juriſconſultum, adeoqve Scientiæ interpretandi Jura, ex primis ſuis & genuinis principiis, ſummatim, qvanta fieri potuit brevitate, demonſtrata Elementa (*capitibus XII.*) complectens: Acceſſit, Appendicis loco, Syntagma Regularum aliqvot interpretandi falſarum, cum refutatione, ex poſitis ante principiis petita: Auctore Nomico Pacemuto Analyticophilo (*i. e. Vinc. Placcio*). Auguſtæ (*ſive potius Patavii*), apud Andr Kühnium, A. 1664. in 4. Sub vero Placcii, Autoris illius, nomine, remota larva priſtina, auctior emendatiorqve Hamburgi A. 1693. *in 4.* ſecunda recuſus eſt editione: cui etiam tunc primum acceſſerunt Muſæ Juridicæ, ſive Opuſcula Iuridica novem, edita partim jam & recuſa, confecta partim & nunc prodeuntia, affecta partim & olim edenda, concepta partim, ſed derelicta, & delineata ſaltem aliis felicius elaboraturis. E qva poſteriori

editio-

editione recenſus & *Libri de JCto perfecto, ſive interpretatione Legum, in genere*, & *Muſarum Juridicarum*, exhibuerunt Lipſienſes *in Actis Eruditorum, M. Julii A. 1693., p. 380-383*, Wilh Ern Tenzelius *in Dialogis menſtruis Germanicis, M Nov. A. 1693., p. 855-859.*, Gothofr. Zeünerus im Frühlings-Parnaſſo des 1694. Jahres *p. 183-188.*, & Pet. Rabus im Boekzaal van Europe, *M. Majo & Junio A. 1694., p. 540-543.* In *Libro de JCto perfecto*, qvem Viennæ in Auſtria, infirmitate corporis diuturna afflictus, & omni librorum orbatus auxilio, A. 1662. ſcripſit, & Patavii A. 1564., nominibus & urbis hujus, & ſuo Typographiqve Patavini, diſſimulatis, atqve in ficititia immutatis, edidit, ad incertitudinem Juris, ſummamqve in Legibus interpretandis diſcrepantiam, tollendas, certa ac ſolida interpretationis earum præcepta, ductu Analyticorum Ariſtotelis, eruditis ſiſtere, juvenis 20. annorum, eſt conatus, ſicut *in præfatione* editionis primæ, Viennæ Kal. Nov. A. 1662. exarata, profitetur. Fundamenti loco, uti recentius editionis ſecundæ docet procemium, labori huic ſubſtravit pagellas vix ſeptem iſtius argumenti, A. 1660., in prædio Neükirchenſi, e Præceptoris atqve Affinis ſui, Joh Feldeni, diſſerentis ore exceptas. Patavii illum, e Scriptoribus Bibliothecæ, cui præerat, publicæ Juridicis, locis horum, ſive conſonis, ſive diſſonis, partim in margine, partim in Appendice, adjectis, locupletavit, & ibidem, ſub larva anagrammatica *Nomici Pacemuti Analyticophili* (*verum nomen Vincentii Placcii Hammopolitæ occultante*) curavit imprimi. Qvem cum Typographus Patavinus Inqviſitori & Cenſori Pontificio obtuliſſet perluſtrandum, & ab illo, qvaternionibus compluribus jam excuſis, nomina Zaſii, Hotomanni, Hunnii, aliorumqve JCtorum, qvi allegabantur, celebrium, velut Autorum in prima Indicis Romani claſſe prohibitorum, expungere juberetur, is, ne ſumptus perderet, neglecto hoc mandato, in eo imprimendo perrexit, ſed, periculi vitandi gratia, in titulo Auguſtæ illum prodiiſſe finxit, ſeqve Andream Kühnium ſimili fallacia appellavit. Qvæ omnia ab ipſo narrantur Placcio, non in Procemio ſolum jam laudato, & *Tomo II. Theatri Anon. & Pſeudon. p. 463.*, ſed in Monito etiam αὐτογράφῳ, exemplo libri, qvod Bibliothecæ donavit Hamburgenſi, præmiſſo. In qvo etiam non Partem tantum Libri ſecundam de JCto Romano-Germanico ſpecialem, capita XV. comprehendentem, nondumqve juris factam publici, ſed & auctiorem primæ hujus editionem, ſtyli, ſtudioſe, cum latere etiamnum vellet, deformati, ſimul emendaturam vitia, eſt pollicitus. Hanc tamen, Breviario ejuſdem A. 1665. Aureliæ, *in Diſputatione de Interpretatione Legum inaugurali*, exhibito, per ſex fere luſtra diſtulit, qvod Joh. Feldenum affinem, ut argumentum hoc ſe plenius atqve ſolidius, *in Tractatu de Scientia cum omnes alias orationes, tum Leges in ſpecie Romanas, interpretandi* promiſſo, perſeqveretur, ſuis exoratum iri precibus ſperaret. Qvod cum in illo, A. 1689. Helmſtadii excuſo, partemqve argumenti iſtius tantum illuſtrante, non eſſe factum vidiſſet, Librum tandem ſuum, recognitum, cum Tractatu Feldeniano collatum, &, paucis mutatis nonnullisqve omiſſis, plurimis in locis auctum, A. 1693. denuo evulgavit. V. novum editionis hujus ſecundæ Procemium (cui noſter Indicem Operum Feldeni MSStorum, qvæ ipſe aſſervabat, atqve in lucem prolaturis offerebat, ſubjecit), & confer Joh. Alb. Fabricii *Vitam Placcianam p. 4. 5. 6.* Laudes ejus invenies in Nicetæ Spilii, ſive Placcii ipſius larvati, *elementa prorſus certa ſcientiæ interpretandi Juris in illo eſſe conſtituta, præceptaqve hujus primaria ſatis diſtincta certaqve demonſtrata*, pronunciantis, *Scriptoremqve Diarii Eruditorum Gallici*, Hedouvillium, privatim idem de eo tuliſſe judicium addentis, *Epiſtola curioſa ſuper Qvæſtionibus eruditis de tempore*, A. 1681. edita, *p. 86 87. 88.* Commendatus etiam eſt a D. G. Morhofio *T. III. Polyhiſt., Lib. VI., Sect 6., p. 94.*, Joh. Georg. Kulpiſio (qvem Placcii ipſius præfatio allegat recentior) *in Collegio Grotiano, ad Lib. II. c. 16.*, ac Joh. Chriſt. Ittero (*Librum* vocante *egregium*) *in Tr. de Honoribus Academicis, c. 7., §. 45., p. 276.* Cenſuram contra de illo rigidiorem, nec tamen prorſus iniqvam, tulit Chriſt. Thomaſius, *in Dodecade Qvæſtionum promiſcuarum, Qv. VII. de Favorabilibus & odioſis*, §. 10., ita Autorem allocutus: *Qværo ex Viro Clariſſimo, qvem uſum habeat ipſius Tractatus de JCto perfecto, ſeu Interpretatione Legum? Lego in Indice centum ſpecies Interpretationis, qvas ipſe excogitavit, ad qvas intelligendas minimum anno opus eſt. Putatne Vir Clariſſimus, effictione terminorum novorum melius Grotio ſe illuſtraſſe doctrinam de Interpretatione? Putatne meliores progeſſus facere juvenem, ſi diſcat, regulam aliqvam pertinere ad Interpretationem hypercriticam electitiam internam perfectivam, qvam ſi notet ſecundum doctrinam communem, eam pertinere ad interpretationem declarativam? Atqvi hoc eſt rem intricare, non explicare. Porro Regulas Interpretationis in Tractatu numerat 344. Qvanto tempore putat Vir Clariſſimus opus eſſe, ut juvenis eas non dicam intelligat (nam pleræqve nihil ſignificant, & ſunt meri ſine mente ſoni), ſed memoria teneat, &, ſi teneat, cui uſui?*

Muſæ Juridicæ, ſive Opuſcula Juridica novem, edita partim jam & recuſa, confecta partim & nunc prodeuntia, affecta partim & olim edenda, concepta partim ſed derelicta, & delineata ſaltem aliis felicius elaboraturis; qvæ editioni *Libri de JCto perfecto* ſecundæ, Hamburgi A. 1693 *in 4.* excuſæ, acceſſerunt Exhibentur in hoc Syntagmate: I. *Syntagma* Regularum interpretandi falſarum aliqvot, JCtis potiſſimum antiqvis uſitatarum, ſed ex *Juriſconſulti perfecti* regulis demonſtrativis refutatarum; qvod editioni ejuſdem *Libri de JCto perfecto* priori Patavinæ A. jam 1664. fuit additum, ſed hic allegationibus paucis auctum ſiſtitur. II. Theſes Inaugurales de Interpretatione Legum, Aureliæ A. 1665. propoſitæ, qvæ breviarium ſunt *Libri de JCto perfecto*. III. Ars interpretandi Jura, typo exiguo, qvoad definitiones, diviſiones & regulas ſuas, Tabellis delineata. IV. Idea Juriſconſulti Romano-Germanici perfecti, affecti qvidem, at vix perficiendi, capitibus ſuis ſummis delineata; cum Apparatu exiguo præparato, & ad ulteriorem elaborationem cujuscunqve volentis communicato. V. Idea Juriſconſulti Hamburgenſis perfecti, affecti leviter, at vix perficiendi, delineata ad analogiam JCti Romano-Germanici, capitibus ſuis ſummis, cum apparatu præparatorio exiguo ulterioris illuſtrationis, & Præfatione, qva Autor cives ſuos ad illuſtrationem Juris Civilis Hamburgenſis invitavit eruditam, ſuorumqve in hoc ſtadio conatuum iis ſpopondit communicationem. VI. Idea Tractatus Juridico methodici Theoretico-practici de Favorabilibus & odioſis in Jure, ulteriori volentis ac valentis elaborationi delineata; cum præfatione contra Chriſt. Thomaſium. VII. Conſilium compendioſum, poſthac D. V. ulteriori deductione ampliandum, de ſtudio Juris Civilis privati optime inſtituendo, & ad praxin qvamlibet convertendo. VIII. Delineatio Manuductionis ad ſtudium Juris Romano-Germanici privati, ratione ac autoritate aliorum, & experientia propria ſucceſſus non pœnitendi, probatæ. IX. Deſignatio Capitum & membrorum Libri proxime edendi de Prævaricatione & Prævaricatoribus (von Proceſs-Verrähtern und ihren Verrätherenen), occaſione controverſiæ cum D. Jac. Blumio, prævaricationis accuſato & convicto forenſis (uti in Vita noſtri jam narravimus), conſcripti. X. Catalogus Librorum Placcii Autoris editorum & edendorum. In Opuſculi ſexti, ſive *Ideæ Tractatus de Favorabilibus & odioſis in Jure*, procemio Placcius Chriſt. Thomaſium, Acad. Halenſis Anteceſſorem, *in Jurisprudentiæ divinæ Inſtitutionibus, Lib. II., c. 11., §. 160-176.*, & *Corollariis Diſſertationis de Nævis Jurisprudentiæ Romanæ*, nonnulla ſuæ de Favorabilibus ac odioſis ſententiæ haud congrua docentem, imo definiri illa poſſe negan-

gantem, refutare eſt conatus, & hac ratione controverſiæ cum eo implicitus literariæ. Eodem enim A. 1693. a Thomaſio oppoſita ipſi eſt *Dodecados Quæſtionum promiſcuarum Hiſtorico-Philoſophico Juridicarum*, *maximam partem paradoxarum*, Halæ *in 4.* excuſæ, *Quæſtio ſive Diſputatio VII.: An Favorabilia & odioſa in materia de Interpretatione definiri poſſint?* breviter ac modeſte, ſed & nervoſe ſimul ſolideqve, noſtro reſpondens. Qvam cum Placcius Hamburgi A. 1693. *in 4.* curaſſet recudi, adjectis *Annotationibus* ſuis contrariis, *JCtum perfectum*, & *Muſas Juridicas* (ſive *Ideam* potius *Tractatus de Favorabilibus*, iſtis inſertam), *defendentibus*, his a Thomaſio reponebatur *Quæſtio de definitione Favorabilium & odioſorum, cum Cl. Placcio ventilata*, ſive Appendix hujus argumenti, *Libro ſecundo Inſtitutionum Jurisprudentiæ divinæ*, *p. 372-422.*, in editione iſtarum ſecunda auctiori (qvæ Halæ A. 1694. *in 4.* prodiit), ſubjuncta. Finem certamini tandem impoſuit Placcii *Epiſtola ad Patronos & amicos*, *qvare ſibi cum Cl. Chriſt. Thomaſio nihil nunc amplius cenſeat publice diſceptandum*, indicans, *Acceſſionibus Ethicis*, *Juris Naturalis & Rhetoricis*, Hamburgi A. 1695. *in 8.* editis, ſubjecta. In iſta enim, ſe *Reſponſionem ad Appendicem* illam *Thomaſii*, qvamvis jam elaboratam, *Notasqve ad* ejusdem *Inſtitutiones Jurisprudentiæ divinæ*, *ac reliqva ſcripta Logica & Moralia*, ineditas malle premere, qvam litem continuare, eſt profeſſus.

Theſes Inaugurales de Interpretatione Legum, d. 5. Jan. A. 1665. propoſitæ. Aureliæ 1665. in 4. Recuſæ Hamburgi A. 1693. *in Muſis* (de qvibus modo eſt dictum) *Juridicis*. Breviarium ſunt (uti jam indicavi), *Libri de JCto perfecto*. Præfixum iis eſt Carmen Mich. Kirſtenii encomiaſticum. Carminum puerilium & juvenilium Libri IV. (*qvorum I. Atlantidem retectam cum Annotationibus*, II. *Crepundia*, III. *Sylvas*, *IV. autem Epigrammata*, *cum Epiſtola ad Chriſt. Mart. Dornium jocoſa metrico-proſaica*, *exhibet*). Amſtelodami 1668. in 12. Poemata hæc Placciana *terſa & ingenioſa* vocantur a Joh. Chriſtoph. Wolfio *in Or. de Eruditis* (qvibus Autor ob iſta accenſetur) *præcocibus p. 24.*, & a D. G. Morhofio, *T. I. Polyhiſt.*, *L. 7.*, *c. 3.*, *p. 383.*, mediocribus accenſentur.

De Scriptis & Scriptoribus Anonymis atqve Pſevdonymis Syntagma, in qvo ad ſeſqvimille omnis generis, argumenti lingvarumqve, ſcripta, partim nullis, partim falſis nominibus præfixis, antehac edita, genuinis ſuis atqve veris Auctoribus reſtituuntur. Accedunt Joh. Rhodii, Dani, Catalogus Auctorum ſuppoſititiorum, ad avtographum ejusdem fideliter expreſſus, in qvo Scriptores Anonymi & Pſevdonymi complures manifeſtantur, e Muſeo Vinc. Placcii, cum Notis ejus, ſparſim adjectis, editus; ſimilisqve Pet. Scavenii Catalogus Auctorum, qvi ſuppreſſo vel ficto nomine prodierunt, *Deſignationi librorum Bibliothecæ Regis Danici*, Hafniæ A. 1665. editæ, ſubjectus. Hamburgi A. 1674. in 4. Syntagmatis hujus bipartiti (qvod A. jam 1654. prodiiſſe Hamburgi perperam in Nicol. Chriſtoph. Lynckeri *Inſtructorii forenſis Introitu*, *lit. D. 2. b.*, traditur) Parte priore, in Capita XVI. diviſa, Anonymi, ſcientiarum & lingvarum ordine, poſteriore autem Pſevdonymi, ſerie alphabetica nominum fictorum, recenſentur ac deteguntur. Occaſionem illius, cum nunqvam ante de hoc commentari conſtituiſſet argumento, labore ſubitaneo ex Analectis propriis, & Gerhardi a Maſtricht, Syndici Bremenſis, Gothofr. Mellemii, Archiatri Palatino-Neoburgici, Martiniqve Fogelii, Profeſſoris Hamburgenſis, ſymbolis qvibusdam, congerendi Placcio (uti ipſemet *P. I.*, *c. 5.*, *p. 50.*, teſtatur) præbuit Frid. Geisleri, Acad. Lipſ. JCti, *Diſſertationis de Nominum mutatione*, Lipſiæ A. 1669. ac 1671. editæ, Pars poſterior, ſeorſim atqve ἀνωνύμως Veriburgi A. 1670. *in 12.* recuſa ſub titulo *Larvæ detractæ*, *ſive Brevis Expoſitionis nominum*, *ſub qvibus Scriptores aliqvot Pſevdonymi*, *recentiores imprimis*, *latere voluerunt*, & tres tantum talium exhibens Decadas. Cum enim ab Amico rogatus, ut Geislero, novam atqve auctiorem Schediaſmatis iſtius molienti editionem, ſua argumenti ejusdem communicaret collectanea, hæc Anonymorum Pſevdonymorumqve detectorum longe majorem numerum, ac XV. fere Centurias, ſuppeditare poſſe obſervaſſet, ipſe illa juris maluit facere publici, qvam alteri committere. Plura, ad hiſtoriam *Syntagmatis* hujus ſpectantia, Præfatio illius, & *Invitatio* (de qva paulo poſt dicetur) *amica ad Ant. Magliabecchium*, *aliosqve eruditos*, ut Symbolas eorum, ad iſtud augendum, exoraret, Hamburgi A. 1689. evulgata, ſuggerent. Novam enim editionem, non ſolum omnia plenius, fuſius atqve accuratius, perſecuturam, ſed & *Diſſertatiuncula de ratione occultato nomine ſcribendi* (qvæ nondum lucem vidit), aliisqve additamentis plurimis, locupletandam, in ipſo prioris hujus procemio, A. jam 1674., a ſe juſſit expectari. Qvæ tamen ab Autore ipſo, ob mortem immaturam, molemqve operis ingentem, in lucem non potuit proferri, ſed (uti ſuo mox loco narrabitur), anno demum 1708., novennio poſt illius elapſo obitum, Hamburgi, ſub alio *Theatri Anonymorum & Pſevdonymorum* titulo, prodiit. De prima hac Syntagmatis Placciani editione, *in Ephemeridibus Eruditorum Italicis anni 1676.*, *num. 2*, relationem legi hiſtoricam, e Cornelii a Beüghem *Conſpectu I. Apparatus ad Hiſt. lit. noviſſ. p. 323.*, didici. Henr. Meibomio Juniori adeo illud placuit, ut hoc (*in Additt. ad V. H. Vogleri Introd. in notit. Bon. Scriptt. p. 172.*) ornaret elogio: *Inter illos*, *qvi de Pſevdonymis & Anonymis egerunt*, *primum locum meretur Vinc. Placcius*, *propter ingenium & judicium*, *ſummumqve laborem*, *qvem inter adverſæ valetudinis maxima incommoda non fugit*, *laudandus*, *altera libri ſui præſtantiſſimi editione ſuperaturus ſeipſum*. Cui geminum eſt ſeqvens D. G. Morhofii (*T. I. Polyhiſt.*, *Lib. I.*, *c. 16.*, *p. 200.*): *V. Placcius de Scriptoribus Anonymis & Pſevdonymis egit. Optimum fuit conſilium Viri doctiſſimi*, *cum hoc ſibi eligeret argumentum*, *qvod ante eum nemo occupaverat. Extabat tenuis qvædam ſcheda Frid. Geisleri de Mutatione nominis*, *cujus poſterior pars agit de ſcriptis Anonymis*, *ſed parum eſt pro hujus argumenti vaſtitate. Suſcepit idem conſilium jamdudum Bibliothecarius Bibliothecæ Oxonienſis*, *Thomas Hyde*, *a qvo tamen nihil hactenus in lucem editum eſt. Nemo igitur operæ pretium fecit*, *præter Placcium*; *qvanqvam*, *ut ipſe non diffitetur*, *feſtinatus ille labor ſit & imperfectus: nam ipſe nunc Supplementum altero tanto majus promiſit.* Commendatur etiam a Gerhardo a Maſtricht (*Syntagma* appellante *operoſum*) *in Hiſtoria Juris Eccleſiaſtici & Pontificii p. 364.*, Nic. Chr. Lynckero *in Inſtructorii forenſis Introitu*, *lit. D. 2. b.*, Adr. Bailleto *in præfat. Lib. Gallici des Auteurs degviſez*, Joh Dieckmanno *in Diſſ. de Lingva primigenia Hebræa p. 3. 4.*, Hect. Gothofr. Maſio in dem Getreuen Lutherthume *p. 182.*, Joh. Frid. Mayero (Placcium *hujus*, *qvod*, *apud nos*, *ante ipſum*, *nemo occupaverat*, *argumenti tractatione Germanorum in rem literariam cumulaſſe merita* judicante) *in Diſſ. epiſtolica de farragine Anonymorum & Pſevdonymorum p. 5. 7.*, Timoth. Dan. Colbergio (cui *Liber* audit *doctiſſimus & orbi erudito gratus in Diſſ. de Tolerantia librorum noxiorum Politica*, § *10.*, Burch. Gotth. Struvio (qvo judice Placcius *præcipuus eſt omnium*, *qvi occultos detexere ſcriptores*, *& multa enodavit plane incognita*) *in Introduct. ad notit. rei literariæ*, *c. 8.*, *§. 18.*, *p. 412. 413. edit. ſecundæ*, Thoma Crenio *P. VIII. Animadverſ.*, *c. 3.*, *§. 1.*, *p. 148.*, *& P. XVI.*, *c. 1.*, *p. 77.*, Georg. Eliez. Edzardo (*de πολυμαθείᾳ multaqve lectione* Autoris *judicium* ex hoc libro *poſſe fieri* cenſente) *in Programmate* de vita noſtri *funebri p. 6.*, Z. Celſpirio ſeu Georg. Serpilio (*Syntagma* vocante *laborio-*

ſum, eruditum & utiliſſimum, in quo inſignem Autor *in hoc ſtudio inſumſerit operam)* *Lib.* I. *de Anagrammatiſmo, P.* I., *c. 8., p. 89.*, Joh. Gothofr Engelſchallio *in Diſp. Jurid. Inaug. de Mutatione Nominum* (Altorfii A. 1692. edita), *c. 3.*, §. *14.*, *p. 33.*, aliisqve pluribus. Nec tamen Cenſores defuere, qvi Syntagmatis hujus imperfectionem, erroresqve paſſim obvios (qvorum complures ipſemet Autori, id poſtulanti, qvondam privatim per literas indicavi), publice notarunt. E qvibus, ab ipſo Placcio, *Tomo* II. *Theatri Anonymorum ac Pſevdonymorum p. 34.*, Joh. Chriſtoph. Becmannus (in *Collegio* qvodam *MS.*, *noſtrum multa alienis oculis vidiſſe, multa qvoqve egregia præſentis ac præteriti ſeculi prætermiſiſſe*, obſervans), &, ex iis, qvi ſpeciales emendarunt errores, *p. 71.* Joh. Pet. Jac. Villanius, ſive Angelicus Aproſius (*in la Viſiera Alzata p. 48. 49.*), *p. 335. 336. 337.* Conr. Sam. Schurtzfleiſchius, cenſuræ accuſatus iniqvioris (*in Diſſ. de Stephano Razin*), *Tomoqve* I., *p. 190. 342. 382 639.*, Pet. Bælius (cui, ob monita varia *Dictionarii* ſui *Hiſtorico-Critici* Gallici elenchtica, ingentes a noſtro aguntur gratiæ), non ſine ſpontanea atqve ingenua multitudinis ſphalmatum hujusmodi agnitione, ſunt allegati, & Bælius aliiqve ad plura detegenda corrigendaqve amice invitati. Addi his poteſt Henr. Meibomius Junior, a qvo, *in præfatione Coſmodromii Gobelini Perſonæ* (*Tomo* I. *Rer. German. p. 60.*), duplex lapſus Placcii notatur, *Parte* II., *num. 407.*, *p. 201.*, & *Coſmodromium* Gobelini Perſonæ Pio II., Pontifici, perperam, tanqvam Autori, tribuentis, & eundem Gobelinum cum Joh. Gobelino, operis *de Rebus Pii* II. *geſtis*, Pio ipſi a qvibusdam vindicati, Scriptore, confundentis. Sed hujusmodi παρόραματα ac ἁμαρτήματα, in argumento tam vaſto atqve intricato, ab oculatiſſimis etiam vix poſſunt evitari, nec proinde rigore nimio noſtro ſunt exprobanda. Id qvod ab Hermanno Conringio, in literis ad eum (*p. 18. Invitationis* ipſius allegatis), verbis hiſce prudenter eſt inculcatum: *In argumento illo, qvod occupaſti, de ſcriptis Anonymis & Pſevdonymis elaborando velim pergas. Fieri enim qvidem non poteſt, qvin ſæpe fallant te ſive ſuſpiciones, ſive narrationes aliorum* (*qvinimo notata jam a me ſunt nonnulla παρoράματα*)*: ſed non eſt hoc tanti, ut propterea manum ab iſthac tabula removeas. Non ſane prudens aliqvis tibi id ſvaſerit, aut æqvus non etiam erroribus dabit veniam.* Spicilegia τῶν παραλελειμμένων, qvæ, poſt meſſem qvamvis uberrimam, in campo argumenti hujus ampliſſimo, ſemper aliorum relinqventur diligentiæ, non ipſe ſolum Placcius, *in Theatro*, de qvo mox dicetur, *Anonymorum & Pſevdonymorum* majori poſthumo, ſed & alii congeſſere Viri eruditi, qvi vel Supplementa Syntagmatis ejus ediderunt, vel, exemplo illius incitati, de iisdem Scriptoribus κρυπτωνύμοις in genere, atqve ex profeſſo, commentari haud dubitarunt. Aggreſſi autem ſunt hunc laborem: I. Joh. Deckherus, J. U. D. & Protodicaſterii Imperialis Spirenſis Advocatus, cujus *Conjecturæ de Scriptis Adeſpotis, pſevdepigraphis & ſuppoſititiis, ipſi inſcriptæ Placcio*, & lectorem ad hujus *Syntagma* ſingulis fere ablegantes paginis, A. 1678. *in 12.*, auctioresqve, cum Pauli Vindingii, Profeſſoris Hafnienſis, ad Deckherum Epiſtola, A. 1681. *in 12*, ſine loci mentione, ac tandem, addita, præter acceſſiones alias, Pet. Bælii Epiſtola ejusdem argumenti erudita, Amſtelodami A. 1686. *in 12.*, prodierunt. II. Joh. Pet. Jac. Villanius, ſive, qvi ſub larva hac latuit, Angelicus Aproſius, Vintimiglienſis, Eremita Auguſtinianus, Academicusqve Humoriſta, Infœcundus & Genialis, cujus *La Viſiera Alzata, Hecatoſte di Scrittori, che vaghi d' andare in maſchera, fuor del tempo di Carnavale, ſcoperti, & Pentecoſte d' altri Scrittori Scoperti*, Ant. Magliabecchio inſcriptæ, & 150. Scriptores Anonymos detegentes atqve Pſevdonymos, ſimulqve errores Placcianos ſubinde emendantes, Parmæ A. 1689. *in 12.* ſunt editæ. V. de iis *Acta Erud. Lipſ.*, *M. Jul. A. 1690.*, *p. 363. 364. 365.*, Joh. Clerici *T. XV. Biblioth. Hiſtor. univerſ. Gallicæ*, *M. Oct. A. 1689.*, *p. 95. 96. 97.*, W. E. Tenzelii *Dialogos menſtruos Germanicos*, *M. Apr. A. 1690.*, *p. 342-345.*, &, qvæ a Beüghemio (*in Appar. ad Hiſt. lit. noviſſ*, *Conſp. II. p. 312.*, *ac Conſp. IV. p. 464.*) his adduntur, *Ephemeridas Eruditorum Parmenſes A. 1690. Italicas, num. 2.*, *Gallicasqve anni 1691. Pariſienſes, num. 23.*, nec non B. G. Struvium *l. c.*, *c. 8.*, *p. 414.*, & ipſum Placcium *T. II. Theatri Anon. ac Pſevdon. p. 608.* III. Joh. Frid. Mayerus, Th. D. & Paſtor tunc Hamburgenſis Jacobæus, *in Diſſertatione Epiſtolica ad Placcium, qva farrago Anonymorum & Pſevdonymorum exhibetur*, Hamburgi A. 1689. *in 4.* excuſa. IV. Joh. Alb. Faber ſive Fabricius, Gymn. Hamburg. poſtea Profeſſor, *in Decade Decadum, ſive Plagiariorum & Pſevdonymorum Centuria*, anno itidem 1589. *Lipſiæ in 4.* impreſſa. V. Adr. Bailletus, Bibliothecæ Lamoignianæ Pariſienſis Præfectus, qvi Lutetiæ A. 1690. *in 8.* edidit *Les Auteurs deguiſez ſous des noms étrangers, empruntez, ſuppoſez, feints à plaiſir, chiffrez, renverſez, retournez, ou changez d' une langve en une autre.* Præter qvod ſcriptum Gallicum, nomine publicatum ſuppreſſo, Latinum etiam molis majoris jam ante eſt pollicitus, titulo ornandum *Elenchi Apocalyptici Scriptorum Pſevdonymorum, in tres Partes diſtributi, qvarum Prima Larvatos, ſeu Cryptonymos, qvi nomen fictitium ſuis, Secunda Plagiarios, qvi ſuum alienis, Tertia vero Impoſtores, qvi alienum ſuis operibus impoſuere, comprehendat.* Sed hoc, in præfatione Libri Gallici modo laudati, mente mutata, a ſe ulterius vetuit expectari. Conf. de illo Placcii *Invitationem amicam p. 29.*, B. G Struvii *Supplementa Introd. ad notit. rei literariæ p. 136. 137.*, & Joh. Alb. Fabricii *Præfationem Theatri Anonymorum ac Pſevdonymorum Placciani p. 11. 12.* VI. Joh. Ulr. Meürerus, cujus *Centuriam Anonymorum antiqvorum & recentium* A. 1697. *in 12.* produiſſe Struvius, *in Supplem. p. 137.*, teſtatur. VII. Thomas Crenius *in Animadverſionibus Philologicis & Hiſtoricis, Parte Qvinta* (Leidæ A. 1699. excuſa), *cap. 3.*, §. *4. & 5.*, *p. 101-196.*, *Parte Octava* (Amſtelod. A. 1701.), *c. 3.*, § *1.*, *p. 148-162.*, & *Parte XVI.* (Leidæ A. 1708.), *c. 1.*, §. *7.*, *p. 55-77.* Taceo Julium Clementem Scotum, Profeſſorem Patavinum, qvi Diſſertationem hujus argumenti aliqvam jam olim conſcripſiſſe a Joh. Frid. Mayero, *l. c. p. 7.* perhibetur, & Paulum Colomeſium, qvi (*in Gallia Orientali p. 27. & 194.*) *la Decouverte d' Autheurs cachez*, Scriptum Gallicum ad finem pene jam perductum, ac *Criticum Gentilem, ſive Commentarium de dubiis Scriptoribus Ethnicis*, Proſperumqve Mandoſium, qvi (*in Galleria di Minerva, T. II., p. 21.*) Opus ingens *de perſonatis Scriptoribus deperſonatis, ſeu Anonymis, Pſevdonymis Plagiariisqve*, Struvio (*in Supplem. p. 138.*) teſte, eſt pollicitus. Joh. Chriſtoph. Rauſcheri, J. U. Lic. & Syndici in Hungaria Schemnicenſis, *Acceſſiones ad Jac. Thomaſii Tr. de Plagio literario, & Placcii Librum de Scriptoribus Anonymis ac Pſevdonymis*, a Jac. Tollio (cui Autor eas Schemnicii oſtendit) *Epiſtola V. Itineraria*, iſtamqve ſecuto Joh. Georg. Eccardo, *in Excerptis anni 1701. menſtruis vernaculis, M. Febr.*, *p. 53.*, commendatæ, lucem nondum viderunt; licet nonnullæ iſtiusmodi obſervationes, per eum Placcio communicatæ, in hujus *Theatro Anonymorum & Pſevdonymorum, Tomo I., p. 84. 105. 107. 109. 124. 155. 189. 203. 209. 265. 285. alibiqve*, legantur.

Invitatio amica ad Ant. Magliabecchium, aliosqve Illuſtres & Clariſſimos Reip. literariæ atqve rei librariæ Proceres, fautores, peritos, ſuper Symbolis, promiſſis partim & deſtinatis, ad Anonymos & Pſevdonymos detectos & detegendos Vinc. Placcii. Accedit Delineatio præſentis ſtatus, & Conſilium atqve votum abſolvendi D. V. ac edendi Operis totius, ultra 4000. Autores detectos exhibituri, cum Epiſtola ad Adr. Bailletum

de

de eodem (d. 12. Maji A. 1688. exarata), duobus Librorum Bibliothecariorum & ſimilium, jam excerptorum, & adhuc excerpendorum, Indicibus, Appendice, Scriptorumqve Autoris Catalogo. Hamburgi (& ſeorſim, & cum *Libro de Arte excerpendi*) A 1689. in 8. Recenſiones ejus invenies *in Actis Erud. Lipſienſibus, M. Majo A. 1689., p. 299. 300., Diario* (qvod Beüghemius allegat) *eruditorum Parmenſi Italico, Ephem. 9. A. 1689.*, W. E. Tenzelii *Dialogis menſtruis Germanicis, M. Jun. A. 1689., p. 631-635.*, Henr. Baſnagii *Hiſtoire des Ouvrages des Sçavans, M. Jan. A. 1690., p. 208-213.*, & Joh Clerici *Bibliotheqve Univerſelle Hiſtoriqve, Tomo XVI., M. Febr. A. 1690., p. 192. 193. 194.*

Theatrum Anonymorum & Pſevdonymorum, ex ſymbolis & collatione Virorum per Europam doctiſſimorum ac celeberrimorum, poſt *Syntagma* dudum editum, ſumma B. Autoris cura reclusum, & benignis auſpiciis ſumptibusqve Matthiæ Dreyeri, J. U D. & Canonici Hamburgenſis (cujus & Commentatio ſeu præfatio de ſumma & ſcopo hujus Operis accedit), luci publicæ redditum. Præmiſſæ ſunt D. Joh. Alb. Fabricii Præfatio & Vita Placcii Autoris. Sub finem adduntur Indices duo Librorum Anonymorum; & Autorum, tam Anonymorum, qvam Pſevdonymorum, detectorum, neceſſarii ac locupletiſſimi. Hamburgi 1708. in fol. In Opere hoc, qvod e *Syntagmate* duorum Alphabetorum de iisdem Anonymis ac Pſevdonymis minori, A. 1674. Hamburgi jam edito, poſteaqve per Autorem, qvinqve luſtris ſeqventibus, aſſidue, & e propriis obſervationibus, & Amicorum Symbolis monitisqve, aucto, in molem 17. Alphabetorum vaſtam excrevit, ſed eadem, qva *Syntagma* bipartitum, methodo eſt diſpoſitum, Tomo priori 3296. Anonymi, poſteriori vero 1935. Pſevdonymi, exhibentur ac deteguntur; illi qvidem XVII. capitibus, ſcientiarum lingvarumqve ordine, hi vero ſerie alphabetica. Sub Tomi prioris finem, capite illius XVII. ſive ultimo, editioni huic auctiori primum addito, *p. 679-726.*, Lectoribus ſiſtitur Gabrielis Groddeckii, LL. Or. Profeſſoris Lipſienſis atqve Dantiſcani, *Spicilegium Librorum 519. Anonymorum & Pſevdonymorum, qvi Lingva Rabbinica, partim impreſſi, partim MSSti, reperiuntur*, A 1698. (uti *Nova literaria Lubecenſia, M. Febr. A. 1700., p. 37.*, indicant) Lipſia Placcio transmiſſum, & Notis poſtea doctiſſimis Georg. Eliezeris Edzardi, Profeſſoris Hamburgenſis, Laurentii Normanni, Theologi Upſalienſis, aliorumqve, hinc inde firmatum atqve auctum. Tomo poſteriori ſeorſim recuſæ ſubjunguntur Joh. Deckheri *Conjecturæ de Scriptis Adeſpotis, pſevdepigraphis & ſuppoſititiis*, cum Pauli Vindingii ac Pet. Bælii Epiſtolis iis annexis, ex editione Amſtelodamenſi anni 1686. auctiore ultima, Frid Geisleri *Diſſ. de Nominum mutatione & Anonymis Scriptoribus*, ac Joh. Frid. Mayeri *Diſſert. Epiſtolica ad Placcium de Anonymorum Pſevdonymorumqve farragine*; de qvibus plura paulo ante in *Syntagmatis* dicta ſunt recenſu. Amicos, e qvorum ſymbolis auctaria Operi huic acceſſere plurima, & e qvibus Gerhardum a Maſtricht, Syndicum Bremenſem, Joh. Diecmannum, ſupremum Ducatus Bremenſis Antiſtitem, Laur. Normannum, Theologum Upſalienſem, meqve, plura aliis ſuppeditaſſe, Joh. Alb. Fabricius *in præfatione* monuit, ipſe Placcius, ſuis in illo locis, ſingulorum monita allegantibus, ſæpiſſimeqve integra recitantibus, grato indicavit animo, & potiores pleroſqve jam ante A. 1689., *in Invitatione amica*, modo memorata, fuſius celebravit LXXIII illorum paſſim in toto laudari *Theatro* obſervavi, qvos inter aliis ſunt celebriores, & alphabetico a me, Principibus Achivis ſubinde itidem præter meritum immiſto, hic enumerantur ordine, Eberh. & Theod. Anckelmanni, Pet. Axenius, Raph Badius, Gvilh. Cavius, Paulus Colomeſius, Chriſt. Daumius, Joh Deckherus, Joh. Diecmannus, Chr. Mart. Dornius, Esdras & Georgius Eliezer Edzardi, Joh. Alb. Fabricius, Joh Fechtius, Mart. Fogelius, Chriſt. Frid. Franckenſteinius Junior, Dethl. Marcus Friſius, Frid. Geſenius, Gabr Groddeckius, Chriſt Junckerus, Gothofr Gvilh. Leibnitius, Ant. Magliabecchius, Gerh. a Maſtricht Joh. Frid Mayerus, Gerh. Maierus, Gotfr. Mellemius, Dan Gvilh. Mollerus, Laur. Normannus, Joh. Gotfr. Olearius, Joh. Hier. a Petkum, Chriſt. Henr. Poſtelius, Georg. Raphelius, Joh. Chriſtoph. Rauſcherus, Ant. Reiſerus, Joh. Reiskius, Chriſtoph. Schraderus Junior, Phil. Jac. Spenerus, Otto Sperlingius Junior, Joh. Teclenburgius, Wilh. Ern. Tenzelius, Jac. Thomaſius, Caſp. Thurmannus, Gotfr. Wegnerus, Chriſt. Weiſius & Ulr. Winckelius. Apparatum operis uberrimum, ſua Amicorumqve congeſtum induſtria, Placcius, qvod valetudinarius eſſet, annosqve vitæ reliqvos laboribus ſuis de Philoſophia morali affectis perficiendis mallet impendere, Adriano Bailleto, Bibliothecæ Lamoignonianæ Pariſienſis Præfecto, *Elenchum Apocalypticum Scriptorum Pſevdonymorum* tripartitum (ſicut paulo ante in *Syntagmatis* indicatum eſt recenſu) pollicito, ut iſti augendo inſerviret, Epiſtola peculiari, d. 12. Maji A. 1688. ſcripta, & *Invitationi amicæ p. 54-62.* A. 1689. ſubjecta, obtulit, ſed hac conditione, ut *Elenchus* ille Latino ederetur ſermone. Qvod cum Bailletus, lingvam Gallorum huic præferens vernaculam, promittere nollet, & in literis præterea reſponſoriis, ſe nec de Anonymis, nec de omnibus Pſevdonymis, ſed de iis tantum, qvi dolo malo, nomine vero diſſimulato, alienum adſciverunt, acturum eſſe, ſignificaſſet, noſter, ſpem iſtam laboris in alium transferendi ſe eſſe fruſtratam, intelligens, ipſemet eum denuo eſt aggreſſus, &, decennio vitæ ultimo, pro virili, valetudine licet adverſa ſæpe impeditus, abſolvit. Plura de hoc ipſius atqve Bailleti commercio literario fruſtraneo *Invitatio* noſtri *amica, p. 26-31.*, docebit. Opus, qvo licuit, ſtudio abſolutum Amſtelodami eſſe proditurum, *Catalogus nundin. Lipſ. A. 1698. autumn., p. 49. 50.*, jam ſignificavit, huncillius exhibens titulum: *Bibliotheca Scriptorum occultorum, nunc detectorum, bipertita: Pars altera eſt de Scriptoribus Anonymis, ordine materiarum & lingvarum, Libris XVII.: Pars altera eſt Alphabetum Pſevdonymorum reſtitutorum geminis ſuis Auctoribus: Utraqve ſcripta ultra 8000. exhibentur.* Dilata tamen tunc eſt editio, ob mortem haud dubie Placcii Autoris, anno ſeqventi 1699 extincti. Moribundus ille Opus ſuum Gerhardo a Maſtricht, J. U. D. & Syndico Bremenſi, qvem ἐργοδιώκτην habuerat, cuiqve plurima ejusdem debebat auctaria, juſſit transmitti, ut, eo obſtetricante, fœtus hic poſthumus luci exponeretur publicæ. V. Maſtrichtii ipſius Epiſtolam ad B. G. Struvium, hujus *Introductionis ad notitiam rei literariæ*, Jenæ A. 1706. recuſæ, *Capiti IV.* inſertam, *p. 163. 164. 165.*, & Joh. Alb. Fabricii *Præfat. Theatri Placciani p. 12.* A qvo Jurisconſulto πολυμαθεστάτῳ editionem illius poſtea Lipſienſes (*in Actis Erud., M. Jul. A. 1699., p. 336.*), Jeſuitæ Trevoltiani (*in Memoriis Gallicis, M. Apr. A. 1702., p. 316.*), Jac. Bernhardus (*in Novellis reip. literariæ Gallicis, M. Nov. A. 1699., p. 599.*), Joh. Dan. Cramerus (*in Commentario rerum anni 1699. memorabilium p. 170.*), Pet. Ambr. Lehmannus (in den Curieuſen Remarqves des 1700. Jahres, n. 2., p. 16.), aliiqve, expectari juſſerunt. Nec defuit officio in amicum Maſtrichtius, qvi, cum typographum, a qvo ſuis opus ſumptibus excuderetur, in Belgio & Germania, per ſeptennium, fruſtra qvæſiviſſet, Teſtamenti Placciani Executoribus ſemet ipſum ad communes editionis impenſas, ſed itidem incaſſum, teſte Epiſtola ad Struvium modo allegata, obtulit. In qva ſuæ etiam ejusdem, ab A. 1697. (in qvo Placcius deſiit), mentionem injecit Continuationis, a B. G. Struvio qvoqve, 4000. hanc Autores detegere tradente (*l. c., c. 8., p. 413.*), ac Scriptoribus des Ausführlichen Berichts von neuen Büchern, *Sect. I., p. 20. 21.*, commendatæ. Opus ipſum tandem, ſed absqve hac Continuatione, a Maſtrichtio, Brema Hamburgum Teſtamenti Placciani Executoribus

eſt remiſſum, & illic A. 1708., ſumptibus Matthiæ Dreyeri, J. U. D. ac Canonici Hamburgenſis, editum, curante, & excuſa emendante, M. Ludov. Frid. Viſchero, Würtenbergico, aliis laboribus (uti in Epilogo, Indicibus ſubjuncto, fatetur), qvo minus omnia corrigeret ſphalmata (multa enim ſuperſunt), impedito. Conſuli de *Theatro* hoc *Anonymorum & Pſevdonymorum* Placciano poſſunt: I. Relationes de nondum edito Gerhardi a Maſtricht *in Epiſtola ad B. G. Struvium* paulo ante laudata, Lipſienſium *in Actis Eruditorum*, *M. Sept. A. 1707., p. 430.*, Wilh. Ern Tenzelii *in Dialogis menſtruis Germanicis*, *M Nov. A 1696., p. 920.*, & *in Præfatione, Exercitationibus Selectis* A. 1692. præfixa (in qva editionem optavit), Chriſt. Weiſii *in Epiſtola ad Placcium*, *M. Jul. A. 1689.* exarata, & inter *Epiſtolas* illius *ſelectiores*, *num. 59, p. 149-156.*, obvia, *Novorum Germaniæ literariorum* Hamburgenſium, *M. Febr. A. 1707., p. 42. 43.*, Autorum des Ausführlichen Berichtes von neuen Büchern, *Sect. I., p. 20. 21.*, *Hypomnematum* meorum *ad T. I. Polyhiſtoris Morhofiani L. 1. c. 16., p. 200.*, ac *Præfationis Tomi II. ejusdem*, *§. 4., p. 6.*, & Placcii præſertim ipſius, operis ſui inſtitutum, methodum, hiſtoriam & ſubſidia, fuſius exponentis, *in Invitatione amica*, A. jam 1689. illi, prodromi inſtar, præmiſſa. II. Recenſiones jam editi, qvas, præter Joh. Alb. Fabricium & Matth. Dreyerum, *Præfationum* illius Autores, Lipſienſes *in Actis Eruditorum*, *M. Jan. A. 1709., p. 34-40.*, Collectores *Novorum Germaniæ literariorum*, *M. Jul. A. 1708., p. 274. 275. 276.*, Pariſienſes *in Diario eruditorum Gallico*, *M. Mart. A. 1710., p. 313-330.*, Jeſuitæ Trevoltiani *in Memoriis* ſuis Gallicis, *M. Apr. A. 1718., num. 3.*, Henr. Basnagius, *en l' Hiſtoire des Ouvrages des Sçavans*, *M. Sept. A. 1708., p. 384-392.*, Jac. Bernhardus in *Nouvelles de la Republiqve des lettres*, *M. Sept. A. 1710., p. 288-306.*, Autor der Vergnügung müßiger Stunden (Supplementi inſtar addens 55. Autores χρυπτωνύμους, a Chriſt. Gryphio, Rectore Uratislavienſi, detectos, qvorum tamen nonnulli in opere jam locum invenerant Placciano) *Parte VII.* (Lipſiæ A. 1715. edita), *p. 30-46*, & B. G. Struvius *in Supplem. Introduct. in notit. rei literariæ*, *p. 135-138.*, exhibuerunt. E qvibus Lipſienſes (*l. c. p. 37.*) *præſtantiam* illius *& utilitatem* deprædicarunt, Maſtrichtius *Opus egregium & induſtrioſum*, *Novorum Germaniæ Literariorum* collectores *Librum egregium*, *ætatemqve omnino laturum*, Jac. Bernhardus (*l. c. p. 290.*) *Un Ouvrage d' une grande utilité, & qve les Sçavans, qvi ſont un peu curieux, peuvent difficilement ſ' en paſſer*, & B. G. Struvius (*in Introd. ad notit. rei lit.*, *c. 8., p. 413.*) *inſignem rei literariæ theſaurum*, id appellarunt. In Præfatione Fabriciana Placcius *eorum, qvi hanc partem hiſtoriæ literariæ diligenti illuſtrarunt ſtudio, haud dubie præcipuus eſſe* perhibetur, *opusqve* reliqviſſe *poſthumum, qvod cæterorum omnium induſtriam non tandum ambitu ſuo complectitur, ſed longe etiam vincit*; in Dreieriana autem *omnes aliorum in hoc genere conatus longe ſuperaſſe*. Commendatur etiam a Chriſtoph. Aug. Heumanno (Autorem *magno beneficio, qvicqvid eſt eruditorum, ſibi devinxiſſe, ac præclare de Rep. literaria eſſe meritum, qvod tam ſedulam hoc in negotio navarit operam*, judicante) *in præfat. Schediasmatis de Libris Anonymis ac Pſevdonymis*, paulo poſt allegandi. Z. Celſpirio ſive Georg. Serpilio (Opus illud vocante *ingenti Orbis eruditi plauſu exceptum*) *Lib. I. de Anagrammatismo*, *P. I., c. 8., p. 89.*, Chriſtoph. Matth. Pfaffio *in Introduct. ad Hiſt. Theol. literariam*, *P. I., p. 9.*, aliisqve compluribus. Nævis tamen ſuis haud deſtituitur Opus hoc vaſtum, cui ab Autore, illi immortuo, lima ultima nondum videtur eſſe adhibita, & de qvo, iſtam ob cauſam, Jac. Bernhardus, *l. c. p. 293.*, hoc ferre non dubitavit judicium: *A l' egard de l' Auteur même, il me ſemble, qve ſon ouvrage eſt plûtot le canevas d' un bon livre, qv' un ouvrage amené à ſa perfection; auſſi eſt-il poſthume.* Speciatim ab eodem Bernhardo virgula in illo jure notari videntur cenſoria, præter ſphalmata typographica plurima (*p. 290-293.*), & crebros Autoris ipſius errores (qvorum non pauci, circa ſcripta commiſſi Gallica, *p. 296—306.* emendantur), minutiarum circumſtantiarumqve ſuperfluarum accumulatio (*p. 293. 294.*), ordinis Alphabetici in Parte de Anonymis priori neglectus (*p. 294.*), nimia multitudo locorum, e libris alienis, Amicorumqve Epiſtolis, verbotenus, nulla neceſſitate urgente, cum eadem plerumqve repetantur, fuſe recitatorum (*p. 295.*), mixtura Latinorum, Gallicorum & Germanicorum, in textu tædioſa (*p. 295.*), & verſio titulorum Gallicorum Latina, ob peritiam lingvæ Gallicæ tantum mediocrem, minus accurata (*p. 296.*). Qvæ vitia pleraqve etiam a Pet. Dahlmanno, plagiario, de qvo mox dicetur, impudenti, *Theatro* huic, prolixe antea laudato, ſcriptisqve argumenti iſtius prælato omnibus, *in præfatione* des Schau-Platzes der maſqvirten und demaſqvirten Gelehrten, ſunt exprobrata. Pari παῤῥησίᾳ Jeſuitæ qvoqve Trevoltiani (*l. c.*) Judicium de eodem tulerunt, ab Autore der Neuen Zeitungen von Gelehrten Sachen (*num. 104. Anni 1718., p. 851. 852.*) brevius verbis repetitum seqventibus: Die Verfaſſer beſchweren ſich über den verworrenen Titel, daß ſie ihn nicht überſetzen können. Man muß ſich über eine ſo groſſe Anzahl der entdeckten Autorum verwundern, und gleichwohl könte man die Anzahl derſelben leicht noch einmahl ſo ſtarck machen. Allein man ſolte dieſelbe vielmehr vermindern. Placcius miſcht eine Menge Schriften darunter, die kein Menſch lieſet, und deren Uhrheber nicht verdienen bekandt gemacht zu werden; imgleichen Bücher, denen nur bey einer Auflage der Nahmen des Autoris nicht vorgeſetzet worden, ob er gleich ſonſt überall bekandt iſt; wie auch die Critick über die Bibliſchen Bücher und Kirchen-Scribenten, die gantz in ein ander Feld gehöret. Sonſt hat er ſich auch bißweilen in ſeinen Muhtmaſſungen geirret, oder iſt durch andere zum Irrthum verleitet worden. Der beygefügte Anhang von Deckheri, Vindingii und Bælii Schriften iſt umb ſo viel unnützer, weil derſelben Inhalt ſchon in Placcii Wercke befindlich. Compendium *Theatri* Placciani eſt, ſed ineptiſſimum, Petri Dahlmanni, Rhapſodici Scriptoris, in Academia commorati Halenſi, Schauplatz der maſqvirten und demaſqvirten Gelehrten, bey ihren verdeckten und nunmehr entdeckten Schriften, aus gewiſſen Anzeigungen, glaubwürdigen Nachrichten und wahrſcheinlichen Conjecturen bewährter Männer, nach ihren vornehmſten Denckwürdigkeiten, ſamt Beyfügung neuer Raiſonnements und Autoritäten, kürtzlich dargeſtellet. Epitome, inqvam, Scriptum hoc, Lipſiæ A. 1710. *in 8.* excuſum, eſt Operis Placciani, cui compilator hic frontis perfrictæ omnia fere ſua debet, nec tamen ulla in titulo, valde autem infreqventi in libro ipſo, id dignatus eſt mentione. Nullos certe propemodum, qvam a Placcio jam memoratos, in ſcenam produxit Anonymos ac Pſevdonymos; ſolas ejusdem de his relationes, in compendium contractas, & Germanice tantum translatas, ſed turpiter paſſim mutilatas ac depravatas, omiſſis Amicorum Placcii, ad qvorum autoritatem ſymbolasqve ille grato provocarat animo, nominibus, exhibuit; pauciſſima, eaqve nullius momenti, de ſuo perqvam raro addidit; plures vero, qvam memorati a ſe ſunt, Anonymos pariter atqve Pſevdonymos, multosqve hos inter famæ præcipuæ, ac mentione digniſſimos, in *Theatro* itidem detectos Placciano, juſti delectus inſtituendi ignarus, præteriit. Errores contra Placcii non ſecure ſolum deſcripſit, ſed & propriis longe pluribus, iisqve turpiſſimis, qvod ſenſum verborum noſtri non aſſeqveretur, cumulavit. Diviſus eſt liber, non minus qvam *Theatrum* Placcii, in partes duas, ſed, ordine hujus inverſo, prior Pſevdonymis, Anonymis autem poſterior attributa. E Pſevdonymis Placcii 2930. Dahlmannus

nus tantum 31'. ſerie recenſuit Alphabetica, ex Anonymis autem, lingvarum, & ſcientiarum iſtis ſubordinatarum, ordine, ſolos Latinos, Germanos, Gallicos & Italicos, eosqve e tanto numero pauciſſimos, omiſſis aliarum lingvarum Scriptoribus, & vix ullo, qvi novus ſit, nec apud Placcium occurrat; adjecto. Licet enim, in præfatione, ſe omnes hujus argumenti ſcriptores conſuluiſſe, & a Placcio, Bailleto Deckheroqve, plurima eſſe mutuatum ſubſidia, ſed complura tamen, apud horum neminem obvia, ipſummet addidiſſe, jactet, collatio tamen libri ipſius cum opere Placciano, ex hoc ſolo omnia fere eſſe compilata, &, qvæ pauciſſimis in locis acceſſerunt, vix mentione digna, imo nonnunqvam erronea, docebit. Conferri de ſcripto hoc Dahlmanniano meretur Autoris *Novæ Bibliothecæ* Halenſis Germanicæ (a qvo ein Zerſtümmelter Außzug aus dem Placcio vere vocatur, erroresqve ejus nonnulli e plurimis ridiculi notantur atqve emendantur) Recenſus illius criticus, *Sectioni IV., p. 289-295.*, cum vix prodiiſſet, A 1710 mox inſertus. Lectu longe digniora attulit, opusqve Placcianum non paſſim ſolum emendavit atqve illuſtravit, ſed & capite ultimo LXXXI. novis Scriptoribus κρυπτωνύμοις detectis auxit, Chriſtoph Aug. Heumanni, Gymnaſii Göttingani Rectoris, *de Libris Anonymis ac Pſevdonymis Schediaſma, Obſervationes de iis generales, & Spicilegium ad V. Placcii Theatrum Anonymorum & Pſevdonymorum, complectens.* De cujus, Jenæ A. 1711. *in 8.* editi, inſtituto, argumento & methodo, præter Autorem *Bibliothecæ novæ* Halenſis modo laudatum, & ſæpe ab Heumanno diſſentientem (*Sect. XII., p. 152-162.*), *Acta Eruditorum Lipſienſia, M. Apr. A. 1711., p. 181-184., Ephemerides Eruditorum Pariſienſes Gallicæ, M. Jul. A. 1712., p. 74-77.*, & des Ausführlichen Berichtes von Neuen Büchern *Sectio XI., p. 1046-1057.*, plura ſuggerent. Poſt Heumannum, ſimili diligentia, & errores *Theatri* hujus complures correxit, & multis idem locupletavit auctariis, D. Joh. Fabricius, Acad. Juliæ Theologus, in ſua illius Recenſione, A. 1719. *Parte* III. *Hiſtoriæ Bibliothecæ Fabricianæ, p. 138-175.*, exhibita. Caſp. Henr. Starckii, Lubecenſis, Ἐπίμετρον *ad Vinc. Placcii Theatrum Anonymorum, Obſervationum Halenſium Latinarum Autores qvoſdam detectos exhibens*, qvod Roſtochii A. 1716 *in 8.* prodiit, ſcheda eſt exigua, & circa ſolas *Obſervationes* iſtas *ſelectas Halenſes* occupatur. Uberiores Operi Placciano acceſſiones pollicentur, qvæ lucem nondum viderunt, Gerhardi a Maſtricht, Syndici Bremenſis, Continuatio illius ab A. 1697., ſive Collectio Anonymorum & Pſevdonymorum, hoc recentiorum, ad noſtra usqve tempora, ſupra jam laudata, & Joh. Diecmanni, Ducatuum Bremenſis Verdenſisqve Superintendentis, Supplementa & Emendationes Theatri Placciani, non circa ſolos Patres (uti *Sect. I.* des Ausführlichen Berichts von neuen Büchern, in fragmento Epiſtolæ cujusdam, perperam *p. 21.* traditur), ſed circa cujuscunqve generis Scriptores, veteres, medios & recentes, ſacros & profanos, qvorum in Joh Henr. a Seelen *Stada anni 1711. literata, p. 27.*, mentio occurrit. Qvibus addendum qvoqve eſt Georg. Serpilii, Antiſtitis Ratisbonenſis, *Theatrum Anonymorum & Pſevdonymorum, a V. Placcio omiſſorum*, prælo paratum, qvod Dav. Czvittingerus *in Specimine Hungariæ literatæ p. 344.*, iſtumqve ſecuti Chr. Aug. Heumannus *in præfat. Schediaſmatis* paulo ante allegati, ac Autor *Novæ Bibliothecæ* Halenſis Germanicæ, *Sect. XI., p. 84.*, expectari jampridem juſſerunt. Pollicetur etiam, teſte Joh. Henr. a Seelen (*P.* II. *Athen. Lubec. p. 336.*) Theatri Placciani Continuationem & emendationem Caſp. Henr. Starckius.

Typus Acceſſionum Moralium, ſeu Inſtitutionum Medicinæ moralis, deſideratorum ejus ſcientiæ, inprimis vero præceptorum emendandi ſe ipſum, elementa partite proponens; in uſum Gymnaſii Hamburgenſis editus potius qvam publicatus. Hamburgi 1675. in 8. Emendatior poſtea & auctior, Germanico ſermone, ſub *Typi Medicinæ moralis* titulo, Hamburgi A. 1685. & Francofurti A. 1688 *in 8.* prodiit, uti ſuo infra loco indicabitur. Tertia vice Latine, *in Acceſſionibus Ethicis*, Hamburgi A. 1695. *in 8.*, denuo eſt publicatus. Σκιαγραφίαν exhibet ſive compendium *Medicinæ Animorum moralis*, Operis majoris ἀνεκδότου, methodo Scriptoribus Medicinæ corporis familiari diſpoſiti atqve elaborati, de qvo plura Ineditorum docebit Catalogus. Applauſus hunc, & exhortationes ad pergendum in inſtituto, Joh. Feldeni, Herm. Conringii, Jac Thomaſii, Gothofr. Gvilh. Leibnitii, Mart. Hanckii, aliorumqve eruditorum, provocaſſe, Autor ipſe, *in præfat. Acceſſionum Ethicarum*, retulit. Commendatus qvoqve poſtea eſt a Sim. Henr. Muſæo (*egregie* eum *declarare analogiam inter Medicinam & Ethicam* cenſente) *in Vindiciis Juris naturalis Paradiſei p. 24.*, & Chriſt Dav. Funccio *in Vindiciis Seculi noſtri, P.* II., *p. 333. 334.* Joh. Vagetius, Placcii in Gymn. Hamb Collega, *Prælectionibus* eum illuſtravit *Analyticis*, igne, in ædium incendio Vagetianarum, d. 25. Maji A. 1691. abſumptis. Minus ſe is contra probavit Burch. Gotth. Struvio, cui (*in Biblioth. Philoſ., c. 6., §. 13., p. 115.*) Autor, & in illo, & *in Acceſſionibus Ethicis, non eadem cura omnia abſolviſſe* videtur.

De Morali ſcientia augenda Commentarius in Franciſci Baconis de Verulamio Librum de Dignitate & augmentis Scientiarum ſeptimum, Ethicæ doctrinæ originem, incrementa, decrementa, fortunamqve per varias gentes variam, ab Orbe condito, hucusqve ſummatim exhibens, indeqve cauſas imperfectæ, media perficiendæ, perfectæqve Ideam, repræſentans. Francofurti 1677. in 8. De hoc ita Phil. Jac. Spenerus *Parte* I. der Theologiſchen Bedencken, *c. 2., Sect. 10., p. 420.*: Unſere Ethic insgemein, weil ſie aus dem Ariſtotele genommen, iſt ſehr ſchlecht; es ſolte aber die neue Arbeit L. Placcii zu Hamburg eine nicht undienliche Anweiſung geben, künftig weiter zu gehen. Commendatur etiam a Lipſienſibus (*Commentarium* vocantibus *eruditiſſimum*) *in Actis Erud., M. Febr. A. 1685., p. 56.*, Georg. Paſchio (Autorem *utiliſſimum ſuſcepiſſe laborem, Librumqve VII. Verulamii egregiis auxiſſe annotationibus*, judicante) *in Schediaſmate de Curioſis hujus ſeculi Inventis, c. 4., p. 41.*, & Seb. Kortholto (cui itidem *utiliſſimus* audit) *in Diſſ. de Doctrinæ morum ſcriptoribus p. 13.* Pars Commentarii hujus eſt Vinc. Placcii *Hiſtoria ſtudii Ethici ſuccincta, per omnes gentes inde ab O. C. deducta*, curante Chriſt. Gottl. Schwartzio, Profeſſore Altorfino, cum Lælii Peregrini, Oratoris ac Philoſophi Romani, *Libro de noſcendis & emendandis Animi affectionibus*, Lipſiæ A. 1714. *in 8.* ſeorſim recuſa; de qva *Acta Eruditorum Lipſienſia* Latina, *M. Jan. A. 1714., p. 42. 43. 44.*, & Germanica *Parte XX., p. 691-698.*, poſſunt conſuli.

Philoſophiæ Moralis plenioris Fructus præcipuus, qvi eſt agnoſcere illius ope, Philoſophiam non ſufficere beatitati ulli ſolidæ conſtituendæ, nedum acqvirendæ; Revelationem vero divinam, et neceſſariam, certisqve ſignis (in ſola Religione Chriſtiana deprehendendis) a falſa qvalibet ſuperſtitione diſtinctam, non poſſe non exiſtere. Adjecta eſt Oratio inauguralis, Hamburgi habita, de Juvene Philoſophiæ Practicæ auditore. Helmſtadii 1677. in 8. Hunc etiam Librum Phil. Jac. Spenerus, *Parte I.* der *Theologiſchen* Bedencken, *c. 1., Sect. 47., p. 234.*, ſeqventi ornavit elogio: Mir hat des rechtſchaffenen H. Lic. Placci Arbeit ſehr wol gefallen, da er, auch aus der Vernunſt einen gantz anderen Zweck der Diſciplinæ moralis gewieſen, als vielleicht vor ihm nicht viele andere erkandt hatten. *Tractatus pius & utilis* vocatur a Lipſienſibus (*in Actis Erud., M. Febr. A. 1685., p. 56.*), *elegans* a D. G. Morhofio (*Tomo* III. *Polyhiſt., Lib.* I., *p. 5.*), *egregius* a Sim. Henr. Muſæo (*in Vindiciis Juris*

Nat. Paradiſei p. 36. 37.); *eruditiſſimus* a Georg. Eliez. Edzardo (*in Programm. fun. de vita Placcii p. 7.*), *præclarus & eruditus* a Joh. Franc Buddeo (*in Diſſ. de Pietate ſeu religione naturali*, §. 13., *p. 6.*), alibi etiam (*in Theſibus* ſc. *de Atheiſmo & ſuperſtitione*, *c. 7.*, *p. 643.*) illius commendante lectionem. Qvod & a Sebaſt. Kortholto (*l. c. p. 13.*) eſt factum.

Tractatio de Actionibus bipertita, cujus Pars prior ex Jure Naturali Tabella unica, Pars poſterior ex Jure Civili Tabella duplici, addita utrobiqve brevi Explanatione, Actionum diſcrimina exhibet ita diſtincta, ut inde applicatio ad Speciem facti qvamlibet oblatam facilis & expedita, comparatio vero Juris Civilis cum Naturali etiam jucundiſſima, ſit futura. Hamburgi 1679. in 8. *In Epiſtola dedicatoria* Autor, ſe, Parte priori, primum ſeriem Actionum plenam ex Juris naturalis ordinatam dediſſe fontibus, & proinde intactum hucusqve Juris Naturalis ſcriptoribus argumentum illuſtraſſe, poſteriori autem tractatorum ordinem plane novum propoſuiſſe, jactat; *in præfatione* vero, nonnulla, A. 1660. ex ore Joh. Feldeni, Præceptoris, excepta, & huc facientia, in haſce meditationes ſe primum perduxiſſe, fatetur.

Nicetæ Spilii, JCti & Philoſophi Chriſtiani, Epiſtola curioſa ſuper Qvæſtionibus eruditis variis de Tempore, videlicet de Corpore Juris reconcinnando, vel renovando, inqve vernaculam convertendo, de Juris naturalis ſcientia conſtituenda, de Republica irregulari, de Scientia interpretandi Jura & Sacras Literas, harumqve Emendationibus (*Marci Meibomii*) Criticis, &c. Veronæ, apud Publium Liberium Pacatum e Latio, ad ſignum ingenuæ Veritatis, A. 1681. in 12. Autorem hujus larvatum non alium eſſe, qvam Vincentium Placcium noſtrum, larva ipſa metaphraſtica, accuratius conſiderata, dubitare neminem patitur. Non enim ſolum Prænomina, Græcum Nicetæ ac Latinum Vincentii, ſed & Cognomina, Græcum Spilii a voce Argolica σπῖλ☉, ac vernaculum Placcii a Saxonica Plack, utraqve Maculam denotante, derivata, idem ſignificant. Leibnitii Illuſtris conjectura, qva, in literis ad Placcium A. 1681 ſcriptis, & ab hoc *T. I. Theatri Anon. ac Pſevdon. p. 230.* recitatis, cognomen Spilii a Germanico Spiel, & Anglo-Saxonico *Play*, qvorum utrumqve *Ludi* gaudet ſignificatione, deduxit, longius, uti nemo non videt, eſt petita, minimeqve veriſimilis. Se ipſum præterea haud obſcure prodidit Placcius, ſcripta ſua alia, in *Epiſtola* hac *p. 36. 40. 73. 86. 87. 88. 89.*, freqventius allegando & commendando, erroremqve *Syntagmatis de Anonymis ac Pſevdonymis* qvendam *p. 11.* ſollicite emendando. Imo, Autorem ſe illius eſſe, tandem eſt faſſus, non privatim ſolum in colloqvio mecum familiari, ſed & publice *in Theatro Anonymorum ac Pſevdonymorum*, *T. I.*, *c. 3.*, *p. 230.*, *& T. II.*, *p. 573. 574.*; poſtqvam jam ante hoc ab Ehrenfr. Klotzio, illic laudato (*in præfat. Differentiarum Juris Civilis ac Reformationis Francofurtenſis*, A. 1682. editarum), atqve me ipſo (*in Hyponmematis ad T. III. Polyhiſtoris Morhoſiani Lib. VI. p. 129.*), eruditis erat detectum. Commendata eſt Epiſtola hæc Spiliana a Georg. Paſchio (qvem verus Autor latuit) *in Tr. de Curioſis hujus ſeculi Inventis*, *c. 5.*, *p. 293. 294. edit. ſecundæ*, impugnata vero a Chriſtfrido Wächtlero, JCto Saxonico. Cujus *Διάσπασμα de Veteri Jure enucleando, ad Nicetam Spilium*, Argentinæ A. 1684 *in 12.* excuſum, Placcius (uti ipſemet *Tomo II. Theatri p. 573.* teſtatur) ſeqventi refutavit Schediaſmate philyræ unius, itidem Ψευδωνύμῳ, & in omnibus Scriptorum propriorum omiſſo Catalogis.

In Chriſtfridi Wächtleri, J. U. Lic., de Veteri Jure enucleando ad Nicetam Spilium Διάσπασμα *Ἀντισπάσματα*, ſive Notæ reſpondentes, Autore Nicanore Avtodidacto, Diſcipulo Spiliano. Veronæ, apud Publ. Liberium Pacatum, in 12.

Juſtiniani Imperatoris Inſtitutiones Juris reconcinnatæ, ſic ut mutato, qvam minimum fieri potuit, ordine, textuqve omni retento, ſola typorum varietate diſtingvantur Textus abrogati ab etiamnum vigentibus, & utriqve ab additamentis, ex receptis Imperii juribus inter factis, ut nullius non materiæ Juridicæ elementa compendio pertractentur. Francofurti 1682. in 8. Commendatur hic liber, cujus argumentum methodumqve Lipſienſes, *in Actis Erud.*, *M. Dec. A. 1682.*, *p. 399. 400.*, accuratius expoſuerunt, a Georg. Paſchio *l. c. p. 293. 294.*, & ipſo Placcio (Nicetæ Spilii larva velato) *in Epiſtola curioſa p. 40. 41.* Iniqvius contra de illo judicarunt B. G. Struvius (*in Bibliotheca Juris ſelecta*, *c. 3.*, §. *2.*, *p. 55.*), noſtrum *Inſtitutiones novo ordine diſponere, & in easdem commentari, ſed majori auſu qvam uſu*, tradens, & Nicol. Chriſtoph. Lynckerus (*in Inſtructorio forenſi, Lib. I.*, *c. 1.*, §. *4.*, *lit. F. 1. b.*) ita ſcribens: *Placcii Inſtitutiones Juris reconcinnatæ nullius cenſus haberi debent. Licet enim Inſtitutiones ſuppleri ex uſu diſcentium foret, non tamen iſtud, pro integritate Juris, & commodo publicæ rei, Placcius aſſecutus eſſe videtur.*

Excerpta bina Rhetoricarum Acceſſionum, integre olim D. V. edendarum, qvorum priori Enthymematicæ, poſteriori Affectuoſæ Inventionis Oratoriæ, Ariſtotelica doctrina, ordinata & triplo amplius aucta, exhibetur. Subjunctus eſt iis Catalogus Scriptorum Autoris editorum ac edendorum. Hamburgi A. 1686. (&, ſi *Vitæ* Placcii Fabricianæ credendum, jam ante 1679.) in 8. Recuſa deinde *in Acceſſionibus Rhetoricis* ipſis, & auctiora qvidem, Hamburgi A. 1695. in 8. Recenſionem argumenti illorum *Acta Eruditorum Lipſienſia*, *M. Oct. A. 1686.*, *p. 498. 499. 500.*, exhibuerunt. Excerptum prius de Inventione Enthymematica D. G. Morhofius, *T. I. Polyhiſtoris*, *L. 2.*, *c. 1.*, *p. 391. 392.*, hoc ornavit elogio: *Ceterum argumentorum & enthymematum omnium, qvibus ad diſſerendum uti poſſumus, fontes & locos feliciſſime atqve uberrime digeſſit Vir Clariſſ. Vinc. Placcius, in Excerptis illis Rhetoricarum Acceſſionum, integre olim edendarum, una perpetuaqve* διαζυγώσει *delineans, qvicqvid vel e Locis Dialecticis ad Oratorem pertinet, vel Loci communes & proprii Rhetorici Ariſtotelis, ac deniqve ipſa illa rerum ſeries ac ingenium, illi ſuggeſſerunt: ut profecto merito gloriari poſſit, nihil apud cæteros Inventionum fabros, qvantum ad argumenta, novi eſſe, qvod non ſuis illis axiomatibus contineatur.* Poſterius qvoqve de Inventione affectuoſa Excerptum ab eodem laudatur, & *T. I.*, *L. 1.*, *c. 15.*, *p. 164. 165.*, *Elegantiſſima* appellatur, *in ſumma brevitate, axiomatum de Affectibus* διαζυγώσεις, *Libroqve ejusdem Tomi tertio*, *c. 9.*, *p. 667.*, *Elegantiſſimum de Affectibus Compendium.*

Theſes ex Philoſophia morali de Gratitudine (*Reſp. Barth. Walthero, J. U. poſtea Doctore.*). Hamburgi 1685. in 4.

Liber ſingularis de Arte Excerpendi (vom gelahrten Buchhalten), qvo genera & præcepta Excerpendi ab aliis hucusqve tradita omnia, novis acceſſionibus aucta, ordinata methodo exhibentur, & ſuis qvæqve materiis applicantur: ſpeciatim SCRINII LITERATI inventum peculiare, ex MSto Anonymi, emendatum etiam exhibetur. Una cum Epiſtola Auctoris, qva Hiſtoria Excerptorum propriorum partite recenſetur, per annos plusqvam XXX. continuatorum: indicatis maxime aberrationibus ſuis variis, ad cautelam majorem & profectum aliorum. Hamburgi 1689. in 8. Libri hujus, Laur. Normanno, Profeſſori Academiæ Upſalienſis, inſcripti (cui, in exemplis compluribus, non tamen omnibus, *Invitatio amica ſuper ſymbolis promiſſis aut deſtinatis ad Anonymos & Pſevdonymos*, de qva ſeorſim ſupra jam eſt dictum, ſolet adjungi), recenſus exhibuere Lipſien-

ſes

ſes *in Actis Eruditorum, M. Majo A. 1689., p. 299.300.*, Parmenſes *in Diario Literatorum Italico anni 1689., Ephem. 9.*, Wilh. Ern. Tenzelius (hoc unum in eo deſiderans, qvod ſeries titulorum, qvibus excerpta poſſint ſubſterni, ordine digeſta idoneo, non ſit addita) *in Dialogis menſtruis Germanicis, M. Junio A. 1689, p. 625--631.*, Henr. Baſnagius *en l' Hiſtoire des Ouvrages des Sçavans, M. Jan. A. 1690., p. 208-213.*, & Joh. Clericus *T. XVI. Bibliothecæ univerſalis Gallicæ, M. Febr. A. 1690., p. 194-200.* Commendant illum D G Morhofius (*ſumma* Placcium *diligentia omnes, qvi de hoc argumento ſcripſere, Autores, omnes excerpendi formas & modos, ſingulorumqve commoda, incommoda & præcepta, recenſere,* judicans) *T. I. Polyhiſt., L. 3., c. 1., p. 606.*, & Caſp. Thurmannus *in Bibliotheca Academica p. 121.122.* De Scrinio literato, & Anonymi, qvo illius uſum expoſuit, MSto, in Joh. Adolphi Taſſii, Matheſeos in Gymnaſio Hamburgenſi Profeſſoris, reperto Bibliotheca, & per Placcium edito, relegantur, qvæ in Vita Taſſii, *Tomo II.* hujus Operis, jam ſunt narrata Conf. qvæ de Coronæi Pantotheca, Scrinio iſti qvodammodo ſimili, e Joh. Bodini *Libro I. Dialogi de abditis rerum ſublimium Arcanis*, Morhofius *l. c., L. 3., c. 13., p. 767. 768.*, recitavit.

Chriſt. Thomaſii Qvæſtio: An Favorabilia & odioſa in materia de interpretatione definiri poſſint? cum Annotationibus Vinc. Placcii, Juriſconſultum ſuum perfectum, & Muſas Juridicas (ſive Ideam Tractatus de Favorabilibus & Odioſis, iis inſertam, defendentibus. Hamburgi 1693. in 4. De hoc Schediaſmate, reſponſoqve Thomaſii, ei oppoſito, ac tota inter utrumqve controverſia, relegantur, qvæ ſupra *in Muſarum Juridicarum* narrata ſunt recenſu.

Acceſſiones Ethicæ, Juris Naturalis & Rhetoricæ, ex triplici Syſtemate majori, elaborato per vitam omnem, & porro indies elaborando, excerptæ, in gratiam Auditorum nunc demum conjunctim publicatæ. Acceſſit, Appendicis loco, Epiſtola ad Patronos & amicos, qvare ſibi cum Clariſſ. Chriſtiano Thomaſio nihil nunc Autor amplius cenſeat publice diſceptandum, indicans. Hamburgi 1695. in 8. Lucem in hoc Syntagmate viderunt: I. Compendium Juris Naturalis, in tres libros (de Jure Naturali mere morali, privato & publico) diviſum, atqve ad analogiam Partium Medicinæ ubiqve diſpoſitum, cum duobus Indicibus; II. Compendium Syſtematis Ethici, ſeu Medicinæ Animorum moralis, qvinqve Partes, a Medicina corporis itidem mutuo acceptas, Phyſiologiam ſcilicet, Hygienen, Noſologiam, Semeioticam & Therapevticam moralem, complectens, *Typumqve Acceſſionum moralium*, jam antea A. 1675. Latine, Germaniceqve A. 1685. editum, auctiorem pariter atqve emendatiorem exhibens; cum duobus Indicibus; III. Ars Rhetorica Ariſtotelica ordinatior, & acceſſionibus non paucis auctior, in qvatuor partes (de Inventione, Diſpoſitione, Elocutione & Recitatione) diviſa; IV. Promptuaria tria Inventionis Oratoriæ, Enthymematicæ, Affectuoſæ & Moratæ, qvorum priora bina iam olim A. 1685. (ſub *Excerptorum* titulo, uti ſupra indicavimus) ſunt edita, poſtremum nunc primum; ex doctrina Ariſtotelica ordinata, & acceſſionibus multum aucta; V. Epiſtola contra Chriſt. Thomaſium, cujus argumentum in *Muſarum Juridicarum* recenſu jam expoſuimus. Relationem de hiſce omnibus brevem, ſed honorificam, invenies *in Actis Eruditorum Lipſienſibus, M. Auguſto A. 1695., p. 353.354.355.*, recenſus autem ſingulorum ſcoptico-ſatyricos qvatuor in Pet. Rabi *Bibliotheca Europæ* Belgica, *M. Nov. & Dec. A. 1696., p. 512-531.* Cui ſcriptori Batavo, fœtus hoſce Placcianos juſto aſperius perſtringenti, & ironice, tanqvam mera Sceleta definitionum, diviſionum propoſitionumqve infinitarum, terminis ſcholaſticis & barbaris adeo obſcure explicatarum, ut res qvælibet, e ſolis nominibus, longe clarius, qvam ex iſtis, innoteſcant, ubiqve deridenti, ſibiqve lectionem ſummum excitaſſe tædium addenti, autor ipſe, *Corvum* eum *crocitantem* appellans, & ignorantiæ talium ſtudiorum inſimulans, *Tomo I. Theatri Anonymorum & Pſevdonymorum, c. 14., p. 578.*, paucula regeſſit, ac *proterviam prepudioſam atqve improbam, Chriſtianisqve indigniſſimam*, exprobravit. Fuſius longe, qvam a Lipſienſibus & Rabo, *Acceſſiones* hæ Placcianæ ſingulæ adumbratæ ſunt ac recenſitæ in Wilh Ern. Tenzelii *Dialogis menſtruis Germanicis annorum 1696. & 1697.*, Ethicæ ſcilicet *M. Junio A. 1696., p. 569-592.*, Juris Naturalis *M. Novembri anni ejuſdem, p. 920-937.*, & Rhetoricæ tandem *M. Julio A 1697., p. 602-610.*; non tamen ab ipſo Tenzelio, ſed a Diſcipulo qvodam Placcii domeſtico interioris admiſſionis, nimium ſubinde Præceptori tribuente. De Acceſſionibus Ethicis jurisqve naturalis Autor (eas *laborem omnium laborum ſuorum laborioſiſſimum, cariſſimum pretioſiſſimumqve*, appellare, teſte Kortholto, mox allegando, ſolitus), in *præfatione* Syntagmatis totius, monuit, illas ſolis ſuis ſcriptas eſſe auditoribus, atqve idcirco juſto breviores, nec aliis lectoribus, Analytices imperitis, ejusqve beneficio omiſſa ſupplere non valentibus, multum profuturas. Commendantur tamen a Joh. Franc. Buddeo *in Diſſ. de Pietate ſeu Religione naturali, §. 24., p. 14.*, & Sebaſt. Kortholto *in Diſſ. de Doctrinæ morum ſcriptoribus p. 13.*, aliis qvoqve Philoſophiæ ſtudioſis Practicæ, diſſentiente licet B G. Struvio, qvo (*in Biblioth. Philoſ., c. 6., §. 13., p. 115.*) judice Autor in iis *non eadem cura omnia abſolvit.* Acceſſiones Rhetoricas ipſe Placcius, *in præfat.* modo citata, artem hanc jactat demonſtrative (ſecus atqve ab aliis hactenus factum) tradidiſſe. Qvæ a Georg. Paſchio etiam (*in Tr. de Curioſis hujus ſeculi Inventis, c. 2., p. 76.*), Aug. Griſchovio (*in Introduct. ad Philologiam generalem, c. 6, p. 338. 339.*), aliisqve, qvod Autor in iis *argumentorum & enthymematum, qvibus ad diſſerendum uti poſſumus, fontes & locos feliciſſime atqve uberrime, deficiente* licet *plenaria deductione, digeſſerit*, haud immerito ſunt laudatæ.

Conſilii de ſtudio Philoſophiæ Practicæ optime inſtituendo Epitome, & Praxeos Rhetoricæ, ſeu Conſilii de ſtudio Rhetorico, Lemmatica Repræſentatio; deſtinatæ Acceſſionum Ethicarum, Juris naturalis & Rhetoricarum, Appendices geminæ, culpa Typographi omiſſæ, nunc ſeorſim editæ, cum Erratis typographicis Rhetoricarum Acceſſionum. Hamburgi 1696. in 8. V. de illa *Dialogos* Tenzelianos *menſtruos, M Julio A. 1697., p. 610.*

Diſp. de Jure naturali Uſurarum (*Reſp. Nicol. Stampehlio Hamburgenſi, J. U. poſtea Doctore*) Hamburgi 1695. in 4. Eadem cum hac methodo Juris naturalis Placciana Medico-morali adornata eſt, & definitionem Societatis diſputatoriæ, in noſtri *Acceſſionibus Juris naturalis p. 116.* exhibitam, latius omnia deducendo, illuſtrat, *Diſputatio de Jure naturali Diſputationum* M. Georg Raphelii, Sileſii, & Alberti Henrici tho Büeren Hamburgenſis, Auditorum Placcianorum, Roſtochii A. 1698 *in 4.* excuſa.

Diſp. Moralis de Antizelia, ſive Malis in bonum imitandis, ex Acceſſionibus Ethicis deducta (*Reſp. Nicolao Lütkens Hamburgenſi*). Hamburgi 1697 in 4.

Programma funebre de vita Joh. Surlandi, Eccleſiaſtæ Hamburgenſis. Hamburgi 1677. in fol.

Corona Gymnaſtica, Mich. Kirſtenii, Med. D. & Phyſ. ac Poeſ Profeſſoris Hamburgenſis, tumulo honorando contexta, ſive Programma de vita illius funebre. Hamburgi 1678. in fol.

Programma funebre de vitis Henr. Siveri & Joh. Vagetii, Gymnaſii Hamburgenſis Profeſſorum. Hamb. 1691. in fol. (Tria hæc Programmata funebria recuſa ſunt Hamburgi A. 1711., *Volumine III. Memoriarum Hamburgenſium*

Joh. Alb. Fabricii; in qvo primum *p. 296-306.*, ſecundum *p. 441-460.*, tertium vero *p. 528-538.* legitur.)

Programma de hodierni Logices contemptus cauſis, Orationi Gerh. Meieri, Profeſſoris illius, auſpicali præmiſſum. Hamb. 1692. in fol.

Programmata IX. alia, diſcipulorum Orationibus præmiſſa publicis: I. ſcil. (de falſa Magnanimitate Ariſtotelica) Orationi de vera Magnanimitate, A. 1676.; II. (de Exiſtimatione cenſuraqve mentium alienarum) Orationi de Honore vero expetendo, A. 1677.; III. (de Hominibus a Natura ad pacis, non belli, ſtatum ordinatis) Orationi de Pace victoribus æqve ac victis utili, A. 1681.; IV. (de Utilitate exercitiorum Gymnaſii publicorum) Orationi de Angelorum cuſtodia grato agnoſcenda animo, A. 1683.; V. (de diſcrepantia Ariſtotelicorum in deſignanda optima Republica) Orationi de Reipublicæ Ariſtocraticæ excellentia, A. 1687.; VI. (de cauſis rareſcentium exercitiorum in Gymnaſio publicorum) Orationi in dictum Sirac. III. 30., A. 1687.; VII. (de ſeligendo ſtudiorum genere in tanta varietate) Orationi de lætante triſtibus Fortitudine, A. 1688; VIII. (de Sinenſibus vitæ integritate, virtutumqve ſtudio, Chriſtianos ſuperantibus, & impiis qvibusdam Chriſtianorum proverbiis) Orationi de Fide hoſtibus ſervanda, A. 1692.; IX. (de Connexione extremorum cum mediis) Orationi de Modeſtia, A. 1693. Omnia Hamburgi ſunt impreſſa, &, præter octavum, a Joh. Alb. Fabricio, in Vita Autoris, jam enumerata.

Epiſtolæ duæ ad Chriſt. Weiſium, Scholæ Zittavienſis Rectorem, de diſtinctione Philoſophiæ a Theologia morali, moralisqve Philoſophiæ neceſſitate & utilitate, A. 1676. & 1677. exaratæ, qvæ in *Epiſtolarum* Weiſii *ſelectiorum*, Budiſſæ A. 1716. *in 8.* editarum, *Appendice, num. 80. & 81., p. 431-441.*, leguntur, & Undecimæ Weiſii ad noſtrum de affinitate Philoſophiæ & Theologiæ moralis, *p. 21-26.* obviæ, ſunt repoſitæ.

II. GERMANICA.

Typus Medicinæ moralis, oder Entwurf einer vollſtändigen Sitten-Lehre, nach Art der leiblichen Artzney-Kunſt, mit Verdeutſchung aller Kunſtwörter, abgefaßet: Wie auch Diæta moralis Philoſophico-Chriſtiana, oder Chriſtliche Sittenpflege, fürſtellend allerhand Mittel zum tugendſamen Leben, nach Anleitung der täglichen Leibes-Verpflegung zu gebrauchen. Hamburgi A. 1685 *in 8.*, & (cum ſcripto ſeqventi de Animæ humanæ immortalitate, ſub titulo Dreyer Tractätlein V. Placcii, additis Indicibus) Francofurti A. 1688. in 8. *Typi* hujus *Medicinæ moralis* (qvi Verſio eſt Germanica *Typi Acceſſionum moralium*, Latine Hamburgi A. 1675. editi, ſed auctior atqve ordinatior, *Diætæqve moralis*, recenſum perqvam honorificum, a Viro illuſtri, Vito Ludov. Seckendorfio (uti noſter *in præfat. Acceſſionum Ethicarum* indicavit), concinnatum, *Acta* exhibent *Eruditorum Lipſienſia*, *M. Febr. A. 1685., p. 56. 57. 58.* In iſto Autoris tum ſcopus, *verum, ſummum & unicum bonum in unione ſive amicitia hominis cum Deo, etiam ex Philoſophiæ ſive rationis axiomatibus, oſtendens*, tum methodus, defectus Ethicorum Ariſtotelis corrigens, tum conatus laudabilis, qvo, ſi non primus, certe inter primos, moralem diſciplinam lingva patria acroamatice, novis qvandoqve vocabulis, illorumqve compoſitionibus aut ſignificationibus, hunc in finem effictis, explicare eſt aggreſſus, laudem mereri judicantur ſingularem. De *Typo*, juxta analogiam artis Medicæ, in qvinqve diſtributo partes, Phyſiologiam ſcilicet (de natura Hominis, moraliter conſiderati), Hygienen (de ratione ad ſummum bonum pietatis & virtutum ſtudio ac praxi perveniendi), Noſologiam (de Vitiis, ſingulis virtutibus oppoſitis), Semeioticam (de Signis, ad qvæ conſcientia examinanda) & Therapevticam (de Emendatione morum, vera, falſa ac fucata), ſeorſim vere monetur, illum *delineationem* tantum operis exhibere majoris, *vel magnam rerum methodice digeſtarum, ſive vocabulorum potius aut breviſſimarum definitionum, farraginem, in paucas redactam paginas, attentumqve proinde & terminorum ſcholaſticorum non ignarum reqvirere lectorem.* Diæta tandem moralis hoc ornatur elogio: *Non ſciagraphiam aut ſceletum, ſed corpus exhibet, pulchritudine & ſucco placiturum. Conſtat hoc ex perpetuo parallelismo methodi corpus & mentem ſanandi & ſervandi. Magnam vero & Chriſtiano viro digniſſimam induſtriam præſtitit Autor, qvod non ſolum ex præceptis Philoſophiæ, iisqve optimis, ſed & ex penetralibus religionis Chriſtianæ, cum judicio hauſit, & theſibus ſubjunxit, verbis ſelectiſſimis expreſſa, & exqviſitis ſcripturæ ſacræ locis ſtabilita, qvæ ad ſalutem animæ conducunt. His igitur ad methodum Medici, ſumptis, non ſine eleganti artificio, a cibo & potu, a reſpiratione, a retentione & excretione, a motu & qviete, a ſomno & vigilia, & ab affectibus, comparationum locis, ingens egregiarum admonitionum cumulus in paucis foliis deprehenditur, qvæ omnibus ad ſeriam pietatem magnos, ut ſperamus, ſtimulos addere poterunt.* Geminum Seckendorfiano huic eſt judicium Chriſt. Theoph. Gravii, Philoſ. Profeſſoris Herbornenſis, *in Demonſtratione paradoxa de Lingvæ Germanicæ, in docendis artibus ac ſcientiis, poſſibili uſu*, Hebornæ A. 1692. edita, *p. 35.*, ita ſcribentis: *Longe ſolidius qvam Ariſtoteles, & magis pie, habita corporis & mentis analogia, Ethicam conſcripſit V. Placcius, editam A. 1688., in qva ultra 700. terminos, tum artis hujus, tum aliarum, uſu patrio, vel recenſuit, vel primus reddidit.*

Gründlicher Beweiß von der Menſchlichen Seelen Unſterbligkeit, aus dem bloſſen Lichte der Natur. Francofurti A. 1685. & (una cum *Typo Medicinæ moralis*, *Diætaqve morali*, de qvibus modo eſt dictum, novo tantum titulo Dreyer *Tractätlein V. Placcii* præfixo) ibidem A. 1688. in 8. Libri hujus, rogatu, uti *in præfatione* traditur, Amici magnæ dignationis (qvem Joh. Adolphum Kielmannum a Kielmansegge, Miniſtrum Ducis Holſato-Gottorpienſis primarium, fuiſſe ab Autore ſum edoctus) conſcripti, σκιαγραφίαν *in Actis Eruditorum Lipſienſibus, M. Nov. A 1685., p. 491. 492.*, invenies. Subjiciuntur illi loca Lutheri, aliorumqve Theologorum, pro Mundi & creaturarum mutatione & renovatione, qvam Placcius etiam defendit, contra eorundem annihilationem, militantia. Commendatus eſt a Joh. Franc. Buddeo *in Diſſ. de Pietate ſeu Religione naturali*, *§. 49., p. 33.*, & *in Theſibus de Atheismo ac ſuperſtitione*, *c. 7., p. 564.*, ac Chriſt. Theoph. Gravio *l. c. p. 33.*

INEDITA ET AFFECTA.

I. PROPRIA.

α. IN CATALOGIS SCRIPTORUM SUORUM A PLACCIO PROMISSA,
e qvibus illa, qvibus Aſteriſcus eſt præfixus, teſte Joh. Alb. Fabricio (*in Vita noſtri*), ad editionem ſunt parata.

* Inſtitutiones Juris naturalis univerſi, privati atqve publici, qvo Politicæ Acceſſiones continentur, una cum Imperiorum atqve gentium Univerſaliſſimo Jure (ad votum J. H. Bœcleri *in præf. Comm. in Grotii Libb. de Jure belli & pacis*): Opus vaſtum, qvod prælo eſſe maturum, nitideqve jam deſcriptum, præter Fabricium, ipſe Placcius *in Epiſtola de Excerptorum propriorum hiſtoria* (*Libro de Arte excerpendi* ſubjuncta) *p. 218.*, & Gerh. a

Maſtricht

Maſtricht *in Epiſt. ad B. G. Struvium (Introduct. Struvianæ ad notit. rei lit. c. 4. inſerta) p. 165.*, teſtantur. Excerptæ ex his ſunt, compendiumqve illarum exhibent, *Acceſſiones Juris Naturalis*, cum *Ethicis* ac *Rhetoricis* A. 1695. Hamburgi excuſæ.

Juriſconſultus Romano-Germanicus perfectus, ſive Pars ſecunda & ſpecialis *Libri de JCto perfecto in genere* (A. 1664. ac 1693 editi, ſupraqve jam memorati), ad analogiam primæ Capitibus XV. elaborata, in qva præſertim de Interpretationibus circa Jus Imperii Romano-Germanici bene vel male factis, & in poſterum faciendis, agitur. Ordinem ejus ac methodum delineavit Autor in *Idea* illius peculiari, A. 1693., *in Muſis Juridicis*, *num. 4.*, juris facta publici.

De Jurisprudentia & Jurisprudente in genere Diſſertatiuncula.

Ad. Gvilh. Grotii Enchiridion de Principiis Juris Naturalis Annotationes & Supplementa, ſub finem etiam *Præfationis Tr. de Actionibus* A. 1679. promiſſa.

Commentarius in Jus Statutarium Hamburgenſe Exegetico-practicus affectus, cujus σκιαγραφίαν *Ideæ Juriſconſulti Hamburgenſis perfecti*, A. 1693. *in Muſis* publicatæ *Juridicis*, *Capite VIII.*, *p. 169-173.*, inſeruit. Exhibiturus ille, hac teſte, erat Verſionem Juris ſtatutarii Hamburgenſis Latinam, Paraphraſin Statutorum obſcuriorum Latino-Germanicam, Notas Philologicas ſeu Grammatico-Rhetorico-Criticas, Loca aliorum Statutorum parallela, Obſervationes ad ſingula Hiſtoricas, Analyſin in propoſitiones Latino-Germanicam, Collationes cum Juribus Saxonico, Lubecenſi, Lüneburgenſi, atqve aliis, Notas reales, Lemmata Latino-Germanica cuiqve Statuto præfigenda, Caſus (ubi opus eſt) formatos, Collationes cum Juribus Civili Romano, Naturali, Politico Divino atqve Conſcientiæ, Notas Hypercriticas, Reſtrictiones & extenſiones notabiles, cum Qvæſtionibus & Caſibus variis, per Reſponſa deciſis, & interpretationem tandem avthenticam. Qvia vero de Opere hoc grandi & arduo perficiendo deſperabat, Specimen ſe illius in ſtatuto editurum unico *p. 172.*, ſed itidem abſqve ſucceſſu, eſt pollicitus. Conf. de illo *Partem IV. Iſagoges* noſtræ *ad Hiſt. Cimbr.*, *c. 11.*, *§. 2.*, *p. 624.*

Tractatus Juridico-methodicus & Theoretico-practicus de Favorabilibus & Odioſis in jure, qvem in *Idea* illius delineavit peculiari, A. 1693. *Muſis Juridicis num. VI.* inſerta, & de cujus hiſtoria plura, in *Muſarum Juridicarum* recenſu, ſupra jam diximus.

Tractatus Theoretico-practicus de Prævaricatione & Prævaricatoribus (von Proceſs-Verräthern und ihren Verräthereyen), variis de hoc argumento auctus Conſiliis & deciſionibus, partim ineditis, cujus *Capitum membrorumqve Deſignatio* A. 1693., in iisdem *Muſis Juridicis*, *num. 9.*, prodiit. Occaſio ejus conſcribendi, e controverſia cum D. Jac. Blumio forenſi enata, in Vita Placcii Autoris jam eſt expoſita.

* Conſilium Epiſtolare de Aſtrologia judiciaria potius expurganda, qvam contemnenda, cum Epiſtolis argumenti varii Philoſophici aliis publicandum; qvod edi optavit Joh. Dieemannus *in Diſſ. de Paradoxo Typorum cœleſtium Helmontiano p. 4.*

Annotata in Franc Baconis, Baronis de Verulamio, Libros IX. de Dignitate & augmentis Scientiarum, præſertim vero in Sextum de Augmentis Rhetoricis, Septimum de Ethicis, Octavum de Politicis, & Nonum de Jurisprudentiam ſpectantibus.

* Acceſſiones Ethicæ pleniores, exhibitæ in Medicina Animorum morali bipartita, cujus Parte priori ſiſtuntur Inſtitutiones Medicinæ Animorum, ſecundum ordinem in *Typo Acceſſionum moralium* (Operis hujus Prodromo ac Compendio, Latine A. 1675., Germanice, non ſine auctariis, A. 1685., & denuo Latine A. 1695. *in Acceſſionibus Ethicis* brevioribus, uti ſupra indicatum jam eſt, edito) delineatum, plenius elaboratæ, & in Libros qvinqve, ea, qva Medicinæ corporum Scriptores uti ſolent, methodo, diviſæ. Harum Primo Libro Phyſiologia & Anatomia moralis de Hominis, Moraliter curandi ſeu beandi, natura, anima & corpore, utriusqve conjunctione & functionibus, tam ſeparatis qvam conjunctis, & qvomodo a ſe invicem, vel aliis externis, varie afficiantur; Secundo Hygiene, qvomodo ad Summum bonum (unionem ſcilicet ſive amicitiam cum Deo) pietatis & virtutum ſtudio ac praxi, perveniri poſſit, ductu Philoſophiæ, ad Theologiam viam ſternentis practicam, oſtendens; Tertio Noſologia, oppoſita ſingulis virtutibus Vitia deſcribens; Qvarto Semeiotica de ſignis morum bonorum malorumqve, & examine ſui ipſius bene inſtituendo, differens; ac Qvinto tandem Therapevtica & Pharmacevtica, emendationem medicinamqve morum ſive vitiorum docentes, veramqve a falſa ac fucata diſcernentes, proponuntur atqve traduntur. Parte poſteriori Medicina exhibetur moralis Practica, de Vitiorum ſingulorum agens agnitione & curatione ſpeciali. V. de Opere hoc Ethico, qvod methodo artis Medicæ, inſtituto iſti præ aliis maxime congrua, ab Autore, conſiliis germani ſui, Joh. Placcii Junioris, Doctoris Medici, obſecuto, eſt concinnatum, ipſius Placcii non ſolum *Typum* illius triplicem, paulo ante allegatum, & Scriptorum propriorum Catalogos, ſed & *Epiſtolam de Excerptorum ſuorum hiſtoria p. 219. 225.*, ac *Præfationem Acceſſionum Ethicarum* breviorum, A. 1695 editarum. In qva licet de illo abſolvendo pene deſperaverit, abſolutum tamen illud ante obitum Autoris eſſe, præloqve maturum, præter Joh. Alb. Fabricium in *Vita* noſtri), Gerh. a Maſtricht, ſemetipſum id, *nitide* jam *deſcriptum*, vidiſſe affirmans *in Epiſt. ad B. G. Struvium*, *l. c. p. 165.*), teſtatur. Editionem Dan Gvilh. Mollerus (*in Diſſ. de Præparatione abiturientium in Italiam p. 35.*), aliiqve, publice jampridem optarunt.

* Specimen Medicinæ moralis Practicæ (ſive Partis ſecundæ Operis præcedentis), in Iracundiæ ſignis & remediis exhibitum. V. qvæ de illo, occaſione animi proprii ad vitium hoc iracundiæ proclivis, per noſtrum ſcripto, in Vitæ ipſius jam narravimus hiſtoria.

Hiſtoriæ Curationum moralium antiqvæ & novæ.

Drey Bücher von Verbeſſerung der Sitten-Lehre: I. Vorbereitung, oder wie ſie zu verbeſſern; II. Entwurf der verbeſſerten Sitten-Lehre ſelbſten; III. Anhang, oder wie aus derſelben die Nohtwendigkeit und Gewißheit einer göttlichen Offenbahrung zu ſchlieſſen. Libros hos de Doctrinæ moralis emendatione Germanicos in ſolo illo Scriptorum ſuorum pollicitus eſt Catalogo, qvem *Tractationi de Actionibus* A. 1679. præmiſit.

Analyſis Logica Ethicorum Nicomachicorum & Politicorum Ariſtotelis, ita ut ad oculum pateat, ubi qvælibet probatio incipiat atqve deſinat, & qvalis qvæqve ſit, qvive textus hiantes ſint aut integri. Conf. de hac Autoris *Epiſtolam de Excerptorum propriorum hiſtoria p. 218.*

Annotationes ad Diſputationes X. Ethicas Conr. Horneji, cum adſcriptis verſiculis textus Ariſtotelici, qvibus reſpondent Theſes Hornejanæ.

Acceſſiones Politicæ.

Optima Reſpublica Ariſtotelis, cum aliis Veterum & recentiorum, puta Mori, Campanellæ, Verulamii, &c., comparata.

Acceſſiones Logicæ, ad methodum artis Typo tenui exhibitæ: ubi de notionum vario diſcrimine deqve recta nominum impoſitione & uſurpatione, Grammatica item Philoſophica, & interpretatione atqve analyſi cujuscunqve generis ſermocinationum, agitur. Has ad analogiam Medicinæ eſſe diſpoſitas, Typumqve illarum *Medicinæ mentis* a ſe donatum titulo, ipſe, *in præfat. Acceſſionum Ethicarum*, teſtatur.

Analyſis exacta Logica Analyticorum priorum & poſteriorum Ariſtotelis, a Barth. Keckermanno (*Præcogn. Logic., Tr. 2., c. 5., p. 43.*) inter alia deſiderata, qvam 18. annorum juvenis A. 1660, in convictu Joh. Feldeni, concinnavit. V. eandem *præfationem*, & *Epiſt. de Excerptorum propriorum hiſtoria p. 212. 213.*

Annotationes variæ, Philoſophicæ potiſſimum, in Autores varios, qva veteres, qva recentiores, diverſarum lingvarum. Conf. de his eandem *Epiſtolam p. 213. 214.*

Animadverſiones in Joh. Ludov. Vivis Libros de Cauſis corruptarum artium.

Ratio ſtatus Reipublicæ literariæ hodiernæ, ſive Corruptelæ atqve remedia illius.

Hiſtoriæ Literariæ Compendium univerſale, ſerie temporum migrationes artium & ſcientiarum varias ſummatim exhibens. V. de illo *Epiſt. de Excerptorum propriorum hiſtoria p. 200. 201.*

Hiſtoria ſpecialis Logices, Rhetoricæ, Ethicæ atqve Politicæ.

Bibliographia Logica, Rhetorica, Ethica, Politica, & Juris Naturalis privati, compendiaria, una cum Conſiliis de ſtudiis hiſce, cum ad theoriam, tum ad praxin, optime inſtituendis. Promiſſa eſt non in Scriptorum ſolum Autoris Catalogis, ſed & *in Epiſt. de Excerptorum propriorum hiſtoria, p. 219. 220., Proœmio Acceſſionum Ethicarum*, & *præfat. Conſilii de ſtudio Juris privati optime inſtituendo*, A. 1693. *in Muſis Juridicis, num. 7.*, publicati. Ἀπόσπασμα illius ſunt *Conſilii de ſtudio Philoſophiæ practicæ optime inſtituendo Epitome, & Praxeos Rhetoricæ, ſeu Conſilii de ſtudio Rhetorico, Lemmatica Repræſentatio*, qvas junctim Hamburgi A. 1696. *in 8.* prodiiſſe ſupra jam eſt indicatum.

Tr. de Scriptis & Scriptoribus Juvenilibus atqve Muliebribus. V. de illo *Epiſtolam de Excerptorum hiſtoria propriorum p. 201.*, ubi Ott. Sperlingio juniori, Conſiliario Danico, ſua de ſcriptis muliebribus Collectanea, & *Appendicem Invitationis amicæ ad Magliabecchium p. 80.*, ubi Analecta de juvenilibus Adr. Bailleto, de argumento hoc duplici, a ſe jam neglecto, ex profeſſo commentaturis, obtulit. Mentio ejusdem a D. G. Morhofio qvoqve (*T. I. Polyhiſt., L. I., c. 19., p. 247.*) & Chriſt. Junckero (*in Centuria Fœminarum eruditarum p. 13.*) eſt injecta.

Additiones ad Georg. Draudii Bibliothecam claſſicam, & Mart. Lipenii Bibliothecas reales, *in Epiſtola* etiam *de Excerptorum propriorum hiſtoria p. 207.* memoratæ.

Additiones ad Phil. Labbei Bibliothecam Bibliothecarum, qvarum mentionem ipſe in eadem *Epiſtola p. 223.*, ac *T. I. Theatri Anon. & Pſeudon., c. 5., p. 264.*, Morhofiusqve (eum, qvod Librum Labbei altero tanto auctiorem editurus eſſet, promiſiſſe perhibens) *T. I. Polyhiſt., L. I., c. 18., p. 214.*, fecerunt. Pleraſqve illarum Autor deinde Ant. Teiſerio, ſcriptum Labbei augere & continuare aggreſſo, transmiſit, ab hoc *Parti II. Catalogi Catalogorum*, Genevæ A. 1705. *in 4.* excuſæ, paſſim, præfixo aſteriſco, inſertas. V. Teiſerium ipſum *P. II. p. 262. 263.*, & *Acta Erud. Lipſ., M. Jul. A. 1705., p. 335. 336.*

Additiones ad Val. Henr. Vogleri Introductionem in notitiam cujuscunqve generis bonorum Scriptorum, de qvibus Placcius ipſe locis duobus modo allegatis, & Morhofius *T. I. Polyhiſt., L. I., c. 16., p. 186.*, conferantur.

Additiones ad Joh. Pierii Valeriani Libros duos de Infelicitate Literatorum.

Additiones ad Jac. Thomaſii Tr. de Plagio literario, qvem ſe altero tanto augere poſſe, *Tomo II. Theatri Anonym. & Pſeudon. p. 46.*, indicavit. Conf. de iis *Invitationem amicam ad Magliabecchium p. 61. 79.*, ubi Adr. Bailleto & Gothofr. Thomaſio, circa idem occupatis argumentum, ſunt oblatæ.

Encyclopædia Philologica, ſecundum ordinem ſcientiarum, Locutiones proprias & Latinas, ex bonis Autoribus excerptas, his ubiqve nominatis, circa qvamlibet materiam exhibens, de cujus methodo atqve uſu Autor, *in Epiſtola de Excerptorum propriorum hiſtoria p. 197-200.*, fuſius diſſeruit, qvamqve D. G. Morhofius, *T. I. Polyhiſt., Lib. III., c. 2., p. 612. 613.*, commendavit, & perfici atqve edi optavit.

Additiones ad Joh. Vorſtii Libros de Latinitate falſo ſuſpecta & merito ſuſpecta, de qvibus, Vorſtio, id petenti, A. 1676., ad novam editionem augendam, prompte, ſed, ob mortem illius mox ſecutam, fruſtra, oblatis, *Epiſtola* noſtri modo allegata, *p. 203. 204. 206.*, poteſt conſuli.

* Acceſſionum Rhetoricarum, methodice digeſtarum, Syſtema majus ac plenius, idqve bipartitum, cujus Pars prior ipſam doctrinam Rhetoricam, poſterior vero praxin præcepta ipſa in artis habitum, auſcultatione, lectione, meditatione, exercitatione, ducendi, omnem partite ſiſtit ordinatam, teſte *Epiſtola* Autoris paulo ante citata *p. 217.* Qvi licet, *in præfatione Acceſſionum Rhetoricarum* breviorum, cum *Acceſſionibus Ethicis & Juris Naturalis* Hamburgi A. 1695. editarum, compendiumqve Partis primæ Operis hujus exhibentium, de illo perfecte elaborando deſperaverit, prælo tamen maturis id a Fabricio, in *Vita* noſtri, aſteriſco præfixo, annumeratur. Partis Secundæ, Praxin Rhetoricam, ſeu Conſilium de Studio Rhetorico optime inſtituendo, ſiſtentis, & ab ipſo Placcio, *in Libro de Arte excerpendi p. 153.*, *Tomoqve I. Theatri Anon. & Pſeudon., c. 9., p. 355.*, commendatæ, σκιαγραφίαν invenies in *Lemmatica* illius *Repræſentatione*, *Epitomæ Conſilii de ſtudio Philoſophiæ practicæ*, Hamburgi A. 1696. *in 8.* publicatæ, adjecta.

Analyſis Rhetorica accurata Divinationis Ciceronianæ contra Verrem, & aliarum Orationum, etiam Taciti, Livii, &c., ſecundum Acceſſiones Rhetoricas inſtituta.

β. IN CATALOGIS SCRIPTORUM SUORUM A PLACCIO QVIDEM PRÆTERITA, SED ALIBI PROMISSA.

Theologiæ Moralis Syſtema, diſcrimen naturæ gratiæqve, per ſingulas Ethicæ partes, exhibiturum, qvod pollicitus eſt, ſub hoc titulo, *in Epiſtola de Excerptorum propriorum hiſtoria p. 220.*, ſub altero autem *Philoſophiæ Practicæ Chriſtianæ, mera luce naturali indagatis revelata eadem ſuperſtruentis methodo*, in *præfatione Acceſſionum Ethicarum.*

Rhetorica doctrina, ad perſvaſionis Chriſtianæ, ac ſpeciatim Concionatoriæ, præſtantiſſimum præ omnibus aliis uſum applicata, qvam locis iisdem duobus a ſe juſſit expectari.

Jus Naturale Chriſtianum, *in præfat. Acceſſionum Ethicarum* promiſſum.

Reſponſio ad Chriſt. Thomaſii Appendicem Libri II. Jurisprudentiæ divinæ de Favorabilibus & odioſis, ſibi oppoſitam, & Notæ ad ejusdem Inſtitutiones Jurisprudentiæ divinæ, ac reliqva ſcripta Logica & moralia, qvas

a ſe

a ſe elaboratas qvidem eſſe, ſed ſuppreſſum iri, in *Epiſtola* contra Thomaſium, *Acceſſionibus Ethicis* A. 1695. ſubjuncta ſignificavit. V. qvæ de iis ſupra in *Muſarum Juridicarum* dicta ſunt recenſu.

Juriſconſultus Hamburgenſis perfectus, cujus, leviter tantum affecti. elaboratione ſuperſedit. V. *Ideam* illius, Hamburgi A. 1693., *in Muſis Juridicis*, *num. V.*, juris factam publici.

Tabulæ in Joach. Jungii Logicam Hamburgenſem. V. *Epiſt. de Excerpt. propr. hiſtoria p. 105.*

Diſſ. de Ratione optime in Hiſtoricos, ad ſcientiam & prudentiam, commentandi. V. *Epitomen Conſilii de ſtudio Philoſ. pract. p. 60.*

Hiſtoria Gymnaſii Hamburgenſis. V. *Programma* illius *de vita Henr. Siveri funebre p. 7.* & *Partem IV. Iſagoges* noſtræ *ad Hiſt. Cimbr.*, *c. 10.*, *§. 25.*, *p. 612.*

Additiones ad Tob Magiri Eponymologicum Criticum, a Chriſt. Wilh. Eybenio locupletatum, plus decuplo illud iterum augentes. V. de iis *Epiſt. de Excerpt. propr. hiſtoria p. 223. 224.*

II. ALIENA, EDITIONI DESTINATA.

Receſſuum Urbis Hamburgenſis, a Placcio, ſvaſu opeqve Vinc. Garmeri, Syndici Hamburgenſis, avunculi ſui, ab antiqviſſimis temporibus illius, ad A. C. usqve circiter 1672., collectorum Volumina IV. *in fol.* ſatis ſpiſſa; de qvibus ejus *Idea Juriſconſulti Hamburgenſis perfecti*, *Muſis* inſerta *Juridicis*, *c. 1.*, *p. 153.*, *&* *c. 2.*, *p. 158. 160.*, poteſt conſuli.

Volumen Conſiliorum MSStorum, a Juriſconſultis variis Hamburgenſibus, de forenſibus civium controverſiis, ſcriptorum, plurima Juris Hamburgenſium municipalis Statuta paſſim illuſtrans, cujus editionem in eadem *Idea*, *c. 3.*, *p. 162.*, a ſe juſſit expectari.

D Joh. Placcii, Parentis ſui, Poliatriqve Hamburgenſis. Obſervationes Medicæ, ab eo in Catalogis ſcriptorum ſuorum, A. 1679. *Tractationi de Actionibus*, & A. 1689. *Invitationi Amicæ*, adjectis, promiſſæ.

Ant. Scayni Paraphraſis in Libros VIII. Politicorum Ariſtotelis, qvam, ſe curante, recuſum iri eſt pollicitus *in Epitome Conſilii de ſtudio Philoſ. pract. p. 27.*, & *in Juriſconſulto perfecto*, *Lib. I.*, *c. 4*, *p. 108.*

Joh Rhodii, Dani, Catalogus Hiſtoricorum Italiæ, qvem, ex Autoris Avtographo, cum Notis ſuis, voluit edere. V. *præfat. Catalogi Scriptorum ſuppoſititiorum Rhodiani*, A. 1674. *Syntagmati de Scriptt. Anon. & Pſevdon.* adjecti.

D. T. (*i.e. Dn. du Trigny*) Grammaire generale & raiſonnée, contenant les fondemens de l' Art de parler, expliqvez d' une maniere claire & naturelle, &c., Pariſiis A. 1560. *in 8.* excuſa, ſæpiusqve deinde recuſa, cujus Verſionem Latinam Notis atqve auctariis illuſtrandam, eſt pollicitus. V., præter *Catalogos ſcriptorum ejus*, *Syntagma de Scriptt. Anon. & Pſevdon.*, *P. I.*, *c. 14.*, *p. 109.*, & *Tomum I. Theatri Anon. ac Pſevdon.*, *c. 14.*, *p. 628.*, cum D. G. Morhofii *Polyhiſtoris Tomo I.*, *L. 4.*, *c. 10.*, *p. 123. 124.*

M. HERMANNUS RAHTMANNUS,

Lubecæ A. 1585, patre Hanſio, matre Anna Lennepelia, natus, a parentibus mercaturæ initio deſtinabatur, donec a præceptore ejus, D. Ottone Gvaltperio, Scholæ Lubecenſis Rectore, perſvaſi, mentem mutarent, ſtudiisqve filium conſecrarent. A. æt. 14. e patria in ſcholam miſſus eſt Ratzeburgenſem, &, biennio poſt, in Magdeburgenſem, cui Georg. Rollenhagius, celeberrimus juventutis formandæ artifex, præerat. Philoſophiæ ac Theologiæ ſacris in Academiis initiatus Lipſienſi atqve Roſtochienſi, ex iſtis, poſt annos aliqvot, ut Pontificiorum ac Jeſuitarum arcana & diſputandi methodum accuratius addiſceret, in Colonienſem abiit, & Correctoris in officina typographica aliqvamdiu functus eſt munere. Ubi cum, Diſputationes ſæpius inviſens philoſophicas, harum autoribus multa erudite opponeret, aliis etiam magnæ dignitatis viris innotuit & hos inter Canonico cuidam, qvi ſuis ex fratre nepotibus eum ſtudiorum præfecit Ephorum. Ipſi qvoqve Philoſophici Ordinis Profeſſores, juvenis ingenio & doctrina delectati, ſupremos illi Magiſterii honores ſponte obtulerunt, & gratis, juramento inſuper religionis, qvod Lutheranus eſſet, remiſſo, contulerunt. Cum autem poſtea ab iisdem, & aliis, ad apoſtaſiam a Lutheranorum ſacris freqventius ſollicitaretur, diutius illic commorari noluit, ſed Francofurtum ad Mœnum diſceſſit, ac inde paulo poſt in Academiam Lipſienſem eſt reverſus. In hac Burchardo Harbarto, Collegii Theologici primicerio, familiariter uſus, eum Diſputationis Theologicæ elegit præſidem, aliaqve Philoſophici argumenti *de Intelligentia*, publice, ad Locum in Philoſophorum ordine obtinendum, itidem propoſita, privatis acroaſibus & exercitiis compluribus, qvorum nonnulla in lucem prodierunt, Logicam, Phyſicam & Metaphyſicam, juventuti, ſcientiarum harum ſtudioſæ, tradidit. A. 1612. in civitatem a Senatu illius evocatus eſt Dantiſcanam, & Eccleſiæ initio Johanneæ, ac deinde A. 1617. (non 1616., qvem Chriſtoph. Hartknochius (1.), alibi rectiora tradens (2.) ſubſtituit), in locum Thomæ Fabricii, Eccleſiaſtæ Reformati, in ædem tranſlati Petrinam, Marianæ, conſtitutus Diaconus, tandem vero, A. 1626., ut ab Antiſtite ejusdem Marianæ turbulento, D. Joh. Corvino, ſejungeretur, & hoc pacto controverſia, qvam is Noſtro, heterodoxiæ audacter inſimulato, moverat, paulatim ſedaretur, Catharinæ Paſtor deſignatus primarius (3.). Cœtibus hiſce ſacris, cum, per tria luſtra, & qvod excurrit, præfuiſſet, & non doctrinæ ſolum eximiæ, ſed & vitæ, qvalis Numinis miniſtrum præcipue ornat, ſanctioris, ab encomiaſte poſthumo, Michaele Blanckio, fuſius celebratæ, fama inclaruiſſet, intereaqve temporis e conjuge Catharina, Enochi Hützingii, Paſtoris Johannei, filia, A. 1614. ducta, duos nobilioris & qvatuor ſeqvioris ſexus ſuſtuliſſet liberos, parenti ſuperſtites, A. 1628. (4.) morbo correptus fatali, d 30. Junii, vix 43. vitæ annos emenſus, poſt preces ardentiſſimas, pro ipſis etiam adverſariis, ad Deum effuſas, morte placida, & odiis horum Vatinianis, & cæteris, qvæ mortales affligunt, ærumnis, ſubito ſe ſubduxit.

Vitæ ipſius Hiſtoriam fuſius exponit Mich. Blanckius, Eccleſiæ apud Dantiſcanos Catharinææ Diaconus, in Sermone funebri Germanico, e 1. Cor. IV. 9-13. habito, &, cum appendice biographica, doctrinæqve S. Codicis de Illuminatione ſynopſi aphoriſtica, Thorunii A. 1628. *in 4.* excuſo, ac Lipſiæ A. ſeqv. 1629. (non 1619., qvi in Lipenii *Biblioth. Theologica reali*, *P. II.*, *p. 632.*, in locum iſtius, perperam ſubſtituitur), *in 4.*, *Dantiſciqve A. 1697. in 8.* (in Conſt. Schützii *Manibus Rahtmanni intempeſtive evocatis*, *p. 44. & ſeqq.*) recuſo. Ex hoc (cui & noſtra debemus) ſuas de eadem Narrationes derivarunt Chriſtoph. Hartknochius, *Libro III. Hiſtoriæ Eccleſiæ Pruſſicæ*, Sermone editæ Germanico, *cap. 8.*, *p. 798-816.*, & Gothofr. Arnoldus *Tomo III. Hiſtoriæ*

Eccle-

(1.) *Lib. 3.* der Preußiſchen Kirchen Hiſtorie, *c. 6*, *p. 790.* (2.) *ibid. Lib. 3. c. 8.* (3) V. Hartknochium *ll. cc.*, & Ephr. Prætorii Dantziger Lehrer-Gedächtniß *p. 2. 4. 6.*, cum Mich. Blanckii Sermone funebri. (4.) Perperam olim, in *Cimbria Literatæ Prodromo*, mors ejus ad A. 1619. a me eſt relata.

Eccleſiaſtico-Hæreticæ, eodem publicatæ Idiomate (Francofurti A. 1700. *in fol.* excuſo) *c. 12.*, *p. 112-119.*, fuſius aliis de Noſtro, & certamine ipſi moto, commentati.

Addi his poſſunt, qvi pauciora de illo tradiderunt Hiſtorica, idem Hartknochius, *in opere Pruſſiæ Veteris & Novæ* Germanico *p. 502. 503.*, Henn. Wittenius *Tomo I. Diarii biographici Sec. XVII.*, *ad A. 1628.*, Ephr. Prætorius *locis citatis*, Joh. Henr. a Seelen *P. II. Athen. Lubec. p. 204. 205. 206.*, & pleriqve ipſius Antagoniſtæ pariter atqve Hyperaſpiſtæ, paulo poſt enumerandi.

Ne qvid ad Vitam noſtri ſpectans hic deſideretur, Controverſiæ etiam, a Collega turbulento, D. Joh. Corvino, homine inqvietæ indolis, ac in litibus ſacris (de qvibus in Biographia ipſius fuſius eſt dictum) temere excitandis aſſiduo, & ob iſtas, ab officio tandem A. 1643. a Senatu Gedanenſi deturbato, ipſi motæ, & per zelotas deinde alios continuatæ, Hiſtoriam, e Chriſtophori potiſſimum Hartknochii, & hunc ſecuti Gothofr. Arnoldi, aliis & accurationis, & moderationis, palmam, in exponenda illa, præripientium, narrationibus, modo allegatis, congeſtam, & paſſim auctam, lubet adjicere. Corvinus hic, Güſtrovii natus, & ab Eccleſiæ Nicolaitanæ Stralſundenſis ephoria Dantiſcum ad Marianæ Paſtoratum A. 1617 evocatus, qvamprimum ſeqventi 1618. illuc, infauſtus ales pervenerat, confeſtim non Reformatis ſolum Doctoribus, ſed Collegis etiam Lutheranis, M. Dan. Dilgero, Mich. Blanckio, Mart. Statio, Thomæ Stolſio, Pet. Richtero, & Rahtmanno noſtro, viris & doctrina, & vitæ ſanctitate, conſpicuis, deqve Chriſtianiſmi degeneris emendatione ſerio ſollicitis, & hoc fine auditoribus ſuis Joh. Arndii Libros de Vero Chriſtianiſmo aureolos ſæpe commendantibus, nullo inter Tyrios Troasqve diſcrimine habito, ſumma importunitate ſe oppoſuit. Qvoties enim Ambonem ſacrum aſcendebat, toties propemodum, & in Arndium ipſum (qvem damnatis annumerare non erubuit) & in ſcripta Theologi hujus πολλῶν ἄλλων ἀντάξια, velut hæreticæ doctrinæ fermento infecta, & in fundamentum fidei impingentia, ſolenni coccyſmo invehebatur, ac verbi præcipue contemptum τῷ μακαρίτῃ objiciebat externi. Non ferendum id recte arbitratus Noſter, ejusdem cum ipſo Eccleſiæ Marianæ Miniſter, ſed jampridem illi, & ob Arndii amorem, & privatum de dogmate erroneo, liberis Fidelium immunitatem a Peccato tribuente originali, Reformatis falſo in concione publica affictο, monitum, inviſus, & ab eo viciſſim, ob ſtudium ἰσαγγελίας in vita ſanctiori auditoribus inculcatum, Libriqve vitæ nomen Chriſto vindicatum, reprehenſus, continuis hiſce clamoribus, ſcandalorum feraciſſimis, publice itidem, in cœtu ſacro, A. 1620. contradixit. Arrepta enim de verbo Dei, externo pariter atqve interno, dicendi occaſione, utriusqve naturam ac diſcrimen oſtendit, iſtoqve, mali citrei cortici, hoc autem ſucco ejusdem, comparato, neutrum ab altero ſeparandum eſſe, ac proinde ſolius externi auditu neminem ſalvari, docuit. Ex hoc ſermone ſacro, denuo Corvinus Collegam, privatim mox reprehenſum, una cum cæteris Eccleſiaſtis, Arndio patrocinantibus, apud alios qvoqve calumniandi occaſionem arripuit, & ad Theologos Regiomontanos, aliosqve in Academiis docentes Germanicis, qvorum cenſuras de Libris Arndianis duriores conqvirebat, Dantiſci ingentem, inter ipſos etiam Eccleſiæ Miniſtros, Schwenckfeldianorum & Roſæcrucianorum eſſe numerum, perſcribere non dubitavit. Senatus qvidem, diſſidio huic & incendio Eccleſiaſtico, indies accreſcenti, materiam & alimenta ſubducturus, A. 1620., poſt fruſtra tentatam partis utriusqve conciliationem, Arndii Librorum mentionem in poſterum e ſuggeſtu fieri vetuit, ſed, cum interdicto huic Corvinus obſtinate refragaretur, adverſariorum etiam illius anteſignano, M. Danieli Dilgero, ut Apologiam pro Arndii ederet orthodoxia, permiſit. Anno ſeqventi 1621. Rahtmanni Liber *de Regno Chriſti gratioſo* vernaculus lucem vidit publicam, a Corvino, atqve paraſtatis, ob uſum vocis Gelaſſenheit, errores Chiliaſticos & Calvinianos, e verbis, in ſenſum ab Autoris mente alienum detortis, exſculptos, & doctrinam, qvam in illo reperiſſe ſe credebant, de Verbo Dei, & illuminatione ſine hoc immediata, Schwenckfeldianam, paſſim mox traductus. Corvinus, cæteris audacior, in ſuis eum demegoriis multarum inſimulavit hæreſium, & cum Noſter, tum a Senatu, tum ab ipſo, per M. Conr. Brackermannum, utriusqve Collegam, compellato, ut harum convinceretur, poſtulaſſet, ſe Scriptum, luce donatum publica, publice etiam refutaturum reſpondit. Nec multo poſt XI Qvæſtiones, de Regno Chiliaſtico, verbo Dei externo & interno, ac utriusqve in illuminatione ac converſione efficacia, operandiqve modo, & locorum tandem aliqvot Geneſeos explicationibus allegorico-typicis, ex iſto fide haud ſatis bona excerptas Theologorum Academicorum cenſuræ ſubjecit, & VII. ſimul Concionatores Gedanenſes a Lutheranis ad Roſæcrucianos defeciſſe, in literis ad iſtos, malitioſe eſt criminatus. Qvarum apographum cum nactus eſſet Rahtmannus, Goslariæ A. 1622. easdem, notis ſuis auctas, illuſtratas & reformatas, curavit recudi, & de ſingulis mente ſua uberius & commode ſatis expoſita, loca ſcripti ſui controverſa ab adverſario, vel perperam eſſe detorta, vel ſubdole interpolata, ſententiam item ſuam de verbo Dei interno, ſeu lumine gratiæ, cauſa converſionis primaria, & verbo externo, ejusdem inſtrumento efficaci, non eadem qvidem ratione operantibus, ſed junctim tamen vim ſuam exerentibus, a Schwenckfeldiana toto cœlo differre, nec Chiliasmum a ſe defendi, ſed carnalem tantum, Patribus affictum, explodi, fuſe oſtendit. Literis præterea privatis, ad complures Theologos miſſis exteros, ipſe etiam horum de XI. Qvæſtionibus, & ſuis ad illas Reſponſis, deſideravit Judicia. Qvorum tamen nullum ipſi eſt transmiſſum, præter Ulmenſe Conr. Dieterici, Eccleſiarum urbis hujus Ephori, & Collegarum illius, ipſi haud ſatis æqvum, qvod ſcriptis Dieterici ac Noſtri eriſticis anſam poſtea præbuit. Ipſe non multo poſt Senatus Reipublicæ Gedanenſis, qvæ hactenus in controverſia iſta acta atqve ſcripta fuerant, Theologis Academiarum Roſtochienſis, Regiomontanæ, Witebergenſis, Jenenſis, aliarumqve, transmiſit, &, qvæ ſingulorum de capitibus controverſis eſſet ſententia, edoceri petiit. Ex his Roſtochienſes nihil tunc reſponderunt, ex Helmſtadienſibus autem duo tantum, Henr. Jul. Strubius & Mich. Waltherus, cum, Collegas cæteros, Georg. Calixtum & Theod. Berckelmannum, a condemnatione doctrinæ Rahtmanni abhorrere, obſervaſſent, privata ſuum cum adverſariis ejus conſenſum teſtati ſunt epiſtola. Id qvod a Regiomontanis, Witebergenſibus (qvi ſuum poſtea Judicium reviderunt, & virgulam, non in ſolum Rahtmanni *de Regno gratiæ* librum, ſed & in *Demonſtrationem* ejusdem ac ſcriptum Anti-Dietericianum, undecimqve Qvæſtiones, a Corvino excerptas, ſtrinxerunt cenſoriam) & Jenenſibus plerisqve (nec enim omnes, uti poſtea monebitur, conſenſerunt), in Cenſuris, Senatui A. 1623. ac 1624. transmiſſis, itidem eſt factum. Rahtmannus, his neutiqvam territus, Apologiam contra Cenſuras Academicas (den Gegenbericht) Senatui viciſſim exhibuit, &, verba eas libri ſui detorqvere, inter ſe diſſentire, & opiniones fovere contrarias, imo errores etiam nonnullos tueri, oſtenſum a ſe iri eſt pollicitus. Hanc illius, in oraculis Academicis explodendis, audaciam ut caſtigaret Corvinus, ſcripto, calumniis ſcatente & convitiis, in lucem protruſo, cum eſt adortus, ſed, repoſita a Noſtro Reſponſione (der Abgenöthigten Antwort), Judiciis Antiſtitum aliqvot Eccleſiaſticorum, qvos Superintendentes vulgo vocamus, ſtipata, ad ſilentium mox adactus. Ne tamen omnino obmutuiſſe videretur, miſſis ſuis ac paraſtatarum ad Theologos Witeber-

tebergenſes ac Jenenſes literis, ut Cenſuræ illorum, ſicut & Regiomontanorum ac Helmſtadienſium, Anti-Rahtmannianæ, hactenus ἀνέκδοτοι, Jenæ A. 1526. junctim ab his publicarentur, & a Jenenſibus Refutatio Apologiæ adverſus iſtas Rahtmannianæ, Senatui oblatæ, appendicis loco adjiceretur, obtinuit. Rathmannus contra, eodem A. 1626. ab Eccleſiæ Marianæ Diaconatu, ut a Collega contentioſo ſejungeretur, ad Catharinææ Paſtoratum a Senatu evectus, & cæteri doctrinæ Arndianæ in ordine Eccleſiaſtico hyperaſpiſtæ, ſupra jam enumerati (qvorum numerum Andr. Hoyerus, S. Th. Lic., Gymnaſii Profeſſor, Templiqve D. Trinitatis Paſtor, interea auxerat), Cenſuris hiſce Academicis Theologorum Roſtochienſium, cum de libris Joh. Arndii, & Dan. Dilgeri pro illis Apologia, tum de qvinqve ſcriptis Rahtmannianis (*Speculo ſc. virtutum, Regno gratiæ, Notis ad XI. Q. g. Corvini, Tuba fidei & Teſtimoniis Lutheri*), Judicium benignius, A. 1626. impetratum, oppoſuerunt. Editum eſt Reſponſum hoc, ſingulorum orthodoxiam agnoſcens, ſed ſtyli in ſcriptis eriſticis, Corvinianis pariter atqve Rahtmannianis, nimiam improbans amarulentiam, & ad concordiam utrumqve adhortans, ab illis A. 1627., eiqve paulo poſt, communi itidem nomine, Vindiciæ contra adverſarios ſuos Regiomontanos, Joh. Behmium & Cœleſt. Miſlentam, Profeſſores Theologos, XII gravium eos errorum inſimulantes, ſubjunctæ. Ægre hunc Roſtochienſium, atqve aliorum, a cenſuris ſuis diſſenſum haud dubie ferentes, Theologi Saxonici, in Eccleſia Lutherana, ab aliqvo jam tempore, φιλοπρωτεύοντες, a Joh. Georgio I., Electore, ut Lipſiæ, d. 13. Aug. & ſeqq., A. 1628. Conventus ſolennis inſtitueretur, & ad iſtum a Præſide, Matthia Hoeo, Protoeccleſiaſta aulico Dreſdenſi, præter Theologos tres Lipſienſes, Polyc. Lyſerum Jun., Henr. Höpfnerum & Joh. Höpnerum, Witeberga Jac. Martini, Paulus Röberus & Wilh. Lyſerus, Jena Joh. Gerhardus, Martisburgo Sim. Gediccus, & Ciza Erh. Lauterbachius, de Controverſia iſthac, aliisqve negotiis, deliberaturi, publica autoritate evocarentur, obtinuerunt. In iſto, poſt diſſidium Lipſienſium ac Witebergenſium, Henriciqve inprimis Höpfneri ac Jac. Martini, de efficacia S. Scripturæ controverſa, qvalitercunqve compoſitum, Jenenſium Cenſura communi conſenſu eſt approbata, & novæ Deciſionis ſermone Germanico conſcribendæ labor, cum cœteri hunc detrectarent, Hoeo Præſidi delatus. Qvi trimeſtri ſpatio abſolutam Theologis iisdem, Lipſiæ d. 10. Nov. denuo congregatis, prælegi curavit, & ab omnibus ſuis confirmatam ſuffragiis ibidem A. 1629., ſub communi Theologorum Saxonicorum nomine, juris fecit publici (5.). Saxonicorum exemplo, alii etiam paſſim Theologi doctrinam Rahtmanni ſcriptis impugnarunt polemicis, in Germania ſcil. ſuperiori, Ulmæ Conr. Dietericus, Tubingæ Theod. Thummius, Spiræ Joh. Conr. Schragmüllerus, in Ducatu Megapolitano Georg. Roſtius, in Boruſſia autem duo Profeſſores Theologiæ Regiomontani, Cœleſtinus Miſlenta & Joh. Behmius, imo ex ipſis qvoqve Collegis Dantiſcanis Joh. Jac. Cramerus. A plerisqve horum, & aliis ſcriptoribus, qvi controverſiam hanc obiter deinceps attigerunt, Lutheranorum polemicis, Noſter accuſatur, qvod, Deum immediate, per ſolum verbum internum, ſive lumen gratiæ, non autem per externum, ſcriptum, lectum & auditum, homines convertere, & hoc teſtimonium tantum divinæ voluntatis erga illos, nulla vi operativa intrinſeca, ſed παραστατικῇ ſaltem, præditum eſſe, docuerit, ac propterea cum ſtatua Mercuriali, viam qvidem peregrinantibus oſtendente, ſed ad metam itineris eosdem haud deducente, pictoqve herbario, nullos tollente morbos, ſed herbas tamen, qvibus curari poſſint, indicante & delineante, comparaverit. Meum non eſt, cum pauca illius legerim, ſingula hujus controverſiæ momenta diſcutere, inqve verum ejus ſtatum fuſius inqvirere, qvod a Chriſtoph. Hartknochio (6.), ac Gothofredo Arnoldo (7.), laudabili jam ſollicitudine & moderatione factum eſſe obſervo. Vereri tamen me non diffiteor, ne, ob phraſeologiæ ſcriptorum Rahtmanni obſcuritatem, de qva Frid. Balduinum (*ſerpentem* eum *lubricum*, *haud facile capiendum* appellantem) *in Epiſtola ad J. Jac. Cramerum*, Theod. Thummium (difficilius eſſe recte eundem intelligere, qvam refutare, profeſſum) *in Brevi conſideratione trium Qvæſtionum* (*Qv. 2. p. 81.*), & Ægid. Strauchium Juniorem, *in Hiſt. Eccl. MS., Sec. 17.*, conqveſtos eſſe, idem Arnoldus (8.) jam monuit, multi adverſariorum veram ejus ſententiam non ſint aſſecuti, & nonnulli forte etiam detorſerint. In Notis certe, ſive Reſponſis ad XI. Corvini Qvæſtiones, qvæ hæc ſcribenti ad manus ſunt, verbum externum ab interno, ſive operatione Spiritus Sancti, in converſione & illuminatione, neutiqvam eſſe ſeparandum, aliqvoties inculcat, & iis præcipue opponere ſeſe videtur, qvi ſolam cognitionem ſcripturæ aut verbi divini literalem, qvalem hypocritæ etiam, peccatores obſtinati, Doctores impii, Judæi aliiqve infideles, imo ipſi mali genii, habent, ad converſionem & illuminationem, absqve interna divini Spiritus operatione, ſufficere perperam arbitrantur. Huc ſpectant, qvæ in ipſo ſcribit prooemio: *Scripſi & repeto, literas ſacras, converſionis inſtrumentum, absqve libera Sp. S. cooperatione, neqvaqvam Chriſto noſtros inſerere, mutare & beare animos, ſed prævio gratiæ lumini, qvicqvid effectus ſalutaris per organon ſcripturæ confertur, uti primario αἰτίῳ, acceptum ferendum eſſe.* Ad Qv. 5. reſponſurus, negat a ſe ſcriptum eſſe, qvod *Scriptura tantum objective, manus in bivio erectæ inſtar, doceat*, & duplex ei verbis diſertis tribuit officium, *objective* ſcil. *docendi demonſtrandiqve, qvæ via vera, qvæ falſa, qvæ fides, ſpes, charitas, &c., Deo grata, & effective etiam, qvoties a Sp. S. exaltatur, & in vivam operationem deducitur, qvæcunqve objective in charta oſtendit & monſtrat, Deum, Chriſtum, Sp. S., fidem & vitam æternam, offerendi & conferendi*, qvam ob cauſam *& ſecuri* a ſe ſit *aſſimilata, ligna, allevante eam fabro lignario, ſecanti.* Qv. 6 nullibi a ſe *verbo Dei & ſcripturæ ſacræ effectum converſionis, ſanctificationis & ſalvationis, eſſe denegatum*, & Corvinum *in ſuo ζητήματι tacite hoc affirmantem, mala fide agere, manifeſtæqve veritati vim inferre*, denuo inculcat, ſolum autem Scripturæ textum literalem, ſine Sp. S. illuminatione, ſalutares hoſce effectus producere, inficiatur. Qv. 8. ita mentem ſuam explicat: *In via converſionis noſtræ ordinaria, nullibi Scripturam & Spiritum S., cor illuminantem, ſeparo, ſed illam huic, ut inſtrumentum motori ſuo, ad actum converſionis, ſanctificationis & ſalvationis, producendum, ſubordino, ne qvis, me immediatam ſtatuere converſionem, vociferetur.* Qvantum deniqve ſententia ſua a Schwenckfeldii, per verbum internum Chriſtum ipſum intelligentis, externum autem converſionis medium & inſtrumentum eſſe negantis, ſed externo tantum homini inſervire contendentis, differat doctrina, in Reſponſo ad Qv. X. perſpicue ſatis oſtendit. Qvæ omnia, cum noſtrum id non ſit, accuratius aliis conſideranda & dijudicanda tranſcribimus. Omnibus tot adverſariorum clamoribus ſatisfacere, aut chartis eriſticis Apologias opponere, Noſter haud potuit, in medio certaminis æſtu, anteqvam Saxonicorum Deciſio Germanica, & alia hujus generis ſcripta, prodiiſſent, morte placida A. 1628. vivis ereptus. Poſt obitum ejus, in urbe

(5.) V. Val. Ern. Löſcheri Unſchüldige Nachrichten von Theologiſchen Sachen, *Sect. X. A. 1704., p. 594. 595.*, & Henr. Pipping i *Diſſ. de Iterata Defenſione Pupillæ Evangelicæ p. 16. 17.* (6.) *Lib. 3. Hiſt. Eccl. Pruſſicæ, c. 8., p. 803-806.* (7.) *l. c., T. III., c. 12, p. 115. 116. 117.* (8.) *l. c. p. 114. 115.*

urbe qvidem Dantiſcana, Senatoribus aliqvot annitentibus, diſſidium inter utriusqve partis Eccleſiaſtas qvalitercunqve eſt ſedatum, & XI. Articuli Irenici, qvos Hartknochius recitat, communi conſenſu approbati, Regiomonti tamen, & in Germania, certamen iſtud paulo diutius continuatam. Rahtmanno certe, & ſuperſtiti, & defuncto, ſui nunqvam defuere, inter magni etiam nominis Theologos, Patroni, fautores & hyperaſpiſtæ, de qvibus ita Caſp. Movius *in Epiſtola prima ad Johannem Behmium & Cæleſt. Mislentam*, A. 1628. edita (9.): *Non latet vos, maximam orthodoxorum partem Rahtmannum non damnare, plerosqve etiam a Svencofeldianiſmi crimine publice abſolvere, inter qvos nomino Dominos Theologos Roſtochienſes, qvorum cenſura pro Rahtmanno publice extat.* Andreæ Oſiandri Senioris & Gvilh. Gnaphei, Hagienſis, Acad. Regiomontanæ Seculo XVI Profeſſorum, qvorum illum Ægid. Strauchius Jun (10), ſed invito Gothofr. Arnoldo (11.), hunc vero Frid. Dedekindus, Philoſophus Gryphiswaldenſis (12.), Rahtmannianam de verbo Dei doctrinam, diu ante noſtrum, in Boruſſia propoſuiſſe & defendiſſe teſtatur, nulla a nobis fiet mentio. Sex Eccleſiæ Dantiſcanæ Miniſtros, Præſules aliqvot exteros, qvorum ipſe Reſponſa, ſibi patrocinantia, in Apologetica adverſus Corvinum reſponſione A. 1624. publicavit, & Theologos Roſtochienſes, ab ejus ſtetiſſe partibus, jam ſupra eſt relatum. Eminebant tunc inter Roſtochienſes duo Tarnovii, Paulus & Johannes, Theologi cordatiſſimi, e qvibus hic, teſte Caſparo Mevio (13.) *Diſputatione publica illas, e qvibus Rahtmannus damnabatur, refutavit hypotheſes*, ille autem D. Joh. Gerhardum, ne qvid contra Rahtmannum edi pateretur, amice eſt dehortatus. Moniti iſtius ipſe Gerhardus A. 1625., in Epiſt. ad Balth Meiſnerum, ab Arnoldo allegata, hiſce verbis injecit mentionem: D. Tarnovius der ältere hat geſchrieben, ich ſolte allhier wieder Rahtmann nichts publiciren laſſen; wo nicht, ſo wäre ſchon ein groſſes Buch aus meinen Schriften colligiret, daraus zu ſehen ſey, daß ich bißher das Gegentheil gelehret. Gleich als wenn meine Schriften eine Regel der Kirchen wären, und ich nicht den Schild Auguſtini hätte: *Nondum motis certaminibus ſecurius locuti ſunt.* Es ſcheinet, als wenn dieſer Tarnovius mit Rahtmann conſpirirte. Inter Theologos Jenenſes, Gerhardum ipſum Rahtmannianæ initio fautorem fuiſſe doctrinæ, ſed in adverſariorum ejus deinde caſtra tranſiiſſe, & verba Epiſtolæ modo laudatæ, ſatis frigide, qvæ e ſcriptis objiciebantur propriis, excuſantis, oſtendunt, & duæ ejusdem aliæ, ad Meiſnerum itidem, qvadriennio ante, A. ſcil. 1622., exaratæ, qvarum loca Arnoldo debemus, luculentius evincunt. In priore enim Germanica ita ſcribit: Meine Collegæ ſcheinen etwas ſcharf von Rahtmanns Schrift zu urtheilen. Ich ſehe, daß er incommode redet, und zwar alſo, daß es leicht auf einen frembden Verſtande mit Gewalt gezogen werden kan. Weil aber des Autoris Orthodoxie bekandt iſt, ſo müſſe man Rahtmannen rathen, daß er, in der anderen Edition, etliche Redensarten ausließe oder erklärte. D. Corvinus ſoll ſeinen Affecten ziemlich, wo nicht gar zu ſehr, nachhängen: wann das nicht wäre, ſo hätte er vielleicht mit Rahtmannen, und ſeinen übrigen Collegen, dieſen Streit nimmermehr angefangen. In poſteriori autem Latina, *Reſponſum* Collegarum ſuorum Jenenſium Anti-Rahtmannianum, a D. Joh Majore conſcriptum, *magis eſſe Oratorium, qvam Logicum, aut Philologicum, multaqve, a Rahtmanno non dicta, falſo ei affingere, plura, ſatis commodam admittentia explicationem, detorqvere, in qvamplurimis autem a ſtatu Qvæſtionis evagari*, judicat, ſeqve Majorem hac de re monuiſſe, ſed illum monita ſua haud morari, conqveritur. Qvid qvod literis ad ipſum Rahtmannum, ab hoc (14.) allegatis, ſeqvens de libro ejus *de Regno gratiæ* non dubitavit inſerere judicium: *Doleo, tuo qvoqve ſcripto, pio certe & erudito, labem hæreſeos affricari.* E Witebergenſibus Balth. Meiſnerum, ad qvem Gerhardus paulo ante recitata perſcripſit, cauſæ Rahtmanni itidem fuiſſe defenſorem, Frid. Breclingius, in ſuo *Teſtium Veritatis Catalogo* (15.), obſervavit. Theologos Lipſienſes, qvorum diſſidii a Witebergenſibus, circa efficaciam S. Scripturæ, in certamine Rahtmanniano controverſam, A. 1628 in Conventu Lipſienſi ſopiti, e Val. Ern. Löſcheri de hoc narratione, ſupra jam facta eſt mentio, cæteros fama & meritis ſuperabat Henr. Höpfnerus, qvi ſuam de Controverſia hac mentem Meiſnero modo laudato, A. 1622., per epiſtolam, verbis, teſte Arnoldo, detexit ſeqventibus: *Rahtmanni librum nondum perlegi. Scripſi tamen ad Blanckium, me judicio illorum, qvi cenſuiſſent Tractatum illum (qvod putabam a vobis factum), calculum reverenter ſubmittere, & de orthodoxia Rahtmanni nihil dubitare. Nunc literæ D. Corvini docent, nulli Theologorum examini librum illum fuiſſe ſubjectum. Videtur tamen ille* (Corvinus) *tribunitiis conatibus, & non ſine arrogantia, rem agere.* E Tubingenſibus, Lucas Oſiander, cui Rahtmannus ſcriptum ſuum Anti-Dietericianum A. 1624. dedicavit, ſi Frid. Dedekindo (16.) credendum, duriora noſtro docuit, &, *verbum Dei in externum & internum, tanqvam genus in duas ſpecies diſpeſcens, ſoli interno, qvod in Deo, & ſolum proprie verbum Dei eſſe, voluit, efficaciam adſcripſit, externo vero eam derogavit, &, cum Weigelio, non niſi objectivam & ſignificativam efficaciam tribuit.* Ex Helmſtadienſibus tandem ævi illius, Georg Calixtum, Ord. Theol. Primicerium, & Theod. Berckelmannum, condemnationi doctrinæ Rahtmannianæ, a Collegis, Henr. Jul. Strubio & Mich. Walthero, privato factæ nomine, ſe oppoſuiſſe, & jam ante eſt narratum, & verba Epiſtolæ Waltheri, ad Meiſnerum A. 1624. exaratæ, ineptoqve Calixtum τὸν κάλλιςον inceſſentis ſcommate, confirmant ſeqventia, ab Arnoldo recitata: Von Rahtmanns gefährlichen Neurungen, hat Strubius ſich klüglich vorgeſehen, daß von unſerer Helmſtättiſchen Univerſitæt kein Deciſum gefordert würde. *Deprehendimus enim, noſtrum Calvino mixtum omnia, qvæ in Qv. de verbo Dei agitantur, ex Rahtmanni parte ſimpliciter approbare, nec admodum diſſentientem trahere Berckelmannum.* Nec dubitarunt poſtea, uti Juſto Chriſtoph. Schomero (17.) & Frid. Dedekindo (18.) eſt obſervatum, tum Calixtus ipſe (19.), tum Joh. Muſæus, Profeſſor Theologus Jenenſis (20.), ac Joh. Latermannus, Regiomontanus (21.), publice, qvod verbum Dei externum, ad effectus ſpirituales producendos, elevatione ſupernaturali, ultra propriam & naturalem virtutem, indigeat, profiteri, licet Virtutem hanc Spiritus Sancti verbo ſic intrinſecam eſſe, ut virtus animæ in manu aut oculo eſt, ſimul conceſſerint. Principem, inter omnes Rahtmanni hyperaſpiſtas, ei coævos, locum meretur Caſp. Movius, Theol. Licentiatus, & Eccleſiæ Germanorum in Lituania Caunenſis Antiſtes Lutheranus, qvi doctrinam Noſtri de verbo Dei, limitatam aliqvatenus & mitigatam, mox ab ejus obitu, ſcriptis compluribus polemicis, contra Joh. Behmium & Cœleſtinum Mislentam, Profeſſores Academiæ Regiomontanæ Theologos, ſtrenue defendit, verbumqve Dei, non ante & extra uſum, ſed in uſu tantum & officio legitimo, accedente Spiritus Sancti elevatione, virtutem divinam accipere docuit (22.). Certaminis ejus cum Theologis Regiomontanis hiſtoriam, qvam fuſius nobis non vacat perſeqvi, Chriſtoph.

(9.) *p. 12.* (10) *in Hiſt. Eccl. MSta, Sec XVII.* (11.) *l. c. p. 113.* (12.) *in Synoptica Relatione de Syncretiſmo, c. 1., §. 11., lit. D 4. b. D. 5. a.* (13) *l. c. p. 12.* (14.) in der Abgenöhtigten Antwort wieder D. Corvinum, *lit. D. 3.* (15.) apud Gotfr. Arnoldum, *Tomo IV.* der Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie, *Sect. III., num. 18., p. 760. 763.* (16.) *l. c., lit. D. 5. a.* (17.) *in Collegio Controv. noviſſimorum, c. 2., p. 43.* (18.) *l. c., lit. D. 5. a.* (19.) *in Epitome Theol. Moralis p. 175.* (20.) *in Declarat. Jen. p. 5. & ſeqq.* (21.) *in Præfat. Declar. Apologeticæ.* (22.) V. Frid. Dedekindum *l. c., lit. D. 5. a.*

ſtoph. Hartknochius, tum *in Pruſſia Veteri & Nova*, tum *in Hiſtoria Pruſſiæ Eccleſiaſtica* (23.), utraqve Germanice edita, plene & accurate expoſuit. Nos ſolum ejus de Rahtmanno, ejusqve doctrina, judicium, ex *Epiſtola ad Behmium & Mislentam priore*, A. 1628. publicata (24.), adjiciemus: *M. Rahtmannum epithetis Fanatici, Schwenckfeldiani, Roſæcruciani, Weigeliani, Schwermeri, &c., pro veſtra manſvetudine, exornare conſveviſtis. Nolo autem vos ignorare, me non abhorrere a doctrina, qvam Rahtmannus libris ſuis poſterioribus,* Glaubens-Poſaune *& Lutheri* Zeugniß, *proponit, qvia Spiritus Sancti eſt, & orthodoxorum omnium, tam veterum, qvam recentium. De prioribus ejus ſcriptis, & privatim, & publice, proteſtatus ſum, me cauſam Rahtmanni non facere meam, &, ſicubi durius dicta in iis occurrant, ea, ex præſcripto charitatis, benigna interpretatione mollire, nec in Schwencofeldianiſmi ſiniſtram acceptionem rapere, qva tamen æqvitate mea me aliis orthodoxis Theologis nihil præjudicare velle.* Noviſſime Frid. Chriſt. Bücherus, Diaconus Gedanenſis Catharinæus, Zelotes immodeſtiæ Corvini æmulus, *in Rahtmanno redivivo*, qvem vernaculo ſermone A. 1697. edidit, controverſiam hanc, jampridem ſepultam, denuo reſuſcitare, & Phil. Jac. Spenerum, Theologum incomparabilem, aliosqve Eccleſiæ Doctores, de Chriſtianiſmi degeneris emendatione ſollicitos, Rahtmannianiſmi in Articulo de S. Scriptura, velut Hæretici atqve Fanatici, inſimulare, temeritate inſigni haud eſt veritus, ſed a Conſtantino Schützio, Antiſtite ejusdem urbis Mariano, & Balth. Köpkio, Eccleſiæ Navenſis Ephoro, vindicibus famæ noſtri præclaris, ipſoqve Spenero, qvi ſcriptum Köpkianum Præfatione ornavit, eodem Anno, mox repreſſus. Cujus Theologi religioſiſſimi judicium de Rahtmanno, e præfatione iſta a Seb. Edzardo, incaſſum ei oblatrante (25.), recitatum, anteqvam finem certaminis hujus imponamus hiſtoriæ, a nobis repetetur. Eſt autem tale: Rahtmannus ſey ein treuer und umb die Stadt Dantzig wolverdienter Mann geweſen, deſſen Gedächtniß dieſelbe noch billich im Segen zu erhalten habe, daher ihm vor GOtt und der Kirchen groß Unrecht geſchehen, wo man ihn den Fanaticis und Schwärmern zuzehle, aber vor dem allgemeinen Richter dermahleins eine ſchwere Verantwortung bringen werde. Was an ihm Mangel zu finden, beſtehe nur, theils in einer unbeqvemen Redensart, theils in einer Heftigkeit des Schreibens, nicht aber in eigentlichen Irrthümern, daher die Schuld des erregten Streits, und entſtandenen Aergerniſſes, nicht auf ihn, ſondern auf das Gegentheil, falle.

INDICULUS SCRIPTORUM,
qvæ in Certamine hoc utrinqve ſunt edita, POLEMICORUM.

I. PRO RAHTMANNO.

1. Rahtmanni ipſius Scripta ſeqventia, de qvibus plura paulo poſt dicentur:
   JEſu Chriſti Gnadenreich, ed. A. 1521.
   Qvæſtiones XI. Joh. Corvini e Libello de Regno JEſu Chriſti, ab eo Notis illuſtratæ & reformatæ A. 1622.
   Erinnerung von der Frage: Was die H. Schrift ſey und wircke? A. 1624.
   Dantziger Streit-Miſſiven H. Rahtmanns und des Miniſterii zu Ulm. A. 1624.
   Wolgegründetes Bedencken von D. Conr. Dieterichs Schwarmfragen. A. 1623.
   Der Vätter beſtändige Lehre, &c. A. 1624.
   Glaubensposaune A. 1624.
   Lutheri Zeugniſſe von Wirckung der H. Schriſt. A. 1627.
   Chriſtliche Erinnerungen über die Frage: Was die H. Schrift ſey und wircke? A. 1627.
   Abgenöhtigte Antwort wieder D. Joh. Corvini Unchriſtliches Schreiben.
   Demonſtratio.
   Gegenbericht auf die Academiſche Cenſuren. MS.
2. Theologorum Roſtochienſium de Joh. Arndii & Rahtmanni libris Judicium, A. 1626. ſcriptum, & A. 1627. editum.
3. VII. Eccleſiaſtarum Gedanenſium Scriptum, D. Joh. Behmio & Cæleſt. Mislentæ A. 1627., teſte Chr. Hartknochio, oppoſitum, de qvo V. Hiſtoriam certaminis.
4. Joh. Tarnovii Diſputatio Roſtochienſis, de qva in eadem paulo ante eſt dictum.
5. Pet. Richteri, Pomerani, Eccleſiaſtæ Gedanenſis, Apologia von Kraft des Wortes Gottes, wieder D. Joh. Behmium, Freyſtadii A. 1626. in 4. (*teſte Catalogo Zeidleriano*) edita.
6. Mich. Blanckii, Eccleſiaſtæ Catharinæi Gedanenſis, Sermo funebris Germanicus, in exeqviis Rahtmanni, e 1. Cor. IV. 9-13., habitus, & Thorunii A. 1628., atqve Lipſiæ A. 1629., *in 4.* excuſus, in qvo Controverſiæ ſtatus ac momenta præcipua nervoſe exponuntur, phraſesqve Rahtmanni dubiæ & obſcuræ commode explicantur. Accedit, Appendicis inſtar, die Lehre von der Erleuchtung, aus H. Schrift in kurtze Aphorismos verfaſſet.
7. Caſp. Movii, Th. Lic. & Paſtoris in Lituania Caunenſis, Epiſtola prior ad D. Joh. Behmium & D. Cæleſt. Mislentam, Theologos Regiomontanos. A. 1628. in 4.
   Ejusd. Epiſt. poſterior ad eosdem. A. 1628. in 4.
   Ejusd. Furens Behmii & Mislentæ Pſevdevangelicismus, in lucem protractus, revelatus & detectus. A. 1629. in 4.
8. Conſtantini Schützii, Paſtoris Mariani Gedanenſis, Manes Rahtmanni intempeſtive evocati, oder Das zur Unzeit aufgedeckte Grab Hermanni Rahtmanns, daß man, nach Urtheil der Dantziger Kirchen, wolverdiente Männer, welche im HErren entſchlaffen ſind, ſol in Friede ruhen laſſen, in einer Chriſtlichen Fürſtellung, wieder M. Frid. Chriſtiani Bücheri Rahtmannum Redivivum, gezeiget. Dantiſci A. 1697. in 8. Scriptum ab Ad. Rechenbergio (*in Summario Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ p. 683. 684.*) merito, Seb. Edzardo licet (*in Impietate Cohortis Fanaticæ, p. 10.*) indignante, commendatum.
   Ejusd. Hiſtorie der Rahtmanniſchen Streitigkeit, *in Catal. nund. vern. A. 1697., Lipſ. p. 51.*, promiſſa.
9. Balth. Köpkii, Paſtoris & Inſpectoris Navenſis, Kurtze Beantwortung des Rahtmanni Redivivi M. Frid. Chriſt. Bücherns; Mit einer Vorrede D. Phil. Jac. Speners Berolini 1698. in 4.

(23.) *Lib. 2. c. 8.* Pauciora de eodem Gotfr. Arnoldus *l. c., Tomo III., c. 12., p. 118.*, annotavit. (24.) *p. 10. 11.* (25.) *in Impietate Cohortis Fanaticæ p. 6. 7.*

II. CONTRA RAHTMANNUM.

1. D. Joh. Corvini, Paſt. Mariani Gedanenſis, Quæſtiones XI., ex ejus Libello vom Gnadenreiche JEſu Chriſti excerptæ, & Academiarum cenſuris ſubjectæ, quas, Notis a ſe elenchticis illuſtratas & reformatas, ipſe Rahtmannus Goslariæ A. 1622. *in 8.* edidit.

Ejusdem Scriptum aliud Germanicum, Anno 1624. Rahtmanno oppoſitum, & ab hoc in der Abgenöhtigten Antwort paulo poſt refutatum, cujus, ex Hartknochio, in certaminis hiſtoria, jam facta eſt mentio.

2. Der Theologiſchen Facultäten und Doctoren zu Wittenberg, Königsberg, Jena und Helmſtatt, Cenſuren und Bedencken über Herm. Rahtmanns, Predigern zu S. Cathar. in Dantzig, ausgegangene Bücher, &c.: Samt der Jeniſchen Theologen Ausführlichen Wiederlegung des Gegenberichts Rahtmanni wieder dieſelbe. Jenæ 1626. in 4. Recuſæ in Appendice *Theſauri Conſiliorum Theologicorum* Georg. Dedekenni, a J. Ern. Gerhardo aucti (Jenæ 1671. in fol. edita). Witebergenſes ſuam, reviſam atque auctam, Conſiliis Collegii ſui Theologici, Francof. A. 1664. in fol. editis, ſeorſim etiam inſeruerunt. Plura de Cenſuris hiſce, A. 1623. & 1624. ſcriptis, ſed A. 1626. demum, Corvini & ſociorum poſtulatu, excuſis, præcedens certaminis hiſtoria ſuggeret, una cum Joh. Gerhardi ipſius ſequiori de Jenenſi Judicio.

3. D. Conr. Dieterici, Superintend Ulmenſis, Quæſtiones Theologicæ de Fanatiſmo Schwenckfeldianorum, & aliorum, de verbo Dei ſcripto ac prædicato, itemque chiliaſtarum veterum & recentiorum de ultimo, quod ſibi hoc ultimo ſeculo ſomniant, gratiæ ſeculo, Reſpondente Joh. Eberken Ulmano, Eccleſiaſte Jungingenſi, ad diſputandum propoſitæ. Ulmæ 1623. in 4. Recuſæ etiam Stettini eodem Anno in 4. Reſponſa continent ad D. Joh. Corvini XI. Quæſtiones, modo memoratas, in Amici, ea poſtulantis, gratiam ſcripta, & Rahtmanno (ſuppreſſo tamen nomine) oppoſita, ab hoc autem, eodem A. 1623., im Wolgegründeten Bedencken von D. Conr. Dieterichs Schwarmfragen, refutata, ſed a Reſpondente ſcripto ſequenti paulo poſt defenſa.

4. M. Johannis Eberken, Paſtoris Lutzhauſenſis, Wolgegründete Ablehnung des übel gegründeten Schwarmbedenckens, welches Herm. Rahtmann, über D. Conr. Dieterici Diſputation von der Schwenckfelder Schwärmerey vom Worte Gottes, ausgeſprenget. Lipſiæ 1624. in 8.

5. Des Predigamts zu Ulm mit Rahtmanno gewechſelte Briefe, ausgegeben in ſeinen Dantziger Streit-Miſſiven. Leipzig 1624. in 8.

6. D. Joh. Behmii, Theol. Prof. Regiomontani, Kurtze und Gründliche Erörterung, was vom Worte Gottes, und deſſen Unterſcheide ins äuſſerliche und innerliche, wie auch von deſſen Kraft und Wirckung, zu halten und glauben ſey: wieder die alten und neuen Schwenckfelder und Fanaticos. Witeb. A. 1624. in 4. Witebergenſium Theologorum de ſcripto hoc Judicium legitur in *conſiliis* illorum *Theologicis*, Francof. A. 1664. editis, *P. I., Tit. 7., n. 5., p. 786. & ſeqq.*

Ejusd. Collegium Anti-Rahtmannianum publicum, XV. Diſputationibus comprehenſum, in quo omnes Controverſiæ Rahtmannianæ de Verbo Dei, ad cynoſuram verbi Dei, ſolide excutiuntur, Schwenckfeldicus Fanaticiſmus monſtratur & refellitur, noſtræ phraſes vindicantur, ſimul & divini verbi efficacia, ratione primi actus, ante & extra humanum uſum, ex unanimi hodiernorum Theologorum uſu, demonſtratur. Regiomonti A. 1629. in 4.

Novum Collegium Anti-Rahtmannianum, XV. itidem conſtans Diſputationibus, ab eodem, *in Scriptorum ſuorum ineditorum Catalogo*, quem A. 1646. evulgavit, eſt promiſſum.

(Apologetica, ab ipſo Rahtmanno, Symmyſtis ejus Gedanenſibus, Pet. Richtero & Caſp. Movio, huic Theologo repoſita, paulo ante enumeravimus.)

7. D. Theodori Thummii, Prof. Theologi Tubingenſis, Brevis conſideratio trium Quæſtionum noſtro ſeculo maxime controverſarum: 1. An verbi Dei ſcripti & prædicati, in converſione hominis, aliqua ſit efficacia, & qualis illa? 2. Quo modo & ordine, in reſpectu ad Sp. S., efficacia hæc, in ipſo converſionis Actu, V. D. Scripto & Prædicato ſit adſcribenda? 3. An homo conſtet e tribus partibus eſſentialiter conſtituentibus, anima ſc., ſpiritu & corpore? contra Weigelianos adornata. Tubingæ 1624 in 4.

Ejusd Disquiſ. Theologica: An Scriptura ſacra, ſeu Verbum Dei orale, ratione ſenſus ſeu ſignatæ ſubſtantiæ dogmatum conſideratum, etiam ante & extra uſum legitimum, ex Dei ordinatione, hanc habeat potentiam, ut homines poſſit effective illuminare, convertere, regenerare, vivificare? Tubingæ A. 1627. in 4.

8. D. Cœleſtini Mislentæ, Theol. Prof Regiomontani, Diſp. de efficacia S Scripturæ. Regiom. in 4.

Ejusd. Diſputationes in Manuale Prutenicum, Regiom. A. 1626. in 8. editæ, quas Rahtmannum etiam impugnaſſe Witebergenſes, *in Antapologia contra Rintelienſes p. 546.*, teſtantur.

Ej. Movius Hæreticus. Elbingæ 1637. in 4.

(Gedanenſium & Caſp. Movii contra illum ſcripta paulo ante ſunt memorata.).

9. Georg. Roſtii, Conc. Aulici Megapolitani, Formula pacificatoria, oder Friedens-Mittel, welcher geſtalt dem groſſen Unheil in der Chriſtlichen Kirchen, von den erregten Streitigkeiten, das Wort Gottes betreffend, abzuhelffen: Nebſt kurtzer Erörterung der ſtreitigen Religions-Puncten, welche Herm. Rahtmann, nebſt andern Predigern zu Dantzig, zu dieſer Zeit moviret und erreget hat. Roſtochii 1627. in 12.

10. M. Joh. Jac. Crameri, Stettinenſis, Paſtoris apud Dantiſcanos Johannei, Claſſicum pœnitentiæ, ſeu Liber apologeticus, in quo oſtenditur, M Herm. Rahtmannum, non absque gravi calumnia, nec minore cœtus Evangelici Dantiſcani ſchiſmate, puriori Auguſtanæ Confeſſioni repudium miſiſſe, quod ejusdem Doctoribus, in ſuo libro Beſtändige Lehre der Vätter, crimen antiquæ hæreſeos Pelagii affricare non fuit veritus. Prodiit, juxta Lipenium (*P. II. Biblioth. theoll. realis p. 633.*), Erfurti A. 1627. in 4., juxta *Catal. Zeidlerianum* Jenæ A. 1628. in 4., juxta nundinalem vero Anni 1632. Erfurti eodem A. 1632. in 4.

11. Der Chur-Sächſiſchen Theologen wiederholte wichtige, gründliche und unwiederſetzliche Lehre von der H. Schrift, oder dem Worte GOttes, wieder die Rahtmanniſche Schwärmerey. Lipſiæ 1629. in 4. Scripti hujus, a D. Matthia Hoeo, Protoeccleſiaſta Electorali Saxonico, communi nomine, concinnati, & XV. ſectionibus XXX. Antitheſes rejicientis, hiſtoriam, in narratione controverſiæ, jam exhibuimus. Conferri de illo poſſunt, præter Val. Ern. Löſcherum & Henr. Pippingium, iſtic allegatos, Joh. Bened. Carpzovius *in Iſagoge ad Libros Eccleſiæ Lutheranæ Symbolicos p. 250.*, ejusque continuator Joh. Olearius *p. 1739. 1740.*, & Matthæus Lungwitius (ab Henr. Ern. Treibero in der Jubeljahrsposaune des Concordien-Buchs *p. 242.* laudatus) *Lib. 2. Admirandorum Saxonicorum, c. 9., p. 62.*

12. D.

12. D. Joh. Conr. Schragmülleri, Superint. Spirenſis, Eclogæ Phyſicæ, falſis opinationibus Jeſuitarum, Calvinianorum, Photinianorum, Anabaptiſtarum, Weigelianorum, Rahtmannianorum, aliorumqve Fanaticorum, oppoſitæ, & ad uſum in Theologia fideliter applicatæ, qvarum, *in Catal. Nund. A. 1638. autumn. Lipſienſi, p. 31.*, promiſſarum, *Prodromum* ſcriptis ejus editis Henn. Wittenius, *T. I. Diar. Biograph. Sec. XVII. (ad d. 10. Mart. A. 1675.)*, accenſet.

13. D. Joh. Andr. Qvenſtedii, Prof. Theologi Witebergenſis, *Diſp. de Efficacia verbi Divini*, Reſp. pro Licentiæ gradu M. Joh. Manitio, Luſato, Paſt. & Inſpectore Portenſi, propoſita. Witeb. 1670. in 4.

14. D. Joh. Meiſneri, Theologi itidem Witebergenſis, *Diſſ. de pluvia myſtica, in Eſ. LV. 10. 11.* Witeberg. 1675. in 4

15. M. Frid. Chriſtiani Bücheri, Diac. Catharinæi Gedanenſis, Rahtmannus Redivivus; das iſt: Pietiſtiſche Ubereinſtimmung, in dem Artickel von der H. Schrift, mit denen Fanaticis, ſonderlich M. Herm. Rahtmanno, richtig gezeiget, und ſchriftmäßig erörtert. Leipzig 1697 in 4. (Scripta Conſt Schützii, & Balth. Köpkii, huic oppoſita, Rahtmanni, Phil. Jac. Speneri, & Pietiſtarum, qvos vocant, doctrinam vindicantia, paulo ante jam ſunt memorata.)

16. Mart. Ruari, Gymnaſiarchæ Racovienſis Sociniani, Epiſtola VIII. Centuriæ Primæ (*p. 63-66*), de controverſia hac tale ferens judicium, qvod adverſariis Noſtri ὁμόψηφον illum fuiſſe haud obſcure indicat.

17. D. Val. Alberti, Theologi Lipſ., Diſp. de Efficacia verbi Divini interna, Rahtmanno præ cæteris oppoſita. Lipſ. 1690. in 4.

D. Joh. Gerhardi, Theologi Jenenſis, Liber ἀνέκδοτος de Controverſia Rahtmanniana in Bibliotheca Ducali Gothana ſupereſt, teſte Ern. Sal. Cypriani *Catalogo MSS. illius p. 62.*

Addantur his Scriptores, qvi, vel Controverſiam ipſam, vel ejus hiſtoriam, non ex profeſſo, ſed obiter & brevius, data occaſione, in libris ſuis, attigerunt aut diſcuſſerunt, & Adverſariorum Rahtmanni acceſſerunt partibus, qvamplurimi, v. g. Joh. Gerhardus in Comm. in Ep. ad Hebr. p. 91., Gothofr. Cundiſius *in Collegio Iſagogico ſecundo in Joh. Gerhardi Locum de Pœnitentia p. 23.*, Joh. Hülſemannus *in Prælectionibus in Form. Conc. p. 436-440.*, Joh. Ben. Carpzovius Sen. & Joh. Olearius *in Iſag. ad Libb. Symbol. p. 250. 1739. 1740.*, Hier. Kromayerus *in Hiſt. Eccl. p. 632. 648. 649.*, & *in Theologia Poſitivo-Polemica, Art. IX., p. 555-560.*, Joh. Muſæus *in Introd. ad Theol., P. II., c. 8., p. 558-600.*, Abr. Calovius *T. I. Syſtem. Theol. p. 703. & ſqq. 713. & ſeqq.*, *in Diſſ. de Fodina Myſtica Joh. V. 39., Sect. II., §. 15. 16. 17.*, & *L. 2. Iſagoges ad Theol. p. 291.*, Frid. Dedekindus *in Synoptica Relatione de Syncretiſmo, c. 1., §. 11., lit. D. 4. & 5.*, Conr. Tyburt. Rango *in Notis ad Orat. de Dolis & Fraudibus Pſeudo-Theologorum p. 63.*, Juſtus Chriſtoph. Schomerus *in Collegio Controverſiarum noviſſimarum, c. 2., §. 17., p. 43. 44.*, Timoth. Dan. Colbergius *P. II.* des Platoniſch-Hermetiſchen Chriſtenthums, *c. 1., §. 15. & 16.*, Andr. Caroli *in Memoralibus Eccleſiaſticis Sec. XVII, L. 3. c. 32., p. 613. 614., c. 53., p. 684. 685., & c. 60., p. 704.*, Henr. Ern. Treiberus in der Jubel-Jahrs-Poſaune des Concordien-Buchs *p. 241. 242. 243.*, & Seb. Edzardus *in Impietate Cohortis Fanaticæ p. 6. 7. 10.*

ELOGIA.

Roſtochienſium, Joh. Gerhardi, Henr. Höpfneri, Phil. Jac. Speneri, aliorumqve Theologorum Lutheranorum, Judicia de Noſtro honorifica aut benigniora, in certaminis, illi moti, hiſtoria, jam recitavimus.

El. Prætorius, ſive Chriſt. Hoburgius, im Spiegel der Mißbräuche des Predigampts *p. 239.*, ita de illo: Sie wiſſen wol, was dem redlichen Mann, Daniel Hoffmann zu Helmſtätt, dem gutmeinenden Rahtmann, zu Dantzig, wiederfahren, welche, wie ſie nur ein wenig dem Buchſtaben haben entziehen, und dem Geiſte zulegen, wollen, hilf ewiger GOtt, wie haben von allen Orten her die hochgraduirte Theologi dawieder gedonnert, und mit Schwärmereyen umb ſich geworfen? Gemina his in ejusdem *Apologia Prætoriana p. 10.* invenies.

Joh. Wilh. Petræus, *in Nube Teſtium veritatis de Regno Chriſti glorioſo*, ſive Chiliaſtico, *Lib. 3., p. 73.*, his eum, ſed immerito, accenſet, cum Chiliaſmum non defenderit, ſed in Patribus (*in Præfat. Libri de Regno Gratiæ J. C.*) tantum excuſarit.

Frid. Breclingius, in Catalogo Teſtium veritatis contra Chriſtianiſmum degenerem (apud Gotfr. Arnoldum *Tomo IV.* der Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie, *Sect. III., n. 18., p. 763.*), inter iſtos itidem illi locum tribuit.

Gothofr. Arnoldus, *in Deſcriptione & Hiſtoria Theologiæ Myſticæ, c. 24., p. 385.*, ſcripta ejus Myſticis potioribus annumerat.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Diſput. de Intelligentia. Lipſiæ in 4. Allegatur ab Hier. Kromayero, hac eum inter Magiſtros Lipſienſes locum ſibi acqviviſſe teſtante, *in Hiſtoria Eccl. p. 648.*

Gymnaſmata Phyſica XV., ad doctrinæ Ariſtotelicæ normam directa. Lipſiæ 1610. in 4.

Scientiarum Princeps & Domina Metaphyſica, XXI. Diſputationibus tradita. Lipſiæ 1611. in 4. Repetita, & publicæ diſqviſitioni iterum ſubjecta, a M. Caſparo Schumanno, Conizenſi Boruſſo, Collegii Paulini Lipſienſis Curatore. Witebergæ 1616. in 4.

Piiſſimorum Patrum, Q. Sept. Flor. Tertulliani, & Cæc. Cypriani, Theoſophia, fidei antiqvæ, & vitæ vere Chriſtianæ, certa & ſalubria (*per I.LCC.*) tradens documenta, e Monumentis eorum propriis reddita & recitata verbis. Witeb. 1619. in 4 (*juxta P. Bolduanum, Th. Hydium & Gotfr. Arnoldum*). Ibid. 1620. in 4. Recuſa deinde, vel denuo venum expoſita, ſub titulo *Theologiæ ſpeculativæ & practicæ, ex Patribus ab inſigni quodam Theologo collectæ*, Witeb. A. 1635. in 4.; ſub *titulo Medullæ Patrum, ſeu Conſenſus illorum harmonici*, ibid. A. 1655. in 4. (*teſtibus Catalogis Elzeviriano, Tourneſiano, Königiano, & aliis*), ac ἀνωνύμως tandem (uti Joh. Gotfr. Olearius, cui Autor ignotus fuit, *in Abaco Patrologico p. 124.*, perhibet), ſub nova *Aurifodinæ Patrum* Inſcriptione, ibidem A. 1664. in 4. Qvæ Titulorum diverſitas Henn. Wittenio impoſuit, *Tomo I. Diar. Biograph. Sec. XVII. (ad A. 1628., lit. Z. 4. b.)*, *Medullam Patrum*, & *Theoſophiam ex Tertulliano ac Cypriano*, perperam, tanqvam duo diverſa noſtri ſcripta, memoranti. Commendatur hic labor ipſius, Patrum cum doctrina Lutherana conſenſui oſtendendo impenſus, a Balth. Meiſnero *in Diſp. de Religione Lutherana p. 20.*, & Val. Ern. Löſchero (diligentiam in eo inſignem, judiciumqve præclarum, obſervari affirmante) in den Unſchuld. Nachrichten von Theol. Sachen, *Sect. VI. A. 1712., p. 911.* A qvorum ultimo Autor Patres omnes eadem ratione excerpere voluiſſe traditur, Scriptum vero ipſum *Priſcorum Patrum, Tertulliani & Cypriani Philoſophia* perperam appellatur.

Quæſtiones XI., ex qvodam (*ſuo ipſius*) de Regno JEſu Chriſti Libello (*Tr. ſcil.* vernaculo von J. C. Gnaden-reiche, A. 1621. edito), odio magis, qvam ex fide, conceptæ, ac Academiarum qvarundam Illuſtrium Cenſuris ſubjectæ (*a D. Joh. Corvino, Collega*), Notis vero illuſtratæ, reformatæ & remiſſæ, a M. Herm. Rahtmanno. Goslariæ 1622 in 8. (*3. pl.*) Scriptum pro doctrina Libelli de JEſu Chriſti Regno gratiæ, adverſus XI. Quæſtionum Corvini detorſiones illius, apologeticum, cujus hiſtoria ex præmiſſa narratione certaminis eſt repetenda.

II. GERMANICA.

Zwanzig herumbgetragene neue Photinianiſche Fragen, wieder das allgemeine Chriſtliche Glaubensbekäntniß, daß in einem göttlichen Weſen drey Perſonen ſind, wiederſinniſch geſtellet, in deren Erörterung Chriſti ewige Gottheit und Hoheprieſterliches Mitlerampt, mit klaren Sprüchen göttliches Wortes, durch gewiſſe Schlußreden, dargethan und erwieſen wird. Dantzig 1615. in 4.

Leichpredigt über Mich. Coletum, Paſtorem zu S. Marien und Seniorem in Dantzig, aus 2. Tim. IV. 6. 7. Dantiſci 1616. (V. Ephr. Prætorii *Athenas Gedanenſes p. 40.*)

Chriſtlicher Tugendſpiegel, in welchem ihre Art und Eigenſchaften, zur göttlichen Uebung, nach GOttes Wort, in 22. Predigten, erkläret werden. Dantzig 1620. in 4. Quæ a Draudio & Lipenio (*P. I. Bibl. Theol. p. 906.*) memorantur editiones, Dantiſcana A. 1610., & Witebergenſis A. 1621., fictitiæ ſunt & chimæricæ.

JEſu Chriſti, des Königs aller Könige, und Herren aller Herren, Gnadenreich. Dantzig 1621. in 4. (Alii Lüneburgi eodem anno prodiiſſe tradunt). Hic liber, velut pomum qvoddam Eridos, toti certamini Rahtmanniano occaſionem ſuggeſſit, XI. initio Quæſtionibus Joh. Corvini (qvibus Noſter Reſponſa A. 1622. Latine oppoſuit apologetica), ex illo excerptis, in ſuſpicionem Heterodoxiæ adductus, ac poſtea a Conr. Dieterico, Theologis (qvorum Cenſuræ junctim A. 1626. prodierunt) Witebergenſibus, Regiomontanis, Jenenſibus & Helmſtadienſibus, ac tot adverſariis aliis, impugnatus, refutatus & condemnatus, ab Autore autem, & ejus paraſtatis, compluribus ſcriptis, dextre explicatus, defenſus & vindicatus, uti in Hiſtoria certaminis, eiqve ſubjuncto Tractatuum utriusqve partis polemicorum indice, fuſius jam eſt expoſitum. Allegatum ibidem eſt hoc Joh. Gerhardi, Theologi Jenenſis, de illo, ex Epiſtola ad Autorem, judicium: *Doleo, tuo qvoqve Scripto, pio certe & erudito, labem hæreſeos aſſricari.*

Wolgegründetes Bedencken, was von D. Conradi Dieterichs, Superintendenten zu Ulm, Schwarmfragen, darinnen er vom Schwenckfeldianiſmo handelt, und deſſen andere beſchuldiget, zu halten ſey. Wobey auch die Frage erörtert wird: Ob, ohne vorhergehende Erleuchtung des H. Geiſtes, die Schrift möge verſtanden werden? Lüneburg 1623. in 8. (De Dieterici *Quæſtionibus de Fanatiſmo Schwenckfeldianorum*, Ulmæ A. 1623. *in 4.* editis, adverſus qvas Noſtri *Liber de J. C. Regno gratiæ*, modo memoratus, in Judicio hoc defenditur, & Joh. Eberkeni Antapologia adverſus iſtud, pro Dieterico, Germanica, A. 1624. publicata, ſcriptorum in certamine Rahtmanniano polemicorum catalogus, paulo ante exhibitus, conſulatur.).

Erinnerung von der Frage: Was die H. Schrift ſey und wircke? Lüneb. 1624. in 4. Oppoſita eſt, niſi omnino fallor, D. Joh. Behmii, Theologi Regiomontani, Kurtzer und Gründlicher Erörterung, was vom Worte Gottes, und deſſen Unterſcheide ins euſſerliche und innerliche, wie auch deſſen Kraft und Wirckung zu halten und zu glauben, wieder alte und neue Schwenckfelder und Fanaticos, Witebergæ A. 1624. in 4. editæ, ac eadem proinde cum illa die Erinnerung wieder Behmium, qvæ in Behmii *Collegio Anti-Rahtmanniano*, A. 1629. publicato, ſæpe allegatur & refutatur.

Der Vätter-beſtändige Lehre, welche GOttes Gnadenwirckung und Erleuchtung, als eine kräftige Uhrſache, dadurch ſo wol die H. Schrift eröfnet, als des Menſchen Hertz und Wille, daſſelbe, was die Schrift zur Seligkeit vorhält, zu wollen, erwegen, betrachten und anzunehmen, tüchtig gemacht wird, mit Zeugniſſen der Propheten und Apoſtel, beweiſet und erkennet: Samt Ablehnung der Einwürfe. Lüneb. 1624. in 4. Huic ſcripto M. Joh. Jac. Cramerus, Paſtor Gedanenſis Johanneus, oppoſuit *Claſſicum pœnitentiæ*, cujus titulum ſupra, inter Adverſariorum Noſtri polemica, recitavimus.

Dantziger Streit-Miſſiven M. Herm. Rahtmanni und des Evangeliſchen Miniſterii zu Ulm. Lipſiæ 1624. in 8.

Glaubenspoſaune. Thorunii 1624. in 4. Commendatur a Joh. Botſacco *in Moralibus p. 371.*

Abgenöhtigte Antwort, D. Joh. Corvini Unchriſtlichem Schreiben, womit er M. Herm. Rahtmanni ausgegangene Büchlein, wie auch fromme Hertzen, die ſeiner Boßheit wiederſprechen, dürſtiglich angreifft, entgegen geſetzet. Prodiit, uti ex Hartknochii narratione colligo, A. 1624. vel 1625.

Das Bußgebet Manaſſe, in VIII. Predigten erkläret. Dantzig 1626. in 8.

D. Mart. Lutheri Zeugniſſe, was die H. Schrift ſey, und aus welcher Kraft ſie wircke, aus ſeinen Büchern zuſammen getragen. Leipzig 1627. in 4.

Chriſtliche Erinnerungen, weſſen, in der Frage: Was die H. Schrift ſey und wircke? wie etliche Theologi ihre Erklärung darüber gegeben, der Wahrheit Liebhaber ſich in der Furcht GOttes zu bedencken haben, auf daß demſelben, welcher würdig zu nehmen das Buch, und aufzuthun ſeine Siegel, alle Kraft, Reichthum, Weißheit, Ehre und Preiß zugeſchrieben werde. Lüneburg 1627. (V. Gotfr. Arnoldi *T. III.* der Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie, *c. 12., p. 114.*)

Demonſtratio, de qva Witebergenſes, in Cenſura Anti-Rahtmanniana, judicium tuliſſe Chriſtoph. Hartknochius, *L. 3. Hiſt. Eccl. Pruſſ. c. 8.,* teſtatur.

INEDITA.

Gegenbericht auf die Wittenbergiſche und Jeniſche Cenſuren gegen ihm, dem Rahte zu Dantzig übergeben, cui Theologi Jenenſes die Ausführliche Wiederlegung des Gegenberichtes, Cenſuris IV. Academicis Anti-Rahtmannianis, junctim a ſe Jenæ A. 1626. editis, Appendicis inſtar adjectam, repoſuerunt. V. Hartknochium *l. c.*

Sermo ſacer de Extremo Judicio, qvem a Collega noſtri, D. Joh. Corvino, reprehenſum eſſe, idem Hartknochius perhibet im Alten und Neuen Preuſſen, *p. 502. 503.*

HEN-

HENRICUS RANZOVIUS,

Eqves (*.) Holſatus, univerſis Cimbriæ noſtræ Scriptoribus & Viris eruditis generis nobilitate, Nobilibus autem eruditione pariter omnigena, ac effuſa in Doctores cultoresqve literarum benignitate, in hunc usqve diem eſt, ſuperior, nec utraqve prærogativa ſibi parem in poſterum facile habiturus. Primam ei lucis hujus uſuram conceſſit annus ſeculi Æræ Chriſtianæ decimi ſexti vigeſimus ſextus, die, non Maji (qvi Nicol. Heldvaderi (1.) eſt error, ſed Martii, undecimo (2.), vel ob vernum, ut Memorabilia illius Hiſtorica, Elegia peculiari a Pet. Lindebergio (3.) expoſita, ſileam, auſpicatiſſimo æqvinoctium, qvo, uti ſcite Mart. Marſtallerus, Conſiliar. Pomeranicus, in Epiſtola ad Noſtrum obſervavit Genethliaca, Natali ejus A. 1594 conſecrata (4.), *Annus ipſe ſuam qvotannis auſpicatur adoleſcentiam, & cum illo multoties eſt renatus.* Horam ſi natalem ſi deſideras, medio inter noctis decimam atqve undecimam tempore lucem ſignifico aſpexiſſe, cœli autem, qvalis tunc fuit, faciem, ac ſiderum poſitum, in *Themate*, qvod Heroi noſtro, Aſtrologiæ judiciariæ immodice ſtudioſo, ipſius poſtulatu, Conr. Daſypodius, Academiæ Argentinenſis Mathematicus, erexit, ac, poſt ipſum (5.), Pet. Lindebergius (6.) & Andr. Angelus (7.), ſpectandum omnibus exhibuerunt, *Genethliaco*, ac Georg. Ludov Frobenii in iſtud Carmine (8.), A. 1592. conſcripto, contemplari te jubeo. Fuſius illud expoſuit atqve illuſtravit Thom. Finchius in *Horoſcopographiæ* editione auctiori tertia, Sleſvici A. 1591. publicata, præſertim *Capite XVII.* In Judicio ſuo, Themati adjecto, Daſypodius ſummam Ranzovio ingenii, Phyſices præſertim & Matheſeos ſtudioſiſſimi, dexteritatem, nominis celebritatem, conjugem opulentam ac bene moratam, divitias ingentes, rerum omnium felicitatem, & vitam longævam, ab aſtris benignioribus eſt pollicitus (9.), Vates in cæteris haud infelix, in triſti vero, qvam addidit, mortis ſubitaneæ ac mirabilis prædictione ab eventu deſtitutus, niſi periculum lethale, qvod, beneficio divino, VII latronibus qvater inſidias vitæ ipſius ſtruere fruſtra aggreſſis, A. 1592. Noſter evaſit, iſta eſſe ſignificatum, cum ipſo (10.), ſtatuamus. Alia haud dubie, nec immerito forte, in Judicio eodem obelo notavit Sixtus ab Hemminga, Mathematicus Medicusqve Friſius, Aſtrologis infenſiſſimus, qvi, in *Aſtrologia ratione & experientia confutata*, qvam, Noſtro adhuc ſuperſtite, A. 1583. Antwerpiæ iuris fecit publici (11.), Themati etiam illius genethliaco, ſub examen accuratius revocato, locum ſuum tribuit inter 30. genituras hominum illuſtrium, de qvibus vanas fuiſſe contendit Aſtrologorum prædictiones (12.). Patriam Noſter habuit Stormariam, Holſatiæ noſtræ provinciam, in cujus arce Steinburgenſi (13.), cui tractuiqve ſimul vicino, parens, uti mox dicetur, regio nomine præerat, primum hauſit ſpiritum, ac perperam proinde, cum familia etiam ortus ſit Holſatica, & Daniæ qvidem Regum, ſed extra Daniam, in Cherſoneſo natali, vices geſſerit, Danis, ab Alb. Bartholino (14.), & Joh. Galloeſio cui audit *un Gentilhomme Danois*) (15.), annumeratur. Familia Holſatiæ, qvam ſuo ex ea ortu longe reddidit illuſtriorem, Ranzoviana eqveſtris cæteris Cherſoneſi noſtræ, qvæ ſuperſunt, ferme omnibus palmam vetuſtatis præripit, ab octo qvippe ſeculis, uti creditur, in hodiernum usqve diem florentiſſima, & Heroum ſagatorum pariter atqve togatorum, iſto temporis intervallo, qvamplurimorum genitrix extitit fœcundiſſima. Originem Cherſoneſo debet Cimbricæ, & in Marchiam deinde Brandeburgicam, vicinasqve, Seculo XI., diffuſa provincias, Comites iis Groitſchenſes, Burggraviosqve Liſnicenſes (A. 1538. demum in Hugone extinctos), imo Miſniæ & Luſatiæ Marchiones, protulit, Seculo vero XII., Ottonis ſui auſpiciis, in Holſatiam reverſa, numeroſa adeo effloruit ſobole, ut Cimbria noſtra, circa A. 1590., CXVIII. ſexus nobilioris Ranzovios (16.), 73. arcium, ſive prædiorum eqveſtrium, poſſeſſores (17.), ſimul ſuperſtites, ſit venerata. Ipſa Inſignia vetuſtatem gentis ſimplicitate ſua arguunt, ab ipſomet, ut Salom. Frencelii, Chr. Sylvii, aliorumqve Poetarum, de iisdem Carmina (18.) taceam, ſeqventi eleganter, & delineata, & explicata, Hexaſticho:

Ranzovii rubra eſt Clypei pars dextra, ſiniſtra eſt
Candida, ſed Caſſis cornua bina gerit.
Cornua ſunt robur, Martis color alter, & alter
Pacis: utrumqve ſatos nobilitate decet.
Forma qvid hæc ſimplex? ſimplex fuit ipſa vetuſtas;
Simplicitas formæ ſtemmata priſca notat.

Seriem inclytæ gentis, & Heroum ejus Marte pariter atqve arte illuſtrium, genealogicam inſtituti ratio addere prohibet, in *Genealogia*, qvam Noſter, & Latine, & Germanice, uti ſuo loco monebitur, A. 1585 juris fecit publici, *Ranzoviana*, ſæpius poſtea recuſa, & tot aliorum hominum doctorum, qvos idem ad iſtam celebrandam ſua invitavit benignitate, monumentis ſimilis argumenti literariis, ipſius auſpiciis ac ſumptu maximam partem editis, qvorum accuratior infra itidem Recenſus exhibebitur, cuivis obviam. Conſulantur præ cæteris Pet. Albinus, Hiſtoriographus Electoralis Saxonicus, in *Wiperto, ſive Originibus Ranzovianis*, Witebergæ A. 1587. & 1588, Mich. Bojemus, Gymnaſiarcha Torgenſis, in *Genealogia*, qvam ſuæ *de Somniis* adjecit *Hiſtoriæ*, metrica *Familiæ Ranzovianæ*, A. 1587., Hier. Henningius, Eccleſiaſtes Lüneburgenſis, in *Genealogiis Familiarum, qvæ Pontifices & Epiſcopos protulerunt, Saxoniæ nobilium* (19.), Hamburgi A. 1590., Scipio Amiratus, Ducum Hetruriæ Hiſtoriographus, *in Arbore Ranzoviorum Genealogica, æri inciſa*, eodem circiter tempore, Jonas Elverfeldius in *Tribus Epigrammatum de Statu & Ordinibus Holſatiæ*, qvæ Exegeſi Heros noſter illuſtravit Hiſtorica, *Claſſibus* (20.), Hamburgi A. 1592., Alb. Lomeierus, Weſtphalus, *in Deſcriptione Ranzovii, antiqvi & hæreditarii Ranzoviorum in Wagria prædii*, Islebiæ A. 1595., Andr. Angelus, Præpoſ. in Mar-

Ddd dd dd 2 chia,

(*) Comitis titulus, Nepoti ejus Chriſtiano demum collatus, illi aſſingitur a Chr. Weiſio *P. III. Oratoris Politici*, *c. 2., p. 616.*, & Jac. Frid. Reimanno *P. I. Introd. Germ. ad Hiſt. Lit. p. 301.*

(1.) *Parte II. Sylvæ chronol. circ. balthici p. 77.* (2.) V. Elogium ejus breve *in Epiſtolis Conſol. ad ipſum p. 80*, Pet. Lindebergii *præf. Hypotypoſeos Ranzovianæ, Poemataqve juvenilia, in Ep. Dedic., & p. 7. ac 68*, Steph Macropi *Immortalitatem Henr. Ranzovii, ſive Or. fun ei dictam*, Andr. Angeli *Lib. I.* der Holſtein. Adel *Chronica p. 157. 158.*, Pauli Eberi *Calendar. Hiſtor., ad d. 11. Mart.*, Dav. Chytræi *P. II. Chronici Saxon. p. 78.*, El. Reusneri Append. *Iſagoges Chronol. p. 660.*, Caſp. Conradi *Millen. I. Proſopogr. Melicæ p. 141.*, aliosqve complures. (3.) *P. I. Poem. Juvenil., L. 4., p. 68 65.* (4.) V. illam *in Epiſtolis ad Ranzovium Conſolatoriis, p. 324-329. Edit. tertiæ.* (5.) *in Exemplis Aſtrologicis p. 294-299., edit. A. 1585 Colon.* (6.) *in Hypotypoſeos Ranzovianæ* editione ſecunda, Hamburgi A. 1591. publicata, *ſub finem Cap. X., p. 184-187.* (7.) *l. c. p. 157. 158.* (8.) Legitur iſtud ſub finem *Tractatus* Ranzoviani *Aſtrologici de genethliacorum thematum judiciis*, αὐτόγραφον autem in Bibliotheca Ædis Cathedralis Hamburgenſis aſſervatur. (9.) Conf Pet. Lindebergii *præf. Hypotyp. Ranzov.* (10.) *in Tr. de Genethliacorum Thematum Judiciis p. 30.* (11.) *in 4to.* (12.) V. Hemmingæ Encomiaſtas, Suffridum Petri *Decade XIII. Scriptorum Friſiorum, n. 9., p. m. 412. 413.*, &, qvi hunc ſeqvitur, Melch. Adamum *in Vitis Philoſ. German. p. 321. 324.* (13.) V. Andr Angelum & Steph. Macropum, *ll. cc.* (14.) *in Tr. de Script. Dan. p. 56.* (15.) *in Tr. des plus belles Bibliotheques d' Europe*, A. 1680. *in 8.* Pariſiis edito, *p. 119.* (16.) V Pet. Lindebergii *Hypotypoſin p. 116.*, & Andr. Angelum *l. c. p. 180-186.*, ſingulorum nomina recitantem. (17.) V. Angelum *l. c. p. 188. 189.* (18.) V. illa *in Appendice Poematis* Noſtri *de Somniis p. 30.*, & in Pet Lindebergii *Hypotypoſi, ſub initium, ac p. 119. 120.* (19.) *fol. 10-34.* (20.) V. *Claſſem II. de Familiis eqveſtribus, lit. G. 1. a-I. 2. b.*

chia Brandeb. Strausbergenſis, *in Chronico Nobilitatis Holſaticæ vernaculo, ſive Chronici Holſatici Libro I.* (21.), Witebergæ A. 1597., & Henn Conradinus, Scholæ Hamburg. Conrector, *in Epigrammatis in Heroas in Arce depictos Bredembergenſi, Ranzoviosqve illuſtres, Hiſtoricis*, Antwerpiæ A. 1581. editis. De qvibus, uti & Mich. Beutheri, Prof. Argentinenſis, & Val. Thilonis, JCti Sileſii, *Elogiis Ranzoviorum*, Melchiorisqve Neofanii, Eccleſiaſtæ Brunſvicenſis, Poemate hujus argumenti ad Heroem noſtrum affecto, in *Iſagoges* jam *ad Hiſtoriam Cimbricam Parte I.* (22.), fuſius olim diſſeruimus. Ubi & ſimul monitum, clientibus hiſce Noſtri eruditis, ipſi coævis, addendos eſſe, e Recentioribus, Henr. Ernſtium, Acad. Soranæ JCtum, in *Genealogia Ranzoviana*, Soræ A. 1646. edita, Caſp Danckwerthium, *in Chorographia Sleſvigo-Holſatica vernacula* (23.), Henr Bangertum, *in Notis ad Helmoldi Chronicon Slavorum* (24.), ſeriem gentis inclytæ, a primis repetitam originibus, ad ſua usqve tempora pertexentes, &, qvi recentiſſimam tantum Comitum Ranzoviorum, in iſtius ſupplementum, *in Notitia Procerum Sacri Romani Imperii Genealogico-Hiſtorica* (25.), perſeqvitur hiſtoriam, Jac. Wilh. Imhofium, Patritium Noribergenſem. Pet. Lindebergium (26.), Georg. Cruſium (27.), aliosqve, obiter tantum, & paucis, Genealogiam Ranzoviorum illuſtrantes, prætereo.

Patrem Noſter habuit Johannem Ranzovium, Eqvitem auratum, trium Daniæ Regum, Friderici I., Chriſtiani III. & Friderici II., Conſiliarium intimum, Archiſtrategum, Proregem Sleſvigo-Holſaticum, & Præfectum Steinburgenſem, Toparcham arcium Bredembergenſis (a ſe conditæ), Bothkampianæ, aliarumqve plurium, hæreditarium, Cimbriæ ſuæ ac Regni Danici Achillem, d. 12 Dec A. 1565., æt. 73., rebus humanis exemptum. De cujus vita, laudibus, & rebus adverſus hoſtes patriæ fortiter feliciterqve geſtis, æterna omnium ſeculorum memoria digniſſimis, cum & nos breviter, *in Iſagoge ad Hiſt. Cimbricam* (28.), fuſius autem in Elogio ejus, *Cimbriæ* huic *Literatæ* inſerto, ſimus commentati. & Mart. præterea Coronæus, Chriſtoph. Kellinghuſius, aliiqve homines literati, ibidem recenſiti, Tractatus, Henrici filii auſpiciis, jampridem publicaverint peculiares, mentione ejus prolixiori jam abſtinemus. Matrem veneratus eſt Annam Walſtorpiam, d. 29. Dec. A. 1582., æt. 2., una cum familia ipſa Walſtorpiana, antiqvæ inter Cimbros nobilitatis gloria inſigni, cujus ultimus illa erat ſurculus, extinctam. Cui Noſter in æde Laurentiana Itzehoenſi, patri autem ejus, Gerh. Walſtorpio (A. 1562. mortuo), in Templo Cœnobii Segebergenſis, Monumenta erexit epitaphia, qvorum inſcriptiones Pet. Lindebergius, in *Hypotypoſi Ranzoviana* (29.), legendas exhibet. Fratris Pauli, natu ipſo minoris, Dynaſtæ Bothkampenſis, Adolphi, Ducis Holſato-Gottorp., Conſiliarii, ac Præfecti Trittovienſis, Reinbeccenſis & Tremsbüttelani, d. 24 Mart. A. 1579., æt. 52., denati, ſororisqve Magdalenæ, Oswaldo a Wiſch, viro nobili, nuptæ, & in puerperio A. 1557., æt. 29., extinctæ (cujus tumulum, in æde Itzehoenſi epigraphe Noſter itidem ornavit ſepulchrali (30.)), in Elogio parentis jam facta eſt mentio. Avus ei paternus, cum utroqve communis, fuit Henricus Ranzovius, Hamburgenſium in arce Steinburgenſi Præfectus, maritusqve Oligardis Buchwaldiæ, A. 1497. defunctus; Proavus Breido, Dynaſta, cum uxore Druda Reventlovia (vel, juxta alios, Ratlovia), ad A. usqve fatalem 1440., Krummenteichenſis; Abavus Cajus II., Toparcha itidem Krummenteichenſis; Atavus Cajus I., Eqv. Auratus; Tritavus Otto II., Jutta, Ducali ſtirpe oriunda, potitus Conjuge, Schacconis II. filius, Schacconis I. nepos, & Ottonis I., Familiæ in Holſatia Ranzovianæ inſtauratoris, arcisqve huic in Wagria cognominis, circa A. 1140., conditoris, pronepos. Patrem Otto iſte I. habuiſſe perhibetur Henricum II., Burggravium in Miſnia Liſnicenſem, Avum Henricum I., Marchionem Luſatiæ, & Burggravium itidem Liſnicenſem, A. 1136 mortuum, Proavum vero Wipertum II., Comitem in Oſterlandia Groitſchenſem, Burggravium Liſnicenſem & Magdeburgenſem, Miſniæqve & Luſatiæ Marchionem, Wratislai, Bohemiæ Ducis, generum, Henrici autem IV., Imperatoris, Archiſtrategum, heroem fortitudine bellica nemini ſua ætate ſecundum, ſed ordinem tandem monaſticum, in Cœnobio Benedictino Pegavienſi, a ſe condito, ipſo anno emortuali 124, ingreſſum. Wipertus hic viciſſim gnatus fuiſſe traditur Wiperti I, ſibi cognominis, nepos autem Wolfii, Dynaſtarum in Marchia Brandeburgica Balſamenſium, pronepos Herlibonis II., Regis, vel Wagriæ, vel Norwegiæ, filiam nacti conjugem, abnepos Herlibonis I., & Cunonis deniqve, Dynaſtæ Holſatici, Ranzoviorum omnium, qvorum memoria ſupereſt, antiqviſſimi, atnepos. Indolem generoſam, a majoribus hiſce, ac ſemetipſis, in Noſtrum derivatam, excitaturi parentes, domi illum literarum notitia curarunt imbui, & eo qvidem ſucceſſu, ut in ætate puerili ſenilem jam omnes prudentiam, & doctrinam exqviſitam, mirarentur. (31.). Witebergam deinde A. 1538., æt. 12., miſſus, &, Rectore Phil. Melanchtone, albo inſcriptus academico (32.), ita ſe geſſit, ut & ſuperioribus eſſet gratiſſimus, & æqvalibus, ob modeſtiam morumqve ſvavitatem, acceptus. Præcipue tamen Luthero, hoſpiti ſuo, cujus & menſa utebatur, fuit chariſſimus, ejusqve familiari conſvetudine & ſermonibus qvotidie melior evaſit (33.). Inde doctrina multiplici, longe, qvam acceſſerat, ornatior, diſcedens, cum Adolpho, Duce Holſatiæ, Chriſtiani III., Danorum Regis, fratre, Conſiliarii titulo ab ipſo ornatus, Bruxellas, in aulam Caroli V., Imperatoris, abiit, eamqve Oeniponti (34.), Auguſtæ, & alibi ſexennio (35.), vel ſeptennio (36.), ſectatus integro, Magnatum, tum Germanorum, tum Italorum, Gallorum, Hiſpanorum, aliorumqve exterorum (e qvibus Ant. Perenothum, Card. Granvellanum, Aulicorum Cæſaris principem, & Chriſtophorum, Baronem a Bedtſtein & Baſſompierre, Archiſtrategum deinde Gallicum, ob humanitatem, ipſe (37.) commendat), amicitia & favore ſibi conciliatis, non Politicarum ſolum rerum tractationi, hiſce Ducibus, aſſvevit, ſed &, in conſcribendis eqvitibus ac peditibus, Cæſari, cum Adolpho, operam navavit (38.). Ex aula Cæſarea, paulo ante ferale bellum Smalcaldicum, Chriſtianus eum III., Rex Daniæ, domum revocavit, & initio *in arcanum Ducatus Holſatiæ adſcivit conſilium* (39.), ſive Senatum Ducatuum Cimbricorum, Sleſvicenſis & Holſatici, provincialem, (*) Deinde autem, Anno circiter 1556. (40), parenti ſuo (etiamnum ſuperſtiti, ac, duobus demum poſt luſtris, extincto, pompaqve a filio exeqviarum ſplendidiſſima A. 1566. elato (41.)), non in arcis ſolum (qvam perpetuo fere poſtea inhabi-

(21.) *p. 100-108.* (22.) *Cap. XIV., §. 1. 2. 6. 7., p. 207-211. 218-223.* (23.) tum alibi paſſim, tum inprimis *Parte III., c. 14., p. 283. 284. 285.* (24.) *ad Lib. I c. 40., p. 100-106.* (25.) *L. 9. c. 7., p. m. 1445.-1452.* (26) *in Hypotypoſi Ranzoviana p. m. 124-128., & Poematum Juvenilium Parte III., Lib. 2., p. 177-180.* (27.) *in Deſcript. Bredenbergæ, lit. N. 2. N. 3. N. 4.* (28) *P. I., c. 14., §. 8., pag. 223-226.* (29.) Materni ſc. *p. 83. 84.*, Aviti autem *p. 63. 64.* (30.) V illam in P. Lindebergii *Hypotypoſi p. 62. 63.*, & in Georg. Cruſii *Deſcript. Bredenbergæ, lit. N. 4. a.* (31.) V. Steph Macropi *Or. funebrem*, illi dictam. (32.) G. Gotfr. Svevi *Acad. Witeb., lit. K. 3. a.* (33.) V. Macropum *l. c.* (34.) V. ipſius *Epiſt. ad Bedtſtenium, in Epiſtolis Conſolatoriis p 126.* (35.) juxta G. Cruſium *l. c., lit. D. 4. a. b.* (36.) juxta P. Lindebergium *in Præf. Hypotypoſeos.* (37.) in Epiſtolis ad eos. V. *Epp. Conſol. p. 85. 126.* (38.) V. Lindebergium, Cruſium & Macropum, *ll. cc.*, & Excerpta Elverfeldiana, in Stephani *Syntagm. de Regno Daniæ, p 300.* (39.) teſte Macropo *l. c.* (*) A. Jac. Frid. Reimanno, *P III. Introd. ad Hiſt. Lit Germ., Sect. 3, p. 660.*, Danicus in Duc. Sleſv & Holſ. Cancellarius perperam vocatur. (40.) V. P. Lindeb. *Præfat. Hypotyp. p. 5.* (41.) V Chriſtoph. Kellinghuſii, Hamburg., *Narrationem de Exeqviis Joh. Ranzovii*, inter *Epiſtolas Conſolatorias ad H. Ranz., p. 30-47.*, & alibi, uti ſuo loco oſtendi, obviam.

habitavit (42.)) & tractus Segebergenſis præfectura, ſed vicario etiam Ducatus utriusqve (Danis enim ipſius Proregem Noſtrum fuiſſe falſo ab El. Reusnero (43.) eſt traditum) regimine, invitum licet, collegam dedit & ſucceſſorem (44.). Dignitatibus hiſce ampliſſimis, & Regiæ in Cherſoneſo hac proximis, per annos 44. continuos, trium Monarcharum Danicorum, Chriſtiani III., Friderici II. & Chriſtiani IV., Prorex, eſt gaviſus (45.), & ita perfunctus, ut gratia & favore ſingulorum perpetuo, nec unqvam interrupto, floruerit. Præcipue tamen Friderico II. fuit in deliciis, tantaqve apud eum valuit fide & auctoritate, ut nullum fere ponderis alicujus & momenti negotium emergeret, cui Ranzovium non adhiberet, ipſiusqve de illo judicium & conſilium exploraret (46.). Ab hoc A. 1580, in Comitiis Ottonienſibus, in Ordinem Eqveſtrem Elephantinum, inſignibus ejus & torqve aureo donatis, eſt admiſſus (47.), ab hoc, ni fallor, Præpoſitura etiam Ædis Cathedralis Hamburgenſis, in qva Cajus ipſi filius ſucceſſit (48), donatus, ab hoc deniqve A. 1577. teſtis & ſponſor Chriſtiani IV., primogeniti & ſucceſſoris ſui (qvi adultior Elephante itidem illum aureo & imagine ſua donavit (49.)), baptiſmo adhibitus (50.). Interrogatus aliqvando, qva ratione trium Regum ſuorum gratiam, per tot annos, conſervaſſet integram, & malevolorum hoſtiumqve invidiam, & ſtructas ab hiſce non raro, per nefarios homines, tam famæ, qvam vitæ ſuæ, inſidias, evaſiſſet ac declinaſſet, *Bene agendo*, reſpondit, *& recte conſulendo* (51.). Enitucre ſane in illo univerſæ, qvæ hominem nobilem, ac gubernatorem patriæ, ad iſtud dignitatum culmen evectum, præcipue decent atqve ornant, virtutes politicæ, prudentia, eruditio, integritas, juſtitia, ἀπροσωποληψία, modeſtia, humanitas, beneficentia, & ſi qvæ aliæ eundem in numerum referri merentur. *In litibus civilibus audiendis & componendis eo totus ſpectabat, ut oppreſſis & innocentibus opem ferret, ſceleratos debito afficeret ſupplicio, ſeditiones tolleret, & pacatam undiqve Provinciam præſtaret. Eo fine, ſingulis noctibus ſurgens, peritiſſimorum ſcriptorum de Rep. recte adminiſtranda libros, vel ipſe legebat, vel a miniſtris ſibi prælegi, locosqve inde inſigniores excerpi, curabat. Mane deinde & interdiu cauſas cognoſcebat, &, ſi qvæ difficilior videbatur, temporis moram interponebat. Citius autem ſol a curſu, qvam ipſe a juſtitiæ tramite, vel prece, vel pretio, revocari potuiſſet. Sed & affabilitate fuit inſigni, &, a cauſarum cognitione ſurgens, neminem, infimæ qvamvis conditionis, a ſuo arcuit colloqvio. A prandio, provectiori præſertim ætate, plerumqve venationi indulſit, hortosqve ſuos coluit, & ad Muſas deinde reverſus, non prius, qvam ſomno opprimeretur, his ſe ſubduxit* (52.). Cum autem ſumma, in negotiis majoris momenti publicis rite expediendis, dexteritate cæteros ferme omnes Regni Danici patriæqve Magnates, ac aulæ Regiæ Miniſtros, antecelleret, horum tractationi non tantum freqventiſſime in Cherſoneſo & ſeptentrione natali, & ſucceſſu qvidem perqvam felici, eſt admotus, ſed &, in crebris ad exteros legationibus, non minus auſpicatis, a Regibus auguſtiſſimis inſudare juſſus. A. 1570., M. Junio, nuptiis Johannis Caſimiri, Comitis Palatini, cum Eliſabetha, Auguſti, Saxoniæ Electoris (ad qvem itidem, alio tempore, ſed incertum qvo anno, eſt ablegatus (53)), filia, Heidelbergæ celebratis, Frid. II. Regis juſſu, cum Holgero Roſekrantzio, interfuit (54.), inde autem Stettinum, cum cœteris Legatis regiis, Pet. Bildio, Nicol. Kaaſio, Georg Roſekrantzio, & Joach. Hinckio, Decano Bremenſi, ad panegyrin abiit irenicam, in qva pax ſeptentrioni, ipſius potiſſimum, Macropo teſte, opera, eſt reddita, & bello Danorum Lubecenſiumqve cum Svecis ſeptennali finis impoſitus (55.). Triennio poſt, anno ſcilicet 1573., *Ordinatio Judicii Provincialis Sleſvigo Holſatici* vernacula, juſſu Friderici II., Regis, Johannisqve Senioris & Adolphi, Ducum Holſatiæ, e Jure communi & Saxonico, in uſum patriæ, ab ipſo & Eraſmo Kirſtenio, JCto, Regis, Sigfrido Ranzovio & Hieron. Oelgardio Johannis, & Bened. Alefeldio (Dynaſta Haſeldorfienſi) atqve Adamo Tratſigero, Adolphi Conſiliariis & Cancellariis, eſt congeſta, & paulo poſt, accedente Ordinum provincialium conſenſu, juris facta publici (56.). A. 1580., d. 3. Maji, in actu ſolenni, qvo feudum Ducatus Sleſvicenſis, a Friderico II. Rege, Johanni & Adolpho, Ducibus Holſatiæ, Othoniæ Fionorum, ingenti cum pompa, conferebatur, ipſe Regis, velut Ducis itidem Holſatici, perſonam ſuſtinens, *Inveſtituram*, qvam vocant, ejusdem pariter obtinuit (57.). A. ſeqv. 1581., per menſes aliqvot æſtivos, una cum Nic. Kaaſio, Cancellario Regio, Petroqve Ranzovio ac Hanſio Blumio, Præfectis Flensburgenſi atqve Hatherslebienſi, Regis nomine, Comitiis interfuit & præfuit Flensburgenſibus, in qvibus diſſidia inter hunc & patruum, Adolphum Holſatum, de Johannis Senioris, nuper defuncti, hæreditate, transactione amicabili, a Legatis Saxonicis, Haſſicis & Meclenburgicis, d. 19. Sept. auſpicato tollebantur (58.) Annum 1588., qvo non liberis ſolum duobus, tribusqve nepotibus, ſed & Rege ſuo, Friderico II., eſt orbatus, hujusqve memoriæ pyramidem & ſacellum Segebergenſe, cum obeliſco vicino, dedicavit (59), ſibi luctuoſiſſimum pariter atqve ob negotia varia moleſtiſſimum, vix emenſus, ſeqventi 1589. Hafniam abiit, & d. 4 Junii, in Comitiis iteratæ collationis feudi Sleſvicenſis, Ducibus Holſaticis, a Chriſtiano IV., novo Daniæ Rege, factæ, ſolennibus, Regis ipſius, velut Ducis Holſatici, perſonam, una cum Pet. Ranzovio, Præfecto Flensburgenſi, denuo ſuſtinens, partis Ducatus Sleſvicenſis Regiæ inveſtituram petiit & impetravit (60.). Triennio poſt, A. ſcil. 1592., ſingulari Numinis propitii beneficio, grande periculum feliciter evaſit, inſidias nempe, a VII. latronibus, per hoſtes clandeſtinos (cum nemo talem ſe palam profiteretur) conductis, vitæ ſuæ, bombardarum exploſione, qvatuor diverſis ſtructas vicibus, nec multo poſt pleresqve horum, detectos & comprehenſos, capitali rotæ ſupplicio vidit affici (61.).

(42.) V. C. Danewerthii *P. I. Chorogr. Cimbr.*, *c.* 2., *p.* 6. (43.) *in Append. Iſag. Hiſtor. p.* 66. (44.) V. Macropum, P. Lindebergium & Caſp. Danewerthium *ll. cc.* (45.) V. Macropum & C Danewerthium, *ll cc.* (46.) V. Macropum *l. c.*, P. Lindebergii *præfat. Hypotyp. p.* 6., & Andr. Angeli *Lib. I.* der Holſtein. Adel. Chronica *p.* 160. (47.) V. *Nova Liter. Lubec.*, *M. Apr A.* 1705., *p.* 118., Macropum, Lindebergium & Angelum *ll. cc.*, & *Epiſtolas Conſol. ad H. Ram. p. m.* 81. (48.) teſte Catalogo Præpoſitorum Hamburgenſium MSto, per D. Joh. Danewerthium, Decanum, & D. Ott. Sperlingium, mihi transmiſſo. (49.) V. Angelum *l. c.*, & *Epp. Conſol ad Ranz. p.* 81. (50.) V., præter Macropum *l. c.*, P. Lindebergium *in Hypotypoſi p.* 165., & Franc. Sweertium *in Deliciis orbis Chriſtiani p.* 752., Inſcriptionem Salini inaurati, infanti Regio a Ranzovio oblati, exhibentes memorabilem. (51.) V. Macropi *Or. fun.* (52.) Qvæ hactenus de virtutibus Noſtri politicis, & laboribus qvotidianis, ſunt allata, ipſis pene Macropi verbis lubuit exprimere. (53.) V. Inſcriptionem Cochlidis Bredenbergenſis e lapidibus, ab Auguſto donatis, extructæ, in P Lindeb. *Hypotyp. p.* 5., & G. Cruſii *Deſcr. Bredemb.*, *lit. H.* 3. *b.* (54.) V. Frid. II. de hac Legatione ad Ranzovium Epiſtolam, inter *Epp Conſol. p.* 70. 71. 72. (55.) V. Er. Mich. Læti L. 5. Rer. Dan., p. 314., Nic. Heldvaderi *P. II. Sylvæ Chronol. circuli Balthici*, *p.* 188. *& ſeqq.*, And. Angeli *Lib. I.* der Hulſt. Adel *Chronica p.* 160, *Excerpta Tractatus* Jonæ Elverſeldii *de Holſatia*, *in Stephani Syntagm. de Regno Daniæ p.* 302. 303., & Frid. II., Regis Dan., literas ad ipſum de hac Legatione, inter *Epp. Conſol. p* 69. 70. (56.) V. *Excerpta Elverfeldiana l. c. p.* 303. 304., Gerh. Mercatoris *Atlantem Majorem p.* 88. *Ed. Sec. A.* 1607, Er. Maurilii *Præfat. Speciminis Conſil. Kilon*, *Qvatern.* 10., & *P. I. Iſag. meæ ad Hiſt. Cimbr.*, *c.* 15., *§.* 18, *p* 276. 277. (57.) V. *Excerpta Elverfeldiana l. c. p* 304. 305. (58.) V. Macropum *l. c.*, *Exc. Elverf. l. c. p.* 305., *P III. Iſag. noſtræ ad Hiſt. Cimbr.*, *c.* 3., *p* 340. 341., & Autores alios, iſtic allegatos. (59.) V. Qverimoniam ipſius in Inſcriptione ſacelli Segeberg., ap. Lindebergium *in Hypotyp. p.* 45. 46, & Fr Sweertium *in Deliciis Orbis Chriſtiani p.* 760. 767. (60.) *V. Exc. Elverf. l. c. p.* 307. 308.

(61.). Hoc vitæ diſcrimine evitato, ultima, A. ſeqv. 1593., Flensburgi, non adiit ſolum, ſed & moderatus eſt, ſolenniora Ducatuum Cimbricorum Comitia, homagio Regi novo, ab iſtorum ordinibus Kal. Sept. præſtito, nobilitata (62.). In qvibus, cum ordinem patriæ eqveſtrem ad iſtud, & obſeqvia Regi debita, ratione officii, cordate hortaretur, partem qvidem illius majorem, ut ſententiæ ſuæ accederet, haud difficulter permovit, ſed multorum nihilominus odia, Steph. Macropo (63.) teſte, in ſe concitavit. Licet autem pacis artium, de qvibus hactenus eſt dictum, qvam bellicarum, fuerit ſtudioſior, nec harum tamen, qvibus parens tantam ſibi gloriam paraverat, incurioſum eum, aut rudem, fuiſſe, præter operam, qvam juvenem, cum Adolpho, Duce Holſatiæ, Carolo V., Imperatori, in eqvitibus & peditibus cogendis, navaſſe, ſupra jam narravimus, vel ſolus, qvem A. 1595. edidit, *Commentarius* oſtendit *Bellicus*. Qvid qvod ipſemet, ſuas ipſius ulturus injurias, arma A. 1558. adverſus Comites Hoyanos arripere, hiſqve bellum indicere, non dubitavit, tum ob æs alienum, qvo ſocero ſuo, Franciſco ab Halle, jampridem illi erant obſtricti, tum, qvod fratrem uxoris, Dietericum, cognatumqve Thomam, captivos in arce Nienburgenſi detinerent. Non enim ſolum, jure talionis, Jodocum Juniorem, Comitem Hoyanum, Johannis, Epiſcopi Monaſterienſis, fratrem, & Guſtavi, Regis Sveciæ, ex ſorore nepotem, in oppido Segebergenſi viciſſim paſſus eſt capi, & cuſtodiæ, in qva obiit, mancipari, ſed ſententiam etiam, a Camera Imperiali, pro ſe ac ſocero, contra Comites, latam, vi & armis exeqvi decreverat, niſi omnes iſtæ controverſiæ, interpoſita Chriſtiani III., Regis Daniæ, & Auguſti, Electoris Saxoniæ, tractatione, Ulzæ in Ducatu Lüneburgico, eodem A. 1558., eſſent ſopitæ (64.). A. ſeqv. 1559. expeditioni Friderici II., Regis Daniæ, & Ducum Holſaticorum, adverſus Dithmarſos auſpicatiſſimæ, non interfuit ſolum, ſed etiam, poſtqvam ſemina diſſidiorum inter Regem & Adolphum prudentia ſingulari ſuffocarat, cum patre, ſupremo Imperatore, ceu Conſiliarius Commiſſariusqve bellicus, ei adjunctus, præfuit, iſtaqve finita, incolis victis atqve ſupplicibus veniam, ac vitæ conſervationem, a victoribus impetravit, & regionis occupatæ inter hos diviſioni eſt adhibitus. Exſtat Hiſtoria belli hujus Dithmarſici ab ipſomet Ranzovio, Libris II., ſub fictitio Chriſt. Cilicii nomine, fuſe pariter atqve eleganter deſcripta, e qva omnia, tunc ab illo acta, plenius & accuratius poterunt cognoſci (65.). Sed nec, in bello, qvod triennio poſt ſeptentrionis turbavit tranqvillitatem, Danorum contra Svecos ſeptennali, a laboribus ipſi & curis militaribus licuit feriari. A Friderico enim Rege eqvitum & peditum, qvi adverſus Svecos ſibi militarent, in Ducatibus hiſce Cimbricis, juſſus eſt habere delectum, ſimulqve totius Cherſoneſi Cimbricæ fines tueri, &, ne hoſtes in eos irruptionem facerent, providere (66.). Qvin &, ſub initia ejusdem, Nicolaum Bielkium, Regni Svedici Senatorem, qvi Reginæ Svedicæ, Johanni ſecundis junctæ nuptiis, ſororem poſtea duxit conjugem, in urbis Roſtochienſis cepit vicinia, & Segebergæ, in ſeptimum usqve annum, in liberiori detinuit cuſtodia, pace autem ſeptentrioni reddita, ſine lytro, facta cum Jac. Brockenhuſio, claſſis Danicæ Thalaſſiarcho, in Svecia captivo, permutatione, dimiſit (67.). Virtutes hæ ipſius togatæ atqve militares, & res tot præclare, pacis pariter atqve belli tempore, geſtæ, ſummam ipſi, & in Cherſoneſo patria, regnoqve Danico, & in tractibus Europæ reliqvæ univerſis, conciliarunt autoritatem, tantamqve pepererunt famam & exiſtimationem, ut non viri ſolum nobiles, Magnates aulici, & Heroes bellici ævi iſtius ἐξοχώτεροι, ſed ſummi etiam Imperatores, Reges ac Principes orbis Chriſtiani, in deliciis eum haberent, & tanti Cimbriæ noſtræ luminis amicitiam, miſſis Epiſtolis, nunciis atqve muneribus, certatim ambirent. Ex Epiſtolarum certe ad illum conſolatoriarum Syntagmate, per Georg. Ludov. Frobenium A. 1593. collecto & edito, ac aliqvoties poſtea recuſo, literis eum diſces amicis compellaſſe, præter Rudolphum II., Imperatorem, e Regibus Fridericum II. & Chriſtianum IV., Danicos, hujusqve fratrem, & illius filium, Udalricum Principem, Henricum IV., Gallicum, Stephanumqve Bathoreum, Polonicum, pecuniam ab illo, bello impendendam Ruſſico, mutuam A. 1581. petere haud dedignatum (68.), iſtisqve, fide Ranzovianæ ad ipſum Epiſtolæ, jungendum Jacobum I., Monarcham Britannicum; e Germaniæ Electoribus Brandeburgicos, Joach. Fridericum, hujusqve patrem, Joh. Georgium (qvi A. 1590. Dorotheæ Sibyllæ, filiæ (69.), & A. 1598. (70.), vel potius 1588. (71.), Friderici filii, baptiſmo teſtem eum adhibuit, & aurea torqve, gemmis vermiculato opere artificioſe variegata, eſt remuneratus (72.)); e Principibus autem Ferdinandum Auſtriacum (ipſius ac parentis panoplias, effigies & elogia, cum ſimilibus Heroum aliorum famæ majoris armaturis, armamentario ſuo Oenipontano inferenda, petere A. 1591. dignatum, ac biennio poſt iis potitum (73.)), Adolphum, Johannem & Johannem Adolphum, Holſaticos, Gvilhelmum Haſſiacum, Philippum Pomeranicum, Julium, Henr. Julium & Ottonem, Brunſvico-Lüneburgenſes, Franciſcum Lauenburgicum, Ferdinandum Medicen Florentinum, Alexandrum Farneſium Parmenſem, Ferdinandum Albanum (Belgii Proregem), & Johannem, Carolum atqve Margaretam, Arenbergicos. Taceo Comites, Erneſtum Mansfeldium, Antonium Oldenburgicum, Herm. Adolphum Solmenſem, Carolum Egmondanum, Casp. Schonbergium & Pet. Henricum Gutzmannium. Sileo Barones, Ehrenfridum Mingvitium, Chriſtoph. Baſſompierrium, & Phil. Canajum Fraxineum. Prætereo tandem Nobilitatis, tam patriæ, qvam exoticæ, lumina, Ranzovios, Alefeldios, Pleſſios, Ottios, Berlepſchios, Bodeckios, Bielckios, Gamachæos, Coulonios, Gaverios, aliosqve plures, qvorum, in Sylloge iſta, Epiſtolæ itidem leguntur. Addendi vero Regibus atqve Principibus, paulo ante enumeratis, merito ſunt, qvorum Literæ ad Noſtrum in illa qvidem deſiderantur, ſed a Stephano tamen Macropo, in Orat. funebri, memoriæ Ranzovii conſecrata, ſunt memoratæ, Henr. II. & III., Monarchæ Gallici, Eliſabetha, Angliæ Regina, Erneſtus, Archiepiſc. Colonienſis, Auguſtus, Saxoniæ Elector, Erneſtus, Archidux Auſtriæ, &, ex Principum Ordine, Erneſtus & Auguſtus Lüneburgici, Philippus Holſato-Gottorpienſis, Bogislaus Pomeranus, Chriſtianus Anhaltinus, Mauritius Arauſionenſis, ac Wilhelmus Curlandicus, e Comitibus autem, Johannes Oldenburgenſis & Adolphus Schauenburgicus. Qvid qvod, e vicinis Cimbriæ Principibus, eodem Macropo teſte, Archiepiſcopi Bremenſes, Duces Holſatiæ, Comites Schauenburgici, aliiqve plures, ſuarum de finibus regundis altercationum arbitrum eligere Heroem noſtrum, iſtasqve ejus prudentiæ ſopiendas

das

(61.) V. Tr. ipſius *de Genethliacorum Thematum Judiciis p. 330.*, & *Lib. de Orig. Cimbrorum, lit. D. 2. b*, (ubi Henr. Meibomii Epigramma in latronum iſtorum ſupplicium reperies.). (62.) V. Epiſt. ejus ad Principem qvendam Italicum, inter *Epp. Conſol. p. 278.* (63.) *in Orat. Funebri.* (64.) V. Elogium ejus breve, *in Epp. Conſol. p. 80.*, P. Lindebergii *Præf. Hypotypoſeos p. 56.*, Andr. Angeli *Lib. I.* der Holſt. Adel *Chronica p. 159. 160.*, Dav. Chytræi P. II. Chron. Sax. p. 208. (65.) Conf. Lindebergium *l. c. p. 5.*, Elogium *in Epp. Conſol. p. 81.*, Andr. Angelum *l. c. p. 25. 159. 160* (66.) V. Lindeb. *l. c. p. 5.*, & Elogium ejus breve *in Epp. Conſol. p. 81.* (67.) V. Epiſtolas Ranzovii & Bielkii mutuas, *inter Epp. Conſol. p. 361-364.* (68.) V. *Epp. Conſol. p. 84.* (69.) V. *Epp. Conſol. p. 160.* (70.) juxta Steph. Macropum in *Or. Fun.* (71.) V. Phil. Jac. Speneri *Syllogen Hiſtorico-Genealogicam p. 444.* (72.) teſte Macropo *l. c.* (73.) V. Epiſtolas Ferdinandi, hujusqve Conſiliarii, Jacobi Schrenckii, & Ranzovii, de iſtis mutuas, *in Epiſtolarum Conſolatoriarum Sylloge, p. 64-66. 73-83.*

das committere, non dubitarunt. Nec proinde palpum ei obtruſit, cliens licet tanti Muſagetæ haud infimus, Pet. Lindebergius, cum, in Epiſtola, A. 1591 ſcripta, hiſce patronum verbis compellaret (74): *Tanta tua eſt autoritas, ut minime patiatur ab animi tui ſolita præſtantia te deſciſcere: cum ex omnibus unum, non ut Magiſtratum, ſed tanqvam patrem, Holſati te ſalutent: Nobiles, non ut parem, ſed tanqvam ſuperiorem, honorent: Rex Danus, non ut ſubditum, ſed tanqvam filium, amore & favore proſeqvatur: Duces Cimbri, & alii diverſarum regionum Principes plurimi, non ut privatum, ſed, tanqvam Nobilem Nobilium omnium doctiſſimum, & Nobilem doctorum omnium nobiliſſimum, qvem ætas gravem, facundia ſvavem, doctrina clarum, humanitas gratum, virtus memorandum, prudentia venerandum, facit, ſuſpiciant ac venerentur.* Vitam hactenus Herois noſtri, in luce orbis publica, & dignitatum ſummarum faſtigio, transactam, breviter adumbravimus. Pergendum nunc ad ea, qvæ ad privatam ſpectant, & rem familiamqve domeſticam, ſatis certe, divino beneficio, amplam ac fortunatam, imo Ducali, qvam eqveſtri, propriorem. Conjugem A. 1554. duxit Chriſtinam, Franciſci ab Halle. Eqvitis Brunſvicenſis ditiſſimi, Toparchæqve Rintelenſis & Drakenburgenſis, poſt multas cum vicinis Comitibus Hoyanis contentiones, caſtra Caroli V. Imp. in bello ſecuti Smalcaldico, & die tandem 27. Sept A. 1553., æt 63., Antwerpiæ defuncti marmoreoqve in æde primaria Mariana Epitaphio, columnæ affixo, &, cum tumultibus belli deſtructum eſſet, innovato, per generum hunc, ab oblivione poſterorum vindicati (75.), filiam unicam, d. 11 Dec. A. 1533. in Arce Radenenſi in lucem editam, & tempore proinde nuptiarum luſtrum ætatis qvintum exorſam (76.). Nova hæc nupta, qvæ cognatis ſuis Eberhardum etiam ab Holle, Epiſcopum Lubecenſem ac Verdenſem, Abbatemqve Michaelitanum Lüneburgenſem, Ranzovio amiciſſimum (77.), annumerabat, marito dotis loco, præter magnam auri vim, præterqve arces, palatia & prædia plurima, a patre ſibi relicta, ultra qvadringenta thalerorum millia attulit, ac divitias proinde ejus avitas non parum adauxit (78.). Liberos, in conjugio cum Hallia hac auſpicatiſſimo pariter atqve fœcundiſſimo, per 9. luſtra, ad obitum usqve continuato, ſuſtulit XII., VII. nempe mares & V. (fallitur enim Macropus qvatuor tantum recenſens) filias (79.), harumqve unam, illorum autem qvatuor, turbato naturæ ordine, vivus extulit, & Epitaphiis Epicediisqve, partim propriis, partim alienis, memoriæ illorum, parentum item & aliorum cognatorum, ſacris, ſub Poematis *de Somniis* finem, Lipſiæ A. 1584. & Roſtochii A. 1591., nec non Epiſtolis Principum, Magnatum ac virorum eruditorum, de obitu eorundem ad ſe Conſolatoriis, Francofurti A. 1593. ac 1595., typorum beneficio in lucem editis, ab oblivione vindicavit (80.), cæteros autem omnes moriens ſuperſtites reliqvit. Filiorum, imo liberorum omnium, natu maximus, *Franciſcus*, avo materno cognominis, Segebergæ d. 28. Aug. A. 1555. natus, Toparcha Ranzovianus, Præfectusqve Regius initio Corſorenſis in Seelandia, & deinde in Jutia Silckeburgenſis, ducta uxore Erici Roſenkrantzii, Proregis Norwagici, filia, Anna, qvatuor ex iſta, vivo parente, ſuſcepit liberos, &, hos inter, Johannem, Henricum, Dynaſtam Schöneweidenſem, Regniqve Daniæ Senatorem, & Fridericum, Toparcham Asdalenſem, ac Inſulæ Oeſilienſis Satrapam (81). Ætate huic proximus *Breido*, Dynaſta Ranzousholmii, Chriſtiani IV., Daniæ Regis, Conſiliarius, Langelandiæqve Præfectus, imo, juxta Dancwerthium, Gubernator totius Daniæ vicarius, Segebergæ d. 13. Oct A. 1556. natus, & A. circiter 1618. denatus (82.), eundem cum fratre ſocerum Ericum Roſenkrantzium, filiam autem ejus, Sophiam (partus doloribus A. 1594. immature extinctam (83.)), elegit conjugem, Cajumqve & Franciſcum (Daniæ itidem, ſi Dancwerthium audias, Proregem, filios, reliqvit (84.). Tertius filiorum, *Fridericus*, d. 31. Oct. A. 1557. Segebergæ in lucem editus, & in aula Auguſti, Saxoniæ Electoris, educatus, impetrato inter Canonicos Sleſvicenſes loco & Archidiaconi dignitate, militatum abiit, &, cum qvinis expeditionibus, in Germania, Livonia, Belgio & Gallia, jam interfuiſſet, Ductorqve turmæ eqveſtris in exercitu Henrici III., Regis, eſſet Gallico, non procul ab arce Chaumperaulx, d. 9. Nov. A. 1587., inter venandum, a ſicariis duobus, milite altero, altero coqvo, ex inſidiis globo trajectus, ac gladio mox transfoſſus, occubuit ſepulchrumqve, monumento ornatum epitaphio in oppido Biturigum Collivrenſi invenit (85.). Qvartus *Gerhardus*, natalem habuit d. 16. Oct. A. 1558., in Belgio a Principe Arensbergica eſt educatus, peragratisqve juvenili itinere, præter regna Europæa pleraqve, Græcia & Palæſtina, in patriam redux, Canonicus factus eſt Bremenſis & Lubecenſis, Præpoſitus Hamburgenſis, Chriſtiani IV. Conſiliarius intimus & provincialis, Præfectus Coronæburgenſis, Flensburgenſis atqve Hatherslebienſis, Archiſtrategus in bello Svecico, & tandem, poſt obitum parentis (cujus etiam arces & prædia in Cherſoneſo hac eqveſtria pleraqve illi ceſſerunt), Prorex, ad A. usqve fatalem 1627., Sleſvigo-Holſaticus. Qvam Proregis dignitatem ſicut ipſe poſt avum patremqve obtinuerat, ita hæreditaria ferme ſerie, nec interrupta, in poſteros ſuos, eadem etiamnum gaudentes, propagavit. Ipſe enim ſuo eam reliqvit filio ex Thalia Tottia primogenito, Chriſtiano, a qvo Comitum S Rom Imperii titulus A. 1648. familiæ Ranzovianæ denuo eſt illatus, Chriſtianus genero ſuo, Friderico, Comiti Alefeldio, Alefeldius Chriſtiani filio, ſuoqve affini, Dethlevo, Comiti a Ranzou, & is viciſſim Alefeldii ex ſorore ſua primogenito, Friderico juniori (86). Gerhardum inter filios, ordine ætatis, excipit *Theodoricus*, d. 24. Maji A. 1561 Segebergæ natus, ſed puer undecennis Lubecæ, d 27. Jun. A. 1572., extinctus, & in æde urbis hujus cathedrali, cujus Canonicorum jam adſcriptus erat numero, tumulatus (87.). Seqvitur hunc ſextus naſcendi ſerie *Cajus*, qvi primam d 9. Aug. A. 1562. lucem aſpexit, Legatus Friderici II., R. Danici in Belgium, ad

 Guber-

(74.) *V. Epp. Conſol. p. 227.* (75.) V. de Franc. Hallio Ranzovii ipſius *Exempla Aſtrologica p. 231.*, C. Dancwerthii *P. I. Chorograph. Cimbr. c. 3., p. 19.*, & Inſcriptionem Epithaphii Antwerpienſis Proſaico-Metricam in P. Lindebergii, Autoris illius, *Hypotypoſi Ranzov p. 61. 62.*, ſolam autem Metricam in ejusdem *Juvenilibus*, *P. II.*, *p. 137.*, it. Angeli Lib. II. der Holſt. Adel-Chron. p. 10. 11. (76.) V. And. Angeli *Lib. I* der Holſt. Adel-*Chronica p. 160.*, & *Lib. II p. 10. 11.* (77.) V. Pet. Lindebergii *Hypotyp. Ranzov. p. 87.* (78.) V. P. Lindeb. *Præfat. Hypotyp p. 6.*, & Steph. Macropi *Or. Fun.* (79) V. de Liberis hiſce omnibus Andr. Angeli *Lib. I.* der Holſtein. Adel-*Chronica p. 162-169*, Pet. Lindebergii *Hypotyp Ranzov. p. 27.*, *ac Præfat. illius p. 6.*, & C. Dancwerthii *Chorogr. Cimbr.*, *P. III.*, *c. 15.*, *p. 283. 284.* (80.) Conf. de Liberis iſtis qvinqve, ante parentem mortuis, Ipſius Qverelam Elegiacam *in Epp. Conſol. p. 403-406.*, Joh. Lauterbachii Epitaphia & Epigrammata, memoriæ eorum ſacra, *ibid. p. 368-391.*, Petriqve Lindebergii de iisdem ad Patrem Elegiam, *in Juvenilibus*, *P. I.*, *Lib. IV.*, *num. 1.*, *p. 63. 64. 65.*, ac *Epitaphia* in illos, *toto Lib. IV. Partis II.*, *p. 129-141.* (81.) V. Andr. Angelum & Dancwerthium *ll. cc.* (82.) V. D. Matthiæ Jani, Conc. Aul. Regii, & Epiſcopi deinde Lundenſis, Serm fun Danicum de illo, ed. Hafn. 1618. *in 4.* (83.) V. elegantes Epitaphiorum Sophiæ, ac Erici, ejus filioli, inſcriptiones, in P. Lindebergii *Juvenilibus*, *P. II.*, *Lib. 4.*, *p. 138-141.* (84.) V. Angelum & Dancwerthium *ll. cc.* (85.) V. Inſcriptionem Epitaphii Collivrenſis, in Franc. Sweertii *Deliciis Orbis Chriſtiani p. 836. 837.*, P. Lindeb. *Hypotypoſi p. 90. 91.*, *Appendice Poematis* Ranzoviani *de Somniis p. 34. 35. 36.*, & *Epp. Conſol. p. 142. 143.*, aliam item Cenotaphii Itzehoenſis apud Sweertium *p. 771 772.*, Lindeb. *p. 92. 93.*, & in *Epp. Conſol. p. 127 128.*, Carmina in obitum ejus P. Lindebergii *in Juvenilibus*, *P. II.*, *Lib 4.*, *p. 129.*, Joh. Lauterbachii autem *in Epp. Conſol. p. 375.*, inprimis vero Syllogen Actorum publicorum & Epiſtolarum de cæde ipſius plurimarum, ibid. *p. 115-170.* Conf Angelum l. c. p. 163-166. (86.) Conf de Gerhardo Angelum & Dancwerthium *ll. cc.*, & Iſag. meam *ad Hiſt. Cimbr.*, *P. I.*, *c. 14.*, *p. 234.*, & *P. III c. 3. p. 324.* (87.) V. Inſcriptionem Epitaphii Lubecenſis *in Epp. Conſol. p. 15.*, P. Lindeb. *Hypotypoſi p. 74.*, *Appendice Poem. Ranzov. de Somniis p. 31. 32.*, & apud Sweertium *l. c. p. 575.*, nec non Epicedia illi ſcripta *in Epp. Conſol. p. 316. 317. 318.*, ac Lindebergii tam *Hypotypoſi p. 75. 76.*, qvam *Juvenilibus p. 128.* Epitaphium etiam exhibet Nath. Chytræus *in Delic. Itin. p. 447.*, & A. Angelus *l. c. p. 166.*

Gubernatorem ejus, Alex. Farneſium, Parmæ Ducem, A. 1586. abiit, redux autem in patriam, cum, præter Baſilicæ Hamburgenſis Præpoſituram, qvam vocant, locum inter Joh. Adolphi, Ducis Holſatiæ, Conſiliarios, & Præfecturam Gottorpienſem, obtinuiſſet, nuptiasqve propediem cum Dorothea, Dieterici Blomii filia, eſſet celebraturus, febre acuta Bredembergæ, d. 20. Apr. A. 1591., expiravit. Memoriam ejus pater ab interitu vindicavit, non ſolum erecto ipſi, ſicuti cæteris liberis, in Itzehoenſi æde monumento epitaphio (88.), ſed publicatis etiam A. 1591. Lipſiæ (89.) D. S. Elogio illius biographico (in Thomæ Crenii Syntagmate *Tractatuum de Eruditione comparanda* (90.) Lugd. Bat. A. 1699 recuſo, qvod Dethl. Sylvium autorem agnoſcere ſuſpicor), Hamburgi autem Sylloge Epitaphiorum atqve Epicediorum in ejus obitum (91.), Davidisqve Chytræi ac ſuis de eodem Epiſtolis amœbæis (92.), cum decuplo majore plurimarum, per Principes atqve Amicos alios ſcriptarum, acceſſione, in *Conſolatoriarum* Sylloge (93), denuo exhibitis. Filiorum natu minimus fuit *Johannes*, d. 14. Febr. A. 1566. in lucem editus, & in civitate Heidelbergenſi, cum ſtudiorum cauſa hujus Academiam, in comitatu Friderici & Philippi, Ducum Holſato-Gottorpienſium, adiiſſet, peſte, d. 17. Oct. A. 1582., extinctus, ac terræ, in ædis Petrinæ cœmiterio, qvod Epitaphio illius olim ſuperbiit marmoreo, mandatus (94). Filiarum (qvarum cuilibet, præter mundum ingentis pretii muliebrem, dotis loco 25000. Imperialium ſunt numerata (95.)) natu maxima, *Magdalena*, d. 22. Nov. A. 1559. in lucem edita, Nicolao nupſit Alefeldio, Dynaſtæ Geltingenſi, Conſiliario Regio, & Præfecto Flensburgenſi ac Svabſtedenſi (96.); Secunda, *Catharina* (cui dies 13. Dec. A. 1563. fuit natalis, dies autem 26. Maji A. 1587. emortualis), Friderico Alefeldio, Toparchæ Seſtermuhenſi Præfectoqve Apenradenſi (97.); Tertia, *Oligardis*, d. 4. Jan. A. 1565. nata, Benedicto Alefeldio, Dynaſtæ Lehmkulenſi, Frid. II., R. Dan., Conſiliario & Mareſchallo aulico, Præfectoqve Steinburgenſi (98.); Qvarta, *Eliſabeth*, d. 8. Jun. A. 1567. in lucem edita, A. 1587. Cajo Ranzovio (Mauritii, Satrapæ Gottorpienſis, filio), Dynaſtæ Hanrovienſi & Holtenklinkano, Præfectoqve Apenradenſi (99.); Qvinta vero & natu minima, *Margareta*, Segebergæ d. 18. Oct. A. 1568. lucis hujus facta particeps, Balth. Alefeldio, Toparchæ Hilgenſtedano, Colmarienſi & Dragenſi, Conſiliario Regio, Præfectoqve Flensburgenſi, Steinburgenſi, & tandem Rendesburgenſi (100.). E Liberis tot optimæ indolis & dignitatis ampliſſimæ, paterna atqve avita præclare ſecutis veſtigia, parens hic, εὔτεκνος non minus qvam εὐσοργώτατος, duplicem ſuperſtes progenitum vidit & lætatus eſt poſterorum numerum, 24. ſcilicet nepotes atqve neptes, qvorum ſingulis, paulo ante obitum, Macropo teſte, effigiem ſuam auream, nominis & annorum inſcriptione ſtipatam, ut perpetuum aviti amoris eſſet μνημόσυνον, donavit. Sicut autem pater prolis adeo numeroſæ erat indulgentiſſimus, ita familiæ, qvam longe numeroſiorem, & iſto, ad qvod virtus atqve fortuna ipſum evexerant, faſtigio dignam, alebat, & innumeræ præterea ſubditorum, in fundis, pagis, villis ac prædiis ſuis hæreditariis, habitantium, multitudinis, gubernator juſtiſſimus, prudentiſſimus & benigniſſimus. Ad iram qvidem, vitium Heroibus familiare, qvod ſolum ferme in ipſo obſervatum eſſe Steph. Macropus teſtatur, ſed tanta illuſtrium virtutum multitudine abunde compenſatum merito judicat, paulo fuit pronior, ſed affectus tamen hujus vehementiam rationis fræno, intra juſtos limites, coercuit. Miniſtros ſuos diſcedentes, poſt ſtipendium jam perſolutum, auctario plerumqve illius haud exiguo donatos dimiſit, & moribundus ſingulis, tunc in aula præſentibus, ſummam pecuniæ non contemnendam, in ſupremæ voluntatis tabulis, legavit. Pauperibus ſuperſtes, & pecunia, & frumentaria largitione, prompte ſubvenit, paſſim in ditionibus ſuis Noſocomia & Orphanotrophea extruxit, magnam pecuniæ vim Templis ædificandis & reficiendis impendit, imo integris urbibus ac Rebuspublicis, bellorum ſævitia oppreſſis, ad onera horum declinanda & ſublevanda, multa nummorum uncialium centena millia mutua dedit ac ſuppeditavit. Moribundus etiam, ne poſt obitum beneficus eſſe deſineret, multa egenis in Tabulis legavit Teſtamentariis, & pecunias illis, diverſis in locis, qvotannis juſſit diſtribui (101.). Beneficentiæ huic, cæterisqve, qvos aulæ ſplendori, ſtructuris ac Monumentis tot magnificis, vaſis tot ex auro, argento, cryſtallo & marmore, affabre exſculptis, avtomatis tot & organis ad motum cœleſtem conformatis, picturis tot & ſculpturis admirandæ elegantiæ, per artifices Europæ univerſæ celeberrimos, juſſu ejus, ad conſervandam Majorum, Cognatorum, aliorumqve Virorum illuſtrium, memoriam, elaboratis, reliqvæ item ſupellectili pretioſiſſimæ, e longinqvis ſæpe comparatæ regionibus, impendebat, ſumptibus, divitiæ per Dei gratiam ſufficiebant ingentes, a parentibus majoribusqve relictæ, & partim dotis uxoriæ, perqvam luculentæ, acceſſione, partim vero prudentiæ oeconomicæ ope, plurimum auctæ atqve amplificatæ. Tantæ ſane illæ fuerunt, ut reditus ejus annui Principis alicujus cenſum, ſi non exuperarent, ſaltem adæqvarent, &, uno eodemqve tempore, aliqvot centena Joachimicorum millia ab illo Carolo V., Imperatori, Regi Daniæ (fidejuſſore hoc, in pecunia aliunde ſubito comparanda, nonnunqvam uſo (102.)), Reginæ Anglicæ, & Civitatibus Antwerpienſi, Lubecenſi, Gedanenſi atqve Hamburgenſi, data ſint mutua (103.). Qvos inter debitores, moroſiores, in reſtituendo ære alieno, nullos expertus eſt Caroli filio, Philippo ſecundo, Rege Hiſpanico, & Antwerpienſibus, hujus ſubditis, qvi, per 30., & qvod excurrit, annos, de ſolutione, literis ad ipſos & Proreges Belgicos freqventibus, miſſoqve A. 1581. in aulam Hiſpanicam, & A. 1594. in Belgium, Gerhardo filio, Rudolphi II. Imp. ad fratrem, Erneſtum Auſtriacum, ſtipato commendatitiis, compellati, remiſſa licet uſurarum parte ingenti, adigi ad eam non potuerunt, ſed litibus potius Noſtrum, coram foro Belgico non competenti, prolixis ſumma implicare conati ſunt ingratitudine (104.). Nec perperam proinde Joachimus Schulenburgius, Germanorum Nobi-

(88.) V. ejus Inſcriptionem, *in Append. Poem. de Somniis p. 36. 37.*, *Epiſtolis Conſol. p. 214. 215.*, & apud Sweertium *l. c. p. 764. 765.*, geminamqve huic Altaris in Æde Laurentiana Itzehoenſis, *in Append. jam dicta p. 50. 51.* (89.) *in 4.* (90.) *p. 561. 563.* (91.) *in 4.* Cont. Epicedia Pet. Lindebergii, qvæ *in Juvenilibus* ejus, *P. II.*, *Lib. 4.*, *p. 130 - 132.*, Joh. Lauterbachii, qvæ *inter Epp. Conſol. p. 368-373.*, & Variorum, qvæ *ibidem p. 391 - 399.*, ac in Append. Poem. de Somniis p. 38 - 44., leguntur, nec non Andr. Angelum *l. c. p. 166. 167.* (92.) *in 4.* (93.) *p. 1-0 - 208. 214 - 260.* Sola Chytræana recuſa eſt in Syntagmate Th. Crenii, paulo ante allegato, *p. 559. 562.* (94.) V. Inſcriptionem Epitaphii Heidelbergenſis, *in Append. Poem. de Somniis p. 32.*, P. Lindebergii Hypotypoſi p. 84 85., apud Sweertium *l. c. p. 5?2.*, ac Melch. Adamum in Monum. Heidelb. p. 65. 66., N. Chytr. in Delic. p. 407., Epigraphen item Cenotaphii Itzehoenſis, apud Lindebergium *l. c. p. 85. 86.*, & Epiſtolas de obitu ejus, in *Conſolatoriarum* Syntagmate, *p. 88 - 97.* (95.) teſte Lindebergio *in præfat. Hypotyp. Ranzov. p. 6.* (96.) V. Andr. Angeli *Lib. I.* der Holſt. Adel *Chronica p. 34. 169.* (97.) V. Inſcript. Epitaphii ejus, in æde rurali Cliplefienſi erecti, in *Append. Poem. de Somn. p. 33.*, Lindebergii *Hypotypoſi p. 87. 88.*, & apud Sweertium *l. c. p. 774. 775.*, Cenotaphii Itzehoenſis Epigraphen, apud Lindeb. *l. c. p. 88. 89.*, varias de obitu ejus Epiſtolas, inter *Conſolatorias p. 105-413.* Joh. Lauterbachii Epigr. Funebre *ib. p. 374.*, & And. Angelum *l. c. p. 37. 169.* (98.) V. Angelum *l. c. p. 37. 169.* (99.) V. Angelum *l. c. p. 154. 169.* (100.) V. Angelum *l. c. p. 36. 169.* (101.) V. Steph. Macropi *Or. funebrem.* (102.) V. Frid. II., R. Dan. Epiſtolam ad eum, A. 66. ſcriptam, *in Epp. Conſol. p. 36.* (103.) V. *Genealogiam* ipſius *Ranzovianam p. 4.*, P. Lindebergii *Præf. Hypotypoſeos p. 6.*, Andr. Angeli *Lib. I.* der Holſt. Adel. *Chron. p. 188. 189.*, & Steph. Macropi *Or. funebrem.* (104.) V. Epiſtolas de hoc debito Ipſius ad Antonium Card. Granvellanum, & ſupremum Brabantiæ Senatum, Ferd. autem Albani & Alex. Farneſii, Belgii Proregum, ad ipſum, una cum Rudolphi II. commendatitiis, inter *Epp. Conſol. p. 72. 73. 85. 86. 99. 100. 348. 349. 365.*

Nobilium facile ditiſſimus, ab Auguſto, Saxoniæ Electore, interrogatus, num in Imperio Romano parem ſibi divitiis, prædiorum arciumqve multitudine & fama, ſui ordinis nominum qvempiam haberet? cum diu hæſitaſſet, reſpondit: *Unus, unus eſt, qvi tam divitiis, arcibus, prædiis & fama, qvam libris & liberis, me ſuperat, Henr. ſcilicet Ranzovius, Regis Daniæ in Ducatibus Cimbricis Gubernator* (105.). Arces & Prædia Noſtri eqveſtria qvod attinet, Chriſtoph. Gräfius (106.), poſtqvam Ranzovium, velut alterum Q. Metellum (107.), omnes fortunæ benignitates expertum eſſe appoſite ſatis monuiſſet, numerum illorum plus juſto auxit, Arciumqve 70. poſſeſſorem eum fuiſſe perperam tradidit, fruſtra ad Pet. Lindebergii, tanqvam ſibi ὁμοψήφε, *Hypotypoſeos Ranzovianæ* editionem provocans ſecundam, Hamburgi A. 1591. publicatam. Is enim, eo, qvi allegatur, loco (108.), Arcium, non ſolius Herois noſtri, ſed omnium familiæ Ranzovianæ nobilium (e qvibus Mares ſimul CXX. A. 1587. in Cherſoneſo hac vixerunt (109.)), init computum, hosqve univerſos LXX. tunc Arces (peculiari etiam a ſe, *in Juvenilibus* (110.), celebratas Epigrammate) poſſediſſe teſtatur, Proregi autem, qvem laudamus, inclyto XIII. tantum capite primo, de prædiis ejus eqveſtribus commentante, in editione priore A. 1590. Roſtochienſi, in altera autem A. ſeqv. 1591. Hamburgenſi XVIII. (qvem numerum etiam in ſacrophagi & monumenti ſepulchralis marmorei Ranzoviani inſcriptionibus obſervo (111.)), & in *Juvenilibus* tandem, A. 1595. publicatis (112.), qvæ nos præcipue ſeqvemur, XIX attribuit, & ſingulas ſuis commendat Epigrammatis. Qvalia Jonathæ Gutslofii, Cancellarii Provinc. Holſatici, Joach Hinckii, Decani Bremenſis, Nath. Chytræi, aliorumqve Amicorum & clientium Ranzovianorum, in easdem Carmina, una cum Lindebergianis, *Capite* etiam *I. Hypotypoſeos* Lindebergii *Ranzovianæ* occurrunt, & Deſcriptionibus ſingularum brevioribus ſubjunguntur. Icones plerarumqve And. Angelus (113.) ſpectandas exhibet, ſimulqve, qvod aliæ aliis eſſent præſtantiores, ac fundo gauderent ampliore aut fertiliore, reditus nonnullarum annuos tria Joachimicorum millia, aliarum 2000., qvarundam vero unam tantum chiliada, æqvaſſe teſtatur (114.). Has inter a Patre, Johanne Ranzovio, relictæ ipſi ſunt *Bredenberga*, cæterarum, uti paulo poſt dicetur, princeps ac Regina, *Buckena*, & *Meelbecka*, in præfectura Stormariæ Steinburgenſi, ac Dithmarſiæ confiniis, ſtagno inædificata, qvam ipſe A. 1576. inſtauravit, &, cum ædificiis aliis, tum cippo ſeu columna, 30. pedes longa & 4. lata, præter horarum diſcrimina, parentum, uxoris, ſuum ipſius, liberorumqve omnium, nomina exhibente, ornavit (115.); a ſocero autem, Franciſco Hallæo, *Drakenburga*, in Comitum (qvibuscum, feudis eam ſuis annumerantibus, A. 1558. tranſegit) Hoyanorum ditione, & *Rintelia*, oppido vicino, Academia inclyto, cognominis, in Comitatu Schauenburgico, & ambæ qvidem ad ripam Viſurgis fluvii, conditæ (116.). His deinceps acceſſerunt, qvas ipſemet ſibi poſteriſqve præſenti comparavit pecunia, A 1563. *Tuſchenbeca* in Ducatu Saxo-Lauenburgico, a Marco Kellero, Franciſci Ducis Cancellario, A. 1565. *Hattſtedia* Dithmarſica, ab hujus regionis incolis (15000. Imperialibus), *Wellingsbüttelia* in præfectura Trittovienſi, ac fundo Collegii Canonicorum Hamburgenſium, hujus & Henrici Saxonis, Archiepiſcopi Bremenſis, conſenſu, ac *Wandesburga*, Hamburgo vicina (cujus arcem ipſemet A. 1568. funditus extruxit), ab Ad. Traſigero, Cancellario Holſatico, A. 1567. *Ranzousholmia*, in inſula Fionica prope civitatem ſita Othinienſem, a Friderico II, Daniæ Rege (55000. Thaleris), A. 1577. autem, *Redingſtorpia*, in tractu Wagriæ Plönenſi, ſplendide ab ipſo inſtaurata, a Georg. Alefeldio, & *Ovendorpia* Wagrica, in Parochia Schönkerkenſi, ab eodem Alefeldio, coemptæ. Acceſſerunt porro A. 1581. *Nutſchovia*, funditus ab ipſo denuo exædificata, in tractu Wagriæ Segebergenſi, a Balth. Pentzio (18000. Joachimicis), & *Nuchelia* in Ditione ejusdem Wagriæ Utinenſi, A. 1585. *Gronovia*, Lubecæ in Ducatu Lauenburgico vicina, ab ipſo ex pago in oppidulum mutata, &, Noſocomio extructo, liberaliterqve dotato, pauperum inopiæ ac ſenum infirmitati ſublevandæ deſtinata (117.), a Doct. Falckii hæredibus, A. 1586. *Stellnovia*, in præfectura Stormariæ Steinburgenſi, a Balth. Alefeldio, genero, A. 1594. *Lindewithia*, urbi Flensburgenſi vicina, ab Henrico, Pauli fratris filio (18160. Thaleris), & A. 1590. tandem *Erfradia*, in parochia Tractus Segebergenſis Bornhövedenſi, a Breidone, altero fratris Filio (10000. Joachimicis), atqve *Ranzovia*, in diœceſi Wagriæ Utinenſi, ab Hanſio Ranzovio, agnato (59000. Imperialibus), legitima emptione itidem comparatæ (118.). Nullius harum omnium emptioni plus pecuniæ fuit impendendum, qvam *Ranzoviæ*, loco memoratæ ultimo. Qvoniam enim iſta Familiæ ſuæ erat cognominis, ab Ottone I., hujus in Cherſoneſo noſtra inſtauratore, circa A. 1140. condita, ſolus ejusdem poſteros hactenus dominos atqve poſſeſſores agnoverat, cæterasqve Ranzoviorum univerſas antiqvitate ſuperabat, alienari eam extra familiam Ranzovianam noluit, & hoc fine non ſolum in acqvirenda illa ſumptibus haud pepercit, ſed acqviſitam, Cajoqve filio (ne annuo qvidem ejus poſſeſſione gaviſo ſpatio, breviqve poſt defuncto) donatam, funditus denuo, ab A. 1590. ad 1595., Italorum in morem, ſummo ſplendore curavit extrui, ſtatuisqve, picturis, & aliis ingentis pretii ornamentis, decorari, & cauſas ſui in eandem affectus peculiari exponi inſcriptione (119.), cui hoc ſubjectum eſt Hexaſtichon:

Hæc domus eſt domuum forſan poſtrema mearum,
Inſtat enim vitæ jam prope meta meæ.
Hoc opus eſt operum poſtremum forte meorum,
Sentio enim gelidam non procul eſſe necem.
Qvare trado manum: Mortalia cuncta valete!
Mi domus in celſo eſt ædificanda polo.

Anno præterea, qvo abſoluta eſt ſtructura, 1595. Librum de illa peculiarem, ſumptibus propriis, ab Alb. Lomeiero, Lubecenſi Weſtphalo, cliente ſuo, Islebiæ (120.) ſub hoc juſſit publicari Titulo: *Ranzovii, inclyti, antiqvi & hæreditarii Ranzoviorum prædii, ab Henr. Ranzovio nunc recens inſtaurati, & in Arcis ſublimitatem*

(105.) V. Pet. Lindebergii *Præf. Hypotyp.* p. 7. (106.) *in Diota Sacra parte II., ſive Politico Orientali*, p. 46. (107.) De Q. Metelli Macedonici felicitate V. Val. Max. *L. 7., c. 1., n. 1.* (108.) *p. 181.* (109.) Fuſe illi recenſentur in Hier. Henningii *Genealogiis Familiarum aliquot Nobilium Saxonicarum*, & ab Andr Angelo, *l. c. p. 180-186.* (110.) *P. III., Lib. 2., p. 161.* (111.) V. eas *in Epp. Conſol. p. 210. 217.* (112.) *P. I. Lib. II., p. 130-137.* (113.) *l. c. p. 100-198.* (114.) *l. c. p. 159.* (115.) V. Lindebergium, Cippi Epigraphen recitantem, *in Hypotypoſi p. 27 28*, & Danewerthium *P. III. Chorograph. Cimbr., c. 15., p. 290.* (116.) V. Lindebergii *Hypotypoſin p. 22. 23*, & *Juvenilia P. I., p. 30. 31.* (117.) Inſcriptionem Oppidi & Noſocomii Gronovienſis V. in P. Lindebergii *Hypotypoſi p. 29. 30.*, & Fr. Sweertii *Deliciis p. 773.* (118.) V. Arcium ſingularum Deſcriptiones, & Epigrammata in eas, in P. Lindebergii *Hypotypoſi, Cap. I., & in Juvenilibus, P. I., Lib. II., p. 30-37*, qvibuscum C. Danewerthii *Chorographia Cimbrica* paſſim, locis ſuis, poteſt conferri. (119.) V illam in P. Lindebergii *Juvenilibus, P. III., Lib. II., p. 157 162.*, & confer C. Danewerthii *Chorogr. Cimbr., P. III., c. 8., p. 230, ac c. 15. p. 283.*, nec non Epigramma aliud in hanc Arcem, in modo laudatis *Juvenilibus* Lindebergii, *P. I., Lib. 2., p. 36.* (120. in 4.

tem educti, brevis & graphica deſcriptio. Subjunctæ ſunt Inſcriptiones ejusdem Arcis, cum aliis nonnullis, lectu non injucundis. Non tamen, tanta licet ſollicitudine, qvæ rerum humanarum eſt inconſtantia, præcaveri ab Heroe noſtro potuit, qvo minus Arx eadem Ranzoviana a nepote ſuo. Chriſtiano, Comitum hujus familiæ primo, extra eam A. 1649. alienaretur, & in Ducum Holſato-Gottorpienſium poteſtatem, facta cum parte Comitatus Pinnebergici ducali permutatione, tranſiret (121.). Cæterum addenda ſunt XIX. Ranzovii Arcibus, ſive Prædiis. a Lindebergio memoratis, duo ab illo prætérita, *Schöneweidenſe* ſcilicet in tractu Wagriæ Utinenſi, cujus apud Andr Angelum (122.), in recenſu eorundem, mentio occurrit. & *Arlewatenſe*, in præfectura ſitum Huſenſi, qvod cum a Melchiore, Pauli fratris Filio, emiſſe, & Catharinæ filiæ, Friderico elocatæ Aleſeldio, tanqvam dotale, donaſſe, Caſp Dancwerthius (123) teſtatur. Verum, tum hiſce, tum cæteris omnibus, uti ſupra jam monitum, & fundorum amplitudine. & ſtructuræ magnificentia, & ornamentorum reliqvorum præſtantia ac multitudine, palmam præripuit, longeqve majorem merita eſt famam & admirationem, Arx *Bredenbergenſis*, cum pago & parochia ejusdem nominis, in præfectura Stormariæ ſita Steinburgenſi, & Segeberga ſæpe Noſtrum, cum familia, abſtrahere, ſedemqve, tum ipſi, tum huic, multos per menſes, gratiſſimam præbere, ſolita. Condita hæc eſt A. 1521., a parente Noſtri, Joh Ranzovio, in clivo, planitie 500. paſſuum, foſſis diſtincta, qvæ Storæ vicini aqvis ſingulis ſex horis poteſt inundari, undiqve cincto, a filio novis ædificiis & operibus aucta atqve exornata, ab utroqve autem foſſa lata ac profunda, vallis præacutis interſecta, nullumqve niſi per pontes ſublicios præbente tranſitum, mœnibus lateritiis, gemina turri inſtructis, ac vallo præalto, & duplici ſepe viva per intervalla obſito, in qvo armamentarium etiam, tormentis pariter atqve armis omnigenis inſtructiſſimum, ac mola pulveris pyrii truſatilis, locum invenerunt, ita communita, ut, Noſtro ſuperſtite, ſecundas illi, inter propugnacula Cimbrica, deferre Poliorceticæ periti non dubitarent. Portam, arcuata teſtudine ſurgentem, ingreſſis Area ſe offerebat qvadrata, utrinqve & a fronte ædificiis cincta, a tergo autem porticibus, qvas columnæ Jonicæ graciliores ſuffulciebant, ornata, & muris incluſa per intervalla fornicatis, e qvibus inſertæ his Imperatorum, Regum, Principum, aliorumqve Heroum veteris ac recentioris ævi, tam exterorum, qvam indigenarum, bellica virtute celebrium, ſummo artificio depictæ Imagines, ſuisqve ſingulæ Elogiis eorundem ſtipatæ elegiacis, prominebant, & oculos pariter atqve mentes obambulantium delectabant. Arcis ipſius tectum cupreum, cochlidem hujusqve podia, atrium, ſacellum, tablinum, Bibliothecam (paulo poſt denuo memorandam), pinacothecam, orcheſtram, valetudinarium, ærarium munitiſſimum, cœnacula, gynæcea, vaporaria, balnea, culinam, ſphæriſterium, hypogeia, cæteraqve conclavia & cubicula, ſplendide admodum extructa, & elegantiſſimis pleraqve picturis, ſtatuis & ſculpturis artificioſis, carminibus & epigrammatis ingenioſis, ſententiisqve Sacri Codicis ac Autorum profanorum præſtantiſſimis, parietibus inſcriptis, pulchre exornata, fuſe a nobis deſcribi, cum brevitatem ſectemur, inſtituti ratio haud patitur. Silentio, eandem ob cauſam, involvenda nobis eſt ſupellex conclavium ſingulorum multiplex atqve pretioſiſſima, prætereunda item, qvæ Eruditis imprimis arridebunt, Horologia majora & minora, ſumma arte atqve elegantia fabrefacta, & hypotheſibus aſtronomicis Geometricisqve accuratiſſime conformata, menſa Mathematica, totius Aſtronomiæ, variorumqve ejus inſtrumentorum, ideam floridis coloribus luculentiſſime exprimens, Tabulaqve argentea, ſignorum Zodiaci ſingulis horis, per totum annum, aſcenſiones, ſolis in eadem introitum, verumqve ad ſingulos menſium dies locum, qvantitatem item dierum & noctium, & ſolis ad elevationem poli Cimbrici 55. graduum ortum atqve occaſum, accuratiſſime mirabili adumbrans compendio, ab ipſo Ranzovio excogitata, &, accedente Aſtronomorum celeberrimorum ope, perfecta. Cui jungendæ merito videntur qvinqve æneæ, materiæ qvidem pretio, neutiqvam autem artificio, inferiores, ſecamentis parietum valetudinarii inſertæ, qvibus Majorum ille ſuorum, in Monumento Ædis Laurentianæ Itzehoenſis gentilitio ſepultorum, nomina, res geſtas, & annos emortuales, A. 1568. inſculpi curavit, ſpatio ſimul haud exiguo vacuo relicto, cui a liberis poſterisqve ſui ac ſuorum hiſtoria brevis, mandato ipſius, itidem inſculperetur. Sed nec Hortum nobis celebrare jam licet, qvem Pet. Lindebergius (124.) Epigrammate peculiari Gallicis prætulit ac Italicis, ſimulqve leges ejus, ob elegantiam lectu dignas, nec apud alios obvias, exhibuit, arci contiguum, non ſtabula illius, eqvilia, horrea & granaria, non fontes, molas, pontes, ac apiarium, non deniqve vicinum eidem qvercuum, abietum, betularum, aliarumqve arborum ſylveſtrium, ab ipſo Heroe noſtro A. 1580. plantatarum, conſitarumqve, ſeminarium ingens, foſſa munitum, poſteros de iſtarum ætate certiores redditurum, ſingula prærogativis ſuis, Inſcriptionibus & ornamentis aliis, inſignia. Conſulant, qvi de ſingulis accuratius cupiunt edoceri, M. Georgii Cruſii, Hannoverani, Pædagogi filiorum Ranzovii aulici, ac Eiderſtadienſium deinde Eccleſiarum Præpoſiti, Parochiqve Cotzenbüllenſis, *Deſcriptionem Bredembergæ, Arcis Ranzoviorum Holſaticæ, a Johanne conditæ, ab Henrico vero inſtauratæ & exornatæ*, prolixam pariter atqve elegantem, A. 1569. primum, Herois noſtri ſumptibus, ſine loci mentione. editam (125.), Witebergæ vero A. 1570. (126.) & Argentinæ A. 1573. ac 1596. (127.), recuſam. Conſulant Henningi Conradini, Hamburgenſis, Scholæ patriæ Conrectoris, *Epigrammatum Librum Hiſtoricum, Encomia Heroum Imperatorum & Ducum, ſuperioribus & noſtro ſeculo virtute bellica maxime illuſtrium, qvos in Arce ſua Bredembergenſi Henricus Ranzovius depingi, & verſibus, partim a ſe ipſo compoſitis, partim hinc inde collectis, ornari curavit, fortium item & clarorum aliqvot Familiæ Ranzoviæ virorum, continentem*, Antwerpiæ A. 1581. (128.), Ranzovianis itidem impenſis, typisqve Plantinianis, excuſum, ac, ſub ipſius poſſeſſoris Ranzovii nomine, *Poematis* Pet. Lindebergii *Juvenilibus*, in Editione anni 1592. Hamburgenſi, adjectum. Conſulant Pet. Lindebergii *Hypotypoſeos Ranzovianæ Capitis primi* partem maximam, &, qvem iſtud allegat, Georg. Braunii, Decani Colonienſis, *Tomum IV. Theatri urbium.* Solas Arcis hujus Inſcriptiones, ſatis numeroſas, & maximam partem argutas, elegantes & lectu dignas, Pet. Lindebergius *Juvenilium Partis III. Libro II.* (129.), Nathan Chytræus *in Deliciis variorum per Europam Itinerum, p. 604--666.*, Franc. Sweertius *in Selectis Orbis Chriſtiani Deliciis* (130.), & Otto Aicherus *in Horto Inſcriptionum* (131.), curioſis, non tamen omnes, ſed ſelectiores tantum ſuggerent. Vereor autem, ne harum plurimæ, partim temporis diuturni injuria, partim autem Militum Cæſareorum violentia, cum ab illis A. 1627. arx Bredenbergenſis vi expugnaretur, &, poſt cædem præſidii, fortiſſime eam tuiti, Bibliotheca, & ornamenta ipſius alia, diriperentur, perierint, & in ſolis proinde libris jam ſuper-

(121.) V. Dancwerthium *l. c., P. III., c. 8., p. 231., & c. 14 p. 280.* (122.) Lib. I. der Holſtein. Adel Chronica p. 159. Conf. de eodem Dancwerthium (Noſtri licet Herois, inter poſſeſſores, immemorem), *P. III., c. 8., p. 230.* (123.) *l. c., P. II., c. 12., p. 142.* (124.) *P. III. Juvenilium, Libro II., p. 170-173.* (125.) *in 4.* (126.) *in 4.* (127.) *in 8.* Editionem A. 1596. non vidi, ſed a Mich. Hertzio, *P. IV. Biblioth. Germ., lit. P. 4. b.*, ac Lipenio, allegari obſervo. (128.) *in 4.* (129.) *p. 168-174.* (130.) *p. 759-766.* (131.) *p. 80. 81. 127. 142. 143. 144. 240. 288. 289. 316. 317. 331. 332. 369.*

perſint (132.). Prædiis & Arcibus, qvorum poſſeſſor Heros noſter fuit, eqveſtribus ſubjungi commode poſſent Palatia in urbibus patriæ, & vicinarum Regionum, præcipuis ſplendidiſſima, Lubecenſe ſcil. atqve Itzehoenſe, a patre, & Hannoveranum ac Mindenſe, a ſocero ipſi relicta, ſed ſumptibus ejus denuo inſtaurata, ac magnifice exornata, duo item Segebergenſia, qvæ A. 1559., totidem Kilonienſia, qvæ A. 1562. ac 1575., & Flensburgenſe unicum, qvod A. 1575., ipſemet, maximis impenſis, ſibi atqve poſteris curavit exædificari. Subjungi his poſſent Molæ, qvas, in locis Cherſoneſi hujus diverſis, in commodum incolarum extruxit maximum, omnis generis novem & triginta, frumentariæ ſcil., aqvaticæ pariter atqve pnevmaticæ, oleariæ, & aliæ, pulveri nitrato conficiendo, chartæ parandæ, lignis ſerra diſſecandis & in modum tubi excavandis, auro purgando, ferroqve & cupro tundendis & ſubigendis, deſtinatæ, una cum Fontibus, Bredenbergenſi, Sixtino Münſterdorpienſi (potu contra febrim qvartanam ſaluberrimo (133.)) & Redingſtorpiano, partim conditis, partim vero reſtauratis. Verum, cum de omnibus hiſce a Pet. Lindebergio in *Hypotypoſi* jam abunde ſit dictum *Ranzoviana*, de Palatiis nempe *Capite II.*, de Molis Sexto, & de Fontibus ſeptimo, editionis ſecundæ Hamburgenſis, Roſtochienſi prima & hic auctioris, ſingulisqve Inſcriptiones ſuæ, cum Poetarum qvorundam Carminibus, adjectæ, encomiaſticis, nobis ad alia feſtinantibus, iſtis haud vacat immorari. Digniora memoratu magnificentiæ ipſius monumenta ſunt Sacella duo, Segebergenſe atqve Itzehoenſe, ternæ Pyramides, Melbeccenſis, Nordoenſis ac Segebergenſis, & Obeliſcus ultimæ huic vicinus, qvibus antiqva illa architectorum Ægypti & Italiæ præſtantiſſimorum opera, ſi non ſuperavit, certe exæqvavit. De Pyramide, ſive Columna ingenti atqve acuminata, in arce Stormariæ Meelbeccenſi A. 1576. extructa, ſupra, cum caſtri hujus fieret mentio, jam diximus. Biennio poſt hanc, anno ſcil. 1578., memoriæ Friderici I., Chriſtiani III. & Friderici II., Daniæ Regum, parentum item, uxoris ac liberorum, ab Heroe noſtro dicata eſt Pyramis Nordoenſis qvadrata, & in apice cacuminata, ex albo lapide Bucceburgenſi, in pago Nordoenſi, civitati Itzehoenſi vicino, ſupra montem conſpicuum, qvem Nymphas inhabitaſſe veteres crediderant, erecta, &, non Horologio tantum ſolari artificioſiſſimo, horarum diſcrimina, ſigna zodiaci, in qvibus ſol qvotannis verſatur, ejusdemqve ortum & occaſum, indicante, ſed variis etiam ornata Inſcriptionibus, qvas inter baſi inſculpta eſt, qva poſteris cultum Monarcharum Danicorum obſeqvioſum commendavit:

SALVO REGE DANIÆ, EELICES RANZOVII.

Elapſo hinc decennio, luctum, qvem ex obitu, tum liberorum atqve cognatorum aliorum, tum trium imprimis Fridericorum, Friderici ſc. II., Regis Daniæ, Friderici, Ducis Holſato-Gottorpienſis, & Friderici filii, intra ſpatium anni vertentis defunctorum, conceperat, ingentem levaturus, & Regis præſertim memoriam æternitati conſecraturus, prope Segebergam, in via Regia, Sacellum extruxit, ex qvovis latere arcum repræſentans triumphalem, in Pyramidem aſſurgens, & Horologium itidem ſolare artificioſum, cum variis in laudem Friderici Regis inſcriptionibus, oſtentans. Sacello huic certam aſſignavit vim pecuniæ, ejusqve reditus, partim illius reparationi, partim vero eleemoſynis, centum præfecturæ Segebergenſis pauperibus, per oppidi Presbyteros & Diaconos, qvotannis, tertia Pentecoſtes feria, ac triduo ſeqventi, diſtribuendis, juſſit impendi. Junxit eidem, & Pyramidi ſuperimpoſitæ, A. 1590., Obeliſcum, memoriæ Frid. II., Regis Danici, & progenitorum poſterorumqve ſuorum, itidem dicatum, ejusqve Obeliſci formam referentem, qvem, ab Auguſto Imperatore juxta Mauſoleum Romæ erectum, Sixtus V., Pontifex, ad Baſilicam S. Mariæ Majoris, in Exqvilinum tranſtulit, ſed longe illo altiorem. Baſis ſubſtructa lapide vivo ſiliceo Cimbrico, Epithema autem ſaxo candido Bucceburgenſi polito, conſtat. Diadema æneum deauratum tintinnabuiis, ex eo dependentibus, & vento agitante ſonum longe lateqve ſpargentibus, fuit cinctum, addito, præter Inſcriptiones alias, hoc Diſticho:

Hoc Diadema ſonum ut, ventis ſpirantibus, edit,
Sic tua laus nusqvam, Rex Friderice, ſilet.

Utriusqve Pyramidis, Nordoenſis & Segebergenſis, Sacelli item huic ſubſtructi, & Obeliſci, ſchemata ſi qvis depicta luſtrare, & Deſcriptiones ſimul prolixiores, ac Inſcriptiones ſingulas, partim metricas, partim proſaicas, argutas utrasqve & elegantes, legere deſiderat, ad Ranzovii eum ipſius *Deſcriptionem pompæ exeqviarum Friderici II. Roeskildenſium funebris*, Hamburgi A. 1588., Poematis *de Somniis* Editionem alteram auctiorem, Roſtochii A. 1591., & *Commentarium Belgicum*, Francofurti A. 1595. editum, ſive Appendices potius hujus argumenti, ſingulis ſubjunctas, ablegabo. Comparent etiam, una cum Nath. Chytræi, Nicod. Friſchlini, Pet. Lindebergii (134.) & Henn. Conradini, Carminibus in ſplendida hæc magnificentiæ Ranzovianæ monumenta encomiaſticis, in Pet. Lindebergii *Hypotypoſi Ranzoviana* (135.), Georg. Lud. Frobenii *Sylloge Epiſtolarum ad Ranzovium Conſolatoriarum* (136.), & Appendice, Hieron. Henningii *Genealogiis Nobilium qvarundam Saxoniæ Familiarum*, Hamburgi A. 1590. editis, adjecta (137.). Pyramidis Segebergenſis ac Obeliſci icones & deſcriptiones exhibuit etiam Pet. Lindebergius *in Comm. rerum memorab., Lib. 2., p. 71-74.*, Pyramidis Nordoenſis ib. p. 79. 80. In Civitatis tandem Itzehoenſis (cujus Ædiculæ etiam ſuburbanæ, S. Georgio ſacræ, ſtructuram, plusqvam 10000. Lapidum donatis, eodem tempore adjuvit (138.)) Æde primaria Laurentiana, A. 1591. Sacellum familiæ ſuæ ſepulchrale, conſenſu Abbatiſſæ, Catharinæ Aleſeldiæ, Conſulum Itzehoenſium, & templi Curatorum, 530. Tetradrachmarum impenſis, condidit, inqve iſtud, Deo Trino ac Uni dedicatum, ex crypta avita, penitus jam repleta & nimis anguſta, parentis utriusqve, & Caji filii, corpora tranſtulit, & idem ſibi, conjugi, liberisqve & poſteris, commune cum his voluit eſſe conditorium. Typum qvoqve ejus & Inſcriptiones ipſemet, eodem A. 1591., in *Appendice Poematis de Somniis* (139.), juris fecit publici. Pari pietate cryptam ſepulchralem Ranzoviorum, in eodem templo, antiqviorem, jam ante, A. 1579., ampliorem reddi, & Mauſolæo ferme Regio, parenti extructo, ejusqve & conjugis imaginibus marmoreis, uti & monumento epitaphio, ſuperbiente, exornari, ſimulqve vicinum illi monumentum Comitum Holſato-Schauenburgicorum, vetuſtate collapſum, refici, curaverat (140.). Taceo plurima alia, qvæ majoribus, parentibus, liberis, cognatisqve & miniſtris ſuis, non in Cimbriæ tantum, ſed & regionum exterarum, urbibus locisqve, iis emortualibus, ſumptibus haud exiguis, erexit epitaphia. Qvalia Itzehoæ, matris Annæ Walſtorpiæ, Johannis,

(132.) De obſidione & occupatione Bredenbergæ triplici, ab exercitu Cæſareo A. 1627., a Svecis A. 1643., & a Danis A. 1644., facta, V. Danckwerthii *P. III. Chorogr. Cimbr., c. 15., p. 283.* (133.) Epigraphen hujus proſaico-metricam ſuggerit etiam Franc. Sweertius *l. c. p. 774.* (134.) Conf. hujus *Juvenilium Partis III. Librum II., p. 162. 163. 164. 174. 175.* (135.) *Cap. IV. & V. Edit. auctioris A. 1591. Hamburgenſis.* (136.) *p. m. 452-455.* (137.) Inſcriptiones Sacelli Segeb. Franc. etiam Sweertius *in Delic. Orb. Chr. p. 766-771.*, Obeliſci autem P. Lindeb. *in Juvenil., l. c. p. 174. 175.*, & Otto Aicherus *in Horto Inſcr. p. 159. 160.*, exhibent. Utrasqve in Nath. Chytræi Deliciis Itinerum p. 655-660. invenies. (138.) V. Inſcript. Templi illius *in Append. Poem. de Somniis p. m. 52.* (139.) *p. m. 45-51.* (140.) V. Pet. Lindebergii *Hypotyp. p. m. 65. 66. 78.*

hannis, Friderici, Caji & Catharinæ, liberorum, Pauli fratris, Magdalenæ ſororis (Oswaldo a Wiſch nuptæ), & Catharinæ amitæ, Abbatiſſæ Itzehoenſis, Lubecæ. in Templo Jacobæo, parentis, in Cathedrali vero Theodorici filii, & Dethlevi Ranzovii, Canonici, Kilonii, parentis, Ott Ranzovii, Conſiliarii Danici, & Diet. Vogelii, miniſtri fidelis, Segebergæ Gerh. Walſtorpii, avi materni, Flensburgi, in cœmiterio Nicolaitano, Pauli Oxmund, pueri, Bredenbergæ Jacobi a Qvalen, Eqv. Holſatici, in pago Eggebeckenſi Breidonis Ranzovii, Proregis Cimbrici, in Weſtenſeenſi Dan. Ranzovii, Archiſtrategi Danici, in Kliploenſi Catharinæ filiæ, &, extra patriam, Ottoniæ Fionorum Gerh. Ranzovii, ex fratre nepotis, Bremæ, in Templo Cathedrali, Barth. Ranzovii, Canonici, Heidelbergæ Johannis filii, Antwerpiæ, in æde Mariana, Franciſci ab Halle, ſoceri, & in oppido Biturigum Collivrenſi Friderici, filii, manibus ac memoriæ, juſſu atqve impenſis ejus, conſecrata, maximam etiamnum partem ſuperſunt. Inſcriptiones ſingulorum, & Carmina ſimul funebria, in laudes, tum horum, tum aliorum cognatorum, ab ipſo atqve amicis conſcripta, Pet Lindebergius ſtudioſe collegit, & in *Hypotypoſi Ranzoviana* (141.) junctim exhibuit. Venerati hactenus & admirati ſumus, in Ranzovio noſtro, natalium ſplendorem, ſummam in patria gubernanda prudentiam & dexteritatem, ingentem apud Reges & Principes ipſi coævos autoritatem, fortitudinem bellicam, felicitatem in conjugio, prolis numeroſæ educatione, rei familiaris adminiſtratione, & reliqva vita privata, ſingularem, ſtupendam divitiarum magnitudinem, & dignam tanto Dynaſta benignitatem & magnificentiam. Qvarum dotium ac prærogativarum, cum tot aliis virtutibus amico nexu copulatarum, licet ſingulæ multis famam & decus paraverint haud periturum, Ranzovius tamen univerſis hiſce, mirabili confluxu in ſe uno junctis atqve ſociatis, non contentus, & veræ atqve perfectæ gloriæ ſummæ etiam eruditionis acceſſionem perſvaſus eſſe neceſſariam, adeo ſtupenda felicitate in omnibus ſcientiis, ac polymathiæ partibus, palmam aliis præripuit, tantoqve affectu & benignitate homines doctos eſt proſecutus, ut Muſagetæ ac Mæcenatis ævi ſui principis elogium, publico univerſi orbis eruditi conſenſu, promeruerit. Ingenium in illo omnes mirabantur excellens, judicium acre, memoriamqve adeo, teſte Steph. Macropo (142.) felicem, ut, qvæcunqve legeret, facile comprehenderet, &, eo, qvo legerat, ordine, rurſum referret. His naturæ dotibus invidendis cum ipſemet, non junior ſolum, ſed in virili etiam ætate ac ſenili, diligentiam ſociaret indefeſſam, &, qvicqvid a curis publicis temporis ſupererat, ſtudiis, librorum lectioni, & familiari cum Muſarum cultoribus converſationi, in ſeram usqve noctem, impenderet, tantam eum ſibi paraſſe eruditionem, Bibliotheca præſertim gavіſum locupletiſſima pariter atqve ſelectiſſima, ingenti ſane ad acqvirendam iſtam adjumento & præſidio, nemo facile mirabitur. Bibliothecam hanc Noſter, non in civitate Hafnienſi (uti a Galloeſio, primum inter Danicas ei locum tribuente, perperam eſt traditum (143.)), ſed in arce Stormariæ inſtruxit Bredenbergenſi, & in hac eleganti fornice teſtudinatam, ſupra ærarium, in ſacelli aulici vicinia, eo in loco collocavit, qvi lumen matutinum admitteret, & meridianum, pro lubitu poſſeſſoris, vel continue ſervaret, vel excluderet. Voluminibus illa conſtitit 6300., & Tabulis præterea æneis qvamplurimis, Nummis antiqvis, Statuis marmoreis, Globis Aſtronomicis & Geographicis, Mappis chorographicis, Aſtrolabiis, Horologiis, aliisqve inſtrumentis Aſtronomicis, Specularibus item Antwerpia delatis, qvæ ſeptem artes liberales, fictis pro ſingularum genio perſonis, additoqve cuilibet Diſticho, repræſentabant, egregie fuit exornata (144.). Libri in Claſſes, teſte Georg. Cruſio (145.), ſeptem, Logicos, Mathematicos, Phyſicos, Medicos, Juridicos, Theologicos & Hiſtoricos, ſeorſim exhibentes, fuere diſtributi. Alii ſex tantum Claſſes, cum Dethl. Sylvio, numerant, cujus de theſauro hoc librario Epigramma, a Pet. Lindebergio (146.), & aliis (147.), jam recitatum, dignum eſt qvod a nobis etiam repetatur:

Qvam Bredeberga tenet, merito celebratur ubiqve
Laudibus a doctis, Bibliotheca, viris.
Tam variis etenim, totqve eſt inſtructa libellis,
Ut non huic habeat Cimbria tota parem.
Prima Sacris Libris claſſis ſpatioſa dicata eſt,
Qvi noſtræ tradunt relligionis opus.
Hinc ſeqvitur Legum Jurisprudentia cultrix:
Hæc eſt juſtitiæ fida miniſtra ſacræ.
Tertia ſed claſſis Medicinæ tota tributa eſt,
Qva viget humani corporis ipſa ſalus.
Vendicat hinc qvartam claſſem ſibi docta Matheſis:
Inde ſacros vates Hiſtoricosqve vides.
Bis ter mille libris conſtat, librisqve trecentis,
Vilibus exceptis, qvos numerare grave eſt.
Dii faxint ſuperi, multos ſit ſalva per annos,
Et maneat ſeræ poſteritatis opus.

Introeuntium oculis confeſtim ſe inferebat decretum hoc Fundatoris de illa perpetuum (148.):

Pateo Minervæ, haud Murciæ.
Qvæ infra ſcripta ſunt, hunc in modum ſancita ſunto,
Inviolateqve obſervantor.
Ranzovii, nec qvisqvam alius, hanc poſſidento,
Hæredes eam non dividunto.
Nemini Libros, Codices, Volumina, Picturas,
Ex ea auferendi, extrahendi, aliove aſportandi,
Niſi licentia Poſſeſſoris,
Facultas eſto.
Si qvis ſecus fecerit,
Libros, partemve aliqvam, abſtulerit,
Extraxerit, clepſerit, rapſerit,
Concerpſerit, corruperit,
Dolo malo,
Illico maledictus,
Perpetuo execrabilis,
Semper deteſtabilis,
Eſto, Maneto.

Sub-

(141.) *p. 56-102. Edit. primæ Roſtoch. A. 1590., & in Hamburgenſi ſecunda auctiori, toto Cap. VIII.* Conf. Nath. Chytræi *Delicias Itinerum p. 667-680.* (142. *in Or. Fun.* (143.) *Traitté des plus belles Bibliotheqves d' Europe* (ed. Pariſ 1680.) *p. 119.* (144.) V. Georg. Cruſii *Deſcript. Bredenbergæ, lit. M. 1. M. 2.*, Pet. Lindebergii *Hypotyp. Ranzov., cap. 1., p. m. 7. & ſeqq.*, Dan. Gvilh. Molleri *Diſſ. de Bibliotheca, §. 38., p. 26. 27.*, & Joach. Vagetii *Geogr. Hiſtor. p. 255. 256.* (145.) l. c. (146.) *l. c. p. 9.* (147.) V. Joh. Lomeieri *Tr. de Bibliothecis, c. 14., p. 402.*, & Dan Gvilh. Mollerum *l. c.* (148.) Exhibetur illud in ipſius *Append. Poem. de Somniis p. 53.*, P. Lindebergii *Juvenilibus, P. III., Lib. 2., p. 168. 169.*, Fr. Sweertii *Delic. Orb. Chr. p. 765. 766.*, & Recenſu Bibliothecarum celebrium, *Athenis Belgicis* A. 1628. præfixo, *p. 51. 52.*, Ott. Aicheri *Horto Inſcr. p. 143. 144.*, Lud. Jacobi *Tr. Gallico de Biblioth., c. 62., p. 240.*, & Nath. Chytræi *Delicіis Itinerum p. 654. 655.*

Subjungemus huic & Hendecaſyllabos, qvibus idem, ad M. Ant. Flaminii imitationem, libros Bibliothecæ ſuæ eſt allocutus, perelegantes (149.):

Salvete aureoli mei Libelli,
Meæ deliciæ, mei lepores;
Qvam vos ſæpe oculis juvat videre,
Et tritos manibus tenere noſtris!
Tot vos eximii, tot eruditi,
Priſci lumina ſeculi & recentis,
Confecere viri, ſuasqve vobis
Auſi credere lucubrationes,
Et ſperare decus perenne ſcriptis,
Neqve hæc irrita ſpes fefellit illos:
Veſtro præſidio per univerſum
Ævo perpetuo leguntur orbem,
Doctorumqve volant per ora clari.
Vos eſtis reqvies honeſta mentis,
Jucunda ingeniis bonis voluptas,
Rebus perfugium minus ſecundis,
In lætis decus & nitor refulgens.
Vos ætate, puer, virente, magno
Sum complexus amore, nunc vir autem
Multo proſeqvor impotentiore,
Et, qvam fata diu ſinent amare,
Vobis immoriar, mei Libelli,
Ac, cum Rege, lubens fatebor, illo
Alphonſo egregio, eſſe cariores
Veſtras divitias mihi, benigna
Qvam qvas ſors mihi contulit caducas.
Salvete aureoli mei Libelli,
Salvete, ex qvibus hæc mihi voluptas,
Ævum, percipitur, per omne, grata.
Qvam vos intueor libenter, & qvam
Lubens colloqvor! ecqvid æſtimandum eſt
Curis eſſe beatius ſolutis?

Non autem ſibi ſoli Heros noſter, draconis pomis aureis incubantis inſtar, iſtas ſuas ſervavit divitias & delicias literarias, ſed cum domeſticis, amicis, aliisqve Eruditis, communes eſſe voluit, nec libros ſolum impreſſos, ſed codices etiam, qvorum multi in theſauro hoc aſſervabantur, MSStos, de republica literaria bene merituris ultro & gratis obtulit atqve utendos conceſſit, imo, ut publica ab his luce donarentur, non lubens ſolum annuit, ſed ſumptus etiam editioni neceſſarios ipſemet plerumqve ſuppeditavit. Hoc pacto, Ranzovii auſpiciis pariter atqve impenſis, e Bibliotheca ejus, ab Henr. Mollero, Rein. Reineccio, Erp. Lindebrogio, Henr. Meibomio, aliisqve clientibus ipſius eruditis, vel in lucem primum protracti ſunt, vel pleniores editi, Adamus Bremenſis, Arnoldus Lubecenſis, Albertus Stadenſis, Autor Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſium, primæ inter Germanicos & Arctoos antiqviores claſſis Hiſtorici, aliiqve ſcriptores vetuſti ac recentiores, qvorum peculiarem infra Scriptorum ipſius Catalogo adjungemus indiculum. Nec mirum proinde, Bibliothecam Bredenbergenſem, cum uſibus totius orbis eruditi pateret & inſerviret publicis, non a poſſeſſoris tantum amicis & clientibus, Nathane Chytræo, Vito Gruelo, Dethlevo & Chriſtophoro Sylviis, &, qvi horum Carmina in eam encomiaſtica exhibet, Pet. Lindebergio (150), ſed univerſis Muſarum cultoribus, ubiqve terrarum, eſſe celebratam, & etiamnum a poſteris; deperditam licet, inter ævi iſtius inſtructiſſimas referri. Joh. Henr Alſtedius ſane, *in Encyclopædia* (151.), XII. celebriores orbis totius enumerans Bibliothecas, Alexandrinæ, Vaticanæ, Heidelbergenſi, Bononienſi, Mediceæ, Venetæ, Auguſtanæ, Fuldenſi, Monachienſi & Budenſi, ſubjungit, & loco dignatur undecimo, Ranzovianam, Rehdigeriana Uratislavienſi in poſtremum, ſive duodecimum, rejecta. Reinerus Reineccius, *in Diſſ. de Libris & Bibliothecis* (152.), in his colligendis, ſuo ævo, *ex ordine eqveſtri, ab Henr. Ranzovio, Prorege Cimbrico, & familia Alvenslebiana, factum eſſe*, judicat, *operæ pretium*. Nec minus præclare de illa ſentiunt, qvi illuſtrioribus eam Europæis, uno velut ore annumerarunt, e Gallis Lud. Jacobus *in Tr. de Biblioth., c. 62., p. 237-240.* Gabr. Naudæus (153.) & Joh. Galloeſius (154.), e Belgis Franc. Sweertius (155.), Laur. Beyerlingius (156.), &, qvi hunc allegat, Joh. Lomeierus (157.), ex Helvetiis Joh. Henr. Hottingerus (158.), & ex Germanis tandem Chriſtoph. Colerus (159.), Joh. Gebhardus (160.), Dan. Gvilh. Mollerus (161.) & Burch. Gotth. Struvius (162.). Verum, qvæ Bibliothecarum inſignium eſt infelicitas, & hæc, luſtris ſex a conditoris obitu nondum elapſis, commune cum tot aliis direptionis bellicæ, a milite Cæſareo, in expugnatione caſtelli Bredenbergenſis, A. 1627. factæ, fatum eſt experta, iſtoqve prorſus diſſipata, neutiqvam autem ab hæredibus, uti Rud Capellus, voce uſus ambigua (163.), credidiſſe videtur, *diſtracta*, ſive vendita. An relatio Caſp. Dancwerthii (164.), multos ejus libros, poſt direptionem, recuperatos, locisqve ſuis reſtitutos eſſe, perhibentis, fidem mereatur, itidem ambigo, cum a viro ampliſſimo, Dethlevo Marco Friſio, qvi Dethlevo, Comiti Ranzovio, Noſtri pronepoti, fuit a Conſiliis, A. 1690., tunc ne folium qvidem ullum, nedum librum integrum, Bibliothecæ veteris Ranzovianæ Bredenbergæ ſuperfuiſſe, ſed totam potius illam Marti, Minervæ Muſisqve infeſto, in prædam, ne ἀνεκδότοις qvidem Ranzovii ipſius exceptis, ceſſiſſe, per literas ſim edoctus. Qvantæcunqve autem Bibliotheca hæc eruditis fuerit admirationi, longe majori tamen poſſeſſorem ejusdem merito omnes ſunt proſecuti, βιβλιοθήκην qvippe ἔμψυχον, & Heroem in omni literarum, ſcientiarum atqve artium, genere verſatiſſimum. Præter lingvam vernaculam, Latinam qvoqve (qva, expedite non minus qvam eleganter, & loqvebatur, & ſcribebat), Gallicam & Danicam callebat (165.), Græcæqve ſimul, imo & Hebrææ, ſi Chriſtoph. Graſium (166.), admodum feliciter hanc eum excoluiſſe, incertum qvo autore, tradentem, audias, aliqva tinctus fuit notitia. Qvantum non ſoluta ſolum eloqventia, ſed & ligata, valuerit, tot, qvæ ſuperſunt, Poematiis, Carminibus & Epigrammatis, venam arguentibus haud trivialem, abunde teſtatum reliqvit. Hiſtoriæ omnis ævi, & ſtudioſiſſimus fuit, & peritiſſimus, patriæ imprimis Cimbrorum, & vicinarum gentium arctoæ, qvæ monumentis ejus literariis, aliisqve viris eruditis, Dav. ſcilicet Chytræo, Erp. Lindebrogio, Rein. Reinec-

(149.) XXXII. hosce *Phalæcos* tantum recitant P. Lindebergius *in Hypotyp., c. 1., p. m. 7. 8. 9.*, &, ex illo Fr. Sweertius *in Delic. p. 761. 762.*, ac *in Proleg. Athen. Belg. p. 50. 51.*, Otto Aicherus *l. c. p. 142. 143.*, Nath. Chytræus in Delic p. 607. 608, Joh. Galloeſius *num. 143.* allegatus. Georg. Cruſius vero, *in Deſcr. Bredenb., lit. M. 3. a. b. M. 4. a*, longe eos auctiores, XXII. aliis, ſed ad rem nihil facientibus Bibliothecariam, paſſim interſertis, exhibet. (150) *in Hypotypoſi Ranzov., c. 1., p. m. 7-12.* (151.) *p. 1103. T. I. Lib. 18.* Joach. Vagetius, *in Geographia Hiſtor. p. 255. 256.*, Ranzovianam, ait, *cum præcipuis totius Europæ, publicis & privatis, de palma contendere.* (152.) V. illam, in Rud. Capelli *Lectionibus Bibliothecariis* recuſam, *§. 9., lit. Y. 4. a.* (153.) *in Diſſ. de inſtruenda Biblioth., Acceſſioni I. Syntagmatis de Bibliothecis Maderiani* A. 1703. a J. A. Schmidio inſerta *p. 130.* (154.) *loco n. 143. citato* (155.) in Recenſu Bibliothecarum celebriorum, *Athenis Belgicis* præmiſſo, *p. 50. 51. 52.* (156.) *in Theatro vitæ hum.* (157.) *in Tr. de Bibliothecis, c. 10. p. 317., & c. 14. p. 402.* (158.) *P. I. Bibliothecarii Quadrip., c. 2, p. 24.* (159.) *in Orat. de Biblioth. Mariæ-Magdal. Uratisl. p. 17.* (160.) *in Conæniis Biblioth. Rehdigerianæ, lit. C. 4. a.* (161.) *in Diſp. de Bibliotheca, §. 38., p. 26 27.* (162.) *in Epiſt. de Bibliothecis ad Chriſtoph. Cellarium p. 92.* (163.) *in Sciagraphia Nummophylacii Lüderiani.* (164.) *P. III. Chorograph. Cimbr., c. 14., p. 283.* (165.) *V. Epp. ad eum Conſol. p. 80. 81., & Genealog. Ranzov. p. 17.* (166.) *Parte II. Dyotæ Sacræ, ſive in Politica Orientali, p. 46.*

Reineccio, Andr. Angelo, Hier. Henningio, Jonæ Elverfeldio, ipſius hortatu, exemplo & benignitate. ad hanc literis mandandam, aut ſcriptores ejusdem vetuſtos in lucem protrahendos, excitatis, plurimum debet, plus debitura, ſi ἀνέκδοτα & affecta hujus generis ſupereſſent, atqve, in editis, ſola plerumqve rerum geſtarum narratione contentis, documentorum, e qvibus ſingulæ ſunt hauſtæ, ubiqve eſſet adjecta mentio (167.). Qvanta artis Medicæ, qvanta Phyſicæ & Matheſeos, qvanta Politicæ & Oeconomicæ, aliarumqve Philoſophiæ partium, in eo fuerit cognitio, ſcripta tot, qvibus illas, aut argumenta illarum nobiliora illuſtravit, ignorare neminem patiuntur, &, cum pietatem vitæqve integritatem & innocentiam in iſtis infucatam, qvotiescunqve ſe offert occaſio, ſerio lectoribus commendet, & inculcet, Theologum ſimul verum atqve practicum, & Antiſtitem Themidos ſanctiſſimum, fuiſſe evincunt. Qvod ſuum libros edendi inſtitutum cum Nobiles qvosdam ἀμύσους, velut homine ſui ordinis indignum, criminari, Noſter a Petro Lindebergio accepiſſet, ſubridens huic reſpondit: *O miros homines, qvibus id diſplicet, qvod mihi placet, & hoc nocet, qvod multos multa docet ſalutaria!* (168.). Ranzovius ſane, tot diverſorum generum ſcriptis atqve operibus, qvæ, ſumptibus edita propriis, Monarchis, Principibus, Magnatibus horum aulicis, amicis ac viris eruditis, imo & Bibliothecis patriæ vicinarumqve regionum publicis, & in his Flensburgenſi etiam noſtræ Nicolaitanæ, liberaliter, cum a lucro abhorreret, donare eſt ſolitus, bonum rei literariæ publicum egregie promovit, alios dignitate, vel pares, vel ſuperiores, ad æmulationem honeſtam ſui in literas & literatos affectus excitavit, ſibimetipſi autem erexit

- - - Monumentum ære perennius,
Regaliqve ſitu Pyramidum altius,
Qvod non imber edax, aut aqvilo impotens,
Poſſit diruere, aut innumerabilis
Annorum ſeries, & fuga temporum.

Cum cœlo aſtrisqve ipſis perennabunt monumenta ipſius Aſtronomica, & merita in ſcientiam ſideralem, ac Mathematicas alias, huic cognatas, qvibus præcipue delectabatur. & de qvibus freqvens ipſi cum ſummis artificibus, Gvilhelmo imprimis, Haſſiæ Landgravio, & Tychone Braheo. Aſtronomorum ævi iſtius principibus, commercium intercedebat literarium (169.), immortalia. Ipſe amicitiæ inter Gvilhelmum & Tychonem, tot Epiſtolis deinceps confirmatæ Aſtronomicis. A. 1585. fuit conciliator (170.), ipſe Tychoni iſtarum, aliarumqve ſimilium, edendarum autor & ergodioctes (171.). Ipſe eundem, e Dania ſua, Huenaqve & Uraniburgo, exulem, Roſtochio A. 1597. peramanter ad ſe in Holſatiam invitavit, arcemqve illi ſuam Wandesburgenſem, Hamburgo milliari diſſitam dimidio, in qva plurimæ ab hoc Aſtronomiæ inſtauratore inſtitutæ ſunt obſervationes, & *Aſtronomiæ inſtauratæ Mechanica* e typographeo edita proprio, per annum integrum, donec in aulam pergeret Cæſaream, gratis cum familia conceſſit incolendam (172.). Hoſpitium hoc & beneficium Tycho ipſe, grata mente, ſub finem Elegiæ ad Daniam de exilio ſuo, metris deprædicavit ſeqventibus:

Salve Ranzoum, venerande Henrice, propago,
Uraniam primus qvi capis hoſpitio,
Heic, ubi, vicinis Hamburgi mœnibus altis,
Wandesburga novas arx habet alta domos,
Qvas ſibi conſtruxit memoratus is optimus Heros,
Octo gerens vitæ luſtra peracta ſuæ.
Det Deus aſtrigeri ſapiens moderator olympi,
Nos hac utiliter ſorte locoqve frui;
Ipſius ut cunctis pateant miracula terris,
Æthere in abſtruſo qvæ latuere diu.
Qvin tua, Ranzovi, donec tibi ſidera cœlum
Vindicat, hoſpitii fama ſuperſtes erit.

Juſtiſſimis idem celebravit laudibus David Chytræus, in Epiſtola ad Tychonem, Non. Oct. A. 1598. data, hiſce illum verbis allocutus: *Nobiliſſimo Heroi, Henrico Ranzovio, ſapientia & virtute præſtanti, de hac munificentia gratulor, qvod cæteris laudibus ampliſſimis hanc qvoqve addidit, ut Atlanti, Herculeis laboribus axem, ſtellis ardentibus aptum, ſuſtinenti, hoſpitium ex patria diſcedenti præberet, cujus memoriam Urania, ad omnem poſteritatem, grata recolet, & diuturnius, qvam ullæ Pyramides aut Obeliſci, propagatam celebrabit* (173.). Cœterum, uti Aſtrologiæ genethliacæ, ſive divinatricis, Pſevdo-Mathematis a cordatioribus merito annumeratæ Mathematicis, juſto ſtudioſiorem fuiſſe noſtrum, &, theoria ſola haud contentum, ad praxin proceſſiſſe, & amicis, judicio ex geneſi illorum facto, prædicere futura eſſe conatum, ſcripta hujus argumenti diverſa, qvibus Aſtromantiæ iſti eſt patrocinatus, oſtendunt, ita non defuere ex clientibus, qvi, nævum hunc Patroni in laudem ejus & gloriam detorqventes, vaticiniis ipſius talibus eventum plerumqve reſpondiſſe jactaverint (174.). Id qvod, ſicut caſu freqventer evenire potuiſſe non diffiteor, ita, an perpetuo contigerit, vehementer ambigo. Georg. Cruſius (175.) Erici XIV., Regis Sveciæ, infauſtam, in qvam A. 1569. regno a fratribus exutus incidit, qvamqve ipſemet etiam ex aſtris divinaſſe fertur (176.), captivitatem, a Noſtro, facto ex geneſi ejus judicio, præcedenti A. 1568., in literis ad Frid II, Regem Daniæ, multosqve alios, prædictam fuiſſe, gloriatur. Celebrius hoc eſt vaticinium illud aſtrologicum, qvo, *in Exemplis Aſtrologicis*, A. 1580. jam editis (177.), Joh. Regiomontani prævia ſeculus veſtigia, anno æræ Chr. 1588. maximos motus, & fatales mutationes, non uni tantum alterive regioni, ſed toti Europæ, imo terrarum orbi, impendere, præmonuit. Qvod cum, poſt annum iſtum elapſum, a compluribus rideretur atqve oppugnaretur, Pet. Lindebergius, occaſionem ſe Patroni demerendi nactum eſſe ratus egregiam veritatem ejus aſſertum ivit, in *Hiſtorica rerum in Europa, ab A. 1586. ad 1591., geſtarum Narratione, qvarum eventu, maxime memorabili, principum in Aſtronomica ſcientia virorum, Henr. Ranzovii, Joh. Regiomontani, Joh. Stoſleri, & aliorum, de Anno illo cumprimis mirabili 1588. prædictiones aſtrologicas re comprobatas eſſe, oſtenditur*, e Bibliotheca Ranzovii collecta, & Hamburgi A. 1591. (178.) juris facta publici. Cui demonſtrationi, cum ad annum unicum totius luſtri eventus, eosqve regnis tantum Europæ aliqvot, non vero toti orbi, fatales ac adverſos, perperam detorqveat, ſimiles autem e qvavis ferme ævi, vel antiqvi, vel moderni, periodo facile qveant coacervari, ego, qvæ mea in hujusmodi rebus eſt incredulitas, non plus arbitror ineſſe certitudinis, qvam narrationi, de cygni, inſtante fatali momento ſvaviſſime modulati, cantu, ab Heroe noſtro audito, a Joh. Poſſelio Jun., ſeipſum hæc ab illo accepiſſe addente, & ad *Calendarium* ſimul (qvod ad manus jam non eſt) provocante *Aſtronomi-*

(167.) V. *Prolegomena mea Partis III. Iſagoges ad Hiſt. Cimbr. p. 9.* (168.) V. Joh. Poſſelii Jun. *Or. in fun. Petri Lindebergii habitam p. 21.*, & Salom. Frencelii Epigramma de hoc Noſtri apophthegmate, *in Epiſtolis Conſol. p. 4 0.* (169.) V. Gvilh. Haſſi ad ipſum Epiſtolas duas, *in Epp. Conſol.*, *p. 97. 98. 103.*, & Pet. Gaſſendi *Lib. 3. de vita Tychonis p. 65. 78.*, *ac Lib. 4. p. 127.* (170.) V. Gaſſendum *l. c.*, *Lib. 2.*, *p. 65.* (171.) V. Gaſſendum *l. c.*, *Lib. 3. p. 78.*, *ac Lib. 4. p. 127.* (172.) V. Gaſſendum *l. c.*, *Lib. 5*, *p. 142 - 147.*, & Pet. Reſenii *Synopſin vitæ Brahei (in Wittenii Dec. I. Memor. Philoſ.) p. 9.* (173) V. Dav. Chytræi *Epiſtolas p. 1280.* (174) V. Pet. Lindebergii *Præfat. Hypotypoſeos*, & ipſum *Tr. p. 35.* (175) *in Deſcript. Bredenbergæ*, *lit. K. 3. b. K. 4. a.* (176.) V. Joh. Loccenii *Lib. VII. Hiſt. Svec.*, *p. m. 379.* (177.) *p. m. 290. 291. Edit. Colon. A. 1585.* (178.) *in 4.* Conf. ejus *Hypotyp. Ranzov. c. 3.*, *p. m. 35.*, & Epiſtolam de ſcripto hoc ſuo ad Ranzovium ipſum A. 1593 exaratam, *Partiqve III. Juvenilium*, *p. 258 - 202.*, ſubjunctam.

nomicum, *Orationi* ſuæ de Lindebergio *funebri* (179) inſertæ. E cæteris artibus, qvibus de rebus futuris certiores reddi poſſe homines creduntur, divinatricibus, Onirocriticam eum inprimis adamaſſe, tum ſcripta ipſius paſſim teſtantur alia, tum elegans præſertim *de Somniis, eorumqve eventibus*, Poema elegiacum, Lipſiæ A. 1584. editum, & A. poſtea 1587., cum Mich. Bojemi *de Somniis hiſtoria*, ipſius congeſta auſpiciis, ſeorſim autem Roſtochii A. 1591., recuſum. In hoc, certitudinem illorum ab eventu ſæpiſſime eſſe comprobatam, variis initio oſtendit exemplis, ex hiſtoria, tam ſacra, qvam profana, repetitis. & iſtis deinde haud pauca ſubjungit propria, qvæ, uti haud vana fuiſſe reipſa eſt edoctus, ita ego, luſibus licet iſtis phantaſiæ nocturnis non adeo multum tribuens, magnam partem admodum fateor eſſe memorabilia. Præmonitum ſe his eſſe affirmat, de belli inter Danos & Svecos diuturni exitu, de liberorum, qvos utero incluſos uxor gerebat, ſexu, de proſperis rerum ſuarum ſucceſſibus, arcis Bredenbergenſis incendio adumbratis, de beneficiis, qvæ, Fridericus II, Rex Danicus, leniter ventrem ſibi palpare viſus, filiis erat collaturus, de horum e peregrinatione reditu, de ſenectute ſibi expectanda, & Johannis denique, filiorum natu minimi, Catharinæ filiæ, Gerhardi, ex fratre nepotis, cognatorumqve & amicorum aliorum, e vivis exceſſu, ſingulisqve eventum fidem brevi plerumqve conciliaſſe temporis intervallo. Verum de Ranzovii ipſius doctrina multiplici, & affectu in ſcientias qvasdam ſingulari, prolixe ſatis, pro inſtituti ratione, diſſeruiſſe mihi videor. Dicendum jam etiam de amore ejusdem in homines eruditos incomparabili, & benignitate, qva ſtudia illorum & conatus literarios adjuvit atqve ſublevavit, effuſiſſima. Qvam conſideranti non Mæcenatis tantum redivivi titulo merito ab hominibus eruditis, ipſi coævis, ornatus eſſe videtur, ſed major fuiſſe ipſo Mæcenate, major Nicol. Claudio Fabricio Peireſcio, Senatore Aqviſextienſi, major Joh. Vinc. Pinello, aliisqve omnibus, qvibus Galli atqve Itali moderni, cæteræqve gentes, eundem vindicarunt. Cum enim illorum beneficentia intra unius plerumqve regionis patriæ ſe continuerit terminos, nec ad exteros, niſi raro admodum, diffuderit, Ranzovius non ſolos Cimbros ſuos, ſolidæ eruditionis vel jam compotes, vel ſaltem ſtudioſos, favore eſt proſecutus heroico, in amicorum admiſit numerum, præmiis ac honoribus ornavit, hortatu atqve incentivis ſuis ad præclari qvippiam audendum incitavit, conatusqve eorum ſubſidiis, non literariis ſolum, ſed & nummariis, promovit & ſublevavit, ſed pari etiam affectu, pari benignitate, exteros, qvi vel in poeſi, eloqventia & literis humanioribus, vel in Hiſtoriarum cognitione, vel in Philoſophia, Matheſi ac Medicina, vel aliis Polymathiæ partibus, ſupra vulgus ſapiebant ac eminebant, Germanos inprimis & Belgas, eſt complexus, ſibiqve devinxit. Unde factum, ut tot eruditi, non indigenæ ſolum, ſed & alienigenæ, ipſum viciſſim, velut Apollinem & Muſagetam Europæ totius communem, qvo par erat, cultu, grata mente ſint venerati, vel epiſtolis eum compellantes reverentiæ & obſeqvii teſtibus, vel carminibus, ſcriptisqve integris, laudes & res geſtas ipſius, familiæ Ranzovianæ, Cimbriæ totius, ac Regum Danicorum, ejus celebrantes auſpiciis, vel monumenta alterius argumenti literaria tanti Evergetæ inſcribentes nomini, vel commentationes ejusdem proprias, qvas ipſe, vel modeſte ſupprimebat, vel edere, ob tot negotiorum molem, non poterat, juris facientes publici. Qvorum omnium neminem Heros erga doctos liberaliſſimus indonatum dimiſit, ſed vel effigie ſua aurea, vel aliis pretii etiam longe majoris præmiis, magnifice eſt remuneratus (180.) Omnes hoſce cultores Ranzoviani nominis eruditos, enumerare, nec vacat mihi, nec libet, ſatis gloriæ Heroi noſtro e ſolo celebriorum indicio partum iri, perſvaſo. Prodeant ergo e Germania, & primum qvidem e vicina Saxonia inferiori, David & Nathan Chytræi, fratres, Dav. Lobechius, Eilh. Lubinus & Joh. Poſſelius Jun., Academiæ Roſtochienſis. Joh. it Caſelius, Rein. Reineccius, Henr. Meibomius Sen., ac Salom. Frencelius, Helmſtadienſis, ſive Juliæ, Profeſſores publici, Joach. Hinckius, Decanus Bremenſis, Andr. Mylius, Aulæ Megapolitanæ Cancellarius, Henr. Huſanus, urbis Lüneburgenſis Syndicus, Hier. Henningius, ejusdem Eccleſiaſtes, Melch. Neoſanius, Parochus Brunſvicenſis, Joh. Wernerus, Poliater Halberſtadienſis, Georg. Rollenhagius, Scholæ Magdeb. Rector, & Laur. Schraderus, Halberſtadienſis. His e Circulo Saxonico, ſe jungant, ſuperiori, Mart. Marſtallerus, Philippi, Ducis Pomeranici, Conſiliarius, Chriſt. Diſtelmeierus, Electoris Brandeburgici Cancellarius, Andr. Angelus, Præpoſ. in Marchia Brandeb. Strausbergenſis, Janus Kotteritius, Eqves Saxonicus, Abr. Bockius, Chriſt. I., Elect. Sax., Conſiliarius, Pet. Albinus, ejusdem Secretarius & Hiſtoriographus, Joach. Camerarius Sen., Joach. Tanckius, Matthæus Dreſſerus & Greg. Bersmannus, Academiæ Lipſienſis, Andr. Schato, Joh. Major, Laur. Rhodomannus & Frid. Taubmannus, Leucoreæ, fratresqve Reüſneri (Nicol. & Elias), Jenenſis Profeſſores inclyti, Mich. Neander, Georg Fabricius & Mich. Bojemus, ſcholarum Ilfeldenſis, Miſenenſis & Torgenſis, Rectores, Ludov. Camerarius, Joach. filius, & Marcus Wagnerus, Antiqvitatum German. in Thuringia ſcrutator. Seqvantur iſtos, e Weſtphalia, Herm. Hamelmannus, Superintendens Oldenburgicus, Herm. Empſichovius, Paſtor Tremonienſis, & Alb. Lomeierus Lubbecenſis; e tractu Colonienſi, Georg. Braunius, Eccleſiæ Colonienſis Georgianæ Decanus, Henr. Sudermannus, Reip. Colon. atqve urbium Hanſeaticarum Syndicus, Joh. Politus, Leodienſis, Erneſti Electoris Hiſtoricus, & Suffridus Petri, Canonicus eruditus; e Franconia & Palatinatu vicino, Paulus Meliſſus. Biblioth. Palatinæ Præfectus, Joach. Camerarius Jun., Poliater Noribergenſis, Caſp. Enſius, Lorchenſis. Andr. Wechelus & Zach. Palthenius, bibliopolæ Francofurtani ob eruditionem celebres; ex Alſatia, Conr. Daſypodius, Mathematicus Argentinenſis; ex Lotharingia Nicol. Ghibertus, Medicus Vetulanus; ex Svevia Marcus Velſerus, Reip. Auguſtanæ Conſul, Adolphus Occo, ejusdem Poliater, Nicod. Friſchlinus, Prof. Tubingenſis, & Joh. Lauterbachius, Gymnaſiarcha Heilbrunnenſis; ex Sileſia, Valent. Thilo, Lignicenſis JCtus; & e provinciis tandem Auſtriacis, Joh. Wolfg. Freymonius, Procancellarius Cæſareus, Franc. Tengnagelius, Tych. Brahei gener, & Jac. Schrenckius a Notzing, Ferdinandi Archiducis Conſiliarius. Tot Germanis Dania, præter homines plerosqve ævi iſtius doctiores, Nicol. Kaaſium, Cancellarium Regium, &, cujus iam ſupra facta eſt mentio, Tychonem Braheum, nobilitatis eruditæ lumina, Belgium autem Elbertum Leoninum, JCtum πολιτικώτατον, Juſtum Lipſium & Joſ. Scaligerum, reipublicæ literariæ iſto ævo dictatores, Joh. Heurnium, Prof. Acad. Lugduno Batavæ Medicum, Jac. Typotium, Hiſtoricum Cæſareum, Janum Douſam juniorem, Ant. Cautium & Joh. Fungerum, ſcholarum Ultrajectinæ & Leovardienſis moderatores, & Phil. Gallæum, pictorem eruditum, junget comites. Ex Anglia, ne recenſus hic noſter nimia peccet prolixitate, Dan. Rogerſium, Eliſabethæ Reginæ ad Danos Legatum, e Gallia Jac. Bongarſium, Legatum itidem Regium, ex Italia Scip. Amiratum, trium Hetruriæ Ducum Hiſtoricum, & ex Hiſpania tandem Matthæum ab Otten, Alberti Auſtriaci, Cardinalis & Proregis Luſitanici, Conſiliarium, ſolos allegaſſe ero contentus. Claudant agmen homines Cimbriæ noſtræ eruditi, Proregem hunc ſuum eo ſtudioſius, qvo propinqviores ipſi erant, pluribusqve ab eo cumulabantur beneficiis, venerati. Ex his, velut ἄλλων

(179.) p. 35. (180.) teſte Steph. Macropo *in Or. fun.*

ἔξοχοι, digni, qvos memoremus, videntur Ad. Traſigerus, aulæ Gottorpienſis Cancellarius, Jonathas Gutslofius, Cancellarius utriusqve Ducatus, Slesvicenſis & Holſatici, provincialis, Caſp. Hoyerus, Eiderſtadiæ Præfectus, Joachimus, Abbas Reinfeldenſis, Joh. Vorſtius & Paulus ab Eitzen, ſupremi Eccleſiarum Cimbriæ, ille qvidem regiarum, hic autem ducalium, Antiſtites, Erasmus Kirſtenius, Conſiliarius Regius, Herm. Warneburgius & Joh. Niebuerus, civitatum Lubecenſis atqve Hamburgenſis Conſules, Mich. Rhederus, Decanus & Syndicus Hamburgenſis, Henr. Mollerus & Nicol. Petræus, Theologi, Dethl. Langenbecius & Chriſtoph. Kellinghuſius, JCti, Thom. Finchius, Medicus, Ovenus Güntherus, Philoſophus, Nicol. Raimarus, Mathematicus, Erp Lindebrogius & Nicol. Heldvaderus, Hiſtorici, Janus Gulielmius ac Frid Lindebrogius, Philologi ac Polyhiſtores, Henningusqve Conradinus, Jonas ab Elverfeld & Chriſtophorus Sylvius, Poetæ, ſuis ſinguli locis, ob doctrinam, & merita in patriam ac rem literariam, fuſius commendati. Alb. Meierum, Nicol. Cornopœum, Georg. Wippermannum, Dan. Tvitemeicrum, Rud. Fauſtium, Steph. Macropum, aliosqve clientes Ranzovianos, doctos qvidem, ſed minus celebres, & exteris ignotos, prætereo. Neutiqvam tamen ſilentio diſſimulandum, qvod & in familia ſua Heros noſter ampliſſima, præter miniſtros & famulos non unius generis illiteratos qvamplurimos (qvos inter Johannem, piſcatorem ſtaturæ qvidem humilis, ſed bibaciſſimum, & Johanniſcum morionem, inter Heroum imagines, in arcis Bredembergenſis area, depictos, ſpatia duo ultima reſidua, juſto minora, occupare, adjectis Epigrammatis in eos jocoſis (181.), voluit), viros etiam aliqvot eruditos, qvorum & opera in majoris momenti negotiis uteretur, & conſvetudine qvotidiana ſe oblectaret, perpetuo aluerit (182.). Ex horum numero, haud dubie majori, octo mihi, ex Epiſtolis ejus, & ſcriptis aliis, innotuerunt, Caſp. Fabricius ſcilicet, Mich. Clenovius junior, Hamburgenſis (Parochus poſtea Schönefeldenſis), Mart. Coronæus (Paſtor deinceps Kilonienſis), Dethlevusqve & Theophylus Sylvii, gente omnes Holſati, Georg item Cruſius, Hannoveranus (Eccleſiarum tandem Eiderſtadienſium Antiſtes), Georg. Ludov. Frobenius. Iphovia Francus (typographus dein & bibliopola, in civitate Hamburgenſi, haud incelebris), &, qvem præcipue in deliciis habuit, Pet. Lindebergius, Roſtochienſis. Qvos inter Fabricius a Secretis ipſi fuit A. 1590. & ſeqventibus, Coronæus autem, circa A. 1565., Cruſius, ab A. circiter 1566., Clenovius, Concionatoris ſimul aulici functus officio, circa A. 1588., & Frobenius, ab A. 1590. ad 1600, & Bibliothecæ, & filiorum atqve nepotum ſtudiis, præfuerunt. In Lindebergio tandem, qvem Joh. Caſelius, & alii Roſtochienſis Academiæ Profeſſores, genero ipſius, Nicolao Aleſeldio, filiorum pædagogum deſideranti, de nota meliore A. 1587. commendaverant, ingenium, cum ſibi innotuiſſet, ſolers, & venam poeticam elegantem, admiratus, hominemqve ſe ratus inveniſſe, ad ſuas, totiusqve familiæ Ranzovianæ, laudes ac res geſtas celebrandas perqvam idoneum, inſigni munificentia ſtudia ejus ac conatus literarios promovit, ſcriptaqve ejusdem, laurea, cum nihil tale cogitaret, poetica, hortatu ſuo, a Paulo Meliſſo ornati, ferme omnia, qvod ſuis concinnata eſſent auſpiciis, ſuæqve & Ranzoviorum famæ ac immortalitati pleraqve conſecrata, ſumptibus excudi curavit propriis (183.). Nec deſunt, qvi hunc *Ranzovianæ laudis*, ſicut a Conr. Sam. Schurtzfleiſchio (184.) καὶ ἐξοχὴν ſalutatur, *præconem*, aliqvot fœtus ſuos metricos Patrono tradidiſſe adoptandos, & ſub ejus nomine in lucem prodire voluiſſe publicam, ſed, me judice, temere, ſuſpicantur. Hæc inter ſtudia, qvæ tempus a negotiis publicis reſiduum ſibi vindicabant, modo ſeveriora, modo amoeniora, & curas, qvas patriæ ſimul atqve rei literariæ ſaluti impendebat, aſſiduas, ad ſenectutem hoc ſeculo raram, frugalitatis potiſſimum & continentiæ beneficio, pervenit. Spem hujus ſe concepiſſe, non ſolum e parentum longævitate, & divinis de pietatis in hos filialis remuneratione promiſſis, ſed Aſtrologorum etiam prædictionibus, & ſomniis, in qvibus cunctos ſibi dentes amiſiſſe, voces de ſtudiis ad extremam usqve ætatem continuandis audiviſſe, imo iteratis vicibus annos 78. (qvos tamen, luſtro ante integro extinctus, non complevit) vivendo tranſegiſſe, erat viſus, diverſis, in Poemate *de Somniis* elegiaco (185.), profitetur. Qvæ cum paulatim ingraveſceret, tabernaculum ſibi ligneum, ut valetudini ſuæ, qvam a muris conclavium lædi putabat lateritiis, conſuleret, curavit extrui (186.), &, qvia ſenectutem, qvantumvis longævam, mortis, vel ſerius, vel citius, ſecuturæ, noverat eſſe prænuntiam, mature ad eam, qvod & jam ante, longe licet junior, facere haud neglexerat, ſummo ſe niſu ac ſtudio præparavit. Hujus meditationem ſeriam & ſalutarem, multis jam ante obitum annis, animo ſuo pulcherrimo commendavit emblemate, cranium hominis demortui, ſpicas protrudens triticeas, iſtiqve ſuperimpoſita clepſammium pene exinanitum, & candelabrum cereo, brevi defecturo, ſubſtratum, exhibente, adjectisqve huic Symbolis familiaribus:

Dies Mortis Æternæ Vitæ Natalis eſt.
Des zeitlichen Lebens Ausgang
Iſt des ewigen ein Anfang.
Ita ſe comparent in vita, ut vinci & mori neſciant.
Der hat wol gelebt, der ewig lebt,
Und des Lob ſtets auf Erden ſchwebt.

Qvorum prius Pet. Lindebergius hoc expreſſit Diſticho:

Mors, qvæ corporeæ eſt hujus deſtructio maſſæ,
Janua ea eſt vitæ, principiumqve, novæ.

Poſterius iſto:

Sic homines, æqvum eſt, traducant tempora Vitæ,
Ut vinci neqveant, ut neqveantqve mori.

Utrumqve autem ipſe Ranzovius (in cujus gratiam, præter Lindebergium, Janus etiam Kotteritius, Paulus ab Eitzen, Nicol. Reuſnerus, Sal. Frencelius, Georg. Fabricius, Joh. Lauterbachius, Adolphus Occo, Joh. Scheelius, Alb. Lomeierus, Herm. Empſichovius & Dan. Tvitemeierus, paraphraſibus, & Emblema, & Symbola, poeticis (187.) illuſtrarunt) ſeqventi:

Hoc mihi ſolamen, nec non gratiſſima lex eſt
Fatorum, ut ſit mors vivere, vita mori.

Huc

(181.) V. illa in Georg. Cruſii *Deſcript. Bredenbergæ*, *lit. D. 3. D. 4. H. 2.* (182.) Obſervatum id etiam eſt Joh. Caſelio, *in Or. parentali Joh. Neovino ſcripta*, *p. 8.* (183.) V. Elogium noſtrum Lindebergii, hujus item *Ep. Dedic. ad Ranzovium, Juvenilibus præfixam*, Joh. Poſſelii Jun. *Or. de vita Lindebergii funebrem p. 20. 21.*, & ex illa, Melch. Adami *Vitas Philoſ. Germ p. 420.* (184.) *in Diſſ. de Regimine Veneto*, *§. 4.* (185.) *p. m. 25.* (186.) V. Alb Lomeieri Carmen in illud, in Γερας, Heroi noſtro oblato, & Ulyſſeæ A. 1592. *in 8.* excuſo. (187.) V. Carmina illa in emblema & Symbola, in P. Lindebergii *Hypotypoſi Ranzov.*, *toto Cap. 9.*, nec non *in Juvenilibus*, *P. III.*, *Lib. 2.*, *p. 176. 177.*, *ac*, *Lib. I. Adoptivorum p. 231.*, ſub initium *Hiſtoriæ Archiepp. Brem.*, e Bibliotheca Ranzov. Leidæ A. 1595. *in 4.* editæ ab Erp. Lindebrogio, uti & in fronte *Diarii Romani* ipſius Ranzovii, Lipſiæ A. 1596. *in 4.* recuſi.

Huc ſpectant etiam, qvibus, mortem ſe neutiqvam horrere, ſed animoſe potius expectare, teſtatus eſt, felicemqve e vita hac exitum a Numine ſupremo exoravit, Carmina & Epigrammata qvamplurima, compluribus ante obitum annis concinnata, & in ipſius ac amicorum ſcriptis obvia (188.). Sed & de Monumentis ſepulchralibus ſuperſtitem mature admodum fuiſſe ſollicitum, & A. 1568 Tabulas qvinqve æneas, in valetudinario arcis Bredenbergenſis, memoriæ majorum, ſui ac poſterorum, ſingulorum nominibus, ætate, dignitatibus & annis diebusqve emortualibus, inſculptis, conſervandæ deſtinaſſe (189.), A. 1579 cryptam ſepulchralem familiæ ſuæ, in templo Itzehoenſi Laurentiano, antiqviorem, inſtauraſſe, ampliaſſe, &, tum parentum Mauſoleo ac imaginibus, tum Epitaphio marmoreo, ſibi ipſi in vicino pariete erecto (190.), exornaſſe, A. 1591 autem novum, in eadem æde ſacra, ſacellum ſepulchrale parentibus, ſibi, conjugi, liberis & poſteris, condidiſſe, ſupra jam indicavimus. In ſacello hoc, eodem anno, ſarcophagum, in qvo ipſe & uxor junctim aliqvando mortui qvieſcerent, ex ſolido lapide juſſit excavari (191.), illiqve geminam hanc inſcriptionem, ἄμετρον alteram, alteram verſibus Jambicis, ad Joh. Joviani Pontani imitationem, incluſam, inſculpi (192.):

In hoc Sarcophago conditus eſt Henricus Ranzovius, Johannis, Equitis aurati, filius, Henrici nepos, Bredonis pronepos, Caji abnepos, Regis Daniæ Chriſtiani III., Friderici II. & Chriſtiani IV., vices in Ducatibus Sleſvicenſi, Holſatiæ & Dithmarſiæ, olim gerens, Præfectus arcis Segebergenſis, Dominus in Bredenberg, Drakenburg, Rintlem, Wellingsbüttel, Hadſtedt, Tuſchenbeck, Ranzovisholm, Wandesbeck, Bucken, Melbeck, Redingſtorp, Ovendorp, Nutſchau, Nuchel, Gronow, Stelnow, Erfrad & Ranzow: qvi mortuus eſt Anno Domini M....., cum vixiſſet ...... annos, & hic expectat ſecuturam copulationem animæ cum corpore, reſurrectionem carnis, ac omnium rerum reparationem.

Vivus lapideum hunc mihi paravi lectulum,
In qvo jacerem mortuus.
Noli, obſecro, me mortuum laceſſere,
Qvi vivus obfui nemini.
Henricus ille namqve ſum Ranzovius,
Regis Dani Vicarius,
Qvem plurimum plures amarunt Principes,
Suiqve paſſim Subditi,
Qvem docti honeſtarunt viri, cumqve improbis
Laude cumulaverunt probi.
Nunc, Hoſpes, ecqvis ſim, aut mage fuerim, tenes:
Veruntamen, qvi tu ſies,
Non cognitum eſt mihi. Igitur, ut te ipſum bene
Noſcas, rogo. His longum vale.

Crebra hac, imo aſſidua, mortis meditatione cum probe ſe Ranzovius ſeneſcens præparaſſet, adventum horæ fatalis animo imperterrito qvotidie opperiebatur. Non tamen morte occubuit violenta, mirabili & ſubitanea, qvalem ipſe, Conr. Daſypodii prædictionibus (de qvibus ſub initium Biographiæ hujus diximus) ex themate ſuo natalitio aſtrologicis, ab eventu hac in parte falſi convictis, temere credulus, ſibi inſtare exiſtimaverat, ſed placida, & ſomno leni ſimillima. Curſu enim vitæ peracto, cum, per qvatriduum leviter ægrotans, vim fati urgentem tacite præſenſiſſet, conjuge mœſtiſſima præſente, liberos, qvotqvot aderant, ſuos, generos item, nepotes & miniſtros, juſſit convocari, multaqve de hominum impietate, perfidia, fraudibus, ac moribus hoc ſeculo diſſolutis, conqveſtus, nec ſe, ſi vel per naturam liceret, decurſo vitæ ſpatio, a calce ad carceres reverſurum eſſe, teſtatus, gravi & vehementi Oratione vitæ ſuæ hiſtoriam, a primo usqve initio, per ſingulas partes, breviter repetiit, Deoqve, pro conceſſa ſibi diuturna incolumitate, & proſpero rerum omnium ſucceſſu, gratias perſolvit. Singulos dehinc præſentium, ut pietatem præcipue, & poſt hanc Reges Daniæ, Principesqve Holſatiæ, colerent, reipublicæ vulnera ſanarent, & publicæ concordiæ, fidei ac honeſtatis, potiorem, qvam rerum aliarum, curam haberent, hortatus, porrecta ordine manu, univerſis valedixit. Epuli deinde myſtici factus particeps, cum pias, qvas ipſemet jam olim ſcripſerat de morte Meditationes, & Epitaphia, a viris doctis ſibi, adhuc ſuperſtiti, condita, ſuſpirabundus creberrime inſpexiſſet, die morbi fatalis octavo, medio inter horas veſpertinas, octavam atqve nonam, temporis intervallo, edito ad vocem miniſtri, qvi adſtabat, ſacri poſtremam conſtantiſſimæ fidei ſigno & reſponſo, placide expiravit (193.). Defunctus autem eſt ipſis Kalendis Januarii, anno æræ Chriſtianæ 1599., non 1603. (qvem El. Reuſnerus (194.) & Joh Henr. Alſtedius (195.) perperam ſubſtituerunt), ætatis vero non 72do (qvi Abr. Bucholzero & Nicol. Heldvadero arriſit), ſed ſeptuageſimo tertio, Ranzoviis pleriſqve, & in his parenti etiam & avo ipſius, qvod Macropo eſt obſervatum, fatali (196.). Exeqviæ defuncto, aliqvot poſt menſibus, a vidua & liberis, pompa funebri tanto Heroe digna, cui Chriſtiani IV., Regis Daniæ, & Principum aliqvot Germanicorum, Legati, interfuerunt (197.), in civitate Itzehoenſi, ſunt factæ, & exuviæ, poſt Sermonem funebrem vernaculum a myſta ſacro habitum, ac Orationem parentalem latinam a M. Steph. Macropo, Andreæmontano, recitatam, cryptæ ſepulchrali, in ſacello ædis Laurentianæ Ranzoviano, per ipſum olim extructo, cum Numiſmatis compluribus mnemonicis, aureis, argenteis & cupreis (qvorum nonnulla A. 1689. adhuc in eadem eſſe inventa, ſed contra voluntatem τῦ Μακαρί(τ)ȣ ultimam diſtracta, ab ampliſſimo Friſio ſum edoctus) immerſæ.

(188.) V. illa *in Appendice Poematis de Somniis p. 55-60.*, *in Epiſtolis Conſol. p. 309-409.*, & in Pet. Lindebergii *Hypotyp. Ranzov. p. m. 102. 103.* (189.) Qvæ inſculpta iſtis ſunt A. 1568., legenda exhibet Georg. Cruſius *in Deſcr. Bredenb., lit. N. & O.* (190.) Inſcriptionem Epitaphii, ſolas Noſtri dignitates & prædia recenſentem, V. *in Epp. Conſol. p. 216. 217.*, & in P. Lindebergii *Hypotyp. Ranzov. p. m. 101. 102.* (191.) Icones ſacelli pariter atqve ſarcophagi invenies *in Append. Poematis de Somniis p. 46.*, *in Epp. Conſol. p. 207.*, & in Hier. Henningii *Append. Genealogiarum Familiarum aliqvot Saxoniæ Nobilium*, Hamburgi A. 1590. *in f.* editarum. (192.) Utramqve exhibent, cum Poetarum aliqvot in tumulum Ranzovianum Carminibus, *Appendix Poematis de Somniis p. 45-40.*, & *Epiſtolæ conſolatoriæ p. 209-213.*, ſolam ἄμετρον Fr. Sweertius *in Delic. Orb. Chr. p. 773.*, ſolam autem metricam P. Lindebergius *in Juvenilibus*, *P. III.*, *Lib. 2.*, *p. 169. 170.* (193.) Totam hanc morbi fatalis hiſtoriam Stephani Macropi *Orationi* debeo *funebri*. (194.) *in Append. Iſag. Hiſt. p. 660.*, (195.) *L. 33.* Encyclop. c. 8. p. 2190. & *in Theſauro Chronol. p. 480* (196.) V. Macropum *l. c.*, Abr. Bucholzeri *Ind. Chronol.*, *ad A. 1599.*, Nic. Heldvaderi *P. II. Sylvæ Chronol. p. 263.*, Joh. Gvaltheri, ſive Jani Gruteri, *Lib. 2. Chronici Chronicorum*, Wolfg. Krügeri *Catalogum 1000. Virorum f. 127.*, & alios complures. (197.) teſte Macropo *l. c.*

Effigies Herois noſtri, *in Epiſtolis conſolatoriis p. 208.*, in Pet. Lindebergii *Hypotypoſi Ranzoviana p. m. 101.*, & paſſim in aliis ipſius Amicorumqve ſcriptis, ſpectanda exhibetur.

In Vitæ ejus hiſtoriæ (qvam brevius antehac, in *Iſagoge ad Hiſt. Cimbricam, P. I., cap. XIV., §. 6-11., p. 218-235., & P. IV., c. 3., §. 5., p. 427. 428. 429., c. 7., §. 4., p. 523. 524. 525., aliisqve paſſim locis, & in Hypomnematis ad Alb. Bartholini Lib. de Scriptis Danorum p. 244. 183., horumqve Spicilegio p. 9.*, expoſuimus) concinnanda, inſigni, præ aliis Autoribus, in eadem allegatis, uſui ac adjumento nobis fuerunt:

1. M. STEPH. MACROPI, Andreæmontani, *Immortalitas viri illuſtris, Henr. Ranzovii, Herois glorioſiſſimi, in ejusdem exeqviis, Oratione publica, æternitati demandata*, & Hamburgi A. 1599. in 4. edita.
2. PET. LINDEBERGII, Roſtochienſis, *Hypotypoſis Arcium, Palatiorum, Librorum, Pyramidum, Obeliſcorum, Cipporum, Molarum, Fontium, Monumentorum & Epitaphiorum, ab illuſtri & ſtrenuo viro, Henr. Ranzovio, Prorege Holſatico, conditorum, cum Ectypis nonnullorum ligneis, & additis Epigrammatis*, Roſtochii initio A. 1590. *in 4.*, deinde vero in capita diſtincta, & longe auctior, Hamburgi A. 1591., & Francofurti A. 1592., *in 4.*, excuſa. Capitibus, præter ſuccinctam de vita & ſtudiis Ranzovii præfationem, conſtat XVIII., qvorum I. ejusdem Arces & prædia, II. Palatia urbana, III. Scripta, tum propria, tum aliena, auſpiciis illius edita, una cum ἀνεκδότοις. IV. Pyramidas, V. Obeliſcum, VI. Moles, VII. Fontes, VIII Conditorium Itzehoenſe, & Epitaphia propria atqve aliena, IX. Emblema ſepulchrale, X. Virorum doctorum in laudem ejus carmina, XI. Comitum Liſnicenſium, Majorum ipſius, Vitas, Effigies ac Genealogiam, XII. deniqve ultima Epigrammata illius, in Holſatiæ urbes, arces atqve fluvios, alia item Avtoſchediaſmata poetica, exhibent aut deſcribunt. Conf. de illa *P. I. Iſag. ad Hiſt. Cimbr., c. 14., §. 9., p. 228. 229.*
3. Ejusd. LINDEBERGII *Epigrammata*, tum ſua ipſius, tum aliorum, *Ranzoviana*, qvæ, in unum collecta faſciculum, Roſtoch. A. 1590. in 4. edidit.
4. Ejusd. Ἡδυσμάτων, *ſeu Carminum juvenilium, Claſſes III.*, ſumptibus Ranzovianis Hamburgi A. 1592 & Francofurti A. 1595. *in 8.* impreſſæ, qvorum pars ferme dimidia, vel laudes Herois noſtri celebrat, vel poſtulatu illius eſt conſcripta. Præcipue tamen huc ſpectant *Claſſis II. Liber IV.* Epitaphia Ranzoviana, & *Claſſis III. Lib. II.* Epigrammata Ranzoviana, continens. Conf. de illis Elogium Lindebergii, & *P. Iſag. ad Hiſt. Cimbr., c. 14., p. 228.*
5. M. GEORG. CRUSII, Hannoverani, ex Pædagogo ejus aulico Parochi in Eiderſtadia Cotzenbullenſis, & cæterarum ejusdem provinciæ Præpoſiti, *Deſcriptio Bredembergæ, arcis Ranzoviorum Holſaticæ, a Johanne conditæ, ab Henrico autem inſtauratæ & exornatæ*, Ranzovianis ſumptibus, ſine loci mentione, A. 1569., ac Witeb. A. 1570., *in 4.*, tertiaqve vice Argentinæ A. 1573. *in 8.*, edita. V. *P. IV. Iſag. ad Hiſt. Cimbr., c. 7., §. 4., p. 523. 524.*, & nomen Cruſii, ſuo in *Cimbr.* hac *Lit.* loco.
6. M. ANDR. ANGELI, Strausbergа Marchici, oppidi patrii Paſtoris & Præpoſiti, *Chronici Holſatici* vernaculi bipartiti, qvod, Ranzovii auſpiciis, & ab eodem ſubſidiis literario-hiſtoricis pariter atqve nummariis inſtructus, Witeb. A. 1597. in fol. edidit, *Liber I.*, ſive die Holſteiniſche Adel-Chronica, tum alibi paſſim, tum in familiæ Ranzovianæ genealogia & hiſtoria, Noſtrum imprimis celebrante, *p. 100-198.* V. de opere hoc *P. I. Iſagoges ad Hiſt. Cimbr., c. 1., §. 4., p. 4. 5.*
7. M. HIERON. HENNINGII, Lüneburgenſis, patriæ civitatis Eccleſiaſtæ, *Genealogiæ aliqvot Familiarum Saxoniæ nobilium, qvæ, vel a Comitibus, vel a Baronibus, ortæ, qvosdam Pontificalem, qvosdam Epiſcopalem dignitatem adeptos protulerunt*, Ranzovii hortatu ex opere ingenti (qvod Magdeburgi, octennio poſt, Volumm. IV. prodiit) Genealogico decerptæ, ejusdemqve (cum paſſim illas, teſte *Præfatione*, auxiſſet atqve emendaſſet) ſumptibus ſeorſim ſecunda vice Hamb. A. 1590. *in fol. reg.* editæ, tum in Exegeſi prolixa Familiæ Ranzovianæ, multis figuris æneis, ac Poetarum in laudem Noſtri Carminibus, illuſtrata, qvæ *fol. 10-44.* occurrit, tum in Appendice, inſignia omnium Nobilium Sleſvicenſium & Holſatorum, nonnullorum ex iis effigies æneas, & Pyramidum, Obeliſci, Monumentiqve ſepulchralis Herois noſtri imagines ac deſcriptiones, exhibente. Plura de Genealogiis hiſce (qvas ipſi Ranzovio Pet. Lindebergius, *in Hypotyp., c. 3., p. m. 35. 36.*, tribuit), *P. I. Iſag. ad Hiſt. Cimbr., c. 14., §. 2., p. 209. 210. 211.*, attulimus, ſimulqve, tum iſtas, tum ipſum *Theatrum* majus *Genealogicum* Henningii, additamentis αὐτογράφοις ab Heroe noſtro paſſim, ſed inprimis in Genealogia familiæ ſuæ, aucta, in Bibliotheca Muleniana, Academicæ Hafnienſi donata, ſupereſſe monuimus.
8. Ipſius RANZOVII *Genealogia Ranzoviana* (de qva Scriptorum Catalogus conſulendus), *p. 17. & alibi.*
9. JONÆ ab ELVERFELD *de Holſatia, ejusqve ſtatu & ordinibus, Claſſes III.*, Carmine ſcriptæ elegiaco, &, cum Ranzovii exegeſi hiſtorica, Hamb. A. 1592. editæ, *Cl. II., lit. G. & H.*, & Steph. Joh. Stephanii ex iſtis Excerpta, *in Sylloge Scriptorum de Regno Danico, ejusqve Provinciis, p. 296. 297. 302-308.* Addatur his ejusdem Elverfeldii *Calliope, ſive Carmen heroicum, continens encomia & laudes hiſtoricas Henr. Ranzovii*, Sleſvici A. 1591. *in 4.* excuſum.
10. *Epitaphia* in obitum Cognatorum, propria pariter atqve aliena, Lipſiæ A. 1584. *in 4.* a Ranzovio edita.
11. *Epiſtolarum*, de qvibus mox dicetur, ad Heroem noſtrum *Conſolatoriarum* Sylloge, a Georg. Lud. Frobenio collecta, & aliqvoties edita, iſtiqve *p. 80. 81.* inſertum elogium ejusdem perbreve, ab Anonymo conſcriptum.
12. Carminum adoptivorum, a viris eruditis Ranzovii, ac cognatorum ipſius, laudibus ac honori dicatorum, Syllogæ complures, A. 1588. *Deſcriptioni pompæ funebris Frid. II, R. Dan*, A. 1591. *Poemati de Somniis, A. 1594. Libello de origine Cimbrorum*, A. 1596. *Diario ſive Calendario*, uti & aliis ſcriptis compluribus, Appendicum inſtar, adjectæ, qvarum locis ſuis fiet mentio.
13. Autores, qvi, ex hactenus enumeratis Ranzovii, & Amicorum, monumentis, ſolas Inſcriptiones, ſed ſatis numeroſas, qvibus ille non ſolum arces ſuas, prædia, obeliſcum & pyramidas, ſed aliarum qvoqve Cimbriæ urbium ac villarum templa & loca publica, exornavit, collegerunt, Nathan Chytræus ſcil., *in Deliciis variorum in Europa itinerum* (Herbornæ A. 1594. & Bremæ A. 1616. *in 8.* editis) junctim eas, *p. 468-535.*, exhibens, Franciſcusqve Sweertius *in Selectis orbis Chriſtiani Deliciis* (Colon. 1625. *in 8.*), & Otto Aicherus *in Horto variarum Inſcriptionum* (Salisb. 1676. *in 8.*), ac *Theatro funebri* (ibid. 1675. *in 4.*), easdem, ſed ſparſim, & diverſis locis, repetentes. Conf. *P. I. Iſag. ad Hiſt. Cimbr., c. 3., §. 9., p. 24. 25.*

Spectant

Spectant huc etiam, qvos hæc ſcribenti conſulere non licuit:

14. PET. ALBINUS, Elect. Saxon. Secretarius & Hiſtoriographus, *in Wiperto, ſeu Originibus Ranzovianis*, Henr. Ranzovio inſcriptis, ac Witebergæ A. 1587. *in 8.*, & 1588. *in 4.*, impreſſis, qvæ vetuſtiorem familiæ Ranzovianæ Genealogiam illuſtrant & hiſtoriam.

15. HENNINGUS CONRADINUS, Hamburgenſis, ſcholæ patriæ Conrector, *in Epigrammatum in Heroas in arce Bredenbergenſi depictos, claroſqve & fortes Ranzovios, libro hiſtorico*, Antwerpiæ A. 1581. in 4, Noſtri ſumptibus, publicato, de qvo plura in Biographia jam diximus.

16. ALB. LOMEIERUS, Lubbecenſis Weſtphalus, *in Ranzovii, prædii Ranzoviorum hæreditarii, ab ipſo inſtaurati, Deſcriptione*, Islebiæ A. 1595. *in 4.*, auſpiciis ejus, edita, de qva Biographia itidem relegatur, nec non *in Γεϱαςίῳ, generoſo ac nobili Domino Henr. Ranzovio, Cimbriæ Danicæ Proregi ſtrenuiſſimo, amplarum poſſeſſionum, amplioris eruditionis, virtutis ac ſcientiæ, ampliſſimæ vero apud poſteros famæ & honoris, perpetuo hæredi, oblato*, & Ulyſſeæ A. 1592 *in 8.* excuſo, ſive Carminum in Ranzovii inſignia, faciem, pyramidas, Bibliothecam, & tabernaculum ſenile ligneum, faſciculo perbrevi, & ſeſqviocternionem vix implente.

17. SCIPIO AMIRATUS, Sacerdos Italus, & trium Hetruriæ ducum Hiſtoricus, cujus *Arbor genealogica Ranzoviana*, Henrico inſcripta, ejusqve ſumptibus æri inciſa, cujus ipſe, in literis ad Heroem noſtrum A. 1593. Florentiæ exaratis, & *inter Epp. Conſol. obviis (p. 285. 286.)*, mentionem injecit, mihi hactenus non eſt viſa. Conf. de illa, ſicut & Melch. Neofanii, Brunſvicenſis, Antiſtitis in patria Petrini, Poemate ſimili, qvod Caji Ranzovii, Noſtri filii, memoriæ a ſe dicatum iri, A. 1591., in Ep. ad eum (*l. c. p. 256.*), promiſit, affecto: *P. I. Iſag. ad Hiſt. Cimbr., c. 14., §. 6., p. 221.*

18. MICH. BEUTHERI, Prof. Argent., Elogia biographica Johannis, Henrici & Danielis Ranzoviorum, Pauli Jovii Elogiis & Imaginibus Heroum bellicorum, Germanice verſis & Baſileæ A. 1582. *in fol.* editis, ſubjuncta.

Inſcripſerunt Ranzovio Epiſtolis dedicatoriis peculiaribus:

PET. ALBINUS, Hiſtoriogr. Elect. Sax., *Wipertum, ſeu Origines Ranzovianas*, de qvibus jam dictum, Witeb. A. 1587. editas.

MICH. BOJEMUS, ſcholæ Torgenſis Rector, *Hiſtoriæ de Somniis, eorumqve eventibus, Libros II*, cum *Genealogia familiæ Ranzovianæ*, a Wigberto, Comite Groycenſi recens deducta, verſibus incluſa, & Franc. Ranzovio, Henrici filio, inſcripta, Henriciqve ipſius *de Somniis Poemate*, A. 1587. *in 4.* publicatos.

JOACH. CAMERARIUS jun, Poliater Noriberg., *Ἔκλεκτα γεωργικὰ, ſeu Opuſcula ruſtica, a ſe partim collecta, partim compoſita*, Norib. 1577. *in 4.* & 1596. *in 8.*

LUDOV. CAMERARIUS, patris ſui. Joach. Camerarii ſenioris, *Comm. de generibus Divinationum, ac Græcis Latinisqve earum vocabulis*, Lipſ. 1576. *in 8.*

DAVID CHYTRÆUS, Theol. Roſtoch., *Partem II. Chronici Saxoniæ, ab A. 1524. ad 1549. deductam*, Roſt. 1590. *in 8.*

M. GEORG. CRUSIUS, Hannoveranus, *Deſcriptionem Bredenbergæ*, paulo ante memoratam, A. 1569. *in 4.* &c.

THOM FINCHIUS Flensburgenſis, Med. D. & Prof. Hafn. primar., *Horoſcopographiam*, Argent. A. 1585., Witeb 1588., & Sleſv. 1591. *in 4.*, editam, de qva fuſius ſuo loco dictum eſt.

GEORG. LUD. FROBENIUS, Iphovia Francus, Domeſticus ipſius, *Syllogen Epiſtolarum ad ipſum Conſolatoriarum*, de qva mox plura dicemus, Francof 1593. & 1595. in 8.

JANUS GULIELMIUS, Lubecenſis, Philologus celeberrimus, *Poemata* ſua. V. Carmen Heroicum ad Ranzovium, iis, in editione Anni 1603. Lignicenſi, a Caſp. Conrado curata, præfixum

OVENUS GÜNTHERUS. Holſatus, Philoſ Prof. Helmſt., *Orationem de dignitate Juris*, Roſt. 1567. in 8.

HERM. HAMELMANNUS, Th. Lic. & Superint. Oldenburg., Anonymi *Tractatum de Meditatione qvatuor noviſſimorum*, a ſe, una cum *Narratione* ſua *de qvorundam Principum & Comitum, multarumqve nobilium familiarum, in Saxonia inferiore, interitu*, Lipſiæ A. 1592. *in 4.* editum.

JOH. HEURNIUS, Med. D. & Prof. Leidenſis, *Inſtitutiones Medicas, & Tractatum de modo ſtudendi in Medicina*, Hanoviæ 1593. in 8.

CHRISTOPH. KELLINGHAUSEN, Hamburg., J.U.D., *Libros III. de Rebus Geſtis Parentis ipſius, Joh. Ranzovii*, Carmine ſcriptos Heroico, Francof. 1567. *in 4.*

PAULUS KRETZERUS, Bibliopola Hamburg., Iſabellæ Corteſiæ *Secreta Chymico-Medica*, e L. Ital. in Germ. a ſe tranſlata, Francof. 1596. *in 8.*

DETHLEVUS LANGENBECIUS, Hamburg., JCtus, *Annotationes novas in Leges aliqvot J. Civ. perdifficiles*, Baſ. A 1564 & Argent. A. 1609. *in* 8 excuſas.

JOH. LAUTERBACHIUS, Scholæ Heilbrunn. Rector, Epitaphia & Epigrammata in mortem Liberorum ipſius funebria, aliaqve Poematia.

ERPOLDUS LINDEBROGIUS, Canonicus Hamburg, M. Adami, Bremenſis Canonici, *Hiſtoriam Eccleſiaſticam*, cum *Libello de ſitu Daniæ*, auctiorem a ſe, e Biblioth. ipſius, editam, Lugd. Bat. A. 1595 *in 4.*

PET. LINDEBERGIUS, Roſtoch., Ἡδυσμάτων, ſive *Carminum juvenilium, Claſſes III.*, Hamb. A. 1592. & Francof 1595. in 8.

DAVID LOBECHIUS, Hamb., Th D. & PP. Roſtoch., Serm. fun. Germanicum, in exeqviis Pet. Lindebergii, e 2. Reg. XXII 20., a ſe habitum, Roſt. 1596. *in 4.*

ALB. LOMEIERUS, Lubbeca Weſtphalus, præter Γεράσιον A. 1592., & *Ranzovii prædii Deſcriptionem*, A. 1595. publicatam, de qvibus paulo ante dictum, *Librum II.* Poematis *de Arte Poetica* Heroici, Tremoniæ A. 1594. *in 8* excuſi.

EILHARDUS LUBINUS, Prof Roſtoch., Muſæi *Poema de Hero & Leandro*, Latino Carmine a ſe verſum, & Græco-Latine editum, Roſt. 1595 *in 4.* nec non *Facem Poeticam, ſive Genealogias Deorum Gentilium & Virorum illuſtrium*. ed. Roſtochii A. 1597 *in 8.*

MART. MARSTALLERUS, Conſil. Pomeranicus, Problema Ethicum, an Beato opus ſit amicis, carm. heroico diſcuſſum, Bardi A. 1591. *in 4.*

HENR. MOLLERUS, Hamb., Theol. D. & Prof. Witeb., Evacis *Poema de Gemmis*, ab ipſo Ranzovio Lubecæ A. 1575. *in 8.* editum, de qvo Catal. Scriptorum conſulendus.

NICOL. RAIMARUS URSUS, Dithmarſus, Mathematico Cæſareus, *Grammaticam Latinam Ranzovianam*, A. 1580. in 8., & *Geodæſiam Ranzovianam*, Germanice Lipſiæ A. 1583. *in 4.* editam.

REIN. REINECCIUS, Hiſt. in Acad. Julia Profeſſor, Alberti Stadenſis *Chronicon*, e Bibliotheca ejus Helmſtadii A. 1587. in 4. a ſe editum.

M. JOH. RITZENBERG, Secretarius Hamburg., Epitaphia Joh. Æpini, & aliorum clarorum Hamburgenſium, excuſa Roſtochii A. 1555. in 4.

M. GEORG. ROLLENHAGEN, Scholæ Magdeb. Rector, Batrachomyomachiam ſuam Germanicam, ad Homericæ imitationem ſcriptam, ſive den Froſchmäuſeler, ed. Magdeb. A. 1595. *in 4.*

ANDR SCHATO, Med. D. & Prof. Witeb., Pauli Alexandrini Εἰσαγωγὴν εἰς τὴν ἀποτελεσματικήν, e Biblith. Ranzov., cum Verſione ſua Latina, Witeb. A. 1586. & 1588. *in 4.* publicatam.

JOACH. TANCKIUS, Med. D. & Prof. Lipſ., *Librum de Cylindro connexo & concavo*, Genevæ 1596. in 8.

ANDR WECHELUS, Bibliopola eruditus, Joſ. Scaligeri *Opus de emendatione Temporum*, *ſumptibus ſuis recuſum*, Francof. 1595. in fol.

JOH. WERNERUS, Med. D. & Poliater Halberſtad., *Therapevticæ* ſuæ *Libros II.*, Francof. 1596. *in 8.*

His addendi, fide Pet. Lindebergii (ex hactenus recenſitis, non niſi Joach. Camerarium, D. Chytræum, P. Albinum & J. Lauterbachium, memorantis), *in Hypotyp Ranzov. c. 3.*, Juſtus Lipſius, Nicol Reusnerus, Paulus Meliſſus, Conr. Daſypodius, Joh. Politus & Mich. Neander, qvorum Opuſcula, Ranzovio inſcripta, nondum oculis uſurpare mihi licuit.

Reliqvarum, qvæ ad ipſum a Monarchis, Principibus, Comitibus, Magnatibus item aliis, virisqve doctis qvamplurimis; (qvorum plerosqve, in Fautorum ipſius ſereniſſimorum ac illuſtrium, Amicorumqve, Catalogis Biographiæ inſertis, indicavimus) usqve ad A. 1595., magno numero exaratæ ſunt, Epiſtolarum, a ſe ſtudioſe collectarum, Syntagma M. Georg Ludov. Frobenius, Pædagogus tunc Herois noſtri domeſticus, deinde vero bibliopola & typographus Hamburgenſis, ter ſub hoc edidit titulo: *Epiſtolæ Conſolatoriæ Regum, Principum, Comitum, Baronum, Nobilium, aliorumqve clariſſimorum & doctiſſimorum Virorum, ad Henr. Ranzovium, ex Patris, Liberorum & Conſangvineorum, morte luctu affectum, ac ipſius ad plerasqve Reſponſiones, & præterea qvædam cognatæ Acceſſiones.* Duæ priores illarum Editiones, Francofurti A. 1593. (*) & 1595. *in 8.* publicatæ, ſolas exhibent conſolatorias, & ſub finem Anni 1594. terminantur: Tertia autem, qvæ, Petri Fiſcheri impenſis, ſine anni mentione, ibidem *in 8.* prodiit, Conſolatoriis Epiſtolas etiam Virorum illuſtrium & doctorum argumenti alterius adjunxit & immiſcuit, & peculiarem præterea recentiſſimarum, A. 1595. exaratarum, appendicem Indici ſubnexuit. Conf. de hac Sylloge *Partem I. Iſagoges ad Hiſt. Cimbr., cap. XIV., §. 9, p. 229. 230*, Mart. item Marſtalleri Epiſtolam, qvæ, una cum aliis Noſtri ſcriptis, & iſtas commendat, genethliacam (*in Editione illarum ultima p. 327. 328.*), ac Joſ. Scaligeri Literas, qvibus gratias Ranzovio, ob eas ſibi donatas, A. 1595. egit, *in Append. Epp. Gudianarum, num. 64., p. 153. 154.*

Non omnes autem Virorum illuſtrium & Eruditorum ad Ranzovium Epiſtolas hoc Volumine, vix undecim illarum Decadas, ſi Ranzovii reſponſoriæ, & acceſſiones cæteræ miſcellæ, ab iis ſeparentur, ſiſtente, contineri, Pet. Lindebergius teſtis eſt luculentus, qvi Anno jam 1590., aliqvot iſtarum centurias ἀνεκδότοις Herois noſtri, *in Hypotyp. Ranzov. c. 3., p. m. 36.*, accenſuit, & ad harum editionem, biennio poſt (A. 1592.), in Epiſtola, *Libro Juvenilium adoptivo ſecundo* obvia (*p. 258.*), eum verbis hortatus eſt ſeqventibus: *Vale Henrice Ranzovi, & aliqvando illas doctiſſimorum virorum Epiſtolas, toties a multis exoptatas, in lucem prodire ſine. Per Dium Fidium, non poteris nomen tuum magis æternitati conſecrare, magis propagare, qvam illis ipſis tuarum virtutum encomia continentibus Epiſtolis.* Idem teſtantur, qvæ ſeorſim, aut in ſcriptis alienis, prodierunt, ad Noſtrum Epiſtolæ, in Sylloge hac non obviæ. Tales ſunt:

Una Wilhelmi, Ducis Curlandiæ, Roſtochii A. 1590. exarata, qvam inter Davidis Chytræi *Epiſtolas* Hanoviæ A. 1614. *in 8.* editas, *p. 912. 913.*, offendes.

Una Joach. Camerarii Senioris, Prof Lipſ., d. 11. Maji A. 1572. ſcripta, *Libro II. Epiſtolarum ejus Familiarium* (Francof. 1583.), *p. 111. 112. 113.*, obvia.

Duæ Joh. Caſelii, A. 1584. & 1587. exaratæ, qvæ inter *Epiſtolas* illius *Roſtochienſes*, ab Henr. Vagetio Hamburgi A. 1641. publicatas, *num. 66. & 78.*, occurrunt. Cum priore forſan eadem eſt, cum eodem A. 1584. ſit ſcripta, qvam Juſtus a Dransfeld, in noviſſima ſua Epiſtolarum Caſelii editione, *Lib. VI., p. 355. 356.*, juris fecit publici.

Duæ Joſephi Scaligeri, A. 1595. ſcriptæ, qvas ἀνεκδότους olim in Bibliothecis Hamburgenſi & Gudiana offendi & deſcripſi. Nunc publice leguntur in Epiſtolarum Marqv. Gudii, Ultrajecti A. 1697. editarum, Appendice, *num. 63. & 64., p. 152. 153. 154.*

Una Marci Wagneri, Frimaria Thuringi, de Alberto Stadenſi e Biblioth Ranzoviana edito, & MSStis ſimilibus Hiſtoricis, Wagnero viſis, differens. Subjuncta eſt illius Kurtzem Auszuge vom Königreiche Thüringen, ſcripto vernaculo, Jenæ A. 1593 *in 4.* excuſo.

In Sylloge Frobeniana tres tantum leguntur Dav. Chytræi Epiſtolæ ad Ranzovium, & has inter Conſolatoria de Caji filii obitu, A. 1591. ſcripta, cæteris prolixior (*p. 187-191*), qvæ ſeorſim etiam, cum reſponſoria Ranzovii, qvadruplo majore, Hamb. A. 1591 *in 4.* prodiit, ſola autem, inter *Tractatus Variorum de eruditione comparanda*, a Thoma Crenio Lugd. Bat. A. 1699. *in 4.* recenſitos, *p. 559-562.*, eſt recuſa. In Syntagmate contra Epiſtolarum Chytræi ipſius Hanovienſi, A. 1614. excuſo, octo ad eundem, *p. 406-411. 549. 550. 576. 577. 631. 632. 688. 689. 720. 745. & 770.*, invenies.

Tres Juſti Lipſii Frobenius, *p 182. 220. 338.*, itidem exhibuit, A. 1587. 1591. & 1594. exaratas. Secunda harum eadem eſt cum conſolatoria de morte Caji filii, qvam *Centuria* Lipſianarum *ad Germanos & Gallos ſingularis, n. 2.*, exhibet. Fruſtra autem apud Frobenium qværes *8vam Centuriæ I. Epp Miſcell.*, Id Febr. A. 1585. exaratam, amœbæas item Lipſii & Ranzovii de Fato, cui hic patrocinatus eſt, Mathematico & Aſtrorum influxu, Appendici Epiſtolarum Franc. & Joh. Hotomannorum, Amſtelod. A. 1700. *in 4.* excuſarum, ab Editore, Jano Gvilh. Meelio, JCto, inſertas, de qvibus *Acta Erud. Lipſ., M. Febr. A. 1701., p. 64.*, poſſunt conſuli.

Qvatuor

(*). Editio Anni 1593., typis Chriſtoph. Axini, *in 4.* excuſa, qvam Spachius *in Nomencl. Scr. Philoſ. p. 317.*, & *Catalogus Biblioth. Oizelianæ, P. II., p. 150.*, allegant, meos hactenus oculos effugit.

Qvatuor Petri Lindebergii, Sylloges Frobenianæ *p. 105-107. 119-123. 225-227.*, & *in Append. n. 2.*, obviis, ex ejus *Juvenilium Libro Adoptivo II.*, *ſive Epiſtolico* (tres harum priores itidem ſiſtente), duæ aliæ, A. 1592. ſcriptæ, poterunt adjici.

Joſ. Scaligeri Epigramma ad eum de obitu Filii Conſolatorium, legitur in *Jambis Gnomicis*, Leidæ A. 1607. *in 8.* a Dan. Heinſio editis, *num. 13.*, *p. 17.*

Nath. Chytræi Carmen ad eum, in Legatione Regia Roſtochium transeuntem, *in Poematis*, *Lib. 3. Sylvarum*, *fol. 71. 72.*

Frid. Taubmanni Poemation ad eum encomiaſticum, *in Melodæſiis*, Lipſiæ A. 1615. editis, *L. 2. Epicorum p. 171. 172.*, Epigramma autem in Imaginem ejus, *ibid. Lib. I. Epigr. p. 335.*

Nicol. Reusneri Carmen ad eum Phalæcium, *Libro I. Philotheſiorum.*

E Carminibus, in laudes ejus ſcriptis, paucula hæc allegaſſe erimus contenti. Cæterorum enim, minutiorum præcipue, qvibus Pet. Albinus, Chriſtoph. Arnoldus Dresdenſis, Greg. Bersmannus, Mich. Bojemus, Ant. Cautius, Nath. Chytræus, Mich. Clenovius Jun., Henn. Conradinus, Sam. Crügerus, Matth Dreſſerus, Paulus ab Eitzen, Jonas ab Elverfeld, Herm. Empſichovius, Caſp. Enſius, Caſp. & Georg. Fabricii, Rud Fauſtius, Salom. Frencelius, Nicod Friſchlinus, Georg. Lud. Frobenius, Joh. Fuſius, Phil. Gallæus, Vitus Gruelus, Barthol. Gryphius, Janus Gulielmius, Jonath. Gutslofius, Joh. Heurnius, Henr. Huſanus, Chriſtoph. Kellinghuſius, Janus a Kotteriz, Joh. Lauterbachius, Pet. Lindebergius, Alb. Lomeierus, Eilh. Lubinus, Joh. Major, Henr. Meibomius, Paulus Meliſſus, Andr. Mylius, Melch. Neofanius, Mart. Nigrinus, Adolphus Occo, Zach. Palthenius, Joh. Pennibüttel, Joh. Politus, Dan. Ranzovius, Nicol. & El. Reüſneri, Laur & Barthol. Rhodomanni, Dan. Rogerſius, Georg. Rollenhagius, Andr. Schato, Chriſtoph. Dethl. & Theoph. Sylvii, Joach. Tanckius, Franc. Tengnagelius, Dan. Tvitemeierus, Jac. Typotius, Georg. Wippermannus, & Poetæ alii Sec. XVIti, partim celebriores, partim obſcuriores, Apollinem hunc ſuum, Muſagetam & Mæcenatem, compellarunt, venerati ſunt, celebrarunt, tanta, in ſcriptis ipſius & clientum, occurrit multitudo, ut enumeratione illorum abſtinere, brevitatis ſtudio, vel inviti cogamur.

Conferri de RANZOVIO, præter Autores alios, ſupra jam allegatos, poſſunt ſeqventes, paucis ac breviter de ipſo commentati:

ALB. BARTHOLINUS *in Tr. de Scriptis Danorum p. 56.*
J. CHR. BECMANNUS *in Catal. Biblioth. Francof. p. 376. 377.*
GREG. BERSMANNUS *P. I. Poematum*, *Lib. 2. Elogiorum*, *p. 168.*
ABR. BUCHOLZERUS *in Indice Chronolog.*, *ad A. 1526. 1565. 1599.*
JOH. FRANC. BUDDÆUS *T. IV. Lex. Hiſtor. p. 261.*
JOH. CASELIUS *in Or. parent. Joh. Neovino ſcripta*, & Helmſt. A. 1612. edita, *p. 8.*
DAV. CHYTRÆUS P. II. *Chronici Saxoniæ*, *in Dedic.*, *ac p. 78. & 257.*
NATH. CHYTRÆUS *in Præfat. Delitiarum variorum in Europa Itinerum.*
MICH. CLENOVIUS Jun. *in Tyrociniorum Poeticorum Myrmecii p. 70.*
CASP. CONRADUS *Millenario* I. *Proſopographiæ Melicæ p. 140. 141.*
CASP. DANCWERTHIUS *in Chorograph. Cimbr.*, P. I., *c. 2.*, *p. 6.*, *c. 3.*, *p. 19.*, & P. III., *c. 14.*, *p. 283-285.*
JOH. FABRICIUS P. III. *Hiſtoriæ Biblioth. ſuæ p. 39.*
JOH. JAC. FRISIUS *in Biblioth. Geſneriana continuata p. 332.*
JOH. FUNGERUS *in Libro Symbolorum variorum p. 5.* (*Conf. Tractatus de Erud. compar.*, *a T. Crenio editos*, *p. 557. 558.*)
JOH. GALLOESIUS *dans le Tr. des plus belles Bibliotheqves p. 119.*
CHRISTOPH. GRÆFIUS *Parte* II. *Dyotæ Sacræ*, *ſive in Politico Orientali*, *p. 46.*
NICOL. HELDVADERUS *P.* II. *Sylvæ Chronol. Circuli Balthici p. 77. 263.*
LUD. JACOBUS a S. CAROLO, *in Tr. Gall. de Bibliothecis*, *c. 62.*, *p. 237-240.*
JAC. WILH. IMHOFF *in Notitia Procerum S. Rom. Imp*, *Lib. 9.*, *c. 7.*, *p. 1448. 1449.*
MELCH. JUNIUS, *Tomo* I. *Oratt. p. 588. Edit. Argent. 1620.*, laudes ei inſignes tribuens.
GEORG. MATTH. KöNIGIUS *in Biblioth. Vet. & Nova p. 677.*
WOLFG. KRüGERUS *in Catalogo Mille Virorum*, *fol. 127. a. b.*
AD. HENR. LACMANNUS *in Or. de Meritis Ord. Eqv. Cimbr. in rem Chriſtianam p. 18. 19. 32.*
JOH. LAUTERBACHIUS *in Epigrammatis de Frid.* II, *R. Dan.*, *rebus geſtis*, Francofurti 1592. in 4. editis, paſſim.
JOH. ANT. LINDANUS *in Tr. de Scr. Med. p. 240.*, & GEORG. ABR. MERCLINUS *in Lind. Renov p. 400.*
CLAUD. LYSCHANDER *in Catal. MS. Scriptorum Danicorum*, *lit. H.*
SUFFR. PETRI *ſub finem Epiſt. Dedic. Decadum de Scriptoribus Friſiis*, *ed. A. 1593.*
JOH. ISAACIUS PONTANUS *in Chorographia Daniæ*, *Hiſt. Danicæ ſubjecta*, *p. 786.*
JOH. BAPT. RICCIOLUS *in Chronico Mathematicorum*, *Almageſto novo A. 1651. præfixo.*
JOH. SCALIGER *Epiſt. 209. ad Henr. Lindebrogium.*
JOH. GEORG. SCHENCKIUS *in Biblioth. Medica p. 15. 219. 220.*
ANT. VERDIER *in Supplem. Biblioth. Geſneri p. 22.*
GERH. JOH. VOSSIUS *in Lib. de Scient. Mathem.*, *c. 65.*, *§. 51.*, *p. 386.*

ELOGIA E PLURIMIS SELECTIORA.

א. GALLORUM.

JAC. GAFFARELLUS (*in Curioſitatibus inauditis p. m. 170.*) præcipuis eum Aſtrologiæ judiciariæ defenſoribus accenſet.

JOH. GALLOESIUS (*dans le Traitté des plus belles Bibliotheqves d'Europe p. 119.*) ita de illo, & Bibliotheca ipſius: *Le Dannemarc a auſſi qvelqves Bibliotheqves fort conſiderables dans Coppenhagve. Il y a eu premierement celle de Henry de Ranzou, Gentilhomme Danois, de l'illuſtre famille, duqvel le Marechal de Ranzou eſtoit ſorti, d'ou l'on peut remarqver en paſſant, qve cette race ne tire pas moins d'eclat des ſciences, qve de l'epée. Cet illuſtre*

ſtre Seigneur étoit ſi amateur de livres, qv'il n'avoit point de plus grand plaiſir, qve de les lire; & c'eſt ce qv'il temoigne admirablement bien, par les beaux Hendecaſyllabes, qv'il compoſa ſur ce ſujet: Salvete aureoli mei Libelli, &c.

NICOL. GHIBERTUS, Lotharingus, Med. D. & Practicus Vetulanus (in Epiſt. ad Ranzovium A. 1593. exarata, & inter *Epp. Conſol. p. 281-285.* obvia), *Virum* eum ſalutat *omnibus naturæ ac fortunæ dotibus ornatiſſimum*, &, *neminem unqvam, tot, vel naturæ, vel fortunæ, doctrinæ, præſidiis inſtructum, ad ſimile dignitatis vel faſtigium paratiorem acceſſiſſe*, affirmat.

PHIL. LABBEO (*in Biblioth. Bibliothecarum p. m. 133.*) *Vir* audit *nobiliſſimus*.

JOS. SCALIGER, in Epiſt. ad ipſum VIII. Kal. Oct. A. 1595. ſcripta (qvæ in Gudianarum Appendice prodiit), ita eum alloqvitur: *Tua virtus, eruditio, generis ſplendor, ejusmodi ſunt, ut & ab invitis confeſſionem aliqvam exprimere poſſint. Qvid putas amantes tui facturos, qvi ea tacere non poſſunt? In qvibus ego, aut principem locum teneo, aut ſaltem nemini concedo. - - - Amici mei teſtes ſunt, qvantum amem eos, de qvibus non poſſum loqvi, niſi prius laudaverim. Sed qvid te moror? Scito te a me tanti fieri, qvanti neminem.* Obitum autem ejusdem, Ep. 209. ad Henr. Lindebrogium, V. Id. Mart. A. 1599. exarata, *p. m. 461.*, hiſce verbis deplorat: *Literæ tuæ ſolido gaudio me affeciſſent, niſi de obitu nobiliſſimi Henr. Ranzovii monuiſſent, qvi, ut fortaſſe propter ſenectutem mature deceſſiſſe videatur, tamen, propter raras ejus dotes, acerba mors nobis eſſe debet. Qvotidie orcus carum caput aliqvod, aut amicum Muſis, aut Reipublicæ neceſſarium, rapit; qvod non niſi damno noſtro fit, qvi non habemus, qvi jacturas tantas reficiamus, qvum rariſſimi ſint hodie, qvi aut de ſe ſtatuant exemplum, aut ingenia nobiliora imitentur. Itaqve, & vixit ille nobis, & mortuus nunc nobis eſt, & ſibi vivit.*

CLAUD. SALMASIUS, *in Tr. de Annis climactericis & antiqva Aſtrologia*, eum *Virum genere & doctrina inter ſuos illuſtrem, ac præſtantiſſimum artis genethliacæ autorem*, appellat.

ב. ANGLORUM.

THOM. FARNABIUS, in Catalogo Poetarum, *Indici Rhetorico & Poetico* adjecto, celebrioribus Germaniæ Poetis eum annumerat.

DAN. ROGERSIUS, Legatus in Aulam Danicam Anglicus, in Epigr. in Ranzovii *Delineationem Cherſoneſi Cimbricæ* (apud Lindeb. *in Hypotyp. c. 3., p. m. 38.*), ita de illo canit:

Nimirum ille, velut proavitæ ſtemmate ſtirpis,
Provocat antiqvos arte fideqve Sophos.
Deſine, Roma, tuos toties jactare Qvirites,
Major ab Arctoo cardine ſurgit honos.

ג. BELGARUM.

JOH. FUNGERUS, Scholæ Leovard. Rector, *Libro Symbolorum variorum, p. 5.*, prolixum intexuit Ranzovii elogium, in Thomæ Crenii Syntagmate *Tractatuum variorum de erud. comparanda*, Leidæ A. 1699. edito, *p. 557. 558.*, recuſum, inqve illo his ipſum verbis compellavit: Πλάτω δ' ἀρετὴ ϗ κῦδ☉ ὀπηδεῖ. *Tibi id dico, Ranzovi Herôs, cujus qvæ virtus & qvæ gloria ſit, nemo neſcit. Renidet iſta verſus Danubium, pervagatur Rhenum, excurrit ad Tagum, Seqvanam & Thameſim lambit, perſtringit Scaldim Friſiamqve noſtram. Omnia tibi, aut multa, ſimul. Nam qvæ prudentia, qvis animi vigor? Norunt id docti, qvorum monumenta totum terrarum orbem pervolitant. Exemplo tuo multis ſtimulum & calcar addis ad res præclaras. - - Jam es adeptus ſummum felicitatis culmen inter mortales. Qvo accedit, qvod ſis patronus eorum omnium, qvi operantur Muſarum ſacris.*

JANO GRUTERO (*Libro II. Chronici Chronicorum*) *Flos* audit *Nobilitatis ſuæ vere illibatus*.

JUSTUS LIPSIUS, in Epiſt. ad Noſtrum, Id. Febr. A. 1585. ſcripta, (*Cent. I. Epp. Miſcellan., num. 88.*) ita eum allocutus eſt: *Omnes Mortales ſeſe laudari expetunt, ait Poeta vetus: Non valde tamen ego, niſi a laudatis. Inter eos autem qvis ante Ranzovium mihi ſit? Genus tuum intueor? Nobiliſſimus es. Famam? Clariſſimus: Virtutem & doctrinam? Utraqve maximus. Nec facile, qvem bis junctim rebus prætulerim tibi, reperiam in Europa.* Et, ne Viro illuſtri putes eſſe aſſentatum, in alia ad Joh Eſychium verbis hiſce laudavit: *De Ranzovio, illuſtri ad Septentrionem ſidere, gaudeo te noſſe. Revera inter paucos ille Vir, & qvi Nobilitati ſuæ magnum decus eſt pariter & exemplum. Innotuit mihi ejus virtus & doctrina e Libris dudum, Amor in me ex Literis benevolentiæ plenis.*

SUFFRIDUS PETRI, *in Ep. dedic.*, *Decadibus Scriptorum Friſiorum* A. 1593. præfixa, ſub finem, ita de illo: *Æternam laudem, ſempiternamqve gratiam, hac in parte, noſtra ætate, promeruit omni ſeculo ſuſpiciendus ampliſſ. & nobiliſſ. vir, Henr. Ranzovius, Prorex Daniæ. Qvi non modo viros eruditos præmiis liberaliſſime excitat, ſed & ipſe qvoqve ſcriptis ſuis doctiſſimis operam ſtrenuam navat. Et, qvanqvam Politicis, imo & Regalibus qvoqve negotiis infinitis, diſtrictus ſit, nihilominus tamen, & Daniam, & Saxoniam ſuam, aſſidue exornat. Cui nihil magis cordi eſt, qvam ut antiqvos patriæ ſcriptores undecunqve conqvirat, & extructis Bibliothecis conſecret, horumqve ſubſidio Antiqvitates deſideratas in lucem proferat.*

JAC. TYPOTIUS, in Epiſt. ad eum, A. 1595. ſcripta (*in Append. Epp. Conſol., fol. 6.*), *Monumenta ingenii* ejus *præclara* vocat, *omniqve æternitate victura*, & paulo poſt addit: *Tibi uni, propter eruditionem ſingularem, & rerum omnium magnarum ſcientiarumqve cognitionem univerſam, probari malim, qvam clariſſimo orbis terrarum amphitheatro.*

GERH. JOH. VOSSIUS, *in Lib. de ſcient. Mathem., c. 65., §. 51., p. 386.*, ita de illo: *Vir fuit magnæ doctrinæ, Daniæqve ſuæ perpetuum decus. Cujus multa a multis poteram elogia congerere, ſi putarem alienæ illum laudis indigere. Solum hoc præconium appoſui, qvia nihil videam libentius, qvam ſi cum genere illuſtri illuſtris certet eruditio. Cognata tandem Aſtra petiit A. 1599., æt. 74.*

ALETHOPHILO Ψευδωνύμῳ (*in Obſervationibus extemporaneis ad Trophæa Libitinæ, a Car. Drelincurtio erecta*) audit *Excellentiſſimus Heros, ſui ſeculi decus, utraqve Pallade clarus.*

ד. DANORUM.

TYCH. BRAHEI Verſus in laudem ejus, *ex Elegia ad Daniam* depromptos, in Biographia jam recitavimus.

THOM. BARTHOLINUS, *in Diſſ. de Medicis Poetis p. 115.*, eum *Heroem ad promovendas literas natum* ſalutat, &, in *Ep. dedic.* ad Nepotem, Chriſtianum, Comitem Ranzovium, *Obſervationibus de nivis uſu Medico*

co A. 1661. præmiſſa, hiſce verbis celebrat: *Qvantum Muſæ ſummo tuo avo, Heroi æternis laudibus digniſſimo, Dn. Henr. Ranzovio, Cimbriæ qvondam Proregi, debeant, nulla ætas ſilebit. Intimæ apud illum admiſſionis caput inter ſidera efferebant, &, tanto Mæcenate ſuperſtite, de ſeculo triumphabant, cæleſtibus præſidiis fultæ.*

CLAUD. LYSCHANDER, *in Catal. MS. Scriptorum Danicorum* (*lit. H.*), *virum* eum appellat *genere ac indole nobiliſſimum, ingenio & divitiis potentiſſimum, moribus & vita integerrimum, Danicarum Antiqvitatum, & totius orbis arctoi, lumen & gloriam, poſteritatis memoria longe digniſſimam, virum bonis & doctis omnibus cariſſimum, de Rege, & de regno, de familia, Muſis & Marte, qvam optime meritum.*

ERASMO MICHAELIO LÆTO (*Lib. VI. Rer. Dan. p. 314.*) *Vir artibus inſtructus multis, & divite rerum proventu felix.*

ELIÆ OLAI, Tych Brahei familiari (*in Diario Aſtrologico A. 1586., lit. Cc. 2. b.*), *Vir* audit *nobiliſſimus, & Aſtrologiæ peramans.*

CHRIST. OSTENFELDIO (*in Orat. memoriæ Thomæ Finchii habita p. 34.*) *Heros literarum & armorum gloria inclytus, qvi literas non modo amabat, ſed &, ſupra æqvalium conſvetudinem, ipſe callebat.*

JOH. ISAACIUS PONTANUS, *in Chorographia Daniæ*, de Scriptoribus hujus ἐξοχωτάτοις differens, *p. 786.*, de Noſtro ita ſcribit: *Tychoni proximum locum, nec longo proximum intervallo, jure meretur Henr. Ranzovius, Cimbricæ nobilitatis ut apex & decus, ita animi vel maxime præclaris dotibus, omniqve liberali doctrina, oppido inſignis. Is, licet Regia præfectura, arduisqve Ducatus non Holſatici modo, ſed regni qvoqve univerſi, negotiis, toto vitæ curſu, occupatiſſimus, ea tamen eruditi ingenii emolitus eſt opera Aſtrologica, Hiſtorica, Politica, Mathematica, Philologica, Philoſophica, aliaqve, cum ſua, tum aliorum etiam, dum a blattis ac ſitu eavindicare ſtudio habet, ut, hoc nomine, vix pares habeat, qvas ei perſolvat, gratias poſteritas.*

PET. RESENIO (*in Indice III. Catalogi Bibliothecæ ſuæ*) *Heros* audit *proſapiæ & doctrinæ, ſagi & togæ, gloria vere illuſtris.*

JOH. SVANINGIO jun. (*in Prolegomenis Chronol. Danicæ p. 26.*) *Vir armis pariter & literis incomparabilis, heros illuſtris.*

ה. POLONORUM ET SVECORUM.

STEPHANI BATHOREI, Regis Poloniæ, de Ranzovio judicium Jonas ab Elverfeld huic incluſit Diſticho (*V. P. Lindeb. Juvenilia, L. I. Adopt. p. 232.*):

Si qvis erit ſtudiis, opibus, virtute, beatus,
Is, me, Ranzovius, judice, Cimber erit.

JOH. MESSENIO (*in præfat. Chorographiæ Scandinavicæ M. Adami Bremenſis p. 5.*) audit *Heros nobiliſſimus.*

ו. GERMANORUM.

PET. ALBINUS, in Epithalamio in nuptias Pet. Lindebergii (*L. I. Adopt., Juvenilibus Lindebergii ſubnexo, p. 216.*), ita de illo:

Ranzovius, qvo non meliorem, Saxona vidit
Terra, fide & meritis, & pietate, Virum.

J. H. ALSTEDIO (*L. 28. Encyclopæd., c. 7., p. 1865. b.*) *Vir* audit *extra omnem ingenii aleam.*

JOH. CHR. BECMANNO (*in Lineis doctrinæ moralis, c. 7., p. 192.*) audit *Vir doctiſſimus.*

CONRADO BALTHASARI BEHRENS, Medico Hildeſienſi (*Obſerv. 116. Anni III. Decuriæ III. Miſcell. Acad. Nat. Cur. Germ., ed. A. 1697., p. 207.*), *maximus* audit *ſeculi ſuperioris Mæcenas.*

MATTHIÆ BERNEGGERO, (*in Qq. Miſcellaneis, Qv. 126.*) *Illuſtre Daniæ ſuæ ſidus*, ac (*Qv. 199.*) *Heros & arte, & Marte, illuſtris.*

GREG. BERSMANNI, Prof. Lipſ., varia in laudem Noſtri Epigrammata, tum *in Poematis* Autoris, Lipſiæ A. 1591. *in 8.* editis, *P. I., p. 168.*, & alibi leguntur, tum *Libro* Noſtri *de conſervanda valetudine* ſunt præfixa. Nobis unicum hoc ſufficiet Tetraſtichon (*):

Sunt tibi cum Regum, tum publica commoda, curæ,
Nec tamen Aonidum munera grata minus.
Regibus ac patriæ pariter, Muſisqve, placere,
Qvod facis, humanum vincit id ingenium.

ABR. BUCHOLZERUS eum, *in Indice Chronol., ad A. 1526.*, *Cimbricæ nobilitatis apicem, Heroem omni doctrinarum genere perpolitum, & ſcriptorum plurimorum elucubratione clarum*, & ad A. 1565., *Literatorum nobiliſſimum, & Nobilium literatiſſimum*, Continuator vero, ad A. 1599., *Virum virtutis & eruditionis laude clariſſimum & nobiliſſimum, appellat.*

JOH FRANC. BUDDÆO (*T. IV. Lex. Hiſtor. p. 261.*) audit ein vortreflich gelehrter Herr.

JOACH. CAMERARIUS Sen., in Epiſt. ad Eraſmum Kirſtenium, Georg Cruſii *Deſcriptioni Bredenbergæ* præfixa, eum, *ob copulationem admodum raram, & ideo præclariorem*, literarum & artium bellicarum, commendat, & de ſe vere uſurpare poſſe Ἀρχιλόχειον iſtud judicat:

Εἰμὶ δ' ἐγὼ θεράπων μὲν ἐνυαλίοιο ἄνακτος,
Καὶ Μουσέων ἐρατὸν δῶρον ἐπιστάμενος.

JOH. CASELIUS, in Epiſtolis ad ipſum duabus, A. 1584. & 1587. ſcriptis (qvæ inter *Roſtochienſes*, ab Henr. Vagetio editas, *num. 65., p. 198. 199, & n. 78., p. 231-234*, leguntur), eum *p. 199. eximium ingeniorum* vocat *cenſorem*, &, ob munificentiam ac favorem in eruditos, ſummopere deprædicat. In *Orat.* autem *parentali*, Joh. Neovino ſcripta, & Helmſt. A. 1612. edita, *p. 8.*, hæc de eodem habet: *Qvanti faciant Holſati literarum ſtudia, docere nos poteſt generoſus & clariſſ. Henr. Ranzovius, olim & omnibus auctis, & mihi peramicus: a qvo cum ſingularis benevolentiæ beneficium acceperim, ut qvi interdum literis qvoqve me dignaretur, & ſæpe miſerit, ſive ad ſe ab aliis miſſa, ſive a ſe publicæ utilitati prodita, hunc ipſi qvoqve honorem rependo publice, laudato pridem a clariſſimis, & editis monumentis claro.*

DAV. CHYTRÆUS, *in Chronico Saxoniæ*, eum appellat, *P. I. p. m. 87.*, *Heroem nobiliſſimum; in Dedicat. Partis II., Nobilitatis eruditæ apicem, oculum reipublicæ & rectorem ſcientiſſimum, vatem bonum, & literarum ac literatorum Mæcenatem;* it. eadem *P. II.*, ad Ann. natalem 1526., *p. 78.*, *Virum ſapientia, virtute & dignitate præſtantem, literarum ac literatorum Mæcenatem, nobiliſſimo genere ac ingenio;* ac *pag.* tandem *257.*, *Oculum nobilitatis eruditæ in his terris fulgentiſſimum, & flore filiorum, virtute Patri ſimilium, beatum.*

NATH. CHYTRÆUS (cujus aliud Carmen de illo encomiaſticum prolixius, in Pet. Lindebergii *Hypotyp. Ranzov., p. m. 110. 111. 112.*, reperies) *in Epigr. in Calendarium* ipſius, *Senem* eum vocat *divinum*, & *Ranzovæ gentis laudem inclytam.*

(*) Laur. Rhodomanno, Profeſſori Witeb., illud tribuitur in P. Lindebergii *Hypotypoſi, c. 10., p. m. 112.*

CASP. CONRADUS, *Millenario I. Proſopographiæ Melicæ p.140.141.*, ita de illo:

Ranzovio Prorege potens ſe Dania jactat,
At mage Pro-Phœbo Muſica turba ſuo.

HERM. CONRINGIO (*in Epiſt. de Biblioth. Auguſta p.57.*) *Vir* audit *generoſæ ſuæ familiæ, & doctiſſimus, & maximus.*

JOH. DECKHERO (*in Conjecturis de ſcriptis adeſpotis p.m.126.*) *Vir, ob Scripta in eminentioribus ſtudiis edita, illuſtris famæ.*

CHRIST. DISTELMEIERO, Cancellario Brandeburgico, in Epiſt. ad Pet. Lindebergium A. 1592. ſcripta, hujusqve *Juvenilibus* (*Lib. II. Adopt. p.256.*) ſubjuncta, *nobilitatis literatæ Aqvila.*

MATTH. DRESSERUS (*ap. Lindeb. in Hypotyp. p.m.107.*) Græcis hiſce metris eum celebravit:

Οὗτος Ῥανζόβιος πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων,
Ἀμφότερον, κῦδος Μουσῶν, καὶ ὄζος Ἄρηος.
Δόξ' ἂν ἤδη χάρις μεγάλη τῷ ὀφείλεται ἀνδρί.

PAULUS EBERUS, *in Calend. Hiſtorico* (ad diem XI. Martii, ipſi natalem), *Heroem* eum ſalutat *omni doctrinarum genere perpolitum, & plurimis ſcriptis clarum.*

GEORG. LUD. FROBENIUS hoc imagini ejus adjecit Hexaſtichon, P. Lindebergii *Juvenilibus* præfixæ:

Oris habes ſpeciem, qva ſe Ranzovius Heros
Exhibet, Arctoi lucida ſtella poli.
At, quæ dia latent ſub pectore Martis & Artis,
Nullus Apellæa, munera, pingit ope.
Sed nec opus: fama iſtorum mirabilis orbem
Non latet Eoum, non latet occiduum.

CHRISTOPH. GRÆFIUS, *P.II. Dyotæ ſacræ, ſive in Politico Orientali* (ed. Altenb. 1679.), p. 46., ita: *Henr. Ranzovius, Prorex Daniæ, velut alter Metellus, omnes fortunæ benignitates expertus eſt. Lingv. Ebr., & cæteras, adeo feliciter excoluit, ut neſcias, qvid potiſſimum in eo mireris, divitiaſne & probitatem uxoris, Liberorum nepotumqve, an vero culmen in omnibus ſcientiis ſublime & inſuperabile.*

AUGUSTO GRISCHOVIO (*in Ep. dedic. Introductionis in Philologiam generalem*) audit *Vir generis ſui antiqvitate nobilitateqve, nec minus muneris eminentiſſimi dignitate, longe clariſſimus, tum aliis in ſcientiis verſatiſſimus, tum Mathematum profundiore cognitione ita imbutus, editoqve plus uno ſcriptorum genere ita conſpicuus, ut nullis ordinariis cæteroqvin artis hujus doctoribus ea ætate inferior ſit reputandus, tum nihilo minus adminiſtrati commiſſi regiminis gloria ſingulari ratione condecorandus.*

HERM. HAMELMANNUS, *in Libro de Ducibus Saxon. Inf. & Weſtph., lit.H.* (*in Opp. Hiſt. p. 447.*), *Hiſtoricum* eum vocat *præſtantiſſimum, nobilem & expertiſſimum, Virumqve inter nobiles incomparabilem*; nec non (*ibid. p. 455.*) *Virum ſapientia, virtute & doctrina, præſtantem, celebrem & magni conſilii, ſagacis ingenii atqve veræ pietatis heroem, omnium piorum & doctorum patronum*; it. *in Ep. Dedic. Libb. 2. de familiarum Sax. Inf. & Weſtph. illuſtrium interitu* (*ib. p. 662.*) *Nobilium doctiſſimum, & inter doctos nobiliſſimum, literarum & literatorum Mæcenatem maximum*; it. *P. II. Hiſt. Eccl. Evang. renati, ib. p. 982., Heroem non minus pietate & eruditione, qvam genere, nobilem & generoſum, magni judicii, multæ ſapientiæ & plurimæ lectionis, Eccleſiarum & pietatis nutritorem.*

MARCUS HASSÆUS, Prof. Roſtoch. (*in Progr. fun. de vita Pet. Lindebergii*), eum *nobiliſſimi generis ac ingenii* vocat *Heroem.*

GEORG. MATTH. KÖNIGIUS, Voſſii, non nominati, verba paulo ante recitata ſua faciens (*in Biblioth. vet. & nova p. 677.*), *Virum magnæ doctrinæ, Daniæqve ſuæ decus perpetuum.*

JOH. LAUTERBACHIUS, in Epigr. ad illum (*in Epp. Conſol. p. 350. obvio*), *Holſatiæ Themidosqve præſtans columen.*

PET. LINDEBERGIUS, Roſtochienſis, cujus *Hypotypoſis Ranzoviana, Poemata Juvenilia,* & ſcripta cætera pleraqve, Ranzovianis ubiqve ſcatent laudibus, cum cliens Herois noſtri fuerit, commode præteriri a nobis poſſe videtur. Ne tamen plane negligatur, unicum tantum ejus de *Phœnice* hoc (qvem ipſemet, *in præfat. Hypotyp.*, ita ſalutavit) & *Polyhiſtore Cimbrico*, e *Juvenilibus* (*P. III., Lib. 2., p. 181.*), allegabimus Diſtichon:

Nemo Ranzovidum natus de ſtemmate major
Henrico fuit, & nemo futurus erit.

EILH. LUBINUS, *in Ep. Poematis Muſæi ad eum Dedicatoria*, illum *Virum doctrina, virtute, genere, incomparabilem* appellat: it. (*in Ep. dedic. Facis Poeticæ*) *Heroem ad ſummum veræ gloriæ, i. e. virtutis ac doctrinæ, culmen, ultra majorum veſtigia & faſtigia, ſua ipſius heroica magnanimitate, evectum.*

MART. MARSTALLERUS, Conſiliarius Pomeranicus, in Epiſtola genethliaca, V. Eid. Mart. A. 1594. ad ipſum exarata, & *Conſolatoriarum* Syllogæ *p. 324-330.* inſerta, tum alias ipſius dotes ac virtutes, tum doctrinam imprimis multiplicem, & ſcripta ſingula, fuſe admodum deprædicat, & in titulo hujus *Mæcenatem Auguſtum* illum ſalutat. Confer aliam ſimilis argumenti Epiſtolam, d. 12. Jan. A. 1594. ſcriptam, & iſti *p. 320-322.* præmiſſam. Idem *in Problemate ad illum de Amicis Ethico*, audit,

Ranzoviæ gentis Sol, gloria prima virorum,
Qvos generis ſplendor commendat & incluta Virtus.
Doctorumqve decus, turbæ columenqve novenæ.
Vir toto celeberrimus orbe, Hiſtoricis hujus ſecli, cultisqve Poetis, Materies communis, honos gentisqve paternæ. Ac plane commune bonum patriæqve bonisqve.

HENR. MEIBOMIUS Sen. ita de illo (*apud Lindeb. in Hypotyp. p. m. 112.*):

Aſtrologum, Medicum, Hiſtoricum, ſummumqve Poetam,
Nomine vis uno dicere? RANZOVIUS.

OTT. MELANDRO, JCto Haſſiaco (*Lib. I. Jocorum atqve ſeriorum p. 464.*), *Vir* audit *illuſtris & heros nobiliſſimus, fulgentiſſimum Danicæ nobilitatis decus, & cum ipſe omnium ſcientiarum facultate præſtantiſſimus, tum Literatorum Patronus ſummus, ac Fautor Promotorqve munificentiſſimus.*

PAULUS MELISSUS, in Epiſt. ad eum, d. 9. Apr. A. 1595. ſcripta (qvam *in Append. Conſolatoriarum p. 6. 7.* offendes), *Muſarum* eum *Mæcenatem & Patronum optimum maximum*, & in Oda ad Pet. Lindebergium, *Juvenilibus* hujus præfixa, ipſiusqve in literatos munificentiam fuſius commendante, *Senem eruditum, alterumqve ſeculi hujuſce Mæcenatem*, appellat. Idem alias etiam Odas in laudem Ranzovii conſcripſit, in Lindebergii *Epigram-*

Epigrammatis Ranzovianis, lit. C. 3. a. b., & *in Hypotyp. p. 107-110.,* obvias, in effigiem autem ejusdem ſeqventes (qvos *Hypotypoſis p. 118.* itidem exhibet) Hendecaſyllabos:

Hæc eſt Ranzovii decens imago,
Qvem vicaria Danici tot annos
Regis munia reddidere clarum.
Immo claruit ante. Gens avita
Stemmatis ſeriem vetuſtioris
Summa nobilitate ſemper auxit,
Raramqve inſuper eruditionem
Adjecit. Cataphractus ecce præſto eſt.
Mars thoraca viro dedit gerendum,
Sed Pallas galeam: Caput Minervæ,
Robur corporis eſt ſacrum Gradivo.
Cui mirum, cate Ranzo, ſi vel unus
Multos Marte viros, & arte, vincas?

JOH. MICRÆLIUS (*P. III. Syntagm. Hiſt. Eccl., p. m. 341.*) Aſtronomis Seculi XVI. peritioribus eum annumerat.

JOH. POLITUS, Elect. Colon. Hiſtoricus, in Epiſt. ad eum A. 1592. ſcripta (*inter Epp. Conſol. p. 304. 305.*), eum *Cimbriæ* vocat *lumen & ſtudiorum Mæcenatem unicum*, &, in Epigrammate adjecto, *Virum*

Qvi Medicam Sophiamqve colit, cui docta Minerva,
Et Græco, & Latio, contulit ore loqvi,
Qvi probitate Numam ſuperat, virtute Catonem.

Aliud Carmen encomiaſticum, ab eodem ſcriptum, in Lindeb. *Hypotypoſi p. m. 40. 41.* invenies.

JOH. POSSELIUS Jun. (*in Or. fun. Pet. Lindebergio habita p. 20. 21.*) ſummum ejus in literas & libros amorem juſtis ornat laudibus.

REIN. REINECCIO, *in Addendis Methodi legendi hiſtoriam p. 208.,* audit *Vir nobiliſſimus, omniqve virtutum laude cumulatiſſimus.* Idem (*in Ep. dedic. Chronici Alberti Stadenſis*), tum aliis eum ornat laudibus, tum Mæcenate Romano *nulla re inferiorem, ſed multis nominibus ſuperiorem,* eſſe judicat. Conf. ejusd. *Append. Geneal. ad Alb. Stad. f. 5. a.*

NICOL. REUSNERUS, in Epigrammate de laudibus gentis Ranzoviæ (*ap. Lindeb. in Hypotyp., c. 10., p. m. 106.*), *divum* eum vocat *chori Aonii Patronum*, &, in Phaleucis ad ipſum, *Libro I. Philotheſiorum* inſertis, *inclytum Palladis Miniſtrum, ſeu pacis ſit opus toga, ſagove.*

CHRISTOPH. STURCIO (*in Panegyrico, Chriſtiano IV.,* R. Daniæ, dicto *p. 17. 18.*) audit *Heros illuſtris, ac nobilitate virtutis, ſcientiæqve præclaræ pariter ac generis ampliſſimi, præſtantiſſimus, qvi Vitæ integritate & ſcientiæ omnijugæ varietate, ſuis hominibus eſt ornamento & exemplo, extraneis admirationi, doctis ſtupori, cæterisqve præſidio & incitamento.*

BURCH. GOTTH. STRUVIUS (*in Epiſt. de Bibliothecis ad Chriſtoph. Cellarium p. 92.*) *Virum, & generis ſplendore, & eruditionis fama, celeberrimum.*

FRID. TAUBMANNUS, *in Melodæſiis,* non ſolum *Libro I. Epigramm., p. 335. 336.,* ſuum in ejus effigiem inſeruit hexaſtichon., ſed & *Libro II. Epicorum, p. 171. 172.,* Carmen ad illum heroicum elegans, qvod totum ferme, XII. tantum verſibus in medio omiſſis, exhibemus:

Ranzovi, cordate ſenex, cui ſcilicet ætas
Exita Cycneo maturam vellere frontem
Induit, & canis florenteis inqvinat annos:
Heroum palmare decus, qvem, ſolis ab ortu
Ad ſolem occaſum, felici gloria curru
Porrigit, & late differt rumore calenti,
Qva ſua ſunt Marti, ſua qva commercia Phœbo.
Ranzovi, ſuboles fati miranda, beato
Sideris adfectu fortunas natus ad omneis,
Atqve ſago bonus, atqve toga; nunc cuſpide pugnax,
Nunc teres eloqvio belliqve domiqve. Sed hoc eſt
Forte aliis qvoqve dividuum, qvos indolis altæ
Obſeqvio notum eſt hominum tranſcendere metas,
Et certare Deis mortali ſorte. Sed idem
Qvi valeat penitas naturæ accedere parteis,
Aerias tentare domos, cœliqve profundas
Remigio rationis opes luſtrare, ſuisqve
Acclinare oculis diſtantia ſidera, & horum
Cenſuræ ingenii varios ſupponere mores,
\- - - - - - - - -
Vix datur inventus. Virtus Ranzovia Muſas
Bellonæ, & terram celſo conjunxit olympo.
Teſteis laudo Libros, numeroſa Diaria, noti
Sideris ingenium faciemqve docentia, qvæ jam
Calculus artificum punctis locupletibus ornat.
Sis felix Ranzovi, & terga vicaria laſſo
Suppone Alcidæ, qvæ ſupponebat Atlanti.

1. CIMBRORUM.

HENR. BANGERTO (*in Notis ad Helmoldum p. 104. 105.*) *Illuſtre* audit *literarum & gentis ſuæ decus, Muſarum, omnisqve elegantioris eruditionis, & cultor, & Patronus eximius.*

GEORG. CALIXTO (*in Lib. de Immortalitate Animæ, c. 11., p. 151.*) *Cimbricæ nobilitatis ingens & æternum decus.*

CHRIST. CILICIO (ſub cujus larva ipſum Ranzovium latere, infra monebitur), *Lib. II. Hiſtoriæ belli Dithmarſici, Vir perſpicaciſſimi ingenii & raræ prudentiæ;* it. *Vir mire temperato dextroqve ingenio, & animo nunqvam intermiſſo, præditus.*

JOH. CLUVERO (*in Epitome Hiſtor., ad A. 1599., p. m. 633.*) *Heros literis armisqve præluſtris.*

CASP. DANCWERTHIO, *P. I. Chorogr. Cimbr., c. 2., p. 6.,* Ein beſonderer Liebhaber der Studien und gelahrten Leute; it. *P. III., c. 14., p. 283.,* Der Studien groſſer Liebhaber, & *literatorum Mæcenas, optimus maximus.*

JANUS GULIELMIUS, in Carmine, qvo ſua ei Poemata inſcripſit, ita ad illum:

O flos Cimbrorum, Ranzoæ gentis ocelle.
\- - - - - - - - - -
Namqve tibi incoctum doctrina pectus, & arte
Excultum ingenua, meritis majoribus auget
Bellipotentum atavum laudes ac fortia facta.
Hinc tua ſe didit varias laus inclyta in oras,
Conciliatqve ipſis populi rectoribus ultro.

NICOL. HELDVADERUS (*P. II. Sylvæ Chronol. Circuli Balthici, ad A. ejus Emort. 1599., p. 263.*) ita de illo: H. Ranzou, ein Freund GOttes, und der Gelehrteſten unter dem Adel einer: Ein Auge des gemeinen Vatterlandes, und hochverſtändiger erfahrner Regent, der freyen Künſte und aller Gelahrten Patron, der mir inſonderheit viel Ehr und Gutes beweiſet.

CHRISTOPH. KELLINGHUSIUS Hamburg., in Carmine tractatui Ranzovii *de conſervanda valetudine* præfixo, *Virum factis & ortu clarum* eum appellat, in *Epiſt.* autem *dedic. Poematis de rebus geſtis Joh. Ranzovii* prolixius laudes illius perſeqvitur.

LEV. NICOL. MOLTKENIO (*in Notis ad Relig. Medici Thomæ Brounii p.116.*) *omnium ingenuarum ſcientiarum inſignis* audit *amator*.

DAN. GEORG. MORHOFIUS, *Orat. VIII.*, *p. 243.*, illuſtribus orbis literati e Cimbria ſideribus eum annumerat, in *Poematum* autem *Germanicorum Parte II.*, *p. 181.*, ceu Aſtronomum & Aſtrologum excellentem, hiſce celebrat verſibus, in Epicedio, pronepti ejus ſcripto, obviis:

Dem Eltervatter war die Erde gar zu enge,
Er gieng dem Himmel zu, maß in die Qveer und Länge
So viel der groſſe Kreiß der ſchönen Liechter hat:
Er hielt für erſt mit GOtt, dann mit den Sternen, Raht.
So iſt auch nun ſein Ruhm den Sternen eingeſchrieben,
Sein Nahme wird zugleich mit ihnen umbgetrieben.

NICOL. RAIMARO, in Elegia dedicatoria, *Grammaticæ latinæ Ranzovianæ* A. 1580. præmiſſa, audit

- - - - - - *Decus orbis, & artis amator,*
Maxima Muſarum gloria, laus & honos.

JOH. RISTIO (*in Epiſt. dedic.* der Friedensposaune, *p. 4. 5.*, ubi prolixius eum commendat) Ein ewiges Ruhmes würdiger Herr, der Phœnix der Gelahrten und Kunſterfahrnen, ja der Preiß des gantzen Deutſchen Adels.

DETHL. SYLVIO (*in Ep. dedic. Libri Ranzoviani de valetudine conſervanda*) *Totius Holſatiæ decus & præſidium, & omnium bonarum artium Mecænas.*

JOH. RITZENBERGIO (*in Elegia dedic. Epitaphiorum Joh. Æpini, & aliorum clarorum Hamburgenſium*, A. 1555. ipſi inſcriptorum) his eum metris compellare placuit:

Nobile Cimbrorum decus & ſpes lucida ſalve,
Gloria Ranzoviæ ſumma future domus.

Noſtris Heroi huic & Muſagetæ decantatiſſimo non opus eſt laudibus & encomiis. Qvibus tamen, ubicunqve ſe occaſio obtulit, eum a nobis, veluti par erat, non eſſe defraudatum, & vitæ ipſius, qvam paulo ante texuimus, hiſtoria, & *Iſagoge ad Hiſtoriam Cherſoneſi Cimbricæ quadripartita, in præf. p. 9, P. I, c. 3., p. 23. 24. 25., c. 5. p. 51., c. 7. p. 129. 130., c. 14. p. 218. & ſq. 226-234., P. IV. p. 630. 631.*, aliisqve locis compluribus, & *Hypomnemata ad Alb. Bartholini Lib. de Scr. Dan. p. 244.*, ſatis ſuperqve teſtabuntur.

CENSURÆ.

His qvi ipſum, aut ſcripta ejus, perſtrinxerit, nemo mihi hactenus innotuit, præter *Indicis expurgatorii Hiſpanici*, ab Ant. Sotomajore, Inqviſitore Generali, Madriti A. 1667. *in fol.* publicati, Autores, qvi *p. 325. & ſqq.*, e Carminibus ejus, *Tomo V. Delitiarum Poetarum Germanorum* Francofurti A. 1612. inſertis, &, *p. 486.*, ex aliis ejusdem ſcriptis expungenda indicarunt, & obelo ſuo notarunt. Sed iſtiusmodi cenſorum, cœco impetu ſacris indulgentium præjudiciis, judicia nemo ſanus morabitur.

SCRIPTA.

I. EDITA.

א. PROPRIA.

Belli Dithmarſici, ab inclyto Daniæ Rege, Friderico II, & illuſtriſſimis Holſatiæ Ducibus, Johanne & Adolpho, fratribus, A. C 1559. geſti, vera Deſcriptio, duobus Libris comprehenſa a CHRISTIANO CILICIO, Cimbro. Baſileæ 1570. & Argentinæ A. 1574. *in 8.* ſeorſim edita, deinde autem Alb. Krantzii *Chronico trium Regnorum borealium Daniæ, Norwagiæ & Sveciæ*, in duabus editionibus, Francofurti ad Mœnum A. 1575. & 1583. *in fol.* impreſſis, & a Joh. Wolfio, JCto, Marchionisqve Badenſis Conſiliario, curatis, ſubjuncta. Cilicius Deſcriptioni huic, Libro I. ſtatum Europæ, qvalis A. 1559. fuit, & antiqviorem, cum Cimbriæ, tum Dithmarſiæ, hiſtoriam, breviter exponenti, ſecundo autem res, in ipſo bello A 1559. geſtas, prolixe atqve accurate enarranti, Epiſtolam ad Henr. Ranzovium præfixit dedicatoriam, Itzehoæ Kal. Aug. A. 1569. ſcriptam, in qva, ſe hujus domeſticum profeſſus, ſcriptum ipſum ſibi, non tanqvam autori, ſed editori ſaltem, videtur tribuere, & partem illius maximam Ranzovio ipſi deberi fatetur. Verba exhibeo: *Neqve arbitror, propterea ejus lectionem minus gratam tibi fore, qvod ſerius, extincta pene apud mortales recenti ejus belli memoria, in lucem prodeat, cum a nullo, qvod ſciam, tanta rei geſtæ fide, tamqve prolixe, edita ſit. Qvi enim in literas id bellum primus ita contulit, ipſe conſiliis ſecretioribus rebusqve omnibus fere interfuit: qvod te minime omnium ignorare judico, qvi multo maximam qvoqve partem tuam attuliſti.* Periocha certe hæc ſuſpicionem autoris alterius, & ſummæ qvidem dignitatis, cuivis movere potuit, præſertim cum nemo inter Cimbros vir eruditus, Chriſtiani Cilicii gaviſus nomine, cuiqvam, in hunc usqve diem, innotuerit. Qvam ob cauſam &, fictitium iſtud nomen eſſe, Herm. Hamelmannus, *Parte* III. *Chronici Oldenb. p. 379.*, integro abhinc ſeculo, & qvod excedit, recte jam conjecit, & publice affirmavit. Non defuere tamen, qvi ψευδώνυμον hunc Chriſt. Cilicium pro vero ſcriptore habuerunt, & ab Henr. Ranzovio noſtro ſollicite diſtinxerunt, Suffridus Petri ſcilicet, *in præfat. Decadum ſcriptorum Friſiorum* ſimili circa Cimbricos labori parem eum judicans, Claud. Lyſchander (Presbyterum eum Itzehovienſem fuiſſe falſo perſvaſus, *Virumqve in ſcripturis ſanctis ſtudioſum & eruditum, atqve in ſecularibus literis ſufficienter inſtructum, Oratorem & Hiſtoricum nulli ſua ætate ſecundum, ingenio perſpicacem, judicio promptum, vita & moribus devotum & integrum, Adolphoqve, Holſatiæ Duci, nobiliſſimo Henrico Ranzovio, & omnibus bonis, cariſſimum,* ridiculi in ſcriptorem chimæricum affectus ductu, appellans) *in Catalogo Scriptorum Danicorum MS.*, *lit. C.*, Joh. Iſaacius Pontanus *in Chorographia Daniæ p. 786*, Alb. Bartholinus *in Lib. de Script. Dan. p. 24.*, *Pet. Reſenius*, *in præfat. Chronici Frid. II.*, *R. Danici*, aliiqve complures Chriſtoph. Kellinghuſium, Hamburgenſem, clientem Herois noſtri (de qvo loco ſuo dictum fuſius) autorem horum librorum, e ſuo exemplari, qvod is parenti, manu ſua notatum, olim transmiſit, fruſtra nobis obtrudit Vinc. Placcius *T. II. Theatri Anonymorum & Pſeudonymorum p. 183.* Cilicium ψευδώνυμον eſſe, recte qvidem agnoſcunt, ſed Joh. Ranzovium, Henrici noſtri parentem, Regiumqve in expeditione Dithmarſica Archiſtrategum, ſub ejus larva deliteſcere, perperam conjectant, Jac. Aug. Thuanus *in Catalogo Autorum*, *Libro 22. Hiſtoriæ ſuæ præfixo*, &

Caſp.

Caſp Sagittarius, huic credulus, *in Hiſtoria Rensburgi*, §. 71., *p. 38.* Verus enim & genuinus Hiſtoriæ hujus belli Dithmarſici autor eſt Henricus noſter Ranzovius, Joh. Fil., qvi ſibi eam, *in Comm. bellico p. 95.*, larva Cilicii detracta, ipſemet vindicavit, & a Pet. qvoqve Lindebergio, *in Hypotyp. Ranzov., c. 3., p. m. 34.*, fœtus hujus dubii parens fuiſſe diſerte perhibetur. Huic ergo debentur, qvæ Cilicio, non Suffridus Petri ſolum & Claudius Lyſchander, jam allegati, ſed Joſ qvoqve Scaliger, Joh. Iſaacius Pontanus & Joh. Dan. Major, tribuerunt, encomia. Qvos inter ille, in Epiſtola, ad heroem noſtrum VIII. Kal. Oct. A. 1595. exarata, ſcripti hujus mentionem verbis injecit ſeqventibus honorificam: *Nuper incidit in manus meas Liber de bello Dithmarſico. Qvanta voluptate me perfudit memoria illuſtris patris tui, qvi illis rebus interfuit & præfuit? Non dicam, qva alacritate animi ea legerim.* Iſte, Pontanus ſc., *in Chorographia Regni Danici p. 786.*, hoc de eodem tulit judicium: *Eſt & ſub Ranzovii nomine minime tacendus Chriſt. Cilicius, Cimber, qvi Hiſtoriam Dithmarſicam, accurate non minus, qvam docte atqve eleganter, executus eſt. Hic ſe Ranzoviani muſæi domeſticum fatetur, & interioris apud eum admiſſionis, accepiſſe multo maximam partem, velut ſegetem hiſtoriæ ſuæ, ab ipſo Ranzovio.* Joh. Dan. Major tandem, in *Tr. de populorum Cimbriæ originibus* vernaculo (dem Bevölckerten Cimbrien), *c. 18., p. 23.*, *ſcriptoris elegantiſſimi* (Eines gar artigen Scribenten), elogio Cilicium merito eſt dignatus. Ranzovium, qvod ſcriptum hoc ſuum ſibi ipſi dedicaverit, obelo notavit Joh. Burch. Menckenius *Declam I. de Charlataneria eruditorum p. 25.* Confer, de ſcripto hoc Ranzovii pſevdonymo, *Iſagogen noſtram ad Hiſt. Cimbr., P. IV., c. 12., §. 4., p. 630. 631., Homonymoſcopiam, Sect. II., c. 7., §. 105., p. 714., Hyponnemata ad Alb. Bartholini Lib. de Script. Dan. p. 163., illorumqve Spicilegium p. 9.*

Liber de conſervanda valetudine, in privatum liberorum ſuorum uſum conſcriptus, & editus a Dethlevo Sylvio, Holſato, in qvo de diæta, itinere, annis climactericis, & antidotis præſtantiſſimis, brevia & utilia præcepta continentur. Francof. 1574. in 12. (*juxta Alb. Barthol. de Scr. Dan. p. 56.*), Lipſiæ 1576. in 8., Antwerpiæ, apud Plantinum, 1580. in 8. (qvæ editio eſt tertia), Lipſ. 1580. in 8. (*j. Schenckium & Catal. Golianum*), Ibid. 1582. in 8., Antw. 1585. in 8. (*j. Spachium in Nomencl. Scr. Med. p. 70. & Baſſæum*), Francof. 1591. in 16. (cum Franc. Ruei *de Gemmis* & Gvilh. Grataroli *de Memoria reparanda, augenda conſervandaqve*, libellis), ibid. 1596. in 12. (*j. Becm. Catal. Bibl. Francof. p. 376., & Catal. Brochm.*), ibid. 1604. in 12. (cum Grataroli *de Literatorum ac Magiſtratum gerentium valetudine conſervanda, memoriaqve*, libellis; qvæ editio qvinta in titulo vocatur), ibid. 1617. in 12. (cum iisdem Grataroli libellis.). Editiones his antiqviores, qvæ in Catalogis aliqvot trivialibus memorantur, Francofurtana A. 1569. *in 12.* & Lipſienſis A. 1570. *in 8.*, chimæricæ ſunt, cum Epiſtola Dethl. Sylvii ad Franc. & Breidonem Ranzovios, auctoris filios, dedicatoria A. 1573. demum ſit ſcripta. Librum hunc Ranzovius, teſte ipſius ad filios præfatione, morborum, qvibus in juvenili ætate obnoxius erat, & aſthmatis præſertim paterni, ac fere hæreditarii, neceſſitate adductus, ex libris Medicorum diverſis collegit, atqve, multis eorum locis verbotenus inſertis, hoc ordine digeſſit, ut primo cauſas deſtructionis & corruptionis corporum humanorum præcipuas recenſeret, deinde ea, qvorum legitimo uſu ſanitas retinetur, exponeret, hinc præcepta de vitæ ratione ſingulis diebus, ſeptimanis, menſibus, anniqve temporibus, ſervanda, deqve annorum Climactericorum obſervatione, traderet, ac tandem nonnulla de ſalubri victus in itineribus ratione, una cum antidotorum præſtantiorum deſcriptionibus, ſubjungeret. Duæ illius prodierunt verſiones Germanicæ, a Joh. Georg. Schenckio, *in Biblioth. Med. p. 220.*, ſed absqve editionum indicio, memoratæ, una D. Joh. Beati Humelii (alii Hencelium cognominant), Poliatri Colmarienſis, Baſileæ A. 1588 *in 8.* excuſa, altera Joh. Wittichii, Winarienſis, Medici Arnſtadienſis, Lipſiæ A. 1585. in 4. (*juxta Baſſæum*), ibid. A. 1587. in 4. (*j. Becm. l. c.*), ac poſtea, additis duobus Joh. Pontani & ipſius Wittichii de peſte Opuſculis, Lipſiæ 1594. (*juxta Groſſium in Ind. generali, lit. X. 1. a. b.*), nec non 1601. & 1613. (*juxta Draudium in Biblioth. claſſica*), *in 4.* publicata. Commendarunt illum Greg. Bersmannus & Chriſtoph. Kellinghuſius *in Carminibus* præfixis, Mart. Marſtallerus (*utiliſſimum* vocans) in Epiſt. ad autorem genethliaca (*inter Epp. conſol. p 325.*), ac Nicol. Ghibertus, Poliater Vetulanus, *lepidum* eum, *& apud omnes doctos, præſertim Medicos, cum propter ſummam eruditionem, tum propter texturam delectabilem, & variam lectionem, maxima in gratia eſſe*, in literis ad eundem (*l. c. p. 282. 283.*), affirmans. Matthiæ Berneggero (*in Q q. miſcell., Qv. 126.*) itidem audit *utiliſſimus*, Joh. Pet. Lotichio, *Lib. I. Comm. in Petron. c. 16., nobilis*, & *Lib. 2., c. 3., Elegans*. Solus inqviorem de illo, & vere præcipitem, nimio Galeni ſui excœcatus ſtudio, tulit cenſuram Caſp. Hofmannus, Med. Prof. Altorfinus, in *præfat. Vitæ Medicæ, ſeu Commentarii in Galenum de tuenda valetudine poſthumi*, Francof. A. 1680. a Seb. Scheffero editi, ita ſcribens: *Eſt etiam* (de hoc argumento) *liber Henr. Ranzovii, Equitis Holſati, militaris potius. Ex hoc nihil utile hauſeris. Et qvi poſſis? cum Galenica illa, nec legerit, nec intellexerit.*

Exempla, qvibus Aſtrologicæ ſcientiæ certitudo doctiſſimorum, cum veterum, tum recentiorum, exemplo aſtruitur, Imperatorum etiam, Regum, Principum, ac illuſtrium virorum, qvi artem Aſtrologicam amarunt, ornarunt & excoluerunt, teſtimoniis comprobatur. Adjecta ſunt alia qvædam Opuſcula. Prodierunt, curante Theoph. Sylvio, (ſed in nonnullis editionibus, Antwerpienſi ſc. A. 1580. & Lipſienſi A. 1584., ſub titulo ab hoc diverſo *Catalogi excellentiſſimorum illuſtriumqve Virorum, qvi artem Aſtrologicam amarunt, ornarunt atqve excoluerunt, Tractatusqve de annis climactericis & Imperiorum periodis*) Lipſiæ 1576. in 4. (*juxta Catalogos qvosdam*), Antwerpiæ 1580. in 8., Lipſiæ 1580. in 8. (*juxta J. Jac. Friſium & Paulum Bolduanum*), Lipſiæ 1581. in 4. (*j. Labbeum in Bibl. Biblioth. p. 133. & Catal. Golianum*), Lipſiæ 1584. in 4., Coloniæ, apud Cholinum, 1585. in 4., Lipſiæ 1593. in 4. (*j. Groſſium in Ind. Generali*). In editione Colonienſi, qvæ ſola jam inſpici a nobis potuit, continentur: 1. Catalogus Imperatorum, Regum ac virorum illuſtrium, qvi artem Aſtrologicam amarunt, ornarunt & excoluerunt; 2. Teſtimonia de influxu ſtellarum in hæc inferiora; 3. Veræ prædictiones Aſtrologicæ inopinatorum eventuum; 4. Exempla magnarum conjunctionum, & effectuum inde ſecutorum; 5. Exempla eclipſium cum ſuis effectibus; 6. Auguſtini, & Philoſophorum aliqvot, ſententiæ de fato; 7. Tr. de annis climactericis; 8 Sched. de excellentia numeri ſeptenarii; 9. Catalogus eorum, qvi annis climactericis, vel hebdomaticis, obierunt; 10. Catalogus eorum, qvi menſibus hybernis obierunt; 11. Exempla, ex qvibus patet, qvod plerumqve ſit ſimilitudo ſtatus, ſucceſſus, morborum & obitus, in parentibus & filiis; 12. Tr. de periodis Imperiorum; 13. Tabula de annis climactericis; 14. Genituræ Adolphi, Ducis Holſatiæ, & Henr. Ranzovii, cum Judicio de iis. 15. Verſus Ranzovii de planetis & menſium laboribus. Qvæ omnia cum uno eodemqve contineantur ſyntagmate, Alb. Bartholinus, *in Tr. de Scr. Dan. p. 56.*, *Aſtrologiam* Coloniæ A. 1588. *in 4.*, *Certitudinem Aſtrologicæ ſcientiæ*, ibid. 1585. *in 4.*, *Tr. de annis climactericis* ibid. 1585. *in 4.*, & *Catalogum virorum excellentium in arte Aſtrologica*, Antwerpiæ 1580. *in 8.* editum, perperam, tanqvam ſcripta Noſtri qvatuor diverſa, com-

 memo-

memorat. Commendarunt hunc tractatum Gvilhelmus, Haſſiæ Landgravius, in Epiſt. ad autorem A. 1585. exarata (*inter Epp. conſol. p. 98.*), Mart. Marſtallerus, *Commentarium* appellans *eruditiſſimum*, in Epiſt. ad eum genethliaca, A. 1594. ſcripta (*ibid. p. 325.*), & Pet. Lindebergius, *terſum, politum & eruditum* eſſe judicans, in ſuis ad eundem literis, A. 1593. transmiſſis (*Libro II. Adoptivorum*, *Juvenilibus* annexorum, obviis), *p. 259.*, ſolum autem *de Numero ſeptenario* ſchediaſma D. Georg. Lehmannus, Theol. Lipſ., *in Progr. in Apoc. I. 13.* ſolenni, A. 1679. publicato, *p. 4.* Vaticinii Aſtrologici de fatalibus anni 1588. mutationibus, in eo *p. 290. 291.* obvii, & ſcripti pro iſtius veritate apologetici, a Pet. Lindebergio editi, hiſtoriam in Biographia jam exhibuimus.

Speculum Aſtrologicum, qvod, Argentinæ A. 1576. editum, Pet Lindebergius *in præfat. Hypotyp. p. 4.*, ipſaqve *Hypotypoſi*, *c. 3.*, *p. 35.*, & Cl. Lyſchander *in Catal. MS. Scriptorum Danicorum*, fœtibus Noſtri literariis annumerant. Mihi videre illud nondum licuit.

Epitaphia in obitum patris, matris, fratris, ſororis & filiorum, partim ab ipſo, partim ab aliis, conſcripta. Adjectum eſt Opuſculum de ſomniis, eorumqve eventibus. Lipſiæ 1584. (*non 1585.*, *qvem Ant. Verdierus*, *in Supplem. Biblioth. Geſn. p. 22.*, *ſubſtituit*) in 4. Diverſa hæc ſunt ab Epitaphiis Ranzovianis Pet. Lindebergii, *Partis II. Juvenilium Libro IV.* obviis, nec cum iis confundenda.

Poema de ſomniis, eorumqve eventibus, elegiacum, *Epitaphiis* modo memoratis initio ſubjunctum, Lipſiæ A. 1584. in 4to, & (*ſi Spachium in Nomencl. Script. Philoſ. p. 109. audias*) ibidem A. 1585. *in 4to*, cum iisdem, recuſum, hinc Mich. Bojemi *Libris II. Hiſtoriæ de ſomniis, eorumqve eventibus*, Ranzovio inſcriptæ, ſine loci mentione A. 1587. in 4to. editis, adjectum, & ſeorſim tandem Roſtochii A. 1591. in 4. publicatum. Cui ultimæ editioni Epitaphia IV. filiorum uniusqve filiæ Ranzovii, & monumentorum qvorundam Ranzovianorum (*ſacelli ſc.*, *ſarcophagi & altaris Itzehoenſis*, *Bibliothecæ Bredenb.*, *pyramidis*, *obeliſci*, *&c.*), Deſcriptiones, cum Epigrammatis aliqvot, appendicis loco, acceſſerunt. Poema hoc, ſomniis eventum ſæpiſſime reſpondiſſe, variis exemplis, tum ex hiſtoria ſacra & profana, tum ex propria Ranzovii, & conſangvineorum ipſius, experientia, depromptis, oſtendens, qvo jure clienti ejus, Petro Lindebergio, a Dav. Lobechio, ſermonis ſacri vernaculi, Marco Haſſæo Programmatis, & Joh. Poſſelio juniore, Orationis funebris in hujus obitum, autoribus, iſtosqve temere ſecutis Melch. Adamo (*in Vitis Philoſ. Germ. p. 420.*) ac Joh. Andr. Qvenſtedio (*in Dialogo de patriis virorum illuſtrium p. 200.*), vindicetur, non video, cum illud A. 1584. jam ſit editum, Lindebergius autem triennio poſt demum, uti in Biographia monitum jam eſt, Ranzovio innotuerit, nec proinde fœtum ſuum, ante iſtud tempus, adoptandum patrono dediſſe ſit credendus.

Genealogia Ranzoviana, Latine ἀνωνύμως initio Hamburgi & Sleſvigæ A. 1585. in 4. (*teſte Henningo Groſſio, in monito editioni Lipſienſi adjecto*), & deinde, eodem A. 1585., Coloniæ, cum *Exemplis Aſtrologicis*, ac Lipſiæ, cum verſione ſcripti Evacis *de Gemmis* metrico-latina, in 4to, hinc ſeorſim (uti ab amico ſum edoctus) Witeb. A. 1586. in 4to, cum *Chronico* autem Alberti Stadenſis, per Reinerum Reineccium e Biblioth. Ranzoviana edito, Helmſtadii A. 1587. & Witebergæ A. 1608. in 4to, ac tandem (*Draudio Lipenioqve teſtibus*) denuo ſeorſim Witebergæ A. 1617. in 4to, excuſa. Germanica verſio A. 1585., in charta patenti, prodiit. Henr. Meibomii in eam Epigramma, in Pet. Lindebergii *Hypotyp. Ranzov.*, *c. 3.*, *p. m. 38.*, legitur. Confer de illa *Partem I. Iſagoges ad Hiſt. Cimbr.*, *c. 14.*, *§. 6.*, *p. 218. 219. 220.*, &, ex iſta, Vinc. Placcii *T. I. Theatri Scr. Anon.*, *c. 5.*, *p. 301.*

Epigrammata & Carmina varia de Aula, tam ipſius, qvam aliorum, ſcripto Evacis *de Gemmis*, in editione Lipſienſi A. 1585. (*in 4to*), adjecta. Longe plura in Pet. Lindebergii *Hypotypoſi Ranzoviana*, Roſtochii A. 1590., Hamburgi A. 1591. & Francofurti A. 1592., *in 4.* edita, prodierunt, de aliis etiam compluribus argumentis conſcripta. Capite enim illius VIII. exhibentur Epitaphia, conſangvineorum & amicorum dicata memoriæ, Cap. IX. qvæ emblema funebre & ſymbola illuſtrant, Cap. XII. XIII. & XIV. Epigrammata in arces, urbes & fluvios, Ducatuum Sleſvicenſis & Holſatici, Cap. XV. & XVI. Epigrammata in vitam aulicam & venationem, & Cap. XVIII. Carmina, de ſtatu mundi & fide agentia.

Funebria varia, mortis meditationi inſervientia, in *Epiſtolarum Conſolatoriarum* Syntagmate, *p. m. 390-452.*, immixtis tamen alienis, comparent, Epigrammata autem in Heroas, in arce Bredenbergenſi depictos, Georg. Cruſii *Deſcriptio Bredenbergæ*, ſæpius jam laudata, legenda, cum aliis compluribus, exhibet, *lit. C. 2. a. - D. 4. b. a. E. II. 4. l. 2. b.*

Carmina ejus ſelecta *Deliciis Poetarum Germanorum*, & *Tomo* qvidem illarum *Qvinto*, Francof. A. 1612. *in 8.* edito, *p. 508. & ſeqq.*, ſunt inſerta, e qvibus, uti ſupra jam indicatum, *Index expurgatorius Hiſpanicus*, Madriti A. 1667. *in fol.* editus, *p. 325. & ſeqq.*, nonnulla juſſit expungi.

Editiones Epigrammatum illius duæ Hamburgenſes, A. 1592. & 1503 in 8. publicatæ, qvarum priorem Alb. Bartholinus *in Lib. de Scr. Dan. p. 56.*, poſteriorem vero *Catalogus Fuirenianus* memorat, plane mihi ſunt ignotæ, nec, cum alii de iis ſileant, ſatis certum, an revera prodierint. Priori forte confingendæ anſam ſuppeditarunt Pet. Lindebergii *Epigrammata Ranzoviana*, in hujus *Juvenilibus*, Hamb. A. 1592. *in 8.* excuſus, *Libro II. Partis III.* obvia.

[Fœtus hos Ranzovii Poeticos, ſe, *ſtudioſe, & magna cum voluptate, tam propter elegantiam, qvam varietatem, perlegiſſe*, Joach. Camerarius Sen. Er. Kirſtenio, in Epiſt. ad eum, G. Cruſii *Deſcriptioni Bredenbergæ* præfixa, ſignificavit. Marſtallerus, in Ep. ad Ranzovium genethliaca (*inter Ep. Conſol. p. 325. 327.*), *verſus puros*, *elegantes, ſuaves*, vocat, & paulo poſt ita pergit: *Eſt & propria tua laus poetici ingenii venuſtas, qvæ in verſibus tuis, Minerva (qvod ajunt) haud invita expreſſis, apparet. Sunt enim & numeri in iis ſuaves, & concinna inventio.* Ol. Borrichius, *Diſſ. V. de Poetis*, *p. m. 171.*, ita de iisdem: *Henr. Ranzovii, Proregis Cimbriæ, Aulæ, Heroes, Epigrammata, ſua ſe commendant facilitate, & prudentiæ civilis floſculis exuberant.*

Deſcriptio pompæ funebris, habitæ Roſchildii in exeqviis Friderici II, Regis Daniæ, una cum Epitaphiis nonnullis in obitum ejusdem. Adjecta ſunt Deſcriptio ſacelli, prope Monaſterium Segebergenſe, in memoriam dicti Regis, & emolumentum pauperum Segebergenſium, ab H. Ranzovio propriis expenſis extructi, una cum marmorum lapidumqve ejusdem inſcriptionibus, ac Epigrammatibus, nec non Epicedia qvædam Friderici & Catharinæ, Ranzovii liberorum. Hamburgi 1588. in 4., Lipſiæ 1588. in 4., Roſtochii (*ſ. Lindeb. Hypotyp. p. m. 35.*) 1588. & Hamb. 1591. in 4.

Typus pompæ funebris d. 5. Jan. A. 1588. habitæ Roeſchildiæ, in exeqviis Friderici II., Regis Daniæ, conſilio & opera Henr. Ranzovii efformatus, & Chriſtiano IV. Regi dedicatus, a Franc. Hohenbergio & Sim. Novellano, ſculptoribus Belgicis. A. 1588. in chartis patentibus.

Res geſtæ Friderici II., Regis Daniæ, juſſu ejus a Franc. Hogenbergio cupro inciſæ, cum adjunctis verſibus, tabulas, & res in iis pictas, explicantibus. A. 1589. V. P. Lindebergii *Hypotyp. Ranzov.*, *c. 3.*, *p. m. 35.*

Ephemerides, ſeu Calendarium Ranzovianum, dierum & noctium qvantitatem continens, ad elevationem poli 55. grad.; in uſum tam Medicorum, qvam Aſtrologorum. Hamburgi 1590. in fol. Recuſum eſt Bononiæ A. 1661. in fol., ſi *Catalogo Biblioth. Th. Fuirenii Hafnienſi* tuto credi poteſt.

Diarium, ſeu Calendarium Romanum, œconomicum, eccleſiaſticum, aſtronomicum, & fere perpetuum, ad dies veteris Juliani & novi Gregoriani anni accommodatum, ex qvo feſta ſanctorum, nonæ, idus ac calendæ Romanorum, menſium ſingulorum labores & actiones, ortus & occaſus ſolis, cum vero illius loco, qvantitas dierum & noctium, figuræ domorum cœleſtium ad aliqvot poli-elevationes, & pleraqve vulgata opinione ac obſervatione celebria qvorundam rei medicæ ac ruſticæ documenta, absqve operoſa aliqva computatione, deſumi poſſunt. Witebergæ 1591. in 4. (*ſ. Catal. qvendam*), Lipſ. 1592. in 8. (*ſ. Baſſæum & Draudium*), ſine loci mentione, apud Chriſtoph. Axinum, 1593. in 4. (qvæ editio in titulo ſecunda, & priori longe auctior, vocatur), Witeb. 1593. in 4., Hamb. 1594. in 4. (*ſ. Catal. Mulen. & alios*), Lipſ. 1596. in 4. (qvæ editio qvarta & auctior in titulo audit), Hamb. 1596. in 4., Hamb. 1597. in 4. (*ſ. Bolduanum*), Lipſiæ 1598. in 4 (*ſ. Groſſium & Bolduanum*). Præfixa ſunt illi, in editione, qva utor, anni 1596. Lipſienſi, varia in Ranzovii effigiem, ſymbola & honorem, carmina Joh. Heurnii, Barthol. Gryphii, Joh. Lauterbachii, Henr. Meibomii, Phil. Gallæi, Pet. Lindebergii, Adolphi Occonis, Joach. Tanckii, Nicol. Reuſneri, Jani Kotteritii, Georg. Fabricii, Dan. Tvitemeieri, Salom. Frencelii, Alb. Lomeieri, Joh. Scheelii, Nath. Chytræi, & Mart. Nigrini; ſubjuncta vero eidem ſimilia de heroe noſtro, ejusqve monumentis, encomiaſtica, a Mich. Clenovio, Dan. Tvitemeiero, Eilh. & Joh. Lubiniis, Pet. Lindebergio, Nicol. Rudingero, Joh. Wernero, Sal. Frencelio, Franc. Tengnagelio, & Chriſtoph. Arnoldo, Dreſdenſi, conſcripta. Diarium hoc haud diverſum eſſe credo ab opere Aſtronomico de conſcribendis Calendariis, Witebergæ in 4. excuſo, qvod Ranzovii ſcriptis Joh. Chriſtoph. Becmannus, *in Catal. Biblioth. Francof. p. 376.*, accenſet. Illo autem, qvi titulum tantum mutavit, longe gravius errant Paulus Bolduanus *in Biblioth. Philoſ. p. 349.*, iſtumqve temere ſecuti, Joh. Henr. Boeclerus *in Bibliographia hiſtorico-politico-philologica curioſa*, *lit. E. 2. a.*, Paulus Freherus *in Theatro Eruditorum p. 1518.*, & Henn. Wittenius *T. II. Diarii biograph. Sec. XVII.*, *p. 32.*, qvi ſcriptum hoc Ranzovianum Henr. Meibomio ſeniori, nihil tale unqvam molito, abſurde attribuerunt. Qvanqvam Bolduanus & Bœclerus paulo poſt Ranzovio etiam tractatum ejusdem tituli aſſignent. Suis illud Elogiis honeſtarunt Nath. Chytræus (cujus Decaſtichon in P. Lindebergii etiam *Hypotypoſi*, *c. 3.*, *p. 39.*, invenies) & Mart. Nigrinus, in applauſibus metricis, ei præfixis, Mart. Marſtallerus, Conſil. Pomeranicus (*lucubrationem* iſtud vocans, *nec injucundam*, *nec inutilem*, *&*, *præter obſervationes Aſtronomicas*, *rei familiaris tuendæ præcepta non pauca continentem*, *eoqve ſcientiam œconomicam non parum illuſtrantem*), & Herm. Warneburchius, Conſul. Lubecenſis, in ſuis ad autorem epiſtolis, A. 1594. exaratis (*inter Epp. Conſol. p. 327. 354*), Frid. Taubmannus in Carmine ad eundem (qvod totum ferme, inter elogia ipſius, jam exhibuimus) heroico, *Lib. I. Epicorum p. 172.*, *in Melodæſiis*, obvio, duoqve Mathematici ætatis noſtræ celeberrimi, Aſtrologica tamen ejusdem ſimul improbantes, Joh. Bapt. Ricciolus & Leonh. Chriſtoph. Sturmius. Qvorum prior, *in Chronico Mathematicorum*, *Almageſto novo*, qvod Bononiæ A. 1651. in fol. edidit, præfixo, *Calendarium* hoc *Medicis* qvidem *& Aſtronomis*, judicat, *eſſe perutile*, ſed, *ob ſtudium Aſtrologiæ judiciariæ*, *cenſuras ſacras*, monet, incurriſſe. Poſterior autem, *in Tr. de natura & conſtitutione Matheſeos*, A. 1706. edito, *Sect. II.*, *c. 13.*, *p. 365.*, hoc de eodem fert judicium: *Præter Aſtrologica & ſuperſtitioſa*, *multa etiam* (*pro ſumma illuſtris autoris eruditione*) *utilia & notatu digna hoc ſcriptum complectitur.*

Dav. Chytræi Epiſtola conſolatoria ad Henr. Ranzovium, de obitu Caji Ranzovii, filii immaturo viriliter tolerando, cum Ranzovii reſponſoria prolixa, qvæ, præter Theologica, etiam Philoſophica exhibet de reſurrectione teſtimonia, & Epitaphiis diverſorum autorum. Hamburgi 1591. in 4. Utraqve deinde, inter *Epiſtolas Conſolatorias*, eſt recuſa, Chytræana ſc. *p. m. 187-191.*, Ranzoviana autem *p. 191-207.* Laudes Ranzovianæ invenies in alia Chytræi (iſtam ſuæ præferentis, & *ſapientiſſimis ſententiis*, *illuſtribusqve hiſtoriarum ac exemplorum luminibus*, *ex omni antiqvitate*, *& noſtra memoria*, *repetitis*, *ſtipatam eſſe* judicantis), huic A. 1591. repoſita, & *in Epp. Conſol. p. 218.* obvia, & literis Georg. Braunii, Eccleſiæ Colonienſis ad D. Georg. Decani, ad Noſtrum eodem A. 1591. exaratis (*ibid. p. 254.*).

De Holſatia, ejusqve ſtatu atqve Ordinibus diverſis, Claſſes Tres, nunc primum elegiaco carmine in lucem editæ a Jona ab Elverfeld: Qvibus magnifici nobiliſſimiqve Henr. Ranzovii, Producis Regii, ſingulis fere in locis, hiſtoricus contextus, una cum typorum elegantia, acceſſit. Hamburgi A. 1592. in 4. Denuo hoc ſcriptum prodiit, præfixis Epiſtolæ Elverfeldii ad Chriſt. IV., Regem Daniæ, & Joh. Adolphum, Ducem Holſ., dedicatoriæ, Neomonaſterii ſcriptæ, Literis K. B. F. (novum editorem, e nonnullorum ſententia, deſignantibus), Hamburgi, e bibliopolio Frobeniano A. 1606. *in 4.*, ſub hoc Titulo: *Cherſoneſi Cimbricæ*, *qvæ hodie Holſatia appellatur*, *Annales*, *ab ultima ejus antiqvitate*, *ex Hiſtoriis fide dignis*, *ante hæc tempora*, *a viro magni nominis collecti*, *& nunc a qvodam antiqvitatis ſtudioſo auctiores in lucem editi.* Solum contextum Ranzovii hiſtoricum, partem ſcripti hujus majorem atqve potiſſimam conſtituentem, nonnullis tamen omiſſis, & claſſe tertia de urbibus ferme tota reciſa, in ſuo *Scriptorum de Regnis Daniæ ac Norwegiæ*, *Ducatibusqve Holſatico & Sleſvicenſi*, ſyntagmate, Lugd. Bat. A. 1629. *in 16.* excuſo, *p. 275-356.*, Steph. Joh. Stephanius, Hiſt. Prof. Soranus, denuo exhibuit. Claſſis I. ſcripti hujus agit de Provinciis Cherſoneſi Cimbricæ, Claſſis II. de Familiis illius Regia, Ducali atqve eqveſtribus, Tertia autem de ejusdem urbibus. E ſingulis Hiſtorici rerum Cimbricarum recentiores areolas ſuas freqventer irrigarunt, & e ſecunda imprimis M. Andr. Angelus obſervationes de familiis nobilibus, qvarum plurimæ novæ ſunt ac præclaræ, univerſas A. 1599., in *partem Chronici* ſui *Holſatici* vernaculi priorem (Die Holſteiniſche Adel-Chronica), easdem *Libris II.*, ſerie alphabetica, enumerantem, tranſtulit, ſed novis ſimul acceſſionibus, & familiarum LVII., in Cimbria non amplius commorantium, atqve idcirco in libello hoc omiſſarum, prolixo, qvi *Librum II.* conſtituit, recenſu, ab Heroe noſtro magnam partem ſibi ſuppeditatis, adauxit. Mart. Zeilerus (*Parte II. Collectaneorum de Hiſtoricis p. 51.*) ex unico hoc libello, ſibi non viſo, duos perperam fabricatur, & Elverfeldio affingit, *Deſignationem ſcilicet nobilitatis Holſaticæ*, & *Tr. de Urbibus Holſatiæ.* Haud levior eſt error, & duplex qvidem, Joh. Deckheri, *in Conjecturis de ſcriptis adeſpotis*, *p. m. 120.*, ita ſcribentis: *Cherſoneſi Cimbricæ Annales laudatiſſimos publici juris fecit Jonas ab Elverfeld*, *Eqves Holſatus*, *qvi non alius*, *qvam Produx Regius*, *Henr. Ranzovius*, *ob alia ab eo edita in eminentioribus ſtudiis ſcripta illuſtris famæ.* Perperam enim JCtus doctiſſimus,

eumqve exſcribens incautus aſſecla, Adr. Bailletus (in Indice Pſevdonymorum, Tractatui Gallico *des Auteurs degviſez, &c., lit. E.*, ſubjuncto), Elverfeldii nomen eſſe fictitium, & ſub larva iſtius Ranzovium deliteſcere, conjecerunt. Vixiſſe enim, circa Sec. XVI. & XVII. confin.a. in Cherſoneſo noſtra natali, Judiciiqve in Nomarchia præfecturæ Tunderenſis Carhardenſi ſcribæ ordinarii functum eſſe officio, ac Poematis, tum latinis, cultiſſimis atqve elegantiſſimis, tum vernaculis. inclaruiſſe, Jonam ab Elverfeld, ſed Eqvitem ſe Holſatum. qvo eum Deckherus titulo temere dignatur, nunqvam appellaſſe, in Elogio ill.us, *Cimbriæ* huic *Literatæ* alibi inſerto, & *Parte I. Iſagoges ad Hiſt. Cimbr., Cap. I., §. 4., p. 4., Capiteqve XII., §. 1., p. 207. 208.*, fuſius, compluribus ſimul ad ſcripti hujus ſpectantibus laudes atqve hiſtoriam, allatis, a nobis eſt oſtenſum. Illi autem Carmina ſive Epigrammata harum Claſſium, qvæ Ranzovius, ejus patronus, longe prolixiori Exegeſi illuſtravit hiſtorica, deberi, vel ſola libri inſcriptio, duos ejus diverſos autores perſpicue ſatis diſtingvens, & cuiqve ſuum vindicans, ἀναντιῤῥήτως teſtatur. Pet. Lindebergii in iſtum Carmen hoc, *Parte III. Juvenilium, Lib. II., p. 181.*, legitur encomiaſticum:

Si bene de patria meritos Roma inclyta qvondam
Totius patriæ dixerit eſſe patres,
Qvem te, Ranzovi, bellatrix Cimbria dicet,
Undiqve tot factis qvam celebrem eſſe facis?
Qvam domibus bellis, qvam cultis arcibus ornas
Auxilio fulcis, conſilioqve juvas,
Inſuper hoc ipſo extollis ſuper æthera libro,
Enumerans pulcri commoda cuncta ſitus,

Qvotqve arces habeat, qvot templa, qvot oppida & urbes,
Qvo nunc utatur jure ſimulqve ſtatu.
Per Dium Fidium, Ranzovi, Cimbria dicet
Non ſolum Patrem te patriæ, ſed Avum.
Perge modo, ut ſolitus, ſpretis ſuccurrere Muſis,
Et patriam ex omni parti juvare tuam,
Sic patria & Muſæ nunqvam tua facta tacebunt,
Sic vero taceant, ipſa loqvetur humus.

Epiſtolæ conſolatoriæ Regum, Principum, Comitum, Baronum, Nobilium, aliorumqve clariſſimorum & doctiſſimorum Virorum, ad Henr. Ranzovium, ex patris, liberorum & conſangvineorum, morte luctu affectum, ac ipſius ad plerasqve Reſponſiones, opera ac ſtudio M. Georg. Ludov. Frobenii collectæ. Francof. 1593 & 1595. in 8., ibidem, apud Pet. Fiſcherum, ſine mentione anni, in 8. De his ſupra jam dictum eſt. Hoc autem loco mentio illarum aliqva denuo fuit injicienda, qvoniam multæ Ranzovii ipſius Epiſtolæ, & in editione qvidem ultima XLIX., cæteris, per alios ad ipſum exaratis, ſunt immixtæ, maximam partem ad adoptivas haſce reſponſoriæ.

Tractatus Aſtrologicus de genethliacorum thematum judiciis, pro ſingulis nati accidentibus, ex vetuſtis & optimis qvibusqve autoribus collectus. Francofurti, apud Wechelum, 1593. in 8., ſine loci mentione, apud Wolfg. Meiſnerum, 1594. in 4.; Francof. 1602. in 8., Ibid. 1615. in 8. Ib. 1633. in 8 Exſtat etiam verſio ejus Gallica, Pariſiis A. 1657. in 8. excuſa, ſub Tit.: *Traitté aſtrologiqve des jugements des themes genethliaqves, pour tous les accidens, qvi arrivent á l' homme, apres ſa naiſſance.* Conſtat hic Tractatus (Henr. Meibomio ſeniori, inſigni ἀβλεψίᾳ, ab Henn. Wittenio, *T. II. Diar. Biograph. Sec. XVII. p. 32.*, attributus) qvinqve partibus, qvarum prima de qvinqve modis erigendi Themata, ſecunda de obſervationibus in Themate generalibus, tertia de ſpeciali judicii genethliaci methodo, qvarta de directionibus, qvinta autem de revolutionibus & tranſitu, differit. Subjungitur illi M. Georg. Ludov. Frobenii Carmen in thema Ranzovii ipſius genethliacum, A. 1592., æt. 67., ei oblatum. Commendant eum Janus Douſa Jun. & Zach. Palthenius in Carminibus illi præfixis, Pet. Lindebergius Epigrammate peculiari, *P. III. Juvenilium, Lib. 2., p. 182. 183.*, obvia, Martinus Marſtallerus *in Epiſt. ad autorem genethliaca (inter Epp. Conſol. p. 327.)*, Gerh. Joh. Voſſius *in Lib. de Scient. Mathem., c. 65., §. 51. p 386.*, Henr. Dieſtius (in Aſtrologia eum Studioſo Theologiæ ſufficere poſſe exiſtimans) *in Opuſculo de ratione ſtudii Theol., P. II., p. 85.*, Lev. Nicol. Moltkenius *in Notis ad Thomæ Brounii Religionem Medici p. 116. 117.*, Matth. Zimmermannus *in analectis menſtruis eruditionis ſacræ & profanæ, Menſe XI., num. 8., p. 563. 564.*, Leonh. Chriſtoph. Sturmius *in Tractatu de natura & conſtitutione Matheſeos, Sect. II., c. 13., p. 366.*, & D. G. Morhofius *T. II. Polybiſt., c. 3., p. 492.*

Libellus de origine, nomine, fortitudine, rebus geſtis & fidelitate Cimbrorum, partim proſa, partim carmine, collectus e diverſis autoribus, & e bibliotheca Bredenbergenſi Ranzoviana depromptus, inqve publicum èditus, opera ac ſumptibus Henr. Ranzovii. Acceſſerunt nonnulla alia Epigrammata, lectu non injucunda. Sine loci mentione, A. 1594. in 8. (*5. pl.*). In eo, de Cimbrorum gente & expeditione, paucula tantum Taciti, Strabonis, Ptolemæi, Plutarchi, Flori, Valerii Maximi, Sidonii & Wolfg. Lazii, teſtimonia, foliis qvatuor prioribus, ſine exegeſi ulla, recitantur. Partem libelli reliqvam ac potiſſimam ſibi vindicant Elegiæ Epigrammata qvamplurima de Cimbrorum, incolarumqve Holſatiæ iis recentiorum, Nobilium inprimis non paucorum, virtutibus & factis præclaris, ipſo item Henr. Ranzovio, ejusqve prædiis, encomiaſtica, pleraqve a Joh. Lauterbachio, Georg. Lud. Frobenio, Pet. Lindebergio, Jona ab Elverfeld & Georg. Wippermanno, nonnulla autem a Dethl. Sylvio, Joh. Polito, Salom. Frencelio, Henr. Meibomio, Mich. Clenovio, Mart. Nigrino, Eilh. Lubinio, Jano Kotteritio, Dan. Tvitemeiero & Joh. Scheelio, conſcripta. Confer de illo *Partem I. Iſagoges ad Hiſt. Cimbr., c. 5., §. 7., p. 31., & Addenda Partis IV. p. 639.* Commendatur in Andr. Angeli Holſteiniſchen Adel-*Chronica, Lib. I., c. 3., p. 10.*, Exegeſi Ranzovii, *Claſſibus Epigrammatum de Holſatia* Elverfeldianis adjecta, *lit. B. 3. a.*, Thomæqve Bartholini Jun. *Libro II. de cauſis mortis a Danis gentilibus contemptæ, p. 485.*

Commentarius bellicus, libris VI. diſtinctus, ad Chriſtianum IV., Regem Daniæ. Francof., apud Palthenium, 1595. in 4. Liber I. agit de iis, qvæ, ante bellum ſuſcipiendum, ſunt deliberanda, Lib. II. de Polemarcho, aliisqve, ſententia de bello ſuſcipiendo lata, neceſſariis, tertius de prælio & dimicatione, IV. de obſidione urbium, V. & VI. de bello & pugna navali. Sub finem operis adjiciuntur: 1. Joh. Sambuci Præcepta imperatoria; 2. Henr. Ranzovii Problema bellicum, utrum multas an paucas munitiones habere Principi expediat; 3. Deſcriptio Pyramidis Segebergenſis & Obeliſci Nordoenſis. Pet. Lindebergii Carmen in laudem illius, cæteris hujus argumenti ſcriptis omnibus eum præferens, *Libro II. Partis III. Juvenilium, p. 181. 182.*, legitur. Gabr. Naudæus, *in Bibliographia militari, p. 117. edit. Schubartinæ*, ita de illo: *Ranzovii Comm. de re bellica, a copiarum Duce ſcriptus, dignus eſt, qvi a Præfectis & Imperatoribus legatur, & multum habet eruditæ lectionis.* Non minus honorifice de eodem judicat Conr. Sam. Schurtzfleiſchius, *Ep. 114. ad Dn. a Leipzig, p. 159.*, ita ſcribens: *Si qvid eſt, qvod dignum putem, ut legas in re militari, velum tibi ad manum eſſe Henr. Ranzovii Comm. bellicum.*

Thematum cœleſtium, ſeu Locorum hylegialium, ad qvodvis tempus datum directiones, qvibus tota Aſtrologiæ judiciariæ pars de cœli domiciliis XII. qvovis tempore conſtituendis, comprehenditur, additis exemplis

xemplis & thematibus, qvibus uſus eſt Joh. Carion. Francof. 1611. in 8. Ibid. 1624. in 12. (*ſ. Catal. Nund, Draudium & Lipenium.*). Publicatæ ſunt in hoc ſcripto Joh. Carionis *Directiones locorum hylegiarum*, qvas jam olim heros noſter, *in Catalogo virorum excellentium in arte Aſtrologica, p. m. 39.*, a ſe ex MSto editum iri promiſerat.

Delineatio, ſive Mappa chorographica Cherſoneſi Cimbricæ accurata. V. Pet. Lindebergii *Hypotyp. Ranzov., c. 3., p. m. 34.*, & Dan. Rogerſii, Legati in aula Danica Anglici, Epigramma in illam encomiaſticum, *ibid. p. 37. 38. Summa* eam *induſtria eſſe elaboratam*, & ſecum a Ranzovio communicatam, teſtatur Rein. Reineccius, *in addendis Methodi hiſtoriam legendi p. 208.*

Epiſtolæ qvædam ſeorſim, vel in ſcriptis Amicorum, editæ.

Una ſcil. ad Tych. Braheum, qva eum, ad Epiſtolas ſuas amicorumqve Aſtronomicas edendas, eſt hortatus, *Libro I. Epiſtolarum Aſtronomicarum* Brahei (ed. Uraniburgi A. 1596. & Francof. A. 1610. *in 4.*) obvia. V. de illa Pet. Gaſſendi *Lib. IV. de vita Tychonis p m. 127.*

Una ad Georg. Braunium, Eccleſiæ Georgianæ Colonienſis Decanum, in laudem *Librorum III.* Suffridi Petri *de Antiqvitate & origine Friſiorum*, A. 1590. ſcripta, & in *Appendice Apologiæ* Suffridi *pro antiqvitate & origine Friſiorum, contra Ubb. Emmium*, Franeqveræ A. 1603. editæ, & ibidem A. 1699. *in 12.* recuſæ, *p. 242-245.*, publicata.

Una ad D. Joach. Hinckium, Decanum Bremenſem, de Dan. Ranzovii, Archiſtrategi Danici, obitu, A. 1569. exarata, una cum reſponſoria Hinckii, in Georg. Cruſii *Deſcriptionis Bredenbergæ*, Witeb. A. 1570. in 4. editæ, Appendice, *lit. X. 1.-- Y. 1.*, occurrens.

Una ad Juſtum Lipſium, Sverini d. 11. Maji A. 1586. ſcripta, & antehac inedita, in *Syntagmate Tractatuum variorum de eruditione comparanda*, Lugd. Bat. A. 1699. *in 4.* per Thom. Crenium evulgato, *p. 563. 564.*

Aliæ ad eundem, cum Lipſii amœbæis, a Jano Gvilh. Meelio, JCto, *in Appendice, Epiſtolis* Franc. & Joh. Hotomannorum, Amſtelod. A. 1700. in 4. excuſis, adjecta, publicatæ, de qvibus ſupra, in Indice Epiſtolarum ad Ranzovium, jam eſt dictum.

Tres ad Pet. Lindebergium (*Conſolatoriis* etiam inſertæ), qvas *Liber II. adoptivus*, hujus *Juvenilibus*, Francof. A. 1595. *in 8.* impreſſis, ſubjunctus, una cum Lindebergianis, qvibus repoſitæ ſunt, *p. 234-254.*, legendas exhibet.

ב. ALIENA,
AB IPSO, VEL, E BIBLIOTHECA EJUS, AB ALIIS, EDITA.

Evacis, Regis Arabum (*qvi Neroni coævus fuiſſe, & Græce hoc ſcriptum exaraſſe, ab Henr. Mollero, in præfat., perhibetur*), Scriptum de Gemmis, olim a Poeta qvodam non infeliciter carmine latino redditum, editum ſtudio Henr. Ranzovii. Accedit Henr. Molleri, Hamburgenſis, Prof. Theol. Witeb., Epiſtola ad illum dedicatoria Witeb 1574. in 4to. (*J. Becmanni Catal. Biblioth. Francof. p. 163*), Lubecæ 1575. in 8, Lipſiæ 1585. in 4. Cui ultimæ editioni, præter Molleri præfationem, adjecta ſunt Ranzovii, ac aliorum, de aula Epigrammata, & Genealogia Ranzoviana. Verſionem hanc libri Evacis (de qvo, an unqvam extiterit, multi dubitant) Marbodæo deberi, vel Cimbro-Britanno vel Cenomanenſi Gallo, Thom. Reineſius *in Defenſ. Var. Lect. p. 75. 76.*, Chriſt. Daumius *Ep. IV. ad Reineſium p. 12. 13.*, & Joh. Alb. Fabricius *in Append. Biblioth. Latinæ, p. 156. 157.*, oſtenderunt, ſimulqve aliorum editiones hujus poematis recenſuerunt.

Pauli Alexandrini, ſcriptoris veteris, Εἰσαγωγὴ εἰς τὴν ἀποτελεσματικὴν, ſive Rudimenta in doctrinam de prædictis natalitiis, ante nunqvam viſa, ex Henr. Ranzovii bibliotheca, Græce, cum verſione ſua latina, ab Andr. Schatone, Torgenſi, Mathem., & poſtea Medicinæ, Profeſſore Witebergenſi, edita. Witeb. 1586. in 4. Denuo autem correcta, & acceſſione *Horoſcopographiæ* Henr. Ranzovii (*ſeu potius Thomæ Finchii uti ſuo paulo poſt loco monebitur*) locupletata Ibid. 1588. in 4. Verſio Schatonis latina a Claud. Lyſchandro, *in Catal MS. Scriptorum Danicorum (lit. H.)*, perperam ipſi Ranzovio tribuitur. De Paulo Alexandrino, Autore, conſuli meretur Joh. Alb. Fabricii *Biblioth. Græcæ Liber tertius, c. 20., p. 503. 504. 505.*

Alberti, Abbatis Stadenſis Sec. XIII. Benedictini, Chronicon, ab O. C. ad A. C 1256. deductum, qvo, cum in aliis partibus, vetus Hiſtoria, inprimis vero Res Germanicæ, illuſtrantur, tum Saxoniæ & Metropoleos Krantzianæ fundamenta aperiuntur, e bibliotheca Ranzoviana, a Reinero Reineccio, cum Notis, Pontificiæ dominationis arcana detegentibus, & Genealogica de familiis Capevingica, Danica, Oldenburgica ſeu Holſatica, Stadenſi ac Lippienſi, appendice, editum. Accedit Genealogia Ranzoviana. Helmſtadii 1587. in 4. Witeb. 1608. in 4. V. de illo *Partem I. Iſagoges ad Hiſt. Cimbr., c. 6., §. 10. & 11., p. 81-84.* Epigramma ipſius Ranzovii in illius editionem legitur ſub initium illius & in Pet. Lindebergii *Hypotyp. Ranzov., c. 3., p. m. 39* Elegia Henr. Meibomii Sen., qva Albertus, ob Chronicon ſuum a ſitu & tenebris vindicatum, Ranzovio gratias agens, per προσωποποιΐαν, introducitur, *eod. Cap. 3. edit. ſecundæ Hamburg.*, & ſub ipſius *Chronici Albertini* finem, Marci autem Wagneri, Frimarienſis, Epiſtola ad Ranzovium, de Alberto Stadenſi, ipſius auſpiciis & impenſis Helmſtadii edito, de aliis ſimilibus MStis, ſibi viſis, diſſerens, ſub finem *Epitomes de regno Thuringiæ* vernaculæ (des Kurtzen Auszuges vom Königreiche Thüringen), Jenæ A 1593. *in 4.* publicatæ.

Editio duorum librorum Macri de virtutibus herbarum, de qvibusdam animalium partibus ac terræ ſpeciebus, itemqve medicamentis totius corporis humani, jam recenter ex bibliotheca ſua Bredenbergenſi depromptorum, qvorum prior antehac non tam emendate, poſterior nunqvam, fuit impreſſus. Præfixus eſt Elenchus omnium plantarum, qvarum Macer meminit, adjectis earum viribus. Acceſſit qvoqve incerti autoris Speculum Medicorum, rudi qvidem & inculto ſtylo ſcriptum, ſed propter res tamen ex eadem Bibliotheca editum. Lipſiæ 1590. in 8., Hamburgi 1596. in 8. Diſceptationes eruditorum de veris librorum Macro adſcriptorum autoribus, cuinam ſc. ex tribus Macris debeantur, Macrone ævi Auguſtæi, cui Thom. Bartholinus, an Plinii συγχρόνῳ, cui Ranzovius favet, an vero nullum horum agnoſcant parentem, & liber potius primus Odoni vel Odobono, Medico, ſecundus autem Q. Sereno Sammonico, ſit vindicandus, V. in Thomæ Bartholini MStum, e qvo Ranzovius utrumqve publicavit, ad D. Ebelingium, Medicum Roeskildenſem, poſtea perveniſſe referentis) *in Diſſ. de Medicis Poetis p. 112-118.*, Chriſt. Daumii *Epiſt. IV. ad Th. Reineſium p. 12.*, Pauli Colomeſii *Κειμηλίοις literariis, c. 6.*, Joh. Alb. Fabricii *Append. Biblioth. Latinæ p. 155. 156.*, & *Homonymoſcopia* mea, *P. II., c. 4., §. 38., p. 386. 387.*

Antonii Nigri, Phyſici, circa A. 1550., Brunsvicenſis, Liber de decem præcipuis erroribus & abuſibus, propter qvos, apud nonnullas gentes, præclara Medicinæ ars, mulierculis, Judæis & impoſtoribus, veluti prædæ relicta, miſereqve infamata & conſtuprata, jacet, Ranzovianis impenſis in lucem revocatus. Hamburgi 1590. in 8.

Magia Philoſophica; h. e. Franc Patritii Zoroaſtris 320. Oracula Chaldaica, ex variis autoribus collecta; Aſclepii Dialogus & Philoſophia magna; Hermetis Trismegiſti Pymander, Sermo ſacer, Clavis, Sermo ad filium, Sermo ad Aſclepium, Minerva mundi, & alia miſcellanea, nunc primum ex bibliotheca Ranzoviana e tenebris eruta, & Latine reddita. Hamburgi A. 1593. in 8. Recuſa in *Trino Magico* Cæſaris Longini Francof. A. 1673. in 12, teſte Beughemio *in Bibliographia Medico-Phyſica p. 158. 197.* Conſuli de editione hac monumentorum Philoſophiæ barbaricæ vetuſtiſſimæ latina, e græco-latina Franc Patritii, *in Nova de univerſo Philoſophia*, qvæ Ferrariæ A. 1591. *in fol.* prodiit, expreſſa, ſicut & de cæteris, per alios viros eruditos publicatis, meretur *Bibliotheca Græca* Joh. Alb. Fabricii, *Lib. I., c. 7., p. 48. 49. & ſeqq., & c. 36., p. 248. 249. & ſeqq.* Conf. Ad. Tribbechovii *Diſſ. de Philoſophia morum inter Barbaros orientales, c. 3., p. 27.*

M. Adami, Canonici Bremenſis, Hiſtoria Eccleſiaſtica, continens religionis propagatæ geſta, qvæ, a temporibus Caroli M., usqve ad Henricum IV., acciderunt, in Eccleſia, tam Hamburgenſi, qvam Bremenſi, viciniſqve locis ſeptentrionalibus, ad MStum exemplar multis in locis aucta. Accedit ejusdem autoris de ſitu Daniæ, & reliqvarum, qvæ trans Daniam ſunt, regionum natura, deqve gentium iſtarum iſtis temporibus moribus religionibusqve, Libellus, nunc primum in lucem editus ex Bibliotheca Henr. Ranzovii, cura ac labore Erpoldi Lindebrogii, Canonici Hamburgenſis. Lugd. Bat., apud Raphelengium, A. 1595. in 4. Præfixæ ſunt Lindebrogii Epiſtola ad Ranzovium dedicatoria, & Ranzovii ad lectorem Præfatio, ſub finem autem adjecta Scholia antiqva in M. Adamum, & variarum lectionum Collectanea, cum Indice. In ſecunda hac M. Adami editione, tribus poſt primam Hafnienſem Andreæ Severini Velleji, A. 1579 excuſam, luſtris publicata, & a ſe in ſyntagmate Scriptorum de rebus ſeptentrionalibus, Francof. A. 1609. in fol. edito, repetita, Lindebrogius, e MSto Biblioth. Ranzovianæ (qvod Alb. Krantzium antea poſſeſſorem habuiſſe in Epiſt. opinatur dedicatoria), *Hiſtoriam Eccleſiaſticam* longe, qvam in Vellejana, dedit locupletiorem, *Libellum* autem *de ſitu Daniæ* (qvi, in iſta, non Velleji editoris culpa, ſed MSti haud dubie Sorani, mutili, & hoc deſtituti, vitio, deſideratur) primus juris fecit publici. Ob qvam luculentam acceſſionem, Joh. Meſſenius, Svecus, in *præfat.* ejusdem libelli, Holmiæ A. 1615. ſeorſim a ſe, ſub *Chorographiæ Scandinaviæ* titulo, editi, & Ranzovium, & Lindebrogium, verbis hiſce, in Vellejum valde injuriis, qvæ civis amiciſſimi, Andr. Kellinghuſii, fide recito, deprædicavit: *Ab exteris, & præcipue Andr. Vellejo, Cimbriæ Superintendente*, libellus hic, *per ſummam in Sveones invidiam, eſt ſuppreſſus. Qvippe A. 1579. Eccleſiaſticam ejusdem Adami Bremenſis Hiſtoriam Hafniæ divulgans, hunc libellum, illi modo qvaſi indiſſolubili adhærentem, expunxit. Verum poſtea hujus codicis jacturam; & malevoli hominis naturam, agnoſcens & deteſtans nobiliſſimus heros, Henr. Ranzovius, opera Erp. Lindebrogii A. 1595. publicavit, una cum memorato Chronico, communicans ei, ex ſua Biblioth. Bredenbergenſi, exemplar olim Cranzii.* Confer, de hac Editione, M. Adami ipſius & Lindebrogii Elogia, nec non *Partem I. Iſagoges ad Hiſt. Cimbr., c. 6., §. 3, p. 66. 67.*

Hiſtoria Archiepiſcoporum Bremenſium, a tempore Caroli M. usqve ad Carolum IV., i. e. a Willehado usqve ad Gothofredum, ab incerto Autore deducta, & nunc primum in lucem edita ex bibliotheca Henr. Ranzovii, ſtudio & opera Erp. Lindebrogii. Lugd. Bat., ap. Franc. Raphelengium 1595. in 4. Præfixa eſt illi (inter *Scriptores Rerum ſeptentrionalium*, Francofurti A. 1609. *in fol.* editos, itidem recuſæ) Epiſtola Lindebrogii ad filios Ranzovii dedicatoria, ſubjuncta autem, præter Henr. Meibomii, Pet. Lindebergii & Adolphi Occonis, ad Ranzovium, & Nicol. Reusneri, Jani Kotteritii ac Salom. Frencelii, in ſymbola illius atqve emblema ſepulchrale, Carmina, appendix, vetuſtas aliqvot tabulas donationum, Privilegia, aliaqve ad Hiſtoriam Archiepiſcoporum Bremenſium pertinentia, una cum antiqvo de Vicelino, Epiſcopo Aldenburgenſi, carmine heroico, exhibens. Plura de illa V. in Elogio Erp. Lindebrogii, editoris, & *P. IV. Iſagoges ad Hiſt. Cimbr., c. 9., §. 2., p. 563. 564.*

Arnoldi, Abbatis Lubecenſis, Supplementi derelictorum Chronici Slavorum Helmoldi, Presbyteri Boſovienſis, capita qvinqve ultima, XVIII. ſcil., XIX. XX. XXI. XXII. libri ſexti, qvæ, in duabus antiqvioribus Helmoldi & Arnoldi editionibus, a Sigism. Schorckelio Francofurti A. 1556. & 1573., ac a Rein. Reineccio ibidem A. 1581., publicatis deſiderantur, poſt Erp. Lindebrogium, qvi A. 1609. Scriptorum de Rebus ſeptentrionalibus ea primus, ſed non ſine mendis, inſeruerat Syntagmati, e MSto Henr. Ranzovii, ſibi olim communicato, longe emendatius ab Henr. Meibomio Seniore, in appendice, *Apologiæ pro Ottone IV. Imperatore*, Helmſt. A. 1624. *in 4.* excuſæ, adjecta, *p. 119-127.*, edita, ac inde poſtea A. 1659. in Henr. Bangerti noviſſimam *Chronici* iſtius *Slavici* editionem translata. Plura de illis ſuggerent *Pars I. Iſagoges ad Hiſt. Cimbr., c. 6., p. 72. 73.*, & *Diatribe* noſtra *de Helmoldo, §. 12., p. 12.*

Iconiſmus monumenti ſepulcralis Runici in Jutia Illingenſis, in memoriam parentum, Gormonis ac Thyræ, Regum Daniæ, ab Haraldo Blaatand, patris ſucceſſore, Seculo X, claſſe regni univerſi in ſubſidium vocata, erecti, in Pet. Lindebergii *Hiſtorica rerum, ab A. 1586. ad 1591. geſtarum, Narratione*, Hamburgi A. 1591. in 4. excuſa, editus. Commendatur a Joh. Adolpho Cypræo *in Annalibus Epiſcoporum Sleſvicenſium, Lib. I., p. 15. 43. 49. 50.*, Ol. Wormio *Lib. V. Monumentorum Danicorum p. 327.*, & in *Iſagoge* noſtra *ad Hiſt. Cimbr., P. I., c. 3., §. 8., p. 23.* Arngrimus Jonas, Islandus, *in Comm. de Islandicæ gentis primordiis & rep. veteri, c. 3., p. 378. edit. Stephanianæ*, ita de illo: *Vidimus Monumentum Gormonis, Regis Daniæ, his characteribus antiqvis (Runicis) inſcriptum, typis Hamburgenſium editum A. 1591., addita interpretatione per characteres latinos; qvibus typis non per omnia nobiſcum convenit, qvod tamen non moror.*

2. ADOPTIVA,

AUSPICIIS, JUSSU AC SUMPTIBUS EJUS EDITA.

(Qvibus aſteriſcus præfigitur, de his jam ante eſt dictum)

* Pet. Albini, Secretarii & Hiſtoriogr. Elect. Saxonici, Wipertus, ſive Origines Ranzovianæ. Witeb. 1587. in 8. Ibid. 1588. in 4.

* Scipionis Amirati, Ducum Hetruriæ Hiſtorici, Arbor Genealogica Ranzoviana, æri inciſa.

* M. Andr. Angeli, Præpoſiti in Marchia Brandeb. Strausbergenſis, *Chronicon Holſaticum* vernaculum bipartitum. Lipſ. 1597. in fol.

Mich.

Mich. Beütheri, J. U. D. & Hiſt. Prof. Argent., Elogia Regum Daniæ, & Ranzoviorum, imaginibus eorum ornata, de qvibus V. Melch. Adami *Vitas Philoſ. Germ. p. 335.*

* Mich. Bojemi, Scholæ Torgenſis Rectoris, Hiſtoriæ de Somniis Libri II., cum Genealogia familiæ Ranzovianæ, verſibus incluſa. A. 1587. in 4.

Georg. Braunii, ædis Georgianæ Colonienſis Decani, *Theatri urbium Tomus IVtus*, in qvo præcipuæ civitates Daniæ, Norwegiæ, Ducatuumqve Sleſvicenſis & Holſatici, æri inſculptæ exhibentur, & ſimul deſcribuntur, A. 1593 *in fol. reg.* editus. V. Ranzovii Epiſtolam ad Jacobum VI., Regem Scotiæ. *in Epp. Conſol. p. 87. 88.*, & aliam Braunii ad ipſum, *ibid. p. 289. 290.* Hunc ipſi Ranzovio falſo vindicat Cl. Lyſchander, *in Catal. MS. Script. Dan.*, ſub titulo *Theatri urbium & arcium Danicarum, ære Seliaco artificioſiſſime ornati.*

*. Henningi Conradini, Scholæ Hamburg. Conrectoris, Epigrammatum in heroas Marte & arte illuſtres, qvorum effigies in arce Bredenbergenſi viſuntur, Liber hiſtoricus. Antwerpiæ, typis Plantini, A. 1581. in 4. Hunc Pet. Lindebergius perperam, non ſolum *in Hypotypoſi Ranzov., c. 3., p. m. 35.*, Henr. Ranzovio noſtro, tanqvam autori, attribuit, ſed &, præfixo ejusdem nomine, tribus Ἡδυσμάτων, ſuorum, ſive *Juvenilium*, partibus, in editione priori, Hamburgi A. 1592. *in 8.* excuſa, ſubjunxit. Confer de illo Elogium Conradini, & *Partem I. Iſagoges ad Hiſt. Cimbr., c. 14., §. 7., p. 22.*

M. Mart. Coronæi, Holſati, Pædagogi ipſius aulici, & Paſtoris deinde Kilonienſis, Vita & res geſtæ Joh. Ranzovii (*parentis Henrici*). Roſt. 1566. in 4 Francof. 1567. in 4. Plura de hoc ſcripto V. in Elogio Coronæi, & *P. I. Iſag. ad Hiſt. Cimbr., c. 14., §. 8., p. 223-225.*

*. M. Georg. Cruſii, Hannoverani, ex liberorum ipſius præceptore Præpoſiti Eiderſtadienſis, Deſcriptio Bredenbergæ, arcis Ranzoviorum Holſaticæ; ſine loci mentione A. 1569. in 4., Witeb. 1570. in 4., Argentinæ 1573. in 8.

Caſp. Enſii, Lorchenſis, Rerum Danicarum, Friderico II. rerum potiente, terra mariqve geſtarum, Hiſtoria, bella Dithmarſicum & Svecicum, maxime memorabilia, complectens, cum brevi recenſione eorum etiam, qvæ in vitam & mortem prædicti Regis inciderunt, inſertisqve tabulis æneis. Francof. 1593. in fol. Ranzovii ſcriptis perperam a Claud. Lyſchandro, *in Catal. MS. Scriptorum Danicorum* (*lit. H.*), accenſetur.

Thomæ Finchii, Flensburgenſis, Med. D. & Prof Hafnienſis, Horoſcopographia, continens fabricam cardinum cœleſtium ad qvodvis datum tempus, & viam deductionis Ptolemaicam. Argentinæ 1585. in 4. Recuſa cum Pauli Alexandrini Εἰσαγωγῇ εἰς τὴν ἀποτελεσματικὴν, e Biblioth. Ranzoviana per Andr. Schatonem edita, Witeb. A. 1588. in 4. In utriusqve hujus editionis non titulo ſolum, ſed & Epiſtola ad Ranzovium dedicatoria, a Finchio ſcripta, Ranzovio illa, tanqvam autori, tribuitur, qvod ejus ſcilicet juſſu & auſpiciis eſſet conſcripta, eidemqve deinde a Pet. Lindebergio, *in Hypotyp. Ranzov., c. 3., p. m. 35.*, & Claud Lyſchandro *l. c.*, eſt vindicata. In tertiæ autem editionis, longe auctioris, novaqve plane facie, Sleſvigæ A. 1591. in 4., ſumptibus Ranzovianis, evulgatæ, & Ranzovio denuo dedicatæ, titulo pariter atqve proœmio, Finchius ſuum hunc fœtum, Herois noſtri petitu olim concinnatum, ſibimetipſi aſſeruit, nec diutius ſub larva nominis illuſtris aliena deliteſcere voluit, ſicut in Elogio ejus fuſius expoſuimus.

*. M. Hieron. Henningii, Eccleſiaſtæ Lüneburgenſis, Genealogiæ aliqvot familiarum Saxoniæ nobilium, & has inter Ranzoviæ. Hamb. 1590. in fol. reg.

Chriſtoph. Kellinghuſii, Hamburgenſis, J. U. D., Poema de præcipuis rebus geſtis Johannis Ranzovii, Eqv. Aur. (*Henrici parentis*), heroicum, Libris III, comprehenſum, & Francof. A. 1567. in 4. excuſum, recuſum autem in Sim. Schardii *Tomo III. Scriptorum Hiſtoriæ Germanicæ*, Baſileæ A. 1574. in fol.

Ejusd Narratio de ſepultura & exeqviis Joh. Ranzovii, apud Schardium *l. c.*, *p. 50. & ſeqq.*, in Hier Henningii *Genealogiis*, modo laudatis, *fol 22-26.*, *in Epiſtolis conſolatoriis ad Heur. Ranzovium p. 39-47.*, & Ranzovii ipſius Sylloge *Epitaphiorum*, Lipſiæ A. 1584. edita, *p. 51-59.*, obvia. Conf. de illa *P. I. Iſag. ad Hiſt. Cimbr., c. 14., §. 8., p. 22.*

Pet Lindebergii, Roſtochienſis, Epigrammata Ranzoviana, cum propria, tum aliena Roſt 1590. in 4.

*. Ejusd. Hypotypoſis arcium, palatiorum, librorum, pyramidum, &c., ab Henr. Ranzovio conditorum. Roſt. 1590. in 4., & deinde auctior Hamburgi 1591. & Francof. 1592. in 4.

Ejusd Liber de Numerorum præcipuorum, tam in ſacris qvam ethnicis ſcriptis, nobilitate, myſterio & eminentia, in bibliotheca Bredenbergenſi, ex variis autoribus, auſpiciis Henr. Ranzovii, qvi non pauca ipſe adjecit exempla, collectus. Roſt. 1591. in 8. Recudi eum, a ſe magnam partem auctum, curavit D Chriſtianus Woldenbergius, JCtus Acad. Roſtoch., cum Tr. ſuo *de Numeris utriusqve Juris, Civilis & Canonici*, Francof. & Lipſiæ A. 1671. in 4.

* Ejusd. Hiſtorica rerum in Europa, ab A. 1586. ad 1591., geſtarum Narratio, qvarum eventu Henr Ranzovii, Joh. Regiomontani, Joh. Stofleri, & aliorum, de Anno illo cumprimis mirabili 1588. prædictiones Aſtrologicas re comprobatas eſſe oſtenditur, ex inſtructiſſima Bibliotheca H. Ranzovii collecta. Hamburg. 1591. in 4.

*. Ejusd. Ἡδυσμάτων, ſeu Poematum juvenilium, Partes III., Hamb. A. 1592. in 8., & auctiores Francof. 1595. in 8 Plura de qvinqve his Lindebergii ſcriptis in ejus invenies Elogio

*. Alb. Lomeieri, Lubbecenſis Weſtphali, Deſcriptio Ranzovii, prædii Ranzoviorum hæreditarii. Islebiæ 1595. in 4.

* Ejusd. Γεράτιον, H. Ranzovio oblatum, ſeu Carminum ad eum Faſciculus. Ulyſſeæ 1592. in 8.

Alb. Meieri, Pilwormia Strandfriſii, Parochi ruralis in Friſia Cimbrica Lindholmenſis, Methodus apodemica deſcribendi regiones, urbes & arces, qva docetur, qvid, in ſingulis locis, præcipue in peregrinationibus, homines nobiles ac docti animadvertere, obſervare & annotare, debeant; juſſu & impenſis Henr. Ranzovii conſcripta. Hamb 1587. (*juxta Lindebergium in Hypotypoſi, c. 3., p. 65.*), Helmſt. 1587. in 8., Lipſiæ 1588. in 8., Roſt. 1591. in 8. (*ſub finem Libri Pet. Lindebergii de Numerorum præcipuorum nobilitate, &c.*, Argentinæ 1608. in 12. (cum Georg. Lovyſii *Pervigilio Mercurii*), Hamb. 1678. in fol. (*in Rud. Capelli Sciagraphia Nummophylacii Lüderiani, plag. IIb. & ſeqq.*), & Lugd. Bat. A. 1699. in 4. (*inter Tractatus Variorum de eruditione comparanda, a Thoma Crenio junctim editos, p. 565-571.*). Ranzovio ipſi, tanqvam autori, perperam tribuitur, non ſolum a Joh. Ant. Lindano *in Tr. de ſcriptis Med. p. 241.*, J. Chriſtoph Becmanno *in Catal. Biblioth. Francof. p. 377.*, Paulo Mart. Sagittario *in Programm. de peregrinatione p. 18.*, Car. Arndio *in Bibliotheca Politico-Heraldica p. 441.*, Alb Bartholino *in Tr. de Scr. Dan. p. 6.*, Georg. Abr. Merclino *in Lindenio Renovato p. 400.*, & aliis, ſed etiam, ſuppreſſo Meieri nomine, in editione Thomæ Crenii Lugduno-Ba-

tava

tava noviſſima, &, ſi Lindano ac Becmanno fides habenda, in Lipſienſi qvoqve A. 1588., & Argentinenſi A. 1608.

Nicol. Raimari Urſi, Dithmarſi, Rudolphi II., Imperatoris, tandem Mathematici, Grammatica Latina Ranzoviana, A. 1580. in 8.

Ejusd. Geodeſia Ranzoviana; das iſt: Landrechnen und Feldmeſſen, ſamt Meſſen allerhand Gröſſe, alles, auf eine leichte, behende, und vermahls unbekandte neue Art, künſtlich, gründlich und deutlich, beſchrieben. Lipſiæ 1583. in 4.

Valent. Thilonis, Lignicio Sileſii, J. U. D., Elogia in Icones ſex Regum Daniæ, & trium Ranzoviorum. Baſileæ 1589. in 4.

II. INEDITA ET AFFECTA.

Regni Daniæ ſtatus præſentis Expoſitio, cum Chorographia Daniæ, nec non Holſatiæ, & ad hanc pertinentium Ducatuum, ſingularis Deſcriptio. V. Pet. Lindebergii *Hypotyp. Ranzov. c. 3., p. 64.* & Cl. Lyſchandri (*Coſmographiam totius Daniæ* eam vocantis) *Catal. MS. Scriptorum Danicorum, lit. H.* Eadem hæc forte eſt cum Deſcriptione Cimbricæ Cherſoneſi, cujus MStum, ſed mutilum, in Bibliotheca qvadam Sleſvicenſi, publica Auctione d. 25. Jun. A. 1710. vendita, ſuperfuiſſe, Catalogus illius teſtatur. Lindebergius, *P. III. Juvenilium, Lib. 2., p. 180. 181.*, hoc etiam Carmine *libellum* hunc, qvem vocat, *de hodierno Daniæ ſtatu* commendavit:

Plusne tibi, in dubio eſt, Ranzoi, Dania laudis
Debeat, an vero, Saxo diſerte, tibi.
Daneidum primus ſcripſiſti, Saxo, tuorum,
Bella patrata ſolo, bella peracta ſalo.
Daneidum primus deſcripſiſti, optime Ranzo,
Oppida juncta ſalo, condita cuncta ſolo,
Præſentemqve ſtatum Regni, præſentia Jura,
Præcipuas arces, frugiferumqve ſitum,
Immiſcens pariter lectu digniſſima multa,
Qvæ non a qvoqvam ſcripta fuere prius.
Magnam, Saxo, tibi, me judice, Dania laudem,
Majorem, Ranzo, debet at illa tibi,
Qvi præſtas aliis, ut præſtat ſidere ſidus,
Argentum plumbo, Pleiade clara Venus.
Macte tuis ſcriptis! ſic æternabis honorem,
Sic Dani & Cimbri ſemper in ore ferent:
Nemo Ranzovidum natus de ſtemmate major
Henrico fuit, & nemo futurus erit.

Hiſtoriæ Holſatiæ, Ditmarſiæ, Wagriæ, Stormariæ, ac civitatum Lubecenſis & Hamburgenſis, qvas poſt obitum demum ſuum publicari voluit, teſte P. Lindebergio *in Hypotyp. Ranzov., c. 3., p. 62.* Promiſſæ ſunt in Jonæ Elverfeldii *præfat. Claſſium de Holſatia*, ubi, Ranzovium *exactiſſimam aliqvando de rebus Holſaticis cognitionem poſteritati eſſe communicaturum, refertur.* Abſolutas autem eas ab Heroe noſtro, ante obitum, eſſe, præter Steph. Macropum *in Or. fun.*, teſtatur Dav. Chytræus, qvi, in Epiſtola ad illum (inter Chytræanas *p. 631. 632.* obvia), autori, ob iſtas ſibi communicatas, hiſce verbis egit gratias: *Ingens volumen Rerum Cimbricarum & Deſcriptionis Holſatiæ tuum, proximis diebus, bibliopola Laur. Albertus mihi ipſi reddidit, qvod diligenter cuſtodiam, & conſtituto a vobis tempore referri iſthuc curabo. Nunc, ut petitis, Catalogos Epiſcoporum Sleſvicenſium ac Lubecenſium, & Cimbriæ, ſeu Holſatiæ, Hiſtoriam, & de Comitibus annotata, qvæ ſuperiori menſe mecum communicaſtis, remitto. - - Qvæ a vobis accepta Chronico meo inſeram, cum expreſſa & grata nominis veſtri memoria ſemper conjuncta erunt. - - Deſcriptionem Ducatus Sleſwicenſis hodie accepi.* Teſtatur etiam *l. c.* Lindebergius, cujus hoc qvoqve in Opus idem ἀνέκδοτον Epigramma, *P. III. Juvenilium, Lib. II., p. 183.*, legitur:

Cimber Cimbrigenum dum fortia colligit acta
Ranzovius, multa non ſine laude, ſenex,
Eſt pius in patriam, & patriæ regionis alumni
Ut præſtent arte & Marte, togaqve, probat,
Jactat Alexandros ad cœlum terra Pelasga,
Jactet item Marios Roma ſuperba ſuos.
Qvod nihil Auſoniis, nil Græcis, Cimbria cedat,
Cimbrigenum virtus, Ranzoviusqve, facit.

Sed periit haud dubie theſaurus iſte, una cum cæteris ſcriptis Noſtri ἀνεκδότοις, vel in expugnatione arcis Bredenbergenſis, A. 1627. facta, Bibliothecæ Ranzovianæ, a militibus direptæ, fatali, vel alio deinde caſu infelici, jactura ſane irreparabili, qvam *Parte I. Iſagoges ad Hiſt. Cimbr., c. 7., §. 11., p. 129. 130.*, jam deploravimus.

Monumenta Daniæ ac Cimbriæ Runica, qvæ, teſte Pet. Lindebergio (*in Hypotyp. Ranzov., per Rud. Capellum in Sciagraphia Nummophylacii Luderiani* allegata (*), non edere ſolum, ſed & artis Hieroglyphicæ beneficio characteres eorundem interpretari, voluit. De Monumento Runico Jellingenſi, cujus Iconiſmus ab illo ſpeciminis inſtar forte eſt publicatus, ſupra jam diximus. Conf. *P. I. Iſag. ad Hiſt. Cimbr., c. 3., §. 8, p. 23. 24.*, ubi Olai Wormii, in Monumentis iſtis colligendis, diligentia effectum jam eſſe, ut mitius laboris Ranzoviani feramus jacturam, ſimul eſt monitum.

Inſcriptiones Daniæ, Cimbriæ & totius Germaniæ, qvas undiqve eum conqviri curaſſe, & editioni deſtinaſſe, nos docent Epiſtolæ illius & Mart. Marſtalleri, Conſiliarii Pomeranici (Pomeranicas, Principum ſuorum, ipſi polliciti, nomine), de iſtis amoebææ qvatuor, A. 1593. & 1594. exaratæ, & inter *Epiſtolas Conſolatorias* (*p. 291. 293. 294. 321. & 334.* conſulendas) obviæ. Qvas inter duæ poſteriores, ab utroqve A. 1594. ſcriptæ (*p. 321. 334.*), editionem illarum Heroem noſtrum Laurentio Schradero, Halberſtadienſi, voluiſſe committere, ſimul teſtantur, illi ſcilicet, cujus *Monumentorum Italiæ, hoc noſtro ſeculo, & a Chriſtianis, poſitorum, Libri* IV., in affini verſantes argumento, jam ante Helmſtadii A. 1592. *in fol.* prodierant.

Opus Medicum ſelectum, ſeu MStum, partem maximam res Medicas complexum, A. 1627. ex Biblioth. Bredenbergenſi, a militibus direpta, in manus Viti Kitzingii, Tribuni Cæſarei, delatum, & ab ejus poſtea genero donatum Wolfio Helmhardo, Baroni ab Hohenberg, qvi, maximo illud uſui ſibi fuiſſe in concinnandis *Georgicis* ſuis *curioſis* (ſive dem Unterrichte vom adelichen Land- und Feld-Leben), ſermone Germanico Norimbergæ A. 1682. *in fol.* editis, in horum *præfatione*, teſtatur. V. *Acta Erud. Lipſ. A. 1683., M. Aug., p. 314.*

Rerum cœleſtium ac Elementorum brevis & dilucida explicatio, nec non ſignorum, planetarum, eorundemqve virium, luculenta deſcriptio, in qva doctrina de cœleſtium corporum motibus, proprietatibus atqve effectibus, traditur, adjectis figuris & tabulis neceſſariis. Opus MS., qvod Pet. Lindebergius, *in Hypotyp. c. 3., p. 64.*, non ſolum ἀνεκδότοις Ranzovii annumerat, ſed in Bibliotheca etiam Bredenbergenſi fuiſſe aſſervatum, & ad finem proinde perductum, teſtatur.

IV. Vo-

(*) Ipſe in neutra Editionum, qvæ ad manus mihi fuere, locum hunc Lindebergii invenire potui.

IV. Volumina Nativitatum, in qvorum primo duo continebantur Tractatus, qvorum alter mundi, cœli, & qvorundam oppidorum, figuras cœleſtes, earumqve eventus, alter Pontificum, Cardinalium & Epiſcoporum qvorundam, themata, exhibebat. Secundum volumen Tractatum tertium, Imperatorum, Ducum & Principum, tertium autem volumen Tractatus qvartum, nobilium ac aliorum virorum inſignium, ac qvintum virorum doctorum, & artificum eximiorum, Themata ſiſtentes, complectebatur. Qvartum deniqve volumen Tractatus ſextus de βιοθανάτοις, ſive morte violenta peremptis, ſeptimus de mutilis, ſeu vitio corporis affectis, & octavus de cito natis ac mortuis, gemellis item & hermaphroditis, agens, ſibi vindicabant. Singulorum autem nativitatibus eventus, res geſtæ, diesqve ac anni natales & emortuales, erant adſcripti. V. P Lindebergii *Hypotyp. Ranzov., c.3, p.63.64.*

Volumen ſingulare Poematum & Epigrammatum, a Lindebergio *l.c.* itidem, inter editioni deſtinata ac matura, memoratum.

Centuriæ aliqvot Epiſtolarum, ab illuſtribus & clariſſimis viris ad illum ſcriptarum, qvas evulgaturum eum eſſe Lindebergius *l.c p.63.* A.1590. eſt pollicitus. Undecim harum circiter Decades, triennio poſt, in *Conſolatoriarum* prodierunt ſyntagmate, cæteræ autem, ſicut & omnes anno 1595. recentiores, lucem nondum viderunt.

Ipſius Epiſtolæ ad amicos viroſqve doctos plurimæ, inter *Conſolatorias* haud editæ, e qvibus tres A. 1595. & 1598 ad Frid. Lindebrogium exaratæ, in Volumine ad JCtum hunc & Polyhiſtorem Hamburgenſem ab eruditis ſcriptarum ἀνεκδότῳ, a cive ipſius ampliſſimo, Reinholdo Blomio, aſſervabantur.

Selectiores ejus Epiſtolæ MStæ in Bibliotheca qvadam Slesvicenſi, publica auctione d. 25 Jun. A. 1710. diſtracta, teſte Catalogo illius, ſuperfuerunt.

Opuſcula qvædam ejus inedita, & qvidem αὐτόγραφα, Helmſtadii, in nova bibliotheca Academica Rudolphum Auguſtum, Ducem Brunſvicenſem, Academiæ donata, aſſervari, Herm. ab Hardt, *in Or. de hujus Memorabilibus* (Joh Andr. Schmidii) *Acceſſioni* I. *ad Collectionem Scriptorum de Bibliothecis Maderianam* A.1703. inſerta) *p.288.*, teſtatur, ſed, qvænam in illa ſint, indicare neglexit.

III. FALSO EI ATTRIBUTA.

Horoſcopographia Thomæ Finchii
Methodus Apodemica Alb. Meieri
Tomus IV. Theatri Urbium, ſive Theatrum Urbium Danicarum & Cimbricarum, Georg. Braunii, Decani Ædis Georgianæ Colonienſis.
Tres Claſſes Epigrammatum de Holſatia Jonæ ab Elverfeld, ab ipſo illuſtratæ.
Rerum Danicarum, Friderico II. rerum potiente, Hiſtoria Caſp Enſii.
Genealogiæ qvarundam Familiarum Saxoniæ nobilium Hier. Henningii.
Epigrammatum in Heroas Arcis Bredenbergenſis Liber Hiſtoricus Henn. Conradini.

De ſingulis ſupra, in Indicibus ſcriptorum Ranzovii, partim propriorum, partim adoptivorum, nec non de vita ac rebus ipſius ab aliis editorum, fuſius eſt actum, eaqve, erroribus nonnullorum detectis & confutatis, veris autoribus vindicata.

Libellus ſub titulo: *Homo diſce mori*, editus, Nomen il'ius in MSto Bibliothecæ Gottorpienſis præfert Catalogo. Qvale ejus ſcriptum cum nec ipſe viderim, nec ab aliis laudari obſervaverim, nomen M. Brunonis Qvinos in Ranzoviani locum arbitror eſſe ſubſtituendum, cujus *Ars moriendi*, Germanice ſcripta (Sterbkunſt, oder nützlich Handbüchlein, darinn etliche ausbündige Exempel hoher Chriſtlicher Perſonen zu finden, daraus Anleitung zu nehmen, wie man ſich zu einem Chriſtlichen Ende bereiten ſolle), Budiſſæ A. 1578. & Lipſiæ A. 1595. in 8. prodiit, titulumqve eundem Latinum, *Diſce Mori*, habet præfixum.

REMBERTUS,

§. I.

ſive (ſi Vitæ ipſius ἀδεσπότου Autoris ei coævi, & M. Adami Bremenſis, ſcribendi rationem malimus ſeqvi) RIMBERTUS, qvem Helmoldus (1.) & *Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſium* ſcriptor incertus (2.) *Reimbertum*, Joh. Trithemius (3.) & Herm. Hammelmannus (4.) *Reinbertum*, Snorro Sturleſonius (5.) parum accurate *Dumbertum*, Bremenſis autem urbis incolæ, teſte Philippo Cæſare (6.), *S Reimerum* appellant, duplicem ſui mentionem, ſub gemino hoc *Remberti* & *Rimberti* nomine, in Ant. Poſſevini *Apparatu ſacro* (7.), lapſu illius μνημονικῷ, obtinuit. Patriam qvod ſpectat, a Suffrido Petri, Hiſtorico malæ fidei Friſico & patriæ gloriam majorem conciliare futilibus conato commentis (8.), Friſius, atqve Anſgarii, ſui in Archiepiſcopatu Hamburgenſi anteceſſoris (Vardenæ Friſiorum, uti idem finxit, nati), *conterraneus & cognatus*, fuiſſe falſo perhibetur. Qvod figmentum non alii ſolum Scriptores Friſici, Bernh Furmerius ſcilicet (9.) & Mart. Hamconius (10.), Anſgarii eum civem & cognatum itidem vocantes, ſed Ant. Poſſevinus etiam (ſibi ipſi, dum Turholto, Flandriæ oppido, oriundum fuiſſe addit, contradicens) (11.), Gerh. Joh. Voſſius (12.), Joh. Gothofr. Olearius (13.), Joh. Hallervordius (14.) & Joh. Chriſt. Nevius (15.), ſuis incaute approbarunt calculis. Phil. Cæſar, qvi, *in Triapoſtolatu Septentrionis* (16), Rembertum Turholto qvidem oriundum fuiſſe concedit, ſed, cum *capite XIX. Vitæ Anſgarii*, ab ipſomet ſcriptæ, *ex gente Danorum progenitus* eſſe dicatur, Danos habuiſſe parentes, qvi Turholti habitarint, conjicit, cum alio, ob ὁμωνυμίαν, eum confudit Rimberto, gente Dano, qvem, ab Anſgario Epiſcopi ornatum titulo, & in Sveciam miſſum, novellæ regni hujus eccleſiæ, poſt mortem qvoqve Anſgarii, ſe in cathedram jam evecto Hamburgenſem, adhuc præfuiſſe loco citato teſtatur, & ſatis proinde perſpicue a ſe diſtin-

(1.) *Lib. I. Chronici Slavorum c 6., p. 21.* (2.) *c 5. p. 71.* (3.) *in Chronico Hirſaugienſi, ad A. 887.* (4.) *Lib. II. de Viris illuſtribus Weſtphalis (in Operibus Genealogico-Hiſtoricis) p. 147.* (5.) *in Chronico Regum Norwagiæ, T. I., P. VI., c. 22., p. 220. 221. 222. edit. Peringskoldianæ.* (6.) *in Notis ad Triapoſtolatum Septentrionis p. 205.* (7.) *Tomo III, p. 125. & 134.* (8) *Decade VII. Scriptorum Friſiorum, num. 1* (9.) *Lib V. & VI. Annal. Friſicorum,* teſte Chr. Franc. Paulino mox allegando. (10.) *in Indite, Libro ſuo de Friſia, ejusqve Viris illuſtribus* qvi Amſtelodami A. 1623. prodiit), præmiſſo. (11.) *T. III. Appar. ſacri p. 125.* (12.) *L. II de Hiſt. Lat, c 37., p. 329.* (3.) *in Abaco Patrologico p. 404., & T. II. Biblioth. Scriptt. eccl. p* 122. (14) *in Biblioth. Curioſa p. 354* (15.) *P. II. Acceſſionum ad Degorei Wheari Relectiones hyemales hiſtoricas p. 371.* (16.) *in Notis realibus ad cap. XI. Vitæ Angarii Rembertinæ,* recuſis *Vol. II. Memor. Hamb.* J. Alb. Fabricii, *p. 711.*

diſtingvit, noſter Rembertus (17.). Confuſionis hujus cum eodem a Cl. Arrhenio (18.), & *Homonymoſcopia* noſtra, fidem Arrhenii ſecuta (19.), perperam eſt inſimulatus, cum alterius potius, ſed haud diſſimilis, cum Erimberto (de qva ſuo paulo poſt loco dicetur) fuiſſet accuſandus, Joh. Vaſtovius, *Vitis Aqvilonia, Vitas Sanctorum regni Sveo-Gothici exhibentis*, Autor, qvi (20.) noſtrum *Gallum natione* fuiſſe diſertis potius verbis, etſi parum accurate, tolerabili tamen errore, affirmat. Galliæ enim Belgicæ pars olim fuit Flandria, cujus oppidum Turholtanum veram Remberti eſſe patriam, cum Jac. Meiero (21.), Joh. Molano (22.), Valer. Andr. Deſſelio (23.), Chriſt. Franc. Paulino (24.), aliisqve Viris, credimus, eruditis.

§. II.

In Urbe certe iſta Flandriæ Turholtana Anſgario, in monaſterium illius, ſibi a Ludovico Pio, Imperatore (ſicut in Vita Anſgarii præcedente 25.) fuſius a nobis eſt narratum), ut civitate Archiepiſcopali Hamburgenſi per Paganos ejecto aſyli loco eſſet, donatum, profecto, Rembertus, cum ignotus ei antea fuiſſet, in prima innotuit pueritia, pietatemqve hujus præcocem atqve infucatam ita probavit, ut a Præſule ſanctiſſimo in filium mox adoptaretur ſpiritualem, divinoqve manciparetur miniſterio, ac adultior in familiaritatem admitteretur intimam, comesqve itinerum in Septentrionem eligeretur apoſtolicorum. Occaſio, qva Anſgario Rembertus primum innotuit, ab Autore Vitæ illius, ipſi coævo, hiſce verbis exponitur (26.): *Qvodam tempore Dominus Pontifex* (Anſgarius) *ibidem* (in Cœnobio Turholtenſi) *degens, aſpexit qvosdam pueros ad Eccleſiam cum joco & inanibus feſtinare diſcurſibus: qvorum qvidam, inter cæteros pene minimus, graviter incedens, & pueriles levitates ſollicite devitans, orationem cum reverentia & timore peregit, ſurgensqve ſigno Crucis frontem munivit, &, qvaſi maturioris eſſet ætatis, ſuam per omnia continentiam exhibuit. Animadvertit ergo Vir Dei, ſacram religioſi pueri infantiam divinæ jam ſervitutis amore flagraſſe, accitisqve ad ſe parentibus ejus, & nomen pueri, qvod Rimbertus vocaretur, edidicit, &, conſenſu eorum accepto, tonſuram ei & eccleſiaſticum habitum impoſuit, ſicqve eum ibidem paterna ſollicitudine commendans ſtudioſe erudire præcepit.* Qvibus gemina, ſed brevius, ab Alb. Krantzio (27.) narrantur. Nec diſſentit, qvod ad ſummam rei attinet, qvamvis circumſtantias omiſerit, M. Adamus Bremenſis, ita ſcribens (28.): *In qvorum* (Monachorum Turholtenſium) *nobili contubernio jam tum a puero ſanctus effulſit Rembertus, qvem ſanctus Pater Anſgarius adoptans in filium, prophetico ſpiritu, qvo plenus erat, longe ante prædixit illum ſuæ virtutis æmulum, & in cathedra Pontificali ſuccedere, gratiaqve meritorum in cœleſti regno conſortem fore. In qva re omnipotentis Dei providentia, qvæ olim Heliæ ſubſtituit Heliſeum, in Remberto non fefellit Anſgarium.* Qvæ verba Adami, maximam partem, Albertus Stadenſis (29.), Autor *Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſium*, ab Erp. Lindebrogio inter *Rerum Germ. Septentr. Scriptores* editæ (30.), & Krantzius modo allegatus (31.), illo non laudato, more ævi iſtius, ἀυτολεξεὶ ferme deſcripſerunt. In ejusdem oppidi Turholtenſis ſchola monaſtica (uti locus Scriptoris Vitæ coævi, paulo ante recitatus, nos docuit), non autem in Cœnobio Galliæ Turonenſi, qvod in Turholtenſis locum Joh. Ad. Cypræus (32.), nominum affinitate deceptus, male ſubſtituit, Rembertus, Anſgarii juſſu, a Præceptoribus idoneis ſtudioſe, & inſigni, eruditus eſt, cum ſucceſſu. De qvo Scriptor Vitæ (eum, juvenem licet, mortis meditationi, tanqvam veræ Philoſophiæ, jam tunc aſſidue vacaſſe addens) hæc retulit (33.): *Poſt hæc puer jam Deo dilectus, magis magisqve in gravitate proficiens, & diſcendis liberalibus diſciplinis, ardenter inſtabat, & inter hæc orationibus, cæterisqve bonarum rerum occupationibus, aſſvetus, in paucis annis omni maturitate, & ſcientiæ, & virtutum, perfectus enituit.* E ſchola vix egreſſum Turholtenſi, teſte eodem (34.), Anſgarius, qvi, in ſacra illum dignitate ſuum olim fore ſucceſſorem, revelatione videbatur edoctus eſſe divina, mox ad ſe Hamburgum evocavit, &, cum gaudio exceptum, non comitem ſolum itinerum ſuorum ad gentes arctoas apoſtolicorum voluit eſſe perpetuum, ſed & amicum habuit intimum, omnium, qvæ, in Dei honorem, ſive publice, ſive privatim, agebat aut moliebatur, conſcium. Fidem ergo non merentur, cum munera & Biographo huic συγχρόνῳ, & cæteris antiqvioribus, ignota Remberto affingant, Aub. Miræus, Presbyterum Turholtanum eum appellans (35.), Johannesqve Letznerus (36.), Joh. Ad. Cypræus (37.) & Chriſt. Franc. Paulinus (38.), Scholæ illum monaſticæ Turholtenſis (qvam cum Turonenſi Galliæ, in locum ejus ſubſtituta, Letznerus ac Cypræus perperam confuderunt) Rectorem ab Anſgario eſſe conſtitutum, iſtamqve, per annos aliqvot, ſumma cum fidei ac diligentiæ laude, gubernaſſe, perhibentes. Imo Monachis illum etiam Cœnobii Turholtani, cum Ant. Poſſevino, & hunc ſecutis Gerh. Joh. Voſſio ac Joh. Gothofr. Oleario (39.), annumerare non audemus. Licet enim horum ſententiæ verba Adami Bremenſis ambigua, paulo ante recitata, favere videantur; ab Alb. Krantzio (40.) tamen merito jampridem ideo eſt rejecta, qvod, uti ſuo loco narrabitur, antiqviores, *Rembertum, jam conſecratum Archiepiſcopum, ſacram religionis* (monaſticæ) *veſtem* (in Cœnobio Corbejæ Saxonicæ) *primum accepiſſe*, uno velut ore teſtentur.

§. III

Æqve incerta, meritoqve falſitatis ſuſpecta, eſt Cœnobitarum Corbejæ Saxonicæ, de Remberto, anteqvam Hamburgum & in Septentrionem abiret, ſuæ per Anſgarium præfecto ſcholæ, traditio, cujus mentio prima in *Breviario* occurrit *rerum memorabilium* Iſibordi ab Amelunxen, Cœnobii iſtius Seculo XI., uti fertur, Monachi, noſtrum non *confratrem* tantum & *Commonachum* ſuum, ſed & *Scholaſticum Corbigenſem*, appellantis (41.). Seculo deinde XV. expirante Joh. Trithemius, *in Chronico Hirſaugienſi* (42.), clarius eandem expoſuit, ita ſcribens: *Claruit his temporibus Reinbertus, ex Monacho Corbejenſis Cœnobii in Saxonia Archiepiſcopus Bremenſis, Vir in divinis Scripturis & ſecularibus literis doctiſſimus, qvi ſcholæ Monachorum publicæ, multis annis, in præfato monaſterio, glorioſe docendo præfuit.* E recentioribus, munere Rectoris Scholaſtici, in Corbeja nova ſive Saxonica, noſtrum eſſe functum, tradiderunt Joh. Letznerus (43.), Joh. Ad. Cypræus (44.), Joh. de Launoy (45.) & Chriſt. Franc. Paulinus (46.). E qvibus Letznerus, anno jam 831. illud ab Anſgario,

(17.) V. de hac confuſione *Partem II. Iſagoges* meæ *ad Hiſt. Cimbr.*, *c.3.*, *p.* 62. 222. 223, *Præfationem* ejusdem *Iſagoges recentiorem p.* 49 50, & *Homonymoſcopiam*, *P. II.*, *c.* 6., §.85., *p.*615. 616., nec non *Vitam Anſgarii præcedentem*, §. 22., & confer Pet. Lambecii *Notas ad c.*29. *Remberti*, *in Append. Origg. Hamburg.*, *p. m.* 136. (15.) *L. I. Hiſt. eccl. Sveo-Goth.*, *c.* 20., *p.* 65. (19.) *l.c.* (20.) *p.* 15. (21.) *in Chronico Flandriæ*, *ad A.* 887., cujus verba a G. J Voſſio *L.* 2. *de Hiſt. Lat.*, *c.*38, *p.* 334., recitantur. (22.) *in Indiculo Sanctorum Belgii*, *Martyrologio* Uſuardi, Lovanii A. 1573 edito, annexo. (23.) *in Bibliotheca Belgica p.* 792. (24.) *in Theatro Virorum illuſtrium Corbejæ Saxonicæ*, *c.*3., *p.* 22. (25.) §. 9. & 15. (26.) *cap.*3. (27.) *in Metropoli*, *L. I.*, *c.* 32. & *L.* 2. *c.* 2. (28.) *L. I. Hiſt. Eccl. Hamburg. & Brem. c.* 20. (29.) *in Chronico*, *ad A.* 837. (30.) *c.* 5., *p.* 71. (31.) *L. I. Metrop. c.* 20. & 32., *ac L. II.*, *c.* 2. (32.) *in Annalibus Epiſcc. Sleſvic.*, *L. I.*, *c.* 4., *p.* 28. 29. (33.) *cap.* 4. (34.) *cap.* 5. (35.) *T. I. Biblioth. Eccl. p.* 232. (36.) *in Chronico Corbejenſi Germanico*, *c.* 8. *edit. primæ anni* 1585. (37.) *loco num.* 32. *citato.* (38.) *loco n.* 24. *allegato.* (39.) *locis num.* 11. 12 & 13. *citatis.* (40.) *L. I. Metrop. c.* 32. (41.) V. Verba ejus, a Chr. Franc. Paulino, *in Theatro Viror. illuſtr. Corb. Sax.*, *c.*3., *p.* 23., exhibita. (42.) *ad A.* 887., teſte Launoyo mox allegando. (43.) *loco n.* 36. *citato.* (44.) *loco n.* 32. *allegato.* (45.) *in Lib. de Scholis celebrioribus, ſeu a Carolo M., ſive poſt illum, per Occidentem inſtauratis*, *c.* 18., *p.* 71. (46.) *l.c. p.* 23.

gario, cum diſciplinam ſcholæ, cui antea ipſemet qvoqve præfuerat, Corbejenſis collapſam reſtauraſſet, Remberto eſſe collatum, aſſerens, ἀτύϛατα lectoribus ſuis obtrudit. Iſto enim anno Rembertus Ansgario nondum innotuerat, imo nec Cœnobium Turholtenſe huic a Ludovico Pio, Imperatore, erat donatum, in qvo is puerulum, poſt donationem demum hanc, A. 834. factam, reperiſſe perhibetur, uti *in Vita Ansgarii ſupra* (§. 8.) jam monuimus. Silentium præterea & *Vitæ Remberti* vetuſtæ, a monachis ipſius Cœnobii Neo-Corbejenſis, teſte Adamo Bremenſi, conſcriptæ, & Adami hujus, documentis de Ansgario & Remberto neceſſariis, ex eodem, ſicut fatetur, inſtructi, aliorumqve veterum, de officio iſto noſtri ſcholaſtico Corbejenſi, ne traditioni Cœnobitarum ævi poſterioris fidem habeamus lubricæ, prohibet.

§. IV.

Hamburgam ad Ansgarium profecto ſomnium Procuratoris hujus, cui ipſe, in prima tunc adhuc conſtitutus adoleſcentia, nocte diem adventus ſecuta, in templi ſedere faſtigio, campanamqve, in cœlo apparentem, vinculo lineo, inde ad ſe demiſſo, agitare, ac ſono hujus ſvavi valde delectari, videbatur, ſupremam in urbe illa dignitatem jam portendebat eccleſiaſticam, ab Autore *Vitæ* (47.) interpretatione fuſius explicatum allegorica. Apud qvem etiam (48.), aliosqve Veteres (49.), fabulas hujusmodi, qvibus immorari nobis haud vacat, veris ſubinde immiſcentes narrationibus, qvæ de anima Arnulphi (50.) Presbyteri, per noſtrum, poſt apparationem illius ſupplicis nocturnam, abſtinentia omnium, præter panem & aqvam, ciborum, per XL. dies continuata, purgatorii tunc erepta tormentis, & in cœlum tranſlata, vulgo ſpargebantur, legi poterunt. Ansgario filius hic ejus adoptivus haud degener, teſte eodem Biographo (51.), dotes ſuas ac virtutes, præſertim vero pietatem, humilitatem, & aſſiduitatem in cultu divino, ſacris ad populum ſermonibus, precibus, jejuniis, vigiliis atqve bonis operibus, fatigari neſciam, coram magis magisqve probabat, tantumqve ſui in illo viciſſim excitabat amorem, ut Præſul ſanctiſſimus ipſi hunc, templo ſecum, finita ſupplicatione, egredienti, verbis detegere non dubitaret ſeqventibus: *Oportet te, o fili Rimberte, ſemper illi gratias agere, qvi de turbidis ſeculi fluctibus ad portum qvietis te vocavit: ad qvem qvia video te indubitanter animum applicaſſe, fateor amoris tui me affectu flagrare, eandemqve dilectionem ſine tenus ex mea parte circa te durare non dubites.* Qvibus cum noſter modeſte, ſe *tanta gratia indignum eſſe*, regeſſiſſet, ſed & ſimul Ansgarium, ut præmiorum, qvæ in futura vita reportaturus eſſet, cœleſtium, interceſſione ipſius, particeps redderetur, obſecraſſet, tunc qvidem nullum accepit reſponſum, ſed, triduo elapſo, hanc etiam beatitudinis æternæ communionem ipſi a Deo eſſe impetratam, neutrumqve in iſta ab altero ſeparatum iri, additis præclaris, qvibus ſuperbiam non minus, qvam deſidiam, profectui in vitæ ſanctitate obfuturam, fugere jubebatur, monitis, eſt edoctus. Summæ, qvæ cum Ansgario ſibi interceſſit, familiaritatis ipſemet etiam Rembertus, in Vitæ illius hiſtoria, mentionem injecit, nomine licet ſuo, uti a Vitæ ipſius Autore (52) monitum eſt, ſuppreſſo, qvando *cap. 30., qvendam, qvi Ansgario familiariſſimus erat, magna vi precum vix ab eo obtinuiſſe, ut ei Pigmenta* ſua ſive Oratiunculas in Pſalmos Davidicos, *ſicut cantare ſolitus erat, dictaret*, & *cap. 33.*, Præſulem hunc, in morbo fatali, dolorem, ob ſpem martyrii ſe fruſtratam conceptum, *fideliſſimo ſuo diſcipulo qverendo revelaſſe*, ſed *conſolationem* hujus *nullo modo recepiſſe*, narravit, aliisqve in locis, de ſe loqvens, ſimili uſus eſt περιφράσει.

§. V.

Itinerum, qvæ noſter, Ansgario ſuperſtite, illumqve comitatus, in regna ſuſcepit borealia, ſacrorum hiſtoria eo, qvo par erat, ſtudio a Vitæ ſcriptore, aliisqve Veteribus, non eſt expoſita. Erimbertus enim, qvem illi Ansgarii comitem, circa A. 848., in ſecundo fuiſſe itinere Svedico, & ab eodem, in Cimbricam redituro diœceſin, Bircæ eſſe relictum, novellæqve Svecorum Eccleſiæ conſtitutum Antiſtitem, teſtantur, non noſter erat Rembertus, uti Joh. Vaſtovius (53.) & Joh. Meſſenius (54.), nominum ſimilitudine decepti, falſo, fatente Er. Benzelio juniore, Vaſtovii Scholiaſte (55.), tradiderunt, ſed Presbyter alius, ab hoc diverſus, Gaudbertiqve, Svecorum antehac Epiſcopi, nepos, de qvo plura, in Vita Ansgarii (56.), a nobis ſunt allata, & iſtic poſſunt relegi. In tertio tamen ſive ultimo itinere Ansgarii Danico, ad Ericum II. ſeu Puerum, Regem, ſuſcepto, eum, circa A. 860., comitatus eſſe videtur, cum, in iſto, ipſum Templi urbis in Cimbria Ripenſis, Chriſtianorum Daniæ omnium, poſt Sleſvicenſe, antiqviſſimi, Erici permiſſu conditi, primum tunc ab Ansgario conſtitutum eſſe Antiſtitem Adamus Bremenſis (57.), Albertus Stadenſis (58.), Autor *Annalium Corbejenſium*, in *Syntagmate rerum & antiqvitatum Germanicarum* Chr. Franc. Paulini editorum (59.), & Alb. Krantzius (60.), hosqve ſecuti permulti recentiores (61.), perhibeant. Cujus Templi Ripenſis Mariæ Virgini in monte dicati Liligero, & non multo poſt qvidem a Paganis everſi, ſed A. 931. Frothonis VI, Regis, auſpiciis inſtaurati (62.)) ſtructuræ, ac Sacerdotis ei præfecti, ipſemet qvoqve Rembertus, *in Vita Ansgarii* (63.), mentionem, ſed nomine ſuo ſuppreſſo, injecit. Præfectus eſt autem ædi huic ſacræ, teſtibus Autoribus modo laudatis, uti alibi jam monuimus (64), velut Sacerdos ac Presbyter tantum, non vero tanqvam primus Eccleſiæ illius Epiſcopus, uti a Joh. Letznero, Epiſcopatum (cujus initium in A. C 946. incidiſſe fuſe *in Iſagoge ad Hiſtoriam* demonſtravimus *Cimbricam* (65.)) Ripenſem per Ansgarium jam eſſe conditum temere affirmante, falſo traditur (66). Qvod cum & Caſp. Danckwerthius (67.) fateatur, male Rembertum Catalogo Epiſcoporum inſeruit Ripenſium (68.), qvem e ſuis eorundem indicibus Har. Huitfeldius (69.), aliiqve, merito excluſerant. Sacerdotio hoc Ripenſi noſter per aliqvot præclare functus eſt annos, &, ſi Autori *Scripti Veteris de Eccleſia Bremenſi* exigui, inter *Scriptores Rerum German ſeptentr.* ab Erp. Lindebrogio publicati, fides tuto poteſt haberi, *plures infirmos, qvos in Eccleſia Ripenſi ſacro baptiſmatis fonte purificavit, etiam ab omni corporis ſanavit ægritudine* (70.). Inde Bremam ad

(47.) *cap. 7.* (48.) *cap. 8.* (49.) V. Ad. Brem. *L. I. Hiſt. Eccl. c. 37.*, Alb. Stad. *Chronicon*, *ad A. 882.*, Anonymi *Hiſt. Archiepp. Brem.*, *c. 5.*, *p. 72.*, Henr. Woltheri *Chron. Archiepp. Brem.* (*T. II. Rer. German. H Meibomii Jun.*) *p. 26.*, & Alb. Krantzii *L. II. Metrop. c. 11.* (50.) Woltherus ſolus *Anfridum* hunc vocat. (51.) *cap. 6.* (52.) *cap. 9.* (53.) *in Vite Aqvilonia p. 13.* (54.) *in Chronico Epiſcoporum Sveciæ*, *c. 2.*, *p. 8. 9.* (55.) *in Notis col. 7.* (56.) §. 22. Conf. *Homonymoſcopiam noſtram*, *Sect. II.*, *c. 6.*, §. 35., *p. 558. 559.* (57.) *L. I. Hiſt. Eccl. c. 28.* (58.) *in Chronico*, *ad A. 858.* (59.) *ad A. 860.*, *p. 372.* (60.) *L. I. Metrop. c. 41.* (61.) V. Magni Matthiæ *Seriem Epiſcoporum Lundenſium p. 7.*, Har. Huitfeldii *P. I. Chron. Dan p. 29.*, Nic. Heldvaderi *P. I. Sylvæ Chronol. Circuli Balthici cap. 15.*, *p. 75.*, J. A. Cypræi *Annales Epiſcc. Sleſvic.*, *L. I*, *c. 3.*, *p. 25. 26.*, *c. 4. p. 29.*, & C. Danckwerthii *Chorogr. Cimbr.*, *P. II.*, *c. 4.*, *p. 78.*, ac *P. III.*, *c. 13.*, *p. 264* (62.) V. Huitfeldium *l. c. p. 29. 41.*, & *in Chronico Epiſcc. Daniæ p. 16.*, ac confer, qvæ de templo eodem in Vita Ansgarii §. 29., diximus. (63.) *c. 28.* (64.) *P. II. Iſag. ad Hiſt. Cimbr.*, *c. 3.*, §. *11. & 13.*, *p. 63. 69.*, ac *in Vita Ansgarii* §. 23. (65.) *P. II.*, *c. 3.*, §. *13.*, *p. 66-69.* (66.) *loco num. 36. citato.* (67.) *locis num. 61. citatis.* (68.) *P. II.*, *c. 4.*, *p. 78.* (69.) *loco num. 62. citato.* (70.) V. *Scriptum illud apud Lindebrogium p. 116.*

ad Anſgarium reverſus, hujus Diaconum, teſtibus Adamo Bremenſi (71.), Alberto Stadenſi (72.) & Autore *Chronici Slavici poſterioris* (73.), aliqvamdiu egit, non vero Decanum, uti a ſolo Huitfeldio (74.), ob lapſum haud dubie memoriæ, perperam eſt narratum.

§. VI.

Bremæ Anſgario, morbo qvatuor menſium fatali diuturno decumbenti, Annis 864. & 865., qvæcunqve potuit, aſſidue exhibuit officia, ſolatiaqve ſæpe ſuggeſſit, moribundo autem, ſicut is, lingva uti non amplius valens propria, juſſerat, voce ſonora preces Davidis (Pſ. XXXI. 6.) ac publicani (Luc. XVIII. 13.) ſacras acclamavit (75.). *Fratrem* enim illum, qvem hoc feciſſe Vitæ Anſgarii ſcriptores, Rembertus & Gvaldo, retulerunt, non alium qvam Rembertum ipſum fuiſſe, docuit nos Autor vitæ ejus incertus (76.). Qvo teſte etiam (77.) Anſgarius, cum qvidam a lethaliter decumbente conſilium, an Rembertus, vel alius, ſubrogandus ipſi eſſet, poſtulaſſent, ſuum non eſſe ſucceſſorem deſignare modeſte qvidem reſpondit, ſed hæc tamen ſubjunxit: *De meritis tamen Rimberti ſciatur, qvia dignior ipſe Archiepiſcopali, qvam ego Subdiaconatus officio,* Imo, triduo ante obitum, uti ab eodem docemur Biographo (78.), ipſi Remberto, qvod ſuus in Archiepiſcopatu futurus eſſet ſucceſſor, ſignificavit, & renitenti, ſeqve *nec viribus, nec meritis,* tantæ dignitati *eſſe idoneum* exclamanti, Deum hoc decreviſſe, ejusqve voluntati ab ipſo eſſe obtemperandum, inculcavit, tandemqve perſvaſit.

§. VII.

Judicio atqve vaticinio Anſgarii moribundi eventus mox reſpondit. Anno enim 865. (in cujus locum Autor *Chronici Slavici poſterioris* (79.) annum 855., *Annales Corbejenſes* (80.) annum 866., Joh. Letznerus autem (81.) & Claud. Arrhenius (82.), hic etiam more ſuo novaturientes, annum 869., temere ſubſtituerunt), cum Anſgarius die 3. Februarii obiiſſet, poſt illius ſtatim exeqvias & ſepulturam, Rembertus defuncto, concordibus Cleri atqve populi, ſubrogabatur, ſuffragiis, & Archiepiſcopus conſtituebatur, non Remenſis uti, in *Bibliotheca* Val. Andr. Deſſelii *Belgica* (83.) typographico vocatus eſt ſphalmate), ſed Hamburgenſis, ſimulqve Epiſcopus Bremenſis. Hiſtoriam electionis, a Ludovico juniore, Rege Germanico, confirmatæ, ſecutæqve iſtam inaugurationis Moguntinæ, Autor *Vitæ* noſtri (84.) verbis enarravit ſeqventibus: *Nec ulla ambiguitas fuit clero, vel populo, inter plures de electione, ſed, ipſo mox die depoſitionis Domini Anſgarii, Rimbertum omnes concorditer elegerunt. Cum cujus concordiæ pacto, ad glorioſum tunc temporis Regem Hludowicum adduxerunt eum Viri venerabiles, Thiadricus, Mindenſis Eccleſiæ Epiſcopus, & Adalgarius, Abbas Monaſterii novæ Corbejæ, ſuſceptusqve ab eo honorifice, cum Pontificalis baculi juxta morem commendatione, Epiſcopatus eſt ſortitus dominium* - - *Cum hujus ergo ad ordinandum eum tenoris inſinuatione Venerabilem Rimbertum glorioſus Rex direxit ad Luidbertum, Mogontienſem Archiepiſcopum, a qvo, juſſu ejus, ita eſt conſecratus, ut provide actum ſit, qvatinus, in adjutorium conſecrationis, non unius Metropolis, ſed duarum, convenirent Suffraganei, Luidhardus videlicet, Paderburnenſis Epiſcopus, pertinens ad Maguntiam, & præfatus Thiadricus, Suffraganeus Archiepiſcopi Colonienſis. Qvos ita permixtim adeſſe idcirco placuit, ut tam hujus conſecrationis actio, qvam etiam Domini Anſgarii primitus ad ſedem ipſam ſimili modo facta ordinatio, in ſignum eſſent futuris temporibus, qvod ad nullam nominatim Condiœceſitatem qvorumcunqve Epiſcoporum pertineat ad hanc ſedem conſecrare Epiſcopum, ſed tantum, ut diximus, Palatinæ hoc commiſſum ſit prudentiæ, donec conſecrantium numerus ex gentibus ſuppleatur.* Gemina his, de electione, confirmatione & conſecratione Remberti, e Veteribus, tradiderunt Adamus Bremenſis (85.), Albertus Stadenſis (86.), Autor *Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſium*, inter *Scriptores Rerum Germ. ſeptentr.* Lindebrogianos obviæ (87.), & Alb. Krantzius (88.), ſimulqve Pallii Archiepiſcopalis, per Nicolaum I. Pontificem noſtro tranſmiſſi, mentionem, a Biographo omiſſam, adjecerunt. Cujus indicii ope ſententia Letzneri & Arrhenii, electionem Remberti, una cum morte Anſgarii, ad A. 869. (qvo Nicolaus non amplius erat ſuperſtes, & Hadrianus II ei jam ſucceſſerat) referentium, erronea facile poteſt refutari. Taceo argumenta contra eandem, & pro anno 865., alia, *in Vitæ Anſgarii proœmio ac* §. *31.* a nobis jam allata, & conſenſum Cæſ. Baronii (89.), Ant. Poſſevini (90.), Joh. Meſſenii (91.), Pet. Lambecii (92.), cæterorumqve recentiorum ferme omnium, vulgo receptam Veterum de initiis Archiepiſcopatus Remberti ſententiam nobiſcum amplectentium.

§. VIII.

Dignitate potitus Archiepiſcopali, ut voto, qvo, poſt Anſgarii obitum, vitam ſe acturum eſſe monaſticam, jam olim conſtituerat, ſatisfaceret, poſt factam inaugurationem, Epiſcoporum, a qvibus conſecratus erat, ſvaſu, in Cœnobium Corbejæ mox abiit novæ ſive Saxonicæ. In iſto Ordinem ingreſſus Benedictinum, ſacraqve hujus veſte indutus, ſanctionibus ſe ejusdem monaſticis, abſentem licet, in vita omni, qvoad per labores atqve occupationes muneris liceret ardui, eſſe obtemperaturum, pollicebatur, &, ut exercitiis iſtius religioſis eo facilius aſſveſceret, aliqvem e Monachis Corbejenſibus, cujus conſvetudine gaudere poſſet aſſidua, comitem ſive (e Chr. Franc. Paulini (93.) ſententia) Sacellanum ſibi rogabat adjungi. Deſiderio huic Adalgarius, Abbas Monaſterii Neo-Corbejenſis, lubens morem geſſit, & in diœceſin Hamburgenſem ac Bremenſem remigranti geminam comitem dedit fratrem proprium ſibiqve ὁμώνυμον, Adalgarium, tunc Diaconi adhuc functum officio, ſed Remberti, a cujus latere per vitam haud diſceſſit reliqvam, ſeneſcentis in Archiepiſcopatu adjutorem, mortuiqve ſucceſſorem, tandem conſtitutum. A qvo, multisqve aliis, noſter, teſte Vitæ ipſius Scriptore, cui (94.) modo narrata debemus, ſeqvens perfectionis monaſticæ reportavit elogium, *qvod nihil, ex occaſione curæ Paſtoralis, de monachica perfectione perdiderit, adeo, ut nullus etiam intra ipſa monaſteria viventium inſtrumenta bonorum operum, qvæ eorum Regula commemorat, æqve ut ipſe, obſervaverit.* Singulatim deinde, ab eodem Biographo (95.), celebrantur Remberti *qvotidiana cum Deo converſatio, animus cælo ſemper intentus,* aſſiduitas in ſacra oratione atqve lectione, & uſus vigiliarum jejuniorumqve moderatus, eaqve temperatus prudentia, ut laboribus officii nihil impedimenti objiceret magis neceſſariis. Præcipue tamen,

(71.) *L. I. c. 31.* (72.) *ad A. 865.* (73.) *ad A. 855., apud Lindebrogium l. c. p. 253.* (74.) *in Chronico Epiſcc. Dan. p. 7.* (75.) V. Remberti *Vitam Anſgarii c. 33. & 34.*, ac Gvaldonis *Metaphraſin illius metricam c. 102. & 108.* (76.) *cap. 9.* (77.) *cap. 10.* Confer *Scriptum vetus de Eccleſia Bremenſi, l. c. p. 116.* in locum vocis *Subdiaconatus* aliam, *Archidiaconatus* nempe, ſubſtituens. (78.) *cap. 11.* (79.) *loco n. 73. citato.* (80.) *ad A. 866., p. 372. editionis C. F. Paulini §. 5. allegatæ.* (81.) *loco n. 36. citato.* (82.) *L. I. Hiſt. Eccl. Sveo-Gothicæ, c. 24, p. 81. & ſeqq.* (83.) *p. 408.* (84.) *cap. 11.* (85.) *L. I. Hiſt. Eccl. c. 31. & 32.* (86.) *in Chronico, ad A. 865.* (87.) *cap. 5. p. 71.* (88.) *L. II. Metrop. c. 2.* (89.) *T. X. Annal. Eccl., ad A. 865., n. 102., p. 319.* (90.) *T. III. Appar. ſacri p. 125.* (91.) *in Chronico Epiſcop. Sveciæ, c. 2., p. 9.* (92.) *in Chronologia Libri I. Rer. Hamburg., ad A. 865., p. m. 115.* (93.) *loco n. 41. citato.* (94.) *cap. 12.*, e qvo ſuas de vita Remberti monaſtica narrationes verbotenus fere deſcripſerunt breviores Adamus Bremenſis *L. I. c. 32. & 39.*, Albertus Stadenſis *ad A. 865*, Autores *Hiſtoriæ Archiepp. Brem. c. 5., p. 71.*, & *Annalium Corbejenſium, ad A. 866., p. 372.*, Henr. Woltherus *loco n. 49. citato,* & A. Krantzius *L. 2. Metrop. c. 2. ac 19.* (95.) *c. 12. & 13.*

men, nec immerito, & ab illo (96.), & ab Adamo Bremenſi (97.), Alberto Stadenſi (98.), Iſibordo ab Amelunxen (99.), Autore *Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſium* (100.), Alb. Krantzio (101.), recentioribusqve, hos ſecutis, ſummis ornatur laudibus beneficentia ejus ſingularis in pauperes, non Xenodochii ſolum Bremenſis, ab Anſgario anteceſſore conditi, ab ipſo autem tot aucti ſubſidiis atqve reditibus, *ut nusqvam copioſius vel ſapientius hoc ipſum procuratum eſſe ſciretur*, ſed & qvoslibet promiſcue alios. De qva ita Autor Vitæ: *Sed & extra Epiſcopatum, ubicunqve fuiſſet, ſemper conſtitutos habebat, qvi pecuniam in ſaccellis ad dandum pauperibus geſtarent; ipſeqve, ad hoc ipſum, in zona ſua marſupio cum nummis ſemper utebatur, ut, ſi qvando diſpenſator eleemoſynæ ſuæ, in adventu egentis, deeſſet, ipſe ſine mora haberet, qvod daret. Inerat enim ei ſollicitudo, ne qvis talium a ſe ſine levamine abſcederet, ſuisqve ad ſimilia jugiter adhortationem faciens, dicere ſolebat: Non tardandum eſt, ut cunctis pauperibus ſuccurramus, qvia, qvis ſit Chriſtus, vel qvando ad nos veniat, ignoramus.*

§. IX.

Qvanta commiſeratione Chriſtianorum captivorum, qvos Dani ac Normanni gentiles, longe lateqve in Holſatia, Saxonia, Friſia, tractu Germaniæ Rhenano, aliisqve regionibus, omnia tunc excurſionibus crebris vaſtantes, abduxerant, calamitatem ſit proſecutus, qvantaqve animi promptitudine, *nullis ſumptibus*, & ne templorum qvidem vaſis ac theſauris, parcens, hos redemerit, Autor Vitæ ipſius verbis expoſuit ſeqventibus (102.): *Ad redemptionem captivorum cunctis pene, qvæ habebat, expenſis, cum multorum adhuc, apud paganos detentorum, miſeriam cernere cogeretur, etiam altaris vaſa ad redemptionem eorum impendere non dubitavit. In qvo dum qvibusdam, minus ſublimiter intelligentibus, non recte videretur feciſſe, qvaſi ad alios uſus redigeret, qvæ ſacris erant deputata myſteriis, & a qvodam interrogatus fuiſſet, qvare ita faceret, juſta ratione ſciſcitanti ſatisfaciens: Non ignoro, inqvit, res Eccleſiaſtici officii digne eſſe tractandas, & ſub magna fore obligatione ad hoc opus depoſitas. Veruntamen plus eſt apud Deum, per hæc ſubveniri captivis Chriſtianis, in anguſtia conſtitutis, qvam eſſe poſſit depoſitum iſta cuſtodiendi. Et, ſi neceſſitas incubuerit duorum bonorum unum eligere, & alio carere, oportet aſſumere, qvod eſt melius, & relinqvere, qvod habetur inferius. Unde & ego, ait, cum nullum aliud habeo conſilium, non impie ago, ſi Chriſtianum, qvi filius Dei eſt, cum theſauris Eccleſiæ redimo: cum & ſemper invenire poſſimus, qvod ad uſum ſacri ſufficiat miniſterii, irrecuperabile autem ſit, ſi Chriſtianus in captivitatis afflictione deficiat.* Qvibus verbis hæc etiam Ambroſii, teſte Adamo Bremenſi (103.), adjunxit: *Melius eſt animas Domino, qvam aurum, ſervare. Pretioſa ergo ſunt illa vaſa, qvæ animas de morte redimunt.* Hiſtoria multitudinis Chriſtianorum captivorum, qvæ Sleſvigam proficiſcenti, Sliæ aqvis, ſi Cypræo credamus, ſubmergenda, in itinere occurrebat, ab ipſo, catena, qva conſtricti erant, vi precum diſrupta, cum Pagani λύτρον aliud nollent accipere, eqvo, qvem poſtulabant, redemptæ proprio, tum ab Adamo Bremenſi, cæterisqve Autoribus modo allegatis, tum a Scriptore *Vitæ* noſtri, & ab hoc qvidem fuſius, enarratur. Qvos inter tamen hunc notavi diſſenſum, qvod Biographus unicam tantum monialem, Adamus vero, & reliqvi, illi ὁμόψηφοι, totam captivorum multitudinem, eqvo iſto redemptam eſſe perhibeant. Animi qvoqve adeo manſveti, ut nemo ipſi coævorum Moſi, omnium hominum (teſte S. Scriptura Num. XII. 3.) mitiſſimo, fuerit ſimilior, laudem Rembertus ab Adamo Bremenſi (104.), *Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſium* Scriptore (105.), Albertoqve Krantzio (106.), &, ante hos, a ſuo, reportavit, Biographo. Qvi tamen ſimul narrat (107.), eum, in qvibusdam negotiis cauſisqve diſcutiendis, adeo firmiter ſuæ, licet nihil iracundæ commotionis oſtenderet, verbisqve abſtineret aſperis, inhæſiſſe ſententiæ, ut nulla ratione ab ea poſſet dimoveri, cauſamqve ἰδιογνωμοσύνης iſtius eſſe revelationem Anſgarii anteceſſoris amico hiſce verbis detexiſſe: *Qvæcunqve agere debeo, vel omittere, ſeu de omnibus futuris mihi eventibus, præſagium ſemper capio ex viſionibus Domini ac deceſſoris mei Anſgarii. Solet enim ipſe, mihi apparens, in qvalitate vultus ſui oſtendere, qvaliter me immiſcere debeam rebus agendis, &, qvicqvid de illo ſentio, nullam ad hoc exeqvendum diſſimulationem facere poſſum.*

§. X.

Populum ſacris aſſidue inſtituiſſe concionibus, inqve harum uſum e libris Gregorii Magni Pontificis loca præſtantiora, plebi inculcanda, excerpſiſſe, imo & diverſorum ordinum homines officii ſui Epiſtolis (de qvibus in Scriptorum dicetur Catalogo) ſæpius commonefeciſſe perhibetur paræneticis (108.). In qvibus Sermonibus ſcriptisqve ſacris ſi Rembertus forte, una cum Anſgario anteceſſore, *puro cæleſtis verbi tritico noxia* ſubinde, ſicut a Cl. Arrhenio (109.) inſimulatur, *admiſcuit zizania*, ævo id tribuendum eſt, qvo uterqve vixit, rudiori ac infeliciori. *Magnum* certe, teſte Biographo (110.), *ſtudium habuit ejus, qvæ ſecundum pietatem eſt, doctrinæ, & potens fuit in ipſa doctrina etiam alios exhortari.* Geminæ diœceſeos, Hamburgenſis & Bremenſis, Ephorus extitit perqvam ſedulus ac ſollicitus, &, licet, ob urbis Archiepiſcopalis Hamburgenſis devaſtationem, a Danis atqve Normannis factam paganis, in Bremenſi plerumqve commoraretur, *Hammaburgenſis* tamen *cathedræ præcipuam egit curam, tam fratribus qvam pauperibus, opportuna miniſtrans ſolatia*, ſicut Adamus Bremenſis (111.), &, qvi hunc ſeqvuntur, Albertus Stadenſis (112.) ac Krantzius (113.), verbis nos docuere diſertis. Qvi etiam, eum Monaſteriis qvatuor, ab Anſgario anteceſſore in utraqve conditis diœceſi, qvintum *in ſolitudine Bukkin* addidiſſe, una cum Autore *Chronici Slavici poſterioris* (ad A. 882. hujus referente ſtructuram) (114.), & Scriptore *Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſium* incerto (115.), teſtantur. Qvorum ultimus ita de iſto: *Ipſe etiam Conventualem Eccleſiam in ſolitudine in Burken fundavit, cum Præpoſitura & Canonicis ſecularibus, qvos ibi regulariter vivere præcepit, ad honorem Dei & S. Materniani Confeſſoris.* De conjectura Caſp. Dancwerthii, cui (116.) Monaſterium hoc Bukkinenſe idem eſſe videtur cum Cœnobio Ducatus Bremenſis, prope urbem Buxtehudanam, veteri, in iſtius verſati hiſtoria judicent.

§. XI.

Diligentiam ejus in ſacra ad gentes arctoas legatione, Archiepiſcopis per Pontifices Romanos commiſſa Hamburgenſibus, fideliter obeunda, & itinera periculoſa, ad easdem ſuſcepta, Autor Vitæ (117.), verbis celebravit ſeqventibus, ab Adamo Bremenſi (118.), Alberto Stadenſi (119.), Scriptore *Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſium* (120.), Alb. Krantzio (121.) & Joh. Vaſtovio (122.), αὐτολεξεὶ ferme repetitis: *Præterea legationis ſuæ*

(96.) *cap.* 14. (97.) *Lib. I. c.* 38. (98.) *in Chronico, ad A.* 882. (99.) *in Breviario*, §. 3. *citato*. (100.) *c.* 5, *p.* 72. (101.) *L.* 2. *Metrop. c.* 11. (102.) *c.* 18. & 19. Conf. de eadem captivorum redemptione Ad. Brem. *L. I. c.* 34. & 36., Alb Stad. *ad A.* 876., Iſibordum ab Amelunxen *in Breviario rerum memorabilium* (cujus verba a C. F. Paulino, *in Theatro Vir illuſtr. Corb. Sax.*, *c.* 3, *p.* 23. 24., recitantur), A. Krantzium *L.* 2. *Metrop. c.* 10. & 11., Joh. Vaſtovium *in Vite Aqvilonia p.* 15., & Joh. Ad. Cypræum *in Annal. Epiſcc. Slesvicc.*, *L. I.*, *c.* 4, *p.* 30. (103.) *L. I. c.* 34. (104.) *L. I c.* 36. (105.) *c.* 5., *p.* 72. (106.) *L.* 2. *Metrop c.* 11. (107.) *cap.* 20. (108.) V. Autorem *Vitæ ipſius c.* 15., Ad Brem *L. I. c.* 8., *Alb. Stad. ad A.* 8[illegible]2., & Krantzium *L.* 2 *Metrop c.* 1[illegible]. (109.) *Lib. I Hiſt. Eccl. Sveo-Goth*, *c.* 21., *p.* 75. (110.) *cap.* 16 (111.) *L. I. c.* 37. (112.) *ad A.* 882. (113.) *L.* 2., *Metrop. c.* 11. (114.) *ad A.* 882., *p.* 253. *edit. Lindebrogianæ*. (115.) *c.* 5., *p.* 72. (116.) *P. III. Chorogr. Cimbr-Cimbr.*, *c.* 13, *p.* 264. (117.) *cap.* 17. (118.) *L. I. c.* 33. (119.) *ad A.* 865. (120.) *c.* 5. *p.* 71. (121.) *L.* 2. *Metrop. c.* 2. (122.) *in Vite Aqvilonia p.* 13. 14.

ſuæ officium, quod, ad prædicandum gentibus verbum Dei, primitus a deceſſore ſuo ſuſceptum eſt, & poſtmodum ſibi ſucceſſionis jure quaſi hæreditarium provenit, impigre executus eſt; ipſe quidem per ſe, quoties occupationes aliæ ſinerent, eidem legationi inſiſtens, ſemper autem conſtitutos habens Presbyteros, per quos & verbum Dei Gentiles audirent, & ſolatium captivi Chriſtiani haberent, ad Eccleſias inter ipſos Paganos conſtitutas longe ab Eccleſia ſedis ſuæ, quodque graviſſimum erat marinis diſcriminibus adeundas. Quæ diſcrimina ipſe frequentius & abundantius ſuſtinens, ſæpe, tanquam de ſe teſtabatur Apoſtolus, naufragium pertulit, ſæpe in proximo erat, ut cum eodem dicere poſſet: Nocte & die in profundo maris fui. Sed profecto aderat ei Spiritus ſanctus, qui in exterioris hominis corruptione interiorem renovaret de die in diem, & ſpe futuræ beatitudinis omnia præſentis vitæ aſpera deliniret, & gravia relevaret. Conſolabatur enim continua meditatione ſermonis apoſtolici: Quia non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Ac ſic quæcunque fierent dura laboranti, miteſcere ſolebant eadem propter Chriſtum ſuſtinenti. Alibi quoqve itinerum Remberti in Septentrionem apoſtolicorum mentionem injecerunt Adamus Bremenſis (123.), eum, non minus qvam Ansgarium, *per magna pericula maris & terræ, Nordmannorum vel Danorum gentes intrepidum adiiſſe, & prædicaſſe*, atqve Alb Krantzius (124.), utrumqve, *crebra legatione in Dania ac Svedia prædicantem, Chriſti fidem, erectis per regna & provincias eccleſiis, ac conſecratis inibi Pontificibus, amplificaſſe*, aſſerentes. Qvibus addendus etiam Iſibordus ab Amelunxen, Monachus Corbejæ Saxonicæ Benedictinus, *in Breviario rerum memorabilium*, teſte C F. Paulino (125.), ita ſcribens: *Plantatas a S. Ansgario noſtro Eccleſias apud Normannos ipſe, terra marique, ſummo cum periculo, viſitabat, &, ſi quos reperiebat infideles, ad jugum Domini, quod ſuave & leve, pertraxit. Hinc meruit glorioſum Apoſtoli nomen Danorum, Sveonum, Gothorum, omniumque Slavorum, usque ad ſeculi conſummationem.* In Itineribus Danicis (de qvibus Trog. Arnkielius (126.) poteſt conferri) *Regem Daciæ* (ſive Daniæ) *baptizaſſe* traditur *in Scripto veteri de Eccleſia Bremenſi exiguo*, per Erp. Lindebrogium edito (127.), ſed fide parum certa, cum, qvis ille fuerit, conjici vix poſſit. Falſa certe eſt, temporumqve rationi manifeſte repugnat, narratio Incerti Autoris *Chronici Daniæ* Latini, a Chriſt. Wormio luci publicæ expoſiti (128.), Haraldum VI ſive Blaatand, Gormonis III., Regis Daniæ, filium, Anno circiter 926. æræ Chriſtianæ, per Rembertum (qvi A. jam 888. obierat eſſe converſum, verbis fabulati ſeqventibus: *Tunc Confeſſor Dei, Rimbertus, venit ad Danos, ubi crudeliſſimum Gorm illum quidem præ ingenti flectere ſævitia nequiit; filium autem Regis, Haraldum nomine, ſua dicitur prædicatione lucratus, quem ita fidelem Chriſto perfecit, ut Chriſtianitatem, quam Pater ejus ſemper odio habuit, ipſe publice haberi permitteret, quamvis nondum Sacramentum baptiſmi percepit. Ordinatis itaque per ſingulas Eccleſias Sacerdotibus, Sanctus Dei multitudinem credentium commendaſſe fertur Haraldo, cujus etiam fultus adjutorio & Legato omnes Danorum inſulas penetravit, evangelizans Verbum Dei gentibus, & fideles, quos invenit illos captivos, in Chriſto conformans.* Qvæ verba ab Anonymo hoc αὐτολεξεὶ Adamo Bremenſi ſunt ſubrepta, *Libri I. Hiſt. Eccl. capitibus XLIX. ac L.* eadem plane de Unnone, Archiepiſcopo Hamburgenſi ſexto (in cujus locum Rembertus ἀβλεψίᾳ hic ſubſtituitur plagiarii vix excuſanda), narranti. Sveciam Rembertum itidem adiiſſe conſtat, & a Joh. Meſſenio (129.), Cl. Arrhenio (130.), Trogillo Arnkielio (131.) & Erico Benzelio præſertim juniore (132.), ante me, jam eſt probatum. *Tempeſtatem* enim *maris, dum iret ad Sveoniam, ſuis ſedaſſe orationibus* a Biographo coævo (133.), Bircam, regni Svedici tunc metropolin, perveniſſe ab Adamo Bremenſi (134.), Helmoldo (135.), aliiſqve veteribus, hos ſecutis, *Regem* autem *Sveciæ* (qvem Ingonem fuiſſe Meſſenius (136.) conjicit) *baptizaſſe, & totum ejus regnum in fide Chriſti ſolidaſſe*, ab Autore *Scripti de Eccleſia Bremenſi* exigui, paulo ante laudati (137.), perhibetur.

§. XII.

Miracula, qvæ noſter, in itineribus iſtis, alibiqve, patraſſe traditur, Vitæ ſcriptor (138.) hiſce verbis enumerat: *Fertur etiam, antiquorum more ſanctorum, quædam feciſſe miracula, frequenter videlicet, dum iret ad Sveoniam, tempeſtatem maris orationibus ſuis ſedaſſe, cæci cujusdam oculos illuminaſſe per confirmationem, quam Epiſcopali more cum chriſmate in eodem faciebat. Sed & filium quendam Regis dicitur a dæmonio liberaſſe: cui etiam affirmationi hoc aſtipulari videtur, quod, multis aſtantibus Epiſcopis, clamor ab ore vexati ſæpius ſonabat, Rimbertum ſolum, inter eos, digne commiſſum egiſſe officium, ipſumque ſibi eſſe cruciatui auctor vocis teſtabatur.* Qvæ verbotenus repetierunt Adamus Bremenſis (139.), iſtumqve ſecuti Albertus Stadenſis (140.), Autores *Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſium* (141.) & *Scripti de Eccleſia Bremenſi veteris* exigui (142.), Alb Krantzius (ſolus Rembertum Diabolo, ſe laudanti, contradixiſſe, eumqve *mendacem* ac *patrem mendacii* appellaſſe, addens) (143.), &, e recentioribus, Joh. Vaſtovius (144.), Cl. Arrhenius (miracula hæc, examini ſubjecta prolixiori, rigore nimio, ſed ſibi familiari, in dubium vocans atqve exagitans) (145.), aliiqve complures. Qvi etiam, præeunte Adamo Bremenſi, filium Regis, a Dæmone obſeſſum, ſed opem Remberti expertum ſalutarem, cujus nomen Biographus ſuppreſſit, Carolum fuiſſe Craſſum indicarunt, Ludovici junioris, Regis Germaniæ, filium, in Comitiis Francofurtanis, anno regni paterni 34. (ſive æræ Chriſtianæ 873., uti, ex Annalibus Fuldenſibus, aliiſqve, Er Benzelius (146.) oſtendit), per noſtrum a maligni ſpiritus liberatum tyrannide, poſteaqve ad Imperialem evectum dignitatem, verum, Remberto adhuc ſuperſtite, iſta tandem orbatum. Miramur autem non immerito, inter miracula hæc, nullam a Vitæ ſcriptore mentionem eſſe factam celeberrimi illius qvo Rembertus, in Friſiam aliqvando profectus orientalem, Incolis hujus, viciniſqve Saxonibus, victoriam, adverſus Danos ac Normannos, tractum regionis maritimum adortos, exoraſſe a Deo perhibetur inſignem. Hiſtoriam ejus Adamus Bremenſis (147.), *grande* illud vocans, ſeqve, *cur geſtorum Remberti ſcriptor id prætererit, neſcire* præfatus, e Bononis (ſive potius Bavonis), Corbejæ Saxonicæ Abbatis, *Commentario de rebus ſui temporis*, jampridem amiſſo (148.), hiſce Bavonis ipſius verbis exhibuit: *Cum modernis temporibus gravis barbarorum irruptio in omni pene Francorum regno immaniter debacchar etur, contigit etiam, eos, divino judicio, ad quendam Freſiæ pagum devolvi, qui in remotis ac mari magno vicinis locis ſitus eſt. Nordwide* (al. Nordwich) *hunc appellant. Quem ſubvertere aggreſſi ſunt. Erat enim illic eo tempore venerabilis Epiſcopus Rimbertus, cujus adhortationibus & doctrinis confortati & inſtructi Chriſtiani cum hoſtibus ſunt congreſſi, & proſtraverunt ex eis X. milia*

CCCLXXVII.;

(123.) *L. I. c. 37.* (124.) *L. II. Metrop. c. 11.* (125.) *loco n. 102. citato.* (126.) in der Cimbriſchen Heiden-Bekehrung, *Lib. IV., c. 6., §. 4., p. 183. 184. 185.* (127.) *inter Scriptores Rerum. Germ. ſeptentr. p. m. 116.* (128.) *p. 7. 8., ad A. C. 926.* (129.) *in Chronico Epiſcoporum Sveciæ c. 2., p. 9.* (130.) *L. I. Hiſt. Eccl. Sveo-Goth. c. 24., p. 81-92.* (131.) in der Cimbriſchen Heiden Bekehrung, *Lib. VI, c. 2., § 12., p. 277.* (132.) *in Annott. ad Joh. Vaſtovii Vitem Aquiloniam col. 9. & 10.* (133.) *c. 21.* (134.) *L. I. c. 50.* (135.) *L. I. Chronici Slavorum c. 8.* (136.) *in Cenſura, n. 423.* teſte Benzelio *l. c.* (137.) *l. c. p. 116.* (138.) *cap. 21.* (139.) *L. I c. 30.* (140.) *in Chronico, ad A. 876.* (141.) *c. 5., p. 71. 72.* (142.) *l. c. p. 116.* (143.) *L. 2. Metrop. c. 10.* (144.) *in Vite Aquilonia p. 14. 15.* (145.) *loco n. 130. citato.* (146.) *loco n. 132. citato.* (147.) *Lib. I. c. 35.* (148.) V. de illo Voſſii *L. 2. de Hiſt. Lat., c. 38., p. 336.*, C. F. Paulinum *l. c. p. 24.*, & Er. Benzelium *l. c. col. 11.*

CCCLXXVII.; *pluribus inſuper, dum ſuga præſidium quærunt, in tranſitu fluviorum necatis.* Cui Bavonis narrationi Adamus ipſe hæc ſubjungit: *Cujus rei miraculo usqve hodie merita ſancti Rimberti penes Friſones egregia, & nomen ejus ſingulari qvodam gentis colitur deſiderio, adeo ut collis, in qvo Sanctus oravit, dum pugna fieret, perpetua ceſpitis viriditate notetur.* Eadem de prælio hoc, Adami fidem ſecuti, tradunt, e vetuſtioribus, Albertus Stadenſis (149.), Iſibordus ab Amelunxen (150.), Autor *Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſium* (151.), Henr. Woltherus (152.) & Alb. Krantzius (153.); e recentioribus autem Har. Huitfeldius (154.), Joh. Vaſtovius (155.), Herm. Conringius (156.), Caſp. Dancwerthius (157.), Chriſt. Franc. Paulinus (158.), pluresqve alii. E qvibus Paulinus Sibyllam etiam, Coenobii in dioeceſi Mindenſi Visbeccenſis monialem, in Poemate de Vita & miraculis Remberti, qvod A. C. 1271. conſcripſit, rythmico, hanc præcipue victoriam celebraſſe teſtatur. Cujus etiam, in ſaxo collis, cui noſter, pro Chriſtianis, adverſus Danos gentiles pugnantibus, Moſis exemplo, intercederis, brachia impoſuerat, horum veſtigia, ſi Iſibordo & Autori *Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſium* credamus, diuturnum extiterunt monumentum. Teſte enim Anonymo hoc, *Lapis, in qvo genua flectens brachia poſuit, juxta Oslinge, veſtigium oſtendit,* ab Iſibordo fuſius verbis deſcriptum ſeqventibus: *Hic monticulus, oratorium S. Remberti, etiam aſperrima hyeme gramine ſuo elegantiſſime luxuriavit: & in ſaxo, ſuper qvod, inter orandum, Vir Dei feſſas poſuerat manus, imago earum, velut ceræ impreſſa, conſpecta eſt.* Pagum *Nordwide*, apud qvem prælium hoc eſſe commiſſum Bavo retulit, Autor *Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſium* & Henr. Woltherus *Norden* appellant, & ita eundem eſſe cum Norda, Friſiæ orientalis urbe, innuunt. Qvod, contra Marcum Zuerium Boxhornium, *in Apologia pro navigationibus Hollandorum* Nordvicum, Bataviæ vicum, in locum illius ſubſtituentem, ab Herm. Conringio (159.) & Chr. Franc. Paulino (160.) argumentis fuſius probatum eſt idoneis.

§. XIII.

Senex, continuoqve pedum dolore afflictus, a Ludovico Juniore, Rege Germanico, hujusqve filiis, Ludovico & Carolo Craſſo, impetravit, ut adjutor ſibi atqve optio in Archiepiſcopatu adjungeretur, decumbentis loco dioeceſin luſtraturus geminam, & comitia aulasqve aditurus, imo Succeſſor etiam Regiusqve Conſiliarius deſignaretur, Adalgarius, qvem, e Monaſterio Novæ Corbejæ (uti §. 8. narravimus), ſecum, Antiſtes factus Hamburgenſis & Bremenſis, A. 865. abduxerat, poſteaqve comitem habuerat perpetuum, & familiarium cunctorum intimum (161.). Voti hujus, cum Abbatis Monachorumqve Corbejenſium & Synodi eccleſiaſticæ aſſenſu, compos redditus, curis rerum terrenarum relictis, in vita ſanctiore magis ſtudebat proficere, ſeqve ad mortem præparabat beatam, cujus tempus inſtare, tum præſagiis aliis, tum ſomnio de annulo ſuo ſingulari, per Vitæ ſcriptorem (162.) fuſe enarrato atqve explicato, edocebatur. Accelerarunt iſtam, Henr. Wolthero teſte (163.), præter podagram, paralyſis atqve ſyncope; qvibus Bremæ laborans qvomodo, ad ultimum usqve ſpiritum, ſe geſſerit, hiſce a Biographo verbis eſt expoſitum (164.): *Duodecim igitur diebus ante tranſitum ſuum perveniens ad Eccleſiam Bremenſem, ipſo mox die infirmitate correptus eſt. Cumqve per omnes horas infirmitas graviter creſceret, ipſe, ſemper pſalmodiis & lectionibus ſacris intentus, ſeſe ad futurum de hac vita tranſitum ſollicite præparabat. Et, qvanqvam langvoris immanitas corporeis viribus defectum ingeneret, animo tamen ſemper invictus Apoſtolicam prætendebat fortitudinem, de qva dicit* (2. Cor. XII. 10.): *Qvando enim infirmor, potens tunc ſum. Septimo ante obitum die miniſterium ſacræ unctionis cum oleo ſancto ei fieri coepit, &, una cum communione Corporis & Sangvinis Domini, usqve in diem animæ exeuntis de corpore, hoc ſalutare remedium omni die percepit. Et, cum jam migraturus eſſet de mundo, convocatis Presbyteris, & univerſis Fratribus, veniam petivit de omnibus, qvæcunqve fortaſſis in aliqvem illorum peccaſſet. Et, cum ipſe viciſſim reconciliationem feciſſet omnibus Chriſtianis, a qvocunqve in eum aliqvid commiſſum fuiſſet, veniamqve eis a Domino popoſciſſet, percepto Corpore & Sangvine Domini, ſacram animam emiſit.* E qvibus, cæterorumqve veterum conſenſu, abunde patet, Rembertum morbo morteqve naturali expiraſſe, fideqve proinde indignam eſſe Fabulam vetuſtam, qvæ prælio illum A. 876. interfuiſſe tradit Danorum Gentilium Saxonumqve Chriſtianorum, prope Cœnobium Ducatus Lüneburgici Ebbekſtorfienſe, infelici, & Chriſtianis, qvi in eo omnes, cum Ducibus, Comitibus atqve Epiſcopis compluribus, occubuere, fatali, ab Alb. Krantzio (165.) jampridem refutatam atqve exploſam.

§. XIV.

Annos æræ Chriſtianæ, ætatis atqve Archiepiſcopatus, qvibus noſter vivis eſt ereptus, Vitæ ſcriptor, una cum die emortuali, haud indicavit. Adami itaqve Bremenſis, illi ætate proximi, fidem hic ſeqvi cogimur, Annum æræ Chriſtianæ 888., diemqve III. Id. Junii, ſive menſis illius undecimum, fatales ei fuiſſe teſtantis (166.). Cujus calculum, circa utrumqve, Albertus Stadenſis (167.), Autor *Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſium* (168.), Henr. Woltherus (169.), Alb. Krantzius (170.), Dav. Chytræus (171.), Cæſ. Baronius (172.), Ant. Poſſevinus (173.), Valer. Andr. Deſſelius (174.), Joh. Meſſenius (175.), Pet. Lambecius (176.) & Chriſt. Franc. Paulinus (177.), circa annum vero ſolum 888. Autor *Chronici poſterioris Slavici* (178.), Scriptor *Annalium Corbejenſium* a Paulino editorum (179.), Joh. Petræus (180.), Joh. Letznerus (181.), Magnus Matthiæ (182.), Ludov. Aurelius (183.), Joh. Vaſtovius (184.), Ericus Benzelius junior (185.), Joh. Ad. Cypræus (186.), Gerh. Joh. Voſſius (187.), Caſp. Dancwerthius (188.), Caſim. Oudinus (189.), Joh. Gothofr. Olearius (190.), aliiqve plurimi ſuis merito approbarunt ſuffragiis. Temere contra, in diei emortualis, ab Adamo indicatæ, locum, aliam, qvartam nempe Februarii, ſubſtituerunt Laur. Surius, Franc. Haræus, Joh. Bollandus, Adr. Bailletus, aliiqve Vitas Sanctorum colligere aggreſſi, Rembertinam Pridie Non. Febr. exhiben-

(149.) *in Chronico, ad A. 876.* (150.) *in Breviario rerum memorabilium*, apud C. F. Paulinum *in Theatro Viror. illuſtr. Corb. Sax.*, c. 3., p. 24. (151.) c. 5., p. 71. (152.) *in Chronico Archiepp. Brem.* (T. II. Rer. German. H. Meibomii Jun.) p. 26. (153.) L. 2. Metrop. c. 10. (154.) P. I. Chron. Dan. p. 35., ubi 377. tantum Normanni, in prælio iſto, occubuiſſe, typothetæ haud dubie culpa, perhibentur (155.) *in Vite Aqvilonia* p. 14. Conf. Er. Benzelii Jun. *Notas ad illam col.* 8. & 9. (156.) *in Exerc. de Urbibus Germanicis*, §. 89. (157.) P. III. Chorogr. Cimbr., c. 13., p. 264. (158.) *in Hiſtoria Cœnobii Visbeccenſis in diœceſi Mindenſ., Geographiæ Curioſæ A. 1699. adjecta*, p. 80. 81. 82. (159.) *loco num. 156. citato.* (160.) *loco n. 158. allegato.* (161.) V. Autor in *Vitæ Remberti* c. 22., Ad. Brem. L. I. c. 38. & 39., Alb. Stad. *ad A.* 887. & 889., Scriptorem *Hiſtoriæ Archiepp. Brem.*, c. 5., p. 72., & Alb. Krantzium L. 2. Metrop. c. 11. ac 19. (162.) c. 23. & 25. (163.) *loco n. 152. citato.* (164.) c. 24. (165.) L. 2. Metrop. c. 8. & 11. (166.) L. I. Hiſt. Eccl. c. 38. (167.) *in Chronico, ad A. C. 888.* (168.) c. 5., p. 72. (169.) *loco num. 152. citato.* (170.) L. 2. Metrop. c. 11. (171.) *in Onomaſtico Theologico* p. 559. (172.) T. X. Annal. Eccl., ad A. 888., p. 621. (173.) T. III. Appar. ſacri p. 125. (174.) *in Biblioth. Belg.* p. 762. (175.) *in Chronico Epiſcc. Sveciæ*, c. 2., p. 9. 10. (176.) *in Origg. Hamburg.*, ſive Lib. I. Rer. Hamburg. p. 9., & *in Chronologia Libri primi, ſecundo ſubjecta, ad A. 888.*, p. 119. (177.) *in Theatro Virorum illuſtr. Cor. Sax.*, c. 3., p. 24. (178.) *ad A. 888.* p. 255. edit. Lindebrog. (179.) *ad A. 888.*, p. 374. (180.) P. I. Chron. Holſat. p. 8. (181.) *in Chronico Corbej. Germ.*, c. 8. edit. primæ anni 1585. (182.) *in Serie Epiſcc. Lundenſium* p. 7. (183.) *in Compendio Annal. Eccleſ. Baronii, Lib. 10.*, p. 685. (184.) *in Vite Aqvilonia* p. 16. (185.) *in Annott. ad Vaſtovii Vitam Aqviloniam* col. 11. (186.) *in Annal. Epiſcc. Sleſvic.*, L. I., c. 4., p. 30. (187.) L. 2. de Hiſt. Lat. c. 37., p. 330. (188.) P. III. Chorogr. Cimbr., c. 13., p. 264. (189.) *in Supplem. de Ser. Eccl.* p. 250. (190.) T. II. Biblioth. Scriptt. Eccl. p. 122.

exhibentes, hosqve ſecuti Joh. Vaſtovius & Caſim. Oudinus (191.); circa annum vero ſibi, memoriæ vitio, a παραχρονισμῷ haud caverunt Gvilh. Cavius (192.), a qvo ad 887., & Har. Huitfeldius (193.), a qvo ad 891. æræ Chriſtianæ, mors noſtri refertur. Præ aliis tamen virgula notari meretur cenſoria Claud. Arrhenius, qvi (194.), ut ſententiæ de Ansgario A.C.869. mortuo, & Remberto ipſi eodem ſubrogato, qvam, poſt Joh. Letznerum, amplexus eſt, muſteæ atqve erroneæ, *Parte II. Iſagoges ad Hiſtoriam Cimbricam* (195.), & *in Vita Ansgarii* (196.), a nobis jam refutatæ, qvalitercunqve poſſet patrocinari, in Remberti etiam, cæterorumqve ſucceſſorum, hiſtoria temporum rationes ſtudioſe, neglecta Veterum, uno ore ſibi contradicentium, autoritate, turbavit, & qvadrata rotundis mutare haud dubitavit, ſed turpi ſimul inconſtantia, cauſam ſe tueri peſſimam, prodidit. Cum enim 23. Archiepiſcopalis dignitatis Remberti annorum, ex Adamo Bremenſi, teſte horum vetuſtiſſimo, mentionem injeciſſet, hunc, ὑποθέτει ſuæ δουλεύων, addidit cenſuram, manifeſta laborantem petitione principii (197.): *Hoc ſi de annis integris verum eſt, non obiit* (Rembertus), *ut ipſe* (Adamus) *putavit, Corbejenſium monachorum calculo ſeductus, A. C. 888., ſed A. 892., die XI. Junii, qvod cuivis non oſcitanter putanti annos apparet. Neqve veremur a Corbejenſium, qvem male ſeqvitur, computo diſcedere, cum tot in Adami Hiſtoria paſſim reperiantur, iiqve fœdi nonnunqvam, nævi chronologici. Et, ſi A. 888. obiit, ut fere omnes conſentiunt, non tenuit hoc munus, niſi per annos viginti, qvod puto eſſe rectiſſimum.* Paulo poſt tamen (198.), deſerta hac poſteriore ſententia, in priorem relabitur, &, Rembertum anno imperii Arnulphi non primo (uti alii docuerant), ſed qvarto, qvi Chriſti erat 892., obiiſſe, audacter definit. Verum utraqve hæc ſententia falſa eſt, & veterum repugnat conſenſui. Rembertum enim per annos 23. Archiepiſcopum fuiſſe, præter Adamum (199.), Albertus Stadenſis (200.), Alb. Krantzius (201.), hosqve ſecuti recentiores ferme omnes, imo ipſe Chriſt. Franc. Paulinus (Arrhenio licet circa annum Ansgarii emortualem ὁμόψηφος, ſibiqve ipſi hoc pacto contradicens) (202.), Letznero tantum (203.) & Cypræo (204.), qvi annos 19. ſubſtituunt, exceptis, eundem autem A. C. 888. expiraſſe, iidem, & longe plures, paulo ante laudati, Letznero etiam, Cypræo ac Paulino, conſentientibus, uno velut ore teſtantur. Poſterior præterea Arrhenii, qvæ annum 892. Remberto fatalem fuiſſe vult, ſententia cum iis, qvæ de ſucceſſoribus illius, eorumqve electionis, gubernationis atqve obitus annis, hactenus ab omnibus ſunt tradita, nulla ratione poteſt conciliari, ſed iis Chronologiam Archiepiſcoporum Sec. IX. ac X. Hamburgo-Bremenſium difficultatibus implicat nodisqve Gordiis, e qvibus, uti Arrhenii ipſius, fruſtra diſſolvere iſtos conjecturis conati audacibus, oſtendit exemplum, nunqvam licebit eluctari.

§. XV.

Exeqviæ defuncto, incredibili cum luctu omnium, maxime vero pauperum, ejus benignitate hactenus ſuſtentatorum, ſunt factæ (205.), corporisqve exuviæ, ſicut ipſe ſuperſtes, qva erat humilitate, juſſerat, non in Baſilica civitatis Bremenſis Petrina, ſed extra murum hujus orientalem, prope tumbam S. Willehadi, primi Bremenſium Epiſcopi, ſepulchro ſuo illatæ (206.). Qvod tamen Adalgarius ſucceſſor ſacello poſtea texit atqve ornavit, in honorem Michaelis Archangeli, Stephaniqve & Viti Martyrum, a ſe extructo (207.), in qvo & ipſe voluit humari (208.). Superſunt præterea, in ſuburbio civitatis Bremenſis, extra portam orientalem, Xenodochium lapideum & vetuſtate ruinoſum, templumqve ligneum, iſti vicinum, utrumqve Remberti dicatum memoriæ (209.). Qvæ olim etiam, non Idibus Junii (uti Jac. Meierus, noſtrum A. 887. obiiſſe falſo qvoqve tradens, credidit (210.)), ſed die XI. menſis ejusdem (qvem Calendarium vetus Eccleſiæ Hamburgenſis (211.) & Val. Andr. Deſſelius (212.), tanqvam emortualem, rectius ſubſtituunt), feſto peculiari, ab Hamburgenſibus, ipſius interceſſionem pro ſe, non minus qvam SS. Cœlitum aliorum, in Litania efflagitare ſolitis publica (213.), aliisqve, recolebatur.

§. XVI.

Supereſt Vita Remberti Latina ἀδέσποτος, a ſcriptore coævo, paulo poſt obitum ejus, Adalgario ſucceſſore adhuc ſuperſtite (uti e *cap. 12.* patet), concinnata, qvam Adamus Bremenſis *Libro I. Hiſtoriæ Eccl. Hamburg. & Brem., c. 32. 33. 34. 35. 36. 37. & 39.*, &, qvi huic ſua debent, Scriptor *Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſium* incertus, *c. 5., p. 72.*, & Alb. Krantzius *L. 2. Metropoleos, c. 11.*, jam olim, ſed absqve Autoris indicio, allegarunt, variaqve ſimul ejusdem fragmenta αὐτολεξεὶ recitarunt. Autorem illius qvod ſpectat, Cæſ. Baronius (*T. IX. Annal. Eccl., ad A. 826., n. 37., p. 820., & T. X., ad A. 888., p. 621.*), Gerh. Joh. Voſſius (*Lib. 2. de Hiſt. Lat., c. 37., p. 330., & c. 38., p. 334.*), Pet. Lambecius (*in Origg. Hamburg. p. 9., & Lib. 2. Prodromi Hiſtoriæ literariæ c. 25.*), Gothofr. Hechtius (*in Germania ſacra & literata, P. II., Lib. 4., c. 7., p. 176. 177.*), aliiqve, qvi mentionem ejus fecere, recentiores, una cum plerisqve editoribus, Remberto fuiſſe σύγχρονον indicaſſe contenti, nec de nomine illius, nec de vitæ genere, qvicqvam ſunt auſi definire, ſed incertum appellarunt atqve Anonymum. In Corbejæ tamen novæ ſive Saxonicæ illum vixiſſe Cœnobio, verba Adami Bremenſis (*Lib. I., c. 32.*) docent ſeqventia: *Cæterum Vita ejus* (Remberti), *a Fratribus ejusdem Cœnobii* (Corbejenſis) *ad noſtros* (Bremenſes) *data, qvis fuerit, & qvaliter vixerit, breviter & dilucide comprehendit.* Qvibus freti Gothofr. Henſchenius, a Joh. Alb. Fabricio (*Vol. II. Memor. Hamburg. p. 720.*) allegatus, in ſua, de qva mox dicetur, editione Antwerpienſi (*p. 559.*), Monachis Corbejenſibus, & Gvilh. Cavius (*P. II. Hiſt. lit. Scriptt. eccl. p. 167.*) Anonymo Monacho Corbejenſi, circa A. 890. claro, tam merito vindicarunt. Henr. Woltherus qvidem, *in Chronico Archiepp. Brem.* (*T. II. Rer. German. H. Meibomii Jun.*) *p. 26.*, Remberti Vitam Adalgario, ſucceſſori illius, tribuit, ita ſcribens: *Ejus Vitam Adalgarius, ejus ſucceſſor, claro ſtylo ſcripſit.* Verum, an de hac, qvæ ſupereſt, loqvatur, dubitari poteſt, cum paulo poſt metrice eſſe ſcriptam addat, & qvinqve verſus ex ea recitet hexametros. Noſtram tamen etiam hanc ἄμετρον Phil. Cæſar, ejus editor, *in Notis ad illam, Triapoſtolatui Septentrionis* inſertam, *p. 238.*, Adalgario deberi eſt ſuſpicatus. Sed refragantur ſententiæ huic, nullo Veterum, & ne Woltheri qvidem, Cæſari haud lecti, teſtimonio confirmatæ, præter Adami Bremenſis locum de Monachis Corbejenſibus, Elogia *Viri converſatione inſignis*, nec non *Viri venerabilis in converſationis Remberti imitatione ſimul & ſucceſſionis dignitate*, qvæ Adalgario, velut homini a ſcriptore diverſo, *cap. 12. & 22.* tribuuntur, qvibusqve illum ſemetipſum voluiſſe ornare vix eſt credibile. Qvam objectionem Cæſar inſtantia, ab exemplis Johannis Evangeliſtæ & Remberti ipſius (in *Vita Ansgarii*, teſte Adamo Bremenſi *L. I., c. 31.*, nonnunqvam de ſe, qvaſi de alio, ſcribentis) petita, fruſtra conatur eludere. Licet enim (uti

Parte

(191.) *locis n. 184. & 189. citatis.* (192.) *P. II. Hiſt. lit. Scriptt. eccl. p.* 164. (193.) *P. I. Chronici Daniæ Danici p.* 38. (194.) *Libro I. Hiſtoriæ Sveonum Gothorumqve Eccleſiaſticæ, c.* 24., *p.* 89-92. (195.) *p.* 218-221. (196.) *in Proœmio & §. 31.* (197.) *p. 90.* (198.) *p.* 92. (199.) *L. I. Hiſt. Eccl. c. 32.* (200.) *in Chronico, ad A. 865.* (201.) *Lib. II. Metrop. c. 2. & 11.* (202.) *loco n. 177. citato.* (203.) *loco n. 181. citato.* (204.) *loco n. 186. citato p. 29.* (205.) V. Autorem *Vitæ Remberti c. 24.* (206.) V. eundem *c. 25.*, Ad. Brem. *L. I. c. 38.*, Alb. Stad. *ad A.* 888., & Krantzium *L. 2. Metrop. c. 11.* (207.) V. Autorem *Vitæ c. 25.* (208.) V. Alberti Stadenſis *Chronicon, ad A. 909.* (209.) V. Phil. Cæſaris *Notas ad c. 14. Vitæ Remberti, in Triapoſtolatu Septentrionis.* (210.) *in Chronico Flandriæ, ad A.* 887., teſte G. J. Voſſio (verba ejus recitante, *Lib. 2. de Hiſt. Lat., c. 38., p. 314.* (211.) in Joh. Alb. Fabricii *Mantiſſa Memoriarum Hamburgenſium p. 107.* (212.) *in Biblioth. Belgica p.* 792. (213.) *V.* hanc apud Fabricium *l. c. p. 140.*

Parte II. Iſagoges ad Hiſt. Cimbr., *c.3.*, §. *11.*, *p.64.65.*, a nobis jam eſt monitum) D. Johannes & Rembertus qvædam de ſe ipſis interdum, tanqvam de aliis, narraverint, ſumma tamen hoc fecerunt modeſtia, nec laudum præcones extitere propriarum. Conferatur Gothofr. Henſchenius, in Prolegomenis editionis ſuæ, mox memorandæ, *p.555.*, pluribus argumentis (teſte J. Alb. Fabricio *l.c.*), ſcriptum hoc Adalgarii eſſe haud poſſe, diſputans. Prodiit *Vita* hæc *Remberti*, *graviter*, judice Joh. Molano (*in Indiculo Sanctorum Belgii*, A.1573. *Martyrologio* Uſuardi annexo) *conſcripta*, mutila primum & contracta, ſtyloqve mutato, in Laur. Surii *Opere de Vitis Sanctorum*, *ad d. 4. Febr.* (*Vol. I. p. 42-48. editionis anni 1618. Colonienſis*), indeqve, in compendium redacta adhuc brevius, a Franc. Haræo in ſuas *Sanctorum Vitas* (*ad d. 4. Febr.*, *p. 136-140. editionis anni 1595. Lugdunenſis*) eſt translata. Imo, jam ante Surium, eam (mutilamne, an integram, incertum) publicaſſe, una cum Vita Ansgarii, a Remberto ſcripta, videtur Jac. Meierus, illuſtris Flandriæ Hiſtoricus, ſicut, in noſtra Ansgarii Vitæ hiſtoria, §. *36.*, & *Parte II. Iſagoges ad Hiſt. Cimbr.*, *c.3.*, §. *10.*, *p.60.61.*, Meieri ipſius, G. J. Voſſii ac Val. Andr. Deſſelii teſtimoniis, utrobiqve recitatis, eſt probatum. Cujus tamen editionis, mihi haud viſæ, neminem, præter iſtos, ullam feciſſe miror mentionem. Integram hanc Vitam Remberti primus, e Codice MS. membranaceo Hamburgenſi, vetuſto & avthentico, qvem XIX. Epiſcopi diverſorum temporum Boreales & Saxonici, ſuis ſub finem approbarunt chirographis, una cum Vitis Willehadi & Ansgarii, Anteceſſorum Remberti, ſuisqve in omnes Notis, edidit Phil. Cæſar, Th. D. & e Paſtore Bremenſi Reformato Eccleſiæ Romanæ Proſelytus, *in Triapoſtolatu Septentrionis*, Coloniæ A. 1642. *in 8.* excuſo (*p.127-168.*). Cujus tamen nimia, in ſphalmatis MSti graphicis emendandis, vocibusqve aliis in barbararum locnm ſubſtituendis, diligentia nullum ab eruditis reportavit applauſum. Poſt Cæſarem, integram eandem etiam exhibuere Joh. Bollandus & Gothofr. Henſchenius, Jeſuitæ, *in Actis Sanctorum Menſis Februarii Antwerpienſibus, Tomo I.*, *ad diem qvartum menſis illius*, *p.559. & ſeqq.*, ac Joh. Mabillonius *in Actis Sanctorum Ordinis Benedictini, Sec. IV. P. II.*, *p. 471. & ſeqq.* Noviſſime tandem Joh. Alb. Fabricius eam, e Phil. Cæſaris *Triapoſtolatu Septentrionis* depromptam, una cum hujus Notis, *Volumine II. Memoriarum Hamburgenſium*, A. 1710. Hamburgi impreſſo, *p. 718-763.*, curavit recudi. De Joh. Lydii, Eccleſiaſtæ in Batavia Oudewaterani, editione illius, qvam Syntagmati de Vitis XII. Apoſtolorum Friſiæ affecto adjicere voluit, in Epiſtola ad Joh. Meurſium ἀνεκδότῳ A. 1615. promiſſa, *Pars II. Iſagoges* noſtræ *ad Hiſt. Cimbr.*, *c. 2.*, §. *4.*, *p. 20.*, ipſa Lydii verba recitans, poteſt conſuli. Vitam Remberti metricam, qvam Adalgarius, ejus ſucceſſor, concinnaſſe ab Henr. Wolthero, qvinqve illius exhibente Hexametros, uti paulo ante retulimus, traditur, etiamnum ſupereſſe vix credo. Sibyllæ, Monialis Coenobii in diœceſi Visbeccenſis, Poema de ipſius vita & miraculis, præſertim vero Nordwidenſi, qvo Friſiis, adverſus Danos pugnantibus, victoriam precibus impetraſſe ſuis traditur, rythmicum, A. 1271. ſcriptum, & a Chriſt. Franc. Paulino, non in *Hiſtoria* tantum *Coenobii Visbeccenſis*, *Geographiæ curioſæ* A. 1699. adjecta, *p. 50.*, ſed & alibi (im Philoſophiſchen Feyrabend, *c.5.*, *p. 211.*, & im hochgelahrten teutſchen Frauenzimmer *p. 134.*), laudatum, in lucem nondum prodiit.

§. XVII.

Præter hos, ſcriptis Vitam Remberti enarrare aggreſſos peculiaribus, eandem, brevius qvidem qvam illi, ſed fuſius qvam alii, e Veteribus expoſuere M. Adamus Bremenſis *Libro I. Hiſt. Eccl. Hamburg. & Brem. c. 20. 28. 31-40. & 50.*, Albertus Stadenſis *in Chronico, ad A. C. 837. 858. 865. 876. 882. 887. & 888.*, *f. 90. b. 93. a - 96. a. editionis Reineccianæ*, Autor *Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſium*, ab Erp. Lindebrogio inter *Rerum German. Septentr. Scriptores* editæ, *c. 4. & 5.*, *p. 71. 72.*, Henr. Woltherus *in Chronico Archiepiſcoporum Bremenſium* (*T. II. Rerum German. H. Meibomii Jun.*) *p. 25. 26. 27.*, & Alb. Krantzius *in Metropoli, Lib. I.*, *c. 20. 31. 32. 41.*, *ac Lib. II.*, *c. 2. 3. 8. 10. 11.* E qvibus ſicut Adamus *Vitæ* noſtri veteris αὐτόπτῃ, ita cæteri Adami narrationes, iisdem plerumqve verbis, repetunt. Jungi his e recentioribus poſſunt, qvi de vita noſtri fuſius aliis itidem ſunt commentati, Franc. Haræus *loco* §. *præced. allegato*, Corn. Graſius *in Vitis Sanctorum*, *T. I.*, *p. 620-624.*, Joh. Vaſtovius *in Vite Aqvilonia*, *ſive Vitis Sanctorum Sveciæ*, *p. 13-16.*, Er. Benzelius Jun. *in Annott. ad Librum Vaſtovii col. 7-11.*, Adr. Bailletus *dans les Vies des Saints*, *Tomo II.*, *ſeu M. Februario* (A. 1701. Pariſiis edito), *ad diem illius qvartum*, Claud. Arrhenius *Libro I. Hiſt. Eccl. Sveo-Gothicæ*, *c. 5.*, *p. 13.*, *c. 21. p. 75.*, *c. 24. p. 81-92.*, *& c. 26.*, *p. 97.*, Chriſt. Franc. Paulinus *in Theatro virorum illuſtrium Corbejæ Saxonicæ*, *c. 3.*, *p. 22. 23. 24.*, &, qvem hic allegat, Gabr. Bucelinus *in Menologio Benedictino, ad d. 4. Febr.*, *& Aqvila Imperii Benedictina p. 302.*, aliiqve Hiſtoriæ Sanctorum & Archiepiſcoporum Hamburgenſium atqve Bremenſium ſcriptores; una cum *Iſagoge* noſtra *ad Hiſt. Cimbr.*, *Parte II.*, *c. 3.*, §. *9. 10. 11.*, *p. 56-65.*, ac in παραλειπομένοις *Partis ejusdem p. 220-223.* Mentionem qvoqve meretur, etſi vitam noſtri haud illuſtret, Ratramni, Presbyteri & Monachi Corbejenſis eruditi, *Epiſtola ad Rimbertum Presbyterum* (qvi non alius fuit, qvam noſter hic, ipſi coævus) *de Cynocephalis, an ex ſtirpe Adæ ſint progeniti, an vero animas beſtiarum habeant*, e MSto Bibliothecæ Academicæ Lipſienſis (in Joach. Felleri *Catalogo MSStorum illius p. 125.* memorato), per Gabrielem Dumont, Eccleſiæ Reformatæ Lipſienſis Miniſtrum, cum Diatriba ſua præliminari de iisdem Cynocephalis Gallica, *Tomo VI. Hiſtoriæ Criticæ reip. literariæ*, qvæ Amſtelodami prodit, Gallicæ, *p. 167-196.*, A. 1714. edita.

§. XVIII.

Conferri præterea de Remberto, præter alios complures, in vitæ jam allegatos hiſtoria, poſſunt Snorro Sturleſonius *in Chronico Regum Norwagiæ*, *T. I.*, *P. VI.*, *c. 22.*, *p. 220. 221. 222. edit. Peringskioldianæ*, Iſibordus ab Amelunxen *in Breviario rerum memorabilium*, Autor *ſcripti de Eccleſia Bremenſi veteris*, apud Erp. Lindebrogium *l. c. p. 116.*, Autor *Chronici Slavici poſterioris*, *ad A. 855. 882. & 888.*, apud eundem *p. 253.*, Scriptor *Annalium Corbejenſium*, in Chriſt. Franc. Paulini *Rerum & Antiqq. German. Syntagmate* obviorum, *ad A. 860. 866. & 888.*, *p. 372. 374.*, Joh. Trithemius *Lib. IV. de Viris illuſtribus Ord. Bened. c. 89.*, & *in Chronico Hirſaugienſi, ad A. 887.*, Jac. Meierus (a Voſſio allegatus) *in Annal. Flandr.*, *ad A. 832. & 887.* (ubi Lyricis eum verſibus a ſe refert eſſe celebratum), Joh. Petræus *P. I. Chronici Holſatici p. 7. 8.*, Centuriatores Magdeburgenſes *Cent. IX. Hiſt. Eccl. c. 10.*, Joh. Letznerus *in Chronico Corbejenſi Germanico, c. 8. edit. primæ anni 1585.*, *& c. 32.*, *fol. 71. 78. ſecundæ anni 1604. Hildeſienſis*, Suffridus Petri (plura ſe de illo allaturum eſſe pollicitus *in Hiſtoria Friſiæ eccleſiaſtica*) *Dec. VII. Scriptorum Friſiorum*, *n. 1.*, Ad. Tratſigerus *in Chronico Hamburg. MS.*, Har. Huitfeldius *P. I. Chron. Daniæ p. 24. 29. 31. 35. 38.*, *& in Chronico Epiſcoporum Daniæ p. 5. 7.*, Herm. Hamelmannus *Lib. II. de Viris illuſtribus Weſtphalis* (*in Opp. Hiſt. & Genealog.*) *p. 147.*, Cæs. Baronius *in Annal. Eccleſiaſt.*, *T. IX.*, *ad A. 826.*, *n. 37.*, *p. 820.*, *& T. X.*, *ad A. 858.*, *n. 15.*, *p. 150.*, *ad A. 865.*, *n. 102.*, *p. 319.*, *ac ad A. 888.*, *p. 621.*, Ant. Poſſevinus *T. III. Appar. ſacri p. 125. 134.*, Joh. Molanus *in Natalibus Sanctorum Belgii, ad d. 11. Jun.*, Aub. Miræus *T. I. Biblioth. Eccleſiaſt. p. 232.*, ac *in Annalibus Belgicis, ad A. 823. & 833.*, *p. 310. 315.*, Ant. Sanderus *in Hagiologio Flandriæ p. 158.*, Dan. Angelocrator *in Vitis Archiepiſcoporum Bremenſium*, Mart. Hamconius *in Friſia f. 66.*, Gerh. Joh. Voſſius *Lib. 2. de Hiſt. Lat. c. 37.*, *p. 329. 330.*, *& c. 38.*, *p. 334.*, Chriſtoph. Sandius *in Notis & Animadvv. ad Voſſii Libb. de Hiſt. Lat. p. 296.*, Valer. Andr. Deſſelius *in Bibliotheca*

Belgica p. 792., Franc. Sweertius *in Athenis Belgicis p. 656.*, Jac. Gaulterius *in Tabula Chronographica ſtatus Eccleſiæ Catholicæ p. 596.*, Joh. Ad. Cypræus *in Annalibus Epiſcc. Sleſvic.*, *L. I.*, *c. 3.*, *p. 25. 26.*, *& c. 4.*, *p. 28. 29. 30.*, Phil. Cæſar *in Epiſt. dedic. & præfat. Triapoſtolatus Septentrionis, Notisqve in Vitam Remberti, in iſto editam*, Joh. Meſſenius *in Chronico Epiſcc. Sveciæ, c. 2.*, *p. 8. 9.*, Caſp. Dancwerthius *in Chorographia Cimbrica, P. II.*, *c. 4.*, *p. 78.*, *& P. III.*, *c. 13.*, *p. 264.*, Pet. Lambecius *in Originibus Hamburgenſibus, ſeu Lib. I. Rerum Hamburg.*, *p. 9.*, *& in Chronologia illius, Libro II. adjecta, ad A. 865. & 888.*, *p. 115. 119.*, Gvilh. Cavius *P. II. Hiſt. lit. Scriptt. Eccl. p. 164. 167.*, Caſim. Oudinus *in Supplem. de Scriptt. Eccl. p. 290. 330.*, Lud. El. du Pin *T. VIII. Bibliothecæ Scriptt. Eccl. Gallicæ p. 199.*, Joh. Gothofr. Olearius *in Abaco Patrologico p. 404. 405.*, *& T. II. Biblioth. Scriptt. Eccl. p. 122.*, Wilh. Ern. Tenzelius *in Dialogis menſtruis anni 1690. Germanicis, M. Febr.*, *p. 142-153.*, Trog. Arnkielius in der Cimbriſchen Heiden-Bekehrung, *L. 4. c. 6.*, *§. 4.*, *p. 183. 184. 185.*, *& L. 6.*, *c. 2.*, *§. 12.*, *p. 277.*, Joh. Hallervordius *in Biblioth. curioſa p. 354.*, *& in Spicilegio de Hiſtor. Lat. p. 76. 157. 158.*, Gothofr. Hechtius *in Germania ſacra & literata, P. II.*, *Lib. 4.*, *c. 7.*, *p. 175. 176. 177.*, & plurimi, qvos enumerare nobis haud licet, alii.

§. XIX.

Probe a Remberto hoc noſtro ſunt diſtingvendi, qvos, ipſi συγχέοντες, nonnulli, ob nominum affinitatem, cum eo confuderunt: I. ERIMBERTUS, Ansgarii, Archiepiſcopi Hamburgenſis, in itinere, circa A. 848., comes Svecico, & Eccleſiæ deinde in metropoli Svecorum Bircana, aliqvamdiu Antiſtes. V. qvæ ſupra §. *V.* de illo diximus. II. RIMBERTUS Danus, Svecorum Epiſcopus ab eodem conſtitutus Ansgario, cujus §. *I.* facta jam eſt mentio. III. HEREMPERTUS ſive ERCHEMPERTUS, Longobardus, Cœnobii Caſſinenſis, circa A. 887., Monachus & Diaconus, *Hiſtoriæqve Longobardicæ* ac *Geſtorum Caroli Magni* ſcriptor, de qvo G. J. Voſſius (an idem cum noſtro ſit, vel diverſus, haud auſus definire) *Lib. 3. de Hiſt. Lat. p. 707. 761. 817.*, Chriſtoph. Sandius *in Notis & Animadverſſ. ad opus Voſſianum p. 296.*, & Gvilh. Cavius *in Hiſt. lit. Scriptt. Eccl. p. 397.*, conſulendi.

ELOGIA.

Autori *Vitæ* ipſius ἀδεσπότου coævo, *in Prologo*, *Pontifex* audit *cum omni ſemper veneratione memorandus*; *c. 7. Vir Domini*; *c. 8. & 11. Vir Dei*; *c. 9. Servus Dei & Vir ſanctus*; *c. 12. Vir ſanctiſſimus & Sanctus Pontifex*; *c. 15. Vir ſanctus*; *c. 21. Vir Domini, qvi ſanctitatis apicem conſcendit*, & *c. 25.* denuo *Vir Dei ac Vir ſanctus*.

Adamo Bremenſi (*L. I. Hiſt. Eccl. c. 37.*) & Alberto Stadenſi (*in Chronico, ad A. 876.*) *Sanctus Confeſſor Dei & Vir ſanctus.*

Helmoldo (*L. I. Chronici Slavorum c. 6.*) *Digniſſimus Præſul, & Evangelicus Prædicator, cujus in converſione gentium ingens claruit ſtudium.*

Autori *Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſium* (*c. 5.*, *p. 72.*) *Catholicus Pontifex, qvi omnibus virtutibus claruit.*

Henr. Woltherus (*in Chronico Archiepp. Brem. p. 26.*) Ansgarium & Rembertum *duo* vocat *Lumina, qvæ totum Ordinem* (Benedictinum) *illuminaverunt*, ac paulo poſt de ſolo Remberto hæc addit: *Omni ſanctitate etiam, ut Pater ejus* (Ansgarius), *repletus, Spiritu ſancto plus edoctus in brevi profecit, & tam humanis, qvam divinis ſcientiis, claruit.*

Autori *Chronici Danici*, per Chriſt. Wormium editi (*ad A. 926.*, *p. 7. 8.*), audit *Confeſſor & Sanctus Dei.*

Alb. Krantzio (*L. 2. Metrop. c. 11.*) *Sanctus Pater & Vir ſanctus.*

Joh. Trithemio (*in Chronico Hirſaugienſi, ad A. 887.*) *Vir in divinis Scripturis & ſecularibus literis doctiſſimus.*

Joh. Petræo (*P. I. Chron. Holſat. p. 7. 8.*) Ein beſonderer Freund und Helfer der Armen; ac paulo poſt Ein frommer gottsfürchtiger Mann, der nicht allein mit Predigen ſeinem Stiſte, ſondern anderen Völckern mit Schriften auch, die gantze Zeit ſeines Lebens, treulich gedienet, wie es einem rechtſchaffenen Biſchoff eignet.

Cæſ. Baronio (*T. X. Annal. Eccl.*, *ad A. 888.*, *p. 621.*) *Magnus ille Danorum Apoſtolus, S. Ansgarii ſucceſſor & imitator egregius.*

Ant. Poſſevino (*T. III. Apparatus ſacri p. 125. 134.*) *Vir ſanctus.*

Joh. Vaſtovio (*in Vite Aqvilonia p. 13.*) *Sveciæ Evangeliſta.*

Nicol. Heldvadero (*P. I. Sylvæ Chronol. Circuli Balthici, c. 15.*, *p. 75. 76.*) ein treflicher Lehrer, und heiliger und frommer Mann.

Joh. Ad. Cypræus (*l. c. p. 28.*) *ſingularem* ei tribuit *pietatem, eruditionem, vitæ ſanctimoniam, morumqve gravitatem ac modeſtiam.*

Phil. Cæſar (*in Ep. dedic. Triapoſtolatus Septentrionis*) Willehadum, Ansgarium atqve illum, *tres* ſalutavit *ſanctiſſimos & principales Bremenſis olim Eccleſiæ Epiſcopos, qvi apoſtolice a ſede Romana miſſi & veri Septentrionis Apoſtoli fuerunt.*

Gerh. Meiero (*in Or. de Scholæ Bremenſis natalitiis, progreſſu & incremento p. 11.*) *Vir* audit, *tam eruditione, qvam pietate, incomparabilis.*

Claud. Arrhenio (*L. I. Hiſt. Eccl. Sveo-Goth.*, *c. 5.*, *p. 13.*) *Homo, pro iſtorum temporum captu, non inſcitus.*

SCRIPTA, QVÆ SUPERSUNT, EDITA.

Vita S. Ansgarii, Archiepiſcopi Hamburgenſis & Bremenſis, Latina ἀδέσποτος, qvæ, a Remberto, illius ſucceſſore, conſcripta, adhuc ſupereſt. De hujus hiſtoria, MSStis, Editionibus (per Jac. Meierum Seculo jam XVI., per Phil. Cæſarem A. 1642., per Pet. Lambecium A. 1652., per Joh. Bollandum ac Gothofr. Henſchenium A. 1658., per Claud. Arrhenium A. 1677., per Joh. Mabillonium A. 1680., & noviſſime per Joh. Alb. Fabricium A. 1706., publicatis), Metaphraſi item Latina metrica per Gvaldonem, ſeu Monachum potius Corbejæ Gallicæ incertum, Seculo XI., Verſione Svecica per Nicolaum, Epiſcopum Lincopienſem, Seculo XIV., & Breviariis per Claud. Arrhenium ac Pet. Bängium Seculo XVII., concinnatis, fuſe jam, in noſtra Ansgarii Vita, §. *35. & 36.*, diſſeruimus, ſimulqve loca Veterum ac recentiorum aliorum, de illa agentium, eandemqve Remberto vindicantium, una cum elogiis & cenſuris qvibusdam, partim recitavimus, partim allegavimus. Iſtic jam allatis, nec hoc loco repetendis, qvæ relegere omnes, qvibus vacat lubetqve, poterunt, breve jam tantum adjungemus tunc omiſſorum ſpicilegium. Autorem ejus non ſolum fuiſſe Rembertum, ſed hunc, in ea ſcribenda, ab alio adjutum eſſe Ansgarii diſcipulo, e præfatione, & Anonymi *Vitæ Remberti capite IX.*, Pet. Lambecius (*in Notis ad illam p. 131.*), Gothofr. Hechtius (*in Germania ſacra & literata, P. II.*, *Lib. 4.*, *c. 7.*, *p. 175. 176.*), &, ante utrumqve, Valer. Andr. Deſſelius (*in Biblioth. Belg. p. 702.*), itidem recte jam monuerunt. Codicis MSti, qvi in Bibliotheca Monaſterii in Svevia Weingartenſis ſupereſt, ſed Autorem haud indicat, Gabr. Bucelinus (a Joh. Hallervordio *in Spicilegio de Hiſtoricis Latinis p. 157. 158.* allegatus) *in Menologio Benedictino, ad d. 4. Febr.*, & Joh. Mabillonius, *optimum* & *perantiqvum* eſſe tradens, *in Itinere Germanico p. 43. editionis Fabricianæ*, mentionem fecerunt. Ant. Poſſevinus, *in Apparatu ſacro* (A. 1603. Venetiis edito),

edito), *Tomo III.*, *p. 125.*, Vitam hanc Anſgarii Rembertinam jam tunc excuſam fuiſſe perhibens, vel de Jac. Meieri loqvitur editione, cæteris, ſi vere prodiit, antiqviore, ſed dubia & plerisqve ignota, vel de Fragmentis, apud Adamum Bremenſem, Alb. Krantzium & Laur. Surium, obviis, judice Phil. Cæſare, *in Epiſtola Triapoſtolatus Septentrionis dedicatoria*, eſt explicandus. Jactat enim Cæſar, ſe primum, in *Triapoſtolatu* hoc, A. 1642. Coloniæ excuſo, & iſtam, & adjunctas ei Willehadi atqve Remberti vitas, integras ac ſinceras e MSto edidiſſe Hamburgenſi membranaceo, vetuſto & avthentico, cujus γνησιότητα XIX. Epiſcopi diverſorum temporum Boreales ac Saxonici ſuis confirmarunt ſubſcriptionibus. Cujus tamen ſphalmata graphica ſe emendaſſe, paſſimqve in vocum barbararum locum alias ſubſtituiſſe, ipſemet, *in Notis*, qvas vocat, *verbalibus*, præfationi ſubjectis. haud diſſimulat, exiguam audacia hac critica, juſto majori, ab eruditis meritus gratiam, jureqve a Wilh. Ern. Tenzelio (*in Dialogis anni 1690. menſtruis Germanicis, M. Febr.*, *p. 147. 148.*), ac, qvem is allegat, Joh Bollando (*in Prolegomenis ſuæ editionis*), caſtigatus. Qvorum ultimus & iſtam, & ipſius Vitæ Anſgarii Rembertinæ, in editione Cæſaris, e Codice derivata mutilo, lacunas complures, hiſce verbis notavit: *Verum, qvisqvis hæc Acta, a Phil. Cæſare edita, cum Vita infra danda accuratius contulerit, continuo deprehendet, illa, pluribus in locis, truncata fœde atqve immutata eſſe; qvod ſubinde a nobis indicatum obiter indicamus.* In Bollandi contra editione Tenzelio (*l. c.*) haud immerito diſplicet nova Vitæ hujus in XVII. Capita diviſio, cum in Cæſariana, Lambeciana, Arrheniana, ac Fabriciana, XXXIV. numerentur, lectores haud dubie turbatura. Encomiaſtis ſcripti hujus, qvorum elogia in *Vita Anſgarii* noſtra, §. 3., recitavimus, addantur Henr. Woltherus (*in Chron. Archiepp. Brem. p. 25.*), Rembertum *fideliſſime Vitam Anſgarii deſcripſiſſe* judicans, Pet. Lambecius (*in ſuæ editionis Prolegomenis*) *multa* in eo *latere* affirmans *de rebus urbis Hamburgenſis antiqviſſimis, qvæ alibi non leguntur, nec pauciora, qvibus ſeptentrionalium gentium tum profana, tum eccleſiaſtica hiſtoria, plurimum poſſit illuſtrari*; & Claud. Arrhenius (*L. I. H. E. Sveo-Goth.*, *c. 26.*, *p. 97.*) eundem illius in Hiſtoria arctoa uſum, vere qvidem, ſed non absqve bile & maledicentia in Danos injuſta, extollens. Vitam enim Anſgarii Rembertinam *magni*, ait, *eſſe faciendam, & auro cariorem habendam, qvia multa de rebus Svecicis & Danicis narret, vel hactenus ignota, vel a Danorum Hiſtoricis negata aut aliter narrata.* Qvam ob cauſam *a novitiis* eam *rerum Daniæ Scriptoribus fere ſperni*, criminatur, *ac negligi, &, ſicubi exſcribunt, mutilari.* Ipſe contra Rembertum, cenſet, fide, in his (non autem in narrationibus de miraculis & apparitionibus Anſgarii, qvarum alia ſit ratio), eſſe dignum, qvia neutri genti debeat originem, nec idonea amoris aut odii in alterutram reddi poſſit ratio. Qvæ ἐγκλήματα Arrheniana, absqve ulla chartæ illita probatione, an refutari mereantur, Viri Daniæ diſpiciant eruditi. Conferantur etiam Marqv. Gudius ὁ πάνυ (*in Diſſ. de Clinicis veteris Eccleſiæ*, ſub Joh. Andr. Boſii edita nomine, *c. 2. p. 48. 49.*), diligentiæ laudem Autori tribuens, & Gothofr. Hechtius (*l. c.*) Vitam ipſam Anſgarii *præclarum* vocans *Commentarium*, & ob *multam* Scriptoris commendans *induſtriam*, ſed ſimul etiam, *eundem vaticiniis, divinationibusqve & fabulis, ut fert illa ætas, indulſiſſe videri*, judicans. Qvod &, ante illum, Joh. Henr. Bœclerus (*in Comm. de rebus Sec. IX. & X. p. 88.*) jam monuerat, *multa in Vita hac eſſe fabuloſa* merito inculcans. De Metaphraſta ejus metrico, Monacho Seculi XI. Palæo-Corbejenſi Benedictino ἀνωνύμω, cui nomen Gvaldonis, qvem hortatorem Poematis iſtius ſcribendi habuerat, qvod verum ignoretur, Pet. Lambecius, primus editor, e verſibus præfationis ultimis, conjectura parum, uti ipſemet agnoſcit, probabili, impoſuit, cæteriqve editores, ac eruditi alii, hactenus itidem tribuerunt, fuſius ſuo loco dicetur. Conferri interim de illo, Poemateqve ejus inculto ac barbaro, poterunt Lambecii *Præfationes* duæ, Remberti pariter atqve ipſius ſcriptis præmiſſæ, *p. m. 47. 48. 79.*, Marqv. Gudii *Diſſ. de Clinicis*, *c. 2.*, *p. 47. 48. 49.*, G. Cavii *Hiſtoria literaria Scriptt. eccl.*, *Sec. XI.*, *p. 431.*, W. E. Tenzelii *Dialogi anni 1690. menſtrui*, *M. Febr.*, *p. 144. 145. 146.*, Caſim. Oudini *Supplem. de Scriptt. eccl. p. 330. 331.*, Joh. Gothofr. Olearii *T. I. Biblioth. Scriptt. Eccl. p. 302.*, Joh. Hallervordii *Spicilegium de Hiſt. Lat. p. 76. 77.*, Joh. Chriſt. Nevii *Pars II. Acceſſionum ad Degorei Wheari Relectiones hyemales Hiſtoricas p. 371. 372. 373.*, & *Iſagoges* noſtræ *ad Hiſt. Cimbr.* (aliorum etiam de illo exhibentis cenſuras) *Pars II.*, *c. 3.*, *§. 9.*, *p. 58. 59. 60.*

Epiſtola ad qvandam Dei ancillam, in Monaſterio Hereſi (ſive, uti hodie, teſte Phil. Cæſare, tertio illud lapide a civitate diſtare Paderbornenſi nos docente, vocatur, Nienheerſe) conſtitutam (neptem Luithardi, Epiſcopi Paderbornenſis), cæterasqve Sorores, ibidem in Dei famulatu conſiſtentes, de Virginum ſacrarum, ſive Monialium, officiis, ſcripta. Hanc Autor *Vitæ Remberti* ἀδεσπότε coævus, cum capite XV. qvædam de Virgine, ad qvam data eſt, narraſſet, ſeqventi *Capiti XVI.* totam inſeruit. Commendatur, velut *præcipua* Epiſtolarum Remberti, ab Adamo Bremenſi (*L. I. Hiſt. Eccl. c. 38.*) & Alb. Krantzio (*L. II. Metrop. c. 11.*), hisqve teſtibus *virginitatem corporis extollens, oſtendit, multas mente fieri meretrices*, ſive (qvæ Krantziana eſt φράσις, in horum Adami verborum locum ſubſtituta) *mente abire in Ægyptum.* E recentioribus mentionem ejus injecerunt Suffridus Petri (*Decade VII. Scriptorum Friſiorum*, *num. 1.*), Joh. Vaſtovius (*in Vite Aqvilonia p. 16.*), Ant. Poſſevinus (*T. III. Apparatus ſacri p. 125.*) & Valer. Andr. Deſſelius (*in Biblioth. Belg. p. 792.*). Qvos inter Poſſevinus & Deſſelius Epiſtolam hanc brevem, ſibi non viſam, perperam *Librum de Virginitate* appellant.

INEDITA, QVÆ PERIERUNT.

Excerpta e libris Gregorii Magni homiletico-practica, de qvibus ita Autor *Vitæ cap. 15.*: *Interea, juxta ammonitionem B. Gregorii, etiam eleemoſynam verbi inceſſanter agens, doctrinæ ſalutaris ſtudio jugiter inſtabat. - - Hujus rei gratia excerptum, legentibus utile, de libris S. Gregorii fecit, & propria manu conſcripſit.* Qvæ, iisdem pene verbis, Adamus etiam Bremenſis *L. I. c. 38.*, Albertus Stadenſis *in Chronico*, *ad A. 882.*, Krantziusqve & Vaſtovius *ll. cc.*, commendarunt.

Epiſtolæ nonnullæ ad diverſos, ab Autore *Vitæ* ipſius (*ædificationis plenas* eas fuiſſe teſtante) *c. 15.*, iſtiusqve fidem ſecutis Adamo Bremenſi (*L. I. c. 38.*), Krantzio (*L. 2. Metrop. c. 11.*), Joh. Letznero, multas tantum ad Moniales ei tribuente Epiſtolas (*in Chronico Corbejenſi Germanico*, *c. 8. edit. primæ*), Herm. Hamelmanno (*L. II. de Viris illuſtribus Weſtphaliæ p. m. 147.*), Suffrido Petri, Ant. Poſſevino, Joh. Vaſtovio & Val. Andr. Deſſelio (*locis paulo ante citatis*), ſcriptis illius annumeratæ. E qvibus Hamelmannus, qvi *extare*, & Vaſtovius, qvi *circumferri* eas tradit, falluntur, cum, præter unicam ad Moniales Hereſenſes de *Virginum ſacrarum* officiis, ſupra jam memoratam, nulla ſuperſit alia.

Epiſtola ad Luthbertum, Archiepiſcopum Moguntinum, de prælio, qvo Slavi & Nordmanni a Lothario Imp. A. 884. fuſi ſunt, qvæ Rimberto tribuitur *in Annalibus Francorum Pithoeanis* (*ad A. 884.*), apud Pet. Lambecium *L. 2. Comm. de Biblioth. Vindobon. p. 354.*, noſtrumqve (uti *P. II. Iſag. ad Hiſt. Cimbr.*, *c. 3.*, *p. 64.*,

indicavi) videtur agnoſcere Autorem, anno qvippe 884., una cum Luthberto (a qvo, uti e §. *VII.* Vitæ hujus diſces, erat inauguratus, adhuc ſuperſtitem. Error autem, in titulo, haud exiguus circa nomen commiſſus eſt Imperatoris, Imperio enim tunc Carolus III. ſive Craſſus præerat, non Lotharius, A. jam 855. mortuus.

Tractatus aliqvot de Eleemoſynis, qvi a ſolo Joh. Letznero (*in Chron. Corbej. Germ., c. 8. edit. primæ*) Remberto tribuuntur, ſeu conjectura forte affinguntur fallaci; occaſionem hujus ſuggerentibus eleemoſynis noſtri largiſſimis, & præclaro de iisdem apophthegmate, de qvibus §. *VIII. Vitæ* narrata poſſunt relegi.

LAURENTIUS SURIUS

(cui *Ludovici* prænomen a Chriſtoph. Henr. Löbero (1), *Surriani* autem cognomen a Caſp Peucero, adverſario (2.), per ipſummet (3.), ob malitioſam ἀβλεψίαν, caſtigato, perperam tribuitur) patriam, uti omnes de vita ejus literis qvicqvam mandare aggreſſi uno ore perhibent, habuit Lubecam, non tamen eam, qvæ, in Weſtphalia ad Viſurgim ſita, vix oppidi titulum, propter obſcuritatem, meretur, uti Aub. Miræum (4.) falſo credidiſſe obſervo, ſed potius *urbem* hujus nominis, *in confinio Ducatus Holſatiæ, imperialem liberam, civitatum Vandalicarum, & inclytæ Hanſeaticæ ſocietatis, caput*, qvo eam elogio Corn. Looſeus, vitam Noſtri enarrans (5.), dignatur. Iſtic in lucem, anno circiter 1523., eſt editus, patre, uti Biographiæ, *Vitis Sanctorum* præfixæ, autor diſerte teſtatur, aurifabro, ſacris Romanæ addicto eccleſiæ, ut falli proinde vix dubitem, tum Caſp. Sagittarium (6.), *parentes* ei tribuentem *Evangelico-Lutheranos*, tum Conr. Schlüſſelburgium (7.) & Dan. Hartnaccium (8.), qvos ipſemet incaute olim ſum ſecutus (9.), apoſtaſiæ a religione Lutherana eundem inſimulantes. Inter hæreticos tamen, qvos vocant, Lubecæ eum & natum eſſe, & educatum, præter biographum, modo laudatum, Mich. ab Iſſelt (10.) & Hier. Ghilinus (11.), ſcriptores Pontificii, fatentur, ſed, qvod de Malachia Hyberno D. Bernhardus olim dicebat, *nihil magis de hæreſi, qvam piſces de ſale marino, contraxiſſe*, affirmant. Literis, teſte eodem, qvem aliqvoties jam allegavimus, Biographo, in Academia ad Viadrum Francofurtana, inter hæreticos, dedit operam, ſed inde, non multo poſt, in Colonienſem (in puerili, ſi Caſp. Sagittarium (12.) audias, ætate) ablegatus, magiſtris ſe applicuit Catholicis, & conſvetudine uſus eſt aſſidua, tum aliorum virorum piorum ac doctorum, tum hoſpitum imprimis ſuorum, Georgii a Schotborg, Archiepiſcopi olim in Scania Londinenſis, propter religionem tunc exulis, Nicol. Eſchii, Brabanti, ſacerdotis religioſiſſimi, & Andreæ Heerlii, Bardovicenſis, Theologi. Inter commilitones eminuit Pet. Caniſius, Noviomagus, percelebris deinde Academiarum Ingolſtadianæ & Friburgenſis Theologus, qvocum de vita religioſa amplectenda conſpiravit, &, ut voto huic ſatisfaceret, triennio poſt Magiſtri titulum A. 1539. impetratum, Ordinem Carthuſianum qvem, Joh. Lanspergii, aliorumqve iſtius Monachorum, converſatione uſus freqventiori, adamare cœperat), non autem Carmeliticum (cujus cœnobitis a Georg Matth. Königio (13.) perperam accenſetur), Coloniæ, eodem, qvo Caniſius Jeſuitarum ſocietatem, Anno 1542., eſt ingreſſus. Qvod etſi parens permoleſte initio ferebat, & avocare filium a vita conabatur monaſtica, ſua tamen Noſter conſtantia eum tandem pervicit, & placatum beneficumqve ſibi reddidit. Ex milite eum ſtipendiario Monachum factum eſſe Carthuſianum, Corn. Looſeus (14.), eumqve haud dubie ſecutus Ant. Teiſerius (15.), perhibent, ſed fidem a me ægre impetrant, cum de vita Noſtri militari altum apud biographiæ, Vitis Sanctorum præfixa, autorem, ac cæteros omnes, ſit ſilentium. Ordini Carthuſiano, poſt exactum tyrocinii annum, facta ſolenni profeſſione, A. 1543. adſcriptus, non otio in vita iſta ſolitaria ſe dedidit, ſed tempus ab officiis divinis, & exercitiis ordinis ſui qvamplurimis (a qvibus nullam unqvam, ne infirmioribus offendiculo eſſet, petiit exemptionem, nec aliud qvicqvam ſuis paſſus eſt tribui meritis, qvam poteſtatem ſacrum Miſſæ privatim, dum in choro preces Primæ ſodales concinerent cæteri, peragendi), vacuum ſtudiis impendit, & Biographo judice, *ſuo exemplo, falſum eſſe, qvod de ordine monaſtico hoſtes eccleſiæ dicunt, eum otioſorum tantum eſſe hominum, demonſtravit.* Et primis qvidem annis, hortatu ſuperiorum, maxime autem Gerhardi Hamontani, Monaſterii, in qvo degebat, Colonienſis Carthuſiani Abbatis (*), latino ſermone donavit, ac edidit, Scriptorum qvorundam Germaniæ ac Belgii aſceticorum, Joh. Tauleri ſcilicet, Joh. Ruysbrochii, Florentii Batavi, Henr. Harphii, Henr. Suſonis & Nicol. Eſchii, monumenta, qvæ lingvis vernaculis exaraverant, devotiſſima, ſicut & Mich. Sidonii, Joh. Fabri, Joh. Gropperi, Frid. Staphyli & Mart. Eiſengreinii, pro dogmatis Pontificiorum, adverſus Lutheranos, polemica, Germanico itidem antehac idiomate edita. Ætate dein provectior, ſedula Conciliorum (qvæ, ſibi A. 1567. inſcripta, Philippus II., Rex Hiſpaniæ, 500. florenis, noſtro, ejusqve cœnobio, per Ducem Albanum, numeratis eſt remuneratus), veterumqve de Sanctorum vitis monumentorum (qvorum Tomum I., ſibi dicatum, Pius V., (**) Pont. Rom., Brevi apoſtolico peculiari, infra recitando, commendavit), collectione, laborioſa ex codicibus antiqvis deſcriptione, & editione, in qva, præter ſelectum rigidiorem, vix qvicqvam, conſiderato ævi iſtius genio, deſideres, accurata, peritiam ſuam Hiſtoriæ eccleſiaſticæ, ſacrarumqve antiqvitatum, eximiam orbi literato ſatis ſuperqve approbavit, & famam celebritatemqve nominis nunqvam intermorituram ſibi acqviſivit. Hujus vivus atqve ſuperſtes fructum etiam cepit, cum a viris & ſacri ordinis, & aliorum vitæ generum, eruditis, imo ipſis Principibus, viriſqve generoſis ac illuſtribus, iſta invitatis, freqventer & præſens ſalutaretur, & abſens literis compellaretur amicis ac honorificis. Qvibus in congreſſibus ac Epiſtolis cum res, qvæ, tunc in eccleſia & republica, orbeqve fere toto, gerebantur, majoris momenti pleræqve extra orbem conſtituto, ac in cella ſua deliteſcenti, communicarentur, hiſtoriam ætatis ſuæ, & partis Seculi XVI. maximæ, virorum aliqvot magnæ autoritatis hortatu, pene invitus, teſte Biographo, literis mandavit, ſed parem iſto labore ab omnibus applauſum non promeruit. Cum enim, in Hiſtoria iſta, ſacris ſuis præjudiciis, & nimio in eccleſiam Pontificiam affectui, in Proteſtantes autem odio, plus juſto indulgens, ubiqve in hos εὐκαίρως ἀκαίρως inveheretur, ac diſſidia illorum inteſtina, aliaqve ulcera, durius attrectaret, nec, qvo par erat, in narrationibus etiam aliis, uteretur ſe-

lectu

(1.) in der Entdeckung des Quäckergreuels, *c. 1., p. 23. 29. 30.* (2.) *in Ep. dedic. Libri Vti Chronici Carionis.* (3.) *in Comm. hiſtorico p.* 802. *& ſeqq.* (4.) *P. II. Bibliothecæ Eccleſiaſticæ p.* 110. (5.) *in Catalogo illuſtrium Germaniæ Scriptorum, lit. L. 1. a.* (6.) *in Introd. in Hiſt. Eccl., c. XI., § 21., p. 127.* (7.) *L. 2. Theol. Calviniſticæ p. m.* 286. (8.) *in Notis ad Georg. Hornii Hiſt. Eccl. p. 423.* (9.) *P. II. Iſag. ad Hiſt. Cimbr., c. 5., §. 3, p. 100.* (10.) *in Hiſtoria ſui temporis p.* 600. (11.) *P. II. Theatri Hominum literatorum Italici p.* 184 (12.) *l. c. p.* 127. (13.) *in Biblioth. vet. & nova, lit. S., p.* 786. (14.) *l. c.* (15.) *P. I. Additamentorum Gallicorum ad Elogia Thuanæa, p.* 520. *& ſqq.* (*.) V. Theod. Petreji *Biblioth. Carthus. p.* 98 (**) Fuere teſtes oculati, qvi affirmarunt, poſt obitum Pii V. in ipſius conclavi chartam qvandam repertam, continentem nomina doctiſſimorum qvorundam virorum, qvos in Cardinalium cooptare collegium, ſi diutius fuiſſet ſuperſtes, voluiſſet, & hos inter Laur. Surii ac Pet. Caniſii. V. Theod. Petreji *Biblioth. Carthuſ. p.* 305.

lectu ac judicio, zelotis qvidem inter Pontificios rigidioribus ſua facile approbavit, moderatioribus autem ac cordatioribus diſplicuit, & a Lutheranis viciſſim ac Reformatis (ſua itidem nonnunqvam ſecutis præjudicia), pari, imo majori maledicentia, cæteris ejus in rem eccleſiaſtico-literariam meritis mitigari ſe haud paſſa, ſcurræ inſtar, acerbe eſt exagitatus. De qvibus Hiſtorici hujus laboris fatis, & ſilentio a ſodalibus autori tandem, juxta qvorundam ſuſpiciones, impoſito, plura infra, in recenſu illius, dicentur. Nec ſolo calamo, pro ſacris Romanis, contra illorum adverſarios, Surius depugnavit. Andrea enim Sauſſæo (16.) teſte, *felici* ejus *induſtria, & forti renixu, Eccleſia catholica Coloniæ ad Rhenum ſervata eſt incolumis, hæreſisqve potenter oppreſſa obmutuit.* *Vitis* tandem *Sanctorum*, & *Tomo* qvidem illarum *tertio*, curis ſecundis augendo, immortuus, d. 23. Maji A. 1578. (in cujus locum A. 1591. ab Æg. Gelenio (17.) perperam ſubſtituitur), æt 56. (non 52., qvi Hier. Ghilini (18.) ejusqve autoritatem ſecutorum, Caſp. Sagittarii (19.) & Pauli Freheri (20.), eſt parachroniſmus), atqve adeo non admodum ſenex (qvalis fuiſſe a Corn. Looſeo (21.) & Jano Grutero (22.) falſo traditur), *ad Sanctos, qvorum honorem in terris calamo propagaverat, in cœlum*, Gelenio (23.) judice, *tranſiit*, ſive, uti Biographus Colonienſis loqvi amat, *a Deo, ad laborum ſuorum mercedem cum Sanctis ipſis accipiendam, eſt avocatus.* Simili obitum ejus εὐφημίᾳ proſeqvuntur Andr. Sauſſæus, Surium *ad illam* ſcribens abiiſſe, *qvam ſemper credidit & defendit, Sanctorum communionem*, & autor Carminis in vitam ejusdem, typis excuſi, e qvo, per Steph. Weberum, Archiepiſcopi Moguntini in Pontificalibus Vicarium, ſibi communicato, Corn. Looſeus (24.) hanc verſuum exhibet dodecadem:

Hic, ſermone colens Latio monumenta piorum,
Eximias ſane ſuppeditavit opes.
Sanctorum præclara, qvid eſt, certamina, magnis
Sex celebrata tomis, qvod dedit una manus?
Septimus adjungi dum cœptus, turba beata
Cœlicolum, ſtudiis præmia digna petens:
Sat ſuperis factum, dixit, donatus olympo
Sanctorum medios occupet ipſe choros.
Nec mora, ſubveniens Surio mors atra ſedenti,
Intrepido ad ſuperos cuſpide pandit iter,
Liber abi, dicens, celebratis jungere Divis,
Et cape nunc meritis ſerta dicata tuis.

Effigies Noſtri *Vitis Sanctorum*, ab eo collectis, in editione Anni 1618. Colonienſi, eſt præfixa.

Vitæ ejus hiſtoriam prolixiorem atqve accuratiorem exhibuit AUTOR, qvem nos in Elogio hoc præcipue ſecuti ſumus, ANONYMUS, defuncti amicus, in frontiſpicio ejusdem editionis Colonienſis celeberrimi *de Vitis Sanctorum* operis, Coloniæ A. 1618. publicata. Scriptum de illo peculiare promittit D. Georg. Henr. Götzius, Superint. Lubec., teſte Joh. Henr. a Seelen *P. I. Athenarum Lubecenſium p. 29.* Orat. ſcholaſticam de Surio, A. 1703. habitam, ipſe Götzius pollicetur *in Specim. Biblioth. Anti-Pontificiæ clar. Lubec. p. 5.*

Brevius eandem delinearunt:

1. CONR. LOOSEUS CALLIDIUS, *in Catalogo illuſtrium Germaniæ ſcriptorum*, Moguntiæ A. 1581. *in 8.* excuſo, *fol. L. 1., L. 2. L. 3.*
2. THEOD. PETREJUS, Campenſis, Monachus Carthuſianus Colonienſis, *in Bibliotheca Carthuſiana*, Coloniæ A. 1609. in 8. edita, *p. 226-232.*, & forte etiam cæteri cœnobitarum ejusdem ordinis illuſtrium encomiaſtæ.
3. ANT. POSSEVINUS, Jeſuita, *Tomo II. Apparatus ſacri, p. 333. 334.*
4. AUBERTUS MIRÆUS, Decanus Antwerp, *P. II. Bibliothecæ eccleſiaſticæ*, Antw. A. 1649. *in fol.* impreſſæ, *p. 110.*
5. JOH. BOLLANDUS, Jeſuita Antwerp., in *Prolegomenis*, qvæ *Actis Sanctorum M.* Januarii, Notis a ſe illuſtratis, & Antwerp. A. 1643. in fol. editis, præmiſit, §. 5.
6. HIERON. GHILINUS *P. II. Theatri Hominum literatorum Italici, p. 184. 185.*
7. ANDR. de SAUSSAY *in Continuatione libri Bellarminiani de ſcriptoribus eccleſiaſticis,* Tulli Leucorum A. 1665. & Colon. A. 1684. edita, *num. 1., p. 1.*
8. ANT. TEISERIUS *in Additamentis Gallicis ad Elogia Thuanæa, P. I., p. 520. 521. 522. Ed. primæ, & p. 480 481. ſecundæ*, nec non *in Additamentis eorundem novis p. 272.*
9. PAULUS FREHERUS (Ghilinum exſcribens) *in Theatro eruditorum p. 247.*
10. CASP. SAGITTARIUS, *in Introduct. in Hiſt. Eccl., c. 11., §. 1., p. 92., & §. 21., p. 127. 128.*
11. JOH. FRANC. BUDDÆUS *T. IV. Lexici Hiſtorici p. 498.*

Conferri de illo poſſunt, præter jam allegatos, aliosqve inferius allegandos Autores, HENR. PANTALEON *P. III. Proſopographiæ virorum Germaniæ illuſtrium, p. 50.*, JOS. SIMLERUS *in Biblioth. Univerſali p. 447.*, JOH. JAC. FRISIUS *in nova atqve auctiori ejusdem editione p. 537.*, THEOD. PETREJUS *in Ep. dedic., Joh. Juſti Lanspergii Enchiridio Militiæ Chriſtianæ,* (Coloniæ A. 1607. *in 12.* edito) præfixa, MICH. ab ISSELT *in Hiſtoria ſui temporis, p. 600.*, MARGARINUS de la BIGNE *in præf. Biblioth. Patrum, Paris. A. 1575. in fol. editæ*, ABR. BUCHOLZERUS *in Indice Chronol., ad A. 1578.*, JOH. MOLANUS *in Bibliotheca materiarum theologicarum*, Col. A. 1618. in 4. excuſa, *p. 31. 141.*, & *in Biblioth. ſacra ἀνεκδότῳ*, PHIL. MARNIXIUS in ſcripto ψευδωνύμῳ, Bienenkorb des H. Römiſchen Jmmenſchwarms, ſub *Jeſuwaldi Pickarti* nomine edito, *fol. 24. a., 59. a. 194. a. b. 195. a.*, ÆG. GELENIUS *L. 3. de ſacra & civili magnitudine Coloniæ Agrippinæ p. 454., & L. 4. p. 691.*, JAC. AUG. THUANUS *L. 65. Hiſtor., ad A. 1578.*, C. B. *in Monumentis ex Thuano literariis*, Lond. A. 1640. in 4. editis, *p. 201.*, JAC. TIRINUS *in Indice autorum*, qvem *Comm. biblico* adjecit, FRID. TILEMANNUS *P. II. Diſcurſ. philol. de Hiſtor. delectu, f. 137., & ſeqq., 152. 183. 245.*, LUD. JACOBUS a S. CAROLO *P. II. Biblioth. Pontificiæ, p. 385.*, MART. SCHOOKIUS *in Fabula Hamelenſi P. II., c. 2.*, MART. ZEILERUS *P. II. Sylloges Hiſtoricorum p. 234.*, JOH. ANDR. QVENSTEDIUS *in Dial. de patriis virorum illuſtrium p. 201. 202.*, PET. BORELLUS *in Biblioth. chymica p. 204.*, FRANC. IRENICUS (i. e. Phil. Andr. Oldenburger) *in Indice autorum, Collegio ad Burgoldenſis Notitiam Imperii annexo p. 139.*, GEORG. MATTH. KÖNIGIUS *in Biblioth. vet. & nova, p. 786.*, JOH. CHRISTOPH RUMETSCHIUS *in Epiſt. de Hiſtoria Theol. Evangel p. 44. 45.*, THOM. ITTIGIUS *in Tr. de Bibliothecis Patrum p. 758. 769.*, ERDM. UHSEUS in den Leben der Kirchenlehrer des 16. und 17. Seculi *p. 378.*, JOH. HENR. a SEELEN *P. I. Athenarum Lubecenſium p. 29. 30. 31.*

(16.) *in Continuatione Libri Bellarminiani de Script. Eccleſ., num. 1., p. 1.* (17.) *L. 4. de ſacra & civili magnitudine Coloniæ Agrippinæ p. 691.* (18.) *loco num. 11. citato.* (19.) *l. c. p. 127.* (20.) *in Theatro Eruditorum p. 247.* (21.) *l. c. lit. L. 1. a.* (22.) *Lib. 2. Chronici Chronicorum*, ſub *Joh. Gvaltheri* nomine editi. (23.) *loco num. 16. citato.* (24.) *l. c., lit. L. 2. b.*

ELOGIA.

CORN. LOOSEUS (*l. c.*) *Virum pium, ſenemqve venerabilem*, eum ſalutat &, *ſingularem* illius *raramqve pietatem*, a STEPH. WEBERO, Epiſc. Myſienſi, ac Elect. Moguntini in Pontificalibus Vicario, valde ſibi eſſe deprædicatam, teſtatur.

POETA Anonymus hoc imaginem Surii ornavit hexaſticho, a Looſeo eodem allegato:

Eſt aliqvid Surii ſpectare in imagine vultus,
Qvos ſpatio exiguo parva tabella refert.
At Surii libros, magna qvos texuit arte,
Qvi legit, ingenium cum pietate videt.
Mors huic principium vitæ eſt, qvi vixit in orbe,
Ut Surius, qvіqve eſt mortuus ut Surius.

JOH. MOLANUS, Theol. Lovan, in *Bibliotheca ſacra* ἀνεκδότῳ (teſte Aub. Miræo (*P. II. Biblioth. eccleſiaſt. p. 110.*), eum vocat *Virum optime de republica chriſtiana meritum.*

ANT. POSSEVINUS (*T. II. Appar. Sacri p. 333.*) *Virum ſedulæ pietatis in propagando cultu divino.*

AUB. MIRÆUS, *in Origg. Monaſter. Carthuſ. p. 66.*, eum *refert inter viros inſignes Ord. Carthuſ., optime de eccleſia, libris etiam editis, meritos.*

MARGARINUS de la BIGNE, Theol. Pariſienſis, in *Ep. dedic.*, qva A. 1575. *Bibliothecam SS. Patrum* Gregorio XIII., Pontifici, inſcripſit, ita de Noſtro: *Fateor, hæc cogitantem, ut olim Miltiadis trophæa Themiſtoclem, ſic religioſiſſimi P. ac D. D. Surii Canonicum SS. Conciliorum Corpus, & grandis ac gravis Sanctorum Legenda Hiſtoria, ſtudiis honeſtis animum incendit, nec tam vehementer tamen, qvin intelligerem futurum, ut, qvantum ille me a tergo relinqvebat ſanctiſſime abrenunciationis inſtituto, tantum etiam immenſi illius labores meos conatûs ſuperarent.*

GABR. VASQVEZIO, *in 3. Thomæ, Diſp. 89., c. 6.*, (teſte J. G. Dorſcheo, *in Collat. ad concil. Francof. p. 4.*) audit *Vir religioſus, & in eruendis conciliorum decretis admodum ſollicitus.*

FRANC. SVAREZIO (*apud Dorſch. l. c. p. 136. 138.*) *Homo magna fide dignus.*

FRANC. HARÆO (*in præfat. Vit. SS.*) *Vir eruditus juxta & pius.*

MICHAELI ab ISSELT (*in Hiſtoria ſui temporis, ad A. 1578., p. 600.*) *Vir pius atqve eruditus, qvi, qvantos labores, in Conciliorum decretis, & veterum Patrum ſcriptis, emendandis recudendisqve, & in lucem proferendis, exantlaverit, freqventiſſima, ab eo relicta monumenta teſtantur.*

JAC. AUG. THUANO (*L. 65. Hiſt. ad A. 1578.*) *Vir pietate, & candida ſimplicitate, præditus, cui Conciliorum editionem, ſingulari diligentia elaboratam, & Sanctorum vitas, bona fide deſcriptas, debemus, qvi tot laboribus, pro republica chriſtiana exantlatis, defunctus, Coloniæ A. 1578. placide ad Deum migravit.*

ÆGID. GELENIUS, *L. 3. de ſacra & civili magnitudine Coloniæ Agrippinæ, p. 454.*, eum Monachis Carthuſiæ Colonienſis celebrioribus annumerat, &, *L. 4., p. 691.*, Virum *pium & eruditum* ſalutat.

HIERON. GHILINO (*P. II. Theatri Hominum literatorum Italici p. 184. 185.*) audit *optimus Catholicus, & magnus defenſor Romano-Catholicæ religionis.*

ANDR. du SAUSSAY, *in Continuatione libri Bellarminiani de Scriptoribus eccleſiaſticis, num. 1., p. 1.*, primum illi, inter ſcriptores Sec. XVI., a Bellarmino omiſſos, locum attribuit, & ipſum *Virum* appellat *magnum; cujus felici induſtria, & forti renixu, eccleſia Coloniæ ſervata eſt incolumis, hæreſisqve potenter oppreſſa obmutuit, Tomos* autem *de Vitis Sanctorum*, & *Comm. hiſtoricum*, ab eo editos, *opera cedro, aurea lamina, & immortalitate, digniſſima.*

JOH. BONÆ, Cardinali (*in Catalogo autorum, Libris de Pſalmodia divina præfixo*), *Scriptor* audit *nitidus.*

ELIÆ PRÆTORIO, ſive CHRIST. HOBURGIO, Separatiſtæ Lutherano (im Spiegel der Mißbräuche des Predigtampts *p. 409.*). der wolerfahrne Surius.

THEOD. PETREJUS, *in Biblioth. Carthuſiana p. 98.*, eum *Virum* vocat *æterna dignum memoria.*

ERH. WINHEMIUS, *in Sacrario Coloniæ Agrippinæ p. 205.*, præcipuis Carthuſiæ Colonienſis ornamentis eum accenſet.

EPHEMERIDUM Pariſienſium Anni 1703. Gallicarum ſcriptoribus (*Ephem. 12. p. 310.*) audit *un Auteur tres laborieux.*

Abbati de MORLIERE (*dans les Eſſais de literature, M. Aug. A. 1702., Art. 14., p. 117.*) *Sçavant ſolitaire, grand homme, & ſans contredit lumiere de ſon tems.*

THOM. LANSIUS, *in Conſultat., Or. I. pro Germania p. 52.*, Hiſtoricis eum Germaniæ ἐξοχωτέροις accenſet.

JOH. HüLSEMANNO, Theologo Lipſienſi Lutherano (*in Patrologia, Vindiciis Locorum S. Script. adjecta, p. 1095.*), *Vir* audit (ſed ironice forſan) *fide digniſſimus.*

CENSURÆ.

א. PONTIFICIORUM.

CÆSAR BARONIUS (*in Annal. Eccl., T. IV., ad A. 324., n. 126.*) in eum, qvod Victorinum, antiſtitem Pitabionenſem, mendaciter infamaſſet, acriter invehitur. V. J. G. Dorſchei *Tr. de tunica Chriſti inconſutili c. 2., §. 99.*, & J. Gotfr. Olearii *Abacum patrologicum p. 261.*

JAC. PERRONIUS, Card. Gallus (*in Perronianis, p. 364.*, *eum vocat une grande bête & ignorant.*

ב. PROTESTANTIUM, qvæ, vindictæ ſtudio, & religionis odio, juſto plerumqve ſunt duriores (*.).

NICOL. SELNECCERUS (*P. II. Explicationis Evangeliorum dominicalium, fol. 277.*) *Scurram* eum appellat.

PHIL. MARNIXIO, *P. I.* des Bienen-Korbs des H. Römiſchen Immenſchwarms, *c. 2., fol. 24. a.*, audit der Lübeckiſche Carthäuſer zu Cöln, Lur Sur, oder Scurra; *P. I., c. 10., p. 59.*, der Carthäuſer Scurra zu Cöllen; it. *P. V., c. 1., fol. 194. a. b.*, der Cöllniſche Kartenhäuſer, Bruder Laur. Surius, ein feiner Kartenhäuſeriſcher Brillenverkäuſer, welchen D. Caſp. Peucer, in ſeiner Chronic, einen Scurram, das iſt, einen Carthäuſeriſchen Lotter-Buben und Holhieper, nennet; der Rollwägiſche Carthäuſer, der gute Cartenhauſirer, der, durch zu viel Fiſch-Eſſen,

(*) Plures ejuſdem generis infra, in *Commentarii* ipſius *Hiſtorici*, qvo Proteſtantium cætus Lutheranos ac Reformatos imprimis contra ſe irritavit, recenſu, occurrent.

eſſen, ein flegmatiſch, lügenflüßigs und tropfens Hirn, und ein ſchwach Gedächtniß, ſo man ihm mit gepulvertem Helleboro Nigri Bertholdi ſtärcken und trucknen ſolte, mag bekommen haben. Adduntur ibidem de ipſius, & Joh. Cochlæi, Commentariis Hiſtoricis ſeqventia: Und zwar ſolche getreue Katzenwolliſche, als dieſer Lurius Surius und Cochlæus, verdienen wol ein gut Stück Specks fein warm auß der Pfannen. Weil ſie mit ihren lieblichen, Affenboßierlichen und kurtzweiligen Hiſtorien, den Biſchöffen, Mönchen und Pfaffen, zu Wercke geſchnitten, und Materie zubereitet haben, damit ſie ihre Kantzel zieren. Alſo daß ihre Hiſtorien frölich möchten Dormi Secure, das iſt: Schlaff ohne Sorg, genandt werden: dieweil die Mönche und Pfarrfarren nit viel in ihrer Bibel ſtudieren dörfen, wann ſie finden zu plappern, papplen und tadern, darinnen gnug.

JOH. GERHARDUS (*T. VI. LLCC. Theol., p.m. 269.*) eum *mendaciorum* vocat *architectum.*

BALTH. MEISNERUS (*in Prælect. de Eccleſia p. 866.*) *Hiſtoricum mendacem.*

GEORG. CALIXTUS, *in Appar. Theol. p. 116., hoſtem Lutheri furioſiſſimum & mendaciſſimum*, &, *in Digreſſ. de Arte nova Barth. Nihuſii p. 203. 206.*, Scriptorem *Luthero infenſiſſimum, cujus hoſtilis contra eum animus in maledicentiam & convitia paſſim erumpit.*

JOH. GEORG. DORSCHEUS (*in Tunica Chriſti inconſutili, c.2., §.99.*) ſcriptorem, *ob magnam, in ſupponendis commentis, peritiam, ſatis decantatum.*

J. CONR. DANHAUERUS (*in Memoria Thaumaſiandri Lutheri p. 70.*) *Scurram impudentiſſimum.*

JEREM. WEBERUS, Theol. Lipſ. (*in Or. de Lipſia paradiſo, p. 221. 222. Edit. Noviſſ.*), *Aulæ Pontificiæ Gnathonem; & Stentorem Romanum.*

ABR. FREINSHEMIUS (*in Laudatione Joh. Freinshemii p. m. 352.*) *Monachum impudentem.*

MICH. SIRICIUS (*in Pravitatibus Simonis Magi p. 297.*) *Scriptorem Luthero infenſiſſimum.*

VAL. ALBERTI (*in Diſſ. de gradibus luminis naturæ §. 9.*) *ſcriptorem in Proteſtantes iniqviſſimum*, & (im Gutachten von der Schrift Florim. Ræmundi *p. 155.*) den vornehmſten der Päbſtiſchen Fabelhänſe.

JOH. HENR. HEIDEGGERUS (*in Diſſ. de peregrinationibus religioſis p. 125.*) eum accenſet *fabularum Hamaxariis & Legendariis, qvibus, ſi vel Jovem lapidem juraverint, vix qvicqvam tuto credere poſſis.*

JOH. GOTFR. OLEARIUS (*in Abaco patrolog. p. 261.*) ita de illo: Surius *omnibus cordatioribus inviſus eſt, qvia impudentiſſime ſæpe mentitus, qvem ipſe Baronius, eo qvod nobiliſſimum antiſtitem, Victorinum Pictavienſem, mendaciter infamaſſet, acriter reprehendit A. 324., n. 126., ut non habeat, qvod de orthodoxis, qvos Acatholicos vocat, conqveratur Labbeus in Diſſert. p. 597.*

CHRISTOPH. HENR. LÖBERUS (in der Entdeckung des Qväcker-Greuels, *c. 1., p. 29. 30.*), Joh. Tauleri ſcriptorum, in verſione ſua, paſſim interpolatorum, mutilatorum ac depravatorum, eum inſimulans, hæc addit: Wie er auch mit anderer Lehrer Schriften nicht allzu aufrichtig ſey umbgegangen, davon kan unter andern geleſen werden D. Caſp. Sagittarii ſein auf der Wage der Wahrheit gar zu leicht erfundener *Jeſuit, Marcus Schönmann, p. 26. 52.*

SCRIPTA
EDITA.
N. PROPRIA.

APPENDIX ad Chronicon Joh. Naucleri Præpoſ. & Cancellarii Acad. Tubingenſis, ab O. C. ad A.C. 1500., univerſale, qva iſtud ad A. initio 1564., & dein ad A. 1574., continuavit, cum ipſo Naucleri opere excuſa Coloniæ A. 1564. in fol., & ibidem, apud Qventelium, A. 1579. in fol. V. de illa Mich. Routartii (qvi iſtud deinceps, per Michaelem ab Iſſelt, ad A. 1585. pertextum eſſe addit) *Oculum Hiſtoriæ p. 26.*, Henr. Whartoni *Append. ad Gvilh. Cavii T. I. Hiſt. Lit. Scr. Eccl. p. 126.*, & Caſp. Sagittarii *Introd. in Hiſt. Eccl., c. 11., §. 1., p. 92.* Caſp. Peuceri aſperius de illa judicium paulo poſt, in *Commentarii hiſtorici* recenſu, exhibebitur. Sev. Walth. Sluterus, in *propylæo Hiſtoriæ Chriſtianæ p. 49.*, eam *Nauclero indignam* eſſe pronunciat, *qvod turpiter inibi, ut alibi, Surius mentiatur.* Idem eſt judicium B. G. Struvii *in Biblioth. Hiſtor., c. 8., p. 196.*

COMMENTARIUS brevis rerum in orbe geſtarum, ab anno ſalutis 1500. usqve ad A. 1568., ex optimis qvibusqve ſcriptoribus congeſtus, & nunc recens multis locis non parum auctus & locupletatus. (*Idem ferme eſt cum Appendice ad Naucleri Chronicon, modo memorata, ſed illa tamen longe auctior, in plures annos continuatus, ac ſeorſim editus*). Prima ejus editio Coloniæ, apud Gervinum Calenium, A. 1568. in 8. prodiit, altera autem, cum Surii ipſius ad A. usqve 1574. continuatione, ibid. A. 1574. in fol. & 8. Editio Colonienſis anni 1566., qvam Joh. Chriſtoph. Rumetſchius (*in Schediasm. de Theologorum Evangelicorum hiſtoria p. 44. 45.*), & altera anni 1571., qvam Joh. Scharfius (*in Luthero Reformatore p. 13.*) laudat, chimæricæ haud dubie ſunt, & per ἀβλεψίαν allegantium confictæ. Poſt Surii autoris exceſſum, Mich. ab Iſſelt, Doccomia Friſius, ſacerdos Pontificius Colonienſis & tandem Hamburgenſis (ſuo a nobis loco prolixius celebratus), ulterius eundem pertexuit, & primo qvidem ad A. 1586., in editione Coloniæ A. 1586. in 8. excuſa, deinde vero ad A. 1597. (ſibi emortualem), in editionibus ibidem A. 1597. & 1602. in 8. publicatis, de qvibus, uti & *Mercurio Gallo Belgico*, qvo idem Iſſeltius, ſub fictitio D. M. Janſonii Doccomenſis nomine, telam hanc cœptam continuavit, plura in ejus dicta ſunt Elogio. Verſiones *Commentarii* Suriani prodierunt diverſæ:

1. Germanica Henr. Fabricii, Aqvisgranenſis, Chorepiſcopi Spirenſis (ſub titulo: Chronica, oder Beſchreibung der vornehmſten Händel, ſo ſich, beydes in Religion, und weltlichen Sachen, von A. 1500. biß 1568., zugetragen), Coloniæ A. 1568. in fol., & dein (una cum Suriana ad A. 1574. continuatione, Germanico itidem donata idiomate) Ibid. A. 1576. in 8., impreſſa. Tertia illius editio, qvæ Caſp. Ulenbergii, Canonici & Paſtoris Colonienſis, verſionem continuationis ad A. usqve 1586. Iſſeltianæ, itidem Germanicam, comitem obtinuit, in 4. tomos diſtincta, Coloniæ A. 1586. in 8. prodiit. Conf. de illa Joſ. Simleri *Biblioth. univerſ. p. 277.*, J. Jac. Friſii *Biblioth. univerſ. p. 327.*, Corn. Looſei *Catal. Scr. Germ., lit. L. 1. b. L. 2. a.*, Ant. Poſſevini *T. II. Appar. ſacri p. 15.*, & C. Sagittarii *Introd. in H. E., c. 11., §. 21., p. 128.*
2. Gallica Jacobi Eſtourneaux, qvam Pariſiis A. 1573. in fol. & 8. (ſub titulo: *Laur. Surius Hiſtoire, ou Commentaire de toutes choſes memorables, advenues depuis 70. ans*) prodiiſſe, Georg. Draudius, in *Biblioth. claſſica*, teſtatur, Surius autem ipſe, ſub finem alterius ſcripti ſui editionis, A. 1574. publicatæ, *p. 838.*, hac cenſura perſtringit: *Ego hic breviter admonitum volo lectorem, in Galliis a qvodam ſuperioribus annis Gallice redditum eſſe Comm. meum, ſed multa prætermiſſa, ut mihi qvidam graves viri indicarunt. Itaqve nihil ibi ego agnoſco meum, niſi qvod cum Latino meo conſentiat.*
3. Bohemica, qvam Jac. Betzcovium, Citovienſem Bohemum, Jeſuitam, Lincii A. 1624. mortuum, compendio elucubraſſe, e Nathan. Sothwelli *Biblioth. Jeſuitica p. 357.*, didici.

Argumentum & hiſtoriam libri qvod attinet, autor ipſe, in Epiſt. ad Albertum, Bavariæ Ducem, dedicatoria, A. 1567. exarata, refert, ſe illum, Gervini Calenii, J. U. L. & bibliopolæ Colonienſis, rogatu, in ſupplementum Chronici Naucleriani, ex optimis antehac collegiſſe ſcriptoribus, & interdum pias admonitiones, inſignesqve Patrum ſententias, admiſcuiſſe, jam autem, diſtractis cupide editionis iſtius exemplis, denuo auctiorem, & qvidem ſeorſim, evulgare. Culpatum ſe a nonnullis eſſe fatetur, qvod hiſtoriæ ſcriptio Monachum Carthuſianum parum deceret, ab aliis, qvod affectibus pluſculum indulſiſſet, & a qvibusdam tandem, imprimis Caſp. Peucero, tanqvam maledicum, eſſe traductum. Illis, expoſita hiſtoriæ iſtiusmodi turbarum ſeculi ſui, tum civilium, tum potiſſimum eccleſiaſticarum, ſcribendæ neceſſitate, laborem ſe, qvem alii Romano-Catholicorum hactenus deſugiſſent, in eccleſiæ ac Reipublicæ commodum, exantlaſſe regerit. Affectibus ſe indulſiſſe negat, nec tamen, viros de republica chriſtiana præclare meritos a ſe laudari, hæreticos autem, Germaniæ proditores, acrius interdum perſtringi, diffitetur. Maledicentiæ tandem crimen in Peucerum, cœterosqve adverſarios ſuos acatholicos, non minori, qvam illi, verborum vehementia, retorqvet. Joh. Sleidani *Commentariis de ſtatu religionis & Reipublicæ, Carolo V. Cæſare*, ſuam hanc hiſtoriam præcipue eſſe oppoſitam, & in recentiori hac ad Alb. Bavarum, & in antiqviori ad Johannem, Archiep. Trevirenſem, dedicatione, *Appendici ad Chronicon* Naucleri præfixa, haud diſſimulat, &, tum in iſtis, tum in ipſo libro, ad A. 1517. (*p. 116. & ſeqq.*), alibiqve paſſim, acerbe in celeberrimum illum Proteſtantium Hiſtoricum invehitur. Nec falſo proinde, hoc eam fine eſſe ſcriptam, ut Sleidani fidem elevaret, illumqve ſtudioſorum manibus excuteret, præter Jac. Thomaſium (*in Programmate* pro Phil. Melanchthone, adverſus Surium, apologetico, Lipſiæ A. 1678. edito), J. Chr. Rumetſchium (*l. c. p. 44. 45.*), aliosqve Lutheranos, e Pontificiis ipſis obſervarunt Autor biographiæ Surianæ, Vitis Sanctorum præfixæ, Theod. Petrejus *in Biblioth. Carthuſ. p. 231.*, & Andr. du Sauſſay (*in Continuat. libri Rob. Bellarm. de Scr. Eccl., n. 1., p. 1.*), *Antidoti* contra Sleidani ſcripta titulum, uti mox dicetur, illi aſſerens, Sleidanoqve (ſexennio integro, anteqvam labor Surianus prodiret, jam defuncto) *ſilentium* eadem *perenniter eſſe impoſitum*, ridicule jactans. Ubi notari obiter etiam meretur error Ant. Poſſevini (*T. II. Appar. S. p. 333. 334.*), Jac. Tirini (*in Indice autorum, Commentario biblico præfixo*) & Hieron. Ghilini (*P. II. Theatri hominum literatorum Italici p. 184. 185.*), qvi Noſtro *librum de Hiſtoria, contra Joh. Sleidanum*, peculiarem, & ab hoc Commentario diverſum, perperam attribuunt. Reliqvam Commentarii Suriani hiſtoriam, fataqve ejusdem, Corn. Looſeus (*l. c., lit. L. 1. b.*) compendioſe verbis exhibet ſeqventibus: *Qvum eruditis paſſim innoteſceret, ipſum literis & congreſſu ſæpe inviſebant, &, qvicqvid in orbe agitaretur, extra eundem conſtituto communicabant. Vir pius, multijuga rerum narratione onuſtus, qvo ſe ſublevaret, Hiſtoriam rerum a Carolo V. geſtarum conſcribens, omnia in illam exoneravit. Ex aliorum laboribus multa utiliter reſumpſit, & imprimis e Cochlæi hiſtoria: Joh. Sleidanum, egregium mendaciorum artificem, optime depinxit, & mendacia ejus cœcis palpabilia dedit. At, dum copioſius inſereret, qvæ ex literis & familiari colloqvio habebat, nec magno in his diſcernendis uſus delectu, audiit poſtmodum, non ſine ſuſpicione impoſiti a ſui Ordinis Patribus ſilentii, non eſſe ſolitudinis negotium, varios & inconſtantes ſeculi fluctus calamo conſtringere, neqve eremiticæ contemplationis, orbis rumores, ſæpe vanos, & turbida mundi geſta, hiſtorica narratione proſeqvi.* Hæc ille, cujus relationem dubiam, de ſilentio autori ab Ordinis ſui Patribus impoſito, Ant. Teiſſerius (*P. I. Addit. Gallic. ad Elogia Thuanæa p. 520. 521.*), tanqvam certam, lectoribus ſuis obtrudit, ita ſcribens: *L. Surius a ecrit l' Hiſtoire de Charles qvint, où il pretend montrer, qve celle de Sleidan eſt toute pleine de menſonges. Mais parce qv' il y mettoit, ſans choix, tout ce, qv' on luy diſoit, & qv' on lui écrivoit, les Religieux de ſon ordre lui impoſerent ſilence, & l' empechérent de continuer ſon travail.* Præter autores Pontificios, Proteſtantium etiam ſcripta ſubinde illum conſuluiſſe, narrationes de certamine Lutheranorum & Reformatorum euchariſtico, ac ſcriptis utriusqve partis polemicis, oſtendunt, e Ludov. Lavateri, Theologi Tigurini, *Hiſtoria ſacramentaria*, nomine illius diſſimulato, iisdem plerumqve verbis, ſicut ipſemet obſervavi, deſcriptæ.

Applauſum labore hoc ingentem a Pontificiis plerisqve autor eſt promeritus. Albertus certe, Dux Bavariæ, literis (qvarum ipſemet, in *Ep.* ad hunc *dedic.*, mentionem injicit) peculiaribus, ſibi illum placere ſignificavit, & præterea, teſte Theod. Petrejo, *l. c. p. 231.*, ſe autori *res in orbe Chriſtiano geſtas bona fide ſuggeſturum*, eſt pollicitus. Commendant eundem Florim. Ræmundus *L. 1. Hiſtoriæ Hæreſium, c. 1., §. 4.*, And. Sauſſæus (cui *opus* audit *cedro, aurea lamina & immortalitate, digniſſimum, & antidotum adverſus Joh. Sleidani, Lutheranorum Hiſtorici mendaciſſimi, ſcripta, qvo ſilentium illi perenniter impoſuit*) *l. c.*, & Rob. Turnerus, Jeſuita Bavarus, *in Comm. de Hiſtoria, c. 6.* (ubi ita ſcribit: *Surius, optimæ fidei vir, conatus eſt, qvantum potuit, potuit, qvantum nullus debet contemnere, niſi fortaſſe Criticis non probetur, Monachum ſcripſiſſe vera non ineleganter*). Alios complures, narrationes etiam ejus de Proteſtantibus falſas dubiasqve ſecure admodum exſcribentes, prætereo. Nec tamen inter eos defuerunt, qvi nævos Commentarii hujus modeſte, Corn. Looſei (cujus verba paulo ante recitavimus) exemplo, notarent. Index certe expurgatorius Hiſpanicus, ab Ant. Sotomajore, Inqviſitore generali, Madriti A. 1667. in fol. editus, *p. 753. 754.*, nonnulla ex eo jubet expungi. Typographus Colonienſis, in *præfatione Continuationi* Michaelis ab Iſſelt præfixa, & a Caſp. Sagittario (*l. c. p. 128.*) allegata, Surium *plus intentum fuiſſe aperiendis lapſibus aut technis Sleidani, rebusqve & ritibus Catholicis ſtabiliendis, qvam planæ rerum geſtarum relationi*, agnoſcit. Imo ipſe biographiæ ejus, *Vitis SS.* præfixæ, ſcriptor, in judicio de illo ſeqventi, ſatis honorifico, qvædam veritati haud conſona in eum, non qvidem Surii, ſed aliorum, qvibus ſua debebat, culpa, irrepſiſſe, haud diffitetur. Verba illius adjicio: *A nonnullis magnæ autoritatis viris pene invitus pertractus fuit ad Joh. Naucleri Chronicon continuandum, & conſcribendam noſtri temporis hiſtoriam, qva Sleidani, Peuceri, Carionis, & ſimilium hæreticorum, hiſtorias e manibus Studioſorum excutere conatus, uti & Catholicos ab hæreſi præſervare, eo fine diſſidia & abſurdas opiniones inter hæreticos paulo fuſius recenſuit. Maxime autem cavit, ne qvid a veritate alienum ei inſereret, ſed qvæ a viris principibus, & reſpublicas adminiſtrantibus, fide digniſſimis, acceperat, qvibus proinde tribuendum, non Surio, ſi qvid ſecus alicubi relatum ſit.* Joh. Metellus Seqvanus, in Ep. ad Georg. Caſſandrum (*Cent. I. Epp. Vir. Illuſtr., ed. a D. Heinſio, n. 65., p. 330.*) ita de illo: *Inſanit non paucis locis potius, qvam loqvatur, ita ut paſſim animi morbum prodat.*

Longe inclementiores hiſtoriæ hujus Surianæ cenſores fuere pleriqve Theologi & Hiſtorici Proteſtantes, amarulentia & dicacitate autoris adverſus eccleſias ſuas nimia, verisqve falſa ſæpius miſcente, irritati, de qvorum judiciis aſperioribus, & ipſe, in *Ep.* libri *dedicatoria*, & Phil. Labbeus, *T. I. Diſſertt. de Scr. Eccl., p. 597.*, ſunt conqveſti. Complura iſtius generis, qvæ Phil. Marnixius, Nic. Selneccerus, Joh. Gerhardus, B. Meiſnerus, G. Calixtus, J. G. Dorſcheus, J. C. Danhauerus, Abr. Freinshemius, Mich. Siricius, Val. Alberti, J. H. Heideggerus, J. Gotfr. Olearius, aliiqve, tulerunt, ſupra, inter cenſuras de autore ipſo, jam ſunt recitata. Nec tamen pauciora reſtant, iſtis *h. l.* ſubjungenda. Primus omnium, ni fallor, in Surium, ejusqve librum, acerbe A. 1565. invectus eſt Caſp. Peucerus, Med. D. & Prof. Witeb., verbis hiſce, *Epiſtolæ dedicatoriæ Libri V.* Chronici Carionis, a ſe aucti, inſertis, & Melch. Adami (*in Vitis*

Philoſ.

Philoſ. Germ. p. 28. 29.), J. Conr. Danhaueri (*in Memoria Thaumaſiandri Lutheri p. 70.*), Ant. Teiſerii (*in Append. Partis II. Additt. ad Elogia Thuanæa p. 417.*), aliorumqve, applauſum mentis: *Adjecit nuper ad Naucleri Chronologiam paralipomena Monachus qvidam Colonienſis, qvi Surrianum ſe nominat, ſcurram ſe vocaverit rectius. Nam, utrum rem ſeriam agat, an ſcurretur, non ſatis apparet. Tam impudenter res manifeſte veras calumniatur & depravat. Sed a monacho qvid expectemus aliud? - - Qvare lætetur & pingveſcat maledicentia ſua, cujus qvem habuerit magiſtrum in latibulo ſuo, res ipſa indicat, & lætetur eousqve, donec in eas redigatur anguſtias, qvas immutabilis juſtitiæ divinæ ordo blaſphemis hoſtibus filii Dei decernit. Utqve repertori nocuit pugnacis Iämbi, Sic ſit in exitium lingva proterva tuum.* Invectivæ huic amarulentæ Surius nonnulla regeſſit, tum in *præfat. Commentarii* ſui *hiſtorici*, tum in *Lib.* ipſo, ad A. 1565., *p. 802. & ſqq.* Ubi, cum prolixe Peucerianum exagitaſſet laborem, ſuo tandem, contra eundem, *p. 810.*, ita patrocinatur: *Appendicem Chronicorum Naucleri Peucerus, non niſi, aut nimia potione, aut furore, ebrius, primum inſpexiſſe videtur. Nam pro Surio legit Surrianum, & e Surriano mox, pro evangelica modeſtia, efficit ſcurram. - - Deinde plenis velis in hunc miſerum Surium, ne verbo qvidem unqvam ab eo læſus, incurrit, & ait, eum impudenter res manifeſte veras calumniari & depravare. Scilicet putabat, me ſimilem eſſe ſui Melanchtonis, qvem Illyricus, ejus diſcipulus, falſi reum agit & peragit. - - Porro vero etiam modeſtiſſimus vir Surio id videtur tribuere, qvod, in ſcribenda hiſtoria, uſus ſit præceptore diabolo. Nam, etſi Peucerus maledicentiam vocat, tamen Surius ſatis ſibi bene conſcius eſt, nihil ſe cujusqvam hominis odio ſcripſiſſe, multo vero minus uſum eſſe præceptore diabolo, cum qvo familiariter ſe verſatum eſſe fatetur Lutherus. - - Nec tamen his contentus vir optimus, & plane Luterice Evangelicus, vocat Surium blaſphemum filii Dei hoſtem, & mox dira ei imprecatur, his utens verſibus: Utqve repertori, &c. Dolet optimo viro, qvod Surius duriuſcule tractet inclytæ Germaniæ noſtræ proditores & perditores, Lutherum, & cæteros pravorum dogmatum architectos, qvi ex illo uno homine, ceu eqvo Trojano, catervatim prodierunt, qvod eorum mutuas easqve acerbiſſimas altercationes, odia, convicia, qvibus ſe invicem egregie proſcindunt, traducit, fœdiſſimas antilogias oſtendit, & pleraqve alia illorum myſteria profert in lucem, qvæ qvidem omnia ex eorum ſcriptis evidentiſſime doceri qveunt.*

Poſt Peucerum alii ſcriptores, e Proteſtantium cœtibus, fere innumeri, pari rigore ac acerbitate, virgulam in Surii Commentarium ſtrinxerunt cenſoriam.

Joh. Wolfius, JC. & Conſil. Badenſis, in *Ep. dedic. Daniæ, Alb. Krantzii* præfixa, ita de illo: *Surii, qvem alii ſcurram vocant, Hiſtoria optimis qvidem verbis ad elegantiam ſcripta eſt, ſed ita affectibus deformata, ita mendaciis aſperſa, ut melius operam collocaſſet, ſi, uti Monachi olim fecerunt, res veras ſine ornatu poſteris reliqviſſet.*

FRID. TILEMANNUS, *in Diſc. philol. de Hiſtoricorum delectu p. 144.*, ita: *Qvid ſtatuemus de Cochlæo, Fontano, Surio, Genebrardo, &c., Hiſtoricis? Hiſtorici enim a me nominis cauſa appellabuntur, namqve fert hoc πό]μος ἄπο]μος hiſtoriarum, ut, qvi nihil minus ſunt atqve Hiſtorici, dicantur tamen Hiſtorici. Ipſe ſane, ut eos accenſeam Hiſtoricis, animum meum inducere neqveo. P. 152.* ita: *L. Surium iſtiusmodi fabellis* (de Miraculis) *refertiſſimum eſſe conſtat.*

In PAULI MELISSI *Schediaſmatis, p. 449.*, legitur Epigr. Jambicum in *Ruſium* Sleidani obtrectatorem, & *mendaciorum excogitatorem peſſimum.* Hunc non alium eſſe qvam *Surium*, ἀναγραμματισμὸς cognominis mihi perſvadet.

MICH. BOJEMUS, *in Or. de Auguſto, Elect. Sax., p. 123.*, ita: *Qvid aliud Surii libri ſunt, qvam meræ & impudentes calumniæ?*

GEORG. MICH. LINGELSHEMIO (in Epiſt. ad amicum, a Teiſerio, *P. I. Additt., p. 521. 522.*, allegata) Surius audit *ſimius & dehoneſtamentum Hiſtoricorum.*

CASP. FINCKIUS, a Thoma Crenio (*P. II. Animadvv., c. 3., p. 78.*) allegatus, *Cent. I. Canon. Theol., n. 88., p. 177.*, Scriptorem *impudentiſſimum, Cent. II., n. 27., p. 19.. mendaciſſimum*, & alibi *luridum*, eundem appellat.

JOH. GERHARDUS, *in Methodo ſtudii theologici p. 233.*, ita: *Hiſtoria Lombardica*, Surii & Cochlæi mendacia, ὡς ἐν παρόδῳ inſpici poterunt, *ut Babylonicæ meretricis turpitudo evidentius conſpiciatur.*

WOLFG. HEIDERUS, in *Paneg. de Luthero, Orationibus Academiæ Jenenſis Jubilæis*, A. 1617. habitis, inſerta, *lit. K. 3. a.*, mendacii eum inſimulat.

PHILIPPO CAROLI (qvem Franc. Irenicus, mox allegandus, laudat) judice (*in Notis ad Solœciſmos politicos p. 52.*) *largus eſt nugarum & anilium fabulamentorum, qvorum vel ipſum puderet Mercurium famoſum alioqvi mendaciorum artificem.*

GISB. VOETIUS, *L. 2, Biblioth. Stud. theol., p. 663.*, ita de illo: *Surius, in Commentario, elenchticum & Fabulatorem potius agit, qvam Hiſtoricum.*

JAC. VERHEIDEN (*in Elogiis præſtantium Theoll. p. 132.*), *multa*, in Hiſtoria ejus, eſſe *ridicula, affectata & ſine judicio ſcripta*, cenſet.

JOH. CONR. DANHAUERUS (*in Illice & obice pacis Eccleſiarum ſanctæ p. 120., ac in Hyæna Friburgica p. 29.*) hæc habet: *Belli Papæ in Lutheranos origines & cauſas fuliginis ſucco deſcripſere Cochlæi, Surii, Piſtorii, qvorum ſcripta aculeata qvid non pruriunt? qvid non habent veneni?*

ANDR. RIVINUS (*in Declamat. de arte typographica p. 9.*) Surium *Sleidanum* vocat *ſpurium.*

MART. SCHOOKIUS (*in Fabula Hamelenſi, P. II., c. 10., p. 110.*) cum *projectæ ad mentiendum audaciæ, & erubeſcere neſciæ frontis*, accuſat, ſimulqve Michaelem ab Iſſelt *dignum autore ſuo continuatorem* appellat.

JOH. ANDR. QVENSTEDIUS (*in Dial. de patriis Viror. illuſtr. p. 201*) ita de illo: *Surii hoſtilis in Lutherum animus in maledicentiam & convitia paſſim erumpit.* (Qvæ verba e Calixti *digr. de arte nova p. 206.*, illo non nominato, eſt mutuatus.).

FRANC. IRENICO, ſive Phil. Andr. Oldenburgero (*in Indice autorum, Collegio ad Burgoldenſis Notitiam imperii ſubjecto, p. 139.*), Surius audit *Vir magni nominis apud Pontificios, cui ſane de mendace luto finxit præcordia Titan.*

VITO LUD. SECKENDORFIO, *in Comm. de Lutheraniſmo, L. 3., §. 12., p. 148., Scriptor coecus & canina latrans rabie*, it., *L. 3., §. 107., p. 437., Perfrictæ frontis homo, & impudentiſſimus calumniarum & convitiorum architectus.*

CASP. SAGITTARIUS (*in Introd. in Hiſt. Eccl., c. 11., §. 21., p. 128.*, ubi Seckendorfii etiam loca allegantur), e *ſcripto* Surii *hiſtorico*, non *pietatem & candidam ſimplicitatem*, qvam Thuanus *Lib. 65.* in autore commendat, *ſed incredibilem maledicentiam, & convitiandi pruritum immodicum, apparere*, judicat.

FRID. SPANHEMIUS Jun., *in præfat. Introductionis in Chronol. & hiſtoriam ſacram*, ita ſcribit: *O qvantum Roma mendax audet in hiſtoria! Qvas non contexuere fabulas multo vigilatæ labore, ſed ſervire tantum natæ, Surii, Turriani, Baronii, Bellarmini, Binii, Genebrardi, Bzovii, Rainaldi, Petavii, Allatii, Labbei, Godevii, Maimburgii, ac ſimilium, paginæ?*

JOH. FRID. MAYERO (*Diſp. II. de Pontificiis, Leonis X. proceſſum contra Lutherum improbantibus, c. 6., §. 2., p. 75.*) Surius audit *Papæ paraſitus, partium ſtudiis plurimum dare ſolitus.*

JOH. CHRISTOPH. RUMETSCHIUS (*in Schediaſm. de Univerſali Theologorum Evangelicorum hiſtoria, p. 44. 45.*), *Animum* Surii *hoſtilem in convitia paſſim*, ait, *deſpumare, & floſculos, non rore, ſed maledicentiæ veneno, imbutos, contra Lutheranos, ubiqve, in hiſtoria ejus, luxuriare.*

JOH. CHR. NEVIUS (*in Mantiſſa ad Deg. Whear Relect. hyem. hiſtor., Sect. 14., p. 182.*), *caute* eum, *propter nimium in Proteſtantes odium, & caninam mordacitatem*, monet, *eſſe legendum.*

HERM. DIET. MEIBOMIO (*in Or. de genuinis Hiſt. Germ. fontibus p. 49.*) judice, Surius *animum affectibus abreptum erga diverſæ religionis ſocios ubiqve prodit, ut nec a calumniis & convitiandi libidine ſibi temperare potuerit.*

Varias Commentarii hujus Suriani, de Luthero, Melanchtone, Mart. Bucero, Huldar. Zwinglio, Joh. Calvino, Theod. Beza, & Jeſuitarum miraculis Indicis, Narrationes fabuloſas, & in Reformatores ſacrorum injurias, exagitat, ac breviter refellit, Phil. Marnixius im Bienenkorbe des H. Römiſchen Immenſchwarms, *P. V., c. 1., fol. 194. 195.* Solum autem, de Phil. Melanchtone, turbarum, a Carolſtadio A. 1521. Witebergæ excitarum, fautore, & ſtudiorum odio piſtore facto, mendacium falſi convincit Jac. Thomaſius in *Programmate* peculiari, Lipſiæ A. 1678. edito.

Vindicias Cathechiſmi Lutheri, adverſus Laur. Surium, Lubecæ A. 1718. in 4. edidit D. Georg. Henr. Gôtzius, Superint. Lubecenſis.

Joh. Sleidani Hiſtoriam, contra calumnias ejus, defenderunt, brevius qvidem Frid. Hortlederus, Conſiliarius Saxo-Vinarienſis, in Ep. dedicatoria ad Frid., Ducem Saxonicum, *Actis de juſtitia belli contra Car. V. Imp. Germanici*, Germanice Francof. A. 1618. *in fol.* editis, præfixa, & Hoſeas Schadæus, Theol. Argentinenſis, *in Prolegomenis Sleidani ſui continuati*, fuſius autem, & ex profeſſo, Joh. Freinshemius, Prof. honorarius Heidelbergenſis, *in Prælectionibus in Surii Commentarios ineditis, in qvibus, oſtenſa iſtius fraude ac impoſtura, Sleidano veri Hiſtorici nomen & laus aſſeritur*, ab Abr. Freinshemio, *in Laudatione funebri Joh. Freinshemii* (*), Theoph. Spizelio, *in Elogio ejusdem, Templo Honoris inſerto, p. 363.* & J. Henr. Hottingero, *P. IV. Biblioth. Qvadrip., c. 6., p. 443.*, honorifice commendatis.

Licet autem Surius, inter antagoniſtas Proteſtantium ſua ætate rigidiores, eminuerit, invenerunt tamen illi, in hoc ipſo Commentario, loco aliqvot doctrinæ ac cauſæ ſuæ faventia, qvæ zelotis dein Pontificiis recentioribus, ceu teſtimonia veritati ab hoſte perhibita, & omni proinde exceptione majora, κατ' ἄνθρωπον certatim oppoſuerunt. Ita meritis bonorum operum adverſari, El. Ehingerus (*Sec. XV. Hiſt. Eccl. p. 62.*) obſervat, verba noſtri, ad A. 1538. obvia: *Non tamen bonis operibus, qvæ nos facimus, certò vitam æternam deberi affirmare audemus.* Loca alia prætereo, unico excepto, qvo, *ad A. 1517., p. 93.*, Joh. Tezelium, ejusqve ſodales, *Indulgentiarum immodicos & ſordidos, ſuo duntaxat qvæſtui inſervientes*, vocavit, *buccinatores*, & reformatione, præterea, Eccleſiæ Romanæ aliqva opus fuiſſe, verbis agnovit ſeqventibus: *In ipſis hujus tragœdiæ initiis, viſus eſt Lutherus, etiam plerisqve viris gravibus & eruditis, non peſſimo zelo moveri, planeqve nihil ſpectare aliud, qvam eccleſiæ reformationem, cujus qvidem deformes abuſus non parum male habebant omnes.* Qvæ verba illius, ad oſtendendam cauſæ ſuæ juſtitiam, Pontificiis vel millies Theologi inculcarunt partis adverſæ, &, hos inter, Joh. Gerhardus *in Conſideratione compoſitionis Dillingenſium p. 25.*, Georg. Calixtus *in Appar. theol. p. 156.*, *in Digreſſ. de arte nova Nihuſii p. 203. 206.*, & in Diſcurſu Germ. von der wahren chriſtl. Religion und Kirchen, §. 9., J. G. Dorſcheus *in Diſſ. de documentis providentiæ divinæ circa Auguſtanam Confeſſionem, p. 7.*, Gerh. Titius *in Tr. de phraſibus veterum doctorum p. 176.*, Lev. Nic. a Moltken *in Notis ad Relig. Medici p. 11.*, Mich. Siricius *in Pravitatibus Sim. Magi p. 297.*, Chriſt. Kortholtus *in Papa ſchiſmatico p. 14.*, Joh. Frid. Mayerus *Diſp. II. de Pontificiis Leonis X. proceſſum contra Lutherum improbantibus, c. 6., §. 2., p. 75.*, & Joh. Chriſtoph. Rumetſchius *in Collatione Concilii Niceni & Tridentini p. 2.*

Conferri tandem de Commentario hoc Suriano, præ autoribus aliis, jam allegatis, merentur Corn. Looſeus *in Catal. Scr. Germ., lit. L. 1. b., L. 2. a.*, Frid. Tilemannus *P. II. Diſcurſ. Philol. de Hiſtoricorum delectu, f. 137. & ſeqq., 183. 152. 245.*, Calp. Sagittarius *in Introd. in Hiſt. Eccl., c. 11., n. 21., p. 127. 128.*, Joh. Chr. Rumetſchius *in Sched. de univerſali Theologorum Evangel. hiſtoria p. 44. 45.*, & Ant. Teiſerius *P. I. Addit. ad Elogia Thuanæa p. 520. 521. 522.*

ɔ. ALIENA, COLLECTA, EDITA, LATINE TRANSLATA AC ILLUSTRATA.

Anonymæ Sec. XVI. Virginis Margaritæ Evangelicæ Libri IV., a Nicol. Eſchio Germanice A. 1543. Antwerpiæ editi, a Surio autem e lingva Germanica in Latinam tranſlati, Coloniæ A. 1545. in 8. Verſionem hanc latinam ipſemet Nicol. Eſchio, primo editori (de qvo paulo poſt dicetur), perperam tribuunt Ant. Verdierius *in ſupplem. Biblioth. Gesneri p. 40.*, Valer. Andr. Deſſelius *in Biblioth. Belg. p. 684.*, Maxim. Sandæus, a Gotfr. Arnoldo allegatus, *in Auct. Theol. myſticæ p. 654.*, & Gotfr. Arnoldus *in Deſcript. & Hiſt. Theol. Myſticæ, c. 24. p. 374.*, cum, a Surio eam eſſe concinnatam, autor biographiæ ejus, *Vitis Sanctorum* præfixæ, teſtetur. De Libri ipſius hiſtoria V. Gotfr. Arnoldi *Deſcript. & Hiſt. Theol. myſticæ, c. 23., p. 348. 349. 350.*, & Pet. Poireti *Epiſt. de Scriptoribus Myſticis, illi ſubjunctam, p. 614-618.*

Leonis Magni, Papæ, Epiſtolæ decretales & familiares CX. ad diverſos, ab illo editæ Coloniæ A. 1548. in 12., & A. 1558. in fol., teſte Ludov. Jacobo a S. Carolo, *P. I. Biblioth. Pontif. p. 143. & ſeqq.*

Leonis Magni Opera, qvæ haberi potuerunt, omnia, ad MSS. codicum fidem a permultis mendis repurgata per Laur. Surium, cujus etiam ſtudio acceſſerunt V. ejusdem Epiſtolæ, & Leonis IX. eruditæ aliqvot Lucubrationes, prælo hactenus non commiſſæ, Coloniæ 1569. in fol. V. Simleri *Biblioth. p. 448.*, Baſſæi *Catal. Libb. Lat. p. 104.*, & Lud. Jacobum (qvi, editionem hanc Col. A. 1568. prodiiſſe, ac *Homilias* Leonis M. XCVII. *de præcipuis Domini & Sanctorum Solemnitatibus* continere, perhibet) *l. c.* Joh. Alb. Fabricius, *Vol. III. Biblioth. Lat. p. 526.*, Leonis M. Opera a Surio Coloniæ etiam A. 1551. in fol. jam refert eſſe publicata.

Joh. Tauleri, clariſſimi ac illuminati Ord. Præd. Theologi, Colonienſis, circa A. 1350. clari, Sermones de Tempore & Sanctis totius anni, plane piiſſimi, reliqvaqve ejus pietati ac devotioni maxime inſervientia Opera (*Tractatus ſc. de veris virtutibus inſtitutionibusqve divinis, Epiſtolæ, Prophetiæ de plagis noſtri temporis, Cantica qvædam ſpiritualia animæ Deum impendio amantis, Tr. de IX. rupibus, ſeu gradibus chriſtianæ perfectionis, Speculum lucidiſſimum & exemplar D. N. J. C., Convivium M. Eckardi jucundum & pium, Colloqvium Theologi & Mendici, Exhortatio præparatoria ad mortem, Præparationes V. notabiles ad mortem felicem, Tr. de decem coecitatibus & XIV. amoris divini radicibus,*

(*) V. Henn. Wittenii *Dec. VII. Memor. Philoſ. Renov. p. 352.* Lectiones Freinshemianæ ad Surii Hiſtoriam inter ἀνέκδοτα Joh. Henr. Heideggeri, Theologi Tigurini, referuntur a Joh. Jac. Scheuchzero, *in Novis Literariis Helveticis Anni 1702. p. 20.*

radicibus, & Henr. Suſonis Epiſtola ad qvendam in mortis agone conſtitutum), a Laur. Surio in latinum ſermonem tranſlata. Præfixæ etiam ſunt Converſionis vitæqve Tauleri Hiſtoria, & Gerh. Hamontani, Carthuſiæ Colon. Prioris, ad Adolphum, Archiep. Colon., Epiſtola dedicatoria. Coloniæ, apud Qventelium, Anno 1548. in 4. (qvæ editio etiam exhibet *Meditationes de vita Chriſti*, Taulero a nonnullis adſcriptas, ſed in Editionibus ſeqventibus omiſſas, & ſeorſim deinde aliqvoties, uti mox dicetur, editas), Lugd. Gall., ap. Sebaſt. Honorium, A. 1558. (cui editioni inſertas primum eſſe Joh. Eckardi, Henr. Suſonis, Joh. Rusbrochii, Henrici Lovanienſis, & aliorum, ſimiles qvasdam lucubrationes, Ant. Poſſevinus, *T. II. Appar. S. p. 253.*, teſtatur), Coloniæ A. 1603. in 4. (e qva editione ſeriem Operum paulo ante exhibuimus), Coloniæ A. 1615. (pro qvo in Bolduani *Biblioth. Theol.*, *f. 156. b.*, Annus 1613. perperam ſubſtituitur) in 4. Gotfr. Arnoldus, *in Deſcript. & Hiſtoria Theol. Myſticæ, c. 21., p. 299-305.*, prolixe de Taulero agens, verſionem Surii latinam Coloniæ etiam A. 1572. in 8., ac Amſtelod. A. 1588. & 1647. in fol., ultimam autem editionem Germanicam Francof. A. 1694., prodiiſſe, teſtatur, Italicæ etiam tranſlationis mentionem injiciens. E verſione hac Surii latina, Opera eadem Tauleri, in dialectum Germaniæ Franconicam tranſlata, Francofurti (*teſte J. C. Becmanno in Catal. Biblioth. Acad. Francof. p. 342.*) A. 1621. in 4. prodierunt, ſoli autem *Sermones in Evangelia dominicalia & feſtivalia*, ex eadem Germanice, per Carolum a S. Anaſtaſio, Carmelitam, redditi, Coloniæ A. 1663. in 4. De ipſa Surii tranſlatione latina, Chriſtoph. Henr. Löberus (in der Entdeckung des Qväckergreuels, *c. 1., p. 29. 30.*) judicat, eam ſtylo qvidem eleganti eſſe concinnatam, ſed ſæpe verba aliqvot omittere vel addere, aut ſententiam autoris immutare.

Joh. Tauleri Exercitia ſuper vita & paſſione ſalvatoris noſtri JEſu Chriſti, & Nicol. Eſchii (*Oſtervico Brabanti, Carthuſiæ Colonienſis incolæ, A. 1578. mortui, de qvo V. Deſſelii Biblioth. Belg. p. 684.*) Exercitia XIV. Theologiæ Myſticæ divina prorſus, & qvæ hominem in Deum transformare poſſint, de via purgativa, a Surio latine verſa, & præfatione ornata. Lugd. Gall., apud Barth. Honoratum, 1556. in 12. (*V. Poſſev. T. II. Appar. ſacri p. 334., & J. Jac. Friſii Biblioth. p. 537.*), Antwerpiæ, apud Phil. Nutium, 1565. in 12. (*V. Poſſevinum l. c. p. 253.*), Antwerpiæ, apud Plantinum, 1569. in 12. (*V. Simleri Bibliothecam, p. 420.*), A. 1572. in 12. (*V. Baſſæi Catal. Libb. Lat.*), Coloniæ A. 1607 & 1625. in 12. (*V. Catal. nundin. & Draud.*) Eſchii ſolius *Exercitia*, a Surio latine verſa, Coloniæ A. 1676. in 12. ſunt recuſa; verſio autem illorum Hiſpanica, ex latina Surii, per Joh. Ximenezium, Bæticum, Ord. Min. Provinciæ D. Joh. Bapt. in Regno Valentiæ Præfectum, concinnata, Valentiæ A. 1609., Madriti A. 1613. in 16., ac Hiſpali A. 1614. & 1621. in 16. (*teſte Nicol. Antonio T. I. Biblioth. Hiſpan. p. 612.*), prodiit. Verſionem Exercitiorum Tauleri Ant. Poſſevinus (*T. II. Appar. S. p. 253.*) hiſce verbis commendat: *Cæterum, ſi qvis attente legat Tauleri Exercitia de vita & paſſione D. N. J. C., a Laur. Surio e Germ. in Lat. feliciter verſa, habebit non ſolum, unde ſuſpicionem omnem de viro illo deponat, verum etiam in animo accendat amoris erga dominum flammam ingentem.* Ubi tamen, de vitæ Surianæ, operi hagiologico præfixæ, ſcriptore notandum, Surium qvidem Meditationes iſtas de vita Chriſti, inter reliqva Tauleri opera, A. 1548. evulgaſſe, & huic, tanqvam autori, judicio viri cujusdam primarii (cui refragari noluit), adſcripſiſſe, ſed erga amicos tamen ſæpius eſſe profeſſum, Taulerum non eſſe earum autorem.

Johannis Ruysbrochii (Vicarii initio & Presbyteri Ædis D. Gudulæ Bruxellenſis, dein Cœnobii vallis viridis Canonicorum regularium, a ſe erecti, Prioris, d. 12. Dec. A. 1381., æt. 88., mortui) Opera (*nempe, 1. Regnum amantium Deum, ſeu Summa vitæ ſpiritualis, 2. Libri III. de nuptiis ſpiritualibus, 3. Tr. de calculo, ſeu perfectione filiorum Dei, 4. Tr. de IV. Tentationibus, 5. Tr. de fide & judicio, 6. Tr. de VII. ſeris ſeu cuſtodiis, de norma bonæ ac religioſæ vitæ, 7. Liber apologeticus ſeu retractationis, de unione amantis animæ cum Deo, 8. Lib. de XII. Beghinis, ſeu virginibus Deo devotis, tractans de duplici vita hominis, contemplativa & activa, 9. Tr. de tabernaculo Moſis ſpirituali, 10. Speculum ſalutis æternæ, 11. Lib. de VII. gradibus ſcalæ ſpiritualis amoris*), ab eo Latine e L. Belg. verſa, &, cum ſua ac Gerh. Hamontani in laudem autoris præfationibus, edita. Coloniæ, apud Qventelium, A. 1552. in fol., Ibid A. 1609. in 4., Ib. 1692. in fol. Germanice e verſione latina Surii tranſlata a G. J. C., cum præfatione encomiaſtica Gotfr. Arnoldi prodierunt Offenbachii A. 1701. in 4. Recenſum editionis hujus Germanicæ exhibet Anonymus Autor des Monatlichen Auszuges aus allerhand Büchern, *M. Nov. A. 1701., p. 35-41.* (Conſulantur de iis, ac autore illorum, Ruysbrochio, Joſ. Simlerus *in Biblioth. p. 411.*, Bellarminus *in Lib. de Scr. Eccl. p. m. 279.*, Aub. Miræus *P. I Biblioth. eccleſiaſticæ p. m. 263.*, Theod. Petrejus *in Biblioth. Carthuſ. p. 216. 217.*, Valer. Andr. Deſſelius *in Biblioth. Belg. p. 555. 556. 557.*, Abb. de Mortiere *in Eſſais de Literature, M. Aug. A. 1702., p. 117. 118. 119.*, Franc. Sweertius *in Athenis Belgicis p. 463*; Theoph. Spizelius *in Feliciſſimo Literato p. 303. 304.*, Gisb. Voetius *in Exercit. pietatis p. 77.*, Paulus Freherus *in Theatro erud. p. 79. 80.*, Autor des Monatl. Auszuges *l. c.*, Gotfr. Arnoldus *in Deſcr. & Hiſt. Theol. Myſticæ, c. 21., p. 306 313.* In Vallis viridis Cœnobio verſiones librorum Ruysbrochii *de Tabernaculo ſpirituali, Nuptiis ſpiritualibus, Calculo, & VII. gradibus divini amoris*, ſuperſunt, a Gvilh. Jordano, ejus Canonico, & Gerh. Magno concinnatæ, eæqve Surianis forte meliores ac fideliores, teſte ac judice Deſſelio *l. c. p. 557.* In præfat. Surii Ruysbrochium, contra Joh. Gerſonem, Theologiæ ejus myſticæ adverſarium, egregie eſſe defenſum, cenſent Jac. Tirinus, *in Indice autorum, Comm. biblico præfixo*, & Gisb Voetius *l. c.*

Florentii Batavi, Harlemenſis, Carthuſiæ Lovanienſis Prioris (*de qvo Deſſelius l. c. p. 218.*, & Theod. Petrejus *in Biblioth. Carthuſiana p. 90. 91. conſulendus*), Inſtitutionum vitæ Chriſtianæ libri V., e lingva Belgica ab eo latine verſi, & Auctario (*judice Deſſelio lectu digno*) locupletati. Coloniæ 1552. in 8., Ibid. 1559. in 8. (*V. Catal. Scriver.*), Ibid. 1595. in 8. Surii Auctarium de vita contemplativa, operi adjectum imperfecto Th. Petrejus *l. c. p. 91.* vocat *revera lectu dignum, ac ſpiritum Chriſti ubiqve redolens.*

Henr. Harphii, Brabanti (*Ord. Min. Theologi, & Gvardiani Mechlinienſis, A. 1478. defuncti, teſte Deſſelio l. c. p. 355.*), Tr. de IX Rupibus, A. 1553 ab eo editus. V. *Vitam Surii, Sanctorum vitis*, ab eo collectis, præfixam. De Autore Harphio V. Deſſelium *l. c.*, & Gotfr. Arnoldum *in Deſcr. & Hiſt. Theol. Myſticæ, c. 21., p. 342. 343. 344.*

Henrici Suſonis, Svevi, Ord. Præd. Monachi (Ulmæ A. 1365. extincti), viri ſanctitate, eruditione & miraculis, clari, Opera (*1. Dialogus ſapientiæ, & miniſtri ejus, 2. Conciones aliqvot utiliſſimæ, 3. Epiſtolæ complures, 4. Dialogus de veritate, cum appendice, 5. Libellus de IX. rupibus, 6. Centuria meditationum paſſionis dominicæ, 7. Preces horariæ de æterna ſapientia, 8. Vita ejus, a Moniali qvadam conſcripta, & ab ipſo dein immutata*), nunc demum, poſt annos 200., e Svevico idiomate Latine reddita. Coloniæ 1555. in 8., ibidem 1588. in 8., ibidem 1615. in 8. Præfixa eſt Surii epiſtola dedicatoria ad Ludov. Bloſium, Abbatem in Hannonia Lætienſem, cujus rogatu verſionem hanc erat aggreſſus. Aub. Miræus, *P. I. Biblioth. eccleſ. p. 260.*, de Suſone agens, il-

jam Coloniæ A. 1535. prodiiſſe, falſo perhibet. Verſionem Operum horum Germanicam, ex latina Surii traductam, Coloniæ A. 1651. in 4. edidit Anshelmus Hofmannus, Minorita. teſtibus *Catalogo Nundinarum Anni 1661. Vernalium Lipſienſi p. 17.*, & Gotfr. Arnoldo *in Deſcr. & Hiſtoria Theol. Myſticæ, c. 21., p. 293. 294.* Italice eadem prodiere Patavii A. 1686. in 4., ſub Titulo: *Vita & opere ſpirituali del beato Enrico Suſone.* V. Arnoldum, plura de ipſo Suſone ſuggerentem, *l. c., & in Append. p. 82. 583.*

Joh. Fabri, Heilbrunna Svevi, Eccleſiaſtæ ex Ord. Præd. Auguſtani, Libri V. de Miſſa evangelica, & veritate corporis ac ſangvinis domini in SS. Eucharistiæ ſacramento, e lingva Germ. latine ab illo tranſlati, & A. 1556. editi, teſte autore biographiæ ejus, *Vitis Sanctorum* præmiſſæ.

Michaelis Sidonii, Archiepiſcopi Moguntini Vicarii, & Eccleſiaſtæ Auguſtani, XV. Conciones de ſanctiſſimo Miſſæ ſacrificio, in civitate Auguſtana A. 1547. habitæ (*de qvibus Joh. Sleidanus L. 19. Comment. p. 545. conſulendus*), e L. Germ. Latine verſæ, & editæ Coloniæ A. 1552. in 4. (*juxta Poſſevinum T. II. Appar. Sacri p. 334., & J. Jac. Friſium in Biblioth. p. 537.*). Recuſæ, cum ejusd. Sidonii *Catechiſmo, in Conciones 84. diſtributo*, & per Tilem. Bredembachium latine tranſlato, Coloniæ A. 1562. in fol. (*juxta Biblioth. Carpzov., P. I., p. 22.*), & Lovanii A. 1577. in fol. (*juxta Nic. Baſſæi Catal. Libb. Lat. p. 173.*)

Joh. Gropperi, Theologi Colonienſis, Opus de veritate corporis ac ſangvinis Chriſti in Euchariſtiæ ſacramento, ejusqve adoratione, circumgeſtatione, & in uſum infirmorum conſervatione, uti & communione laica ſub altera ſpecie, e L. Germ. Latine ab eo tranſlatum. Coloniæ 1560. in 4. (V. autorem Vitæ Surii, ſæpius allegatæ).

Frid. Staphyli, Theologi Ingolſtadienſis, Apologia de vero Germanoqve S. ſcripturæ intellectu, de S. Bibliorum in idioma vulgare tranſlatione, & de Lutheranorum concionatorum inter ſe conſenſione, a Surio Latine e ſermone Germanico tranſlata. Coloniæ A. 1561. & auctior A. 1563. in 8.

Ejusd. Prodromus in Defenſionem Apologiæ, adverſus Jac. Smidelinum, Göppingenſem concionatorem, latine verſus. Coloniæ A. 1562. in 8.

Ejusd. Abſoluta Reſponſio pro Apologia, contra Jac. Smidelinum, latino idiomate donata. Coloniæ A. 1563 in 8. (Trium horum Staphyli ſcriptorum Verſiones junctim recuſæ ſunt, inter *Opera* Staphyli, uno volumine in fol. edita.)

Mart. Eiſengreinii, Stutgardienſis, Theologi Ingolſtadienſis, Concio, cur tam multi hodie a Papatu ad Lutheraniſmum deficiant, e L. Germ. in Latinam tranſlata, & A. 1563. edita. (*V. Autorem Vitæ Surii, ſæpius allegatum, & Poſſevini T. II. Appar. S. p. 334.*)

Anonymi Compendium veræ ſalutis, e L. Belg. Latine ab eo verſum. Coloniæ *in 16.* V. Theod. Petreji *Biblioth. Carthuſ. p. 228.*

CONCILIA omnia, tum generalia, tum provincialia atqve particularia, qvæ, jam inde ab Apoſtolis usqve in præſens habita, obtineri potuerunt, magna inſignium Synodorum, aliorumqve maxime utilium, acceſſione adeo nunc aucta, ut in Tomos IV. diſtributa ſint; aliqvot locorum millibus, in Synodis & Epiſtolis decretalibus, hactenus editis, ad vetuſtiſſimorum MSStorum fidem, diligenter emendatis & reſtitutis per Laur. Surium, Carthuſianum, cum indice locupletiſſimo. Coloniæ, apud Gervinum Calenium, & Qventelii Hæredes, A. 1567. in fol. Recuſa eſt editio hæc Suriana, Tomis itidem IV., Coloniæ A. 1627. in fol. juxta Gvilh. Cavium, *in prolegomenis Hiſtoriæ ſcriptorum eccleſiaſticorum Literariæ*. Surii ordinem, & diſtinctionem in Tomos IV., retinuit etiam Sever. Binius, Th. D. & Prof. Colon., in ſuis Conciliorum editionibus. Coloniæ A. 1606. & 1618. in fol. evulgatis, licet Suriana illæ longe ſint auctiores, & annotationibus (qvas Noſter ſuæ addere neglexit) illuſtratæ, tomiqve præterea ſinguli, in poſteriore Anni 1618., in Partes II. diviſi. Præfixa eſt editioni Surianæ epiſtola editoris dedicatoria ad Philippum II., Regem Hiſpaniæ, qvi, gratam ſibi Inſcriptionem hanc fuiſſe, dono 500. florenorum, juſſu ipſius Surio, ejusqve cœnobio, per Ducem Albanum, Belgii Proregem, numeratorum, teſte vitæ Noſtri ſcriptore, commonſtravit. In Epiſtola iſta refert, ſe, in ſua hac Conciliorum editione, ab Apoſtolorum temporibus ad Synodum usqve Tridentinam perducta, & Gervini Calenii, J. U. L. ac bibliopolæ (cui MStorum etiam apparatum debuit neceſſarium), hortatu ac ſumtibus publicata, non ea ſolum, qvæ in Crabbiana, cœterisqve anterioribus, jam legebantur, aliqvot locorum millibus, ad MStorum fidem emendaſſe, & contra, qvæ ex Caſſiodoro, Mariano Scoto ac Greg. Haloandro, de conſulum annis, exigua certitudine, tradebantur, expunxiſſe, ſed etiam auctaria nova qvamplurima, qvibus iſtæ carebant, adjeciſſe. Talia eſſe, ait, Clementis Romani *Libros VIII. Conſtitutionum apoſtolicarum*, Synodos oecumenicas qvintam & octavam, Codicem encyclium Epiſtolarum ſynodalium, pro defenſione Concilii Chalcedonenſis, ad Leonem Imp., ex diverſis provinciis ſcriptarum, Concilium Martini I. contra Monotheletas, aliaqve provincialia, una cum Epiſtolis ſummorum Pontificum ac Synodorum mutuis, Epiſtolis decretalibus aliqvot, & Canonibus Synodorum univerſalium, hactenus deſideratis. Recenſum omnium, qvæ editio hæc ſiſtit, antiqvitatis eccleſiaſticæ monumentorum exhibet Angelus Roccha, *in Bibliotheca Theologorum ſcriptu-ralium*, Romæ A. 1583. in 4. edita, *lit. E. 4. a-F. 3. a.* Breviorem ejusdem hiſtoriam invenies in Ant. Poſſevini *T. I. Appar. ſacri p. 342.*, ac autoribus, qvi de omnibus Conciliorum editionibus egerunt, variis, J. G. Dorſchei ſcilicet *Programmate* peculiari, Roſtochii A. 1654. publicato, J. Andr. Boſii *Schediaſm. de notitia ſcriptt. eccleſ., c. 6., §. 10., p. 63.*, Gebh. Theod. Meieri *Introd. in Theol. moralem, c. 12., §. 2. 3., fol. P. 3.-P. 4.*, *Actis Eruditorum Lipſienſibus, M. Aug. A. 1684., p. 348.-356.*, Abbatis Roqvii *Journal 2. des Sçavans de l'an 1684., p. 16. & ſeqq.*, & Joh. Andr. Schmidii *Tomo II. Introd. Sagittar. in H. E. p. 712.* Laudes laboris, qvem Surius editioni huic impendit, a Marg. Bignæo, Jac. Aug. Thuano, Gabr. Vasqvezio & Franc. Svarezio, profectas, ſupra, inter Surii ipſius elogia, offendes.

Latrocinii in vetera antiqvitatis eccleſiaſticæ monumenta Caſp. Löſcherus (*in Diſſ. de latrociniis Hæreticorum in ſcript. publ., p. 49. 50.*) illum inſimulat, eo qvod *Surius, qvæ in veteri Conciliorum editione annotata erant, ex Caſſiodoro, Mariano Scoto, & Greg. Haloandro, de annis Conſulum, qvi in Epiſtolis Pontificum nominantur, in ſua, omnia ſuſtulerit, hanc facti rationem, in præfat. Tomi I. ad lectorem, reddens, qvod, cum ea res per ſe obſcura ſit, ex iſtorum diſcrepantia multo etiam facta ſit obſcurior & intricatior, ita ut Calvinus inde occaſionem habuiſſe videatur eas Epiſtolas omnes exibilandi.* Allegat hanc in rem locum Joh. Rainoldi prolixiorem, e *Colloqvio cum Joh. Harto p. 839.*

Theſaurus Homiliarum, ſeu Concionum, ex Patrum Græcorum & Latinorum monumentis, ab Alcuino Flacco, juſſu Caroli M., Imperatoris, erutus, commodoqve ordine, pro ratione temporis, in totius anni Evangelia diſtributus, jam vero, Laur. Surii opera, Concionibus in totius anni Epiſtolas, ex Pa-

Patribus plerumqve petitis, auctus, emendatus, & indice locupletatus. Coloniæ, apud Maternum Cholinum, A. 1569. & 1576. in fol. Ibid. 1604. in fol. (Bolduanus, *in Biblioth. Theol. f. 156.*, duas alias memorat editiones, mihi non viſas, Colonienſem ſcilicet A. 1579. & Lugduno-Gallicam A. 1604. in fol) Conferri, de labore hoc Noſtri circa *Homiliarium* Alcuini, poſſunt, Biographiæ Surianæ, *Vitis SS.* præfixæ, autor (qvo teſte, Surius *in meliorem illud ordinem redegit, multaqve temere vel adjecta removit, melioribus ſubſtitutis, vel corrupta emendavit, Concionesqve inſuper exegeticas in ſingulas anni Epiſtolas addidit*), Ant. Poſſevinus *T. II. Appar. S. p. 333.*, Chr. Daumius *in Præfat. Homiliarum SS. Patrum natalitiarum*, Cygnææ A. 1670. editarum, & Theod. Petrejus (22. Patres, e qvibus Surius auctaria ſua collegit, enumerans) *in Biblioth. Carthuſ. p. 228. 229.*

VITÆ SANCTORUM, ex probatis autoribus, & MStis codicibus, editæ, ac in Tomos VI. (qvorum qvilibet duos anni menſes complectitur), juxta dierum illis emortualium ordinem, digeſtæ.

Editionis primæ Colonienſis, in fol. excuſæ, & ab ipſo Surio curatæ,

Tomus I., ſive Menſes Jan. & Februarius, A. 1570.,
Tomus II., ſive Martius & Aprilis, A. 1571.
Tomus III., ſive Majus & Junius, A. 1572.
Tomus IV., ſive Julius & Auguſtus, A. 1573.
Tomus V., ſive September & October, A. 1574.
Tomus VI., ſive November & December, A. 1575. prodierunt.

Editionis ſecundæ, in VII. Tomos diſtributæ, &, qvoad tres priores, ab ipſo Surio, qvoad tres ſeqventes autem, poſt ejus obitum, a Jac. Moſandro, Flandro, Carthuſiano itidem Colonienſi, ſuperiorum juſſu, recognitæ & auctæ, tomoqve per eundem VII., partim e ſchedis Surianis, partim vero ex analectis propriis, locupletatæ, Tomus I. A 1576., IIdus A. 1578., IIItius (cui Surius. curis in eum ſecundis ad finem Junii usqve perductis, & ita propemodum abſolutis, eſt immortuus) A. 1579., IVtus & Vtus A. 1580., VItus A. 1581., VIImus autem (cujus materiam ipſe jam Surius, magnam partem, A. 1577., teſte Biographo, congeſſerat ac digeſſerat), Tomorum præcedentium ſupplementum, cum Adonis, Archiep. Trevirenſis, Martyrologio (e IV. Codd MSS. vetuſtis publicato), ac Vitis nonnullis Jac. Moſandro, Editori (*), ſerius ſubmiſſis, continens, A. 1581. (*juxta Deſſelium in Bibl. Belg. p. 423., & Baſſæum in Catal. Libb Lat. p. 384.*) ac 1586. (*juxta Baſſæum l. c. p. 396. & Bolduanum in Biblioth. Hiſtor. p. 93.*), Coloniæ, Gervini Calenii, & hæredum Qventelianorum. ſumptu, in fol. ſunt excuſi.

Tertia editio (qvam *opus egregium* Joh. Bollandus, *in Prolegomenis ad Acta SS. M. Jan.*, § 5., ſalutat), multarum vitarum novarum acceſſione, notis marginalibus, indicibus Sanctorum, cum tomi cujusvis, tum operis totius, alphabeticis, ac vitæ Surii hiſtoria, per amicum anonymum conſcripta, ac, cum imagine ejusdem, *Tomo I.* præmiſſa, inſigniter locupletata, in voluminia IV., ac tomos ſive menſes XII (qvorum tres in qvolibet exhibentur volumine), diſtributa, Mariæqve, virgini Θεοτόκῳ, ac ſanctis omnibus, dedicata, curantibus viris aliqvot doctis (qvorum qvidem, teſte præfatione, *Surio ipſi familiares, conſiliorumqve ejus participes, fuere*), Coloniæ, ſumptibus Herm. Crebſii & Joh. Mylii, A 1618. in fol., lucem vidit publicam. Hiſtoriam in ea præſtitorum, adjectorum atqve immutatorum, præfationis ipſius verbis, paulo poſt proponemus.

Editiones, qvæ a nonnullis memorantur, operis hujus aliæ, Veneta ſcilicet anni 1581. ſub Aloyſii Lipomani (de qvo mox dicetur) nomine, teſte Ant. Poſſevino (*T. II. Appar. S. p. 333.*), recuſa, Colonienſis item A. 1660. in fol., & Brixienſis A. 1601. in 4to, publicatæ, qvarum, in ſola Mart. Lipenii *Biblioth. philoſophica reali*, mentionem obſervavi, meis ſe oculis nunqvam obtulerunt, nec, ob Lipenii fidem in talibus ſuſpectam, ſatis certum, an omnes revera prodierint.

Lucem haud viderunt *de Vitis Sanctorum Tomi XII.*, primum a Laur. Surio congeſti, deinde autem a Pet. Galeſinio, Protonotario Apoſtolico, aucti, luculentisqve annotationibus illuſtrati, qvos Galeſinium, una cum operibus aliis ἀνεκδότοις, editioni paratos aſſervaſſe, Ant. Verdierius, *in Supplemento Biblioth. Conr. Gesneri p. 54.*, teſtatur.

Par fatum ſubierunt Appendix nova operis Suriani, qvam tertiæ editionis Colonienſis curatores A. 1618., in ejus *præfatione*, ſunt polliciti, ſupplementum ejusdem, qvod, e bibliotheca Cæſarea, a ſe editum iri, Pet. Lambecius, *L. 1. Comment. de Biblioth. Cæſar. Vindob.*, *p. 137. 144. 145.*, promiſit, laborqve affectus, haud diſſimilis, Auberti Miræi, Decani Antwerpienſis, qvi, *T. II. Bibl. Eccl. p. 110.*, refert, ſe, ante plures annos, Vitas Sanctorum, qvæ apud Surium deſiderabantur, e Bibliothecis variis, adjuvantibus amicis, colligere, & ad editionem parare, cœpiſſe, ſed, mutato deinde conſilio, qvasdam Heriberto Rosweydo, Jeſuitæ doctiſſimo, tradidiſſe, qvasdam vero Coloniam, ad poſtremam operis Suriani editionem augendam, transmiſiſſe.

Hiſtoriam operis Suriani, ac ſpeciatim tertiæ ejusdem editionis, A. 1618. publicatæ, præfatio, huic præmiſſa, ſeqventem exhibet: *Aloyſius Lipomanus, Epiſc. Veronenſis, Nuncius Apoſtolicus ad diverſos Reges ac Principes, qvæ, in peregrinationibus, ſumma diligentia conqviſiverat, Acta Sanctorum, circa A. 1550., Tomis VIII., &, in iis, totum etiam Simeonem Metaphraſten, latine verſum, edidit, ſed ſine certo ordine, & prout obvia fuere. His ejus tomis jam diſtractis, Surius, hortatu virorum doctiſſimorum, circa A. 1570., Vitas Sanctorum undiqve conqviſivit, easqve in ſuos menſes ordine & concinne diſtribuit, ut hac ratione bonorum operum neceſſitatem ac utilitatem, contra hæreticos, demonſtraret. Collegit autem non eas tantum vitas, uti Lipomanus, qvæ certos & probatos autores haberent, ſed etiam qvarum ſcriptores ignorantur. Præter eas, qvas ex Lipomano mutuatus eſt, tot ex MStis, ac aliunde, adjecit, ut vix tertiam partem ex Aloyſio acceperit, cui tamen totum Metaphraſten debuit. Delectum autem hunc in vitis habuit, ut tantum ederet bona fide conſcriptas, & ex vetuſtiſſimis Martyrologiis teſtimonium habentes, cæteras vero omitteret. Ut eruditis gratificaretur, vitas aliqvot, rudi ſtylo conſcriptas, &, ob multa admiſta vocabula vernacula, non omnibus intelligendas, politiori ſtylo reddidit, maxime autem eas, qvarum autores non moverat. Alias verboſiores aliqvantum contraxit. Poſtqvam autem prima hæc Surii editio divendita, & qvædam illi vitæ interea, e variis locis, ſubmiſſæ eſſent, cœpit hos tomos ſuos recognoſcere & augere; jamqve ad finem Junii progreſſus erat, cum mors laborem interrupit, qvem, ſuperiorum juſſu, perfecit Jac. Moſander, & qvasdam vitas, ſibi ſerius miſſas, in tomum VII. conjecit. Inter eos, qvi Surio & Moſandro vitas ſubmiſere, & conſilio ſæpius præſto fuere, numerandi vel præcipue ſunt Joh. Molanus (Th. D. & Prof. Lovan.), Jac. Pamelius (Th. Lic., & Archidiac. ac tandem Epiſcc. Audomaropolitanus), & Melch. Hittorpius, Th. Lic. Colonienſis. Sumptus conqvirendis MStis, & editioni, impendit Gervinus Calenius, J. U. L., Senator & bibliopola Colonienſis. Tertiam editionem A. 1618. curarunt, & multis vitis, interea editis, auctiorem reddiderunt viri qvidam optimi (qvorum nonnulli ipſi Surio familiares, & conſiliorum ejus participes,*

(*) De Moſandro hoc V. Theod. Petreji *Biblioth. Carthuſianam*, p. 156. 157., &, ex illa, Deſſelii *Belgicum* p. 423. Obiit, his teſtibus, in Moravia A. 1589.

cipes, fuere), ſed nomina ſua latere voluerunt. Nihil illi immutarunt, aut inſeruerunt, cui non adſcripſerint, unde nacti fuerint. Vitas, a ſe demum additas, aſteriſco, in indice, cuilibet menſi præfixo, notarunt. Aliæ crucis ſigno notatæ, qvæ a Surio, ſtylo vel mutato vel elimato, editæ, jam vero, prout ab ipſis autoribus conſcriptæ, ſubſtitutæ ſunt. Si qvid in vitis, a Surio editis, occurrebat, qvod non omnino fide ſua conſtare videretur, id, ex aliis autoribus, præſertim Baronii Annalibus, ad marginem annotarunt. Vitas omnes in certa capita & paragraphos diſtinxerunt: Annum, qvo qvisqve Sanctorum floruit, initio vitæ adſcripſerunt: Homilias Patrum, Sanctorum non vitas, ſed laudes, continentes, omiſerunt, in ipſis Patrum operibus qværendas. Hæc autor *Præfationis.* Sanctorum Acta, ab Aloyſio Lipomano jam ante, Tomis VIII. (qvorum Imus A. 1551., ultimus A. 1560. prodiit), in 4. evulgata, collectioni huic ſuæ a Surio eſſe inſerta, autor etiam vitæ Surianæ, tertiæ illius editioni præmiſſæ (qvo judice partem tamen iſta operis totius vix tertiam conſtituunt), Joſ. Simlerus *in Biblioth. p. 27. & 447.*, Joh. Jac. Friſius *in Biblioth. Simleri continuata p. 31. 537.*, Ant. Poſſevinus *in Appar. S., T. I., p. 50., & T. II., p. 333.*, Ludov. Jacobus a S. Carolo *in Biblioth. Pontificia p. 246.*, aliiqve complures, monuerunt. Simeonis Metaphraſtæ, qvi Sec. X., inter Græcos, hoc ſcriptionis genere inclaruit, Vitas Sanctorum, a Lipomano latine verſas, & ex *Actis* ejusdem a Surio in opus ſuum translatas, prolixe, adjecto tomorum, in qvibus ſingulæ inveniuntur, indicio, enumerat Mart. Hankius *in Lib. de Hiſtoriæ Byzantinæ ſcriptoribus, c. 24., p. 435-460.* De cœteris Sanctorum vitis, a Surio (qvi omnes, e Manuſcriptis, αὐτοχειρὶ, teſte biographia ipſius ἀδεσπότῳ, deſcripſit) & Moſandro primum editis, illarumqve autoribus, propemodum univerſis, eruditæ Gerh. Joh. Voſſii, *in Libris de Hiſtoricis Græcis atqve Latinis,* obſervationes ac cenſuræ, ſuis paſſim locis obviæ, merentur conſuli. De vitis Sanctorum ἀδεσπότοις, a Surio ac Moſandro publicatis, harumqve autoribus (maximam partem a ſe jam detectis), illorumqve ætate, & aliis circa eos ἀξιομνημονεύτοις, opus peculiare, idem Voſſius, indicem illarum, *L. 3. de Hiſt. Lat., P. IV., c. 11., p. 820-827.*, texens, brevi a ſe *p. 820. 826. 827.* juſſit expectari, cujus jactura, cum promiſſo huic a viro ſummo non ſit ſatisfactum, a Vinc. Placcio (*in Præfat. Tr. de Script. Anon. & Pſeudon.*) merito deploratur. Styli autorum in iſtis mutationem atqve elimationem a Surio, præter fas ævumqve, nimis audacter factam, & a vitæ ipſius, operi huic præfixa, ſcriptore, operoſe qvidem, ſed fruſtra, brevius autem a Theod. Petrejo *in Biblioth. Carthuſ. p. 230.* defenſam, virgula haud immerito notarunt cenſoria Gerh. Joh. Voſſius *in Comm. de Hiſtoricis Latinis, L. 2., p. 243. 267. 286. 324. 340. 347. 356. 357. 364. 381. 441. 449., Lib. 3. p. 560. 565. 761. 820.*, & alibi paſſim, Caſp. Barthius *L. 50. Adverſar., c. 9., p. 2362.*, & *in Commentat. de L. Lat. Autoribus*, J. Mich. Dilherri *Apparatus Philologici Parti IIdæ inſerta, p. 234.*, Mart. Schookius *in Fabula Hamelenſi, P. II., c. 5., p. 77.*, J. A. Fabricius *Vol. IX. Bibl. Græcæ, c. 32. p. 40. 41*, &, ex ipſis Pontificiis, Franc. Bosqvetus, a Joh. Dalæo *in Tr. de Uſu Patrum p. 82.*, & Thomæ Ittigio *in Tr. de Biblioth. Patrum p. 758.*, allegatus, Adr. Bailletus in *Diſſ.* Vitis ſuis Sanctorum præfixa, Franc. Combefiſius (a Fabricio l. c. allegatus) *T. I. Biblioth. Concionat. p. 23.*, Pet. Lambecius *in Comm. de Biblioth. Cæſar. Vindob., L. 2. p. 14. 23. &c., L. 4. p. 61. 62. 74., alibiqve paſſim, nec non in Diario Itin. Cellenſis p. 67.* &c., ac Joh. Bona, Cardinalis, *in Catal. autorum, Libris de pſalmodia divina præfixo, opus hoc laborioſum, ſi Surius veterum ſcriptorum primigeniam phraſin retinuiſſet, gratius fore,* judicans, & *Lib. I. de Rebus Liturg., c. 22., p. 195.*, Surium, *cum magno eruditionis ſacræ & profanæ detrimento, in deſcribendis SS. Vitis, multa immutaſſe*, conqverens (V. Ittig. *l. c.*). Inter viros eruditos, qvi Surio, in vitis hiſce Sanctorum colligendis occupato, monumenta iſtius generis hiſtorico-biographica prompte communicarunt, eminuit Joh. Molanus, Theologus Lovanienſis, teſtibus, præter Biographum paulo ante laudatum, Aub. Miræo *in Elogiis Belgicis p. 33.*, & Corn. Looſeo *in Catalogo illuſtrium Germaniæ Scriptorum, lit. L. 2. a.* (in Vita Surii), *& l. 6. b.* (in Vita Molani). Qvo loco poſteriore ita ſcribit: *Qvorum Sanctorum nomina Molanus Uſuardi Martyrologio adjecit, eorundem Vitæ ſeriem, res geſtas, glorioſa certamina, felices triumphos & beatos exitus, Laur. Surio utplurimum communicavit. Unde præclara ejus volumina, qvibus illa fidelium profectui divulgata ſunt, huic non minima ex parte accepta ferri debent.*

In compendia opus Surii hagiographicum, tot tomis grandibus comprehenſum, poſt obitum illius, contraxerunt:

1. FRANC. HARÆUS, Ultrajectinus, S. Th. Lic., Canonicusqve Sylvæducenſis, Ultrajectinus, Namurcenſis, & tandem Lovanienſis, A. 1632. mortuus (de qvo Deſſelius, *in Biblioth. Belg. p. 231.*, & Sweertius, *in Athenis Belgicis p. 544.*, conſulendi), cujus exſtant:
   - α. Vitæ Sanctorum, ex probatiſſimis autoribus, & potiſſimum ex Laur. Surii tomis VII., brevi compendio, fide ſumma, & phraſi autorum ſervata, qvo firmior eſſet rerum ſacrarum fides, collectæ; excuſæ initio Antwerpiæ, typis Plantinianis, A. 1591. & 1594. in 8., deinde autem recuſæ Lugd. Gall., apud Thomam Soubron, A. 1595. in 8. (cui editioni vitæ Sanctorum, ex Joh. Maldonato & Georg. Wicelio, qvamplurimæ, in dies ſuos digeſtæ, cum nonnullorum, qvorum dies feſtus ignoratur, appendice, qvidem acceſſerunt, ſed *qvædam* ſimul *Hiſtoriolæ malæ fidei, nullo delectu, ſunt inſperſæ*, uti autor, in editione poſteriori A. 1605. &, ex illa, Deſſelius *l. c.*, monuerunt), ac Coloniæ, apud Qventelium, A. 1605. in fol. (qvæ editio ab autore duplo auctior Antwerpienſibus eſt reddita, & chronologia perpetua, notationibusqve variis, ex Baronii, Panvinii, Molani, aliorumqve, ſcriptis, illuſtrata), nec non ibidem A. 1630. & 1675. (*juxta Catal. Elzevir.*) in fol. A Joh. Molano, *in Literis ad Gvilh. Eſtium exaratis A. 1585.*, illæ, ob Haræi *Studium & Judicium & Sanctorum Hiſtoriis, multum ſunt improbatæ*, teſte Balth. Bebelio, *in Antiqq. Eccleſiæ Argent. p. 53.* Germanice verſæ a Valent. Leuchtio, Th. D. (ſub titulo: Vitæ Sanctorum, das iſt: Leben der fürnehmſten Heiligen GOttes, auf die 12. Monate des gantzen Jahres ordentlich gerichtet, von Franc. Haræo auß den allerbeſten Autoren, im Lateiniſchen, ordentlich zuſammengezogen, nun aber verdeutſchet), prodiere Coloniæ A. 1592. 1606. 1610. 1629. & 1659. in fol., uti Catalogi nundinales, aliiqve, teſtantur.
   - β. LII. Vitæ Sanctorum ſelectiores & communiores, pro unaqvaqve anni dominica, Opuſculum ex prolixioribus vitis Laur. Surii collectum, & Antwerpiæ, typis Plantinianis, A. 1588. in 16. editum, de qvo V. Baſſæi *Catal. Libb. Lat. p. 153.*, & Joh. Hallervordii (autorem perperam *Franc. Verberum* vocantis) *Biblioth. Curioſam p. 413.*
2. ZACHARIAS LIPPELOUS, Antwerpienſis, Mon. Carthus. Colonienſis, A. 1599., æt. 33., defunctus (*V. Deſſel. l. c. p. 811., Sweert. p. 708.* & Th. Petreji *Biblioth. Carthuſ. p. 297. 298.*), cujus Vitæ & res geſtæ illuſtriſſimorum Martyrum, Confeſſorum atqve ſanctarum virginum, e Surii collectæ, & in compendium redactæ, voluminibus, tomis II., Coloniæ A. 1595. & 1601. in 8., tomis autem IV. Brixiæ A. 1601. (*teſte Catal. Biblioth. Oxon. Hydiano*), & dein, a Corn. Graſſio, Antwerpienſi, Carthuſiano itidem Colonienſi, recognitæ, ex Petro Ribadineira aliisqve locupletatæ, & in tomos IV. (qvorum qvilibet tres menſes continet) digeſtæ, Coloniæ A. 1603. (*juxta Catal. nund.*), 1616. & 1642. (*juxta Catal. nund.*) in 8. prodierunt.

3. PET. RIBADINEIRA Toletanus, Jeſuita, *in Flore Sanctorum, o Libro de las vidas de los ſanctos*, partibus II. Madriti A. 1609. & Barcinone A. 1623. edito, & dein Latine a Jac. Caniſio, Clivienſi, S. J., Col. A. 1630., Gallice a Sim. Martinio Pariſ. A. 1644. & 1653. in fol., Italiceqve Mediolani A. 1613., publicato, de qvo v. Nicol. Antonii *T. II. Biblioth. Hiſpan. p. 186.*

4. ANT. SENENSIS, Luſitanus, Ord. Præd. Monachus, qvi Vitas ſolorum SS. Patrum ſui Prædicatorum ordinis, ex Surio collectas, Lovanii A. 1575. & Pariſiis A. 1585. in 12. edidit. V. Nicol. Antonii *T. I. Biblioth. Hiſpan. p. 87.*, & Baſſæi *Catal. Libb. Lat. p. 112.*

5. Alii complures, &, ſi Joh. Bollandum (*in Prolegom. ad Acta SS. M. Jan. §. 5.*) audias, innumeri, qvi Latine, Italice, Germanice, Hiſpanice, Vitas SS. deinceps ediderunt.

Verſiones operis de vitis Sanctorum Suriani mihi innotuere ſeqventes:

1. Germanica Johannis de Via. Th. D. (ſub titulo: Bewehrte Hiſtorien der Heiligen GOttes, von ihrem chriſtlichen gottſeligen Leben, wahrhaften Bekäntniſſen, herlichen Thaten und beſtändigen Leiden), cujus Tomus I., ſive M. Jan. ac Febr., A. 1574., T. II., ſive Mart. & Apr., A. 1575., T. III., ſive Majus & Junius, A. 1577., T. IV., ſive Jul. & Aug., A. 1578., T. V., ſive Sept. & Oct. A. 1579., ac T. VI., ſive Nov. & Dec., A. 1580., Monachii in fol. prodierunt. V. Nic. Baſſæi *Catal. Libb. Germ. p. 215. 307.*

2. Verſio, ſive Epitome potius Germanica, Henr. Fabricii, Aqvisgranenſis, Epiſcopi Davalienſis & Chorepiſcopi Spirenſis (ſub titulo: Außzug bewehrter Hiſtorien der fürnehmſten Heiligen GOttes, durch die XII. Monate des gantzen Jahres, auß den VI. Tomis Herrn Laur. Surii ſeel. gezogen, und, zur Erbauung chriſtlicher Andacht und Gottſeligkeit, in ein Buch gebracht), Coloniæ, apud Gerv. Calenium & hæredes Qventelianos, A. 1573. in fol. edita, ibidemqve deinde A. 1583, multisqve vitis auctior A. 1592. ac 1626. in fol. (teſtibus Baſſæo, Bolduano, Draudio ac Catalogis nundinalibus) recuſa. Exhibentur in illa (uti autor *in præfatione* ſignificat) vitæ illorum tantum menſis cujusvis Sanctorum, qvorum memoria vel in Eccleſia Dei eſt glorioſior, vel a probatis Hiſtoricis celebratior.

3. Anglica Verſio Radulphi Bucklandi, Somerſetenſis, Collegii Magdalenenſis apud Oxonienſes ſocii, A. 1611. mortui, ab Henn. Wittenio, *T. I. Diar. Biograph. Sec. 17., ad A. 1611.*, memorata, ſed forſan haud edita.

4. Bohemica, a Jac. Betzcovio, Citovienſi Bohemo, Jeſuita, inchoata, poſt illius autem, Lincii in Auſtria A. 1624. extincti, obitum, ab Alb. Chanowskio, Sviradienſi Bohemo, ejusdem Ordinis Monacho (d. 16. Apr. A. 1645. denato), abſoluta, & Pragæ, ex officina Pauli Seſſii, A. 1625. (ſub titulo: *Vitæ Chriſti, B. Virginis, & Sanctorum, in menſes XII. digeſtorum*), publicata. V. Nathan. Sothwelli *Biblioth. Jeſuit. p. 16. 17. 357. 358.*

Qvanto deniqve labor iſte Surii hagiographicus apud Pontificios ſit in pretio, ſeqventia docebunt.

PIUS V., Pont. Rom., accepto tomo illius primo, ſibi inſcripto, Surium hoc Brevi Apoſtolico (qvod autor Vitæ Noſtri exhibet) eſt dignatus: *Dilecte fili. Salutem & apoſtolicam benedictionem!*

Librum, SS. Patrum Vitas continentem, a te nuper editum, ac ad nos miſſum, libentiſſime accepimus, qvi qvidem eo gratior nobis fuit qvod opus in ſe continet, nobis ſemper deſideratum, &, ad refellenda hæreticorum in easdem SS. Patrum hiſtorias maledicta, aptiſſimum. Laudamus vehementer pium hunc laborem tuum, teqve, qvod coram Domino vacuus apparere nolueris, ſed in ejus domum, pro facultate tibi conceſſa, qvicqvid potueris, ultro obtuleris, debitis in Domino laudibus commendamus. Cujus tamen laudabilis laboris tui gloriam imprimis ei tribuendam eſſe memento, a qvo accepiſti & velle, & perficere, qvod a nobis, & omnibus piis, ac catholicæ religionis ſtudioſis merito laudaretur. Hortamur autem te, ut, hujusmodi opere perſeqvendo, & de Eccleſia Dei bene mereri, & tibi apud omnipotentem Deum merita augere, ne deſiſtas, ſecurus, te a redemptore noſtro laborum tuorum centuplum eſſe fructum percepturum. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, d. 2. Jun. A. C. 1570., Pontificatus noſtri qvinto.

FERDINANDUS II., Imp. Rom., tot inter occupationes, VI. tomos hoſce de vitis SS. prolixos, ſexies evolviſſe, id qvod Gvilh. Stanihurſtum, *in Qvotidiana militis Chriſtiani teſſera, p. 812.*, referre, amicus (M. C. K.) ad me perſcripſit.

JAC. AUG. THUANI, Margar. Bignæi, Andr. Sauſſæi & Poetæ incerti, judicia de iisdem honorifica, in Surii editoris vitæ ac elogiorum recenſu, jam exhibui.

JOH. BONÆ (*in Indice autorum, Libris de pſalmodia divina præfixo*) *Opus* audiunt *ſcriptoris nitidi laborioſum*, Bernh. Mallincrotio (*in Tr. de arte typogr. p. 94.*) *Opus celeberrimum*, Mich. Iſſelrio (*in Hiſtoria ſui temporis, ad A. 1578., p. 600.*) *divina volumina*. Corn. Looſeus (*in Catal. ſcr. Germ. illuſtr., lit. L. 2. a.*) Surium, judicat, *magna nominis ſui gloria & immortali laude, ſummaqve eccleſiæ utilitate, juſtorum pro Chriſto certamina & glorioſos triumphos, undiqve conqviſitos, chriſtiano orbi publicaſſe*, Joh. Bollandus (*in Proleg. ad Acta SS. M. Jan., §. 5.*), *neminem hactenus Surii, in Vitis SS. colligendis, fidem & induſtriam æqvaſſe, eumqve laborem ſuum piis omnibus, & ipſis Pontificibus, Pio V. ac Greg. XIII., probaſſe*, Alardus autem Wyelius, Th. Lic. & Prof. Colon. (*in præf. Magnæ Biblioth. Patrum Colonienſis*, A. 1618. a ſe editæ), cauſam exponens, cur plerasqve omnes Sanctorum vitas omiſerit, *a Surio has atqve Rosweydo pleniſſime & accuratiſſime editas.* Commendantur qvoqve inſigniter a Theod. Petrejo *in Biblioth. Carthus. p. 229. 230.*

E Proteſtantibus Actorum orbis eruditi Lipſienſium collectores, *M. Jan. A. 1683., p. 5. 6. 7. 8. & ſqq.*, hagiographos priſcos pariter atqve recentiores fuſe enumerantes, Noſtrum, *p. 7.* cenſent, *omnes*, ſe priores, *colligendi induſtria, fingendiqve audacia, eſſe ſupergreſſum, & ex eo ſua deinceps hauſiſſe Franc. Haræum, Zach. Lipeloum, Pet. Ribadineiram, Corn. Graſium, & multos alios, qvi Sanctorum vitas, diverſis rationibus, & variis idiomatis, edidere.*

Verum nec cenſores operi huic defuere, e Proteſtantium pariter atqve Pontificiorum coetibus. Hos inter complures, ſupra jam enumerati, nimiam Surii audaciam, in phraſi autorum primigenia immutanda, obelo, nec immerito, notarunt. Alii de toto opere, (cujus examen inter deſiderata Theologiæ Lutheranorum a Balth. Meisnero, *in Piis deſideriis p. 12.*, refertur) durius judicarunt. Georg. Calixtus certe (*in Tr. de communione ſub utraqve §. 163.*) tomos hoſce Surianos *volumina* vocat *næniarum plena*, Henr. Kippingius autem (*in Notis ad Joh. Puppi Hiſt. Eccl. p. 233.*) *vaſtum Legendarum volumen.* If. Caſaubonus (*in Caſauboniamis p. 157.*) ita: *Profecto non ſine gravi cauſa ſuſpecta ſunt multa in iis, qvæ ex Surio afferuntur. Ille enim omnia collegit, qvæ unqvam potuerint inveniri de vitis & rebus geſtis Sanctorum, in qvibus & vera multa, & pleraqve falſa, contineri non dubito.* Lipſienſes *l. c. p. 7.* Surium *fingendi audacia* hagiographos hos ſupergreſſum eſſe judicant, & de illius, cæterorumqve Rosweydo vetuſtiorum, voluminibus hæc addunt: *Omnes id potiſſimum egerunt, ut ſuperſtitioſum & idololatricum Sanctorum cultum ſimplicioribus iſta tanta eorum turba obtruderent. - - Cæterum eruditio aſperſa fuit nulla, nec in tam vaſtis operibus reperta ſalis mica, anilibus fabulis, qvibus refertæ omnes paginæ, nullam melioris literaturæ partem admittentibus.* Ant. Teiſerius, *P. I. Addit. Gall. ad Elogia Thuanæa p. 521.*, poſtqvam hiſtoriæ Surii fidem elevarat, de ejusdem *Vitis SS.* hæc ſubjungit: *Ses Vies de Saints ne ſont pas plus exactes, ni compoſées avec plus de fidelité, ſ'il en faut croire Jean Metel, qui dit* (*Epp. Belg.*

Cent. I., Ep. 65.); *qve Surius n' ecrit pas en homme de bon ſens, & qve dans cet ouvrage il donne par tout des marqves convainqvantes de la maladie de ſon esprit.*

E Pontificiis ipſis, cenſores Hiſpani, *in Indice Expurg. Hiſpanico*, Madriti A. 1667., ſub Ant. Sotomajoris, Inqviſitoris Generalis nomine, edito, *p. 753. 754.*, nonnulla ex hoc opere jubent expungi. Car. le Cointe, *in Annalibus Francorum eccleſiaſticis*, multas (teſte Dn. de Sallo, *in Ephem. II. Erud. Gallica A. 1666., p. 141.*) ejus vitas corrigit, multas rejicit, & ipſe Dn. de Sallo (*Ephem. IX. A. 1665. p. 78.*) hoc de eodem, ſimilibusqve aliorum voluminibus, fert judicium: *Surius, Bollandus, Rosweydus, illiqve omnes, qvi vitas ſanctorum compilarunt, majora tantum volumina componere, neqve qvicqvam omittere, laborarunt, præter optimam rerum ſegregationem, veriorumqve ſelectionem. Qvo factum eſt, ut inter tot egregia atqve illuſtria, qvædam qvoqve occurrant apocrypha.*

INEDITA.

Index Librorum Carthuſiæ Colonienſis, qvem, manu ejus exaratum, in illa ſupereſſe, Theod. Petrejus, *in Biblioth. Carthus. p. 151. 152.*, & Lud. Jacobus *in Append. Tr. Gallici de Bibliothecis, lit. Aaa. 3. b. & 4. a.* teſtantur.

Vita Mariæ Oſterwicenſis, virginis ſanctiſſimæ, in templo Carthuſianorum Colonienſium A. 1547. ſepultæ, in Biblioth. ejusdem reliqva, teſte Erh. Winhemio *in Sacrario Coloniæ Agrippinæ p. 211.*

SCRIPTA FALSO AFFICTA.

Liber de Hiſtoria contra Joh. Sleidanum, a *Commentario Hiſtorico* diverſus, de qvo, in hujus recenſu, ſupra jam eſt dictum.

Liber de Paſſione Chriſti, allegatus a Joh. Frid. Mayero im Papiſtiſchen *Catechismo p. 40.* Surius ipſe nihil tale ſcripſit, ſed Joh. Tauleri tantum, qvæ vulgo ei tribuuntur, *de vita & paſſione Chriſti Exercitia* edidit.

De Chymia qvædam, ab eo ſcripta, ſi Pet. Borelli *Bibliothecæ Chymicæ*, ſæpiſſime ineptienti, *p. 204.*, fidem qvis habere velit.

MATTHIAS WASMUTHUS,

Kilonio-Holſatus, d. 29. Junii A. 1625. in lucem editus, patrem habuit Georgium Waſmuthum, civem urbis illius, matrem vero Annam, Matthiæ Zoegæ, Nobilis Romani, qvi, ſaltandi arte clarus, orcheſtris in aula Meclenburgica atqve Holſato-Gottorpienſi illuſtribus præfuit, & a ſacris Pontificiis ad Lutherana, per Joh. Stampenium, Eccleſiaſten aulicum Megapolitanum, traductus, gnatam hujus conjugem elegerat, filiam (1.). Poſito in patria, ductu & privatorum Præceptorum, & M. Joh. Vicoſtadii, ſcholæ publicæ Rectoris, felici literarum tyrocinio, utriusqve Lingvæ, Græcæ ac Latinæ, eam adeptus facultatem, ut & libero & ligato ſermone facile omnia exprimeret, anno demum ætatis 23., æræqve Chriſtianæ 1648., Academiam adiit Witebergenſem. Philoſophiæ illic doctoribus gaviſus Joh. Scharfio & Joh. Sperlingio, Eloqventiæ Aug. Buchnero, Lingvarum Orientis Andr. Sennerto, ac Theologiæ Abr. Calovio atqve Joh. Meisnero, poſt orationes & diſputationes (de qvibus ſuo dicetur loco) publicas, A. 1651. Magiſtri titulum (2.), tyronesqve privatim docendi poteſtatem, M. Septembri, Brabevta Andr. Sennerto, obtinuit, & literarum præſertim orientalium peritia, hujus, (in qvem animum parum gratum Aug. Pfeifferus (3.) ipſi deinceps haud dubitavit exprobrare) hauſta auſpiciis, paulatim inclaruit. Πολυγλωττίαν hanc pariter atqve famam, illa partam, poſtqvam A. 1653. Lipſiam, ejusqve Theologos, &, hos inter, Joh. Hüllemannum, ante ſalutarat, auxit iter Belgicum, in qvo Academias luſtravit Groningenſem, Lugduno-Batavam, Franeqveranam & Trajectinam, Jacobiqve Golii, Joh. Cocceji, Georg. Gentii, Philologorumqve aliorum inſignium, familiari potitus conſvetudine, Grammaticam Lingvæ Arabicæ plenam atqve methodicam Amſtelodami A. 1654. juris fecit publici. Tractu deinde Germaniæ Rhenano peragrato, & Joh. Schmidio ac Joh. Conr. Danhauero, Theologis, Argentinæ, Joh. autem Buxtorfio juniore, τῶν Φιλεβραίων Phœnice, Baſileæ, non ſine fructu, ſæpius ſalutatis, in Patriam A. 1655. reverſus, Principi hujus, Friderico, Duci Holſato-Gottorpienſi, Panegyricum, in laudes ejus ſcriptum, obtulit. A qvo non Academiæ ſolum Kilonienſis, qvam is moliebatur, jam tunc deſignatus eſt Profeſſor, ſed &, cum hiſce conſiliis multa intercederent, Guſtavo Adolpho, Duci Megapolitano, genero ſuo, literis commendatus ſyſtaticis, &, per iſtum, A. 1657. muneri Logicen in Athenis docendi Roſtochienſibus, tum vacuo, admotus, Spartam hanc Waſmuthus, pro virili, per ſeqvens ornabat octennium, & privatis ſimul lectionibus literas, qvibus præcipue ſe conſecraverat, tradens Hebraicas, Grammaticam Lingvæ Hebrææ methodicam aliisqve pleniorem, cum Accentuum illius doctrina, & Characterum ejusdem, Vocaliumqve & Accentuum, divinæ originis atqve antiqvitatis Vindiciis, ſub ambitioſo *Hebraismi reſtituti* titulo, luci exponebat publicæ. Qvo in opere tripartito cum, αὐθαδείας & πειραυτολογίας, ſibi familiaris, vitio, laboribus plus juſto tribueret propriis, alienos Philologorum, qvi viam ſibi ſtraverant, eruditiſſimorum extenuaret, & ſententiam de origine atqve vetuſtate vocalium ac accentuum a ſua diverſam, cum Luthero ipſo, totqve aliis literariis heroibus, amplexis dicacitate inſultaret ſcoptica, novosqve e problematis iſtis fidei exſculpens articulos, & ab anathematis bruto fulmine vibrando vix ſibi temperans, hæreſeos fere notam inureret, non defuere, qvi virgula audaciam hanc caſtigarent cenſoria, erroresqve ejus viciſſim detegerent. E qvibus, ut cæteros, ſuo enumerandos loco, taceam, Herm. Conringius (controverſiæ cum illo non literariæ tantum, in qva utrinqve eſt peccatum, ſed & forenſi, implicitus), Aug. Pfeifferus, Joh. Eberh. Busmannus, Mich. Beckius, Joh. Brunsmannus, ipſiqve Præceptores Witebergenſes, Abr. Calovius ac Andr. Sennertus, Schediasmata ei peculiaria oppoſuerunt elenchtica, & Conringius ſimul (4.) nundinationem operis proprii indecoram, ſpemqve amplarum ex iſtius venditione divitiarum irritam, alii autem alia animi calamiqve vitia, exprobrarunt. Ex Academia Roſtochienſi A. 1665., per Chriſtianum Albertum, Ducem Holſato-Gottorpienſem, promiſſi paterni memorem, in Kilonienſem patriam, M. Octobri anni ejusdem inauguratam, evocabatur, lingvasqve publice docere juſſus orientales, Theologiæ etiam Doctor, ſumptu hujus, die 22. Januarii A. 1666., a Pet. Muſæo, Collega, in prima creabatur promotione academica, nec multo poſt (circa A. 1667.) Profeſſor ſimul conſtituebatur extraordinarius. In Academia hac patria, cujus A. 1667. 1676. & 1682. egit Rectorem, Profeſſorqve tandem A. 1675. Theologus ordinarius, munere lingvas Orientis docendi per ſeqvens ſimul retento triennium, evaſit, ad finem usqve vitæ ſubſtitit. In eadem ipſe ac Chriſt. Ravius, Upſalia Kilonium A. 1669. delatus, Doctorisqve Lingvarum Orientalium extraordinarii illic donatus titulo, Collegium, ſed fruſtra, moliti ſunt Orientale, ſex circiter Studioſorum,

(1.) V. D. Joh. Nic. Pechlini *Programma* de vita matris hujus Waſmuhti *funebre*, Kilonii A. 1675. editum. (2.) V. Aug. Buchneri Epigramma in iſtum, *in Poematis p. 445.* (3.) *in Epiſtola ad Waſmuthum p. 6.* (4.) *in Vindicatione Epiſtolæ Gratulatoriæ, contra Waſmuthum p. 8 9.*

rum, notitia lingvarum earundem, & controverſiarum cum Judæis ac Muhammedanis, a ſe alienis imbuendorum ſumptibus, & ad hos deinde convertendos, non in Synagogas tantum Hebræorum Europæas, ſed in Africam etiam atqve Aſiam, ablegandorum. Qvod inſtitutum, ab utroqve *Literis circularibus* (qvarum titulus in ſcriptorum noſtri recitabitur indice) Germanicis, a Waſmutho, uti ſtylus methodusqve oſtendunt, exaratis, ac Kilonii A. 16. o impreſſis, Magiſtratibus, Synedriis ſacris, patroniſqve ſtudiorum ditioribus, expoſitum, a Theologis mox compluribus, a nobis in Ravii vita (5.), plura de eodem narrante alia, enumeratis, eſt commendatum. Succeſſu tamen caruit, partim qvod nulli fere, qvi ſumptus, Studioſis ſuſtentandis, & laboribus Ravii Waſmuhtiqve magnifico munifice compenſandis honorario, inſervituros, ſuppeditare vellent, invenirentur Mæcenates; partim qvod prudentiores, tum in Academia Kilonienſi, ſede Collegii futura minus idonea, tum in Ephororum atqve Præſidum ejusdem, Ravii ac Waſmuthi, ingeniis, ſcopo & conſiliis, nonnulla, cum Phil. Jac. Spenero, deſiderarent, ita ad Amicum ſcribente (6.): *Celeb. Virorum, Waſmuthi & Ravii, conatus plane in irritum cecidiſſe doleo: non tam qvod ſperarim de illis multa, uti tum qvidem proponebantur, ſed qvod optarim eam occaſionem eſſe, ex qva alio modo, & pauliſper mutato inſtituto, Eccleſia proficeret. Rem ipſam ego nunqvam improbarim, neqve nunc etiam improbo, ſed, an Chilonienſis Academia ad hoc apta ſit, plurimos ſcio dubitaſſe. Tum de ipſorum autorum ſufficientia non mihi ſatis conſtat, qvi, ſtudiis illis aliqvamdiu depoſitis, qvæ iſti jam præſtitere, non legerim.* Cui judicio geminum eſt alterum hoc Theologi ejusdem eximii (7.): *Qvamvis Viri etiam prudentes duorum illorum propoſitum Collegium laudare nollent, inprimis ob loci incommodum, res tamen ipſa non negligenda fuerat.* Duplici noſter Lingvarum Orientalium & Theologiæ profeſſione, ad A. usqve 1678., fungebatur, qvo, priore abdicata, & Henr. Opitio, diſcipulorum ſuorum, in magiſtri verba jurantium, facile principi, relicta, ſolam ſibi reſervavit poſteriorem, laborum adactus multitudine, Operi, qvod ante ſeptennium circiter moliri cœperat, Aſtronomico-Chronologico impendendorum, aſſidue accreſcente. Occaſionem adornandi Operis hujus (in qvo non Chronologiam ſolum ſacram & profanam univerſam, ſed & Aſtronomiam, cum Solis, Lunæ ac Stellarum fixarum, curſu, computumqve Calendarii vere naturalis, veritati ſuæ, perfectioni ac certitudini infallibili, reſtitutum iri ſumma jactabat audacia) ipſi præbuit Abr. Calovii, Theologi Witebergenſis, *Diſcuſſio infallibilitatis novæ Chronologiæ Biblicæ Chriſt. Ravii*, Witebergæ A. 1670. edita; cui Auctarium is *de LXX. Danielis hebdomadibus*, noſtri de his Diatribæ, *Partis II. Vindiciarum S. Hebrææ Scripturæ primo capiti* A. 1664. inſertæ, oppoſitum, adjecerat. Adverſus qvod cum ſuam vindicare ſententiam, & reliqvam etiam Chronologiam Biblicam, e certioribus qvam hactenus factum erat, principiis apodictice proponere, conaretur, hoc vero a ſe, abſqve Aſtronomiæ (cujus imperitus propemodum erat) & accuratiſſimæ temporum motuumqve cœleſtium dimenſionis, ſubſidio, fruſtra, Ravii (cui, calculum ipſius ex aſtris non poſſe deduci, merito erat exprobratum) exemplo, tentatum iri obſervaret, Aſtronomiæ qvoqve non addiſcendæ ſolum, ſed & (cum, ob tot Aſtronomorum ſectas atqve diſſenſiones, ſit intricatiſſima) ſimul ab erroribus repurgandæ, & una cum Calendario emendandæ, animum juſto majori applicuit confidentia (8.). Hypotheſes hoc fine novas, tam Aſtronomicas, qvam Chronologicas, ductu potiſſimum Hiſtoriæ creationis Moſaicæ, aliorumqve textuum Biblicorum, ſed pro lubitu, & interdum myſtice, explicatorum, fabricatus, iſtis, ſolius fere Sam. Reyheri, Academiæ Kilonienſis Mathematici, qvocum, ſuo qvippe in Aſtronomicis doctore, conſilia de ſingulis aſſidue conferebat (9.), non autem aliorum, qvibuscum literarium ipſi intercedebat commercium, Aſtronomorum Germaniæ & Europæ reliqvæ exterorum (10.), potitis applauſu, Tabulas utriusqve ſcientiæ plurimas, labore tot annorum improbo concinnatas, tuto, velut fundamentis, poſſe inniti temere credebat, & prudentioribus fruſtra inculcabat. Hi enim, infirmas ac dubias eſſe hypotheſes, tabulas autem mancas & fide indignas, merito judicabant, niſi Commentarius accederet, hypotheſium certitudinem aſtruens, &, qvæ in Aſtronomia pariter ac Chronologia hactenus fuere controverſa, apodictice ſolidis decidens argumentis. Cui, ſæpius licet promiſſo, an Waſmuthus manum unqvam admoverit, dubitatur. Poſt mortem certe illius non eſt inventus, ac proinde edi, Tabulisqve, nulla ſine hujus præſidio gaviſuris autoritate, addi haud potuit. Myſteria enim eſſe fundamenta Chronologiæ Waſmuthi, omnem humani ingenii captum excedentia, qvorum cognitionem, non ſtudiis meditationibusqve aſſiduis, ſed precibus lacrymisqve piis, a Deo impetraverit, ſicut & ipſe, divinitus hæc ſibi patefacta eſſe ſubinde gloriari haud veritus, & Encomiaſtæ ejus, Joh. Paulinus Olivenkrantzius, *ad ſpecialem divinæ gratiæ* provocans *afflatum* (11.), ac Joh. Wilh. Petræus, *arcanum coeli favorem revelationemqve divinam* crepans, ac non Waſmuthi, ſed *Dei in illo eſſe opus hoc plane admirabile, atqve ex arcana ſua profectum ſapientia*, contendens (12), jactarunt, pauciſſimi ſibi perſvaderi patientur. Verendum potius, ne de gloriatione iſta pleriqve judicium ferant non minus aſperum, qvam Jos. Scaliger ac Gerh. Joh. Voſſius olim de Dan. Angelocratoris, Theologi Haſſiaci, *Chronologia*, qvæ A. 1601. prodiit, *avtoptica, Deo*, uti in frontiſpicio affirmatur, *illuminante ſcripta*, tulerunt (13.). Undecim circiter Schediaſmatum Latinorum, & unius Germanici (des Hauptſchlüſſels aller Zeiten der Welt), qvæ noſter operi ipſi, ut σκιαγραφίας ejus ac ſpecimina qvædam exhiberet, præſtantiamqve, ac multas præ omnibus aliis prærogativas, extolleret, & hoc pacto Principes ad editionem promovendam, laboresqve ſuos largiter remunerandos, excitaret, ab A. 1674. ad 168., præmiſit, titulos, magnam partem perqvam faſtuoſos, atqve ampullas alias, annorum ordine obſervato, in Scriptorum illius recitabimus Catalogo. Opus ipſum, in his promiſſum atqve delineatum, qvod *Annales Coeli & temporum perpetuos reſtitutos, ſive Myſteria Aſtronomico Chronologica, a ſeculo abſcondita, nunc vero per Dei gratiam detecta, & evidenter aſſerta*, inſcribere voluit (14.), Tabulas circiter octuaginta vel centum, partim Aſtronomicas, partim Chronologicas, in foliis regalibus maximis excudendas, cum Commentario in has uberiore, erat exhibiturum. Commentarium in tres tantum initio libros, teſte *Idea*, Kilonii A. 1678. edita, ſingulorumqve argumenta fuſius exponente, voluit dividere, &, in horum primo, Aſtronomiam, cum motibus Solis, Lunæ, Stellarumqve fixarum, ac vera Anni Solaris Tropici qvantitate, in ſecundo Chronologiam univerſam, ſive ordinem temporum perpetuum, a die creationis deductum, & veriſſimis Notis ubiqve aſſertum, in tertio autem Computum Calendarii perpetui, naturæ exactiſſime congruentis, nullaqve unqvam correctione iterata opus habiturum iri, perfectioni abſolutiſſimæ certitudiniqve infallibili reſtitutum iri, eſt pollicitus. Poſtea tamen, in *Sciagraphia Annalium Cœli & temporum reſtitutorum*, Kilonii A. 1684. juris facta publici (15.), longe prolixius adumbravit, & expectari a ſe juſſit, Septem Commentarii ejusdem Libros, I. ſcilicet de

Tempore

(5.) *Tomo II. hujus operis.* (6.) *Parte I. Conſil. Theol. Latin., Cap. I., Art. I., Sect. 24., p. 64. 65.* (7.) *ibidem Sect. 59., p. 151.* (8.) V. ipſius *Ideam Operis Aſtronomico-Chronologici p. 2. 4.*, Joh. Paulini Olivenkrantzii *Relationem de eodem p. 1.*, Sam. Reyheri *Matheſin Moſaicam p. 96.*, & Georg. Paſchii *Tr. de curioſis hujus ſeculi inventis, c. 7., §. 14., p. 571-574. edit. ſecundæ auctioris.* (9.) V. ipſius Hauptſchlüſſel aller Zeiten der Welt *p. 3.*, & Joh. Wilh. Petræi *Monumentum memoriæ Waſmuthi ſacrum p. 2.* (10.) V. ipſius *Ideam p. 2.* (11.) *l. c. p. 2.* (12.) *in Monum. Waſm. p. 4.* (13.) V. Voſſii *Lib. de Scient. Mathem., c. 18., § 18., p. 40.* (14.) V. ipſius *Ideam p. 4.* (15.) Confer hujus *Synopſin in Actis Erud. Lipſ., M. Januario A. 1685., p. 3.-48.*, Gothofr. Wegneri *Diſſ. de Emendatione Calendarii, a Corpore Evangelico inſtituta, p. 59. 60.*, & J. P. Olivenkrantzii *de Opere Waſmuthiano Relationem.*

Tempore & motu cœleſti in genere, ejusqve partibus & ſpeciebus, diverſis apud varias gentes Anni formis & Calendariis, diverſisqve motuum cœleſtium modis & ordinibus, pro varietate ſyſtematum mundi, Ptolemaici, Copernicani & Tychoniani, nunc, una cum Calculi in his Trigonometrici neceſſitate, deſtructorum; II. de Tempore & Motu Solari in ſpecie, annua varii generis, intraannali ſemeſtrium, qvadrantium & menſium, novæqve hujus Reſtitutionis Fundamento Cyclico revolutionum harmonicarum invariabili; in qvo res etiam Chronologicæ inſigniores, ab O.C. hucusqve, ſigillatim, per Annos Aſtronomico-Julianos veros, perpetua, nexu, in Tabulis Chronologicis, ita ob oculos ponuntur, ut geſta in tempore fidem temporibus omni exceptione majorem, ex conſenſu hiſtoriæ ſacræ & profanæ motuumqve cœli perpetuo, faciant, & allegationibus temporum, apud Autores antiqvos, ad illuſtres eventus Hiſtoricos, factis, ſemper ex amuſſim reſpondent, nullo in contrarium dato vel exiſtente exemplo; III. de Tempore & motu Lunari, annuo, menſtruo, diurno, horario, medio, vero, ac fundamento inde cyclico & apocataſtatico; IV. de Computo Lunæ-Solari, Politico & Eccleſiaſtico, tum Juliano & Gregoriano erroneo, tum vero, noviſſime reſtituto, continua nempe & uniformi in Tabulis expanſis (per omnes & ſingulos mundi annos, præteritos & futuros) recenſione vera omnium Characterum Aſtro-Chronologicorum; nec non dehinc conſeqventibus methodo Calculi ecliptici longe rectiore & faciliore, ac uſu Geographico inveniendæ veræ Locorum longitudinis; V. de Epochis temporum ſacris omnibus & ſingulis, evidenter ſecundum S. Codicem Hebræum nunc expoſitis & demonſtratis, dubiisq; & nodis earum omnibus ſolutis, per tempora mundi continua, aſtronomice veriſſima; nec non de Ætate mundi vera, jam reſtituta; VI. de Æris exoticis Hiſtoriæ profanæ, Nabonaſſari, Olympiadum, Iphiti, Urbis conditæ, Philippeis, Calippicis, &c., qvomodo illarum Ægyptiaci anni, menſes diesqve cum Aſtronomico-Julianis Mundi & Chriſti, ſinguli cum qvolibet, & omnes inter ſe, recte connectantur; VII. de Emendatione Temporum Calendariographica, ſeu Reunione legitima ſtyli Juliani & Gregoriani, e præmiſſis velut Pandectis Scripturæ & naturæ Chronologicis canonica, irrefragabili, nullaqve deinceps, in omne ævum, correctione nova indigente. Eandem Operis ſui, ſeptemqve ejus Librorum, ſeriem noſter denuo, ſed brevius, A. 1686., in Epiſtola, delineavit, ad Chriſtinam, Svecorum Reginam, Introductionem ſimul generalem verbis pollicita ſeqventibus: *Sciagraphiæ Annalium, propediem recudendæ, cum Specimine apodictico Eclipſium a momento creationis eidem conjuncto (qvod itidem a nemine hactenus tentari, certe demonſtrari haud unqvam potuit), accedet inſuper Clavis major univerſalis, memoriter etiam præſtare docens pleraqve eorum, qvæ apodixin Aſtro-Chronologicam firmare poſſunt. Qvi Tractatus conjunctim omnes ad Alphabetum unum atqve alterum excurrent, ſub uno generali titulo INTRODUCTIO GENERALIS IN NOVAS TABULAS CHRISTINIANAS ASTRO-CHRONOLOGICAS, & adjuncta hæc ſemper manebit Tabulis ipſis, prius publicandis, qvam Commentarius juſto volumine ſubſeqvatur, qvo controverſiæ demum omnes inſigniores Aſtro-Chronologicæ ſuam ſortientur deciſionem.* Qvas hic vocat *Tabulas Chriſtinianas*, illas A. 1675., in *Catalogo nundin. vern. Lipſienſi*, easdem jam pollicito (16.), *Tabulas* appellavit *Leopoldinas, ſeu Chronologiam aſtris harmonicam*, haud dubie, qvod, Leopoldum Imperatorem ſuis eas auſpiciis atqve ſumptibus edi eſſe curaturum, tunc, ſed fruſtra, ſperaret. Fruſtrata eſt eum itidem expectatio de aliorum Orbis Chriſtiani & Germaniæ Principum in ſe, opusqve ſuum, munificentia, cujus ſpe A. 1678. *Propoſitionem* de iſto Legatis ad Panegyrin Irenicam Neomagenſem, & A. 1682. *Propoſitionem* alteram *de reperta ab origine Mundi Computi Politico-Eccleſiaſtici forma cyclica, tam firma ac conſtanti, qvam harmonice revolutoria, indeqve unice nativa, ad Summates Orbis Chriſtiani*, Sacræ Cæſareæ Majeſtatis, Sacriqve Romani Imperii, ad Comitia Ratisbonenſia Delegatis, inſcripſerat atqve tranſmiſerat. Sola tandem Chriſtina, Svecorum Regina, ob eruditionem inclyta multiplicem, qvæ, regno patrio ſpreto ac ſponte relicto, ad Pontificios transgreſſa, Romæ commorabatur, A. 1685., 14000. vel 15000. Imperialibus Waſmutho donatis, & labores illius remunerari, & operis editionem promovere, conſtituit; commendante hoc ipſi, qvi Tabulas oculis perluſtraverat propriis, Johanne Paulino Olivenkrantzio, Conſiliario ejus intimo, & ſupremo ditionum Germanicarum Gubernatore (17.). Cujus *Relatio de Opere novo Aſtro-Chronologico D. M. Waſmuthi*, Romam ad Chriſtinam miſſa, & a Waſmutho, ejus permiſſu, A. 1686. (18.) publicata, elogiis hisce, præter alia, iſtud ornabat hyperbolicis: *Nunqvam in re ulla naturali par opus extitit, nec credidiſſem ullum hominem tantum præſtare potuiſſe, niſi id vidiſſem jam præſtitum. - - Nemo verum curſum Solis invenit, ante hunc Autorem, multo minus illum, non per annos tantum, ſed per ſingulos dies, ab ipſo primo creati Solis puncto, deſcripſit, ſicut ipſe fecit, & dictum curſum ita periodis ſuis naturalibus incluſit, ut nullo negotio, ſi mundus durare deberet in perpetuum, deduci pari modo poſſit. Tanta fuit ſapientia & potentia Creatoris, ſibi in æternum ſemper conſtans; qvam ſi circa Solem indagare potuiſſe maximi fuit æſtimii, certe in curſu Lunæ hoc efficere ita humano ingenio arduum eſt, ut deſperati ſit operis, ob varios & perplexos hujus ſideris motus. Sed in Tabulis Waſmuthi jam hos invenire licebit, ita in ordinem redactos, ut nihil veritati, nihil certitudini, amplius deſit. Invenies ibi omnes Lunationes ab initio Lunæ conditæ, omnes phaſes, omnes motus, periodicos, ſynodicos, anomaliſticos, draconticos, omnesqve ex his exiſtentes differentias, ita enucleatas, ut nihil, qvod ſcire velis, deſiderare poſſis. Et admiraberis, in his omnibus, tantas variationes ſibi ſemper correſpondentes, & in ſimiles recurſus concluſas. Vis invenire ſtatum Solis & Lunæ, dato qvovis tempore? Tabula monſtrabit. Vis, dato ſolis & Lunæ ſtatu, ſcire tempus? ex Tabula diſces. Omnes omnium Aſtronomorum factæ obſervationes, antiqvæ & novæ, in hunc calculum coincidunt. - - Verum in Chronologicis adhuc qvid divinius obſervare datur, qvod nullum in tota S. Scriptura Hebræa ſit tempus annotatum, qvod, ſecundum Waſmuthi calculum, in ſuum verum annum, menſem & diem, non incidat; qvod non tantum ipſius Chronologiam confirmat, ſed ex ipſa Chronologia firmat Scripturam. Et videtur hoc huic Autori datum eſſe, ut, ſicut, ante aliqvot annos, integritatem & autoritatem Textus Hebræi, contra Capellum, Waltonum & Conringium, doctiſſimo ſcripto, aſſeruit, ita jam divinitatem Scripturæ ſacræ, contra Atheos, ex principiis naturalibus, cœlo ſcilicet & tempore, etiam id non cogitans, adſtruat. Etiam in reliqvis omnibus, ad Chronologiam facientibus, tanta ubiqve eſt & exactitudo & claritas, ut, qvicqvid aliis Chronologis obſcurum fuit, ipſorumqve mentis aciem hebetavit, hic planum invenias, & nulli difficultati ultra obnoxium. De toto, qvod veriſſimum eſt, dixerim, ita Aſtronomiam Chronologiæ, & Chronologiam Aſtronomiæ, invicem famulari, ut ex aſtris tempus, & ex tempore aſtra, mirabili modo cognoſcere liceat. De Computo autem Calendarii qvid aliud dicam, niſi ſummopere optandum eſſe, ut orbis Chriſtiani Magiſtratus hanc lucem agnoſcant, & unanimi conſenſu (qvi in re ad omnes ſpectante omnino reqviri videtur) id efficiant, ut annus, menſis & dies, tandem in terris numerari poſſint eodem, qvo in cœlis currunt, calculo; ne amplius figmentis ingenii noſtri contra veritatem & naturam pugnemus. Sit hoc reſtitutæ rei temporariæ complementum, &, qvod privata cœptum, publica autoritate in publicam*

(16.) *p.* 33. (17.) V. Waſmuthi Hauptſchlüſſel aller Zeiten der Welt *p.* 3. 4., & J. W. Petræi *Monum. Waſm. p.* 2. 18. 19. (18.) *in plagula dimidia.*

blicam concedat utilitatem. Hæc de Opere dicenda habui: de Autore taceo, cum tantum adſit rei teſtimonium, atqve ipſe ea ſit integritate, ut ultro fateatur, in hoc opere ſe orando, qvam ſtudendo, plura effeciſſe, atqve libenter agnoſcat, rem, omnem humani ingenii captum excedentem, ſine ſpeciali divinæ gratiæ afflatu perfici non potuiſſe. Tot ſeſqvipedalibus encomiis Miniſtri ſui principis perſvaſa Chriſtina, Waſmutho, ad opus ſuum luci ſiſtendum publicæ, munificentia, & calcar addidit, & ſumptus ſuppeditavit neceſſarios, vere regia, imo, ut ſibi iſtud inſcriberetur, & Chriſtinianum a ſuo appellaretur nomine, permiſit, his tamen conditionibus, noſtro in Epiſtola Gallica, Romæ d. 15. Mart A. 1687. exarata, inculcatis, ut omnia, Pontificiorum dogmatis Calendarioqve Gregoriano oppoſita, ex eo expungerentur, Franciſciqve Leveræ, Mathematici Romani, Reginæ olim familiaris, honorifica in eodem fieret mentio. Literis Reginæ Gallicis additæ erant Latinæ Aſtronomi cujusdam Romani, Cenſoris ab illa electi, qvænam e ſpeciminibus operis, jam editis, ea jubeat expungi, indicantes, & de Opere ipſo hanc ferentes ſententiam: *Opus eſt immenſi & erudituſſimi laboris, maxime ſi tuis periodis (uti dicis) reſpondent magnæ Chronologicæ mutationes, ſignanter annorum ſabbathicorum. Qvas tamen libentius vidiſſem cœleſtibus obſervationibus ac Mathematicis demonſtrationibus comprobatas; cum unicuiqve liceat, ſub incertitudine temporis a mundo creato, initium ſeculorum ſibi fingere; & unusqvisqve putet, ſignanter in Chronologicis, de qvibus nulla dari poteſt Mathematica demonſtratio, opinionem ſuam eſſe veriorem. - - Nihilominus ingenium tuum ſummopere laudando, hac in parte crederem, labores tuos typis dari condignos.* Interceſſit pro Waſmutho, in Literis ad Reginam Gallicis, Olivenkrantzius, & Calendarii Gregoriani, ab Aſtronomis tantum qvibusdam concinnati, impugnationem Eccleſiæ religioniqve Pontificiæ nihil afferre detrimenti, monuit. Verum Chriſtina, in reſponſoriis, d. 24. Maji A. 1687. datis, & trito illo: *Qvod ſcripſi. ſcripſi,* mentem ſe non mutaturam indicantibus, argumenta, adverſus Calendarium allata Gregorianum, ſibi non ſatisfacere profeſſa, Olivenkrantzium, ſi Waſmuthus iſti atqve Pontificiorum dogmatis oppoſita nolit expungere, argentum qvidem promiſſum ei juſſit perſolvere, ſed hiſce conditionibus, ut opus non ſibi (vanam e ſcripto hæretico haud aucupanti gloriam), ſed Deo, inſcribat, ſuiqve, & munificentiæ ſuæ, nullam in eodem faciat mentionem. Waſmuthus ipſe, Zelotes licet adverſus alios, ſuis haud applaudentes placitis, importunus, hic tamen admodum ſe facilem præbuit, &, Virgiliani illius (*Tuus, o Regina, qvid optes, explorare labor, mihi juſſa capeſſere fas eſt*) memor, ne ſpes munificentiæ regiæ ſe fruſtraretur, Chriſtinæ, d. 23. Apr. A. 1687., ſe prompte, qvæcunqve Religioni Pontificiæ, Faſtisqve Gregorianis, contradicere videri poſſint, eſſe expuncturum, per Epiſtolam eſt pollicitus, neminemqve ſimul Mathematicorum propius Franciſco Levera, Reginæ familiari, & *Primaromi Aſtronomiæ reſtitutæ* Autore, juſtis in opere ornando laudibus, ad veritatem Chronologiæ ſuæ acceſſiſſe profeſſus. Parem προθυμίαν Pontificiis haud arridentia ex opere ſuo tollendi, Cenſori Romano, in reſponſoriis, eodem die 23. Apr., eſt teſtatus, &, ad captandum hujus favorem, ſe Patritii Romani eſſe nepotem; iſtudqve opus, a ſedecim jam annis, omnes ſibi animi, corporis ac fortunarum, vires & bona exhauſiſſe, illi ſignificavit. Cum hoc pacto & Reginæ, & cenſori, eſſet ſatisfactum, illa, tribus Epiſtolis Andr. Galdenbladii, Secretarii ſui, Gallicis, Romæ d. 24. & 31. Maji ac 7. Junii A. 1687. exaratis, eum, promiſſa hæc ſibi fuiſſe gratiſſima, ac Olivenkrantzium qvam citiſſime pecuniam ipſi perſolvere eſſe juſſum, certiorem reddidit. Cenſor autem, uti Epiſtola ejus, d. 20. Junii A. 1687. ad Reginam ſcripta (cujus, uti & præcedentium omnium, hactenus ἀνεκδότων, ἀπόγραφα ab Amico mihi ſunt transmiſſa, me docuit, ſe itidem in Reſponſo Waſmuthi acqvieſcere, opusqve ejus ſumptibus edi poſſe regiis, indicavit, diſſenſum tamen ſuum ab illo, circa Annum Chriſti natalem, eſt teſtatus, & hæc tandem adjecit: *Speramus, Nob. Dn. Waſmuthum, ea, qva pollet, ſcientia, excellentia & eruditione, Tibi eſſe ſatisfacturum.* Qvanta diligentia, qvanta animi contentione, qvantaqve aſſiduitate, Waſmuthus, tum tribus, anteqvam a Chriſtina iſto donaretur honorario, luſtris, tum triennio ſeqventi, Operi huic ſuo inſudarit Chronologico, verba docent *Programmatis funebris* Morhofiani ſeqventia: *Qvas ille curas, qvas vigilias, in hoc opus impenderit, credi vix poteſt. Improbo enim ac plane internecino labore, pluribusqve, qvam qvibus Troja expugnata eſt, annis, hanc velut Penelopes telam ſemper texuit, ut tanqvam alter Ixion, rotis & orbibus ſuis illigatus, propemodum in pœna & ſupplicio reputare potuiſſet, niſi inexhauſta veri cupiditas animum illi, in tam vaſto opere ſæpe fatiſcentem, refocillaſſet. Laudandus ſane in illo Viro fuit ſummus ille abdita penetrandi ardor, qvorum ille deſiderio angebatur. Erat illi ingenium acre, calidum, vehemens, incredibilis in laboribus aſſiduitas, pertinacia ferrea; qvi genium ſæpe ſuum fraudaret, ſomno detraheret, amoenitates vitæ pro nihilo duceret: modo ſibi in literis & in ſtudiis habitare liceret, atqve id, qvod ſibi venari propoſuerat, aliqva velut indagine, ex aliqvo latibulo erueret.* Non potuit tamen Vir tantæ induſtriæ, ob alias etiam virtutes, pietatem inprimis, morum ſvavitatem, fidem ac dexteritatem in docendo, & inſignem in pauperes (qvibus *furtim ſæpe, & per inſidias, neſcientibus & non petentibus beneficia obtrudebat*) liberalitatem, ab eodem celebratus Morhofio, totum opus abſolvere. Cum enim A. 1688. illi immoreretur, pecuniæ qvidem, a Chriſtina Auguſta donatæ, typis laminisqve æneis neceſſariis comparandis magnam partem jam erant impenſæ, ſed Tabulæ, qvibus ſolis manum impoſuerat ultimam, nuper tantum Kilonii ſub prælo ſudare cœperant. Schedarum contra, qvæ materiæ, Commentario deſtinatæ, ſumma vix complectebantur capita, reliqvarum tanta erat paucitas, tantaqve & tam inextricabilis ἀταξία, ut, an noſter Commentario adornando manus unqvam ſerio admoviſſet, pleriqve dubitarent, laboremqve iſtum ab eo, ob difficultatem, qvam prævidebat, ſummam & inſuperabilem, ſtudioſe dilatum eſſe conjicerent. Chriſtina, Svecorum Regina, menſibus qvinqve a Waſmuhti obitu elapſis, Romæ itidem extincta, Svecisqve rationes pecuniæ regiæ, operi imperfecto & nondum edito impenſæ, ab Olivenkrantzio ſuperſtite exigentibus, hujus poſtulatu Tabulæ ſolæ, in qvinqve Claſſes diviſæ, ſed nullo ſtipatæ Commentario, Kilonii A. 1692., ſub *Novi Operis Aſtro-Chronologici*, prodierunt, titulo. Qvibus tandem adjungebatur *Introductio in Tabulas Chriſtinianas, Operi Aſtronomico-Chronologico majori D. M. Waſmuthi præmiſſa, in qva* (ſi titulo credas) *fundamentum hujus Chronologiæ tam perſpicue exponitur, ut qvilibet, modice in Arithmeticis peritus, tabulas iſtas intelligere qveat;* Kilonii A. 1693. (19.) ἀνωνύμως edita, totiusqve operis delineationem exhibens ſynopticam. Qvam nec Waſmuthi noſtri, nec filii ipſius cognominis, Doctoris Medici, uti nonnulli conjiciebant, nec Joh. Wilh. Petræi, uti Gothofr. Gvilh. Leibnitius huic Operis Waſmuthiani reliqviarum editionem, præfatione auctam encomiaſtica, falſo tribuens (20.) credidiſſe videtur, ſed Sam. Reyheri, Acad. Kilon. JCti ac Mathematici, eſſe fœtum, Georg. Paſchius (21.), aliiqve, me docuerunt. De opere hoc noſtri poſthumo imperfecto, ſolas fere ſiſtente tabulas, cum in lucem prodiiſſet, & partim jam ante, diverſiſſima fuere hominum eruditiorum judicia. Deprædicarunt iſtud, & normæ inſtar ſunt

(19.) *in fol.* (20.) apud Joach. Frid Fellerum *in Otio Hannoverano p. 224.* (21.) *loco num. 8. citato.*

ſunt ſecuti, e Waſmuthi diſcipulis, Joh. Uppendorfius, Prof. Dorpatenſis, *in Sciagraphia* (de qva *Tomo I. hujus Operis* (22.) dicta conſulantur) *Chronologica ἀνεκδότῳ*, & Joach. Tiedius, Neomarchicus, cujus opera in ſupputando noſter Kilonii erat uſus, in der Einleitung zu der längſt verlangten des 1700. Jahres wahren und nimmer fallirenden Calender-Kunſt, oder der Jahr- und Zeit-Bücher höchſtnöhtigen Verbeſſerung, Stettini A. 1699. *ἀνωνύμως* edita, & a Gothofr. Wegnero (23.) commendata. E collegis Waſmuthi Kilonienſibus hederam eidem publice ſuſpenderunt Chriſt. Kortholtus, Profeſſor Theologus, Nic. Martini, JCtus, & Sam. Reyherus, Mathematicus. Qvorum primus applauſum ſuum hoc teſtatus eſt *δωδεκαςίχῳ*, ſeorſim (una cum M. Joach. Gieſii, Paſtoris Kilonienſis, Chronogrammate encomiaſtico argumenti ejusdem triplici) excuſo:

Ergo tamen fiunt, fieri qvæ poſſe negabat
Orbis? Rem miram! qvam qvi ſine numine credet
Geſtam, falletur. Multo vigilata labore
Pagina (qvis neget hoc?) Waſmuthi: ſed tamen omnem
Sudorem eluſiſſet opus, ni gratia cæli
De Cælo commentanti largiſſima pectus
Impleſſet. Sic ampla Dei benedictio tollit
Qvicqvid obeſſe poteſt hominum conatibus ullis
Religioſorum. Sic nil tam difficile usqvam,
Nil adeo abſtruſum, ſacro qvin eruat omne id
Ingenium igne calens. Læta o Germania plaude,
Cimbria plaude Viro, qvi tendit ad aſtra per aſtra.

Nicol. Martini, Collega ex Ordine Juridico ſecundus, in Elegidio, qvo Waſmuthi luxit obitum. funebri, in Aſtronomos hodiernos ferme fuit iniqvior, illosqve omnes *ab uno hoc vinci* affirmavit, qvi, ſi ipſius credas metris,

- - - nova terris myſteria pandit,
Aſtraqve ſcrutantes, qvo decet ire, docet,
Hactenus incaſſum magno qvæſita labore
Tempora, tot ſeclis perdita, reſtituens:
Perdita qvi ſeclis ſua ſecla, diesqve diebus,
Reddit, & Aſtronomi nobile nomen habet.

Majoris, qvam Poetica hæc præconia, autoritatis eſſe videtur elogium Sam. Reyheri, Collegæ tertii, ob Matheſeos peritiam ſingularem & profeſſionem publicam fide aliis dignioris, Waſmutho adhuc ſuperſtite, A. 1679. *Matheſi Moſaicæ* (24.) verbis inſertum ſeqventibus: *Feriæ hebdomadicæ, qvibus diluvium vel ingruerit, vel aliæ ejus circumſtantiæ illuſtres (qvales vix alio Scripturæ loco occurrunt) recenſitæ evenerint, a nemine hactenus vere demonſtrari potuerunt, qvod incognita fuit vera Anni Tropici qvantitas, adeoqve verorum æqvinoctiorum ingreſſus, & ab his pendentes legitimæ hebdomadum feriæ. Hæc poſtqvam, ſingulari Dei dono, & incredibili labore ſeptennali, primus feliciter reſtituit Plur. Rever. Dn. D. Waſmuth. S. Theol. & Orient. Lingg. Prof. celeberrimus, Collega noſter honoratiſſimus, inſuperqve conformes iis motus cæleſtes Solis, Lunæ & Fixarum, tam harmonicos & certis periodis revolutorios, qvam & ſemper omnium Seculorum obſervationibus reſpondentes, adinvenit (occaſione ipſi data ex Defenſione Diatribes ſuæ de LXX. Hebdomadibus Danielis), hinc e non ſolum anni hujus diluvialis, ſed etiam aliorum omnium a condito Mundo præteritorum, nec non futurorum, qvasvis ferias, cum vero loco Solis, Lunæ, Apogæi, nodorum, &c., ita in ſuis Tabulis 50. ſuperexſtructis compoſitas habet, ut, propter αὐτοψίαν, nullum eatenus mihi dubium reſtet. Iccirco commoda hac occaſione in publicum indicare, qvod ipſe vidi, volui; præſertim, qvia, celebrioribus Aſtronomis antehac communicatam laudati Operis Aſtronomico-Chronologici Waſmuthiani copiam vix inter credibilia & poſſibilia habitam eſſe, ex Cl. Dn. Autore intellexi.* Qvibus, ſubjectæqve iis, *Epiſtolæ* Waſmuthi, *de Anni diluvialis, ejusqve dierum, in Scriptura Sacra expreſſorum, Mathematica Demonſtratione*, hæc (25.) ſubjunguntur: *Ad me qvod attinet, Orbi erudito gratulandum eſſe puto, qvod expleta nunc ſint vota illorum* (Dav. Parei & Aſtronomi Itali Anonymi, qvorum loca recitantur), *qui tantum non plane deſperarunt de difficillima hac reſtitutione. Cum igitur ſæpe laudatus Dn. Waſmuthus deſideratiſſimum hoc opus Aſtronomico-Chronologicum eo perduxerit, ut cuilibet aditus & ocularis inſpectio pateat, nihil jam reſtare videtur, qvam ut conſervetur tantum Cimelium, & ad poſteros qvoqve transmittatur, ſummi alicujus Mæcenatis munificentia, qva pretioſior tanti operis editio ſuſcipi atqve abſolvi qveat.* Qvale judicium idem Reyherus, nihil Waſmuthum, ſe ignaro aut inconſulto, in opere iſto, eſſe molitum faſſus, poſt illius obitum qvoqve, in Colloqvio tulit mecum habito, eumqve primum veram anni qvantitatem inveniſſe, Tabulas autem ipſius eſſe infallibiles, & ob accuratam præcipue epocharum ſacrarum profanarumqve commendandas harmoniam, affirmavit. Imo mortem Autoris, jacturamqve Commentarii, de gloria Inventi Chronologiæ reſtauratæ (qvoad facillime ſcripto brevi, absqve tanto Tabularum & Commentariorum apparatu, potuiſſet proponi), & hujus perfectione, nihil contendebat eſſe derogaturas, cum principia & fundamenta, in qvibus nihil deſideretur, & e qvibus reliqva haud difficulter qveant deduci, juris facta ſint publici. Monebat tamen, vanam eſſe Waſmuthi de Syſtematis Aſtronomorum omnibus per ſe evertendis gloriationem, illumqve, cum laborem hunc primum aggrederetur, Matheſeos ac Aſtronomiæ plane fuiſſe imperitum, & ne diſcrimen qvidem Anni Juliani & Gregoriani, pleni ac biſſextilis, recte intellexiſſe, fatebatur, ſed & ſimul, eum, ſi accurate Matheſin calluiſſet, tanta invenire ac præſtare non potuiſſe, *παραδόξως* aſſerebat. Ex Amicis Waſmuthi reliqvis, fuſius, ac immodice qvidem ac hyperbolice, Opus ejus celebrarunt, Joh Paulinus Olivenkrantzius cujus Elogia ſupra jam recitavimus) *in Relatione de illo ad Chriſtinam, Svecorum Reginam*, Gothofredus Wegnerus, Academiæ Regiomontanæ Theologus (eum veram anni qvantitatem primum detexiſſe itidem perſvaſus), *in Diſſertationum Hiſtorico-Philologicarum (Lipſiæ A. 1696. editarum) Qvarta de Triduo mortis Chriſti* (26.), *in Diatriba* (qvæ Regiomonti A. 1700. prodiit) *de Emendatione Calendarii, a Corpore Evangelico inſtituta* (27.), & *in Pio Deſiderio*, Biponti A. jam 1681., ſub *Georg. Finwetteri* larvâ, publicato (28.), ac Joh. Wilh. Petræus, in toto fere *Monumento æternaturæ memoriæ Viri magni, Matth. Waſmuthi, ſacro*, A. 1688. Kilonii excuſo. Qvorum ultimus, in ſcripto iſto mere Panegyrico, per Wilh. Ern. Tenzelium, *in Dialogis menſtruis anni 1689.* vernaculis, Menſe Decembri (29.), argumentum illius, adjecta cenſura, exponentem, ſub accuratum vocato examen, dextreqve paſſim refutato, in Opere Waſmuhtiano, ejusqve Autore, ſupra humanam fere conditionem extollendis, præcipue ampullatur, juſtumqve modum excedit. Chronologiam noſtri Myſteriis accenſet (30.) grandibus, de qvibus Daniel capite XII. ſit vaticinatus, multos temporibus venturos ultimis, in iis, qvæ ſibi obſignata eſſe Dominus voluerit, multam lucem & ſapientiam viſuros. Imo, cum nonnemo alterius religionis ſit faſſus, *arcanum hoc Chronologiæ, a ſeculo imperſcrutabile, & tot Labyrinthis implicitum, tanti eſſe momenti, ut confidenter aſſerat, non niſi a* חסידים, *ſeu delectis Dei & Eccleſiæ veræ filiis, tantam inveniri poſſe veritatem, &, ubi ab Autore aliqvo inventa fuerit, ibi qværendam eſſe eccleſiam veram & univerſalem*, inventa autem hæc ſit a Waſmutho, Theologo Lutherano, uti ipſe credit, argumentum inde pro veritate religionis Lutheranæ, ſed minus firmum, mutuari non dubitavit.

(22.) *pag. 708.* (23.) *loco num. 15. citato, p. 61. 62.* (24.) *p. 66. 67.* (25.) *p. 124. 125.* (26.) *p. 245. 250. & alibi.* (27.) *§. 48., p. 58-62.* (28.) *p. 53. 54.* (29.) *p. 1165-1205.* (30.) *p. 12.*

vit. Elogia alia Petri plurima, his etiam ſplendidiora, ſtudio brevitatis prætereo, & Elegos tantum ejusdem ſeqventes adjicio (31.):

Hactenus incertis fluxerunt ſecula metis,
Et ſua neſcivit tempora uterqve polus.
Julius erravit multisqve Gregorius horis,
Errat Tycho, errat Scaliger, errat Arabs.
Et numeri numerorum, & qvi numerantur ab illis,
In nullo nunc ſunt, qvotqvot erant, numero.
Unicus hic Wasmuth cunctando reſtituit rem,
Et ſua temporibus tempora reſtituit.
Hic cunas Mundi, & naſcentis initia motus,
Inqve ipſis tenebris vidit inire diem.
Credite poſteritas: Hic unus temporis Atlas.
Menſuris juſſit legibus ire viam.
Neve ullus potuit numeris irrepere lapſus,
Cum ſibi concordent Biblia & aſtra ſimul.
Arcanum cœli prodit res tanta favorem,
Wasmuthusqve Dei hoc ipſe fatetur opus.
Ne tenta innumeras numeris includere laudes,
Metiri humanum non valet ingenium.
Ipſe, ſui menſura, ſuis ſe laudibus ambit:
Wasmuthium extollet non niſi Wasmuthius.

Toti *Monumento* idem Petræus Inſcriptionem hanc ſubjunxit ἄμετρον, ingenioſam qvidem, ſed in conatibus Amici celebrandis modi itidem oblitam:

Matthiam Wasmuthum, octavum mundi miraculum, attolle Fama; ſi altius tolli poteſt, qvi ſuper aſtra ſedet. Exiguo hic corpore magnam animam circumferens Vir prope divinus fuit: qvi uno hoc ſe hominem probavit, qvod mortuus; dignus omnino, qvi ſecula viveret, qvi ſecula in ordinem redegit. Domi ſuæ clauſus mundum fugit, ſat habere ſe ratus in cœlo, qvod qværeret. Unde nemo illo longius profectus, utpote qvi vaſtiſſima aſtrorum regna pertranſiit; nec ante numerando qvievit, qvam, ſecundo emenſo, in tertium cœlum raptus, myſticos cœleſtis Hieroſolymæ numeros, & Antiqvum dierum, inveniret. Reliqvit autem, ut gratus hoſpes ſolet, Mundo Chronologiam, at qvantam! Ignorabat ætatem ſuam ſeneſcens mundus, temporumqve ſuorum prodigus in diem vixit, præteritorum incurioſus ſcrutator, ea, qvæ ante pedes fuere, ſolum proſpiciens. Unus hic, cœli & temporum vindex, deducta e Cœlo & ſcriptura veritate, ipſum creationis momentum ſic determinavit, ut Orbis jam ſuos legere poſſit natales. Hic ſolus, clauſa temporum ſigilla recludens, Librum Naturæ & Scripturæ ſic aperuit, ut alter alterius ſit teſtis, uterqve vero ſibi; cum Chronologia ipſius Scripturam, cum Scriptura Chronologiam ejus, confirmet. Imo, ut Chriſtiani hæc credant, Gentiles, de calculo convicti, album calculum addunt. Nam, qvas, patiente Chriſto, Areopagita tenebras notavit, illo ipſo, ac ſi in Ægypti ſpecula adfuiſſet, tempore, eadem feria & hora fuiſſe illas, docet. Miraris? majora audies. Immenſam ævi ſpeluncam, profundam illam primorum temporum noctem, primus ingreſſus primum diem attulit, elapſisqve ſex horariis tenebris, Lucem in occaſu ortam vidit. Qvam perſpicacem, creditis, illum in luce futurum, qvi in tenebris hic oculatus fuit? Proh vero! qvanta in typis & antitypis miracula! Qvam ſibi tempora temporibus reſpondent! qvæ ignorata tua Chronologia neſciuntur & frigent. Laudant te Theologi, qvi Hebræam ſanctitatem Germanus nobilitas, nec apicem de verbo, nec accentum, dimittens. Stupet te Aſtronomus: ſine Trigonometria enim aſtrorum motus monſtras, errantes ſtellas ſine errore ſectaris, Solemqve fugientem, & vagam Lunam, celeri mente tua antevertis. Stupet Chronologus, dulci jam oſculo excipere ſe Chronologiam & Aſtronomiam æqvo curſu fluentem. Miratur Oriens, miratur Cadens, ex Arcto talem Solem prodiiſſe, qvi in meridiem faces mittat ſuas, & ſplendoris ſui orbe orbem totum illuſtret. Vidit etiam Romæ ſtellam hanc, in Septentrione ortam, Septentrionalis illa Sveciæ Regina, ac, magnitudine ingenii magnitudinem operis dimetiens, ultra Scaligeros, Ptolemæos & Soſigenes, ob numerandi artem in magno numero habitos, majus qvid in Wasmutho invenit. Unde, ne lateret abſconditum illud a mundo myſterium, obſtetricante Magno Olivenkrantzio, Regia manu pretium & decus tabulis addidit, tabulis æternitatis inſcribenda. Cave credas, humano potuiſſe hoc fieri ingenio. Dei opus eſt, non hominis. Unde Wasmuthus, veritatis amantior qvam ſui, Deo duce, lacrymis vialibus, labore comite, veritatem, qvam in cœlo qvæſivit, in Scriptura invenit. Hinc non poterat humile de ea loqvi, ne vel de Deo minus ſentire, vel de veritate guſtata dubitare, videretur. Fax ergo hæc veritatis lucet. Illuminare Juda: venit, qvi venturus eſt, Chriſtus. Venturum docet Daniel, ventum Wasmuthus. Crede Athee Scripturæ, cui aſtra credunt. Vagare Præadamita, ultra Adamum non effugies. Fuge Capelle, fuge Voſſi, cum ſeptuagenaria Interpretum manu. Græcam illorum fidem, ex Computo Hebræo, unus Wasmuthus prodit, & unus proſternit. Gaudete Calendariographi: nunc annus, menſis & dies, eodem, qvo in cœlis currunt, calculo numerantur. Mutate numeros veſtros, ne ipſum hos mutet tempus. Gaudete, qvotqvot inſidum ſulcatis pelagus: Hic Paradiſi filius ex meridiano paradiſiaco invias maris vias, longitudine inventa, ſecurus tranſit, ac curva omnia & obliqva corrigit: non vano augurio, ſublata temporum confuſione, confuſam Babelem mox deſituram. Sed deſine calame, laſſaris, non ſeqveris. Tantas Viri laudes Orbis non capit. Hæc enim qvi præſtat, non tam laudandus eſt, qvam colendus. Tu vero Wasmuthi, abi & qvieſce, donec in fine dierum, in ſorte tua, cum Daniele, reſurgas.

Arriſit Petræo præſertim ſententia Wasmuthi, qva, ſuas ſecutus hypotheſes, Anno O. C. 5580., ſive æræ Chriſtianæ 1739., qvoniam illo qvadrans Apocataſtaſeos univerſalis abſolveretur, ſtellæ fixæ verſus ortum moverentur, magnaqve in cœlo qvies obſervaretur, ſi non ipſum judicium extremum, magna tamen & ſtupenda orbi imminere, obſcurius in Tabulis excuſis, audacius autem, & ingenti fidei παῤῥησίᾳ, in colloqviis familiaribus, literisqve ad ſe, aſſeruerat. Hinc enim Petræus, Chiliaſmi Hyperaſpiſtes noſtris temporibus præcipuus, anno illo 1739., velut initiali regni Chiliaſtici, Judæorum converſionem, & Eccleſiæ in Orientem reductionem, una cum Fatis hujus aliis melioribus, expectandas eſſe, colligebat (32.), ſed conjectura, uti a Tenzelio (33.) oſtenſum eſt, debili ac minus ſolida. Calculum tamen ſuum & illi, & Wasmutho (qvem Antichriſti interitum ad A. C. 1739. retuliſſe teſtatur), adjecit Joh. Jac. Zimmermannus, Chiliaſta itidem eruditus ac celebris, in Animadverſionibus ad Thomæ Burneti *Theoriam Telluris ſacram*, Germanice a ſe translatam (34.). Qvi etiam, *in Immota Veritate Millenarii ſancti*, D. Aug. Pfeifferi *Antichiliaſmo*, ſub larva *P. Chriſtiani*. A 1692. ſermone oppoſita Germanico (35.), opus Wasmuthianum, Petræo tamen cautius & modeſtius, verbis commendavit ſeqventibus: Was vor eine göttliche Weißheit aus der verſtändigen und gründlichen Calculation offenbahret werden könne, hat, in dieſem Seculo, die vortreffliche und in der gantzen Welt berühmte Arbeit des in Chriſto ſelig ruhenden Herrn D. Wasmuths, in ſeinen Tabulis Chronologicis, gezeiget, die, wenn ſie gleich (durch gerechtes Gerichte GOttes über die undanckbahre

Welt,

(31.) Leguntur *p.* 3. & 4. (32.) V. Petræi *Monum. Wasm. p.* 5. 6., *Nubem Teſtium veritatis de regno Chriſti glorioſo, L.* 3., *p.* 157., Myſterii ἀποκαταστάσεως πάντων (A. 1700. ἀνωνύμως editi) *Partem III. p.* 4., & *Hiſtoriam Vitæ propriæ Germanicam p.* 84. (33.) *in Dialogis menſtruis anni* 1689. *Germanicis, M. Dec. p.* 1170. 1171. (34.) *lit. Bbbb.* 1. *b.* (35.) *p.* 123.

Welt, die den Chriſten-Nahmen nennet) nicht ohne Mangel, und auch nicht vollführet, dennoch denen, die auf GOtt und ſeine Wege achten, Hofnung machet, es werde an dem ſeyn, daß der getreue GOtt eine mehrere Offenbahrung ſeiner Weißheit, in dergleichen Calculationen und Zeit-Rechnungen, geben werde, die Richtigkeit des Sinns ſeiner göttlichen Prophezeyungen zu erkennen. , In qvibus uti nævis qvibusdam illud laborare monuit, ita, *in Animadverſionibus ad Theoriam Telluris Thomæ Burneti* (36.), Autoris in Annorum calculo notavit inconſtantiam, ita ſcribens: *D. Waſmuht* ſtatuiret einen ſpiralem aſcenſum oder ſublimationem terræ, und deſcenſum oder humiliationem Solis, aus dem Ricciolo, doch aber alſo, daß es bey der anfänglichen Creations-Zeit und heutiges Tages einerley bleibet. Dahero auch ſeine Jahre einmahl wie das andere bleiben, auſſer daß ſolche anders ſind in ſeiner Tabula ſummaria, die bey ſeinen Lebzeiten gedrucket worden, als in deren, ſo nach ſeinem Tode herauskommen; da dieſe von jener ſo viel abgehet, und den Aſtronomis wieder beykommt, ſo viel er gehalten, daß ſie von ſeinem Anno vere nativo abgiengen. Bernh. Pet. Karlium (37.), Trajanum Boccalinum τὸν ψευδώνυμον (38.), aliosqve Encomiaſtas Operis hujus Aſtronomico-Chronologici obſcuriores, prætereo; ſolo, cujus ſeorſim mentio injicienda videtur, excepto Lieuwio Wilhelmi Graaſio, Harlinga Weſtfriſio, Nauta Batavico illiterato. Is, fama de opere Waſmuthi ſparſa permotus, Kilonium ad illum abiit, &, cum hypotheſes ejus Chronologicas pariter atqve Aſtronomicas, ipſomet docente, cognoviſſet, vendita Hamburgi nave, ad Belgas redux, non iſtas ſolum omnibus cœpit commendare, Tabulasqve moliri Aſtronomicas, iis congruas, ſed & Methodum locorum Longitudines inveniendi, earundem ductu, a ſe eſſe excogitatam, ubiqve jactavit. Inventi hujus ſui (qvod nemini detegere voluit privato) indicium Weſtfriſiæ primum, patriæ ſuæ, ac deinde Belgii fœderati univerſi, faciebat, Ordinibus, præmiumqve ingens, ab his olim inventori promiſſum, audacter poſtulabat. Colloqvium de iſto Hagæ, cum qvibusdam ex Ordinum conſeſſu delectis, duobusqve Mathematicis, Chriſt. Hugenio ac Burchero a Volder, A. 1689. juſſus inſtituere, his, licet multa de ſuis Waſmuthiqve jactaret arcanis, neutiqvam ſatisfecit, & nihilominus de re bene geſta in Narratione gloriatus eſt vernacula, eodem A. 1689. ſub hoc edita titulo: Eenvoudig en Onverfalſcht Verhaal van t'vorgevallene in Gravenhage, ter Vergaderinge van de Hoogmoog. Herrn de Staaten General der Vereenigden Nederlanden, over't Aanwyſen van't Vinden der Lengte van Ooſt en Weſt, en de ware Tyd-Rekeninge. Huic Bernh. Fullenius, Acad. Franeqveranæ Mathematicus, qvi hominis imperitiam, propoſito illi problemate, e Tabulis ſolvendo Waſmuthianis, jam ante deprehenderat, Epiſtolam mox A. 1689. oppoſuit Belgicam, fraudem ſubeſſe monentem, novumqve ſimul Annum Waſmuthianum dierum 365., Horarum 5., Min. 34., S. 17., fundamento probantem deſtitui (Brief aan een voornaam Heer in Frieſland, inhoudende, behalven een Verhaal van't geene, omtrent het Ooſt en Weſt, van Lieuwe Willems Graaf, voor Commiſſarien van haar Hoogmoog. iß gepaſſeert, oock eenige Redenen, die genoegſaam ſiin, om te doon geloven, dat van Lieuwe Willems Uitſindinge niets ter Werelt is geapprobeert, en, up ſolcken Voet, alſe voorgeſtellet word, noit eenig Approbatie te verwagten zy). Epiſtola iſta Fulleniana, qvam Graafius, in Epilogo Verſionis ſuæ Belgicæ *Tabulæ* Waſmuthi *Chronologicæ ſummariæ*, ſub titulo eenes Korten Begrypes van de allgemeene Herſtellinge des Tiids paulo poſt publicatæ, ſtylo maledico trium inſimulabat mendaciorum, a D. Balth. Beckero, Eccleſiaſta Amſtelodamenſi, vindicata eſt in Relatione pro Fullenio apologetica, ſecundæ illius editioni, A. 1689. Amſtelodami (39.) excuſæ, adjuncta. Cui cum Epiſtolam ad Beckerum, in famam Fullenii denuo injuriam, Graafius A. 1690. oppoſuiſſet, hæc etiam a Beckero, in Apologetica poſteriore, una cum priore (ſub titulo *Deſcriptionis Methodi, qva L. W. de Graaf. ad longitudinem Locorum inveniendam, utendum eſſe exiſtimavit*), Amſtelodami A. 1692. (40.) edita, & *Diſqviſitioni ſuæ de Cometarum præſagiis* Belgicæ auctiori (Onderſoek van de Betekeninge der Kometen), ſubjuncta, confutabatur (41.). Satis proinde tuto haud credi poteſt narrationi de Graafio iſto, longe in illum proniori, a Joh. Wilh. Petræo (42.), verbaqve hujus, non allegati, deſcribente Georg. Paſchio (43.), profectæ ſeqventi: *Acceſſit etiam ex Hollandia experientiſſimus Statuum Confœderatorum Argonauta, qvi, licet Aſtronomiæ & navigandi peritiſſimus, fama tamen ſtupendi operis Waſmuthiani permotus Kilonium profectus eſt, atqve, ab ipſo edoctus, in conſeſſu magno venerandorum doctiſſimorumqve virorum, Amſtelodami, cauſam illius commendavit, & cum admiratione omnium propoſuit. Promiſſa huic illico, uti res tanta etiam merebatur, magna pecuniæ ſumma, ſi inſuetam ac inaditam per Mare magnum viam compendioſam rectiſſimamqve, in tot multorum navigantium ſalutem, inveniret: qvam etiam, percepto ex Tabulis Theologi noſtri vero meridiano paradiſiaco, & vera Maris longitudine obſervata, tentaſſet, niſi liberum mare inopinatis Gallorum Anglorumqve motibus fuiſſet recluſum.* Recitatis hactenus Elogiis Operis Waſmuthiani Aſtronomico-Chronologici, qvæ a ſolis ferme Autoris Collegis, Amicis ac diſcipulis, profecta ſunt, honorificis, & magnam partem hyperbolicis, ſeqviora Virorum qvorundam ſummorum atqve eruditiſſimorum de eodem ſubjungemus judicia, plus forte, qvam illa, fidei apud prudentes inventura lectores. Qvamprimum promiſſa tot de illo magnifica a Waſmutho coeperant ſpargi, & per Ideas Sciagraphiasqve, Tabulis, nondum tunc editis, præmiſſas, orbi literato innotuerant, Mathematici ferme omnes, ac Viri pleriqve alii judicii accuratioris eruditi, an reſtitutio Chronologiæ pariter atqve Aſtronomiæ, a tot Heroibus fruſtra tentata literariis, & captum humani propemodum ſuperans ingenii, a Theologo, ſcientiarum Mathematicarum exiguam, ac nuper demum, ſibi parare aggreſſo peritiam, adeoqve in iis adhuc tyrone, poſſet expectari, haud immerito dubitabant; præſertim cum hypotheſes ejus non novis, qvas ipſe nunqvam inſtituerat, obſervationibus inniterentur Aſtronomicis, ſed conjecturis, qvas, velut oracula, omnibus obtrudebat, audaciſſimis. Qvid Cenſor Romanus Pontificius, a Chriſtina, Sveciæ Regina, electus, ejusqve Collegæ, hic deſideraverint, ex Epiſtolis Roma ad noſtrum miſſis, ſupra jam eſt expoſitum. Nec defuere, qvi, Aſtronomos hosce Italos, eo tantum fine, Chriſtinæ, ut ſumptus editioni operis impenderet, ſvaſiſſe perhiberent, qvo Autor illius Germanus atqve Lutheranus, ob conatus ſuos, laborioſos qvidem, ſed vanos ac fruſtraneos, ab omnibus irrideretur eruditis (44.). Joh. Hevelius, Aſtronomorum tunc Phœnix, an iſtud, uti a G. G. Leibnitio, cujus verba paulo poſt recitabimus, traditur, refutaverit, dubito. Non crediſiſſe tamen eum, promiſſis a Waſmutho ſatisfactum iri, e verbis Epiſtolæ ad Virum Angliæ eruditum, cum Societati Anglicanæ illius de opere ſuo ad Amicum Dantiſcanum literas, ſibi communicatas, transmitteret, A. 1674. exaratæ, patet ſeqventibus: *Titulus* (operis Waſmuthiani) *eſt perqvam ſplendidus, miraqve Aſtronomis & Chronologis pollicetur; ſed, num res ipſa promiſſis reſponſura ſit, eſt qvod valde dubitem. Profecto, ſi præſtare ea poſſet, omnes Aſtronomos maxima cura & moleſtia, multoqve labore, qvi nos interdiu noctuqve torqvet, liberaret, nec foret opus in poſterum cœlos tanto ſtudio contemplari. Qvid veſtratibus, rerum cœleſtium inſpectoribus, hac de re videatur, num-*

qve

(36.) *lit. Bbbb. 2. b.* (37.) *in Diſſ. de Germania literis artibusqve nulli regioni ſecunda p. 30.* (38.) *in Judicio ex Parnaſſo de triga Scriptorum recentium,* A. 1689. (*in 4.*) Coſmopoli edito, *num. I.* (39.) *in 4.* (40.) *in 4.* (41.) V. Recenſum ſcripti Beckeriani *in Actis Eruditorum Lipſienſibus, Tomo II. Supplem., Sect. 9., p. 428 - 432.* (42.) *in Monum. Waſmuthiano p. 2.* (43.) *loco ſupra n. 8. citato.* (44.) V. W. E. Tenzelii *Dialogos menſtruos anni 1689. vernaculos, M. Dec., p. 1167. 1168.*

qve hæc res, abſqve veterum & recentiorum obſervationibus, eo, qvo ille vult, deduci qveat, haud gravatim exponas, qvæſo. Qvibus gemina ſunt, qvæ, transmiſſa ſibi A. 1678. Idea operis Waſmuthiani, in Epiſtola, cujus αὐτόγραφον legi, ἀνεκδότῳ, Amico reſpondit alteri: *Qvod admodum Rev. Cl. & Excell. D. Waſmuthus tam titulum, qvam Ideam, totius eximii ſui Operis Aſtro-Chronologici, mecum communicare voluerit, ingentes habeo gratias, nihil potius exoptans, qvam ut rurſus mihi aliqvando promtitudinem meam gratiſſimis qvibuscunqve officiis conteſtandi detur occaſio. Qvantum ex Titulo dicti Operis conjicere licet, Clariſſimus Autor ardua omnino atqve magna tentat, imo maxima & mira producet, ſi omnia ex voto præſliterit. Imprimis ab immenſo labore, graviſſimis lucubrationibus, ſummisqve vigiliis, qvibus tot ac tot noctes conſumuntur, omnes Aſtronomos liberabit, ſi videlicet Annum Tropicum, nec non motum Solis Lunæqve, cætera ut taceam Chronologica, adeo præciſe, ad minuta usqve decima, determinare valuerit.* In *Transactionibus Philoſophicis* A. 1674. *Anglicanis*, qvibus (45.) Literæ Waſmuthi ad Amicum Dantiſcanum, paulo ante allegatæ, una cum præmiſſo iis fragmento Epiſtolæ Hevelii (qvi eas communicarat) prioris, ab Henr. Oldenburgio ſunt inſerta, hoc iſtis votum, loco ἐπικρίσεως ſubjicitur: *Hucusqve Dn. Waſmuthus, qvi ne ſpe & promiſſis ſuis ampliſſimis excidat, vehementer optamus.* Pari ἀδιαφορίᾳ Lipſienſes, *in Actis eruditorum anni 1687.* (46.), Opus Waſmuthianum *librum* vocarunt *admiranda plane pollicitum*, mortuoqve Autore, conclamatum fere de illo eſſe, in *Actis anni 1691.* (47.), verbis judicarunt seqventibus: *Waſmuthus* $\frac{18}{28}$. *Nov. A. 1688. tempori valedixit, beatæqve æternitatis compos factus eſt. Utinam non ſimul illa decollaſſet ſpes, qvam orbi erudito de Annalibus ſuis* (cœli ſcilicet & temporum) fecerat. *Nam, licet Clariſſ. Sam. Reyherum, eorum qvondam encomiaſten, obſtetricantes manus fœtui illi poſthumo adhibiturum, non pauci crediderint, parum tamen abeſt, qvin hodie ab omnibus de editione operis laborioſiſſimi conclametur.* Majori παῤῥησίᾳ Waſmutho ſuperſtiti vitia defectusqve laboris ſui, Epiſtolis compluribus elenchticis, ſed ἀνεκδότοις, indicarunt Mathematici duo Cimbriæ inclyti, Dan. Lipſtorpius, Lubecenſis, J. U. D., & Dethl. Cluverus, Slesvicenſis, ſe de ſalute Tabularum ejus, & Aſtronomica, & Theologica, deſperare, in una iſtarum profiteri haud veritus. E qvibus Cluverus, in Colloqvio familiari mecum deinde habito, eum, qvem ſolida Aſtronomiæ contendebat deſtitui peritia, Epiſtolarum ſuarum excerpta, ſed mutila, omiſſis qvæ contra ſe facerent, ſcriptis hujus argumenti inſeruiſſe jam editis, qverebatur, ſeqve Schediaſmate aliqvot plagularum exiguo fundamenta Operis integri everſurum minabatur. Poſt obitum Waſmuthi, Dan. Georg. Morhofius, Collega ejus celeberrimus, qvi defuncto Programmate de vita illius funebri, publico Prorectoris & Senatus Academici Kilonienſis, parentabat, nomine, mentionem qvidem huic Operis imperfecti inſeruit aliqvam, ſed talem, qva, ſe non multum ei tribuere, non obſcure ſignificavit. Poſtqvam enim de Emendationis temporum difficultate fuſe diſſeruerat ferme inſuperabili, qvid noſter, *rem omnem ſe confeciſſe perſvaſiſſimum habens*, a ſe præſtitum hic eſſe jactaverit, hiſce verbis expoſuit: *Qvare prodigio proximum videtur, qvod ſe Tabulis ſuis indagaſſe B. noſter Waſmuthus, magna rerum ſuarum fiducia, nobis teſtatus eſt, teſtanturqve alii, qvi ejus rei experimenta ceperunt. Nam, aſſumpta certa Anni qvantitate, poſitoqve Mundi conditi principio, ita continuo illo tenore anni decurrunt, ut, qvod ipſe vivus ſæpe narravit nobis, omnes lunationes, æqvinoctia, eclipſes veterum novorumqve temporum, admirabili concentu conſpirent; qvem accuratiſſimum emendandi temporis characterem divinitus docebat Scaliger.* Tantum vero abeſt, ut hanc Autoris gloriationem applauſu ſuo ſuffragioqve dignatus ſit Morhofius, ut ἐποχὴν potius ſit profeſſus, & ſeqventia ſubjunxerit: *Non deerunt, ubi lucem opus viderit, pii eruditiqve cenſores: ne nos domeſtico teſtimonio jactantius aliqvid dixiſſe, aut immaturo præjudicio orbis eruditi ſuffragia præcipere, videamur.* Nec certe defuerunt poſtea, Tabulis jam editis, Cenſores complures eruditi, ſed omnes fere iniqviora de labore Waſmuthiano tulerunt judicia. Anno enim mox ſeqventi 1689. Wilh. Ern. Tenzelius, *in Dialogis* illius *menſtruis Germanicis*, *M. Martio* (48.), non ſolum Caſp. Heuniſchium, Eccleſiarum urbis Svinfurtenſis Antiſtitem, in Chronologicis verſatiſſimum controverſiis, lecta operis Waſmuthiani *Sciagraphia*, Kilonii A. 1684. excuſa, Refutationem ejus confeſtim adornaſſe, ante iſtud edendam, retulit; ſed & ipſe, ſolos Mathematicos Italos illud, a nemine Germanorum, Anglorum, Batavorumqve, approbatum, ſuo proſeqvi non dubitaſſe applauſu, eſt miratus. Imo, *Menſe Decembri* eorundem *anni 1689. Dialogorum*, in recenſu *Monumenti Waſmuthiani*, a Joh. Wilh. Petræo publicati, critico prolixo (49.), complures Waſmuthii, in opere hoc, tantopere per Petræum celebrato, propoſitas opiniones muſteas erroris convicit, &, Sam. Reyherum, a qvo olim erat commendatum, laborem illius perficiendi detrectaſſe, monuit. Paſſim præterea ibidem a Tenzelio ei, Autoriqve, exprobrantur Calculi trigonometrici, in Chronologicis neceſſarii, neglectus, Hypotheſes meris petitionibus principii, Sacri Codicis ſuffragio deſtitutis, innixæ, ſtylus obſcurus atqve intricatus, & concentus cum Matthæi Beroaldi *Chronologia* (qvam viri doctiſſimi improbarunt, & Scaliger *fanaticam* appellavit), non tam in computandi qvam probandi modo, harmonicus. Gothofr. Gvilh. Leibnitii judicium, & de Autore, & de Opere, teſte Joach. Frid. Fellero (50.), tale fuit: *Monſ. Waſmuht etoit un homme ſimple & viſionnaire. Il croyoit d' avoir trouvé un grand threſor dans la Chronologie, qvoyqve cela fût d' abord refuté par Mr. Hevelius - - Mr. Peterſen, qvi eſt du même calibre, a fait imprimer ce qve Mr. Waſmuht avoit laiſſé, avec une preface, pour rendre ce livre recommendable aux ſavants.* Conr. Sam. Schurzfleiſchius ita de noſtro in *Epiſtolis* judicavit *arcanis* (50.): *Vasmuhtius rationes temporum expedire non potuit, inops a doctrinæ ſubſidiis, & in profana hiſtoria peregrinus, tantoqve inſtituto impar, qvem temporis & impenſæ poenitere debuiſſet.* Et in alia paulo poſt Epiſtola (51.): *Chronologia ejus ſtomachum mihi movet, qvia rationes temporum, & notiones ipſius artis pervertit, neqve ab diſciplinis ſubtilibus & reconditis inſtructus, qvarum in dimetiendo cælo, & ſupputando ſiderum motu, uſus eſt; ſine qvibus nihil conficiamus recte, & in concordiam redigamus: ut vellem theſaurum hunc domi ſuæ abditum, tenebrisqve clauſum & obrutum, habuiſſet. Nunc enim pro theſauro carbones vident, qvi theſauri potiundi ſpe ducebantur.* Nec ab his diſſentit Joh. Alb. Fabricius, qvo judice (52.), *in opere, in herba ſtatim ſuppreſſo, neqve ultra Specimen atqve Introductionem edito, eruditis non ſatisfeciſſet Vir ſuis magis hypotheſibus addictus, qvam veterum diligenti tractatione & expenſione comparatus ad res, qvas illi tradunt, ad eorum mentem, certo tempori aſſignandas.* Plures hujusmodi cenſuras aliorum prætereo, & hoc unum addo, Matthiam Flachslandium, Paſtorem in ditione Marchionum Badenſium Hochbergenſi Brogginganum, A. 1699. promiſiſſe *Emendationem Calendarii Gregoriani & Cycli Paſchalis, hypotheſibus* non tantum *Copernicæis, Tychonicis, Lilianis, Voigtianis, Weigelianis & Kirchianis*, ſed etiam *Waſmuthianis, oppoſitam*; qvæ tamen lucem nondum vidit publicam (53.). Sed juſto diutius Digreſſioni de Opere noſtri Aſtronomico-Chronologico (de qvo Wilh. Ern. Tenzelius etiam (54.), Gothofr. Wegnerus (55.) & Georg. Paſchius (56.) poterunt conferri)

(45.) *p.* 74. *& ſeqq.* (46.) *M. Sept.*, *p.* 465. (47.) *M. Apr.*, *p.* 163. (48.) *p.* 367. 368. (49.) *p.* 1165-1205. (50) *in Otio Hannoverano p.* 224 (50.) *T. II.*, *Ep.* 135., *p.* 197. (51.) *ibid.*, *Ep.* 137., *p.* 202. (52.) *in Bibliographia Antiqvaria, c.* 7., *p.* 184. 185. (53.) V. de illa *Nova Literaria Lubecenſia, M. Jan. A.* 1700. *p.* 9. 10. (54.) *loco n.* 49. *citato.* (55.) *loco n.* 15. *citato*, § 48., *p.* 58-62. (56.) *loco n.* 8. *citato.*

ferri) ſumus immorati. Redeundum nunc nobis ad hiſtoriam vitæ Waſmuthi Autoris, huic labori, ob nimiam in eo continuando diligentiam & aſſiduitatem, anteqvam abſolvere eundem poſſet, poſt morbum diuturniorem immortui, & ἀὐτοχειρίας idcirco ſubtilis literariæ a Morhofio accuſati, in *Programmate* ita ſcribente *funebri: Morbus ipſum diuturnus, a bona & per totam vitam commoda valetudine invaſit, cui ille aſſiduis laboribus, nullo plane recreationis intervallo intercisſis, forte jam a multis annis fomitem ſubminiſtraverat. Ita ſcilicet res ſunt comparatæ illorum, qvibus hoc vitæ genus, vel ratio, vel fors objecit, ut tacita qvadam & ſvavi ἀὐτοχειρία ſe ipſos conficiant. Nam, dum nimiis meditationibus a corporis miniſterio avocant ſpiritus, dum immoderata diſcendi cupido coqvit verſatqve pectus, ſinguli de natura illorum dies & horæ aliqvid limant ac decerpunt. Toto pene anno morborum qvædam ſyndrome Beatum noſtrum ſenem oppugnaverat, magna virium dejectio, perpetua ſtomachi faſtidia, impedita concoqvendi facultas ac propemodum exſtincta, vomitiones crebræ & vehementes, ἀγρυπνία, &, qvæ ipſa per ſe morbus eſt, ſenectus.* Accelerasſe præterea mortem videtur luctus immodicus, qvem ex obitu Filii natu majoris, Johannis Georgii, Oratoriæ Sacræ in Academia Kilonienſi Profesſoris, in qvo ſpes omnes pene repoſitas habebat, ſeptimeſtri circiter ante ſe tempore, die 26. Apr. A. 1688., cum ipſemet jam decumberet, extincti, ſubito qvaſi fulmine proſtratus, ſentiebat (57.). Morbo tandem ingraveſcente, ſpem ſanitatis, ut Chronologicum perficere opus poſſet, recuperandæ, qvam ſubinde conceperat, ac, verbis Manoæ (Jud. XIII. 23.), Davidis (2. Sam. XV. 25. 26.) Pauliqve (Phil. I. 22.), uſus, prodiderat, abjecit (58.), &, voluntate ſua ad divinam conformata, die 18. Novembris, anno ætatis 64., æræ autem Chriſtianæ 1688. (in cujus locum præcedens 1687. a W. E. Tenzelio (59.) perperam ſubſtituitur), placide expiravit. *Memorabilia* qvædam *notatuqve dignisſima, paulo ante beatam mortem, ei, jam intra temporum æternitatisqve confinia poſito, excidisſe*, non *in Programmate* ſolum *funebri* traditur Morhofiano, ſed fuſius etiam confirmavit, qvi, cum Conjuge ſua, famam tot ſcriptis ſacris adepta ingentem, Johanna Eleonora Merlavia, moribundo per aliqvot dies aderat, D. Joh. Wilh. Petræus, Superintendens tunc Lüneburgenſis (60.). Qvi eum, qvatriduo ante obitum, Chronologiæ ſuæ ſibi detexisſe fundamenta, deinde autem, poſt ſermones alios, pietatis infucatæ lætitiæqve ſpiritualis, jubilis etiam freqventer proditæ, indices, ſecum, non de Vitæ ſolum æternæ cœleſtisqve Hieroſolymæ felicitate, ſed univerſali etiam, qvam ſperabat, Judæorum converſione, ac fatis melioribus, Eccleſiæ anno forte mundi 5880., vel æræ Chriſtianæ 1739., expectandis, eſſe collocutum, teſtatur. Non multo poſt, uti ab eodem narratur, cum, omnibus, qvi aderant, valedicens, ſingulis benedictiones ſuas cœpisſet impertiri, Merlaviæ, ut ſibi etiam benediceret precanti, Spiritum gratiæ divinæ ſeptemplicem (ex Apoc. I. 4.), marito vero ejus, Petræo, Spiritum gloriæ & Dei, ſuper ipſum qvieturum, additis (e Gen. XLIX. 26.) Jacobi Patriarchæ de Joſepho verbis, eſt apprecatus. His rite peractis, teſte Petræo (cujus locum exhibeo integrum) *jubebat prælegi ſibi canticum B. D. Phil. Nicolai* (Wachet auf, rufft uns die Stimme), *qvod de cœleſti Sione compoſuit: qvorum verborum emphaſin, ſe conſortem illius ſanctisſimæ urbis futurum prævidens, interjecta ſui acclamatione, ſæpius commendabat, cumqve deventum eſſet ad ultima verba* (Des ſind wir froh, io io, ewig in dulci jubilo), *ibi pia anima Regi ſuo, & incolis cœleſtis Hieroſolymæ adjubilare cœpit, alta voce repetito iſto pæane, jo jo, atqve Halleluja & Hoſianna canens, jactatis inter ſe manibus, clarum ſonum reddentibus, ſvavisſime ingeminavit, & in Chriſto Jeſu, ſalutari ſuo, placide indormiit.* Rem noſtri qvod attinet domeſticam, duas habuit uxores, Dorotheam, D. Joh. Tarnovii, Theologi Academiæ Roſtochienſis eximii, filiam, A. 1658. ductam, &, qvam illi mortuæ A. 1671. ſubrogabat, Gertrudem, patre gaviſam M. Sigismundo Philone Schelhammero, ædis Petrinæ Hamburgenſis Archidiacono. E poſteriori nullos ſuſtulit liberos, e priori autem filios duos, Johannem Georgium, ante Parentem, eodem tamen, qvo ille, anno, ſicut modo narrabatur, extinctum, & Matthiam, artis Medicæ Doctorem Practicumqve Kilonienſem, eidem luſtro tantum ſuperſtitem unico.

Vitæ illius enarrarunt hiſtoriam, ad A. usqve tantum 1666. D. Chriſt. Kortholti, Profesſoris Theologi Kilonienſis, *Programma* eodem anno *Diſputationi* ipſius præmiſſum *inaugurali*; totam vero, ad obitum usqve, M. Joach. Gieſii, Paſtoris Kilonienſis, Sermo funebris in Pſ. CXVI. 7. 8. 9. Germanicus, ſub titulo der Himliſchen Academie des Allerhöchſten Kilonii A. 1689. *in 4.* excuſus, ac Dan. Georg. Morhofii τοῦ πάνυ *Programma exeqviale*, A. 1698. Hamburgi, *in Orationum Programmatumqve Morhofianorum Syntagmate, P. II., num. 69., p. 858-869.*, Lipſiæqve A. 1705., in Henr. Pippingii *Sacro Decadum Memoriæ Theologorum renovatæ Septenario, Dec. II. p. 255-267.*, recuſum. E qvo (qvod & nos potisſimum ſecutos eſſe fatemur) ſynopticas ejusdem narrationes Wilh. Ern. Tenzelius (in der *Curieuſen Bibliotheck, Sect. 11. & 12. A. 1705., p. 881-884.*), Joh. Franc. Buddeus (*T. IV. Lexici Hiſtorici Germanici p. 605.*) & Erdm. Uhſeus (in den Leben der Kirchen-Lehrer des XVI. und XVII. Seculi *p. 989. 990. 991.*), exhibuerunt.

Panegyricum potius eſt qvam Biographicum, D. Joh. Wilh. Petræi, Superintendentis tunc Lüneburgenſis, *Monumentum æternaturæ memoriæ Viri magni, Matthiæ Waſmuthi, ſacrum*, Sermone partim ſoluto, partim ligato, ſcriptum, &, cum Epigraphe ἀμέτρω, ſupra a nobis recitata, Kilonii A. 1688. *in fol.* impreſſum: cujus recenſum elenchtico-criticum in Wilh. Ern. Tenzelii *Dialogis menſtruis anni 1689. Germanicis, M. Decembri, p. 1165-1205.*, invenies.

Metrice eum celebrarunt Collegæ Kilonienſes in *Epicediis*, junctim A. 1688. excuſis, Dan. Georg. Morhofius *in Poematio de Ente rationis heroico joculari, illi inſcripto*, & Roſtochii A. 1663., Kiloniiqve deinceps aliqvoties, edito, nec non *in Elegia in Inſtitutionem ejus Accentuationis Hebrææ, p. 617. 618. 619., & Jambis in obitum p. 518. Operum Poeticorum* obviis, ac Laur. Normannus, Theologus Upſalienſis, *in Carmine gratulatorio in Hebraismum illius reſtitutum*, cum *Epiſtola ad ipſum*, Holmiæ A. 1673. *in 4.* impreſſo.

Conferri etiam de illo poſſunt, præter Autores in Vitæ jam allegatos hiſtoria, Scriptaqve ipſius, Herm. Conringii, Aug. Pfeifferi, & aliorum, de controverſiis ſuis, ἐριστικὰ ἀμοιβαῖα, in Scriptorum paulo poſt memoranda Indice, Henn. Wittenii *Diarium Biographicum Seculi XVII., Tomo II. p. 1 8.*, Joh. Wilh. Petræi *Nubes Teſtium veritatis de regno Chriſti glorioſo, Lib. III., p. 157.*, & *Hiſtoria Vitæ propriæ Germanica p. 83-86.*, Trajani Boccalini τοῦ ψευδωνύμου *Judicium ex Parnaſſo de triga Scriptorum recentiorum* (Matth. Waſmuhto, D. G. Morhofio & Chriſt. Thomaſio), Cosmopoli A. 1689. *in 4.* editum, *num. 1.*, Cornelii a Beüghem *Bibliographia Mathematica p. 148.*, Jac. Frid. Reimanni *Introduct. ad Hiſt. lit. Germanorum vernaculæ Pars III., Sect. I., p. 310-313., & Sect. II. p. 383 387.*, *Iſagoge* noſtra *ad Hiſt. Cimbr., P. I., c. 13., §. 4., p. 201., & P. IV., c. 1., §. 4., p. 366. 367. 370.*, & Alb. zum Felde *Analecta Disqviſitt. ſacrarum, Orat. V. de Ordinis Theol. Kilon. meritis p. 230. 231.*

ELOGIA.

Lipſienſibus (*in Actis Erud., M. Sept. A. 1687., p. 465.*) *Theologus* audit *celeberrimus*.

Theologis Hafnienſibus (*in Judicio* de controverſia cum Conringio, *Anti-Conringii* ejus *inſerto Appendici, p. 80.*) *Virorum doctisſimus*.

Joh.

(57.) V. D. G. Morhofii *Programma* de vita filii hujus *funebre*, & Georg. Henr. Götzii Weinenden Vater bey dem Grabe ſeiner Kinder *p. 74.*
(58.) V. Joh. Wilh. Petræi *Monum. Waſmuth. p. 1.* (59.) in der Curieuſen Bibliotheck, *Sect. 11. & 12. Anni* 1705., *p.* 883. (60.) *in Monumento Waſmuthiano p.* 6. 16. 17. 18., *& in Hiſtoria Vitæ propria Germanica p.* 83-86.

Joh. Henr. Hottingero (in Epiſt. ad Ericum Mauritium, in eadem *Appendice p. 84.* obvia) *Vir celeberrimus & doctiſſimus, qvi præclara haud vulgaris Lingvarum Orient. peritiæ dedit ſpecimina.*

Tob. Wagnero (*in Examine Atheismi ſpeculativi p. 73.*) *Hebraismi vindex dexterrimus.*

Abr. Calovius, in *Diſcuſſione Chronologiæ Chriſt. Ravii p. 60.*, eum *Hebraicæ literaturæ* vocavit *ſcientiſſimum*, & *p. 67.* ita de illo pariter atqve Ravio ſcripſit: *Amicus uterqve mihi eſt, & a multis annis fuit, ob rariores ingenii dotes, & excellentem in literis Orientalibus eruditionem.* Idem A. 1676., *in Leſſu Hab..korniano p. m. 21.*, Theologis illum orthodoxis ſuperſtitibus annumeravit præcipuis.

Chriſt. Kortholtus, in Epicedio, *Kilonienſis* eum *Lycei decus immortale, mundiqve totius lumen*, ſalutavit, *nobile*, & *ob raram pietatem, candorem, ingentemqve probitatem*, commendavit.

Joh. Fechtius, *Orat. II. de ſtudio Biblico, D. Juſti Chriſtoph. Schomeri Exegeſi in Epiſtolas Pauli minores ſubjuncta, lit. Hh. 4. b.*, *Hebrææ* illum *Philologiæ* accenſet *heroibus*; &, in *Epiſtola*, M. Chriſt. Diet. Haltermanni *Diſputationi* Roſtochienſi *de Formulis Juramentorum Judaicorum* A. 1701. adjecta, hoc ornat elogio: *Qvis Waſmuthi in variis literarum palæſtris (utinam longiore vita coronata!) ignorat Merita?*

Joſvæ Arndio, in Carmine Grammaticæ Ebrææ illius præmiſſo, *Prægrande* audit *decus Cimbrumqve ſuumqve*, &, in *Jambis Vindiciis S. Hebrææ Scripturæ ſubjectis, Literarum ſingularium decus.*

El. Vejelio (im Beytrage zu *Speneri Piis Deſideriis p. 161.*) Ein fürnehmer Orientaliſte.

Ant. Reiſero (*in Diſſ. de Antitheismo p. 312.*) *Hebraismi reſtitutor, & S. Scripturæ vindex dexterrimus & feliciſſimus.*

Joh. Bened. Carpzovio juniori (in *Programmate Lipſienſi, A. 1670. Orationi Hebrææ Johannis Sauerbrey præmiſſo, p. 4.*) *Vir doctiſſimus, & optimus veritatis Hebraicæ Vindex.*

Aug. Pfeifferus, *in Epiſtola ad eum*, Witebergæ A. 1667. edita *p. 3. 4.*, illi *Zelum pro divina veritate, & originalis textus αὐθεντία. ſatis non collaudandum, inſignem eruditionem, ac præclara in rem literariam merita*, tribuit, atqve, in *Exercitationibus Biblicis p. 123.*, *Nobile literaturæ orientalis lumen & columen*, *in Critica* autem *ſacra, c. 4., p. 117.*, *Textus Scripturæ authentici defenſorem acerrimum*, eum appellat.

Joh. Wilh. Petræus (cujus Inſcriptionem encomiaſticam totam in Vitæ jam recitavimus hiſtoria), *in Monumento memoriæ Waſmuthi ſacro*, nimias illi laudes ſtylo admetiente panegyrico, eum *p. 1. Virum* ſalutat *Magnum & Deo dilectiſſimum; p. 2. Ævi noſtri Salomonem, ultra cedros & hyſſopos ſapientem; p. 4. Virum, qvi a natura unus omnia videtur eſſe adeptus, qvæ in aliis diſperſa & ſingula deprehendimus, propriumqve ſuæ virtutis id eſſe eſt teſtatus, agere, qvæ rara aliis atqve admirabilia videantur, qviqve, ſi viveret, magni totius Orbis intereſſet; p. 12. Virum deſideriorum, & unum ex dilectiſſimis Deo filiis; p. 16. Curam Sionis ſanctiſſimam, atqve clarum chori Theologici Phosphorum, dignum*

- - ut auratis celebris ſcribatur in aſtris,
Et monumenta illi figat uterqve polus.

Ab eodem, *Parte III. Myſterii ἀποκαταστάσεως πάντων p. 4.*, vocatur Ein groſſer berühmter und gottſeliger Mann; &, in Hiſtoria vitæ propria Germanica p. 83., Ein ſeeliger und in der Welt ſehr berühmter Herr; *in Nube* autem *Teſtium veritatis de Regno Chriſti glorioſo, l. 3., p. 157.*, verbis celebratur ſeqventibus: *Beatiſſimæ memoriæ Matth. Waſmuthus, Vir vere magnus, Hebraicam lingvam, & Chronologiam ex ea, reſtituit, & reſtitutionem populi ſancti, in ultimis temporibus in Chriſtum credituri, in ſcriptis ſuis, & nupero ſcripto poſthumo, credere ſe ſatis demonſtravit.*

Laur. Normannus *Carmini gratulatorio*, paulo ante allegato, Anagramma hoc nominis ejus adjecit Anapæſticum monometrum:

Matthias Waſmuthius, Theologus, deperditæqve Accentuum Ebræorum doctrinæ unicus Inſtaurator.

• • •

Vah ovat ecce Tua laus, ac tot Hederis dignus Es, qvot reperis Miranda: tuum & Vivat nomen, Cum ruit orbis.

Joh. Joach. Zentgrafius (*in Vindiciis incorrupti Codicis Hebræi contra Marcum Meibomium p. 37.*) eum Viris accenſet Hebræi idiomatis peritiſſimis.

Gothofr. Wegnero (*in Diſſ. de Emendatione Calendarii, a Corpore Evangelico inſtituta, §. 48., p. 58.*) *Vir* audit *toti orbi erudito notiſſimus & celeberrimus.*

Thomæ Bartholino (*Diſſ. VII de Libris legendis p. 225*) *Literaturæ Hebraicæ clariſſimus & peritus Doctor.*

Joh. Dan. Majori (in *Epiſtola Diſſertationi de Catena Jovis aurea adjecta*) *Vir peringenioſus.*

Chriſt. Ravio (*in Judicio de Controverſia cum Conringio, in Anti Conringii ejus obvio Appendice, p. 82.*) *Communis literarum bonarum Inſtaurator.*

Joh. Friſchmuthio (in *Diſſ. de LXX. Hebdomadibus, c. 3. §. 4.*) *Illuſtris Academiæ Profeſſor celeberrimus*, & (*§. 9.*) *Vir doctiſſimus.*

D. G. Morhofio (*in Programm. funebri*) *Theologus inter Academiæ Kilonienſis decora & ornamenta merito numerandus*; nec non (*in Autoſched. Poet. p. 9.*) *Orientis gloria*, & (*in Elegia in ejus Inſtitutionem Accentuationis Hebrææ.*)

Vir, qvod Judæos, Judæorumqve magiſtros, | Qvi lingvæ ſecreta ſacræ rimatur, & unus,
Qvodqve fugit doctos hactenus, omne docens. | Perdita qvæ totus credidit orbis, habet:
Qvi ſacer æterni numerat myſteria verbi
Euclio, nec minimum Jota perire ſinit.

Gerhardo de Vries (*in Or. fun. in obitum Joh. Leusdenii p. m. 58.*) *Profeſſor meritis atqve fama celeberrimus.*

Joach. Fellero (*in Carmine in Magiſtros Lipſiæ A. 1673. creatos panegyrico p. 27.*) *Plagæ Cythereius ignis Eoæ.*

Greg. Michaelis (*in præfat. Curioſitatum inauditarum Jac. Gaffarelli, p. ult.*) præcipuis eum Eccleſiæ Lutheranæ annumeravit Theologis, & (*in Notis ad easdem p. 460.*) *Virum* ſalutavit *excellentiſſimum, Hebrææqve lingvæ Vindicem feliciſſimum.*

Gothofr. Vogtio (*in Diſſ. de SS. Triade p. 95.*) *Vir in Hebræorum ſapientia magnus* audit.

Georg. Henr. Götzio (in dem bey dem Grabe ſeiner Kinder weinenden Vater *p. 74.*) ein Stattlicher Philologus.

Leonh. Chriſtoph. Sturmio (*in Juſta Exploſione calumniarum Anonymi p. 4.*) *Celeberrimus ingenioſusqve Reſtaurator atqve vindex Hebraismi*, & (*p. 10. 11.*) *Vir ſtupendæ eruditionis.*

Dan. Haſenmüllero (*in Diſſ. de Lingvis orientalibus p. 28. Theologus & Philologus abſolutiſſimus.*

Thomæ Crenio (*P. I. Animadverſ., c. 3., §. 7., p. 44.*) *Vir incomparabilis.*

Joh. Chriſtoph. Wolfio (*T. I. Biblioth. Hebr. p. 464.*) *Vir de literis Hebraicis meritiſſimus.*

Chriſtoph. Gräfio (*in præfat. Poematum* Joh. Bonefoni, Altenburgi A. 1669. recuſorum) *Lingvarum Orientalium totius Europæ hodie peritiſſimus*; nec non (*in Dyota ſacra p. 21.*) *Potentiſſimus lingvarum Orientalium Vir & pene Monarcha.*

CENSURÆ.

Gothofr. Gvilh. Leibnitii & Conr. Sam. Schürtzfleiſchii Judicia de illo, Opereqve illius Chronologico, aſperiora, qvæ in vitæ jam recitavimus hiſtoria, illic poſſunt relegi.

Herm. Conringius, *in Vindicatione ſuorum in Epiſtola gratulatoria ad Auguſtum, Ducem Brunſvicenſem, de S. Hebræo Codice dictorum, Programmati* illius contrario oppoſita, paſſim, vindictæ ſtudio, conviciis cum ſcommatisqve exagitavit hoſtilibus; qvæ, *in Anti-Conringii Apologetici*, per noſtrum Adverſario huic repoſiti, *Proœmio p. 3. 4.*, junctim ſunt exhibita, & a nobis haud repetentur. Ab eodem, *in Præfatione Paradoxorum de Nummis Hebraicis p. 32. 33.*, *Zelota* vocatus eſt *ſchismaticus*, & *Homo ſtudiorum, qvæ ad Eccleſiæ ſalutem maxime faciunt, multum rudis, ſola autem ſua aliqva Hebraiſmi peritia valde inflatus, qvi ſibi tantum furioſas ſycophantias oppoſuerit.* Conf. *Conringiana Epiſtolica*, a Chriſtoph. Henr. Rithmeiero Helmſtadii A. 1708. edita, *p. 139.*, ubi hæc leguntur: *Raviana perinde ac Waſmuthiana multi laboris ſunt; ſed non minus levis ventuli ludibrium futura, atqve araneæ tela.*

Frid. Ulr. Calixtus, in Epiſtola ad amicum d. 17. Maji A. 1689. exarata, Waſmuthum & Esdram Edzardum, qvi parentem ſuum inclytum, Georg. Calixtum, imperitiæ ſermonis Hebræi falſo inſimulârant, Hebräiſche Narren appellare non dubitavit.

Iſaacus Voſſius, cui, ſicut & Ludov. Capello ac Briano Waltono, noſter *Vindicias S. Hebrææ Scripturæ* oppoſuerat, in *Epiſtola* ad Thom. Brunonem, Canonicum Windſorienſem, *dedicatoria*, præmiſſa *Libro* ſuo *de Oraculis Sibyllinis*, A. 1672. edito, &, cum *Libro Variarum Obſervationum*, A. 1685. Londini recuſo, vehementer in eum, nomine licet *ubiqve ſuppreſſo, eſt debacchatus, illumqve Semi-Rabbinum, Rabbiniſtam, fatuum*, & *inſignem in citandis Scriptorum locis nebulonem*, vocare haud veritus.

SCRIPTA EDITA.

I. LATINA.

Diſp. de Theologia naturali, Præſide Chriſt. Trentſchio, Prof. Philoſ., propoſita. Witebergæ 1651. in 4.

Diſp. de Bonitate tranſcendentali, Præſide M. Chriſt. Bileſeldio. Witeb. in 4. (*V. Morhofii Progr. fun.*)

Oratio de Philologia, Prid. Non. Oct. A. 1651. Witebergæ habita. Witeb. 1651. in 4. Hanc Aug. Buchnerus (cui inſcripta eſt) *eruditam & luculentam*, teſte Morhofio (*l. c.*), vocavit.

Diſp. in Pſalmum I., ab ipſo ſcripta, & Præſide Andr. Sennerto propoſita. Witeb. 1652. in 4. (*V. Morhofium l. c.*)

Diſqviſitiones duæ Ebræo-Philologicæ pro Integritate & avthentia Hebræorum fontium, ab ipſo Præſide propoſitæ. Witeb. 1653. in 4.

Grammatica Arabica, ſingulari facilitate, tamqve ſuccincte & perſpicue, præcepta Lingvæ complexa, ut menſtruo ſpatio pauculas indies horas impendens proprio Marte in ea penetrare, & feliciter memoria comprehendere, qveat. Præmiſſa eſt Parænesis de Lingvæ Arabicæ utilitate, & præſentis operis inſtituto. Amſtelodami 1654. in 4. Commendatur a Chriſt. Ravio (eam, *ob ſingularem facilitatem & perfectionem, methodumqve accuratiorem*, Grammaticæ Erpenianæ, & multis aliis, Romæ vel alibi editis, præferente) *in Admonitione, Spolio Orientis adjecta, p. 39.*, Henningo Henningi (*Parænesin* præmiſſam *terſam* vocante *& nitidam*) *in Epiſt. dedic. Muhammedani precantis*, & Aug. Pfeiffero (facilitatem illius concinnamqve methodum laudante) *in Introduct. ad Orientem, Diſp. II., p. 30.*, ac *in Critica ſacra, c. 10., p. 296.* Idem tamen Pfeifferus, *in Qvæſtionibus Philologicis, Qv. IX.*, an praxis Lingvæ Arabicæ ex illa menſtruo addiſcendæ ſpatio æqve facilis eſſet, ac idea, dubitare ſe eſt profeſſus, & Thomæ Erpenii atqve Andr. Sennerti Grammaticas Arabicas eidem prætulit. Qvod judicium, cum Waſmuthus A. 1666., *in Programmate Anti-Conringiano p. 48. 49.*, ob illud, non ſine faſtu, Pfeifferum objurgaſſet, ab illo A. 1667., *in Epiſtola ad Waſmuthum p. 9-12.*, fuſius eſt defenſum.

Panegyricus, æternitati ac perenni gloriæ & nomini Friderici, Ducis Holſato-Gottorpienſis, conſecratus. Slesvigæ 1655. in fol. *Luculentus* in *Programmate* vocatur *funebri* Morhofiano.

Programma auſpicale profeſſionis Logicæ Roſtochienſis, prælectionibus in Canones præmiſſum Logicos. Roſtochii 1657. in 4.

Oratio inauguralis pro reducenda vera Veterum Philoſophandi ratione, adverſus hodiernos vulgo literarum corruptores. Roſtochii 1657. in fol.

Diſp. Inaug. Theologica de Illuſtrioribus qvibusdam Controverſiis Theologicis Didactico-Exegeticis (α. de Perfectione S. Scripturæ; β. de Communicatione Idiomatum; γ. de Locis 2. Sam. XXIII. 1. Eſ. LIII. 9. Gen. IV. 1. Pſ. XXII. 17.), Præſide D. Chriſt. Kortholto propoſita. Kilonii 1666. in 4. Commendatur a D. G. Morhofio *in Deſcriptione actorum primæ promotionis Kilonienſis Academicæ p. 9.*, refutatur autem, qvoad ſectionem de כארי Pſ. XXII. 17., in Aug. Pfeifferi *Exercitationibus Biblicis p. 116. & ſeqq.*

Hebraiſmus facilitati & integritati ſuæ reſtitutus. I. Nova Grammatica, compendioſa ſimul & abſolutiſſima, II. Inſtitutione methodica Accentuationis Hebrææ, III. Vindiciis S. Scripturæ Hebrææ bipartitis. Kilonii A. 1666. & (titulo tantum novo præfixo) 1669. ac 1675. in 4., poſteaqve auctior, curante Henr. Opitio, Prof. Theologo Kilonienſi, Lipſiæ A. 1695. & 1714. in 4. Tribus, uti jam dictum eſt, conſtat Partibus, qvæ cum ſeorſim etiam prodierint, de qvalibet ſingulatim diſſeremus.

Grammatica Hebræa, nova ac ſingulari facilitate, 50. regulis, omnia & ſingula compendioſe ſimul & abſolutiſſime ſic complexa, ut exinde Lingva Sancta, brevi temporis ſpatio, facile etiam proprio Marte addiſci perfecte poſſit, nec aliis præterea Grammaticis aut informatione ſit opus; prout monſtrabit Præfatio de genuina plenæ & methodicæ Grammaticæ ratione, indeqve univerſo ſtudio Hebraico, a primis elementis ad felicem perfectionem deducendo. Subjuncta eſt Appendix de Idiotiſmis Syntacticis, nec non Praxis Analyſeos ad ductum hujus Grammaticæ. Seorſim prodiit Kilonii A. 1666. & 1669. in 4. Generalia illius, in ſcholarum uſum, majori typo ſunt expreſſa, reliqva vero, provectioribus reſervata, minori. Liber hic, ob methodum, qva aliorum labores Grammaticos ſuperat, concinniorem, multos paulatim invenit amatores, &, in ſcholis Academiisqve Germaniæ compluribus, τοῖς Φιλεβραίοις cœpit prælegi. Merito tamen cordatioribus diſplicuit Autoris περιαυτολόγου, & inter Grammaticos Hebræos φιλοπρωτεύοντος, αὐθάδεια, cujus inſtinctu, *in præfatione*, ac *Literis de Collegio Orientali circularibus p. 12. 13.*, Schickardi, Troſtii, Bohlii, Baldovii, Buxtorfii, aliorumqve, qvi viam ipſi ſtraverant, Scripta hujus generis, rigore ac dicacitate juſto majori, imperfectionis atqve ἀταξίας inſimulavit, proprii autem perfectionem arroganter deprædicare haud dubitavit. Index Anomalorum illius, in eadem præfatione promiſſus (qvalem deinde Henr. Opitius ſuo ſubjecit *Atrio*, mox memorando), nec non Compendium ejusdem tabulare, ac aliud *Horologii Hebræi* gaviſurum titulo, qvæ ipſum itidem pollicitum eſſe in Catalogo τῶν ἀνεκδότων indicabitur, lucem haud viderunt. Extant tamen Compendia Grammaticæ hujus Waſmuthianæ complura ab aliis concinnata. Qvalia ſunt: I. Henr. Opitii, Prof. Kilonienſis,

ſis, poſt Waſmuthum Præceptorem, Hebræi, *Atrium Lingvæ Sanctæ*, Hamburgi primum A. 1671. *in 4.* editum, ac ſæpius deinde Jenæ, Kilonii & Lipſiæ, recuſum, de qvo *Tomo II.* hujus operis, *pag. 602.*, ſub Opitii Autoris nomine, plura ſunt narrata; II. Ejusdem *Compendium tabulare Hebraiſmi reſtituti M. Waſmuthi*, ſine loci anniqve mentione in 4. excuſum, de qvo ibidem eſt dictum; III. D. Andr. Dan. Habichthorſtii, Prof. Theologi Roſtochienſis, *Compendium* illius, A. 1672. & 1691. impreſſum, & ab ipſomet (*in Roſtochio anni 1699. literato p. 28.*) allegatum; IV. Joh. Henr. Leubii, Rectoris Neoſtadienſis, *Tyrocinium Grammaticæ Hebrææ Waſmuthianæ*, Coloniæ Brandeburgicæ 1683. *in 8.*; V. M. Dan. Haſenmülleri, L. Hebr. Prof. Kilonienſis, *Janua Hebraiſmi aperta* (cujus titulum integrum *Tomo I.*, *p. 238.*, recitavimus) Kilonii 1691. *in 8.*; VI. M. Andreæ Stübelii, Conrectoris ſcholæ Lipſienſis, *Hebraiſmus in nuce, ſeu Lineamenta ſumma Grammaticæ Waſmuthianæ abſolutiſſimæ*, Lipſiæ A. 1688. *in 8.* & 1695. *in 12.*; VII. M. Gothofredi Steinbrecheri, Luzenſis Miſnici, Rectoris Torgavienſis, *Grammatica lingvæ Hebrææ Waſmuthiana ſynoptica, ſed omnium abſolutiſſima; cum Lexico Lingvæ Hebrææ Philologico-Grammatico*; de qvibus, Lipſiæ A. 1692. *in 4.* editis, Joh. Chriſtoph. Wolfii (ea commendantis) *Hiſtoria Lexicorum Hebræorum p. 181-184.* poteſt conſuli; VIII. Gothofr. Wegneri, Prof. Theologi Regiomontani, *Horologium Hebræum Waſmuthi, omnes ejus regulas iisdem verbis exhibens*, Francofurti ad Viadrum A. 1693. vel 1694. *in 8.*, uti e *Catalogis* didici *nundinalibus*, excuſum. A qvo, uti credo, haud eſt diverſa *Grammatica* (qvam celeberrimus Wolfius *l. c. p. 206. 207.* allegat) *Ebræa Waſmuthi ſynoptica*, a M. Georg. Wegnero primum adornata, deinde vero ad calcem *Januæ Lingvæ Hebrææ* V. T., a M. Chriſt. Reineccio, Ord. Philoſ. Lipſienſis Aſſeſſore, Lipſiæ A. 1704. *in 8.* publicatæ, recuſa, & præceptis Lingvæ Chaldaicæ harmonicis, ex Henr. Opitii *Chaldaiſmo*, adaucta. Qvæ *Janua* Reinecciana in hunc cenſum itidem poteſt referri, cum, teſte Cl. Wolfio, Vocum V. T. Hebræarum, librorum, capitum, verſuumqve in ordine collocatarum, radices, ac difficiliorum analyſin Grammaticam, juxta regulas *Hebraiſmi reſtituti* Waſmuthiani, exhibeat. Referri qvoqve in eundem poterit, ſi lucem jam aſpexit publicam, ejusdem Reineccii *Grammatica Hebræo-Chaldaica harmonica, ad modum Waſmuthi & Opitii adornata*, & *in Catalogo nund. Lipſ. A. 1719. vern. p. 67.* promiſſa. An Chriſtoph. Hect. Schönemanni, Meclenburgici, *Tabula ſynoptica verborum Hebraicorum perfectorum & imperfectorum, Waſmuthiana diſtinctior*, qvam Lipſiæ editum iri *Catalogus nund. Lipſ. A. 1709. nund. hybernus p. 38.* eſt pollicitus *prodierit*, itidem ignoro. Taceo Henrici Opitii *Chaldaiſmum* & *Syriaſmum* non inutili, *Græciſmum* vero minus laudabili inſtituto, eadem, qva *Grammatica Hebræa* Waſmuthi concinnata eſt, methodo propoſitos, ac jampridem editos, Præceptaqve, qvæ expectari is a ſe juſſit, Lingvarum Arabicæ & Perſicæ Grammatica, eidem harmonica; de qvibus narrationes noſtræ, *Tomo II.*, *pag. 602.*, in Vita Opitii, jam exhibitæ, plura docebunt. Præter tot ſcriptores, opus Waſmuthianum in compendium contrahere & illuſtrare aggreſſos, laudibusqve ſimul iſtud dignatos prolixis, Encomiaſtas idem qvoqve haud paucos invenit alios. Princeps horum facile eſt Laur. Normannus, Academiæ in Svecia Upſalienſis Theologus πολυμαθέστατος, qvi, Holmiæ A. 1673. *in 4.*, *Carmen* peculiare *Gratulatorium in Hebraiſmum reſtitutum Matth. Waſmuthi, opus incomparabile*, cum *Epiſtola* ad Autorem, edidit, &, in hoc, tot tantisqve noſtrum elogiis oneravit potius, qvam ornavit, ut Amici non laudatorem, ſed adulatorem agere voluiſſe videatur. Alio Opus hoc Carmine, illi præfixo, celebravit Joſva Arndius, aulæ Güſtrovienſis Eccleſiaſtes, e qvo metra adjicio ſeqventia:

Alta Palæſtinus qvæ gaza recondita tectis
Delituit, jam tota patet - - - - -
- - - - - Vincit Germanus Hebræum,
Euphratem Varnus, Jordanibus imperat Albis;
Balthica Erythræis præſultat fontibus unda,
Waſmuthio monſtrante viam! Nil reſtat, Eberi
Qvantum ſcire datur!

Gisb. Voetius & Andr. Eſſenius, Academiæ Trajectinæ Theologi, Johannesqve Leusdenius, ejusdem Philologus, *in Judicio de illo*, M. Jan. A. 1669., rogatu Autoris, ſcripto, qvod totum *in Anti-Conringii Apologetici Appendice p. 89. 90.* legitur, his iſtud verbis commendant: *Judicamus, laudatum illud opus non ſolum accurata methodo digeſtum eſſe, ſed etiam multiplici eruditione, ac ſingularis peritiæ in omnibus ad literaturam Hebraicam ſpectantibus demonſtratione, refertum: comprehendere enim Theſaurum Grammaticæ iſtius abſolutiſſimum & locupletiſſimum. - - Sic omnia ſuis regulis deſcripta ſunt accuratiſſime, regulæ exemplis comprobatæ diligentiſſime, adjectis magna induſtria ſuis exceptionibus & anomaliis; adeo qvidem, ut nusqvam hactenus a qvoqvam omnia & ſingula tam exacte & plene delineata viderimus.* Leusdenio ſoli, in literis ad Waſmuthum (*ibid. p. 88.*) *Liber* audit *eruditiſſimus & maximi laboris*, &, in aliis ad Henricum Opitium, *Atrio L. Hebr.* Opitiano præfixis. *Opus inſigne & nunqvam ſatis laudandum, qvod ſemper privatim & publice ſtudioſis commendare ſoleat.* Chriſt. Ravius, in Judicio ſuo de Waſmuthi controverſia cum Conringio (*in Anti-Conringii Appendice p. 81. 82. 83.* obvio), *Opus* iſtud appellavit *incredibiliter bonum*, & *in Catalogo Lectionum Academicarum Upſalienſium*, ſe auditoribus idem eſſe prælecturum, ſignificavit, addito hoc elogio: *Chriſt. Ravius, Berlinas, incipiet publice explicare Rev. pl. M Waſmuthi, S. Th. D., Grammaticam Hebræam, 50. regulis abſolutam, qva non datur hodie plenior, & qvæ una loco vicenarum ſufficiat: certe Cl. Troſtii, Erpenii, Baldovii, Schickardi, & Buxtorfii, vel Compendia, vel Theſauros, longe tranſcendit.* Henr. Opitius, *in Conſilio de Studio Hebræo*, ſive *Parte I. Atrii, p. 1. 2. 3.*, non ſolum, hanc Præceptoris *Grammaticam*, qvæ *Syſtema* illi audit *Grammaticum Hebræum omnium hodie perfectiſſimum, opusqve incomparabile, ab Edm. Caſtello, Edv. Pocockio, Matth. Polo, Gisb. Voetio & Joh. Leusdenio, in itinere a ſe ſalutatis literario, ſummopere eſſe laudatam*, eſt gloriatus, ſed *Tractatum* etiam peculiarem *de optimo genere Didacticæ Hebrææ & reliqvarum Lingvarum Orientalium*, ὑπεροχὴν ejusdem & prærogativam præ Grammaticis Hebræis aliis, contra Cenſores qvosdam, oſtenſurum, pollicitus. Commendarunt præterea illam Joh. Henr. Hottingerus (cui *Scriptum* audit *magno labore & judicio collectum*) in Epiſtola ad Er. Mauritium, *Appendici Anti-Conringii* Waſmuthiani *p. 84.* inſerta, Joh. Coccejus (*magni* ſe *Hebraiſmum Waſmuthianum facere* teſtatus) in literis ad Amicum, *in Heavtontimorumeno Hebræo-maſtige* noſtri *p. 77.* allegatis, D. G. Morhoſius, *in Deſcriptione actorum primæ promotionis academicæ Kilonienſis p. 7.*, Aug. Pfeifferus *in Introduct. in Orientem, Diſſ. III.*, *p. 44.* (ubi *perfectionem* ejus laudat, ac Waſmuthum *Homerum qvaſi nuce complexum eſſe*, judicat), & *in Epiſtola ad Waſmuthum p. 1.* (ubi *opus* vocatur *ut non parvi laboris, ſic nec minoris utilitatis, liberqve commendatiſſimus*), Joh. Wilh. Petræus *in Monumento Waſmuthiano p. 4.*, Joh. Henr. Majus *in Introduct. ad ſtud. Philolog.*, *c. 3.*, *p. 23.*, Gothofr. Wegnerus *in Diſſ. de Emendatione Calendarii, a Corpore Evangelico inſtituta*, *§ 48.*, *p. 59.*, Joh. Jac. Schudtius (eam & Joh. Buxtorfii *Theſaurum*, Grammaticis Hebræis præferens cæteris) *in Deliciis Hebræo-Philologicis p. 219.*, aliiqve plures, ſtudio brevitatis jam prætereundi. E qvibus tamen Pfeifferus, *in Introd. ad Orientem l. c.*, non titulum ſolum *Hebraiſmi reſtituti* merito reprehendit ambitioſum, ſed &

Grammaticam Mart. Troſtii Hebræam, ab Andr Sennerto auctam, Waſmuthianæ prætulit. Qvam ob cenſuram cum A. 1666. a Waſmutho, in *Programmate Anti-Conringiano p. 47. 48.*, invectiva προσωποληψίας accuſatus eſſet acriori, in *Epiſtola* ad hunc apologetica, Witebergæ A. 1667. *in 4.* edita, *p. 5-8.*, fuſius eandem defendit, librumqve noſtri *tituli ſui glorioſioris, ab Athan. Kircheri Lingva Coptica reſtituta mutuo accepti, non exhaurire latitudinem*, ἀμεθοδείας, Grammaticæ Troſtii & Sennerti Præceptoris animo parum grato ab Autore exprobratæ, complura paſſim oſtendere veſtigia, *nihilqve exhibere, qvod non Theſauro Buxtorfiano (ſi non explicite ſemper & actu, tamen implicite & poteſtate ſaltem) contineatur*, probavit. Præter Buxtorfium, Samueli etiam Bohlio plurima Waſmuthum debere, a Joh. Fechtio, *Oratione II. de Studio Biblico*, Juſti Chriſtoph. Schomeri *Exegeſi in Epiſtolas Pauli minores* ſubiuncta (*lit. Hh. 4. b.*) hiſce verbis eſt inculcatum: *Bohlium cum dico, Hebraiſmi reſtituti, & deducti qvaſi ad ſummum faſtigium, alterum veluti Parentem intelligo. Qvicqvid enim poſtea, vel in hac* (Roſtochienſi), *vel in aliis Academiis, Hebrææ Philologiæ Heroes, Matthias inprimis Waſmuthus, ſuper priſtinam ſimplicitatem ſapuerunt, id omne ex Bohlio, tanqvam fonte, profluxit.* Judicia noſtri de J Buxtorfii *Theſauro* & Wilh. Schickardi *Horologio Lingvæ Hebrææ* aſperiora, qvæ *in præfatione* leguntur, M. Dan Winzerus, Halenſis, in Proœmio *Dilucidationum* ſuarum *ad Horologium Schickardinum*, huic A. 1677. adjectarum, refutavit. Alios ejuſdem errores Grammaticos ſpeciales Aug. Pfeifferus, *in Introductione in Orientem* paſſim, & *in Diſſ. de Maſora p. 39. 40.*, ac M. Joh. Henr. Hänerus, Collegii Philoſ. Jenenſis Aſſeſſor, in Ἐπιμέτροις *Diſput. I. de* בת קול, A. 1673. habitæ, *num. 11. 12. 13.*, & in *Miſcellaneis Philologico-Criticis*, A. 1674. editis, *num. 8.*, horumqve *Corollariis p. 5. & 6.*, virgula notarunt cenſoria.

Inſtitutio methodica Accentuationis Hebrææ, ſolidæ perfectioni & evidentiæ reſtitutæ; qva, ad demonſtrandum Accentuum infallibile miniſterium in diſtingvendis recte S. Hebrææ Scripturæ ſenſibus, non ſolum Analyſis eorum, ſeu illatio ſenſus a poſteriori, ſed & præcipue (in iſtius fidem & evidentiam, qvæ maxime hactenus deſiderata Syntheſis Accentuum a priori inſtruendorum ſecundum praxin Biblicam, perſpicue & ſingulari nunc facilitate monſtratur Regulis XV., confirmatis perpetua inductione Exemplorum Biblicorum. Præmiſſa eſt Synopſis, cum Inſtructione ad Accentuationem hanc proprio ductu facile addiſcendam: qvo fine etiam paſſim operi inſerta ſunt Exempla Praxeos Accentuatoriæ. Seorſim prodiit Roſtochii A 1664., & (mutato tantum titulo) Kilonii A 1669. in 4., aliqvoties deinde *in Hebraiſmo reſtituto*, uti ſupra monuimus, recuſa. Compendia illius exhibuere: I Phil. Ludov. Hannekenius, Prof. tunc Gieſſenſis, *in Perſpicua de Sanctiſſimæ Lingvæ Accentibus Eruditione*, ſubnexa *Annotatis in Joſvam Philologicis*, Gieſſæ A 1665. & 1668. *in 12.* editis, de qva *Tomo* hujus *Operis ſecundo, pag 281.*, plura monuimus; II. Clamerus Florinus (qvem, una cum Hannekenio, Waſmuthi ductum eſſe ſecutum Aug. Pfeifferus *in Critica ſacra, c. 4., p. 131.*, teſtatur) *in Doctrina de Accentibus divina*, Sultzbaci A. 1667. impreſſa; III. Henr. Opitius, *in Atrio Accentuationis S. Scripturæ V. T. Hebraicæ, Inſtitutiones illius ſynopticas, cum Indice pleniſſimo Anomalorum, in Inſtitutionibus majoribus Waſmuthianis enucleatorum, ſiſtente;* de qvo Jenæ A. 1674 excuſo, ac deinde Lipſiæ, Kilonii Hamburgiqve, ſæpius recuſo, *Tomi II. pag. 602.* dicta poſſunt relegi; IV. Ad. Theoph. Overbeckius in Dem endlich gefundenen Hauptſchlüſſel zur doppelten Kunſt der Hebræiſchen Accentuation, dadurch alle Regeln und Kleinigkeiten der vollſtändigen Methode M. Waſmuthi, aus ihren richtigen Fundamentis, erörtert und aufgeſchloſſen ſind; cujus ſcripti, Wolferbyti A. 1717. *in 8.* editi, *in Catalogo nund Lipſ A. 1717. vern. p. 56.*, occurrit mentio. Subjecta eſt *Inſtitutioni* huic Waſmuthianæ Elegia D. G. Morhofii encomiaſtica, *in Operibus* etiam ejus *Poeticis p. 617. 618. 619.* obvia, & ob crebras legi digna argutias. Commendarunt eandem Chriſt. Ravius (Waſmuthum *in Accentuatione incredibile protraxiſſe arcanum, affirmans*) in Epiſtola ad Abr. Calovium A. 1670. ſcripta, hujusqve *Diſcuſſioni Chronologiæ Ravianæ præmiſſa, p. 25.*, Aug. Pfeifferus (eum, *in doctrina Accentuum, omnibus palmam præripuiſſe, & nihil intactum reliqviſſe*, judicans) *in Critica ſacra, c. 4., p. 131.*, Bernh. Pet. Karlius (eandem doctrinam ab illo *ad ſummum perductam eſſe faſtigium* perſvaſus) *in Diſſ. de Germania literis artibusqve nulli regioni ſecunda p. 12.*, & Thom. Crenius *Exerc. I. de Libris Scriptorum optimis p 17.* Nemo tamen majoris laborem hunc fecit Waſmuthianum, nemo plura de illo jactavit, qvam ipſe illius Autor, Waſmuthius, ob arrogantiam iſtam a Joh. Brunsmanno (*in Diſſ. de Accentuationis Hebraicæ diſtinctivæ novella arte p. 17. 18.*) merito notatus. Is enim, ut pretium huic majus accederet, non ſolum Accentibus Hebræis divinam aſſerere conatus eſt originem atqve autoritatem, illorumqve in vero S. Scripturæ ſenſu definiendo neceſſitatem, uſu Muſico rejecto, non ſine dictatoria acerbiſſimaqve diſſentientium objurgatione, plus juſto exaggeravit, ſed &, ſcriptis hujus argumenti, ſuo antiqvioribus, Schindleri, Junii, Buxtorfii, Helvici, ac aliorum, imo Sam. Bohlii qvoqve & Caſp. Ledebuhrii, ſpretis, & imperfectionis, difficultatis, obſcuritatis, ἀμεθοδείας errorumqve plurimorum, inſimulatis, artis genuinæ Accentuationis Hebrææ primum inventæ ſibi vindicavit gloriam. Qvam etiam adeo perfectam eſſe gloriabatur ac infallibilem, ut, ductu illius, qvilibet S. Scripturæ V. T. textus, a priori, ac Marte proprio, accentibus poſſit inſtrui, eodem illorum poſitu, qvi, deinde cum ſacro Codice collatus, accurate huic congruat. V. præter *Inſtitutionis* hujus titulum, ejus *Vindicias S. Scripturæ Hebrææ*, cum alibi paſſim, tum præcipue *Parte I. p. 7. 8. 9. 150. 151.*, ac *Parte II. p 334. 335. 348. 349. 353-361.*, talia immodice, ingentiqve confidentia atqve arrogantia, jactantes. Sed, præter diſcipulos illius ac clientes, pauci eruditorum ampullis iſtis crediderunt. Qvod enim inventionem Artis attinet Accentuatoriæ, vindicare ſibi hanc jure haud poterat, cum omnia fere ſua Sam Bohlio *in Grammatica Hebræa tabulis incluſa*, Caſp. Ledebuhrio *in Catena S. Scripturæ*, & Aug. Varenio libro peculiari inedito, ſatis diffuſo, ſed obſcuriore atqve ἀμεθόδῳ, eandem artem (uti a D. G. Morhofio, *T. I. Polyhiſt., L. 4., c. 5., p. 52.*, B. P. Karlio *l. c.*, aliisqve jam eſt monitum) ante ipſum tradere aggreſſis, debeat, & ab iſtis obſervata meliori tantum digeſſerit methodo atqve ordine. Unde Conr. Sam. Schurtzfleiſchius (*T. II. Epiſtolarum arcanarum, Epiſt. 137., p. 200.*) hanc de *Inſtitutione* ejus ferre non dubitavit cenſuram: *Waſmuthius de tonis ſive accentibus omnia fere debet Ledebuhrio: reliqva non magni ſunt momenti* Nec veriti ſunt Profeſſores Academiæ Roſtochienſis Theologi A 1684. Aug. Varenio, Collegæ ſuo, gloriam hanc inventionis, in *Programmate* de vita illius *funebri*, poſtliminio verbis aſſerere ſeqventibus: *Ab his lucubrationibus orta ſunt, præter alias obſervationes rariſſimas, deperditæ hactenus Accentuum Hebræorum doctrinæ redinventa præcepta; qvæ, poſt Celeberrimi Bohlii prima &, ut initiis accidere ſolet, rudiora tentamina, ita accurate delineata atqve expolita reddidit, ut, ſuppreſſam eorum, in privatis disjectisqve auditorum ſchedulis qvieſcentium, editionem ſibi invideri eruditus orbis merito qveri poſſet, niſi poſtmodum æmula virtutis Varenianæ Waſmuthia manus ſuum pari ſolertia atqve felicitate confectum opus vulgaſſet, qvod jacturam Vareniani laboris, perpetuamqve, cui damnatus eſt, noctem, ſuo ſplendore ſolaretur. Sed, ut iſtum Bibliopolia loqvuntur, ita nos decet Varenium noſtrum in hac cauſa non tacere, modeſtiæqve ejus etiam poſt fata ſuccurrere, qvi & prior in hac arena, nec infelicior Waſmutho, deſudavit, atqve ita duplici nomine Univerſitati noſtræ de reſtituta tam nobili Hebraicæ literaturæ parte publice gratulari.* Ipſæ Regulæ Waſmuthianæ de Accentibus

minim

minime ſunt perpetuæ, certæ aut infallibiles, ſed fallaces potius, cum non innumeras tantum admittant exceptiones, ſed & pleræqve exemplis plurimis S. Codicis contrariis, qvibus fruſtra anomalia affingitur emphatica, infringi qveant & everti. Qvalia cum Autori ſuperſtiti ab Auditoribus ſæpe domeſticis indicarentur ſolertioribus, prohibiti hi, ſicut a nonnullis eorum accepi, ab ipſo ſunt, in publicis illa ſibi objicere prælectionibus ac diſputationibus, ne origo accentuum divina, ſuæqve de uſu illorum hermenevtico doctrinæ, qvam jactabat, infallibilitas, ſuſpectæ hoc pacto aliis redderentur. Publice *Inſtitutionem* hanc de Accentibus Hebræis Waſmuthianam, ex ipſis originis eorum divinæ ac uſus diſtinctivi ſive hermenevtici patronis, refutare non dubitarunt, errorumqve variorum convicerunt: I. Elias Schneegaſſius, Gotha Thuringus, J. U D., A. jam 1675., *in Catalogo nundin. vern. p. 47., Tractatum de Accentibus Hebraicis, cum Appendice errorum Waſmuthianorum & Opitianorum, in ea materia commiſſorum,* pollicitus; II. Georg Otto Lingvarum Græcæ & Orientalium Profeſſor Marpurgenſis, *in Diſſ. de gemina Accentuatione S. Hebrææ Scripturæ, præſertim Decalogi, Sam. Bohlio, Matth. Waſmutho & Aug. Pfeiffero,* oppoſita, Marpurgiqve A. 1683. *in 4.* edita, cujus σκιαγραφίαν *Lipſienſia Eruditorum Acta, Tomo I. Supplementorum, Sect. XII., p. 634 639.,* exhibuerunt. III. Joh. Franckius, Meclenburgenſis, Paſtor Pomeranicus: *α. in Luce tenebroſa, ſeu SchediO de Accentuationis Hebrææ imperfectione, & hinc orta difficultate inextricabili, eamqve emendandi neceſſitate,* Straleſundiæ A. 1700. in fol. edito; de qvo, *Regulas Bohlii, Ledebuhrii, Waſmuthi, Reinbeckii & aliorum,* accentuatorias firmo haud niti talo aſſerente, atqve farragine exemplorum, iis reluctantium, probante, *Nova literaria Lubecenſia, M. Aug. A. 1700., p. 225. 226.,* poſſunt conſuli; *β. in Diacritica ſacra,* Lipſiæ A. 1710. in 4., cum D. Joh Georgii Abichtii, L. Hebr. Profeſſoris Lipſienſis, præfatione publicata, cujus, Waſmuthi etiam de Accentibus Hebræis placita ſæpe refellentis, erroresqve detegentis, recenſum encomiaſticum in Val. Ern. Löſcheri Unſchuldigen Theologiſchen Nachrichten, *Sectio 15. anni 1709., pag. 854. 855. 856,* invenies. Majori, qvam hi, animo ac παῤῥησίᾳ, e Theologis & Philologis Lutheranis recentioribus, non hypotheſes ſolum regulasqve Waſmuthi de Accentibus Hebræis exploſerunt aut impugnarunt, ſed etiam, Luthero ipſo, Doctoribusqve Eccleſiæ ſuæ vetuſtis, præeuntibus, eorum originem divinam, antiqvitatem textui coævam, & uſum in S. Codicis interpretatione diſtinctivum, negarunt, vel in dubium ſaltem vocarunt, magnamqve partem in locum uſus Hermenevtici Muſicum ſubſtituerunt: I. Abr. Calovius, Theol. Witeb., *in Auctario Diſcuſſionis infallibilitatis Chronologiæ Chriſt. Ravii Biblicæ* (Witeb. A. 1670. editæ), Waſmuthi de LXX. Hebdomadibus Danielis ſententiæ, regulis confirmatæ Accentuationis propriis, oppoſito, cum fuſe adverſus illam diſputaſſet, de his *p. 8.-83.* ita judicans: *Qvapropter res ipſa inprimis diſpicienda, miſſis illis Accentuum legibus, iisqve fortaſſis plane novellis, χθὲς ἢ πρώην enatis, nec ſub examen accuratius adhuc revocatis, nedum a Senatu Philologorum approbatis, in qvibus certe primus Autor, B. Bohlius, nullam ſe adhuc invenire potuiſſe ἀπόδειξιν, cum ſuam vulgaret, ingenue mihi profeſſus ſancteqve teſtatus eſt. Diſcipulus vero ejus, M. Caſp. Ledebuhr. convictor qvondam meus, cui pleræqve illæ regulæ poſt B. Bohlium debentur, iis difficultatibus implicitus hærebat, ut, in præcipuis oraculis, adverſus Chriſtiani orbis fidem, imo qvandoqve etiam adverſus authoritatem Novi Teſtamenti, ex ſua Accentuationis doctrina & adinventione, pervicaciter diſputaret, cauſamqve Judæorum, contra noſtrum in A ad Regiomontana Collegium Theologicum, literis ſcriptisqve publice ageret; qvas proinde Grammaticorum filiis excutiendas relinqvimus. Etſi interea non omnes reprobemus, nedum operam, qvæ huic ſtudio impenditur, laude ſua privatam cupiamus.* II. Andr. Sennertus, LL. Or. Prof. Witeb., *in Sciagraphia doctrinæ de Accentibus Hebræis,* ac *Hypomnematis, huic ſuperadditis;* cui, Præceptori ſuo (plus aliis ipſis tribuenti Accentibus), Waſmuthus A. 1670. nonnulla, ſed e ſuis tantum hypotheſibus, dictatoriaqve autoritate, *in Diſſ. de nomine* יהוה, *§. 10.,* ſuppreſſo illius nomine, regeſſit. III. Joh. Friſchmuthius, LL. Or. Prof. Jenenſis, qvi, *in Diſſ. de LXX. Hebdomadibus, earumqve diviſione, ex Dan. IX. 25.,* Jenæ A. 1671. publicata, toto fere *capite tertio,* Waſmuthi explicationem loci illius, e poſitu Accentuum impugnat, ipſorumqve Accentuum *ordinem inconſtantem* eſſe, *nec ſatis probatum, ætatemqve obſcuriorem & ipſis Doctoribus Hebræis novitatis ſuſpectam,* monet, horumqve conſenſu fretus, eos, *a Viris θεοπνεύστοις textui non additos, cantillationis eſſe notulas, & hunc uſum Judæis jam olim præbuiſſe,* cum aliis Viris doctiſſimis, ſtatuit. IV. Balth. Stolbergius, L. Gr. Prof. Witeb., *in Collegio Critico MS., c. 2., n. 33.* (teſte J. Brunsmanno *l. c. p. 57. 172.*), Accentus Hebræos pro invento habens mere humano, & hæc addens: *Omnia ſunt mutabilia & varia, ita ut regulæ potius deſtruantur. - - Qvi conſideraverit, qvam varium & inconſtans, qvam multis flexibus & anfractibus circumſcriptum ſit negotium, non ille credet, id a divino profectum eſſe Spiritu.* V. Aug. Pfeifferus, Superint. Lubecenſis, qvi in χειραγωγίᾳ *ad doctrinam Accentuum Ebraicorum,* Witebergæ A. 1666. editæ, *Epiſtola dedicatoria, Inſtitutionis* Waſmuthianæ Regulas XV. *mire fæcundas* vocavit, & in eadem, ac ipſa χειραγωγίᾳ *p. 15. 16. 26.,* hujusqve *Epilogo,* doctrinam ipſam Accentuum illorum haud ſatis eſſe certam, ſed ἀδιαλύτοις *qvandoqve dubiis plenam, valde intricatam, & tantum non inextricabilem,* præſertim in metricis, monuit, demonſtrationem poſitus illorum a priori textui ſacro congruam, inter ἀδύνατα retulit, *uſumqve Muſicum non contemnendis gaudere rationibus,* nondum eliſis, judicavit. Qvalia etiam, *in Introduct. ad Orientem, Diſſ. IV. Qv. 9. & 10, p. 83. 84.,* repetiit, ſe *Accentibus nec nihil tribuere, nec omnia,* uſumqve eorum agnoſcere Muſicum, profeſſus. Qvæ judicia, per Waſmuthum A. 1666. *in Programmate Anti-Conringiano p. 49. 52.,* obiter tantum, nec tamen ſine faſtu, vellicata, fuſius in ejusdem Pfeifferi *Epiſtola ad Waſmuthum apologetica,* A. 1667. Witebergæ edita, *p. 12 16.,* defenſa ſunt & confirmata, ſimulqve *p. 13.* monitum, *non parum Inſtitutioni Accentuationis* Waſmuthianæ *eſſe deceſſurum, ſi Bohlius & Ledebuhrius, qvæ ſua ſunt, repeterent.* VI. Joh. Chriſtoph Kollhanſius (a Brunsmanno *l. c. p. 173.* allegatus) *in Exercitationibus Glotticis,* Coburgi (ubi Profeſſorem agebat) A. 1675. excuſis, *p. 21.* & alibi ſæpius. VII. M. Joh Henr. Hänerus, Collegii Philoſ. Jenenſis Aſſeſſor, *in Præfat. Annotationum Joh. d' Eſpagne ad Decalogum Germanice translatarum,* & in *Obſervationibus Philologico Criticis* (A. 1674 Jenæ impreſſis), *num. 6., origini divinæ & antiqvitati Accentuum contradicens.* VIII. M. Mich. Beckius, Eccleſiaſtes & LL. Or. Prof. Ulmenſis: *α. in Diſſ. de Accentuum uſu Muſico & abuſu Hermenevtico,* Waſmutho oppoſita, ac Jenæ A. 1678. *in 4.* publicata; *β. in Disqviſitionibus tribus LVII. Pentatevchi dictorum Philologicis,* Ulmæ A. 1696. in 4. M. Aug. Herm. Franckii *Obſervationibus Biblicis,* ac *Joh. Henr. Michaelis Diſputationi de Accentibus proſaicis,* Præſide Franckio Halæ A. 1695. propoſitæ, oppoſitis, &, qvanta laborent incertitudine, qvamqve lubrico nitantur fundamento, & Accentuum doctrina, & Hermenevtica, qvæ horum ductum ſeqvitur, ſacra, accurate paſſim oſtendentibus; qvas Joh. Henr. Michaelis, Theologus Halenſis, eodem qvidem A. 1696., *in Epicriſi* illarum, ſed, qvoad hanc controverſiam, fruſtra, impugnavit. IX. Leonh. Chriſtoph. Sturmius, Conſiliarius Megapolitanus, Waſmuthi doctrinam de Accentuum officio diſtingvendi, *in Sciagraphia Templi Hieroſolymitani, P. I., c. 6., §. 18. & ſeqq.,* refellere aggreſſus, & illic a ſe dictis, adverſus Epiſtolam ἀνώνυμον M. Chri-

ſtiani

ſtiani Zoegæ, cognati Waſmuthiani, patrocinatus *in Juſta Exploſione calumniarum, qvibus Anonymus Scriptor, ſub larva Epiſtolæ ad Amicum, in Sciagraphiam Templi Hieroſolymitani debacchatur*, A. 1695. *in 4.* excuſa; X., Joh. Brunsmannus, Eccleſiaſtes Hafnienſis eruditiſſimus, unus inſtar omnium futurus, qvi non ſolum A. 1699., *in Auctario I. de LXX. Danielis Hebdomadibus*, *Phosphoro* ſuo *Apocalyptico*, qvi, ſub *Ignoti Philaletæ* larva Hafniæ tunc recudebatur, adjecto, *p. 272. 273.*, in Leges artis Accentuatoriæ de diſtingvendo Textus Hebræi ſenſu muſteas, velut *plerumqve incertas, fallaces, inconſtantiſſimas, & inductioni exemplorum ſæpiſſime contrarias*, generatim ac breviter eſt invectus, ſed librum etiam peculiarem ejusdem argumenti reliqvit poſthumum, ſingula huc ſpectantia fuſe docteqve perſecutum, Waſmuthoqve, & ejus aſſeclis, præcipue oppoſitum. In hoc, ſub titulo *Diſſertationis de Accentuationis Hebraicæ diſtinctivæ novella Arte, qva eam, ad Codicis Hebraici membra ſenſumqve ubiqve certo & tuto diſtingvenda, divinitus non eſſe datam demonſtratur*, Hafniæ A. 1708. *in 8.* edito, *Libris IV.* prioribus, contra Artem illam, duodecim argumentis dexterrime decertat ſolidiſſimis, Libris autem duobus reliqvis, non minori accuratione, rationes atqve exceptiones patronorum ejus, ac præſertim Waſmuthi, refutat contrarias. Qvi etiam a Brunsmanno, *Lib. 2., c. 2., p. 42., libidinis mentiendi, impudentiæ, nugarum, mendaciorum calumniarumqve in hoc negotio*, eſt inſimulatus, &, *c. 4., p. 58.*, accuſatus, qvod *nemo illo, ad veritatem in hac cauſa obſcurandam, confidentior fuerit & tumidior*. Conf. *Nova Literaria Germaniæ, M. Jan. A. 1709., p. 45. 46.*, ubi brevis ſcripti Brunsmanniani σκιαγραφία exhibetur. Hyperaſpiſtas qvidem nonnullos Accentuatio Waſmuthi, præter ipſummet, invenit etiam alios, ſed adverſariis in hac cauſa impares. Qvos inter Henr. Opitius, Collega ejus, *in Diſp. de Uſu Accentuationis geminæ, in diviſione Decalogi*, Kilonii A. 1677. publicata, Accentuum qvoqve Hebræorum antiqvitatem, doctrinæqve de illis Waſmuthianæ certitudinem & autoritatem, in genere, contra Kolhanſium, Hänerum, aliosqve, tueri eſt conatus; Brunsmanni autem ſcripto M. Georg. Chriſt. Dachſeltus, Alteininga Miſnicus, duas oppoſuit *Exercitationes de Accentuatione Hebræa Philologicas:* qvarum priorem tantum vidi, Lipſiæ A. 1710. *in 4.* excuſam. M. Joſiæ Henrici Opitii, Henrici filii, Eccleſiaſtæ Tonningenſis, *Vindiciæ Accentuationis Hebraicæ diſtinctivæ, qvibus eam, ad Codicis Hebraici membra ſenſumqve ubiqve certo & tuto diſtingvenda, divinitus eſſe datam demonſtratur, ſimulqve B. Matth. Waſmuthus contra nuperam Joh. Brunsmanni Diſſertationem ſolide vindicatur*, A. 1708. & 1709. *in Catalogis* promiſſæ qvidem ſunt *nundinalibus*, ſed juris nondum factæ publici.

Vindiciæ S. Hebrææ Scripturæ, in Partes duas diviſæ, qvibus I. Originalis Avthentia divina, tam Vocalium & Accentuum, qvam ipſarum Literarum S. Textus Hebræi; II. Accentuum Miniſterium ſenſus, ad genuinam Textus ſacri interpretationem ſumme neceſſarium; III. Totius S. Codicis Hebræi integritas abſolutiſſima, ſolide & evidenter aſſeruntur: Adverſus impia & imperita multorum præjudicia; imprimis contra Ludov. Capelli (*in Critica ſacra & ejus Defenſione*), Iſ. Voſſii (*in Scriptis Chronologicis*) & Briani Waltoni (*in Prolegomenis Operis Anglicani πολυγλώττου*), aſſertiones falſiſſimas pariter ac pernicioſas. Seorſim prodierunt Roſtochii A. 1664. & Lipſiæ A. 1713. *in 4.*, in *Hebraiſmo* autem *reſtituto*, & ibidem, & Kilonii (ſicut jam ante indicatum eſt) annis diverſis. Σκιαγραφίαν duarum harum partium, ſub Tertiæ, Anno demum 1669. Kilonii ſub *Anti-Conringii apologetici* editæ titulo, de qva ſuo loco mox dicetur, finem, ipſemet exhibuit. Commendarunt eas publice, præter Joſvam Arndium (cui *Liber* audiunt *ſeculis cunctis invidendus*) *in Carmine Jambico*, illis ſubjecto, Giſb. Voetius, Andr. Eſſenius & Joh. Leusdenius, Acad. Trajectinæ Profeſſores (a qvibus *doctiſſimæ* vocantur & *laborioſiſſimæ, præclaramqve laudem merentes*) in Judicio de *Hebraiſmo* noſtri *reſtituto*, ſupra allegato, Joh. Henr. Hottingerus (*in Hebraiſmo* Waſmuthi *reſtituto, magno judicio & labore collecto, magnamqve literis Hebraicis fænerante lucem, illa, qvæ Capelli & Waltoni ſententiæ jugulum petunt, propterea ἄλλων eſſe ἔξοχα, qvod optimam cauſam maſcule & dextre Vir doctiſſimus defenderit*, pronuncians) *in Epiſtola ad Er. Mauritium*, itidem jam ante citata, Joh. Leusdenius (*Vindicias* appellans *ſolidas, in qvibus Autor divinam vocalium & accentuum autoritatem luculenter, & non ſine juſto zelo, probet*) *in Philologo Hebræo p. 194.*, Joh. Paulinus Olivenkrantzius (*ſcriptum* vocans *doctiſſimum*) *in Relatione de Opere noſtri Aſtro-Chronologico p. 2.*, Ant. Reiſerus (noſtrum *Hebraiſmi ſalutans reſtitutorem, & S. Scripturæ Vindicem dexterrimum & feliciſſimum, qvi graviſſimum, qvo polleat, de Waltono, Capello & Voſſio interpoſuerit judicium*) *in Diſſ. de Antitheiſmo p. 312.*, Tob. Wagnerus (Reiſeri, haud allegati, verba ſua faciens, *argumentaqve* Waſmuthi contra adverſarios *ſolida* eſſe affirmans) *in Examine Atheiſmi ſpeculativi, c. 30., p. 73.*, Joh. Diecmannus in *Philologemate ſacro ad Gen. XLIX. 10., p. 29. 30.*, & (qvem hic laudat) Chriſt. Noldius *in Annott. ad Concordantias Particularum Hebræarum p. 1050. b.*, Joh. Bened. Carpzovius Jun. *in Notis ad Wilh. Schickardi Jus regium Hebræorum p. 102.*, Joh. Olearius, Theol. Lipſ., *in Elementis Hermenevticæ ſacræ P. I., p. 5.*, Joh. Henr. Majus (Autorem *Accentuationis miniſterium ſenſus infallibile ſolide, contra Capellum, Waltonum & Voſſium, aſſeruiſſe*, perhibens) *in Introd. ad Stud. Philol., c. 6., p. 43.*, Aug. Pfeifferus, Waſmuthum *Textus Scripturæ avthentici defenſorem* appellans *acerrimum* (*in Critica ſacra, c. 4., p. 117.*), Vindicias autem ejus Accentuum *luculentas* (*ibid. p. 132.*, *ac in Introd. ad Orientem p. 83.*), Joh. Joach. Zentgrafius (qvo judice *Vindicias* haſce *vel ſolas in hanc rem ſatis idoneas putaverit, qvi legerit*) *in Vindiciis incorrupti Codicis Hebræi, contra Marcum Meibomium, p. 20.*, Gothofr. Vogtius *in Diſſ. de Sacroſancta unius Divinitatis Triade p. 91.*, Henr. Opitius (*in ſcripto* Præceptoris extollendo modi oblitus) *in Diſp. de Uſu Accentuationis geminæ in diviſione Decalogi p. 21. 25. 28. 30. 46. 48. &c.*, Dan. Francus *in Tr. de Papiſtarum Indicibus librorum prohibitorum, c. 5., p. 76.*, Thom. Crenius (*Vindicias* vocans *doctiſſimas*, & J. Buxtorfii, Arn. Bootii, J. H. Hottingeri ac J. Leusdenii, ſcriptis contra Capellum ac Waltonum præferens) *P. I. Animadverſ., c. 3., §. 7., p. 44.*, Dan. Haſenmüllerus (cui *Liber* audiunt *aureus*) *in Diſp. de Lingvis Orientalibus p. 14.*, & plures forte alii. Sed nec Cenſores ſui illis de fuere. E qvibus Iſ. Voſſius, qvem adverſarium ſibi Waſmuthus elegerat, &, invectivis ſcommatisqve paſſim irritarat acrioribus, *in Epiſtola* ad Thom. Brunonem, Canonicum Windſorienſem, *dedicatoria*, Tractatui ſuo *de Oraculis Sibyllinis*, A. 1672. edito, &, cum *Libro Obſervationum variarum*, A. 1685. Londini recuſo, præmiſſa, majori iſta ultus maledicentia, eum, nomine contemptim ſuppreſſo, *Semi-Rabbinum, Rabbiniſtam, fatuum, & inſignem in citandis ſcriptorum locis nebulonem*, viciſſim appellavit, locaqve Hieronymi aliqvot pervertiſſe, ac ad ſuam de punctorum antiqvitate ſententiam detorſiſſe, oſtendit. Imo mirari ſe addidit, Principes Germaniæ permittere, ut Judaiſmus ita impune graſſetur, & a Lutheranis ipſe qvoqve Lutherus hæreſeos damnetur, qvod puncta Hebraica flocciſecerit, & pro commento habuerit Rabbinico. E Pontificiis Rich. Simon (*Lib. I. Hiſtoriæ Criticæ V. T., c. 13., p. 87. edit. Gall., & p. 73.* Verſ. Lat.) Waſmuthum, qvod in Waltonum, ob novitatem characterum Hebræorum defenſam, importunius inſurrexerit, virgula notavit cenſoria, illiqve & cæteris J. Buxtorfii in controverſia hac aſſeclis, *amentiam, pertinaciam & imperitiam, eamqve turpiſſimam*, exprobravit; conſentiente

Ano-

Anonymo editionis illius ſeptimæ, ſive Roterodamenſis anni 1685., curatore, in cujus *præfatione*, teſtibus Lipſienſibus (*in Actis Erud.*, *M. Febr. A. 1686.*, *p. 101.*) *bilioſis verſionum ſuarum, fontiumqve & punctorum Biblicorum, defenſoribus* annumeratur. E Lutheranis noſtro, literarum Hebræarum mutationem factam eſſe neganti, & ſententiam contrariam *P. I. Vindiciarum, p. 34-78.*, impugnanti, Joh. Eberh. Buſmannus, LL. Or., & poſtea Theologiæ, in Acad. Julia Profeſſor, ſuppreſſo licet ejus nomine, *Exercitationem* oppoſuit *de antiqvis Hebræorum literis ab Eſdra in Aſſyriacas mutatis*, Helmſtadii A. 1675. *in 4.* excuſam. In qva (ab Henr. Opitio, *in Diſſ. de uſu geminæ Accentuationis Decalogi p. 25.*, contemptim vellicata, ſed non refutata), *ſub finem*, §. *30.*, hoc de zelo Waſmuthi nimio fertur judicium: *Waltoni de Characteris hodierni, ut & de punctorum, vocalium & accentuum, novitate ſententiam ſi qvis hæreſeos & impietatis arguere non veretur, & ſe vero anathemate feriendum eſſe blaterat, næ ille nobis, & qvid hæreſis, & qvid impietas ſit, ignorare videtur, ipſe forſan non indignus, qvi, ob intolerabilem viros optimos, nihilqve tale meritos, calumniandi libidinem, publico Eccleſiæ anathematiſmo percutiatur.* Exercitationi Buſmannianæ *Corollarium* ſubjicitur, noſtro turpem Hieronymorum confuſionem (*P. I. Vindiciarum p. 44. & 67.*) verbis exprobrans ſeqventibus: *Nonnemo, S. Hieronymum contradictionis convicturus, qvaſi is* ם *clauſum Ff. VII.* μυςηριῶδες *eſſe agnoſcat, qvum tamen Eſaiam Samaritanis characteribus prophetiam ſuam exaraſſe ſtatuat, producit verba qvædam ex Hieronymi Libro de Sancta Fide contra Judæos; qvo ipſo S. noſtrum Hieronymum cum Hieronymo de Sancta fide, natione Hiſpano, profeſſione Medico, converſo e Judæo Chriſtiano ſub initium Seculi XV., ridicule confundit, & S. noſtro Hieronymo utopicum Librum de Sancta fide contra Judæos tribuit. En egregium Vindicem antiqvitatis & veritatis Hebraicæ!* Qvem errorem, ſimulqve plagium, librum non inſpectum, velut lectum, citando commiſſum, ei Hermanni etiam Conringii *Paradoxa de Nummis Hebræorum p. 49.* objiciunt. Conf. de eadem ὁμωνύμων confuſione *Homonymoſcopiam* noſtram, *Sect. II.*, *c. 6.*, §. *52.*, *p. 577. 578.*, & Joh. Chriſtoph. Wolfii *T. I. Biblioth. Hebr. p. 464. Partis II. Vindiciarum Capiti I.*, infallibilis miniſterii ſenſus Accentuum Hebræorum in exegeſi ſacra neceſſitatem interpretationibus Locorum XII. Biblicorum, velut exemplis, aſtruere conato, plures e Lutheranis contradixerunt. Verſionem enim & explicationem Loci qvarti Judic. VI. 24. novam, accentuum ductu, *p. 234. 235. 236.*, propoſitam, improbarunt, veteremqve Lutheri vindicarunt, M. Joh. Henr. Hänelus *in Obſervationibus Philologico-Criticis*, Jenæ A. 1674. editis, *Obſerv. VI.*, & M. Mich. Beckius (diſſimulato tamen adverſarii nomine) *in Diſſ. de Accentuum Hebr. uſu Muſico & abuſu Hermeneutico*, ibidem A. 1678. publicata. Loci vero Duodecimi de LXX. Hebdomadibus, *capite* Danielis *nono* memoratis, exegeſin prolixam, qvæ *p. 241-315.* occurrit, & accentuationi indem innititur, ſub examen vocarunt accuratius & refutarunt: I. Abr. Calovius, Theol. Witeb.: *α. in Auctario de LXX. Hebdomadibus*, *Diſcuſſioni* ſuæ *infallibilitatis Chronologiæ Chriſt. Ravii Biblicæ*, Wittebergæ A. 1670. *in 4.* excuſæ, *p. 70-84.* adjecto, ſive *Capite IV. Diſſertationis* (qvæ A. jam 1663. prodierat) *de LXX. Hebdomadibus*, Matth. Beroaldi oppoſito ſententiæ, curis ſecundis recognito, & additamentis contra Waſmuthum, qvi iſtam interpolavit, aucto; *β. in Annotationibus Biblicis Anti-Grotianis*, ad Dan. c. IX., *in Diſcuſſione* modo laudata *p. 60.* allegatis; II. Joh. Friſchmuhtius, LL. Or. Prof. Jenenſis, *in Diſſ. de LXX. Hebdomadibus, earumqve diviſione, ex Dan. IX. 25.*, Jenæ A. 1671. edita, *toto capite 3.* III. Joh. Brunsmannus, Eccleſiaſtes Hafnienſis, *in Phoſphori Apocalyptici*, ſub *Ignoti Philalethæ* larva publicati, & Hafniæ A. 1699. *in 8.* recuſi, *Auctario I. de Danielis LXX. Hebdomadibus*; IV. M. Pet. Brinchius *in Diſp. Chronologico-Critica de LXX. Hebdomadibus Danielis*, Hafniæ A. 1702. propoſita, *Sect. I.*, *p. 2-5.* Ipſemet ſuam hanc de LXX. Hebdomadibus ſententiam bis deinde mutavit, primum qvidem in Chriſt. Ravii gratiam, ac, non multo poſt, hujus etiam hypotheſibus rejectis, in Opere Chronologico, & ad infallibile tamen, cui ſua inniterentur, accentuationis ſemper provocavit principium; eaqve occaſione ab Ad. Tribbechovio, Collega, in colloqvio familiari (ſicut a Morhofio τῷ πάνυ olim accepi), per jocum eſt commonefactus, qvod loco infallibiliter mentirus eſſet alterutro.

Programma, qvo omnes literarum amantes ac Patronos, ad Panegyrin Hebræo-oratoriam, laudibus Illuſtris Academiæ Chriſtian-Albertinæ (*Kilonienſis*) a Thoma Troſtio, Lubecenſi, die XI. Dec. A. 1666. publice conſecrandam, invitat; eodemqve ſimul nuperis qvorundam in & extra Germaniam clariſſimorum Virorum, de Hebraiſmo & divinæ Accentuationis principio, præconceptis opinionibus ac judiciis, tam pernicioſis qvam prorſus erroneis, denuo occurrit. Kilonii 1666. in 4. Programma hoc ſeptem qvaternionum oppoſitum eſt tribus adverſariis. E qvibus *Diarii Eruditorum Pariſienſis Gallici anni 1666.* Autor, Joh. Galloeſius, ob recenſum *Tiberiadis ſeu Commentarii Maſoretici* Joh. Buxtorfii elenchticum, *Ephemeride XVI.* (*d. 19. Apr.*) exhibitum, paucis tantum paſſim verbis reprehenditur; Aug. Pfeifferus autem, Ordinis tunc Philoſophici Witebergenſis Aſſeſſor, qvod, *in Qvæſtionibus Philologicis* & *χειραγωγία ad doctrinam Accentuum Hebraicorum*, παῤῥησιαςικῶς de ſcriptis noſtri, uti ſupra jam aliqvoties retulimus, judicaſſet Grammaticis, ſuumqve ab Autore diſſenſum ſubinde eſſet profeſſus, ſub finem (*p. 46-53.*), invectiva, non ſine faſtu, objurgatus eſt dictatoria. Cui a Pfeiffero, in *Epiſtola* ad ipſum Waſmuthum apologetica, Wittebergæ A. ſeqv. 1667. *in 4.* excuſa, dextre mox atqve ſolide reſpondebatur. Potior tamen maximaqve pars hujus Programmatis (*p. 1-46.*) Herm. Conringii, Polyhiſtoris Academiæ Juliæ inclyti, *Epiſtolam gratulatoriam natalis octuageſimi octavi, ad Auguſtum, Ducem Brunſvicenſem, qva ſimul pium Principis, de nova Bibliorum verſione adornanda, inſtitutum a vanis ſuſpicionibus vindicatur*, occaſione tranſlationis iſtius Germanicæ, a Joh. Sauberto Juniore, Theologo Helmſtadienſi, genero ſuo, concinnari coeptæ, ſcriptam, ac Helmſtadii A. 1666. *in 4.* editam, ſuppreſſo qvidem Conringii nomine, ſed ſtylo juſto acerbiore, impugnavit. Cum enim in ea Conringius, Hebræi Græciqve ſermonis ſcientiam non omnibus Eccleſiarum Presbyteris eſſe neceſſariam, ſed hujus imperitis verſiones S. Scripturæ fideles atqve accuratas ſufficere poſſe, aſſeruiſſet, &, ad nævos defectusqve verſionum excuſandos, animo haud malo, ſed incautius, addidiſſet, *eam vel ipſiusmet S. Hebræi Codicis* (ob Varias lectiones, multiplices vocum ſignificationes, aliasqve cauſas) *aliqva ſui parte, conditionem eſſe, ut & ipſe laboret ſuis dubiis, & ſua qvadam incertitudine*, noſter ἀκάςματα hæc, in contemptum lingvarum, qvas docebat, vergentia, velut φοβικὰ, admodumqve pericoloſa, imo heterodoxa & hæretica, confeſtim damnanda judicabat. Oppoſuit illi Conringius *Vindicationem ſuorum, in Epiſtola gratulatoria ad Auguſtum, Ducem Brunſvicenſem, de S. Hebræo Codice dictorum ab iniqviſſimis M. Waſmuthi calumniis*, Helmſtadii A. 1667. *in 4.* impreſſam, & Senatui inſcriptam Academiæ Kilonienſis; coram qvo Waſmuthum ſimul accuſabat, eumqve, cauſa cognita ac diſcuſſa, ad publicam calumniarum, publice adverſus ſe ſparſarum, agnitionem atqve retractationem petebat adigi. Sed cauſæ forenſis cognitionem Chriſtianus Albertus, Dux Holſato-Gottorpienſis, poſtqvam Academiæ Kilonienſi, ne ſuum interponeret judicium, interdixerat, Tribunali ſupremo Gottorpienſi vindicabat aulico. Coram hoc Conringius d. 2. Martii A. 1668. actionem injuriarum, tum libello ad iſtud Latino, tum literis ad Principem Germanicis, junctim A. ſeqv. 1669., cum Epilogo, editis, Waſmutho itidem intendit, cauſamqve, rite illic diſcuſſam, æqvo judicio, per duo Collegia Eruditorum extra Cim-

briam Academica, definitum iri, reſponſo Principis certior eſt redditus, ſed ſimul, Wasmutho etiam permiſſum eſſe Apologetico, contra ipſius *Vindicationem*, procul omni verborum acerbitate, conſcripto, jurisqve facto publici, rem ſuam pro virili agere, monitus. Qvod cum accepiſſet, & Menſe præterea Septembri A. 1668., judices de ſolis injuriis, non autem de Controverſiis utriusqve Theologico-literariis, & erroribus, harum occaſione, interpretatione Locorum *Epiſtolæ gratulatoriæ* perverſa, ſibi affictis, ſententiam laturos, edoceretur, adverſariiqve *Anti-Conringius* (de qvo mox dicetur) *apologeticus, Vindicationi* ſuæ repoſitus, & Programmate longe iniqvior atqve contumelioſior, interim jam produxiſſet, actionem coeptam, velut inutilem, in foro ulterius proſeqvi noluit. Cujus conſilii cauſæ ab ipſomet, *in Epilogo Actionis injuriarum* editæ, fuſius ſunt expoſitæ.

Vindiciarum pro S. Hebræo Textu Anti-Capello-Waltonianarum Pars Tertia, ſive Anti-Conringius apologeticus, ſolide vindicans ab his deſtructoribus: I. Integritatem abſolutam & certitudinem divinam S. Textus Hebræi; II. Non æqviparandam ei (nedum præferendam) ullius verſionis fidem & certitudinem; III. Nec adeo abducendos nova verſione vernacula Presbyteros Eccleſiæ a Græci & Hebræi Textus ſcrutinio, illarumve Lingvarum cognitione: Oppoſitus Herm. Conringii *Epiſtolæ gratulatoriæ ad Auguſtum, Ducem Brunſvicenſem,* & *Vindicationi* illius, *Programmati* Wasmuthi repoſitæ. Accedunt Autoris Libellus appellatorius, in controverſia hac, ad Collegia Theologica, M. Julio A. 1668. ſcriptus, ac Judicia & ſuffragia Doctorum celeberrimorum, eadem gravi zelo adverſus Conringium & Capellum ſtatuentium (Theologorum ſcilicet Academicorum Lipſienſium, Gryphiswaldenſium, Hafnienſium, Witebergenſium, Argentinenſium, & Trajectinorum, Eccleſiaſtarum Lubecenſium, Hamburgenſium & Lüneburgenſium, Chriſtianiqve Ravii, Joh. Henr. Hottingeri & Joh. Leusdenii). Additur etiam ſub finem Index ſynopticus rerum & ordinis in omnibus tribus *Vindiciarum* partibus. Kilonii 1669. in 4. Libellus appellatorius in *Appendice* qvoqve *Theſauri Conſiliorum Theologicorum* Dedekenno-Gerhardini, Jenæ A. 1671. *in fol.* recuſi, legitur, ſolo Judicio Theologorum Lipſienſium ſtipatus Anti-Conringiano. Præter qvos, cæterosqve Reſponſorum ſimilium, modo enumeratorum, Autores, *Anti-Conringium* hunc etiam commendarunt Tob. Wagnerus (cui *ſcriptum* audit *exaſciatum & limatiſſimum*) in *Epiſtola ad Wasmuthum, Heavtontimorumeno* noſtri *Hebræomaſtigi p. 75.* inſerta, Chriſt. Ravius *in Admonitione, Spolio Orientis* ſubjuncta, §. *3.*, & Joh. Bened. Carpzovius Junior in Programmate Lipſienſi, A. 1670. Johannis Sauerbrey Orationi *de dono Lingvarum miraculoſo* Hebrææ præmiſſo, atqve Conringii (in qvem acriter paſſim invehitur) *Vindicationi* itidem oppoſito. Helmſtadii contra liber hic Wasmuthi (ipſo *in Heavtontim. Hebræo-maſtige p. 83. 84.* teſtante atqve indignante) a Senatu Academico, ob nimiam haud dubie ſtyli ſcoptici acerbitatem, in Conringii gratiam, vendi eſt prohibitus. Ab ipſo Conringio nihil illi eſt repoſitum, præter Epilogum *Actioni injuriarum, coram illuſtri Tribunali Gottorpienſi, in D. Wasmuthum, ad Chriſtianum Albertum, Ducem Holſaticum, d. 2. Martii A. 1668. inſtitutæ,* &c, cum Epiſtola ejusdem argumenti ad Principem hunc vernacula (d. 3. Martii A. 1668. exarata), Helmſtadii A. ſeqv. 1669. *in 4.* juris factæ publici, adjectum. In qvo, cur actionem forenſem (de qva Wasmuthi etiam *Anti-Conringius p. 520. 521.*, & *Epiſtola Heavtontimorumeni Hebræomaſtigis* dedicatoria, poſſunt conferri) noluerit proſeqvi, exponitur, additis qverelis, non omnino injuſtis, de Adverſarii libidine calumniandi & dicacitate in hoc etiam ſcripto ſcoptica. Duo enim, qvos, in eodem *Epilogo p. 27. & 28.* pollicitus eſt, libelli, alter *perpetuam univerſæ Eccleſiæ, & ſeorſim Evangelicæ, eandemqve ſuam, de SS. Codice Hebræo ſententiam iterum vindicaturus, alter vero improbitatem Wasmuthianam ſecunda vice Orbis judicio ſubmiſſurus,* in lucem non prodiere.

Heavtontimorumenos Hebræo-maſtix, ſive Oſtenſio manifeſta convicti in conſcientia peſſimæ cauſæ Anti-Hebrææ Hermanni Conringii, Medico-Politici Helmſtadienſis: qvando nuperrime, loco juſtæ reſponſionis ad verum controverſiæ ſtatum, orbi erudito expectatæ, frivolam oppoſuit *Actionem injuriarum* ſine jure & judice: dum, a certo ſibi delecto Tribunali Sereniſſimo Gottorfienſi ad vagum provocans Utopicum, nullum (*e pag. 22. & 23. Actionis injur.*) ſibi placere judicem aperte prodidit, atqve hoc pacto, ut cauſa ante principali, ſic nunc actione injuriarum cecidit omni. Kilonii 1669. in 4. Tractatus hic, Judicio inſcriptus aulico Gottorpienſi, præter ἀνακεφαλαίωσιν *Anti-Conringii*, reſponſionem exhibet ad *Actionem injuriarum* Conringianam, non minori, qvam ille, adverſario ubiqve inſultantem licentia, una cum Wasmuthi Libellis exceptoriis, Latino & Germanico, Duplicaqve vernacula, *Actioni* iſti oppoſitis, Tribunalisqve Gottorpienſis Judicibus transmiſſis. Subjunguntur tandem *p. 72-82.*, Excerpta Epiſtolarum, qvibus Theologi Upſalienſes, Roſtochienſes & Tubingenſes, nec non D. Tob. Wagnerus, D. Mart. Geierus, D. Joh. Chriſtfr. Sagittarius, &c, e Reformatis, Joh. Coccejus atqve Jac. Altingius, in hac controverſia cum Conringio, ſuos Wasmutho adjecerunt calculos. Qvos inter Theologi Roſtochienſes ei, παῤῥησίᾳ laude digna, ſimul ſignificarunt, *minus gratum ſibi eſſe, qvod ſanctiori cauſæ immiſtus ſit nigræ lolliginis ſuccus convitiorum puerilium & rixarum, dum, muliercularum more, jaciantur opprobria, vix navi magna vehendum onus.* In controverſia certe hac calumniis & conviciis utrinqve eſt certatum, ſed ita, ut Wasmuthus palmam eloqventiæ reportaſſe videatur ſcopticæ. Conringius ſerram contentionis cum eo ulterius reciprocare noluit; etſi poſtea etiam, in *Paradoxorum de Nummis Hebræis*, Helmſtadii A. 1675. editorum, *præfatione*, ſententiam ſuam de Lingvæ Hebrææ peritia Presbyteris omnibus haud neceſſaria, verſionibusqve plerisqve ſuffecturis, tam contra illum, qvam Joh. Bened. Carpzovium Juniorem, Profeſſorem Lipſienſem, defenderit, &c, *capite 6.* eorundem, noſtrum denuo paſſim vellicaverit. Superiorem ex hoc certamine diſceſſiſſe Wasmuthum, tametſi alioqvin Conringio inferiorem, Trajanus Boccalinus ὁ ψευδώνυμος, *in Judicio ex Parnaſſo de Triga Scriptorum recentiorum, num. 1.*, affirmat. Sed dubitaſſe de victoria iſta videtur Conr. Sam. Schurtzfleiſchius, qvi *in Judiciis* qvidem *de noviſſimis Prudentiæ civilis Scriptoribus*, A. 1669. ſub Eubuli Theosdoti Sarcmaſii larva publicatis, *num. 1.*, Apollinem, finxit, Conringio πολυπραγμοσύνην, *& juſto vehementiorem animi, cum erga Wasmuthium, tum erga alios innocentes, impetum, exprobraſſe*; ſed *Epiſtola* deinde *135. Tomi II. Epiſtolarum arcanarum, p. 197.*, ita de Wasmutho ſcribere non dubitavit: *Minus feliciter cum Conringio luctatus eſt, in ipſa qvoqve arena Hebræorum; ubi parum abfuit, qvin ſuccumberet, qvamvis lingvæ ejus longe peritiſſimus eſſet, palmamqve facile obtineret. Verum* præſtat, uti vere Alb. zum Felde (*in Analectis Disqviſitt. ſacr., Or. V., p. 231.* judicat) *hanc Camarinam non movere amplius, fœde profecto olentem, ob ejus Diſputationis vehementiam ac acerbitatem.*

Programma Paſchale. Kilonii 1667. in 4. In hoc, tum alia qvædam, tum falſam ſui accuſationem, qvod Codices Hebræos LXX. Interpretum fuiſſe ſtatueret integros, hodiernos autem eſſe corruptos, Herm. Conringius, *in Actione Injuriarum in Wasmuthum p. 8. 9. 17. 18.*, virgula notavit cenſoria.

Programma Michaeliticum de Angelis, Judæorum, Muhammedanorum & Pontificiorum, de iis fabulas enarrans & refutans. Kilonii 1667. in 4.

Diſſertatio

Diſſertatio Philologico-Theologica de Uſu Philologiæ ſacræ Hebrææ in Theologia Exegetico-Polemica (*Reſp. Joh. Uppendorſio, Profeſſore poſtea Dorpatenſi propoſita*) Kilonii A. 1668. in 4. Oſtendit hunc *Capite primo* generatim, ſpeciatim vero *ſecundo, tertio* & *qvarto*, in locis Gen. XLIX. 10. & Pſ. II. 12. contra Judæos, in locis Gen. XIV. 18. & Eccl. IX. 1. contra Pontificios, in locis Gen. L. 19. ac 2. Sam. XVI. 10. contra Reformatos, & in loco Eſ. LIII. 7. contra Socinianos.

Diatriba de maximo & ſanctiſſimo Nomine Dei τετραγραμμάτῳ יהוה (*Reſp. Enocho Svantenio, Rectore deinceps Lubecenſi*), Kilonii 1670. in 4. Commendatur ab Henr. Opitio (argumentum ejus breviter exponente) *in Atrio Lingvæ ſanctæ p. 93. 94.*; & M. Joh. Henr. Hänero *in Diſſ. de Benedictione ſacerdotali, c. 2., §. 53.*

Programma in locum Eſ. IX. 6. 7., die Chriſti natali propoſitum. Kilonii 1675. in 4.

Programma Paſchale in locum Jobi XIX. 25. 26. Kil. 1676. in 4.

Programma funebre de vita D. Matthiæ Clauſenii, Medici Kilohienſis. Kilonii A. 1676. in 4.

Epiſtola ad Amicum de Opere ſuo Aſtronomico-Chronologico affecto, qvam Joh. Hevelius, Conſul Dantiſcanus, ſibi communicatam, Anglis transmiſit; hi autem *Transactionibus* Societ. Regiæ Anglicanæ *Philoſophicis anni 1674., p. 74. & ſeqq.*, cum ἀποσπασματίῳ literarum Hevelianarum, inſeruerunt. Seorſim deinde Kilonii A. 1678. in 4., cum præfatione Waſmuthi ipſius, prodiit ſub titulo *Ideæ novi Operis Aſtronomico-Chronologici, antehac publicatæ in Anglicanis Transactionibus, nunc vero recuſæ, & comprobatæ Novo Experimento in Matheſi Moſaica Reyheriana* (Epiſtola ſc. *de Anno diluviali ad Sam. Reyherum*, iſti inſerta, de qva paulo poſt dicetur).

Propoſitio de Opere ſuo Aſtronomico-Chronologico, & ex illo expectandis Correctione Anni, feſtorumqve unione, Delegatis cum plena potentia ad auguſtum Conventum pacificatorium Noviomagenſem, una cum *Idea* præcedenti, ut labores ſuos Orbis Chriſtiani capitibus commendarent, transmiſſa. Kilonii 1678. in fol. pat.

Epiſtola ad D. Sam. Reyherum, Academiæ Kilonienſis JCtum & Mathematicum, de anni diluvialis (*1657. ab Orbe condito*), ejusqve dierum, in S. Scriptura expreſſorum, Mathematica Demonſtratione, e novis Tabulis ipſius cœleſtibus, omnium totius mundi annorum ſimiliter demonſtrativis; velut Experimentum & Prodromus Operis ipſius Aſtronomico-Chronologici. In Reyheri *Matheſi Moſaica*, Kilonii A. 1679. *in 4.* publicata, *p. 98-124.*, prodiit, multaqve de Operis ipſius certitudine infallibili, ſub initium *p. 98. 99. 100.*, & ſub finem *p. 124.*, jactat, qvæ illic legi poſſunt.

Propoſitio nova ad Summates Orbis Chriſtiani, *de reperta, ab origine Mundi, Computi Politico-Eccleſiaſtici Cyclica forma, tam firma ac conſtanti, qvam harmonice revolutoria, indeqve unice nativa; ad juſte reparandum, loco duplicis hactenus ſtyli, Juliani & Gregoriani, graviter adeo incommodantis pridem Eccleſiæ & Politiæ Chriſtianæ, unum Stylum Naturalem mundanum in toto Orbe Chriſtiano, ſecundum unam veriſſimam anni qvantitatem ac formam, nulli unqvam errori aut correctioni iterum obnoxiam*: ex voto pridem graviqve deſiderio publicarum, ſuper eo habitarum ſæpius, in Conciliis ac Imperii Comitiis, deliberationum. Speciminis loco adjecti ſunt ſub finem Characteriſmi Temporum ac motuum cœleſtium, ab initio Mundi, ad præſentem annum continuo deducti, inqve futurum ſtabiles; Qvaliter nunqvam demonſtratum antehac, aut demonſtrari poſſe creditum fuit, ulli Aſtronomorum genti. Kilonii A. 1682. in fol. Inſcripta eſt Cæſaris Sacriqve Romani Imperii ad Comitia Ratisbonenſia delegatis. Lipenius (*P. I. Biblioth. Theol. p. 191.*), & hunc ſecuti Beüghemius (*in Bibliogr. Mathem. p. 148.*) atqve Henr. Pippingius (*in Septenario Decadum ſacro p. 266.*), eam Kilonii A. 1683. *in 4.* prodiiſſe, perperam, uti credo, perhibent.

Annalium Cœli & temporum reſtitutorum, ſive Operis Aſtro-Chronologici, cum novis Tabulis motuum perpetuis, & Organo revolutionum harmonico ab origine mundi, Libris VII. edendi, Sciagraphia rerum & ordinis, nunc ſaltem præmonſtrata, dum pleni Operis editio ſumptuoſior a munifico Mæcenate ſeculo donetur. Adjectus eſt, in Specimen Operis apodicticum, Computus inde novus Eclipſium Solis & Lunæ Anni æræ Chriſtianæ 1684., ab ipſa Creationis fixa radice; citra calculum trigonometricum, obſervationibus tamen ſemper reſpondente calculo ſine iis inſtituto. Kilonii A. C. 1684. (*in cujus locum 1663. a Beughemio, 1686. autem a Pippingio, male ll. cc. ſubſtituitur*) in fol. Σκιαγραφίας hujus, & ipſius Operis affecti, σκιαγραφίαν, accuratam pariter atqve prolixam, exhibuere *Acta Eruditorum Lipſienſia, M. Januario A. 1686., p. 34-48.*

Janua mundi aperta, ſeu e novis Tabulis Chriſtinianis Aſtro-Chronologicis deprompta Tabula Summaria, totum I. Syſtema Temporum & motuum Solis (nativa ſemper harmonia admirabili ſe reſtaurantium) ſynoptice ſiſtens, velut Inventarium qvoddam Mundi inde a Moſis Protocollo continuum, & a puncto creationis in omne ævum invariabile, adnumerans ſigillatim, tum omnes Annos Mundi & Chriſti (etiam Sabbathicos, in S. Scriptura exacte concordantes), tum Hebdomadas Mundi, earumq; dies ſeu ferias (confeſſe notas paſſim in Hiſtoria ſacra & profana), cum ſuo ubiq; Loco Solis vero, reſpondentibus ſemperqve reſponſuris Obſervationibus unqvam habitis, ſimulq; cum Epochis ſacris & profanis, omni dubio ſuo exſolutis, &c.: Cum II. adjecta circum margines Tabulæ Clave minori, decem Sectionibus interciſa, ita clare eam explicante, ut qvilibet, etiam minus periti rerum Aſtronomicarum, veritates horum omnium facile poſſint aſſeqvi, imo exemplis praxeos, Sect. 8. adjectis, ipſimet experiri, & contra objecta dubia tueri: Juvante inſuper Clave majori univerſali (in qva & Index Terminorum technicorum habebitur), ſeorſim edenda, & ſecuturo deinceps amplo Organo revolutionum; mappis aliqvot rotatilibus, æri inciſis, id ipſum, qvod hic fit qvadrate, planiſphærice exhibituro: Sine III. ullis hypotheſibus in poſterum, aut poſtulatis Aſtronomorum & Chronologorum, hactenus vel erroneis vel incertis & obſcuris; &c. &c. A. 1686. *in fol. bipatenti regali maximo.* Verſionem illius Belgicam Lieuwius Wilhelmi Graafius, Nauta Batavus (de qvo in vita Waſmuthi plura diximus), A. 1689. ſub hoc edidit titulo: Kort Begriip van de allgemeene Herſtellinge des Tiids, die nu lichtelik ondernomen, en ordentlik en beſtendelik volltrocken kan werden, door de Taffeln togeeignet an de Koniginne Chriſtina van Schweden, ſo haaſt het den Opper-maghten van Chriſten-riik gevallen ſal: Door den Auteur derſelven Tafelen vorgeſtellt, ſonder eenige Eenſydigheit, aangaende den Godsdienſt of Herſchappy, alleen na Leidinge der Natur, en wiiskonſtige Aanwiſinge, van 't Werelts Beginn; geliik noit vor deeſem iß gedaan: Door Matth. Waſmuth, Pr. Ph., en Lieuwe Willems Graaf.

Epiſtola ad Chriſtinam, Svecorum Reginam Auguſtam, de novi Operis Aſtro-Chronologici auſpicali Tabula ſummaria, ſeu Janua Mundi, Chriſtinæ ſumptibus aperta, atqve hinc rite præſtanda, ubi viſum fuerit Summatibus Reip. Chriſtianæ, Calendarii Emendatione univerſali. Kilonii 1686. in fol. Huic Georg. Paſchius (*in Tr. de Curioſis hujus ſeculi inventis, c. 7., §. 14., p. 571. & ſq.*) adjungit Epiſtolam alteram ad Chriſtinam *de rite præſtanda Calendarii emendatione canonica*, eodem A. 1686. impreſſam.

Tabula Exemplaris perpetua Calendarum (nativi ſtyli ab origine Mundi) Æqvinoctialium & Solſtitialium, & hinc tam conſtanter qvam harmonice, Menſium ſingulorum & omnium, unaqve vere Cyclicæ Ordinationis & concordiæ

Feſtorum per Orbem Chriſtianum reparandæ, ſimul ac Reip. Chriſtianæ Summatibus libuerit Stylum univerſalem Naturali-mundanum cunctis gentibus & nationibus Chriſtianis impertiri, Cœlo ſemper parem, ſine ullo unqvam metuendo errore aut recorrectione; E Tabulis Chriſtinianis, id omne exacte præſtituris, qvoad Tempus erit & Cœlum: Collato hic ſimul (e regione) vulgato hactenus Calculo & Stylo Ephemeridum, tam inconſtanti & variabili ſemper, qvam diſſentaneo a cœlo, dum examen utrinqve inſtituatur ex Obſervationibus qvandocunqve habitis, nuper junctim, *in Hiſtoria Cœleſti*, cura ac ſumptu IV. ordine Imperatorum, Ratisbonæ A. 1672. editis. Kilonii A. 1687. *in fol pat. regali.*

Breviarium univerſæ Reſtitutionis Calendalis, facile nunc ſuſcipiendæ, riteqve & conſtanter perficiendæ, e Tabulis Chriſtianis, ſimul ac libuerit Summatibus Reip. Chriſtianæ; deſignatum ſine ullo religionis & partium ſtudio, ſolius Naturæ ductu & Mathematica apodixi, ab exorſu mundi, ceu nunqvam antehac factum (*Schediaſma plagulæ tantum dimidiæ.*). Kil. 1687. in fol.

Novum Opus Aſtrochronologicum. Kilonii 1692. in fol. reg. Poſthumum eſt, ſolasqve continet Tabulas, 29. plagulis chartæ auguſtæ maximæ exhibitas, charactere impreſſas minutiſſimo, & in qvinqve claſſes diviſas. Qvarum Prima Generalem ſive Summariam & Exemplarem, ſeorſim antea jam excuſas, & modo memoratas, ſiſtit; Secunda vero Tabulas Solares intraannales, Tertia Lunares, Qvarto Luni-Solares, & Qvinta tandem eas, qvæ æras exoticas ad novum Chronologiæ fundamentum accommodant, complectuntur. V. Leonh. Chriſtoph. Sturmii *Tr. de Natura & conſtit. Matheſeos*, *Sect. 2.*, *c. 8.*, *p. 241.* Commentarii, qvem Autor, operi immortuus, abſolvere non potuerat, imo vix forſan inchoaverat, defectum ægre ſupplebit Anonymi (qvi D. Sam. Reyherus, Acad. Kilonienſis JCtus & Mathematicus, fuiſſe creditur) *Introductio in Tabulas Chriſtinianas, ipſi Operi Aſtronomico Chronologiæ majori M. Waſmuthi præmiſſa, in qva fundamentum hujus Chronologiæ tam perſpicue exponitur, ut qvilibet, modice in Arithmeticis peritus, Tabulas iſtas intelligere qveat*, Kilonii A. ſeqv. 1693. *in fol.*, ſed in charta longe minori, juris facta publici. Qvæ ad Operis ipſius, ejusqve Prodromorum & Epidromi, hactenus enumeratorum, necnon occaſionis, inſtituti, argumenti, fatorum, Encomiaſtarum, Cenſorum & Antagoniſtarum ejusdem, ſpectant hiſtoriam, in Vita Waſmuthi Autoris fuſe jam expoſita ſunt, nec proinde hoc a nobis loco repetentur.

Diſputationes Inaugurales, illo Præſide propoſitæ.

Sam. Schulteti, Paſt. Hamburg. Petrini, de Hodomoria Muhammedana. Kilonii A. 1683. in 4.

Joh. Joach. Wolfii, Eccleſiaſtæ Magdeburg., de Excuſſione Spiritus Sancti. Kilonii A. 1683. in 4.

II. GERMANICA.

Literæ Circulares wegen Errichtung eines Collegii Orientalis, zu Aufnamb und propagation der Orientaliſchen Sprachen und Studien, und darinn Aufbringung ſolcher ſubjectorum, die zuförderſt zu unſerer eigenen Kirchen und Academien hohen Nutzen, dann auch künftig zur Fortpflantzung der wahren Chriſtlichen Religion, zu gebrauchen ſeyn möchten: Mit beygefügten Theologiſchen Belehrungen und Suffragiis, daß dis heilſame Inſtitutum, ſo wol auch das hiezu vorgebrachte Mittel, nechſt GOtte, wol thuelich und practicabel ſey: An die Obrigkeiten und Conſiſtoria der Evangeliſchen Kirchen, auch ſonſt begüterte Patronos Studiorum, umb, mittelſt Verordnung hiezu einiger ohne das gehaltenen Stipendiaten, das allgemeine Heil der Kirchen GOttes mit geſamten Vermügen zu befordern, abgelaſſen von Chriſt Ravio und Matthia Waſmuth D., Profeſſoribus LL. Orient. Kilonii 1670. in 4. De Scripto hoc, Waſmuthum agnoſcente Autorem, & ipſo Collegio, qvod in eo fruſtra eſt commendatum, Orientali, relegi poſſunt, qvæ fuſius, tum paulo ante in Noſtri, tum *Tomo II.*, in Chriſt. Ravii vita, narravimus.

Beſte Mittel zur Bekehrung der Juden; das iſt: Kurtzer und klarer Beweiß aus der H. Schrift A. T., I. von dem wahren Dreyeinigen GOtte; II von dem ewigen wahren Meſſia, JEſu Chriſto, wie daß derſelbe, auch nach dem Alten Teſtamente, 1. GOtt und Menſch ſeyn müſſe, 2. ein Erlöſer und Heiland des Menſchlichen Geſchlechtes, und 3. ſolches durch Leiden und Sterben vor der Welt Sünde; 4. daß die von GOtt beſtimmte Zeit ſolches wahren Meſſiæ ſchon mehr als dreymahl ſey verfloſſen: ſamt einem Anhange von der in der Schrift vorher verkündigten, und noch bevorſtehenden, groſſen Bekehrung der Juden zur letzten Zeit. Kilonii 1685. in 4. Hebræo-Germanice, & qvidem ἀνωνύμως; addito autem Waſmuthi Autoris nomine Francofurti & Lipſiæ, nec non Francofurti & Cellæ, A. 1694. in 8. Conf. de hoc opuſculo Vinc. Placcii *T. I. Theatri Anon. & Pſevdon.*, *c. 11.*, *p. 431.*

Neuer Aſtronomiſcher Haupt-Schlüſſel aller Zeiten der Welt, ſo wol der vergangenen, als künſtigen: wodurch ein jeder, ſo nur ein wenig die Rechenkunſt gelernet, ohne alle Aſtronomiſche Tabellen oder Wiſſenſchaft, gar leicht und geſchwind aus'm Kopfe rechnen, und beweißlich darthun kan, zu jeder aufgegebenen Zeit, da ſich was zugetragen, das wahre Alter der Welt &c. &c.: Zur abermahligen gewiſſen Probe des neuen Aſtro-Chronologiſchen Werckes, und daraus herflieſſenden fundamentalen höchſt-verlangter Zeit- und Feſt-Vereinigung oder Calender-Reformation. Kilonii A. 1685. in fol.

INEDITA, AFFECTA ET PROMISSA.

Obadias Propheta Rabbinicus, Hebræis literis, cum Accentuatione, qvem, Jenæ edendum, a ſe expectari juſſ.t *in Catalogo nundin. Francofurt. A. 1678. vern. p. 5.* Prodiiſſe illic A. 1678. *in 12.* perperam, ni fallor, perhibetur a Catalogo huic credulis Mart. Lipenio (*P. II. Biblioth. Theol. p. 361.*), Henn. Wittenio (*T. II. Diar. Biogr. Sec. XVII. p. 158.*), Henr. Pippingio (*in Septenario Decadum ſacro p. 266.*) & Jacobo le Long (*P. I. Biblioth. Sacræ*, *c. 2.*, *p. 131.*).

Janua Hebraiſmi noviter apperta, *in Catalogo nund. Lipſ. A. 1670. autumn. p. 21.* promiſſa, qvam ſcriptis noſtri editis Wittenius & Pippingius (Kilonii eam A. 1670. *in 4.* eſſe excuſam falſo tradens) *ll. cc.* itidem incaute annumerarunt.

Compendium Hebraiſmi ſui reſtituti, Tabulis incluſum.

Novum & accuratum Horologium Hebræum, compendioſe, ex Hebraiſmo ſuo reſtituto, omnia 50. regulis ita complectens, ut, intra ſex hebdomadas, dietim horam impendens memoriter illa perfecte qveat complecti: Cui adduntur Index horarius, Specimen Analyſeos, & Compendium Lexici Hebræo-mnemonici, majoris Prodromus. V. *Catal. nund. Lipſ. A. 1669. vern. p. 31.*

Lexicon Hebræo-mnemonicum, abſolutum ſimul & compendioſum, qvale nullum adhuc eſt viſum, *in Catalogis nund. Lipſ.*, *Autumnali A. 1666. p. 14.*, *& Verno A. 1667. p. 14.*, promiſſum; haud diverſum, uti credo, a *Lexico Hebræo pleno & compendioſo, vix qvatuor exceſſuro qvaterniones*, qvod, in *præfat. Hebraiſmi reſtituti* eſt pollicitus, cujusqve mentionem in *Anti-Conringio, c. 3.*, *p. 424.*, itidem injecit. De eodem ita D. G. Morhofius, *T. I. Polyhiſt.*, *Lib. 2.*, *c. 6.*, *p. 374.*: *Collega noſter honoratiſſimus, M. Waſmuthus, Hebraicarum Radicum Lexicon perpetuis alluſionibus*

nibus

nibus ex aliis linguis adornavit, quibus tirones cum optimo ſucceſſu eas apprehendunt. Quibus Morhofii, etſi haud allegati, verbis illud etiam a M. Joh. Caſp. Zeümero, *in Methodologia Pædevtica, c. 2., §. 12., p. 38.*, eſt commendatum. Ἀλαζονείαν tituli ejus Herm. Conringius, *in Appendice Vindicationis Epiſtolæ ſuæ gratulatoriæ contra Waſmuthium p. 71.*, virgula notavit cenſoria.

Smegma Hebræum, defricans pudendam Anebraiſiæ barbariem, invectam nuperis qvorundam falſis, impiis & ſcandaloſis aſſertionibus, partim Lingvæ ſacræ ſtudium non eſſe neceſſarium Presbyteris Eccleſiæ, partim Textus Hebræi literas & puncta non gaudere authentica origine, nec incorrupta integritate, partim avthenticum Accentuum miniſterium vel nullum, vel incertum, eſſe. Promiſſum tantum eſt *in Catalogo nundin. Lipſ. A. 1667. vern. p. 14.*, neutiqvam vero, uti Lipenius (*P. I. Biblioth. Theol. p. 7.*), Wittenius & Pippingius, Kilonii illud A. 1666. *in 4.* prodiiſſe credens (*ll. cc.*), falſo tradiderunt, juris factum publici. Herm. Conringii, cujus *Epiſtolæ gratulatoriæ natalis 88. ad Auguſtum, Ducem Brunſvicenſem*, Waſmuthus iſtud non minus, qvam *Programma*, ſuo ſupra loco memoratum, voluit opponere, invectivam in titulum illius virulentum, *in Appendice Vindicationis*, paulo ante laudata, *p. 71. 72.*, invenies.

Defenſio doctrinæ Accentuum Biblicorum, eorumqve inviolabilis Miniſterii ſenſus, adverſus imputationes inextricabilitatis, ſuperfluæ luxuriei, nec coævitatis cum Textu ſacro. Hanc, Kilonii *in 4.* prodituram, *Catalogus* qvidem *nund. Lipſ. A. 1670. autumn. p. 3.*, eumqve temere ſecuti Wittenius & Pippingius (*ll. cc.*), libris accenſuerunt A. 1670. editis, ſed male, cum lucem nunqvam viderit publicam.

Chaldaiſmus & Syriaſmus, ſive Grammatica Chaldæo-Syriaca, cujus ſpem fecit A. jam 1654., *in Parænesi, Grammaticæ* præfixa *Arabicæ* (teſte Laur. Normanni *Epiſtola* ad ipſum, ſupra allegata), & mentionem A. 1669. injecit in Verno Lectionum Academicarum anni iſtius Kilonienſium Indice.

Tractatus novi Operis Aſtro-Chronologici præliminares, ad uſum Tabularum & Ephemeridum Chriſtinianarum vere perpetuarum, jam prælo imminentium, pro reſtitutione temporum Calendali. V. *Catal. nundin. Lipſ. A. 1686. vern. p. 46.*

Commentarius in Tabulas Operis Aſtronomico-Chronologici editas affectus, de qvo fuſius in Vita Autoris narrata relegantur.

Tr. de uſu Hypotheſium ſuarum Aſtronomico-Chronologicarum in demonſtranda vera Locorum longitudine, qvem A. 1684., *in Sciagraphia Annalium Cæli & temporum*, Libriqve iſtorum Qvarti recenſu, eſt pollicitus.

M. JOACHIMUS (1.) WESTPHALUS,

ſolo nomine, non autem patria (uti J. Andr. Qvenſtedius (2.), Lud. Morerius (3.) & Ant. Teiſerius (4.), ex iſto perperam collegerunt), Weſtphalus, Hamburgi A. 1510. vel 1511. (ceu computus ab annis ætatis, per Methodium, de natali ſilentem, annotatis, retrogrado inſtitutus ordine, oſtendit) in lucem eſt editus, ac parentes fortunæ tenuioris, Nicolaum, fabrum lignarium, Alcamqve, hujus uxorem, habuit. Qvorum vicini, cives aliqvot honeſti, cum ſingularem in puero ingenii obſervaſſent præſtantiam, autores illis, ut ſtudiis conſecraretur literariis, fuerunt, prompteqve paupertati ipſius ſubſidio ſuccurrerunt nummario. In ſcholam patriæ miſſus Nicolaitanam, brevi tempore condiſcipulos omnes ſuperavit, Grammaticæ, Muſicæ, Dialecticæ & Rhetoricæ, fundamenta fideliter percepit, & ſtylum in ſoluta pariter atqve ligata oratione diligenter exercuit. Lüneburgi deinde, in ludo monaſterii, a ſacra valle appellati, præceptore uſus eſt Eraſmo qvodam, qvi, poſtea Suſati in Weſtphalia muneri admotus eccleſiaſtico, paucis ante obitum diſcipuli hujus ſui annis etiamnum fuit ſuperſtes. Lüneburgo, qvinqve vitæ, uti Methodius loqvi amat, exactis olympiadibus, Witebergam digreſſus, Philoſophiæ, Hiſtoriarum & Theologiæ ſtudia, ſumptus ſuppeditante cive patriæ opulento, magna tractavit diligentia, iſtaqve Magiſtri titulum facile exambiit. Hoc impetrato, in patriam eſt revocatus, claſſisqve in ſchola Johannæa ſecundæ conſtitutus præceptor, commendatione haud dubie Phil. Melanchtonis, qvi, in Epiſtola ad M. Godofredum Hermelatem Theophilum, ejusdem Rectorem, A. 1536. ſcripta, huic, ſe, ut Noſter Matth. Delio, officium relicturo ſcholaſticum, in iſto ſubrogetur, deſiderare, ſignificavit. Hoc Subrectoris, munere cum in ſecundum usqve annum eſſet functus, M. Joh. Schröderus, Senator eruditus, cujus utebatur hoſpitio, ſingulari in illo vi ingenii & copia eruditionis animadverſa, ſua Senatum commendatione permovit, ut ampliore ipſum ſtipendio donatum, ad ſtudia theologica accuratius excolenda, Witebergam remitteret. Illic commenſalis Lutheri factus, in Joh. etiam Bugenhagii, Caſp. Crucigeri & Viti Theodori, ſe inſinuavit familiaritatem, ſed haud multo poſt, ut peſtis evitaret ſævitiam, inde Jenam, Jena Marpurgum, Marpurgo autem Erfurtum, diſceſſit, & in hac Thuringiæ academia juvenes aliqvamdiu nonnullos inſtituit, Conradoqve Gerlaco, qvem poſtea Hamburgi in æde Catharinæa obtinuit collegam, uſus eſt familiariter. Luſtratis deinde aliis Germaniæ academiis, Argentinenſi, Heidelbergenſi, Tubingenſi, Baſileenſi (in qva lingvæ Hebraicæ, duce Seb. Münſtero, dedit operam), & Lipſienſi, Witebergam reverſus, non ipſe ſolum Lutherum, Melanchtonem, cæterosqve Profeſſores, ſedulo audivit, ſed & multos viciſſim juvenes privatim, prælegendo pariter atqve diſputando, erudiit, moresqve illorum diſciplina ſevera coercuit, imo &, qvantum in Oratoria profeciſſet eccleſiaſtica, crebris ad populum ex ambone ſacro ſermonibus oſtendit. Vocatus interea ad Profeſſionem academiæ Roſtochienſis, vel Theologicam, vel Philoſophicam, cum abitum jam illuc pararet, ineunte anno 1541., a patriæ Senatu, juratisqve ædis Catharinææ curatoribus hujus Paſtor, in locum M. Steph. Kempii, primi doctrinæ Lutheranæ in civitate Hamburgenſi præconis, eſt electus. Qvam ſpartam licet initio, prætextu vocationis Roſtochienſis, ac imbecillitatis ſuæ, deprecaretur, inſtantibus tamen iisdem, conſilio D. Joh. Æpini, Superintendentis, ſuſcepit, &, Witeberga, cum publico academiæ, privatisqve Bugenhagii & Melanchtonis dimiſſus teſtimoniis, in patriam A. æt. 30., vitæ autem academicæ decimo tertio, rediit, tertiaqve feriarum paſchalium (5.) anni ejusdem 1541. ab Æpino inauguratus, ſex luſtris ſeqventibus cœtui ſacro Catharinæo præfuit. Ab A. 1562., qvo D. Paulus ab Eitzen, Superintendens Hamburgenſis, Senatus conſenſu, in Holſatiam, ad Adolphi Ducis eccleſias conſtituendas & gubernandas, diſcedebat, ad 1571., toto decennio, qvo reditus illius expectabatur,

(1.) Johannes perperam appellatur ab Autore *Chronologiæ Eccleſiaſticæ*, Ingolſtadii A. 1579. editæ, Jac. Gaulterio, Jeſuita, in *Tab. Chronograph.*, Coloniæ A. 1616. in fol. excuſa, *p. 735.*, & Georg Hornio *in H. E.*, *p. 496.* (2.) *in Dial. de patriis virorum illuſtrium p. 207. 208.* (3.) *in Lexico Hiſtorico*, teſte Pet. Bælio *T. II. Dictionarii hiſtorico-critici, P. II., p. 1239.* (4.) *in Addit. Gallicis ad Elogia Thuanæa, P. I., p. 454. ed. primæ, & 421. ſecundæ.* Eundem errorem in Lud. El. du Pin *Bibliotheqve des Auteurs Eccleſiaſtiqves, ſeparez de la Communion Romaine, du XVI. & XVII. Siecle T. I.* notarunt Autor de l' *Europe ſavante, M. Aug. A. 1718.* (teſte collectore der Neuen Zeitungen von gelehrten Sachen, *n. 86. A. 1718., p. 684.*), & Lipſienſes *in Actis Erud., M. Sept. A. 1717., p. 395. 396.* (5.) teſte Anonymi *Catalogo Miniſtrorum Eccleſiæ Hamb. MSto.*

pectabatur, & ſacra hanc ob cauſam patriæ ἐπισκοπῇ vacabat, ipſi, ordinis qvippe eccleſiaſtici ab A. 1551. Seniori, vicaria hujus administratio obtigit, totaqve moles negotiorum eccleſiaſticorum, & diſſidiorum inter collegas componendorum, incubuit. Cui cum haud imparem ſe oſtendiſſet, poſtqvam reditus E tzenii ſpes decollaverat, in locum illius (non autem Joh. Æpini, A. 1553. jam mortui, uti Seckendorfius *Lib. I. de Lutheraniſmo. Sect. 55.*, §. *139.*, *p. 245.*, falſo credidit, a Bælio *l. c. p. 1230.*, jam refutatus) d. 29. Aug. A. 1571, a Senatu Superintendens, & Theologiæ ſimul in æde cathedrali Lector Primarius, eſt conſtitutus (6.). Paſtoris Catharinæi officio (in qvo M. Georg. Stammichium, Brunſviga evocatum, zeloten ſe haud minorem, A. 1572. ſucceſſorem obtinuit) paulo poſt ſe abdicavit, habito prius ad eccleſiam ſermone valedictorio, in qvo, poſt brevem doctrinæ ſuæ ac laborum per annos 3?. homileticorum repetitionem, rationem ſe illorum, ſi cui qvid reprehenſione dignum, vel viſum eſſet, vel adhuc videretur, qvovis tempore redditurum, & ideo pleraſqve conciones, integre deſcriptas, poſt ſe relinqvere, profitebatur. Nullam enim, teſte Methodio encomiaſta, vel concionem habebat, vel lectionem dictabat, niſi a famulo prius deſcriptam, relectam, multum præmeditatam, ac memoriæ verbotenus infixam. Qvæ ſedulitas ipſius laborioſa, eruditio ſacra, Hiſtoriæ eccleſiaſticæ peritia, vita item ſobria & doctrinæ conformis, decora non in geſtibus ſolum, ſed ſermone etiam, non affectato aut inſolenti, verum brevi ac nervoſo, hujusqve tardiori pronunciatione, gravitas ac modeſtia, prudentia in ſuggerendis, qvotiescunqve de negotiis, publicam aut privatam ſpectantibus ſalutem, erat deliberandum, conſiliis promptis firmisqve, & felicem plerumqve exitum ſortitis, eximia, non tamen propriis pertinaciter inhærens ſententiis ſed judicia etiam collegarum rectiora amplecti aſſveta, aliæqve virtutes, ab eodem Jod. Methodio fuſe deprædicatæ, laudem certe, ſi revera in eo eluxerunt, merentur haud exiguam. Nec culpanda eſt, ſi a zeli præcipitis ac pertinaciæ ἰδιογνώμον@ contagio ſemper fuit immunis, conſtantia imperterrita, cujus ope ſe, in magnis periculoſisqve eccleſiæ tempeſtatibus, nullo unqvam metu fuiſſe perculſum eſt gloriatus, diſticho hoc, freqventer recitato, a Numine, uti credebat, impetrata:

Cor pavidum trepidumqve, Deus, rogo, des mihi nunqvam,
Obſirmes animum ſpeqve fideqve meum.

Reprehenſionem autem judicum cordatorum neutiqvam effugiet nimia zeli degeneris in certaminibus ſacris ἀμετρία, & ſumma in impugnandis ac condemnandis, voce pariter atqve calamo, non Calvinianis ſolum, Crypto-Calvinianis Witebergenſibus, Anabaptiſtis, aliisqve Heterodoxis, ſed Lutheranis etiam Theologis ævi iſtius mitioribus ac moderatioribus (qvos ipſe, aliiqve zelotæ rigidiores, Interimiſtas, Adiaphoriſtas, Synergiſtas & Majoriſtas appellabant), vehementia, Theologis etiam, qvos vocant, γνησίως Lutheranis ac orthodoxis in exceſſu peccare non immerito viſa. Iſta enim, ipſis etiam præceptoribus optime de ſe meritis, Phil. Melanchtoni (cui, pacis eccleſiaſticæ ſtudioſiori, & Libro peculiari ipſe inſultavit, & alios parare ſtuduit adverſarios (7.)) & Georg. Majori, bonorum operum urgenti neceſſitatem, infeſtus, animi ingrati maculam vix potuit eluere. Tantum certe abeſt, ut Joh. Wigandi, zelotæ pari vehementia Georg. Majori olim adverſati, *Poſitiones de operibus contra præſtigias & argumenta Joach. Weſtphali*, A. 1568, Nic. Baſſæo (8.), Ad. Contzenio (9.) & Mart. Lipenio (10.), teſtibus, editæ, Majoriſmi eum, aut mitioris ſaltem in Majorem animi, ſuſpectum fuiſſe arguant, ut potius, in tituli recitatione, a ſcriptoribus modo dictis erratum eſſe, & olim conjecerim, & αὐτοψία, poſtea, ſicut infra patebit, ſim edoctus. Cui omnes haud dubie calculum ſuum adjicient, qvi eundem Wigandum Noſtro, tanqvam ſynaſpiſtæ, contra Majorem, opuſculum ſuum *de propoſitione: Bona opera retinent ſalutem*, Jenæ A. 1572. (11.) excuſum, inſcripſiſſe cognoverint. Matthiæ qvidem Flacio patrocinatus eſt, ac dogma illius de peccato originis horridum pro virili emollire atqve excuſare conatus (12.). Sed is Noſtri, cœterorumqve rigidiorum, adverſus molliores, non σύμμαχος ſolum erat, ſed & πρόμαχος. Longe aliter, non in Heterodoxos ſolum, ſed & in Lutheranos moderatiores, zelotes hic erat animatus, qvi plurimis in Germania certaminibus ſacris, vel anſam præbuiſſe, vel fomitem ſuppeditaſſe, non immerito creditur. Belli certe euchariſtici, Lutheri obitu ſopiti, acrius denuo inſtaurandi, claſſicum A. 1552. ipſum ceciniſſe, edita, & Tigurinorum, atqve Joh. Calvini ac Genevenſium, *Conſenſui in re ſacramentaria mutuo* oppoſita, *Farragine confuſanearum & inter ſe diſſidentium de S. Cœna opinionum, ex Sacramentariorum libris congeſta*, e Reformatis Joh. Sleidanus (*Bremenſes & Hamburgenſes certamen, libellis editis, renovaſſe Euchariſticum*, nomine noſtri ſuppreſſo, perhibens) (13.), Theod. Beza *in Vita Calvini, ad A. 1554.*, Joh. Sturmius (14.), Caſp. Peucerus (15.), Lud. Lavaterus (16.), Rud. Hoſpinianus (17.) J. H. Alſtedius *L. 32. Encyclopæd., c. 7., A. 199., b.*, Henr. Altingius (18.) & Melch. Adamus (19.), e Pontificiis Laur. Surius (20.), & e Pietiſtis, qvos vocant, nuperis Gotfr. Arnoldus (21.), uno ore clamitant. Neqve negant iſtud zelotæ Lutherani illo recentiores, e qvibus Phil. Nicolai (22.) eum, qvod *primus omnium Joh. Calvino, & cum eo repullulanti Calviniſmo, acriter ſe oppoſuerit*, publice commendavit. Joh. Botſaccus autem, (23.), certaminis illius inſtaurationi anſam, præter Genevenſium & Tigurinorum (in qvorum ille locum perperam *Neocomenſes* ſubſtituit) Conſenſum, Melanchtonis etiam cum Reformatis colluſionem, & controverſiam ab Alb. Hardenbergio Bremæ excitatam, præbuiſſe, obſervat. Qvanta vero immodeſtia & maledicentia adverſarios, par pari relaturos, ſit aggreſſus, vel inde perſpicias, qvod Calvini matrem ſacrificuli Pontificii concubinam (24.), martyres autem Angliæ, Galliæ & Belgii Reformatos, in *Juſta Defenſione adverſus Johannis a Laſco mendacia*, A. 1557. publicata, *Martyres diaboli* vocaverit (25.). Ob qvod Φορτικὸν ἄκουσμα, non a Theod. Beza ſolum, Adverſario ſuo, & Joh. Hornbeckio, Theologo inter Reformatos doctiſſimo (26.), acriter eſt objurgatus, ſed ab ipſo etiam Melanchtone, in Epiſt. ad Joach. Camerarium A. 1558. ſcripta, verbis, qvæ & Hornbeckius allegavit, notatus ſeqventibus: *Optat Princeps commune multarum gentium colloqvium. Mihi videtur recte hoc ſcribi, ne videamur fremitus littoris Baltici probare, ubi vociferantur qvidam, martyres Anglicos eſſe Martyres Diaboli. Nolim hac contumelia afficere Spiritum ſanctum in Latimero, qvi annum octogeſimum egreſſus fuit, & in aliis ſanctis viris, qvos novi.* Nec ſatis habuit ſuis Reformatos & Calvinum ſcriptis laceſſere, ſed, cum hic *Secundam* ſuam adverſus ipſum *Defenſionem* A. 1556. eccleſiarum Saxoniæ inferioris miniſtris inſcripſiſſet, inde arrepta occaſione, Superintenden-

(6.) V. Anonymi *Catal. modo laudatum*, *Iſagogen* meam *ad Hiſt. Cimbr.*, *P. IV.*, *c. 10.*, §. *4.*, *p. 571.*, & Chr. Sig. Wolfii *Præf.* der Thränen-Qvelle. (7.) V. Verba Epiſtolæ Melanchthonis ad Alb. Hardenbergium, infra inter Cenſuras recitanda. (8.) *in Collect. Libb. Lat. p. 58.* (9.) *in Jubilo Jubilorum p. 171.* (10.) *P. I. Biblioth. Theol. p. 178.* (11.) *in 4.* Conf. Conr. Schluſſelburgii *Or. de vita Wigandi p. 76.* (12.) in Epiſt. qvadam ad Conr. Schluſſelburgium, in hujus *Studio Eccleſiæ inſerviendi poſthumo*, ſive Epiſtolarum ad eum ſylloge, *p. 77-82.*, obvia. (13.) *L. 26. Comm. de ſtatu Relig. & Reip. ſub. Car. V.*, *p. 780.* (14.) *in Anti-Pappo ſecundo p.* 128. 129. 130., *& in Anti-Pappo tertio p. 241. 242.* (15.) *in Narrat. hiſtorica controv. ſacramentariæ, apud Conr. Schlüſſelburgium L. 2. Theol. Calv.*, *p. m. 192. 193.* (16.) *in Hiſt. Sacram. p. 119.* (17.) *in ep. dedic. Concordiæ Diſcordis.* (18.) *in Hiſt. Eccl. Palatinæ p.* 170. (19.) *in Vitis Theol. exterorum p. 91.* (20.) *in Comm. Hiſt.*, *ad A. 1552.*, *p. 469.* (21.) T. *II.* der Kirchen und Ketzer-Hiſtorie, *L. 16.*, *c.* 31., *p. 380.* (22.) *in ep. dedic. Libb. II. de omnipræſentia J. C. Myſterio, ad Senatum Hamb.* (23.) *in Reformato Pſeudo-Auguſtano p.* 655. 656. (24.) V. Pet. Bælium *l. c. p. 1240.* (25.) V. Surium *l. c.*, *ad A.* 1557., *p.* 500., Lud. Lavaterum *l. c. p. 129.*, Melch. Adamum *l. c. p. 21.*, & Pet. Bælium *l. c. p. 1241.* (26.) *L. 9. Summæ Controverſiarum, p. m.* 699. 700.

tendentium & Concionatorum, qvi præcipuarum urbium præerant eccleſiis, judicia de lite collegit euchariſtica, ſuæ ἐμόψηφα ſententiæ, ac junctim Magdeburgi A. 1557. evulgata adverſario repoſuit. Qvod ipſius inſtitutum occaſionem præbuiſſe credo Joh. Bodino (27.), Anonymo *Anatomiæ Eccleſiæ Catholicæ*, Francofurti A. 1653. editæ, autori, aliisqve Pontificiis, ſectæ novæ *Anti Calvinianorum*, in euchariſtia corpus qvidem Domini verum & naturale, ſed uſus tantum ejus tempore, præſens eſſe docentium, transſubſtantiationem vero negantium, ipſo autore, circa A. 1555. exortæ, falſo ac temere confingendæ. Qva, in privatis congreſſibus, dexteritate ac modeſtia contra Reformatos diſputaverit, vel ſola oſtendit colloqvii cum Mart. Micronio, Anglorum exulum Doctore, Hamburgi d. 3. Mart. A. 1554. habiti, hiſtoria a Joh. Utenhovio, eorundem exulum Seniore, in peculiari de peregrinatione illorum libello, expoſita, & inde, ſed brevius, a Gerh. Joh. Voſſio (28.) & Pet. Bælio (29.) repetita, ac utriusqve, ſicut & Hornbeckii (30.) indignabundam experta cenſuram. Anteqvam iſtud inchoaretur, ne de ſententia ſua dubitare videretur, hiſce Micronium, & ejus paraſtatas, verbis compellavit: *Non qvidem noſtri, ſed veſtri duntaxat cauſa, diſputabimus. Sumus enim de noſtra doctrina certi.* Hoc monito præmiſſo, velut Achilleum qvoddam argumentum adverſario objecit: *De veritate doctrinæ ſuæ ſacramentariæ non eſſe ambigendum, cum ea in omnibus Saxonicis & orientalibus eccleſiis unanimi conſenſu tradatur, Zwingliana autem damnetur.* Reſpondit Micronius, *de veritate doctrinæ, non ex unanimi eccleſiarum conſenſu, ſed Scriptura, judicandum eſſe.* Tum Weſtphalus: *Eccleſiæ noſtræ Saxonicæ ſunt eccleſiæ Dei.* Regeſſit Micronius: *Eccleſiam Dei ex loco non eſſe æſtimandam, nec Hamburgo magis aut Lubecæ, qvam Londino, alligatam eſſe, præterea qvamlibet eccleſiam (præter propheticam & apoſtolicam) errare poſſe, uti ipſe Lutherus doceat.* Excepit Weſtphalus, *Lutherum loqvi de Papiſtica, non de Chriſti eccleſia,* Micronius autem oſtendit, *eum de vera Chriſti eccleſia loqvi.* Objiciebat deinde Micronius Weſtphalo, qvod, *in Libello de vera Fide, doctrinam ſuam ſacramentariam eccleſiæ judicio ſubjeciſſet, adeoqve ejus examen ſubterfugere non deberet.* Reſpondit autem ille: *Ego doctrinam meam non Londinenſi, ſed eccleſiæ Dei Hamburgenſi, judicandam propoſui. Si dubia adhuc eſſet noſtra doctrina, graviter peccaſſet Senatus noſter, & Rex Daniæ, qvi contra vos decreta tulerunt.* Cui tandem Micronius regeſſit: *Similibus argumentis facile omnes Papa vicerit.* Hæc Utenhovius de iſta Diſputatione (qvam fruſtra inani dicacitate tueri nititur M. Dav. Schultetus, *in Innocentia Theologorum Hamburgenſium, Sect. II., p. 31-39.*), ſeu potius λογομαχία, cujus narrationem ipſe qvoqve Micronius forſitan ſcripto ſuo adverſus Weſtphalum intexuit apologetico, in Epiſtolis ad Henr. Bullingerum A. 1556. promiſſo (31.), & Baſileæ in 8., Anni ſeqventis 1557. M. Septembri edito, cujus parte prima eccleſias Orientalis Friſiæ, & Nordanam imprimis, ritusqve illarum euchariſticos, contra Weſtphalum, eiqve ſimiles, tuetur, ſecunda Miniſtrorum Sverinenſium ad Weſtphalum refutat Epiſtolam, tertia autem Epiſtolæ Weſtphali ante biennium ad ſe ſcriptæ reſpondet, ſuorumqve ex Anglia in Daniam, vicinasqve Germaniæ ad mare Balthicum civitates, profectionem compendioſe, teſte Lud. Lavatero (32.), deſcribit. Præter Micronium, e cœtus Reformati doctoribus, vehementia noſtri irritatis, Joh. Calvinus, & huic ſuccenturiatus Theod. Beza, Henr. item Bullingerus, Bernh. Ochinus, Joh. a Laſco, & Valerandus Polanus ὁ ψευδώνυμος, libris eum peculiaribus, ſtylo itidem acriori exaratis, & inter ſcripta Noſtri, qvibus repoſiti ſunt, enumerandis, longe plures autem invectivis & conviciis aculeatis, qvorum ſuo paulo poſt loco pariter nonnulla recitabimus, exagitarunt. Sed horum ille iras parum moratus, zelotarum Eccleſiæ Lutheranæ gaudebat applauſu, a qvibus per Epiſtolas, variis ex locis qvotidie advolantes, oraculi inſtar conſulebatur, &, teſte Melanchtone (33.), Profeſſioni, circa A. jam 1557., deſtinabatur Theologicæ Heidelbergenſi, *ut magnanimus ibi eſſet τῆς ἀληθείας defenſor,* Reformatis Helvetiæ vicinis, velut novus qvidam Hercules, opponendus. Ab iisdem plerisqve de controverſiis eccleſiæ Lutheranæ domeſticis adhibitus deliberationibus, in Saxonia præſertim Inferiori inſtitutis, ſubſcriptione ſua A. 1557. VIII Articulos, ad certamina inter Melanchtonem & Flacium, illorumqve aſſeclas, Interimiſtica & Adiaphoriſtica ſopienda, a Saxoniæ inferioris Theologis conditos, ſed a Melanchtone, ob rigorem nimium rejectos (34.), A. 1561. autem Confeſſionem eorundem Lüneburgenſem, opinionibus aliqvot heterodoxis oppoſitam, & Corpori doctrinæ Melanchtoniano parum æqvam, cujus anathemata in diſſentientes Eitzenio qvoqve juſto crudeliora, licet Theſes illius amplexo, videbantur (35.), prompte approbavit. Qvænam de Ubiqvitate, qvam vocant, ſive omnipræſentia carnis Chriſti, inter Lutheranos controverſa, ejus fuerit ſententia, diſpiciendum aliis relinqvimus. Fallitur haud dubie, & more ſuo impingit, Georg. Hornius, qvi (36.), *Weſtphalum primum ejus autorem, circa A. 1552, fuiſſe, & huic deinde Joh. Brentium, Joh. Wigandum, Flacium Illyricum, L. Oſiandrum & Jac. Andreæ, eſſe ſuccenturiatos,* nugatur, ſed aſſeclam tamen nihilominus invenit Jac. Benignum Boſſvetum, Epiſc. in Gallia Meldenſem, in *Hiſtoria variationis Eccleſiarum Proteſtantium Gallica* (37.), ad A. 1558., narrantem, *qve la grande affaire du tems, parmi les Lutheriens, fut celle de l' Ubiqvité, qve Weſtphale, Jaqves André Smidelin, David Chytré, & les autres, etabliſſoient de toutes leurs forces.* Sed nec fide ſatis digna mihi videtur Rod. Hoſpiniani (38.) relatio, qvi, *novum Brentii & Smidelini de ubiqvitate delirium, ex ipſis Lutheranis, Weſtphalum* ſcribit *oppugnaſſe & improbaſſe.* Sed in patriam tandem Weſtphali, poſtqvam controverſiis, qvæ cum exteris ipſi interceſſerunt, diutius ſumus immorati, nobis eſt revertendum, & ſacra, qvorum & iſtic autor præcipuus fuit, certamina paucis attingenda. Incolas eum civitatis Calvinianos, & Sectarios alios, per colloqvia & examina, revocare ab erroribus eſſe conatum, Methodius teſtatur, ſed nec, an moderatio ac manſvetudo, Theologo digna, in iſtis eluxerit, nec, an conatui reſponderit ſucceſſus, memorat. Inter collegas, qvibus, velut Heterodoxis, lites movit religioſas, primus fuit D. Joh. Æpinus, Superintendens Hamburgenſis, cujus de pœnis atqve tormentis infernalibus, ab anima Chriſti, ad inferos deſcendentis, ſeparata toleratis, opinionem, ingenti aliqvamdiu zelo, una cum Joh. Högelio & Joh. Garcæo, templorum Petrini & Jacobæi Paſtoribus, Tilemannoqve Eppingio & Caſp. Hackrathio, eorundem Diaconis, circa A. 1550., nec immerito, impugnavit. Verum A. ſeqv. 1551., cum Senatum Æpini partes conſtanter videret tueri, articulosqve de Chriſti ad inferos deſcenſu, illius congruos ſententiæ, Eccleſiaſtis omnibus approbandos obtrudere, detrectantes autem urbe ejicere, acqvieſcere iſtis cum Högelio, qvam in exilium cum Garcæo, Hackrahtio & Eppingio, abire, maluit (39.). Diuturnius fuit certamen Eccleſiaſtarum civitatis Hamburgenſis molliorum atqve moderatiorum, qvos Philippiſtas, & rigidiorum, qvos Flacianos appellabant, ab anno, qvi Æpino fuit emortualis, 1553.,

(27.) *in Methodo Hiſtor. c. 5., p. m. 176.* (28.) *Ep. 23. ad Hug. Grotium p. 50.* Invenies eam qvoqve in *Epp. Remonſtrantium eccleſiaſticis, A. 1684. recuſis, n. 266., p. 442. 443.* (29.) *l. c. p. 1241.* (30.) *in Summæ Controv. proœmiali Diſſ. p. 31.* (31.) V. Excerpta illarum in J. Henr. Ottii *Annalibus Anabaptiſticis, p. 126. 128.* (32.) *l. c. p. 127. 128.* Conf. Laur. Surium *l. c., ad A. 1557., p. 500.* (33.) in Ep. ad Alb. Hardenbergium, citata a Joh. Sturmio *in Anti-Pappo ſecundo, p. 144. 146.* (34.) V. qvæ de illis in vita Val. Curtii, Superintend. Lubecenſis, diximus. (35.) V. *Iſagogen* meam *ad Hiſt. Cimbr., P. II., c. 7., §. 2., p. 179. 180.* (36.) *in Hiſt. Eccl. p. m. 496.* (37.) *L. 8., n. 37.*, qvem locum Pet. Bælius, *l. c. p. 1240.*, allegat. (38.) *in Ep. dedic. Concordiæ Diſcordis.* (39.) Plura de hoc cum Æpino certamine V. in Vita illius, nec non *P. IV. Iſag.* meæ *ad Hiſt. Cimbr., c. 10., §. 7., p. 574. 575. 576.*

553, ad epocham usqve Libri Concordiæ introducti, per qvinqve ferme luſtra, continuatum. Factionis rigidiorum promachus erat Weſtphalus, aſſeclæ autem hujus potiores Joh. Cruſius, Paſt. Petrinus, Joh. Bodeckerus, Antiſtes Jacobæus, Georg. item Tappius, Catharinææ, & Joach. Magdeburgius, Petrinæ ædis Diaconi. Inter molliores eminebant Theodoricus Jürgens, ſive Zarius. Paſtor Nicolaitanus, Joach. Degenerus, templi cathedralis antiſtes, Franc. Baringius, Diac. Petrinus, M. Herm. Brüggemann, Eccleſiaſtes Johannæus, &, qvem cæteri, velut ducem atqve hyperaſpiſtam ſuum venerabantur, D. Paulus ab Eitzen, Superintendens. Qvo Hamburgi vivente, uti pares adverſariis fuere, ita, illo in Holſatiam A. 1562. digreſſo, iisdem cœperunt ſuccumbere, & Weſtphali imprimis animum aſſidue experti ſunt hoſtilem, de cujus ſuperbia, φιλονεικεία & ingenio turbulento, qverelas Degeneri, Baringii & Brüggemanni, plurimas, in ἀνεκδότῳ Epiſtolarum ad Eitzenium, a Miniſtris eccleſiæ Hamburgenſis, aliisqve Theologis, ab A. 1562. ad 1592., ſcriptarum, qvod penes me olim fuit, volumine, offendi. Præ cæteris inviſus noſtro fuit, & heterodoxiæ de S. cœna Calvinianæ ab illo, & collega Tappio, in publicis inſimulatus eſt demegoriis, Theodoricus Zarius, Antiſtes Nicolaitanus. Qvi tamen, cum innocentiam ſuam, in ſermonibus ad populum ſacris, & apologia Senatui exhibita, vindicaſſet, hujusqve juſſu, Confeſſiones ſe eccleſiæ Hamburgenſis approbare, Calvini autem ſententiam rejicere, chirographo teſtaretur proprio, ab eodem A. 1560. eſt abſolutus, litigioqve iſto per amneſtiam ſopito mutuam, A. ſeqv. 1561., eidem doctrinæ Lutheri profeſſioni, teſte ſcheda Eitzenii vernacula peculiari, typis excuſa publicis, immortuus. Occaſionem hæc σύῤῥαξις præbuit Decreto Senatus ac Presbyterii, d. 19. Jul. A. 1560. condito, qvo cautum eſt, ne qvis ad ſacrum poſthac admitteretur officium, priusqvam ſcripta Hamburgenſis Eccleſiæ ſymbolica, Confeſſiones ſcilicet contra Librum *Interim*, Oſiandrum, Majorem & Sacramentarios, *Epiſtolamqve de Adiaphoris*, αὐτοχειρὶ approbaſſet. Id qvod eo ipſo die factum eſt ab omnibus, qvi tunc vivebant, Eccleſiaſtis (40.). Bellum hoc ſacrum maximam partem jam erat depugnatum, cum Weſtphalus, uti ſupra monitum, d. 29. Aug. A. 1571., invitus (ſi Methodio fides habenda), maximo totius Senatus & Ordinis eccleſiaſtici conſenſu, Superintendens eligeretur. Verum hoc munere, cui M. Nicol. Staphorſtius, Paſtor Petrinus, ritu eum ſolenni d. 30. Oct. præfecit, duobus ſaltem annis, totidemqve menſibus, eſt gaviſus, binasqve interea temporis ſynodos A. 1572. & 1573. convocavit, in qvibus, aliisqve Collegarum congreſſibus, qvater ab ipſo, *de Epiſcoporum ac Miniſtrorum eccleſiæ officio*, *εὐταξία eccleſiaſtica*, *& πολυπραγμοσύνη vitanda*, eſt peroratum. Sub finem anni 1573. in morbum incidit fatalem, calculi ſcilicet dolores, qvorum cauſam Franc. Baringius, Eccleſiaſtes Petrinus (ægre cum Methodio, *Menſam ſobriam Noſtro fuiſſe acceptiſſimam perhibente*, conciliandus), Eitzenium, in Epiſtola ἀνεκδότῳ, verbis hiſce (qvorum fides ſit penes autorem) edocuit: *Weſtphalus, turbator dulciſſimæ pacis, homo ſolitarius & voluptuarius, qvi qvotidie vivebat ſplendide, bibebat dulciſſima vina, comparavit ex qvotidiano hauſtu vini calculum carnificem, qvo miſerrime periit. Utinam ſit ſalvus!* Hoc in morbo, cum diutius decumberet, *Orationem* conſcripſit *de dignitate miniſterii eccleſiaſtici* poſthumam, ſententias inſignes, ex veterum Theologorum ſcriptis a ſe collectas, verſibusqve expreſſas, curavit excudi, ac parænesin tandem de ſana doctrina, Paſtorumqve concordia ſervanda, nec non de futuri Superintendentis electione, dictavit, ſuisqve & Paſtorum reliqvorum chirographis munitam Senatui tranſmiſit. Triduo ante mortem, ſingulis ex fratre pronepotibus (ipſe enim nullos ex Agnete conjuge, brevi poſt ſe defuncta, relinqvebat liberos) benedixit, & Joachimo qvidem, ſibi cognomini, addito hoc tetraſticho, ad notationem nominis ſui Hebræam alludente:

Diſponente Deo nomen mihi contigit aptum,
Ex humili fecit ſurgere namqve loco.
In cathedram ſtatuit miſerum, de pulvere tractum:
Contulit omne bonum gratia ſola mihi.

Anno tandem, qvem dixi, 1574. (in cujus locum ab Anonymo Eccleſiaſtarum Hamburgenſium nomenclatore, & hunc ſecutis J. Alb. Fabricio, P. II Mem. Hamb. p. 860. Chr. Sig. Wolfio (41.) ac Wolfg. Henr. Adelungio (42.), præcedens 1573. perperam ſubſtituitur) ineunte, die Januarii, non decimo qvarto, uti a *Calendarii Hiſtorici* Eberiani continuatore, nec decimo ſeptimo, uti ab Abr. Bucholzero (43.), El. Reuſnero (44.), Jano Grutero (45.) & Nicol. Heldvadero (46.), tradi video, ſed decimo ſexto (pro qvo *Or.* Jod. Methodii *parentalis*, & Index Concionatorum Hamburgenſium ἀδέσποτος, militant), annos natus 64., inter preces piosqve ſermones, vitam cum morte commutavit, & Cyriacum Simonem, Paſtorem Jacobæum, in ephoria ſacra, nactus eſt ſucceſſorem. Inſignium loco, ad nomen forte ſuum alludens, Chriſti reſurgentis imaginem (47.), ſymboli autem familiaris inſtar tritum illud: *Feſtina lente* (Jle mit Wyle), uſurpare eſt ſolitus. Sepulcro illius (cui, poſt ſeptem luſtra elapſa, A. 1608. exuviæ etiam D. Phil. Nicolai, ejusdem cum ipſo parochiæ Paſtoris, nec minoris zelotæ, inferebantur (48.)) ſuperimpoſitum eſt, in choro ædis Catharinææ, monumentum epitaphium, præter ipſiusmet in nomen ſuum Tetraſtichon, ſupra recitatum, Odarion ſeqvens (cujus ſe Methodius (49.) Autorem profitetur,) Sapphicum, cum Octoſticho elegiaco ſubjecto, legendum exhibens (50.).

Integer vitæ, ſceleriſqve purus
Weſtphalus, ſacris ſtudiis dicatus,
Omne tranſegit ſpatium ſonando
Dogmata Chriſti,
Qvæ ſuo verbo Deus ipſe nobis
Tradidit norma ſtabili ſeqvenda
Firmiter, cunctis patriæ ut ſalute
Digna moneret.

Conſulens promptus bene rexit armis
Spiritus Sancti, ſolidæ ligamen
Pacis illæſum in Domino ut maneret
Tempus in omne.
Reſtitit monſtris vigilans ferarum,
Ne gregem Chriſti ſpecies luporum
Falleret, tentans animas inani
Perdere fuco.

Nunc pius Doctor fruitur ſereno
Gaudio, celſi ſuper alta cœli
Mens agit; corpus tumulo hoc qvieſcit,
Mox redivivum.

Doctrina, pietate, gravis, virtutibus, arte,
Judicio, præſtans, integritate, fide,
HaC IaCet beV fIXa IoaChIMVs VVeſtphaLVs Vrna,
QVI, reX ChrIſte, tVI paſtor oVILIs erat.

Tres

(40.) V. de hoc rigidiorum cum mollioribus certamine *Iſagogen* meam *l. c.*, §. 10. 11. 12., *p.* 579-583. (41.) in præfat. der Thränen-Qvelle. (42.) *in Append. Chronici Hamb. vernaculi, de Miniſtris Eccleſiæ, p.* 11. (43.) *in Ind. Chronol.*, *ad A.* 1574. (44.) *in Append. Iſag. Chronol. p.* 669. (45.) *Libro II. Chronic Chronicorum, ſub Job. Gvaltheri nomine editi.* (46.) *P. II. Sylvæ Chronol. Circ. Balth. p.* 196. (47.) V. Jod. Methodii *Epigr. in eam, Or. funebri adjectum.* (48.) V. Epitaph. elegiacum Philippo Nicolai ſcriptum, in Henn. Wittenii *Dec. I. Memor. Theol. Renov. p.* 35. (49.) *in Auctariis Or. funebris.* (50.) V. Lucæ Loſſii *Epitaphia Saxoniæ inferioris p.* 119. 120., & Theod. Anckelmanni *Inſcripti. Hamburg.*, *num.* 81., *p. m.* 29.

Tres & triginta ſonuit feliciter annos,
Eloqvio, ſcriptis, dogmata pura Dei.
Luſtra habuit vitæ bis ſex, & qvatuor annos,
Cum placide ſubiit regna beata Patris.

Celebrarunt defunctum JOH. FREDERUS jun., Hamburgnnſis, Th. D. & Prof. Roſtochienſis, in *Epicedio heroico* prolixo (qvod ſuo hortatu ſcriptum ab eo eſſe, Dav. Chytræus, ſocer illius, in Epiſtola ad Senatum Hamburg. A.1575. exarata (51.), profitetur), *Epitaphiis Virorum aliqvot, præclare de eccleſia & Republica Hamburgenſi meritorum*, aucto, & JODOCUS METHODIUS, itidem Hamburgenſis, in *Or. de vita & obitu ipſius parentali*. Utrumqve hoc ſchediaſma, cum adjectis amicorum (Joh. Poſſelii Sen., Henr. Schinckii, Paſt. Güſtrov., M. Joh. Ritzenbergii, Secretarii Hamb., Matth. Bergii, Rect. Brunſvic., Dav. Wolderi, Eccleſiaſtæ Hamb., Theod. Simonis, Jod. Methodii, M. Henr. Garberi, Nicol. Gerhardi, &c) epitaphiis metricis, junctim Roſtochii A.1575. in 4. prodiit, & 13. conſtat qvaternionibus. Solam Methodii Orationem, cum Epicediis aliqvot, Joh. Alb. Fabricius, *Parte II. Memoriarum Hamburgenſium*, Hamb. A.1710. in 8. edita, curavit *p.931-973.* recudi, ac ipſemet Scriptorum Weſtphali indicem illi imperfectum adjecit.

Fuſius etiam de illo actum eſt *Parte IV. Iſagoges* meæ *ad Hiſt. Cimbr., c. 10., §. 10. 11. 12., p. 579--583.*, in PET. BÆLII, hanc imprimis ſecuti, *T. II. Dictionarii Hiſtorici & Critici* (Roterod. A.1697. in fol. Gallice editi), *P. II., p. 1239. 1240. 1241., edit. primæ, Tomo* autem *III. edit. ſecundæ A.1702. p.3016-3018.*, M JOACH. MANCELII *Memoria Weſtphalorum doctorum*, Gryphisw. A. 1705. *in 4.* edita, *num. VII.*, & M. DAV. SCHULTETI (inſtaurati certaminis euchariſtici reatu illum abſolvere, ſimulqve zelum ejus immoderatum, adverſus cenſuras Gotfr. Arnoldi in *Hiſt. Eccleſiaſtica*, Anonymi Scriptoris Reformati in der Chriſtl. Erwegung der Erſten Religions Motuum zwiſchen den Lutherſchen und Reformirten, measqve, *P. IV. Iſag. ad Hiſt. Cimbr. l. c.*, cenſuras, inani dicacitate defendere, conati) *Innocentia Theologorum Hamburgenſium, Sect. II., p. 6-54.*, ac Hamburgiſchem von der Schule zur Kirchen beruffenen Prediger *p. 19. 20.*

M. ANDR. POACHII, Paſtoris Erfurtenſis, Epiſtola ad eum, contra bonorum operum neceſſitatem ad ſalutem, A. 1557. ſcripta, legitur in Conr. Schlüſſelburgii *Catalogi* Hæreticorum, Lib. 3., p 338-345.

De JOH. WIGANDI opuſculo ſimilis argumenti, A.1582. ipſi inſcripto, in Vitæ jam dictum eſt Hiſtoria.

Theologorum Roſtochienſium Epiſtola ad eum, de Jac. Andreæ negotio Concordiæ, V Id. Dec. A.1573. ſcripta, prodiit in Ott. Frid. Schützii *Libri II. de Vita Davidis Chytræi* (Hamb. A. 1722. editi) Appendice, *num. 11. p. 42. 43.*

Conferri etiam de illo poſſunt, præter Autores alios, in biographia paſſim laudatos, JOS. SIMLERUS *in Biblioth. Univerſ. p. 334.*, CASP. PEUCERUS *in Narrat. hiſtorica controv. ſacramentariæ*, HENR. KNAUSTINUS *in Encomio Hamburgi*, JOH. STURMIUS *in Anti-Pappo ſecundo, p. 128. 129. 144. 146. 180., & in Tertio p. 241. 242.*, LUD. LAVATERUS *in Hiſt. ſacramentaria, p. m. 111. 112. 115-118. 123. 125-130. 132. 136.*, LAUR. SURIUS *in Comm. hiſtorico, ad A. 1552. p. m. 469. 470., ad A. 1553. p. 475., ad A. 1555. p. 478. 479., ad A. 1556. p. 481. 485., ad A. 1557. p. 499. 500., ad A. 1558. p. 504., ad A. 1559. p. 538., ad A. 1560. p. 567.*, M. JOD. CORTUMMIUS *in ep. dedic. Precationibus ejus Evangelicis præfixa*, AUTOR ANONYMUS der Hiſtorie des Sacrament Streits (*ed. A. 1591. in 4.*), *p. 522. 523. 552. 553. 556. 557.*, DAV. CHYTRÆUS *in Epiſt. cit.*, CONR. SCHLüSSELBURGIUS *in Theol. Calvin., L. I., p. ult. præfat., L. II. p. 57. 104. 161. 173. 192. 193. 229. 264. 293., Lib. IV. p. 137. 209., in Catal. Hæreticorum L. 3. p. 338. & ſqq., L. 5. p. 493. & ſqq., L. 6. p. 46. 173. & ſq, 184. & ſeq., L. 12. p. 19. & ſq., L. 13. p. 242. & ſqq., & in Or. de Vita Joh. Wigandi p 76.*, LUCAS OSIANDER *in Epitome Hiſt. Eccl., Cent. XVI., p. 602. 650. 684.*, ROD. HOSPINIANUS *in Ep. dedic. Concordiæ diſcordis*, JAC. AUG. THUANUS *in Hiſt. ſua, ad A. 1574.*, C. B. *in Monumentis ex Thuano literariis*, Londini A.1640. editis, *p. 173.*, ANT. TEISERUS *in Addit. Gallicis ad Elogia Thuanæa. P. I., p. 454. 455., ed. primæ, & p. 421, 422. ed. ſecundæ*, PHIL. NICOLAI *in Ep. dedic. Libb. II. de omnipræſ. Chriſti myſterio*, JOACH. VAGETIUS *in Præcidaneis de orbe habitabili p. 263.*, NIC. HELDVADERUS *P. II Sylvæ Chronol. p. 196.*, JOH. MICRÆLIUS *P. III. Syntagm. Hiſt. Eccl. p 419.*, JOH. BOTSACCUS *in Reformato Pſeudo-Auguſtano p. 218. 655. 656., &c.*, JOH. HORNBECKIUS *in Summæ Controv. Diſſ. proœmiali p. 31., & L. 9., p. 699. 700.*, J. ANDR. QVENSTEDIUS *in Dial. de patr. vir. illuſtr. p. 207. 208.*, LUD. MORERIUS *in Lexico Hiſtorico*, GEORG. NIC. ERASMI *Lib. I. Anagr.* ἐμμέτρων, *n. 24.*, HOMONYMOSCOPIA mea, *Sect. II., c. 7., § 139., p. 730.*, JOH. FRANC. BUDDÆUS *T. IV. Lexici Hiſtorici p. 678.*, JOH. FABRICIUS *Parte IV. Hiſtoriæ Biblioth. Fabric. p. 278. 279.*

Probe a Noſtro diſtingvendi ſunt, uti in *Homonymoſcopia l. c.* jam eſt monitum:

I. JOACH. WESTPHALUS, Islebienſis, (qvem cum eo confudit Gvilh. Budæus, Med. Halberſt., qvi, *in Thanatologia Sec. XVI., ad A. 1574., p. 249.*, Joach. Weſtphali, Theologi Hamburgenſis, Vitam a Cyr. Spangenbergio deſcriptam eſſe, falſo perhibet), Diaconus initio in Thuringia Sangerhuſanus, & Paſtor dein Gerbſtättenſis, circa A. 1570. defunctus, & a Cyr. Spangenbergio *in Hiſtoria vitæ ac mortis* ejus vernacula, cum Sermone in memoriam ejusdem funebri, per M. Wolfg. Greiſſium habito, Islebiæ A.1570. in 8vo. excuſo, celebratus, cujus exſtant:

1. Hoffartsteufel der jetzigen Zeit, qvod Scriptum ſeorſim prodiit Islebiæ A.1565. in 8., & in *Theatro Diabolorum*, Francofurti A.1569. & 1575. in fol. edito, eſt recuſum, a Reinholdo autem Derſchovio, *L. 3. Hodoſoph. Chriſt., c. 9., p. 170.*, Joach. Weſtphalo noſtro Hamburgenſi perperam tribuitur.
2. Faulteufel, cui in iisdem *Theatri Diabolorum* editionibus locus obtigit.
3. Willkomm, womit die Welt Chriſtum, und die Seinigen, pflegt zu empfangen, oder Auslegung der Worte Joh. I. 11., mit einer Vorrede Cyr. Spangenbergii. Urſellis 1568. in 4. Recenſuit denuo, cum præfatione ſua ad Ducem Brunſvicenſem, M. Wencesl. Schillingius, Thuringus, A. 1617. in 8., ſub Titulo: Deutlicher Bericht, wie man ſich in den hohen Artickel der Bekehrung des Menſchen ſchicken ſoll, und wie die Welt Chriſtum pflegt zu empfahen. Scriptis Weſtphali Hamburgenſis male a Joſ. Simlero *in Biblioth. p. 334.*, annumeratur, ſicuti & a Joh. Alb. Fabricio *P. II. Memor. Hamb. p. 972.*
4. Geiſtliche Ehe Chriſti, und ſeiner Kirchen, aus Hoſ. II. Eißleben 1568. in 8.

Forſitan ipſum etiam Autorem agnoſcit *Concio de Voce* Hochzeit, qvam M. Joh. Prætorius, *in Hebr. Reſtit. p. 6.*, ſub Joach. Weſtphali nomine, allegat.

II. M. JOACH. WESTPHALUS, Paſtor Jacobæus & Superintendens ab A. 1614. Roſtochienſis, d. 28. Dec. A. 1624.,

(51.) V. Dav. Chytræi *Epiſtolas p. 205. 206. 207.*

1624., æt. 73., mortuus, cujus nulla mihi ſcripta hactenus innotuerunt. Hunc Anno Æt. 15. legere primum cœpiſſe, & intra qvinqvennium eos feciſſe progreſſus, ut Academicis poſſet intereſſe lectionibus, e Programmate D. Joh. Qviſtorpii, refert Joh. Micrælius *P. III. Syntagm. Hiſt. Eccl. p. 790.* Programma Qviſtorpii de vita ejus funebre recuſum eſt A. 1709., in Georg. Henr. Götzii *Elogiis LXXX. Theologorum Germ. p. 79-84.*

ELOGIA.

JOH. WIGANDO, *in Lib. de Sacramentariiſmo p. 359.* (allegante Dav. Sculteto *in Innoc. Theol. Hamb. p. 9.*) audit *præſtantiſſimus Theologus, & vere θεήγορος.*

MAGDEBURGENSIS Eccleſiæ Miniſtris, in Epiſt. ad ipſum, inter Confeſſiones Miniſtrorum Saxonicorum de S. Cœna A. 1557. publicata (*lit. B. 4. a.*), audit *Fidelis & utilis ſervus Jeſu Chriſti, pietate, doctrina & neceſſario zelo, præſtans.*

WISMARIENSIBUS (in ſua ad ipſum Epiſtola, *ibid. lit. R. 3. a.*) *Vir ad profligandos errores divinitus excitatus, conſtantia infracta in tuenda veritate excellens, ac vera pietate, multaqve doctrina ac virtute præſtans.*

THEOLOGIS WITEB., *in Refut. Hiſtor. Peucerianæ p. 37. b., ap. D. Scult. l. c.*) *Eccleſiæ Hamb. Miniſter fideliſſ., & veritatis patronus conſtantiſſimus.*

DAV. CHYTRÆO, in Epiſt. ad Senatum Hamburg. A. 1575. exarata (qvam *in Epiſtolarum* Sylloge *p. 205. 206. 207.* invenies), *Vir* audit, *cujus, donec erit eccleſia Dei in his terris, una cum S. Anſchario, & D. Æpino, primo Superintendente, ſemper bonos, nomenqve bonum, laudesqve, apud omnes bonos & pios, manebunt.*

LUCÆ OSIANDRO, *Cent. XVI. Hiſt. Eccl. p. 602., Vir doctus & zelo Dei præditus*, it. *p. 684. Sincerus & inſignis Theologus.*

JOH. FREDERUS, in *Epicedio* ſupra allegato, prolixe eum, tum alias ob cauſas, tum ob dotes ingenii celebrat, de qvibus ita canit: - - - *Omnigena doctrina excelluit, acri*
Judicio præſtans, & mentis acumine ſolers.

CONR. SCHLÜSSELBURGIUS, in *Ep. dedic. Theol. Calvin.* (*lit. d. 1. b.*) eum *Theologum* ſalutat *fidelem*, & in *Præfat., p. ult.*, nec non *Lib. 2. p. 229.*, tanqvam Polemicum & athletam contra ſectarios egregium, commendat. *Lib. 2., p. 264. Virum* eundem vocat *de Eccleſia Dei bene meritum, Lib. 3. p. 173. Doctorem pium, Lib. 4. p. 137. Fideliſſimum teſtamenti filii Dei aſſertorem, Lib. 6. Catalogi Hæreticorum p. 46. Præceptorem ſuum*, &, in *Or. de vita Joh. Wigandi p. 76., Theologum fidelem, & præclare de eccleſia J. C. publicis ſcriptis meritum.*

PHIL. NICOLAI (*in Ep. dedic. Libb. 2. de omnipræſ. Chriſti myſterio*) *Vigilantiſſimum veritatis evangelicæ aſſertorem. miniſtrumqve verbi fidelem, qvi primus omnium Joh. Calvino, & cum eo repullulanti Calviniſmo, acriter ſe oppoſuit.*

LUC. BACMEISTERUS Jun. (*in Or. de vita Dav. Lobechii p. 10.*) *Theologum clariſſimum & zelo domus Dei laudatiſſimum, orthodoxæ fidei propugnatorem acerrimum, lucidisſimum eccleſiæ purioris & Lutheranæ ſidus.*

THEOLOGIS ROSTOCHIENSIBUS (in Epiſt. ad Dav. Chytræum d. 31. Oct. A. 1573. ſcripta) *Vir* audit *Clarisſimus, eruditione, pietate & ætate, venerandus*; nec non (in alia ad eundem, M. Apr. A. 1574. data) *Senex venerandus, & de Eccleſia Dei optime meritus.* V. Ott. Frid. Schützii *Append. Libri II. de Vita Dav. Chytræi p. 40. 46.*

D. HELVICUS GARTHIUS (*in Ep. dedic. T. II. Opp. theol. Æg. Hunnii*) præcipuis Hæreticorum antagoniſtis eum annumerat.

MATTH. BERGIUS, Rect. Brunſvic. (in Epicedio ei ſcripto), ita de illo:

Ille qvidem haud clarus genere, aut natalibus amplis, | *Sed ſtudio veri, ſed relligionis amore,*
Sed clarus ingenii bonis, | *Conſtantiaqve in aſperis.*

NIC. HELDVADERO (*P. II. Sylvæ Chronol. Circ. Balth. p. 196.*) audit *Acerrimus propugnator evangelicæ veritatis.*

JOH. MICRÆLIO (*P. III. Syntagm. Hiſt. Eccl. p. 419.*) *Theologus ſcriptis animoſis contra Zwinglianos celeberrimus.*

REINH. DERSCHOVIO (*Lib. 3. Hod. ſoph. chriſtianæ, c. 9., p. 170.*) Ein berühmter tapferer Prediger in Hamburg.

ABR. CALOVIO (*in Judicio de ſubſcriptione Marchica*, A. 1664. edito *p. 28.*) *Theologus conſtans.*

HIER. KROMAYERUS, *in Hiſt. Eccl. p. 583.*, Theologis Seculi XVI. præcipuis eum accenſet, & *p. 584.* conſtantiam ejus tempore Interimiſtico, Theologo dignam, deprædicat.

JOH. ANDR. QVENSTEDIO (*in Dial. de patriis vir. illuſtr. p. 207.*) *Theologus* audit *inſignis & ſincerus.*

CASP. LÖSCHERUS (*in Obice ſyncretiſmi Calvinianorum p. 5.*) ſcripta ejus Anti-Calviniana vocat *ſucculentisſima.*

VITO LUD. SECKENDORFIO (*L. 1. de Lutheraniſmo, Sect. 55., §. 139., p. 245.*) *Theologus non incelebris.*

JOH. FRID. MAYERO (*in Programm. de pacto apparitionis poſt mortem, A. 1699. edito, p. 20.*) *Summus* audit *eccleſiæ Hamburgenſis præſul, hæreticorumqve malleus.*

ANT. TEISERIUS (*P. I. Additt. ad Elogia Thuanæa p. 454. 455.*) ita de illo: *Il eſt conſideré par les Lutheriens, comme un ſavant Theologien.*

GEORG. NICOL. ERASMI (*L. 1. Anagr. ἐμμέτρων, n. 24.*) hoc exhibet de illo anagramma:

M. Joachimus Weſtfalus, S. Eccleſiæ Cathariniane, qvæ Hamburgi eſt, olim Paſtor.

* * * *

Hæreticis fuit hic olim heis pugnator amarus,
Ecce ſalus autem celſa, qvæ amata bonis.

D. PAULUS ab EITZEN, in Confeſſione Presbyterii Hamburg. de S. Cœna, A. 1557. inter alias Eccleſiarum Saxonicarum a Weſtphalo edita, ita de illo (*lit. O. 7.*): *Eccleſia noſtra Dn. Joach. Weſtphalum, Paſtorem fidelem & bene meritum, amat & veneratur. propter magnam ejus eruditionem, propter eximiam fidem, qvam, ſicut fidelem Paſtorem decet, cum magna vigilantia & conſtantia, ac cum indefeſſo ſtudio, præſtat eccleſiæ in ſuo miniſterio, & propter inſignem integritatem vitæ, qva Deum in cœlis glorificat, & Calvinum cum ſuis mendaciis pudefacit. - - - - Eccleſia audit ipſius conciones, videt ipſius converſationem, legit ipſius ſcripta: ea locuples teſtis eſt contra Calvini mendacia.*

MINISTRI ECCLESIÆ LUBECENSIS, in ſua ad Weſtphalum Epiſtola (*ib. lit. Q. 4. a.*), ita eum alloqvuntur: *Gratia qvam maxima tuæ Reverentiæ, ab omnibus pietati deditis atqve Chriſtianiſmo adjectis, debetur, Vir ornatisſime & integerrime, pro tua in Eccleſiam univerſam ſingulari benevolentia, ſtudio, fide & pietate admiranda, qva hoc adflictiſſimo tempore adductus, te tam fortiter & pio zelo Sacramentariorum deteſtabili errori opponis.*

HERM. HAMELMANNO (*P. II. Hiſt. Evang. renati, in Opp. Hiſt. p. 974.*) *Vir* audit *doctisſimus & clarisſimus.*

CENSURÆ PONTIFICIORUM.

INDEX librorum prohibitorum ROMANUS *p. m. 60.*, & HISPANICUS *Ant. Sotomajoris, Inqviſitoris generalis* (Madriti A. 1667. in fol. editus), *p. 558.*, Autoribus eum primæ claſſis damnatis & prohibitis accenſent. Conf. Franc. Magdaleni *Elenchum librorum in Indice Romano prohibitorum p. 320.*

De

De JOH. BODINO & *Anatomiæ eccleſiæ catholicæ* autore, hæreſiarcham illum, & novæ Anti-Calvinianorum ſectæ autorem, fuiſſe fingentibus, in vitæ hiſtoria jam eſt dictum.

CENSURÆ REFORMATORUM.

HENR. BULLINGERO, in Epiſt. ad Joh. a Laſco A. 1554. ſcripta (qvæ inter *Epiſtolas clarorum virorum*, a Simone Abbes Gabbemah editas, *num. 54.*, legitur), audit *vere Weſtphalus, i. e. homo craſſus.*

THEOD. BIBLIANDRO, in Ep. ad Laſcum (*ibid. n. 23.*), *Homo ineptus & importunus, qvi rectius farragines in agris jumentis colligeret miſceretqve, qvam ut ſacroſancta myſteria unionis & fidei chriſtianæ, ac ſalutis humanæ ſacramenta, tractaret.*

LUD. LAVATERUS, *in Hiſt. ſacramentaria, ad A. 1557., p. 127.*, ita de Joh. Calvini contra illum ſcriptis: *Multi nimis vehementer Calvinum hanc cauſam egiſſe dicebant: alii vero, qvia cum duris & præfractis hominibus ei negotium eſſet, omnino hoc modo fuiſſe tractandos. Nec deerant, qvi prorſus nihil reſpondendum fuiſſe Weſtphali libellis arbitrarentur, eo qvod, non ſecus qvam Eroſtratus ille Epheſinus, vel cum præſtantisſimarum rerum incendio, ac doctisſimorum hominum inſectatione, gloriolam expetere videretur.*

JOH. STURMIUS, in Anti-Pappo ſecundo p. 128. 129., ita: *Hæc pax* (concordia ſcilicet anni 1536. Witebergenſis), *inde a conſtituta concordia, in eccleſiis Germanicis, Gallicanis, Anglicanis, floruit, usqve dum, Bucero mortuo, Joach. Weſtphalus & Matthias Illyricus, eorumqve ſectatores, hanc perfringerent, & vetus diſſidiorum ulcus, non tam refricarent, qvam exacerbarent acerbius.* Confer ſimiles, de certamine euchariſtico per Weſtphalum inſtaurato, qverelas, *ibid. p. 180., & in Anti-Pappo tertio p. 241.* Ubi & *p. 242.* ita denuo declamat: *Illud diſſidium, a Weſtphalo renovatum, usqve ad hoc tempus propagatum eſt, cum pax eſſet usqve ad Weſtphalum inter Germanicas & exteras eccleſias, autoribus Melanchtone & Bucero.*

CASP. PEUCERUS, in Narratione certaminis Sacramentarii vernacula, a Conr. Schlüſſelburgio *Libro 2. Theol. Calv.* inſerta, *p. 192. 193.*, ita: Wie der Flacianiſche Zanck ein wenig geſtillet, hat M. Joachim Weſtphal zu Hamburg den Sacrament-Streit wieder angefangen, A. 1552., da er ließ ein Buch drucken, darinn er der Sacramentirer wiederwertige Meinung von des Herren Abendmahl erzehlet und wiederholet auß ihren eigenen Büchern. Hat aber ſeines Schreibens Urſach genommen von dem Conſens und Vereinigung der Frantzöſchen und Schweitzerſchen Theologen, welcher war zu Zürich, durch Raht und Beforderung des Calvini und des Bullingeri, aufgerichtet, und durch den öffentlichen Druck publiciret. Wieder dieſen Conſens hat der gedachte Weſtphal geſchrieben, und hat etliche Geſellen auf ſeiner Seiten gehabt, mit derſelbigen Vorſchub, Hülf und Beyſtand, hat er einen neuen Sacrament-Streit angefangen, und alſo greulich und heftig wieder ſeine Wiederſacher die Feder geſchärfet, daß man es hat dafür gehalten, als wenn ſeine Decreta mit Blut geſchrieben weren. Hat viel frembdes ungereimtes auf die Bahn gebracht, davon D. Luther nichts gewuſt, hat auch viel Gottesläſterung mit untergemenget, indem, daß er des Herren Chriſti Leib eine ſonderliche natürliche Kraft und Wirckung zugeeignet, welche alſo ſol unſere Leibe bewegen und verändern, wenn er genommen werde, gleichwie der Wein den Leib heiß machet und erwärmet. : : Da nun alſo durch Weſtphali Schrift das Feur mit Gewalt angeſtecket, hat es weit umb ſich gefreſſen, und viel Königreiche und Länder unruhig gemacht, und eingenommen, und iſt dieſer Handel von beyden Partheyen, durch viel Streit-Schriften, ſo geſchwind und heftig getrieben, als zuvor nie geſchehn.

CHRISTOPH. PEZELIUS (in der Unverneinlichen und unwiederſprechlichen Wahrheit, wieder Nic. Selneccerum) ita de illo (*ap. Dav. Scultetum in Innoc. Theolog. Hamburg., Sect. I., p. 7.*): Daß es auch mit Weſtphalo nicht alles Geiſt, ſondern Fleiſch und Blut, geweſen, wie ſeiner Zuhörer einer von ihm recht geurtheilet, da er merckte, wie er umb den Hals pflegte roht zu werden, ſo oft er auf ſein unbefugtes Schelten wieder Calvinum erhitzte, zeigen die Verſe an, ſo noch zu Hamburg wol bekandt ſeyn:

Cum tibi labra tument, rubet & tibi ſangvine cervix,
Weſtphale, præcipue lingva diſerta tua eſt.

ANONYMUS (ap. Joh. Lampadium *P. III. Mellific. Hiſtor. p. 455.*, allegatum a Dav. Sculteto *l. c. p. 8.*) ita in eum:

Weſtphale, cum neqveas famam lacerare Philippi,
Latratu oſtendis te tamen eſſe canem.

ROD. HOSPINIANUS, *in Ep. dedic. Concordiæ diſcordis*, eadem ferme cum Peucero (qvem forte ſecutus eſt) inculcat, ſcribens: *Hanc tranqvillitatem* (mortem Lutheri in certamine euchariſtico ſecutam) *primus turbavit Joach. Weſtphalus, Hamburgenſis eccleſiæ miniſter, A. 1552., editione libelli, cui titulum fecit:* Farrago confuſanearum & inter ſe diſſidentium opinionum de cœna domini, ex Sacramentariorum libris congeſta. *Oppoſuit hunc libellum conſenſui nuper facto inter Helveticas & Gallicas eccleſias, Bullingeri & Calvini conſilio & opera, in negotio euchariſtico. In hac Farragine demonſtrare & probare conatur Weſtphalus, Zwinglianos & Calviniſtas, qvos ſic vocat, qvantumvis ſimulent conſenſum in re ſacramentaria, tamen in varias & pugnantes ſententias inter ſe ſciſſos eſſe, qvæ propria nota ſeductorum ſit, Lutheranos contra in una certa & perpetua ſententia ſibi conſtare, cum tamen in illo ipſo libello multa doceat, qvæ Luthero prorſus ignota, aliena, abſurda, qvin palam ſunt impia & blaſphema. Claſſicum etiam in eodem libello haud obſcure canit, excitatis ad ſubſidiariam operam ſociis, novo bello gerendo. Excitatum his libellis incendium celeriter ſe diffudit, & multa regna ac provincias corripuit, & tot qvidem ſcriptionum velitationibus agitatum eſt, ut majus & ferventius ſtudium partium, in hoc certamine, vix antea conſpectum fuerit.*

HENR. ALTINGIUS, *P. II Problem. Theol., Probl. 17.* (teſtibus Joh. Meisnero *in Irenico Duræano p. 278.*, & Sam. Pomario *Diſp. III. de Moderat. theol., §. 3.*), illum, Matthiamqve Flacium & Flacianos, *Lutheranos* vocat *immoderatos, furioſos ac blaſphemos.*

D. GEORG. PAULI, Theol. Dantiſcanus, *in Apologia contra Joh. Botſaccum p. 114. 116.* (teſte ipſo Botſacco in Ind. II. *Reformati* ſui *Pſevdo-Auguſtani*, ipſi repoſiti), eum *ſpiritum irreqvietum & Catonem rigidum* appellavit.

JOH. HORNBECKIUS, *in Diſſ. proœmiali Summæ Controv. p. 31.*, arrogantiæ eum & φιλαυτίας, ex hiſtoria colloqvii cum Mart. Micronio, ſupra recitata, inſimulat, *libro* autem *IX., p. 699. 700.*, occaſione a judicio ejus de martyribus Reformatis immiti arrepta, prolixe in ipſum, & cœteros Lutheranos rigidiores, invehitur.

JAC. PERIZONIUS, *in Comm. Hiſtoricis rerum Sec. XVI. geſtarum p. 521. 647.*, eum *acerbiſſimi ingenii hominem* vocat. V. *Acta Erud. Lipſ., M. Jul. A. 1710., p. 285.*

PET. BÆLIUS, *T. II. Dictionarii Hiſtorico-Critici, P. II., p. 1239.*, ita de eo: *Il étoit d' une violence, qv' on pourroit nommer brutale.*

CENSURÆ LUTHERANORUM.

PHIL. MELANCHTHON, cujus invectivam in judicium Noſtri de eccleſiæ Reformatæ martyribus, ex Epiſtola ad Ioach. Camerarium A. 1558. exarata, ſupra jam recitavimus, in alia, ad Alb. Hardenbergium paulo ante obitum ſcripta (qvam Joh. Sturmius, *in Anti-Pappo ſecundo p. 144.*, legendam exhibet), ita de illo: *Audio hoc agi, ut Weſtphalus fiat Lector in Acad. Heidelbergenſi, qvod eo moliuntur qvidam, ut ſit magnanimus ibi defenſor τῆς ἀρτολα-*

ʒεϊας. Is ſcripſit etiam ad Erfurdienſem concionatorem, ut mihi bellum inferat de hac propoſitione: Nihil habet rationem ſacramenti extra uſum inſtitutum. Ubi notandum, qvod crimen ἀϱϰελαʒεϊας, Weſtphalo objectum, attinet, falſo eum hujus inſimulari, idqve, verbis ipſius, e *Confeſſione de cœna Domini*, propriis, contra Melanchthonem eviciſſe Conr. Schlüſſelburgium *L. 2. Theol. Calvin. p. 160. 161.*

SIMON SULCERUS, Theol. Lutheranus Baſilcenſis, in Epiſt. ad Joh. Marbachium A. 1558. exarata (qvam in Joh. Fechti *Supplem. Hiſt. Eccl. Sec. XVI., P. II., n. 63., p. 82.*, invenies), vehementiam ejus & φιλονεικίαν nimiam haud obſcure reprehendit.

FRANC. BARINGII, e Diacono Hamburgenſi Superintendentis Saxo-Lauenburgici, verba de luxu ejus, & ingenio contentioſo, ſub finem biographiæ ſunt exhibita.

JOACH. VAGETIUS, *in Præcidaneis de orbe habitabili p. 263.*, *famam* eum, *per adverſarios magni nominis, qvos ſcriptis provocabat*, judicat, eſſe *adeptum*.

SCRIPTA EDITA.

א. LATINA.

Duo Scripta, in qvibus 1. aſſeritur, qvod obſtantes præſenti mutationi in doctrina & ritibus Eccleſiaſticis non moveant certamina de rebus parvis & non neceſſariis; 2. oſtenditur, qvod autores & ſuaſores legum de doctrina & Pſevdadiaphoris hoc tempore novandis Antichriſto, in fraudem Eccleſiæ Dei, gratificentur. A. 1549. in 8.

Explanatio generalis ſententiæ, qvod, e duobus malis, minus malum ſit eligendum. ex qva facile qvivis pie eruditus colligere poterit, qvid in controverſia de Adiaphoris ſeqvendum aut fugiendum ſit. A. 1549. in 8. Recuſa in Conr. Schlüſſelburgii *Catalogi Hæreticorum Libro XIII. de Adiaphoriſtis*, Francof. A. 1599. *in 8.* edito, *p. 247-299.*

Comprehenſio argumentorum adverſus ſervitutem in ceremoniis Papiſticam. Hamburgi 1549. in 8. Germanice etiam Magdeburgi eod. A. 1549. in 4. prodiit, ſub titulo: Kurtzer Begriff der Argumenten, durch welche die Dienſtbarkeit in Ceremonien, von den Papiſten, und ihren Dienern, zu leiden aufgelegt, verworfen und verlegt wird.

Lutheri Sententia de Adiaphoris, e ſcriptis ejus collecta. A. 1549. in 8. Verſio Germanica Magdeb. A. 1550. in 4. eſt excuſa, ſub titulo: D. Luthers Meinung von den Mitteldingen, auß ſeinen Schriften zuſammengeleſen.

Epiſtolæ de religionis pernicioſis mutationibus. Magdeb. A. 1550. (*V. Simleri Biblioth. p. 334., & Fabricii P. II. Mem. Hamb. p. 971.*)

Explicatio in Pſ. XLVI., Marpurgi A. 1551. excuſa, teſte Henr. Leuchtero *in Fide antiqva Haſſorum p. 121.*

Fundamentum doctrinæ de remiſſione peccatorum, per prophetas & apoſtolos poſitum. A. 1552. in 8.

Farrago confuſanearum & inter ſe diſſidentium opinionum de cœna Domini, ex Sacramentariorum libris congeſta. Magdeb. 1552. in 8. Libelli hujus, qvo certamen inter Lutheranos & Reformatos eucharisticum eſſe inſtauratum, in vitæ jam monitum eſt hiſtoria, argumentum & hiſtoriam, Caſp. Peuceri & Rud. Hoſpiniani verbis, paulo ante exhibuimus, & eadem ferme, qva illi, ratione exponunt, e Reformatis Lud. Lavaterus, *in Hiſt. Sacram., ad A. 1552., p. 111. 112.*, e Lutheranis Lucas Oſiander *Cent. XVI. Hiſt. Eccl., ad A. 1552. & 1559., p. 602. 689.*, e Pontificiis autem Laur. Surius (ἐπιχαιρεκακίαν ſuam in bello hoc Proteſtantium inteſtino haud diſſimulans) *in Comm. Hiſtor., ad A. 1552., p. 469. 470. Conſenſui* is *Miniſtrorum Tigurinorum & Joh. Calvini in re ſacramentaria mutuo*, A. 1549. inito, & non ſeorſim ſolum, ſed & inter Calvini *Tractatus theologicos* (Genevæ A. 1611. in fol. impreſſos, *P. II., Cl. VII., p. 752-757.*), ac in Lud. Lavateri *Hiſtoria ſacramentaria* modo laudata (ad A. 1549., p. 98-107.), publicato, præcipue eſt oppoſitus. Commendatur ſummopere a Lutheranis, Luca Oſiandro *l. c. p. 602.* (ubi *pio* eum *conſilio* a Weſtphalo ait eſſe editum) & 684. (ubi denuo *pium* autoris *zelum* commendat, & *admonitionem hanc, qvod Calvini ſcripta paſſim magno in pretio haberentur, admodum fuiſſe neceſſariam* judicat), Conr. Schluſſelburgio *Lib. 4. Theol. Calv. p. 137.* (ubi autor in illo *liqvido, & qvaſi ad oculum, nihil certi & firmi in Calvinianorum eſſe doctrina, demonſtraſſe* dicitur) *209 210. 211.* (ubi Huld. Zwinglii, And. Carolſtadii, Joh. Oecolampadii, Joh. Laſci, Henr. Bullingeri & Joh. Calvini, diverſæ verborum inſtitutionis ex illo fuſe recitantur interpretationes), aliisqve compluribus. Reformatis contra ſudes fuit in oculis, uti vel e Theod. Bibliandri, Caſp. Peuceri & Rud. Hoſpiniani, judiciis de illo perqvam aſperis, inter Cenſuras de autore paulo ante allatis, poteſt perſpici. Ipſi certe Theologi illorum principes refutare eum ſunt aggreſſi, e qvibus primus in arenam, poſt triennale ſilentium, prodiit Joh. Calvinus, & *Farragini* huic, uti & *Rectæ fidei de cœna Domini*, mox memorandæ, A. 1555. M. Dec. oppoſuit *Defenſionem ſanæ & orthodoxæ doctrinæ de Sacramentis, eorumqve natura, vi, fine, uſu & fructu, qvam Paſtores & Miniſtri Tigurinæ eccleſiæ & Genevenſes, ante aliqvot annos, brevi conſenſionis formula complexi fuerant.* Qvo in ſcripto, inter *Tractatus theologicos* recuſo, uti, in recenſu illius, Lavaterus (*l. c. p. 116.*) & Surius (*l. c. ad A. 1555., p. 479.*) teſtantur, Weſtphali nomen eo ſe prætеriiſſe fingit conſilio, ut, *ſi forte ſanabili eſſet ingenio, tacite ejus ignorantia ſepeliretur.* Hunc ſecutus Henr. Bullingerus A. 1556. Tiguri juris publici fecit *Apologeticam expoſitionem, qva oſtenditur, Tigurinæ Eccleſiæ Miniſtros nullum ſeqvi dogma hæreticum in doctrina cœnæ Domini, neqve ullas, vel ſcripturæ ſacræ, vel ſinceriorum veterum ſcriptorum, ſententias corrumpere, vel ulla dogmata nova confingere (&c.), libellis qvorundam acerbis oppoſitam, & ad omnes ſinceram veritatem & ſanctam pacem amantes Chriſti fideles placide ſcriptam.* Qvæ licet adverſariorum nomina itidem reticeat, Weſtphalum tamen, ejusqve *Farraginem* & *Rectam Fidem*, potiſſimum impugnat, prout Lavaterus *l. c. p. 117.* probe obſervavit, & Melch. Adamus etiam *in Vitis Theol. Germ. p. 494.*, ac J. Henr. Hottingerus *L. 3. Biblioth. qvadrip., c. 2., p. 379.*, innuunt. Sed & Bernhardinus Ochinus, Senenſis, Paſtor tunc Eccleſiæ Locarnenſis, Tiguri, A. eod. 1556. *in 8.*, *Defenſionem* edidit *ſinceræ & veræ doctrinæ de cœna Domini, contra Libros III. Joach. Weſtphali* (*Farraginem* ſc., *Rectam de cœna Domini fidem*, & *Juſtam contra Calvinum defenſionem*), dialogo inter ſe & Weſtphalum perpetuo exhibitam, qvam Italice ab autore eſſe ſcriptam, a Thaddæo Duno autem Latine verſam, Joſ. Simlerus *in Biblioth. univ. p. 97.*, Joh. Jac. Friſius *in eadem Biblioth. continuata p. 115.*, & Chriſtoph. Sandius *in Biblioth. Anti Trinitariorum p. 4.*, teſtantur. Conf. de illa Lavaterum *l. c. p. 117.*

Recta Fides de Cœna Domini, ex verbis apoſtoli Pauli, & Evangeliſtarum, demonſtrata ac communita, eccleſiæqve Hamburgenſi inſcripta. Magdeb. 1553. in 8. Germanice etiam, teſte Catalogo qvodam, *in 4.* prodiit, ſub titulo: Rechter ungefälſchter Glaube vom hochwürdigen Sacramente des wahren Leibes und Blutes JEſu Chriſti. Mentio ejus occurrit in Lud. Lavateri (manducationem indignorum ſub finem illius defendi obſervantis) *Hiſt. ſacram. p. 112.*, & Laur. Surii *Comm. Hiſt., ad A. 1553., p. 475.* De ſcriptis Joh. Calvini, Henr. Bullingeri & Bernh. Ochini, illi pariter atqve *Farragini* oppoſitis, in *Farraginis* recenſu, paulo ante eſt dictum.

De officio Magiſtratus & Subditorum, & de legitima defenſione, doctrina D. Pauli Rom. XIII. explicata. Francof. A. 1553. in 8. (V. Fabricii *P. I. Mem. Hamb. p. 971.*, & *Bibl. Theol. Endter. p. 179.*)

Cau-

Cauſæ, cur in eccleſia Dei ritus proceſſionum & circuitus abrogatus, & ubiqve tollendus potius qvam reſtituendus ſit, breviter indicatæ. Magdeb. 1553. in 8. (*1. pl.*) Oppoſitæ ſunt Adiaphoriſtis & Interimiſtis.

Juſta Defenſio adverſus cujusdam Sacramentarii falſam criminationem, in qva & de euchariſtiæ cauſa tractatur. Francof. 1555. in 8. Oppoſita eſt Joh. Calvini *Defenſioni* adverſus *Farraginem*, in hujus recenſu paulo ante memoratæ. V. Lavaterum *l. c. p. 116. Liber non minus inſulſus, qvam virulentus*, Calvino, *Ep. 224.*, ad Miniſtros Eccleſiæ Francofurtenſis ſcripta, *p. 368.*, vocatur. Repoſuit huic idem Calvinus A. 1556. *Secundam Defenſionem piæ & orthodoxæ de ſacramentis fidei contra Weſtphali calumnias, probis omnibus Chriſti miniſtris, & ſinceris Dei cultoribus, qvi puram Evangelii doctrinam, in Saxonicis eccleſiis, & inferiori Germania, colunt & ſeqvuntur*, dedicatam, &, in *Tractatuum theologicorum* volumine, Genevæ A. 1611. in fol. edito (*p. 767-794.*), recuſam, cujus argumentum Lavaterus *p. 118.* breviter exponit.

Collectanea ſententiarum Auguſtini de Cœna Domini. Addita eſt Confutatio, vindicans a corruptelis pleroſqve locos, qvos Sacramentarii pro ſe ex Auguſtino falſo citant. Ratisbonæ 1555. in 8. De libello hoc, qvem Jac. Bordingo Sen., Medico magni nominis, dedicavit, Conf. Lavaterum *l. c. p. 115.*

Fides D. Cyrilli, Epiſcopi Alexandrini, de præſentia corporis & ſangvinis Chriſti in S. Cœnæ communione. Francof. 1555. in 8. Dedicata eſt M. Nicol. Gallo, Theologo Ratisbonenſi. (Scripta hæc duo, ob diligentiam in congerendis Patrum pro Lutheranorum de ſacramento euchariſtico ſententia teſtimoniis, una cum ſimilibus Melanchtonis, Marbachii & Chemnitii, laboribus, commendantur a Conr. Schlüſſelburgio *Lib. I. Theol Calv. p. 293.*, & Joh. Oleario *in Continuatione Iſagoges Carpzovianæ ad libros ſymbolicos p. 1438.*)

Loci præcipui de vi, uſu & dignitate ſalutiferi Baptiſmi, ex Evangeliſtis & Apoſtolis collecti & explicati. Argentinæ 1556. in 8. Scriptum Reformatorum præſertim de baptiſmo doctrinæ oppoſitum, qvod Conr. Schlüſſelburgius *Catalogi ſui Hæreticorum*, Francof. A. 1599. *in 8.* evulgati, *Libro XII. de Anabaptiſtis* (*p. 195-243.*) recuſum inſeruit.

Juſta Defenſio adverſus inſignia mendacia Johannis a Laſco, qvæ, in Epiſtola ad sereniſſimum Poloniæ Regem, contra Saxonicas eccleſias ſparſit. A. 1557. in 8. Dedicata eſt Senatui Francofurtenſi, qvem vehementer, ne Zwinglianos in urbe ſua foveat, hortatur, martyres etiam horum Gallicos & Anglicos *Martyres diaboli*, uti in Biographia (adjectis Melanchtonis, & aliorum, de immiti hoc judicio cenſuris) jam eſt narratum, appellare haud dubitans. V. Lavaterum *l. c. p. 129.*, & Surium *in Comm. Hiſt.*, *ad A. 1557.*, *p. 500.* Verſio illius Germanica eſt, niſi omnino fallor, Die Warnung die Sacramentirer belangend, an den Raht zu Franckfurt, qvam in 4. prodiiſſe Catalogus qvidam teſtatur. Oppoſita eſt Johannis a Laſco, Poloni, Theologi Reformati, & eccleſiæ peregrinorum in civitate Francofurtana antiſtitis, *Epiſtolæ ad Sigismundum, Regem Poloniæ, ejus Senatum, omnesqve regni ordines, in qva doctrinæ miniſteriiqve fidem, ac nominis ſui exiſtimationem, contra Weſtphali, Timanni & Pomerani, calumnias vindicat*, A. 1556. Francofurti ſcriptæ & editæ, cujus recenſum Lavaterus *l. c. p. 118.*, & Melch. Adamus *in Vitis Theol. Exter. p. 20. 21.*, exhibuerunt.

Epiſtola, qva reſpondetur convitiis Joh. Calvini (*in Defenſione ſecunda, paulo ante memorata*): Brevis item Reſponſio ad ſcriptum Johannis a Laſco, in qvo Auguſtanam Confeſſionem in Zwinglianiſmum transformat. Urſellis 1557. in 8. Recenſum ſcripti hujus bipartiti V. apud Lavaterum *l. c. p. 125. 126.*, Surium *in Comm. Hiſt.*, *ad A. 1557.*, *p. 499.*, & Luc. Oſiandrum *Cent. XVI. Hiſt. Eccl. p. 650.* Parti priori, *Secundæ* ſuæ *Defenſioni* oppoſitæ, Joh. Calvinus A. 1557. repoſuit *Ultimam admonitionem ad Joach. Weſtphalum, cui niſi obtemperet, eo loco poſthac habendus erit, qvo pertinaces hæreticos Paulus jubet haberi, qva etiam refutantur ſuperbæ Magdeburgenſium, & aliorum, cenſuræ, qvibus cœlum & terram obruere conati ſunt* (Confeſſiones ſcilicet Eccleſiarum Saxonicarum de Euchariſtia, a Weſtphalo, uti mox dicetur, publicatæ), ſeorſim initio editam, & deinde *Tractatuum theologicorum* volumini Genevenſi (*p. 794-839.*) A. 1611. inſertam, de qva Lavaterus (de nimia autoris, in hoc cæterisqve contra Weſtphalum ſcriptis, vehementia diverſa diverſorum addens judicia, paulo ante inter cenſuras de Noſtro exhibita) *l. c. p. 126. 127.*, & Surius *l. c p. 499.*, poſſunt conferri. Parti ſcripti Weſtphaliani poſteriori Joh. a Laſco (cujus in ea refutabatur *Purgatio Miniſtrorum in eccleſiis peregrinis Francofurtenſibus, ipſorum doctrinam de Chriſti Domini in cœna ſua præſentia cum Auguſtana Confeſſione non pugnare, &, qvamvis id faceret, non tamen ideo, ſi diſſenſionem ſuam ab illa verbo Dei approbare poſſint, damnandos, teſtatum faciens*, Senatus Francofurtenſis juſſu, ſub initium A. 1557., teſte Lavatero *p. 123. 124.*, publicata) itidem contradixit, *in Reſponſione ad virulentam, calumniisqve & mendaciis conſarcinatam, Joach. Weſtphali Epiſtolam qvandam, qva purgationem Eccleſiarum peregrinarum Francofurti convellere conatur*, Baſileæ A. 1560. in 8., poſt autoris ſui mortem, edita, cui a Weſtphalo, qvod cum manibus luctari nollet, nihil credo eſſe repoſitum. V. de illa Lavaterum *l. c. p. 136.*, Surium *ad A. 1560.*, *p. 567.*, Melch. Adamum *l. c. p. 22.*, Jac. Veerheidenium *in Effigiebus Theologorum, qvi Anti-Chriſtum oppugnarunt, p. 90.*, & alios.

Confeſſio fidei de Euchariſtiæ ſacramento, in qva Miniſtri Eccleſiarum Saxonicarum ſolidis argumentis S. literarum aſtruunt corporis & ſangvinis D. N. J. C. præſentiam in S. Cœna, & de libro Joh. Calvini, ipſis dedicato (*Secunda* ſcilicet *Defenſione contra Weſtphali calumnias, paulo ante memorata*), reſpondent. Magdeb. 1557. in 8. Continentur in Sylloge hac (cujus etiam verſio Germanica, a Wolfg. Waldnero concinnata, Francofurti ad Viadr. A. 1591. in 4., teſtibus J. Chriſtoph. Becmanno *in Catal. Biblioth. Francof. p. 123.*, & Paulo Bolduano *in Bibl. Theol. fol. 216. b.*, aliisqve, ſub titulo Bekäntniß der Lehre und des Glaubens vom H. Abendmahle, geſchrieben von den Sächſiſchen Lehrern, auf das ihnen von Joh. Calvino dedicirte Buch, prodiit):

1. Joach. Weſtphali, cenſurarum iſtarum & Confeſſionum Anti Calvinianarum collectoris, Præfatio.
2. Epiſtolæ IV. ejus ad Superintendentes & Miniſtros eccleſiarum Saxoniæ inferioris, qvibus, ut Confeſſionem de euchariſtiæ ſacramento contra Calvinum ederent, petiit.
3. Confeſſio prolixa Magdeburgenſium, cui Matthiæ Flacii & Eraſmi Sarcerii teſtimonia acceſſerunt ὁμόψηφα.
4. Confeſſio Bremenſium.
5. Confeſſio Joh. Timanni, Paſt. Bremenſis.
6. Confeſſio Hildeſienſium, a Tilem. Cragio conſcripta.
7. Confeſſio Hamburgenſium, a D. Paulo ab Eitzen, Superint. Hamb., ſcripta.
8. M. Joh. Bodeckeri, Paſt. Hamb. Jacobæi, Comprehenſio fundamentorum doctrinæ de S. Cœna.
9. Joh. Brentii Confeſſio.
10. Confeſſio Lubecenſium.
11. Confeſſio Luneburgenſium, a M. Frid. Henningo, Superint. Lüneb., ſcripta.
12. Confeſſio Brunſvicenſium, qvam D. Joach. Morlinus & D. Mart. Chemnitius ſua confirmarunt ſubſcriptione.
13. Confeſſio Hannoveranorum.
14. Confeſſio Wiſmarienſium, a M. Joh. Fredero Sen., Superintendente, ſcripta.
15. Confeſſio Sverinenſium.

16. Confeſſio Huſenſium in Cimbria.
17. Confeſſio Eccleſiaſtarum regionis Dithmarſicæ.
18. Confeſſio Northuſanorum.
19. Hartm. Beieri, Theologi Francofurtani, Joh. Magdeburgi, Eccleſiaſtæ Hamburgenſis, Pet. Bockelmanni, Paſt. Huſenſis, & aliorum, ad Weſtphalum Epiſtolæ.

Hiſtoriam hujus Sylloges brevem invenies apud Oſiandrum *Cent. XVI. Hiſt. Eccl. p. 650.*, Surium, *ad A. 1557.*, *p. 499.*, &, qvem is ſeqvitur, Lavaterum *l. c. p. 126.*, iſta addentem: *Hunc libellum, qvia ex variis Epiſtolis conſutus erat, multi per jocum Epiſtolas obſcurorum Virorum appellabant.* Reſponſum his Confeſſionibus eſſe a Calvino (qvem Weſtphalus, ut huic Saxonicarum Eccleſiarum, ad qvas cauſæ cognitionem ipſemet detuliſſet, judicio doctrinam ſuam & ſcripta ſubjiceret, urgebat), eodem A. 1557. *in Ultima ad Weſtphalum admonitione*, in præcedentis ſcripti Weſtphaliani recenſu, jam ſignificavimus. Excerpta ex Confeſſionibus hiſce Miniſteriorum Saxonicorum Anti Syncretiſtica, cum breviſſimis annotationibus, Hamburgi A. 1705. in 4. (*4. pl.*) publicavit, & Reformatorum noviſſimis conatibus irenicis oppoſuit, Sebaſt. Edzardus, Gymn. Hamburg. Profeſſor.

Philippi Melanchtonis, viri clariſſimi, Sententia de cœna Domini, ex ſcriptis ejus collecta. Hamb. 1557. in 8. Occaſionem ſcripti hujus concinnandi Weſtphalo præbuit, tum audacia Joh. Calvini *in Defenſione II. contra Weſtph. p. 54., & Admonit. Ult. p. 23. 24. 25.*, ad Philippi, tanqvam autoris Confeſſionis Auguſtanæ, de vero ſenſu decimi illius de S. Cœna articuli, ſententiam provocare haud veriti, ſeqve, ſi vel unico is verbulo diſſenſum a Reformatis ſignificaret, mentem confeſtim eſſe mutaturum, polliciti (*V. Schlüſſelb. L. 2. Theol. Calv. p. 163. 164.*), tum Philippi ipſius inconſtantia in certamine euchariſtico, qvem nutantem, & in Reformatorum partes proclivem, hoc pacto a ſe in officio poſſe contineri ſperans, loca, qvibus, in ſcriptis prioribus, Lutheri defenderat de Cœna doctrinam, collecta edidit. V. Lucæ Oſiandri *Cent. XVI. Hiſt. Eccl.*, *p. 650.*

Scripta aliqvot apologetica, qvibus ſanam de Euchariſtia doctrinam defendit, & fœdiſſimas Sacramentariorum calumnias diluit. Urſellis 1558. in 8. Conf. de iis Lavaterum *p. 130.*, & Surium, *ad A. 1558.*, *p. 504.*

Epiſtola, qva maculam hæreſeos Serveticæ, ſibi a Calvino aſperſam, abſtergit. A. 1558. in 8. Allegatur a Joh. Botſacco *in Reformato Pſevdo-Auguſtano.*

Confutatio aliqvot enormium mendaciorum Joh. Calvini, ſecuturæ Apologiæ contra ejus furores præmiſſa. Urſellis 1558. in 8.

Apologia Confeſſionis de Cœna Domini, contra corruptelas & calumnias Joh. Calvini (*in Ult. Admon.*) ſcripta. Urſellis 1558. in 8. (Duo hæc Scripta, a Lavatero etiam & Surio *ll. cc.* memorata, Calvini *Ultimæ ad Weſtphalum admonitioni*, cujus ſupra facta eſt mentio, ſunt oppoſita, refutata autem, qvod Calvinus nihil amplius contra Weſtphalum ſcribere decreviſſet, a Theod. Beza, ipſi ſuccenturiato, *in Plana & perſpicua Tractatione de Cœna Domini, in qva Joach. Weſtphali poſtremum editæ calumniæ refelluntur*, A. 1559. in 8. edita. V. Lavaterum *l. c. p. 132.*, Surium, *ad A. 1559.*, *p. 538.*, Ant. Fayi *Vitam Bezæ, Genevæ A. 1606. excuſam, p. 75.*, & Melch. Adami *Vitas Theol. exter. p. 93. 243.* Recuſa illa eſt *Vol. I. Tractatuum Bezæ theologicorum*, Genevæ A. 1582. in fol. edito, *p. 211-259.*)

Reſponſio apologetica ad Epiſtolam cujusdam contra Confutationem mendaciorum Joh. Calvini, & Apologiam Confeſſionis. Urſellis 1558. in 8. Epiſtolam ſcriptoris Calviniani Anonymi, cui Reſponſio hæc oppoſita eſt, A. 1558. editam, ſed mihi non viſam, allegat, &, velut impiam, deteſtatur, Conr. Schlüſſelburgius *L. 2. Theol. Calvin. p. 17. 104.*

Confeſſio de Cœna Domini. Urſellis 1558. in 8. Scripſit hanc eo fine, ut in Colloqvio anni 1557. Wormatienſi exhiberetur. Qvod cum fieri, illo præter opinionem celerius diſſoluto, non potuiſſet, excuſam juris fecit publici. V. Lavateri *Hiſt. Sacram, ad A. 1558.*, *p. 129. 130.*

Argumenta de Bonis Operibus, A. 1568. edita, & ſub finem *Poſitionum* Joh. Wigandi *de operibus contra Georg. Majoris præſtigias*, excuſa. Qvas Poſitiones, Weſtphali argumentis ἀμεψήφως, oppoſitas huic *eſſe*, Nic. Baſſæus, Ad. Contzenius & Mart. Lipenius, falſo, uti jam ante in vita illius monitum, tradiderunt.

Teſtimonia ſcripturæ de communicatione idiomatum, ab eo collecta, cum Diſp. Joach. Morlini de communicatione idiomatum edita A. 1571. in 4. V. Nic. Baſſæi *Collect. libb. latin. p. 47.*, & Joh. Fabricii *P. IV. Hiſtoriæ Biblioth. Fabric. p. 278.*

Or. de Evtaxia in Eccleſia ſervanda, in ſynodo Miniſtrorum Hamburgi recitata. Hamb. 1573. in 8.

Or. de vitanda curioſitate, in conſeſſu Miniſtrorum Hamburgenſium A. 1573. recitata. in 8.

Inſignes Sententiæ, res graviſſimas complectentes, ex veterum Theologorum ſcriptis collectæ, Piæ item precationes ex S. literis, & Sententiæ morales, verſibus expoſitæ, & ad petitiones orationis dominicæ, & ſecundam Decalogi tabulam, relatæ, qvas in lectulo emortuali decumbens, teſte Jod. Methodio (*in Or. parentali*), excudi curavit. In 8. eas prodiiſſe, *Bibliotheca latina Proteſtantium Endteriana p. 179.* perhibet.

Or. de dignitate Miniſterii eccleſiaſtici, ex 1. Cor. IV. 1., in morbo conſcripta fatali, & poſt mortem ipſius (A. 1574. vel 1575.), teſte Jod. Methodio *l. c.*, edita.

Fragmentum contra errorem ſynergiſticum Joh. Stöſſelii, in Conr. Schlüſſelburgii *Catalogo Hæreticorum*, Francofurti A. 1599. in 8. excuſo, *Lib. V.*, *p. 493-506.*, publicatum. A qvo haud diverſæ forſitan ſunt ipſius *Notæ ad Joh. Stöſſelii Modum agendi*, a M. Henr. Ern. Treibero *in* der Jubeljahrsposaune der *Form. Conc. p. 60.* citatæ.

Errores Andr. Oſiandri, a Weſtphalo & Joh. Wigando ex libris ejus tranſcripti, *Libro VI.* ejusdem *Catalogi Hæreticorum* Schlüſſelburgiani, *p. 46. & ſeqq.*, obvii.

Enarratio dicti Joh. VI. 63. in 8. V. eand. *Bibl. theol. Endter. p. 180.*

Apologia adverſus venenatum antidotum Valerandi Polani, Sacramentarii. Urſellis in 8. (Valerandi Polani, ſcriptoris, ni fallor, ψευδωνύμου, *Antidoto adverſus Joach. Weſtphali calumnias*, Baſileæ, typis Oporinianis, *in 8.* excuſo, eſt oppoſita.)

Scriptum contra Pauli Eberi, Theologi Witeb., de S. Cœna Confeſſionem, A. 1563. editam, qvo novam ejus opinionem de ſingulari qvadam ſpecie indignorum, corpus Domini in uſu S. Cœnæ non accipiente, a Joh. Wigando etiam, Sim. Muſæo, Matthæo Judice, aliisqve, refutatam, redarguit. V. Conr. Schlüſſelburgii *L. 4. Theol. Calv. p. 277.*, Joh. Botſacci *Reformatum Pſevdo-Auguſtanum*, *§. 223.*, *p. 218.*, & Conr. Tyb. Rangonis *Obicem Hæreticorum & Syncretiſtarum p. 38.*

Epiſtola dedicatoria ad Senatum Hamburgenſem, D. Joh. Æpini, Superint. Hamb., Enarrationum in Pſalmos Decadi I., Francofurti A. 1555. in 8. a ſe editæ, præfixa.

Præfatio. Joh. Ritzenbergii, Secretarii Hamburgenſis, *Epitaphio Joh. Æpini, Superintend. Hamburgenſis*, ſeu Poemati de illo elegiaco, qvod Roſtochii A. 1555. in 4. prodiit, adjecta. Recuſa in J. Alb. Fabricii *P. I. Memor. Hamburg. p. 71-128.*

Alia Præfat., ejuſd. Ritzenbergii Elementis Pietatis, brevi Carmine redactis, & Witeb. A. 1555. *in 8.* editis, præmiſſa.

Epiſtola ad Conr. Schlüſſelburgium, contra errorem Synergiſticum & Majoriſticum, d. 10. Jul. A. 1569. ſcripta, qvæ legitur in Schlüſſelburgii *Catal. Hæreticorum,* Francof. A. 1599. edito, *Libro VI., p. 173-184.*

Alia Epiſtola ad eundem, contra neceſſitatem bonorum operum ad ſalutem, d. 19. Jul. A. 1574. exarata, & ibid. *p. 184-188.* obvia.

X. Epiſtolæ ad eundem, de controverſiis Sec. XVI., per Crypto-Calvinianos, aliosqve ſchiſmaticos, motis, in Schlüſſelburgii *Studio poſthumo inſerviendi Eccleſiæ Dei, ſeu Clariſſimorum Theologorum ad illum Epiſtolis*, per hæredes Roſtochii A. 1625. *in 8.* editis, juris factæ publici, *p. 77-82. 135. 148-160. 166-186. 301. 362. 363.*

Epiſtolæ adverſus Sacramentarios duæ, ad Joh. Timannum & Jac. Bordingum Sen. ſcriptæ, & in Joh. Timanni *Farragine Sententiarum conſentientium in vera doctrina de Cœna Domini*, Francof. A. 1555. in 8. excuſa, *p. 186. & ſeqq., 198. & ſeqq.*, editæ. V. Dav. Schultetum, eas allegantem, *in Innoc. Theol. Hamburg. p. 22. 26. 32. 35.*

ב. GERMANICA.

Die Hiſtorie vom güldenen Kalbe Aarons ausgelegt, und auf den Adiaphoriſtiſchen Streit appliciret. Adjecta eſt verſioni Germanicæ Epiſtolæ Miniſtrorum Eccleſiæ Hamburgenſis de adiaphoris, ad Phil. Melanchtonem & Theologos Witebergenſes, publico nomine a Joh. Æpino A. 1549. ſcriptæ, qvæ Magdeburgi eodem A. 1549. in 4. prodiit. V. de illa *Iſagogen* noſtram ad *Hiſt. Cimbr., P. IV., c. 10., §. 8., p. 577. 578.*

IV. Predigten vom theuren Schatze des göttlichen Wortes; A. 1550. in 4. Sunt, qvi & Latine has, eod. A. 1550. *in 8.* prodiiſſe perhibent.

IV. Predigten wieder die Interimiſten und Adiaphoriſten; A. 1550. editæ, teſte Lipenio *P. II. Bibl. Theol. Realis p. 105.* Eædem forte cum præcedentibus.

II. Predigten aus dem Evangelio Matth. XXI., daß man in der Kirchen alles in gemeiner bekandter Sprache leſen und ſingen ſol. Magdeb. 1550. in 4.

Verlegung des Gründlichen Berichts der Adiaphoriſten, zu dieſen böſen Zeiten ſehr nützlich zu leſen. Samt Matthiæ Flacii Illyrici am Ende hinbey gefügten Erinnerung. A. 1551. in 4.

Von Nohtwendigkeit und Kraft des Gebets. A. 1564. in 8. Memoratur a Baſſæo (*in Collect. libb. Germ. p. 87.*), Bolduano (*in Bibl. Theol. f. 234. a.*), Draudio (*in Biblioth. reali*), Lipenio (*P. II. Biblioth. Theol. p. 550.*) Joh. Alb. Fabricio (*P. II. Mem. Hamb. p. 973.*), ac *Biblioth. Theol. Endteriana.* Cum tamen ipſe non viderim, dubius hæreo, Noſtrine, an vero Joach. Weſtphali Islebienſis, ſcriptis accenſeri debeat.

Gebede op de Evangelia und Epiſteln, de he na de Predigt afgeleſen heſe, mit eener korten Bekäntniß van ſiner Lehre: uthgegeven van M. Jod. Cortummen, Diacono der Hamb. Kerken to S. Jacob, mit eener Vörrede. Saxonice. Hamb. 1577. in 12. Miſnica deinde dialecto recuſæ ſunt ibid. A. 1597. & 1634. in 8.

D. Mart. Luthers Döbebökeſchen, ſamt etliken Vörreden unde Chriſtliken Erinnerungen Joach. Weſtphali; it. van der Nohtdöpe. Hamb. 1602. in 4. Scriptis ejus annumeratur in Ott. Sperlingii & Joh. Teclenburgii *Indicibus Scriptorum Hamburgenſium* tumultuariis MSStis. Memoratur etiam *in Biblioth. Mayeriana p. 814.*

SCRIPTA INEDITA ET AFFECTA.

Tr. de optima ratione concionandi, qvem, manu M. Dav. Vagetii, Eccleſiaſtæ Hamburg. Nicolaitani, ex ore prælegentis exceptum, inter Bibliothecæ Hamburgenſis Johannææ MSSta (*in 4.*), olim offendi.

Volumina Concionum in libros ſacros complura.

Sententiæ Patrum de plerisqve doctrinæ Chriſtianæ capitibus, e ſcriptis eorum ſtudioſe collectæ, manu propria deſcriptæ, & in libros aliqvot digeſtæ.

Orat. ſynodalis de Epiſcoporum & Miniſtrorum eccleſiæ Chriſti officio, ex Epiſtolis ad Timotheum, A. 1572. habita.

Or. exhortationem Pauli ad Epiſcopos & Presbyteros, ex Act. XX., continens, ſub initium Lectionum Theologicarum recitata.

Or. de vitanda πολυπραγμοσύνῃ, in Miniſtrorum Eccleſiæ conſeſſu habita.

Horum mentio occurrit in Jodoci Methodii Oratione de Vita ejus parentali, tanqvam ab ipſo perfectorum & relictorum.

XIII. Epiſtolæ ad Hartmannum Beierum, Theologum Francofurtanum, qvæ Francofurti ad Mœnum, in Volumine bibliothecæ publicæ, virorum doctorum ad Beierum continente Epiſtolas, αὐτόγραφοι ſuperſunt. V. Wilh. Ern. Tenzelii *Dial. Menſtr. Germ., M. Jun. A. 1698., p. 501.*, & J. Chriſt., Baronis a Boyneburg, *Ep. 96. ad J. Conr. Dietericum p. 320.*

Annotationes in novam Catecheſin Crypto-Calviniſtarum Witebergenſium Anti Lutheranam, qvas ſe ferme abſolviſſe, Conr. Schlüſſelburgio, in Epiſtola A. 1571. ſcripta, ſignificavit, & in alia A. 1572. denuo memoravit. V. Schlüſſelburgii *Studium eccleſiæ Dei inſerviendi poſthumum p. 156. 169.*

Epitome ex Actis Colloqvii Altenburgenſis, A. 1568. inter Lutheranos Jenenſes & Crypto Calviniſtas Witebergenſes habiti, concinnata, qvæ an publicanda ſit, Theologorum Jenenſium arbitrio permittit, in Ep. ad Schlüſſelb. A. 1570. exarata, *l. c. p. 159.*

Refutatio integra ſcripti (*Crypto Calviniſtarum*) Witebergenſis & Lipſienſis, ita brevitate attemperata, ut facile a multis haberi & legi poſſit; qvam ſe jam confeciſſe, A. 1570. Schlüſſelburgio, in eadem Epiſt., p. 159., indicavit.

Conciones de neceſſitate bonorum operum, prælo maturæ, in eadem Epiſt. p. 159., memoratæ.

Reſponſio ad grandem librum *Fundamenti* Crypto-Calviniſtarum Witebergenſium.

Argumenta, qvibus probatur, Chriſtum non localiter, phyſico modo, cœlo capi & concludi. (Utrumqve hoc MStum ab ipſomet, in Ep. ad Schlüſſelb. A. 1572. ſcripta, *l. c. p. 168. 169.*, allegatur.)

Reſponſio ad frivolas, inanes & falſas ſex Cauſas, ſeu excuſationes, Theologorum Witebergenſium, cur Calviniſtas obſtinatos nolint damnare.

Syllogiſmi Calvinianorum (judicio rationis humanæ) inſolubiles ſoluti. (Duo hæc ſchediaſmata, & ab ipſo A. 1572., in eadem *Epiſt.*, ſunt *l. c. p. 167. 168.* memorata, & mihi, inter MSSta Fabriciana, in auctione qvadam Hafnienſi, A. 1685. ſeſe obtulerunt. Verum perexigua erant, priusqve unico qvaternione, poſterius tantum dimidio, conſtabat.)

FALSO ILLI TRIBUITUR.

Sylloge Juris feudalis a G. M. Königio *in Biblioth. V. & N. p. 867.*

JOHANNES WOWERIUS ſive A WOWEREN

(*Woveranum* Jac. Lectius (*), *Wouvennium* Brocc. Baronius, infra allegandus, *Joh. a Wouther* Giſb. Voetius (**), *Bavurium* & *Buberium* Chriſtoph. Hendreichius (***), *Wauwerium* Herm. Hugo (1.), *Voverium* Joh. Frid. Gronovius (2.) minus accurate, *hominem* autem *cum latrante nomine* Frid. Lindebrogius (3.) ſcoptice appellat), *Aertzelarii* agnomine, a prædio avito Belgico Aertzelaer derivato, in Domin. Baudii ad eum Carmine (4.) inſignitus, patriam habuit civitatem (qvam ingratitudinis ipſe, uti infra monebitur, paſſim inſimulavit, &, hanc ob cauſam, mentionem ejus ab encomiaſtis ſuis poſthumis fieri, in Teſtamento, prohibuit (5.)) Hamburgenſem, in qva VI. Id. Mart. A. 1574. in lucem eſt editus. Belgam nihilominus Andr. Schottus (6.) eum ſalutat, vel qvod cum Joh. Wowerio, Antwerpienſi, cujus, ſub finem Biographiæ hujus, occurret mentio, perperam Noſtrum confuderit, vel familiæ, e qva ortus eſt, Belgicæ perilluſtris intuitu. Cujus licet ipſe a Panegyricos ſibi dicturis mentionem ullam injici, in ultimæ voluntatis tabulis, Ad. Oleario (7.) teſte, itidem vetuerit, præcipua tamen illius lumina, ne mutila ſit vitæ Noſtri hiſtoria, Olearii ejusdem exemplo, ex ipſius ſermone parentali, & Inſcriptione picturæ antiqvæ, qvam Otto Sperlingius junior, Conſiliarius Danicus, nobis communicavit, Saxonica, enumerabimus. Tritavus igitur Noſtri fuiſſe perhibetur Carolus Nicolaus, Liber Baro a Wowern, Regis cujusdam Hiſpanici, ante annos circiter 700. (juxta apographum Inſcriptionis Sperlingianum (8.)), Conſiliarius in negotiis aulicis ac bellicis ſupremus, theſauriqve Præfectus, Anna Maria, Regis Arragoniæ, filia, thoro nata legitimo, potitus conjuge. Suſceptus ex hac fuit Juſtus a Wowern, Toparcha in Mallois, Artzelaer, Hiſelaer, Qvarbeck & Stabrock, hæreditarius, Eqves Ord. S. Crucis Hieroſolym. auratus, Regis Catholici, ſive Hiſpanici, ſupremus Camerarius, Senator bellicus, Præſesqve aulæ Bruxellenſis generalis, Regisqve ſimul Gallici, & Principum aliorum, Conſiliarius, in cœnobio D. Derdornii Antwerpienſi, a Woweriis antiqvioribus fundato, ſepultus, vir, teſtibus Monachis Antwerpienſibus (in Inſcriptione jam allegata), πολύγλωττος, religionis Romano-Catholicæ tenaciſſimus, inqve ſacerdotes ejus, ac pauperes, perqvam beneficus, ac de his, legato haud exiguo argenti pondere, præclare meritus. Hujus & Annæ de Rutzart, Dominæ Machadenſis & Sombeckenſis, filius fuit Franciſcus a Wowern, Eqves S. Crucis & Ord. Johannitani auratus, poſt militiam adverſus Turcas ſeptennalem, in inſula mortuus pariter atqve ſepultus Melitenſi. Franciſco hoc patre natus eſt Johannes a Wouwern, Noſtri avus, homo ordinis eqveſtris doctus lingvarumqve multarum peritus, Hilarii, Epiſcopi Antwerpienſis, Vicarius Collegiiqve Canonicorum ibidem Præpoſitus. Parentem tandem (ut, brevitatis ſtudio, Comites Hüttenbergios & Templenſes, Baronesqve Grosbeckios, Merodios & Weſmahlios, e qvibus nonnemo electorali dignitate inclaruit, familiæ Wowerianæ conſangvineos & affines, prætereαm) Noſter agnovit Nicolaum, Johannis filium, virum itidem eruditione ſingulari, imprimis theologica, conſpicuum, qvi, parentibus (a qvibus hanc ob cauſam exhæredatus eſt) invitis, e Pontificiorum cœtu ad Lutheranos, & Antwerpia, urbe natali, Hamburgum transgreſſus, iſtic, Sophia de Wintem, virgine familia orta nobili atqve vetuſta, conjuge adſcita, ſedem fortunarum conſtituit, ac vitam cum morte commutavit. His natus parentibus atqve majoribus Wowerius, ne degener eſſet illuſtris adeo familiæ ſurculus, a teneris allaboravit, gloriamqve avitam novis potius meritorum in literas & rempublicam acceſſionibus illuſtriorem reddere, qvam lumen, qvod mente, uti jam dictum, generoſa reſpuebat, adſcititium ſibi ab alieno illius ſplendore mutuari maluit. In prima jam pueritia, cum ſcholam patriæ publicam, Rectore Wernero Rolfincio, viro erudititiſſimo, freqventaret, ingenium in illo ſublime & præcox enituit, cujus beneficio lingvas Græcam & Latinam, cæteraqve propædevmata ſcholaſtica, celeriter arripiebat, cæterosqve commilitones brevi temporis ſpatio ſupergreſſus, qvæſtiones difficiliores, in examinibus propoſitas, ad qvas illi, tanqvam nodos Gordios, obmutuerant, expedite reſolvebat. Sedecim natus annos, Hamburgo in academiam abiit Marpurgenſem, & ſtudii, cui animum deinceps (hortatu etiam Joſ. Scaligeri (9.) A. 1596. confirmatus) applicuit, juridici primum A. 1590., in cathedra publica, præſide Caſp. Rhedenio, ſpecimen, *Theſibus de legitima agnatorum tutela* ad diſputandum propoſitis, exhibuit. Ex Athenis his (in qvibus eum vixiſſe biographorum nemo annotavit) Haſſiacis, biennio poſt, anno ſcilicet 1592., parentis juſſu, in Batavas, ſive academiam Leidenſem, tranſiit, & qvinqvennio illic continuo (10.) (ſi qvadrimeſtre anni 1593., cujus M. Majo in patriam excurrit (11.), Junio vel Julio in Angliam trajecit (12.), & Auguſto exeunte in patriam (13.), ac inde Lugdunum, rediit, excipias unicum) Themidos pariter atqve Muſarum elegantiorum ſacris, ardore incredibili, pariqve ſucceſſu, vacavit, &, M. Jan. A. 1594., *de ſolido Sapientis bono* e ſuggeſtu peroravit ſcholaſtico (14.). Conjunctionem ibi gratiæ coluit cum viris clariſſimis Jano Grutero, Douſis, Vulcanio, Merula, Heinſio, Meurſio, Scriverio, Blyenburgio, &, qvi primo loco erat nominandus, ævi iſtius Muſageta, Joſ. Scaligero, cui Petronium dedicavit, a ſe A. 1595. editum. Hujus ingens, qvo Noſtrum proſeqvebatur, affectus fabulæ aqvam præbuiſſe videtur de fœdis utriusqve amoribus, a Caſp. Scioppio in Epiſt. ad Dan. Toſſanum A. 1644. exarata (15.), verbis temere divulgatæ ſeqventibus: *Ex Vuveriis, Petronianus ſcholiaſtes, ſe Scaligero a culcitra fuiſſe, & Dan. Heinſium, in pygiaca illa provincia, ſucceſſorem penes eum reliqviſſe, minime diſſimulabat.* Ultimo vitæ Leidenſis academicæ biennio, mores & ſtudia generoſi juvenis, Domini de Scagen & Bergernhorn, eſt moderatus, hujusqve curam, & crebras, in qvibus eum comitabatur, in loca vicina profectiones, multum temporis ſtudiis ſuis abſtuliſſe, amicis conqveſtus (16.). Exeunte anno 1596. iter auſpicatus eſt literario-politicum, in qvo non ea ſolum diligenter collegit atqve obſervavit, qvæ ad ſtudia antiqvitatum, critices & literaturæ omnigenæ, illuſtranda facere videbantur, ſed aularum etiam & rerumpublicarum ſecretiora qvæqve, ac alia id genus, qvæ vulgus peregrinantium negligere ſolet, penitius perſpicere, eoqve fine non eruditis ſolum, ſed rerum etiam civilium gnaris, & dignitate potentiaqve conſpicuis hominibus, ubivis locorum, familiarius innoteſcere, ſtuduit (17.). Galliam initio ingreſſus, verno atqve æſtivo A. 1597. tempore Pariſiis hæſit (18.), Dominiciqve Baudii, amicorum deinceps, qvoad uterqve vixit, intimi, Claudii Puteani, Franc. Pithoei, Jac. Bongarſii, Petri Danielis, Theod. Marcilii, aliorumqve hominum eruditiſſimorum, ſe oblectavit conſvetudine. Hinc, autumno ingruente, cum latronum manus, captus, ſpoliatus ac ſaucius, vix evaſiſſet,

(*) *in præfat. Epp. Symmachi.* (**) *Lib. II. Bibl. Theol. p. 663.* (***) *in Pandect. Brandeb. p. 460. 769.*

(1.) *in Lib. de prima ſcribendi origine, c. 33., p. 209.* (2.) *in Monobiblo Obſervatt. eccleſ. p. 21.* (3.) *in Epiſt. ad Janum Gruterum A.* 1613., *d. 24. Aug., exarata, qvam invenies in Appendice Gudianarum, num.* 221., *p.* 286. 287. (4.) *in Poematis, Leidæ A.* 1616. *in 8. editis, L. 3. Jamborum, p.* 170-174. (5.) V. Ad. Olearii *Panegyricum, ei dictum, lit. D. 2. b.* (6.) *in Notis ad Procli Chreſtomathiam p. 15., & ad Zenobii Proverbiorum Græcorum Centur. III., num. 64., p. 68.* Notarunt jam hunc illius errorem Joh Jonſius. *L. 2. de Hiſtor. philoſ. ſcriptoribus, c. 17., p. 205.,* Jac. Thomaſius *in prolegom. Polymathiæ Wowerianæ* & P. Colomeſius *in* Κειμηλ οις *Liter., c. 2., p. 2. 3.* (7.) *l. c., lit. D. 1. a.* (8.) Olearius ætatem ejus non expreſſit, qvod de tanta forſan antiqvitate mecum dubitaret. Forte numerus 500. eſt ſubſtituendus. (9.) *Epiſt.* 378., *p.* 722. (10.) V. Epiſtolas, Leidæ, ab A. 1594. ad 1596., ad amicos exaratas, *Cent. I., num.* 1-14. *& Cent. II., num.* 16-26. (11.) *V. Cent. II. Ep. 1.* (12.) *V. Cent. I. Ep. III. ad Gruterum.* (13.) *V. Cent. I. Ep. IV. ad Seb. a Bergen.* (14.) *V. Cent. I. Ep. V. ad Gruterum.* (15.) V. illam *in Monumentis pietatis & literariis virorum illuſtrium.* Francof. A. 1700. *in 4. editis, P. II., p.* 453. (16.) *V. Cent. I. Ep. XII. ad Seb. a Bergen, & Cent. II. Epp. XVIII. ad Henr. Lindebrogium.* (17.) *V. Cent. I. Ep. V. ad Gruterum & IX. ad Scaligerum.* (18.) *V. Cent. I. Ep. 15. 16. 17.*

ſiſſet, Lugdunum Gallorum, nec multo poſt Monſpelium (19.), a Gvittardo Ratzo, civitatis Epiſcopo (cui Sidonium ſuum, ut animum beneficiorum ipſius memorem teſtaretur, inſcripſit) humaniter invitatus (20.), conceſſit, menſeqve Februario anni ſeqventis 1598. iſtic etiamnum commoratus, ex aſſidua cum Iſ. Caſaubono, viro ævi iſtius, ipſo judice, doctiſſimo, Scaligeroqve ſuperiore, converſatione in literis plurimum profecit (21.). Qvod uti ipſe haud diſſimulat, ita injurius in eum haud dubie eſt Phil. Jac. Mauſſacus, Noſtrum, qvicqvid *de Polymathia* edidit, & *de Studiis veterum* promiſit, a Caſaubono, in ſeceſſu illo Monſpelienſi, accepiſſe, audacter commentus (22.), uti infra, in *Libri de Polymathia* recenſu, fuſius oſtendetur. A. 1599., M. Junio, Pariſiis iterum hæſit (23.), ac non multo poſt Lugdunum Batavorum, eodem anno, ſi literis, ad Joh. Meurſium tunc exaratis (24.), verum loci temporisqve adjectum eſt indicium, rediit. In Italia, qvam ipſo anno ſeculari 1600. eſt ingreſſus, ſeqvens exegit biennium, tam Principibus, & Miniſtris eorum aulicis, qvam hominibus literatis, propter excellentis ingenii dotes, admodum charus & æſtimatus. Hac autem, uti ex Epiſtolis colligo, eam itineris peragravit ſerie. A. 1600., menſibus Julio & Decembri, Florentiæ (25.), A. 1601. autem, M. Januario (qvo locus ei in aula Florentina eſt oblatus inter ſummos & proximos Principis, cui prætextu valetudinis adverſæ ſe ſubduxit (26.)) & Februario (27.), Romæ ſubſtitit. Verno anni 1601. tempore, regnum Neapolitanum (in qvo Pauli Vernaleonis, Latini Tancredi & Joh. Vinc. Portæ, hominum eruditorum, uſus eſt conſvetudine (28.)), & optimam Siciliæ partem, peragravit (29.), Florentiam vero æſtivam ſibi elegit habitationem, tum ut calores Romanos, & aerem peregrinis nocivum, declinaret, tum, ut præſentia ſua Ducis animo, in ſe nimis qvam propenſo, gratias ageret (30.). Octobrem ejusdem anni in Urbe Veneta (cujus proceribus familiariter admodum uſus, ſtupendamqve illorum expertus humanitem, reipublicæ arcana interius penetravit) (31.), Novembrem Romæ (32.), Decembrem Florentiæ, inter amicos cum Aurelio Biondi, aliisqve eruditis, congreſſus (33.), exegit. Peragratis deinde, ſub initium anni 1602., Genua, Piſis, Luca, Liburno, Civitate Mediolanenſi (in qva Card. Borromæum patronum, Lud. Septalium autem, Eryc. Puteanum & Saccum, amicos ſibi conciliavit (34.)), Bergamo, Brixia, Mantua, Verona, cœterisqve urbibus Italiæ totius potioribus (35.), Romæ M. Februario & Martio (36.), Venetiis M. Majo (37.), Romæqve denuo M. Junio (38.), eſt commoratus. Amatores illic ingenii ſui invenit Cardinales, Rotæ Auditores, aliosqve viros urbis præcipuos, qvorum unicum hoc ſtudium & molimen erat, ut diutius, imo ſemper, illic hæreret (39.). Horum opera ad ipſum ſæpe Pontificem, Clementem VIII. (ob prudentiam & hoſpitalitatem, non a Bapt. Platina, plusqvam ſeculo integro Pontificatu ejus antiqviore, ceu Ad. Olearius (40.) falſo credidit, ſed ab hujus forſan continuatoribus, laudatum), aditus ei patuit, qvi benigne hominem amplexus eſt, honeſtoqve ſtipendio promiſſo, ut Romæ permaneret, invitavit, ſed perſvadere id noſtro, preces has, prætextu adverſæ valetudinis, blanda averſatione ſapienter repellenti, non potuit. Occaſionem ingens hæc ipſius cum Cardinalibus & proceribus Romanis, ipſoqve Pontifice, familiaritas falſo præbuit rumori, de religione Lutherana publice ab eo Romæ, in Cardinalium conſeſſu, ejurata (*), cujus indicium Domin. Baudius fratribus Puteanis, in Epiſtola ad hos A. 1603. exarata (41.), verbis fecit ſeqventibus: *Illud pro certo habetur, eum Romæ publicitus religionem abjuraſſe, nullo metu, qvi in virum conſtantem cadere poſſit, ſed contemptu & inſcitia pietatis, vel (qvod his potentius eſt, apud mentes præcipiti ambitione afflatas) ſpe conſeqvendæ alicujus opimæ largitionis. Sed, ut audio, eſca elapſa eſt, ſolum hamum retinuit.* Gemina his ſunt, qvæ Bonav. Vulcanius Thomæ Cantero perſcripſit (42.): *De Wouwerio noſtro inaudieris fortaſſe, eum Romæ, in ſacello qvodam D. Virginis, Lutheranam religionem publice abjuraſſe, unaqve cum Scioppio Inqviſitioni mercenariam operam locare. O bellos Criticos!* Confutavit rumorem iſtum Noſter Epiſtola peculiari ad Domin. Baudium apologetica, A. 1603. ſcripta (43), & a Burchardo, ſycophanta Rhæto, fabulæ etiam de ſe in carcerem inqviſitionis, ob impietatem, conjecto, cognatis obtruſæ Hamburgenſibus, autore (44.), eſſe diſſeminatum monuit, ſed παῤῥησίᾳ ſimul de religionis negotio audaciori, ἀδέσποτον ſe in iſta eſſe, uti infra dicetur, haud obſcure ſignificavit. Inter Eruditos civitatis Romanæ, qvorum ſe uſum eſſe conſvetudine *in Epiſtolis* paſſim indicat, eminent Cæſ. Baronius Card., Horatius della Valle, Procurator Capitolii, Joſephus Caſtalio, Macarius, Chriſtoph. Clavius & Caſp. Scioppius. Qvicqvid a converſatione, cum iſtis, eorumqve ſimilibus, erudita, & cum proceribus politica, temporis, & Romæ, & in urbibus Italiæ aliis, ipſi ſupererat, bibliothecis Vaticanæ, Mediceæ, cœterisqve, publicis pariter atqve privatis, ſollicite excutiendis, autoribus vetuſtis cum MStis illarum codicibus accurate conferendis, monumentorum ævi priſci reliqviis oculo curioſo luſtrandis (45.), inſcriptionibus (qvarum plurimas a Celſo Cittadino, Senenſi, obtinuit), in gratiam Jani Gruteri, ſibi amiciſſimi, harumqve Syntagmatis, ab illo poſtea editi, colligendis (46.), ſtudiisqve reliqvis elegantioribus, impendit. Italiam tandem, poſt biennium in illa tranſactum, A. 1602., ſub finem Maji, aut initium Junii, reliqvit, ac Venetiis Pragam, in aulam Rudolphi II., Imperatoris, profectus (47.), bimeſtri illic tempore, in convictu Joh. Matthæi Wackeri, viri eruditiſſimi, qvi Rudolpho erat a conſiliis, &, Noſtro judice, in Germania tunc parem habuit neminem, ſubſtitit (48.). Ingentibus is promiſſis, ſuo, cœterorumqve aulæ procerum, nomine, Wouwerium, ad iter hoc ſuſcipiendum, anno jam 1601., menſe Aprili, Epiſtola perqvam honorifica (49.), hiſce verbis, invitaverat: *Oſtendi particulam Epiſtolæ tuæ illuſtriſſimo Domino a Lichtenſtein, Dn. ab Hornſtein, & Dn. Coraducio, atqve etiam Dn. Barvitio. Invitant te omnes peramanter, ut, cum te ſatias Italiæ ceperit, huc ad nos omnino accurras. Spondent enim omnes omnia, qvæcunqve ad te ornandum pertinere videbuntur. Et Coraducius qvidem, qvi πρωτοπραξίαν, qvam ego in te complectendo occupaſſe jure qvodam videor, eripere mihi lubenter vellet, diſertim mihi dixit, ut ad te ſcriberem, ſi huc ad nos venire velis, jam tum ſe qvoqve tibi, & domum ſuam, & menſam, & bibliothecam multo inſtructiſſimam, & ſervitia, & ultra hæc omnia ducentos Vallenſes annuos, offerre, ut ſola conſvetudine tua domum ipſius cohoneſtes, donec tibi ab Hero communi noſtro, ex ipſa animi tui ſententia, proſpiciatur &c.* In alia, eodem A. 1601., d. 6. Jul., exarata (50.), rurſus

(19.) V. *Cent. II. Ep. 26. 27 ad Henr. Lindebrogium.* (20.) V. Ad. Olearium *l. c. lit. F. 2. a. b.* — (21.) *V. Cent. II. Ep. 27., & Cent. I. Ep. 63.* (22.) *in Judicio de Plutarcho, & ejus ſcriptis, Libello hujus de Fluviorum nominibus annexo, p. 149* (23.) *V. Cent. I. Ep. 20. & 21 ad Seb. a Bergen.* (24.) *Cent. I. Ep. 18.* (25.) *V. Cent. II. Ep. 2. & 6.* (26.) *V. Cent. I. Ep. 23. ad Seb. a Bergen.* (27.) *V. Cent. II Ep. 9. ad Scal.* (28.) *V. Cent. II. Ep. 6.* (29.) *V. Cent I. Ep. 22.* (30.) *V. Cent. I. Ep. 22 & 25* (31.) *V. Cent I. Ep. 26.* (32.) *V. Cent. II. Ep. 7.* (33.) *V. Cent. I. Ep. 29.* (34.) *V. Cent. II. Ep. 32. ad Eryc Puteanum.* (35.) *V. Cent. I. Ep. 28.* (36.) *V. Cent. II. Ep 28. & 29.* (37.) *V. Cent. I. Ep. 27.* (38.) *V. Cent. I. Ep. 28.* (39.) *V. Cent I Ep. 29.* (40.) *l. c., lit. G. 1. a. b.*
(*) In Broccardi Baronii, Apoſtatæ ad Luth. Pontificii, Relatione de Pontificiorum contra Evangelicos conſiliis, ad Chriſt II., Elect. Sax., A. 1607. ſcripta (apud Löſcherum in den Unſchuld. Nachrichten A. 1704., *Sect. IV., p. 217 218.*), apoſtatis ad Pontificios, & Clem. VIII. ac Inqviſitionis Emiſſariis Romanis, cum C. Scioppio, aliisqve, accenſetur. (41.) *V. Cent. I Epp Baudii, num. 55., p. 130* (42.) *in Epiſt. ad eum, cum Andr Alciati Epiſtola de vita monaſtica, aliisqve virorum eruditorum, ab Ant. Matthæo, JC Leidenſi, edita,* apud Tenzelium *in Dial. Menſtr. Germ., M. Majo A. 1696., p. 468* (43.) V. illam *Cent. I. Epp Wowerianarum, num. 40., p. 73-83.,* & inter Baudianas, *Cent. I., num 50., p. 138-146.* (44.) Conf. de illo *Cent. I. Ep. 42., p. 85.* (45.) *V. Cent II Ep. 5.* (46.) *V. Epiſtolas ad Gruterum, in utraqve Centuria.* (47.) *V. Cent. I. Ep 27.* (48.) *V. Cent. II Ep. 30. 31 32.* (49.) V. illam *in Appendice Epiſtolarum Wowerii Adoptiva, p. 407-410.* (50.) Occurrit hæc in eadem *Appendice Adoptiva, p. 410. 411.*

rurſus eum ita de maturando adventu compellavit: *Denuo te oro, mi optatiſſime Dn. Woweri, ut, priusqvam cuiqvam alii operam tuam addicas, v[illegible]nimi ac dicis cauſa ad nos accurras, & dieculas ſaltem aliqvot apud me vivas: dum proſpicere de conditione, genio atqve ingenio tuo digniſſima, poſſimus. Sat ſcio, ejus te profectionis nunqvam poenitebit. Ita enim mihi, & Dn. Lichtenſtenius, & Hornſtenius, & Piſtorius, & Barvitius, & ipſe Præſes noſter, Landgravius Luchtenbergius, pollicentur. - - Eris apud me, haud ſecus ac ſi domi tuæ eſſes, & brevi faxo, ut in notitiam horum artiſſimam venias, qvi te ad maxima evehere aliqvando poſſint. Qvod utinam brevi videam, & gaudeam!* Nec Magnates aulici promiſſis ſuis defuere. *Magnam* enim *ſe illorum expertum eſſe humanitatem, conditionesqve ſibi opimas oblatas*, ipſe (51.) Thomæ Segetho & Erycio Puteano, per literas, Praga ſignificavit, Conſiliarii ſorte Cæſarei ſpartam deſignans, de qva ipſi commiſſa etiam apud exteros rumor tunc percrebuerat. Falſum hunc credidit Dom. Baudius, ad fratres Puteanos A. 1603. ita ſcribens (52.): *De Wowerio eadem ad nos fama pervenit, eum, id ætatis hominem, admiratione doctrinæ (vide & ride ludibria judiciorum), cooptatum in collegium Senatorum ſacræ Cæſareæ Majeſtatis. Sed certiſſimo argumento perſvadeor, rem ita ſe non habere, qvod, cum a reditu ſuo bis terve ſcripſerit ad Scaligerum, ad Scriverium, ad Franc. Douſam etiam, cum perhonorifica noſtri mentione, tamen ubiqve miſerabiliter inſectatur fortunæ ſuæ malignitatem, nec homo ſui oſtentator magnificus qvicqvam de ſuperbo illo titulo adjicit, qvem procul dubio non fuit omiſſurus, niſi prorſus ab ingenio deſciſcere vellet.* Confirmavit tamen eum Wowerius ipſe verbis, in Epiſt. ad Baudium, eodem A. 1603. exarata, ſeqventibus (53.): *Me Conſiliarium Cæſaris electum, vera fama fuit. Haud facile dixero, qvantis conatibus, qvam magnidicis promiſſis, me ex Italia prolectarunt. Et ſane non habeo, qvod conqveri poſſim: nam & honeſtiſſimus locus datus, & ſtipendium non exiguum ab ipſo adventu meo decretum mihi fuit: ne dicam inania honorum, & qvæ ſpecie ſplendoris incautos pellicere ſolent, ſummo certamine mihi exhibita. Eundem locum etiamnum mihi patere, ſcire te velim. Habeo penes me non unas evocatorias, qvibus reditum imperant. Cæterum, cur conditionem, qvam alii magno ambitu petiiſſent, non ſuſceperim, &, pene dixerim, repudiarim, variæ & graves mihi cauſæ.* Aulæ Pragenſi Cæſareæ Noſter, poſt moram in ea bimeſtrem, M. Auguſto A. 1602., valedixit, & in patriam paulo poſt rediit, eo animo, ut, rebus ſuis, & qvibusdam ancipitis eventus negotiis, compoſitis, Italiam ac Romam repeteret (54.). Sed mentem dein mutavit, &, poſt iter in oras ſeptentrionales, ſub initium anni 1603., trimeſtre (in qvo *parem ſe*, uti ipſemet (55.) gloriatur, *expediendis negotiorum tricis, qvæ navos & expertiſſimos involverant*, οὐκ ἄνευ κλέους καὶ εὐψυχίας, oſtendit), ſpe aſſeqvendorum in civitate patria honorum, per qvadriennium in illa, ejusqve vicinia, ſeqvens hæſit continuum. A vita enim aulica, cui fata eum deſtinarant, pariter atqve Profeſſionibus academicis, abhorrebat (56.), & in luce qvidem hominum, ſed *pacate*, ac *in libera Republica, ſi locus illic ſuis eſſet virtutibus, vivere* præoptabat (57.). Qvæ ſpes cum ipſum falleret, adeo Hamburgam ſuam cœpit averſari, ut non ſolum, in Epiſtola ad Seb. a Bergen ἀνεκδότῳ, Gottorpii Kal. Mart. A. 1610. ſcripta, ingratitudinis (a Joh. Huswedelio (58.) etiam objectæ) in utrumqve, ob indignos in petitione honorum prælatos, eam accuſaret, ſed Joh. Wittenio etiam, anno eodem, d. 4. Dec. (59.), *infelicem naſcendi ſortem ſe iſti alligaſſe*, conqvereretur, ac moribundus, in ultimæ voluntatis tabulis, mentionem *patriæ ingratæ, & factione malorum in optimum civem impiæ ac contumelioſæ*, ab hominibus doctis, Panegyricos ſibi ſcripturis, fieri prohiberet (60.). Non diu poſt reditum in patriam, proceribus ordinis eqveſtris Holſatici præcipuis, Gerh. Ranzovio, Proregi, & Bened. Alefeldio, Dynaſtæ Lehmkulano, aulæ Regiæ Mareſchallo, Præfectoqve Steinburgenſi, familiariter innotuit, horumqve in gratiam (61.) Chriſtiano IV., Monarchæ Danico, cum S. P. Q. Hamburgenſis homagium illi præſtaret, prolixum A. 1603. ſcripſit, & mox edidit, Panegyricum. Qvo uti nihil præmii a Rege obtinuit (62.), ita Hamburgenſes ſuos, aliqvid in eo eſſe, qvod in civitatis trahi poſſet præjudicium, perſvaſos, ita offendit, ut vendi ille, donec primæ pagellæ immutatæ fuiſſent ac recuſæ, a Senatu ſit prohibitus (63.). Eodem A. 1603., diutius apud Bened. Alefeldium, in arce Steinburgenſi, & prædiis illius, hæſit (64.), nonnihilqve temporis tribuiſſe videtur inſtituendo filio ejus, Friderico Bertramo, ingenii præcocis juveni, qvem, in academiam ablegandum Leidenſem, Dom. Baudio crebris, ab hoc tempore, commendavit Epiſtolis, Baudius autem (65.) diſerte *diſciplinæ Wowerianæ alumnum, ſpemqve patriæ & ſeculi immenſam*, ſalutat. A. 1604. in aula Joh. Friderici, Ducis Holſatici, Archiepiſcopiqve Bremenſis, qvi ægre eum paſſus eſt a latere ſuo divelli, aliqvamdiu vixit, & arcem deinde inhabitare cœpit Wandesbekanam, Hamburgæ vicinam (66.), qvam, ſeqventi etiam triennio, ad A. usqve 1607. (67.), domicilium, cum civitate tamen patria ſubinde permutatum, ipſi præbuiſſe, Epiſtolæ, iſto temporis ſpatio exaratæ, oſtendunt. A. 1606., ob negotia magni momenti, turbarum Brunſvicenſium occaſione, in aulam Ducis Brunſvicenſis, & hinc a Ranzoviis, non ſine ſummo periculo, per hoſtiles militum manus, in Belgium Hiſpanicum, ad Albertum, Archiducem Auſtriæ, illius Gubernatorem, ablegatus, illic, in expediundis, qvæ ſibi commiſſa erant, totam fere æſtatem exegit, ac æger, imo pene ſemimortuus, Hamburgum rediit (68.). Hactenus vitam, incerto lare, egerat vagam & deſultoriam, peregrinationibus, ac Magnatum diverſorum prenſationibus aſſiduis, pene mancipatam, qvam parum admodum temporis ſtudiis reliqviſſe, paſſim, cum *in Epiſtolis*, tum in *Libro de Polymathia* (69.), conqveritur. Idem ejus fatum in vita, ab A. 1607., fuit aulica, qvo, poſtqvam uni Domino operam & miniſteria ſua addicere decreverat, Ennonis III., Comitis Oſtfriſiæ, qvi ante annos jam aliqvammultos eum evocaverat, factus eſt Conſiliarius, menſeqve Majo in aulam ejus commigravit (70.). Illuc delatus, Oſtfriſiam invenit globis Embdenſium, qvibuscum Comiti bellum intercedebat, Batavorumqve, his auxiliantium, plenam, ac devaſtationi proximam. Ulyſſeo mox aſtu, e civitate Embdenſi inviolata extraxit omnia, qvæ cara & pretioſa ſibi erant, illi ab aliqvo tempore incluſa, & deinde a Comite, filios ſuos, imperii pignora, hoſtili credere nolente protervitati ac audaciæ, Gottorpium Cimbriæ eos, ad Joh. Adolphum, Ducem Holſatiæ, affinem ſuum, abducere, illiusqve fidei commendare, M. Julio, eſt juſſus (71.). Hunc Principem, eruditorum amantiſſimum, unico congreſſu, ſvadela ſua, & doctiſſimis moribus, ita totum cepit, ut non ſolum Canonicatum Lubecenſem, irrito licet conatu, in itinere iſto prenſanti, commendatione ſua adfuerit (72.), ſed &, anteqvam digrederetur, Comiti ſe Oſtfriſico valedicturum, & ipſi operam daturum, jurejurando compulerit promittere. In aulam hinc redux Oſtfriſicam, Hagam Comitum, ineunte Anno 1608., ad

Con-

(51.) *Cent. II. Ep. 31. & 32.* (52.) *V. Cent. I. Epp. Baudii, num. 55., p. 127.* (53.) *V. Cent. I. Ep. 40., p. 81.* (54.) *V. Cent. I. Ep. 31. & 32.* (55.) *Cent. II., Ep. 43. ad J. Gruterum Kal. Apr. A. 1603. exarata.* (56.) *V. Cent. II. Ep. 81. ad Joh. Wittenium p. 368.* (57.) *V. Cent. I. Ep. 100. ad Joh. Wittenium p. 208.* (58.) *in Elegia in obitum Wowerii, Syntagmati de Bibliorum Interpret. Gr. & Lat. præfixa.* (59.) *Cent. I. Ep. 100. p. 207.* (60.) V. Ad. Olearii *Panegyricum illi dictum lit. D. 2. b.*, & Pet. Lambecii *L. 2 Prodrom. Hiſt. Lit., c. 1., p. 141.* (61.) *V. Cent. II. Ep. 49.* (62.) *V.* Dom. Baudii *Ep. VI. Centuriæ III. ad Wowerium p. 501.* (63.) *V. Cent. II. Ep. 74., p. 354., & Ep. 81. p. 366.* (64.) *V. Cent. II. Ep. 49. & 50.* (65.) *in Epiſt., d. 9. Sept. A. 1603. ſcripta, Cent. III., num. 2., p. 487.* (66.) *V. Cent. II. Ep. 65. ad Scalig., p. 337.* (67.) *V. Cent. II. Ep. 76.* (68.) V. de hac legatione Wowerii *Epiſtolas* 67. & 69. *Centuriæ Primæ*, ac Dom. Baudii *Ep. 20. Cent. III. p. 535.* (69.) *c. 1. p. 13., & c. 29., p. 354. 355.* (70.) *V. Cent. I. Epp. 71. 75. 76.* (71.) *V. Cent. I. Ep. 100., p. 207., & Cent. II. Ep. 77., p. 358. 359.* (72.) *V. Ep. ad Lud. Pincierum, Decanum Lubec., Cent. I., Ep. 77., & duas ad Gev. Elmenborſtium, ibid. num. 78. & 83.*

Conventum de pace cum Embdenſibns, Comitis ſui Legatus abiit, &, licet omnia initio ſuſpenſa, incerta, lubrica, imo horrida & præcipitiis obhærentia, viderentur, felici tamen eventu, M. Majo, legationem finivit, &, uti ipſemet gloriatur, *poſtulata obtinuit, imo extorſit, invitis pleriſqve, & renitentibus omnibus*(73.). Finita legatione, aulæ Oſtfriſicæ valedixit, & in Gottorpienſem Joh. Adolphi, Ducis Sleſvigo-Holſatici, eodem A. 1608. (74.), omnino tranſiit. Munus autem in illa obtinuit, non Cancellarii, uti Sam. Reyherus (75.), nec Protecclesiaſtæ aulici, uti Wilh. Ern. Tenzelius (76.) falſo credidit, ſed Conſiliari intimi ac Cameralis, Senatusqve Eccleſiaſtici Præſidis, nec multo poſt ſplendidam Præfecti Gottorpienſis dignitatem, non niſi Magnatibus ordinis eqveſtris Holſatici nobiliſſimis hactenus conferri ſolitam. Qvadriennio his, & loco ſimul inter Miniſtros Aulicos propemodum principe, eſt gaviſus, gratia vero Johannis Adolphi, Ducis ſui, nihil magni momenti ipſo inconſulto aggreſſi, fruitus non ſolum *ad invidiam usqve ſummam*, cuiqve *accedere nihil poſſe* ipſemet judicavit (77.), ſed ſtabili etiam, & ad obitum usqve nunqvam interrupta. Qvanta ſua in aula fuerit potentia, qvanta autoritas, ipſe, in Epiſtolis ad amicos A. 1611. & 1612. ſcriptis (78.), haud obſcure ſignificavit, dum, ſe onera totius imperii ſuſtinere, & plane ſolum, ac ſine adminiculo, ferre, ſexcentos ſæpe, inter qvorum gemitus & ſtrepitus ſit dormiendum, ad fores ſuas excubias agere, nihilqve, in Nic. Jungii, Cancellarii, aliorumqve Miniſtrorum ducalium, abdicatione, novorum ſubrogatione, & mira omnium aulæ rerum inverſione, A. 1611. facta, contigiſſe, cujus aut auctor non ſit, aut cui ſaltem intercedere noluerit, diſerte affirmat. Autoritatem iſtam, ut fieri ſolet, comitata ſunt opum & facultatum incrementa ſubita, qvas cum Wowerius per ſe ſplendidas habuerit, Principis gratia valde eſſe auctas, Ad. Olearius (79.) teſtis eſt fide digniſſimus. Cœterum uti, in arduis tot muneribus adminiſtrandis, Noſter fidem ſuam ac amorem, prudentiam item in conſiliis, & ſedulitatem atqve vigilantiam in negotiis publicis indefeſſam, Principi, extra controverſiam, ſatis ſuperqve approbavit, ita, ſi Olearium Panegyriſten, heroem ſuum omni laudum genere cumulantem (80.), audias, pietate etiam in Deum, inſigni, tum in cultu divino publico, tum in precibus & meditationibus ſacris qvotidianis, devotione, juſtitia item, παῤῥησίᾳ in Principe ſuo admonendo, candore, humanitate atqve affabilitate, benignitate & juvandi omnes promptitudine, manſvetudine, ac injuriarum tandem patientia, inqve iis condonandis facilitate, virtutibus in iſto faſtigio rariſſimis, alios pleroſqve ordinis ſui antecelluit. Non diſſimulo autem, de nonnullis illarum dubitaturos forſitan eſſe, qvibus indoles ejus faſtuoſa, arrogans, & jactantiæ aſſveta immodicæ, de qva fuſius mox dicetur, ex Epiſtolis, ſcriptisqve cœteris, qverelæ autem Nicol. Heldvaderi, ſacerdotis Heldovattenſis in præfectura Apenradenſi eruditi, de illius, in ſe affligendo, & iterata vice a munere ſacro deturbando, injuſtitia, crudelitate, ac vindictæ ſtudio præcipiti, ex hujus libris (81.), innotuerunt. Poſtularat ab Heldvadero, Aſtrologo haud incelebri, Noſter, ut thema genethliacum ſibi erigeret, nec qvicqvam ſe eorum, qvæ ab aſtris portenderentur, licet ſeqviora eſſent, celaret. Morem ei geſſit Heldvaderus, &, artis ſuæ ſecutus principia, themati nonnulla inſeruit, qvibus Wowerius mores ac vitia ſua notari conjectans, ita eſt irritatus, ut hæc verba minitabundus confeſtim proferret: *Heldvaderus mihi thema conſcripſit genethliacum. Ego aliud. itidem non admodum fauſtum, ipſi parabo. Dii Deæqve omnes illum perdent (Heldvaderus* hat mit meine *Nativität* geſtellet, Jch ſoll und will ihm eine wiederumb ſtellen. Der Teufel ſoll ihn holen). Nec vanas haſce fuiſſe minas, eodem anno, qvo hæc contigerunt, 1609. exeunte, Heldvaderus eſt edoctus, cum, Wowerii juſſu, indicta cauſa, a functione ſacra, alio ſubrogato, deturbaretur, domoqve violenter ejiceretur. De qva violentia cum ad Principem qverelas deferret, &, in vitæ atqve doctrinæ examine, innocentiam ſuam, contra teſtes falſos, liqvido demonſtraret, obnitente tamen Wowerio, &, Magiſtratui ſupremo poteſtatem miniſtros ſuos, etiam ſacri ordinis, qvandocunqve luberet, dimittendi competere, clamitante, nullam in officium reſtitutionem, ſed ſolam ſtipendii reſidui perſolutionem, impetrare potuit. A. 1611., cum ſucceſſor, in locum ſuum intruſus, homicidii pœnas capite luiſſet, Heldvaderus officium qvidem ſacrum recuperavit, ſed a Wowerio æs, qvod iſte contraxerat, alienum juſſus eſt diſſolvere, &, cum tergiverſaretur, a ruſtico creditore, Heldvaderum pecuniam creditam a ſucceſſore accepiſſe falſo blaterante, coram judicio pagano accuſatus. A qvo cum ad dicaſterium provocaſſet Gottorpienſe aulicum, abſolutus qvidem eſt, ſed a Wowerio, qvi, nuncio hoc accepto, totus in fermento jacebat, a tribunali politico ad eccleſiaſticum, cujus ipſe Præſes erat, confeſtim evocatus, &, ob mendacium ruſtico in judicio objectum pagano, non acerbe ſolum objurgatus, verum etiam, ceu criminis læſæ Majeſtatis, in agricolam iſtum commiſſi, convictus, lata ſententia, ſpretaqve Nicol. Jungii, Cancellarii, & Conſiliariorum ducalium, interceſſione, parochia ſua denuo ſpoliatus. Qvæ narrationes Heldvaderianæ ſi cum veritate congruunt univerſæ (qvod certo mihi nondum eſſe exploratum fateor), ſummæ animi impotentiæ atqve injuſtitiæ notam Noſter vix effugiet. In alios eum homines eruditos æqviori & benigniori fuiſſe animo, horumqve & literarum curam, uti par erat, in ſummo, ad qvod evectus erat, dignitatum aulicarum faſtigio, geſſiſſe, & propria ipſius eruditio, qva aliis præluxit, incomparabilis facile cuivis perſvadebit, & Epiſtolæ de rebus literariis freqventes, Gottorpio, inter medios aulæ ſtrepitus, ad amicos exaratæ, ſatis ſuperqve demonſtrant. Teſtis etiam eſt Proclus, Philoſophus ſectæ Platonicæ illuſtris, cujus *Libros VI. in Platonis Theologiam* Joh. Adolphus, Princeps doctiſſimus, ipſius hortatu, per Æmilium Portum, Ferrarienſem, ex Academia, in qva Lingvam Græcam docebat, Heidelbergenſi, hoc fine, A. 1608. in aulam ſuam evocatum, & dignis ornatum præmiis, e codice bibliothecæ Gottorpienſis MSto, in Latinam transfundi ſermonem, &, una cum textu Græco, Mariniqve Vita Procli, editioni, qvæ decennio poſt (A. 1618.) Hamburgi prodiit, luculentæ, ſumptibus ſuis apparari, curavit (82.). Monumenta ingenii proprii affecta atqve ἀνέκδοτα, ſatis, uti ex Indice illorum noſtro patebit, numeroſa, & vel ſolis argumentorum in omni literarum genere ſelectiſſimorum titulis ſalivam eruditis motura, perficere, luciqve ſiſtere publicæ, ab eo tempore, qvo in aulam conceſſit Gottorpienſem, ob occupationes politicas aſſiduas, otiiqve defectum literarii, ſuperſtes non potuit, ſed editionem tamen illorum aliis, promiſſa etiam laboris remuneratione honeſta, in Teſtamento, ſollicite commendavit. Verum omnes hæ ipſius lucubrationes, fato qvodam poſthumis hominum doctorum laboribus infeſto, haud dubie perierunt, cum in bibliotheca ipſius, qvæ ducali arcis Gottorpienſis, poſt obitum ejus, acceſſit, nihil ſe iſtorum, præter paucas in Lucanum notas, offendiſſe, Ad. Olearius, Bibliothecarius Holſaticus (83.), teſtetur. Contenti igitur ſimus oportet monumentis, qvæ ipſe, ante vitam aulicam, publicavit, inſtitutoqve, me judice, laudabili, animumqve arguente generoſum, & in Epiſtola ad Marcum Velſerum peculiari A. 1606. pulchre atqve accurate defenſo (84.), nemini inſcribere voluit, literariis, ingentem, qvo ubiqve excepta ſunt, applauſum præſtantia ſua meritis, paucisqve poſthumis,

 autori

(73.) *V. Cent. I. Ep.* 83. 85. 86. (74.) *V. Cent. I. Ep.* 82. (75.) *in Matheſi Regia, c.* 2., *p.* 28-32. it. J. Frid. Mayerus *in Or. Fun. de* Joh. Schulzio *p* 14. (76.) *in Dialogis Menſtruis Germanicis, M. Jan. A.* 1692., *p.* 53. (77.) *Cent. I. Ep.* 78., *p.* 162., *& Ep.* 82., *p.* 171. (78.) *Cent. II. Ep.* 99. *&* 58. (79.) *in Paneg lit. O.* 2. *b.* (80.) *l. c. lit. L. M. N. O.* (81.) V. Heldvaderi Relationem, Warumb, und welcher geſtalt, *Joh.* von Wowern ihn aus ſeinem Pfarrdienſt unſchüldiger Weiſe abgedrungen ſine anni mentione *in* 4. editam, & *præfat. Prognoſtici in annum* 1616. *Danici, Iſagogen item* meam *ad Hiſt Cimbr. P. I*, *c.* 7., §. 6., *p.* 122. 123., &, ex illa, Tenzelii *Dialogos Menſtruos Vernaculos, M. Jan. A.* 1692., *p* 53., imprimis autem Elogium Heldvaderi, in *Cimbria* hac *Literata* ſuo loco obvium, qvod prolixius ſingula perſeqvitur. Suppreſſo nomine Heldvaderus etiam A. 1623. in Wowerium acerbe eſt invectus, in *Ep. dedicatoria Sylvæ Chronologicæ Circuli Balthici.* (82.) *V.* Ad. Olearii *Paneg.*, *lit. K.* 2. *a. b. L.* 1. *a*, & Elogium Æmilii Porti, interpretis, qvod *Cimbria* hæc *Literata* ſuo loco exhibet. (83.) *l. c. lit E.* 2. *b.* (84.) *V. Cent. I, Ep.* 71.

autori ſuo itidem haud inficiandis, qvæ, Geverhardi Elmenhorſtii, qvo neminem inter concives eruditos amiciorem noſter habuit, beneficio, fatum triſte, reliqvis imminens, evaſerunt. Honores ſcilicet aulicos, qvo ſublimiores, eo negotioſiores eſſe ac oneroſiores, ſtudiisqve imprimis eruditorum, otii indigis honeſti, ſplendida, cui poſſeſſores ſuos mancipant, ſervitute infeſtos, Noſter exemplo edoctus eſt proprio, paſſimqve, in Epiſtolis ad amicos, ſerio conqveſtus. A. 1608., e Panegyri, cui Legatus intererat, irenica Hagienſi, ita ad Elmenhorſtium ſcripſit (85.): *Si nota tibi eſſent negotia graviſſima; qvorum mole pene ſuccumbo, fallor aut laborantem juvares, aut, ſi tuarum virium eſſet, liberares. Sed hoc pietate mea merueram, ut Siſyphus perirem. - - Tanti erat, ut novo artificio nobis qvoqve melior ætatis pars periret. O fontes, o amœna Muſarum, &, qvæ fuerant oblectamenta antiqvorum, ſtudia innocentia & incontaminata, qvæ miſeri Tantalidæ fruſtra aut petimus, aut ſperamus!* Ad Joh. Wittenium autem, ex arce Gottorpienſi (86.): *Nihil habeo, cur magnopere mihi gratulari poſſim, niſi qvod fortaſſe faſtidienda aut timenda aſſecutus ſim. Alligavit me fortuna iratior ad moleſtiſſimum vitæ genus, in qvo ſplendidum mancipium, me ipſo viduus, velut lenta tabe confectus, pereo. Hæc ſunt vota magnarum cogitationum. - - Fatum mihi eripuit, qvo poſteritati diligentiam meam probarem, & forte an non minus vere, qvam animoſe, dicerem: Non totus moriar, magnaqve pars n ſtri vitabit Libitinam.* Gemina ſunt, qvæ A. 1610. ad eundem ſcripſit (87.): *Vides operoſam ætatem, ſine fructu, mihi perire. In qvo imprimis mihi grave & permoleſtum, qvod plane excluſis omnibus ſtudiis, qvibus qvicqvid impendo, vere furtum & præda.* Et ad Elmenhorſtium (88.): *Incredibile dictu, qvam varia me occupent negotia, tam arte connexa, ut, cum plurima expediverim, alia ſubnata emergant. Ante triduum ex præfectura Tunderenſi, Lugomonaſterienſi, Apenradenſi, redii: poſtridie Eiderſtadiam, Dithmarſiam, Strandiam, petam. Totus ſum in procinctu, novum & inauditum legationis genus ſuſcepturus. Nam Provincialium mulctas mea fide exigi & imponi ſtatuit illuſtriſſimus. Qvid invidiæ, qvantum moleſtiarum ſuſtineam, facile divinare potes. Utinam in aliqvo limbo orbis terrarum inglorius & ignobilis obhærerem, & incluſus ergaſtulo læta paupertate genium meum propitiarem!* Exaſperabant ſervitutem hanc æmulationes, offenſæ, inſidæ amicitiæ, comeſſationes, aliæqve moleſtiæ aulicæ, de qvibus ita ipſe ad Wittenium (89.) A. 1610.: *Qvæ mihi Stoico ſtomacho concoqvenda? qvæ togata latrocinia? qvos invidiæ ictus eludo partim, partim effugio prudenti flexu? Ut taceam, corpus mihi jam periiſſe, omnia membra debilitata aſſidua crapula. Adeo, ut mihi moleſtiſſima vita. & qvod ſummum ſolatium, morti proxima. Utinam conſeneſcere liceret in aliqva rupe caprearum, inter amplexus Muſarum! Mihi vero deliberatum canere receptui, anteqvam occumbam. - - Valde vellem vivere pacate in libera Republica, ſi locus meis virtutibus eſſet. Sed fruſtra hoc opto.* Tot laborum moleſtiarumqve, & valetudinis inſuper iniqvæ, tædio, in arcem oppidi Apenradenſis, ſi diutius ſuperſtiti eſſe licuiſſet, ſe recipere, &, abdicatis officiis reliqvis aulicis, in Præfecturæ vicinæ, exiguæ qvidem, ſed amœniſſimæ, gubernatione, vitæ partem reliqvam exigere, teſte Caſp. Danckwerthio (90.), decreverat. Verum irrita hæc ejus conſilia reddidit mors immatura, qva, poſt factam ſacerdoti exomologeſin, ſacrumqve viaticum acceptum, Slesvigæ, d. 30. Mart. A. C. 1612. (Joh. Adolphi Kielmanni, ad eundem deinceps locum in aula Gottorpienſi, qvem ipſe tenuerat, principem evecti, Natali (91.)), ætatis 38vo, placide ac leniter expiravit. Morbus fatalis, qvocum triennio jam integro ante obitum eſt conflictatus, lentus fuit & chronicus, ſimulqve ſæviſſimus, & hydræ inſtar multiplex, graphice, non ſine qverelis de violentia ejus ingenti crebris ab ipſomet, in Epiſtolis ad amicos (92.), paſſim deſcriptus. A. 1610. Elmenhorſtium de illo hiſce verbis fecit certiorem: *Affixus lecto hæc ad te ſcribo, inter acerrimos cruciatus & tormenta immania. Omnes Furiæ laxatæ ſunt, ut miſerum hunc Penthea diſcerpant. Nempe hoc merui, ut anni primi, florentes vigore, inter gemitus & lacrymas, perirent. Adeo Deo pietas mea curæ cordiqve. Qvanqvam non abjectius feram hunc morbum, qvam Zeno tormenta, qvi, fidiculis diſtentus, & ſulphure irrigatus, philoſophari ſuſtinuit.* Anno ſeqventi 1611., d. 2. Dec., ita ad amicum qvendam ſcripſit: *Qvod paucis ad tuas reſpondeam, cauſa graviſſimus morbus, qvi ultimam neceſſitatem ſæpius imponit. Singulis fere momentis morior, nec tamen morior. Cum omnia humana me incurſarunt, nihil acerbius tamen unqvam ſenſi. In vicinia mortis mortem opto, qvæ poterat eſſe pro munere, ſi per fatalem furorem liceret. Non una Megæra me perſeqvitur, ſed novus Pentheus, diſcerptus repetito laniatu, pereo. Ulcus veſicæ, podagra, obſtructiones lienis, dolores hypochondriaci, cordis palpitatio, tuſſis deniqve, & omnium graviſſimum aſthma, qvod ſingulis momentis ad mortem deducit, larvale hoc monſtrum exagitant. Non ſum ambitioſus in lacrymis, ſed animoſus ultimum diem expecto, imo vero exopto. Sæpius me compoſuerunt inimici, qvibus calamitas mea ingens gaudium excitare ſolet.* In Epiſtola tandem, editarum omnium temporis ordine ultima, Centuriæ autem ſecundæ penultima, qvam ad amicum eundem, ex arce Tunderenſi, anno emortuali 1612., exaravit, ſortem corporis ac valetudinis ſuæ miſerrimam, vivis adumbrat coloribus. *Integer*, ait, *& qvod excurrit, agitur annus, ex qvo nullum diem ſine acerbiſſimo cruciatu traxi. Nihil relictum erat, niſi ut dolore & macie conſumtus perirem. Jam lætus me ſæpius compoſueram: & tamen noverca natura nec vitam, nec mortem, indulget. Qvid referam? contraxi habitum. Nullis veſcor cibis, venenis hanc animam effugientem retineo. Nec vino, nec cereviſia, utor. Accedunt continui ſudores, accuratiſſima diæta, in qva ſi vel levius erratum, dolore totus contabeſco. Neqve enim unicus me occupavit morbus; complures conſpirarunt in miſerum hoc ſceleton, qvod ne unico qvidem par eſſe poterat. Præcipuus vero dolor ex ulcere veſicæ. Incurabilem morbum ajunt, qvod verum experior. Adde calculum, initia phthiſeos, & hæreditarium podagræ malum, cujus primos impetus graviſſimos nuper expertus ſum.* Exuviæ non ſine ingenti Principis ſui deſiderio defuncti, hujus juſſu, Slesvigæ in templo cathedrali, ſepulchro ſuo honorificentiſſime ſunt illatæ, lapidi autem iſtius, uti moribundus injunxerat, verba tantum inſculpta ſeqventia:

HIC SITA SUNT OSSA ET CINERES JOANNIS WOWERI.
OBIIT D. XXX. MART. A. MDCXII.

Morbo fatali decumbens, Teſtamentum condidit ſatis amplum, in qvo Bibliothecam, libris refertam ſelectiſſimis, Gottorpienſi, a Principe ſuo conditæ (eâ tamen lege, ut ſeorſim collocaretur) (93.), literarum ſtudioſis, & conſangvineis pauperibus ſtipendia perpetua (94.), & amicis etiam atqve familiaribus eruditis donaria honeſta & minime contemnenda (95.), legavit, &, de famæ inſuper ſuæ perpetuitate ſollicitus, nummos LX. unciales Encomiaſtis (qvos, honorarii hujus illicio, ſatis numeroſos, uti poſtea dicetur, eſt conſecutus) ſingulis, Panegyricos memoriæ ſuæ conſecraturis, juſſit numerari (96.). Doctrinam & ſtudia noſtri

(85.) *Cent. I. Ep.* 83. (86.) *Cent. II. Ep.* 84 & 86. (87.) *Cent. I Ep.* 100., *p.* 208. (88.) *Cent. II. Ep.* 91. (89.) *Cent. I., Ep.* 100., *p.* 207. 208. (90.) *Parte II. Chorographiæ Slesvigo-Holſaticæ, c.* 6., *p.* 95. (91.) V. Ad. Olearium *l. c., lit. P.* 2. *a. b.* (92.) *Cent. II., num.* 88. 94. 97. 98. 99., *& alibi.* (93.) *V.* Olearium *l. c. lit. K.* 1 *b. K.* 2. *a.*, Conf. Grammii *Parnaſſum Kilon. p.* 41., & *Iſagogen* meam *ad Hiſt. Cimbr., P. III., c.* 4., §. 2., *p.* 351. (94.) V. Olear. lit. O. 1. a. (95.) teſte Nicolao a Vechte in Epiſt. ad Dan. Heinſium, de donario huic legato, qvam, in volumine Epiſtolarum ad Joh. Meurſium ἀνεκδότῳ, per Zach. Lundium collecto, olim offendi. (96.) Confer *Iſagogen* meam *ad Hiſt. Cimbr., P. II, c.* 8., § 3., *p.* 209.

ſtri qvod attinet, juridicis ac civilibus, longe accuratius, qvam a vulgo legulejorum & pſevdo-Politicorum ſolet fieri, tractatis, peritiam junxerat univerſæ literaturæ elegantioris, omnisqve hiſtoriæ, antiqvitatis, & lingvarum præterea eruditis propriarum, adeo exactam, ut inter Polyhiſtoras ævi ſui principes, conſentientibus omnium calculis, nec immerito, ſit relatus. Ob qvam eruditionem variam, cum ab hominibus ineptis, nihil, qvod πρὸς τὰ ἄλφιτα non faciat, diſcendum ſtolide perſvaſis, Grammaticus per contumeliam appellaretur, & doctrinæ accuſaretur vagæ, incertæ atqve ſupervacuæ, *libro de Polymathia* inſigni, A. 1603., non tam in ſui, qvam optimarum artium, defenſionem edito, crimen iſtud glorioſum eſſe, & ſapienti magno ambitu expetendum, atqve ultro profitendum, luculenter, capitibus præſertim I. XIX. & XXIX., demonſtravit. Poetæ titulum ipſemet eſt dedignatus, &, *Muſas ſe propitias nunqvam eſſe expertum*, Jano Grutero, cum carmen is, Inſcriptionibus ſuis præfigendum, efflagitaret, ingenue confeſſus (97.). Nec Criticæ (cujus abuſum cordate reprehendens (98.) eos, *qvibus voculam immutare ſapere eſt*, *ineptos* merito vocavit), lingvis (qvas inter exoticas etiam Europæ cultioris ita calluit, ut *immixtus peregrinis os aperire non erubuerit, minime veritus, ne perculſi inſveti ſoni auſteritate civem ſuum non agnoſcerent* (99.)), cœterisqve literis elegantioribus, ita ſe mancipavit, ut ſublimiores negligeret, ſed, præter jurisprudentiam, ſtudia etiam philoſophica & theologica haud obiter tractavit. *Philoſophiam* certe *Platonicam*, *theologiam myſticam*, *& antiqvitatem eccleſiæ*, *ſe non minus excoluiſſe*, *qvam alium qvenqvam*, *hac fama celebrem*, ipſe, in Epiſtola ad Nicolaum a Vechte (100.), gloriatur. Fuit autem in Theologia, ſi non omnino eclecticus, nulliusqve in verba magiſtri jurare addictus, a rigore certe plerorumqve Proteſtantium alieniſſimus, & mitiore in diſſentientes ab his, maxime vero Pontificios, animo. Satis hunc produnt verba Epiſtolæ, adverſus rumorem de ſua ad Pontificios apoſtaſia, apologeticæ, ad Domin. Baudium A. 1603. exaratæ (101.), ſeqventia, ob qvæ eruditis in religione ἀδιάφοροις, ſive neutralibus, ab Ad. Rechenbergio (102.) & Frid. Ern. Ketnero (103.) accenſetur: *Nihil me lædit, niſi qvod videam, amicos meos, curioſa qvadam malignitate, & ſollicitudine pene dixerim inhumana, in me inqvirere, qvaſi interſit, qvid credam, vel non credam, cum humani juris & naturalis poteſtatis ſit unicuiqve, qvod putaverit, colere; nec alii obeſt aut prodeſt alterius religio. Eqvidem, cum video, pari prenſatione utrosqve exulem petere, placere mihi incipio, tanqvam ſi jactura mei etiam ad alios pertineret. Non nego profecto eos, qvi religionem reformandam ſuſceperunt, multa, qvæ fortaſſe diſſuenda erant, pio ſed improvido zelo, tota reſcidiſſe. Hoc me ſerio improbare aperte fateor: neqve illa ſententia heri aut hodie mihi nata, ſed ex illo tempore, qvo aliqvem veri guſtum ſenſus communis mihi ſuggeſſit. Hoc ſi omnes in me improbant, ne iraſcor qvidem. Mihi vero ita ſentire liberum erit, & oſtendere, ſuam cuiqve ſponſam eſſe pulchram. Parcite, qvæſo, invidere mihi errorem meum, qvi vobis ſapientiam nullus invideo.* Eodem haud dubie animo, Principi ſuo Georg. Caſſandri *Conſultationis*, & *Libri de officio viri pii, hæreſi exſurgente*, lectionem commendavit, &, ut ſcriptis iſtis potiretur, nullum non movit lapidem, ſicut Epiſtolæ duæ, ad Elmenhorſtium A. 1610. datæ (104.), oſtendunt. In vita ac converſatione civili, uti ingenio læto erat ac hilari, & non minus in jocos (qvibus Epiſtolæ abundant), qvam ſeria, artifex, ita moribus ſibi omnes conciliabat adeo elegantibus, ut Joſ. Scaliger, *nihil illo minus ruſticum*, *imo minus eum ruſticum*, *qvam qvemvis Gallum aut Italum*, *eſſe*, affirmare non dubitaverit (105.). Inter vitia, qvæ virtutibus ejus, nec paucis, nec exiguis, maculam qvandam aſperſere, potiſſima fuerunt cupiditas famæ literariæ juſto vehementior, ac jactantia ſui ambitioſa, inqve alios eruditos, etiam amiciſſimos, haud raro injuria. Ipſe qvidem admodum ab his alienus videri voluit, cum, *in Tractatu de Polymathia* (106.), ita A. 1603. ſcriberet: *Utinam cenſores illos conſcientiæ meæ teſtes haberem, fallor aut crederent, nunqvam mihi animum fuiſſe literarum laudibus nomen qværere, cum unicus mihi ſemper ambitus omnem ambitionis ſuſpicionem procul a me ſpernere, & inanis gloriolæ famem viliſſimis hominibus, & ἐπιθυμοδείπνοις, qvi eam ſollicite captare coguntur, relinqvere.* Sed diverſum teſtantur Epiſtolæ ejus, περιαυτολογίαν ubiqve ambitioſam ſpirantes, & e qvibus, ſi Frid. Lindebrogium, cenſorem hoſtiliter rigidum (107.), audias, *non aliud fere qvidqvam diſcitur, præter hominis vaniſſimi futile ingenium, & mores ad ambitionem & arrogantiæ typhum factos.* Diverſum teſtantur tabulæ, de qvibus ſupra dictum, ultimæ voluntatis Teſtamentariæ. Longe etiam aliter de ipſo judicavit Domin. Baudius, amicorum facile intimus, in Epiſtola ad Fratres Puteanos A. 1603. ſcripta, *oſtentatorum* eum vocans *ſui magnificum*, & hæc (108.) addens: *Detepuit jam mucro iracundiæ noſtræ adverſus eum, qvod ex pluribus indiciis apparet, eum, non tam nocendi animo, qvam ſui extollendi vanitate, ſolitum detrahere famæ & meritis laudibus Amicorum. Dempto certe hoc vitio, multa habet ingenii naturæqve dona, qvibus ſupra vulgus ſapit, & illuſtrium virorum amicitiam meretur. Scaliger (qvi unus eſt inſtar omnium) tanti juvenem æſtimat, ut, cum ad ſe ſcripſiſſet his, ſi memini, verbis (109.): Miror me tam raro literas a te accipere, cum hoc genere officii ſoleas indulgenter complecti eos, qvi mecum non ſunt, nec genere, nec moribus, nec doctrina, conferendi; cum ita, inqvam, frontem perfricuiſſet, humaniſſimus tamen Scaliger, qvaſi ſibi dicenda cauſa eſſet apud ſeverum judicem, ſollicite culpam hanc literis deprecatus eſt.* Gemina his ſunt, qvæ, in Epiſtola ejusdem Baudii ad Aug. Puteanum A. 1604. exarata (110.), narrationi de Wowerii in Puteanum ingratitudine, & cum ipſo Baudio ſimultatibus, jam amice compoſitis, prolixiori ſubjunguntur: *Sane vir eſt non abſqve nævo, qvis enim talis usqvam eſt deductus gentium? ſed abundat magnis virtutibus, imo pene mihi pluris eſt qvam patriæ genius, in qva nunc ſplendide magnificeqve vivit, & fama floret apud primariam nobilitatem. Ingenium ejus a regia via deflectit ad diverticula vanitatis & ambitionis, non dolo malo, ſed inani qvadam ſui oſtentatione: tamen vitium dies paulatim & ratio circumcidet.* Labem hanc κενοδοξίας tamen veniа dignam aliqva haud dubie judicabunt, qvi conſideraverint, voces ei arrogantiores plerasqve extorſiſſe, vel fortunæ (de qva toties in Epiſtolis qveritur) ſævitiam, vel patriæ ac civium ingratitudinem, vel inimicorum atqve æmulorum obtrectationes, qvibus, tum alibi, tum ſub *Tractatus de Polymathia* initium (111.), hiſce verbis indignatur: *Ego qvidem, cum retexo ſeriem fortunæ meæ, licet nihil in me invidia dignum deprehendam, tamen aſſerere non dubito, virtutes meas & ingenii dotes perexiguas, ubiqve gentium plures mihi inimicos & æmulos, qvam amatores, peperiſſe, adeo ut ſæpe ſurgentis famæ noſtræ ratis ad invidiæ ſcopulos tam acri incurſu adflixerit, ut naufragii neceſſitatem timerem.* E κενοδοξίᾳ autem iſta enatæ ſunt ſimultates haud infreqventes, etiam cum amicorum principibus atqve

(97.) *Cent. II. Ep. 58.* (98.) *Cent. I. Ep. 11., p. 26.* (99.) *V. Tr. de Polymathia, c. 30., p. 367.* (100.) *Cent. I. Ep. 60., p. 120.* (101.) *Cent. I. num. 40., p. 79. 80.*, & in *Epiſtolis* Baudii *Cent. I., I. p. 59., p. 143.* (102.) *in Diſp. de inſana in Theologia curioſitate p. 4* (103.) *in Exercitationibus de religione prudentum, Th. 36., p. 46.* (104) *Cent. I., num. 97. & 98.* (105.) *in Alteris Scaligerianis p. 255.* (106.) *cap. 1. p. 13.* (107.) *in Epiſt. ad Pet. Puteanum A. 1618. ſcripta, qvam infra, inter Cenſuras de Noſtro, totam exhibebimus.* (108.) *V. Cent. I. Epp. Baudii, num. 55., p. 129. 130.* (109.) Verba Wowerii, non qvidem plane eadem, ſed ſenſus tamen haud diverſi, V. in *Cent. II. Ep. XIII.*, ad Scaligerum A. 1602. ſcripta, *p. 235.* (110) *Cent. I., num. 60., p. 159. 160.* (111.) *c. 1., p. 7.*

atqve intimis, Joſ. ſcilicet Scaligero (112.), Dom. Baudio (113.), Joh. Wittenio, Lubecenſi, Conſil. Megapolitano (114.) & Geverhardo Elmenhorſtio. Qvorum poſtremum, cum, Wowerio, ob æmulationem ſtudiorum, e Minutii Felicis, qvam uterqve A. 1603. parabat, editione ortam, hoſtiliter infeſtus, Scaligerum *ingenium ejus verbis extenuaſſe* affirmaſſet, Scaliger ipſe, hanc ob cauſam, graviter objurgavit, illiqve, ut Wowerio Minutium relinqveret, &, ceu ætate rerumqve uſu ſuperiori, cederet, priſtinamqve cum eodem amicitiam redintegraret, Epiſtolis IV., admodum de Noſtro honorifice judicantibus (115.), ægre A. 1603. perſvaſit, uti in Elmenhorſtii Elogio fuſius eſt relatum. Frid. Lindebrogium Scaliger (116.) eodem qvidem A. 1603., ut Wowerio, ſuum imitans exemplum, itidem reconciliaretur, ſerio eſt hortatus, ſed permovere illum ad offenſas remittendas non potuit. Qvarum adeo memor JCtus hic Hamburgenſis πολυμαθέςατος fuit, ut mortuum etiam Wowerium, in epiſtolis ad Janum Gruterum ac Pet. Puteanum A. 1613. & 1618. exaratis (qvarum loca poſtea, inter Cenſuras eruditorum de Noſtro aſperiores, recitabuntur), acerbe admodum ſit inſectatus, vitamqve ſe inſuper ejusdem integro ſcripto (qvod haud dubie longe diverſa a reliqvis Panegyriſtis, parumqve honorifica, de Noſtro tradidiſſet) divulgaturum, in priore, minatus (117.). Qvod ad Plagia attinet literaria, qvæ Joſ. Scaliger (118.), Phil. Jac. Mauſſacus (119.), & idem imprimis Lindebrogius (120.), *Polymathiam* Iſ. Caſaubono, *Syntagma de Bibliorum Verſionibus* eidem ac Galeſinio, *Pægnion de Umbra* Jano Gulielmio, *Emendationes & Obſervationes aliqvot Petronianas* Scaligero, *Scriptumqve de Veterum cognitione Orbis novi* Italo cuidam, vindicantes, Noſtro objiciunt, numeroſa, de his, in Tractatuum iſtorum recenſu, infra fuſius dicetur, judicium autem ferre, cum res ſit obſcura & ambigua, non eſt meum. Ἀνέκδοτα certe (qvod & Lindebrogio obſervatum eſſe video) non hominum ſolum eruditorum, fato jam functorum (Jani Gulielmii, Th. Marcilii, &c.), ſed amicorum etiam ſuperſtitum, Joſ. Scaligeri, Jani Douſæ, Dom. Baudii & Joh. Wittenii, ſtudioſe eum, magnoqve ambitu, conqviſiviſſe (an animo ſibi ea, tanqvam autori, aliqvando vindicandi, an vero alium in finem, magis honeſtum, ſagaciores judicent), Epiſtolæ ipſius, locis plurimis, teſtantur.

SYMBOLI familiaris loco, teſte M. Elia Geiſlero (*in Diſſ. de Symbolis p. 40.*), hac gnoma eſt uſus: HONESTI COMES RATIO.

VITÆ WOWERII hiſtoriam exhibuerunt:

1. GEVERHARDUS ELMENHORSTIUS, Hamburgenſis, amicus defuncti intimus, in ſciagraphia illius ſuccincta, *Syntagmati* Woweriano *de Græca & Latina Bibliorum interpretatione poſthumo*, per ipſum Hamburgi A. 1618. edito, ac dein editioni *Tractationis de Polymathia* noviſſimæ Lipſienſi, qvæ, Jac. Thomaſio curante, A. 1665. prodiit, præfixa, Henningiqve etiam Wittenii *Memoriis Philoſophorum noſtri ſeculi clariſſimorum renovatis*, ac Francof. A. 1677. in 8. publicatis, *Decade I., p. 79-82.* (ſed omiſſo perperam Elmenhorſtii autoris nomine), inſerta.
2. ADAMUS OLEARIUS, Bibliothecarius & Mathematicus aulicus Holſato-Gottorpienſis, in *Panegyrico* prolixo XV. plagularum, illi dicto, & Kilonii A. 1667. in fol. edito.
3. JAC. THOMASIUS, Prof. Lipſienſis, qvi, in Prolegomenis editionis *Libri de Polymathia* Lipſienſis, modo laudatæ, Præfationi ſuæ pro illo, ac autore ejus, apologeticæ, biographiam etiam Elmenhorſtianam, ac judicia eruditorum varia de Noſtro honorifica, a ſe collecta, adjecit.
4. NICOL. JOH. CRUSIUS, Holſatus, in *Panegyrico illi dicto*, & Slesvigæ A. 1657. in fol. excuſo.
5. SAM. REYHERUS, Acad. Kilonienſis JCtus & Mathematicus, in *Orat. panegyrica* ἀνεκδότῳ; qva memoriam ejus, die emortuali 30. Martii, Kilonii, A. 1682., celebravit (Programma, qvo auditores ad eam invitavit, eſt impreſſum.).
6. HOMONYMOSCOPIA mea *Hiſtorico-Critico-Philologica*, Hamburgi A. 1697. edita, *Sect. II., c. 7., §. 142., p. 735-736. 970.*
7. ADOLPHUS CLARMUNDUS (compilator ineptus) in der Lebensbeſchreibung Hauptgelahrter Leute, *P. II.* (ed. Witeb. A. 1703.), *num. 17., p. 92-98.*
8. BUCRH. GOTTH. STRUVIUS, *in Biblioth. Antiqva, M. Nov. A. 1705., p. 537. 538. 539.*
9. PET. BÆLIUS, *Tomo 3. Dictionarii Hiſtorico-Critici, p. 3027. 3028. Edit. ſecundæ Anni 1702. Roterodamenſis.*
10. JAC. FRID. REIMANNUS im Verſuche einer *Critiqve* über das *Dictionaire Hiſtoriqve & Critiqve* des *Mr. Bayle*, darinn 1. die Schreibart, Ordnung und Inhalt deſſelben insgemein, 2. der daſelbſt befindliche Lebenslauf *Joh. Wouwerii* inſonderheit beſcheidentlich unterſuchet wird; Halæ A. 1711. in 8.
11. DAN. FRID. PöNEMANNUS *in Vitis clariſſimorum Virorum Germanicis*, Wittebergæ A. 1714. editis, *n. 4., p. 24-66.*

De FRID. LINDEBROGII ſcripto de vita Wowerii affecto, in Epiſtola ad Janum Gruterum A. 1613. promiſſo, qvo, ſuo in eum odio obſeqvens, illum non celebrare, ſed inſectari atqve exagitare, voluit, paulo ante jam eſt dictum. Verba Epiſtolæ infra, inter Cenſuras de Noſtro, occurrent. Conf. de illa Morhofii *Polyhiſt. Lit., P. I., L. I., c. 24., p. 304.*, & *Iſagogen* meam *ad Hiſt. Cimbr., P. II., c. ult., p. 210.*

Noſtrum hoc Elogium, ſi pauca, qvæ Elmenhorſtio ac Oleario debet, excipias, ex Wowerii ipſius *Epiſtolis*, ſcriptisqve cæteris, ac autoribus aliis, paſſim allegatis, eſt congeſtum.

Ex ERUDITORUM ad Noſtrum EPISTOLIS, in Appendice *Epiſtolarum* ipſius, Hamburgi A. 1618. *in 8.* editarum, adoptiva prodierunt, ac MSStæ pleræqve in Bibliotheca civitatis Hamburg. publica aſſervantur:

JOS. SCALIGERI Tres.
JOH. MATTH. WACKERI Duæ.
HENR. WOTTONI, Angli, Una.
MARCI VELSERI Sex.
DOMIN. BAUDII Qvatuordecim.
JANI GRUTERI Tres.
ERYCII PUTEANI Una.
DAV. HOESCHELII Una.
THOMÆ SEGETHI Duæ.
PAULI VIRDUNGI Una.
FRID. BERGII Una.

JOS. SCALIGERI Qvinæ (tres ſcilicet illæ, inter adoptivas Wowerii jam publicatæ, & duæ præterea aliæ, his ſubjunctæ) occurrunt inter Epiſtolas ipſius CCCCLXXXV. Latinas, Lugd. Bat. A. 1626. in 8. editas, *num. 374. 375. 376. 377. 378., p. 716-722.*

JU-

(112.) V. Scaligeri *Ep. 218., ad Frid. Lindebrogium A. 1603. ſcriptam*, in qva, *offenſam ſe omnem* Wowerio *jam remiſiſſe*, ſignificat, & Lindebrogium, ut idem faciat, hortatur. (113.) V. Baudii *Ep. 68. Centuriæ I., p. 159. 160.* (114.) V. Wouwerii *Cent. II. Epp., n. 57. 75. 81.* (115.) *in Syntagmate Epiſtolarum Scaligeri*, Leidæ A. 1626. *in 8.* edito, *num. 260. 261. 262. 263., p. 547-55.* (116.) *Ep. 218., p. 460. 461.* Conſ. de Lindebrogii in Wowerium odio Morhofii *P. I. Polyhiſt. Lit., L. 1., c. 24., p. 304.* (118.) *in Alteris Scaligerianis p. 241. 255.* (119.) *in Judicio de Plutarcho, & ſcriptis ejus, p. 149.* (120.) *in Epiſtolis ad Gruterum & Puteanum jam laudatis.*

JUSTI LIPSII Una, A. 1591. Hamburgum ad eum miſſa (qva a nimia illum verborum antiqvorum aucupatione dehortatur), in *Centuria ſingulari Epiſtolarum ad Germanos & Gallos, num. 3., p. 320. 321. Edit. Avenion.*

ISAACI CASAUBONI Una, de Petronio Wowerii, A. 1596. ſcripta, in editione Caſaubonianarum Gronoviana Hagienſi anni 1638., *num. 400., p. 478.*, & in Græviana Brunſvicenſi anni 1656., *num. 78.*

DOMINICI BAUDII XIV., ab A. 1603. ad 1608. exaratæ, inter Baudianas, *Cent. I. num. 87., Cent. II. n. 3., & Cent. III., n. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 11. 15. 25. 30. 31.* Eædem cum illis, qvæ inter Wowerii adoptivas leguntur.

CASP. SCIOPPII Duæ, *in Libris VI. Suſpectarum Lectionum*, Amſtelod. A. 1664. in 8. editis, *Lib. II., num. 15., p. 98. & ſq., ac Lib. IV. num. 6.*

ERYCII PUTEANI Qvatuor, *in Atticarum Epiſtolarum Promulſide*, Coloniæ A. 1681. in 8. recuſa, *Cent. I. n. 97., Cent. II. n. 74.*, & *Cent. III. n. 16. ac 45.* Prima Patavio A. 1600., ſecunda Mediolano A. 1602., tertia Bruxellis A. 1607., qvarta autem Roma Pragam A. 1602. eſt data.

DOMIN. BAUDII Carmen ad ipſum (qvem *Joh. Wowerium Aertzelarium, amicorum primarium*, ſalutat) Jambicum legitur in *Poematis* Baudianis, Leidæ A. 1616. in 8. impreſſis, *Lib. 3. Jamborum, p. 170-174.*

HENR. VAGETII, Prof. Hamb., Carmen heroicum encomiaſticum ἀνέκδοτον, ad illum, e patria ingrata diſcedentem, ſcriptum, legitur in Joach. Morſii *Albo*, qvod Vir Cl., Jac. a Mellen, poſſidet, MSto, *fol. 468. 469.* Aliud Trochaicum in ejusdem laudes ac obitum, cum ſimilibus Epicediis JANI GRUTERI & JOH. HUSWEDELII, in frontiſpicio *Syntagmatis de Græca & Latina Bibliorum Interpretatione*, A. 1618. eſt editum.

Conferri de WOWERIO noſtro, præter hactenus allegatos, poſſunt JOS. SCALIGERI *Altera Scaligeriana p. 141. 255. 26.,* JUSTI LIPSII *Epiſtola ad Joh. Wowerium Antwerpienſem A. 1599. ſcripta* (*Cent. I. ad Belgas, num. 41.*), IS. CASAUBONI *Ep. 868. (in edit. Hagienſi), ad Joh. Wittenium A. 1613. exarata*, CASP. SCIOPPII *Comm. de Criticis & Philol.*, DOM. BAUDII *Epiſtolæ* (ut ad ipſum ſcriptas taceam), *Cent. I. num. 55., p. 129. 130., num. 58. p. 136. 137., num. 66. p. 157., num. 68. p. 159. 160., num. 83. p. 196., Cent. II., num. 54. p. 365. 366., Cent. III., num. 18. p. 528., n. 20. p. 532-535., num. 33. p. 571., num. 80. p. 668., num. 84. p. 677., num. 85. p. 677. 678.*, GEV. ELMENHORSTII *Notæ ad Arnobium p. 55.*, SAM. ROSENBOHMII *Carmen Jambicum ad ipſum, P. I. Poem., Lib. I., p. 69. 70. 71.*, JOACH. VAGETII *Præcidanea de orbe habitabili p. 254.*, JOH. JONSII *Lib. I. de Scriptoribus Hiſt. Philoſ., c. 10., pag. 49., & L. 2., c. 17., p. 205.*, GVILH. CROWÆI *Elenchus interpretum S. Scr. p. 239. 240.*, JAC. THOMASII *Tr. de plagio literario, § 578. 93. 94., & Acceſſiones ad illum §. 676.*, D. G. MORHOFII *P. I. Polyhiſt. Liter., L. 1., c. 1., p. 67., & c. 24., p. 303. 304.*, JOH. HALLERVORDII *Biblioth. curioſa p. 222.*, HENN. WITTENII *T. I. Diar. Biogr. Sec. XVII., ad A. 1612.*, PAULI COLOMESII *Κειμήλια literaria, c. 2., p. 2. 3.*, VINC. PLACCII *Tr. de Script. Anon. & Pſeudon. p. 277.*, & *T. II. Theatri Anon. ac Pſeudon. p. 618.*, ADR. BAILLETI *Jugement des Sçavans, T. II, P. II., p. 342. 343.*, JOH. CHRISTOPH. BECMANNI *Catal. Biblioth. Francof. p. 483.*, CHRISTOPH. GRÄFII *Dyota ſacra, P. II., p. 56.*, CONR. SAM. SCHURTZFLEISHII *Diſſ. de meritis Germanorum in literas Græcas, §. 8., p. 12.*, THOMÆ CRENII *Pars VII. Animadv. Hiſt. & Philol., c. 2., §. 5. 6., p. 106-112.*, ISAGOGE noſtra *ad Hiſt. Cimbr., P. I., c. 7., §. 6., p. 122. 123., ac c. 12., §. 6., p. 186. 187. 188., P. II., c. 8., §. 3., p. 209. 210., P. III., c. 4., §. 2., p. 3. 1.*, ac HOMONYMOSCOPIA, *Sect. II., c. 7., §. 142., p. 733-736.*, JOH. FRANC. BUDDÆI *T. IV. Lexici Hiſtorici p. 705.*, AD. HENR LACKMANNI *Miſcellanea literaria, cap. 1., p. 29.*

Probe, & eo qvidem accuratius, qvo freqventior hactenus utriusqve fuit confuſio, a JOH. WOUWERIO noſtro, Hamburgenſi, diſtingvendus eſt agnatus ipſius, coævus ei pariter atqve ὁμώνυμος, JOH. WOUWERIUS, Antwerpienſis, V. Kal. Jun. A. 1576. natus, Juſti Lipſii in Acad. Lovanienſi auditor, amicusqve deinceps intimus ac Teſtamenti curator, poſt triennalem in Gallia, Hiſpania, Italia & Germania, peregrinationem, Senatorio in patria ordini adſcriptus, & a Philippo IV., Rege Hiſpan., non ærarii ſolum Belgici aſſeſſor, & Conſiliarius bellicus, conſtitutus, ſed Eqves etiam auratus, cum legatione ad ſe fungeretur, creatus, tandemqve d. 23. Sept. A. 1635., æt. 58., extinctus. De cujus vita & ſcriptis (*Euchariſtico* ſcil. ad *Lipſium, Aſſertione Donarii Lipſiani, Panegyrico ad Albertum & Iſabellam, Belgarum Principes, Vita B. Simonis, Sacerdotis Valentini, Conſolatione ad Pet. Paulum Rubenium*, Lipſiiqve *Centuriis II. Epiſtolarum poſthumis*, & Tacito ac Seneca auctioribus eo curante publicatis) Valer. Andr. Deſſelius (*in Biblioth. Belgica p. 587.*), Franc. Sweertius (*in Athenis Belgicis p. 487. 488.*) & Aub. Miræus (*P. II. Biblioth. Eccleſiaſt. p. 246.*), plura ſuggerent. Juſti Lipſii XX. ad eum Epiſtolæ, in Lipſianarum *Chiliade*, A. 1618. in 8. edita, Erycii autem Puteani Tres, *in Miſſus ſecundi Centuria ſecunda*, & VI aliæ, *in Centuriis IV. Apparatus Epiſtolarum miſcellanei & novi* (ed. Col. 1681. in 8.), occurrunt. Joſ. Scaligero (*in Alteris Scaligerianis p. 198.*) audit *Nugator*, Jano Grutero autem (*in præfat. Orationum Politicarum Dinarchi, a Tob. Magiro in Eponymol. Crit. p. 209. allegata*) *Vir, cujus mores candidiſſimos tenerrimis manibus fecerunt finxeruntqve Orchomenia numina, cujusqve eruditio, & multiplex, & ingens, non modo ſvavi humanitate totam occupat Belgicam, ſed & per totam erat exporrectura Europam, niſi eam ſibi proprie applicaſſet patria.* Belle eos diſtinxit Juſtus Lipſius, utriusqve amicus, in Epiſtola, ad Antwerpienſem A. 1599. exarata (*Cent. I. Epp. ad Belgas, num. 41.*), Hamburgenſem hoc ornans elogio: *Janus Woverius, cognominis tuus, ſi non gentilis, qvam bona tecum fœderatio? Optimum par, nec vel Dii dederint magis ex uſu, aut voto. Modeſtiam & probitatem in eo adoleſcente ſemper amavi, &, ut vidi primum (Hamburgi id fuit ante annos novem), una laudatum illam indolem ivi. Vivat, creſcat, & lampada a nobis, in hoc curſu jam feſſis, accipiat, me libenter & judicio tradente.* Poſt Lipſium, eosdem juſta accuratione diſtinxerunt Joh. Jonſius, *L. 2. de Scriptoribus Hiſtor. Philoſ., c. 17., p. 205.*, Paulus Colomeſius *in Κειμηλίοις Literariis, c. 2., p. 2. 3.*, D. G. Morhofius *P. I. Polyhiſt. Liter., L. 1., c. 1., p. 67.*, ac, fuſius cœteris omnibus, *Homonymoſcopia* noſtra, *Sect. II., c. 7., §. 142., p. 733-736., ac (in Indice ſphalmatum typographicorum) p. 970.* Diſtinxerunt etiam ſollicite ſatis, ſed conſilio ſeqviori, compilatores *Indicis librorum prohibitorum & expurgandorum Hiſpanici*, Madriti A. 1667., Philippi IV. auſpiciis, ab Ant. Sotomajore, Inqviſitore generali, editi, qvi *p. 658.* Joh. Wowerium, Antwerpienſem, vocant *ſcriptorem pium & catholicum*, Hamburgenſem vero *autorem damnatum, & multis hæreticis familiarem*, compluraqve ex ejus *Polymathia, Syntagmate de Interpretationibus Biblicis, Epiſtolis, Sidonio, Petronio & Laude Aſini*, jubent expungi.

Confuderunt contra ſcriptores hos cognomines:

1. Joh. Matth. Wackerus, Rudolphi II. Imp. Conſiliarius, qvi, in literis ad Hamburgenſem, Praga, M. Apr. A. 1601., miſſis (*in Append. adoptiva Epp. Wowerii, num. 4., p. 409.*), & Ad. Olearius, qvi (*in Panegyrico eidem ſcripto, lit. G. 2. a., L. 1. b. L. 2. a.*) Juſti Lipſii Epiſtolas binas, ad Antwerpienſem in Hiſpaniam ablegatas, & *in Cent. III. ad Italos ac Hiſpanos* obvias, ad Hamburgenſem, Hiſpaniam nunqvam ingreſſum, crediderunt eſſe exaratas, & huic laudes, qvas iſtæ continent, Antwerpienſis alienas perperam vindicarunt.
2. Andr. Schottus, qvi, *in Notis ad Procli Chreſtomathiam p. 15., & ad Zenobii Cent. III. Proverb. Græc., n. 64., p. 68.*, Hamburgenſis *de Polymathia Tractationem* Joh. Wowerio, Belgæ, adſcripſit, ob ὁμωνυμίαν iſtam a Jac. Thomaſio

 (in

(in Prolegom. Polymathiæ Wowerianæ), Jonſioqve, Colomeſio, Morhofio, ac me ipſo (*locis paulo ante citatis*), jam notatus.

3. Mich. Piccartus, qvi, *in Periculo critico, c.17., p. 42.*, Joh. Wowerium, Petronii illuſtratorem (is autem non alius, qvam Noſter, eſt), *e felici illa Belgarum & ubere ingeniorum laudatiſſimorum regione oriundum eſſe*, perperam aſſerit, & Phil. Jac. Sachſius, in *Append. Ampelographiæ*, infra allegandi, Belgæ itidem Petronii editionem tribuens.

4. Nicol. Antonius, qvi, *in Biblioth. Extero-Hiſpana, Volumini primo Hiſpanicæ ſubjuncta* (*P. III. p. 361.*), Ludov. Wowerium, Antwerpienſis filium, præcocis ingenii juvenem, morte immatura Madriti A. 1624. (æt. 16.) extinctum, celebrans, parentem hujus *Tractatus de Polymathia* perhibet fuiſſe autorem.

5. Aub. Miræus, qvi (*P. II. Biblioth. Eccleſ. p. 246.*) Antwerpienſi *Centurias aliqvot Epiſtolarum* tribuit, Hamburgenſi vindicandas, niſi Lipſianas forte intelligat, ab Antwerpienſi editas, neqve ſic ab errore immunis.

6. Joh. Chriſtoph. Becmannus (*in Catal. Biblioth. Francof. p. 483.*) & Mart. Hankius (*Libro I. de Rer. Rom. ſcriptoribus, p. 269. & 271., cum Indice ejusdem qvinto conferendis*), utriusqve monumenta literaria ad unum eundemqve referentes autorem.

7. Dan. Georg. Morhofius (*in Prælect. Polyhiſtoricis MSS., c. 7.*), Noſtro, ſive Hamburgenſi, non *Panegyricum* tantum ſuum, *Chriſtiano IV., Regi Daniæ, ſcriptum*, ſed Antwerpienſis etiam *ad Belgii Principes Orationem*, attribuens. Qvod etiam factum eſt a Dan. Hartnaccio *in Commentat. de Eloqventia Eccleſiaſtica & civili p. 567.*

ELOGIA.

JUSTI LIPSII judicium de illo honorificum, ex Epiſtola ad Joh. Wouwerium, Antwerpienſem, A. 1599. exarata, paulo ante eſt recitatum.

JOS. SCALIGER, *L. 5. de Emend. temp. p. 453.*, eum vocat *juvenem ſibi, propter mores & eruditionem, chariſſimum*, &. in Epiſt. ad ipſum A. 1596. ſcripta (*num. 378., p. 722.*), ita alloqvitur: *Ego certus ſum, cuicunqve rei animum appuleris, non ſine fructu & gloria fore. Ita novi eximium ingenium tuum.* In Ep. ad Gev. Elmenhorſtium, ob Minutii editionem ſimultates cum Noſtro foventem, A. 1603. exarata (*num. 260., p. 547. 548.*) (*), his illum verbis, Wouwerium extollens, caſtigat: *Convenio conſcientiam tuam, ſi tu hac in re meliora præſtare poſſis, qvam ille, qvi tibi, & ætate, & rerum uſu, longe antecellit. Tu, niſi verum odiſti, negare hoc non potes. Sed ego hæc tanti non facerem, niſi major cura me ureret. Auſum te dicere, me ejus ingenium extenuaſſe verbis. Qvod qvam falſum ſit, neminem alium præter te teſtem appellem. Ut ego adeo inſaniverim? Meam ut mentem illa cæcitas inceſſerit? Qvid de te ſuſpicari, imo qvid arbitrari debeo, qvi ita de me ſenſeris? Qvis virum illum magis tibi commendavit, qvam ego? Qvis magnificentius de eo ſenſit? An tu tantum eſſe eum ſcires, niſi ego tantum prædicaſſem? Non poſſum facere, qvin tecum hanc injuriam expoſtulem. Aut purga illam, aut abuti amicitia noſtra noli.* De moribus tandem ejus, *in Scaligerianis alteris p. 215.*, hoc tulit judicium: *Wouwerio nihil eſt minus ruſticum: Eſt minus, qvam qvivis Gallus aut Italus.*

ISAACUS CASAUBONUS, in Ep. ad Pet. Scriverium, proprid. Kal. Jul. A 1604. exarata, cujus excerpta in Baudianarum *Cent. I., n. 87., p. 210. 211.*, occurrunt), *juvenem* eum vocat *eruditiſſimum*, in alia autem, ad Joh. Wittenium A. 1613. ſcripta (*V. Caſaubonianas, num. 722., p 750. Edit. Græv.*), obitum illius verbis deplorat ſeqventibus: *Doluit nobis, cum nuper intelleximus, Johannem a Woweren, tuum veterem ſodalem, fato functum eſſe. Literæ in eo viro non mediocrem jacturam fecerunt. Audieram, illum occupari in editione paranda Ciceronis operum, ex emendatione Jani Gulielmii. Hæc qvoqve magna erit reipublicæ literariæ jactura, ſi, propter obitum Domini a Woweren, intermittatur ſuſcepta editio.*

PAULUS MERULA, *in Comm. ad Annales Ennii p. 632.*, ita de illo: *Eruditus juvenis, Janus Wowerius, ab Apolline Muſisqve tenerrime eductus electusqve, mihi vero, ob ſecretiora, qvæ tractat diligenter, ſtudia, amiciſſimus.*

JOH. MATTH. WACKERUS, Conſil. Cæſareus, in Epiſt. ad Wowerium Praga M. Apr. A. 1601. ſcripta, & in *Append. adoptiva Wowerianarum, p. 407-410.*, obvia (cujus plura, non minus honorifica, in Biographia jam recitavimus), his ei (*p. 408.*) verbis applaudit: *Te vero felicem, mi Woweri, qvi & veritatem tam eleganter ſcribere, & mendacium tam ſapienter contemnere, qveas, & in omni omnino laudum genere domi habeas, qvibus te legitime poſſis exornare.*

DOMIN. BAUDII judicia de illo duo, maximam partem admodum honorifica, ex Epiſtolis totidem ad fratres Puteanos, A. 1603. & 1604. exaratis (*Cent. I., num. 55., p. 129. 130., & num. 68., p. 159. 160.*), in vita ipſius jam ſunt exhibita. Geminum his eſt tertium, in Epiſtola ad eosdem A. 1605. ſcripta (*Cent. I., num. 83., p. 196.*), obvium: *Wouwerium ego virtute, doctrina, ingenio, præſtantiorem pene judico, qvam totam gentem & civitatem ſuam. Habet ille ſua deliqvia, nam vitiis nemo ſine naſcitur. Abundat etiam magnis virtutibus, inter qvas palmarium obtinet ἡ εὐγένεια καὶ λαμπρότης τῆς φύσεως, qvæ dona plagio non accepit, nec cuiqvam, niſi naturæ ſuæ genio, imputare debet.* Nec diſcrepant, qvæ (*Cent. III., num. 15., p. 520.*) ad ipſum ſcripſit Wowerium: *Ego te ſingularem eruditionis artificem, & majorem genio ſeculi, non amore, ſed judicio, ſemper arbitratus ſum. Certe neminem arbitror vivere peritiorem artis vivendi (qva diſciplina nihil eſt majus), niſi qvod furere neſcis cum inſanientibus. Cent. II., Ep. 54. ad Grotium, p. 365. 366.*, eundem *Amicum ſibi εἰς ἀκρότατον, Cent. III., Ep. 18. ad Henr. Rumpium, p. 528., caput amicorum ſuorum, Ep. 84. ad Alb. a Vechte, p. 677., Virum incomparabilem, qvo nemo hodie vivat, qvem pluris æſtimet, & cujus cauſa magis velit*, & *Ep. 85. ad Lud. Servinum, ead. p. 677., Virum ad omnia laudis exempla genitum*, ſalutat.

MARCUS VELSERUS, in Epiſt. ad eum A. 1601. miſſa, & Wouwerianarum appendici adoptivæ (*p. 413. 414.*) inſerta, *inimitabilem* ſtyli ipſius *ſuavitatem* commendat, in alia autem, 13. Kal. Jul. A. 1602. exarata (*ibid. p. 420. 421.*), Pragam, in aulam Cæſaream, abeuntem ita affatur: *Hæredis illic, ſi aula Wowerium ſuis pretiis æſtimabit. Nihil do auribus, nihil amicitiæ, & hoc ipſum explicatius ad Wakerium.*

JANUS GRUTERUS Epicedion Trochaicum elegans, ipſi ſcriptum, & *Syntagmati de Bibl. interpret. Græca & Latina* præfixum, hiſce orditur verſibus:

Matre, Woweri, cadentem te Minerva arcto ſinu
Excipit, novemqve Muſæ mollibus dein tegunt
Faſciis, Charisqve melle Gnydio os rude imbuit:
Hic erit nobis alumnus ſingularis, hic erit
Myſta rarus, qviqve centum præſtet unicus vices.
Sic Athena, Gratiæqve, ſic Monetæ pignora
Ominabantur, recenti plus qvam onuſtæ gaudio. &c.

IDEM,

(*) Denuo eam ex avtographo publicavit Thomas Crenius, ἀνέκδοτον eſſe falſo arbitratus, *P. I. Animadverſ. Philol. & Hiſtor., c. 6., p. 96. 97.*

IDEM, *in præſ. edit. ſuæ Ciceronianæ*, inter *viros doctos, patriæ ſidera,* eum refert, &, in prooemio *Operis Inſcriptionum*, his verbis commendat: *Qvid recenſeam haud credibilem ſolertiam Johannis a Wowern, cui gravibus primæva latet ſub moribus ætas.*

ANDR. SCHOTTO (*in Scholiis ad Zenobii Proverb. Græc. Cent. V., Prov. 25., p. 122.*) audit *Vir literis hiſce interioribus excellens.*

PET. SCRIVERIO (*in Animadvv. ad Lib. I. Epigr. Martialis p m. 49.*) *Maximi ingenii vir & raræ eruditionis.*

DAN. HEINSIUS, *in Ariſtarcho ſacro p. 796.*, eum vocat *Virum eruditiſſimum, ſibi, dum vixit, amiciſſimum*, &, in Ep. ad Geverh. Elmenhorſtium A. 1614. data, ac *Syntagmati* Woweriano *de Bibl. Interpr.* præmiſſa, hunc in modum celebrat: *Si qvis virtutes Wowerianas, acre ac divinum ingenium, judicium incomparabile, magnum animum, neqve tantum capacem literarum, ſed qvi cum illis qvoqve, qvi hoc unum egiſſent, in Principum aulis, & graviſſimis reipublicæ negotiis, paria faceret, admiratus unqvam fuit, ego is fui ſemper.*

JAC. LECTIO (*in præfat. Symmachi*) *Vir politiſſimus.*

NICOL. RIGALTIO (*in præf. Minutii Felicis, Pariſiis A. 1643. editi*) audit *Vir eximie doctus, & judicii admodum exacti.*

GEORG. REMO, in Ep. ad Joh. Kirchmannum A. 1605. ſcripta (*qvam in Append. Gudianarum, num. 128., p. 212., invenies*), *Vir bene de republica literaria merens.*

PHIL. JAC. MAUSSACO (*in Judicio de Plutarcho & ſcriptis ejus, Libello hujus de Fluviorum nominibus annexo, p. 149.*) *Vir doctus*, & paulo poſt, *Vir certe ingenii non vulgaris.*

ERYCIUS PUTEANUS, in prima ad Noſtrum Epiſtola, Patavii A. 1600. ſcripta (*Cent. I. Promulſidis Epiſtolarum Atticarum, num. 97.*), ita illum alloqvitur: *Dignus es amari, non dicam patriæ & generis cauſa, ſed doctrinæ atqve famæ. Ego certe feci, & partem felicitatis meæ cenſui, qvod te noverim, viderim, in muſæum exceperim, ad cujus conſpectum & ſermones ipſæ meæ Muſæ excitatæ ſunt, in veterno qvodam cubantes.*

FRID. TAUBMANNUS in Epiſt. ad Magnum Noldium, *Diſſertationi de extemporali ſermonis ligati temeritate* præfixa (*in Append. Diſſ. de L. Lat. p. 130.*), ita: *Mehercle gratulatus mihi fui, te amicum inveniſſe Hamburgenſem illum plane admirabilis doctrinæ & ingenii Wouwerium, qvem ego in theatro ſapientiæ pariter & eloqventiæ omnes admirari, ſe vero unum magno animo æmulari, experior.*

CASP. SCIOPPIUS, *in Comm. de Criticis & Philologis*, ita de illo: *De Johanne a Wouweren, Hamburgenſi, qvantum mihi pollicear, non temere prædicanti mihi qvisqvam accredat. Omnium fere conatus, aliqvid in his criticis audentium, una Petronii editio, ab illo prodita, abſterrere poſſit. Deus modo juvenem hunc diutiſſime ſuperſtitare velit.* In Epiſtola autem ad Paulum Merulam, iſti inſerta, ſeqventia de ipſo habet: *Symmachi editionem premo, ut veſtris demum Symbolis, ſi, qvod voveo, ad vos venero, emendatior & nitidior exeat. Qvam ad rem velim mihi impetretis exemplar, qvod cum vetuſtiſſimo conlatum codice penes Joannem a Wouweren Patricium Hamburgenſem exſtare ſcribis, parato qvidvis aliud eo nomine vobis præſtare. Vehementer gaudeo, rumores de obitu illius juvenis ingenioſiſſimi falſos nos habuiſſe. Qvi ut cum ſuo & publico bono qvam diutiſſime vivat, cotidie precamur.*

IDEM, *Libro II. Suſpectarum Lectionum, Ep. XV. ad Wowerium* (*p. 98. 99.*) ita eum alloqvitur: *Næ tibi plurimum debet Arbiter tuus, ingenioſiſſime Woweri, qvo nunc, tuo beneficio, qvam emendatiſſimo & nitidiſſimo fruimur. Et Scaligero gratia, qvi tuum illum honeſtiſſimum conatum tam prolixe juvare voluit. - - Qvare nec novum aut mirum adeo videri debet, maxime nos, in ipſa velut barbarie agentes, in ſtuporem dari, ſimul qvid, ex tua tuiqve ſimilium officina, maxime elaboratum ingenio, & incredibili perfectum induſtria, proficiſcitur.* Et *Ep. VI. Libri IVti: Te ego unicum de juventute noſtra hodie ſuperare exiſtimo, cujus ope præmaturos Palmerii & Gulielmii obitus leniuscule feramus. Eam enim apud omnes eruditos expectationem de te concitaſti, adornata præclara illa Petronii editione, ut politiores illæ literæ plurimum de te ſibi polliceri habeant.* In *præfat. Veriſimilium* tandem *Juvenem* cum vocat *ingenioſiſſimum.*

GEVERH. ELMENHORSTIO, *in Epiſtolarum ipſius dedicatione*, audit *Vir ad æternitatem a natura deſtinatus*, &, in *præfat. earundem, Homo alti animi, judicii exqviſitiſſimi & doctrinæ non vulgaris.*

JOACH. MORSIO (*in Ep. dedic., Poematiis Sim. Simonidæ præfixa*) audit *Vir ampliſſimus, generis humani (heu qvondam!) delicium.*

THOM. SEGETHUS, in Ep. ad eum IV. Id. Qvint. A. 1602. ſcripta (*V. Adoptivas, Wowerianis annexas, p. 505.*) ſtylum ejus hoc pacto deprædicat: *Immane qvantum me capiat nervoſa & virilis tua oratio, cujus ſimilem hoc ævum non tulit.*

JOH. ARCERII tria in laudem ejus Epigrammata, *Centuriis Epiſtolarum* præfixa, iſtic legantur. Nec enim huc merentur tranſcribi.

CASP. BARTHIUS eum vocat, *L. 9. Adverſ., c. 8., p. 427.*, & *L. II. c. 18. p. 545.*, *Amicum ſuum*, *L. 17., c. 10., p. 873.*, *Virum egregie doctum. L. 33., c. 22., p. 1542.*, *Virum ingenioſum & præclarum*, *L. 46., c. 17., p. 2165.*, *eruditiſſimum amicum ſuum, in Racemationibus ad Petronium* (qvas in Georg. Erhardi editione invenies) *p. 518.*, *Virum acutiſſimum & amiciſſimum, in Animadvv. ad Poetas venaticos & Bucolicos* (Hanoviæ A. 1613. *in 8.* editis) *p. 215.*, *Amicum ſumm, ὃς πᾶσι τὰ πάντα, & p. 325. Amicum ſuum eruditiſſimum, in Animadvv. ad Claudianum* (Hanoviæ A. 1612. *in 8.* excuſis) *p. 88.*, *Virum eximiæ doctrinæ, p. 138. & 340. Eruditiſſimum, p. 251. 259. Doctiſſimum, p. 443. Amicum ſuum, virum doctorum noſtri ævi cum principibus.*

THOMÆ REINESIO (*L. 3. Var. Lect., c. 1., p. 305.*) audit *Varro noſtri ſeculi, cujus laboribus in hoc genere* (polymathia elegantiori) *abſolutiſſimis uti frui juventutem, ſi qvæ ſolidam eruditionem amat, jubeat.*

JOH. HUSWEDELIUS, in Epigr. in obitum ipſius, patriæqve ingratitudinem, eleganti, *Syntagmati de Interpr. Bibl.* præfixo, eum eſſe, ait, *Æternum famæ decus immortalis adeptum, heroos inter Pieridum titulos.*

HENR. VAGETIUS, in Trochæis funebribus, eidem præfixis *Syntagmati*, *ſummam* Wowerii deprædicat *Virtutem, atqve rerum plurium ſcientiam, qva ſuum pectus politum ſic qvidem compleverat, inter æqvales ut unus omne punctum tolleret;* In heroico autem carmine ad ipſum ἀνεκδότῳ (qvod *in Albo Morſiano MS., f. 468. 469.*, legi, ſupra diximus), non genus ſolum & doctrinam ejus extollit, ſed fortitudinem etiam, artiumqve militarium peritiam.

JOACH. VAGETIUS (*in Præcidaneis de orbe habitabili, p. 254.*) ita de illo: *Gottorpii nuper immaturo fato functus eſt Joh. Wowerius, Hamburgi natus, vir ſublimis ingenii, tantæqve eruditionis, ut inter ſui ævi Philologos late caput extulerit. Cujus vel ideo nondum ſatis deplorata mors eſt, qvod, una cum eo, integram, qvam pollicitus erat, de Polymathia, ſeu Studiis Veterum, tractationem abſorpſerit, opus inimitabile futurum, ſi ſuperſtiti eſſe licuiſſet.*

BRIANO WALTONO (*in proleg. Bibl. Polygl, Sect. 9., p. 315. Ed. Tigur.*) *Doctiſſimus.*

JOH. FRID. GRONOVIO (*in Monobiblo Obſervv. ad Scriptt. Eccl. p. 81.*) audit *Vir ſummæ, & doctrinæ, & dignitatis.*

JOH. MICH. DILHERRO (*P. II. Apparatus philologici p. 170.*) *Philologus clariſſimus.*

MART. SCHOOKIO (*P. II. Fabulæ Hamelenſis, c. 4., p. 60.*) *Hamburgenſium ſuo ſeculo ocellus.*

PET. LAMBECIO (*L. 2. Prodromi Hiſt. Lit. c. 1., p. 141.*) *Vir illuſtris Hamburgenſis, ſed in patria infortunatus.*

JOH. JONSIO (*L. 2. de Scriptt. Hiſt. Philoſ., c. 17., p. 205.*) *Vir Erud.tiſſimus.*

CASP. DANCWERTHIO (*P. II. Chorogr. Cimbr., c. 6, p. 95.*) Ein bey den Gelahrten berühmter, und in alten Scribenten durchtriebener Mann.

AD. OLEARIUS, in *Panegyrico* ei ſcripto, largas ubiqve in illum laudes congerit, & in ipſo titulo eum ſalutat *Virum generis nobilitate, ingenii acumine, raræ eruditionis ſpectabilitate, ſingulari rerum politicarum experientia, & famæ celebritate, excellentiſſimum; Lit. L. 2. b.* autem *Virum, in qvo uno multorum virtutes, qvæ hominem chriſtianum, literatum, Philoſophum, Politicum & JCtum, illuſtrem reddere poſſunt, congregatæ eminebant.*

JOH. SAUBERTO juniori (*in Tr. de Sacrificiis p. 328.*) audit *amabilis Muſarum filius.*

GEORG. HIER. WELSCHIO (*in Tr. de vena Medinenſi, c. 7.*) *Ingenioſiſſimus.*

HENR. MEIBOMIO juniori (*in Diſſ. de incubatione in templis Deorum, Medicinæ cauſa, §. 14.*) *Vir doctiſſimus.*

CHRIST. KORTHOLTO (*in Diſp. de nominibus Chriſtianis per ludibrium impoſitis c. 6., p. 35.*) *Cimbriæ noſtræ qvondam lumen.*

JAC. THOMASIO (*in præf. Libri ejus de Polymathia, ſub init.*) *Autor illuſtris, & eruditionis prodigioſæ juvenis.*

D. G. MORHOFIO, *P. I. Polyhiſt. Lit., Lib. 1., c. 1., p. 6., Vir illuſtris, maximiqve ingenii, p. 7. Vir optimus,* & *c. 24., p. 303., Vir doctiſſimus.*

SAM. REYHERO (in *Progr. invit.* ad Or. Paneg., a ſe Kilonii A. 1682. illi habitam) *Vir πολυμαθέστατος, illuſtris noſtri ſeculi Varro & Polyhiſtor.*

CONR SAM. SCHURTZFLEISCHIO (*in Diſſ. de meritis Germanorum in Græcas literas, §. 8., p. 12.*) *Vir doctiſſimus, qvi omnia Græcorum monumenta ſatis noverat.*

AD. RECHENBERGIO, *in Diſp. de inſana in Theologia curioſitate, p. 4., Philologus eximius,* it. *in Diſſ., an Aqva ſit omnium rerum principium, c. 1., Aphor. 2., §. 2, Vir πολυμαθέστατος.*

CHRISTOPH. GRÆFIUS (*in Dyotæ ſacræ Parte II., ſive Politico orientali, p. 56.*) ejus peritiam lingvæ Hebrææ celebrat.

JOH. FRID. MAYERUS (*in Or. fun. Joh. Schultzio, Conſuli Hamburgenſi, ſcripta, p. 14.*) ita de illo: *Æternum pudeat Hamburgum, prodigioſæ eruditionis virum, Schultii noſtri neceſſarium, illuſtrem Joh. de Woweren, in curia officium aliqvod ambientem, repuliſſe, qvem magnus Cimbrorum Dux deinde in deliciis habuit, & Cancellarii ornavit dignitate, atqve ſalutem Ducatuum Wowerio ſe debere ingenue fuit profeſſus.*

MIHI, *P. I. Iſag. ad Hiſt. Cimbr., c. 7., §. 6., p. 122. 123.,* audit *Et Miniſtrorum in aula Gottorpienſi ducalium, & hominum in Cimbria literatorum, ſua tempeſtate, facile princeps, Parte* autem *II., c. 8., §. 3., p. 209. 210., Vir virtutibus pariter atqve vitiis magnus.*

CENSURÆ.

DOMIN. BAUDII de ambitione illius & jactantia, nec non ejusdem, BONAV. VULCANII, AD. RECHENBERGII & FRID. ERN. KETNERI, de ipſius in religione levitate ac Indifferentiſmo, cenſuras, in Biographia, aliam item INDICIS EXPURG. HISPANICI, in ipſum ac ſcripta duriorem, in Monito de ejus ac Joh. Wowerii, Antwerpienſis, diſtinctione, iſti ſubjecto, jam exhibuimus.

JOS. SCALIGER, *in Alteris Scaligerianis p. 141.,* ita de illo: *Lindenbruch, Woweren, grands plagiaires;* it. *p. 255.: Wowerius nugator. Ejus πολυμάθεια Caſauboni eſt plagium furtum. - - C' eſt un grand plagiaire.*

FRID. LINDEBROGIUS, qvo intenſiorem inter eruditos Wowerius neminem habuit, in Epiſtola ad Janum Gruterum d. 24. Aug. A. 1613. ſcripta, &, e Biblioth. Marqv. Gudii, in Appendice Gudianarum (*num. 221., p. 286. 287.*) publicata, ita de illo (*): *Bene hercle, qvod Cicero Gulielmii ex hominis illius cum latrante nomine (ſcelus enim viri aliter appellare religio eſt) tagaciſſimis manibus ſit liberatus. Nihil enim boni in illo autore falſiloqvum os præſtitiſſet, niſi qvid ab aliis furatus fuiſſet, qvod pro ſuo venditaſſet. Hanc nimirum ille artem omnium optime callebat, &, qvem noviſſime edidit librum tenebricoſum (**) umbratilis ille, inter doctiſſimi optimiqve viri, Jani Gulielmii, ſchedas repertum ajunt, in qvo id tantum præſtitit, qvod aliam veſtem illi induit, & ſuo more turpavit. Nam & Carmina, qvæ paſſim immixta, non adulteri hujus fuerunt, ſed ſcholæ Sleſvicenſis Rectoris, viri eruditi & probi, qvi etiamnunc vivit, atqve id aperte fatetur. Sed ſatis impræſentiarum de impuro hoc, cujus vitam integro Scripto in animo habeo divulgare.* Eadem plagia, & vitia alia, fuſius illi exprobrat, in Epiſt. ad Pet. Puteanum d. 23. Jul. A. 1618. exarata, qvam integram fere, qvalem in Bibliothecæ Hamburgenſis publicæ avtographo offendi, & Celeb. Morhofius, ex apographo meo, ſibi communicato (*P. I. Polyhiſt. Lit., L. 1., c. 25., p. 314. 315.*) jam publicavit, ſubjungo:

Amo te ob communicatas Wowerii literas. Qvamvis tanti non erat tabellarium iis portandis oneraſſe, qvarum lectione nemo qvisqvam, vel doctior, vel melior, redditur. Sed nec aliud fere qvidqvam ex iis diſcitur, præter hominis vaniſſimi futile ingenium, & mores ad ambitionem & arrogantiæ typhum factos. Nam de eruditione nunc dicere ſuperſedeo, qvæ ſane parum ſupra vulgum erat, adeo, ut, ni illam alienis coloribus, velut Æſopi cornicula plumis, ornaſſet, ſæpe nuda deſtituta fuiſſet. Velut in Italia contingit, cum Carmen ab illo in laudes horti cujusdam nobilis Florentini exigeretur. Miratiqve ſunt docti, qva ratione factum eſſet, ut, qvi paulo ante, ob verſionem Pſalmi cujusdam Davidici, valde eleganter atqve concinne numeris comprehenſi, ſummum Pontificem in admirationem rapuerat, ejus nunc vena adeo exaruiſſet, ut ne Hexaſtichon qvidem ſatis dignum, horti parietibus qvod adſcriberetur, extrudere potuerit. Sed ignorabant boni illi viri, hujus hunc noſtrum autorem eſſe, illius vero carminis Baudium. Id qvod mihi adcredere potes; nam verſionem illam Wowerius mihi laudavit, cum primo Lutetiam veniſſem. Hanc ille artem norat, aliena exſcribere & interpolare, & ſchema illis novum induere, & ſic pro ſuis venditare. Idcirco non magis credas, librum, qvem expetis, de cognitione veterum novi orbis illius fuiſſe, qvam certe tibi perſvadere potes, qvos de Bibliorum interpretibus compoſuit, Caſauboni & Gelaſini eſſe. Nihil enim in Hebraicis intelligebat, imo ne autores qvidem legerat, qvos laudat. Geographiæ autem plane ignarus erat. Itaqve, aut vanidica jactantia fumum amicis vendidit, aut, ſi qvid hujus argumenti penes ſeſe habuit, id absqve dubio in Italia nactus fuit, ubi totos menſes Jac. Mazzonii, aliorumqve virorum doctorum, variis obſervationibus deſcriben-

dis

(*) Locum hunc, a me indicatum, Morhofius etiam jam legendum exhibuit *P. I. Polyhiſt. Liter., L. I., c. 24., p. 304.* (**) Πάσγνιον *de Umbra.*

ais impendit, uti Aurelius Blondus Florentiæ mihi narravit, cum quo familiariſſime tunc temporis vixit. Non minus vera de aliis ejus Syntagmatibus referre poſſem, quæ tibi quoqve, & fratribus tuis, in partem notiſſima ſunt, ad qvos ſcis qvid, de colligendis transmittendisqve Marcilii, viri doctiſſimi, commentariis, ſcribere ſolebat. Sed de his ſatis.

JANUS GRUTERUS, in Epiſt. ad Gothofr. Jungermannum A. 1608. ſcripta (apud Burch. Gotth. Struvium *Faſcic. VI. Actorum Literariorum p. 14.*), Frid. Lindebrogium & Wouwerium, ob furta librorum, in Gallia les Corſaires de Hambourg vocatos eſſe, refert.

NICOL. HELDVADERUS (in der Relation, warumb, und welcher geſtalt, Joh. von Wowern ihn von ſeinem Pfarr-Dienſt unſchuldig abgedrungen) eum vocat einen Kaufmanns Sohn von Hamburg, des Lipſii *diſcipulum, adeoqve Pontificis Romani qvondam paraſitum non illepidum.*

NONNEMINEM, *in Præfat. ad Notas ſuas in Apulejum*, multa inclementer in Wowerium jeciſſe, Dom. Baudius, in Epiſt. ad illum poſtrid. Paſch. A. 1606. ſcripta, teſtatur. (*V. Append. Epiſtolarum Wowerii Adoptivam p. 466.*)

BURCH. GOTTH. STRUVIUS, *in Biblioth. antiqva, M. Nov. A. 1705., p. 538., Hominem* eum vocat *doctum qvidem, ſed vanum, gloriæ cupidum & religionis neglectorem, imo nullius religionis.*

THEOD. JANSONIUS plagiariis eum, in horum *Syllabo*, *Amoenitatibus Theologico-Philologicis* ſubjuncto, *p. 44.*, Scaligeranorum fidem ſecutus, accenſuit.

BRODERUS BOYE (idem haud dubie cum Brodero Boiſenio, Joh. Adolphi, Ducis Holſato-Gottorp., Conſiliario) ſuo *παιγνίῳ de Umbra* Woveriani exemplari (qvod D. Andr. Plantecovius, Med. Lubec., poſſidet) hoc in Autorem Epigramma *αὐτόχειρι* A. 1612. adjecit:

Pallidus, exangvis, macilentus, luridus, atqve — | *Et moriens diris imas devotus ad umbras,*
Umbra hominis potius, qvam genuinus homo, | *Nonne Umbram potuit ſcribere conſimilem?*

BURCH. GOTTHILFIUS STRUVIUS *in Programmate de doctis Atheis*, A. 1707. Jenæ edito, his eum *p. 24.* accenſet, & *hominem vanum, eundemqve gloriæ cupidum & religionis neglectorem, qvia totus erat in eruditione,* appellat.

SCRIPTA EDITA.

α. PROPRIA.

Themata Juris, excerpta ex titulo Inſtitutionum de legitima agnatorum tutela, cum 5. titulis ſeqventibus, Præſide Caſp. Rhedenio ad diſputandum propoſita. Marpurgi A. 1590. in 4. Tribuuntur ei in Franc. Hoppii *Catalogo MS. Scriptorum Hamburgenſium alphabetico, lit. W.*

Epithalamion in nuptias Damaſi Blyenburgii, Patricii Dordraceni, & Mariæ von der Aa. A. 1596. in 4. *Ἀνωνύμως* eſt editum, Woverio autem a Frid. Lindebrogio annotatione *αὐτοχειρὶ* adjecta vindicatum.

De Polymathia Tractatio, integri operis de Studiis Veterum *ἀποσπασμάτιον*. Hamburgi, (non Baſileæ, uti B. G. Struvius nomine deceptus Frobeniano, falſo tradidit *in Introd. ad notit. rei Lit., c. 1., §. 5., p. 6., ed ſec.*) apud Georg. Lud. Frobenium, A. 1603. in 4., Ibid. A. 1604. in 4. In indice autorum, a Georg. Phil. Harsdörfero Dialogis ſuis Germanicis (den Geſprächſpielen) adjecto, memoratur etiam editio Lugduno-Batava A. 1603. in 4., mihi valde ſuſpecta. Hæ editiones cum rariſſime occurrerent, qvippe qvæ anno jam 1608. (teſte Dom. Baudio *Ep. 31. Cent. III. ad Autorem, p. 563.*) in bibliopoliis vix amplius poterant haberi, nova a Jac. Thomaſio, Prof. Lipſienſi, Lipſiæ A. 1665. in 8., eſt publicata, præfatione editoris pro autore Apologetica, vita hujus Elmenhorſtiana, eruditorum de eodem ac libro judiciis honorificis, & Joach. Felleri, Prof. Lipſ. (qvi capita etiam in certas ſectiones, numerorum ope, diviſit), tabellis ſynopticis, rerumqve & verborum Indicibus, auctior. Recuſa noviſſime eſt, cum Præfat. Jac. Thomaſii, Vita Autoris, Libri Elogiis, & Felleri Tabulis Synopticis, *Volum. X. Theſauri Antiqq. Græc.*, a Jac. Gronovio Lugd. Bat. A. 1701. in fol. edito, *p. 985-1161.* V. *Acta Erud. Lipſ., M. Febr. A. 1705., p. 90.* Recenſum ejus exhibet Burch. Gotth. Struvius, *in Biblioth. Antiqva, M. Nov. A. 1705., p. 537-544.* Scriptum hoc eximium & qvantivis pretii, ab autore A. 1602., in Epiſt. ad Joſ. Scaligerum (*Cent. II., num. 11., p. 232.*), ſub titulo *Libelli de modo diſciplinarum* diverſo, promiſſum, Wouwerio (uti belle Thomaſius, *in præfat.*, obſervavit) *obtrectatio* extorſit *malevolorum, qvi eruditionis prodigioſæ juveni variarum rerum ſtudia, h. e. πολυμάθειαν, exprobrabant, nomenqve Grammatici objectabant pro convicio* (*V. cap. 1. p. 15.*). *Ipſe ergo, cum cenſeret, crimen illud ſapienti exoptandum eſſe* (*ib. p. 14.*), *ſe vero non tam ſuam, qvam optimarum artium, defenſionem ſuſtinere intelligeret* (*ib. p. 15.*), *operæ pretium exiſtimavit, oſtendere, qvantum in illa præter opinionem obtrectantium honeſtiſſima incuſatione ſitum eſſet gloriæ. Ita natus illi hic liber eſt, cujus ideo cap. 1. 19. & 29. non tam reprimit voces invidorum, qvibus laudari ſe potius arbitraretur, qvam expectationem eorum generoſo fruſtratur contemptu.* Argumenta illius potiora qvod attinet, de polymathia in genere, & partibus ejus, commentatur *cap. 1. 2. & 3.*, de Grammatica, ejusqve partibus, *c. 4. 5. 6. 8. 9. 10. & 19.*, de Logiſtica *c. 7.*, de Fabulis *c. 11.*, de Hiſtoria *c. 10. 12. 13. 14.*, de Philologia *c. 15.*, de Critica *c. 16. 17. 18.* (qvo etiam, S. Scripturam a Judæis, hæreticis & librariis eſſe corruptam, *p. 194-197.* contendit, Patrumqve teſtimoniis evincere allaborat), de Dialectica *c. 20.*, de Rhetorica *c. 21.*, de Matheſi *c. 22.*, de communi artium vinculo *c. 23.*, de Encyclopædia *c. 24.*, de Philoſophia *ἀρχιτεκτονικῇ* *c. 25. 26.*, de liberalibus ſtudiis, contra eorum hoſtes & contemptores, *c. 27. 29.*, de doctrina *c. 28.*, de cauſis corruptæ diſciplinæ & eruditionis *c. 30.*, ac tandem de avaritia, has inter cauſas præcipua, *c. 31.* Elogia ab eruditis promeruit plurima. Iſ. Caſaubonus Pet. Scriverio, ſui *de Critica* operis editionem urgenti, Epiſtola A. 1604. ſcripta (cujus excerpta in Baudianis, *Cent. I., num. 87., p. 210. 211.*, leguntur), ita inter alia reſpondit: *Lætatus ſum nuper, cum viderem, Joh. Wouwerium, juvenem eruditiſſimum, ex parte idem argumentum ſuſcepiſſe tractandum; magis vero lætatus eſſem, ſi qvæ paramus, omnia ab illo eſſent occupata, ut legitimam occaſionem haberemus ſuperſedendi ab eo labore.* Thom. Reineſius, *L. 3. Var. Lect., c. 1., p. 30.*, Wowerii (qvem *Varronem* vocat *noſtri ſeculi*) *laboribus in hoc genere abſolutiſſimis uti frui jubet juventutem, ſi qvæ ſolidam amat eruditionem, in Epiſtolis* autem *ad Neſteros p. 67.* ita de libro hoc ſcribit: *In uno Wowerii doctiſſimo de Polymathia commentario, plura de Galeni ſtudiis leges, qvam in omnium fere Medicorum in eum adnotationum voluminibus.* Jac. Thomaſius, *in præfat. edit. ſuæ, Theſaurum* illum vocat *pretioſiſſimum,* & addit: *Non habemus de hoc argumento ſcriptum locupletius, bonaq; fruge refertius, poſtqvam nec Noſtro, qvem qvidem valde brevis ævi ſpatium facile excuſat, nec Caſaubono, nec Mauſſaco, licuit expectationem juſti de Veterum Studiis, omniqve re critica, operis explere.* Geverh. Elmenhorſtio (*in vita autoris*) *Opus* audit *operoſiſſimum, & qvo, ad erudiendum animum ab inſcitiæve pretis, a multis retro annis, nullum prodiit utilius.* Joh. Henr. Bœclero (*in Bibliographia curioſa, lit. B. 4. a.*) *Opus elegans*: Ad. Oleario (*in Paneg. autori ſcripto, lit. F. 1. a.*) *Opus operoſum & utiliſſimum*: D. G. Morhofio (*P. I. Polybiſt. Lit., L. 1., c. 1., p. 7.*) *Liber elegantiſſimus*, & (*c. 24., p. 303.*) *Scriptorum Wowerii præcipuum*: Vinc. Placcio (*in Tr. de Script. Anon. & Pſevdon. p. 277.*) *Tractatio longe doctiſſima*: Wilh. Ern. Tenzelio (*in Dial. Menſtr. Germ., M. Jan. A. 1698. p. 14.*) Ein herrliches Buch vor die zur politiori literatura trettende Jugend, ſo von neuem aufge-

aufgelegt zu werden wol verdienet. Qvantum Gerh. Joh. Voſſius, *in Arte Grammatica*, aliisqve ſcriptis, librum hunc, ſuppreſſo autoris nomine, ſæpe ſecutus, illi debuerit, dudum obſervarunt Joh. Jonſius (*L. 1. de Scr. Hiſt. Philoſ., c. 16, p. 49.*) & Mart. Schookius (*P. II. Fab. Hamelenſis, c. 4., p. 60.*), ac, qvi ad duumviros hos provocant, Jac. Thomaſius (*in Tr. de plagio literario, §. 578.*), D. G. Morhoſius (*P. I. Polyhiſt. Lit., L. 1., c. 1., p. 7.*) & Thom. Crenius (*P. VII. Animadvv. Philol. & Hiſtor., c. 2., p. 108. 109.*). Sed nec cenſores eidem ſui defuerunt. Indicem librorum prohibitorum & expurgandorum Hiſpanicum, Madriti A. 1667. in fol. editum, *p. 658.*, nonnulla ex eo juſſiſſe expungi, ſupra, in Monito biographiæ annnexo, jam eſt indicatum. De Gallorum, & ſpeciatim Iſ. Caſauboni, iniqvis de eodem judiciis autor ipſemet, in Epiſt. ad Joſ. Scaligerum VI. Id. Aug. A. 1604. ſcripta (*Cent. II., num. 67., p. 343. 344.*), ita conqveritur: *Valde vereor, Polymathiam noſtram Judicio quoque tuo periiſſe: nam Galliæ eruditis ludibrium ſuſtuliſſe amici ad me perſcribunt. Damnatum opus, protritum ac ridiculum, ajunt. Expectabam ſane ſacrum horribile infami elogio proſcriberent. Noveram enim infelicis ingenii mei plauſum. Sed inter illos, qvi nobis iniqviores, eminere* * * * (Caſauboni hic nomen ab Elmenhorſtio editore eſt omiſſum) *ſcribunt. Miror eqvidem, qvem animum induerit. Nec intelligo profecto, cur olim ſibi conjunctisſimum & gratiſſimum convictorem ſine cauſa odiſſe ſuſtineat: niſi qvod facile animadvertam, illum prætuliſſe aliorum calumniis fidem dare, qvam iis animi adfectusqve mei indiciis, qvæ ipſe coram probavit. &c.* Phil. Jac. Mauſſaci, inter Gallos Noſtro iniqviores facile principis (de qvo plura mox dicenda), ſtricturas in loca aliqvot libri Woweriani parum juſtas, *in Judicio de Plutarcho, & ſcriptis ejus*, obvias, exhibuit & refutavit Thom. Crenius, *P. VII. Animadverſſ., c. 2., §. 5., p. 106. 107. & ſeqq.* in Joh. etiam Jonſii *Libris IV. de Hiſtoriæ Philoſophicæ ſcriptoribus*; paſſim lapſus & errores ejus nonnullos videas caſtigari. Nec ipſe editor, Jac. Thomaſius (*in præfat.*), nævos illius diſſimulat, ſcribens: *Erunt in hac ipſa Polymathia, qvæ, ſpiritus juveniles nondum autori plane deferbuiſſe, arguant.* Plagii imprimis literarii crimen Wowerio fuit objectum, qvo librum hunc, aut partem ejus potiſſimam, non Joſ. Scaligero (qvod Thomæ Bartholini eſt ἁμάρτημα μνημονικὸν, *Diſſ. II. de legendis libris p. 43.*), ſed Iſaaco Caſaubono, ſuffuratus eſſe, & rumore ἀδεσπότῳ, ſuperſtiti confeſtim poſt editionem moleſto, & a Phil. Jac. Mauſſaco, aliisqve, poſt obitum, ferebatur. Qvoniam nempe, Caſaubonum commentarium de Critica publice promiſiſſe, & Wowerium aliqvamdiu Monſpelii cum ipſo fuiſſe, conſtabat, ab æmulis noſtri, & malevolis aliis, hinc arrepta eſt occaſio criminandi, ſcriptum Wowerianum, idem ferme tractans argumentum, Caſauboni γνήσιον, maximam ſaltem partem, eſſe foetum, eiqve a Noſtro turpi plagio ſubreptum. Fratresne Puteanos *Judicii* iſtius de Polymathia Woweriana *nimis præcipitis & ſiniſtri* jure accuſaverit Ad. Olearius *in Paneg. Wouw. lit. O. 1. b. O. 2. a.*), mihi haud eſt exploratum, licet ſciam, Dom. Baudium, in Epiſtola ad eos A. 1605., 3. Non. Aug., exarata (*Cent. I., Ep. 83., p. 196.*), ne rumori huic crederent, verbis ipſos monuiſſe ſeqventibus: *Monui vos, jampridem diſſipatum fuiſſe rumorem de Wouwerio noſtro, qvaſi plagio domeſtico ſublegerit potiſſimam partem ſuæ Polymathiæ.* Εἰ μὴ τοῦτο τοῦ ἀνδρὸς θυρῶν ἀκηκόατε, βουλοίμην ὑμᾶς μὴ ῥᾴδιον πιστεύειν τῇ διαβολῇ, οὐ γὰρ εὐκαταφρόνητον τὸ αἰσχύνειν καὶ μῶμον ἀνάψαι τοσούτῳ ἀνδρί. *qvem ego virtute, doctrina, ingenio, præſtantiorem pene judico, qvam totam gentem & civitatem ſuam.* Certius eſt, Joſ. Scaligerum famæ iſti ſiniſtræ credulum fuiſſe, in cujus *Scaligeranis alteris poſthumis*, non ſolum *p. 141.* Wouwerius *grandis* appellatur *plagiarius*, ſed & *p. 255.* hæc leguntur: *Wowerius nugator. Ejus πολυμάθεια Caſauboni eſt plagium furtum. - - C' eſt un grand plagiaire.* Sed nec deerant, qvi, Caſaubonum ipſum rumori huic ſua confeſſione pondus addidiſſe, ſpargerent. Id qvod Noſtrum, ſibi optime conſcium, adeo pupugit, ut doloris irritatus impatientia, ad Baudium Kal. Jul. A. 1605. (*Cent. I., Ep. 63., p. 127. 128.*) hæc perſcriberet: *Mirifice vero me adfecit, qvod de Polymathia noſtra ſcribis. Nunqvam putaram, eſſe aliqvid in iſto opere, qvod alii ſuum vellent. Crede mihi, mi Baudi, fama noſtra non pendet ex iſto libello, cujus reſidua pars* (opus ſcilicet integrum de Veterum ſtudiis) *facile probabit auctorem. Non moveor, qvicqvid maligni de me confingant. Patrocinatur mihi innocentia mea, & noctes inexhauſti laboris conſciæ. Et ſane nunqvam credidero, illum, qvem in Occitania noveram* (Caſaubonum ſc.), *idem aſſerere, niſi forte de iis, qvæ de Critica docui. Haud nego, in illis non pauca, qvæ de illo didici. De reliqvis ne per ſomnium qvidem cogitavit, nec eas Veneres propitias habet, qvibus dictantibus iſtiusmodi opus conficeret. Multa certe in illo Commentario, qvæ non ſunt ſui ſtudii, multa, qvæ ipſe ignorabat. Qvod ſi ille hujus mendacii auctor, maxime omnium mortalium mendaciſſimum & neqviſſimum intrepide pronunciabo. Sed fruſtra in iis laboro, qvæ innocentiſſimum hunc animum minime exulcerant. Et ſane non deerit, qvo mihi mea aſſerere poſſem.* Evanuit dein rumor iſte, ſuperſtite Wowerio, amicis, & præſertim Baudio, innocentiam ejus aſſerentibus. Nec enim is ſolum apud Puteanos, uti jam dictum, eum excuſavit, ſed Epiſtolæ etiam ipſius, eodem A. 1605., in reſponſoria (*Cent. I., num. 87., p. 209.*), hæc regeſſit: *Refrixit jam ſermo leviſſimorum hominum, qvi Polymathiam tuam plagii ſuſpicione infamabant. Caſaubonus vir melior & candidior eſt, qvam ut hujus culpæ inſimulandus eſſe videatur.* Addidit reſponſoriæ, qvo Wowerio omnem de Caſaubono ſuſpicionem eximeret, excerpta Epiſtolæ hujus, ad Pet. Scriverium A. præced. 1604., de affecto ſuo de Critica commentario, libroq; Wowerii, exaratæ, judicium de hoc ferentia valde honorificum, qvod ſupra jam exhibuimus. Nihilominus tamen, poſt obitum Wowerii pariter atqve Caſauboni, Phil. Jac. Mauſſacus, Præſes Curiæ Monſpelienſis, *in Judicio de Plutarcho & ſcriptis ejus*, qvod Plutarchi *de fluviorum nominibus Libello*, Toloſæ A. 1618. a ſe recenſito, annexuit, *p. 149.*, cum *opus de Studiis antiqvorum*, qvale Wowerius etiam pollicitus erat, promitteret, temperare ſibi, nimia æmulationis ſtudiorum intemperie, non potuit, qvin, præventum ſe a Noſtro dolens, cramben iſtam fœtidam de plagio Wouweriano, hiſce verbis, recoqveret: *Conſilium non eſt hoc loco de ſtudiis antiqvorum tractare, nec cereum allucere, aut methodum componere, qva facilis ingreſſus pateat ad limina diſciplinarum & ſcientiarum omnium. Opus enim eſſet peculiari Tractatione, qvam forte, cum Dis faventibus volentibusqve, ſi res noſtræ nobis otium fecerint, & Deus vitam dederit, aliqvando inſtituturi ſumus, qvando vir ille inter eruditos præcipuus, qvi eam nobis pollicitus erat, morte præventus, perficere non potuit. De Iſaaco Caſaubono loqvor, in cujus meſſem falcem injecit Johannes Wower, Vir certe ingenii non vulgaris, ſed qvi opus imperfectum reliqvit, qvamvis omne qvod edidit, a Caſaubono habuerit, dum una cum eo agit Monſpelii.* Locum hunc Mauſſaci recitat, & criminationem ſimul ejus, ex æmulatione invida, & contemptu Germanorum, Gallis qvibusdam ſolenni, uti belle obſervat, profectam (qvam, non niſi poſt Wowerii A. 1612., & Caſauboni A. 1614. defuncti, exceſſum, publice proferre eſt auſus, licet commodiſſima ſe, *in Diſſ. Critica de Harpocratione & Lexicis*, A. 1614. edita, & tum operis Caſauboniani affecti, tum libri Woweriani, mentionem plus ſemel injiciente, obtulerit occaſio), prolixe pariter atqve accurate refellit, Jac. Thomaſius, in præfat. apologetica, editioni ſuæ *Polymathiæ* Wowerianæ præmiſſa, partim ex teſtium, qvorum nullos Mauſſacus adducit, defectu, partim ex Caſauboni ipſius judicio de labore Wouwerii (qvod ſupra, ex Epiſt. ad Scriverium, recitavimus) honorifico, partim deniqve, qvod minime ſit probabile, Wowerium adeo ſupinæ fuiſſe inſaniæ, ut, vivente etiamnum Caſaubono, ſcriptum ejus, tanqvam proprium, publicare ſuſtinuerit. Lectu digniſſima eſt hæc Thomaſii pro Wowerio apologia, qvoad ſumma dein capita, longe qvidem brevius, ſed nervoſe tamen, *in Tr. de plagio literario, §. 593. 594.*, atqve *in acceſſioni-*

bus

bus ad eundem, §. *676.*, repetita, a plagii iſtius reatu noſtrum merito abſolvens. Qvam Polyhiſtoris Lipſienſis ſententiam calculis ſuis approbarunt, non ſolum Dom. Baudius, ſupra jam a nobis laudatus, & Thom. Reineſius, ad cujus conſenſum ipſe in *præfat.* provocat, ſed Gerh. Joh. Voſſius etiam *L. 1. Artis Grammaticæ c. 6.*, Mart. Schookius (Mauſſaco Heſiodeum iſtud occinens: Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων) *P. II. Fabulæ Hamelenſis*, *c. 4., p. 60.*, Ad. Olearius (Wowerium, ad laborem hunc, ab ipſo excitatum eſſe Caſaubono, affirmans) *in Paneg. cit.*, *lit. O. 1. b.*, *O. 2. a.*, Autor Anonymus *Notarum ad Scaligeriana altera* (a Caſaubono Noſtrum defendi obſervans) *p. 265.*, D. G. Morhofius (*per ſummam injuriam & invidiam plagii crimine eum a Mauſſaco*, *Germanum a Gallo*, *onerari* pronuncians) *P. I. Polyhiſt. Lit.*, *L. 1.*, *c. 1.*, *p. 7.*, Thom. Crenius *P. VII. Animadverſſ. Philol. & Hiſtor.*, *c. 2.*, §. *5.*, *p. 107. 108. 109.*, Conr. Sam. Schurtzfleiſchius *in Diſſ. de Meritis Germanorum in Literas Græcas*, §. *8.*, *p. 12.*, Vinc. Placcius *T. II. Theatri Anon. & Pſeudon p. 618.*, &, qvem is allegat, ipſe Mericus Caſaubonus, Iſaaci filius, *in Pietate p. 135.* Addendus his etiam Caſp. Barthius, cujus verba (e *Notis ad Auguſtini L. 1. de Civ. Dei*, *c. 3.*, *L. 60. Adverſar.*, *col 2847.*) Crenius *l. c.* recitat feqventia: *Wowerii Polymathiæ opus Caſauboni genium redolere*, *a pluribus traditur. Ego vero nec Wowerio ingenium*, *aut lectionem*, *tale qvid componendi*, *defuiſſe exiſtimo*, *licet de voluntate ambigam.*

Emendationes Epidicticæ in Q. Sept. Florentis Tertulliani opera. Francof. 1603. in 8. Ibid. (*juxta Becm. & Catalogos complures*) 1612. in 8. Inſertæ etiam ſunt Volumini, virorum doctorum (Jac. ſcil. Pamelii, Lat. Latinii, Beati Rhenani, Joh. Mercerii JC., Edm. Richerii, Theod. Marcilii, Joh. Wowerii, Gabr. Albaſpinæi & Nicol. Rigaltii) in Tertullianum Commentaria & Obſervationes, Textui editionis Rigaltianæ, Pariſiis A. 1634. in fol. editæ, accommodatas, complectenti, ibidemqve A. ſeqv. 1635. in fol. excuſo, de qvo Labbeus (*P. II. Diſſ. de Scr. Eccl. p. 383.*), J. Henr. Hottingerus (*P. III. Biblioth. qvadrip.*, *c. 4.*, *p. 292.*), Chr. Sandius (*in Nucleo Hiſt. Eccl. p. m. 56.*), Joh. Gotfr. Olearius (*in Abaco Patrolog. p. 442.*) & Thom. Ittigius (*in Diſſ. de Hæreſiarchis ævi apoſtolici*, *Sect. II.*, *c. 13.*, *p. 246.*), poſſunt conſuli. De his Emendationibus, in Epiſtolis duabus, ad Joſ. Scaligerum A. 1602. & 1603. ſcriptis (*Cent. II.*, *num. 11. & 37.*, *p. 232. 281.*), & in alia ad Pet. Scriverium, A. 1603. exarata (*Cent. I.*, *num. 34.*, *p. 63. 64.*), teſtatur, collectas eas eſſe a ſe e Cod. MS. Biblioth. Vaticanæ, qvi Fulvii olim Urſini, vel Pet. Ciacconii, fuit, & ἐπίδειξιν, ſive ſpecimen & προκιθάρισμα exhibere juſti laboris, ſive commentarii, eidem autori deſtinati, *Cent. II.*, *Ep. 58.* ad J. Gruterum, A. 1603. ſcripta, *p. 323.*, ſe, in iis, *Tertullianum*, *multis locis*, *hactenus a nemine mortalium intellectis*, *reſtituiſſe*, jactat, & inde augurari jubet Gruterum, qvid de Comm. integro reſiduo ſibi poſſit promittere.

Panegyricus, ſcriptus ſereniſſimo & potentiſſimo Principi, Chriſtiano IV., Regi Daniæ & Norwegiæ, cum Majeſtati ejus S. P. Q. Hamburgenſis homagium præſtaret. Accedunt Præfatio prolixa, & Poemation ad eundem Regem. Hamburgi A. 1603. (*non 1613.*, *qvem Wittenius Dec. I. Memor. Philoſ.*, *p. 82.*, *perperam ſubſtituit*) in 8. Recuſus eſt *Tomo I. Orationum ad Pontifices Romanos*, *Imperatores*, *Reges & Principes*, *gratulatoriarum*, junctim Hanoviæ A. 1613. in 8. excuſarum, *p. 549. & ſeqq.*, ſed absqve Præfatione. Magnatum aulæ Regiæ poſtulatu hunc ab eo ſcriptum eſſe, colligo *ex Ep. 49. Centuriæ II.*, ad Joh. Wittenium d. 18. Aug. A. 1603. exarata (*p. 304. 305.*), qva etiam a Conſiliario hoc Megapolitano, ſibi amiciſſimo, *qvædam ſibi* petit *ſubminiſtrari*, *qvæ iſtud argumentum digne exornare poſſint*, *qvibus ſcilicet artes Regiæ explicentur*, *& ingens alacritas*, *& animus agendi cupidus*, *commendetur*, *& ſtudium augendi imperium.* Chriſtiano IV., Daniæ Regi, qvod Wowerium, præconem laudum ſuarum adeo eximium, nullo plane dignatus ſit præmio, prolixe indignatur Domin. Baudius, in Epiſt. ad Noſtrum d. 20. Jul. A. 1604. data (*Cent. III.*, *num. 6.*, *p. 501.*): De fato ejusdem Panegyrici in Hamburgenſi civitate iniqviori ipſemet Wowerius, in Epiſtolis ad Wittenium (*Cent. II.*, *num. 74. & 81.*, *p. 354. 366.*), conqveritur, & narrat, Senatum, ab hominibus qvibusdam nimis ingenioſis, aliqvid in eo, qvod in civitatis trahi poſſet præjudicium, inveniri perſvaſum, vendi illum, donec primæ pagellæ recuderentur, prohibuiſſe. Joſ. Scaliger ſuum de iſtius, cum virtutibus, tum luxurie nimia, judicium autori verbis hiſce (*Epiſt. 377.*, *p. 720. 721.*) expoſuit: *Legi avide Panegyricum tuum*, *& Epiſtolam ad lectorem*, *qvæ nulla ex parte cedit Panegyrico*, *& qvam vere Epiſtolarum tuarum Reginam appellare poſſis. Qvid dicam de Panegyrico? Nihil*, *qvod non infra ejus meritum ſit. Multa ſunt tamen*, *qvæ luxuriare mihi viſa ſunt: qvæ tamen melius eſt ita eſſe*, *qvia præſtat ſegetem luxuriare*, *qvam ſterilem eſſe. Præterea ea non ſunt lolium aut ſteriles avenæ*, *ſed bonæ frugis incrementa - - Et ſane diu expectavi*, *qvando ex prologo ad ipſum drama nos deduceres. - - Autor tibi fuerim*, *ut parcioribus prolegomenis utereris*, *& ad ipſum*, *cujus cauſa inſtituta eſt Oratio*, *non ex abrupto*, *qvod qvidam faciunt*, *neqve ex tam ſinuoſo ambitu*, *qvod feciſti*, *pervenias. Qvid eſt non laudabile in omnibus partibus orationis tuæ? ſed non omnibus locus eſt. Video te ingentem ſegetem hujus Panegyricæ copiæ in conditis habere*, *qvæ omnia non ſimul in omne argumentum exhaurienda ſunt. Denique omnia ejusmodi ſunt*, *ut*, *ſi idoneis locis accommodentur*, *extra aleam ponant induſtriam tuam. Profecto*, *non invenies hodie*, *qvi*, *ſi eandem materiam ſuſceperit*, *ſi cum tuis comparetur*, *non omnem operam luſerit. Perge igitur. Nam certus ſum*, *te in ſecundo argumento*, *qvod aggredieris*, *teipſum ſuperaturum.* In Domin. Baudii ἀλλοπροσάλλε Epiſtola ad Wowerium, V. Kal. Febr. A. 1604. ſcripta (*Cent. III.*, *num. 3.*, *p. 490. 491.*), haud parem obſerves ἐλευθεροστομίαν. Illic enim non tantum *generoſos* Noſtri *impetus*, *& ardua felicis ingenii tentamenta*, *laudem apud doctos*, *amorem apud honeſtos*, *admirationem apud peritos rerum æſtimatores*, cenſet, *mereri*, ſed ironice etiam eundem laudat, qvod, *vividarum & erectarum mentium* exemplo, *eloqventiam* ſuam, in Panegyrico, *præceptiunculis magiſtellorum non circumſcribat*, *ſed*, *artium repagula fidenter perrumpens*, *libero curſu feratur.* In Epiſtola ad Cornelium van der Myle, d. 30. Jan. A. 1604. ſcripta (*Cent. I.*, *num. 66.*, *p. 157.*), Scaligero ὁμόψηφος, pari cum illo παῤῥησίᾳ, qvid in Oratione hac deſideret, ſignificat: *Affectavit Wowerius*, inqvit, *ſublime & floridum ſimul genus dicendi. Laudandus ob generoſum conatum*, *etſi interdum langveſcit*, *& pellucet nimis æmulatio antiqvorum. Multa ſunt*, *qvæ non ignavo lectori placere poſſunt. Si currum interdum non bene moderatur*, *magnis tamen excidit auſis. Generoſiores animi*, *dum vitant humum*, *ſæpe nubes & inania captant. Ætas*, *& poſterior cura*, *limabunt & depaſcent luxuriem agnatam melioribus ingeniis.* Idem judicium eſt D. G. Morhofii, *in Prælect. Polyhiſtoricis MSS.*, *c. 7.*, & *T. I. Polyhiſt.*, *L. 6.*; *c. 3.*, *p. 280.*, ita ſcribentis: *Wowerius*, *in Orat. ad Chriſt. IV.*, *magno ſtudio in multam ſe diffundit luxuriem*, *de qvo judicat Scaliger in Epiſtolis*, *qvod nimiam adhibuerit curam*, *& in I.LCC. tractandis prolixior fuerit.* Ipſe etiam Wowerius, ſatis alias arrogans & περιαυτολόγος, licet, in Ep. ad Joh. Wittenium (*Cent. II.*, *num. 60. p. 327.*), ad veteres Panegyricorum ſcriptores, Plinium & Latinum Pacatum, *ſi non accedere*, *certe cum illis certare*, ſibi videatur, in aliis tamen ad Nicol. Vechtium *Cent. I.*, *num. 45.*, *p. 93.*), Janum Gruterum (*Cent. II.*, *num. 35.*, *p. 276.*) & Joſ. Scaligerum (*Cent. II.*, *num. 65.*, *p. 338.*), eosdem ſcripti ſui nævos haud diſſimulat

lat, ac, ne ex fœtura hac tumultuaria, repentina, & ultimam manum etiamnum expectante, de ingenio ſuo fiat conjectura, deprecatur. Conferri poſſunt, qvæ, de Panegyrico hoc, jam olim, *P. I. Iſagoges ad Hiſt. Cimbr., c. 12., §. 6., p. 186. 187. 188.*, a nobis ſunt allata, & a Thoma Crenio, *P. XV. Animadv. p. 40. 41. 42.*, iterata.

Dies æſtiva, ſeu de Umbra παίγνιον. Hamburgi 1610. in 8. (ſed mendo ſe admodum, uti autor, *Ep. 88. Cent. II. ad Gev. Elmenhorſtium, p. 380. 381.*, conqveritur) excuſum, deinde vero Oxoniæ A. 1636. in 12. (una cum Jani Douſæ de Umbra ſcripto) recuſum, & Caſp. etiam Dornavio, *Tomo I. Amphitheatri Sapientiæ Socraticæ jocoſerii*, Hanoviæ A. 1619. *in fol.* excuſi (*p. 699-718.*), inſertum. Editio nova, qvam, a ſe caſtigatam, notisqve illuſtratam, Joh. Frid. Hekelius, Chemnitii in 12. primum, & dein Dresdæ in 8., editum iri, in catalogis nundinarum Lipſienſium ſemeſtribus (*autumnali ſc. A. 1673. p. 24., vernali A. 1674. p. 46., vern. A. 1678. p. 47., & autumn. anni ejusd. p. 10.*), toties eſt pollicitus, an prodierit, ignoro. Frid. Lindebrogius, Wowerium ſcriptum hoc, a Jano Gulielmio concinnatum, & Carmina paſſim immixta, a Scholæ Sleſvicenſis Rectore adjecta, plagio ſibi vindicaſſe, criminatur, uti ex ἀποσμασματίῳ Epiſtolæ ad J. Gruterum, inter Cenſuras de Noſtro aſperiores ſupra exhibito, cognoſces.

Epiſtolarum Centuriæ duæ, cum Epiſtolis clarorum virorum ad Wowerium, & Syntagmate ejusdem de Bibliorum interpretatione, a Geverhardo Elmenhorſtio, poſt autoris obitum, editæ. Hamburgi A. 1618. in 8. Nonnulla exemplaria perperam annum 1608. præferunt, qvo etiam D. G. Morhofius (*P. I. Polyhiſt. Lit., L. 1., c. 24., p. 304.*), hæc ſecutus, illas prodiiſſe falſo perhibet. V. Hypomnem. mea ad *h. l.* Morhofii *p. 327. 328. Edit. noviſſ. Henn.* Wittenius (*Dec. I. Memor. Philoſ. Renov. p. 82.*) annum 1619. pari errore, in præcedentis locum, ſubſtituit. Editor Elmenhorſtius (qvi tertiam etiam illarum Centuriam luci publicæ, uti ipſe *in præfatione*, & Joach. Morſius, *in Albo MS fol. 595.*, teſtantur, deſtinavit), in duabus hiſce centuriis, ſicut conſilio non malo, qvæ Wowerius, *improvida incenſus ira, apud amicos improvide effuderat, induxit* atqve omiſit, ita, ob ordinem temporis in collocandis Epiſtolis neglectum, reprehenſionem vix effugiet. Centuria prima exhibet Wowerii Epiſtolas duas ad amicum qvendam, XIII. ad Dom. Baudium, XVII. ad Gev. Elmenhorſtium, unam ad Henr. Rumpium, IX. ad Janum Gruterum, duas ad Joh. Kirchmannum, VII. ad Joh. Meurſium, III. ad Joh. Wittenium, unam ad Joſ. Scaligerum, Tres ad Georg. Lud. Frobenium, unam ad Ludov. Pincierum, unam ad Marcum Velſerum, XVIII. ad Nicol. a Vechte, VII. ad Pet. Scriverium, XVI. ad Sebaſt. a Bergen (Conſulem Hamburg.). Centuria autem ſecunda IV. ad amicum qvendam, III. ad Dan. Heinſium, unam ad Dom. Baudium, unam ad Eryc. Puteanum, IX. ad Gev. Elmenhorſtium, XII. ad Henr. Lindebrogium, XIII. ad Janum Gruterum, unam ad Joh. Arcerium, XXIII. ad Joh. Wittenium, XXIV. ad Joſ. Scaligerum, duas ad Nicol. a Vechte, V. ad Pet. Scriverium, unam ad Thom. Segethum. In Appendice adoptiva tres ad Wowerium occurrunt Epiſtolæ Joſ. Scaligeri, duæ Joh. Matth. Wackeri, una Henr. Wottoni, VI. Marci Velſeri, XIV. Dom. Baudii, III. Jani Gruteri, una Erycii Puteani, una Dav. Hoeſchelii, duæ Thomæ Segethi, una Pauli Virdungi & una Frid. Bergii. Præter hactenus enumeratas Wowerii Epiſtolas, junctim in Centuriis editas (e qvibus Centuriæ I. 40ma A. 1603., & 63tia A. 1605., ad Dom. Baudium ſcriptæ, inter Baudianas etiam, Cent. I., num. 59. & 86., occurrunt), deinceps nonnullæ prodierunt, qvæ in Syntagmate hoc Elmenhorſtiano deſiderantur: Tres ſcilicet ad Joh. Kirchmannum A. 1604. ſcriptæ, in Appendice *Epiſtolarum* Marqv. Gudii, Ultraj. A. 1697. in 4. excuſarum, *num. 204. 205. 206., p. 274. 275. 276.* Una ad Frid. Lindebrogium, d. 3. Jan. A. 1608. exarata, *ibidem, num. 207., p. 276. 277.* Una ad Domin. Baudium, Hamburgi V. Kal. Sept. A. 1603. ſcripta, in Thomæ Crenii *Parte VII. Animadverſionum Philol. & Hiſtor.* (Leidæ A. 1700. *in 8.* edita), *cap. 2, §. 6., p. 111. 112.* De Epiſtolis Wowerii ineditis, qvæ in nonnullis ſuperſunt Bibliothecis, infra, in recenſu τῶν ἀνεκδότων, ſuo loco, dicetur. Ad. Olearius (*in Paneg. Woweriano, lit. E. 2. a. b.*) hoc Epiſtolas Noſtri ornat Elogio: *Sunt ſane Epiſtolæ Wowerianæ tam eruditæ & jucundæ, qvam qvæ eruditiſſimæ & jucundiſſimæ, ex qvibus elucet ipſius animus altus, judicium exqviſitum, doctrina & rerum politicarum prudentia rara, ut aſſeverare non dubitet lector, ſi tantum tres, in hoc & priori ſeculo, ſcripſiſſent Epiſtolas eruditas & lectu dignas, illos fuiſſe Juſtum Lipſium, Dom. Baudium, Lipſii diſcipulum præceptore non inferiorem, & Wowerium, Baudii imitatorem. Illi ſunt, qvi, inter alios Epiſtolarum ſcriptores, tantum capita efferunt, qvantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.* Moderatius eas laudant Henr. Meibomius Jun., illas (*in Auctario Introd. Val. Henr. Vogleri ad notitiam bon. ſcriptt. p. 149.*) hiſtoriæ literariæ ſtudioſis commendans, & D. G. Morhofius, *P. I. Polyhiſt. Lit., L. 1., c. 24., p. 304.*, ita de iisdem ſcribens: *Variæ hic inſtitutæ ſunt de multis rebus literariis conſultationes & judicia; nam multa, qvæ agitabantur illo tempore inter viros literatos, his in epiſtolis recenſentur.* In *Collegio epiſtolico P. I.* (*c. 1. p. 30.*), idem judicat, *rei* illas *literariæ qvidem non parum habere, ſed curam iſtam non eſſe adhibitam, qvæ decet epiſtolam eleganter ſcriptam.* Imo alibi (*in Prælectt. ſcilicet Polyhiſtoricis MSS., c. 7.*) *magis ob res, qvam ſtylum*, cenſet, *legendas.* Index expurgatorius Hiſpanicus, Madriti A. 1667. editus, *p. 658.* nonnulla ex iis jubet expungi. Iniqviſſima omnium de illis eſt cenſura æmuli Frid. Lindebrogii, qvam, in Epiſt. de Noſtro ad Pet. Puteanum, ſupra jam exhibita, offendes.

Syntagma de Græca & Latina Bibliorum interpretatione, in lucem emiſſum ex bibliotheca Geverhardi Elmenhorſtii, &, cum ſeorſim, tum una cum duabus Epiſtolarum centuriis, excuſum Hamburgi A. 1618. in 8., recuſum autem, cum Briani Waltoni *Diſſ. de Lingvis orientalibus*, Daventriæ A. 1658. in 12., & denuo ibid. A. 1700. in 12. Recenſum ejus exhibet Anonymi Continuatio des Boekzaals Europæ Pet. Rabi, *M. Mart. & Apr. A. 1701., p. 277-281. Libellus elegantiſſimus* vocatur a Dan. Heinſio, *in Ariſtarcho ſacro p. 796.*, *Syntagma* autem *eruditum* a Conr. Sam. Schurtzfleiſchio, *in Diſp. de meritis Germanorum in literas Græcas, §. 8., p. 12.* E Pontificiis autores Indicis expurg. Hiſpanici, Madriti A. 1667. editi, *p. 658.*, nonnulla in eo jubent induci. Proteſtantium nonnullis inviſum idem eſt, ob ſententias, ab hypotheſibus illorum diverſas: 1. Qvod verſio vulgata, qvam eccleſia vetus recepit, perperam, tanqvam vitioſa, & ſtylo conſcripta ineleganti, ſit rejecta (*V. Præfat. p. 9. 10. 11. & ſeqq.*); 2. Qvod tota V. T. ſcriptura, in captivitate Babylonica, interierit, & ab Esdra denuo ſit collecta & redintegrata (*c. 9., p. 75.*), qvam ejus theſin, Clementis Alexandrini, & aliorum, aſtructam teſtimoniis, Henr. Kippingius, *in Exercc. de S. Scriptura p. 3.*, & Matth. Waſmuthus, *P. I. Vindiciarum S. Scripturæ Hebrææ p. 47.*, obelo notarunt; 3. Qvod eadem a Judæis trifariam ſit corrupta, dum vel literarum mutatione ſenſum inverterint, vel punctorum annotatione diverſam a ſcriptura lectionem induxerint, vel deniqve aliud (*Ketibh*) in textu ſcribendum, aliud (*Cheri*) in margine legendum, ſanxerint. Frid. Lindebrogii criminationem, qva, *Syntagma* hoc Caſauboni, & Gelaſini (Petrum haud dubie Galeſinium deſignans) fœtum eſſe γνήσιον, illis autem a Wowerio turpi plagio ſubreptum, contendit, Epiſtola ejus ad Pet. Puteanum, ſupra recitata, tibi legendam exhibebit.

Tra-

Tractatus de cognitione Veterum novi Orbis, qvi ſcriptis Noſtri editis a Geverh. Elmenhorſtio, in Catalogo illorum, vitæ ſubjecto, accenſetur, & Francofurti in 8. prodiiſſe ab Henn. Wittenio (*Dec. I. Memor. Philoſ. p 82.*) ac Franc. Hoppio (*in Catal. MS. Scriptorum Hamburgenſium*) perhibetur. Mihi nunqvam eſt viſus, nec, an revera ſit editus, ſatis exploratum. Autor ipſe, in Epiſt. *ἀνεκδότῳ* ad Seb. a Bergen, Florentiæ, d. 4. Aug. A. 1601., ſcripta, ita de illo: *His diebus, qvibus æſtus enormes fallere non aliter potui, natus eſt nobis Libellus de cognitione Veterum novi Orbis, his ſeculis inventi; qvem vellem vidiſſes, eſt enim non inelegans. Satisfacere ea opera ſtudui illuſtriſſimo Comiti ab Hohenzollern, & aliqvot nobilibus Capuanis, qvi mihi hoc problema moverunt.* Biennio poſt (A. 1603.), in Ep. ad Pet. Scriverium (*Cent. I., num. 34., p. 64.*), auctiorem ſe illum editurum eſſe, eſt pollicitus. Frid. Lindebrogius, in Ep. ad Pet. Puteanum A. 1618. exarata (qvam totam inter cenſuras de Noſtro recitavimus), ejusdem mentionem injicit, ſed Noſtrum, vel nunqvam illum conſcripſiſſe, *ac vanidica jactantia fumum amicis vendidiſſe, vel, ſi qvid hujus argumenti penes ſeſe habuit,* id in Italia e ſchedis Jac. Mazzonii, aut viri docti alterius, qvibus deſcribendis menſes integros impendit, ſuffuratum eſſe, opinatur. Rectius proinde inter *ἀνέκδοτα* & affecta locum ſuum occupabit.

Mantiſſa J. Wauwerii, cujus *Capitis XXII.* Locum de Programmatis, qvibus affixis res amiſſæ olim qværebantur, Herm. Hugo, *in Lib. de prima Origine ſcribendi, c. 33., p. 209.*, allegat, qvale ſcriptum ſit, & utrum Noſtro, an vero Woverio alteri, illi cognomini, debeatur, hactenus ignoro.

β. ALIENA VETERUM, EDITA ET ILLUSTRATA.

T. Petronii Arbitri Satyricon; Acceſſerunt Joh. a Wouwern Animadverſiones (in qvibus, *uti ipſe in titulo ait*, levia qvæqve, aliis inviſa aut contempta), uti & ejusdem obſervationes, ex variis collectæ. Præfixæ ſunt Epiſt. dedicatoria ad Joſ. Scaligerum pro Petronio apologetica, & Præfatio de ineptiis Criticorum. Lugd. Batav. 1595. in 12., ibid., apud Franc. Raphelengium, 1596. in 12. (cui editioni acceſſerunt Notæ & Collectanea, qvæ antea Pariſiis, ſine Autoris nomine, prodierant, & Jani Douſæ filii Spicilegium), Ibid., apud Franc. Raphelengium Jun., A. 1604., Helenopoli 1610. in 8. (*juxta Wittenium Dec. I. Memor. Philoſ. p. 81., & alios*), Lugd. Bat., apud Joh. Maire, 1623. in 12. (in qva edit. Notæ Wowerii, & aliorum, non ſeorſim ſunt collocatæ, ſed in unam ſyllogen congeſtæ), Amſtelod. 1626. in 16., Hanoviæ 1629. in 8. (*juxta Wittenium l. c., & Hydium in Catal. Biblioth. Bodlej.*), Amſtelod. 1634. in 16. Locum etiam Wowerii Animadverſiones atqve Obſervationes invenerunt in editionibus Petronii, qvæ cum notis variorum prodiere, grandioribus, in Francofurtana nempe A. 1621. *in 8.*, a Georg. Erhardo, ſive potius Mich. Caſp. Lundorpio (qvi *Animadverſiones* ſeorſim *p. 372-486.* exhibuit, Obſervationes autem, a Woverio ex aliis collectas, ſuis ipſius in Petronium *Symbolis*, conſilio haud laudando, immiſcuit), curata, & altera hac majori, Francofurti itidem A. 1629. in 4. maj. publicata, a Joh. Pet. Lotichio, Med. D. & in Acad. Rintelienſi Profeſſore (Utriusqve recenſum prolixiorem invenies in Thomæ Crenii *Parte V. Animadvv. Philol. & Hiſtor., c. 1., §. 8., p. 26-29.*). Inveniuntur etiam in Trajectina, cum notis variorum, a Pet. Burmanno A. 1709. *in 4.* publicata. Labor hic in Petronium Wowerianus (qvem Joh. Woverio, Belgæ, perperam tribuunt Mich. Piccartus, *in Periculo Critico, c. 17., p. 42.*, & Phil. Jac. Sachſius, *in Append. Ampelographiæ, ad L. 2. Sect. 6., Membr. 2., c. 8., Art. 2., §. 2.*), commendatur a Caſp. Scioppio, cujus judicia de illo tria, perqvam honorifica, inter Elogia Noſtri, ſupra congeſta, poſſunt relegi. Qvartum ex *Præf. Veriſimilium* hoc loco addo: *Non diſſimulare debui, cum jam ad exodium opus hoc ſpectaret, adlatam ad me fuiſſe novam Petronii Arbitri editionem, omnium illam multo emendatiſſimam & pulcherrimam: cujus architectus Joannes a Wouweren, juvenis, ut apparet, ingenioſiſſimus, in uno atqve altero loco idem pæne mecum cogitavit.* Commendatur etiam a Joſva Arndio (*in Notis ad Orat. de contemptu Philologiæ, lit. D. 3. b*) & Thoma Crenio (*qvo judice Noſter nihil non præſtitit, nullosqve non pluteos excuſſit, ut Petronium nova luce ſuffunderet*) *l. c. p. 28.* Plures tamen idem, cum lucem primum aſpiceret, cenſores reperit & Ariſtarchos, *plerosqve ſcilicet triſtiores, apud qvos* autoris hujus laſcivi *editionem non mediocrem ſibi invidiam concitaſſe, Cent. II, Ep. 35. ad J. Gruterum* (A. 1603. ſcripta), *p. 277.*, conqveritur. Conf. *Ep. XIII. Cent. I.*, ad Seb. a Bergen A. 1605. exaratam (*p. 26. 27.*), in qva multis, *ne qvis ex repentina hac fætura, imo abortu, ſe cenſeat,* deprecatur. Amoliri invidiam iſtam conatus eſt *Cap. I. Tractationis de Polymathia, p. 10. 11. 12.*, apologia editionis hujus, juvenilis partim ætatis excuſante imprudentiam, partim vero cenſoribus moroſis audaci contemptu inſultante, qvam hiſce *pag. 10.* verbis orditur: *Nuper, exactis pueritiæ annis, ductus amabili inſania, paſſus ſum frangi famæ meæ florem editione abortivi libelli, qvi mihi, qvaſi tentanti vadum futuri favoris, præmiſſus, infelicibus auſpiciis præluſit.* Unius cenſorum horum (Stephaphani, ni fallor, Claverii), qvi, *in Comm. in Perſium, proterve ſibi cornua obverterit, nugonem ſe Petronianum identidem appellans,* indignabundus, *in Ep. ad Janum Gruterum* (*Cent. II., num. 34., p. 275.*), A. 1602., nomine ſuppreſſo, injecit mentionem, *manumqve* ei *ferulis attritam,* & *animam Tartaream,* amarulente ſatis viciſſim exprobravit. A Jac. Gretſero, Jeſuita, contra (*in Scripto de libris hæreticis*), non ſe, uti Antwerpienſes nonnulli credebant, ſed Janum Douſam, cujus is verba, e *Comm. in Petronium,* protulit ipſiſſima, ruſticatim tangi, eundem Gruterum, *Epiſtola ſeqv. 35.* (*p. 276. 277.*), A. 1603. edocuit. De Indice expurgatorio Hiſpanico, Madriti A. 1667. edito, qvi, *p. 658.*, ex hiſce etiam Animadverſionibus Petronianis nonnulla juſſit expungi, ſupra jam dictum. De plagio, qvo Woverius, in iis, Joſ. Scaligeri Obſervationem, qvod *Inſerta*, in Verſu P. Syri apud Macrobium reliqvo (*Probitas inſerta eſt rumoris boni*), idem ſit qvod ἔμβλημα, velut ſuam, produxit, publice, *in Notis ad P. Syrum*, Scaliger eſt conqveſtus, teſte Georg. Erhardo, *in Symbolis ad Petronium p. 628.* Imo totam hanc editionem Scaligero vindicare non dubitavit Franc. Pithoeus, in cujus *Pithoeanis*, ab Ant. Teiſerio *Additt. ſuis novis Gallicis ad Elogia Thuanea* præfixis, *p. 6.*, hæc leguntur: *Le Petronius de Voweren eſt de Scaliger.*

Caji Sollii Apollinaris Sidonii, Arvernorum Epiſcopi, Opera, a Joh. Wouwerio emendata, & cum Notis edita, Gvitardoqve Ratæo, Epiſcopo Monſpelienſi, inſcripta. Pariſiis 1598. in 8. In *præfat.*, Lutetiæ A. 1597. ſcripta, refert Noſter, ſe ſcriptorem hunc emendationibus tantum & notis brevibus, non vero commentario, illuſtraſſe, eo qvod Joh. Savaro ſaxum iſtud jam verſaret, adjutum ſe vero, in illo emendando, partim codice ſuo MSto plane egregio, & notæ optimæ, partim aliis, ab Abr. Ortelio & Paulo Petavio (R. Gall. Conſiliario) ſuppeditatis, partim deniqve libro Franc. Pithoei, cum 3. MSris, & altero Pet. Colvii, cum totidem codicibus bibliothecæ S. Victoris Pariſienſis, collato. Eadem Sidonii Opera, ex poſtrema recognitione Joh. Wowerii, Geverh. Elmenhorſtius edidit, ex vett. codd. textum emendavit, & indicem copioſum adjecit, Hanoviæ, apud Aubrios, A. 1617. in 8. Continentur in editione hac recentiori: 1. Nova Elmenhorſtii Epiſt. dedicatoria ad Nicol. Kellinghuſium, Conſiliar. Oſtfriſicum; 2. Ve-

tus Woweriì ad Gvit. Ratæum, Epiſc. Monſpelienſem; 3. Ejusd. Procœmium editionis ſuæ prioris; 4. Joh. Savaronis vita Sidonii; 5. Elogia ejusdem varia; 6. Ipſa Sidonii Opera; 7. Wowerii Notæ auctiores; 8. Elmenhorſtii index vocum obſcurarum Sidonii. Hiſtoriam illius, & nova ſubſidia, hiſce verbis Elmenhorſtius, *in Ep. dedic.*, enarrat: *Eccum tibi promiſſum Sidonium Wowerii, qvem Romæ poſitus, ex Cod. MS. Achillis Statii, ſerio recognovit. Præſtinavit eum vili pretio a qvodam ſcholaſtico amiciſſimus* (Joach.) *Morſius noſter, & liberaliter nobiſcum communicavit, una cum veteris codicis variis lectionibus, qvarum ope infinitis locis textum ipſum emendavi.* E Sidonio hoc Wowerii itidem nonnulla jubet expurgi Index expurg. Hiſpanicus, Madriti A. 1667. excuſus, *p. 658.*

Julii Firmici Materni, V. C., Lib. de Errore profanarum religionum, ad Conſtantium & Conſtantem, Auguſtos, Joh. a Wouwern recenſuit & Notis illuſtravit. Hamburgi, apud Georg. Ludov. Frobenium, A. 1603. in 8. Recuſus, una cum M. Minutii Felicis Octavio, & Cypriani Libello de idolorum vanitate, ac Nicol. Rigaltii in utrumqve obſervationibus, Lugd. Bat. A. 1645. in 12., & Oxoniæ A. 1678. in 12. (de qva editione Oxonienſi conſuli poſſunt *Ephemeris IX. Erud. Italica A. 1679.*, &, qvi hanc allegat, Corn. a Beüghem *in Apparatus* ſui *ad Hiſt. Lit. Noviſſ. Conſpectu I., p. 445., & Conſpectu III. p. 271.*) Editio trium horum libellorum Baſileenſis, qvam A. 1603. in 8. prodiiſſe Joh. Chriſtoph. Becmannus (*in Catal. Biblioth. Francof. p. 138. 175. 312.*), & Thom. Ittigius (*in præfat. Tract. de Biblioth. Patrum p. 58.*), perhibet, fictitia eſt, & error hic virorum doctiſſimorum e confuſione Georg. Lud. Frobenii, typographi, qvi primus illos A. 1603. a Woweriо illuſtratos edidit, Hamburgenſis, cum Frobeniis Baſileenſibus haud dubie enatus. Adjectus eſt etiam Firmici hic libellus, una cum notis Wowerii, *Octavio* Minutii Felicis, in gemina illius editione, cum integris Variorum notis & commentariis, ſuisqve animadverſionibus, a Jac. Ouzelio, Lugd. Bat. A. 1652. in 4., & denuo A. 1672. (*non 1662., qvem Joh. Alb. Fabricius in Biblioth. Lat. p. 167. ſubſtituit*) in 8. maj., publicata, nec non Cypriani Operibus, ad calcem editionis illorum Pariſienſis, A. 1666. in fol. a Phil. Priorio evulgatæ, & a Fabricio *l. c.* memoratæ, ac Minutii *Octavio*, cum variorum notis, per Jac. Gronovium Leidæ A. 1709. in 8. edito. Editionem Firmici Wowerianam commendant Caſp. Scioppius *Conſult. II. de ſtudiorum ratione p. 72.*, & Joh. Alb. Fabricius (*notas* etiam vocans *eruditas*) *l. c. p. 166. 167.* Joh. Frid. Gronovius, *in Monobibl. Obſervv. in Scriptt. Eccl., c. 9., p. 92.*, hoc eidem tribuit elogium: *Julii Firmici libellus elegans de Erroribus profanarum Religionum, qvod crebrior legitur, qvod purior enituit, municipi meo, Voverio, debet.*

M. Minutii Felicis Octavius, & Cypriani Libellus de Idolorum vanitate, a Joh. Wowerio recenſiti, & Notis illuſtrati. Hamburgi, apud Georg. Lud. Frobenium, A. 1603. in 8. Recuſi, adjectis Nicol. Rigaltii Obſervationibus, & Julii Firmici Libello de Erroribus profanarum Religionum, notisqve in hunc Wowerianis, Lugd. Bat. A. 1645. & Oxoniæ A. 1678. in 12., de qvibus editionibus, uti & chimærica Baſileenſi A. 1603. (*in 8.*), a Joh. Chriſtoph. Becmanno, Thoma Ittigio (*in Præf. Tractatus de Bibliothecis Patrum p. 28. 38.*) & J. G. Walchio *in Hiſt. Crit. L. Lat., c. 10., p. 424.*, Frobenios Baſileenſes cum Hamburgenſi perperam confundentibus, memorata, qvæ paulo ante de Firmici ſcripto monuimus, poſſunt relegi. Notæ in Minutium a Jac. Ouzelio binis ſuis illius Editionibus, Lugd. Bat. A. 1652. in 4. & A. 1672. in 8. maj. publicatis (de qvibus itidem paulo ante dictum), ſunt inſertæ, & in priori qvidem, cum ceteris aliorum Criticorum (Nic. Rigaltii, Gev. Elmenhorſtii, Deſid. Heraldi, &c.), ſub finem Libri adjectæ, in poſteriori autem textui ipſi ſubſtratæ. Comparent etiam in Geverh Elmenhorſtii editione, Hamburgi A. 1612. in fol. excuſa, verum haud ſeorſim collocatæ, ſed ab Elmenhorſtio ſuo, qvo eundem autorem illuſtravit, Commentario paſſim interſperſæ. Adjectæ etiam ſunt Jac. Gronovii Editionii *Octavii* Minutii Felicis, Lugd. Bat. A. 1709. *in 8.* excuſæ. Selectas ex iis Joh. Daviſius, Collegii Reg. Cantabr. Socius, in ſua ejusdem editione. Cantabrigiæ A. 1707. *in 8.* impreſſa exhibuit, uti Lipſienſes, *in Actis Erud., T. IV. Supplem., Sect. X., p. 422. 423.*, teſtantur. Editionis Minutii (cujus Joſ. etiam Scaliger A. 1603., *Ep. 376. ad Noſtrum, p. 719. 720.*, fuit ergodioctes) maturatæ qvænam cauſa fuerit, ipſemet Pet. Scriverio (*Cent. I. Ep. 34., p. 64.*) A. 1603. hiſce verbis expoſuit: *Minucii editionem me in Italia adornaſſe, puto me ad te perſcripſiſſe. Nunc vero ad me amici mei ſcribunt, Italos eum edituros mei nominis titulo, & multa admixturos infamiæ & ignominiæ meæ. Itaqve fere cogar ejus editionem, imperfectam licet & non nauci, adornare, ut invidiam & infamiam amoliri poſſim, & oſtendam publice, hanc potius γνήσιον & meam tollendam, non illam, qvam illi edituri.* De ſimultatibus, ob illam, inter Wowerium & Geverh. Elmenhorſtium, ſuam Minutii editionem eodem jam A. 1603., qvo Woweriana hæc prodiit, molitum, enatis, & ægre a præceptore utriusqve communi, Joſ. Scaligero, compoſitis, nonnulla ſuperius in Noſtri Biographia, longe plura autem in Elmenhorſtii narravimus Elogio, iſtic relegenda. Nicol. Rigaltius, in *præfat.* ſuæ editionis Minutii, libelliqve *de Idolorum vanitate* Cyprianæi, Pariſiis A. 1643. in 4. impreſſæ, ita de Woweriana hac judicat: *Viginti poſt Fulvium Urſinum annis, vir eximie doctus & judicii admodum exacti, Joh. Wowerius, Minutii ſextam editionem, per Frobenianos, accuravit. Notas appoſuit ſinceras, collatione veterum, qvi pro Chriſtianis apologetica ſcripſerant, perutiles. Etenim multa præcedentibus editionibus obſcura & depravata remanſerant. Vetus exemplar inſpexiſſe videtur illud ipſum, ex qvo Romanam editionem primam fuiſſe cuſam teſtatur Fauſtus Sabæus, & jam in bibliotheca Regia, dono Pontificis, exſtat.* Thomæ Reineſio, *L. 5. Var. Lect.*, *c. 3.* (in *Epiſtolis* ejus ac Chriſt. Daumii mutuis obvio), *p. 314.*, Wowerius audit *doctiſſimus Minutii recenſitor*, Notæ autem ipſius Joh. Kirchmanno (*L. 4. de Fun. Rom. p. 646.*) *eruditiſſimæ*, Jac. Ouzelio (*in Præfat. poſterioris ſuæ Editionis Minutii*) *eruditæ*, Chriſt. Kortholto (*in Diſſ. de nominibus Chriſtianis per ludibrium impoſitis, c. 6., p. 35.*) *doctiſſimæ*. Sententiam Wouwerii (*in Notis ad Minut. p. 24. Edit. Ouzel*), *perſecutiones Chriſtianorum, & ex perſecutionibus nata ſupplicia, crudelia qvidem & inhumana fuiſſe, non tamen iniqva, ſi humana ratione conſiderentur.* ſtatuentis, Joh. Georg. Dorſcheus, *in Diſſ. de interfectione JEſu Chriſti vivifica, ex Act. IV. 27. 28.*, Argentinæ A. 1646. edita, verbis improbat ſeqventibus: *Male cenſet Woverius, dum nullam æqvitatis ſuppliciorum cauſam, niſi opinionem de Chriſtianis ſiniſtram, & haud difficulter vincibilem, allegat.*

L. Apuleji Opera Joh. a Wouwern ad veterum librorum fidem recenſuit, infinitis locis emendavit, nonnullis auxit, & Diſſ. de vita & ſcriptis Apuleji præfixit. Hamburgi 1606. in 8. Falluntur enim Henn. Wittenius, qvi, *Dec. I. Memor. Phil. ſ. p. 82.*, Francofurti ea, anno præced. 1605., in 8., prodiiſſe perhibet, & Chriſtoph. Hendreichius (*in Pand. Brandeb. p. 235.*), Baſileæ A. 1606. in 12. excuſa eſſe tradens. Diſſert. præfixam *de vita & ſcriptis Apuleji* Julianus Fleury, in fronte editionis ſuæ, Pariſiis A. 1688., in Delphini uſum, duobus voluminibus, *in 4.*, publicatæ, recudi curavit, teſte Pet. Bælio, *T. I. Dictionarii Hiſtorici & Critici*, *P. I.*, *p. 321.* In iſta Diſſ. editionis hujus ſuæ, in Epiſt. ad Joſ. Scaligerum (*Cent. II.*, *num. 11.*, *p. 232. 233.*) A. 1602. promiſſæ, variisqve etiam lectionibus.

bus, & emendationibus ſuis, ſub finem annexis, auctæ hiſtoriam verbis exponit ſeqventibus: *Non defuerunt viri docti, qvi in reſtituendis Apuleji ſcriptis ſerio laborarunt, qvos laude ſua non fraudabit grata poſteritas. Horum veſtigia, etſi longo intervallo impares, ſeqvimur. Qvanqvam ſine arrogantia dixerim, haud minus mihi debet, qvam cuiqvam illorum. Jam deſtinatum morti ad vitam revocarunt, ſed debilem & ægrotantem deſtituerunt. Qvod lætior caput exerat, qvod ſani coloris & ſangvinis, qvod firmi artus & conſtans valetudo, noſtrum eſt opus. Certe Apulejum infinitis mendis liberavi; nec tamen diſſimulo, haud pauca etiamnum reſidere falſa & corrupta lectione obvoluta: ſed ea etiam aliis pro deſperatis expoſita & relicta. - - Hoc palam profiteri non verebor, ſi alii parem operam Apulejo locaverint, futurum ut penitus emendatus & incorruptus ſit. - - Plurimum ad hanc editionem contulit codex Fulvii Urſini; qvi, cum aliqvot MStis comparatus, varias lectiones & emendationes adſcriptas exhibuit. Eum mihi Romæ ſuppeditavit ingenii & doctrinæ laude clarus G. Scioppius, cujus etiam fidem ſecutus ſum in iis, qvæ ex cœnobii Bertiniani codice expreſſi. Acceſſit liber Jani Gruteri, qvem cum plurimis MSS. Bibliothecæ Palatinæ contulerat, & varias lectiones enotarat. - - Henr. Lindenbruch, amiciſſimus mihi & optimis ſtudiis, aliqvammultas varias lectiones, ex MSS. excerptas, communicavit. Ex Fulvii autem Urſini codice omnes libros Apul. emendavi, ex Palatino & Bertiniano ſolos Metamorphoſeon libros. Qvæ certa, & manifeſte vera, ex fide veterum librorum, aut doctorum emendatione, ſuo loco recepi. In qvibus vero non arriſit ingenioſum nimis aliorum acumen, aut præpoſterum immutandi ſtudium, vulgatis adhæſi. - - Qvæ ab ingenio noſtro, timide admiſi. Nolim tamen ignorari, me innumeris locis Apulejum emendaſſe. Emaculatiſſimam* eſſe hanc editionem, judicat Tob. Magirus, *in Eponymologio critico p.22.* Cenſorem ejus egit Caſp. Scioppius in ſuis in Apulejum notis, Auguſtæ editis, *in qveis multa in Wouwerium acerba*, teſte Pet. Scriverio in *Ep.* ad J. Iſ. Pontanum *Prima*, ab Ant. Matthæo *Tomo I. Analect. vet, ævii p.543.* edita, & a Th. Crenio, *P. XI. Animadv. c.1., p.17.*, allegata.

SCRIPTA INEDITA aut AFFECTA, omnia ferme (uti in Biographia jam monitum) deperdita.

α. PROPRIA.

Opus de Studiis Veterum, promiſſum a Noſtro in *Tractationis de Polymathia* (qvæ illius eſt ἀποσπασμάτιον) *titulo*, & *cap. I.*, ſub finem (*p.m. 16.*), ubi ita de illo ſcribit: *Qvod (in Tr. de Polymath.) de Poetica, & naturalium contemplatione, aliisqve amoenioribus ſtudiis, qvæ Polymathia complectitur, non egerim, & de ipſis ingenuis artibus nimus anxie & plene perſcripſerim, nemo negligentiæ dabit. Neqve ignorata mihi aut oblita exiſtimet, ſed reſervata integro operi, qvod de omni ſtudiorum genere jam ſuo publicandum indice diſpoſui, cujus nunc primitias qvasdam, & qvaſi libamenta. damus, qvibus honorem Polymathiæ tueri, & calumnias, qvibus aſpergi ſolet, pro captu mediocritatis, refutare conſtitui.* Conf. *Ep. 63. Cent. I. ad Dom. Baudium p. 127.* Gev. Elmenhorſtius, in Catalogo ſcriptorum Noſtri, vitæ adjecto, opus vocat *Eruditiſſimum*, Joach. Vagetius autem (jacturam ejus, una cum Jac. Thomaſio, *in præf. Polymath.*, deplorans) *opus inimitabile futurum, ſi autori ſuperſtiti eſſe licuiſſet, in Præcidaneis de orbe habitabili p. 254.* Plura, ad hiſtoriam ejus ſpectantia, ſupra, in *Tractationis de Polymathia* recenſu, congeſſimus.

Libellus de modo Diſciplinarum, qvem ineruditis ſcriptum eſſe, & propediem a ſe editum iri, Joſ. Scaligerum A. 1602., *Ep. 11. Cent. II., p. 232.*, edocuit. Sed is forte, uti ſupra jam conjectavimus, a *Tractatione de Polymathia* haud eſt diverſus.

Libellus de vera eruditione, A, 1603. in Ep. ad Joh. Wittenium (*Cent. II., num. 48., p. 302.*) promiſſus.

Liber de vera Philoſophia, civili ſcilicet, qvæ virtutem actione oſtendit. Argumentum hujus latius explicat *Cent. I. Ep. 100. ad Joh. Wittenium, p. 203. 204.* Mentio etiam ejusdem occurrit in Gev. Elmenhorſtii indice ſcriptorum Noſtri, vitæ ipſius annexo.

Tr. de immortalitate Animæ. V. Elmenhorſtium *l.c.*

Tr. de amore Socratico. V. Elmenh. *l. c.*

Libellus de Gloria, qvem ſe parare, Nicolao a Vechte A. 1603. indicavit, *Cent. I. Ep. 45., p. 93.*

Elementa Politica. V. Elmenh. *l. c.*

Lib. de Officio boni Civis. - - }
Tr. de Officio boni Senatoris. - } V. Elmenhorſtium *l. c.*
Tr. de Officio veri Jurisconſulti. - }

Tr. de mutatione & converſione Imperiorum, promiſſus *Ep. 100. Cent. I. ad Joh. Wittenium*, *p. 205.*

Comm. de Tyrannide, promiſſus *Cent. I. Ep. 67. ad Joh. Kirchmannum p. 141.*, & *Ep. 100. ad Joh. Wittenium p. 205.* Conf. Elmenh. *l. c.*

Commentarii magni de publica utilitate, cum appendice de publico conſilio. Argumentum v. in *Ep.* jam laudata *ad Wittenium p. 204. 205.*

Tr. de publicis Judiciis. V. *Cent. I. Ep. 67. ad Kirchm. p. 141.*, & *100. ad Wittenium p. 205.*, & Conf. Elmenhorſt. *l. c.*

Lib. de Poenis & Suppliciis. V. *Ep. modo laudatum ad Kirchm. p. 141.*, & Elmenh. *l. c.* Frid. Lindebrogii hortatu ſe argumentum hoc tractandum ſuſcepiſſe, & e martyrologiis, ei illuſtrando utilia deſiderare, in Ep. ad fratrem illius, Henr. Lindebrogium (*Cent. II., num. 16., p. 244. 245.*), teſtatur.

Tr. Italicus della Ragion di Stato. V. *Ep. cit. ad Kirchm. p. 141.*, & Elmenh. *l. c.*

Libri de Ambitu, promiſſi in Ep. ad Wittenium, *Cent. I., num. 100., p. 204.*

Tr. de crimine Majeſtatis. V. *Ep. cit. ad Kirchm. p. 141.,* & Elmenh. *l. c.*

Gratulatio ad Jacobum I., Regem Britanniæ, de ſua & publica felicitate, hoſtiumqve inſidiis & molitionibus repreſſis, cui non pauca problemata politica, tempori apta, immiſcere conſtituerat. V. *Cent. II. Ep. 49. & 82.* ad Joh. Wittenium (a qvo ſubſidia ad laborem hunc A. 1603. & 1607. expetiit), *p. 305. 306. 369. 370.*

Diatribæ ad Jus Civile pertinentes, qvas A. 1603. pollicitus eſt, in Epiſt. ad Nicol. a Vechte ſcripta (*Cent. I., num. 83., p. 70.*).

Lib. de Magiſtratibus Romanis, promiſſus *Cent. I. Ep. 67. ad Kirchm. p. 141.* Conf. Elmenh. *l. c.*

Commentarii philologici de Funere, de qvibus A. 1603. (*Cent. I. Ep. 36., p. 66. 67.*, ita ad J. Meurſium, librum ejusdem argumenti pollicitum, ſcripſit: *De funere qvidem Commentarios jam paratos habemus, opus, niſi fallor, haud indignum, ut poſteris placeat. Illud, niſi operæ indiligentiores, proximis nundinis prodibit. Nondum tamen editionem cœpimus. Qvod ſi tuum ejusdem argumenti (nempe philologi), lubens inhibebo editionem meam. Neqve enim virium mearum, ad eandem tecum palmam contendere.*

Encomion Aſini, de qvo Ipſe A. 1608. (*Cent. I. Eph. 86., p. 180.*) ita ad Gev. Elmenhorſtium: *Aſinus meus, jam olim abſolutus, apud Nicolaum noſtrum* (Nicol. forſitan a Vechte, JC, & Senat. Hamb.) *diliteſcit, & cum tineis bella gerit. Non minus feſtive, qvam vere, furorem ſeculi riſimus. Sed qvid ad te, qvomodo otium oblectem?* Elmenhorſtius mentionem ejus injecit, non ſolum in Catalogo ἀνεκδότων Wowerii, ſed etiam *in Notis ad L. 1. Metamorph. Apuleji p. 119. ſuæ Edit.*, ubi hæc leguntur: *Scripſerunt & noſtra ætate viri eruditi Aſini Laudes, inter qvos jure eminet labor præſtantiſſimi Wouwerii noſtri, qvi hactenus apud hominem indignum indigne deliteſcit. Niſi injuſtus iſte dominus abs ſe eum manumiſerit, periculum erit, ne aliqvando, liberam lucem nactus, ex ergaſtulo iſto vocem emittat, poſſeſſoremqve iniqvum pipulo differat.* Diverſum eſt opuſculum hoc Wowerii ſatyricum ἀνέκδοτον a *Laude Aſini*, Lugd. Bat. A. 1623. ἀνωνύμως, a Dan. Heinſio, uti creditur, edita, & perperam proinde hæc ab Indicis expurgatorii Hiſpanici, Madriti A. 1667. in fol. editi, compilatoribus, *p. 658.*, Noſtro vindicatur, ac, una cum ſcriptis ejus aliis, in cenſum expurgandorum refertur.

Epiſtolæ ἀνέκδοτοι ſatis numeroſæ, qvarum novam ſeu tertiam centuriam Geverh. Elmenhorſtius, in *præfat.* duarum priorum, A. 1618. editarum, a ſe, uti ſupra monuimus, juſſit expectari. In bibliotheca Civitatis Hamburgenſis publica plures ducentis ſuperſunt, ad ſolum Sebaſtianum a Bergen, J. U. L. & Conſulem Hamburgenſem, de rebus variis, Politicis, Literariis, Privatis, Leida, Pariſiis, Roma, Florentia, Venetiis, Praga, Auguſta, Francofurto, ex aulis Oſtfriſica & Gottorpienſi, ac aliunde, datæ, omnes αὐτόγραφοι, & pleræqve Latino, paucæ autem Germanico idiomate, exaratæ, qvas ipſemet olim, una cum alia ad Henr. Lindebrogium, de Sidonii Apollinaris, qvam parabat, editione, variisqve nonnullis in eo lectionibus, Lugduno Batavorum ſcripta, cum Hamburgi viverem, perlegi. Morhofius, qvi Hamburgenſium harum aliqvam etiam obiter injicit mentionem, Marqv. qvoqve Gudium noſtratem, τὸν πάνυ, multas Wowerii ineditas in ſua aſſervaſſe Bibliotheca, *P. I. Polyhiſt. Lit., L. 1., c. 24., p. 304., & in Collegio Epiſtolico, P. I., c. 1., p. 30.*, teſtatur. Id qvod ipſum etiam Gudium mihi narraſſe, ac Teſtamenti etiam Woweriani, iis adjuncti, mentionem feciſſe, recordor. In Volumine Epiſtolarum, ad Joh. Meurſium ſcriptarum, ἀνεκδότῳ, qvod Hafniæ Joh. Mohtius, Conſil. Danicus, aſſervat, VII. ad Meurſium Wowerianas offendi, ſed a totidem, in prima jam editis Centuria, niſi memoria fallit, haud diverſas. Qvæ autem in Volumine Epiſtolarum ad Frid. Lindebrogium MSto (cujus indicem a poſſeſſore illuſtri, Reinh. Blomio, Miniſtro olim in Germania Svecico, Morhofius obtinuit, & mecum communicavit) leguntur, XIV. ad Lindebrogium ipſum, ac IV. ad Berterium, Pet. Danielem & fratres Puteanos, omnes extra controverſiam ſunt ἀνέκδοτοι.

Multa MSSta αὐτόγραφα Wouwerii in Bibliotheca Hamburgenſi publica aſſervari falſo tradit Anonymus Autor des Nachrichts von der Stadt Hamburg, *P. III., c. 8., p. 266.* Ego enim, qvi totam excuſſi, nihil illius, præter Epiſtolas paulo ante laudatas, in ea offendi.

β. ALIENA AUTORUM VETERUM, Editioni deſtinata, ac Commentationes in hos Criticæ.

M. T. CICERONIS Opera, qvæ, cum notis & emendationibus, tum ſuis, tum Jani Gulielmii, Lubecenſis, poſthumis, e ſchedis hujus, per amicum ſuum, Joh. Wittenium (Conſiliarium Megapolitanum), Lubecæ, Anno circiter 1603., ſollicite (*V. Epiſtolas Noſtri ad eum, Cent. I., num. 28., p. 53., & Cent. II., num. 44., p. 296., ac n. 48., p. 301.*) conqviſitis, & ab hæredibus defuncti, ære haud exiguo, ſibi coemptis, denuo publicare in animo habuit. V. de hac editione affecta ipſius Epiſtolas complures, Centuriæ ſc. prioris *LIIItiam* ad Joſ. Scaligerum (in qva diligentiam Gulielmii admirandam, ſed in frivolis nimis ſuperſtitioſam, carpit, ſubſidia a Scaligero poſtulat, ſe A. 1605. Ciceronis *præcepta Oratoria jam pæne abſolviſſe* ſignificat, ac, *Romuli nepotum diſertiſſimum, infinitis locis, nitidiorem*, ſua opera, *proditurum eſſe*, gloriatur) *p. 104.*, *LXmam* ad Nicol. a Vechte (qvem ſubſidia ſibi a Scaligero & Franc. Douſa conqvirere jubet) *p. 121. 122.*, *LXXImam* ad Marcum Velſerum *p. 146.*, & *LXXIIIiam* ad J. Gruterum *p. 153.*, Centuriæ item poſterioris *XXXVtam* ad Gruterum (in qva Gulielmii annotationes, ſcribit, *non eſſe perpetuas, ſed ſæpe interruptas, & magna ſerie deficientes, imo interdum ridiculas & penitus pueriles*, Suffridiqve Petri ſchedas ejusdem argumenti ſibi a Grutero poſtulat coemi) *p. 277. 278.*, *XLVIIIvam* ad Joh. Wittenium (in qva magnam ſchedarum Gulielmii partem periiſſe dolet) *p. 301.*, & *LXVItam* ad Scaligerum *p. 341.* Mentionem ejusdem fecerunt honorificam Joſ. Scaliger *in Scaligerianis alteris p. 255.*, Iſ. Caſaubonus (*magnam reip. literariæ fore jacturam* judicans, *ſi, propter obitum Wowerii, ſuſcepta editio intermittatur*) *Ep. 722. ad Joh. Wittenium, p. 950. edit. Græviane*, Dom. Baudius *Ep. 20. Cent. III. ad Franc. Douſam* (qvem, ut parentis ſui, Jani Douſæ, in Cic. annotata Wowerio communicet, hujus nomine, obteſtatur) *p. 534.*, Gev. Elmenhorſtius (*Notas in Ciceronem* Noſtri ἀνεκδότοις, in illorum *Catalogo*, annumerans), Salom. Codomannus in *Carmine*, A. 1618. Ciceronis editioni Gulielmio-Gruterianæ præfixo, & Caſp. Sagittarius (*ſi Wowerii lucubrationes in univerſa Ciceronis Opera lucem aſpexiſſent, dubium non eſſe, qvin & ipſi Ciceroni, & toti rei literariæ, magnam lucem fuiſſent fœneratæ*, judicans) *in Comm. de vita & ſcriptis Plauti, Terentii & Ciceronis p. 145.* Ex hoſtili con-

li contra animo profluxit judicium Frid. Lindebrogii, qvod ſupra jam, inter Cenſuras de Noſtro, ex Epiſt. ad J. Gruterum A. 1613. exarata, recitavi, juſto aſperius: *Bene hercle, qvod Cicero Gulielmii ex hominis illius cum latrante nomine (ſcelus enim viri aliter appellare religio eſt) tagaciſſimis manibus ſit liberatus. Nihil enim boni in illi autore falſiloqvum os præſtitiſſet, niſi qvid ab aliis furatus fuiſſet, qvod pro ſuo venditaſſet.* De Jani Gruteri, qvi ſchedas Gulielmi, poſt Wowerii obitum, nactus eſt, editione Ciceronis, qva hunc ex iſtis, propriisqve obſervationibus, longe emendatiſſimum exhibuit, Hamburgenſi, A. 1618. in fol. publicata, copioſe in Jani Gulielmii a nobis actum eſt Elogio.

Variæ Lectiones in Plautum, ab eo collectæ, qvas a Jano Grutero ſibi, Comici hujus editionem molienti, communicatas eſſe, Frid. Taubmannus, *in Programmate de Plauto*, teſtatur. (Plautus, Lugd. A. 1594. in 12. editus a Douſa, notis marginalibus αὐτογράφοις a Wowerio illuſtratus, ſuperfuit in Bibliotheca Marqv. Gudii. (*V. Catal. hujus p. 516.*)

Obſervationes in Propertium, A. 1602., in Ep. ad Joſ. Scaligerum (*Cent. II., n. 13., p. 236.*), promiſſæ, qvas, tanqvam editas, a Joſva Arndio, *in Notis ad Or. de contemptu Philologiæ, lit. C. 8. b.*, allegari miror.

Aratea Germanici Cæſaris, & Scholiaſtes in illa antiqvus, cum Cod. MS. Bibliothecæ Mediceæ collatus, de qvorum editione A. 1602. cogitavit, & Joſ. Scaligerum (*Cent. II. Ep. 8., p. 224., & Ep. 14. p. 238.*) conſuluit, ab hoc autem (*Ep. 375., p. 718. 719.*), ut eam omitteret. *qvod melior Grotiana dari non poſſit*, eodem A. 1602. eſt monitus.

Notæ qvædam in Lucanum, qvas ſolas, ex omnibus laboribus Noſtri ineditis & affectis, in bibliotheca ipſius, Gottorpienſi juncta, ſupereſſe, Ad. Olearius, *in Panegyrico ipſi ſcripto, lit. E. 2. b.*, teſtatur. Memorantur etiam a D. G. Morhofio *T. I Polyhiſt., Lib. 4., c. 12., p. 179.*

Macrobii editio, de qva ipſe ita A. 1597. (*Cent. I. Ep. 16., p. 33.*) ad Joh. Meurſium ſcripſit: *Macrobium MS. optimum contuli, & in eum notas condidi, ſed qvas publice intereſt non edi. Qvid enim ego aſtroſus molirer?*

Auli Gellii Noctium Atticarum editio, promiſſa A. 1595., in Ep. ad J. Gruterum (*Cent. I., n. 14., p. 28.*), & A. 1604., in Ep. ad Pet. Scriverium (*Cent. I., num 49., p. 99.*), ac in tribus ad Joſ. Scaligerum (*Cent. II., n. 65., p. 339., n. 67., p. 342., & n. 69., p. 345.*). E qvarum ultima colliges, Scaligerum hanc ipſi diſſvaſiſſe, qvod in Gellio fere omnia ab aliis jam eſſent occupata. A. Gellius, Venetiis A. 1565. in 8. excuſus, Notis MSS. illuſtratus a J. Wowerio, ſuperfuit in bibliotheca Marqv. Gudii, teſte hujus Catalogo p. 513.

Novellæ Juſtiniani, a Patricio verſæ, interſperſo Græco textu, qvarum editionem pollicitus eſt *Cent. II. Ep. 19. ad Henr. Lindebrogium, p. 254.*

Malchi, ſeu Porphyrii, Vita Pythagoræ, qvam, hactenus invulgatam, ſe publicaturum eſſe, promiſit *in Tr de Polymathia*, A. 1603. edito, *c. 28., p. m. 335.* Verum in hujus editione præventus eſt (uti recte obſervat Joh. Jonſius *L. 3. de Scr. Hiſt. Philoſ. c. 15., p. 287. 288.*) a Conr. Rittershuſio, qvi illam, adjecto Commentario ſuo, Altorfii A. 1611. (*in 8.*) juris fecit publici.

Scriptores antiqvi de Agrimenſoria, ad qvorum editionem promiſſam maturandam ipſum Marcus Velſerus A. 1601. peculiari incitavit Epiſtola, qvam in *Appendice* Wowerianarum (*p. 413. 414.*) invenies.

Fulgentius Placiades, qvem ſe grandi Commentario illuſtraturum, &, cum Rhetoribus, præter Ciceronem & Qvintilianum, veteribus univerſis, editurum, A. 1594. promiſit, in Epiſtolis duabus ad J. Gruterum (*Cent I., n. 6., p. 13. 14. 15., ac n. 8., p. 18.*), & in alia ad Henr. Lindebrogium (*Cent. II., n. 18., p. 250. 251.*). Promiſſi ejus de Rhetoribus antiqvis mentionem etiam fecit Joh. Alb. Fabricius, *in Indice Bibliothecæ Latinæ p. 200. 201.* Fabii Fulgentii Planciadis Libros III. Mythologicorum, ejus manu emendatos, & illuſtratos a capite ad calcem, ſe e bibliotheca Gudiana eſſe nactum, ſignificat Joh. Alb. Fabricius in *Supplem. Biblioth. Lat. p. 119. 120.*

P. Papinii Statii Poematum, & Lactantii Placidi ſcholiorum in ea antiqvorum, ab ipſo e Codd. MSS. emendatorum, editio, qvam, anno circiter 1600., ille & Joſ. Scaliger, ſociata opera, ſunt moliti. V. Ipſius *Ep. IV. & XIV. Centuriæ Secundæ* ad Scaligerum, *p. 214. 239.* Scaliger *Ep. 374.*, ad Noſtrum XIII. Kal. Apr. A. 1600. exarata, ita de illa (*p. 716. & ſq.*): *Folia Lactantii, qvæ miſiſti, fidem tuam obligant, ut totum reliqvum qvamprimum mittas, idqve pari diligentia & emendatum & expenſum. In diem expecto, qvæ Politianus olim Sylvarum margini ex vetuſtiſſimo codice, annotarat. Ea multum Editionem tuam exornabunt, qvam pari fidelitate ac fide curabimus. Non tamen prius cum typographo agere poterimus, qvam reliqva acceperimus folia. - - Strenuam certe operam in Poetam illum bonus & eruditus ille Bernartius navavit, ita ut illius diligentia & tuum & meum minuerit laborem. Accuratiſſime tamen omnia recenſebimus, & in calcem operis, in Diatribam, ſeorſim omnia conjiciemus; qvem omnem laborem tantiſper differimus, dum reliqvas paginas a te expectamus.* Verum *hi conatus*, uti recte a Joh. Alb Fabricio (*in Biblioth. Lat. p. 102.*) eſt obſervatum, *vulgato Pariſiis* (eod. A. 1600.) *Frid. Lindebrogii, æmuli Woweriani, Statio* (Lactantium etiam Scholiaſten exhibente), *ſufflaminati videntur.* Comm. in Statii Thebaidem, manu Wouwerii ſcriptus (propriusne, an alienus, incertum), in biblioth. Marqv. Gudii ſuperfuit. V. *Catal. ejus* (*inter MSS. Lat., n. 157.*) *p. 556.*

Notitiæ Imperii Romani exemplar optimum, qvod in ſchematis tam longe a vulgari abit, ut prorſus diverſum videatur. Editionem A. 1601. promiſit *Ep. V. Cent. II.* ad Gruterum, *p. 217.* Diſſvaſit autem eam, eod. A. 1601., Marcus Velſerus, qvod *gloria labori incredibili non eſſet reſponſura.* V. ejus Ep. II. ad Wowerium, *in Appendice Wowerianarum p. 417.*

Achilles Statius de amoribus Clitophontis & Leucippes (cum 3. optimis MSS. collatus, in lacunis omnibus ſuppletus, locisqve infinitis correctus & auctus), Eumathius, cæteriqve omnes antiqvi fabularum eroticarum ſcriptores, qvos A. 1602. expectari a ſe juſſit, *Ep. 29. Centuriæ II. ad J. Gruterum, p. 267. 268.* Mentio hujus promiſſi occurrit etiam in Gruteri Epiſt. ad Gothofr. Jungermannum A. 1608. ſcripta, ap. B. G. Struvium *Faſcic. VI. Act. Literar. p. 15.*

Columna Romana, Antonino Pio, Imperatori, erecta, belli ejus adverſus Marcomannos hiſtoriam continens, qvam, cum Romæ viveret, Romanis, lepidiſſimo aſtu deceptis, frementibus & indignantibus, ipſiqve inſigne hoc antiqvitatia κειμήλιον invidentibus (*V. Cent. II. Ep. V. p. 217., Ep. XI. p. 232. & Ep. XXXVIII. p. 285.*), A. 1601., ingentibus impenſis, per pictorem, qvem domi ſuæ alebat, cum omnibus ſuis imaginibus, meras pugnas, & multas qvidem Hiſtoricis ignotas, exhibentibus, depingi curavit (*V. Cent. II. Ep. V., p. 216. 217., & Ep. XXXIX. p. 287.*), & æri inciſam, cum notis ſuis (*V. Cent. II. Ep. 38., p. 285.*), aut Joſ. Scaligeri (*V. Cent. II. Ep. 63., p. 334.*), edere voluit (*V. Cent. II., Ep. V., p. 217., Ep. XI. p. 232., Ep. XIII. p. 236. 237.*). Verum fruſtranei fuere omnes, & ipſius, & amicorum, Joſ. Scali- Joh. Matth Wackeri (ad eam Rudolpho II. Imp. inſcribendam illum hortati, *in Ep., Wowerianis ſubnexa, p. 409.*) Jani Gruteri (*dedecus ſeculi, ſi diutius deliteſceret*, A. 1605. arbitrati, *in eadem Append. p. 500.*), aliorumqve, in editione iſtius promovenda, conatus. Licet enim, poſt fruſtra tentatos ſculptores Norbergenſes, Auguſtanos & Hamburgenſes (*V. Pent. II. Ep. 38., p. 285.*), Raphelengii Leidenſes, hortatibus Joſ. Scaligeri (cui picturam ſuam Noſter tranſmiſerat), & Pet. Scriverii incitati, A. 1603. (*V. Cent. II. Ep. 38., p. 285. 286., Ep. 39. p. 287., Ep. 40., p. 288., Ep. 42. p. 292.*

293., Ep. 62., p. 333., Ep. 63 p. 334., Ep. 65. p. 337., & Ep. 71. p. 349., ad Scaligerum, Ep. 46. p. 299., & Ep. 47. p. 301.. ad Scriverium, ac Ep. 8. ad Gruterum p. 323.), fratres Bryani Francofurtenſes, a Jano Grutero compellati, A. 1604. (*V. Cent. II. Ep. 6 ., p. 337., & Gruteri Epiſt. ad noſtrum. in Append. p. 499.*), & Octavianus Vænius, Antwerpienſis pictor, eodem ferme tempore, illius ſuo ſumptu, æri incidendæ ſpem facerent (*V Cent. II. Ep. 71. ad Scalig. p. 349.*), ubiqve tamen ea tandem decollavit (*V. Cent. II. Ep. 35. ad Grut. p. 278.*). Pet. Scriverius (*in Animadv. ad Lib. I. Epigr. Martialis p. m. 49.*) *Delineationem Columnæ Antoninianæ exactam & qvantivis pretii, 20. ulnarum longitudine*, a Wouwerio ſecum refert eſſe communicatam &, ut *Monumentum* iſtud *in tota antiqvitate præſtantisſimum & luculentisſimum, tabellis æneis fideliter inciſum, communi bono tandem aliqvando publicetur, doctisſimorumqve hominum divinationibus ac Commentariis illuſtretur*, deſiderat. Ubi jam deliteſcat, incertum. Falli enim Sam. Reyherum, qvi, in *in Matheſi Regia, c. 2., p. 28-32.*, prolixe recitatis XI. Epiſtolarum ad Scaligerum de illi locis, Bibliothecæ Gottorpienſi, cum MStis reliquis, relictam credit, ea, qvæ de horum interitu, ex Ad. Olearii *Panegyrico*, in Vita Noſtri, retulimus, oſtendunt.

Q. S. F. Tertulliani Opera, hortatu Joſ. Scaligeri (qvi ſua etiam Wowerio ſubſidia promiſit), e MS. Vaticano (qvod olim F. Urſini aut Pet. Ciacconii fuerat) emendata, & Commentario illuſtrata. Laborem hunc (cujus ſpecimen fuere *Emendationes in Tertull. Epidicticæ*, A. 1603., uti ſupra dictum, editæ) pollicitus eſt, ab A. 1602. ad A. 1606., in plurimis ad Scaligerum, Pet. Scriverium (cui tamen etiam, Tertulliani editionem molienti, qvæcunqve ſibi in illum notata, A. 1603. obtulit, *Cent. II. Ep. 47. p. 300.*), J. Gruterum & Kirchmannum Epiſtolis, *Cent. I., n. 34., p. 64., n. 53., p. 103. 104., n. 67. p. 141., n. 73. p. 153. 154., Cent. II., n. 11., p. 232., n. 58. p. 323., n. 65. p. 338. 339., n. 66. p. 340. 341., n. 67. p. 342., n. 69. p. 344. 345. 346., num. 100. p. 396. 397.* Conf. Marci Velſeri, ei applaudentis, *Ep. III.* ad ipſum, *in Append. p. 417. 418.*, & Gev. Elmenhorſtii Catal. ἀνεκδότων ejus, Vitæ annexum.

Commentatio in Prudentii Hymnos Martyrum, A. 1610. promiſſa *Ep. 91. Cent. II.* ad Elmenh. *p. 384.*

Proſperi & Marcellini Chronica, qvæ ſe editurum, Notisqve breviſſimis illuſtraturum eſſe, promittit, *Cent. II. Ep. 17. & 20. ad Henr. Lindebrogium, p. 247. 255.*

Ut

Ut ſuus bene meritis honos, ſua gratia perpetuo conſtet, placuit hic ſubjicere

INDICEM
FAUTORUM & AMICORUM,

qvibus

CIMBRIÆ LITTERATÆ OPUS

ſubſidia olim debuit, a p. m. Auctore anno MDCCIII. confectum, nuncqve in ſchedis ejus inventum:

ubi obſervandum, aſteriſco* notatos multo plura ceteris ſuppeditaviſſe.

Dethlevus Alardus, *Scholæ Itzeboenſis Con-Rector.*
* Trogillus Arnkiel, *Præpoſitus & Paſtor Apenradenſis.*
Petrus Axenius, *J.C. Sleſvicenſis.*
Sebaſtianus Bacmeiſter, *Paſtor Travemundanus.*
Fridericus Brecling, *Theologus in Batavia Lutheranus.*
Georgius Henricus Burchardus, *Præpoſitus Segebergenſis.*
Fridericus Ulricus Calixtus, *Theol. D. in Acad. Helmſt. Prof. prim.*
Rodericus a Caſtro, *Judæus Hamburgenſis.*
Dethlevus Cluverus, *Mathematicus & Societ. Reg. Angl. Collega.*
Joannes Cruſius, *Med. Doct. & Practicus Sleſvicenſis.*
Willehadus Fabricius, *Eccleſiæ Loydtenſis, in Præfectura Apenrad. Paſtor.*
Johannes Chriſtianus Fabricius, *Paſtor Hoſterupenſis in Præfectura Tond.*
Marqvardus Gudius, *S. Reg. Maj. Dan. & Norv. Conſiliarius Status.*
Henricus Held, *J. U. Lic. & Practicus Hamburgenſis.*
Chriſtianus Helwichius, *Boruſſus, Med. D. & Practicus Wratislau.*
Petrus Jani Lucoppidanus, *inſulæ prope Fioniam Toſſingenſis Paſtor.*
Henricus Jonſen, *J. U. D. Cancellariæ Reg. Glückſtad. Advocatus.*
* Andreas Kellinghuſen, *Flensburgenſis, Theol. t. t. Studioſus.*
Stephanus Kenkel, *Theol. D. & Præpoſitus Tunderenſis.*
Chriſtianus Fridericus Liber Baro à Kielmanſegge, *Conſiliar. Cæſar.*
Chriſtianus Kortholt, *Theol. D. & Prof. Kilonenſis primar.*
Sebaſtianus Kortholt, *Chriſtiani f. Prof. Poëſ. in Acad. Kilon.*
* Chriſtophorus Krahe, *Præpoſitus Hatherslebienſis.*
Johannes Lauerentius, *Grammateus & Typographus Regius Hafnienſis.*
* Achilles Daniel Leopold, *J. U. D. Lubecenſis.*
Jobus Ludolfus, *Conſiliar. Cæſar. & Saxonicus.*
* Jacobus a Melle, *Paſtor Marianus Lubecenſis.*

Johannes Mohtius, *S. Reg. Maj. Dan. & Norv. Conſiliarius.*
Chriſtianus Mollerus, *Flensburgenſis, Paſtor in Liuonia, Auctoris frater.*
Daniel Georgius Morhofius, *J.U.D. Eloqv. Poëſ. & Hiſtor. Prof. Kilonienſ.*
Simon Henricus Muſæus, *J. U. D. & Prof. Kilonienſis.*
Conradus Oporinus, *Paſtor Neomonaſterienſis.*
Ulricus Peterſen, *Sleſvicenſis J. U. Cand.*
Henricus Pipping, *Eccleſiaſtes Lipſienſis t. t. Thomanus Sabbathinus.*
Vincentius Placcius, *J. U. L. & Gymnaſ. Hamburg. Prof.*
Andreas Plantecovius, *Med. D. & Practicus Lubecenſis.*
Matthias Roſtochius, *Eccleſiaſtes t. t. ad D. Canuti Ottinienſis.*
Martinus Ruarus junior, *Medicus Amſtelodamenſis.*
* Otto Sperling junior, *J. U. D. Regis Dan. & Norv. Conſiliarius.*
Michael Stichelius, *Præpoſitus & Paſtor Hatberslebienſis.*
Enochus Suantenius, *Rector Lubecenſis.*
Joannes Teclenburg, *J. U. L. & Hamburgi XV. virorum Secretarius.*
* Petrus Terpagrius, *Theol. Lector Ripenſis.*
Auguſtinus Vagetius, *Gymnaſii Gotting. Prof.*
Johannes Uppendorf, *Athenæi Regii Rigenſis Rector.*
* Ulricus Winckel, jun. *Hamburgenſis, J. U. Lic.*
Henningus Witte, *Gymnaſii Rigenſis Profeſſor.*
Chriſtianus Wormius, Wilh. fil. *t. t. Theol. Profeſſ. Hafnienſis.*
* Henricus Zeidler, *Lubecenſis, Theol. Candidatus.*

Et pauci forte alii, ſuis, in ipſo opere, locis laudati.

INDEX ALPHABETICUS
SCRIPTORUM CIMBRICORUM,
INDIGENARUM PARITER ATQVE ADOPTIVORUM,
DE QUIBUS IN CIMBRIÆ LITERATÆ TOMIS TRIBUS EST DICTUM.

A.

Chriſt. AAGARDUS, Wiburgo Jutus, Gymn. Sorani, ab A. 1641., Præceptor, Communit. regiæ Hafnienſis, ab A. 1646., Præpoſitus, ſimulqve Poes. Prof Extraord., ac in urbe tandem Ripenſi Scholæ, ab A. 1651., Rector, &, ab A. 1658., Theol. Lector, Mortuus d. 5. Febr. A. 1664. æt. 48. *T. II. p. 1.*

M. Sever. AAGARDUS, Ripenſis, Scholæ patriæ, ab A. 1676., Præceptor, & Inſulæ Römuenſis, ab A. 1677., Paſtor, M. d. 14. Jul. A. 1693., æt. 39. *T. I. p. 1.*

Georg. AASKOU, Ripenſis, Paſt. in Seelandia Danica Söllerrodienſis, ſuperſtes A. 1681. *T. I. p. 1.*

R. Sam. ABATZ, Hamburgenſis, Doct. Judæus, ſuperſtes A. 1670. *T. I. p. 1.*

Jac. ABENDANA, Hamburgenſis, Rabbinus Amſtelod., & Archiſynagogus tandem Londinenſis, M. A. 1685. *T. p. 1. 2.*

Iſaacus ABENDANA, Hamburgenſis, Judæus, & L. Hebr. Prælector Oxon., ſup. A. 1690. *T. I. p. 2.*

ACCAS Anglo-Saxo, Presb. in Anglia Hagulſtad., Friſiorum & Cimbrorum Apoſtolus, tandemqve Epiſc., ab A. 716., Hagulſtad., M. A. C. 740. *T. II. p. 1. 2*

Gotfr. ACIDALIUS, Wittſtochio Marchicus, Med. D. & Pract. Lubec., ſimulqve Archiater Elect. Brandeb. & Holſato-Plönenſis, ſup. A. 1665. *T. II. p. 2.*

ADALBERO, Archiepiſc., ab A. 1123., Hamburg. & Brem., M. A. 1148. *T. II. p. 2. 3.*

ADALBERTUS Saxo, Comes Wettinenſis, Archiepiſc., ab A. 1044., Hamburg. & Brem., M. d. 16. Mart. A. 1072. *T. II. p 3-12.*

ADALDAGUS, Nob. Holſ., e Canonico Hildeſienſi, Archiepiſc., ab A. 936., Hamburg. & Brem., triumqve Ottonum, Imperatorum, Cancellarius, M. d. 28. Apr. A. 988. *T. I. p. 2. & T. III p. 1-5.*

ADALGARIUS, Nob. Holſ., e Monacho Corbejenſi Archiepiſc., ab A. 888., Hamburg. & Brem., M. d. 9. Maji A. 909. *T. I. p. 2. 3. & T. III. p. 5-8.*

Mag. ADAMUS, Canonicus Sec. XI. Bremenſis, Cimbrorum Doctor, ſup. A. 1073. *T. II. p. 12-17.*

Joh. ADAMI, Scriptor ætatis incertæ dubius. *T. I. p. 3.*

Joh. Jac. ADAMI, Rendesburgenſis, J. U. D. & Advoc. Glückſtad., ſup. A 1709. *T. I. p. 3.*

Wolfg. Henr. ADELUNG, Hamburg., Scholæ pauperum Catharinææ in patria Pædagogus, ſup. A. 1706. *T. I. p. 3.*

Laur. ADTSEN, Scholæ Tonning. Rector, & dein Paſt., ab A. 1582., Witzwortenſis in Eiderſtadia, M. A. 1603. *T. I. p. 3.*

Barth. Chriſt. ÆGIDIUS, Bulderupa Cimber, Paſt., c. A. 1704., Warniſſenſis. *T I. p. 3.*

M. Joh. ÆGIDIUS, Ripenſis, e Concionatore aulico, & Paſtore Nicolaitano Hafnienſi, Epiſcopus, ab A. 1595., Aarhuſienſis, M. d. 11. Dec. A. 1626., æt. 76. *T. I. p. 3. 4.*

Frid. ÆPINUS, Hamburgenſis, Franciſci I., Ducis Saxo-Lauenburg., Secretarius intimus, & Conſiliorum tandem Præſes Ratzeburgenſis, ſuperſtes A. 1570. *T. I. p. 4.*

Joh. ÆPINUS, Marchicus, Th. D., Scholarum Gryphiswaldenſis ac (circa A. 1525.) Stralſundenſis Rector, & urbis deinde Hamburgenſis Paſtor, ab A. 1529., Petrinus, atqve, ab A. 1532., Superintendens, M. d. 13. Maji A. 1553., æt. 54. *T. II. p. 17-25.*

Foppius *Schuetmanus* ab AITSEMA, Eqves Weſtfriſius, J. U. D., Duc Brunſvic. & Ordinum Belgii Foed. Conſiliarius, atqve Legatus ad Civitates Hanſeaticas Lubecæ ordinarius, ſuperſtes A. 1636 *T. II. p. 25. 26.*

Leo ab AITSEMA, Doccomia Friſius, Civitatum Hanſeaticarum & Hamburgenſis Legatus ad Ordd. Belgii foederati & Anglos ordinarius, M. d. 23. Febr. A. 1669., æt. 69. *T. II. p. 26-28.*

Dethl. ALARDUS, Brunsbüttela Dithmarſus, Scholæ Itzehoenſis Conrector, M. A. 1694. *T. I. p. 4.*

Franc. ALARDUS Sen., Bruxellenſis, Paſtor Luth. Antwerpienſis, Nordanus, Kellinghuſanusqve, denuo, ab A. 1567., Antwerpienſis, ac tandem, per decennium, Wilſtrienſis, M. d. 10. Sept. A. 1578. *T. II. p. 28.*

Franc. ALARDUS Jun. Paſt. ad D. Margaretæ in Stormaria, c. A. 1618. *T. I p. 4.*

Franc. ALARDUS III., Süderovienſis, Paſt. in Stormaria, c. A. 1690., Neüenkirch. *T. I. p. 4.*

Guilh. ALARDUS, Wilſtrienſis, Conrector (ab A. 1595.) & Paſtor (ab A. 1608.) Crempenſis, M. d. 8. Maji A. 1645. æt. 72. *T. I. p. 4-7.*

Lamp. ALARDUS Sen., Crempenſis, Th. Lic., Diaconus, ab A. 1625., Crempenſis, & Paſtor, ab A. 1630., Brunsbüttelenſis, M. d. 29. Maji A. 1672. æt. 70. *T. I. p. 7-10.*

M. Lamp. ALARDUS Jun., Brunsbüttelenſis, Paſtor in Dithmarſia Windbergenſis, & poſtea, circa A. 1721., in Stormaria Süderovienſis. *T. I p. 10.*

Nicol. ALARDUS I., Wilſtrienſis, Med. D. & in patria, circa A. 1640., Practicus. *T. I. p. 10.*

Nicol. ALARDUS II., Süderovienſis, Th. D., Paſtor, ab A. 1675., Tonningenſis, ſimulqve Eiderſtadiæ, ab A. 1682., Præpoſitus, ac tandem Superintendens, ab A. 1686., Comitatuum Oldenburgici & Delmenhorſtani, M. M. Oct. A. 1699., æt. 55. *T. I. p. 10-11.*

Nicol. ALARDUS III., Tonningenſis, e Diacono in Dithmarſia Neoſanenſi Paſtor, circa A. 1721., Steinbeccenſis. *T. I. p. 11.*

ALBERTUS, Canonicus Bremenſis, Legatus Pontificius, Epiſcopatus Lubecenſis, ab A. 1247., Proviſor, & tandem, ab A. 1254. Epiſcopus ac Archiepiſcopus Rigenſis, M. c. A. 1272. *T. I. p. 11. 12.*

Eraſmus ALBERUS, Sprendinga Francus vel Wetteravus, Th. D, poſt alia officia diverſis in locis ſacra, Joachimi II., Elect. Brandeb., Eccleſiaſtes aulicus, Paſtor, circa A. 1543., Stadenſis, Superintendens, ab A. 1545, Rotenburgenſis, Paſtor, circa A. 1551., Magdeburgenſis, Hamburgi A. 1552. exul, & tandem Superintend. A. 1553. Neo-Brandeburg. in Duc. Megap., M. d. 5. Maji A. 1553. *T. II. p. 29-31.*

M. Dan. ALBINUS, Satrupenſis Cimber, e ſobolis Ducalis Holſato-Gottorp. Præceptore pagi patrii Paſtor, M. M. Mart. A. 1691. *T. I. p. 12.*

Jac ALBINUS, Hamburgenſis, Med. D. & in patria, circa A. 1620., Practicus. *T. I. p. 12.*

Laur. ALBRECHT, Bibliopola, circa A. 1600., Lubecenſis. *T. I. p. 12.*

Jac. ALDEY, Magiſter artis nauticæ, circa A. 1592., Lubecenſis *T. I. p. 12.*

Bened. ab ALEFELD, Eqves Holſ., Dynaſta Geltingenſis, & Cœnobii Prezenſis, ab A. 1576. Præpoſitus, M. d. 13. Apr. A 1586. æt. 80. *T. I. p. 12. 13.*

Bened. ab ALEFELD, Eqv. Holſ., Dynaſta Haſeldorfienſis, Adolphi, Ducis Holſato-Gottorp., Conſil. Intimus, & Cœnobii Prezenſis, circa A. 1565., Præpoſitus, ſuperſtes A. 1581. *T. I. p. 13.*

Chriſt. ALB. ab ALEFELD, qvi A. 1694. vixit. *T. I. p. 13.*

Dethl. ab ALEFELD, Eqv. Holſ., Toparcha Haſeldorf. &c., Frid. III. & Chriſt. V., Regum Daniæ, Conſil. Intimus & provincialis Cimbricus, Præfectusqve (ab A. 1652. ad 1680.) Flensburgenſis, M Nov. A. 1686. mortuus. *T. I p. 13.*

Fridericus, Comes ab ALEFELD, Langeland & Rixingen, Baro a Moersburg, Dynaſta Gravenſteinii &c., Frid. III., Regis Danici, Prorex, ab A. 1663., Cimbricus, ſimulqve Conſil. Intimus ac provincialis, & Præfectus Steinburgenſis atqve Dithmarſicus, Chriſtiani V. autem Cancellarius, ab A. 1676., Magnus, M. d. 7 Jul. A. 1686., æt 63. *T. I. p. 13. 14.*

Godſchalcus ab ALEFELD, Eqves Holſ., Decr. Doctor, e Canonico Præpoſitoqve Sleſvicenſi, & Cancellario Ducali, Epiſcopus, ab. A. 1507., Sleſvicenſis, Pontificiorum ultimus, M. d. 25. Jan. A. 1541. *T. I. d 14. 15. 16.*

Henr. ab ALEFELD, Eqv. Holſ., Toparcha Sec. XVII. Lindovienſis. *T. I. p. 16.*

Wolfg. ab ALEFELD, Eqv. Holſ., Dyn., c A. 1640., Hüttenſis. *T I. p. 16.*

Franc. ALGERMANN, Hamburgi, circa A. 1604., commoratus *T. I. p. 16.*

- - ALMIRIUS, Hamburgenſis, Sec. XVII. Nauclerus *T. I. p. 16.*

Joh. Wilh. ALRUZ, Med. D. & Practicus, circa A. 1704., Hamburgenſis. *T. I. p. 16.*

Jac. ALSTEIN, Com. Pal. Cæſ., ex Henr. IV., Regis Galliæ, Medico Chymicus, circa A. 1620., Hamburg. *T. II. p. 31.*

Joh. ALTHORST, Hamburgi A. 1643. commoratus. *T. I. p. 16.*

Joh. Henr. ALTMANN, Glückſtadienſis, J. U. D. & Practicus, c. A. 1716., Hamburg. *T I. p. 16.*

AMALARIUS FORTUNATUS, Germanus, Monachus Bened. Luxovienſis, Archiepiſc., ab A. 810., Trevirenſis, & Relig. Chriſtianæ apud Hamburgenſes A. 811. Doctor, M c. A. 814. *T. II. p. 34-36.*

David AMBSING, Hamburgenſis, J. U. D. & Syndicus, circa A. 1658., Hannoveranus. *T. I p. 16.*

Joh. AMBSING, Hannoveranus, J. U. D., Conſiliarius, circa A 1704., Brunſvico-Hannoveranus, & urbis Hamburgenſis Incola. *T I. p. 36.*

Zimbertus AMBSING, Hamburgenſis, J. U. Lic. M. A. 1696. *T. I p. 17.*

M. Andr. AMDERS, Tunderenſis, e Scholæ patriæ Rectore Paſtor, ab A. 1650., Buekark. *T. I p. 17.*

M. Chriſt. Henr. AMDERS, Cimber, Præſidii Gottorp., c. A. 1700., Eccleſiaſtes. *T. I. p. 17.*

Chriſtoph. Her. AMTHOR, Stolberga Thuringus, Juris & Polit. Profeſſor, ab A. 1704., Kilonienſis, deinde vero, ab A. 1713., Frid. IV., Regis Danici, Conſiliarius & Hiſtoriographus, Præſesqve Rendesburgenſis, M. d. 21. Febr. A. 1721. *T. II. p. 36-37.*

Henr. Corn. ANCHINOANDER, Winſtingenſis, Med. D, Γλωσσοδιδάσκαλος, circa A. 1615., Hamburgenſis. *T. II. p. 38.*

Adr. Alb. ANCKELMANN, Hamburg., J. U. D. & in patria, circa A. 1716., Practicus.

Diet. ANCKELMANN, Hamburg., J. U. D. & in patria, circa A. 1707., Practicus.

Diet. Joh. ANCKELMANN, Hamburg., J. U. D (circa A. 1716) *T. I. p. 17.*

Eberh. ANCKELMANN, Hamburg., Th Lic. & LL Or. in Gymnaſio patriæ, ab A. 1675., Profeſſor, M. d. 1. Nov. A. 1703., æt. 63. *T. I. p. 17. 18.*

Theod. ANCKELMANN, Hamburg., J. U. Lic. & in patria, circa A. 1706., Practicus. *T. I. p. 18.*

M. Paulus ANCKERSEN, Paſtor, circa A. 1614., Staarupenſis in agro Hathersleb. *T. I. p. 18.*

Chriſtianus Andreæ ARREBOE, Arroenſis, Paſtor, circa A. 1670., Nebbelundenſis & Sedingenſis in Hollandia. *T. I. p. 18.*

Georg. ANDERSON, Tunderenſis, Nomarchiæ Croppenſis Judex, circa A. 1669., ruralis. *T. I. p. 18*

Jac. ANDERSON, Holſatus, Theol. (circa A. 1690.) Studioſus. *T. I. p. 18. 19.*

Joh. ANDERSON, J. U D., Urbis Hamburgenſis ab A. 1702. Secretarius, ab A. 1705. Syndicus, & ab A. 1723. Conſul. *T. I. p. 19*

Joh. Chriſtoph. ANDREÆ, Paſtor in Anglia Cimbrica, circa A. 1697., Cappelenſis *T. I. p. 19.*

Pet. ab ÆNGELEN, Anglo-Cimber, Paſtor in Batavia Lutheranus Mönchendamenſis & Leerdamenſis, ac Incola tandem Alemariæ, circa A. 1661., privatus. *T. I. p. 19.*

Henr. ANGELUS, Prezenſis, circa A. 1625. *T. I. p. 19.*

Jonas ANGELUS, Ardaliburgenſis Saxo, Eccleſiaſtes, circa A. 1647., Granſinenſis. *T. II. p. 38.*

M. Abrahamus Andreæ ANGERMANNUS, Svecus, Scholæ Holmienſis Rector, Paſtor Oregrundenſis & Salawichenſis, Lubecæ & Hamburgi, ab A. 1579., per 13. annos, exul, tandemqve Archiepiſcopus, ab A. 1594., Upſalienſis, A. 1599. loco motus, ac A. 1607. mortuus *T. II. p. 38. 39.*

ANSGARIUS, Gallus, Monachus Cœnobii Corbejenſis Benedictinus, Scholæ iſtius, ab A. 817., Rector, Archiepiſcopus, ab A. 832., Hamburgenſis, ſimulqve Epiſcopus, ab A. 848., Bremenſis, d. 3. Febr. A. 865. mortuus (æt. 64.) *T. II. p. 39. 40. & T. III. p. 8-35.*

Matthias ANSGARII, Coldingenſis, Scholæ in Jutia Fridericianæ, ab A 1701. ad 1706., Rector, Math. infer. Profeſſor, ab A. 1709., Hafnienſis, ab A. 1720. Paſtor in Amagria Tornebyenſis. *T. I. p. 19.*

Conr. ab ANTEN, J. U. Lic. & Practicus, circa A. 1593., Lubecenſis. *T. I p. 19.*

Henr. ab ANTEN Hamburgenſis, J. U. D., Ædis in patria cathedralis, ab A. 1622., Canonicus &, ab A. 1639., Senior, M. d. 7. Jun. A. 1645., æt. 53. *T. I. p. 19. 20.*

Henricus AQUILONIPOLENSIS, Witebergenſis, Academiæ patriæ, & Civitatum Lubecenſis ac Hamburgenſis, Poeta, ſuperſtes A. 1514. *T. II. p. 40. 41.*

Georg. Chriſt. ARBO, Sleſvicenſis, Paſtor in vicinia patriæ, circa A. 1719., ruralis. *T. I. p. 20.*

Arn. Henn. ARENDS, Tunderenſis, J. U C., c. A. 1701. *T. I. p. 20.*

Balth. AREND, Glückſtadienſis, Paſtor, circa, A. 1668, Delmenhorſtanus, &, circa A. 1676., Beerdenſis in Oſtfriſia, Mort. A. 1687. *T. I p. 20.*

Cajus AREND, Hanrovienſis, Diaconus, ab A. 1639., Neodorpienſis, &, ab A. 1654, Glückſtadienſis, Arcis ibidem, ab A. 1661., Paſtor, & Præpoſitus tandem ac Paſtor, ab A. 1678., in Dithmarſia Meldorpienſis, M. d. 14. Mart. A. 1691., æt. 77. *T. I. p. 20. 21.*

Eberh. ARENDS, Hamburg., Diaconus, ab A. 1715., Gruntoftenſis *T. I. p. 21.*

Joh. Georg. ARENS, Glückſtadienſis, Med. D. & Poliater, circa A. 1691., Wismarienſis *T. I p. 21.*

Joh. Joach. ARENDS, Tunderenſis, Paſtor, ab A. 1714., Riſumenſis. *T. I. p. 21. 22.*

Pet. AREND, qvi A. 1661. vixit. *T. I. p 22*

Frid. ARNKIEL, Apenradenſis, patriæ, circa A. 1718., Advocatus, &, ab A. circiter 1723., Conſul. *T. I. p. 22.*

M. Trogillus ARNKIEL, Tollſteda Cimber, Cœnobii Kilonienſis primum Eccleſiaſtes, deinde Præpoſitus ab A. 1672. Apenradenſis, ab A. 1686. Holſaticus Ducalis, &, ab A. 1689., iterum Apenradenſis, M. A. 1712. *T. I. p. 22. 23. 24.*

M. Dan ARNOLDI, Bergerdorpienſis, Scholæ Hamburgenſis, ab A. 1623., Conrector, & ab A. 1641. Rector, M. d. 18. Jun. A. 1651., æt. 56. *T. I. p. 24.*

ARNOLDUS, ex Monacho Brunſvicenſi Ægidiano, & Præpoſito Hildeſienſi, Abbas LUBECENSIS primus, ab A. circiter 1175., Johannæus, ſuperſtes A. 1209. *T. II. p. 41. 42. 43.*

- - ARNOLDUS, Lubecenſis, Scriptor Sec. XVII. dubius *T. I. p. 24.*

Joh. ARNOLDI CORVINUS, Leidenſis, patriæ primum, ab A. 1606., Eccleſiaſtes, dein Fridericopoli, ab A. 1622., ob Arminianiſmum, exul, tandem Advocatus, ab A. 1625., ſimulqve poſtea Juris Prof. Amſtelodamenſis, M. A. 1650. *T. II. p. 43. 44. 45.*

Pet. Frid. ARPE, Kilonienſis, J. U. C. & in Acad. patria, ab A. 1721., Profeſſor. *T. I. p. 24. 25.*

Gabr. de ARTIS, Gallus, J. U. D., Eccleſiaſtes primum apud Ruthenos Milliardenſis Reformatus, Hamburgi A. 1694. & ſeqq. exul, Paſtor deinde, circa A. 1700., Eccleſiæ Gallicæ Berolinenſis, ſuperſtes A. 1719. *T. II. p. 44. 45.*

Conr. ab ASWEDE, Bremenſis, J. U. D., Conſul & Advocatus Sleſvicenſis, M. A. 1694. *T. II. p. 46.*

Joh. AURIFABER, Huſenſis, Profeſſor Hafnienſis, ab A. 1556., Pædagogicus, &, ab A. 1562., Dialectico-Rhetoricus, ſimulqve Bibliothecæ Regiæ Præfectus. M. d. 29. Jan A. 1602., æt. 85. *T. I. p. 25.*

Pet. AXENIUS, Huſenſis, Secretarius Ducalis Holſaticus, ac ICtus deinde & Advocatus Sleſvienſis, M. A. 1707. *T. I. p. 25. 26.*

B.

Andr. Georg. BABBE, J. U. D. & Practicus, circa A. 1706., Hamburg. *T. I. p. 26.*

Joh. Eraſmi BACCHERUS, Rudkopia Langelandus, c A. 1642. in Arroa commoratus inſula, Paſtor dein Petrinus in Seelandia Danica Neſtvedenſis, M. d. 2. Mart. A. 1663. æt. 52. *T. II. p. 46.*

Georg. Frid. BACHMANN, Inſulæ Arniſſenſis, circa A. 1690., Paſtor, & Diaconus, circa A. 1699., Eckerntördenſis, M. A. 1702. *T. I. p. 26.*

Joh. BACHMANNUS, Scholæ Neomonaſterienſis, circa A. 1684., Rector. *T. I. p. 26.*

Arn BACKHUSIUS, Lubecenſis, Poeta & Philologus, A. 1635. ſuperſtes. *T. I. p. 26. 27.*

Aug. Severus BACKHUSIUS, Döbriza Thuringus, Med. Lic. & Practicus, circa A. 1666., Möllenſis. *T. II. p. 46.*

Henr. BACMEISTERUS Sen., Roſtochienſis, J. U. D., JCtus Lubecenſis, ſimulqve Civitatis Lüneburgenſis Conſiliarius ac Præpoſitus Johanneus, M. A. 1629., æt. 45. *T. II. p 46.*

Henr. BACMEISTERUS Jun., Lubecenſis, J. U. D., ex Præfecto Neopyrgenſi & Heidenhemienſi Acad. Tubing, ab A. 1655., Secretarius, tandemqve Conſiliarius Würtenbergicus, A. 1679. ſuperſtes. *T. I. p. 47.*

Joh. BACMEISTERUS, Travemundenſis, Med. D. & Profeſſor, ab A. 1710., Tubingenſis, ſimulqve, circa A. 1719., Archiater Durlaco-Badenſis. *T. I. p. 27.*

Lucas BACMEISTERUS Sen., Lüneburgenſis, Th. D., Dorotheæ, Reginæ Danorum viduæ, Concionator aulicus, ab A. 1559., Coldingenſis, deinde vero Roſtochii, ab A. 1562., Theol. Prof. ac Paſtor Marianus, &, ab A. 1592., Superintendens, M. d. 9. Jul A. 1608., æt. 78. *T. II. p. 46-50.*

Matthæus BACMEISTERUS, Roſtochienſis, Med. D. & Practicus, ab A. 1607., Kilonienſis, ab A. 1612. Roſtochienſis, tandemqve Poliater, ab A. 1616., Lüneburgenſis, ac ſimul Archiater, ab A. 1621., Saxo-Lauenburgicus, M. d. 7. Jan. A. 1626., æt. 46. *T. II. p. 50. 51.*

Matth. Diet. BACMEISTERUS, Roſtochienſis, Med. D. & Pract. Lubec, M. d. 1. Apr. A. 1704., æt. 33. *T. II. p. 51.*

Sebaſt. BACMEISTERUS, Otterndorfio Hadelienſis, Paſtor, ab A. 1676., Travemundenſis, M. d. 14. Maji A. 1704., æt. 58 *T. II. p. 51.*

Herm. BADENHAUPT, Chori Muſici in templo arcis Glückſtadienſi, c. A. 1674., Director. *T. I. p. 27.*

Joh. de la BADIE, Burgo Aqvitanus, ex Jeſuita Canonicus & Paſtor Nicolaitanus, ab A. circiter 1640., Ambianenſis Pontificius, deinde vero Paſtor Reformatus, ab A. 1650., Montalbanenſis, ab A. 1657. Arauſionenſis, ab A. 1659. Genevenſis, & ab A. 1666. Middelburgenſis, tandemqve Cœtus ſui ſchismatici, ab A. 1669. Veriæ & Amſtelodami, ab A. 1670. Hervordiæ, & ab A. 1672. Altonaviæ Antiſtes, M. d. 2. Febr. A. 1674., æt. 64. *T. II. p. 51. 52. 53. & Tom. III. p. 35-56.*

Bened. BAHNSEN, Eiderſtadienſis, Arithmeticus, circa A. 1665., Amſtelodamenſis. *T. I. p 27. 28.*

Bened. BAHRIUS, Eutinenſis, J. U. D., Rector & poſtea Senator Stralſundenſis, M. d 25. Aug. A. 1670. *T. I. p. 28.*

Hier. BAHRIUS, Hamburgenſis, Theol., circa A. 1712., Studioſus. *T. I. p. 28.*

Joh. Chriſtianus de BÄHR, Tunderenſis, J. U Lic, urbis patriæ Advocatus &, ab A. 1708, Conſul

Ludolphus de BÄHR Sen. Tunderenſis, J. U. Lic. & patriæ, circa A 1686, Advocatus.

M. Ludolphius de BÄHR Jun., Tunderenſis, Paſt. ruralis, c. A. 1684., Schwanzenſis.

Wolfg. BAHRIUS, Paſtor in Wagria, circa A. 1644., Süſſelenſis *T. I. p. 29.*

Alb. BALEMANN Sen. Lubecenſis, ædis in patria Marianæ, ab A. 1643., Diaconus, &, ab A. 1668., Paſtor, M. d. 25 Jun. A. 1672, æt. 57. *T. I. p. 29.*

Alb. BALEMANN Jun., Lubecenſis, Inſulæ Albis Kirchwerderanæ c. A. 1701., Paſtor. *T. I. p. 29.*

M Franc. BALEMANN, Lubecenſis, Diaconus in patria, ab A. 1689., Marianus, M. d. 10. Dec. A. 1712., æt. 51. *T. I. p. 29.*

Frid.

Frid. BALEMANN, Lubecenſis, J. U. D., Conſiliarius, ab A. 1678, Oſtfriſicus, &, ab A. 1692., Anhaltino-Serveſtanus, ſimulqve Judex Jeveranus provincialis. *T. I. p. 29.*

M. Georg. BALEMANN, Lubecenſis, Diaconus patriæ, ab A. 1673., Marianus, M. d. 13. Aug. A. 1688., æt. 41. *T. I. p. 29.*

Henr. BALEMANNUS III., Lubecenſis, J. U. D., Patriæ primum Secretarius, dein ab A. 1675. Syndicus, & ab A. 1680. Senator, M. d 20. Jul. A 1693., æt 50. *T. I. p. 29 30*

Henr. BALEMANNUS IV., Lubecenſis, J. U. Lic, patriæ, ab A. 1702., Secretarius, ab A. 1717., Senator, &, ab A. 1724., Conſul. *T. I p 30.*

M. Georg. BALTHASAR, Lubecenſis, Eccleſiaſtes Wismarienſis, ab A. 1632., Georgianus, M. A. 1660. *T. I. p. 30*

M. Thom. BALTHASAR Jun., Lubecenſis, Eccleſiaſtes Wismarienſis, ab A. 1655., Marianus, A. 1672. ſuperſtes. *T. I p 30.*

Joh. BAMBAMIUS, Otterndorfio Hadelienſis, J. U. D. & Practicus Hamburg., M. A. 1699. *T. II. p. 53. 54.*

M. Hartwigus BAMBAMIUS Jun., Hamburgenſis, Theol., c. A. 1716., Studioſus. *T. I. p. 30.*

M. Henr. BANGERTUS, Sudecca Waldecenſis, Scholæ Mindenſis Conrector, Oldenburgenſis, ab A. 1635., Rector, & Lubecenſis tandem, ab A. 1643., Conrector, ac, ab A. 1664., Rector, M. d. 30 Jun A. 1665, æt. 55. *T. II. p. 54. 55. 56*

M. Matthias BANGIUS, Medelfardia Fionus, Conrector, ab. A. 1651., Ripenſis, & Ottoniæ poſtea Scholæ, ab A 1653., Rector, Gymnaſiiqve, ab A. 1663., Profeſſor, M. A. 1668. *T II p. 56.*

M. Vitus BARBAROSSA, Otterndorfio Hadelienſis, urbis Itzehoenſis, ab A. 1625., Diaconus, & deinde Paſtor, ſimulqve Præpoſitus, ab A. 1633. Munſterdorfienſis ac Segebergenſis, M d. 4. Mart. A. 1651., æt. 60. *T. II. p 56.*

Andr. BARBY, Nobilis Magdeburgicus, Chriſtiani III., Regis Daniæ, Cancellarius Germanicus, Præpoſitus Roeſchildenſis ac Wiburgenſis, & Epiſcopus tandem, ab A. 1555., Lubecenſis, M. d. 3. Aug A. 1559, æt. 51. *T. II p. 56 57*

Alb. a BARDOWICK, Lubecenſis, Patriæ Senator & Cancellarius, M. A. 1316. *T. I. p. 30.*

Franc BARINGIUS, Venlona Geldrus, e Presbytero Pontificio Colonienſi Eccleſiaſtes Lutheranus Elverſtorpienſis (in Duc. Luneb., Crempenſis, Buxtehudanus & Hamburgenſis, ab A 1557 ad 1563., Petrinus, Superint. Saxo-Lauenburgicus, & tandem, ab A. 1582, Paſtor Butovienſis. *T. II p. 57*

Vinc. BARSICIUS, Poeta Cimbriæ, circa A. 1675., adoptivus. *T. II. p. 57*

Matthias BARTELS, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, circa A 1706., Practicus. *T. I. p. 30.*

Pet. BARTELS, Hamburgenſis, J. U. Lic., Patriæ, ab A. 1722, Senator. *T. I. p 31*

M. Georg. BARTHIUS, Osnabrugenſis, Scholæ Hamelenſis Rector, Eccleſiaſtes Osnabrugenſis, Diaconus Lubecæ, circa A. 1553., Marianus, Paſtor ibidem, ab A. 1557., Ægidianus, & tandem Ord. Eccl. Senior, M. d. 20. Sept. A. 1595. *T. II. p. 57. 58.*

Pet BARTHOLDI, Güſtrovienſis, Paſtor Raleſtedienſis, & poſtea Concionator, ab A. 1585., aulicus Gottorpienſis, A. 1599. ſuperſtes. *T. II. p. 58.*

BARTHOLDUS, Canonicus, & deinde Epiſcopus, ab A. 1208., Lubecenſis, Mort. c. A. 1231. *T. I. p. 31.*

Paulus BARVER, Sleſvicenſis, J. U. D., qvi A. 1651. vixit. *T. I. p. 31.*

Gothofr. BARWASSER, Theol. Stud., circa A. 1702., Hamburgenſis. *T. I. p. 31.*

Pet. BASSE, Capitaneus in oppido Möllenſi, circa A. 1653, Lubecenſis. *T. I. p 31.*

Bartholom. BATTUS, Hamburgenſis, Th D., & Logices ab A. 1596., Theologiæ autem, ab A. 1599., Profeſſor Gryphiſwaldenſis, ſimulqve Paſtor Jacobæus, M d. 3. Nov. A. 1639, æt 63 *T. I. p. 31 32. 33.*

Aug. Frid. BAUCHIUS, Eutinenſis, Med- Doctor A. 1723. creatus. *T. I. p. 33.*

Joh Leonh. BAUER, Magdeburgenſis, J. U. D. & Practicus circa A. 17 9., Hamburgenſis. *T. I. p. 59.*

Joh. Chriſtoph. BAUTZMANN, Hamburgenſis, Med D & Practicus ab A. 1674 Stadenſis, circa A. 1716 vero Hamburgenſis. *T. I. p. 33.*

Bartholom. BAXEN, Strandfriſius, Theol. c. A. 1594. Studioſus. *T. I. p. 33.*

Joh. BEATUS, Eccleſiaſtes initio Lutheranus, circa A. 1566., Antwerpienſis, Diaconus, ab A. 1566., Marianus Lubecenſis, Paſtor Nicolaitanus, ab A 1568. ad 1569., Roſtochienſis, & tandem, usqve ad A. 1579., in Batavia Wordenſis. *T II. p. 58. 59*

Joach. BECCAU, Burga Femarienſis, Scholæ Neomonaſterienſis, ab A. 1720., Rector. *T. I. p. 33.*

Hieron. Franc. BECCELER, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, circa A. 1716., Practicus. *T. I. p. 33*

Joh BECHER, Incola circa A. 1698. Hamburgenſis. *T I p. 33.*

Dav. a BECKE, Mindenſis, Med D. & Practicus Hamburgenſis, M. d 24. Oct. A. 1684., æt. 37. *T. II p 59*

M. Chriſtoph Baſileus BECKERUS, Ilma Schwartzburgicus, ab A. 1632., Conrector Huſenſis, Eccleſiaſtes in Dithmarſia, ab A. 1634, Tellingſtedenſis, Paſtorqve, circa A 1640., Kilonienſis, cum meretrice tandem A. 1650. profugus *T. II p. 60.*

Diet. BECKERUS, Muſicus & Fidicen Senatorius, circa A. 1679., Hamburgenſis. *T. I. p. 33.*

M. Gothofr. BECKERUS Lennepa Weſtphalus, Scholæ Huſenſis, ab A. 1629., ultra IV. luſtra, Rector, M. d. 12. Mart. A. 1652. *T. II. p. 60.*

Jac. BECKERUS, Sleſvicenſis, Advocatus Hafnienſis & Secretarius Regius, M c. A. 1684. *T. I. p. 33. 34.*

Joh BECKERUS ſive PISTORIUS, Holſatus, Paſtor, circa A 1642., Haſeldorfienſis *T. I. p. 34.*

Joh. Adolphus BECKERUS, Conſul, circa A. 1654., Sleſvicenſis, & Eccleſiarum Holſato-Gottorpienſium Commiſſarius generalis. *T I p. 34.*

Joh. Joſephus BECKIUS, Argentinenſis, Secretarius, circa A 1680., Eckernfördenſis *T. II. p. 60.*

BARTHOLDUS BECKMANNUS Senior, Hamburgenſis, J U C. (circa A 1643.) *T I. p. 34.*

BARTHOLDUS BECKMANNUS Jun., Hamburgenſis, J U. D. & in patria, circa A 1704. Practicus. *T. I. p. 34.*

Dethl. BECKMANNUS, Tunderenſis, Diaconus, ab A. 1673., Itzehoenſis, &, ab A. 1680., Hamburgenſis Nicolaitanus, M d 18. Jul. A. 1684., æt. 39. *T. I p 34.*

Joh. BECKMANNUS, Hamburgenſis, J. U. D. (circa A. 1584.) *T. I. p. 34. 35.*

Lucas BECKMANNUS Sen., Hamburgenſis, J. U. D. & Prof., ab A. 1599, Witebergenſis, ſimulqve Chriſtiani II., Elect. Saxon., Conſiliarius, Viduæqve ejus, Hedwigis Danicæ, ac Magdalenæ, Ducis Anhaltinæ, Cancellarius, M. d. 7. Febr. A. 1624., æt. 54 *T. I. p. 35.*

Lucas BECKMANNUS Jun., Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, circa A. 1704., Practicus *T. I p 35.*

Nicol. BECKMANNUS, Heida Dithmarſus, J. U. D. & Profeſſor, ab A. 1667. ad 1673., in Scania Londinenſis, deinde, poſt apoſtaſiam, Leopoldi Imp. & Cardinalis Badenſis, circa A 1678., Conſiliarius, Cœnobiiqve S. Michaelis, Bambergæ vicini, Cancellariæ Director. *T. I. p. 35. 36. 37.*

Nicol BECKMANNUS, Tunderenſis, Theol. Stud., Hamburgi M. Dec. . . 1689. mortuus. *T. I p. 37.*

Wolfg. Domin. BEERIUS, Noribergenſis, Theol. Stud exul, Hamburgi, circa A. 1670., mortuus *T II, p. 60. 61.*

Joh. Franc. BEERWINCKEL, Helmſtadienſis, Med. D., Lœmiater, circa A. 1713., & deinde Practicus, circa A. 1716., Hamburgenſis. *T. II. p. 61.*

Brandanus Joh. BEHNIUS, Theol. Studioſus, circa A. 1699., Hamburgenſis. *T II. p. 61.*

Georg. BEIERUS, Gera Variſcus, Joh. Senioris, Ducis Holſato-Hatherslebienſis, per annos 16., Conſiliarius intimus & Cameræ Secretarius, Flensburgi deinde ab A. 1580. commoratus, & A. 1587. mortuus, æt. 65. *T II. p. 61.*

Joh. BEIERUS, Mechanicus, circa A. 1718., Hamburgenſis. *T. I. p 38.*

M. Otto BEIERUS, Flensburgenſis, Patriæ, ab A. 1710., Senator, M. d. 5. Jan. A. 1720. *T I. p. 38.*

Henr. Conr. BEKENDORP, Hamburgenſis, J. U. D., Elect. Brandeburg. Conſiliarius & Conſul Magdeburgenſis, M. d. 22. Mart. A. 1690. *T. I. p 38.*

Oswaldus BELING, Sleſvicenſis, Centurio Holſato-Gottorpienſis, M. A. 1646., æt. 22. *T I p. 38.*

Joh BELIZ, Holſatus, J. U. D., Advocatus, circa A. 1661., Jenenſis, &, circa A. 1683., Pirnenſis. *T. I. p. 38.*

M. Joh BELLINUS, Bannoa Pomeranus, Poeta vernaculus Hamburgenſis, ac Scholarum deinde Parchimenſis & Wismarienſis Rector, M. A 1661. *T. II. p. 61. 62.*

Joh. BENEKE, Zeeſtera Holſatus (c. A 1658.) *T. I. p. 38.*

Rich. BENNICHIUS, Rinkeniſſa Cimber, Diaconus ab A. 1621. Borlumienſis, &, ab A. 1622., Tunderenſis, tandemqve vici Prezenſis, ab A. 1633., Paſtor, M. d. 1. Sept. A. 1641, æt 45 *T. I. p. 38 39.*

Nicol Joh. BENNICHIUS, Tunderenſis, Commiſſarius, circa A. 1671., Danicus. *T. I. p. 39.*

Naamanus BENSEN, Volgsbulla Strandfriſius, J. U. D., Secretarius, ab A. 1653., Lüneburgico-Cellenſis, &, ab A. 16 9., Svecico-Germanicus, M. d. 14. Mart. A. 1 59., æt. 37. *T. I. p 39.*

Sigfr. BENTZEN, Schöneſelda Holſatus, pagi primum patrii Parochus, & Paſtor deinde ac Præpoſitus, ab A. 1703., in Dithmarſia Meldorpienſis, M. A. 1709. *T. I. p. 39. 40.*

Paulus Ludolphus BERCKENMEIER, Lüneburgenſis, Templi Hamburg. Petrini, circa A. 1720., Æditiuus. *T. II p. 62.*

Alb. BERENS, Hamburgenſis, J U. D., Toparcha, circa A. 1663., Wandesbeckenſis. *T. I. p. 40.*

Paulus BERENS, Hamburgenſis, J U D., Dicaſterii aulici in Oſtfriſia Auricenſis, circa A. 1622., Aſſeſſor, &, circa A 1644., Vice-Præſes. *T I. p 40.*

Sebaſt. a BERGEN, Hamburgenſis, J. U. Lic. & Prof. Witeb, ab A. 1584. Extraord, Patriæ autem, ab A. 1587., Secretarius, ab A. 1601. Senator, &, ab A. 1614., Conſul, M d 24. Oct. A. 1623, æt. 69. *T. I. p. 40. 41.*

Andr. Henr BERGENHAUER, Paſtor, ab A. 170., prope Hamburgum, Ochſenwerderanus, A 1717. ſuperſtes. *T II p 62.*

M. Joh. Frid BERGMANN, Eccleſiaſtes aulicus, circa A. 1679., Holſato-Plönenſis. *T. II. p. 62.*

Joh. BERKENDAL, Faber cultrarius Altonavienſis, circa A. 1676., Altonavienſis, ægrotorumqve Paracletus. *T. II. p 62 63.*

M. Mich. BERN, Diaconus circa A. 1693., Weſſelburenſis, &, Paſtor, circa A. 1703. Wandesbeckenſis, A. 1718. ſuperſtes. *T. I p. 41. 42.*

M. Henr. BERNDES, Lubecenſis, Templi primum cathedralis Ratzeburgenſis, deinde, ab A. 1593., Mariani Wiſmarienſis, & tandem, ab A. 1596. Mariani Lubecenſis, Eccleſiaſtes, M. d. 20. Sept. A. 1597. *T. I. p. 42.*

Joh. BERNDES Carlinus, Cimber, Paſtor, ab A. 1554., Broackeranus, ſimulqve Præpoſitus, ab A. 1566., Sundevithiæ, Alſiæ & Arroæ, A. 1588. ſuperſtes. *T. I. p. 42.*

Joh. BERNDES, Parochiæ D. Margaretæ, in agro Wilſtrienſi, circa A. 1601., Paſtor. *T. I. p. 42.*

Chriſtoph. BERNHARDI, Pomeranus, Aulæ Dresdenſis Muſicus, Scholæ Hamburgenſis, ab A. 1664., Cantor, ac Chori Muſici Dresdenſis aulici denuo, ab A. 1674., Præfectus, M. c. A. 1697. *T. II. p. 63.*

M. Naamanus BERNHARDINUS, Huſenſis, Paſtor, ab A. 1619., Hattſtedenſis, &, ab A. 1634., Meldorpienſis, ſimulqve Dithmarſiæ regiæ Præpoſitus, M. d. 20. Dec. A. 1669., æt. 79. *T. I. p. 42.*

M. Marcus BERNHARDINUS, Hattſtedenſis, Math. & Poeſ. Prof., ab A. 1652., Gryphiswaldenſis, M. d. 10. Dec. A. 1668., æt. 41. *T. I. p. 42. 43.*

M. Arn. BERNINCK, Hamburgenſis (c. A. 1674.) *T. I. p. 43.*

M. Joh. Wilh. BESELIN, Tonningenſis, Paſtor, circa A. 1701., Vollerviganus, & Elderſtadiæ ſimul, circa A. 1709., Præpoſitus. *T. I. p. 43.*

Laur. Balth. BESELIN, Sleſvicenſis, J. U. D. A. 1651. creatus. *T. I. p. 43.*

Nicol BESELIN, Sleſvicenſis, J. U. C. c. A. 1673. *T. I. p. 43.*

BESZECO BESZECONIS, Presbyter Sleſvicenſis, circa A. 1512., Pontificius. *T. I. p. 43.*

M. BARTH. BEVER, Hamburgenſis, Gymn. Bordeſholm., c. A. 1643., Subrector. *T. I. p. 43.*

Wern. BEUSTIUS, Hamburgi A. 1642. commoratus. *T. I. p. 43.*

Arn. Chriſt. BEUTHNERUS, Hamburgenſis (c. A. 1719.) *T. I. p. 43.*

Joh. Henr. BEUTHNERUS, Hamburgenſis (c. A. 1715.) *T. I. p. 43.*

M. Joh. Guilh. BIEDERMANN, Lubecenſis, oppidi Miſniæ Geyerani, ab A. 1699., Diaconus. *T. I. p. 43.*

Joach. BIESTER, Hamburgenſis, Med. D. & Practicus ex Londinenſi Hamburgenſis, Patriæ, ab A. 1689., Poliater, &, ab A. 1700., Protophyſicus, A. 1716. ſuperſtes. *T. I. p. 43. 44.*

Joh. Matthias BIESTER, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, c. A. 1716., Practicus. *T. I. p. 44.*

Joh. Pet. BIESTER, Hamburgenſis, Med. D. & in patria, circa A. 1704., Practicus. *T. I. p. 44.*

Matthias BIESTER, Dithmarſus, Eccleſiaſtes Hamburgenſis, ab A. 1668. ad A. 1711., Catharinæus, M. A. 1713. *T. I. p. 44.*

Pet. BIESTER, Hamburgenſis, Med. D. A. 1664. creatus. *T. I. p. 44.*

Ericus BILDE, Kiersgarda Fionus, Nob. Danus, M. Hamburgi d. 27. Maji A. 1675., æt. 40. *T. II. p. 63.*

Andr. BILDERBECK, Lubecenſis, J. U. Lic. & in patria Practicus, M. d. 14. Mart A. 1701., æt. 58. *T. I. p. 44.*

Dan. Matth. BILDERBECK, Theol. Stud. c. A. 1716. Hamburgenſis, *T. I p. 44.*

Joach. Güntherus BILDERBECK, Hamburg., J. U. Lic. & in patria, c. A. 1716., Practicus, Vicariorum Templi cathedralis, ab A. 1716., Decanus. *T. I. p. 44.*

Laur. BILDERBECK, Sverinenſis, J. U. D, Collegii Canonicorum Hamburgenſis, ab A. 1657. ad 1686., Secretarius, ſimulqve Vicariorum, ab A. 1677., Decanus. *T. II p. 63.*

Mart. BILDERBECK, Lubecenſis (c. A. 1607.) *T. I. p. 44.*

Chriſt. BILEFELD, Lubecenſis, Ord. Philoſ. Witeb., ab A. 1646., Aſſeſſor, Superint. ac Paſtor, ab A. 1655., in Comit. Stolberg., Wernigerodanus, &, ab A. 1680., in Miſnia Delitianus, M. A. 1695. *T. I. p. 44. 45.*

Joh. Adolphus BILHARD, Sleſvicenſis, Med. D. & in patriâ, c. A. 1720., Practicus. *T. I. p. 45.*

Timoth. Hilar. BINERUS, Aeoſolenſis Hungarus, Bredſtadii in Cimbria Scholæ Rector ac tandem Paſtor, M. M. Febr. A. 1713. *T. II. p. 63.*

Joh. le BLANC, Rupella Gallus, Paſtor Reformatus Rupellenſis, Altonavienſis (circa A. 1690.), Londinenſis (ab A. 1692.), Hafnienſis (circa A. 1702.), & denuo Altonavienſis (circa A. 1715. & 17 8.) *T. II. p. 63. 64.*

Joh BLANCKIUS, Paſtor ruralis, in Duc. Sleſvic., c. A. 1677., Schwanzenſis. *T. I. p. 45.*

Otto BLANCKIUS, Schönkircha Wagrius, Lubecæ Templi D. Mar. Magd. ab A. 1685., & Petrini ab A. 1687., Eccleſiaſtes, M. d. 11. Nov. A. 1692. *T. I. p. 45.*

Gerh. BLASIUS, Holſatus, Med. D. & Practicus atqve Profeſſor, ab A. 1660., Amſtelodamenſis, Præfectusqve Biblioth. publicæ, M. A. 1682. *T. I. p. 45-48.*

Joh. BLASIUS, J U. D, & Advocatus Leidenſis ac Amſtelodamenſis, A. 1677 ſuperſtes. *T. I. p. 48 49*

Herm. Frid. BLATZEN, Lubecenſis, Templi cathedr. in patria, ab A. 1703., Eccleſiaſtes, A. 1720. ſuperſtes. *T I p. 49.*

Nicol. BLEIER, Senatus Lubec., per annos 37., Muſicus & Cornicen, M. d. 3 Maji A. 1678., æt 68. *T I. p. 49.*

Ant. BLIERSTORP, Colmaria Holſatus, Paſtor in Kedingia, circa A. 1681., Aſſelenſis. *T. I. p. 49.*

Alb. BLOCK, Hamburgenſis, J. U. D. & in patria, circa A. 1704., Practicus. *T. I. p. 49.*

Jac. BLOCK, Hamburgenſis, J. U. Lic. A. 1657. creatus. *T I. p. 40.*

M. Joh. BLOCK, Hildeſienſis, Eccleſiaſtes in Pomerania, ab A. 1665. ad 1683., Cöslinenſis, Sleſvigæ, ab A. 1684. ad 1692, exul, & Concionator tandem caſtrenſis Danicus. *T. II. p. 64.*

Joh. BLOMIUS Hamburgenſis, Bibliothecæ urbis patriæ, ab A. 1657., Præfectus. M. d. 9. Apr. A. 1672., æt. 53. *T. I. p. 49. 50.*

D. Reinholdus BLOMIUS, Hamburgenſis, Conſil. intimus, circa A. 1653., Oſtfriſicus, Juris Profeſſor Heidelbergenſis, Caroli Ludovici, Elect. Palatini, ab A. 1665., Procancellarius, Judiciiqve Præſes ſupremi, tandemqve Svecicus in Germ. Miniſter, & ad Comitia Ratisbonenſia Legatus, Bremæ A. 1689. ſuperſtes. *T. I. p. 50 51.*

M. BERNH. BLUMIUS, Lubecenſis, Scholæ Numburgenſis, circa A. 1613., Rector, Templiqve poſtea Lubecenſium cathedralis, ab A. 1614., Diaconus, &, ab A. 1625., Paſtor, M. d. 4. Jan. A. 1631. *T. I. p. 51.*

Emman. BLUMIUS, Hamburgenſis, Med. C (c. A. 1671.) *T. I. p. 52.*

Jac. BLUMIUS, ex Oldelandia Bremenſis, J. U. D., Protodicaſterii Spirenſis, & urbis deinde Hamburgenſis Advocatus, A. 1681. ſuperſtes. *T. II. p. 64. 65. 66.*

Joach. BLüTING, Judicii provincialis Sleſvigo-Holſatici, & Aulici Gottorpienſis, circa A. 1630., Advocatus. *T. I. p. 52.*

M. Chriſt. BLYMESTER, Hotterneſia Jutus, Scholæ Ripenſis, ab A. 1666., Conrector, & Paſtor deinde, ab A. 1676., ad D. Botulphi Aalburgenſis, M. eodem A. 1676. *T II. p 66.*

M. Ant. BOCATIUS, Sleſvicenſis, Superint. & Paſtor, c. A. 1583., Parchimenſis in Duc. Megapol., M. d. 18. Jul. A. 1600. *T. II. p. 66.*

Conr. BOCHOLT, Cœnobii Prezenſis, circa A. 1286., Præpoſitus. *T. I. p. 52.*

Corn. BöCKELIUS, Hamburgenſis, Med. D. & Poliater Hildeſienſis, A. 1596. ſuperſtes. *T. I. p. 52.*

Hieron. BöCKELIUS, Hamburgenſis, J. U. Lic. & Judicii ſuperioris in patria, circa A 1716., Procurator. *T. I. p. 52.*

Pet. BOCKELMANN, Brunſvicenſis, Scholæ Huſenſis, ab A. 1527., Rector, Parochus, ab A 1540., Hattſtedienſis, & Paſtor, ab A. 1551., Huſenſis, M. d. 20. Aug. A. 1576., æt. 72. *T. I. p. 66.*

Chriſt. Otto a BöCKELN, Lubecenſis, Secretarius, ab A. 1672., in Cancellaria Stadenſi, Sveco-Bremenſis, & deinde Conſiliarius, ab A. 1675., Saxo-Lauenburgicus, M. d. 8 Jun. A. 1676. *T. I. p. 52. 53.*

Guſt. Chriſt. a BöCKELN, Lubecenſis, J. U. D. & Canonicus Hamburg. M. d. 3. Nov. A. 1707. *T. I. p. 53.*

Joh. Gothardus a BöCKELN, Ratzeburgenſis, Lubecæ educatus, J. U. D. & Profeſſor, ab A. circiter 1676, Helmſtadienſis, M. d. 5. Febr. A. 1702., æt. 57. *T. II. p. 66. 67.*

Mart. a BöCKELN Senior, Güſtrovienſis, J. U D., &, ab A. 1637., Conſiliarius Oldenburgicus, ab A. 1643. Collegii Canonicorum Ratzeburgenſis, ab A. 1647. Ordinis Eqveſtris Holſatici, ab A. 1648. Reip. Lubecenſis, Syndicus, ab A. 1666. Conſiliarius Sveco-Germanicus & Legatus Hamburgi ordinarius, ab A. 1670. Ducatuum Bremenſis & Verdenſis, ab A. 1674. Aulæ Gvelpherbytanæ, ab A. 1676. Saxo-Halenſis, ab A. 1678. iterum Gvelpherbytanæ, tandemqve, ab A. 1680. ad 1683., Holſato-Gottorpienſis, Cancellarius, M d. 2. Sept. A. 1688., æt 71. *T. II. p 67. 68.*

Mart. a BöCKELN Junior, Lubecenſis, Conſiliarius Holſato-Gottorp., M. Apr. A. 1701. *T. I p. 51.*

Pet. BöCKELIUS, Antwerpienſis, Hamburgi educatus, Pictor aulicus Sverinenſis, & deinde Wiſmarienſis, A. 1570. ſuperſtes. *T II. p. 68.*

Henr. BOCKMEJER, Immenſa Lüneburgicus, Scholæ primum Brunſvicenſis, deinde Huſenſis, ab A. 1712. usqve ad A. 1716., tandem vero Gvelpherbytanæ, Cantor. *T II. p. 68.*

Arn. BODDEKER, Lubecenſis, J. U. D, A. 1619. ſuperſtes *T. I. p. 53.*

Gerh. BODE, Hamburgenſis, J. U. C. A. 1664. ſuperſtes. *T. I. p. 53.*

Matthias BODE, Hamburgenſis, Mercator patriæ, circa A. 1664. eruditus. *T. I. p. 53.*

M. Joh. BODECKERUS, Hamburgenſis, Paſtor in patria, ab A. 1552., Jacobæus, M d 26. Nov. A. 1564. *T. I. p. 53.*

Joh. BODENIUS, Vici Langenhornenſis, circa A. 1623., Diaconus. *T. II. p. 68.*

Job BOETHIUS, Dithmarſus, J. U. D & Dithmarſiæ borealis, ab A. 1646., Prætor, M. d. 4. Jun. A. 1668., æt. 56. *T. I. p. 53.*

Mart. BOETHIUS, Wilſtrienſis, urbis patriæ, circa A. 1641., Paſtor. *T. I p. 53.*

Matthias BOETHIUS, Strandfriſius, Paſtor in Nordſtrandia, Hersbüllenſis, & dein ab A. 1674., Evensbüllenſis, A. 1623. ſuperſtes. *T I. p. 53 54.*

Mich. BOETHIUS, Dithmarſus, J. U. Licent, Adolphi, Ducis Holſato-Gottorp., circa A. 1562., Conſiliarius, Dithmarſiæ regiæ, ab A. 1567. ad 1574., Prætor, & antea Syndicus, usqve ad A. 1559., provincialis, M d. 3. Oct. A. 1601. *T. I. p. 54.*

Wilh. BOETHIUS, Flensburgenſis, A 1600. ſuperſtes. *T. I p. 54.*

Joh. Dan. BöHME, Theol. Stud. Altonavienſis, circa A. 1704, Reformatus. *T. I. p. 54.*

Gothofr. Chriſt. BOHNE, Lipſienſis, Civis, circa A. 1719., Altonavienſis. *T. II p. 68.*

BRODERUS BOISEN Sen., Strandfriſius, Joh Adolphi, Ducis Holſato-Gottorp., circa A. 1604., Conſiliarius, Cameræ Secretarius & Commiſſarius eccleſiaſticus. *T. I. p. 54.*

BRODE-

BRODERUS BOISEN Junior, Huſenſis, J. U D., urbis patriæ Advocatus, &, ab A. 1681., Conſul, M. M. Apr. A. 1685., æt. 45. *T. I. p. 54.*

Henr. Jul BOKELIUS, Hamburgenſis, Med. D, rei tormentariæ in Exercitu Svecico Præfectus, A. 1643. ſuperſtes. *T. I. p. 54.*

Joh BOKELIUS, Antwerpienſis, Med. D., Practicus, ab A. 1564., & Poliater, ab A. 1566., Hamburgenſis, Med. Prof. in Acad Helmſtadienſi, ab A. 1575., primarius, ſimulqve Archiater Gvelphicus, & tandem denuo Poliater Hamburg. primarius, M. d. 21. Mart. A. 1605., æt 69. *T. II. p. 60.*

Nicol. BOLDEWIN, Scholæ Lubec., circa A. 1573., Præceptor & Arithmeticus. *T. I. p. 54.*

Joh BOLDICHIUS, Sünderburgenſis, patriæ, ab A. 1630., Eccleſiaſtes, & deinde, ab A. 1636. ad 1667., Præpoſitus atqve Concionator aulicus, M. d 4. Apr. A. 1674., æt. 77. *T. I. p. 54.*

M. Ern. Chriſt. BOLDICHIUS, Sünderburgenſis, Eccleſiæ Germanorum Helſingoranæ, & Arcis Coronæburgenſis, ab A. 1677., Symmyſta, &, ab A. 1687., Paſtor, M. A. 1706., æt. 59. *T. I. p 54. 55.*

M. Paulus BOLHORN, Hamburgenſis, Th. Stud., M. A. 1717. *T. I. p. 55.*

Joach. BOLTHENIUS, Hamburgenſis, Paſtor, circa A. 1590., Radelſtettenſis, &, circa A. 1599., Uterſenſis, A. 1628. ſuperſtes. *T. I. p. 55.*

Joh. BOLTEN, Wilſtrienſis, urbis patriæ, circa A. 1677., Paſtor *T. I. p. 55.*

M. Volradus BONHOVIUS, Hamburgenſis, Paſtor, circa A. 1663, in Butjadia Oldenburgica Vorhovenſis. *T. I p. 55.*

Pet. BONNICIUS, Paſtor, ab A. 1604., Leccenſis, M. A. 1647. *T. I. p. 55.*

Arn. BONNUS, Lubecenſis, Patriæ, ab A. 1578., Senator, &, ab A. 1594., Conſul, M. d. 16. Jun. A. 1599., æt. 57. *T. I. p 55. 56*

M. Herm. BONNUS, Qvakenburgo Osnabrugenſis, Prof. Gryphiswald., Johannis, Principis Danici, Præceptor, Lubecæqve tandem Scholæ, ab A. 1530., Rector, ac primus, ab A. 1531., Eccleſiæ Superintendens Lutheranus, M. d. 12. Febr. A 1548., æt. 44. *T. II. p. 70-74.*

M. Jac. BONNUS, Ripenſis, Paſtor in vicinia, ab A. 1595., Darumenſis, ſimulqve poſtea Præpoſitus Giördingenſis, M. d. 19. Mart A. 1649., æt. 75. *T. I. p. 56*

Corn. BONTEKOE, Alcmaria Batavus, Med. D. & Practicus Alcmarienſis, Hagenſis, Amſtelodamenſis, ac (ab A. 1682.) Hamburgenſis, tandemqve Frid. Wilh., Elect. Brandeburg., ab A. 1683., Archiater & Conſiliarius, ac ſimul Prof. Med. Francof. ad Viadrum, M. d. 3. Jan. A. 1685., æt. 38. *T. II. p. 74-79.*

Dan. BOOTS, Hamburgenſis, J. U. D. A. 1657. creatus *T. I p. 56.*

M. Wern. Mich. BORCHOLT, Hamburgenſis, Acad. Eqveſtris Luneburgenſis, circa A. 1719, Profeſſor, & deinde Superintendens, ab A. 1723., Bardovicenſis. *T. I p. 56*

M. Andr. BORDINGUS, Ripenſis, Theol. in patria, ab A. 1664, Lector, ac Poeta aulicus Frid. III., Regis Danici, ab A. 1665., Hafnienſis, M. M. Majo A. 1677., æt. 58. *T. I. p. 56. 57.*

Chriſt. BORDINGUS, Aarhuſienſis, Chriſt. V., Danorum Principis, circa A. 1611., Archiater, & Medicus deinde atqve Canonicus, circa A. 1613., Ripenſis, A. 1619. ſuperſtes. *T. II. p. 79.*

Jac. BORDINGUS Sen., Antwerpienſis, Med. D., Scholæ in Gallia Carpentoratenſis, ab A. 1538., Moderator, Medicus, ab A. 1541., Antwerpienſis, Poliater, ab A. 1545., Hamburgenſis, Med. Prof., ab A. 1549., Roſtochienſis, ſimulqve Archiater Megapol., & tandem, ab A. 1556., Chriſt. III., Regis Danici, Archiater, ac Prof. Med. Hafnienſis, M. d. 5. Sept. A. 1560, æt. 50. *T. II. p 79-84*

Jac. BORDINGUS Jun., Hamburgenſis, J. U. D. & Profeſſor, ab A. 1574., Roſtochienſis, ſimulqve Ulrici, Ducis Megap., Conſiliarius, ejusdem Ulrici, ab A. 1586, Cancellarius, ac Regum ſimul Daniæ Conſiliarius, & tandem Conſul, ab A. 1600., Lubecenſis, M. d. 28. Febr. A. 1616, æt 69. *T. I. p. 57 58.*

Laur. BORDINGUS, Ripenſis, Paſtor & Præpoſitus in Jutia, circa A 1650, Uldborgenſis, A. 1670. ſuperſtes. *T. I. p. 58. 59*

Phil. BORDINGUS, Antwerpienſis, Hamburgi educatus, Poliater Stralſund., M. d. 5. Sept. A. 1565., æt. 24. *T. II. p. 84*

Joh. Godofr. BORGEHLIUS, Lubecenſis, Med. D, patriæ, ab A. 1698., Medicus, &, ab A 1718., Poliater, M. d. 12. Apr. A. 1720., æt 49. *T. I. p. 59.*

Coſmus BORNEMANN, Hatherslebienſis, J. U. D. & Profeſſor, ab A. 1667., Hafnienſis, ſimulqve urbis, ab A. 1684, Conſul, Conſiliarius, ab A. 1689., regius, & Acad. Bibliothecarius, M. d. 3. Sept. A 1692., æt. 55. *T. I. p. 59.*

Dan. BORNEMANN, Diaconus, circa A. 1656, & Paſtor, ab A. 1699., Eckernfördenſis. *T. I. p. 59*

Joh. Chriſt. BORNEMANN, Lauba Luſatus, Med. D. & Practicus, c. A. 1704, Hamburgenſis. *T. II: p. 84. 85*

Boeckelius Paulus BORNFELD, Lubecenſis, Ducum Würtenbergico-Olsnenſium Aulæ, circa A. 1704., Magiſter. *T. I. p. 59.*

Matthias BORNHOLT, Archidiac. Crempenſis, M. A. 1695. *T. I. p. 59.*

Claud. BORRICHIUS, Borchia Ripenſis, Paſtor in Scania, ab A. 1646, ruralis. *T. I. p. 59. 60.*

Olaus BORRICHIUS, Borchia Ripenſis, Med. D., Scholæ Hafnienſis, ab A. 1650. ad 1655, Præceptor, Chym., Botan. & Philol. Profeſſor ibidem, ab A. 1666., Academicus, ſimulqve Medicus Regius & urbanus, ac, ab A. 1686., Tribunalis ſupremi, Cancellariæqve, Aſſeſſor, M. d. 3. Oct. A. 1690., æt. 64. *T. I. p. 60. & T. III. p. 56-72.*

Andr. a BOSTEL, Hamburgenſis, J. U. Lic., Patriæ, ab A. 1702., Senator, M. d. 9. Sept. A. 1707., æt. 35. *T. I. p. 601.*

Lucas a BOSTEL, Hamburgenſis, J. U. D., Patriæ, ab A. 1687., Syndicus, &, ab A. 1709., Conſul, M. d. 15. Jul. A 1716. *T. I. p. 60.*

BARTHOLDUS BOTSACCUS, Lubecenſis, Th. D., Eccleſiaſtes, ab A. 1676., Gieſſenſis, Paſtor Brunſvicenſis, ab A. 1678., Catharinæus, & ibidem, ab A. 1683., Superintendens, tandemqve Hafniæ, ab A. 1693, Paſtor Petrinus Germanicus, ac ſimul, ab A. 1702., Theol. Profeſſor Academicus honorarius, M. d. 16. Apr. A. 1709., æt. 60. *T I. p. 60. 61. 62.*

Joh. BOTSACCUS, Hervordia Weſtphalus, Lubecæ educatus, Th D., Dantiſci, ab A 1631., Gymnaſii Rector & Prof. Theologus, templiqve Trinit. Paſtor, ab A. autem 1643. Antiſtes Marianus, M d. 16. Sept. A. 1674., æt. 75. *T II. p. 85.*

Andr. BÖTTICHER, Hamburgenſis, Judiciorum patriæ, c. A. 1682., Procurator. *T. I. p. 62.*

Huldar. BÖTTICHER, Kilonienſis, J. U. D., A. 1617. ſuperſtes. *T. I. p. 62.*

Joh. Gottliebius BÖTTICHER, Med. D. & Hafniæ, circa A. 1711., Hamburgi autem circa A. 1714., Practicus. *T. II. p. 85.*

Mart. BÖTTIGER, Gymnaſtices in urbe Hamburgenſi, circa A. 1687., Magiſter. *T. I. p. 62.*

Dav. BOVIER, Moeno-Francofurtanus, Med. D. & Practicus Hamburg., M. d. 9. Apr. A. 1704., æt. 64. *T. II. p. 85.*

Joh. BOUKIUS, Hamburgenſis, J. U. D., Patriæ, ab A. 1556., Syndicus, ſimulqve Canonicus, deinde Ducum Megapol., circa A. 1560., Conſiliarius, & Acad. Roſtoch. Anteceſſor, ac tandem, ab A. 1566., JCtus iterum Hamburgenſis, A. 1571. ſuperſtes. *T. I. p. 62. 63.*

Antonetta BOURIGNONIA, Inſulis Flandra, Virgo Fanatica, in Belgio utroqve & Cimbria, per omnem fere vitam, vagabunda, M. d. 30. Oct. A. 1680., æt. 65. *T. II. p. 85-102.*

Mich. BOYE, Wilſtrienſis, patriæ, circa A. 1684., Archidiaconus. *T. I p. 63.*

Joh Chriſtoph. BOYTIN, Holſatus, J. U. D. & Practicus, circa A. 1684., Hamburgenſis, circa A. 1701. Itzehoenſis, &, circa A. 1716., iterum Hamburgenſis. *T. I.* p. 63.

Wilh. BRADE, Anglus, Muſicus Holſato-Gottorp. & Hamburg., tandemqve Chori Muſici Elect. Brandeburgici Director, c. A. 1621., Berolinenſis. *T II. p. 103.*

Tycho BRAHE, Kundſtorpio Scanus, Eqves Danicus, Frid. II., Regis Dan., ab A. 1576., & Rud. II. Imp., ab A. 1598., Aſtronomus & Conſiliarius, Hoſpes Wandesburgi Ranzovianus, in exilio, A. 1597. &, 1598., plus qvam annuus, M. Pragæ d. 24. Oct. A. 1601., æt. 55. *T. II. p. 103-118.*

Henr. BRAKERUS Flensburgenſis, Scholæ patriæ, ab A. 1690. ad 1692. Præceptor Qvintus, Ædis autem Nicolaitanæ Eccleſiaſtes ſubſtitutus ab A. 1699., Diaconus A. 1703., Paſtor ab A 1707. *T. I. p. 63. 64.*

Canutus BRAMTIUS, Hatherslebienſis, Paſtor, in agro vicino, c A. 1569., Osbyenſis, *T. I. p. 64.*

Adamus BRAND, Lubecenſis, Legati in Chinam Ruſſici A. 1692-1695. Comes, deinde Mercator Lubecenſis, & Conſiliarius tandem Commerciorum Berolini ac Regiomonti Boruſſicus, A. 1713. ſuperſtes. *T. I. p. 64.*

Adolphus BRANDIUS, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, circa A. 1704., Practicus. *T. I. p. 74.*

Dan. BRANDES, Roſtochienſis, J. U. D. & Practicus Lubecenſis, M. M. Jan. A. 17 8 *T. II. p 118.*

Frid. BRANDIUS, Eckena Alſenſis, Paſtor, ab A. 1658., in Fionia, Schwendingenſis & Glorupenſis, deinde vero, ab A. 167.., Niecopienſis in Falſtria, Falſtriæqve auſtralis Præpoſitus, M. circa A. 1690. *T I. p. 65.*

M. Joh. BRANDIUS, Sünderburgenſis, patriæ, ab A. 1617., Eccleſiaſtes, &, ab A. 1622., Paſtor, M d. 21. Apr. A. 1654., æt. 65. *T. I. p. 65.*

Joh BRANDIUS, Lubecenſis, Med. D. & in patria Practicus, M. d. 21. Apr A. 1717, æt. 30. *T. I. p. 65.*

Joh. BOGISLAUS BRANDIUS, Eckena Alſenſis, pagi natalis, ab A. 1680., Paſtor, tractusqve ſimul Norburgici, ab A. 1694, Præpoſitus, A 1704. ſuperſtes. *T. I p 65.*

Mich. BRANDIUS, Med. D. & Practicus, circa A. 1724., Hamburgenſis. *T I p. 66.*

Nicol. BRANDIUS, Lubecenſis, J. U. Lic., A. 1666. ſuperſtes. *T. I. p 220.*

M. Nicol BRANDIUS Jun., Sünderburgenſis, patriæ, ab A. 1676., Eccleſiaſtes, &, ab A. 1680., Paſtor, M. d 3. Nov. A. 1693., æt. 43. *T. I. p. 66.*

Otto BRANDIUS, Sünderburgenſis, Paſtor in Alſia, circa A. 1696., Hackenbergenſis. *T. I p 66.*

Paulus BRANDIUS, Sünderburgenſis, Med. D. & Practicus, circa A. 1678, in Exercitu Danico caſtrenſis, deinde vero Poliater in Norwagia Bergenſis, M. A. 1687. *T. I. p 66.*

Pet. BRANDIS, Lubecenſis, Frid. IV., Regis Daniæ, ab A. 1704., Conſiliarius, & Legatus Lubecæ ordinarius, A. 1724. ſuperſtes. *T. I. p. 66.*

M. Pet. BRANDIUS, Sünderburgenſis, patriæ, ab A. 1678., Eccleſiaſtes, M. M. Sept. A. 1707. *T I. p. 66.*

M. Georg. BRASCHIUS, Lüneburgenſis, Gymn. Bordesholmenſis, ab A. 1624., Conrector, dein Paſtor in vicinia Brüggenſis, tandemqve templi Lüneburgenſis Johannei, ab A. 16. 7., Diaconus, &, ab A. 1631., Paſtor, Ord. Eccl. Senior, M. d. 31. Aug. A. 1661., æt. 63. *T. II. p. 118.*

Joh. BRASCHIUS, Lubecenſis, Med. D. & in patria Practicus, M. d. 10. Jan. A. 1720., æt. 48. *T. I. p. 66.*

M. Jan. Olai BRASENIUS, Cimber, Scholæ Ripenſis, ab A. 1688., Conrector, & Paſtor, ab A. 1698., Fanoæ, A. 1722. ſuperſtes. *T. I. p. 66.*

Franc. BRASSER, Arithmeticus, circa A. 1590., Lubecenſis. *T. I. p. 66. 67.*

Bernh. Diet. BRAUERUS, Tremonia Weſtphalus, J. U. D., Protodicaſterii Spirenſis, ab A. 1657., Advocatus, ſimulqve Electoris Palatini Conſiliarius, deinde vero, ab A. 1667., urbis Lubecenſis ac Hanſeaticarum Syndicus, ædisqve Cathedr. Præpoſitus, &, ab A. 1669., Conſul Lubec., M. d. 19. Jan. A. 1686., æt. 56. *T. II. p. 118. 119.*

Frid. Ludolphus BRAUERUS, Spirenſis, J. U. D., Lubecæ A. 1702. ſuperſtes. *T. I. p. 119.*

Joh. BRAUERUS, Kilonienſis, patriæ, ab A. 1645., Eccleſiaſtes, M. d. 8 Sept. A. 1669., æt. 57. *T. I. p. 67.*

Joh. BRAUN, Kilonienſis, J. U. D. A. 1676. creatus. *T. I. p. 67.*

Ludov. BRAUN, Roſtochienſis, Conrector, circa A. 1641. Slesvicenſis, Diaconus, ab A. 1642., Oldensworthenſis, Magdalenæ Sibyllæ Saxonicæ, Chriſt. V., Principis Danici, viduæ, Concionator Niceopiæ in Falſtria, ab A. 1648., & Altenburgi, ab A. 1652., aulicus, ac Superintendens tandem, circa A. 1671., Salfeldenſis, M. d. 19. Aug. A. 1676., æt. 62. *T. II. p. 119.*

Salomon BRAUN, Kilonienſis, Med. D., Poliater in Svevia Biberacenſis, & Archiater deinde Brandeburgico-Baruthinus, M. d. 30. Nov. A. 1675. *T. I. p. 67.*

Joh. Henr BRECHTFELD, Med. D., Sophiæ Æmiliæ, Reginæ Danorum viduæ, ad A. usqve 1684., Archiater, & Medicus deinde Hamburgenſis. M. A. 1699. *T. II. p. 119.*

M. Frid. BRECLINGIUS, Handevitha Cimber, pagi natalis, ab A. 1659. ad 1660., Symmyſta, Paſtor Zwollenſis in Belgio, ab A. 1661., Lutheranus, Amſtelodami deinde atqve Hagæ exul, M. A. 1711., æt. 82. *T. I. p. 67. T. III. p. 72-89.*

Herm. BRECLINGIUS, Breclumia Cimber, Collegii Commerciorum regii Hafnienſis Aſſeſſor, M. circa A. 1708. *T. I. p. 67.*

M. Joh. BRECLINGIUS Sen., Breclumienſis, e Symmyſta Borlumenſi, Paſtor, ab A. 1623. ad 1664., Handevithanus emeritus, M. d. 15. Maji A. 1672., æt. 84. *T. I. p. 67. 68.*

Joh. BRECLINGIUS Jun., Handevithanus, Paſtor, ab A. 1650., Lindholmienſis, M. M. Jan. A. 1705. *T. I. p. 68.*

Joh BREDEFELD, Diaconus, ab A. 1704., Neomonaſterienſis, A. 1712. ſuperſtes. *T. I. p. 68.*

Chriſtoph. Ern. BREDOU Livonus, Med. D. & Pract. Flensburgenſis, M. A. 1725. *T. II. p. 119.*

Valent. BREITENHERT, Salſtadio Thuringus, Paſtor, circa A. 1602., in Saxonia inferiori Sterleyenſis, Joh. Friderici, Archiepiſcopi Bremenſis, Concionator Verdæ & (ab A. 1612.) Eutini, per annos 23., aulicus, ac ſimul oppidi utriusqve Paſtor, Hamburgi poſtea ab A. 1633. exul, & A. 1636. ſuperſtes. *T. II. p. 119. 120.*

Joach. Juſtus BREITHAUPTIUS, Nordhemio Brunſvicenſis, Th. D., Scholæ Gvelpherbytanæ Conrector, Oratoriæ ſacræ Prof., ab A. 1684., Kilonienſis, Conc. aul. Saxonicus & Paſtor, ab A. 1685., Meinungenſis, Erfurti, ab A. 1687., Theol. Profeſſor, Templi Prædicatorum Paſtor ac Ord. Eccl. Senior, & Halæ Saxonum, ab A. 1691., Theol. Prof. ac Seminarii Theologici Director, ſimulqve poſtea Ducatus Magdeburg. Superint., ac Abbas (ab A. 1709.) Bergenſis, A. 1725. ſuperſtes. *T. II. p. 120-124.*

Melch. BRELERUS, Fuldenſis, Med. D. & Auguſti Jun., Ducis Brunsvic., Archiater, Hamburgi A. 1627. mortuus. *T. II. p. 124. 125. 126.*

Ad. a BREMEN, Lubecenſis, J. U. D. & Fiſci in Tribunali Wismarienſi, circa A. 1700., Advocatus. *T. I. p. 68.*

Franc. a BREMEN, Hamburgenſis, J. U. D. & in patria Practicus, ac Conſiliarius, circa A. 1704., Strelitzio-Megapolitanus. *T. I. p. 68.*

M. Chriſt. BREMERUS, Lubecenſis Templi Germanorum Hafnienſis Petrini, ab A. 1662., Diaconus, &, ab A. 1676., Paſtor, M. d. 4. Jan. A. 1701., æt. 66. *T. I. p. 68. 69.*

M. Chriſtoph. BREMERUS, Hamburgenſis, Gymnaſii Uratislavienſis Eliſabethani, ab A. 1651., Præceptor, & Scholæ ibidem Neapolitanæ, ab A. 1674., Rector, M. d. 10. Jan. A. 1696., æt 75. *T. I. p. 69.*

M. Joh. BREMERUS, Lubecenſis, Diaconus, ab A. 1642., Flensburgenſis Mar'anus, & deinde, ab A. 1648., Friderici III., Regis Daniæ, Proeccleſiaſtes aulicus Hafnienſis, Canonicusqve Arloenſis, M. d 25. Dec A. 1670., æt. 55. *T. I. p. 69. 70.*

Joh. BREMERUS, Hamburgenſis, J. U. D. & in patria, circa A. 1716., Practicus, M. A. 1723. *T. I. p. 70.*

Joh. BREMERUS, Hoya Lüneburgicus, J. U. Lic. & Practicus, circa A. 1716., Hamburgenſis. *T. II. p. 126.*

M. Nicol. BREMERUS, Hamburgenſis, Scholæ patriæ, circa A. 1686., Præceptor, M A 1714. *T. I. p. 70.*

Herm. BRENNECCIUS, Hervordia Weſtphalus, Conc. Aul. Chriſtinæ Haſſiacæ, Adolphi, Ducis Holſ., viduæ, usqve ad A. 1604., Kilonienſis, &, luſtro ſeqventi, Joh. Adolphi, D. Holſ., Gottorpienſis, tandemqve Paſtor, ab A. 1610., Tonningenſis, M. d. 1. Jun. A. 1630. *T. II. p. 126.*

Woltherus BRENNER, Typographus, circa A. 1534., Slesvicenſis. *T. I. p. 70.*

- - BRESSANDUS, Poeta dramaticus Hamburg. & Brunſvic., A. 1700. ſuperſtes. *T. II. p. 126.*

Joh. Herm. BRINCKMANN, Rodingshuſa Weſtphalus, Scholæ Slesvic. ab A. 1703. Rector, M. A. 1721. *T. II p. 126.*

Bened. BROCKTORFIUS, Eqves Holſatus (c. A. 1644.) *T. I. p. 70.*

Cajus BROCKTORFIUS, Eqv. Holſ. Toparcha, c. A. 1692, Roelſtorfienſis. *T. I. p. 70.*

Chriſt. Detbl. BROCKTORFIUS, Eqv. Holſ., (c. A. 1700.) *T. I. p. 70.*

Eleonora BROCKTORFIA, Windebyenſis, Monialis nobilis Cœnobii Prezenſis, M. A. 1680. *T. I. p. 70.*

Detbl. BROCKTORFIUS, Eqv. Holſ., Conſil. provincialis, c. A. 1709., Holſato-Gottorp. *T. I. p. 70.*

Ova BROCKTORFIUS, Eqv. Holſ., Toparcha, circa A. 1647., Rixtorfienſis. *T. I. p. 70.*

Wolfius BROCKTORFIUS, Eqv. Holſ., Toparcha Wenſinenſis, &, Conſiliarius Danicus, circa A. 1710., intimus & provincialis Cimbricus. *T. I. p. 70. 71.*

BRODERUS, Chronici Slesvicenſis Scriptor. *T. I. p. 71.*

Bart. Henr. BROKES, Hamburgenſis, J. U. Lic., & patriæ, ab A. 1720., Senator. *T. I. p. 71.*

Henr. BROKES, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, circa A. 1673., Practicus. *T. I p. 71.*

Joh. BROKES, Lubecenſis, J. U. D. A. 1708. creatus. *T. I. p. 71.*

Ant. Günth. BRÖMSE, Juris, circa A. 1680., Cultor. *T. I. p. 71.*

Nicol. BRÖMSE, Lubecenſis, J. U. D. & Eqves auratus, patriæ, ab A. 1514., Senator, &, ab A. 1524., Conſul, ſimulqve, ab A. 1532., Caroli V. Imp. Conſiliarius, M. A. 1543. *T. I. p. 71. 72.*

Georg. BRONNER, Ædis Sp. S Hamburgenſis, c. A. 1716., Organoedus. *T. I p. 72.*

Leonh. BRüCKE, Arithmeticus, circa A. 1681., Hamburgenſis. *T. I. p. 72.*

David a BRüGGE, Lubecenſis, Scholæ patriæ, ab A. 1664., Subrector, M. d. 19. Apr. A. 1688. *T. I. p. 72. 73.*

Frid. Chriſt. BRüGGEMANN, Glückſtadienſis, J. U. C., caſtra in Belgio ſecutus, A. 1670. ſuperſtes. *T. I. p 73.*

Nicol. BRüGGEMANN, Hamburgenſis, Scholæ Stralſundenſis, circa A. 1656., Conrector. *T. I. p. 73.*

Chriſt. BRUHN, Henſteda Dithmarſus, Th. Stud. c. A 1662. *T. I. p. 73.*

M. Chriſtoph. BRUHN, Gymn. Bordesholm. Subrector & (c. A. 1643.) Conrector. *T. I. p. 73.*

M. Chriſtoph. BRUHN, Paſtor, circa A. 1673., Lugomonaſterienſis. *T. I. p. 73.*

Hanſius BRUHNS, Civium Lubecenſium, circa A. 1652., Procenturio. *T. I. p. 73.*

Henr. BRUHN, Dithmarſus, J. U. D., Dicaſterii provinc. Meldorp., circa A. 1640. Aſſeſſor. *T. I. p. 73.*

Henr. BRUMMER, Hamburgenſis, Th. D., Conc. Aul. & Superint. Com. Palæo-Leiningenſis, Adolphi Johannis, Com. Pal., Eccleſiaſtes, in Exercitu Svedico, circa A. 1656., caſtrenſis, & Paſtor tandem, ab A. 1661., Tonningenſis, M. M. Sept. A. 1674. *T. I. p. 73. 74.*

BRUNO, Wagriæ Apoſtolus & Vicelini ϲυνεργὸς, Sacerdos ab A. 1136. Lubecenſis, Monachus ab A. 1139. Neomonaſterienſis, Presbyter ab A. 1153. Boſovienſis, Monachus iterum, ab A. 1154. Neomonaſt., & Sacerdos tandem, ab A. 1156., Aldenburgenſis, A. 1170. ſuperſtes. *T. I p. 74.*

Joh. BRUNO, Rendesburgenſis, Paſtor, circa A. 1594., Crempenſis. *T. I. p. 74.*

Joh. BRUNO, Kilonienſis, Med. D. & in patria, circa A. 1637., Practicus. *T. I. p. 74.*

Ant. BRUNS, Slesvicenſis, Scholæ Flensburg., ab A. 1569. ad 1532, Conrector, & Paſtor deinde in Strandia, ab A. 1583., Evensbüllenſis, M. A. 1623. *T. I. p. 74. 75.*

Joh. Ern. Chriſtoph. BRüSER, Hamburgenſis, in Gvinea peregrinatus, A. 1664. ſuperſtes. *T. I. p. 75.*

Pet. a BRYMERSHEIM, Belga, Paſtor primus Lubecæ Jacobæus, ab A. 1530., Lutheranus, & Ord. Eccl., c. A. 1571., Senior, M. d. 3. Apr. A. 1574., æt 80. *T. II. p. 126.*

M. Andr. BUCCHIUS, Coldingenſis, Paſtor in Norwagia, circa A. 1621. Voſſenſis, ſimulqve Præpoſitus Hardangrienſis, M. d. 28. Jun. A. 1623., æt. 34. *T. I. p. 75.*

M. Henr. BUCHOLZ, Hamburgenſis, Diaconus, in patria, ab A. 1653., Nicolaitanus, M. d. 16. Jan. A. 1660., æt. 42. *T. I. p. 75.*

Anna a BUCHWALD, Virgo Holſ. Nobilis, Cœnobii Prezenſis, ab A. 1484. ad 1508, Antiſtita, Præpoſiti etiam vicibus, ab A. 1493. ad 1497., functa. *T. I. p. 75. 76.*

Caſp. a BUCHWALD, Eqv. Holſ. (c. A. 1609.)
Dan. a BUCHWALD, Eqv. Holſ. (c. A. 1618.)
Dilla a BUCHWALD, virgo Holſ. nobilis, Monialis, circa A. 1495., Prezenſis.
T. I. p. 76.

Godſchalcus a BUCHWALD, Eqv. Holſ. & Aur. Elephantinus, Dynaſta Olpnicenſis, Frid. III. & Chriſt. V., Regum Daniæ, Conſil. intimus & provincialis Cimbricus, Cœnobiorumqve Itzehoenſis & Uterſenſis Præpoſitus, M. d. 27. Nov. A. 1700. *T. I. p. 76.*

Joh. de BUCHWALD, Meldorpienſis, Med. D., Frid. IV., Regis Daniæ, Archi-Chirurgus, Copiarumqve maritimarum Medicus, ac Profeſſor deinde Medicinæ, ab A. 1717., Hafnienſis, A. 1721. ſuperſtes. *T. I. p. 76.*

Joh.

Joh. Adolphus a BUCHWALD, Eqv. Holſ., Dynaſta, circa A. 1644., Gerſbeckenſis. *T. I. p. 76.*
Nicolaus & *Wolfgangus* a BUCHWALD, Eqv., circa A. 1648., Holſati. *T. I. p. 76.*
M. Hieron. BUEKIUS, Lubecenſis, Templi Germanorum Petrini Hafnienſis, ab A. 1661., Diaconus, &, ab A. 1664., Paſtor, M. d. 18. Sept. A. 1673., æt 43. *T. I. p. 77.*
Alb. Henr. tho BüEREN, Hamburgenſis, J. U. D. & in patria, circa A. 1716., Practicus. *T. I. p. 77.*
Henr. tho BüEREN, Hamburgenſis, J. U. Lic. A. 1672. creatus. *T. I. p. 77.*
Joh. BUGENHAGIUS, Julino POMERANUS, Th. D., Rector ab A. 1505., & dein Eccleſiaſtes Treptovienſis, Theol. Profeſſor ab A. 1521., & Paſtor, ab A. 1522., ad obitum usqve, Witebergenſis, ſimulqve Electoratus Saxonici Superintendens, Eccleſiarum Cimbricarum (A. 1527. & 1529.), Hamburgenſis (A. 1528.), Lubecenſis (A. 1530.), Danicarum (ab A. 1537. ad 1541.), aliarumqve, Reformator, M. d. 20. Apr. A. 1558., æt. 73. *T. II. p. 126. 127. & T. III. p. 80-121.*
Chriſtoph. a BuHREN, Lüneburgenſis, Med. D. & Practicus Rendesburgenſis, M. A. 1645. *T. II. p. 127.*
Pet. Lermite du BUISSON, Gallus, Principum Brunſvico-Oſnabrugenſium & Holſato-Gottorpienſium, tandemqve juventutis Hamburgenſis, circa A. 1692., in Lingva Gallica Præceptor. *T. II. p. 127.*
M. Harderus BULICHIUS, Crempenſis, Scholæ Soltqvellanæ ab A. 1602., Itzehoenſis ab A. 1619., & Lüneburgenſis Michaelitanæ c. A. 1628., Rector, M. d. 26. Jun. A. 1639. *T. I. p. 77.*
Pet. BULICHIUS, Soltqvella Marchicus, Med. D., Poliater, ab A. 1643., Flensburgenſis, ac deinde Frid. III., Regis Danici, ab A. 1648., Archiater, ſimulqve, ab A. 1660., Cameræ Conſiliarius ac Collegii Status Aſſeſſor, & Urbis Hafnienſis, ab A. 1667., Præſes, Canonicus Lubec. M. A. 1671. *T. II. p. 127. 128*
Titus BULICHIUS, Flensburgenſis, Conſul Hafnienſis, & Conſiliarius Commerciorum regius, M. d. 9. Aug. A. 1683., æt. 45. *T. I. p. 7.*
Chriſt. BULLEN, Femarienſis, Remex nauticus, Amſtelodami A. 1668. ſuperſtes. *T. I. p. 77.*
Gerh. BULLEN, Monachus Lubecæ Burgenſis incertæ ætatis. *T. I. p. 78.*
Nicol. BULLENIUS, Diaconus, circa A. 1635., Meldorpienſis. *T. I. p. 78.*
Conr. Frid. BüLOU, Faber ferrarius Hamburgenſis, ex urbe A. 1708. profugus. *T. I. p. 78*
Chriſt. BUNCKEN, Hamburgenſis, M. D. & in Thermis Embſenſibus, circa A. 1650., Practicus, Prof. Med., ab A. 1651., Gieſſenſis, ſimulqve Archiater Haſſo-Darmſtattinus, & Poliater tandem, ab A. 1652., Hamburgenſis, M. A. 1659. *T. I. p. 78*
M. Ant. BURCHARDUS, Lubecenſis, Pædagogii Stettinenſis, ab A. 1606., Conrector, & Eloqv. Profeſſor, Diaconus Lubecenſis, ab A. 1613. ad 1614., Marianus, & Paſtor, ab A. 1616., Kilonienſis, M. A. 1628., æt. 44. *T. I. p. 78. 79.*
Ant. BURCHARDUS, Kilonienſis, J. U. D. & Advocatus, circa A. 1700., Huſenſis. *T. I. p. 79.*
Bernh. BURCHARDUS, Kilonienſis, Eccleſiaſtes in patria, ab A. 1680., Nicolaitanus, M. d. 28. Mart A. 1716., æt. 61. *T. I p. 79.*
Chriſtoph. Mart. BURCHARDUS, Kilonienſis, Med. D. & Prof. Kilonienſis, ab A. 1708., extraord., ac Roſtochienſis, ab A. 1716, ordinarius, A. 1720. ſuperſtes. *T. I. p. 79.*
M. Georg. Henr. BURCHARDUS, Kilonienſis, Templi cathedr. Sleſvicenſis, ab A. 165., Eccleſiaſtes, ſimulqve Scholæ, ab A. 1682., Rector, deinde Præpoſitus, ab A. 1685., Segebergenſis, & Paſtor ſimul, ab A. 1686., Hilgenhafenſis, M. A. 1701., æt. 77. *T. I. p. 79. 80. 81.*
M. Janus BURCHARDUS, Ripenſis, Paſtor in Samſoa, circa A. 1681., Tranbiergenſis *T. I. p. 81.*
Joh. BURCHARDUS, Hafnienſis, Th. D., e ſtudiorum Frid. III., R. Dan., Moderatore Præpoſitus & Paſtor Hafnienſis Marianus, tandemqve Epiſcopus, ab A. 1634., Ripenſis, M. d. 4. Jan. A. 1643., æt. 45. *T. II p. 128.*
M. Joh. BURCHARDUS, Gardinga Eiderſtadienſis, Paſt. in Duc. Brem., c. A. 1649., Grödenſis. *T. I. p. 81.*
Matthias BURCHARDUS, Kilonienſis, Templi patriæ Nicolaitani, ab A 1645., Diaconus, ab A. 1669. Archidiaconus, &, ab A. 1677., Paſtor, M. d. 29. Aug. A. 1679, æt. 60. *T. I. p. 81.*
Matth. Henr. BURCHARDUS, Sleſvicenſis, Theol. Stud, M. A. 1697. *T. I p. 81.*
Pet. Ant. BURCHARDUS, Sleſvicenſis, Paſtor, ab A. 1690., Hilgenhafenſis, ſimulqve Vice-Præpoſitus, &, ab A. 1701., Præpoſitus Segebergenſis, Segebergæ qvoqve, ab A. 1711., Paſtor. M. A. 1714. *T. I. p. 81.*
Henr. BURDELIUS, Hamburgenſis, J. U. Doctor A. 1679. creatus. *T. I. p. 82.*
Rud. BURENNÆUS, Fiſchbeka Schaumburgicus, Advocatus, Senator, & tandem Conſul Kilonienſis, A. 1638. ſuperſtes. *T. II. p. 128*
M. Nicol. BURSTORPIUS, Templi cathedr. Hamburg. Canonicus & Paſtor, ab A. 1497. ad 1529., Pontificius, deinde, poſt exilium, ab A. 1533., Theol. in eodem Lector Secundarius, M. A. 1540. *T. I. p. 82.*
Bernh BUSCHIUS, Hamburgenſis (c. A. 1600.) *T. I. p. 82.*
Ericus BUSCHIUS, Hamburgenſis, J. U. D. & in patria, circa A. 1716., Practicus. *T. I. p. 82.*
M. Georg. BUSCHIUS, Hamburgenſis, Scholæ patriæ, ab A. 1628. ad 1670., Subrector, M. d. 16. Jun. A. 1677., æt 77. *T. I. p. 82. 83.*
Joh. Franc. BUSCHIUS, Hamburgenſis, Med. D. & in patria Practicus, M. d. 31. Dec. A. 1690. *T. I p. 83.*
Simon BUSCHIUS, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria Practicus, M. d. 30. Dec. A. 1690. *T. I p. 83.*
M. Eraſmus BüSINGIUS, Hatherslebienſis, Paſtor Hafniæ, ab A. 1654., Chriſtianhafnienſis, M. d. 7. Jan. A. 1686., æt. 54. *T. I. p. 83.*
Caſp. BüSSINGIUS, Neocoenobio Megapolitanus, Scholæ cathedr. Bremenſis Conrector, Hamburgi Profeſſor in Gymnaſio, ab A. 1692. ad 1695., Mathematicus, Eccleſiaſtes, ab A. 1694. Michaelitanus, Templiqve cathedralis, ab A. 1699. ad 1708., Paſtor, Superintendens tandem, ab A. 1709., Oldenburgico-Delmenhorſtanus, ſimulqve Paſtor Oldenburgi Lambertinus, Cœnobii Blanckenburgenſis Antiſtes, & Eccleſiarum Duc. Brem., ab A. 1711., aliqvamdiu Ephorus c. A. 1722. ſuperſtes *T. II. p. 128. 129. 130.*
Theod. BUSSIUS, Schöninga Brunſvicenſis, J. U D., Udalrici, Epiſc. Sverin., ab A. 16 4., Auguſti, Ducis Brunſvic., ab A. 1615, Chriſtiani IV. autem, Regis Danici, & Friderici, Ducis Holſato-Gottorp., ab A. 1624., Conſiliarius, ſimulqve Cancellarius provincialis Sleſvigo-Holſaticus, & Canonicus Sleſvicenſis, M. d. 23. Oct. A. 1631., æt. 48. *T. II. p. 130.*
Chriſtoph. BUTELIUS, Kyriza Brandeburgicus, Th. D., Gymnaſii Thorunienſis, ab A. 1600. Profeſſor, Stettinenſis, ab A. 1601., Rector, Paſtor ibidem, ab A 1607., Nicolaitanus, & Superintendens tandem Lubecenſis A. 1611. deſignatus, ſed, anteqvam munus adiret, Stettini d. 25 Dec. A. 1611. mortuus (æt. 41.) *T. II. p. 130. 131.*
Joh. Dan. BüTEMEISTERUS, Paſtor, circa A. 1691., Ratzeburgenſis, Auguſti Friderici, Epiſc. Lubec, ab A. 1692., Superint. & Conc. Aul. Eutinenſis, & Superintendens tandem generalis, ab A. 1709., in Duc. Brunſvic. Göttingenſis, Paſt. Johanneus, ac Theol. Prof., M. A. 1722. *T II. p. 131.*
Dan. BüTNERUS, Mindenſis, J. U. Lic & Profeſſor Erfurti, ab A. 1672., extraordinarius, Phyſ. & Poeſ. autem, in Gymn. Hamburgenſi, ab A. 1678, ordinarius, M. d. 9. Sept. A. 1696., æt 55. *T. II. p. 131. 132.*
M. Matthias BüTZER, Kilonienſis (c A. 1707.) *T. I p. 83.*
Diet. BUXTEHUDE, Helſingora Seelandus, Templi Mariani Lubecenſis, ab A. 1669., Organoedus & Muſicus, M. d. 9. Maji A. 1707., æt. 70. *T. II. p. 132. 133.*

C.

Phil. CÆSAR, Caſſellis Haſſus, Th. D. Reformatus, Joh. Adolphi, Ducis Holſato-Gottorp., Eccleſiaſtes, ab A. 1610., aulicus, & Præpoſitus Eccleſiarum generalis, deinde, ab A. 1616. ad 1624., Bremæ Paſtor & Canonicus Ansgarianus, Gymnaſiiqve Profeſſor Theologus, ac, ab A. 1628., Paſtor ibidem Martinianus, tandem A 1630. ad Pontificios Apoſtata, Bonnæ A. 1642. ſuperſtes. *T. II. p. 133. 134.*
Georg. CALIXTUS, Medeloboa Cimber, Th. D. &, in Acad. Helmſtadienſi, Profeſſor, ab A. 1614., ordinarius, ac, ab A. 1625., primarius, ſimulqve Abbas, ab A. 1636., Regio-Lotharianus, & Auguſti, Ducis Brunſvico-Gvelpherbytani, Conſiliarius eccleſiaſticus, M. d. 19. Mart. A 1656., æt. 70. *T. I. p. 83. T. III. p. 121-210.*
Joh. CALIXTUS, Apenradenſis, Scholæ Bredſtadienſis, ab A. 1563., Rector, Diaconus, ab A. 1565., Borlumenſis, & Paſtor, ab A. 1568., Medeloboenſis, M d. 27. Oct. A. 1618., æt. 9. *T. I. p. 83. 84.*
Dan. a CAMPEN, Hamburgenſis, J. U. Lic., & patriæ, ab A 1663., Senator, M d. 22. Sept A. 1676., æt. 45 *T I p. 84.*
Eberh a CAMPEN Sen., Hamburgenſis, J. U. Lic., & patriæ, ab A. 1658., Senator, ac tandem Scholarcha, M. d. 28. Febr. A. 1675., æt. 56. *T. I. p. 84.*
Eberh. a CAMPEN Jun., Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, c. A. 1716., Practicus. *T. I. p. 84.*
Joh. Joach. a CAMPEN, Hamburgenſis, J. U. Lic., M. d. 20. Dec. A. 1690., æt 35. *T. I p. 84.*
Lucas a CAMPEN, Hamburgenſis, J. U. D., & Baſilicæ patriæ, ab A. 1680., Canonicus, &, c. A. 1723., Senior. *T. I. p. 84.*
Paridamus a CAMPEN, Hamburg., J. U. L., Patriæ, ab A. 1628., Secretarius, & deinde Protonotarius, M. d. 1. Jul. A. 1650. *T. I. p. 84.*
Pet. a CAMPEN, Hamburgenſis, J. U. Lic, Patriæ, ab A. 1668., Secretarius, &, ab A. 1683., Protonotarius, M. d. 5. Mart. A. 1693., æt. 71. *T. I. p. 84.*
Henr. CAMPHERBACH, Lubecenſis, Med. D. A. 1606. creatus. *T. I. p. 84.*
Burch. CAMPHöVENER, Apenradenſis, J. U. Lic. A. 1705. creatus. *T. I. p. 84.*
M. Thom. CANUTI, Presbyter prope Ripas, c. A. 1550., Hygumenſis, e Pontificio Lutheranus. *T. I. p. 84.*
Jod. CAPPELLUS, Lubecenſis, Scholæ Stadenſis, ab A. 1619., Rector, Paſtor, ab A. 1625. Billwerderanus, & Diaconus, ab A. 1629., Catharinæus Hamburgenſis, M. d. 28. Febr. A. 1660., æt. 68. *T. I. p. 84. 85.*
Rud. CAPPELLUS, Hamburgenſis, Th. D., Eloqv. ab A. 1660., Lingvæ vero Græcæ & Hiſtor., ab A. 1675., in Gymnaſio patriæ, Profeſſor, M. d. 20. Apr. A. 1684., æt. 50. *T. I. p. 85. 86.*

Ferdin. CAPON, Patricius Florentinus, e Monacho Lutheranus, Friderici, Ducis Holſato-Gottorp., Miniſter aulicus, M. A. circiter 1657. *T. II. p. 134.*

Joh. CARNARIUS Sen., Gandavenſis, Med. D., ejusqve & Philoſ. Mor. A. 1552. & 1553. Profeſſor Patavinus, ac ſimul Academiæ & Nationis German. Bibliothecarius, Medicus deinde Gandavenſis, tandemqve Adolphi, Ducis Holſato-Gottorp., circa A. 1557., Archiater, & Canonicus Sleſvic., M. A. 1562. *T. II. p. 134. 135.*

Joh. CARNARIUS Jun., Med. D. & Archiater Holſato-Gottorp., A. 1617. ſuperſtes. *T. I. p. 87.*

Matthias CARNARIUS, Sleſvicenſis, Med. D. & Archiater, c. A 1620., Holſato-Gottorp. *T. I. p. 88.*

Joh. CARTE, Horologiarius Londinenſis & (circa A. 1713.) Hamburgenſis. *T. II. p. 135.*

Andr. CASSIUS I., Sleſvicenſis, Med. D. & Practicus Hamburg., Johannisqve, Epiſc. Lubec., Archiater, A. 1657. ſuperſtes. *T. I. p. 88.*

Andr. CASSIUS II., Hamburgenſis, Med. D. & Pract. Lubecenſis, A. 1685. ſuperſtes.
Andr CASSIUS III, Joh. Fil., Sleſvicenſis (c. A. 1662.)
Andr. CASSIUS IV., Hamburgenſis, Med. D. & in patria, circa A. 1716., Practicus
T. I. p. 88.

Chriſt. CASSIUS Sen., Sleſvicenſis, Johannis, Ducis Holſ. & Epiſc. Lubec., ab A. 1634. Cameræ Secretarius, ab A 1638. Conſiliarius, ac, ab A. 1644., Cancellariæ Director & Conſil. intimus, Decanusqve Eutinenſis, iisdem dignitatibus apud ſucceſſores Johannis, Chriſt. Alb. & Aug. Frid., gaviſus, M. d. 6. Oct. A. 1676., æt. 67. *T. I. p. 88. 89. 90.*

Chriſt. CASSIUS Jun., Holſatus, Eloqv. & Poeſ. Profeſſor in Scania, circa A. 1670., Londinenſis, deinde Frid. IV., Regii Daniæ Principis, Studiorum, c. A. 1684., Moderator. *T. I. p. 90.*

Joh. CASSIUS, Hamburgenſis, Med D. & in patria, circa A. 1716., Practicus. *T. I. p. 90.*

Bened. a CASTRO, Hamburgenſis, Judæus, Med. D. & Practicus, ab A. 1622., Hamburgenſis, ſimulqve Chriſtinæ, Svecorum Reginæ, Archiater, M. d. 7. Jan. A. 1684., æt. 86. *T. I. p. 90. 91.*

Rodericus a CASTRO, Judæus Luſitanus, Med. D., & Practicus, ab A. circiter 1594., Hamburgenſis, M. d. 20. Jan. A. 1627. *T. II. p. 135. 136. 137.*

Ant. CAUTIUS, Nobilis Gallus, Filiorum Adolphi, Ducis Holſato-Gottorp., Ephorus, & junioris ex iſtis, Philippi, Conſil., ab A. 1587., intimus, A. 1590. ſuperſtes. *T. II. p. 137.*

Mart. CHEMNITIUS Jun. ſive II., Brunſvicenſis, J. U. D., Advocatus, ab A. 1588., Roſtochienſis, Bogislai XIII., Ducis Pomeraniæ, ab A. 1593., Conſiliarius, Acad. Roſtoch., ab A. 1601., Prof. Juridicus, Bogislai XIII. & Philippi II., Ducum Pomeraniæ, in aula Stettinenſi, ab A. 1603., & Friderici tandem, Ducis Holſ., in Gottorpienſi, ab A. 1618., Cancellarius & Conſil. intimus, M. d. 26. Aug. A. 1627., æt. 66. *T. II. p. 137. 138. 139.*

Mart. CHEMNITIUS III., Roſtochienſis, J. U. D., Dicaſterii aulici Gottorpienſis, circa A. 1627., Aſſeſſor, & poſtea Guſtavi Adolphi, Regis Sveciæ, Conſiliarius, ab A. 1630., intimus, ac Commiſſarius in Germania bellicus generalis, M. d. 24. Oct. A. 1645., æt. 49. *T. II. p. 139.*

Bogislaus Philippus CHEMNITIUS, Stettinenſis, Sleſvigæ educatus, e Centurione Svedico Chriſtinæ, Svecorum Reginæ, Hiſtoriographus & Conſiliarius, Hallſtadii in Svecia M. Febr. A. 1678. mortuus. *T. II. p. 139. 140. 141.*

Franc. CHEMNITIUS, Stettinenſis, Sleſvigæ educatus, Med. D. & Practicus, circa A. 1632., Hamburgenſis Medicus deinde Exercitus Svedici, in Germania & Polonia, caſtrenſis, M. A. 1656., æt. 47. *T. II. p 141.*

Joh. Frid. CHEMNITIUS, Stettinenſis, Sleſvigæ, educatus, Archivi aulici Sverinenſis, ab A. 1642., Præfectus, Magdalenæ Sibyllæ, Chriſt. V., Danorum Principis, viduæ, Secretarius, ab A. 1648., Nicopiæ in Falſtria, intimus, Guſtavi Adolphi, Ducis Megap., Secretarius & Archivarius Guſtrovienſis, tandemqve, ab A. 1667., Dicaſterii provinc. Meclenburg. Parchimenſis Protonotarius, M. A. 1687., æt. 76. *T. II. p. 141.*

Gvaltherus CHRIST., Hamburgenſis, J. U. Lic. (c. A. 1622.) *T. I. p. 91.*

Joh. CHRISTENIUS, Stormarſus, J. U. D. & Profeſſor, ab A. 1637., Daventrienſis, &, ab A 1648., Hardervicenſis, ſimulqve Canonicus Lubecenſis, A. 1669. ſuperſtes. *T. I. p. 91. 92.*

Andr. CHRISTIANI, Ripenſis, Med. D. & Profeſſor, ab A. 1584., Hafnienſis, ſimulqve Communitatis regiæ, ab A. 1595., Oeconomus, & tandem, ab A. 1602., Cœnobii ac Scholæ Soranæ Præſes, M. d. 26. Nov. A. 1606., æt. 55. *T. I. p. 92. 93.*

M. Andr. CHRISTIANI ARRABOENSIS, Kiobinga Arroenſis, Chriſt. IV., Regis Daniæ, Concionator aulicus, Paſtor, ab A. 1616., Hafnienſis Nicolaitanus, Epiſcopus, ab A. 1617. ad. 1622., Nidroſienſis, & Paſtor tandem in Seelandia Wordingburgenſis, M. d. 7. Mart. A. 163-., æt. 51. *T. I. p. 93.*

Diet. CHRISTIANI, Cella Lüneburgicus, Med. D. & Practicus, circa A. 1698., Hamburgenſis, circa A. 1701. vero Cellenſis, ſimulqve, circa A. 1704., Medicus Ducatus Lüneb. provincialis. *T. II. p. 141.*

Frid. CHRISTIANI, Sünderburgo Alſenſis, patriæ, ab A. 1671., Rector ſcholaſticus, &, ab A. 1682., Eccleſiaſtes, M. M. Nov. A. 1692., æt. 50. *T. I. p. 93.*

Joach. CHRISTIANI, J. U. D., Cancellariæ Sveco-Bremenſis, in urbe Stadenſi, Vice-director, ſimulqve Canonicus, ad A. usqve 1670., Hamburgenſis. *T. II. p. 141.*

M. Lago CHRISTIANI, Ripenſis (circa A. 1600.) *T. I. p. 93.*

CHRISTIANUS AUGUSTUS, Dux Holſato-Norburgenſis, Navarchus, circa A. 1673., Anglicus, M. A. 1684. *T. I. p. 93. 94.*

CHRISTIANUS LUBECENSIS, Mercator patriæ, circa A. 1499., literatus. *T. I. p. 94.*

Joh. CHRISTIERNI, Ripenſis, Chirurgus (circa A. 1596.) *T. I. p. 94.*

CHRISTINA HASSIACA, Philippi, Haſſiæ Landgravii, filia, Adolphi, Ducis Holſato-Gottorp., ab A. 1564., conjux, &, ab A. 1586., vidua, in arce deinceps Kilonienſi commorata, & d. 13 Maji A. 1604. mortua (æt. 61.) *T. II. p. 141. 142.*

Joach. CLAENIUS, Hamburgenſis, J. U. Lic., Canonicorum, ab A. 1600., Secretarius, urbis autem patriæ Secretarius ab A. 1601., Senator ab A. 1616., & Conſul ab A. 1622., M. d. 16. Febr. A. 1632., æt. 66. *T. I. p. 94.*

M. Henn. CLARIUS, Dithmarſus, Hildeſiæ, circa A. 1604., Paſtor Martinianus, &, c. A. 1630., Superintendens, M. d. 14. Jul. A. 1638., æt. 67. *T. I. p. 94. 95.*

Alex. Hieron. CLASEN, Lubecenſis, J. U. D., Conſil, ab A. 1704., Holſato-Franzhagenſis, Advocatus, ab A. 1705., Berolinenſis, &, ab A. 1707., Lubecenſis, ſimulqve Collegii Canonicorum Secretarius, A. 1721. ſuperſtes. *T. I. p. 95.*

Pet. CLASEN, J. U. D., Conſil. Saxo-Lauenburgicus, & deinde Saxonicus Electoralis, Lubecæ commoratus, M. A. 1711., æt. 78. *T. I. p. 95.*

Pet. Bernh. CLASEN, Lubecenſis, J. U. D. & in patria Practicus, M. M. Febr. A. 1708., æt. 33. *T. I. p. 95.*

- - - CLASIUS, Nauclerus, circa A. 1680., Hamburgenſis. *T. I. p. 95.*

Bernh. CLAUSEN, Kilonienſis, J. U. D., Canonicus, ab A. 1673., Hamburgenſis, Canonicorum ab A. 1694. Senior, & Conſil. Holſato-Gottorp., M. c. A. 1715. *T. I. p. 95.*

Joh. CLAUSENIUS, Kilonienſis, Metaph. ab A. 1676., ſimulqve Logices ab A. 1689., Profeſſor, deinde vero, ab A. 1699., Conſil. Ærarii Duc. Holſato-Gottorp., M. M. Majo A. 1720. *T. I. p. 95.*

Joh. CLAUSEN COTTE, Mennonita Tonningenſis, Præfectusqve Aggerum maritimorum, circa A. 1618 Ducalis. *T. I. p. 95. 96.*

Matthias CLAUSENIUS, Kilonienſis, Med. D. & in patria, ab A. 1640., Practicus, ſimulqve Chriſt. Alb., Ducis Holſato-Gottorp., ab A. 1661., Archiater, M. d. 5. Nov. A. 1675., æt 65. *T. I. p. 96. 97.*

Thomas CLAVSENIUS Flensburgenſis, Th. D, Scholæ patriæ ab A. 1706., Præceptor Qvartus, & ab A. 1709. Conrector, Concionator ab A. 1712., Hafnienſis regius & ab A. 1721., Superintendens regius Sleſvico Holſaticus, ſimulqve Præpoſ. Gottorp., Rendesburg. ac ab A. 1722. Eiderſtadienſis, M. d. 23. Apr. A. 1724, æt. 47. *T. I. p. 97.*

M. Joh. Andr. CLEFFELIUS, Tangermunda Palæomarchius, Ord. Philoſ. Witeb., ab A. 1718. Aſſeſſor, & Scholæ deinde Sleſvicenſis, ab A. 1722., Rector, M. M. Jun. A. 1724. *T. II. p. 142.*

CLEMENS II. (antea SVIDGERUS de MEINSTORF), Nob. Holſ., Diaconus, circa A. 1032., Hamburgenſis, Henrici III. Imp dein Cancellarius, & Epiſcopus, ab A. 1041., Bambergenſis, tandemqve Pontifex, ab A. 1046., Romanus, M. d. 9. Oct. A. 1047. *T. I p. 97. 98. T III. p 210-217.*

Mich. CLEMENS, Smalcaldenſis, Med. D. & Practicus Lipſienſis ac Hamburgenſis, A 1610. ſuperſtes. *T II. p. 142.*

Mich CLENOVIUS Sen., Huſenſis, Scholæ urbis Hamburg. Præceptor, & deinde Diaconus in eadem, ab A. 1564., Petrinus, M. d. 8. Jan. A. 1588. *T. I. p. 97.*

Mich CLENOVIUS Jun., Hamburgenſis, Henr. Ranzovii, Proregis Cimbrici, Concionator, circa A. 1588., aulicus, & Paſtor dein, circa A. 1604., Schönefeldenſis, circa A. 1622. ſuperſtes *T I p. 98.*

Jac. de CLERICE, Hamburgenſis, Med. D. (c. A. 1668.) *T. I. p. 98.*

Dav. CLODIUS, Hamburgenſis, Th. D. &, ab A. circiter 1669., Gieſſæ Profeſſor illius extraord., LL. Or. vero Ordinarius, ſimulqve Eccleſiaſtes, M. d. 10. Sept. A. 1687., æt 43. *T. I p. 98. 99.*

N. CLODIUS, Sleſvicenſis, in Anglia circa A. 1688. commoratus. *T. I. p. 99.*

Dethl. CLUVERUS, Sleſvicenſis, Societ. Philoſ. Angl., ab A. 1678., Londini Collega, Sleſvici deinde ab A. 1688., & Hamburgi, ab A. 1698., commoratus, ac A. 1708. mortuus. *T. I. p. 99-103.*

Joh. CLUVERUS, Crempenſis, Th. D., Ord. Philoſ. Roſtoch., ab A. 1613., Aſſeſſor, Rector, ab A. 1614., Crempenſis, & mox Diaconus Meldorpienſis, Paſtor, ab A. 1621., Marnenſis, Theol. Prof. & Paſtor, ab A. 1625. Soranus, & tandem, ab A. 1630., Superintend. Dithmarſiæ auſtralis, ac Paſtor ſimul Meldorpienſis, M. d. 2 Dec. A. 1633., æt. 41. *T. I. p. 103. T. III. p. 217-221.*

M. Mich. CLUVERUS, Meldorpienſis, Paſtor in Dithmarſia, circa A. 1647., Süderhartſted. *T. I. p. 103.*

Benjam. CNOBLOCHIUS, Jaura Sileſius, Puerorum nobilium, in aula Gottorpienſi, ab A. 1643. ad 1661., Præceptor, Uratislaviæ A. 1666. ſuperſtes. *T. II. p. 142. 143.*

Georg. COCIUS, Flensburgenſis, Med. Cultor, & Scholæ Sleſvic. c. A. 1605., Conrector. *T. I. p. 103.*

Henr.

Henr. COELESTINUS, Berolinenſis, J. U. D. & in Gymnaſio Stettinenſi, ab A. 1643., Profeſſor, ſimulqve, ab A. 1647.. Archidicaſterii Aſſeſſor, poſtea vero Tribunalis ſupremi Wiſmarienſis Vicepræſes, Lubecæ tandem ab A. 1676. exul, & A. 1679. mortuus (æt. 66.) T. II. p. 143.

Frid. COGELIUS, Mitavia Curlandus, Scholæ Eutinenſis, ab A. 1656., Cantor, &, ab A. 1669., Conrector, M. circa A. 1681. T. II. p. 143.

David COHEN de LARA, Hamburgenſis, Rabbinus, & Synagogæ Hamburgenſis, circa A. 1627., Antiſtes, inde Amſtelodamum digreſſus, ac tandem Hamburgum reverſus, M. d. 10. Oct. A. 1674., æt. 72. T. I. p. 103-105.

Nicol. COLBRAND, Hamburgenſis, J. U. Lic., Syndicus primum Wormatienſis, & Advocatus deinde Hamburgenſis, M. M. Jan. A. 1717. T. I. p. 105.

Jonas COLDINGENSIS, Coldinga Cimber, Scholæ patriæ Præceptor, & Paſtor deinde in Jutia, circa A. 1584., Andſtenſis ac Geſtenſis, circa A. vero 1594. Gamſtadienſis. T. I. p. 105.

Canutus Pauli COLDINGIUS, Coldingenſis, Paſtor, in Venſiiſſelia, c. A. 1661., Borbergenſis. T. I. p. 106.

Paulus Jani COLDINGIUS, Coldingenſis, Scholæ Aalburgenſis, ab A. 1605., Rector, Paſtor, ab A. 1608., in Seelandia Vindingenſis, Præpoſitus, ab A. 1615., Flackebergenſis, & Eccleſiæ tandem ac Scholæ Herlovianæ, ab A. 1622., Antiſtes, M. d. 18. Oct. A. 1640., æt. 59. T. I. p. 106.

M. Andr. COLERUS, Lubecenſis, in Svecia, c. A. 1688., commoratus. T. I. p. 106.

Ant. COLERUS Jun., Lubecenſis, J. U. D., Canonicus, ab A. 1612., Brunſvicenſis, Collegii Canonicorum Halberſtadienſium ab A. 1615., Frid. Ulr., Ducis Brunſvic., ab A. 1616., Auguſti autem, Ducis Saxo-Lauenburg., ab A. 1622., Conſiliarius ſimulqve, oppidi Ratzeburgenſis Præſes, ejusdem Principis, ab A. 1629., Procancellarius, ſimulqve Canonicorum Lubecenſium, ab A. 1628., Syndicus, ac urbis tandem Lubecenſis, ab A. 1642., Conſul, M. d. 12. Sept. A. 1657., æt. 72. T. I. p. 106-108.

CHRISTIANUS COLERUS, Hamburgenſis, Superintendens & Paſtor Petrinus, circa A. 1623., Ratzeburgenſis. T. I. p. 108.

M. CHRISTOPH. COLERUS, Scholæ Brunſvic. Martinianæ Præceptor, & Sleſvicenſis deinde, ab A. 1640., Rector, A. 1650. dimiſſus ac mortuus. T. II. p. 143.

Henr. COLERUS, Lubecenſis, Patriæ, ab A. 1617., Senator, &, ab A. 1624., Conſul, M. d. 27. Mart. A. 1641., æt. 65. T. I. p. 108. 109. 110.

Joh. COLERUS, Lubecenſis, Scholæ Germanorum Holmienſis Rector, & Paſtor deinde Norcopienſis Teutonicus, A. 1679. ſuperſtes. T. I. p. 110.

M. Lucas a CÖLLEN Sen., Hamburgenſis, Paſtor Elmeshornenſis, & deinde, ab A. 1595., Jacobæus Hamburgenſis, M. d. 11. Sept. 1611. T. I. p. 110.

Lucas a CÖLLEN Jun., Hamburgenſis, Th. Stud., c. A. 1610. T. I. p. 110.

M. Steph. a CÖLLEN, Hamburgenſis, Paſtor, c. A. 1626., in Duc. Brem. Horneburgenſis. T. I. p. 110.

M. Ern. CONRADI, Hamburgenſis (c. A. 1704.) T. I. p. 110.

Joach. CONRADI, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, circa A. 1630., Practicus. T. I. p. 110.

Joh. Georg. CONRADI, Muſicus, circa A. 1693., Hamburgenſis. T. II. p. 143.

CONRADUS II., Nob. Germanus, e Friderici I. Imp. Cancellario Epiſcopus, ab A. 1183., Lubecenſis, deinde iterum Frid. I. & Henr. VI. Impp. Cancellarius, Epiſcopusqve, ab A. 1196., Hildeſienſis, ac paulo poſt Herbipolenſis, M. d. 11. Dec. A. 1202. T. II. p. 144-147.

M. Joh. CONRADUS, Paſtor, in agro Flensburgenſi, circa A. 1655., Bovenſis. T. I. p. 110. 111.

M. Henn. CONRADINUS, Hamburgenſis, Scholæ Stadenſis, circa A. 1566., Rector, Hamburgenſis autem, ab A. 1575. ad 1584., Conrector, M. d. 3. Oct. A. 1590. T. I. p. 111.

Eliſa Sophia CONRINGIA, Helmſtadienſis, Chriſtiani Erneſti, Baronis a Reichenbach, Cancellarii Holſato-Gottorpienſis, conjux & vidua, M. 11. Apr. A. 1718. T. II. p. 147. 148.

Maria Sophia CONRINGIA, Helmſtadienſis, Ginth. Chriſtoph. Schelhammeri, Med. D. & Prof. Kilon. primarii, uxor, A. 1716. ſuperſtes. T. II. p. 148.

Pet. Hemerentius de la CONSEILLERE, Gallus, Eccleſiæ initio in Normannia Alenconienſis, & deinde, ab A. 1682., Galliæ Altonavienſis, Paſtor Reformatus, M. d. 12. Oct. A. 1699., æt. 54. T. II. p. 148. 149.

Henr. CORDES, Lubecenſis, Scholæ trivialis Germanicæ Hafnienſis, ab A. 1691., & Orphanotrophei deinde Lubecenſis, circa A. 1696., Præceptor, M. d. 14 Jul. A. 1707. T. I. p. 111.

Joach. CORDES, Lubecenſis, Med. D. A. 1664. creatus. T. I. p. 111.

M. Paulus CORDES, Hamburg., Eccleſiaſtes Luth., ab A. 1641., Amſtelod., M. d. 16. Dec. A. 1674., æt. 61. T. I. p. 111. 112.

Wichmannus CORDES, Hamburgenſis, Med. D. & in patria, circa A. 1704., Practicus. T. I. p. 112.

Chriſt. Bartholom. de CORDT, Belga, Mechliniæ initio Presbyterorum Oratorii Antiſtes & Paſtor Johanneus Janſenianus, deinde, ab A. 1656., Nordſtrandiæ Director, & Antonettæ Bourignoniæ Aſſecla, M. d. 12. Nov. A. 1669. T. II. p. 149. 150.

Joh. Diet. CORDT, Med. D. & Practicus, circa A. 1704., Hamburgenſis. T. I. p. 112.

Frid. CORFEY, Güſtrovienſis, J. U. D., Judicii provincialis Sleſvigo-Holſatici, urbisqve Crempenſis, Advocatus, A. 1689. ſuperſtes. T. II. p. 150.

Joh. CORFINIUS, Roſtochienſis, Th. D., in patria Eccleſiaſtes, ab A. 1639., Jacobæus, Archidiaconus, ab A. 1645., & Paſtor, ab A. 1649., Marianus, ſimulqve Phyſ. & Metaphyſ. Profeſſor Academicus, Hamburgi vero, ab A. 1653., Antiſtes Catharinæus, M. d. 19. Maji A. 1664., æt. 48. T. II. p. 150. 151.

Sim. CORFINIUS, Hamburgenſis, Med. D. & Pract. Hamburg., A. 1716. ſuperſtes. T. I. p. 112.

Herm. CORNERUS, Lubecenſis, Ord. Præd., in patria, Monachus & Lector, A. 1437. ſuperſtes. T. I. p. 112.

Mart. CORNETUS (forte CORONÆUS,) Sec. XVII. Scriptor. T. I. p. 112.

M. Nicol. CORNOPOEUS, Kilonienſis, Scholæ patriæ, circa A. 1590., Rector, & Paſtor deinde, circa A. 1603., in Holſatia Woldenhornenſis, A. 1627. ſuperſtes. T. I. p. 113.

M. Mart. CORONÆUS Sen., Holſatus, Paſtor, circa A. 1572., Kilonienſis, M. A. 1586. T. I. p. 113.

Mart. CORONÆUS Jun., Kilonienſis, Cœnobii Bordesholmenſis, ad A. usqve 1608., Æditüus, & Paſtor deinde Flintbeckenſis, A. 1637. ſuperſtes. T. I. p. 113.

Pet. CORSCHWANT, J. U. D. & Practicus, circa A. 1673., Lubecenſis. T. I. p. 113.

M. Gerh. CORTUMIUS, Hamburgenſis, Paſtor, circa A. 1674., Bergerdorfienſis., M. A. 1704. T. I. p. 114.

M. Jod. CORTUMIUS, Hamburgenſis, Diaconus in patria, ab A. 1562., Jacobæus, M. d. 6. Sept. A. 1580. T. I. p. 114.

Lucas CORTHUMIUS, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, c. A. 1716., Practicus. T. I. p. 114.

M. Jeſſenus CORVINUS, Hatherslebienſis, Scholæ patriæ, circa A. 1634., Rector, ſimulqve Arcis Eccleſiaſtes, deinde Paſt. ruralis Moltrupenſis, Bierningenſis, ac tandem Biertenſis, A. 1664. ſuperſtes. T. I. p. 114.

Joh. CORVINUS, Güſtrovienſis, Th. D., Paſtor Stralſundiæ Nicolaitanus, & Dantiſci poſtea, ab A. 1618. ad 1643., Marianus, Lubecæ tandem exul, M. d. 17. Mart. A. 1646., æt. 63. T. I. p. 151. 152. 153.

Bertrandus de la COSTE, Pariſinus, Præfectus rei tormentariæ Brandeburgicus, Hamburgi deinde (circa A. 1663. & ſeqq.) ac in Batavia commoratus, Ant. Bourignoniæ Aſſecla inconſtans, A. 1679. ſuperſtes. T. II. p. 153. 154.

Joh. COSTERUS, Lubecenſis, Med. D., Poliater, ab A. 1649., Wiſmarienſis, & deinde Revalienſis, Archiater poſtea Sveciæ Regis, Caroli Guſtavi, Magniqve Ducis Ruſſiæ, Revaliam tandem reverſus, & illic mortuus d. 22. Febr. A. 1685., æt. 71. T. I. p. 115.

M. Tilem. CRAGIUS, Luchovia Lüneburgicus, Paſt., ab A. 1546. ad 1547., Kilonienſis, Paſt. & Superint., circa A. 1558., Hildeſienſis, & aliqvamdiu etiam Paſtor Northeimenſis. T. II. p. 154.

Andr. CRAMERUS, Stettinenſis, Conſiliarius Holſato-Gottorpienſis ſimulqve Oldenburgicus, & Toparcha Hoyerswortanus, A. 1672. ſuperſtes. T. II. p. 154.

Conr. Andr. CRAMERUS, Lubecenſis Med. D. & Practicus Lubecenſis, ac poſtea, circa A. 1721., in Duc. Megap. Rhenenſis. T. I. p. 114.

Dan. Paridanus CRAMERUS, Hamburgenſis, Med. D. & in patria Practicus, ſimulqve Conſil. Würtenbergicus, A. 1716. ſuperſtes. T. I. p. 114.

Joh. CRAMERUS, Hamburgenſis, J. U. D., A. 1689. ſuperſtes. T. I. p. 114.

Maur. CRAMERUS, Meldorpienſis, Paſtor in Dithmarſia, circa A. 1699., Marnenſis. T. I. p. 114.

Pet. CREISBACHIUS, Dithmarſus, Poeta, circa A. 1575., ſacer. T. I. p. 114. 115.

Frid. Joach. a CREUTZ, Segebergenſis, J. U. D. & Advocatus, circa A. 1711., Gottorp., ac deinde Conſiliarius, circa A. 1723., Holſato-Gottorpienſis. T. I. p. 115.

Frid. CRÖCHEL, Gaikebulla Strandfriſius, e Præceptore Principum Gottorpienſium aulico Nordſtrandiæ, ab A. 1655., Inſpector, M. d. 17. Maji A. 1667. T. I. p. 115.

Joh. CRÖCHEL Sen., Lubecenſis, Paſtor in Nordſtrandia ab A. 1612., Gaikebullenſis, & Archidiaconus deinde, ab A. 1618., Huſenſis, M. A. 1651., æt. 74., d. 22. Jul. T. I. p. 115.

M. Joh. CRÖCHEL Jun., Gaikebullenſis, Gymn. Bordesholm., ab A. 1646., Conrector, Diaconus, ab A. 1648., Flensburgi Marianus, Archidiac., ab A. 1653., Huſenſis, ſimulqve, ab A. 1661., Mariæ Eliſabethæ, Ducis Holſ. viduæ, Eccleſiaſtes aulicus, M. 25. Apr. A. 1665., æt. 50. T. I. p. 115.

M. Joh. CRÖCHEL III., Flensburgenſis, Paſtor, ab A. 1680., Simensbergenſis, M. d. 24. Mart. A. 1723., æt. 72. T. I. p. 115.

Nicol. CRÖGERUS, Buxtehudenſis, Stadæ, ab A. 1602. ad 1629. (qvo a Pontificiis pellebatur,) ad D. Coſmæ Diaconus & Scholæ ſimul Rector, Paſtor deinde, ab A. 1630., in Holſatia Sandisnevenſis, officio tandem ſacro reſtitutus Stadenſi. M. d. 4. Aug. A. 1645. T. II. p. 154. 155.

- - du CROIS, Caroli XI, Regis Sveciæ, & deinde Friderici, Ducis Holſato-Gottorp., Conſiliarius, A. 1698. ſuperſtes. T. II. p. 155.

M Nicol. CROLLIUS, Hamburgenſis, Paſtor in Hadelia, circa A. 1661., Ludingwortenſis. *T. I. p.* 115.

Dav. CROLLOVIUS, Civis Hamburg. literatus, urbe A. 1687. ejectus, *T. I. p.* 115.

Clara Maria CROMMERIA, Holſata, Poetria, A. 1670. ſuperſtes. *T. I. p.* 115

M. Joh. CRüGERUS, Lubecenſis, Paſtor, ab A. 1653., Milſtedenſis, & deinde Heidenſis, ſimulqve Dithmarſiæ borealis, ab A. 1679., Præpoſitus, M. A. 1681. *T. I. p.* 115. 116.

M. Pancratius CRüGERUS, Finſterwalda Luſatus, poſt varia officia ſcholaſtica, Rector Brunſvicenſis Ægidianus, L. Lat. & Poeſ. Profeſſor, ab A. 1576, Helmſtadienſis, Rector, ab A. 1580., Lubecenſis, &, ab A. 1589., Goldbergenſis, tandemqve Lingvæ Græcæ, in Acad. ad Viadrum Francofurtana, circa A. 1594., Profeſſor, M. d. 23. Oct. A. 1614., æt. 69. *T. II. p.* 155. 156. 157.

M. Pet. CRüGERUS, Lubecenſis, Paſtor, ab A. 1619. ad 1629., Eutinenſis, & deinde Kilonienſis, A. 1636. ſuperſtes. *T. I. p.* 116.

Jod. CRULLIUS, Hamburgenſis, Med. C. (c. A. 1679.) *T. I p.* 116.

Nicol. CRULLIUS, Hamburgenſis, patriæ, ab A. 1667., XIIvir, &, ab A. 1676., Senator, A. 1677. exautoratus, ac d. 27. Mart. A. 1698. mortuus (æt 78.) *T. I. p.* 116.

M. Vinc. CRULLIUS, Hamburgenſis, Diaconus patriæ, ab A. 1651., Jacobæus, M. d. 15. Nov. A. 1675., æt. 53. *T. I. p.* 116.

Matth. CRUMBTINGER, Lubecenſis, Templi in patria cathedralis, ab A. 1598., Diaconus, &, ab A. 1614., Paſtor, M. d. 15. Apr A. 1625. *T. I. p.* 116.

Caſp. CRUSIUS, Hamburgenſis, J. U. Lic. A. 1586. creatus. *T. I. p.* 116.

CHRIST. CRUSIUS, Crempenſis, LL. Stud., Witebergæ d. 30. Nov. A 1658. mortuus (æt. 21.) *T. I. p.* 116.

Detbl. CRUSIUS, Stadenſis, Advocatus, ab A. 1673., Wiſmarienſis, &, ab A. 1675., Hamburgenſis, tandemqve Senator, ab A. 1700., Stadenſis, M. A. 1715. *T. II. p.* 157.

M Georg. CRUSIUS, Hannoveranus, Paſtor, ab A. 157., Cotzenbullenſis, ſimulqve Præpoſitus, ab A. 1605., Eiderſtadienſis, M. A. 1619. *T. II. p.* 157. 158.

Joh. CRUSIUS, Brunſvicenſis, Eccleſiaſtes Dorpatenſis, & deinde, ab A. 1558., Roſtochienſis Marianus, tandemqve Paſtor, ab A. 1559., Hamburgenſis Petrinus, M. d. 17. Oct. A. 1566. *T. II. p.* 158.

Joh. CRUSIUS, Apenradenſis, Med. D., Urbis Sleſvicenſis ab A. 1691., ſimulqve, ab A. 1693., Aulæ Gottorpienſis, Medicus, M. c. A. 1712. *T. I. p.* 116.

Joh. CRUSIUS, Marchicus, LL. Stud., in Cimbria, circa A. 1699., commoratus. *T. II. p.* 158.

Magnus CRUSIUS, Sleſvicenſis, Legati in Gallia Danici Eccleſiaſtes domeſticus, ab A. 1724., Pariſienſis. *T. I. p.* 117.

Nicol. Joh. CRUSIUS, Holſatus (c A. 1657.) *T. I. p.* 117.

Phil. CRUSIUS, Islebienſis, J. U. Lic, Conſil. Mansfeldicus, Commiſſarius bellicus, in Cimbria, circa A. 1627., Cæſareus, Friderici, Ducis Holſato-Gottorp., ab A. 1629., Conſiliarius, & (ab A. 1633. ad 1639.,) in Ruſſiam ac Perſiam Legatus, ejusdem Legatus Revaliæ, circa A. 1647., ordinarius, tandem vero Conſiliarius in Eſthonia Svecicus, ſimulqve Gubernator Revalienſis, & Commerciorum Ingriæ ac Eſthoniæ Director, M. d. 10. Apr. A. 1676., æt. 79. *T. II. p.* 158. 159.

Mart. CUHMANN, Hamburgenſis, J. U. C. (c. A. 1665.) *T. I. p.* 117.

M. Gerh. CULEMANNUS Sen., Præpoſitus & Paſtor,, circa A. 1602., Rendesburgenſis. *T. I. p.* 117

Gerh. CULEMANNUS Jun., Rendesburgenſis, Paſtor, ab A. 1605., Simensbergenſis, Diaconus, circa A. 1622., Rendesburgenſis, Paſtorqve tandem illic & Præpoſitus, A. 1634. ſuperſtes. *T. I. p.* 117. 118.

Greg. CULEMANNUS, Rector, circa A. 1698., & Archidiaconus, circa A. 1713., Wilſtrienſis. *T. I. p.* 118.

Pet. CULMANNUS, Holſatus (c. A. 1600.) *T. I. p.* 118.

Henr. CUNIGUND, Arithmeticus, circa A. 1666., Wilſtrienſis. *T. I p.* 118.

Maurit. CUNO, Bancæ Hamburgenſis, circa A. 1704., Promus condus. *T. I. p.* 118.

M. Joh. CUNOVIUS, Ribnizia Megapolitanus, Paſtor, ab A. 1635., Uterſenſis, M d 2 Mart. A. 1657., æt 52. *T. II. p.* 159.

Alex. CAR. CURTIUS, Juris & Med. D., Lingvarum exoticarum Profeſſor, ab A. 166., Kilon. *T. II. p.* 159.

Andr CURTIUS, Lubecenſis, J. U. D., Guſtavi Adolphi, Ducis Megapolitano-Guſtrovienſis, Conſiliarius, ab A. 1662., intimus, & Cancellariæ, ab A. 1678., Director, M. d. 14. Maji A. 1697., æt. 68. *T. I. p.* 118

Joach. CURTIUS, Hamburgenſis, Med. D., & in patria, circa A. 1622., Practicus, M. d. 7. Apr. A. 1642., æt. 57. *T. I. p.* 118.

Valent. CURTIUS, Lebuſia Marchicus, Ord Franciſ. Monachus & Lector Catharinæus Roſtochienſis, Paſtor ibidem ædis Sp. S., ab A. 1528., & Marianæ, ab A. 1531., Lutheranus, Lubecæqve tandem Paſtor, ab A. 1534., Petrinus, &, ab A. 1550., Superintendens, M. d 27. Nov. A 1567., æt. 75. *T. II. p* 159 160.

Henr. CüSELIUS, Lubecenſis, J. U. Lic. & Advocatus, circa A. 1635., Cimbricus. *T. I p.* 118.

M. Hieron. CYPRÆUS Sen., Sleſvicenſis, Templi in patria cathedralis, circa A. 1565., Canonicus, & Gymnaſii, ab A. 1576., Profeſſor. *T. I. p.* 118. 119.

Hieron. CYPRÆUS Jun., Sleſvicenſis, J. U. Lic., Caroli IX., Regis Sveciæ, Conſiliarius & in Germania Legatus, A. 1642 ſuperſtes. *T. I. p.* 119.

Joh. Adolphus CYPRÆUS, Sleſvicenſis, Eccleſiaſtes in patria Michaelitanus, Coloniæ A 1633. ad Pontificios transgreſſus. *T. I. p.* 119 120.

Paulus CYPRÆUS, Sleſvicenſis, J. U. D., Ducum Holſato-Gottorpienſium IV., ab A. 1565., Conſiliarius, ac Protodicaſterii Aſſeſſor, ſimulqve Canonicus Sleſvicenſis, & Juris in Gymnaſio, ab A. 1576. ad 1580., Profeſſor, M. d. 2. Jun. A. 1609., æt 73. *T. I. p.* 120. 121.

Phil. CYPRÆUS, Sleſvicenſis, Joh. Adolphi, Ducis Holſato-Gottorp., Miniſter, circa A. 1622., aulicus. *T. I. p.* 122.

D.

M. Jac. DAKENDORF, Lubecenſis, Paſtor, circa A. 1710., in Duc. Megap., Retſchovienſis. *T. I. p.* 122.

Joach. a DALE, Lubecenſis, J. U. D., Patriæ, ab A. 1695. ad 1708., Senator, & deinde Georg. Ludovici, Elect. Brunſvico-Hannoverani, Legatus in ea ordinarius ac Conſiliarius, A. 1719. ſuperſtes. *T. I. p.* 122.

Bernh DAMBKE, Hamburgenſis, Advocatus Rigenſis, M. d. 8. Mart. A 1656. *T. I. p* 122.

M. Frid. DAME, Holſatus, Scholæ Itzchoenſis, ab A. 1592., Rector, ac deinde Flensburgi Diaconus, ab A. 1594., & Paſtor, ab A. 1600., Nicolaitanus, ſimulqve, ab A. 1604., Præpoſitus, M. d. 18. Dec. A. 1635., æt. 69. *T. I. p.* 122. 123. 124.

M. Henr. DAME, Flensburgenſis, Paſtor, in patriæ vicinia, Overſeenſis, M. d. 12. Jun. A. 1676. *T. I. p* 124.

Caſp. DANCKWERTH, Oldensworta Eiderſtadienſis, Med. D. & Practicus, ac, ab A. 1641., Conſul Huſenſis, M. d 25. Jan. A. 1672. *T. I p.* 124. 125. 126.

Chriſt. Gothofr. DANCKWERTH, Holſatus, Med D., Circulorum Stolpenſis & Uckermarchici initio Phyſicus, ac Practicus deinde, circa A. 1684., Hamburgenſis, M. A. 1687. *T. I. p.* 126.

Frid. Joh. DANCKWERTH, Holſatus, Toparcha Weſtenſeenſis, & Canonicus, circa A. 1680., Magdeburg. *T. I. p.* 126.

Georg. DANCKWERTH, Hamburgenſis, J. U. Lic & in patria, circa A. 1716., Practicus. *T. I. p.* 126.

Joh. DANCKWERTH, Hamburgenſis, J. U. D. & ædis in patria cathedralis, ab A. 1667., Canonicus, ac, ab A. 1686., Decanus, M. d. 27. Sept. A. 1694., æt. 52. *T. I. p.* 126.

Joh. DANCKWERTH, Roſtochienſis, J. U. D. & Practicus Lubecenſis, M. d. 12. Jul. A. 1716. *T. II. p.* 160.

Sam. DANCKWERTH, Huſenſis, Gymnaſii Bordesholmenſis, circa A. 1660., Subrector, M. A. 1667., æt. 52. *T. I. p.* 126.

Joh. DANIELIS, Scholæ in Wagria Neoſtadienſis, circa A 1637., Rector. *T. I p.* 126.

M. Joh. DASSOVIUS, Hamburgenſis, Inſulæ Albis Kirchwerderanæ, circa A. 1670., Paſtor. *T. I. p.* 126.

M. Joh. Chriſtoph. DASSOVIUS, Hamburgenſis, Scholæ Huſenſis, ab A. 1666., Conrector, Diaconus vero, ab A. 1669., Coldenbüttelanus, & tandem Oldenswortenſis. *T I. p.* 126.

Nicol. DASSOVIUS, Hamburgenſis, Th. D. & Profeſſor, ab A. 1682., Gryphiswaldenſis, ſimulqve Templi Mariani, ab A. 1682., Eccleſiaſtes, &, ab A. 1687., Paſtor, M. d. 8. Aug. A. 1706., æt. 67. *T. I. p* 126 127.

Theod. DASSOVIUS, Hamburgenſis, Th. Lic., Collegii Philoſ. Witebergæ, ab A. 1676., Aſſeſſor, ibidem, ab A. 1678., Profeſſor Poeſeos ordinarius & LL. Orient. extraordinarius, harum autem, ab A. 1689, Ordinarius, Kilonii, ab A. 1699., Theologiæ ac Lingvarum Græcæ & Orientalium Profeſſor, ſimulqve Paſtor Nicolaitanus, & tandem, ab A. 1709., Superintendens regius Sleſvigo-Holſaticus, Præpoſitusqve Rendesburgenſis, M. M. Jan. A. 1721. *T. I. p.* 127-131.

Hieron. DATHE, Hamburgenſis, Th. D., Ord. Philoſ. Witeb, ab A. 1692., Aſſeſſor, Præpoſitus & Paſtor, ab A. 1694., in Saxonia Kembergenſis, & Superint., ab A. 1702., Annæbergenſis, M. A. 1706., æt. 39. *T. I. p.* 131.

Joh. DAVöRDEN, Hamburgenſis, Advocatus Dicaſt. Brandeb., c. A. 1601., Berolinenſis. *T. I. p.* 131.

Chriſtoph DAURER, Hamburgenſis, J. U. Lic., Eliſab. Braheæ, Com. Pal., ab A. 1659. ad 1661., Aulæ Præfectus, Adolphi Joh., Com. Pal., ab A. 1664. ad 1672, Conſiliarius, JCtus deinde Hamburgenſis, M. d. 29. Dec. A 1683., æt. 51. *T. I. p.* 131.

Joh. Henr DAURER, Hamburgenſis, Med. D. & in patria, circa A. 1680., Practicus. *T. I. p.* 132.

Herm. Laur. DECKER, Hamburgenſis, Theol., circa A. 1688., Studioſus. *T. I. p.* 132.

M. Joh. Henr. DECKER, Hamburgenſis, Th. C. (circa A 1690.) *T. I p.* 132.

Joh. Henr. DECKER, Hamburgenſis, Med. D. & in patria, circa A. A. 1704., Practicus. *T. I. p.* 132.

M. Ulr. DECKER, Hamburgenſis, Orphanotrophei patrii, ab A. 1671., Eccleſiaſtes, M d. 17. Nov. A. 1684. *T. I. p.* 132.

M. Georg. DEDEKENNUS, Lubecenſis, Diaconus, ab A. 1590., Schönebergenſis in dioec. Ratzeb., Paſtor in Wagria, ab A. 1595., Neoſtadienſis, & Eccleſiaſtes tandem, ab A. 1606., Hamburgenſis Catharinæus, M. d. 29. Maji A. 1628., æt. 64. *T. I. p.* 132. 133. 134.

Joſi-

Joſias DEDEKENNUS, Hamburgenſis, J. U. D. & Conſil. Holſaticus, M. d. 26 Jun. A. 1651. *T. I. p. 134.*

M. Frid. DEDEKINDUS, Neoſtadio ad Lenum Brunſvicenſis, Eccleſiaſtes, circa A. 1549., Mindenſis, Paſtor in patria, circa A. 1570., Neoſtadienſis, & tandem, ab A. 1575., Michaelitanus Lüneburgenſis, ſimulqve Epiſcopatuum Lubecenſis & Verdenſis Superintendens, A. 1596. ſuperſtes. *T. II. p. 160. 161*

M. Joach. DEGENER, Hamburgenſis, Scholæ Hildeſienſis Rector, & Hamburgi deinde Templi D. Mar. Magdal., ab A. 1549., Cathedralis ab A. 1556., ac Petrini ab A. 1580., Paſtor, M. d, 2. Apr. A. 1585. *T. I. p. 134.*

Franc. DEHNIUS, Lubecenſis, J. U. D. & in patria, circa A. 1609., Practicus. *T. I. p. 134.*

Henr. DEHNE, Incola & Qvakerus, circa A. 1660., Hamburgenſis. *T. I. p. 134.*

Pet. DEHNS, Lubecenſis, Med. D. & in patria Practicus, M. d. 25. Jun. A. 1675., æt. 55. *T. I. p. 135.*

M. Bartholom. DEICHMANNUS, Paſtor primum Coldingenſis, deinde, ab A. 1699., Ottonienſis Canutianus, ſimulqve viciniæ Præpoſitus, ac Epiſcopus tandem, ab A. 1700., Wiburgenſis, &, ab A. 1711., in Norwagia Chriſtianienſis, A. 1722. ſuperſtes. *T. II. p. 161.*

Chriſtoph DEICHMANNUS a BERGEN, Steinfurto Weſtphalus, J. U. D. & Profeſſor, ab A. 1605., Marpurgenſis, Simonis, Comitis Lippienſis, Cancellarius, ab A. 1621., Detmoldenſis, Legatus Svecicus in Circulo Weſtphalico ordinarius, Cancellarius Megapolitanus, & Legatus tandem Haſſo-Caſſellanus Hamburgi ordinarius, M. A. 1648., æt. 72. *T. II. p. 161. 162.*

Rud. a DELEN, Nob. Tyrolenſis, Hamburgi, circa A. 1655., exul. *T. II p. 162.*

Joach. DELIUS, Hamburgenſis, Henrici Julii, Ducis Brunſvic., circa A. 1599., Conſiliarius, Pragæ in legatione mortuus. *T. I. p. 135.*

Mart. DELIUS, Hamburgenſis, Theol., circa A. 1563., Studioſus. *T. I. p. 135.*

Matthæus DELIUS Jun. ſive II., Hamburgenſis, Theol. Stud. & Poeta, Witebergæ d. 12. Aug. A. 1544. mortuus (æt. 21.) *T. I p. 135.*

Matthæus DELIUS III., Hamburgenſis, Phil. Ludovici, Com. Hannov., circa A. 1571., Ephorus. *T. I. p. 135. 136.*

Marcus Henr. DENCKER, Tellingſtedia Dithmarſus, Med. D. A. 1699. creatus. *T. I. p. 135.*

Jac. DENNER, Tinctor Altonavienſis, & Mennonitarum ibidem, circa A. 1706., Eccleſiaſtes. *T. II. p. 162.*

Tanneke DENYS, Blumenthalio Belgica, Mulier fanatica, in Holſatia, alibiqve, divagata, & Hagæ mortua, A. 1664. ſuperſtes. *T. II. p. 162.*

M. Henr. DETHARDING, Eiderſtadienſis (circa A. 1653.) *T. I. p. 136.*

Joh. DETHLEVUS, Windberga Dithmarſus, patriæ, circa A. 1634., Incola. *T. I. p. 136.*

Reinboldus DETHLEFS, Dithmarſus, J. U. D., A. 1629. ſuperſtes. *T. I. p. 136.*

DETHMARUS, Ord. Min., in Cœnobio Lubecenſi Catharinæo, circa A. C. 1368., Lector, A. 1387. ſuperſtes. *T. I. p. 136.*

Brandanus DETRIUS Sen., Arithmeticus Hamburgenſis, M. A. 1626. *T. I. p. 136.*

Brandanus DETRIUS Jun., Hamburgenſis, Th. D., Hug. Grotii Eccleſiaſtes Pariſiis, ab A. 1636, domeſticus, Cœnobii in Duc. Brunſvic. Wehndenſis, ab A. 1638., Paſtor, Concionator aulicus Georgii, Ducis Brunſvic., ab A. 1639., Hannoveranus, & Ulrici, Comitis Oſtfriſiæ, ab A. 1643., Auricenſis, urbis Brunſvicenſis, ab A. 1646., Superintendens, tandemqve, ab A. 1662., Proteccleſiaſtes aulicus, Superintendens generalis & Conſiſtorii Director Brunſvico-Gvelpherbytanus, atqve Abbas ſimul Riddagshuſanus, M. d. 22. Nov. A. 1688., æt. 81. *T. I. p. 136-139.*

Nicol. DETRIUS, Hamburgenſis, patriæ, circa A. 1654., Arithmeticus. *T. I. p. 139.*

Joh. DIECKE, Theol. Stud. Hamburgenſis, circa A. 1719., cæcus. *T. I. p. 139.*

Joh. DIECKHOF, Not. Publ. Cæſareus, & Templi Eckernfördenſis Organoedus, M. A. 1695. *T. I. p. 139.*

Henr. DIENER, A. 1635. ſuperſtes. *T. I. p. 139.*

Joach. DIETERDT, Hamburgenſis, Theol., circa A. 1673., Studioſus. *T. I. p. 139.*

Andr. Chriſt. DIETERICH, Brandeburgicus, Regis Pruſſiæ Concionator primum aulicus, deinde vero Med. Doctor & Practicus, ab A. 1703., Hamburgenſis, M. A. 1713. *T. II. p. 162.*

Georg. Theod. DIETERICUS, Haſſus, J. U. D., Baro de Rondeck, Georgii, Landgravii Haſſo-Darmſt., circa A. 1658., Conſiliarius, Auguſti, Ducis Saxo-Halenſis, circa A. 1670., Conſil. intimus & provinciarum Præſes, tandemqve Leopoldi Imp. Conſil. aulicus Imperialis, Legatusqve Hamburgi ordinarius, Canonicus, ab A. 1662., Hamburgenſis, M. A. 1678. *T. II. p. 162. 163.*

Helvicus DIETERICUS, Kyrtorfio Haſſus, Med. D. & Practicus, ab A. 1627., Argentinenſis, Archiater autem Georgii, Landgr. Haſſo-Darmſtattini, ab A. 1628., Georg. Wilhelmi, Elect. Brandeb., ab A. 1634., Chriſtiani V., Principis Danici, ab A. 1641., Chriſtiani IV., Regis Daniæ, ab A. 1644., ac Frid. Wilhelmi, Elect. Brandeb., ab A. 1647., tandemqve Medicus, ab A. 1647., Hamburgenſis, M. d. 13. Dec. A. 1655., æt. 54. *T. II. p. 163. 164. 165.*

M. Henr. DINGGREVIUS, Weſtphalus, Johannis Senioris, Ducis Holſ., Concionator aulicus, Præpoſitusqve, circa A. 1577., Hatherslebienſis, ac Superint. deinde, ab A. 1587., Wismarienſis, M. A. 1607. *T. II. p. 165.*

M. Canutus DIONYSIUS, Hatherslebienſis, Paſtor, circa A. 1643., caſtrenſis Danicus. *T. I. p. 139.*

Conr. DIONYSII, Hatherslebienſis (circa A. 1640.) *T. I. p. 139.*

Manr. DISDORP, Holſatus (circa A. 1589.) *T. I. p. 139.*

Henr. DOBBIN, Lubecenſis, Med. D., A. 1577. ſuperſtes. *T. I. p. 139.*

M. Joh. Henr. DöBELIUS, Roſtochienſis, Hamburgi, ab A. 1705., commoratus, A. 1716. ſuperſtes. *T. II. p. 165.*

Joh. DOCCEMIUS, Th. D., in Holſatia, circa A. 1633., commoratus. *T. II. p. 165. 166.*

Juſtus DOCCEMIUS, Hamburgenſis, Frid. III., R. Dan., circa A. 1669., Conſiliarius, & Legatus ad Elect. Colon. ordinarius. *T. I. p. 139.*

M. Sam. DöGIUS, Eiderſtadienſis, Paſtor in patria Oldenswortenſis, M. A. 1690. *T. I. p. 139.*

Steph. DöHREN, Magdeburgenſis, Theol. Stud. Hamburgenſis, urbe A. 1663. ejectus. *T. II. p. 166.*

M. Joh. Mich. DöLERUS, Römhilda Francus, Paſtor primum Eſtenſis in Oldelandia Bremenſi, deinde, ab A. 1678., Noſodochii Hamburgenſis, &, ab A. 1684., Ædis in Suburbio Hamburgenſi Paulinæ, M. d. 10. Oct. A. 1697., æt. 53. *T. II. p. 166. 167.*

Achatius DöRINCK, Arithmeticus, circa A. 1549., Hamburgenſis. *T. I. p. 139. 140.*

Steph. DöRING, Piſtor Lubecenſis, M. A. 1615., æt. 70. *T. I. p. 140.*

Herm. Henr. a DORNE, Patritius & JCtus Lubecenſis, A. 1708. ſuperſtes. *T. I. p. 140.*

Hieron. a DORNE, Lubecenſis, Patriæ, ab A. 1680., Senator, &, ab A. 1695., Conſul, M. d. 12. Oct. A. 1704., æt. 58. *T. I. p. 140.*

Henr. DORNEMANN, Scheſſelia Bremenſis, Eccleſiaſtes Johanneus & Conrector, ab A. 1680., Verdenſis, & Diaconus deinde Hamburgenſis, ab A. 1688., Nicolaitanus, M. d. 17. Jul. A. 1712., æt. 65. *T. II. p. 167.*

Chriſtoph. Henr. DORNEMANN, Verdenſis, Theol. Stud., c. A. 1716., Hamburgenſis. *T. II. p. 167.*

Chriſt. Mart DORNIUS, Wilſtrienſis, J. U. D., Cancellariæ regiæ Glückſtadienſis Conſiliarius, M. c. A. 1705. *T. I. p. 140.*

Reimarus DORNIUS, Wilſtrienſis, J. U. D., Advocatus, ab A. 1621., Cimbricus, Cancellariæ regiæ Sleſvigo-Holſaticæ, ab A. 1630., Conſiliarius, Canonicusqve ſimul, ab A. 1634., Sleſvicenſis, M. d. 20. Jun. A. 1655., æt. 61. *T. I. p. 140. 141.*

M. Joh. Petri DORSCHEUS, Fridericia Jutus, Præpoſitus copiarum in Britannia & Belgio Danicarum, ab A. 1689., caſtrenſis, Præpoſitus & Paſtor, ab A. 1692., Coldingenſis, Chriſtiani, Principis Danici, Eccleſiaſtes A. 1696., in itinere aulicus, & Hafniæ tandem, ab A. 1697., Ædis Sp. S., ac, ab A. 1698. Marianæ, Paſtor atqve Præpoſitus, M. d. 19. Nov. A. 1706, æt. 45. *T. II. p. 167.*

Corn. a DOUBLER, Hamburgenſis, J. U. Lic., M. d. 28. Aug. A. 1679., æt. 33.

DIET. de DOUBLER, Hamburgenſis, Mathematicus, M. d. 4. Mart. A. 1718.

DIET. de DOBBELER, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, c. A. 1719., Practicus.

Henr. de DOBBELER, Hamburgenſis, J. U. D. & Baſilicæ patriæ, ab A. 1718., Canonicus.

} *T. I. p. 141.*

Joh. DRACONITES, Carolſtadio Francus, Th. D., Paſtor, ab A. 1521., in diœceſi Moguntina, Milteburgenſis, & deinde in Thuringia Waltershuſanus, Theol. Prof. Erfurtinus, Theol. Prof. & Paſtor, ab A. 1534., Marpurgenſis, S. Lit. Interpres Lubecæ, ab A 1548. ad 1551., extraordinarius, Roſtochii, ab A. 1551., Theol. Prof. Paſtorqve Johanneus, &, ab A. 1557., Superintendens, Epiſcopus in Boruſſia, ab A. 1560., Pomezanienſis, Paſtorqve ſimul Mariæwerderanus, privatim tandem Witebergæ, ab A. 1561., commoratus, & d. 15. Apr. A. 1566. mortuus (æt. 72.) *T. II. p. 167-173.*

Eberh. DRAING, Hamburgenſis, J. U. D, Curiæ Supremæ Würtenberg. Tubingenſis, & patriæ deinde, circa A. 1719., Advocatus. *T. I. p. 141.*

Paulus DRAING, Hamburgenſis, J. U. Lic., & patriæ, ab A. 1702., Senator, A 1720. ſuperſtes. *T. I. p. 141.*

M. Georg. DREBBENSTED, Lubecenſis, Eccleſiaſtes primum aulicus, per annos 17., Saxo-Lauenburgicus, deinde Paſtor & Inſpector, ab A. 1643., Wittſtochienſis, tandemqve Lubecæ Templi Petrini, ab A. 1648., Diaconus, &, ab A. 1654., Paſtor, M. d. 27. Dec. A. 1662., æt. 64. *T. I. p. 141.*

Henr. DREIERUS, Lubecenſis, JCtus (c. A. 1640.) *T. I p. 141.*

M. Joach. DREIERUS, Lubecenſis, Scholæ patriæ, ab A. 1587., Conrector, M. M. Febr. A. 1630. *T. I. p. 141. 142.*

Matthias DREIERUS, Hamburgenſis, J. U. D., & Templi cathedr., circa A. 1708, in patria Canonicus, M. c. A. 1718. *T. I. p. 142.*

M. Pet. DREIERUS, Lubecenſis, Scholæ Löbenichtenſis Regiomonti Præceptor, & Diaconus deinde Lubecenſis, ab A. 1596. (per annos 54.) Jacobæus, M. d. 25. Dec. A. 1649., æt. 87. *T. I. p. 142.*

M. Pet. DREIERUS, Hatherslebienſis, patriæ, circa A. 1670., Archidiaconus. *T. I p. 142.*

Joh. DRESEMANN, Molarum Hamburgenſium Scriba, & Vicariorum Templi cathedr., ab A. 1657., Decanus, M. d. 3. Jun. A. 1671. *T. I. p. 142.*

Sam. DRESEMIUS, Dithmarſus, Gymnaſii Joachimici Berolinenſis, per S. luſtra, Rector, M. d. 3. Oct. A. 1638., æt. 60. *T. I. p. 142. 143.*

Herm. DRUDIUS, Amſtelodami & Hamburgi commoratus, A. 1660. ſuperſtes. *T. II. p. 173.*

Chriſt DRUELÆUS, Paſtor, in agro Rendesburgenſi, circa A. 1656., Fellinghuſanus. *T. I. p. 143.*

Jod. DUCELLIUS, Advena Flensburgi, circa A. 1570., Reformatus. *T. II. p. 173.*

Eilb. DUDOVIUS, Hamburgenſis (c. A. 1602.) *T. I. p. 143.*

Anna Regina DUHLIA, Mulier Holſatiæ, circa A. 1600., literata. *T. I. p. 144.*

Eggardus DüERCOP, Innocentii VIII., Pont. Rom., Sacellanus, & in Judicio Rotæ Romano Auditor, Epiſcopus deinde, ab A. 1492., Slesvicenſis, Romam A. 1495. reverſus, &, illic d. 6. Nov. A. 1499. mortuus. *T. II. p. 173. 174.*

Valent. Nicolaides DUMRADUS, Frantzburgenſis, Paſtor Ivenſis, in Cimbria A. 1639. & ſeqq. exul. *T. II. p. 174.*

Henr. DuRCOPIUS, Lubecenſis, Th. D., Diaconus, ab A. 1695., in patria Jacobæus, ac deinde Templi Germanorum Petrini Hafnienſis, ab A. 1706., Eccleſiaſtes, &, ab A. 1709, Paſtor, ſimulqve Acad. eqveſtris Profeſſor aliqvamdiu Catecheticus, A. 1723. ſuperſtes. *T. I. p. 144.*

Joh. Otto DüRKOPIUS, Glückſtadienſis, Secretarius Danicus in Brabantia & Flandria caſtrenſis, & deinde Frid. IV., Regis Daniæ, Conſiliarius Cameralis, M. A. 1712., æt. 48. *T. I. p. 144.*

Cor. Reinh. DURFELD, Hala Saxo, J. U. D., Cameræ Elect. Brandeb., circa A. 1693., & urbis Hamburgenſis, circa A. 1698., Advocatus, A. 1704. ſuperſtes. *T. II. p. 174.*

With. a DUTHEN, Hamburgenſis, J. U. D. (c. A. 1680.) *T. I. p. 144.*

Bernh. DWINGLO, Batavus., Eccleſiæ Belgicæ Gluckſtadienſis, circa A. 1638., Paſtor. *T. II. p. 174.*

E.

Joh. EBELINGIUS Sen., Hamburgenſis, Med. D., & patriæ, ab A. 1621., Poliater, ac deinde Proto-phyſicus, Vicariorumqve Templi cathedralis, ab A. 1652. ad 1657., Decanus, M. d. 8. Jul. A. 1658. *T. I. p. 144.*

Auguſtinus EBERHARD, Paſtor in Duc. Megap., ab A. 1648., Prillizenſis & Hohenzirizenſis, Gryphiswaldiæ dein A. 1674., & Lubecæ A. 1679-1683, exul. *T. II. p. 174.*

M. Dan. EBERHARDUS, Strelizia Megapolitanus, Lubecæ educatus, Scholæ regiæ Rigenſis, ab A. 1692., Conrector, Ludimoderator & Diaconus Johanneus, ab A. 1694., Dorpatenſis, Lingvarum Græcæ & Orientalium, ab A. 1699., in Academiis Dorpatenſi & paulo poſt Pernavienſi, Theol. autem & L. Hebr., ab A. 1702., in Gymnaſio Rigenſi, Profeſſor. *T. II. p. 174. 175.*

Jac. EBERHARDI, Paſtor in agro Trittovienſi, circa A. 1686., Barchſtedenſis. *T. I. p. 144.*

Joh. Volbertus EBERS, Slesvicenſis, J. U. D. & Advocatus, circa A. 1708., Gottorpienſis. *T. I. p. 144.*

M. Dav. EBERSBACH, Paſtor ruralis, in Anglia Cimbrica, circa A. 1713., Böhlanus, & Concionator deinde aulicus Eutinenſis, Epiſcopatusqve Lubec. Superintendens, A. 1721. ſuperſtes. *T. II. p. 175.*

Joh. Dan. EBERUS, Acad. Kilon., circa A. 1685., Secretarius, ac Vice-Bibliothecarius ſimul Gottorpienſis. *T. I. p. 144. 145.*

EBERH. EBIO, Huſenſis, Paſtor in Eiderſtadia, circa A. 1690., Tatingenſis. *T. I. p. 145.*

Matthias EBIO, Huſenſis, Scholæ patriæ Cantor, ab A. 1616. ad 1673., M. d. 20. Dec. A. 1676., æt. 86. *T. I. p. 145.*

Matthias EBIO, Curovia Holſatus, A. 1702. ſuperſtes. *T. I. p. 145.*

EBO, Germanus, Ludovici Pii, Imperatoris, Fiſci initio Miniſter, & dein Sacellarius ac Bibliothecarius, hinc Abbas San-Remigianus, & Archiepiſc., ab A. 816., Rhemenſis, ſimulqve Legatus A. 823. ad Cimbros & Danos Evangelicus, A. 835. e Cathedra Rhemenſi deturbatus, & Epiſcopus factus Hildeſienſis, A. 480. Eccleſiæ Rhemenſi iterum obtruſus, ſed A. 841. denuo pulſus, tandem in Abbatia Bobienſi S. Columbani Italica atqve Hildeſiæ exul, M. d. 20. Mart. A. 851. *T. II. p. 175-181.*

Gothofr. ECKARDUS, Lipſienſis, Med. D. & Practicus, circa A. 1691., Hamburg. *T. II. p. 181.*

Blaſius ECKENBERGER, Lubecenſis, Civis Flensburgenſis, & Scriba Præfecturæ Flensburg. (ab A. 1548.,) Judiciiqve provinc. Cimbrici, publicus, A. 1603. ſuperſtes. *T. I. p. 145. 146.*

Georg. EDERUS, Lubecenſis, Eccleſiaſtes, circa A. 1655., aulæ Saxo-Lauenburg. Ratzeburgenſis, ſimulqve Paſtor Ratzeburg. Georgianus *T. I. p. 146.*

ESDRAS EDZARDUS, Hamburgenſis, Theol. Lic., M. d. 1. Jan. A. 1708., æt. 79. *T. I. p. 140. T. III. p. 221-227.*

Georg. ELIEZER EDZARDUS, Hamburgenſis, Lingvæ Græcæ & Hiſt. ab A. 1685., Lingvarum vero Orientalium ab A. 1717., in Gymnaſio patriæ Profeſſor, A. 1723. ſuperſtes. *T. I. p. 146. 147.*

M. Jod EDZARDI GLANEUS, Jevera Oldenburgus, Parochus, ab A. 1624., Billwerderanus, & Templi deinde Michaelitani Hamburgenſis, ab A. 1626., Diaconus, ac, ab A. 1661., Paſtor primus, M. d. 24. Mart. A. 1667., æt. 72. *T. II. p. 181. 182.*

Joh. ESDRAS EDZARDUS, Hamburgenſis, Paſtor Londinenſis in Anglia, ab A. 1686., Lutheranus, M. d. 15. Nov. A. 1713., æt. 52. *T. I. p. 147.*

M. Sebaſt. EDZARDUS, Hamburgenſis, Ord. Philoſ. Witeb., ab A. 1696., Aſſeſſor, & Log. ac Metaph. in Gymnaſio Hamburgenſi, ab A. 1699., Profeſſor, A. 1723. ſuperſtes. *T. I. p. 147-151.*

Paulus EGARDUS, Kellinghuſanus, Paſtor, circa A. 1621., Norttorpienſis, A. 1643. ſuperſtes. *T. I. p. 151-154.*

Joh. EGENOVIUS, Hatherslebienſis (c. A. 1629.) *T. I. p. 154.*

Pet. EGGE, Lubecæ A. 1657. commoratus. *T. I. p. 154.*

Georg. Frid. EGGERS, Rendesburgenſis, Patriæ, circa A. 1707., Conſul, Tribunalisqve regii Glückſtadienſis Aſſeſſor, M. d. 20. Jul. A. 1711., æt. 48. *T. I. p. 154.*

Nicol. EGGERS, Eccleſiaſtes, circa A. 1625., Plönenſis. *T. I. p. 154.*

Joh. EICHELIUS, Hatherslebienſis, Med. D. & Practicus, circa A. 1698., ſimulqve Conſul, circa A. 1710., Hafnienſis, ac Conſiliarius poſtea Archiaterqve, regius, A. 1722. ſuperſtes. *T. I. p. 154.*

Mich. EINSPERG, Holſatus (circa A. 1662.) *T. I. p. 154.*

Joh. EITELBRENDEL, Hamburgenſis, Scriptor Sec. XVII. dubius. *T. I. p. 154.*

Alb. ab EITZEN, Hamburgenſis, J. U. Lic., Patriæ, ab A. 1610., Senator, &, ab A. 1623., Conſul, M. d. 4. Maji A. 1653., æt. 74. *T. I. p. 154. 155.*

Chriſt. ab EITZEN, Glückſtadienſis, J. U. C. c. A. 1673.
Dan. ab EITZEN, Hamburgenſis, J. U. C. c. A. 1655.
Herm. ab EITZEN, Hamburgenſis, J. U. Lic. A. 1671. creatus.
Joh. ab EITZEN, J. U. Lic. c. A. 1664.
} *T. I. p. 155.*

Paulus ab EITZEN, Hamburgenſis, Th. D., Gymnaſii Svevo-Colonienſis, circa A. 1544., Rector, Dialectices Profeſſor Roſtochienſis, Hamburgi Ædis cathedralis, ab A. 1549., Paſtor, &, ab A. 1555., Superintendens, Slesvigæ vero tandem, ab A. 1562., Proteccleſiaſtes aulicus & Superint. gen. Holſato-Gottorpienſis, ſimulqve Præpoſitus Gottorpienſis & (ab A. 1582. ad 1593.) Nordſtrandicus, Templi cathedr. Canonicus, ac Gymnaſii illius Profeſſor (ab A. 1576. ad 1580.) Theologus, A. 1593. rude donatus, & d. 25. Febr. A. 1598. mortuus (æt. 77.) *T. I. p. 155. T. III p. 217-236.*

Alb. ELERS, Hamburgenſis, Th. D., Ulrici, Comitis Oſtfriſiæ, Concionator, ab A. 1648., aulicus, & Comitatus, circa A. 1652., ſimul Superintendens. *T. I. p. 155.*

M. Andr. ELERS, Hamburgenſis, Paſtor initio Elmeshornenſis, & deinde, ab A. 1698., Hamnenſis atqve Hornenſis, A. 1716. ſuperſtes. *T. I. p. 155.*

Franc. ELERUS, Ulza Lüneburgicus, Scholæ Hamburgenſis, circa A. 1589., Cantor. *T. II. p. 183.*

Joh. ELERUS, Ulza Lüneburgicus, Med. D. & Practicus, circa A. 1619., Hamburgenſis. *T. II. p. 183.*

Joh. Frid. ELERS, Holſatus, c. A. 1716. *T. I. p. 155.*

Joh. ELFRINGIUS, Itzehoenſis, Paſtor, circa A. 1649., Steinmarckenſis in præfectura Duc. Brem. Ritzbüttelana. *T. I. p. 155. 156.*

Nicol. Joh. ELFRINGIUS, Hamburgenſis vel Ritzbüttelanus, Theol., circa A. 1670., Studioſus. *T. I. p. 156.*

Sidonia ELLIA, Hamburgenſis, Foemina Sec. XVII. literata. *T. I. p. 156.*

ELISABETHA JULIANA, Friderici, Ducis Holſato-Norburgenſis, filia, Antonii Ulrici, Ducis Brunſvico-Gvelpherbytani, ab A. 1656., Conjux, M. d. 1. Febr. A. 1704., æt. 70. *T. I. p. 156.*

Geverhardus ELMENHORSTIUS, Hamburgenſis, Patriæ Philologus & Polyhiſtor, M. A. 1621. *T. I. p. 157. T. III. p. 236-243.*

M. Henr. ELMENHORSTIUS, Parchima Megapolitanus, Eccleſiaſtes, ab A. 1660., Hamburgenſis Catharinæus, M. d. 21. Maji A. 1704., æt. 72. *T. II. p. 183.*

M. Joh. Henr. ELMENHORSTIUS, Hamburgenſis, Eccleſiaſtes caſtrenſis & deinde nauticus, a fluctibus marinis, anno circiter 1705., abſorptus. *T. I. p. 157.*

Bernh. ELSNER Slesvicenſis, J. U. D. A. 1657. creatus, Canonicus Magdeburgenſis. *T. I. p. 157.*

Joach. ELSTORPIUS, Hamburgenſis, Med. D. & in patria Practicus, M. d. 20. Jul. A. 1644., æt. 63. *T. I. p. 157.*

Joh. ab ELSWICH, Lubecenſis, J. U. Cand., Tubingæ A. 1617. mortuus. *T. I. p. 157.*

Joh. Herm. ab ELSWICH, Rendesburgenſis, Th. Lic., Ord. Philoſ. Witeb. Aſſeſſor, & Paſtor deinde, ab A. 1717., ædis D. Coſmæ Stadenſis, M. d. 11. Jun. A. 1721., æt. 37. *T. I. p. 157. 158.*

Joh. ab ELVERFELD, Eccleſiaſtes Bremenſis, ad A. usqve 1562., Ansgarius, & deinde Paſtor, circa A. 1570, Meldorpienſis. *T. I. p. 159.*

Jonas ab ELVERFELD, Cimber, Nomarchiæ Carrbardenſis, in tractu Tunderenſi, Scriba, circa A. 1598., publicus, A. 1609. ſuperſtes. *T. I. p. 159.*

Laur. ab EMBECK, Hamburgenſis, Johannis, Principis Holſato-Gottorp., c. A. 1626., Ephorus. *T. I. p. 159.*

Jonas EMMENIUS, Lubecenſis, Eccleſiaſtes, ab A. 1654., Travemundanus, &, ab A. 1664., Lubecenſis Petrinus, M. d. 24. Sept. A. 1667., æt. 41. *T. I. p. 160.*

Joh. Frid. EMMENIUS, Lubecenſis Eccleſiaſtes patriæ, ab A. 1681., Jacobæus, M. d. 1. Jan. A. 1695. *T. I. p. 160.*

Broderus ENEWALD, Dagebylla Nordfriſius, Diaconus, ab A. 1697., prope Itzehoam, Neüenkirchenſis, A. 1705 ſuperſtes. *T. I. p. 160.*

Hanſius ENGELBRECHT, Brunſvicenſis, Civis & opifex patriæ illiteratus, Hamburgi & in Cimbria diu commoratus, & ob revelationes famoſus, M. M. Febr. A. 1642. *T. II. p. 184. 185. 186.*

M. Jac.

M. Jac. ENGELBRECHT, Stralſundenſis, Med. Cultor, Sleſvigæ A. 1632. & ſeqq. commoratus, ac A. 1641. ſuperſtes. *T. II. p. 186*

Melch. ENGELBRECHT, Hamburgenſis, Med. D. & in patria, circa A. 1684., Practicus. *T. I. p. 160.*

Joh. Caſp ENGELLEDER, Sileſius, Med. D. & Practicus, circa A. 1716., Hamburgenſis. *T. II. p. 186.*

M. Henr. ENGENHAGEN, Lubecenſis, Diaconus ab A. 1643., & Paſtor ab A. 1662., in patria, Jacobæus, Ord. Eccl., ab A. 1679., Senior, M. d. 1. Sept. A. 1685., æt. 70. *T. I. p. 160.*

Henr. ENGENHAGEN Jun., Lubecenſis, J. U. D., M. A. 1693., æt. 39. *T. I. p. 160*

Tob. ENICCELIUS, Leſcovia Bohemus, Scholæ primum Flensburgenſis, & deinde, circa A. 1665., Tonningenſis, Cantor, A. 1670. ſuperſtes. *T. II p. 186.*

Andr. ERASMI, Ripenſis, Theologus Sec. XVI. vel XVII Danicus. *T. I. p. 160.*

M. Chriſtoph. Ant. ERASMI, Lubecenſis, Eccleſiaſtes patriæ, ab A. 1676., Petrinus, M. d. 28. Jan. A. 1703, æt. 54. *T. I. p. 160.*

Gothardus Otto ERASMI, Lubecenſis, Med. D. A. 1714. creatus *T. I. p. 160. 161.*

Otto Joh. ERASMI, Lubecenſis, J. U. Lic. A. 1675. creatus. *T. I. p. 161.*

M. Herm. ERDMANNUS, Neuenkircha Oldelandus, Paſtor in patria, ab A. 1660., Neuenfeldenſis, Hanoveræ ab A. 1675., Georgianus, Stadæ, ab A. 1677., Wilhadianus, Hafniæ, ab A. 1678., aulicus Sophiæ Æmiliæ, Reginæ Danorum viduæ, & Holſatiæ tandem regiæ, ab A. 1684., Gluckſtadii Superintendens, M. d. 5. Oct. A. 1687., æt. 56. *T. II. p. 186. 187.*

Joh. Georg. ERHARDUS, Hamburgenſis, J. U. Lic., A. 1683. ſuperſtes. *T. I. p. 161.*

Joh. ERHORNIUS, Crempenſis, Med. D. & Practicus, circa A. 1666., Gluckſtadienſis. *T. I. p. 161.*

Joh. ERHORN, Arithmeticus, circa A. 1669., Hamburgenſis. *T. I. p. 161.*

M. Georg. ERICHIUS, Hatherslebienſis (c. A 1570.) *T. I. p. 161.*

Ern. ab ERLENCAMP, Hamburgenſis, J. U. Lic., Baro deinde Pontificius, & Anshelmi Franciſci, Elect. Mogunt., Conſiliarius ac Legatus Hamburgi, circa A. 1683., ordinarius, A. 1689., ſuperſtes. *T. I. p. 161.*

Gilb. ab ERLENCAMP, Hamburgenſis, J. U. Lic. & Baro, A. 1683. ſuperſtes. *T. I. p. 161*

Henr. Chriſt. ERYTHROPHILUS, Hannoveranus, Med. D. & Joh. Adolphi, Ducis Holſato-Plönenſis, circa A. 1701., Archiater. *T. II. p. 187.*

Joh. Adolphus ERYTHROPHILUS, Plönenſis, Med. D. A. 1715. creatus *T. I. p. 161.*

M. Joh. ESCHENBURGIUS Jun., Lubecenſis, Ord. Philoſ. Jenenſis, ab A. 1621., Aſſeſſor, & deinde Scholæ in Pomerania Stolpenſis Rector. *T. I. p. 161.*

Nicol. ESCHENBURGIUS, Lubecenſis, Scriptor, circa A. 1571., Arithmeticus. *T. I. p. 161.*

Auguſtus ESMARCH, Flensburgenſis, Paſtor, ab A. 1721., Ulſeniſſenſis in Anglia Cimbrica. *T. I. p. 161. 162.*

Henr. Chriſt. ESMARCH, Klixbulla Cimber, Med. D. & Practicus, ab A. 1681., Flensburgenſis, A. 1723. ſuperſtes. *T. I. p. 162.*

M. Joh. ESMARCH, Klixbullenſis, pagi natalis, ab A. 1652., Paſtor, M. M. Aug. A. 1666., æt. 50. *T. I. p. 162.*

M. Marcus ESMARCH, Anglo-Cimber, Paſtor, ab A. 1666., Klixbullenſis, M. A. 1699. *T. I. p. 162.*

Nicol. ESMARCH, Vahrenſteda Anglo-Cimber, Paſtor ab A. 1612., Klixbullenſis, A. 1652. rude donatus. *T. I. p. 162*

Nicol. Ludov. ESMARCH, Klixbulla Cimber, Paſtor in Com. Pinneberg, circa A. 1686., Hertzhornenſis, M. M. Majo A. 1719. *T. I. p. 162.*

Aug. Henr. ab ESSEN, Hamburgenſis, J. U. Lic., Secretarius, circa A. 1692., ac deinde Conſiliarius Holſato-Gottorpienſis, tractusqve Pilwormienſis Inſpector, M. A. 1706. *T. I. p. 162.*

Marcus ESTERUS, Hamburgenſis, J. U. Lic., M. A. 1697., æt. 31. *T. I. p. 162.*

Chriſt. ab EULENOU, Flensburgenſis, J. U. C. & patriæ, ab A. 1624., Senator, M. d. 20. Oct. A. 1634, æt. 71. *T. I. p. 162.*

Chriſt. Wilb. EYBENIUS, Conſiliarius Cancellariæ Durlaco-Badenſis, & deinde Brunſvico-Cellenſis, Status autem publici. ab A. 1699, Holſato-Gottorpienſis, Epiſcopi Oſnabrugenſis, circa A. 1718., Cancellarius. *T. II p. 187. 188.*

Joh. EYS, Hamburgenſis, A. 1618. ſuperſtes. *T. I. p. 162.*

Theoph. Caſim. EYSENER, Delitio Miſnicus, Med. D. & Practicus, circa A. 1708., Hamburgenſis, A. 1718. ſuperſtes. *T. II. p. 188.*

F.

Alb. Otto FABER, Germanus, Med. D. & Practicus, circa A. 1641., Lubecenſis, ac deinde Hamburgenſis, Principis Sultzbaco-Palatini Medicus aulicus & caſtrenſis, tandemqve Caroli II., Regis Angliæ, Archiater, M. A 1686 *T. II. p. 188.*

Chriſt. FABRICIUS, Broackera Cimber, J. U. & Med. D., Medicus, circa A. 1641., Hafnienſis, M. d. 20. Nov. A. 1666., æt. 65. *T. I. p. 162.*

Ern. Frid. FABRICIUS, Charitinus, Med. D. & in aula primum Cæſarea, deinde vero Hamburgi, circa A. 1626., Practicus. *T. II. p. 188.*

M. Georg. FABRICIUS, Sleſvicenſis, Subrector, ab A 1614., Lubecenſis, Conrector, ab A. 1615., Hamburgenſis, Archidiaconus, ab A. 1620., Weſſelburenſis, & Paſtor tandem in Eiderſtadia Poppenbüllenſis, M. A. 1631., æt. 41. *T. I. p 163.*

M. Jac. FABRICIUS Sen., Tunderenſis, patriæ, ab A. 1586., Diaconus, Concionator aulicus & Præpoſitus, ab A. 1588., Gottorpienſis, ſimulqve Eccleſiarum Holſato-Gottorpienſium, ab A. 1593., Vice-Superintendens, &, ab A. 1598., Præpoſitus generalis, Paſtor Hamburgenſis, ab A. 1610., Jacobæus, ſimulqve, ab A. 1614., Gymnaſii Hamburg. Inſpector & Profeſſor Theologus, Gottorpii tandem iterum, ab A. 1616., Proteccleſiaſtes aulicus, Præpoſitus Gottorpienſis, Eccleſiarumqve Ducalium Generalis Præpoſitus, ab A. 1636., Superintendens, M. d. 5. Nov. A. 1640., æt. 81. *T. I. p. 163. 164. 165.*

M. Jac. FABRICIUS Jun., Sleſvicenſis, Dithmarſiæ borealis, ab A. 1615., Præpoſitus, ſimulqve Paſtor ab A. 1614., Londinenſis, Concionator ab A. 1616. aulicus Auguſtæ, Viduæ Holſaticæ, Huſenſis, & deinde Friderici, Ducis Holſato-Gottorpienſis, ab A. 1622., Gottorpienſis, ſimulqve Eccleſiarum ducalium Generalis Vice-Præpoſitus, &, ab A. 1640., Superintendens, Præpoſitusqve Gottorpienſis, M. d. 24. Apr. A. 1645., æt. 56. *T. I. p. 165.*

Jac. FABRICIUS, Holſatus, Sec. 17. Scriptor. *T. I. p. 166.*

Joach. FABRICIUS, Friberga Miſnicus, Hamburgi, circa A. 1667., commoratus. *T. II. p. 188.*

Joh. FABRICIUS, Hamburgenſis (c. A. 1603.) *T. I. p. 166.*

M. Joh. Adolphus FABRICIUS, Sleſvicenſis, Paſtor, ab A. 1014, Arensburgenſis in Duc. Megap., & Eccleſiaſtes poſtea, ab A. 1615., Hamburgenſis Jacobæus, M. d. 28. Oct A. 1650., æt. 59. *T. I. p. 166.*

Joh. Alb. FABRICIUS, Lipſienſis, Th. D., Eloqv. & Philoſ Pract, in Gymnaſio Hamburgenſi, ab A. 1699., Profeſſor, ſimulqve Scholæ Johanneæ, ab A. 1708. ad 1711., Rector, A. 1623 ſuperſtes. *T. II. p. 188. 189.*

M. Joh. Chriſt. FABRICIUS, Tunderenſis, Paſtor, ab A. 1649., Loydtenſis, M. d. 9 Jul. A. 1686., æt. 62. *T. I. p. 166.*

Laur. FABRICIUS, Sleſvicenſis, J. U. C. & Poeta (c. A. 1634.) *T. I. p. 166.*

Mart. FABRICIUS, Wilſtrienſis, Med. D. & in patria, ab A. 1602., Practicus, M. d 3. Febr. A. 1640., æt. 64. *T. I p. 166. 167.*

M. Pet. FABRICIUS, Tunderenſis, Paſtor, ab A. 1613., Bulderupenſis, & deinde Warnenſis in tractu Apenradenſi, M. A. 1651., æt. 64. *T. I. p. 167.*

Pet FABRICIUS, Paſtor per annos 35., Sleſvicenſis Michaelitanus, circa A. 1689. emeritus *T. I. p. 167.*

M Phil. FABRICIUS, Sleſvicenſis, Eccleſiaſtes in Dithmarſia, circa A. 1617, Londinenſis, M. A. 1618. *T. I. p. 167.*

Tob. FABRICIUS, Neüenſtätta Pinnebergicus, pagi patrii Paſtor, M. d. 10. Aug. 1696. *T. I. p. 167.*

Vinc FABRICIUS, Hamburgenſis, J. U. Lic., Johannis, Epiſcopi Lubecenſis, Conſiliarius, ab A. 1643., Eutinenſis, & urbis deinde Dantiſcanæ, ab A. 1644., Syndicus, ac, ab A. 1666., Senator & Conſul. M d. 11. Apr. A. 1667., æt. 55. *T. I. p. 167. 168. T. III. p 243. 249.*

Wern. FABRICIUS, Itzehoenſis, Organoedus, ab A. 1656., Lipſienſis Nicolaitanus, ſimulqve Chori in Templo Academico Muſici Director, M. d. 9. Jan. A. 1679., æt. 46. *T. I. p. 168.*

Chriſtoph. FAHRENHORST, Lubecenſis, Paſtor, in Duc. Megapol., circa A. 1638., Baſedovienſis, &, circa A. 1645., Tentewinkelenſis. *T. I. p. 168. 169.*

Chriſt. FALCKIUS, Oſterviga Saxo, Med. D. & Practicus, circa A. 1716., Hamburgenſis. *T. II. p 189.*

Chriſt. FALSTERUS, e Falſtria, Daniæ inſula, oriundus, Scholæ Ripenſis, ab A. 1712, Conrector, &, ab A. 1723., Rector. *T. II. p 189. 190.*

Joh. FARSENIUS, Ripenſis, Paſtor in Jutia, circa A. 1595., Vedelenſis. *T. I. p. 169.*

Dav. a FECHTE, Hamburgenſis, J. U. D. & in patria Practicus, M. d. 13. Jul. A. 1682. *T. I p. 169.*

Harro FEDDERSEN, Conſul, circa A. 1680., Huſenſis. *T. I. p. 169.*

Nicol. FEDDERSEN, Flensburgenſis, Theol. (c. A. 1723.) Studioſus, *T. I. p. 169.*

M. Barth. FEINDIUS Sen., Scholæ Hamburgenſis Præceptor, M d. 6. Jan. A. 1691, æt. 58. *T. I. p. 169.*

Barth. FEINDIUS Jun., Hamburgenſis, J U. Lic., M. A. 1721., æt. 43. *T. I. p. 169. 170. 171.*

Alb. zum FELDE, Hamburgenſis, Diaconus, ab A. 1704., Tonningenſis, & deinde Kilonii, ab A. 1709., Theol., Log. & Metaph. Profeſſor, ſimulqve Paſtor, ab A. 1712., Nicolaitanus, M. d. 2-. Dec. A. 1720., æt. 46. *T. II. p. 190. 191.*

Joh. Diet. zum FELDE, Eccleſiaſtes in Dithmarſia, circa A. 1707., Weddingſtedenſis. *T. I. p. 171.*

Joh. Chriſt. FERBER, Arithmeticus, circa A. 1700., Hamburgenſis. *T. I. p. 171.*

Joh. FESTINGIUS, Lubecenſis, J. U. D. hujusqve ac Polit Profeſſor, ab A. 1682., Roſtochienſis, & Conſiliarius ſimul Megapolitano-Suerinenſis, M. d. 6. Aug A. 1691. *T. I. p. 171. 172.*

Frid. Chriſt. FEUSTKING, Stellovia Holſatus, Paſtor, in agro Sleſvicenſi, ab A. 1706., Tolckenſis, A. 1723. ſuperſtes. *T. I. p. 172.*

M. Joh. FEUSTKINGIUS, Hervordia Weſtphalus, Paſtor, circa A. 1661., Elmeshornenſis in Com. Pinneberg., ſimulqve Eccleſiarum ejusdem Schauenburgicarum & Ranzovianarum Ephorus. *T. II. p. 191.*

Joh. Henr. FEUSTKINGIUS, Stellovia Holſatus, Th. D., Ord. Philoſ. Witeb., ab A. 1694., Aſſeſſor, Superintendens, ab A. 1697., in Saxonia, Jeſſenſis, Præpoſitus, ab A. 1702., Kembergenſis, Superint., Conc. aulicus & Paſtor Bartholomæanus, ab A. 1705., Anhaltino-Serveſtanus, Theol. Profeſſor Templiqve arcis Præpoſitus, ab A. 1710., Witebergenſis, & tandem Proteccleſiaſtes aulicus ac Conſiliarius eccleſiaſticus, ab A. 1712., Saxo-Gothanus, M. d. 23. Mart. A. 1713., æt. 41. *T. I. p. 172-175.*

Jac. FIDANQVE, Luſitanus, Rabbinus Hamburgenſis, Londini d. 4. Aug. A. 1709. mortuus. *T. II. p. 191.*

M. Abel FINCHIUS, Strandfrius, Scholæ Huſenſis ab A. 1652. Conrector & ab A. 1666. Rector, tandemqve Sleſvicenſis, ab A. 1670., itidem Rector, M. A. 1680. *T. I. p. 175.*

Thomas FINCHIUS, Flensburgenſis, Med. D. & in patria, ab A 1588., Practicus, Philippi, Ducis Holſ., Archiater, ab A. 1589., Gottorpienſis, & Hafniæ tandem Matheſeos ab A. 1590., Eloqv. ab A. 1602., ac Medicinæ, ab A. 1603., Profeſſor primarius, atqve Communitatis regiæ Præfectus, ſimulqve Chriſt. IV., Regis, Archiater, Canonicus Roeſchildenſis, & Acad. Hafn. Senior. M. d. 24. Apr. A. 1656., æt. 96. *T. I. p. 175. T. III. p. 249-255.*

M. Gothofr. FINCKELTHAUS, Miſnicus, Hamburgi, circa A. 1633., commoratus. *T. II. p. 191.*

Laur. FINCKELTHUSIUS, Lipſienſis, J. U. D. & Syndicus, ab A. 1596. Lubecenſis, M. d. 11. Mart. A. 1606. *T. II. p. 191. 192.*

M. Sigism. FINCKELTHAUS, Lipſienſis, Eccleſiaſtes in Holſatia, circa A. 1641., Neüenkirchenſis. *T. II. p. 192.*

M. Joach. Chriſtoph. FINXIUS, Pædagogus juvenum Aleſeldiorum, circa A. 1658., Nutſchovienſis. *T. II. p. 192.*

M. Frid. Jac. FIRNHABER, Werthemio Francus, Hamburgi educatus (c. A. 1716.) *T. II. p. 192.*

Joh. Conr. FIRNHABER, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, circa A 1716., Practicus. *T. I. p. 175.*

Arn. FISCHERUS, Tunderenſis, Eccleſiaſtes ædis Sp. S. Flensburgenſis, ab A. 1704., Danicus, Præpoſitusqve deinde ac Paſtor, ab A. 1715., Hatherslebienſis, A. 1723. ſuperſtes. *T. I. p. 175.*

Benjam. FISCHERUS, Lubecenſis, Med. D. & in patria Rigæqve Practicus, A. 1689. ſuperſtes. *T. I. p. 175.*

Dan. FISCHERUS, Lubecenſis, J. U. D., Conſiliarius, ab A. 1665., Brunſvico-Gvelberbytanus, & Conſul deinde, ab A. 1674., Roſtochienſis, M. A. 1690. *T. I. p. 175. 176.*

M. Henr. FISCHERUS, Sleſvicenſis, Diaconus, circa A. 1637., & deinde Paſtor in Dithmarſia Londinenſis, tandemqve Dithmarſiæ borealis ſimul Præpoſitus, M. d. 26. Dec. A. 1679. *T. I. p. 176.*

Henr. Lev. FISCHERUS, Med. Cand. & Practicus, circa A. 1644., Hamburgenſis. *T. II. p. 193.*

Joh. FISCHERUS, Lubecenſis, Th. D., Superintendens initio ditionum Palatino-Sulzacenſium, & deinde, ab A. 1673. ad 1699., Livonicus generalis, ſimulqve, ab A. 1690., Acad. Dorpatenſis Procancellarius & Profeſſor Theologus, tandem vero, ab A. 1701., Superint. gen. Ducatus Magdeburgici, & Conſiliarius ſimul Friderici, Regis Pruſſiæ, eccleſiaſticus, Cœnobiiqve Mariani Magdeburgenſis Præpoſitus, M. d. 17. Maji A. 1705. *T. I. p. 176. T. III. p. 255-260.*

Joh. FISCHERUS, Muſicus Lubecenſis, & Chori deinde in aula Sverinenſi, circa A. 1706., Præfectus. *T I. p 176.*

M. Ludov. FISCHERUS, Paſtor ruralis, per annos 40., in Wagria Hanſvenenſis, A. 1635. ſuperſtes *T. I. p. 176.*

Matth. Jac. FISCHERUS, Roſtochienſis, J. U. D. & Conſiliarius, circa A. 1703., Holſato-Sünderburg. *T. II. p. 193.*

Joh FITZMANNUS Sen., Lubecenſis, Med. D. & in patria, ab A. 1660., Practicus, ejusdemqve, ab A. 1676., Poliater, M d. 27. Mart. A 1694., æt 57. *T I. p. 176 177.*

Joh. FITZMANNUS Jun., Lubecenſis, Med. D. & in patria, ab A. 1693., Practicus, M. d. 16. Dec. A. 1704., æt 40. *T. I. p. 177.*

Nicol. FITZMANNUS, Lubecenſis, Med. D. & in patria, ab A 1704., Practicus, A. 1721. ſuperſtes. *T. I. p. 177.*

Joh. FLEGE, Lubecenſis, Paſtor, ab A. 1705., in Duc. Megap., Kalckborſtenſis, A. 1716 ſuperſtes. *T. I p. 177.*

Paulus FLEMMINGIUS, Hartenſteinio Miſnicus, Med D., Legatorum in Ruſſiam & Perſiam Holſaticorum, ab A. 1633 ad 1639, Comes, Medicusqve deinde Hamburgenſis, M. d. 2. Apr. A. 1640., æt. 31. *T. II. p. 193-197.*

Sim. FLORIS, Tonningenſis, Studioſus (c. A. 1676.) *T. I. p. 177.*

Bernh. FLORUS, Riſuma Friſius, Paſtor in Friſia boreali, circa A. 1623., Niebullenſis, A. 1629. ſuperſtes. *T. I. p 177*

Frid. Chriſtoph. FLORUS, Friſius Borealis, Med. D. & Practicus Huſenſis, M. c. A. 1692. *T. I. p. 177.*

Otto FLORUS Sen., Hagiopoli Holſatus, Paſtor in Wagria, circa A. 16 5, Neüenkirchenſis. *T. I. p 177.*

Otto FLORIUS Jun., Neüenkircha Wagrius, pagi natalis, circa A. 1687., Paſtor. *T. I. p. 177.*

M. Criſpinus FLüGGE, Diaconus, ab A. 1583., Lubecenſis Jacobæus, M. A. 1599. *T. I. p. 177.*

Henr. FOCKIUS, Lubecenſis, J. U. D., ædis cathedr. patriæ, ab A. 1698., Canonicus, ſimulqve Conſiliarius, ab A. 1699., Danicus Glückſtadienſis, ab A. autem 1711. Holſato-Gottorpienſis, A. 1721. ſuperſtes. *T. I. p. 177.*

Iſaacus FöCLERUS, Badenſis, Paſtor & Superint., ab A. 1626. ad 1633., Falckenſteinenſis, Superint., Paſtor & L. Hebr. in Gymnaſio Profeſſor, ab A. 1636., Durlacenſis, Glückſtadii, ab A. 1639. ad 1643., exul, tandem ad Socinianos (uti ferunt) transgreſſus. *T. II. p. 197. 198.*

Nicol. FOEDERUS, Kilonienſis, Bibliopola Hafnienſis, M. d. 27. April A. 1584., æt. 73. *T. I. p. 177.*

Car. Joh. FOGELIUS, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, circa A. 1719., Practicus. *T. I. p. 177. 178.*

Mart. FOGELIUS, Hamburgenſis, Med. D. & in patria, ab A. 1666., Practicus, ſimulqve, ab A. 167., Log. & Metaph. in Gymnaſio Profeſſor, M. d. 21. Oct. A. 1675., æt. 42. *T. I. p. 178. T. III. p. 260-265.*

M. Dav. FOGIUS, Ripenſis, Paſtor in diœceſi Ripenſi, circa A. 1710., Alſenſis. *T. I. p. 178.*

M. Georg. FOGIUS, Feldballia Jutus, Paſtor, ab A. 1659., Ripenſis Catharinæus, ſimulqve, ab A. 1671., Præpoſitus Kaldslundenſis ac Fröſenſis, ædisqve Cathedr. Ripenſis Canonicus, M. d. 23. Oct. A. 1710., æt. 80. *T. II. p. 198.*

Ant. Günth. FOLTENIUS, e Duc. Brem. Advocato JCtus, circa A. 1704., Hamburgenſis. *T. II. p. 198.*

R. Abr. de FONSECA, Archiſynagogus Judæorum Luſitanorum, circa A. 1641., Hamburgenſis, M. d. 27. Jul. A. 1671. *T. II. p. 198.*

Andr. de la FONTAINE, Amſtelodamenſis, Eccleſiaſtes Reformatus, ab A. 1649., Embricenſis, & deinde, ab A. 1653., Altonavienſis Gallo-Belgicus, M. d. 17. Maji A. 1705., æt. 84. *T. II. p. 198.*

Henr. FOPPIUS, Hervordia Weſtphalus, e Pædagogo Hamburgenſi privato Scholæ Hervordienſis, circa A. 1687., Conrector, &, circa A. 1711., Rector. *T. II. p. 198. 199.*

Hajo FORTEMANNUS, Friſius, Ductor Coloniæ Friſiorum in Cimbriam, copiarumqve deinde Hengiſti & Horſæ in Angliam, Seculo V. chimæricus, qvi A. C. 478. obiiſſe fingitur. *T. II. p. 199.*

Joh. Phil. FöRTSCHIUS, Werthemio Francus, Med. D., Chori Muſici Gottorpienſis, ab A. 1680. ad 1689., Director, ſimulqve Medicus Sleſvicenſis, Huſenſis, &, ab A. 1689., aulicus Gottorpienſis, Epiſcopi deinde Lubecenſis Archiater, ab A. circiter 1694., Eutinenſis, & ſimul, circa A. 1705., Conſiliarius. *T. II. p. 199.*

Ant. FOSSIUS, Ripenſis, Scholæ patriæ, ab A. 1673., Præceptor, &, ab A. 1674., Cantor, Paſtorqve deinde, ab A. 1676., Aggerſchovienſis, M. d. 29. Apr. A. 1696., æt. 50. *T. I. p. 178.*

Eraſmus FRANCISCI, Lubecenſis, Polygraphus, Norībergæ commoratus, & abſens ſimul Henr. Friderici, Comitis Hohenloico-Langenburgici, ab A. 1688., Conſiliarius, M. d. 20. Dec. A. 1694., æt. 68. *T. I. p. 178-184.*

Joh. FRANCISCI, Ripenſis, Med. D. & Profeſſor, ab A. 1561., Hafnienſis, M. d. 4. Jul. A. 1584., æt. 52. *T. I. p. 184. 185.*

Aug. Herm. FRANCKIUS, Lubecenſis, e Magiſtro Lipſienſi, Erfurti, ab A. 1690., Templi Auguſtinianorum Diaconus, Halæ autem poſtea Suburbii Glauchenſis ab A. 1691., ac ædis in urbe Ulricianæ, ab A. 1714., Paſtor, ſimulqve Profeſſor Lingvarum Græcæ ac Orientalium ab A. 1692., & Theologiæ ab A. 1698., Academicus. *T. I. p. 185. 186.*

Bernh. Matth FRANCKIUS, Kilonienſis, Med. D. & in patria, ab A. 1694., Prof. extraord. atqve Practicus, M. d. 3. Sept. A. 1701., æt. 34. *T. I. p. 186.*

Chriſtoph. FRANCKIUS, Noribergenſis, Th. D., Kilonii Log. & Metaph. Profeſſor, ab A. 1665., publicus, Theologiæ autem ab A. 1666. extraordinarius, & ab A. 1674. ordinarius, ſimulqve Academiæ Bibliothecarius &, ab A. 1694., Procancellarius, M. d. 11 Febr. A. 1704., æt. 62. *T. II. p. 199-202.*

Dav. Balth. FRANCKIUS, Ratzeburgenſis, Lubecæ educatus, J. U. D. & in aula urbeqve Gothana, circa A. 1690., Practicus. *T. II. p. 202.*

Joh. FRANCKIUS, Lubecenſis, J. U. D., Canonicorum Ratzeburgenſium & Ordinum Saxo-Lauenburgicorum, ab A. 1648., Syndicus, ſimulqve Ducì viduæ a conſiliis, JCtus, ab A. 1658., Lubecenſis, & Conſiliarius, ab A. 1665., Haſſo-Bingenheimenſis, ab A. autem 1666. Erneſti Pii Ducis Saxo-Gothanus, M. A. 1670., æt. 45. *T. I. p. 186. 187.*

Joh. Wolfg. FRANCKIUS, Urbis Hamburgenſis, circa A. 1680. & 1688., Aulæqve deinde Hiſpanicæ, Muſicus. *T. II. p. 202.*

Wolfg. Chriſtoph. FRANCKIUS, Kilonienſis, Eccleſiaſtes in patria, ab A. 1694., Nicolaitanus, ſimulqve Theol. Profeſſor ab A. 1709. extraordinarius, & ab A. 1712. ordinarius, M. d. 30. Oct. A. 1716., æt. 47 *T. I. p. 187.*

Theodoſ. Chriſt. FRANTZIUS, Dresdenſis, Med. D. & Practicus, ab A. 1698., Lubecenſis, M. d. 19 Febr. A. 1706., æt. 30. *T. II. p. 202.*

Conr. Georg. FRANTZKE, Holſatus, J. U. C. (c. A. 1699.) *T. I. p. 187.*

Henr. FREDELAND, Paſtor Schluckupienſis, Diaconus, ad A. usqve 1568., Lubecenſis Jacobæus, &, poſt exilium Roſtochienſe, ab A. 1575. ad 1575., Petrinus Hamburgenſis, atqve Eccleſiaſtes tandem, ad A usqve 1579., Wördenſis in Batavia Lutheranus. *T. I. p. 187.*

M. Joh. FREDERUS Sen., Cöslino Pomeranus, Scholæ Hamburgenſis, ab A. 1537., Conrector, Templi cathedralis ibidem, ab A. 1540., Paſtor, Superint. & Paſtor, ab A. 1547., Stralſundenſis, Profeſſor, ab A. 1549., Gryphiswaldenſis, ſimulqve Superint. Rugiæ, & tandem Superint., ab A. 1556., Wismarienſis, M. d. 31. Dec. A. 1562., æt. 53. *T. II. p. 202-206.*

D. Joh.

D. Joh. FREDERUS Jun., Hamburgenſis, Scholæ Güſtrovienſis, ab A. 1568., Rector, & Roſtochii deinde Catech. & Eloqv. ab A. 1572., Theol. autem, ab A. 1592., Profeſſor, ſimulqve Superint. urbanus, M. d. 4. Maji A. 1604., æt. 61. *T. I. p. 187. 188. 189.*

Georg. FRESE, Heida Dithmarſus, Cives & Poteriopola, ab A. 1647., Hamburgenſis θαυματουργος, M. M. Jan. A. 1697., æt. 74. *T. I. p. 189.*

Hieron. FRESE, Hamburgenſis, J. U. Lic. & patriæ, ab A. 1641., Senator, M. d. 2. Aug. A. 1662. *T. I. p. 190.*

M. Caſp. FREYTAG, Hamburgenſis, Paſtor, ab A. 1678., Stadenſis Johanneus. *T. I. p. 190.*

Joach. FREYTAG, Hamburgenſis, J. U. D. A. 1639. creatus. *T. I. p. 191.*

Chriſt. Henr. FRICCIUS, JCtus Cimbriæ circa A. 1715. *T. I. p. 191.*

Joh. FRICKIUS, Hamburgenſis, Med. D. & in patria, circa A. 1702., Practicus. *T. I. p. 191, 192.*

Paulus FRICKIUS, Hamburgenſis, Med. D. & in patria, circa A. 1716., Practicus. *T. I. p. 192.*

FRIDERICUS I., Archiepiſcopus, ab A. 1104., Hamburgenſis & Bremenſis, M. d. 28. Jan. A. 1123. *T. II. p. 206. 207.*

FRIDERICUS III., Dux, ab A. 1586., Holſato-Gottorpienſis, M. d. 15. Jun. A. 1587., æt. 19. *T. I. p. 192. 193.*

FRIDERICUS IV., Dux, ab A. 1616., Holſato-Gottorpienſis, M. d. 10. Aug. A. 1659., æt. 62. *T. I. p. 193-197.*

Ant. FRIDERICI, Hamburgenſis, Med. D. A. 1665. creatus. *T. I. p. 197.*

M. Joh. FRIDERICUS, Flensburgenſis, Rector Scholarum in Dania Coagienſis, Malmogienſis, ac tandem Roeſchildenſis, ſimulqve Canonicus Roeſchild., & Poeſeos in Gymnaſio Profeſſor, M. d. 9. Apr. A. 1641., æt. 38. *T. I. p. 197.*

Joh. Balth. FRIDERICI, Lipſienſis, Advocatus Hamburgenſis, A. 1685. ob æs alienum profugus. *T. II. p. 207*

Mich. FRIDERICI, Wilſtrienſis, Med. D., Poliater & Pharmacopola, ab A. 1624., Flensburgenſis. *T. I. p. 197.*

Reinboldus FRIDERICI, Holmia Svecus, Med. D. & Practicus, circa A. 1716, Hamburgenſis. *T. II. p. 207.*

Gothofr. FRIEDEBORNIUS, Pölizio Pomeranus, Paſtor in Holſatia Sandisnebenſis, Amſtelodami deinde ac Lubecæ exul, & A. 1670. ſuperſtes. *T. II. p. 207.*

Conr. FRIEDLIEBIUS, Gryphiswaldenſis, J. U. D., Eloqv., Hiſt. & Polit., ab A. 1654., & deinde Juris, in Acad. patria Profeſſor, Lubecæ ac Hamburgi A. 1678. & ſeqq. exul, tandem, ab A. 1683., Acad. Gryphiswald. iterum Anteceſſor, ſimulqve, ab A. 1692., Nobilis & Conſiliarius Juſtitiæ Sveco-Pomeranicus, M. anno circiter 1713. *T. II. p. 207-209.*

Joh. FRISCHIUS, Hamburgenſis, Diaconus Altonavienſis, ab A. 1661., Lutheranus, M. M. Aug. A. 1692. *T. I. p. 197.*

Bernh. FRISIUS, Lubecenſis, J. U. D. & in patria Practicus, M. M. Majo A. 1687., æt. 43. *T. I. p. 197. 198.*

Claud. FRISIUS, Riſummohra Friſius, Paſtor caſtrenſis, circa A. 1629., Danicus. *T. I. p. 198.*

Dethl. Marcus FRISIUS Colmaria Holſatus, Dethlevi, Comitis Ranzovii, circa A. 1688., Conſiliarius ac ditionum Inſpector, poſteaqve Friderico III., Regi Pruſſiæ, a conſiliis, A. 1699. ſuperſtes. *T. I. p. 198. 199.*

M. Laur. FRISIUS, Abela Cimber, Paſtor, ab A. 1666., in tractu Ripenſi, Bredbroenſis, M. M. Apr. A. 1684. *T. I. p. 199.*

Marcus FRISIUS, Vici in Stormaria Colmarienſis, circa A. 1647., Paſtor. *T. I. p. 199.*

Matthias FRISIUS, Flensburgenſis, Diac. Johanneus, ab A. 1629., Föhrenſis, & Paſtor, ab A. 1636., in tractu Tunderenſi, Abelenſis, M. M. Apr. A. 1672., æt. 67. *T. I. p. 200.*

Paulus FRISIUS, Lubecenſis, Gymnaſii Bordesholmenſis Rector & Paſtor, ab A 1612., Reformatus. *T. I. p. 200.*

Vinc. FRISIUS, Hamburgenſis, J. U. Lic., A. 1641. ſuperſtes. *T. I. p. 200.*

Chriſt. Siegfr. FRITSCHIUS, Rudolſtadio Schwartzburgicus, J. U. D. & in urbe Hamburg. Practicus, A. 1699. ex ea profugus. *T. II. p. 209.*

Henr. FROBENIUS, Hamburgenſis, patriæ, circa A. 1645., Typographus & Bibliopola. *T. I. p. 200.*

Hieron FROBENIUS, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria Practicus, M. d. 19. Sept. A. 1639. *T. I. p. 200.*

Georg. Ludov. FROBENIUS, Iphovia Francus, e Tych. Brahei & Henr. Ranzovii Miniſtro Typographus ac Bibliopola, ab A. 1600., Hamburgenſis, M. d. 21. Jul. A. 1645., æt. 79. *T. II. p. 209-211.*

Eva Margareta FRÖLICHIA, Uxor Chiliarchæ Svedici fanatica, illo deſerto in Svecia, Livonia, Hamburgi, Amſtelodami, & alibi, commorata, A. 1692. ſuperſtes. *T. II. p. 210-213.*

Georg. FROMMIUS, Hoſgardia Cimber, Logices ab A. 1643., deinde Oratoriæ, & tandem, ab A. 1647., Matheſeos, Profeſſor Hafnienſis, M. d. 1.. Aug. A. 1651., æt. 46. *T. I. p. 200. 201.*

Gerh FROST, Lubecenſis, J. U. D. A. 1623. creatus. *T. I. p. 201.*

Joh. FUCHSIUS, Schköla Thuringus, urbis Kilonienſis ab A. 1660. Advocatus, ab A. 1673. Senator, & ab A. 1682. Conſul, ſimulqve, ab A. 1680., Fiſci Ducalis patronus, M. d. 14. Jul. A. 1687., æt. 56. *T. II. p. 213. 214.*

Laur. FUCHSIUS, Kilonienſis, J. U. C. (circa A. 1696.) *T. I. p. 201.*

Joh. a FUCHTE, Antwerpienſis, Hamburgi educatus, Th. D., Paſtor, ab A. 1603., Jacobæus Hildeſienſis, ac Profeſſor deinde, ab A. 1608, Theologus Helmſtadienſis, ſimulqve Biblioth. Acad. Præfectus, M. d. 26. Nov. A. 1622., æt. 54. *T. II. p. 214. 215.*

Joh. Melch. FüESLINUS, Tigurinus, Eccleſiaſtes Lubecenſis, circa A. 1698., Gallorum Reformatus, & Paſtor deinde, ab A. 1701., in Comitatu Solmenſi, Obervezenſis, A. 1706. ſuperſtes. *T. II. p. 215. 216.*

M. Caſp. Theod. FüHRSEN, Bremenſis, Eccleſiaſtes Hamburgenſis, ab A. 1674., Petrinus, M. d. 13. Apr. A. 1684., æt. 38. *T. II. p. 216.*

Joh. FüHRSEN, Hamburgenſis, Monaſterii veteris in Duc. Brem., ab A. 1634., Templi autem cathedralis in urbe Bremenſi, ab A. 1638., Paſtor, & Eccleſiaſtes tandem, ab A. 1656., Hamburgenſis Catharinæus, M. d. 11. Sept. A. 1673., æt. 68. *T. I. p. 201.*

Joh. Frid. FüHRSEN, Bremenſis, J. U. Lic. & Practicus Hamburgenſis, A. 1716. ſuperſtes. *T. I. p. 201, 202.*

Joh. Henr. FüHRSEN, Bremenſis, Med. D. & Practicus, circa A. 1673, Hamburgenſis. *T. II. p. 216.*

Joh. Wern. FüHRSEN, Hamburgenſis, LL. Studioſus, M. d. 23. Oct. A. 1712., æt. 19. *T. I. p. 202.*

Chriſt. FUNCCIUS, Lubecenſis, Concionator Viduæ Comitis Oldenburgici, ab A. 1687., aulicus, & Auricæ deinde, in Oſtfriſia, ab A. 1692., Diaconus & Eccleſiaſtes aulicus, ac, ab A. 1697., Paſtor, A. 1720. ſuperſtes. *T. I. p. 202.*

Chriſt. FUNCCIUS, Miſena Misnicus, Ptochotrophei Lubecenſis Annæi, ab A. 1719., Præceptor. *T. II. p. 216.*

G.

Joh. GABELIUS, Hamburgenſis, Med. D., Poliater, ab A. 1588., Stendalienſis, ſimulqve Marchiæ Brandeburgicæ veteris Phyſicus, M. d. 14. Mart. A. 1596. *T. I. p. 203.*

M. Phil. GABRIELUS, Slesvicenſis, Theol. Stud. c. A. 1623., & Paſtor deinde Kalebyenſis. *T. I. p. 203.*

Joh. a GAILKIRCHEN, Hamburgenſis, J. U. C., A. 1601. ſuperſtes. *T. I. p. 203.*

Jac. GARBERS, Hamburgenſis, M. D. & in patria, circa A. 1716., Practicus, ac Poliater, ab A. 1722., inferior. *T. I. p. 203.*

Joh. GARCÆUS Jun, Witebergenſis, Hamburgi educatus, Th. D., Profeſſor & Paſtor Jacobæus Gryphiswaldenſis ab A. 1557., & Paſtor deinde, circa A. 1570., Brandeburgenſis, M. 1575., æt. 45. *T. II. p. 216. 217.*

Reinboldus GARLINGHOF, Hamburgenſis, J. U. Lic. & Judiciorum patriæ, circa A. 1716., Procurator. *T. I. p. 203.*

Joh. GARMERS Sen., Lubecenſis, J. U. D. & Syndicus, ab A. 1626., Hamburgenſis, M. d. 8. Dec. A. 1638., æt. 51. *T. I. p. 203.*

Joh. GARMERS Jun., Hamburgenſis, Med. D. & Poliater Patriæ, ab A. 1659., ſecundarius, ab A. autem 1672. primarius, ſimulqve Archiater Saxo-Lauenburgicus & Elect. Brandeburgicus, M. d. 29. Maji A 1700, æt. 72. *T. I. p. 203. 204.*

Vinc. GARMERS Sen., Hamburgenſis, J. U. D., Conſiliarius initio Saxo-Lauenburgicus, deinde Syndicus, ab A. 1659. ad 1677. (qvo profugus relegabatur), Hamburgenſis, poſtea Chriſt. Ludov., Ducis Sverino-Megapolitani, Conſiliarius, tandemqve Bardovici exul privatus, A. 1680. ſuperſtes. *T. I. p. 204. 205.*

Vinc. GARMERS Jun., Hamburgenſis, J. U. D. & Baſilicæ patriæ, ab A. 1695., Canonicus, M. M. Oct. A. 1717. *T. I. p. 205.*

M. Pet. GARPIUS, Itzehoenſis, Paſtor in Stormaria, circa A. 1652., Bejenfletanus. *T. I. p. 205.*

M. Magnus GÄRTNERUS, Norcopia Svecus, Eccleſiaſtes aulicus Friderici, Comitis ab Aleſeld, Gravenſtenianus, & deinde Burchardi, Com. ab Alefeld, Sachstorfienſis, ſimulqve Paſtor Rieſebyenſis, A. 1681. exautoratus, tandemqve Paſtor in Com. Oldenb. Vorhovenſis, illic itidem loco motus, A. 1707. ſuperſtes. *T. II. p. 218.*

Dominicus GARTZIUS, J. U. Lic. & Practicus Hamburgenſis, M. A. 1703. *T. I. p. 205.*

Gilianus GARTZIUS, Hamburgenſis, Med. D. & in patria ac Güſtrovii Practicus, M. A. 1653. *T. I. p. 205.*

Pet. GARTZIUS, Hamburgenſis, J. U. Doctor A. 1653. creatus. *T. I. p. 205.*

Joh. a GAVERN, Batavus, Mennonita, Amſtelodami, & deinde, ab A. 1708., Hamburgi, commoratus, M. circa A. 1711. *T. II. p. 218.*

Henr. Chriſt. GeBHARDUS, in vico Uterſenſi, circa A. 1665., commoratus. *T. I. p. 206.*

Mich. GEHLINGIUS, Theol. Studioſus, circa A. 1633., Hamburgenſis, e Judæo Chriſtianus. *T. I. p. 206.*

Joh. Abr. a GEHMA, Eqves Polonus, e Centurione militari Med D. & Practicus initio in exercitu Regis Danici Holſatico caſtrenſis, deinde Hamburgi, & in aliis Germaniæ urbibus, nec non in aulis Güſtrovienſi ac Berolinenſi, ac ſimul (ſolo titulo Regis Polonici Conſiliarius Medicusqve extraordinarius, A 1703. ſuperſtes. *T. II. p. 218. 219. 220.*

Jac. GENCKE, Hamburgenſis, Diaconus, ab A 1684., in patria Petrinus, M. d. 14. Jan. A. 1693., æt. 47. *T. I. p. 206.*

M. Pet. GENERANUS, Gennera Cimber, Johannis ſenioris, Ducis Holſ., Concionator aulicus, ab A. 1546., Haderslebienſis, & deinde Præpoſitus ac Paſtor, ab A. 1550., Apenradenſis, M. M. Mart. A. 1554. *T. I. p. 206.*

Joh. GENERANUS, Apenradenſis, Eccleſiæ patriæ, ab A. 1583., Paſtor, ſimulqve, ab A. 1584., Præpoſitus, M. d. 11. Mart. A. 1624., æt 65. *T. I. p. 205.*

Chriſtoph. GENTSCHIUS a Breitenau, Miſnicus, Joachimi Erneſti, Ducis Holſato-Plönenſis, circa A. 1668., poſtea vero, ab A. circiter 1672., Chriſtiani V., Regis Daniæ, Conſiliarius, ac in Comitatibus Oldenb. & Delmenh. Cancellarius, Friderici IV. tandem, ab A. 1699. ad 1706. (qvo emeritus Lubecam ſeceſſit) Conſil. intimus ac in Ducatibus Comitatibusqve Cimbrico-Germanicis Quæſtor, A. 1720. ſuperſtes. *T. II. p. 220. 221.*

M. Frid. GENTZKE, Philoſ. Profeſſor, in Acad. Kilon., ab A. 1709., extraordinarius, & deinde ordinarius, A. 1722. ſuperſtes. *T. II. p. 221.*

Henr. GEORGII, Itzehoenſis, J. U. Lic. A. 1665. creatus *T. I. p. 206.*

Paulus GERBRAND, Hamburgenſis, J. U. Lic. in patria Practicus, M. M. Majo A. 1675., æt. 34. *T. I. p. 206.*

Pet. GERBRAND, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, circa A. 1705., Practicus. *T. I. p. 206.*

Thom. Frid. GERCKEN, Lubecenſis, J. U. Doctor A. 1720. creatus *T. I. p. 206.*

Chriſtoph. GERDESIUS, Güſtrovienſis, J. U. D., Advocatus, circa A. 1615., Lubecenſis, deinde Joh. Friderici, Epiſc. Lubec., Conſiliarius, Epiſcopatus Lubec. Director, Canonicorumqve Lubecenſium Syndicus, poſtea Auguſti, Ducis Saxo-Lauenburg., Conſiliarius, tandemqve urbis Lubecenſis, ab A. 1625., Senator, &, ab A. 1627., Conſul, M. d. 19. Jun. A. 1661., æt. 71. *T. II. p. 221. 222.*

Georg. GERDESIUS, Lubecenſis, J. U. D., Auguſti, Ducis Saxo-Lauenburg., Conſiliarius, M. d. 6. Maji A. 1655., æt. 35. *T. I. p. 206.*

Joach. GERDESIUS, Wiſmarienſis, Philologus, Pædagogus, in variis Cimbriæ, Daniæ, Sveciæ & Ducatus Megapol., locis, per vitam omnem, privatus, mortuus Roſtochii d. 5. Dec. A. 1668., æt. 62. *T. II. p. 222.*

Mart. GERDESIUS, Güſtrovienſis, J. U. D., Collegii Canonicorum Lubecenſium Syndicus, Johannis autem, Epiſc. Lubec., Conſil. intimus & Cancellariæ Director, M. d. 27. Jan. A. 1643., æt. 46. *T. II. p. 222. 223.*

M. Chriſtoph. GERDNERUS, Lubecenſis, Phyſ. Profeſſor, circa A. 1572., Roſtochienſis, M. A. 1579. *T. I. p. 206.*

Henr. GERDOVIUS, Civis Lubecenſis, circa A. 1595., literatus. *T. I. p. 207.*

GERHARDUS, Comes Holſatiæ. *T. I. p. 207.*

M. Nicol. GERHARDUS, Hamburgenſis, Præpoſitus & Eccleſiaſtes aulicus, ab A. 1585., Holſato-Sunderburgicus, M. c. A. 1597., æt. 53. *T. I. p. 207.*

Sebaſt. GERKENS, Magdeburgenſis, J. U. D., Senator ab A. 1695., & Conſul, ab A. 1706., Lubecenſis, M. d. 8. Febr. A. 1710., æt. 54. *T. II. p. 223.*

M. Sim. GERKENS, Roſtochienſis, Paſtor, in Stormaria, initio Brocktorfianus, & deinde, ab A. 1693., Arcis regiæ Glückſtadienſis, M. A. 17[illegible]., *T. II. p. 223.*

Conr. GERLACUS, Brunſvicenſis vel Geſeckenſis, Scholæ Brunſvic. Catharinææ Rector, & Diaconus deinde Hamburgenſis, ab A. 1548., Catharinæus, M. d. 13. Jun. A. 1596. *T. II. p. 223.*

M. Henr. GERLACHIUS, Hamburgenſis, Scholæ Brunſvic. Rector, & Poeſeos deinde Profeſſor, ab A. 1595., Roſtochienſis, M. M. Nov. A. 1595., æt. 39. *T. I. p. 207.*

M. Sam. GERLACHIUS, Göppinga Würtenbergicus, Johannis, Epiſc. Lubec., Concionator, ab A. 1638. ad 1643., aulicus Eutinenſis, & in Inſula deinde Damiſcana, ab A. 1644., Pædagogus atqve Eccleſiaſtes Herrengrebbinenſis, ab A. autem 1646. ad 1652. Paſtor Oſterwicenſis ac Zuchedamenſis. *T. II. p. 223. 224.*

Ivarus GERRITS, Eiderſtadienſis, J. U. Lic. & in patria, circa A. 1673., Practicus. *T. I. p. 208.*

M. Dav. GERTMANNUS, Hamburgenſis, Ord. Philoſ. Witeb., ab A. 1701., Aſſeſſor, & Paſtor deinde, prope Dresdam, circa A. 1716., Miſnicus. *T. I. p. 280.*

Chriſt. GESENIUS, Megapolitanus, Med. D. & Practicus, circa A. 1716., Hamburgenſis. *T. II. p. 224.*

M. GOTHOFR. GESIUS, Münchberga Brandeburgicus, Chriſtiani V., Principis Danici, Eccleſiaſtes, ab A. 163., aulicus, & Hamburgi deinde, ab A. 1647., Paſtor Nicolaitanus, ſimulqve, ab A. 1672., Ord. Eccl. Senior, M. d. 1. Sept. A. 1679., æt. 71. *T. II. p. 224.*

Auguſtinus a GETELN, Lubecenſis, Sacerdos, circa A. 1525., Hamburgi, & deinde Lüneburgi, Pontificius, Lüneburgo A. 1532 ejectus, & A. 1540. ſuperſtes. *T. I. p. 208.*

Chriſtinianus GHEVERDES de Hamburg, Moguntiæ A. 1508. ſuperſtes. *T. I. p. 208.*

M. Abr. GIBELIUS, Torga Miſnicus, Scholæ Lubecenſis, ab A. 1607., Subrector, & Eccleſiarum Femariæ deinde, ab A. 1608., Inſpector, ſimulqve Paſtor Burgenſis, M. A. 1629. *T. II. p. 224. 225.*

Otto GIBELIUS, Burga Femarienſis, Cantor, circa A. 1666., Mindenſis Scholæ. *T. I. p. 208.*

Moſes Ben GIDHON ABUDIENTE, Grammaticus & Poeta celebris inter Judæos Hamburgenſes Luſitanos, M. d. 24 Febr. A. 1688. *T. I. p. 208. 209.*

Aug. GIESE, Huſenſis, patriæ, per annos 37., ab A. 1644. ad 1681., Secretarius & Senator, A. 1694. ſuperſtes. *T. I. p. 209. 210.*

M. Joach. GIESE, Huſenſis, Paſtor, ab A. 1657., pagi Koldenkirchenſis, deinde vero urbis Kilonienſis ab A. 1678. Archidiaconus, & ab A. 1679. Paſtor Nicolaitanus, M. d. 15. Mart. A. 1694., æt. 63. *T. I. p. 210.*

Joach.

Joach. GIESE Jun., Huſenſis, in patria, e Mariæ Eliſabethæ, Viduæ ducalis Holſaticæ, Eccleſiaſta ab A. 1681. aulico, Templi oppidani, ab A. 1691. ad 1709. (qvo officio ſe abdicabat,) Archidiaconus, M. d. 2. Jul. A. 1712., æt. 64. *T. I. p. 210. 211.*

Henr. GIESEBERTUS, Demmino Pomeranus, JCtus & Toparcha hæreditarius, in Dithmarſia boreali, Feddringenſis, A. 1677. ſuperſtes. *T. II. p. 225. 226.*

Henr. GILTERMANN, Lubecenſis, Advocatus, circa A. 1624. Slevicenſis. *T. II. p. 226.*

M. Henr. GLADOVIUS, Templi cathedr. Sleſvicenſis Archidiaconus, M. d. 28. Febr. A. 1645., æt. 57. *T. I. p. 211.*

M. Mart. GLAMBECIUS, Pomeranus, Eccleſiaſtes, ab A. 1591., Marianus Wiſmarienſis, Paſtor, ab A. 1593., Marianus Stettinenſis, nec non multo poſt Joh. Friderici, Ducis Pomeraniæ, Concionator ibidem aulicus, tandemqve Paſtor, ab A. 1600., Lubecenſis Jacobæus, M. d. 14. Apr. A. 1612. *T. II. p. 226.*

M. Nicol. GLASERUS, Walterhuſa Thuringus, Scholæ Verdenſis Rector, Hamburgi, circa A. 1614. & 1634. exul. *T. II. p. 227.*

M. Jac. GLASSIUS, Ord. Præd. Monachus, Theol. Lic. &, in Cœnobio Dominicanorum Dantiſcano, Catechetes, Eccleſiaſtes ac Philoſ. Profeſſor, deinde Lutheranus. & Paſtor, in tractu Flensburgenſi, circa A. 1670., Husbyenſis. *T. II. p. 227.*

Theod. GLAZERUS, Dithmarſus, Secretarius, ab A. 1609., Lubecenſis, M. d. 3. Oct. A. 1617. *T. I. p. 211.*

M. Joh. Caſp. GLOTZEN, Alſatus, Theol. Stud., Lubecæ, circa A. 1698., commoratus. *T. II. p. 227.*

Ant. Henr. GLOXINUS, Lubecenſis, J. U. D., Conſiliarius & Com. Palat. Cæſareus, M. d. 22. Jan. A. 16[illegible]0., æt. 45. *T. I. p. 211.*

Balth. GLOXINUS, Burga Femarienſis, J. U. D., Advocatus ab A. 1633., & Conſiliarius, ab A. 1644., Holſato-Gottorpienſis, Canonicusqve ſimul Lubecenſis, M. d. 1. Aug. A. 1654., æt. 54. *T. I. p. 211.*

Dav. GLOXINUS, Burga Femarienſis, J. U. D., Conſiliarius primum Holſato-Gottorpienſis, deinde vero Lubecæ, ab A. 1642., Syndicus urbanus ac Hanſeaticus, &, ab A. 1666., Conſul, ſimulqve Conſiliarius & Com. Palat. Cæſareus, M. d. 27. Febr. A. 1671., æt. 74. *T. I. p. 211. 212.*

Frid. Joh. GLOXINUS, Sleſvicenſis, J. U. D., Conſiliarius, ab A. 1666., Holſato-Gottorpienſis, &, ab A. 1674., Chriſtiani V., Regis Daniæ, Glückſtadienſis, ſimulqve Canonicus Lubecenſis, M. d. 7. Jul. A. 1654., æt. 49. *T. I. p. 212.*

Pet. Balth. GLOXINUS, Sleſvicenſis, J. U. Doctor A. 1666. creatus *T. I. p. 212.*

M. Nicol. Severin. GLUDIUS, Danus, Theol. Lector, ab A. 1588., & deinde Paſtor Catharinæus, ab A. 1596., Ripenſis, M. circa A. 1623. *T. II. p. 227.*

Joh. Gerh. GÖBELIUS, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, circa A. 1716., Practicus. *T. I. p. 212.*

Joh. Henr. GÖBELIUS, Lubecenſis, Med. D. & in patria, circa A. 1721., Practicus. *T. I. p. 212.*

Joh. Melch. GÖBELIUS, Güſtrovienſis, Med. D. & Practicus Lubecenſis, M. d. 18. Nov. A. 1706., æt 51. *T. II. p. 227.*

Juſtinus GOBLERUS, Goarinus Haſſus, J. U. D., Syndicus initio Lubecenſis, deinde Erici, Ducis Brunſvico-Calenbergici, circa A. 1539., Conſiliarius, Curiæqve provincialis Mindenſis Judex, poſtea Gvilhelmo, Comiti Naſſovio-Dillenburgico, circa A. 1549., tandem Reip. Francofurtanæ ad Mœnum, a conſiliis, M. M. Apr. A. 1567. *T. II. p. 227-230.*

Andr. GÖDEKE, Schöningenſis, Paſtor, ab A. 1648., Qvickbornenſis in Comitatu Pinnebergico, A. 1672. ſuperſtes. *T. II. p. 229.*

Joh. GODENDORP, Templi cathedr. Lubecenſis Vicarius ætatis incertæ. *T. I. p. 212.*

Paſcherius GOESE, Bruxellenſis, Lingvæ Gallicæ & Arithmetices Hamburgi, circa A. 1601., doctor. *T. II. p. 230.*

M. Mart. Chriſt. GÖLDELIUS, Gotha Thuringus, Scholæ Schleuſingenſis ab A. 1692., & Lubecenſis ab A. 1695., Conrector, A. 1722. ſuperſtes. *T. II. p. 230.*

Pet. GOLDSCHMID, Huſenſis, Scholæ Hatherslebienſis, circa A. 1690., Conrector, Paſtor in Anglia Cimbrica, ab A. 1691., Sterupenſis, Templi cathedr. Güſtrovienſis, ab A. 1707., Eccleſiaſtes, Superintendens & Paſtor, ab A. 1709., Parchimenſis, A. 1711. remotus, & tandem Caupo, M. circa A. 1713. *T. I. p. 212. 213.*

Joh. Chriſtoph. GÖRINGIUS Wenigſommera Thuringus, Paſtor in Wagria, circa A. 1657., Blechendorpienſis, A. 1679. ſuperſtes. *T. II. p. 230. 231.*

Zach. GOSIUS, Görlicenſis, Poeta Hamburgenſis, & patriæ deinde, ab A. 1636., Eccleſiaſtes. *T. II. p. 231.*

Joh. Mart. GOSSELIUS, Femarienſis, J. U. D. & Advocatus, circa A. 1721., Sleſvicenſis. *T. I. p. 213.*

Jac. GOTSCHALCK, Hortulanus aulicus, circa A. 1704., Plönenſis. *T. I. p. 213.*

Jac. GÖTTENIUS, Lubecenſis, cœnobii Johannei in patria, ab A. 1658., Eccleſiaſtes, M. d. 1. Febr. A. 1671., æt. 42. *T. I. p. 213.*

Joh. GÖTZIGERODIUS, Sleſvicenſis, Med. D. & Practicus, circa A. 1625., Eiderſtadienſis, deinde autem Reginæ Svecorum, circa A. 1639., Archiater. *T. I. p. 213.*

Georg.

Georg. Henr. GÖTZIUS, Lipſienſis, Th. D., Paſtor, ab A. 1690., Burgenſis in Duc. Magdeburg., Diaconus eodem A. 1690. Chemnicenſis, Eccleſiaſtes Dresdenſis, ab A. 1694., Sophianus, Paſtor, & Superint., ab A. 1697., Annæbergenſis, & Superintendens tandem, ab A. 1702., Lubecenſis, A. 1723. ſuperſtes. *T. II. p. 231-241.*

M. Gotbofr. Chriſt. GÖTZIUS, Annæberga Miſnicus, Lubecæ educatus, Theol Stud. (c. A. 1722.) *T. II. p. 241.*

Sim. GOULARTIUS Jun., Genevenſis, Eccleſiæ GallicæAmſtelodamenſis, circa A. 1606. paſtor, A. 1615., ob Arminianiſmum exauthoratus, exul deinde, ab A. 1618., Antwerpiæ, Caleti, ac tandem Fridricopolin in Cimbria, M. d. 19. Mart. A. 1628., æt. 52. *T. II. p. 242.*

Job. GRAKE, Lubecenſis, J. U. D. & in patria, circa A. 1654., Practicus. *T. I. p. 213. 214.*

Hartm. GRAMANNUS, Ilma Thuringus, Med. D. & Practicus initio Saxo-Halenſis, deindeLegatorum in Perſiam Holſaticorum, ab A. 1633. ad 1639., Medicus, & Archiater tandem Ruſſicus, A. 1643. ſuperſtes. *T. II. p. 243.*

Caſo GRAMMIUS, Tonningenſis, Med D. & PracticusKilonienſis, ſimulqve Phyſ. & L. Gr. Profeſſor, ab A. 1665., Academicus, M. d. 21. Sept. A. 1673., æt. 33. *T. I. p. 214.*

M. Frid. GRAMMIUS, Kilonienſis, Theol. Studioſus, in Helgolandia tandem captivus, M. A. 1710. *T. I. p. 214. 215. 216.*

Pet. Andr. GRANNE, Arithmeticus, circa A. 1687., Hamburgenſis, circa A. 1700. autem in Emporio S. Mich. Archangeli Ruſſico. *T. I. p. 216.*

Dan. GRANOVIUS, Plönenſis, in patria Scholæ, ab A. 1662., Præceptor, &, ab A. 1674., Diaconus, M. d. 14. Aug. A. 1704., æt. 66. *T. I. p. 216.*

GERH. GRANSIN, Lubecenſis, J. U. Lic. A. 1645. creatus. *T. I. p. 216.*

Henr. GRASMüLLER, Hamburgenſis, Eccleſiaſtes in patria, ab A. 1664., Michaelitanus, M. d. 12. Jan. A. 1683., æt. 51. *T. I. p. 216.*

Jac. GRASSELIUS, Oſnabrugenſis, Scholæ Mindenſis, circa A. 1637., Conrector, & Flensburgenſis deinde, ad A. usqve 1671., Præceptor infimus, M. Huſæ c. A. 1679. *T. II. p. 241.*

Herm. GRASSOVIUS, Hamburgenſis, J. U. Doctor A. 1586. creatus. *T. I. p. 216.*

M. Mich. GRASSOVIUS, Hamburgenſis (circa A. 1606.) *T. I. p. 216.*

Leonh. de GRATIA, Italus, Th. D., ex Jeſuita Lutheranus, Hamburgi, ob flagitia, d. 4. Sept. A. 1648., capite truncatus. *T. II. p. 243. 244.*

Chriſt. GRAVIUS, Hamburgi A. 1674. commoratus. *T. I. p. 216. 217.*

Gerh. GRAVIUS, Oſnabrugenſis, Th. D., Templi cathedr. Hamburgenſis, ab A. 1627., Paſtor, ſimulqve Conſiſtorii Sveco-Bremenſis, ab A. 1648., Aſſeſſor, M. d. 9. Mart. A. 1675., æt. 77. *T. I. p. 244. 245.*

Job. GRAVIUS, Hamburgenſis, J. U. D. & Profeſſor, circa A. 1666., Tubingenſis, Ord. Jurid. tandem Senior & Conſiliarius Wirtenbergicus, M. A. 1689. *T. I. p. 217.*

Frid. GRAWERT, Lubecenſis, patriæ, ab A. 1509., Senator, Archithalaſſus, &, ab A. 1521., Conſul, M. A. 1539. *T. I. p. 217.*

Job. GREBBIN, Paſtor, circa A. 1650., Lubecenſis fictitius. *T. I. p. 217.*

Paulus GREBNERUS, Schneeberga Miſnicus, Paſtor, circa A. 1572., in ditione Magdeburg., &, biennio ſeqventi, Scholæ Lüneburg. Michaelitanæ Præceptor, Neopropheta, in aula deinde Gottorpienſi exul commoratus, & Hamburgi mortuus. *T. II. p. 245.*

GEORG. GREENIUS, Lubecenſis, J. U. Lic., Protonotarius & Archivarius, ab A. 1669., Kilonii provincialis Sleſvigo-Holſatus, M. d. 18. Jan. A. 1683., æt. 52. *T. I. p. 217.*

GEORG. GREENIUS, Tremsbutta Holſatus Witebergæ Poeſeos, ab A. 1668., & Hiſtor. ab A. 1670., Profeſſor, Dresdæqve poſtea Electorum Saxoniæ, ab A. 1678., Concionator aulicus, &, ab A. 1691., Protoeccleſiaſtes ac Conſiliarius eccleſiaſticus, M. d. 22. Aug. A. 1691., æt. 56. *T. I. p. 217. 218. 219.*

GEORG. GREFLINGERUS Ratisbonenſis, P. L. C. & Notarius publ. Hamburgenſis, M. c. A. 1677. *T. II. p. 245. 246.*

Joach. GREGORII, Prietzena Marchicus, J. U. D., Advocatus, ab A. 1546., Magdeburgenſis, Joh. Alberti, Ducis Sverino-Megapolitani, ab A. 1575., Archivarius, & A. 1576. Cancellarius, Advocatus, ab A. 1580., Lubecenſis & Cimbricus, ac Scabinus tandem Magdeburgenſis, A. 1599. ſuperſtes. *T. II. p. 246. 247.*

M. Nicol. GREGORIUS, Holſatus, Theol., circa A. 1585., Candidatus. *T. I. p. 219.*

Nicol. GREGORII, Wilſtrienſis, J U. D A. 1658. creatus. *T. I. p. 219.*

Nicol. GREVINCHOVIUS, Belga, Paſtor, circa A. 1609., Roterodamenſis Arminianus, A 1618. exauthoratus, Antwerpiæ, ab A. 1619., exul, Eccleſiæ Remonſtrantium Fridricopolitanæ, in Cimbria, ab A. 1622. ad 1627., Antiſtes, in Bataviam tandem reverſus, & illic A. 1632. ſuperſtes. *T. II. p. 247. 248. 249.*

M. Arn. GREVIUS, Hamburgenſis, Theol. Stud. c. A. 1722. *T. I. p. 210.*

Job. GREVIUS, Clivenſis, Paſtor Arminianus, ab A. 1605., Arnhemienſis, & deinde Campenſis atqve Heusdanus, A. 1619. exauthoratus, Amſtelodami, ab A. 1620., captivus, Fridricopoli, ab A. 1622., exul, & A. 1624. ſuperſtes. *T. II. p. 249.*

Hanſius GRIMMENSTEIN, Rendesburgenſis, patriæ, ab A. 1597., Senator, &, ab A. 1617., Conſul, M. d. 29. Sept. A. 1620., æt. 66. *T. I. p. 219.*

Herm. Nicol. GRIMMIUS, Wisbya Gothlandus, Medicus Bataviæ ab A. 1666., Indiæ orientalis ab A. 1671., Noribergæ ab A. 1680., Sydermanniæ ab A. 1683., aulæ Oſtfriſicæ, & urbis Auricenſis, ab A. 1685., Tonningæ in Eiderſtadia per biennium, Gothlandiæ per qvinqvennium, & tandem, ab A. 1706., Holmiæ Svecorum. *T. II. p. 249. 252.*

Joh. Frid. GRONOVIUS, Hamburgenſis, J. U. D. Profeſſor Eloqv. & Hiſt., ab A. 1643., Daventrienſis, Lingvæ autem & Hiſtoriæ Græcæ, ab A. 1658., Lugduno-Batavus, ſimulqve Conſiliarius Megapolitanus, & Canonicus, ab A. 1626., Hamburgenſis, M. d. 28. Dec. A. 1671., æt. 60. *T. I. p. 219. 220. T. III. p. 265-281.*

Laur. Job. GRONOVIUS, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, circa A. 1683., Practicus. *T. I. p. 220.*

M. Job. de GROOT, Hamburgenſis, Theol., circa A. 1697., Studioſus. *T. I. p. 220.*

Gotbofr. GROSSIUS, Hamburgenſis, J. U. Stud. (c. A. 1651.) *T. I. p. 220.*

M. Jac. GROSSIUS, Palæo-Brandeburgenſis, Scholæ in Neomarchiæ Regiomontanæ ab A. 1614., & Palæo-Brandeburgenſis ab A. 1616., Rector, Superintendens & Paſtor, ab A. 1622., Soltqvellanus, & Paſtor tandem, ab A. 1635., Hamburgenſis Catharinæus, M. d. 14. Sept. A. 1652., æt. 61. *T. II. p. 250. 251. 252.*

M. Andr. GROTHEINIUS, Brunſvicenſis, Scholæ Bordesholmenſis Conrector, & deinde Kilonienſis, ab A. 1599., Rector, A. 1610. ſuperſtes. *T. II. p. 252. 253.*

Hugo GROTIUS, Delphis Batavus, Curiæ ſupremæ Hagenſis, ab A. 1599., Advocatus, Fiſci Hollandiæ, Zeelandiæ & Weſtfriſiæ, ab A. 1608., Patronus, Syndicus, ab A. 1613., Roterodamenſis, Lupiſtenii, ab A. 1619., captivus, in Gallia, ab A. 1621., & Hamburgi ac Dockingshudæ in Holſatia, ab A. 1632. ad 1634., exul, & Chriſtinæ tandem, Reginæ Svedicæ, ab A. 1634., Conſiliarius, &, ab A. 1635., in aula Gallica Legatus, Roſtochii d. 18. Aug. A. 1645., æt. 63., mortuus. *T. II. p. 253. 254. 255.*

Herm. GRUBE, Lubecenſis, Med. D. & Practicus, ab A. 1667., Hatherslebienſis, ab A. 1675. Flensburgenſis, &, ab A. 1677., iterum Hatherslebienſis, M. M. Febr. A. 1698., æt. 61. *T. I. p. 220. 221.*

Job. GERH. GRUBE, Hatherslebienſis, Med. Cand. (c. A. 1706.) *T. I. p. 221.*

Gerh. Herm. GRUND, Stadenſis, J. U. D. & Practicus, circa A. 1695., Hamburgenſis, deinde vero, circa A. 1704., Conſiliarius Sverino-Meclenburgicus. *T. II. p. 255.*

Joach. GRUNDIUS, Lubecenſis, J. U. Lic. A. 1657. creatus. *T. I. p. 221.*

M. Job. GRUNDIUS, Lubecenſis, Diaconus Regiomonti, ab A. 1615., Kniphovianus, M. d. 13. Aug. A. 1620., æt 34. *T. I. p. 221.*

M. Job. Petri GRUNDITH, Grundithia Jutus, Rector, ab A. 1542. ad 1550., Paſtor autem & Canonicus Templi cathedr., ab A. 1554., Ripenſis, M. d. 14. Aug. A. 1565., æt. 55. *T. II. p. 255.*

GERH. GRüNEWALD, Lubecenſis, J. U. D. & in patria Practicus, M. d. 15. Sept. A. 1671., æt. 81. *T. I. p. 221.*

Paulus GRüNEWALD, Lubecenſis, J. U. D. & in patria, circa A. 1677., Practicus, ac Conſiliarius deinde Friſicus. *T. I. p. 221. 222.*

M. Caſp. GRUNGENIUS, Soltovia Lüneburgicus, ædis D. Magd. Hamburgenſis A. 1624., per decem tantum dies, Paſtor, M. d. 30. Jan. A. 1624. *T. II. p. 255.*

Marcus GVALTHERUS, Palatinus, Rector Scholæ in Tranſiſalania Campenſis, ad A. usqve 1619. (qvo, ob Arminianiſmum exauthorabatur,) & deinde, ab A. 1624., Fridricopolitanæ in Cimbria, ſimulqve Secretarius, circa A. 1633., urbanus. *T. II. p. 255. 256.*

Otto GVALTPERIUS, Rotenberga Haſſus, Th. D., Lingvæ Græcæ, ab A. 1582., ſimulqve Hebrææ ab A. 1584., Profeſſor Marpurgenſis, ac deinde Scholæ Lubecenſis, ab A. 1593., Rector, A. 1613. rude donatus, M. d. 28. Dec. A. 1624., æt. 79. *T. II. p. 256. 257. 258.*

Æg. Conr. GVALTPERIUS, Marpurgenſis, Lubecæ educatus, Th. D. & Paſtor ac Superintendens, ab A. 1618., Jeveranus, M. d. 25. Aug. A. 1634., æt. 44. *T. II. p. 258.*

Cyriacus GUDEWERTH, Paſtor in Duc. Sleſvic., circa A. 1714., Seeſtädenſis. *T. I. p. 222.*

Henr. Ludov. GUDIUS, Lindevitha Cimber, Secretarius in Cancellaria Glückſtadienſi Danicus, Halæ deinde commoratus, & d. 27. Nov. A. 1707. mortuus. *T. I. p. 222. 223.*

Marqu. GUDIUS, Rendesburgenſis, Chriſt. Alb., Ducis Holſato-Gottorp., ab A. 1671. ad 1678., Conſiliarius aulicus ac Bibliothecarius, & deinde, ab A. 1682., Chriſt. V., Regis Daniæ, Conſiliarius Juſtitiæ, Status publici ac provincialis Sleſvigo-Holſatieus, M. d. 26. Nov. A. 1689., æt. 55. *T. I. p. 223. T. III. p. 282-303.*

Mich. Thomas GUDIUS, Rendesburgenſis, patriæ, circa A. 1707., Secretarius. *T. I. p. 223.*

Pet. GUDIUS, Eiderſtadienſis, Ordinum Eiderſtadiæ, circa A. 638., Syndicus. *T. I. p. 223.*

M. Pet. GUDIUS, Rendesburgenſis, Paſtor in Dithmarſia, circa A. 1649., Eddelakenſis, A. 1669. ſuperſtes. *T. I. p. 223. 224.*

Job. Pet. GUDIUS, Dithmarſus, J. U. C. (c. A. 1701.) *T. I. p. 224.*

Otto a GVERICKE Sen., Magdeburgenſis, patriæ, ab A. 1627., Senator, Architectus bellicus, ab A. 1632., Svedicus, &, ab A. 1636., Electoralis Saxonicus, Conſul, ab A. 1646., Magdeburgenſis, ſimulqve, ab A. 1672., Conſiliarius Elect. Brandeburg., Hamburgi tandem, ab A. 1681., privatim commoratus, & d. 11. Maji A. 1686., æt. 48., mortuus. *T. II. p. 258-262.*

Otto a GVERICKE Jun., Magdeburgenſis, Conſiliarius Anhaltino-Cöthenſis, deinde, ab A. 1663., Electoris Brandeburgici Legatus in Circulo

culo Sax. Inter. Hamburgi ordinarius, ſimulqve Conſiliarius, & ab A. qvidem 1696. intimus, eodem titulo a Chriſt. Alberto, Duce Holſato-Gottorp., donatus, M. d. 26. Jan. A. 1704., æt 76. T. II. p. 262.
GVILHELMUS, Decanus Hamburgenſis incertæ ætatis. T. I. p. 224.
Janus GULIELMUS, Lubecenſis, JCtus & Philologus, Avarici Biturigum, M. Junio A. 1584., æt. 29., mortuus. T. I. p. 224. T. III. p. 305-315.
M. Tob. GüNDERMANN, Hamburgi, circa A. 1655., commoratus. T. I. p. 224.
GUNNERUS, Abbas in Jutia, ab A. 1222., Emmenſis, & Epiſcopus deinde, ab A. 1230., Ripenſis, M. A. 1249. T. I. p. 224. 225.
M. Ovenus GüNTHERUS, Holſatus ſive potius Eiderſtadienſis, Profeſſor Roſtochii, ab A. 1566., Phyſicus, Jenæ, ab A 1570., Logicus, & Helmſtadii tandem, ab A. 1576., Phyſicus, Philoſophusqve primus & primarius, A. 1614. ſuperſtes. T. I. p. 225-229.
Bartbol. GUSTIUS, Paſtor, in tractu Trittovienſi, circa A. 1585., Ralefſtedianus. T. I. p. 229.
Fabianus GUSTMEIER, Eutino Wagrius, Secretarius, circa A. 1669., Gedanenſis. T. I. p. 229.
Ægid. GUTBIERIUS, Weiſſenſea Thuringus, Th. D., Lingvarum Orientalium, ab A. 1652., & Logices ſimul, ab A. 1660., in Gymnaſio Hamburgenſi, Profeſſor, M. d. 27. Sept. A. 1667., æt. 50. T. II. p. 263. 264.
M. Job. GUTBROT, Paſtor, circa A. 1649., Wilſtrienſis, A. 1656. ſuperſtes. T. I. p. 229.
Frid Cœleſt. GUTHERMUHT, Nobilis Sileſius, Brunſvici natus, Hedwigi Sophiæ Svedicæ, Duci Holſato-Gottorpienſi, primum a ſtudiis, & deinde ab Epiſtolis, ſimulqve Regis Sveciæ Secretarius, M. d. 31. Dec. A. 1702. T. II. p. 264.
Jonathan GUTSLOFIUS, Stolpa Pomeranus, J. U. D., Pædagogii primum Stettinenſis Rector, deinde Joh. Friderici, Ducis Pomeraniæ, ab A. 1576., Conſiliarius, & Cancellarius tandem principalis, ab A. 1588., Sleſvigo-Holſaticus, M. d. 16. Jan. A. 1611., æt. 71. T. II. p. 264. 265.
Joh. Steph. GUTTURPHIUS, Gutturphia Alſenſis, oppidi Palæo-Landsbergenſis, in Marchia Brandeburgica, circa A. 1677., Paſtor. T. I. p. 229.
Job. Georg. GUZMERUS, Roſtochienſis, J. U. D., Conſiliarius intimus Strelizio-Megapolitanus, & Syndicus deinde, ab A. 1700., Lubecenſis, Templiqve cathedr. Præpoſitus, M. d. 17. Nov. A. 1716. T. II. p. 265.
Simon Job. GUZMERUS, Sverinenſis, Lubecæ educatus, J. U. D., Secretarius Legationum, circa A. 1716., Meclenburgicus. T. II. p. 265.

H.

M. Job. HABERLAND, Brunſvicenſis, Conrector, ab A. 1627., Witebergenſis, Rector autem, ab A. 1634., Itzehoenſis, &, ab A. 1645., Witebergenſis, M. d. 18. Febr. A. 1665., æt. 73. T. II. p. 265.
M. Chriſt. HABERLAND, Witebergenſis, Scholæ Itzehoenſis, & deinde, ab A. 1667., Flensburgenſis, Conrector, Bredſtadienſis autem, ab A. 1671., Rector, M. A. 1678. T. II. p. 265.
Georg. HACCIUS, Uthlebia Schwartzburgicus, Theol. Lic., Conrector, ab A. 1649., Mindenſis, & Paſtor ibidem, ab A 1661., Marianus, Hamburgi autem, ab A. 1669., Mariæ-Magdalenæus, &, ab A. 1680., Michaelitanus, M. d. 12. Apr. A. 1684., æt. 58. T. II. p. 265-268.
Herm. Conr. HACCIUS, Hamburgenſis, Med. D. & in patria, circa A. 1716., Practicus. T. I. p. 229.
Heino ab HACHTEN, Hamburgenſis, J. U. Lic., A. 1663. ſuperſtes. T. I. p. 229.
Gerb. HACKMANNUS, Otterndorfio Hadelienſis, Scholæ patriæ, ab A. 1618., Conrector, Paſtor autem, ab A. 1623., Beveranus in Duc. Brem., &, ab A. 1624., Hamburgenſis Mariæ-Magdalenæus, M. d. 16. Jan. A. 1647., æt. 56. T. II. p. 268.
HACKWIRDI Perſa, e Secretario Legati in aulam Holſaticam Perſici Muhammedano Friderici, Ducis Holſato-Gottorp., Miniſter, ab A. 1638., aulicus, &, ab A. 1647., Chriſtianus, M. d. 18. Jan. A. 1650., æt. 66. T. II. p. 268. 269.
Laur. HAGE, Holſatus, qvi A. 1560. vixit. T. I. p. 229.
Joach. HAGEMEIERUS, Hamburgenſis, J. U. D., Conſiliarius, circa A. 1649., Oldenburgicus, & deinde Cæſareus, ſimulqve Comitum Wetteravicorum Procancellarius & Syndicus, Francofurti commoratus, & M. Apr. A. 1681. mortuus. T. I. p. 229. 230. 231.
Car. ab HAGEN, Megapolitanus, J. U. Lic. & Judicii provinc. Sleſvigo-Holſatici, circa A. 1641., Advocatus. T. II. p. 260.
Gottliebius ab HAGEN, Eqves Megapol. & Toparcha Hanshagenſis, Chriſt. IV. ac Frid. III., Regum Daniæ, Conſiliarius Holſaticus, & Legatus in Aula Bruxellenſi, circa A. 1643., ordinarius, aliorum etiam Germ. Principum Senator intimus, ac Burgmannus in Duc. Brem. Tedinghuſanus, M. d. 24 Aug. A. 1658., æt. 63. T. II. p. 269. 270.
M. Herm. tor HAGEM, Inſulæ Neogammenſis prope Hamburgum, circa A. 1591., Paſtor. T. I. p. 231.
Nicol. ab HAGEN, Nübela Cimber, Eqves Holſaticus, M. d. 5. Febr. A. 1641., æt. 75. T. I. p. 231.
Chriſtoph. Achatius HAGERUS, Franckenberga Miſnicus, Arithmeticus, ab A. 1610., per novem luſtra, Hamburgenſis, M. d. 22. Mart. A. 1657., æt. 73. T. II. p. 270. 271.
Georg. HAGERUS, Neoſtadio Wagrius, patriæ, circa A. 1610., Paſtor, A. 1637. ſuperſtes. T. I. p. 231.
M. Henr. HAHNIUS, Megapolitanus, Legati in Gallia Danici Eccleſiaſtes, & Dithmarſiæ poſtea auſtralis, ab A. 1684., Vice-Præpoſitus, ac, ab A. 1691., Præpoſitus, ſimulqve Paſtor Meldorpienſis, M. M. Jun. A. 1703. T. II. p. 271.
Job. de HAHN, Batavus, J. U. D., Secretarius Roterodamenſis, Aſſeſſorqve deinde & Penſionarius Harlemenſis, Fridricopoli, ab A. 1621., exul, ac Friderici, Ducis Holſato-Gottorp., circa A. 1624., Conſiliarius. T. II. p. 271.
Job. HALCKE, Arithmeticus Uterſenſis, ſimulqve Calendariographus, ab A. 1700., in Ducatibus Cimbricis Danicus, A. 1722. ſuperſtes. T. I. p. 231.
HALITGARIUS, Epiſcopus, ab A. 816., Cameracenſis & Atrebatenſis, ac Cimbrorum Danorumqve A. 823. Apoſtolus, M. d. 25. Jun. A. 830. T. II. p. 271. 272. 273.
Job. (RODIUS) de HAMBURGO, Monachus in Cœnobio Horti B. Mariæ Bohemico, Pragæ vicino, circa A. 1404., Carthuſianus. T. I. p. 231. 232.
Gvilb. du HAMEL, Proxeneta, circa A. 1702., Hamburgenſis. T. II. p. 273.
Henr. HAMELOVIUS, Hamburgenſis, J. U. D., urbis Sleſvicenſis Advocatus, &, ab A. 1694., Conſul, A. 1723. ſuperſtes. T. II. p. 232.
M. Job. HAMERUS, Huſenſis, patriæ Diaconus, & deinde, ab A. 1576. ad 1594., Paſtor, M. d. 29. Aug. A. 1604., æt. 76. T. I. p. 232.
Henr. HAMERUS, Huſenſis, Diaconus, ab A. 1623., Eutinenſis, A. 1633. loco motus. T. I. p. 232.
Pet. HAMERUS, Huſenſis, Diaconus, ab A. 1605., in Eiderſtadia Tetenbüllenſis. T. I. p. 232.
Chriſt. HAMERICH, Rendesburgenſis, patriæ Diaconus, & deinde, ab A. 1690., Paſtor, M. A. 1710. T. I. p. 232.
Henr. HAMERICH Sen., Rendesburgenſis, Scholæ patriæ, ab A. 1656., Rector, M. A. 1705. T. I. p. 232 233.
Henr. HAMERICH Jun., Rendesburgenſis, Præpoſitus & Concionator aulicus, ab A. 1693., Holſato-Glücksburgenſis, M. d. 4. Apr A. 1710. T. I. p. 233.
M. Eraſmus Claudii HAMMERUS, Medelſardia Fionus, Theol. Lector, ab A. 1653., Ripenſis, M. A. 1658. T. II. p. 273.
Jac. HAMPE, Civis Sec. XVII. Lubecenſis. T. I. p. 233.
Corn. ab HAMSFORT Sen., Cimber, Med. D., Chriſtiani III., Regis Daniæ, ab A. 1538., Archiater, poſt illius autem obitum Medicus, circa A. 1561., Coldingenſis, & tandem Ottonienſis, M. d. 8. Mart. A. 1580. T. I. p. 233.
M. Joacb. HANFIUS, Francofurto Marchicus, Scholæ Stendalienſis, & deinde, ab A. 1574., Lubecenſis, Rector. M. A. 1580. T. II. p. 273.
Georg. HANNÆUS, Ottonia Fionus, Med. D. & in patria initio Practicus, ſimulqve, ab A. 1668., Scholæ Conrector, ac, ab A. 1672. Eth & Eloqv. in Gymnaſio Profeſſor, deinde Poliater, ab A. 1692., Rendesburgenſis, ac tandem, ab A. 1697., Ottonienſis, Phyſicusqve ſimul Fioniæ provincialis, M. d. 1. Apr. A. 1699, æt. 52. T. II. p. 273 274.
M. Baltb. Gerb. HANNEKENIUS Sen., Marpurgenſis, Diaconus ab A. 1667., & Paſtor, ab A. 1701., Marianus Lubecenſis, M. d. 24. Apr. A. 1706., æt. 65. T. II. p. 279.
M. Baltb Gerb. HANNEKENIUS Jun., Lubecenſis, Templi patriæ Cathedralis, ab A. 1705.; Diaconus, &, ab A. 1719., Paſtor, A. 1723. ſuperſtes. T. I. p. 234.
Baltb. Meno HANNEKENIUS, Gieſſa Haſſus, Med. D. & Practicus, circa A. 1716., Hamburgenſis. T. II. p. 279.
Meno. HANNEKENIUS Sen., Blaxia Butjadiorum Oldenburgicus, Th. D., Conrector, ab A. 1619. ad 1621., Oldenburgenſis, Profeſſor Ethices ab A. 1626., Theol. autem & LL. Or. ab A. 1627., Marpurgenſis, ſimulqve Eccleſiaſtes, & Superintendens tandem, ab A. 1646., Lubecenſis, M. d. 17. Febr. A. 1671., æt. 76. T. II. p. 274-279.
M. Meno HANNEKENIUS Jun., Lubecenſis, Th. C., M. d. 1. Nov. A. 1673., æt. 27. T. I. p. 234.
Meno Nicol. HANNEKENIUS, Lubecenſis, Med. D. & in patria, ab A. 1704., Practicus, M. d. 14. Maji A. 1717., æt. 35. T. I. p. 234.
Meno Paulus HANNEKENIUS, Lubecenſis, Med. D. & in patria, ab A. 1703., Practicus, A. 1721. ſuperſtes. T. I. p. 234.
Nicol HANNEKENIUS, Marpurgenſis, Med. D. & Practicus ab A. 1666., Poliater autem ab A. 1677. Lubecenſis, M. d. 1. Mart. A. 1708., æt. 68. T. II. p. 279. 280.
Phil. Ludov. HANNEKENIUS, Marpurgenſis, Lubecæ educatus, Th. D., Profeſſor Eloqv. & L. Hebr., ab A. 1663., Theol. autem, A. 1670., Gieſſenſis, ſimulqve, ab A. 1670., Eccleſiaſtes, &, ab A. 1683., Superintendens, Theol. tandem Profeſſor Witebergenſis, ab A. 1693., primarius, M. d. 16. Jan. A. 1706., æt. 69. T. II. p. 280-285.
Job. Ludov. HANNEMANNUS, Oſtfriſius, Med. D. & Practicus, circa A. 1668., Fridrichſtadienſis, circa A. 1670. Stadenſis, circa A. 1673. Buxtehudanus, & tandem, ab A. 1675., Kilonienſis, ſimulqve Phyſices Profeſſor Academicus, A. 1723. ſuperſtes. T. II. p. 285-292.
Bartbol. Job. Otto HANNEMANNUS, Buxtehudenſis, Kilonii educatus, Med. D. & Practicus, ab A. 1699., Hamburgenſis, ab A. 1700. Burgenſis in Femaria, ab A. 1704. Flensburgenſis, &, ab A. 1705., Ottonienſis, M. M. Oct. A. 1709., æt. 39. T. II. p. 292. 293.
Pet Job. Chriſt. Frid. Rich. HANNEMANNUS, J. U. Stud., c. A. 1698., Kilonienſis. T. II. p. 293.
Tob. Thom. Mich. Joel Diet. HANNEMANNUS, Buxtehudenſis, Kilonii educatus, Med. D. & Practicus Hamburgenſis ac Hatherslebienſis, M. A. 1716., æt. 36. T. II. p. 293.

Frid.

Frid. Adolphus HANSENIUS ab EHRENKRON, Grumbya Cimber, Conſiliarius initio Gryphiswaldiæ Sveco-Pomeranicus, & deinde Glückſtadii Danico-Holſaticus Cancellariæ, Juſtitiæ ac Status publici, M. d. 19. Mart. A. 1711. *T. I. p. 234.*

Melch. HANSENIUS, Sleſvicenſis, Auguſti Friderici, Epiſc. Lubec., ab A. 1666., Conſiliarius, & Canonicus Eutinenſis, M. d. 21. Febr. A. 1675., æt. 42. *T. I. p. 234. 235.*

M. Pet. HANSENIUS, Paſtor, circa A. 1724., Plönenſis. *T. I. p. 235.*

Eberh. Guern. HAPPELIUS, Marpurgo Haſſus, Hamburgi commoratus, M. d. 15. Maji A. 1590., æt. 42. *T. II. p. 293-295.*

Herm. HARBART, Senator, ab A. 1698., Hamburgenſis, M. d. 18. Jun. A. 1709., æt. 55. *T. I. p. 235.*

M. Bernh HARDERUS, Hamburgenſis, Paſtor initio Windavienſis, deinde Haſenpotenſis ac Zyrovienſis, & tandem Superintendens Piltenſis, in Curlandia, M. A. 1639., æt. 63. *T. I. p. 235.*

Henr. HARDERUS, Flensburgenſis, Poeta Latinus Hafnienſis, M. d. 8. Jan. A. 1683., æt. 42. *T. I. p. 235.*

Joh. HARDERUS, Hatherslebienſis, A. 1581. ſuperſtes. *T. I. p. 235.*

Diet. HARDKOPF, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, circa A. 1698. Practicus. *T. I. p. 235.*

M. Franc. HARDKOPF, Hamburgenſis, Paſtor, ab A. 1688., Elmeshornenſis, &, ab A. 1693., Hammenſis ac Hornenſis, tandemqve Diaconus, ab A. 1698., Hamburgenſis Jacobæus, M. d. 22. Dec. A. 1707. *T. I. p. 236.*

Georg. HARDKOPF, Hamburgenſis, Eccleſiaſtes patriæ, ab A. 1649., Nicolaitanus, M. d. 23. Jul. A. 1679., æt. 53. *T. I. p. 236.*

M. Nicol. HARDKOPF, Otta Bremenſis, Ord Philoſ. Witeb. Aſſeſſor, & Paſtor deinde, ab A. 1609., Wordenſis in Hadelia, ab A. autem 1615. Hamburgenſis Nicolaitanus, ſimulqve, ab A. 1633., Ord. Eccl. Senior, A. 1647. rude donatus, M. d. 13. Jun. A. 1650., æt. 68. *T. II. p. 295. 296. 297.*

Georg. HARMINIUS, Muſicus, circa A. 1580., Lubecenſis. *T. I p. 236.*

Udolphus HARON, Dux Friſiorum, ab A. C. 360., ultimus, Coloniæqve eorundem in Angliam Cimbricam ductor, circa A. 392., chimæricus. *T. II. p. 297.*

Steph. Chriſtoph. HARPRECHTUS, Syndelfinga Wirtenbergicus, J. U. D., Curiæ ſupremæ Würtenbergicæ, circa A. 1699., Advocatus, Academiæ Tubingenſis Profeſſor, circa A. 1712., Juridicus, & Kilonienſis Anteceſſor, ab A. 1712., primarius, ſimulqve Conſiliarius Cæſareus atqve Holſaticus. *T. II. p. 297. 298.*

M. Pet. HARRINGUS, Hattſtedia Cimber, Paſt. & Superint., circa A. 1570., in Duc. Anhalt., Cothenenſis, A. 1578. ſuperſtes. *T. I. p. 236.*

Mummius HARSEN, Paſt. in Nordſtrandia, circa A. 1587. Ilegrofienſis, M. A. 1624. *T. I. p. 236.*

Ant. HARTMANNUS, Stralſundenſis, Paſtor in Wagria, circa A. 1666., Hilgenhavenſis. *T. II. p. 298.*

Joh. HARTMANNUS, Niecopia Falſtrius, Med. D. & Practicus, circa A. 1698., Hamburgenſis, A. 1616. ſuperſtes. *T. II. p. 298.*

Dan. HARTNACCIUS, Mulchentina Pomeranus, Profeſſor Metaphyſ., ab A. 1666. extraord. in Acad. Francofurto-Viadrina, & Gymnaſii Erfurtenſis, ab A. 1669., ordinarius, Pædagogus Dresdæ, ab A. 1670. ad 1680., privatus, Rector Scholæ cathedralis Bremenſis ab A. 1680., Altonavienſis ab A. 1683., & Sleſvicenſis ab A. 1690 ad 1701., tandemqve Paſtor, ab A. 1702., vici in Wagria Bramſtedenſis, qvi omnia fere hæc officia, vel profuſus, vel exautoratus, deſeruit M. A. 1708., æt. 66. *T. II. p. 298-307.*

Auguſtinus HARTNACCIUS, Dan. Fil., J. U. C. (c. A. 1700.) *T. II. p. 307.*

Chriſt. Ludov. HARTNACCIUS, Dresdenſis, Dan. Fil. (c. A. 1702.) *T. II. p. 307.*

Chriſt. HARTSOEKERUS Belga, Paſtor Remonſtrantium A. 1653. & 1654. Fridrichſtadienſis, &, ab A. 1660., Roterodamenſis, M. d. 6. Aug. A. 1683., æt. 56. *T. II. p. 307. 308.*

HARTWIGUS I., Comes Dithmarſicus & Stadenſis, Templi cathedr. Bremenſis, circa A. 1144., Præpoſitus major, ſimulqve Canonicus Magdeburgenſis, & deinde, ab A. 1148., Archiepiſcopus Hamburgenſis ac Epiſcopus Bremenſis, M M. Oct. A. 1168. *T II. p. 308-311.*

Iſaacus HARTWICH, Scholæ Lubecenſis Catharinææ, circa A. 1673., Arithmeticus. *T. I. p. 236.*

M. Paulus HARTWICH, Hamburgenſis, Diaconus patriæ, ab A. 1565. ad 1572., Petrinus, Rigæ poſtea & Hamburgi privatim commoratus, Paſtorqve tandem, in Hadelia, ſive Otterndorfienſis, ſive Oldebrocenſis, M. A. 1593. *T. I. p. 236. 237.*

Joh. Conr. HASE, Altonavienſis, Antonettæ Bourignoniæ, circa A 1676., aſſecla. *T. I. p. 237.*

Jac. HASEBARDUS, Sen., Lubecenſis, Med. D. & Chriſt. IV., Regis Daniæ, ab A. 1593., Archiater, M. d. 3. Sept. A. 1607., æt. 54 *T. I. p. 237.*

M. Dan. HASENMüLLER, Eutinenſis, Profeſſor Lingvæ Græcæ ab A. 1682., ſimulqve Oratoriæ Sacræ ab A. 1688., & Lingvæ Hebrææ ab A. 1689, Kilonienſis, M. d. 29. Maji A. 1691, æt. 40. *T. I. p. 237. 238.*

M. Vitus HENR. HASENMüLLER, Holſatus (c. A. 1712.) *T. I. p. 238.*

Nicol. Chriſt. HASSINGIUS, Paſtor, circa A. 1610., Brarupenſis Holſato-Glücksburgicus, A. 1623., ſuperſtes. *T. I. p. 238.*

Joh. Georg. HAST, Osnabrugenſis, Med. D. & Practicus, circa A. 1702., Lubecenſis. *T. II. p. 311.*

Chriſt. ab HATTEN, Segebergenſis, J. U. D., Conſiliarius Danicus, Holſato-Gottorpienſis & Oldenburgicus, M. d. 9. Jan. A. 1650. *T. I. p. 238.*

Henr. ab HATTEN Sen., Segebergenſis, J. U. D., Com. Pal Cæſ., Cancellarius, per annos 22., provincialis Sleſvigo-Holſaticus, ſimulqve Conſiliarius Intimus Danicus ac Holſato-Gottorpienſis, & Canonicus Sleſvicenſis, A. 1652. ſuperſtes. *T. I. p. 238.*

Henr. ab HATTEN Jun., Holſatus, J. U. Lic. A. 1668. creatus. *T. I. p. 238.*

Henr. Georg. ab HATTEN, Tunderenſis, ſtationum Legionis Danicæ eqveſtris Baſſianæ Metator ſupremus, M. d. 23. Jun. A. 1694. *T. I. p. 238.*

Joh. ab HATTEN, Rendesburgenſis, J. U. D., Chriſt. Alb., Ducis Holſato-Gottorp., circa A. 1683., Conſiliarius. *T. I. p. 238.*

Joh Salom. HATTENBACH, Waltershuſa Thuringus, Med. D. & Practicus Boitzenburgenſis, Lubecenſis, Berolinenſis (ab A. 1697), & tandem iterum Lubecenſis, M. d. 18. Maji A. 1699., æt 47. *T. II p. 311.*

Frid. HAUCKE, Gardinga Eiderſtadienſis, Med. D. & Practicus, circa A. 1698, Hamburgenſis, A. 1716. ſuperſtes. *T. I. p. 238.*

Joh. HAVELAND, Palæo-Brandeburgo Marchicus, J. U. Lic, Urbis Lubecenſis, ab A. 1645., Secretarius, &, ab A. 1656., Protonotarius, M. d. 6. Oct. A. 1676., æt. 67. *T. II. p. 311.*

Herm. HAVEMANN, Lubecenſis (circa A. 1608.) *T. I p. 239.*

Georg. HAUWELMEYER, Hamburgenſis, J. U. D. & in patria, circa A. 1716., Practicus. *T. I. p. 239.*

Jac. des HAYES, Heuria Limburgicus, Jeſuita, & Miſſionarius Bohemicus, Roſtochienſis atqve (circa A. 1671.) Hamburgenſis, A. 1676. ſuperſtes. *T. II. p. 311. 312.*

M. Hieron. HECHT ſeu LUCIUS, Eccleſiaſtes Fridrichſtadienſis, circa A. 1635., Lutheranus. *T. I. p. 239.*

Joh. Bapt. ab HECKEN, Hamburgenſis, J. U. D., M. A. 1696. *T. I. p 239.*

Ericus HEDEMANNUS, Diepholdianus, J U D., Georgii, Ducis Luneburgico-Cellenſis, Cancellarius, ſimulqve Decanus, ab A. 1602., Bardovicenſis, deinde vero, ab A. 1622, Friderici, Ducis Holſato-Gottorp., Cancellarius, ejusqve, uti & Chriſt. IV, R. Dan, ac Ant. Günth., Com. Oldenb., Conſil. intimus, M. M. Jan. A. 1636. *T. II. p. 312.*

Ern. Chriſt. HEDEMANNUS, Cella Lüneburgicus, J. U. D., Gottorpii educatus, Georgii Wilhelmi, Ducis Lüneburgico-Cellenſis, Conſiliarius, circa A. 1662., intimus. *T. II. p. 312.*

HIER. HEERE, Hamburgenſis, J. U. Lic. & XIIvirorum patriæ, circa A. 1654., Secretarius *T. I. p. 239.*

Joh. Chriſt. HEERE, Hamburgenſis, J. U. D. & in patria, circa A. 1704, Practicus. *T. I. p. 239.*

HEERTJE, ſive HERTHA Windingica, Sibylla Friſiæ borealis, circa A 1420., Bredſtadiana. *T I. p. 239.*

M. Andr. Petræus HEGELUND, Ripenſis, Scholæ Slagloſianæ circa A. 1625., Hafnienſis autem circa A. 1638., Rector, & tandem Paſtor in Mona inſula Stegenſis. *T. I. p. 239.*

M. Pet. HEGELUND, Ripenſis, in patria, ab A. 1565., Scholæ Rector, ab A 1579. Theol. Lector, ab A. 1584. Canonicus, ab A 1588. Templi cathedr. Paſtor, & tandem, ab A. 1595., Epiſcopus, M. d. 18. Febr. A. 1614, æt 72. *T. I. p. 239 240.*

Jac. HEGGE, Dantiſcanus, Melch. Hofmanni Paraſtata A. 1529., in Colloqvio Flensburgenſi, fanaticus, ad Lutheranos paulo poſt Hamburgi transgreſſus. *T. II. p. 311. 312.*

Adolphus Auguſtus HEICKIUS, Plönenſis (circa A. 1703.) *T. I p. 240.*

Frid. HEIDENREICH, Thorunienſis, LL. Stud., Hamburgi, circa A. 1636., commoratus. *T. II. p. 312.*

M Joh. HULDAR. HEIDERUS, Lindavienſis, Theol. Cand. Kilonienſis, M. Majo A. 1668., æt 23. *T. II p. 312.*

M. Ant. HEIMREICHIUS WALTHERUS, Trindermarſa Strandfriſius, Paſtor, in inſula patria, ab A. 1652., Mohrenſis, M A. 1684, æt 59. *T. I p. 240 241.*

Joh. HEIMREICHIUS, Flensburgenſis, Paſtor in Nordſtrandia, ab A. 1611., Trindermarſenſis, &, ab A. 1639, Pilwormienſis, ſimulqve, ab A. 1638., Inſulæ iſtius Præpoſitus, M. d. 3. Nov. A. 1664., æt 79. *T. I. p. 241.*

Reinh. HEIMREICHIUS, Flensburgenſis, Scholæ Hamburgenſis, ab A 1609., Præceptor, M d. 26 Mart A 1647., æt. 63. *T I. p. 241.*

Joh. HEINECCERUS, Miſnicus, Theol. Stud., Hamburgi, circa A. 1644., commoratus. *T. II. p. 312.*

Andr. HEINEKE, Bredſtadienſis, J. U. Doctor A. 1702. creatus. *T. I p. 241.*

Matthias HEINIUS, Huſenſis, ædis Blaſianæ Brunſvicenſis, circa A. 1624., Canonicus. *T I p. 242.*

Valent. HEINSIUS, Hamburgenſis, Scholæ in patriæ trivialis Michaelitanæ, ab A. 1670., Moderator & Arithmeticus, M. d. 17. Nov. A. 1704, æt. 68 *T. I. p 242.*

Joh. Theod HEINSON, Hannoveranus, Th. D, Paſtor, ab A. 1695, in Epiſcopatu Osnabrugenſi, Melenſis, Superint. generalis & Eccleſiaſtes aulicus, ab A. 1698., Auricæ Oſtfriſicus, & Paſtor tandem, ab A. 1711, Hamburgenſis Petrinus, A 1723 ſuperſtes. *T. II p. 312. 313.*

Georg. HEINTZIUS, Hamburgenſis, J. U. D. & Profeſſor Lipſienſis, ab A. 1670, extraordinarius & ab A 1679., ordinarius, ſimulqve Scabinatus, ab A. 1676., Aſſeſſor, M. d. 24. Aug. A. 1683., æt. 39. *T. I p. 242. 243.*

Andr. Herm HELBERGERUS, Buxtehudenſis, Med. D. & Practicus, ab A. 1678, Lubecenſis, M. M. Apr. A. 1685., æt. 37. *T. II p. 314.*

Adolphus HELDIUS, Stadenſis, Paſtor in patria Nicolaitanus, ob Chiliasmum A. 1636. exauctoratus, Hamburgi deinde atqve alibi exul, A. 1653. ſuperſtes, ac Altonaviæ mortuus. *T. II. p. 314. 315.*

Balth. HELDIUS, Londino Dithmarſus, J. U. Lic., Sleſvici Cancellariæ Danicæ, ab A. 1688., Aſſeſſor, & Ducalis deinde Holſato-Gottorpienſis Conſiliarius, M. c A. 1720. *T. I, p. 243.*

Chriſt. HELDIUS, Rabbinus, Chriſtianæ religionis, ab A. 1660., Proſelytus, A. 1681. ſuperſtes. *T. II. p. 315.*

Georg. HELDIUS, Hamburgenſis, J. U. Lic., patriæ, ab A. 1690., Senator, M. d. 25. Sept A. 1716., æt. 72. *T. I. p. 243.*

Henr. HELDIUS, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria Practicus, A. 1706. ſuperſtes. *T. I. p. 243.*

Georg. Ern. HELDBERGIUS, Cella Lüneburgicus, Th. D., Profeſſor Ethicæ ab A. 1672., ſimulqve Logicæ ab A. 1675., Kilonienſis, M. d. 31. Dec. A. 1688., æt. 47. *T. II. p. 315. 316.*

Joach. HELDBERGIUS, Walsrada Lüneburgicus, Archidiaconus, circa A. 1646., Itzhoenſis. *T. II. p. 316.*

Joh. Nicolai HELDVADERUS, Paſtor, in agro Apenradenſi, ab A. 1561., Heldovattenſis & Eckwattenſis, M. d. 24. Oct. A. 1590., æt. 56. *T. I. p. 243.*

Nicol. HELDVADERUS, Heldovatta Cimber, pagi natalis, ab A. 1591. ad 1611., Paſtor, deinde exul, & tandem Chriſt. IV., Regis Daniæ, ab A. 1616., Aſtrologus ac Calendariographus, M. d. 23. Aug. A. 1634., æt 70. *T. I. p. 243-246.*

Frid. HELMIUS, Bremervörda Bremenſis, J. U. D., Cancellariæ Danicæ Glückſtadienſis, ab A. 1668., Conſiliarius, M. d. 23. Nov. A. 1672., æt. 37. *T. II. p. 316.*

Herm. HELMIUS, Dithmarſus, J. U. Lic. A 1653. creatus. *T. I. p. 246.*

Joh. HELMIUS Sen., Brunsbüttela Dithmarſus, J. U. Lic., Joh. Friderici, Archiep. Brem., ab A. 1628, ac deinde Frid. III, Regis Daniæ, tum in Archiepiſcopatu Bremenſi, tum, ab A. 1649., in Ducatibus Cimbricis, Conſiliarius, & in iisdem, ab A. 1661., Procancellarius, ab A. 1665. autem Cancellarius, M. d. 6. Jun. A. 1678., æt. 79. *T. I. p 246.*

Joh. HELMIUS Jun., J. U. Cand., mortuus Pariſiis circa A. 1669., ac æt. 28. *T. I p. 246*

HELMOLDUS, Presbyter in Wagria Boſovienſis. circa A. C. 1170. mortuus. *T. I. p. 246. 247. T. III. p. 315-321.*

M. Adamus HELMSIUS, Lubecenſis, Diaconus in patria, ab A. 1610., Jacobæus, & Paſtor, ab A. 1613., Petrinus, Ord. Eccl. tandem Senior, M. d. 27. Maji A. 1653., æt. 74. *T. I. p. 247.*

Martha HELWIGIA, Fridricopoli Seculo XVII. commorata *T. I. p 247.*

Chriſtoph. HEMMER, Ripenſis, patriæ, ab A. 1694., Poliater, &, ab A. A. 1695., Canonicus, M. A. 1715. *T. I. p. 247.*

Ivarus HEMMETTÆUS, Jutus, Th. D., Rector Scholæ ab A 1590., Theol Lector & Canonicus ab A. 1596., & Epiſcopus tandem, ab A. 1614., Ripenſis, M. d. 6. Jan. A. 1629., æt. 65. *T. II p. 316. 317.*

M. Joh. Balth. HEMPELIUS, Luſatus, Orphanotrophei Hamburgenſis, ab A. 1716., Catecheta. *T. II. p. 317.*

Chriſt. HENELIUS, Pirna Miſnicus, J. U. Lic. & Practicus Hamburgenſis, M. d. 11. Jan. A. 1687., æt 43. *T. II. p. 317. 318.*

Joh. HENNEKE, Daſſilienſis, Scholarum urbis Brunſvicenſis, Ægidianæ & Catharinææ Cantor, Ægidianæ, ab A. 1569, Rector, Paſtorqve ibidem, ab A. 1572., Ægidianus, & tandem Hamburgi, ab A. 1576., Jacobæus, M. d. 30. Jan. A. 1595. *T. II. p. 318.*

Chriſtoph. HENNINGIUS, Dresdenſis, Hamburgi, circa A. 1682., commoratus. *T. II. p. 318.*

Ericus HENNINGIUS, Kilonienſis, J. U. D., patriæ, & IV. Civitatum Holſaticarum, ab A. 1694., Syndicus, A. 1699. ſuperſtes. *T. I. p. 247.*

Frid. HENNINGIUS, Paſtor initio Petrinus Hamburgi, ad A. usqve 1528., Pontificius, deinde templi Nicol. Lüneburgenſis, ab A. 1529, Lutheranus, & tandem Superintendens, circa A. 1553., Lüneburgenſis, M. d 5. Dec. A. 1563. *T. I. p. 247. 248*

Henn. HENNINGI, Huſenſis, Principum juniorum Holſato-Gottorpienſium Præceptor, & Gymnaſii deinde Bordesholmenſis Conrector, A. 1667. ſuperſtes *T. I. p. 248*

Joach. HENNINGIUS, Güſtrovienſis, Scholæ Hamburgenſis, ab A. 1669., Subrector, &, ab A. 1681., Conrector, M. d. 30. Apr. A. 1698., æt. 64. *T. II. p. 318. 319.*

Joh. HENNINGIUS, Föhrenſis, Flensburgi ab A. 1631. Cantor, ab A. 1634 Conrector, tandemqve Diaconus, ab A. 1635., Nicolaitanus, M. d. 21. Maji A. 1645., æt. 44. *T. I. p. 248.*

Joh. HENNINGIUS, Kilonienſis, J. U. D., urbis patriæ & IV. Holſaticarum, nec non Ordinis eqveſtris Holſatici, per qvinqve luſtra, Syndicus, M. c. A. 1693. *T. I. p. 248.*

Joh. HENNINGS, Flensburgenſis, Civis in Boruſſia, circa A. 1714., Regiomontanus. *T. I. p. 249.*

Joh. Frid. HENNINGSEN, Sleſvicenſis, LL. Stud. c. A. 1698. *T. I. p. 249.*

Joh. Frid. HENNINGS, Kilonienſis, J. U. D. & in patria, circa A. 1708., Practicus. *T. I. p. 249.*

Nicol. HENNINGSEN, Rendesburgenſis, e Mercatore Flensburgenſi Ant. Bourignoniæ aſſecla, & Sleſvici tandem domeſticus, M. A. 1675. *T. I. p. 249.*

Nicol. HENNINGS, Dithmarſus, J. U. D. & Advocatus, circa A. 1706., Meldorpienſis. *T. I. p. 249.*

Pet. HENNINGS, Meldorpienſis, Med. D. & in patria, circa A. 172., Practicus. *T. I. p. 249.*

HENRICUS, Bruxellis Brabantus, e Ludimoderatore Hildeſienſi & Brunſvicenſi, Cœnobii Brunſvicenſis Ægidiani Monachus Benedictinus &, ab A. circiter 1162, poſtea Abbas, tandemqve Epiſcopus, ab A. 1172., Lubecenſis, M. d. 29. Nov. A. 1183. *T. II. p. 319-322.*

HENRICUS, Abbas Cœnobii in Wagria Ciſmarienſis, circa A. 1486., Benedictinus. *T. I. p. 249.*

HENRICUS LUBECENSIS, Ord. Prædic. Monachus ætatis incertæ. *T. I. p. 249.*

HENNINGUS HENRICHS, Lubecenſis, J. U. Lic. & in patria Practicus, M. d. 29. Apr. A. 1667., æt. 51. *T. I. p. 249. 250.*

M. HENR. HENRICI, Hamburgenſis, Hadeliæ, circa A. 1653., Superintendens, Paſtorqve ſimul Neuenkirchenſis. *T. I. p. 250.*

Jonas HENRICHSON, Meldorpio Dithmarſus, A. 1604. ſuperſtes. *T. I. p. 250.*

M. Mich. HENRICI, Ottonia Fionus, Hatherslebiæ & Hamburgi educatus, Frid. III., Regis Danici, Eccleſiaſtes Hafniæ, ab A. 1652, aulicus, & Paſtor deinde ibidem, ab A. 1660., Nicolaitanus, M. d. 17. Febr. A 1701., æt. 73. *T. II. p. 322.*

Pet. HENRICHS, Civis, circa A. 1660., Hamburgenſis, ſectæ Qvakerorum addictus. *T. I. p. 250.*

M. Sim. HENRICI, Kilonienſis, Scholæ Flensburgenſis, ab A. 1627., &, eodem mox anno, Oeſilienſis, Rector, ac Diaconus tandem, ab A. 1630, Flensburg Nicolaitanus, M. A. 1634., æt. 37. *T. I. p. 250.*

Mich. HENTSCHELIUS Sen, Qviliza Brandeburgicus, Scholæ Ratzeburgenſis, ab A. 1629., Rector, & deinde Lubecenſis Cœnobii Annæi, ab A. 1631., Moderator, M. d. 3. Jun. A. 1667., æt. 68. *T. II. p. 322.*

Mich. HENTSCHELIUS Jun, Lubecenſis, Diaconus, ab A. 1690., & Paſtor, ab A. 1706., in patria, Jacobæus, M. d. 25. Jan. A 1711. *T. I. p. 250.*

Mich. Mart. HENTSCHELIUS, Lubecenſis, Med. Doctor, M d. 20. Jun. A. 1722, æt. 26. *T. I. p. 250.*

Car. Guſt. HERÆUS, Holmia Svecus, Canonicus, ab A. 1686. ad 1695., Hamburgenſis, Conſiliarius, ab A. 1702., Schwartzburgico-Sondershuſanus, & poſtea Viennæ Joſephi Imp., ab A. 1709., Antiqvarius. Caroli VI. Imp. autem, ab A. 1713., Conſiliarius, Muſeiqve & Nummophylacii Ephorus, A. 1721. ſuperſtes. *T. II p. 322. 323.*

A. F. HERCULES, Pomeranus, Cohortis pedeſtris Holſato-Gottorpienſis Protribunus, & tandem Tribunus, M. A. 1709. *T. II. p. 323. 324.*

Chriſtoph. HERINGIUS, P. L. C & Notarius publicus, circa A. 1660., Hamburgenſis *T. II. p. 324.*

Dav HERLICIUS, Ciza Miſnicus, Med. D. D., Conrector, ab A. 1580., Güſtrovienſis, Poliater, ab A. 1582., Primislavienſis, &, ab A. 1583., Anclamenſis, Math. Profeſſor, ab A. 1585., Gryphiswaldenſis, Poliaterqve iterum, ab A. 1598., Stargardienſis, ab A. 1606. Lubecenſis, & tandem denuo, ab A. 1614., Stargardienſis, M. d 15. Aug. A. 1636., æt. 79. *T. II. p. 324-327.*

Taco HERMANA, Friſius, Claſſis Anglo-Cimbrorum contra Britannos, & Coloniæ in Frieslandiam inſulam, Dux chimæricus, qvi A. C. 536. obiiſſe fingitur. *T. II. p. 327. 328.*

Joh. Georg. HERMANNUS, Plönenſis, Med. D. & Archiater, circa A. 1722., Holſato-Plönenſis. *T. I. p. 251.*

Gvilh. de HERTOGHE, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, c A. 1723., Practicus. *T. I. p. 251.*

Joh. Bapt. de HERTOGHE, Hamburgenſis, J. U. D. & in patria, circa A. 1716., Practicus ac Canonicus minor, ſimulqve Conſiliarius, circa A. 1723., Holſato-Gottorp. *T. I. p. 251.*

Theod. Pet. HERWEG, Hamburgenſis, ædis D. Magni Brunſvicenſis, ab A. 1671., Paſtor, M. d. 16 Sept. A. 1696., æt. 58. *T. I. p. 251.*

Edzardus HESHUSIUS, Weſtphalus, Concionator aulicus & Præpoſitus, ab A. circiter 1624., Holſato-Sünderburgicus, M. c. A. 1635. *T. II. p. 328.*

Conr. HESSE, Kilonienſis, J. U. D., Frid III. & Chriſt. V., Regum Daniæ, in Cancellaria Hafnienſi, Conſiliarius, A. 1686. ſuperſtes. *T. I. p 251.*

M. Pet. HESSELIUS, Hamburgenſis, Noſodochii patriæ, ab A. 16 1., Paſtor, M. d. 26. Dec. A. 1677., ætatis 38. *T. I. p. 251. 252.*

Joh. HESSIUS, Lubecenſis, Cœnobii in patria Laurentiani, ab A. 1692, Eccleſiaſtes, Templiqve deinde Petrini, ab A 1693., Diaconus, &, ab A. 1713., Paſtor, M. d. 11. Nov. A. 1715. *T. I. p. 252.*

Henr. HESSE, Electoris Moguntini, Friderici, Ducis Holſato-Gottorp, aliorumqve Principum, Hortulanus aulicus, A. 1700. ſuperſtes. *T. II. p. 329.*

Joh. Henr. HESSIUS, Smalcaldenſis, Scholæ Gothanæ per decennium Subrector, Smalcaldenſis per annos totidem Rector, & Lubecenſis, ab A. 1693., Conrector, M. d. 11. Jan. A. 1695. *T. II. p. 328.*

Joach. HESTERBERG, Hamburgenſis, Theol., circa A. 1668., Candidatus. *T. I p. 253.*

Joh. Henr. HEUBELIUS, Juris in Acad. Kilonienſi, ab A. 1723., Profeſſor. *T. I. p. 253.*

Wendel.

Wendel. Henr. HEUBELIUS, Eccleſiaſtes initio Danicus in Holſatia, circa A. 1639., caſtrenſis, deinde Paſtor in Stormaria Wevelsfletanus, & Concionator tandem aulicus, circa A. 1647., Brunſvico-Gvelpherbytanus. *T. II. p.* 328.

Rob. HEUSER, Bergerdorpienſis, Paſtor, circa A. 1683., in Eiderſtadia Tetenbullenſis, A. 1701. ſuperſtes. *T. I. p.* 252.

Frid. HEYE, Holſatus, Med. Doctor A. 1662. creatus. *T. I. p.* 253.

Pet. HEYLINGIUS, Lubecenſis, Theologus in Oriente, Palæſtina, Ægypto ac Æthiopia, commoratus, ac A. 1634. ſuperſtes. *T. I. p.* 253. 254.

Dav. HIERONYMUS, Kornizienſis e Ruſſia rubra ſive Polonica, Rabbinus Cracovienſis, Viennenſis & Hamburgenſis, Eccleſiæ Chriſtianæ, ab A. 1676., Proſelytus, Berolini tandem commoratus, & A. 1713. mortuus. *T. II. p.* 328. 329.

Chriſtoph. Willebadus HILCKEN, Hamburgenſis, J. U. Lic. ac in patria Practicus, & deinde XV virorum, circa A. 1716., Secretarius, M. M. Dec. A. 1717. *T. I. p.* 254.

Joh. Steph. HILDERMANN, Paſtor, circa A. 1716., in Wagria Altencrempenſis. *T. I. p.* 254.

Joh. Chriſtoph. ab HILLEN, Lubecenſis, J. U. D. & Advocatus Roſtochienſis, M. M. Aug. A. 1665., æt. 43. *T. I. p.* 254.

Joh. HILMERS, Lubecenſis, Archidiaconus, ab A. 1702., in Femaria Burgenſis; & Diaconus deinde, ab A. 1720., Catharinæus Hamburgenſis. *T. I. p.* 254.

Chriſt. HILTEBRAND, Fidicen, circa A. 1609., Hamburgenſis. *T. I. p.* 255.

Abr. HINCKELMANNUS, Döbela Miſnicus, Th. D., Scholæ Gardelegienſis, ab A. 1672., Lubecenſis autem ab A. 1675., Rector, Diaconus, ab A. 1685., Hamburgenſis Nicolaitanus, Superint. gen. & Proteccleſiaſtes aulicus, ab A. 1687., Haſſo-Darmſtattinus, ſimulqve Theol. Prof. Gieſſenſis honorarius, ac tandem Paſtor, ab A. 1689., Catharinæus Hamburgenſis, M. d. 11. Febr. A. 1695., æt 43. *T. II. p.* 329-336.

Diet. Pet. HINNERKING, Arithmeticus, circa A. 1708., Hamburgenſis. *T. I. p.* 255.

Chriſt. HINTSCHIUS, Hamburgenſis, Ptochei patriæ, ab A. 1701., Paſtor, & Eccleſiaſtes deinde, ab A. 1705., Plönenſis, M. A. 1719. *T. I. p.* 255.

Henr. HINTSCHIUS, Stadenſis, J. U. Lic. & Practicus, circa A. 1704., Hamburgenſis. *T. II. p.* 336.

Jac. HINTZELMANN, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, circa A. 1716., Practicus. *T. I. p.* 255.

Barth. Gunth. HINTZIUS, Hamburgenſis, J. U. D. & in patria, circa A. 1716., Practicus. *T. I. p.* 255.

Georg. HINTZIUS, Stadenſis, J. U. Lic. & Practicus, circa A. 1716., Hamburgenſis. *T. II. p.* 336.

R. Hillel Ben Naphtali HIRTZ, Synagogarum Altonavienſis & Hamburgenſis, aliarumqve Germaniæ ac Poloniæ, Antiſtes, Solcovii A. C. 1670., & æt. 75., mortuus. *T. II. p.* 336.

Naphthali HIRTZ, Rabbinus Hamburgenſis, A. circiter 1711. mortuus. *T. II. p.* 336.

Chriſt. HOBURGIUS, Lüneburgenſis, Cantor & Eccleſiaſtes extraord., ab A. 1632., Lauenburgenſis, Subrector & Eccleſiaſtes extraord., ad A. usqve 1640., Ulzenſis, Sobolis Kniphuſianæ Hamburgi, circa A. 1643., Præceptor, Typographei Lüneburgenſis Sterniani Corrector, Paſtor ruralis in Duc. Brunſvic., per biennium, Bornenſis, Toparchæ in Geldria Cappelenſis Concionator, per qvinqvennium, domeſticus, Paſtor in Geldria, per 16. annos, Latuuenſis, Amſtelodami & Middelburgi, ab A. 1672., exul, tandemqve, ab A. 1674., per 3. ſemeſtria, Mennonitarum Altonavienſium Eccleſiaſtes, M. d. 29. Oct. A. 1675., æt. 69. *T. II. p.* 337-347.

Phil. HOBURGIUS, Typographus Middelburgenſis, & deinde, ab A. 1673., Altonavienſis, A. 1679. ſuperſtes. *T. II. p.* 347.

Pet. Andr. HOECKIUS Flensburgenſis, Th. Stud. c. A. 1723. *T. I. p.* 255.

M. Ananias HOETENSLEBEN, Paſtor in agro Trittovienſi Steinbeccenſis, M. c. A. 1638. *T. I. p.* 255.

Georg. Jac. HöFFTIUS, Hamburgenſis, J. U. D. & in patria circa A. 1716., Practicus. *T. I. p.* 256.

Andr. HOFFMANN, Med. D. & Practicus, circa A. 1704., Hamburgenſis. *T. I. p.* 255.

Chriſt. HOFFMANN, Eccleſiaſtes, circa A. 1672., aulicus Holſato-Plönenſis. *T. I. p.* 255.

M. Frid. HOFFMANN, Qvernhemio Mindenſis, Scholæ Hamburgenſis, ab A. 1643., præceptor, M. d. 2. Oct. A. 1667., æt. 54. *T. II. p.* 347.

Joh. Adolphus HOFFMANN, Plönenſis, Theol. Cand., A. 1723. ſuperſtes. *T. I. p.* 255. 256.

Melch. HOFFMANN, Svevus, e Pellione Paſtor Livonicus &, ab A. 1527., Kilonienſis fanaticus, Emdæ deinde, ab A. 1530., & Argentinæ, ab A. 1531., exul Eccleſiæqve turbator, in carcere A. 1533. mortuus. *T. II. p.* 347-353.

M. Joh. HöGELKE, Eccleſiaſtes Hamburgenſis, ab A. 1541., Georgianus, ædis autem Petrinæ ab A. 1542. Diaconus, & ab A. 1548. Paſtor M. d. 1. Nov. A. 1558. *T. I. p.* 256.

Ern. HOHENHOLZ, Archidiaconus, circa A. 1667., Neomonaſterienſis. *T. I. p.* 256.

M. Joh. Ern. HOHENHOLTZ, Gettorpio Cimber, Theol. Stud. c. A. 1718. *T. I. p.* 256.

HIERON. HOHUSEN, Hamburgenſis, J. U. Lic., patriæ, ab A. 1621., Senator, M. d. 10. Aug. A. 1620. *T. I. p.* 256.

M. Joh. HOLLÄNDER, Flensburgenſis, Paſtor, in Anglia Cimbrica, ab A. 1667., Sörupenſis, A. 1723. ſuperſtes. *T. I. p.* 256.

Jac. HOLLANDUS STROZZÆUS, Flensburgenſis, J. U. Doctor A. 1623. creatus. *T. I. p.* 257.

HOLLIUS, Friſius, Coloniæ Friſiorum in Angliam Cimbricam ductorum chimæricorum unus, qvi A. C. 430. obliſſe fingitur. *T. II. p.* 353.

M. Mart. HOLMER, Sleſvicenſis, Archidiaconus ab A. 1652., & Paſtor ab A. 1653. Huſenſis, M. d. 10. Mart. A. 1686., æt. 66. *T. I. p.* 256.

Adolphus Joh. ab HOLSTEIN, Nobilis Holſatus, Frid. III., Regis Daniæ, Conſiliarius, circa A. 1667., aulicus. *T. I. p.* 257.

Caſp. HOLSTENIUS, Eccleſiaſtes Lubecenſis, ab A. 1600., Petrinus, M. d. 9. Apr. A. 1638. *T. I. p.* 257.

M. Joh. HOLSTENIUS, Lubecenſis, Academiæ Roſtochienſis, ab A. 1568., Secretarius, ſimulqve, ab A. 1593., L. Lat. in eadem Profeſſor, M. d. 14. Jan. A. 1609. *T. I. p.* 257.

Lucas HOLSTENIUS, Hamburgenſis, Bibliothecæ Henr. Memmii Pariſienſis, ab A. 1624., Romanæ autem Franc. Barberini, Cardinalis, ab A. 1627., Præfectus, ac tandem Vaticanæ Pontificum Cuſtos, ſimulqve Protonotarius Apoſtolicus, Baſilicæ D. Petri Vaticanæ Canonicus, & S. Congregationis Indicis Conſultor, M. d. 2. Febr. A. 1661., æt. 65. *T. I. p.* 257. 258. *T. III. p.* 321-342.

Nicol. ab HOLSTEIN, Centurio in Holſatia, circa A. 1634., Danicus. *T. I. p.* 258.

HENR. HOLSTIUS, Cimber, Philologus, circa A. 1664., Heidelbergenſis vel Wormatienſis. *T. I. p.* 258.

Jac. HOLSTIUS, Tonningenſis, Med. D. & Practicus Huſenſis atqve Tonningenſis, A. 1678. ſuperſtes. *T. I. p.* 258. 259.

Joh. HOLSTIUS, Flensburgenſis, ædis in patria Johanneæ ab A. 1676., Nicolaitanæ autem ab A. 1680., Diaconus, & hujus, ab A. 1703., Paſtor, M. d. 4. Jul. A. 1707., æt. 55. *T. I. p.* 259.

Rud. HOLSTIUS, Kilonienſis, J. U. Doctor A. 1653. creatus. *T. I. p.* 259.

Alb. ab HOLTEN, Hamburgenſis, LL. Orient. Profeſſor Tubingenſis extraordinarius, M. d. 17. Maji A. 1677., æt. 40. *T. I. p.* 259.

Theod. ab HOLTEN, Hamburgenſis, J. U. Doctor A. 1665. creatus. *T. I. p.* 260.

Chriſt. Wilh. HöLTICH, Marienwalda Lauenburgicus, J. U. Lic. & Practicus, ab A. 1698., Lubecenſis, deinde autem, ab A. 1701., Societatis Hanſeaticæ Bergæ Norwagorum Secretarius. *T. II. p.* 351. 354.

Joh. Adolphus HöLTICH, Marienwalda Lauenburgicus, J. U. D. & Practicus, circa A. 1702., Lubecenſis. *T. II. p.* 354.

Diet. HOLTING, Paſtor in Dithmarſia, Seculo XVI., Tellingſtedenſis. *T. I. p.* 260.

Joh. Sim. HOLTZBECHER, Pictor Seculo XVII. Hamburgenſis. *T. I. p.* 260.

Nicol. Alb. vom HOLTZE, Hamburgenſis, J. U. D. & Baſilicæ patriæ, ab A. 1718., Canonicus. *T. I. p.* 260.

Theod. von HOLTZE, Hamburgenſis, J. U. D. A. 1723. creatus. *T. I. p.* 260.

M. Joh. HOLTZKAMPIUS, Hamburgenſis, Car. Guſt. Wrangelii, Archiſtrategi Svedici, Eccleſiaſtes, circa A. 1656., aulicus. *T. I. p.* 260.

Joh. HOLTZMANNUS, Gröninga Halberſtadienſis, Vici Holſatiæ Wandesbecenſis, ab A. 1630., Paſtor, M. d. 6. Dec. A. 1657., æt. 53. *T. II. p.* 355.

HOMERUS, Epiſcopus, ab A. 1186., Ripenſis, M. d. 1. Aug. A. 1203. *T. II. p.* 354.

M. Thom. HONSTEDIUS, Lubecenſis, Templi in patria Burgenſis ab A. 1670., Cathedralis autem ab A. 1684., Paſtor, ſimulqve, ab A. 1700., Ord. Eccl. Senior, M. d. 5. Febr. A. 1704., æt. 62. *T. I. p.* 260. 261.

HERM. HöPFNERUS a Kronſtätt, Cancellarius Oſtfriſicus, Brunſvico-Gvelpherbytanus, & tandem, ab A. 1677. ad 1679., Holſato-Gottorpienſis, M. Hamburgi A. 1683. *T. II. p.* 354. 355.

Franc. HOPPIUS, Hamburgenſis, Med. D., Patriæ, ab A. 1672., Bibliothecarius, M. d. 19. Aug. A. 1679. *T. I. p.* 261.

Chriſt. Joh. HORBIUS, Trarbaco Moſellanus, Med. D. & Practicus, circa A. 1698., Hamburgenſis, M. M. Nov. A. 1718. *T. II. p.* 355.

Jac. Dan. HORBIUS, J. U. Lic., Advocatus, circa A. 1704., Hamburgenſis. *T. II. p.* 355.

Joh. HENR. HORBIUS, Colmaria Alſatus, Ord. Philoſ. Lipſienſis A. 1669. Aſſeſſor, Concionator aulicus Comitum Palatinorum Birckenfeldenſium, ab A. 1671., Buſchweileranus, Paſtor, ab eodem A. 1671., Trarbacenſis ſimulqve Superintendens Comitatus Sponheimenſis, Paſtor & Superint., ab A. 1679., Winsheimenſis, Antiſtes, ab A. 1685., Nicolaitanus Hamburgenſis, in prædio tandem vicino Schlemenſi, ab A. 1693., exul, M. d. 26. Jan. A. 1695., æt. 50. *T. II. p.* 355-372.

M. Mart. HORKY a Lochowicz, Bohemus, Mathematicus & Aſtrologus, c. A. 1633., Hamburg. *T. II. p.* 372.

Hildebr. ab HORN, Kilonienſis, Chriſt V., Regis Daniæ, ad Ruſſos, ab A. 1682. ad 1685., Legatus, & Eqves deinde Melitenſis peregrinus, in claſſe contra Turcas Veneta, d. 8. Oct. A. 1686., æt. 31., mortuus. *T. I. p.* 261. 262.

Georg. Frid. ab HORNBERG, Argentinenſis, Centurio in Holſatia, circa A. 1634., Danicus. *T. II. p.* 372.

Joh. Chriſtoph. HORNUNGUS, Rendesburgenſis, Theol., circa A. 1717., Studioſus. *T. I. p.* 262.

Pet. van der HORST, Lubecenſis, A. 1676. ſuperſtes. *T. I. p.* 262.

Conr. ab HöVELN, Holſatus, Architectus, circa A. 1670., bellicus. *T. I. p. 262. 263.*

Gothardus ab HöVELEN II., Lubecenſis, patriæ, ab A. 1578., Senator, &, ab A. 1589., Conſul., M. d. 16. Mart. A. 1609., æt. 64. *T. I. p. 263.*

Goth. ab HöVELEN III., Lubecenſis, patriæ, ab A. 1640., Senator, &, ab A. 1654., Conſul, tandemqve, ab A. 1669., Glückſtadii Conſiliarius & Procancellarius Regum Daniæ Sleſvigo-Holſaticus, M. d. 14. Febr. A 1671., æt. 68. *T. I. p. 263.*

Goth. ab HöVELEN IV., Patricius, circa A. 1702., Lubecenſis. *T. I. p. 263.*

Anna Ovena HOYERIA, Coldenbüttela Eiderſtadienſis, Herm. Hoyeri, Eiderſtadiæ Præſidis, ab A. 1599., uxor, &, ab A. 1622., in prædio Hoyersworthano vidua, in Svecia tandem, ab A. circiter 1630., Weſterwigæ & Sittwici exul, M. A. 1656., æt. 72. *T. I. p. 263-265.*

M. Andr. HOYERUS, Bukarkia Cimber, Paſtor, ab A. 1652., Itzehoenſis, & Comitatus ſimul Pinnebergici, ab A. 1678., Præpoſitus, M. d. 11. Nov. A 1693. *T. I. p. 265.*

Andr. HOYERUS, Carlumenſis, pagi natalis in tractu Tunderenſi Paſtor, M. A. 1689. *T. I. p. 266.*

Andr. HOYERUS, Carlumenſis Cimber, Medicus, ab A. 1718., Hafnienſis, & Friderici IV., Regis Daniæ, ab A. 1722., Hiſtoriographus *T. I. p. 266.*

Caſp. HOYERUS, Huſenſis, Aulæ Danicæ initio Miniſter, & Conſiliarius deinde, ab A. circiter 1565., Adolphi, Friderici, Philippi ac Joh. Adolphi, Ducum Holſato-Gottorpienſium, intimus, ſimulqve Eiderſtadiæ, ab A. 1578., Præfectus, M. d. 19. Nov. A. 1594., æt. 55. *T. I. p. 266. 267.*

Jonas HOYERUS, Flensburgenſis, patriæ, ab A. 1627., Senator, M. A. 1640., æt. 53. *T. I. p. 267.*

Joh. HOYNUS, Ripenſis, A. 1564. ſuperſtes. *T. I. p. 267.*

Chriſt. HüBNERUS, Chiliarchus Holſato-Gottorpienſis, & Præſidii in arce Gottorpienſi militaris, circa A. 1629., Præfectus, A. 1641. proſcriptus. *T. II. p. 372.*

M. C. E. HüBNERUS, Zittavia Luſatus, Hamburgi A. 1705. & ſeqq commoratus, Gymnaſii deinde Martisburgenſis, circa A. 1710., Conrector. *T. II. p. 372., 373.*

M. Joh. HüBNERUS, Zittavia Luſatus, Gymnaſii Martisburgenſis ab A. circiter 1695., & Scholæ deinde Hamburgenſis, ab A. 1711., Rector, A. 1723. ſuperſtes. *T. II. p. 372-376.*

Georg. HüBSCHMANN, Flensburgenſis, Scholæ patriæ, ab A. 1630., Cantor, & Præpoſitus deinde ac Paſtor, ab A. 1631., Apenradenſis, M. M. Jun. A. 1672., æt. 69. *T. I. p. 267.*

Henr. HUDEMANNUS Sen., Diaconus, in Stormaria Bejenfletanus, & deinde Paſtor, ab A. 1600., Wevelsfletanus, A. 1606. ſuperſtes. *T. I. p. 267*

Henr. HUDEMANNUS Jun., Holſatus, Paſtor, circa A. 1626., in Stormaria Wevelsfletanus. *T. I. p. 267. 268.*

M. Joh. HUDEMANNUS, Wevelsfleta Stormarſus, pagi natalis ab A. 1629., urbis autem Crempenſis ab A. 1645., Paſtor, ſimulqve Præpoſitus, ab A. 1652., Segebergenſis ac Münſterdorfienſis, &, ab A. 1653., Pinnebergicus, nec non Holſatiæ, ab A. 1668., & Ducatus etiam Sleſvicenſis ab A. 1673., Superintendens regius Danicus, M. d. 27. Mart A. 1678., æt. 72 *T. I. p. 268.*

M. Caſp. Pet. HüLSEMANNUS, Bremenſis, Paſtor in Hadelia, ab A. 1675, Freyburgenſis, & Diaconus deinde, ab A. 1676., Hamburgenſis Jacobæus, M. d. 16. Nov A. 1692., æt. 46. *T. II. p. 376.*

Gerb HüLSING, Daventrienſis Belga Arithmeticus, circa A. 1605., Hamburgenſis. *T. II. p. 376.*

Lucas HüLSING, Hamburgenſis, patriæ, circa A. 1619., Arithmeticus. *T. I. p. 268.*

Jac HUMIUS, Theagris, Scoto-Britannus, Hamburgi, circa A. 1624., commoratus. *T. II. p. 376.*

Nicol. HUNNIUS, Marpurgo Haſſus, Th. D., Ord. Philoſ. Witeb. Aſſeſſor, Superintendens, ab A. 1612., in Miſnia Eilenbergenſis, Theol. Profeſſor, ab A. 1617., Witebergenſis, & Lubecæ tandem, ab A. 1623., Paſtor Marianus, ac, ab A. 1624., Superintendens, M. d. 12. Apr A. 1643., æt. 58. *T. II p. 376-389.*

Chriſt. Frid. HUNOLDUS, Thuringus, J. U. D., Hamburgi, ab A. 1701. ad 1706., Gleichæ A. 1707., & Halæ Saxonum A. 1714. ac ſeqq., commoratus, atqve A. C. 1721. mortuus, æt. 41. *T. II. p. 389. 390. 391.*

Gabr. HUSDUF, Modderavus, Hamburgi, circa A. 1604., commoratus. *T. II. p. 391.*

Barth. HUSWEDELIUS, Hamburgenſis, J. U. Lic., Regis Sveciæ in patria, circa A 1698., Commiſſarius, ac Tabellariorum Præfectus. A. 1704. ſuperſtes. *T. I. p. 268.*

Conr HUSWEDELIUS, Hamburgenſis, Juris Profeſſor Altorfii extraordinarius, & deinde Marchionis Brandeburg. Onolsbacenſis, aliorumqve Franconiæ & Sveviæ Principum ac Ordinum, Conſiliarius, M. circa A. 1630. *T. I. p. 268. 269.*

Joh. HUSWEDELIUS, Hamburgenſis, Scholæ Sverinenſis, & deinde, ab A. 1605., Hamburgenſis, Conrector, Lingvæ Græcæ & Philoſ. Pract. Profeſſor, ab A. 1615., Roſtochienſis, ſimulqve Scholæ urbanæ (ab A. 1615. ad 1620.) Rector, Gymnaſii pariter atqve Scholæ Hamburgenſis, ab A. 1627., Rector, & tandem Profeſſor iterum L. Gr. ac Philoſ. Pract., ab A. 1629., Roſtochienſis, Ordinisqve Philoſophici Senior, M. d. 22. Oct. A. 1651., æt. 76. *T. I. p. 269-271.*

Joh. Alb HUSWEDELIUS, Roſtochienſis, Med. D. & Practicus initio atqve, ab A. 1659., Poliater Hamburgenſis, deinde vero, ab A. 1672., Caroli XI., Regis Sveciæ, Archiater Holmienſis, M. A. 1694., æt. 56. *T. II. p. 391.*

Elias HUTTERUS, Luſatus, L. Hebr. Profeſſor, ab A. 1577., Lipſienſis, Dresdæ, ab A. 1579., Auguſti, Electoris Saxoniæ, in eadem Doctor, privatim deinde Lubecæ, ab A. 1583., Hamburgi ab A. 1585. & Noribergæ ab A. 1597., commoratus, ac A. 1602. ſuperſtes. *T. II. p. 391-396.*

I.

Eberh. IACOBI, Hamburgenſis, J. U. Lic. A. 1633. creatus. *T. I. p. 271.*

Elias JACOBI, Hamburgenſis, Scholæ Crempenſis, ab A. 1686., Rector, Præſidii autem militaris Hafnienſis ab A. 1695., ſimulq; templi Chriſtian-Hafnienſis ab A. 1697., Eccleſiaſtes Germanicus, M. A. 1710. *T. I. p. 271.*

Joh. IACOBI, Flensburgenſis, J. U. D., Curiæ provinc. Jenenſis, ab A. 1674., Advocatus, Juris Profeſſor in Gymnaſio Coburgenſi, tandemqve Ducum Saxo-Gothanorum Conſiliarius, ab A. 1682., Eccleſiaſticus, Cameralis, aulicus, regiminis, ac, ab A. 1717., Intimus, ſimulqve Procancellarius, A. 1723. ſuperſtes. *T. I. p. 271.*

Laur. IACOBI, Flensburgenſis, Diaconus patriæ, ab A. 1565., Nicolaitanus, M. d. 4. Oct. A. 1594., æt. 59. *T. I. p. 272.*

Matthias IACOBÆUS Sen., Ripenſis, Med. D. & Practicus Ripenſis atqve Aarhuſienſis, deinde, ab A. 1614., Chriſt IV., Regis Daniæ, Archiater Prælatusqve Aarhuſienſis, & Medicus tandem iterum, ab A. 1620., Aarhuſienſis, M. A. 1637., æt. 70. *T. I p. 272.*

Mich. IACOBI, Marchicus, Scholæ Kilonienſis, & deinde, ab A. 1651., Lüneburgenſis Senatoriæ, Cantor, A. 1663. ſuperſtes. *T. II. p. 396.*

M. Chriſtoph. IÄGERUS, Scendizio Miſnicus, Præpoſitus & Concionator aulicus, ab A. 1655., Holſato-Glucksburgicus, deinde vero templi D. Afræ & Gymnaſii Miſenenſis Paſtor, M. A. 1675. *T. II. p. 396.*

M Joh. IÄGERUS, Haufeldia Thuringus, Paſtor, ab A. 1612., in Holſatia Arensburgenſis ſive Woldenhornenſis, &, ab A. 1616., in Kedingia Butzfletanus, tandemqve, ab A. 1618. ad 1997., Eccleſiaſtes Hamburgenſis Jacobæus, M. d. 29. Jan. A. 1668., æt. 83. *T. II. p. 396. 397.*

Joh. IÄGERUS Jun., Hamburgenſis, J. U. Lic. & Secretarius Ducalis, circa A. 1666., Sverino-Megapolitanus. *T. I. p. 272.*

Pet. IANI, Ripenſis, Lyndeliæ & Häſingæ occidentalis, in Fionia, Sec. XVII., Paſtor. *T. I. p. 272.*

M. Henr. JANICHIUS, Lüneburgenſis, Eccleſiæ Germanicæ Bergenſis in Norwagia, ab A. 1625., Paſtor, & Eccleſiaſtes deinde, ab A. 1650., Hamburgenſis Catharinæus, M. d. 21. Dec. A. 1655., æt. 60. *T. II p. 397.*

Wencesl. IANNIBAL, Scholæ trivialis Catharinææ Hamburgi, circa A. 1690., Præceptor. *T. I. p. 272.*

Chriſtoph IANSENIUS, Med. D. & Practicus, circa A. 1698., Hamburgenſis, A. 1716. ſuperſtes. *T I. p. 272.*

Dominicus IANSENIUS, Zirizea Zeelandus, Ord. Præd. Monachus, & Miſſionarius in Dania ac Cimbria Pontificius, Hamburgi, ab A. 1630. ad 1634., commoratus. *T. II. p. 397. 398.*

Mich. IANSENIUS, ſive IOHANSEN, Bergerdorpienſis, Paſtor, circa A. 1668., Palæo-gammenſis. *T. I. p. 272. 273.*

Nicol. IANSENIUS, Zirizea Zeelandus, Ord. Præd. Monachus, *Theol.* Lic., Eccleſiaſtes primum Antwerpienſis, deinde vero Miſſionarius in Dania & Cimbria Pontificius, ac Paſtor, circa A. 1632., Fridrichſtadienſis. *T. II. p. 398 399.*

Petrus IANSON, Joh. Skyttii, Baronis Svedici, in legationibus, Miniſter, Hamburgi deinde, circa A. 1619., commoratus. *T. II. p. 399.*

Chriſt. Frid. IANUS, Lichtenberga Saxo, Glückſtadii educatus, J. U. D., Advocatus Dresdenſis, & Conſul deinde, ab A. 1685., Torgavienſis, M. d. 28. Nov. A. 1716, æt. 76. *T. II. p. 399.*

Conr. IANUS, Helmſtadienſis, Poeta, circa A. 1558., Lubecenſis. *T. II. p. 399.*

Dan. IANUS, Pragenſis, Th. D., Johannis, Epiſcopi Lubecenſis, Concionator, ab A. 1643., aulicus, ſimulqve Epiſcopatus Superintendens, deinde vero, ab A. 1656., Guſtavi Adolphi, Ducis Megapolitano-Guſtrovienſis, Conſiliarius eccleſiaſticus, & dioecesium Güſtrovienſis ac Roſtochienſis Superintendens, M. d. 17. Dec. A. 1669., æt. 58. *T. II. p. 399.*

M. Frid. Aug. IANUS, Glückſtadienſis, Paſtor initio in Saxonia Schmiedebergenſis, ſimulqve, ab A. 1675., Præpoſituræ Kembergenſis Adjunctus, deinde vero Eccleſiaſtes, ab A. 1683., Marianus Saxo-Halenſis, M. d. 11. Jul. A. 1716., æt. 69. *T. I. p. 273.*

Jac. IANUS, Lubena Luſatus, Med. D., Archiater Hedwigis, Chriſtiani II., Elect. Sax., viduæ, circa A. 1639., Lichtenbergenſis, & Regum poſtea Daniæ, ab A. 1642., Glückſtadienſis, ac deinde Hafnienſis, A. 1658. ſuperſtes. *T. II. p. 399. 400.*

Jac. Eugenius IANUS, Glückſtadienſis, Medicus & Pharmacopæus in Miſnia, circa A. 1694., Fribergenſis. *T. I. p. 273.*

Nicol. IARRE, Hamburgenſis, J. U. Lic., patriæ, ab A. 1639., Senator, &, ab A. 1650., Conſul, M. d. 2. Aug. A. 1678, æt. 75. *T. I. p. 273.*

Chriſtoph. IASTRAM, Lubecenſis, Scholæ Brunſvicenſis Ægidianæ, ab A. 1686., & Catharinææ, ab A. 1697. ad 1712, Rector. *T. I. p. 273 274.*

Joh. IEBSENIUS, Sunderburgenſis, Paſtor & Præpoſitus, ab A. 1649, Rendesburgenſis, M. A. 1677. *T. I. p. 274.*

Steph.

Steph. IEBSENIUS, Rendesburgenſis, templi Mariani Flensburgenſis, ab A. 1693., Diaconus, &, ab A. 1694., Paſtor, M. d. 19. Nov. A 1720., æt. 69. *T. I. p.* 274

M. Joh. Jac. IENSENIUS, Gruba Wagrius, pagi primum natalis, & urbis deinde Oldenburgenſis, Paſtor, A. 1692. ſuperſtes. *T. I. p.* 274.

Janus Dionyſ. JERSINUS, Jerſia Seelandiæ Danus, Th. D., Scholæ Herlovianæ Præceptor, Soranæ, ab A. 1611. ad 1615., Rector, Metaphyſ. Profeſſor primus, ab A. 1619., Hafnienſis, Præpoſitus & Paſtor Hafniæ, ab A. 1626., Marianus, & Epiſcopus tandem, ab A. 1629., Ripenſis, M. d. 25. Oct. A. 1634., æt. 47. *T. II. p.* 400. 401.

M. Chriſt. JERSINUS, Hafnienſis, Ripis educatus, A. 1649. ſuperſtes. *T. I. p.* 401.

Maria JERSINA, Hafnienſis, Ripis educata, M. Nicol. Svenonis, Theol. Lectoris Chriſtianienſis, uxor, qvæ, cum illo, Amſtelodami, ab A. 1655., exulavit. *T. II. p.* 401.

M. Wilh. Theod. a JERUSALEM, Hamburgenſis, Paſtor Osnabrugenſis, ab A. 1699., Marianus, ſimulqve, circa A. 1716., Superintendens. *T. I. p.* 274.

Mart. IESKIUS, Eppendorfio Holſatus, Paſtor, in Duc. Brem., circa A. 1683., Otterſtedenſis. *T. I. p.* 274.

Clem. IESSÆUS, Ripenſis, Theol., circa A. 1701., Studioſus. *T. I. p.* 274.

Andr. a IESSEN, Jevenſteda Holſatus, Paſtor ibidem ab A. 1644. M. 1668. *T. I. p.* 274.

Bened. Joh. IESSEN, Jevenſteda Holſatus, Paſtor ibidem ab A. 1701. M. 1712. 29. Mart. *T. I. p.* 274. 275.

Frid. IESSENIUS, Huſenſis, Th. D., Diaconus, ab A. 1640., Oldenswortenſis, & eodem mox anno Tonningenſis, deinde vero Paſtor, ab A. 1650., Kilonienſis Nicolaitanus, ſimulqve Collegii Theologici, ab A. 1675., Aſſeſſor, M. d. 8. Nov. A. 1677., æt. 65. *T. I. p.* 275. 276.

M. Henr. Pet. IESSEN Jevenſteda Holſatus, Paſtor ibidem ab A. 1668. M. 1690. 29. Sept. *T. I. p.* 276.

Matthias IESSENIUS, Wiha Cimber, J. U. D., Advocatus, ab A. 1673., Jenenſis, & deinde Præſes, ab A. 1680., Altonavienſis, ſimulqve Conſiliarius Danico-Cimbricus, M. M. Febr. A. 1712., æt. 70. *T. I. p.* 27.

Thom. Balth. a IESSEN, Wiha Cimber, J. U. Lic. in ordinem evectus Nobilium, Chriſt V., Regis Danici, Secretarius ſupremus, ab A. 1679., Germanicus, & deinde Conſiliarius Cancellariæ, Status publici, ac, ab A. 1695., Intimus, Cancellariæ tandem & Protodicaſterii Gottorpienſis, ab A. circiter 1714., Præſes, A. 1723. ſuperſtes *T. I. p.* 276. 277.

Tycho a IESSEN, Flensburgenſis, Vici Prezenſis, ab A. 1639., Paſtor, A. 1656. ſuperſtes. *T. I. p.* 277.

R. Iſaacus IESURUN, Judæorum Luſitanorum Hamburgenſium Archiſynagogus, M. d. 19. Mart. A. 1665. *T. I. p.* 277.

Hieron. IMHOFF, Patricius Noribergenſis, Auguſti, Com. Pal. Sultzbacenſis, ab A. 1632., & Axelii, Comitis ab Ochſenſtirn, ab A. 1633., Aulicus, Legatorum in Perſiam Holſaticorum, ab A. 1635. ad 1639., comes, Miniſter, ab A. 1639., Svedicus, Hamburgi, ab A. 1645. ad 1648., commoratus, tandemqve Gvelpherbyti Filiorum Auguſti, Ducis Brunſvic., ab A. 1648., Ephorus, ipſius[illegible]tem, ab A. 1656., Conſiliarius, M. d. 19. Jan. A. 1668., æt. 62. *T. II. p.* 401.

Joh. Sigism. INTELMANN, Hamburgenſis, (c. A. 1668.) *T. I. p.* 277.

IOACHIMUS, Abbas, circa A. 1566., Coenobii in Wagria Reinfeldenſis. *T. I. p* 277.

IOACHIMUS ERNESTUS, Dux, ab A. 1622., Holſato-Plönenſis primus, Sünderburgi d. 29. Aug. A. 1595. natus, & Plönæ d. 5. Oct. A. 1671., æt. 77., mortuus. *T. I p.* 277. 278.

IOHANNES I., Decanus circa A. 1226, & deinde Epiſcopus, ab A. circiter 1231., Lubecenſis, M circa A. 1244. *T. I. p.* 278. 279.

IOHANNES, Dux Holſato-Gottorpienſis, Coadjutor ab A. 1631., & Epiſcopus, ab A. 1634., Lubecenſis, M. d. 18. Febr. A. 1655., æt. 49. *T I. p.* 279. 280.

IOHANNES LUBICENSIS, incertæ ætatis Scriptor. *T. I. p.* 281.

IOHANNES I, Epiſcopus, ab A. 1240., Slesvicenſis, M A. 1244. *T. I. p.* 281.

IOHANNES GEORGIUS, Dux Holſato-Sünderburgicus, Sünderburgi d. 9. Febr. A. 1594. natus, & Tubingæ d. 25. Jan. A. 1613., æt. 19., mortuus. *T. I. p.* 281.

M. Chriſt. IOHANNIS, Ripenſis, Profeſſor Hafnienſis, ab A. 1602., Pædagogicus & mox Mathematicus, ab A. 1607. Græcus, &, ab A. 1608., Ethico-Dialecticus, tandem vero, ab A. 1610., Epiſcopus Aalburgenſis, M. d. 11. Apr. A. 1642., æt. 75. *T. I. p* 281. 282.

Clem. IOHANNIS, Huſenſis, J. U. Lic. & in patria, circa A. 1653, Practicus *T. I. p* 282.

M. Corn. IOHANSEN, Bergerdorfienſis, oppidi patrii, circa A. 1653., Paſtor. *T I. p.* 282.

M. Frid. IOHANNIS, Ladelunda Cimber, Scholæ Flensburgenſis, ab A. 1597., Rector, & Diaconus ibidem, ab A. 1600., Nicolaitanus, M. d. 19. Jun. A. 1626. *T. I. p.* 282. 283.

Georg. IOHANNIS, Ripenſis, Scholæ Ottonienſis, circa A. 1702., Præceptor. *T. I. p.* 283.

Joh. IOHANNIS, Ripenſis, Theologus A. 1595. ſuperſtes. *T. I p.* 283.

Matthias IOHANSEN, Dithmarſus, Joh. Auguſti, Ducis Holſ., circa A. 1656., Secretarius, Fiſci regii Hafniæ, circa A. 1664., Curator, & Dithmarſiæ tandem auſtralis, ab A. 1670., Prætor, M. A. 1680. *T. I. p.* 283.

Nicol. IOHANNIS, Dithmarſus, Theol., circa A. 1610., Studioſus. *T. I. p.* 283.

Nicol. IOHANNIS, Anglo-Cimber, Paſtor ruralis, ab A. 1705., in Wagria, Hohenſteinenſis. *T. I p.* 283.

Pet. IOHANNIS, Ripenſis (c. A. 1575.). *T. I. p.* 283.

Jac. IOHNIUS, Hamburgenſis, J. U. D. & patriæ, ab A. 1721., Senator. *T. I. p.* 283.

Alex. IOLL, Lingvæ Gallicæ Hamburgi Doctor, circa A. 1671., privatus. *T. II. p* 401.

Huno IONAS, Eiderſtadienſis, J. U. D. & in patria, circa A. 1623., Practicus. *T. I. p.* 283.

Joh. Bapt. IONAS, Zepheta Galilæus, Judæorum in Italia ac Polonia Rabbinus, & Amſtelodami atqve Hamburgi Judex, Varſoviæ A. 1625. ad Pontificios transgreſſus, Profeſſor tandem Lingvæ Chaldaicæ Piſanus, & Hebrææ Romanus, M. d. 26. Maji A. 1668., æt 80. *T. II. p.* 402.

Volqvardus IONAS, Adolphi, Ducis Holſato-Gottorp., Concionator, circa A. 1549., aulicus, ſimulqve Eccleſiarum omnium Præpoſitus generalis, & Gottorpienſium ſpecialis, ab A. 1558. autem Eccleſiaſtes tantum aulicus, Paſtor, ab A. 1566., Gardingenſis, ſimulqve Præpoſitus Eiderſtadiæ, Paſtor & Præpoſitus, ab A. 1570., Rendesburgenſis, ac tandem Chriſtinæ, Adolphi viduæ, Concionator, ab A. 1587., aulicus Kilonienſis, A. 1591 ſuperſtes. *T. I. p.* 283.

Frid. IONSIUS, Rendesburgenſis, Med. D. & in patria Practicus, ſimulqve Senator, M. M. Sept. A. 1712. *T. I p.* 284.

Henr. IONSENIUS, Rendesburgenſis, J. U. D. & Advocatus Glückſtadienſis, A. 1719. ſuperſtes. *T. I. p.* 84.

M. Henr. IONSENIUS, Kilonienſis, parochiæ Schönkirchenſis ab A. 168.., & Cœnobii deinde Prezenſis, ab A. 169.., Paſtor, M. M. Jan. A. 1712. *T. I. p.* 284.

Joh. IONSIUS, Rendesburgenſis, Ord. Philoſ. Roſtochienſis, ab A 1648., Aſſeſſor, Scholæ Rendesburgenſis, ab A. 1649., Conrector, Collegii Philoſ. Regiomontani, ab A. 1650., Adjunctus, Scholæ Rendesburgenſis ab A. 1652., ac Sleſvicenſis, ab A. 1656., Rector, tandemqve Gymnaſii Francofurtani ad Moenum, ab A. 1657., Prorector, M. M. A. 1659., æt. 35. *T. I. p.* 284. 285. 286.

M. Marcus IORDANUS, Crempenſis, Matheſeos, ab A. 1550., Profeſſor aliqvamdiu Hafnienſis, Crempæ A. 1571. ſuperſtes. *T. I. p.* 286. 287.

Joach. IOWERS, Geverſtorpio Bremenſis, Urbis Huſenſis, ab A. 1681., Senator, M. Apr. A. 1708., æt. 74. *T. II. p.* 402.

Eberh. ISBRAND IDES, Glückſtadienſis, Legatus in Chinam, ab A. 1692. ad 1695., Ruſſicus, A. 1700. ſuperſtes. *T. I. p.* 287.

Mich. ab ISSELT, Doccomia Friſius, Coloniæ ac Noviomagi diu commoratus, & Sacerdos tandem Hamburgi Pontificius, M. d. 17. Oct A. 1597. *T. II. p.* 402-404.

Volqvardus IVERSEN Huſenſis, Bibliopegus, in India Orientali, ab A. 1665. ad 1668, commoratus, & denuo in iſtam, eodem A. 1668., profectus. *T. I. p.* 287.

Franc. IüGERTUS, Hamburgenſis, J. U. D., Protodicaſterii Germaniæ Spirenſis, ab A. 1615., Aſſeſſor. *T. I. p.* 288.

Henr. Ant. IUNGIUS, Hamburgenſis, J. U. Lic & in patria, circa A. 1698, Practicus. *T. I. p* 288.

Herm. JUNGIUS, Stormarſus, Paſtor Mönchendamenſis in Batavia, per annos 36., Lutheranus, M. M. Jun. A. 1678., æt. 69. *T. I. p.* 288. 289.

Joach. IUNGIUS, Lubecenſis, Med. D., Profeſſor Matheſeos, ab A. 1609. ad 1614., Gieſſenſis, &, ab A. 1624., Roſtochienſis, Medicinæ, ab A. 1625., Helmſtadienſis, ac Matheſeos iterum, ab 1626., Roſtochienſis, tandemqve Hamburgi, ab A. 1629., Gymnaſii pariter atqve Scholæ, ab A. autem 1640. ſolius Gymnaſii, Rector, ac Logices ſimul Phyſicesqve Profeſſor, M. d. 23. Sept. A. 1657., æt. 70. *T. I. p.* 289. *T. III. p* 342-353.

Joh. Chriſt. IUNGIUS, Hamburgenſis (c. A. 1682.) *T. I p.* 289.

Joh. Chriſtoph. IUNGIUS, Glückſtadienſis, Med. D. & in patria Practicus, deinde vero Medicus, ab A. 1709., copiarum Danicarum in Scania caſtrenſis, M. A. 1710. *T. I. p.* 289.

Thom. IUNGIUS, Dithmarſus, Scriba Dithmarſiæ arctoæ, circa A. 1702, provincialis. *T. I. p.* 289.

Mich. IüRGENS, Lubecenſis, J. U. Lic. A. 1677. creatus. *T. I. p.* 289.

K.

Ant. KAHLE, Lubecenſis, J. U. Lic. & in patria Practicus, M. A. 1719. *T. I. p* 290.

Joh. Chriſt. KALCHOF, Caſſellis Haſſus, Med. Lic. & Practicus, circa A. 1680., Tonningenſis. *T II. p.* 404.

Jac. KALDE, Pharmacopola, circa A. 1716., Hamburgenſis. *T. I. p.* 289.

M. Abr. KALL Flensburgenſis, oppidi in Marchia Brandeb. Charlottæburgenſis primus, ab A. 1709., Paſtor, & Eccleſiaſtes deinde, ab A. 1720., Flensburgenſis Marianus. *T. I. p.* 290.

Mich. KAMPHERBECK, Chronici Lubec. ſcriptor incertæ ætatis. *T I. p.* 290.

Joh. KARGARDUS, Hoyera Cimber (c A. 1626.) *T. I p.* 290.

Joach. KARSTENS, Soltqvella Marchicus, J. U. D., Alberti, Ducis Fridlandiæ, ab A. 1628., Cameræ Secretarius, Canonicorum Ratzeburgenſium, ab A. 1629, Syndicus, Auguſti, Ducis Saxo-Lauenburg., Conſiliarius, ab A. 1638., intimus, ſimulqve, ab A. 1642., Cancellariæ, Conſiſtorii & Judicii provincialis, Director, ac Syndicus tandem,

tandem, ab A. 1648., Lubecenſis, M. d. 11. Nov. A. 1673., æt. 78. *T. II. p. 404. 405.*

Joach. Frid KARSTENS, Lubecenſis, J. U. D., Patriæ, ab A. 1669., Secretarius, &, ab A. 1687., Senator, M. d. 23 Apr. A. 1701., æt. 70. *T. I. p. 290.*

Joh. Godofr. KARSTENS, Möllenſis, Med. D. & Practicus, ab A. 1706., Lubecenſis, M. d. 11. Martt A. 1720., æt. 39. *T. I. p. 290.*

Thom. Frid. KARSTENS, Lubecenſis, patriæ, ab A. 1702., Secretarius, &, ab A. 1715., Protonotarius ac Legationum Syndicus, A. 1720. ſuperſtes. *T. I. p. 290.*

Henr. KASTORP; Conſul, ſub finem Sec. XV., Lubecenſis. *T. I. p. 290*

Joh. KEDINGIUS, Friderici, Ducis Holſato-Gottorp., Cameræ, circa A. 1634., Magiſter. *T. I. p. 290.*

M. Phil. KEGELIUS, Heckſtadia Mansfeldicus, Ducum Juniorum Lüneburgenſium Præceptor, Lubecæ deinde privatim A. 1599- 1611. commoratus, & ibidem mortuus. *T. II. p. 405. 406.*

Andr. KELLINGHUSEN, Flensburgenſis, Paſtor Dublinenſis in Hybernia, ab A 1707., Lutheranus, A. 1723. ſuperſtes. *T. I. p. 290.*

Chriſtoph. KELLINGHUSEN Sen., Hamburgenſis, J. U. D. & Conſiliarius, circa A. 1584., Oſtfriſicus. *T. I p. 291.*

Chriſtoph. KELLINGHUSEN Jun., Hamburgenſis, J. U. Lic. A. 1653 creatus. *T. I. p. 291.*

Henr. KELLINGHUSEN, Hamburgenſis, J. U. D., Baſilicæ patriæ, ab A. 1697, Canonicus, A. 1716. ſuperſtes.

Gothofr. KELNERUS, Lipſienſis, J. U. D. & Practicus, circa A. 1701., Hamburgenſis. *T. II. p. 406.*

Hartwigus KELNERUS, Lüneburgenſis, Scholæ Itzehoenſis, ab A. 1646. ad 1657., Præceptor, Hamburgi deinde exul. *T. II. p. 406.*

Andr. KEMPE, Weſtrogothus, e Milite Medicaſter in Norwagia, per 8. annos, & Hamburgi, ab A. 1675., fanaticus, urbe A. 1688. ejectus, & Altonaviæ A. 1689. mortuus. *T. II. p. 406. 407.*

Barth. KEMPE, Lubecenſis, Th. D., Paſtor & Superint., ab A. 1685., in Duc. Megap., Parchimenſis, M. d. 14. Jun. A. 1691., æt. 37. *T. I. p. 291.*

M. Steph. KEMPE, Hamburgenſis, Monachus Roſtochii Capuccinus, deinde vero Hamburgi, ab A. 1523., ædis D. Mariæ Magdalenæ, &, ab A. 1527., Catharinææ, Paſtor Lutheranus, patriæqve Eccleſiæ Reformator, M. d. 23. Oct. A. 1540. *T. I. p. 291. 292.*

Bernh. KENCKEL, Tunderenſis, patriæ, ab A. 1686., Vice-Præpoſitus, &, ab A. 1691., Paſtor ac Præpoſitus, M. d 7. Jul. A. 1693., æt. 38. *T. I. p. 293.*

Steph. KENCKEL Sen., Flensburgenſis, Th. D., Paſtor & Præpoſitus, ab A. 1652., Tunderenſis, M. d. 7. Apr. A. 1691., æt. 68. *T. I. p. 293. 294.*

Steph. KENCKEL Jun., Tunderenſis, Eloqv., Hiſt. & Polit., ab A. 1692. ad 1695., in Acad. eqveſtri Hafnienſi, Profeſſor, ac deinde Architelonus, ab A. 1697., Helſingorenſis, A. 1721. ſuperſtes. *T. I. p. 294.*

Tilem. KENCKEL, Bremenſis, Secretarius, ab A. 1581., Lubecenſis. *T. II. p. 407.*

Joh. KENTZLER, Hamburgenſis, J. U. Lic., M. A. 1697., æt. 40. *T. I. p. 294.*

Ludov. KEPLERUS, Pragenſis, Med. D., Archiater, circa A. 1644., Polonicus & Brandeburgico-Boruſſicus, ſimulqve Palæopoleos Regiomontanæ Poliater, deinde vero Medicus, circa A. 1657., Lubecenſis, M. d. 9. Sept. A. 1663., æt. 56. *T. II. p. 407. 408.*

Theod. KERCKRINGIUS, Amſtelodamenſis, Medicus in patria, Gallia & Hamburgi, celebris, ſimulqve Magni Ducis Hetruriæ Legatus ad Hamburgenſes ordinarius, ac Societatis regiæ Anglicæ Collega, M. d. 2. Nov A. 1693. *T. II. p. 408-411.*

Joh. KESLERUS, Eccleſiaſtes Holſato-Gottorp., circa A. 1662., caſtrenſis, & Paſtor deinde in Holſatia Sampſenſis, M. M. Martio A. 1675. *T. I. p 294.*

M. Frid. KETELSEN, Huſenſis, Theol., circa A. 1686., Studioſus. *T. I. p. 294.*

M. Ant. KEYSER, Paſtor primus Hatherslebiæ Lutheranus, & Diœceſeos ſimul Hatherslebienſis ac Apenradenſis, ab A. circiter 1537. ad 1549., Præpoſitus. *T. I. p. 294.*

Joh. Frid. KEYSERUS, Kilonienſis, J. U. L. & Profeſſor, c. A. 1712., Halenſis. *T. I. p. 294.*

Reinhardus KEYSER, Muſicus, circa A. 1715., Hamburgenſis, Choriqve ſimul Aulæ Sverino-Megapolitanæ Muſici Præfectus, deinde vero Aulæ Danicæ, circa A. 1722., Archimuſicus. *T. II. p. 411.*

Joh. Conr. KIEFERUS, Kuhoſio Wagrius, Paſtor in agro Trittovienſi, ab A. 1676., Eckenſis, Concionator aulicus & Conſiliarius eccleſiaſticus, ab A. 1690., Holſato-Gottorpienſis, ac Paſtor tandem Præpoſitusqve, ab A. 1698., Tunderenſis, M. d. 5. Oct. A. 1702., æt. 58. *T. I. p. 294. 295.*

M. Janus KIELDSON, Ripenſis, Scholæ patriæ, ab A. 1623., ad 1630., Rector, Paſtorqve deinde in Scania Landskronenſis, ac Præpoſitus ſimul Ronnebergenſis, A. 1638. ſuperſtes. *T. I. p. 295.*

Frid. Chriſt. Baro a KIELMANNSEGG, Sleſvicenſis, Canonicus & (ab A. 1705.) Senior ædis cathedr. Lubecenſis, Chriſt. Alb., Ducis Holſato-Gottorp., Conſiliarius intimus & Cameralis, ac Vice-Præſes aulicus, tandemqve Leopoldi, Cæſaris, Conſiliarius, in receſſu Hamburgenſi, Imperialis, M. M. Sept. A. 1714. *T. I. p. 295.*

Joh. Adolphus KIELMANNUS a KIELMANSEGG Sen., Itzehoenſis, J. U. D., patriæ Advocatus, Syndicus provincialis Holſaticus, & deinde Ducum Holſato-Gottorpienſium Conſiliarius, ab A. 1636., aulicus, nec multo poſt Intimus & Cameræ primarius, Cancellarius ac Regiminis Præſes, ſimulqve Præfectus Barmſtedienſis, Reinbecenſis, Morkirchenſis ac Trittovienſis, Templiqve cathedralis Hamburgenſis (ab A. 1650.), & Cœnobii Johannei Sleſvicenſis, Præpoſitus, in carcere tandem Hafnienſi, d. 8. Jul. A. 1676., ætatisqve 63., mortuus. *T. I. p. 295-299.*

Chriſtoph. Frid. KIENE, Lubecenſis, patriæ, circa A 1688., Advocatus, & Cœnobii Johannei Scriba, deinde vero Frid. Wilh., Ducis Megapolitano-Sverinenſis, ab A. 1693., Referendarius ac poſtea Conſiliarius, A. 1720. ſuperſtes. *T. I. p. 299.*

Gothofr. KILIANI, Brucca Thuringus, Paſtor, circa A. 1660., Glückſtadienſis, M. A. 1669. *T. II. p. 411. 412.*

Alex. KIRCHMANNUS, Lubecenſis, J. U. D. & Practicus, circa A. 1650., Argentinenſis. *T. I. p. 299.*

Bernh. Caſp. KIRCHMANNUS, Sleſvicenſis, J. U. D. & Secretarius ſive Syndicus, ab A 1691., Huſenſis, A. 1710. ſuperſtes, ac deinde Conſiliarius, circa A. 1723., Holſato-Gottorp *T. I. p. 299. 300.*

Joh. KIRCHMANNUS Sen., Lubecenſis, Poeſeos Profeſſor, ab A. 1603. Roſtochienſis, & Scholæ Lubecenſis, ab A. 1613., Rector, M. d. 20. Mart. A. 1643., æt. 69. *T. I. p. 300. T. III. p. 353-362.*

Joh. KIRCHMANNUS Jun., Lubecenſis, J. U. D., Advocatus ab A. 1643., & deinde Conſul Slesvicenſis, ſimulqve fiſci Ducalis Holſato-Gottorp. patronus, M. d. 22. Apr. A. 1687., æt. 72. *T. I. p. 300.*

Alb. KIRCHOF, Osnabrugenſis, Med. D. & Practicus Hamburgenſis, M. d. 20. Jul. A. 1655. *T. II. p. 412.*

Alb. Chriſt. KIRCHOF, Himmelpforta Bremenſis, Paſtor, in Stormaria, primum Bejenfletanus, & deinde, ab A. 1714., Itzehoenſis, ſimulqve Præpoſitus Münſterdorfienſis, A. 1721. ſuperſtes. *T. II. p. 412.*

Gothofr. KIRCHOF, Lauba Luſatus, Med. D. & Practicus, circa A. 1698., Hamburg., A. 1716. ſuperſtes. *T. II. p. 412.*

Joh. Hier. KIRCHOF, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, circa A. 1716., Practicus. *T. I. p. 300.*

Gothardus KIRCHRING, Lubecenſis, J. U. D., patriæ, ab A. 1680., Senator, &, ab A. 1697., Conſul, M. d. 16. Jun. A. 1705., æt 66. *T. I. p. 300.*

Gotſchalcus KIRCHRING, Lubecenſis, Baſilicæ patriæ Canonicus, A. 1702. ſuperſtes. *T. I. p. 300.*

Henr. KIRCHRING, Lubecenſis, patriæ, ab A. 1654., Senator, &, ab A. 1671., Conſul, M. d. 23. Maji A. 1693., æt. 83. *T. I. p. 300.*

Eraſmus KIRSTENIUS, Uratislavienſis, J. U. D., Profeſſor, circa A. 1561. & 1560., Lipſienſis, Conſiliarius, circa A. 1573., in Ducatibus Cimbricis, Danicus, & Syndicus, circa A. 1596., Stralſundenſis. *T. II. p. 412.*

Joh. KIRSTENIUS, Hamburgenſis, Med. Studioſus, Witebergæ, M. Sept. A. 1689., ac æt. 21., mortuus. *T. I p. 300.*

Mich KIRSTENIUS, Berona Moravus, Med. D. & Practicus Hamburgenſis, ſimulqve Profeſſor Gymnaſii, ab A. 1615., Mathematicus, &, ab A. 1660., Phyſico-Poeticus, M. d. 2. Mart. A. 1678., æt. 59. *T. II. p. 412-417.*

Joh. KLEFEKERUS, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, circa A. 1722., Practicus. *T. I. p. 300. 301.*

M. Phil. Mart. KLEINIUS, Hamburgenſis, Paſtor, in Duc. Brem., circa A. 1693. Himmelpfortenſis, &, circa A. 1704., Steinkirchenſis. *T. I. p. 301.*

Frid. KLEINKIRCH, LL. (circa A. 1636.) Studioſus. *T. I. p. 301.*

Paulus KLINGENBERG, Hamburgenſis, Commiſſarius in Cimbria bellicus, & Conſiliarius deinde Status publici Danicus, ſupremusqve Tabellariorum præfectus, A. 1676. ſuperſtes. *T. I. p. 301.*

M. Lucas KLIPPE, Lüneburgenſis, Paſtor, ab A. 1688., Slesvicenſis Michaelitanus, M. A. 1715. *T. II p. 417.*

Dav. KLöCKERUS ab EHRENSTRAL, Hamburgenſis, Caroli XI., Regis Sveciæ, Pictor, ab A. 1661., aulicus, M. anno circiter 1698., æt. 59. *T. I. p. 301. 302.*

M. Gerh. KLöCKERUS, Flensburgenſis, Paſtor, in Ducatu Holſato-Plönenſi, Gleſchendorfienſis, M. M. Nov. A. 1692. *T. I. p. 302.*

Steph. KLOTZIUS, Lipſtadio Weſtphalus, Th D., Roſtochii Archidiaconus, ab A. 1630., Jacobæus, ſimulqve Theologiæ, ab A. 1632., Profeſſor, Flensburgi autem poſtea Superintendens generalis regius, ab A. 1636., Slesvigo-Holſatus, ſimulqve Præpoſitus ac Paſtor Nicolaitanus, ab A. 1639., Flensburgenſis, & Canonicus Slesvicenſis, M. d. 13. Maji A. 1668, æt. 62. *T. II. p. 417-422.*

Joh. zur KLUES, Archidiaconus, circa A. 1675., in Wagria Oldenburgenſis. *T. I. p. 302.*

Dav. KLUGIUS, Tilſa Boruſſus, Th. D., Templi Inſulæ Marianæ Johannei, ab A. 1643., Archidiaconus, Archipresbyter & Inſpector, ab A. 1646., Salfeldenſis, Paſtor, ab A 1657. ad 1660., Elbingenſis, ſimulqve Palatinatus Mariæburgenſis Superintendens Svecicus, Superint., ab A. 1661. Wismarienſis, ac tandem Paſtor, ab A. 1665., Hamburgenſis Catharinæus, ſimulqve, ab A. 1679., Ord Eccl. Senior, M. d. 14. Apr A. 1688., æt. 70. *T. II. p. 423-426.*

M. *Chriſt.* KLUGIUS, Salſelda Pruſſus, Orphanotrophei Hamburgenſis, ab A. 1685., Eccleſiaſtes, M d. 23. Jun. A. 1698., æt. 48. *T. II. p. 426.*

M. Joh. Jac. KLUGIUS, Salſelda Pruſſus, Diaconus, ab A. 1688., Hamburgenſis Jacobæus, M. d. 25. Sept. A. 1701., æt. 50. *T. II. p. 426.*

Hieron.

Hieron. KNAKKERüGGE, Hamburgenſis, Patriæ, ab A. 1610., XII. vir Nicolaitanus, Scholæqve pauperum fundator, M. A. 1611. *T. I p. 302.*

Henr. KNAUSTINUS, Hamburgenſis, J. U. D., P. L. & Com. Pal. Cæſareus, Advocatus Berolinenſis circa A. 1541., Bremenſis ad A. usqve 1557., & deinde Erfurtinus, A. 1575. ſuperſtes. *T. I. p. 302. 303.*

Paulus KNOBLAUCH, Lubecæ A. 1602. commoratus. *T. I. p. 303.*

Joh. KNOLLIUS, Kilonienſis, Athenæi regii Rigenſis, ab A. 1694., Conrector, A. 1700. ſuperſtes. *T. I. p. 303. 304.*

Pet. KNOLLIUS, Kilonienſis, Athenæi regii Rigenſis, ab A. 1698., Præceptor, &, circa A. 1704., Subrector. *T. I. p. 304.*

Mich. KNUSTIUS, Hamburgenſis, J. U. D. & in patria, circa A. 1716., Practicus. *T. I. p. 304.*

Iwenus KNUTSEN, Agricola, circa A. 1582 Eiderſtadienſis. *T. I. p. 304.*

Matthias KNUTSEN, Oldenſworta Eiderſtadienſis, e Theol. Studioſo Empæcta Atheus vagabundus, A. 1674 ſuperſtes. *T. I. p. 304. 305.*

Chriſt. Gottlieb. KOCHIUS, Magdeburgenſis, Th. D., Paſtor ab A. 1700., ſimulqve Vice-Præpoſitus ab A. 1701., & Præpoſitus, ab A. 1713., Apenradenſis, A. 1725 ſuperſtes. *T. II. p. 426-428.*

Diet. KOCHIUS, Lubecenſis, Scholæ cathedr. in patria Præceptor primarius, & Paſtor deinde, ab A. 1698., in agro vicino, Geninenſis, A. 1707. ſuperſtes. *T. I. p. 305.*

Joach. Chriſt. KOCHIUS, Stralſundenſis, J. U. D., Advocatus, circa A. 1680, Lubecenſis, & deinde Tribunalis ſupremi Wismarienſis, circa A. 1685., Aſſeſſor, A. 1700. ſuperſtes. *T. II. p. 428.*

Joh. Joach. KOCHIUS, Hamburgenſis, J. U. D., Patriæ, ab A. 1708., Secretarius, &, ab A. 1721., Protonotarius. *T. I. p. 305. 306.*

Lucas KOCHIUS, Güſtrovienſis, J. U. D., Aulæ Güſtrovienſis Secretarius, & deinde Tribunalium ſupremorum, Danici Gluckſtadienſis (circa A. 1664.), ac Svedici Wismarienſis, Advocatus. *T. II. p. 429*

M. Nicol. KOCHIUS, Dithmarſus, Vici in patria Heidenſis, circa A. 1661., Eccleſiaſtes, loco deinde motus. *T. I. p. 306.*

Reimarus KOCKIUS, Wismarienſis, Ædis Lubecenſis Petrinæ primus Diaconus Lutheranus, & deinde, ab A. 1550., Paſtor, M. d. 16. Jun. A. 1569. *T. II. p. 429*

Auguſtinus KOCKERTUS, Lubecenſis, J. U. D. & in patria Practicus, M A 1620. *T. I. p. 306.*

Jac. KOCKERTUS, Lubecenſis, Scholæ patriæ, ab A. 1630., Subrector, M. d. 21. Febr. A. 1651., æt. 58 *T. I. p. 306.*

Joh. KOCKERTUS, Lubecenſis, Med. D. & in patria, ab A. 1667., Practicus, M. d. 3. Jan. A. 1677., æt. 37. *T. I. p. 307.*

Frid. KOESSEN, Kilonienſis, Math. in Acad. patria, ab A. 1721, Profeſſor. *T. I. p. 307.*

Alb. KOHLIUS, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria Practicus, M A. 1702. *T. I. p. 307.*

Franc. Diet. KOHLIUS, Ratzeburgenſis, Scholæ primum patriæ, & deinde, ab A. 1689., Kilonienſis, Rector, A. 1717. ſuperſtes. *T. II. p. 429.*

Joh. Pet. KOHLIUS, Kilonienſis (c. A. 1723.). *T. I. p. 307.*

Paulus Rud. KOHLBLATT, Kilonienſis, J. U. Cand., in Gallia circa A. 1668. mortuus. *T. I. p. 307.*

M. Hubertus KöHNIUS Sen., Lubecenſis, Eccleſiaſtes patriæ, ab A. 1639., Marianus, M. d. 28. Aug. A. 1668., æt. 64. *T. I. p. 307.*

Hubertus KöHNIUS Jun., Lubecenſis, Med. D. & in patria, ab A. 1666., Practicus, M. d. 8. Jan. A. 1668., æt. 24. *T. I. p. 307.*

Joh. KöHNIUS, Lubecenſis, Paſtor in vicinia, ab A. 1673., Schlukupenſis, M d. 29. Jun. A. 1676., æt. 36. *T. I. p. 307*

Joh. KöHNIUS, Lubecenſis, J. U. Doctor A. 1684. creatus. *T. I. p. 307.*

Henr. KöLERUS, Jena Thuringus, Scholæ Sleſvicenſis, ab A. 1650., Conrector, &, ab A. 1651., Rector, M. A. 1652. *T. II. p. 429.*

Joh. Mart. KöLERUS, Arnſtadio Thuringus, J. U. D. & Practicus, circa A. 1689., Hamburgenſis, A. 1704. ſuperſtes. *T. II. p. 429.*

Joach. KOLLIUS, Holſatus, J. U. D., Advocatus ab A. 1586., & Conſul, circa A. 1606., Crempenſis. *T. I. p. 307. 308.*

Joh. KOLTEMANN, Lüneburgenſis, J. U. D. & Advocatus, ab A. 1689., Itzehoenſis, ſimulqve poſtea Syndicus Ordinum Sleſvigo-Holſaticorum provincialis, A. 1719. ſuperſtes. *T. II. p. 429.*

Jaſparus KöNEKE, Danus, Th. Stud. in Batavia exul, & Præco deinde Auctionum librariarum Lubecenſis, A. 1698. ſuperſtes. *T. II. p. 429.*

Joh. Ulr. KöNIGIUS, Poeta Hamburgenſis ac deinde, circa A. 1720., aulicus Dresdenſis, ſimulqve Secretarius Frid. Aug., Regis Polon. & Elect. Saxon., Intimus. *T. II. p. 430*

M. Andr. Ludov. KöNIGSMANN, Sleſvicenſis, Philoſ. Profeſſor Kilonienſis, ab A. 1709., extraordinarius, Gymnaſii Oſnabrugenſis, ab A. 1713., Doctor, & Parochiæ Danico-Hagenſis, prope Kilonium, ab A. 1716., Paſtor, A. 1721. ſuperſtes. *T. I. p. 308. 309.*

Maria Aurora, Comes de KöNIGSMARCK, &c., Virgo illuſtris & erudita, Hamburgi diu commorata, Cœnobii deinde Qvedlinburgenſis, ab A. 1700., Præpoſita, A. 1715. ſuperſtes. *T. II. p. 430.*

KONIOCHUS, Antiſtes Ultrajectinus, & Apoſtolus Friſiorum, etiam borealium ac Strandenſium, circà A. C. 660., ſictitius. *T. II. p. 430. 431.*

Matthias KONOU, Hamburgenſis, J. U. Lic., M. A. 1680. *T. I. p. 309.*

Zimbertus KONOU, Hamburgenſis, J. U. D. & in patria Practicus, M. d. 19 Jun. A. 1690., æt. 54. *T. I. p. 309.*

Dav. KöPKE, Paſtor, circa A. 1656., Oldesloenſis. *T. I. p. 309.*

Joach. Ludov. KöRBERUS, Mülhuſa Thuringus, Med. D. & Profeſſor extraord. Erfurtenſis, Practicus, circa A. 1685., Hamburgenſis, & Poliater tandem, ab A. 1688., Güſtrovienſis, M. A. 1692. *T. II. p. 431.*

Gerh. KORBMACHER, Nauta, circa A. 1535., Lubecenſis. *T. I. p. 309.*

Chriſt. KORTHOLTUS, Burga Femarienſis, Th. D., Collegii Philoſ. Jenenſis, ab A. 1657, Aſſeſſor, Lingvæ Græcæ ab A. 1663., & Theologiæ ab A. 1664., Roſtochii, Kilonii autem Theologiæ ab A. 1665., ſimulqve Antiqq. Eccleſ. ab A. 1680., Profeſſor, nec non Academiæ Kilon., ab A. 1689., Procancellarius, M. d. 1. Apr. A. 1694., æt. 62. *T. I. p. 309. T. III. p. 363-376.*

Henr. Chriſt. KORTHOLTUS, Kilonienſis, Medicus Hamburgenſis & Batavicus, A 1694. ſuperſtes. *T. I. p. 309.*

Matthias Nicol. KORTHOLTUS, Kilonienſis, Eloqv. & Poeſ. Profeſſor, ab A. 1700., Gieſſenſis, A. 1721. ſuperſtes. *T. I p. 309. 310*

Sebaſt. KORTHOLTUS, Kilonienſis, Poeſeos ab A. 1701., ſimulq; Ethices ab A. 1706., in Academia patria, Profeſſor, Bibliothecæ qvoq; Academicæ, ab A. 1704., Præfectus, A. 1723. ſuperſtes. *T. I. p. 310 311. 312.*

M. Euſtathius KöTEN, Hamburgenſis, Diaconus patriæ, ab A. 1683. Michaelitanus, A. 1716. ſuperſtes. *T. I. p. 312.*

Joh. KRAE, Colonienſis, Civis, circa A. 1678., Lubecenſis. *T. II p. 431.*

M. Joh Melch. KRAFTIUS, Wetzflarienſis, Diaconus, ab A. 1698., Süderſtapelenſis, Paſtor, ab A. 1706., Sandisnebenſis, urbisqve Huſenſis, ab A. 1709., Archidiaconus, &, ab A. 1712., Paſtor, A. 1723. ſuperſtes. *T. II. p. 431. 432. 433.*

Andr. KRAGIUS, Ripenſis, Med. D., Scholæ Hafnienſis per biennium Præceptor, Academiæ autem Profeſſor ab A. 1587. Pædagogicus, ab A. 1589. Mathematicus, & ab A. 1590. Phyſicus, M. d. 8. Jun. A. 1600., æt. 42. *T. I. p. 312. 313.*

Nicol. KRAGIUS, Germanus, Th. D., Concionator aulicus, ab A. 15 6, Stoltenaviæ Hoyanus, & deinde urbis Mindenſis ab A. 1530., Epiſcopatus autem Sleſvicenſis ab A. 1536., Superintendens, ſimulqve Chriſt. III., Regis Daniæ, Eccleſiaſtes aulicus, circa A. 1544., Hafnienſis, A. 1552. ſuperſtes. *T. II. p. 433. 434.*

Nicol. KRAGIUS, Ripenſis, J. U. D., Scholæ Hafnienſis, ab A. 1577., Rector, deinde, ab A. 1592., Lingvæ Græcæ in Acad. Hafnienſi Profeſſor, ſimulqve Hiſtoriographus regius & Canonicus Ripenſis, tandem vero Cœnobii Scholæqve Soranæ, ab A. 1602., Præfectus, M. d. 14. Maji A. 1602. *T. I. p. 313. 314.*

Petrus Jani KRAGLUNDIUS, Berga Norwagus, Th. D., Paſtor in Seelandia, ab A. 1628. Farwellenſis, & Concionator aulicus Dragsholmienſis, deinde vero Epiſcopus, ab A. 1650., Ripenſis, ſimulqve Collegii Canonicorum, ab A. 1664., Archidiaconus, M. d. 13. Sept. A. 1681., æt. 79. *T. II. p. 414. 415.*

Pet. Friderici KRAGLUNDIUS, Ripenſis, Scholæ in Norwagia Bergenſis A 1701. Præceptor. *T. I p. 315.*

Bonavent. KRAHE, Meldorpienſis, Legati in aula Gallica Danici, ab A. 1693., Eccleſiaſtes, & Comitatus deinde Oldenburgici, ab A. 1702., Præpoſitus, ſimulqve urbis Oldenburgenſis Paſtor, M. d. 30. Jan. A. 1709, æt. 39. *T. I. p. 315.*

M Chriſtoph KRAHE, Lipſienſis, Legati primum in aula Cæſarea Danici Eccleſiaſtes, deinde Scholæ Meldorpienſis Rector, & Præpoſitus tandem, ab A. 1673, Hatherslebienſis, M. d. 2. Aug. A. 1688., æt 46. *T. II. p. 435.*

Alb. KRANTZIUS, Hamburgenſis, Theol. & Jur. Canon Doctor, Philos., & poſtea Theol., Profeſſor, circa A. 1482., Roſtochienſis, deinde vero Templi cathedr. Hamburgenſis Canonicus, Lector Theologus, & tandem, ab A. 1508., Decanus, ſimulqve urbis Hamburg. Syndicus, M. d 7. Dec. A. 1517. *T. I. p. 315 316. T. III. p. 376-391.*

Otto KRANTZIUS, Flensburgenſis, urbis Glückſtad., circa A. 1690. Secretarius. *T. I. p. 316.*

Joh. KRAUTHAUSEN, Oppidi Möllenſis, circa A. 1664, Eccleſiaſtes. *T. I. p. 316.*

Chriſtoph. KRAUTHOF, J. U. D., Syndicus, circa A. 1642., provincialis Sleſvigo-Holſaticus, & Conſiliarius deinde, usqve ad A. 1647., Danicus, A. 1651. ſuperſtes. *T. II. p. 435. 436.*

Hieron. KREBS, Hamburgenſis (c. A 1595.) *T. I. p. 316.*

Joh. KRESSIUS, Hamburgenſis, (c. A. 1689.) *T. I. p. 316.*

Paulus KRETZER, Bibliopola, circa A. 1596, Hamburgenſis. *T. I. p. 316.*

Herm. KREYENKAMP, Osnabrugenſis, Paſtor, circa A. 1670., Bredſtadienſis. *T. II p. 436.*

Jac. KRöGERUS, Elderſtadienſis, Diaconus, ab A. 1558., Hamburgenſis Jacobæus, M. d. 19. Sept. A. 1582. *T. I. p. 316.*

Meinardus KRöGERUS, Suburbii Hamburgenſis Georgiani, ab A. 1542. ad 1569., Eccleſiaſtes, M. d. 21. Apr. A. 1571. *T. I. p. 316.*

M. Herm. KROGMANNUS, Hamburgenſis, Eccleſiaſtes, ab A. 1702., Osnabrugenſis Catharinæus, A. 1715. ſuperſtes. *T. I. p. 316.*

Henn KROHNE, Pattenshemio Brunſvicenſis, Scholæ pauperum Hamburgenſis Knakkeruggianæ, ab A. 1624. ad 1676., Moderator, M. A. 1683., æt. 87. *T. II. p. 436.*

Herm. KROHNE, Lubecenſis, J. U. D. & in patria, ab A. 1703, Practicus, A. 1721. ſuperſtes. *T. I p. 315.*

M. Joh. KROHNE, Hamburgenſis, Paſtor in Duc. Brem., circa A. 1664., Grödenſis. *T. I. p. 316. 317.*

Joh. Adolphus KROHNE, Lubecenſis, J. U. D., Advocatus, ab A. 1699., & Syndicus, ab A. 1706., Roſtochienſis, patriæqve deinceps, ab A. 1716, JCtus, A. 1721. ſuperſtes *T. I. p. 317.*

Vinc. KROHNE, Scholæ Templi cathedr. Hamburgenſis, circa A. 1660., Præceptor & Arithmeticus. *T. I. p. 317.*

Joh. Frid. KRüGERUS, Lüneburgenſis, J U. Lic. & Practicus, circa A. 1716., Hamburgenſis, ſimulqve Conſiliarius, circa A. 1723., Holſato-Gottorpienſis. *T. II. p. 436.*

Henr. Rud. KRULLIUS, Archidiaconus, circa A. 1701., & Paſtor, circa A. 1710., Crempenſis. *T. I. p. 317.*

Chriſt. KRUMHOLTZ, Neoſtadio Misnicus, Th. D., Eccleſiaſtes Lipſiæ A. 1688. Nicolaitanus ſabbathinus, Diaconus, ab eodem A. 1688. ad 1696., in Hungaria, Poſonienſis Lutheranus, Paſtor, ab 1697., Dresdenſis Sophianus, & tandem, ab A. 1700., Hamburgenſis Petrinus, A 1710. loco motus, ac M. Dec. A. 1714., ætatisqve 49., in carcere Hamelienſi mortuus. T. II. p. 436-439.

Alb. KRUMMENDIK, Nob. Holſatus, Eqves auratus, Rotæ Romanæ Notarius, & Eccleſiæ deinde Lubecenſis Canonicus, ac tandem, ab A. 1466., Epiſcopus, ſimulqve Chriſt. I, Regis Daniæ, Conſiliarius, & Præfectus Segebergenſis, M. d. 27. Oct. A. 1489. T. I. p. 317. 318.

Pet. KRUNANDER, Organœdus Ducis Holſatici Sec. XVII. aulicus. T. I. p. 318.

M. Joh. Chriſtoph. KRüSICKE, Hamburgenſis, ædis in patria Petrinæ, ab A. 17:5., Diaconus, A. 1722. ſuperſtes. T. I. p. 318. 319.

M. Paulus Georg. KRüSICKE, Grabovia Pomeranus, Scholæ Johanneæ Hamburgenſis, ab A. 1679., Præceptor, ab A. 1683. Subrector, &, ab A. 1699., Conrector, A. 17.9. rude donatus, M. d. 14. Apr. A. 1723. T. II. p. 439.

Balth. KRüSING, Flemburgenſis, Med. D., & in patria ab A. 1700., Lubecæ vero ab A. 1710., Practicus, A. 1723. ſuperſtes. T. I. p. 319.

Wilh. Ern. KüHLMORGEN, Scholæ Bergerdorfienſis Cantor, & deinde, circa A. 1723., Rector. T. II. p. 439.

Magnus KUHMANN, Hamburgenſis, Scholæ in patria Nicolaitanæ, ab A. 1619., Arithmeticus, M. d. 4. Nov. A. 1656., æt. 58. T. I. p. 319.

Henr. KUMMERFELD, Hamburgenſis, Regis Daniei in patria, circa A. 1698., Commiſſarius, A. 1708. ſuperſtes. T. I. p. 319.

Joh KUNCKELIUS, Hüttenſis Cimber, Joh. Georgii II., Elect. Saxoniei, & deinde (ab A. circiter 1679.) Frid. Wilhelmi Brandeburgici, Miniſter cubicularius atqve Chymicus, ac tandem Caroli XI, Regis Sveciæ, Conſiliarius, ab A. 1693., Metallicus, M. circa A 1702. T. I. p. 319-322.

Conr. KUNRAHT, Lipſienſis, Chymiater, Sleſvigæ, circa A. 1594., commoratus, & A. 1607. ſuperſtes. T. II. p. 439.

Henr. KUNRAHT, Lipſienſis, Med. D. & Practicus, circa A. 1598., Hamburgenſis, deinde vero Dresdenſis, M. d. 9. Sept. A. 1605., æt. 45. T. II. p. 440. 441.

Nicol. Henr. KüSELIUS. Holſatus, J. U. D. & Dicaſteriorum Sveco-Bremenſium, c. A. 1673., Advocatus. T. I. p. 322.

Joh. Sigism. KUSSERUS, Muſicus aulicus Gvelpherbytanus, & deinde Hamburgenſis, A. 1703. ſuperſtes. T. II. p. 441.

L.

Ad. Henr. LACMANNUS, Oldenburgo Wagrius, Scholæ Eutinenſis, circa A. 1722, Rector. T. I. p. 32:.

Pet. LACMANNUS, Paſtor in Wagria, circa A. 1704., Oldenburgenſis. T. I. p. 322.

Heino LAMBACHIUS, Hamburgenſis, Med. Doctor A. 1597. creatus. T. I. p. 322.

Heino LAMBECK, Scholæ Hamburgenſis Jacobææ, per 51. annos, Arithmeticus, A. 1650. ſuperſtes. T. I. p. 322.

Pet. LAMBECIUS, Hamburgenſis, J. U. D., Gymnaſii patriæ Profeſſor, ab A. 1652., Hiſtoricus, ſimulqve, ab A. 1660., Rector, Leopoldi autem Imperatoris, ab A. 1663., Conſiliarius, Hiſtoriographus & Bibliothecæ Præfectus, M. d. 2. Apr. A. 1680., æt. 52. T. I. p. 323. T. III. p. 391-414.

M. Franc. LAMBERTUS, Hamburgenſis, Paſtor, in agro Trittovienſi, circa A. 1608., Barchteheidenſis. T. I. p. 323.

Ægid. a LANCKEN Jun, Eqves Holſatus, Joh. Friderici, Arciep. Brem., ab A. 1604., Cubicularius & Conſiliarius initimus, ſimulqve Templi cathedr. Lubecenſis Præpoſitus, deinde vero, ab A. 1618., Friderici, Ducis Holſato-Gottorp. Conſiliarius intimus, provincialis & aulicus, Aulæ Magiſter, Præfectus Kilonienſis, Bordesholmenſis, ac, ab A. 1629., Gottorpienſis, ſimulqve Coenobii Prezenſis, ab A. 1615., Præpoſitus, M. d. 15. Nov. A. 1631., æt. 52. T. I. p. 323. 324

Andr. LANGE, Lubecenſis, J. U. D., urbi patriæ, ab A. 1713., a conſiliis, M. d. 13. Oct. A. 1713., æt 34. T. I. p. 324. 325.

Dav. LANGE, Ludimagiſter, circa A. 1621., Hamburgenſis. T. I. p. 325.

M. Hardovicus LANGIUS Jun., Hemma Dithmarſus, Scholæ Meldorpienſis, circa A. 1624., Rector, & Paſtor deinde in Stormaria, circa A. 1629, Borsfletanus. T. I. p. 325.

Joh. LANGE, Med. Cand. & Practicus Hamburgenſis, A. 1695 ſuperſtes. T. II. p. 441-444.

M. Joh LANGE, Windhuſa Palatinus, Eccleſiaſtes Germanorum Venetiis clandeſtinus, Svecicus in Germania caſtrenſis, Engelthalenſis in agro Norico, Noribergenſis ædis Sp. S., & tandem, ab A. 1682., Hamburgenſis templi Petrini, M. d. 7. Maji A. 1700., æt. 70. T. II. p. 444.

Joh. Conr. LANGE, Noribergenſis, J. U. Lic. & Practius, circa A. 1719., Hamburgenſis. T. II. p. 444.

Nicol. LANGIUS, Crempenſis, J. U. D. & Profeſſor Groningæ, ab A. 1620., extraordinarius, ab A. autem 1633. ordinarius, ſimulqve Academiæ, ab A. 1602., Secretarius, M. d. 23. Jul. A. 1643., æt. 57. T. I. p. 325.

Nicol. LANGE, Marchicus, Eccleſiaſtes Hamburgi, circa A. 1689., exul, ac Paſtor deinde, circa A. 1703., Derenburgenſis. T. II. p 444.

Adolphus Conr. LANGELLOTT, Sleſvicenſis, Med. D. & in patria Practicus, M. M. Febr A. 1688. T. I. p. 325.

Frid. Joach. LANGELLOTT, Sleſvicenſis, rei frumentariæ in exercitu Brandeburgico, circa A. 1676., Curator. T. I. p. 325.

Joel LANGELLOTTUS, Ohrdrufio Thuringus, Med. D., Friderici, Ducis Holſato-Gottorp., ab A. 1642. Chymicus, ab A. 1647. Medicus aulicus, &, ab A. 1648., ejus, ac Chriſt. Alb. filii, Archiater, M. d. 8. Dec. A, 1680., æt. 64. T. II. p. 444-447.

Gregor. LANGEMAKE, Uterſenſis, Th. D., Scholæ Gryphiswaldenſis, ab A. 1702., Conrector, ac poſtea Stralſundiæ Templi Nicolaitani, ab A. 1703., Diaconus, &, circa A. 1722., Paſtor, ſimulqve Superintendens, Theol. Profeſſor, & Conſiliarius Eccleſiaſticus Sveco-Pomeranicus. T. I. p. 326.

M. Henr. LANGEMAKE, Kilonienſis, Templi patriæ Nicolaitani, circa A. 1612., Diaconus, &, circa A. 1630., Archidiaconus. T. I. p. 326.

Joh. LANGEMAKE, Kilonienſis, Templi patriæ Nicolaitani Archidiaconus & tandem Paſtor, M. A 1645. T. I. p. 326.

Joh. LANGEMAKE, Kilonienſis, Paſtor, circa A. 1665., Uterſenſis, M. A. 1680. T. I. p. 326.

Joh. LANGEMAKE, Vici in Stormaria Colmarienſis, circa A. 1708., Eccleſiaſtes. T. I. p. 326.

Joh. LANGEMAKE, Neuſtadio Wagrius, oppidi natalis, ab A. 1681., Paſtor, M. d. 27. Sept. A. 1712., æt. 58. T. I p. 326.

M. Lamb. LANGEMACIUS, Huſenſis, Scholæ patriæ, ab A. 1607., Rector, & Diaconus, poſtea, ab A. 1609., Jacobæus Hamburgenſis, M. d. 2. Maji A 1614. T. I. p. 326.

Dethl. LANGENBECIUS, Hamburgenſis, J. U. D., A. 1574. in patria ſuperſtes. T. I. p. 327.

Georg. LANGENBECK, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, circa A. 1716., Practicus. T. I. p. 327.

Henr. LANGENBECK, Hamburgenſis, J. U. D., Friderici, Georgii, Chriſtiani Ludovici, Georgii Wilhelmi & Joh Friderici, Ducum lineæ Cellenſis ac Calenbergicæ Brunſvicenſium, in aula Hannoverana, per 38. annos, Cancellarius & Conſiliarius Intimus atqve Cameralis, ſimulqve Decanus Bardovicenſis (ab A. 165:.) & Hamelenſis, M. d. 28. Oct. A. 1669., æt. 67. T. I. p. 327. 328.

Herm. LANGENBECK., Hamburgenſis, J. U. D., patriæ, ab A. 1478., Senator, &, ab A. 1481., Conſul, M. d. 1. Maji A. 1517. T. I. p. 328.

Herm. LANGENBECK, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria Practicus, M. d. 31. Maji A. 1701., æt. 64. T. I. p. 328.

Herm. LANGENBECK, Hamburgenſis, J. U. D., patriæ, ab A. 1699., Secretarius, ab A. 1708. Protonotarius, &, ab A. 1721., Senator. T. I. p. 328.

Adr. LANGERFELD, Regiomonto Pruſſus, Lubecæ A. 1673. ac ſeqv., & Hamburgi A. 1685., commoratus. T. II. p. 447. 448.

Frid. Ad. Ludov. LANGERHANS, Kyrna Rhenanus, Hamburgi educatus, Eccleſiaſtes, ab A. 1689., in Hybernia & Anglia caſtrenſis, ac Paſtor deinde, in Duc. Brem, ab A. 1699. Wildeshuſanus, paulo poſt Daverdenſis, & Stadæ tandem, ab A. 1704., Pancratianus, A. 1711. ſuperſtes. T. II. p. 448.

Nicol. LANGERHANS, Stadenſis, Theol. Lic., Scholæ patriæ Subrector & Rector, Superint & Paſtor, ab A. 1660., Krynenſis, &, ab A. 1666., Trarbacenſis, Paſtor Stadenſis, ab A. 1671. Wilhadianus, Hamburgiqve tandem ædis Nicolaitanæ, ab A. 1677., Diaconus, &, ab A. 1680., Paſtor, M. d. 29. Jan. A. 1684., æt. 50. T. II. p. 448.

Dav. LANGERMANN, Hamburgenſis, J. U. D., patriæ, circa A. 1700., Canonicus, &, ab A. 1714., Senator. T. I. p. 328.

Diet. LANGERMANN Sen., Hamburgenſis, J. U. Lic., patriæ ab A. 1673. Senator, M. d. 9. Aug. A. 1691., æt. 55. T. I. p. 329.

Diet. LANGERMANN Jun., Hamburgenſis, J. U. D., patriæ ab A. 1686. Canonicus, M. d. 14. Nov. A. 1701., æt. 30. T. I. p. 329.

Eberh. LANGERMANN, Hamburgenſis, Med. D. & in patria, circa A. 1698. & 1716., Practicus. T. I. p. 329.

Georg. LANGERMANN, Hamburgenſis, Med. D. & in patria, circa A. 1698., Amſtelodami vero circa A. 1704, Practicus, A. 1716. ſuperſtes. T. I. p. 329.

Gerh. LANGERMANN, Hamburgenſis, J. U. Lic., Auguſti, Ducis Brunſvic., & Friderici, Ducis Holſato-Gottorp., Conſiliarius, M. d. 26. Apr. A. 1646., æt. 43. T. I. p. 329.

Joh. LANGERMANN, Monaſterienſis, patriæ, circa A. 1531., Senator, & Hamburgi deinde, ab A. 15,3., ad obitum usqve, exul. T. II. p. 448.

M. Joh. Laur. LANGERMANN, Hamburgenſis, Hanoviæ, ab A. 1670., Comitis Concionator aulicus & Conſiliarius Eccleſiaſticus, ſimulqve Paſtor urbanus & Comitatus Superintendens, M. d. 22. Febr. A. 1716., æt. 76. T. I. p. 329.

Laur. LANGERMANN Sen., Hamburgenſis, Baſilicæ patriæ, ab A. 1587., Canonicus & tandem Senior, ſimulqve Conſiliarius Holſato-Gottorpienſis & Schaumburgicus, M. d. 13. Aug. A. 1620, æt. 64. T. I. p. 329. 330.

Laur. LANGERMANN Jun., Hamburgenſis, J. U. D. & Com. Pal. Cæs, Baſilicæ patriæ, ab A. 1621., Canonicus, & deinde, ab A. 1624., Decanus, ſimulqve Chriſt. IV., Regis Dan., & Duc. Brunſvic., Conſiliarius, M. d. 13. Dec A. 1658., æt. 63. T. I. p. 330.

Lucas LANGERMANN, Hamburgenſis, J. U. D. & in patria Practicus, Baſilicæ ejusdem, ab A. 1656. Canonicus, ab A. 1664. Syndicus, & ab A. 1686. Decanus, ſimulqve Conſiliarius Holſato-Gottorpienſis (ab A. 1680.) ac Megapolitanus, M. d. 10. Maji A. 1686., æt. 60. T. I. p 330. 331. 332.

Joh. LANGHANS, Hamburgenſis, J. U. D., patriæ, ab A. 1693., Senator, M. d. 22. Mart. A. 1721., æt. 63. T. I. p. 332.

Lev. Burch. LANGSCHMID, Mandelslovia Hannoveranus, urbis Hannoveranæ Eccleſiaſtes, Paſtor, ab A. 1697., Lubecenſis Jacobæus, & tandem, ab A. 1706., Concionator aulicus & Conſiliarius eccleſiaſticus Brunſvico-Hannoveranus, M. A. 1722. *T. II. p. 448.*

Bernh. LANGWEDEL, Hamburgenſis, Med. D. & in patria ab A. 1623., Practicus, ſimulqve, ab A. 1639., Julii Henrici, Ducis Saxo-Lauenburg., Conſiliarius & Archiater, M. d. 10. Febr. A. 1656., æt. 60. *T. I. p. 332. 333.*

Joh. LASSENIUS, Waldavia Pomeranus, Th. D., Scholæ Itzehoenſis, ab A. 1666., Rector, Eccleſiaſtes aulicus, ab A. 1669., Ranzovianus Bredenbergenſis, ſimulqve Paſtor Barmſtättenſis, & Comitatus Ranzoviani Præpoſitus, ac tandem Hafniæ, ab A. 1675., Paſtor Templi Germanorum Petrini, ſimulqve Theol. Profeſſor, ab A. 1678., Academicus, M. d. 29. Aug. A. 1692., æt. 57. *T. II. p. 449-454.*

Herm. LATHERUS, Huſenſis, J. U. D. & in patria, c. A. 1617, Practicus, M. d. 9. Apr. A. 1640., æt. 57. *T. I. p. 333. 334*

Thom. LATIMER, Hamburgenſis, Med. Doctor A. 1689. creatus *T. I. p. 334.*

M. Bernh. LATOMUS, Wismarienſis, Scholæ Neobrandeburgenſis in Duc. Megapol. circa A. 1595., & deinde Flensburgenſis ab A. 1600. ad 1603., Rector, Neobrandeburgum tandem reverſus, & illic A. 1612. ſuperſtes. *T. II. p. 455.*

Jac. Seb. LAUREMBERGIUS, Hamburgenſis, J. U. D., Hiſtoriarum ab A. 1650., & Juris ab A. 1659., in Acad. Roſtochienſi, Profeſſor, M. d. 29. Dec. A. 1668., æt. 49. *T. I. p. 334. 335.*

Pet. LAUREMBERGIUS, Roſtochienſis, Med. D., Philoſ. Profeſſor, ab A. 1611., in Gallia Montalbanenſis, Phyſ. & Math., ab A. 1614, Hamburgenſis, ſimulqve Gymnaſii, ab A. 1616. ad. 1620., Inſpector, ac tandem Poeſeos Profeſſor, ab A. 1624., Roſtochienſis, M. d. 13. Maji A. 1639., æt. 54. *T. II. p. 455-460*

M. Ægid. LAURENTII, Ripenſis, Scholæ patriæ, ab A. 1596., Rector, & Templi deinde cathedralis, ab A. 1605., Archidiaconus, M. d. 21. Apr. A. 1627., æt. 59. *T. I. p. 335.*

Ægid. LAURENTII, Paſtor in agro Tunderenſi Bulderupenſis, M. A. 1608. *T. I. p. 335.*

Bernh. LAURENTIUS, Föhrenſis, Paſtor in Inſula natali, circa A. 1670., Johanneus. *T. I. p. 335.*

Dominicus LAURENTII, Sünderburgenſis, Johannis Junioris, Ducis Holſat., Eccleſiaſtes aulicus Reinfeldenſis, & deinde Sünderburgenſis (c. A. 1620.,) filiorum autem ejus, ab A. 1623., Norburgenſis, M. d. 15. Jan. A. 1639., æt. 55. *T. I. p. 335.*

Georg. Frid. LAURENTIUS, Lubena Luſatus, Med. D. & Practicus ab A. 1621., Dantiſcanus, ab A. 1624. Lipſienſis, ab A. 1632. Hamburgenſis, ab A. 1636. Lubecenſis, ab A. autem 1638. iterum Hamburgenſis, Magdalenæ Sibyllæ, Chriſtiani V., Principis Danici, viduæ, Niecopiæ Falſtriorum ab A. 1648., & Altenburgi in Miſnia ab A. 1652., poſteaqve Friderici III., Regis Daniæ, Archiater, & Medicus tandem, circa A. 1663., Lubecenſis, M. d. 1. Febr. A. 1673., æt. 79. *T. II. p. 460-463.*

Joh. LAURENTII, Itzehoenſis (c. A. 1663.) *T. I. p. 335.*

Joh. LAURENTIUS Sen., Ripenſis, Med. D. & in patria Practicus atqve Canonicus, A. 1593., ſuperſtes. *T. I. p. 335.*

Joh. LAURENTIUS Jun., Ripenſis, Archivi regii Hafniæ Scriba, ac Typographus ibidem, ab A. 1698., Regius atqve Academicus, ſimulqve Conſiſtorii Academici Aſſeſſor, A. 1720. ſuperſtes. *T. I. p. 335. 336.*

Joh. Georg. LAURENTIUS, Lubena Luſatus, Med. D. & Practicus, ab A. 1630., Lipſienſis, Friderici, Ducis Holſato-Gottorp., circa A. 1634., Archiater, tandemqve Lubecæ, circa A. 1647., Medicus, &, circa A. 1668., Poliater, M. M. Sept. A. 1673., æt. 79. *T. II. p. 463*

Laur. LAURENTII, Huſenſis, Templi Scholæqve Cathedralis Bremenſis, ab A. 1684., Cantor. *T. I. p. 336.*

M. Nicol. LAURENTII, Ripenſis, Profeſſor Acad. Hafnienſis Pædagogicus, M. A. 1579. *T. I. p. 336.*

Nicol. LAURENTIUS, Ottonia Fionus, Paſtor, in agro Hatherslebienſi, circa A. 1685., Oxenwaldenſis & Jelſenſis. *T. II. p. 463.*

Nicol. LAURENTII, Sleſvicenſis, Diaconus circa A. 1675., & Paſtor, circa A. 1692., in Eiderſtadia San-Petrinus, ſimulqve Eiderſtadiæ, ab A. 1701., Præpoſitus. *T. I. p. 336.*

Otto LAURENTIUS, Föhrenſis, Inſulæ primum natalis Eccleſiaſtes, & Paſtor deinde, in Siltia, circa A. 1671., Mohrſumenſis. *T. I. p. 335.*

Otto LAURENTII STRANDINGER, Flensburgenſis, Paſtor, per 22 annos, in Nordſtrandia Pilwormienſis, Symmyſta Flensburgenſis, ab A. 1698. ad 1704., Marianus, Fridricopoli, ab A. 1708., & deinde, cum A. 1716. e ditionibus Danicis univerſis eſſet relegatus, Hamburgi, atqve alibi, exul, A. 1724., M. Apr., Hamburgi mortuus. *T. I. p. 336. 337.*

Thom. LAURENTII, Tunderenſis, Vici Prezenſis, circa, A. 1641., Eccleſiaſtes, & Paſtor deinde in vicinia, ab A. 1654., Kerckenhagenſis, A. 1670. ſuperſtes. *T. I. p. 337.*

Thom. LAURENTII, Esgroſia Anglo-Cimber, Med. D. & Practicus Flensburgenſis, Fridericianus atqve Aarhuſienſis, M. A. 1720 *T. I. p. 337.*

Andr. LAUTERBACH, Coldicio Miſnicus, Pagi Eiderſtadiæ Volrovigani, circa A. 1639., Ludimagiſter. *T. II. p. 463.*

Chriſt. LAUTERBACH, Utino Wagrius, Ædis Rigenſis ſuburbanæ, ab A. 1695., Symmyſta, Paſtor, ab A. 1697., Holmhofienſis, & Rigæ poſtea Templi cathedr., ab A. 1702., Diaconus, Petrini autem, circa A. 1709., Paſtor. *T. I. p. 337. 338.*

Ant. LAYMARIUS, Auguſtanus, Paſtor Fridrichſtadienſis, ſolo A. 1632., Lutheranus, & deinde Qvedenavienſis in Boruſſia, A. 1681. ſuperſtes. *T. II. p. 463. 464.*

Herm. LEBERMANN Sen., Lubecenſis, Templi cathedr. in patria, ab A. 1679., Eccleſiaſtes, &, ab A. 1704., Paſtor, M. d. 26. Jun. A. 1705., æt. 61. *T. I. p. 338.*

M. Herm. LEBERMANN Jun., Lubecenſis, Theol. c. A. 1708. Studioſus *T. I. p. 338.*

LEBUINUS, Anglus, Monachus & Presbyter Ord. Bened., in Northumbria, Riponenſis, Friſiorum, Saxonum, Helgolandorum & Cimbrorum, ab A. 690., Apoſtolus, ac Tranſiſalanorum tandem atqve Daventrienſium Doctor, M. d. 12. Nov. A. C. 740. *T. II. p. 404 405.*

Joh. LEDERER, Hamburgenſis, Seculo XVII. in America boreali decennio verſatus integro. *T. I. p. 338.*

Andr. Bernh. LEHMANNUS, Luſatus, in urbe, circa A. 1652., commoratus Hamburgenſi. *T. II. p. 465.*

Chriſtoph. LEHMANNUS, Witebergenſis, Med. D. & Practicus, circa A. 1704., Hamburgenſis. *T. II. p. 465.*

M. Gottlobius LEHMANNUS, Belziga Saxo, Diaconus primum Rendesburgenſis, & Paſtor deinde, ab A. 1712., Crempenſis, A. 1722. ſuperſtes. *T. II. p. 465.*

M. Mich. Theoph. LEHMANNUS, Leippa Bohemus, Ædis D. Steph. Spirenſis, ab A. 1634., Eccleſiaſtes, Paſtor, ab A. 1635., Monsheimienſis, Poeſ. & L. Hebr. in Gymnaſio Francofurtano A. 1636. Profeſſor, Concionator caſtrenſis, ab A. 1639., Svedicus, Symmyſta Hamburgi, ab A. 1643., Nicolaitanus extraordinarius, Comitis Mansfeldii Eccleſiaſtes, ab A. 1647., aulicus, ſimulqve Superint. Schraplavienſis, ac Paſtor tandem, ab A. 1649., Zittavienſis, M. d. 11. Aug. A. 1663., æt. 52. *T. II. p. 460.*

Pet. Ambr. LEHMANNUS, Döbela Miſnicus, Hamburgi privatim per tria luſtra commoratus, ac deinde ibidem, ab A. 1703, Frid. Auguſti, Regis Polon. & Elect. Saxon., Secretarius negotiorumqve curator, A. 1719. ſuperſtes. *T. II. p. 466. 467.*

M. Gilbertus LEIDING, Hamburgenſis, Ord. Philoſ. Witeb., circa A. 1704., Aſſeſſor, & templi deinde Catharinæi Hamburgenſis, ab A. 1705., Ædituus, A. 1716. ſuperſtes. *T. I. p. 338.*

Wolfg. Phil. LEIKE, ædis ruralis Catharinææ Gillenbeccenſis, in Duc. Sleſv., circa A. 1685. Paſtor. *T. I. p. 338.*

Joh. Pet. LEMBKE, J. U. Lic. & Practicus, circa A. 1704., Hamburgenſis. *T. I. p. 338.*

M. Alb. LEMEIGERUS, Hamburgenſis, Eloqv. Profeſſor, ab A. 1564., Witebergenſis, urbisqve deinde Hamburgenſis, ab A. 1581., Secretarius, &, ab A. 1588, Senator, M. d. 30. Apr. A. 1595. *T. I. p. 338. 339.*

M. Henr. LEMKE, ſive LEMMICHIUS, *L*ubecenſis, ædis Germanorum Martinianæ Bergenſis in Norwagia, ab A. 1638., Paſtor, M. d. 7. Mart. A. 1674, æt. 73. *T. I. p. 339.*

Henr. LEMKE, *L*ubecenſis, Franciſci II., Ducis Saxo-*L*auenburgici, Eccleſiaſtes aulicus, circa A. 16 9., Neuenhuſanus. *T. I. p. 339. 340.*

Caſp. a *L*ENGERKE, Hamburgenſis, J. U. D., Baſilicæ patriæ, ab A. 1709, Canonicus, A. 1719. ſuperſtes. *T. I. p. 340.*

Chriſt. a *L*ENGERKE, Oſnabrugenſis, Med. D. & Practicus, circa A. 1634., Hamburgenſis. *T. II. p. 468.*

Pet. a *L*ENGERKE, Hamburgenſis, J. U. *Lic.*, Patriæ, ab A. 1688., Senator, &, ab A. 1697., Conſul, M. d. 17. Nov. A. 1709., æt. 59. *T. I. p. 340.*

Chriſt. *L*ENTE, Cimber, Chriſtiani V., Regis Danici, Conſil. Intimus ac Status publici, ſimulqve Eqves Danebrogicus, Præfecturæ Ripenſis Vice-Gubernator, &, ab A. 1695., Ceremoniarum Aulæ Director, atqve Acad. Hafnienſis eqveſtris Præfectus, Friderici autem IV. Secretarius bellicus, ab A. 1699. ad 1710. (qvo dignitatibus ſe abdicabat aulicis), ſupremus. *T. I. p. 340.*

Frid. *L*ENTE, Holſatus, Cancellariæ regiæ Hafnienſis Germanicæ Aſſeſſor, & Glückſtadienſis poſtea Cimbricæ Conſiliarius, ſimulqve Canonicus, ab A. 1667. ad 1668., Hamburgenſis, M. d. 6. Nov. A. 1677. *T. I. p. 340.*

Hugo *L*ENTE, Arenshorſta Weſtphalus, Cancellariæ Danico-Cimbricæ Glückſtadienſis, ab A. 1652., Secretarius, ab A. 1672. Aſſeſſor, &, ab A. 1679., Conſiliarius, M. d. 8. Apr. A. 1680., æt. 55. *T. II. p. 468.*

Joh. Hugo *L*ENTE, Holſatus, Eqves Danebrogicus, Annæ Sophiæ Danicæ, Joh. Georgio III., Elect. Sax., nuptæ, circa A. 1668, Dresdæ Secretarius, deinde Chriſtiani V., Regis Daniæ, Conſiliarius provincialis Cimbricus, Status publici, ac, ab A. 1696., Intimus, ſimulqve *L*egatus *L*ubecæ ordinarius, Procancellarius, ac poſtea, ab A. 1700., Cancellarius Sleſvigo-Holſaticus, Præfectusqve Segebergenſis, A. 1710. ſuperſtes. *T. I. p. 340.*

Joh. Bernh. *L*EO, Wilſtermarſus, J. U. Doctor A. 1653. creatus. *T. I. p. 341.*

Jac. Jehuda *L*EON, Hiſpanus, Rabbinus primum Hamburgenſis, & deinde Amſtelodamenſis, A. 1654. ſuperſtes. *T. II. p. 468. 469.*

Joh. LEONYSIUS, Parchima Megapolitanus, Paſtor Oldenburgenſis, Antwerpienſis, & tandem, ab A. 1583., in Wagria Curovienſis. *T. II. p. 469.*

Abr. LEOPOLDUS, *L*ubecenſis, Eccleſiaſtes patriæ, ab A. 1638., Jacobæus, M. d. 13. Aug. A. 1656., æt. 50. *T. I. p. 341.*

Achilles Daniel LEOPOLDUS Sen., *Lubecenſis*, J. U. D. & in patria, ab A. 1675., Practicus, Com. Pal. Cæſareus, M. d. 13. Jul. A. 17:2., æt. 71. *T. I. p. 341.*

Ach. Dan. LEOPOLDUS Jun., *Lubecenſis*, a nativitate cæcus, J. U. Cand., A. 1721. ſuperſtes. *T. I. p. 341.*

Frid. LEOPOLDUS, *Lubecenſis*, Notarius patriæ publicus, M. d. 7. Jan. A. 1671., æt. 74. *T. I. p. 342.*

Joh. Frid. LEOPOLDUS, *Lubecenſis*, Med. D. & in patria Practicus, M. d. 4. Maji A. 1711., æt. 36. *T. I. p. 342.*

Joh. a LESEN, Hamburgenſis, Med. D. & in patria, circa A. 1716., Practicus. *T. I. p. 342.*

Andr. LESERUS, Auguſtanus, Mercator, circa A. 1690., Hamburgenſis eruditus, A. 1717 ſuperſtes. *T. II. p. 462.*

Georg. LESSIUS, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria Practicus, M. d. 8. Febr. A. 1676., æt. 36. *T. I. p. 342. 343.*

LIEMARUS, Bavarus, Canonicus Goslarienſis, Henrici IV., Imperatoris, Miniſter aulicus, & Archiepiſcopus tandem, ab A. 1072., Hamburgo-Bremenſis, M. d. 1. Maji A. C. 1101. *T. II. p. 469-472.*

M. Folcherus LIGARIUS, Oſtfriſius, Eccleſiarum Femariæ, ab A. 1592., Inſpector, ſimulqve Paſtor Burgenſis, M. d. 3. Dec. A. 1607. *T. II. p. 472.*

Pet. du LIGNON, Marvegeolio *L*angvedociæ Gallus, Eccleſiaſtes, ab A. 1667., Middelburgenſis Gallo-Belgicus, Cœtus deinde *L*abadiani, ab A. 1670., Veriæ & Amſtelodami, ab A. 1671. Hervordiæ, ab A. 1672. Altonaviæ, &, ab A. 1678., Wiewerti in Weſtfriſia, Paſtor, Hagæ d. 18. Febr. A. 1681., æt. 50, mortuus. *T. II. p. 472. 473.*

Caſp. LINDEBERGIUS, *Lubecenſis*, Paſtor patriæ, ab A. 1692., Johanneus, &, ab A. 170., Petrinus, M. d. 27. Apr. A. 1713., æt. 49. *T. I. p. 343.*

Georg. LINDEBERGIUS, Lubecenſis, J. U. D. & in patria, ab A. 1681., Practicus, M. d. 23. Mart. A. 1694., æt. 39. *T. I. p. 343.*

Georg. Caſp. LINDEBERGIUS, Lubecenſis, J. U. Doctor A. 1708. creatus. *T. I. p. 343*

M. Pet. LINDEBERGIUS, Roſtochienſis, Prolis Alefeldianæ, in arce Cimbriæ Geltingenſi, ab A. 1587., Ephorus, & Henr. Ranzovii, Proregis Cimbrici, familiaris, deinde autem Civis patriæ, ab A. 1592., eruditus, M. d. 16. Jul. A. 1596., æt. 34. *T. II. p. 475-476.*

Erpoldus LINDEBROGIUS, Bremenſis, Notarius publicus Cæſareus & Apoſtolicus, Baſilicæqve Hamburgenſis Canonicus minor, M. d. 20. Jun. A. 1616., æt. 76. *T. II. p. 476-479.*

Frid. LINDEBROGIUS, Hamburgenſis, J. U. D. & in patria Practicus, ſimulqve Templi cathedr. Canonicus, & Vicariorum illius, ab A. 1642., Decanus, M. d. 9. Sept. A. 1648., æt. 75. *T. I. p. 343. 344. T. III. p. 414-424.*

Henr. LINDEBROGIUS, Hamburgenſis, Bibliothecæ Gottorpienſis, ab A. circiter 1610., Præfectus, M. d. 15. Jul. A. 1642., æt. 72. *T. I. p. 344. 345.*

Ant. LINDEMANN, Paſtor ruralis in Wagria, circa A. 1638., Hohenſtenienſis. *T. I. p. 345.*

Joh LINDEMANN, Lubecenſis, Med. D. & in patria, ab A. 1697., Practicus, M. d. 5. Jul. A. 1700., æt. 30. *T. I. p. 345.*

Otto Nicol. LINDHOLTZ, Kilonienſis, Patriæ Advocatus, Senator & tandem Conſul, ſimulqve Fiſci Ducalis Holſato-Gottorpienſis Patronus, M. A. 1697. *T. I. p. 345.*

Henr. a LINDHOUT, Bruxellenſis, Med. D. & Practicus, circa A. 1597., Hamburgenſis. *T. II. p. 479. 480.*

Joh. Chriſtoph. LINEKOGEL, Hildeſienſis, Paſtor ruralis in Wagria Gikovienſis, M. A. 1717. *T. II. p. 480.*

Joh. LINOVIUS, Lubecenſis, Scholæ initio Regiomonti Kniphovianæ, & deinde, ab A. 1634., Lubecenſis, Præceptor, M. d 7. Sept. A. 1663., æt. 61. *T. I. p. 345.*

Sever. LINTRUPIUS, Lintrupia Cimber, Scholæ in Norwagia Bergenſis, ab A. 1696. ad 1702., Rector, Communitatis Acad Hafnienſis regiæ, ab A. 1703., Præpoſitus, Eloqv. in eadem, ab A. 1707., Profeſſor, ſimulqve Secretarius Academicus, & Epiſcopus tandem, ab A. 1720.. in Jutia Wiburgenſis. *T. I. p. 346-351.*

Joh. Georg. a LINTZEN, Lubecenſis, J. U. Lic. & Secretarius Cameræ Saxo-Lauenburgicus, M A. 1678., æt. 27. *T. I. p. 351.*

Joh. Mart. LIPENIUS, Lubecenſis, J. U. D. & in patria, circa A. 1721., Practicus. *T. I. p. 351.*

M. Mart. LIPENIUS, Gortza Marchicus, Ord Philoſ. Witebergenſis, ab A. 1658., Aſſeſſor, Gymnaſii Saxo-Halenſis, ab A. 1659., Conrector, Stettinenſis, ab A. 1673., Rector & Profeſſor, Scholæqve tandem Lubecenſis, ab A. 1676., Conrector, M. d 6. Nov. A. 1692., æt. 62. *T. II. p. 480-483.*

Chriſtoph. a LIPPE, Roſtochienſis, J. U. D., Wilhelmi, Ducis Curlandiæ, ab A. 1614., Conſiliarius, Advocatus, circa A. 1618., Roſtochienſis, Sophiæ, Friderici II., Regis Danici, viduæ, ab A. 1619., Conſiliarius, &, ab A. 1625., Cancellarius, tandemqve Chriſt. IV. & Frid. III., Regum Daniæ, Conſiliarius, Hatherslebiæ, ab A. 1631., Sleſvigo-Holſaticus, M. d. 24. Apr. A. 1652., æt. 67. *T. II. p. 483. 484.*

M. Dan. LIPPIUS Jun., Lubecenſis, Scholæ Wismarienſis, ab A 1675. ad 1677., Conrector, Lubecæ deinde commoratus, & A. 1688. ſuperſtes. *T. I. p. 351.*

Jac. LIPPIUS, Lubecenſis, Templi cathedr. in patria, ab A. 1667., Eccleſiaſtes, M. d. 24. Dec. A. 1674., æt. 36. *T. I. p. 351.*

Chriſtoph. LIPSTORPIUS, Lubecenſis, Med. D. & in patria, ab A. 1658., Practicus, Poliater, ab A. 1661, Stadenſis, & Medicus tandem, ab A. 1683., Hamburgenſis, M. d. 17. Aug. A. 1690., æt. 56. *T. I. p. 351.*

Dan. LIPSTORPIUS Jun., Lubecenſis, J. U. D., Wilhelmi IV., Ducis Saxo-Vinar., Mathematicus, ab A. 1653. ad 1656., aulicus, filiorumqve illius Ephorus, Juris Profeſſor, ab A. 1662., Upſalienſis, Curiæ ſupremæ in Batavia Hagenſis, ab A. 1672., Advocatus, & JCtus tandem, ab A. 1675., Lubecenſis, M. d. 1. Sept. A. 1684., æt. 53. *T. I. p. 352 353.*

M. Dan. LIPSTORPIUS III., Upſalia Svecus, Lubecæ educatus, Athenæi regii Bremenſis, ab A. 1692., Conrector, &, ab A. 1694., Rector, M. d. 17. Dec. A. 1695., æt. 32. *T. II. p. 484.*

Guſt. Dan. LIPSTORPIUS, Stadenſis, Hamburgi educatus, Med. D. & Poliater, ab A 1689., Stadenſis, A. 1711 ſuperſtes. *T. II. p. 484.*

Henr. LIPSTORPIUS, Roſtochienſis, Med. D. & Practicus, ab A. 1694., Lubecenſis, M. d. 9. Febr. A. 1701., æt. 35. *T. II. p. 484.*

M. Herm. LIPSTORPIUS, Lubecenſis, Scholæ Berolinenſis, ab A. 1590., Rector, Templi vero Lubecenſis Petrini, ab A. 1590., Diaconus, &, ab A. 1602., Paſtor, M. d. 3. Jun. A. 1610., æt. 45. *T. I. p. 353.*

Herm. LIPSTORPIUS Jun., Lubecenſis, J. U. C. a. A. 1617. *T. I. p. 353.*

Dav. LOBECHIUS, Hamburgenſis, Th. D., Roſtochii, ab A. 1589., ædis Petrinæ, &, ab A. 1591, Jacobææ, Diaconus, hujus, ab A. 1592, Archidiaconus, ſimulqve, ab A. 1594., Theol. Profeſſor Academicus, M. d. 14. Sept. A. 1603., æt. 43. *T. I. p. 353. 354.*

Valent. LÖBERUS, Erfurtenſis, Med. D. & Practicus, ab A. 1658., Hamburgenſis, deinde vero, ab A. 1661., Ducatus urbisqve Verdenſis Phyſicus, A. 1671. ſuperſtes. *T. II. p. 484.*

M. Matthias LOBETANZ I., Huſenſis, Paſtor in Nordſtrandia, ab A. 1618., Gaikebüllenſis, &, ab A. 1625., Cathrinherdenſis in Eiderſtadia. *T. I. p. 355.*

M. Matthias LOBETANZ II., Strandfriſius, Eccleſiarum Femariæ, ab A. 1653., Inſpector, ſimulqve oppidi in ea Burgenſis Paſtor, M. A. 1693., æt. 71. *T. I. p. 355. 356.*

M. Matthias LOBENTANZ III., Burga Femarienſis, Philoſ. & Hiſt. Lit. Profeſſor Gryphiswaldenſis, ab A. 1702., extraordinarius, Ord. Philoſ. Kilonienſis, circa A. 1704., Aſſeſſor, Paſtorqve deinde, ab A. 1706., in Stormaria Haſelovienſis, &, circa A. 1714., Sandisnebenſis. *T. I. p. 356.*

Joh. LOCCENIUS Itzehoenſis, J. U. D., Profeſſor, in Academia Upſalienſi, ab A. 1625., Hiſtoriæ extraordinarius, ab A. 1627. Eloq. & Polit Skyttianus, deinde Hiſt. & Juris Civ. ordinarius, ſimulqve Bibliothecæ Præfectus Academicæ, tandem vero Juris Svedici Profeſſor honorarius, ſimulqve Hiſtoriographus Svecicus & Collegii Antiqvitatum Præſes, M. d. 27. Jul. A. 1677., æt. 80. *T. I. p. 356-359.*

Henr. LOCHOU, Hamburgenſis, J. U. Lic., patriæ, ab A. 1710., Senator, M. M Mart. A. 1722. *T. I. p. 359.*

Chriſt. LODBERGIUS, Lodberga Jutus, Th. D., e Milite erudito Hiſpanico & Gallico Hiſtor. Profeſſor, ab A. 1663., Soranus, Georgii, Principis Danici, ab A. 1665., Ephorus, &, ab A. 1667., in itinere, Eccleſiaſtes, Paſtor & Præpoſitus, ab A. 1671., Roeſchildenſis, & Epiſcopus tandem atqve Canonicus, ab A. 1681., Ripenſis, M. d. 12. Jun. A. 1693, æt. 68. *T. II. p. 484. 485.*

Jac. LODBERGIUS, Roeſchildenſis, Scholæ Ripenſis Præceptor, Theol Lector, ab A. 1699., Aarhuſienſis, Paſtor & Præpoſitus, ab A. 1703., in Norwagia Chriſtianienſis, Paſtor Hafniæ, ab A. 1707., Nicolaitanus, Paſtor & Præpoſitus ibidem, ab A. 1711., Marianus, & Epiſcopus, ab A. 1717., Ottonienſis, A. 1722. ſuperſtes. *T. II. p. 485. 486.*

Janus LODBERGIUS, Roeſchildenſis, Ripis educatus, Med D. A. 1707. creatus. *T. II. p. 486.*

Georg. LOFHAGEN, Lenzena Marchicus, Med. D. & Practicus, circa A. 1697., in Duc. Megap. Boitzenburgenſis, circa A. 1704. autem Tonningenſis. *T. II. p. 486.*

M. Andr. LOHMANN, Itzehoenſis, Paſtor in Saxonia, prope Witebergam, circa A. 1677., Apollensdorfienſis. *T. I. p. 359.*

Georg. LOHMANN, Paſtor in Wagria, circa A. 1678., Curovienſis. *T. I. p. 359.*

Hartwigus LOHMANN, Secretarius, ab A. 1616., Flensburgenſis, Svabſtediæ A. 1622. & 1623. exul, Ducatibus Cimbricis A. 1624., ob heterodoxiam ejectus, Medicus tandem, circa A. 1635., Hafnienſis. *T. I. p. 359-361.*

Tob. LONCIUS, J. U. Lic. & Practicus, circa A. 1601., Hamburgenſis, A. 1617. ſuperſtes. *T. II. p. 486.*

Andr. LONNERUS I., Dithmarſus, Diaconus, ab A. 1591., Tonningenſis, deinde Paſtor in Nordſtrandia Konigsbüllenſis, & tandem, ab A. 1607., Gardingenſis, M. A. 1623. *T. I. p. 361.*

M. Andr. LONNERUS II., Strandfriſius, Diaconus, circa A. 1637., & deinde Paſtor *Gardingenſis*, ſimulqve, ab A. 1653., Præpoſitus Eiderſtadienſis, M. d. 22. Nov. A. 1676. *T. I. p. 361.*

M. Andr. LONNERUS III., Gardingenſis, patriæ, ab A. 1675., Paſtor, M. A. 1688. *T. I. p. 361. 362.*

Herm. LONNERUS Sen, Lippia Weſtphalus, Diaconus, ab A. 1564., in Dithmarſia Londinenſis, A. 1570. ſuperſtes. *T. II. p. 486.*

Herm. LONNERUS Jun, Strandfriſius, Suſati in Weſtphalia Gymnaſii, circa A. 1620., Lector, ac deinde Eccleſiaſtes Georgianus, tandem vero Paſtor, circa A. 1647., in Eiderſtadia Totenbüllenſis *T. I. p. 362.*

M. Henr.

M.Henr. LOOFIUS, Lubecenſis, Pædagogii Stettin., ab A. 1662., Conrect., ſimulq; Lingvæ Græcæ ac Poeſeos Prof., A. 1666 ſuperſtes. T. I p. 362.

Aggæus LORENZ, Templi Militum præſidiariorum Tonningenſis, circa A. 1707., Cantor. T. I p. 352.

Johanna LORENTZINN ab Adlershelm, Hamburgenſis, Wenceſl. Weichardi, Comitis ab Oppersdorf, conjux, poſt divortium Erfurti commorata & A. 1680. mortua. T. I. p. 362.

Georg. LORICHIUS, Marpurgenſis Johannis ſen., Ducis Holſat. Conſiliar. intimus, & JCtus deinde Flensburgenſis, A. 1589. ſuperſtes. T. II. p. 485.

Melch. LORICHIUS, Flensburgenſis, Pictor celeberrimus, in Germania, Belgio, Gallia, Italia, Græcia, aulisqve Cæſarea & Turcica, diu verſatus, A. 1580. ſuperſtes. T. I. p. 362. 303.

M. Job. Juſtus LOSIUS, Hildeſienſis, Scholæ Wernigerod. Rector, privatim deinde Kilonii, c. A. 1722., commoratus. T. II. p. 486.

Hieron. LOSSIUS, Lüneburgenſis, Paſtor in Wagria Oldenburgenſis, M. d. 11. Febr. A. 1652. T. II. p. 487.

Chriſtoph. Joach. LOSSOVIUS, Regiomonto Boruſſus, Med. D. & Practicus Hamburgenſis ac Sleſvicenſis, aulæqve ſimul Gottorpienſis Medicus, Hamburgi A. 1716. ſuperſtes. T. II. p. 487.

Clem. LOSSOU, Ord. Præd., Theol. Lector & Concionator, c. A. 1483., Hamburg. Johanneus, ac, c. A. 1486., Halberſt. T. II p. 487.

Job LOVIS, Hamburgenſis, J. U. D. & patriæ, ab A. 1717., Senator, M. M. Apr. A. 1721. T. I. p. 363.

Elias Ben Arje LÖW, Cobrino Lituanus, Judæus, circa A. 1715., Hamburgenſis. T. II. p. 487.

R. Jehuda LÖW, Judæor. Hamburgenſium Doctor, M. A. 171 . T. II. p. 487.

Job. de LOWVAIN, Hamburgenſis, Med. D. & in patria Practicus, A. 1716. ſuperſtes. T. I p. 363.

Henr. LUBBERTUS, Lubecenſis, Paſtor, in ditione patriæ, ab A. 1670., Böhlendorfienſis, M. d. 23. Maji A. 1703., æt. 63. T. I. p. 363. 364.

M. Job LUBBERTUS, Roſtoch., Paſt. in Holſatia, ab A. 1595., Hademarſ., & deinde, circa A. 1617., in Dithmarſia, Altenwurdenſ. T. II. p. 487.

Sam LüBECK, Scholæ Brunsbüttelanæ circa A. 1651., & Meldorpienſis circa A. 1664., Rector. T. I p. 364.

Staniſl. LUBIENICIUS, Racovienſis, Eqves Polonus Socinianus, Symmyſta, ab A. 1652., Siedliskienſis, & paulo poſt Paſtor Czarcovienſis, ab A. deinde 1655. in Polonia, Boruſſia, Pomerania & Dania, exul, tandemq; Friderici III., Regis Daniæ, ab A. 1661., Referendarius, Hamb. & Altonaviæ commoratus, M. d. 18. Maji A. 1675., æt. 52. T. II. p. 487-493.

Job. LUCHTENMAKER, Hamburgenſis, vici Grunenſis in Miſnia, circa A. 1 7 ., Paſtor. T. I. p. 364.

Pet. LüCKE, Nobilis Danus, Epiſcop., ab A. 1409., Ripenſis, & Archiepiſcop. deinde, ab A. 1418., in Scania Lundenſis, M. A. 1436. T. II. p. 493.

Mummius LüDDENS, Catrinherda Eiderſtad., Med. D. & Practicus, ab A. 168 ., Tonningenſis, ſimulq; urbis, circa A. 1698., Conſul. T. I p. 364.

M. Mart. LüDEMANNUS, Scheppenſtadio Brunſvic., Log. & Metaph. in Gymnaſio Hamburgenſi, ab A. 1629., Prof., & Inſulæ deinde Albis Altwerderanæ, ab A. 1639., Paſtor, M. d. 5. Aug. A. 167 . T. II. p. 493-494.

Laur. LUDENIUS Sen., Paſtor in Dithmarſia, circa A. 1607., Weddingſtedenſis T. I. p. 364.

Laur. LUDENIUS Jun., Eckernfördenſis, J. U. D. Poeſeos & Hiſtor. ab A. 1615., Math. ab A. 1618., Eth. autem & Hiſtor. ab A. 162 , in Acad. Gryphiswaldenſi, tandemqve, ab A. circiter 1633., Juris, Eloqv. ac Poeſ., in Dorpatenſi, Profeſſor, ac ſimul Acad. Bibliothecarius, M. d. 1 Apr. A. 1654., æt. 62. T. I. p. 364. 365. 366.

Melch. LUDENIUS, Scholæ Rendesburgenſis, circa A. 1625., Rector, Diaconus autem in Dithmarſia, circa A. 1627., Hemmenſis, ac, circa A. 1637., Heidenſis. T. I. p. 366.

Pet. LUDENIUS, Eckernfordenſ., Paſt., circa A. 1625., Weddingſtedenſis, ſimulq; Dithmarſiæ borealis, circa A. 1637., Præpoſitus. T. I. p. 366. 367.

Ant. LüDERS, Hamburgenſis, Med. D. & in patria Practicus, A. 1716. ſuperſtes T. I. p. 367.

Garleſus LüDERS, Filiarum Friderici IV., Ducis Holſato-Gottorp., Præceptor, M. A. 1648., æt. 48 T. I p. 36 .

M. Gerh LüDERS, Hamburgenſ., Theol., circa A. 1718., Studioſ. T. I p. 367.

Marcus LüDERS, Buxtehudenſis, Advocatus, ab A. 1602., Sleſvicenſis, Auguſtæ Danicæ, Viduæ Holſaticæ, Secretarius Huſæ, ab A. 1616., intimus, & tandem Friderici, Ducis Holſato-Gottorp., Conſiliarius, ſimulqve, ab A. 1639. ad 1643., Præfecturæ Huſenſis Adminiſtrator, M. d. 4 Sept. A. 1650., æt. 84. T. II. p. 494

Job. LUDERUS, Paſtor in Stormaria, circa A. 1632., Hohenaſpenſis, A. 1647. ſuperſtes. T. I. p. 367.

Job. LUDERUS, Lubecenſis, Med. D. & in patria, ab A. 1663., Practicus, M. d. 22 Mart. A. 1675., æt. 44. T. I. p. 367.

LUDGERUS Friſius, Monachus, ab A. 760., Benedictinus Trajectenſis, Friſiorumqve Apoſtolus, Presbyter, ab A. 777., Oſtergoenſis, Romæ, Caſſini & Beneventi ab A. 784., exul, Friſiorum, ab A. 787. atqve, hos inter Helgolandorum circa A. 790., iterum Doctor, Monaſterii in Comitatu Marcano Werthinenſis, ab A. circiter 788., conditor & Abbas, & Eccleſiæ tandem Monaſterienſis, ab A. circiter 794., Antiſtes, ac, ab A. circiter 805., Epiſcopus, M. d. 26. Mart. A. C. 809. T. II. p. 494-499

Job LUDINGHAUSEN, Lubecenſis, patriæ. ab A. 1573., Senator, &, ab A. 1580., Conſul, M. d. 11. Mart. A. 1589. T. I. p. 367.

Job. LUIS, Hamburgenſis, J. U. D. & in patria, circa A. 1719., Practicus. T. I. p. 367.

M. Georg LUNDIUS, Flensburgenſis, Scholæ patriæ, ab A. 1705., Conrector & Paſtor Prezenſis ab A. 1706., M. 10. Jun. 1722 T. I. p. 367.

M. Job. LUNDIUS Sen., Flensburgenſis, Johannis, Principis Danici, Eccleſiaſtes, in itinere Ruſſico, circa A. 1602., aulicus, & Paſtor deinde in Norwagia, circa A. 1618., Maglebyenſis. T. I. p. 367. 368.

Job. LUNDIUS Jun., Flensburgenſis, Diaconus, ab A. 16 4., Tunderenſis, M. d. 13. Sept. A. 1686., æt. 48. T. I. p. 368.

M. Thom. LUNDIUS Sen., Flensburgenſis, Scholæ patriæ Cantor, &, ab A. 1615. ad 1625., Conrector, deinde vero Paſtor Germanorum Helſingoranus, A. 1634. ſuperſtes T. I. p. 368. 369.

Thom. LUNDIUS Jun., Flensburgenſis, Diaconus patriæ, ab A. 1672., Marianus, M. d. 27. Sept. A. 1693., æt. 51. T. I. p. 369.

Thom. LUNDIUS Tunderenſis, Paſtor ab A. c. 1702. Horsbüllenſis. T. I. p. 369.

Zach. LUNDIUS, Nybela Sundevithanus, Scholæ Herlovianæ, ab A. 1646., Rector, deinde Bibliothecæ Seefeldianæ Præfectus, ac tandem Frid. III., Regis Danici, Secretarius, Vicariusqve Aarhuſienſis, M. d. 8. Jun. A. 1667., æt. 59. T. I. p. 369-372.

Alex. LüNEBURG, Lubecenſis, patriæ, ab A. 1590., Senator, &, ab A. 1599., Conſul, M. d. 15. Apr. A. 1627., æt. 67. T. I. p. 372.

Jac. LUPIUS, Dithmarſus, A. 1645. ſuperſtes. T. I. p. 372.

M. Ern. Gottlieb. LuSCHNERUS, Gedanenſis, Vici Elmeshornenſis ab A. 1698., & deinde Templi Corporis Chriſti Gedanenſis, ab A. 1706., Eccleſiaſtes. T. II. p. 500.

Car. Frid. LUTHERUS, Uratislavienſis, Med. D. & Practicus Profeſſorq;, ab A. 1702., Kilonienſis, ab A. autem 1705. Stettinenſis, Statusq; per Pomeraniam Svedicam regii Medicus, A. 1719. ſuperſtes. T. II. p. 500.

Dan. LUTHERUS, Weſtphalus, Paſtor, ab A. 1649., Breclumenſis, A. 1670. ſuperſtes. T. II. p. 500.

Job. LüTHKEN, Paſtor, ab A. 1530., primus Templi cathedr. Lubecenſis Lutheranus, & Superintendens deinde, ab A. circiter 1550., Stendalienſis. T. II p. 500. 501.

Barth LUTHMANN, Cœnobii Lubecenſis Johannei, ab A. 1604 Eccl. M. d. 28. Nov. 1631. T. I. p. 372.

Dan LüTKEMANNUS, c. A. 1639. T. I. p. 372.

M. Timoth. LüTKEMANNUS, Malchino Megapolitanus, patriæ, circa A. 1699., Paſtor, Diaconus, ab A. 1700., Tonningenſis, Eccleſiaſtes aulicus, ab A. 1703., Gottorpienſis, ac templi tandem Germanorum Holmiæ, ab A. 1706., Paſtor, A. 1715. ſuperſtes. T. II. p. 501.

Gerh. LüTKENS, Hamburgenſis, J. U. L., M. d. 19. Jan. A. 1697. T. I. p. 372.

M. Georg. LüTKENS, Hamburgenſis (c. A. 1685.) T. I. p. 372.

M. Nicol. LüTKENS, Hamburgenſis, Paſtor, ab A. 1711., Billkirchenſis in Billwerderia, A. 1722. ſuperſtes. T. I. p. 372.

Pet. LüTKENS Sen., Hamburgenſis, J. U. Lic., patriæ, ab A. 1641., Senator, &, ab A. 1654. ad 1666., Conſul, Vindobonæ deinde commoratus & mortuus d. 28. Maji A. 1670., æt. 67. T. I. p. 372.

Pet. LüTKENS Jun., Hamburgenſis, J. U. Lic., patriæ, ab A. 1678., Senator, &, ab A. 1687., Conſul, M. d. 28. Aug. A. 1717., æt. 82. T. I. p. 273.

Pet LüTKENS ~~III., Hamburgenſis~~, J. U. D. & in patria, circa A. 1719., Practicus. T. I. p. 273.

Job. LUTTERLOH, Lubecenſis, J. U. Lic. & Practicus, circa A. 1704., in Duc. Luneb., Cellenſis T. I. p. 373.

Mart. LYDIUS, Lubecenſis, Th. D., Profeſſor initio Heidelbergenſis & Collegii Sapientiæ Director, deinde Paſtor, ab A. 1576., Amſtelodamenſis, ac tandem Theol., in Acad. Franeqverana, Profeſſor, ab A. 1586., primus & primarius. M. d. 27. Jun. A. 1601. T. I. p. 373. 374.

Jac. LYRA, Gildershemio Grubenhagicus, Inſulæ Föhrenſis, circa A. 1668., Eccleſiaſtes. T. II. p. 501.

Henr. LYSIUS, Flensburgenſis, e Theol. Studioſo patriæ Mercator, deinde Theol. Doctor & Profeſſor Regiomonti, ab A. 1702., extraordinarius, &, ab A. 1709., ordinarius, ſimulqve Scholæ illuſtris, ab A. 1702., Director, Concionator Arcis Regiomontanæ, ab A. 1714., aulicus, Conſiliarius Regis Pruſſiæ eccleſiaſticus, Eccleſiarum Pruſſiæ Lituanicarum Ephorus, & Synagogæ Judæorum Regiomontanæ Inſpector, A. 1723 ſuperſtes. T. I. p. 374. 375.

Job. LYSIUS Jun., Flensburgenſis, pagi in Marchia Brandeburgica Hohenſienenſis. ab A. 1698., Parochus, & ædis deinde Georgianæ, in Suburbio regio Berolinenſi, ab A. 1700., Diaconus ac mox Paſtor, M. d. 15. Oct. A. 1716., æt. 41. T. I. p. 375. 376.

M.

Joh Reinholdus MACKIUS, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, circa A. 1716., Practicus. T. I. p. 376.

M. Steph. MACROPUS, Andreæmontanus, Itzehoæ A. 1599., Lubecæ autem A. 1603., commoratus. T. II. p. 501.

Hiobus MAGDEBURGUS, Annæberga Miſnicus, Scholæ Fribergenſis, ab A. 1537., Præceptor, Miſenenſis, ab A. 1543. ad 1569., Subrector, Lubecenſis, ab 1570., Rector, Principum juniorum Megapolitanorum Sverini, ab A. 1574., Ephorus, & Scholæ tandem Fribergenſis Rector, M. d. 20. Febr. A. 1595., æt. 77. T. II. p. 501-503.

Joach. MAGDEBURGUS, Gardelegienſis, Eccleſiaſtes Soltqvellanus, Diaconus, ab A. 1552. ad 1558., Hamburgenſis Petrinus, Exul Flacianus ab A. 1558. per Germaniam vagabundus, & Arcis tandem Grafwerdenſis, circa A. 1580., Concionator. T. II p. 503.

Job. MAGDEBURGUS, Gardelegienſis, Diaconus, circa A. 1556., in Dithmarſia Londinenſis, & deinde, ab A. 1563., Hamburgenſis Catharinæus, M. d. 6 Sept. A. 1565. T. II. p. 503. 504.

Mich. MAIERUS, Rendesburgenſis, Com. Pal. Cæſ., Med. D. & Practicus, circa A. 1597., Roſtochienſis, Rudolphi II. Imp., ad A. usqve circiter 1612., & deinde Mauritii, Landg. Haſſo-Caſſellani, circa A. 1610., Archiater, ac Medicus tandem, circa A. 1620., Magdeburgenſis, M. A. 1622., æt. 54. T. I. p. 376-380.

Joh. Dan. MAJOR, Uratiſlavienſis, Med. D. & Practicus, ab A. 1661., Witebergenſis, ac, ab A. 1664, Hamburgenſis, poſteaqve Profeſſor ejusdem, ab A. 1665., Kilonienſis, ac ſimul Chriſt. Alb., Ducis Holſato-Gottorp., & Aug. Frid., Epiſcopi Lubec., Archiater, Holmiæ Svecorum d. Aug. A. C. 1693., æt. 59., mortuus. *T. II. p. 504-521.*

Joh. MAJUS, Argentinenſis, Med. D. & Practicus, circa A. 1698. ac 1704., Hamburgenſis. *T. II. p. 521.*

Joh. Burch. MAJUS, Pfortzhemio-Badenſis, Hiſt. in Gymn. Durlaceno, & deinde, ab A. 1693., Eloqv. ac Hiſt., in Acad. Kilonienſi, Profeſſor, A. 1723 ſuperſtes. *T. II. p. 521-524.*

Henr. MAKENS, Hamburgenſis, J. U. D. (c. A. 1702.) *T. I. p. 380.*

Pet. MALTZAN, Eccleſiaſtes in Wagria, circa A. 1670., Lutkenburgenſis. *T. I. p. 380.*

Georg. Andr. MANCINUS, Flensburgenſis, J. U. Lic., Profeſſor, circa A. 1688., Heidelbergenſis, Studiorum Friderici Jun., Principis Saxo-Gothani, ab A. 1689. ad 1693., Ephorus, & Advocatus deinde Gothanus, M. A. 1708. *T. I. p. 380.*

Joh. Alb. a MANDELSLOH, Schöneberga Ratzeburgicus, Eqves Megapol., Friderici, Ducis Holſato-Gottorp., Nobilis Cubicularius, Legatorumqve illius in Ruſſiam & Perſiam, ab A. 1633. ad 1638. comes ac Stabuli Præfectus, in India deinde etiam peregrinatus, ac turmæ tandem Eqvitum, in exercitu Gallico, ductor, M. d. 15. Maji A. 1644., æt. 28. *T. II. p. 524. 525.*

MOSES BEN MANOACH, Judæus, circa A. 1711., Hamburgenſis. *T. II. p. 525.*

Thom. Wilh. MARBOURG, Lüneburgenſis, Med. D. & Practicus, circa A. 1716., Hamburgenſis. *T. II. p. 525.*

MARCELLINUS, Brigantius Anglus, Monachus & Presbyter Benedictinus Eboracenſis, Friſiorum, Belgarum & Cimbrorum, ab A. 690., Apoſtolus, Monachus deinde Cœnobii S. Salvatoris Trajectinus, & Tranſiſalanorum tandem Doctor evangelicus, A. 760. ſuperſtes. *T. II. p. 525. 526. 527.*

Caſp. MARCHIUS Sen., Stettino vel Pencumia Pomeranus, Med. D., Matheſeos ab A. 1649., & poſtea etiam Chymiæ, Profeſſor Gryphiswaldenſis, Medicinæ & Matheſeos, ab A. 1657., Roſtochienſis, ac Medicinæ ſolius, ab A. 1665., Kilonienſis primus & primarius, ſimulqve Archiater Holſato-Gottorpienſis, tandem vero, ab A. 1673., Frid. Wilh., Elect. Brandeb., Conſiliarius & Archiater, M. d. 26. Oct. A. 1677. *T. II. p. 527. 528*

Caſp. MARCHIUS Jun., Gryphiswaldenſis vel Berolinenſis, Med. D. & Practicus in exercitu Brandeburgico, circa A. 1675., caſtrenſis, ac, ab A. 1678., Bredanus, Frid. Wilh., Elect. Brandeb., Medicus, ab A. 1682. aulicus, &, ab A. 1685., Conſiliarius atqve Archiater, Medicus, ab A. 1692., Hamburgenſis, & Medicinæ tandem Profeſſor, ab A. 1700., Gryphiswaldenſis, M. d. 29. Maji A. 1706., æt. 52. *T. II. p. 529.*

Dethl. MARCMANN, Neoſtadio Holſatus, J. U. D., Advocatus ab A. 1662., & Senator, ab A. 1674., Roſtochienſis, A. 1706. ſuperſtes. *T. I. p. 380.*

Joſias MARCUS, Torgenſis, J. U. D., Scholæ Jenenſis Præceptor, Conſiliarius, ab A. 1565., Arnſtadii Schwartzburgicus, &, ab A. 1570., Saxo-Vinarienſis, ſimulqve Juris Profeſſor Jenenſis, Procancellarius, ab A. 1574., Brunſvico-Gvelpherbytanus, &, ab A. 1578., Holſato-Gottorpienſis, tandemqve, ab A. 1585. ad 1593., Conſiliarius iterum Saxo-Vinarienſis, & Conſiſtorii eccles. Præſes, M. Jenæ d. 28. Mart. A. 1599., æt. 72. *T. II. p. 529. 530.*

Aaron MARGALITHA, Solcovia Polonus ſeu Ruſſus, Judæorum in Polonia doctor, Reformatus deinde, & Antiqq. Jud. in Acad. Francofurtana ad Viadrum Profeſſor, tandem, ab A. 1712., Lutheranus, Hamburgi, Flensburgi, alibiqve, in Cimbria, commoratus. *T. II. p. 530.*

MARIA ELISABETHA, Joh. Georgii I., Elect., Saxon., filia, Dresdæ A. 1610. nata, Friderici, Ducis Holſato-Gottorp., ab A. 1630., Conjux, &, ab A. 1659., Vidua, Huſæ commorata, M. d. 24. Jan. A. 1684., æt. 73. *T. II. p. 530.*

M. Bernh. Gvalth. MARPERGER, Holſatus, Eccleſiaſtes Noribergenſis, circa A. 1706., Ægidianus, & deinde Sebaldinus, Paſtor autem, circa A. 1715., Ægidianus, A. 1720. ſuperſtes. *T. I. p. 380.*

Paulus Jac. MARPERGER, Notarius publicus Lubecenſis, patria Noribergenſis, Conſiliarius deinde Commerciorum Berolini, ab A. circiter 1710., Pruſſicus, & Dresdæ, circa A. 1716., Electoralis Saxonicus, A. 1722. ſuperſtes. *T. II. p. 530-533.*

Gotbardus MARQVARDUS Jun., Lubecenſis, patriæ, ab A. 1692., Secretarius, M. d. 31. Aug. A. 1694. *T. I. p. 381.*

Gotb. Joh MARQVARDUS, Lubecenſis, J. U. D., Protodicaſterii Germaniæ Spirenſis, ab A. 1671., Advocatus, & ejusdem ab A. 1675., ſicut & Wetzlarienſis, ab A. 1690., Procurator, M. d. 27. Jul. A. 1710., æt. 66. *T. I. p. 381.*

Joh. MARQVARDUS, Lubecenſis, J. U. D. & Eqves D. Marci, patriæ, ab A. 1640., Senator, &, ab A. 166., Conſul, M. d. 11. Aug. A. 1668., æt. 58. *T. I. p. 381. 382.*

Otto Chriſtoph. MARQVARDUS, Lubecenſis, J. U. D., Tribunalis Svedici Wismarienſis, ab A. 1670., Advocatus, M. d. 16. Dec. A. 1766., æt. 35. *T. I. p. 382.*

Frid. MARTENS, Hamburgenſis, patriæ Chirurgus, in Grönlandiam A. 1671. profectus, & A. 1675. ſuperſtes. *T. I. p. 382.*

Henr. MARTENS, Hamburgenſis, J. U. Lic., A. 1684. ſuperſtes. *T. I. p. 382.*

Gabr. MARTIANUS, Panormo Siculus, e Theol. Profeſſore Cremenſi Pontificio Lutheranus, Lingvæ Italicæ A. 1697. Lubecæ, & A. 1698. Roſtochii, Doctor, Profeſſorqve deinde Stettini A. 1704., & Wittebergæ, ab A. 1706., extraordinarius, A. 1710. ſuperſtes. *T. II. p. 533.*

Bened. MARTINI, Trenta Prezenſis, Paſtor, ab A. 1631., in Duc. Megap. Bentwiſchenſis, &, ab A. 1637., prope Eckernfördam, Coſellenſis, tandem vero Sleſvigæ Templi cathedr., ab A. 1646., Archidiaconus, &, ab A. 1667, Paſtor, M. d. 10 Oct. A. 1685, æt. 78. *T. I p. 382. 383.*

Chriſtoph. MARTINI, Anhaltinus, Hamburgi, circa A. 1682., commoratus. *T. II. p. 533.*

Franc. MARTINI, Paſtor, circa A. 1717., in Wagria Hanſvenenſis. *T. I. p. 381.*

Gothofr. MARTINI, J. U. D. & Practicus, circa A. 1704, Hamburgenſis. *T. II. p. 533.*

Jac. MARTINI Sen., Lauenburgenſis Saxo, Med. D. & Practicus, circa A. 1636., Hamburgenſis, ac antea forſan Poliater, ad A. usqve 1627., Lubecenſis. *T. II. p. 534.*

Jac. MARTINI Jun., Hamburgenſis, Med. D, & in patria Practicus, M. A. 1679. *T. I. p. 383.*

Joh. MARTINI, Iſenaco Thuringus, *LL.* Stud., in Holſatia, circa A. 1621., commoratus, deinde Ott. Platii, Circuli Sax. infer. Strategi, Secretarius, circa A. 1626., militaris. *T. II. p. 534.*

Nicol. MARTINI, Bentwiſchia Megapolitanus, J. U. D., Politices ab A. 1666., & Juris præterea, ab A. 1671., Profeſſor Kilonienſis, ſimulqve Alumnorum ducalium, ab A. 1694., Ephorus, Conſiliarius Juſtitiæ, ab A. 1699., Holſato-Gottorpienſis, & Acad. Kilon., ab A. 1704., Procancellarius, tandemqve Senior, M. d. 13. Nov. A. 1713., æt. 82. *T. II. p. 534. 535. 536.*

Paulus MARTINI OSTRUPIUS, Oſtrupio Cimber, Th. D., Scholæ Ripenſis, ab A. 1605., Rector, Profeſſor Acad. Hafnienſis, ab A. 1610., Pædagogicus, & Epiſcopus tandem, ab A. 1611., in Scania Lundenſis, M. d. 4. Nov. A. 1619., æt. 43. *T. II. p. 536.*

Matthias Cæſar MARTIUS a Craesbeke, Mauritii, Landgravii Haſſo-Caſſellani, Conſiliarius, Cameræ Director & Metallicorum Præfectus, in aula deinde, circa A. 1633., commoratus Gottorpienſi. *T. II. p. 536. 537.*

M. Henr. MASIUS Sen., Femarienſis, oppidi in Femaria Burgenſis Eccleſiaſtes, M. A. 1629. *T. I. p. 383.*

Henr. MASIUS Jun., Femarienſis, Scholæ Flensburgenſis ab A. 1678., & Sleſvicenſis, ab A. 1682., Conrector, Rector autem, ab A. 1685., Sleſvicenſis, &, ab A. 1687., Sverinenſis, A. 1701. ſuperſtes. *T. I. p. 383.*

Joh. MASIUS, Glückſtadienſis, Med. D. & Profeſſor Regiomontanus, ab A. 1640., extraordinarius, M. d. 14. Jun. A. 1642. *T. I. p. 383.*

Nicol. Henr. MASIUS, Slagsdorfio Ratzeburgicus, Friderici, Comitis ab Alefeld, initio Conſiliarius, ditionumqve Inſpector, deinde Cancellariæ in Cimbria Danicæ, tum Glückſtadienſis ab A. 1694., tum Sleſvicenſis ab A. 1713., Senator, ſimulqve Præfecturæ Steinburgenſis Juſtitiarius & Conſiliarius tandem Status publici, M. d. 16. Dec. A. 1719., æt. 63. *T. II. p. 537.*

Nic. Laur. MASIUS, Hamburgenſis, Med. Lic. A. 1684. creatus. *T. I p. 383.*

M. Pet. MASIUS, Hamburgenſis, ædis D. Margaretæ, in tractu Wilſtrienſi, circa A. 1696., Paſtor, A. 1708. ſuperſtes. *T. I. p. 383.*

Pet. a MASTRICHT, Colonienſis, Th. D., Paſtor Reformatus in Clivia Xanthenſis, & poſtea Glückſtadienſis, Theol. deinde ac L. Hebr., in Academia ad Viadrum Francofurtana, ab A. 1668., in Duisburgenſi ab A. 1670., ac tandem Theologiæ ſolius, in Ultrajectina, ab A. 1677., Profeſſor, M. d. 10. Febr. A 1706., æt. 76. *T. II. p 537. 538.*

Bernh. MATTFELD, Hamburgenſis, J. U. D., patriæ, ab A. 1703., Senator, &, ab A. 1716., Conſul, M. d. 30. Jul. A. 1720., æt. 60. *T. I. p. 383. 384.*

Joh. MATTHESON, Hamburgenſis, Muſicus patriæ, & Legati in ea Anglici Secretarius, nec non, ab A. 1719., Chori aulæ Holſato-Gottorp. Muſici Præfectus, A 1725 ſuperſtes. *T. I. p. 384.*

Chriſt. MATTHIÆ, Meldorpio Dithmarſus, Th. D., Gymnaſii Durlacenſis, ab A. 1614., Rector & Profeſſor Theologus, Theol. Profeſſor Altorfinus, ab A. 1618., primarius, Paſtor, ab A. 1622., Meldorpienſis, ſimulqve Dithmarſiæ auſtralis Superintendens, Theol. Profeſſor & Paſtor, ab A. 162., Soranus, Leidæ, ab A. 1638., exul, Paſtor Lutheranus, ab A. 1641., in Batavia Hagenſis, & Incola tandem urbis Ultrajectinæ, ab A. 1645., privatus, M. d. 22. Jan. A. 1655., æt. 71. *T. I. p. 384-389.*

Franc. Henr. MATTHIASSEN, Ratzeburgenſis, J. U. Lic. & Practicus, circa A. 1698., Lubecenſis, deinde vero Adolphi Friderici, Ducis Strelizio-Megapolitani, Conſiliarius intimus & Conſiliorum Præſes, A. 1720. ſuperſtes. *T. II. p. 538.*

Henn. MATTHIESEN, Hamburgenſis, J. U. Lic. & patriæ, ab A. 1625., Senator, M. d. 25. Jun. A. 1646., æt. 61. *T. I. p. 389.*

M. Jac. MATTHIÆ VELLEJUS, Vedela Jutus, Academiæ Hafn. Profeſſor, ab A. 1565., Pædagogicus, & Ripæ, eodem anno, Scholæ Rector, ab A. autem 1567. Templi cathedr. Paſtor, tandemqve Epiſcopus, ab A. 1588., Ottonienſis, M. d. 24. Sept. A. 1606., æt. 68. *T. II. p. 538-539.*

M. Jeſſenus MATTHIÆ, Hatherslebienſis, Log. & Metaph., in Gymnaſio Norwagiæ Chriſtianienſi, circa A. 1647., Profeſſor, ſimulqve Scholæ urbanæ Rector. *T. I. p. 389.*

M. Joach.

M. Joach. MATTHIÆ, Hamburgenſis, Eccleſiaſtes, ab A. 1641., Weſſelburenſis, M. d. 26. Jul. A. 1652., æt. 36. *T. I. p. 389.*

Paulus MATTHIÆ, Coagia Seelandus, Th D. Lingvarum ab A. 1555., Dialect. autem, circa A. 1560., Profeſſor Hafnienſis, ac poſtea Epiſcopus, ab A. 1562., Ripenſis, &, ab A. 1569, Roeſchildenſis, ſimulqve Theol. Profeſſor Hafnienſis, M. d. 31. Oct. A. 1590., æt. 63. *T. II. p. 539. 540.*

M. Wilh. MATTHIÆ, Paſtor, circa A. 1624., prope Hamburgum, Eppendorſienſis. *T. I. p. 389.*

M. Thom. MAUERUS, Tribulia Sileſius, Scholæ Aſcanienſis ab A. 1560, deinde Serveſtanæ, & paulo poſt, ab A. 1565., Michaelitanæ Lüneburgenſis, Rector, tandemqve, ab A. 1570., Paſtor Lüneburgi Michaelitanus, ac ſimul Epiſcopatuum Lubecenſis & Verdenſis Superintendens, M. d. 10. Aug. A. 1575., æt. 39. *T. II. p. 540. 541.*

Caſp. MAURITIUS, Tunderenſis, Th. D., Gymnaſii Bordesholmenſis, ab A. 1639. ad 1642., Conrector, Roſtochii Logices ab A. 1644., & Theologiæ, ab A. 1650., Profeſſor, ſimulqve Templi Mariani, ab A. 1650., Archidiaconus, &, ab A. 1653., Paſtor, ac Superintendens præterea, ab A. 1654., urbanus, Hamburgi vero tandem Paſtor, ab A. 1662., Jacobæus, M. d. 14. Apr. A. 1675., æt. 60. *T. I. p. 389-391*

Ericus MAURITIUS Sen., Itzehoenſis, Advocatus Holſaticus, urbis Itzehoenſis, ab A. 1622., Secretarius, &, ab A. 1631., Senator atqve Conſul, Conſiliarius, ab A. 1648., Holſato-Plönenſis, ab A. 165.., Holſato.Gottorpienſis, & tandem, ab A. 1666., Danico-Cimbricus, ſimulqve Procancellarius regius Glückſtadienſis, M. d. 21. Apr. A. 1668., æt. 70. *T. I. p. 392.*

Ericus MAURITIUS Jun., Itzehoenſis, J. U. D. & Profeſſor Heidelbergæ, ab A. 1658., extraordinarius, Tubingæ autem, ab A. 1660., & Kilonii, ab A. 1665., primarius, ac Protodicaſterii tandem Imperialis, Spiræ ab A. 1672., & Wetzlariæ ab A. 1659., Aſſeſſor, ſimulqve Leopoldi Imp., & Car. Ludov., Elect. Palatini, Conſiliarius, M. d. 10. Sept. A. 1691., æt. 60. *T. I. p. 392. T. III. p. 424-431.*

Joh. MAURITIUS Sen., Eckernfördenſis, Conrector, circa A. 1587, primus Bordesholmenſis, & deinde Kilonienſis, Caroli poſtea Svecorum Principis, Concionator Nycopiæ, ab A 1591., aulicus, & Paſtor tandem atqve Præpoſitus, ab A. 1594., Tunderenſis, M. d. 18. Febr. A. 1634, æt. 74. *T. I. p. 392. 393.*

M. Joh. MAURITIUS Jun., Paſtor in vicinia, ab A. 1666., Hoſterupenſis, M. A. 1695. *T. I. p. 393.*

M. Nicol. MAURITIUS, Itzehoenſis, Eth. Profeſſor, ab A. 1666., Kilonienſis, M. circa A 1668. *T. I. p 393.*

Otto MAURITIUS, Itzehoenſis, J. U. *Lic.* & Secretarius Holſato-Plönenſis, in Bornholmiam A. 1677. relegatus. *T. I. p. 393.*

Joh. Ehrenfridus MAYERUS, Lipſienſis, J. U. D. & Practicus, circa A. 1697., Hamburgenſis, ſimulqve Abbatiſſæ Qvedlinburgenſis ab A. 1699., & poſtea Regis Danici, Conſiliarius, A. 1712. ſuperſtes. *T. II. p. 541.*

Joh. Frid. MAYERUS Sen., *Lipſienſis*, Th. D., Concionator in patria Sabbathinus, Paſtor & Superintendens, ab A. 1674., Leisnicenſis, &, ab A. 1679, Grimmenſis, Theol. Profeſſor, ab A. 1684., Witebergenſis, ſimulqve Templi arcis Vice-Præpoſitus, Paſtor Hamburgi, ab A. 1686., Jacobæus, ſimulqve Theol. Profeſſor in Gymnaſio, ab A. 1687., extraordinarius, & in Academia Kilonienſi, ab A. 1688, honorarius, Ducis item Holſato-Gottorpienſis ab A. 1690., Regis Sveciæ, in provinciis Germanicis, ab A. 1691., Abbatiſſæqve Qvedlinburgenſis ab A. 1698., Conſiliarius eccleſiaſticus, Gryphiswaldiæ tandem, ab A. 1701., Academiæ Procancellarius & Profeſſor Theol. primarius, ſimulqve Paſtor Nicolaitanus, Conſiſtorii Præſes, ac Pomeraniæ Svedicæ Rugiæqve Superintendens generalis, M. d. 30. Mart. A. 1712., æt. 62. *T. II. p. 541. 542.*

Joh. Frid. MAYERUS Jun., Miſnicus, Hamburgi educatus, & A. 1698. ſuperſtes. *T. II. p 542.*

Arn. MECLENBURG, Kilonienſis, J. U. D., Advocatus Sleſvicenſis, & Secretarius deinde atqve Conſiliarius Holſato-Gottorpienſis, M. M. Apr. A. 1697. *T. I p. 393.*

Mart. a MEDEM, Stadenſis, Chriſt. IV., Regis Daniæ, circa A. 1623., Conſiliarius intimus, Canonicusqve Sleſvicenſis ac Roeſchildenſis, Friderici III. autem, Archiepiſcopi adhuc Bremenſis, circa A. 1637., Cancellarius. *T. II. p. 542.*

Chriſtoph. Wilh. MEGANDER, Lüneburgicus, Eccleſiaſtes aulicus, ab A. 1653 ad 1671, Holſato-Norburgenſis. *T. II. p. 542. 543.*

Georg. MEGANDER, Scholæ Sleſvicenſis, circa A. 1584., Præceptor. *T. I. p. 393.*

Vitus Ludov. MEGANDER, Cohortis eqveſtris in Holſatia Danicæ Bernſtorfianæ Prætor, circa A. 1687., militaris. *T. II. p. 543.*

Jac. MEHRNING, Holſatus, Anabaptiſta, A. 1647. ſuperſtes. *T. I. p. 393. 394.*

Henr. MEIBOMIUS Junior, Lubecenſis, Medicinæ Doctor ejusqve, ab A. 1661, ac ſimul, ab A. 1678., Hiſt. & Poeſ., Profeſſor Helmſtadienſis, & Archiater præterea, ab A. 1663., Brunſvico-Gvelpherbytanus, M. d. 26. Mart. A. 1700., æt. 62. *T. I. p 394. T. III. p. 431-443.*

Joh. Henr. MEIBOMIUS, Helmſtadienſis, Med. D. & in Acad. patria, ab A. 1620., Profeſſor, Practicus deinde, ab A. 1626., & Poliater, ab A. 1629, Lubecenſis, ſimulqve Johannis, Epiſcopi Lubecenſis, Archiater, M. d. 16. Maji A. 1655., æt. 65. *T. II. p. 543-548.*

Marcus MEIBOMIUS, Tonningenſis, Chriſtinæ, Reginæ Svedicæ, aulicus, Profeſſor in Dania Soranus, Frid. III., Regis Daniæ, Conſiliarius & Bibliothecarius Hafnienſis, Architelonus Helſingorenſis, & Hiſt. Profeſſor tandem Amſtelodamenſis, privatim deinde in Gallia, Anglia, Amſtelodami & Trajecti ad Rhenum, commoratus, M. A. 1710. *T. I. p 394. T. III. p 445-452.*

M. Alb. MEIERUS, Pilwormia Strandfriſius, Paſtor, in diœceſi Tunderenſi, ab A. circiter 1551., Lindholmienſis, M. d. 17. Aug. A. 1603., æt. 75. *T. I. p. 395.*

Aug. MEIERUS, Lubecenſis, J. U. D., Templi patriæ cathedralis, ab A. circiter 1655., Canonicus, & tandem Senior, ſimulqve Epiſcoporum Lubecenſium, ac Ducum Holſato-Gottorpienſis & Saxo-Lauenburgici, Conſiliarius intimus, M. d. 11. Jun A. 1674, æt. 58. *T. I. p. 396.*

Aug. Franc. MEIERUS, Lubecenſis, J. U. D., & ædis in patria cathedralis, ab A. 1681., Canonicus, M. d. 12. Jun. A. 1703., æt. 48. *T. I p. 395.*

Barth. MEIERUS, Hamburgenſis, Scholæ in Pomerania Dammenſis, circa A. 1669., Rector, Prof. Stettin., Paſt. Blanckenburg., Superint. gen. Brunſvico.Gvelpherb., & Paſtor tandem, ab A. 1694., in Oſtfriſia Hagenſis, M. A. 1714., æt. 70. *T. I p. 391.*

Bernh. MEIERUS, Paſtor, circa A. 1615., Kilonienſis Nicolaitanus. *T. I. p. 396.*

Bernh. MEIERUS, Flensburgenſis, Scholæ Hatherslebienſis Rector, & deinde Templi Germanorum Petrini Hafnienſis, ab A. circiter 1602, Paſtor, M. d. 24. Apr. A. 1634., æt. 63. *T. I. p. 396. 397.*

M. Chriſt. MEIERUS, qvi A. 1654. vixit. *T. I. p. 397.*

M. Dethl. MEIERUS, Flensburgenſis, Scholæ Hatherslebienſis Conrector, &, ab A. 1614., Rector, Præpoſitus & Paſtor, usqve ad A. 163.., Itzehoenſis, & Paſtor tandem atqve Senior, in Oſtfriſia, ab A. 1637., in Oſtfriſia, ab A. 1637., Auricenſis, M. A. 1653., æt. 71. *T. I. p. 307.*

Ern. MEIERUS, Lubecenſis, Paſtor, in Duc. Megapol., circa A. 1664., Rühnenſis. *T. I. p. 397.*

Gerh. MEIERUS, Monaſterio Weſtphalus, Gymnaſii Hamburg., circa A. 1614., Civis, P. L. C. *T. II. p. 548.*

Gerh. MEIERUS, Hamburgenſis, Theol. D., Ord. Philoſ. Witeb., ab A. 1687., Aſſeſſor, Log. & Metaph. in Gymnaſio Hamburgenſi, ab A. 1691., Profeſſor, Superintendens, Conſiliarius eccleſiaſticus & Paſtor Benedictinus, ab A. 1698., Qvedlinburgenſis, & tandem, ab A. 1701., Paſtor Petrinus Bremæ Lutheranus, ſimulqve Superint. & Conſil. eccl. Sveco-Bremenſis, M. d. 25. Febr. A. 1723., æt. 59. *T. I. p. 307. 308 309.*

M. Habacuc MEIERUS, Hervordia Weſtphalus, Cantor initio Hatherslebienſis, ac deinde Paſtor, circa A. 1601., Plönenſis, ab A. 1604. Tonningenſis &, eodem mox anno 1604., Flensburgenſis Marianus, M. d. 3. Mart. A. 1630. *T. II p. 549.*

Joach. MEIERUS, Huſenſis, Incola patriæ & Calendariographus, A. 1693. ſuperſtes. *T. I p. 3.9.*

M. Joh. MEIERUS, Hamburgenſis, Diaconus patriæ Catharinæus, Paſtor in Nordſtrandia, per 7. annos, Pilwormienſis, & tandem, ab A. 1532., Paſtor ac Præpoſitus Rendesburgenſis, M. A. 1561. *T. I. p. 309.*

Joh. MEIERUS, Flensburgenſis, patriæ, ab A. 1597., Secretarius, M. M. Jul. A. 1616. *T I. p. 399. 400.*

Joh. MEIERUS, Lubecenſis, J. U. Lic., & Judicii in patria ſuperioris, circa A. 1639., Procurator. *T. I p. 400.*

M. Joh. MEIERUS, Hatherslebienſis, Scholæ Ripenſis, ab A. 1640. ad 1645., Rector, ac deinde Gymnaſii Bordesholmenſis, ab A. 16.0., Conrector, M. circa A. 1660. *T. I p. 400.*

Joh. MEIERUS, Huſenſis, Incola patriæ, & Chriſt. IV., Regis Daniæ, circa A. 1638., Mathematicus, A. 1669. ſuperſtes. *T. I. p. 401.*

M. Joh. MEIERUS, Hamburgenſis, Ptochei patriæ, ab A 1684., Paſtor, M. d. 4. Jun. A. 1693. *T. I. p. 401.*

Joh. Henr. MEIERUS, Hamburgenſis, Diaconus in Dithmarſia Heidenſis, & deinde, ab A. 1712., Hamburgenſis Catharinæus, M. circa A. 1720. *T. I. p. 401.*

Iſrael (& deinde *Frid. Chriſtianus*) MEIERUS, Kratſchbathia Ruſſus, Rabbinus Hamburgenſis, e Judæo A. 1701. Altonaviæ factus Chriſtianus. *T. II. p. 549. 550.*

Lucas Chriſt. MEIERUS, Hamburgi, circa A. 1700., commoratus. *T. I. p. 402.*

Nicol. MEIERUS, Lubecenſis, J. U. Lic., Advocatus in Hadelia, circa A. 1664., Otterndorfienſis. *T. I. p. 402.*

Pet. MEIERUS, Hamburgenſis, patriæ, circa A. 1655., Muſicus. *T. I. p. 402.*

Reinboldus MEIERUS, Sleſvicenſis, Sophiæ Æmiliæ, Reginæ Danorum viduæ, Conſiliarius & Secretarius intimus, ab A. 1670., ac deinde, ab A. 1685., Chriſt. V., Regis Danici, Conſiliarius Cameræ, Cancellariæ, Juſtitiæ, ſtatusqve tandem publici, M. d. 23. Jan. A 1.0., æt. 67. *T. I. p. 402.*

M. Sebaſt. MEIERUS Sen., Lubecenſis, Scholæ Güſtrovienſis, ab A. 1619., Rector, Lubecenſis autem, ab A. 162., Subrector, ab A. 1630. Conrector, &, ab A. 1643., Rector, M. d. 12. Febr. A. 1664., æt. 70. *T. I. p. 402. 403.*

Sebaſt. MEIERUS Jun., Lubecenſis, Med. D. & Practicus, ab A. .6.1., Sternbergenſis, ac, ab A. 1652., Güſtrovienſis, M. d. 12. Apr. A. 1678., æt. 52. *T. I. p. 403.*

Sam. MEIGERIUS, Rendesburgenſis, Paſtor, ab A. 1556., Norttorpienſis, A. 1611. ſuperſtes. *T. I. p. 404.*

Nicol MEINE, Crempenſis, P. L. C. & Advocatus, circa A. 1634., Holſaticus. *T. I. p. 404.*

Theoph. MEINFRIED Aſtrologus c. A. 1667. T. I p. 404.
Joh. Henr. MEINZE, Hamburgenſis, J. U. Lic. Sec. XVII. T. I. p. 404
M. Dav MEISNERUS, Lubecenſis, Templi Germanorum Stockholmienſis, circa A. 1627., Paſtor. T. I. p. 404. 405.
M. Georg. MEISNERUS, Lubecenſis, Scholæ patriæ, ab A. 1592., Subrector, M. d. 22. Oct. A. 1597., æt. 36. T. I. p. 405.
Henr. MEISNERUS, Scholæ Jacobææ Hamburgenſis, circa A. 1690., Arithmeticus, & Societatis Arithmeticæ fundator ac Præſes primus, A. 1701. ſuperſtes T. I. p. 405. 406.
M. Adr. MEISTERUS, Hamburgenſis, Paſtor, circa A. 1639., Meisbergenſis, & Superintendens deinde Epſtorfienſis inDuc.Lüneb., A. 1641. ſuperſtes T. I. p. 406.
Joh. Frid. MEISTERUS, Hannoveranus, aularum Brunſvico-Beveranæ & Eutinenſis Muſicus, ac Organoedus deinde, ab A. 168., Flensburgenſis Marianus, M. d. 28. Oct. A. 1697. T. II. p. 550.
M. Henr. MEITZENDORF, Crempenſis, Paſtor Butzfletanus, A. 1611. exul, Diaconus deinde in Stormaria, circa A. 1619., Horſtenſis T. I. p. 406.
M. Bernh. MELETRÆUS, Stadenſis, Scholæ patriæ ab A. 1624., & Buxtehudanæ, ab A. 1628., Cantor, Hamburgenſis autem, ab A. 1630., Subrector, &, ab A. 1641., Conrector, M. d. 16. Nov. A. 1645., æt. 51. T. II. p. 550.
Franc. Jac. a MELLEN, Lubecenſis, Med. D. & in patria, ab A. 1720., Practicus. T. I. p. 406.
Jac. a MELLEN, Lubecenſis, Eccleſiaſtes ab A. 1684., & Paſtor, ab A. 1706., in patria Marianus, ſimulqve, ab A. 1719., Ordinis eccleſiaſtici Senior, A. 1723. ſuperſtes. T. I. p. 406-409.
Pet. MEMMIUS, Herenthalio Brabantus, Med. D. & Practicus Ultrajectinus, deinde autem Profeſſor Medicus & Phyſicus urbanus, ab A. 1561., Roſtochienſis, ſimulqve Frid. II., Regis Daniæ, & Ulrici, Ducis Megap., Archiater, ac Poliater tandem, ab A. 1581., Lubecenſis, M d. 17. Jul. A. 1589., æt. 67. T. II. p. 550.
Iſaacus MEMMIUS, Ultrajectinus, J. U. D., Canonicorum Hamburgenſium, circa A. 1614., Syndicus. T. II. p. 550. 551.
M. Bernh. MENSINGIUS, Lubecenſis, Log. & Eloqv. Profeſſor, circa A. 1555., Roſtochienſis, Templiqve ſimul Jacobæi Canonicus, M. d. 14. Mart. A. 1567. T. I. p. 410.
M. Ulr. MENTE, Hamburgenſis, Stadæ templi Pancratiani, ab A. 1691., & Bremæ cathedralis, ab A. 1696., Paſtor, M. d. 3. Sept. A. 1712., æt. 55. T. I p. 410
Balth. MENZERUS III., Rintelienſis, Matheſeos in Acad. Gieſſena, & deinde, ab A. 1696., in Gymnaſio Hamburgenſi, Profeſſor, A. 1722 ſuperſtes. T. II. p. 551.
Balth. MENZERUS IV., Gieſſa Haſſus, Paſtor Germanorum, ab A. 1714., Londinenſis Lutheranus, & Eccleſiaſtes deinde aulicus, ab A. 1722., Brunſvico-Hannoveranus. T. II. p. 551.
Nicol. MERCATOR, Holſatus, Societatis regiæ Philoſophicæ Anglicanæ Collega, Lutetiam tandem Londino a Ludov. XIV., Rege Gallico, evocatus, & illic M. Febr. A. 1687. mortuus. T. I. p. 410
M. Wilh. MERCATOR, Clericus, circa A. 1513., Slesvicenſis Pontificius. T. I p. 411.
Johanna Eleonora a MERLAU, Nobilis Franca, D. Joh. Wilh. Petræi, Epiſcopatus Lubecenſis, urbisqve Lüneburgenſis, Superintendentis, uxor, ab A. 1680., erudita, & deinde, ab A. 1692., exilii in Ducatu Magdeburgico ſocia, A. 1722. ſuperſtes. T. II. p. 552
Caſp. MERWIZ, Lauchſtadio Saxo, Pharmacopola in Wagria Neoſtadienſis, Medicinæ deinde Doctor & Practicus, ab A. 1693., Lubecenſis, M. d. 20. Apr. A. 1700., æt. 42. T. II. p. 552.
M. Franc. Henr. MESCHMANN, Hamburgenſis, Scholæ patriæ, ab A. circiter 1668., Subrector, M. M. Dec. A. 1683., æt 57. T. I. p. 411.
Jod. METHODIUS, Hamburgenſis, qvi circa A. 1575. vixit. T. I. p. 412.
Leonh. METZNERUS, Lüneburgenſis, J. U. D., Chriſtiani IV., Regis Danici, Cancellariæ Germanicæ, ab A. circiter 1600., Conſiliarius, &, ab 1615., Director, ſimulqve, ab A. 1605. ad 1615., Juris in Acad. Hafnienſi Profeſſor, deinde vero ejusdem Regis Conſiliarius, ab A. 1625., Flensburgi Slesvigo-Holſaticus, A. 1627. Hafniam reverſus, & d. 25. Jul. A. 1629., ac æt. 58. mortuus. T. II p. 552. 553.
Hanſius MEVES, Cives, circa A. 1660. Hamburgenſis. T. I. p. 412
Chriſt. MEURERUS, Lipſienſis, Civis Hamburgenſis, A. 1687. relegatus, & poſtea, circa A. 1689., Francofurt. T. I. p. 553.
Garleſius MEURERUS, Hamburgenſis, J. U. D. & Baſilicæ patriæ, ab A. 1694., Canonicus, A. 1704. ſuperſtes. T. I. p. 412.
Henr. MEURERUS Sen., Hamburgenſis, J. U. Lic., Patriæ, ab A. 1672., Senator, &, ab A. 1678., Conſul, A. 1684. loco motus, &, per biennium, Leopoldi Imp. Senator Imperialis aulicus ac Georg. Wilh., Ducis Cellenſis, Cameralis, A. 1686. Conſulatui patriæ reſtitutus, ac M. d. 14. Jul. A. 1690., æt 48. T. I. p. 412.
Henr. MEURERUS Jun., Hamburgenſis, J. U. D., Baſilicæ patriæ, ab A. 1684., Canonicus, A. 1719 ſuperſtes. T. I. p. 412.
Joh. Chriſtoph. MEURERUS, Huſenſis, J. U. D., Advocatus ab A. 1625., & Syndicus, ab A. 1633., Hamburgenſis, ſimulqve Conſiliarius Cæſareus, M d. 27. Aug A. 1652., æt. 54. T. I. p. 412. 413.
Phil. Jac. MEURERUS Jun., Hamburgenſis, J. U. Lic., Templi patriæ cathedralis, ab A. 1681., Vicarius, Vicariorumqve, ab A. 1708., Decanus. T. I. p. 413.
Wolfg. MEURERUS, Huſenſis, J. U. Lic., urbis Hamburgenſis, ab A. 1628., Secretarius, ab A. 1644. Senator, &, ab A. 1660., Conſul, M. d. 15. Maji A. 1662. T. I. p. 413.
M. Joh. Gerh. MEUSCHENIUS, Osnabrugenſis, Ord. Philos. Kilonienſis, ab A. 1703., Aſſeſſor, Eccleſiaſtes Osnabrugæ, ab A. 1704., Catharinæus, Paſtor Hagæ Comitum, ab A. 1708., Lutheranus, Hanoviæ deinde, ab A. 1716., Comitis Concionator aulicus ac Superintendens, & Coburgi poſtea, ab A. 1720., Superint. generalis, Conſil. eccl., urbis Paſtor, Gymnaſiiqve Ephorus ac Profeſſor Theologus. T. II. p. 553. 554.
Andr. MICHAELIUS BUCCHIUS, Coldingenſis, patriæ, circa A. 1594., Paſtor, & Epiſcopus deinde, ab A. 1608., in Norwagia Bergenſis, M. A. 1615. T. I. p. 413.
Eraſmus MICKAELIUS LÆTUS, Ingverſtorpio Cimber, Th. D., Dialect. ab A. 1558., ac Theol., ab A. 1560., Profeſſor Hafnienſis, ſimulqve Canonicus Roeſchildenſis, A. 1575. loco motus, & apud exteros deinde verſatus, M. d. 9. Nov A. 1582. T. I. p. 413. 414. 415.
Frid. MICHAEL, Holſatus, Pariſiis ad Pontificios transgreſſus, & A. 1696. ſuperſtes. T. I. p. 415.
M. Greg. MICHAELIS, Roſtochienſis, Paſtor initio in Anglia Cimbrica Esgrusanus, deinde Flensburgi, ab A. 1666., Marianus, &, ab A. 1668., Nicolaitanus, ſimulqve Præpoſitus, tandem vero, ab A. 1680., Comitatuum Oldenburgici ac Delmenhorſtani Superintendens, & Paſtor Oldenburgenſis, M. Majo A. 1686., æt. 61. T. II. p. 554-556.
M. Henr. MICHAELIUS, Hatherslebienſis, Paſtor Ottonienſis Johanneus, & deinde Præpoſitus ac Paſtor, ab A. 1635., Hatherslebienſis, A. 1639. loco motus, & Hamburgi poſtea exul, M. A. 1646. T. I. p. 415.
Henr. MICHAELIS Sen., Paderbornenſis, J. U. D., Joh., Friderici, Epiſcopi Lubecenſis, circa A. 1627., Conſiliarius, A. 1636. ſuperſtes. T. II p. 556.
Henr. MICHAELIS Jun., Lubecenſis, J. U. D. ejusqve & Polit. Profeſſor, ab A. 1650., Gryphiswaldenſis, Syndicus, ab A. 1654., Stralſimdenſis, Acad. Kilonienſis, ab A. 1665., JCtus, & Protoſyndicus tandem, ab A. 1668., Lubecenſis, M. d. 13. Jan. Jan. A. 1678., æt 51. T. I. p. 415. 416.
Henr. MICHAELIS III., Gryphiswaldenſis, J. U. D., Advocatus Lubecenſis, & deinde, circa A. 1690., Kilonienſis. T. II p. 556.
M. Ludov. MICHAELIUS, Ripenſis vel Roaggeranus, Paſtor, circa A. 1625., in Seelandia Soranus, & deinde, ab A. 1632., Ottonienſis Marianus, M. d. 22. Sept. A. 1643., æt. 48. T. I. p. 416.
Mich. Diet. MICHELSEN, Holſatus, J. U. D. A. 1708. creatus. T. I. p. 416.
Nicol. MICHAELIS, Ludi trivialis Danici Coloingæ, circa A. 1624., Magiſter. T. I. p. 410.
Bernh. MIDDENDORP, Lubecenſis, Mathematicus, M. d. 2. Aug. A. 1669., æt. 32. T. I. p. 416.
Nicol. MILDIUS, Paſtor in Dithmarſia Londinenſis ætatis incertæ. T. I. p. 416.
Dav. MILESIUS, Nyſſa Sileſius, Med. D., Profeſſor, circa A. 1550., Regiomontanus, & deinde Hatherslebiæ Johannis ſenioris, Ducis Holſatici, Archiater, M. d. 17. Nov. A. 1562. T. II. p. 556.
Burch. MITHOBIUS, Hamburgenſis, Med. D. ejusqve & Math. Profeſſor Erfurtinus, ac deinde, ab A. 1531., Marpurgenſis, Philippi, Haſſiæ Landgravii, & Comitum Hennebergicorum, Archiater & Conſiliarius, ab A. 1536., Caſſellanus, tandemqve Ericorum duorum, Ducum Brunſvicenſium, Mundenſis, M. d. 16. Aug. A. 1565. T. I. p. 416. 417.
Dan MITHOBIUS, Hannoveranus, J. U. D., Ducum Saxo-Lauenburgicorum, Conſiliarius, ab A. 1621., Intimus, ac, ab A. 1635. ad 1648., Cancellarius, ſimulqve Guſtavi Adolphi, Regis Sveciæ, per 6. annos, Conſiliarius, JCtus deinde, ab A. 1648., Hamburgenſis, & tandem Chriſtiani, Ducis Megapol., Conſiliarius & Cancellarius, ab A. 1660., Sverinenſis, M. A. 1673., æt. 78. T. II. p. 556. 557.
Hect. Joh. MITHOBIUS, Hamburgi educatus, J. U. D., Abbatiſſæ Qvedlinburgenſis, circa A. 1655., Cancellarius, ſimulqve Conſiliarius Stolbergicus, A. 1674. ſuperſtes. T. II. p. 557.
Joh. MITHOBIUS, Ratzeburgenſis, Med. D. & Practicus, circa A. 1668., Lubecenſis. T. II. p. 557.
Mart. Joſua a MITHOFF, Hamburgenſis, J. U. D. & in patria, ab A. circiter 1697., Practicus, M M. Nov. A. 1718. T. I. p. 417.
Nicol. MITTAG, Hamburgenſis (c. A. 1669.) T. I. p. 418.
Otto Henr. MOENIUS, P. L. C., Hamburgi, circa A. 1615., commoratus. T. I. p. 418.
Laur. MOERSKEN, Eccleſiaſtes templorum D. Mar. Magd. & Sp. S., circa A. 1550., Lubecenſis, A. 1552. alior ſum digreſſus. T. I. p. 418.
Joh. MOHR, Scholæ Itzehoenſis, circa A. 1659., Arithmeticus. T. I. p. 418.
Joh MOHR, Hamburgenſis, Scholæ Huſenſis Arithmeticus, ab A. 1664. ad 1697., deinde Kilonii commoratus, & M. Apr. A. 1704., æt. 84., mortuus. (Idem cum præcedenti.) T. I. p. 418.
Theod MOHR, Hamburgenſis, Secretarius, ab A. circiter 1653., in Comitatu Stolbergico, Wernigerodanus, A. 1690. ſuperſtes. T. I. p. 418.
Gerh. MOHRMANN, Hamburgenſis, Theol. Lic., Incola patria privatus, A. 1671. ſuperſtes. T. I. p. 418. 419.
M. Joh. MOHTIUS, Flensburgenſis, Scholæ patriæ, ab A. 1603., Conrector, &, ab A. 1604., Rector, Diaconus deinde, ab A. 1626., Nicolaitanus, & Paſtor, ab A 1630., Marianus, M. d. 17. Jan. A. 1642., æt. 68, T. I. p. 419.

Joh.

Digitized by Google

Joh MOHTIUS Jun., Breclumia Cimber, Cancellariæ regiæ Haſnienſis Germanicæ, ab A. 1664., Secretarius, deinde Archivarius, ac ejusdem, ab A. 1690., & tandem etiam Juſtitiæ, Conſiliarius, M. d. 6. Jan. A. 1705., æt. 66. *T. I. p. 419. 420.*

Paulus MOHTIUS, Flensburgenſis, Med D. & in patria, ab A. 1640., Lubecæ ab A. 1644., ac Ottoniæ ab A. 1646., Practicus, tandemqve Hafniæ, ab A. 1651., Friderici III., Regis Daniæ, Archiater, M. d. 6. Maji A. 1670., æt. 70. *T. I. p. 420. 421 422.*

Rud. MOHTIUS, Kilonienſis, Th. D., Eccleſiaſtes Haſnienſis aulicus, & Ottoniæ deinceps Paſtor Canutianus, Fioniæqve Vice-Epiſcopus. M d. 16. Nov. A. 1675. *T. I. p. 422.*

Alex. MOLDE, Secretarius & Senator, ab A. 1705., Eutinenſis. *T. II. p. 557.*

M. Joh. MOLDENIT, Tonningenſis, Paſtor, ab A. 1621., Cotzenbüllenſis, &, ab A. 1630., Tonningenſis, ſimulqve Eiderſtadiæ, ab A. 1633., Præpoſitus, M. d. 3. Apr. A. 1653., æt. 60. *T. I. p. 422. 423.*

Chriſt. MöLLENHOF, Lubecenſis, Med. D. & in patria, circa A. 1721., Practicus. *T. I. p. 423*

M. Henr. MöLLENHOF, Lubecenſis, Eccleſiaſtes, ab A. circiter 1642., in Boruſſia Tilſenſis. *T. I. p. 423.*

M. Alb. MOLLERUS, Hamburgenſis, Scholæ patriæ Præceptor, & Diaconus deinde, ab A. 1595., Nicolaitanus, M. d. 7. Sept. A. 1597. *T. I. p. 423.*

Arn. MOLLERUS Sen., Pædagogus ac Arithmeticus Lubecenſis, M. d. 14. Oct. A. 1655, æt. 75. *T. I. p. 423.*

Arn. MOLLERUS Jun., Pædagogus, circa A. 1675., in urbe patria Lubecenſi. *T. I. p. 423.*

Arn. Henr. MOLLERUS, Lubecenſis, J. U. D. & Practicus, ab A. 1686., Hamburgenſis, ſimulqve Com. Pal. Cæſ. & Leopoldi Imp., ab A. 1700., Conſiliarius, M. A. 1713, æt. 58. *T. I. p. 423.*

Bartholdus MOLLERUS, Hamburgenſis, Th. D., Philoſ., circa A. 1505., & deinde Theologiæ, Profeſſor Roſtochienſis, ſimulqve Alberti, Ducis Megap., Capellanus, poſtea Templi cathedr. Hamburgenſis, ab A. 1526., Paſtor & Lector Theologus, tandemqve, ab A. 1528., Roſtochii iterum Theol. Profeſſor Pontificius, ædisqve Jacobææ Decanus, M. Mart. A. 1530. *T. I. p. 424*

Bartholdus MOLLERUS, Hamburgenſis, J. U. Lic., patriæ, ab A. 1630., Secretarius, ab A. 1635. Senator, &, ab A. 1644., Conſul, M. d. 7. Apr. A. 1667., æt. 62. *T. I. p. 424. 425*

Bartholom. MOLLERUS, Aſtrologus, circa A. 1604., Lubecenſis. *T. I. p. 425*

Chriſt. MOLLERUS, Hamburgenſis (circa A. 1683.) *T. I. p. 425.*

Dan. MOLLERUS, Lubecenſis, Med. D. & patriæ, ab A. 1627., Poliater, M. d. 24 Jan. A. 1629., æt. 47. *T. I. p. 425.*

Franc. MOLLERUS Flensburgenſis, Templi in patria Johannei, ab A. 1693., Diaconus, poſteaqve Mariani ab A. 1707. Diaconus, ab A. 1720. Paſtor, Præpoſitus ab A. 1724. *T. I. p. 425.*

Georg. MOLLERUS, Hamburgenſis, J. U. Lic., Georg. Wilhelmi, Ducis Brunſvico-Cellenſis, Conſiliarius intimus, A. 1698. ſuperſtes. *T. I. p. 425.*

Georg. MOLLERUS, Tabacopola & deinde Pædagogus, circa A. 1686., Hamburgenſis, urbe A. 1694. ejectus, & deinde Fridricopoleos incola. *T. I. p. 426.*

Hartw. Joh. MOLLERUS, Hamburgenſis, J. U. D., in patria Collegii XV. virorum, ab A. 1717., Secretarius. *T. I. p. 426*

Henr. MOLLERUS, Hamburgenſis, Th. D., *L.* Hebr., ab A. 1560., ſimulqve Theologiæ ab A. 1570., Profeſſor Witebergenſis. Crypto-Calvinianus, A. 1574. loco motus, ac Medicus deinde Hamburgenſis, M. d. 26. Nov. A. 1589., æt. 60. *T. I. p. 426. T. III. p. 452-458.*

Herm. MOLLERUS, Typographus, circa A. 1600., Hamburgenſis. *T. I. p. 426*

Herm. MOLLERUS ſive MYLIUS, Hamburgenſis, J. U. *Lic.*, Conſiliarius, ab A. 1643., Holſato-Sünderburgicus, &, ab A. 1647, Oldenburgicus, ſimulqve Cæſareus & Danicus, ac Judex provincialis Kniphuſanus, A. 1656. ſuperſtes. *T. I. p. 426.*

Hier. Hartw. MOLLERUS, Hamburgenſis. J. U. *Lic.*, Judicii patriæ inferioris, ab A. 1677., Actuarius, poſteaqve, ab A. 1682., Senator, &, ab. A. 1697., Conſul, M. d. 6. Dec. A. 1702., æt. 62. *T. I p. 427.*

Joach. MOLLERUS Jun., Hamburgenſis, J. U. D., Erneſti, ac aliorum Ducum Brunſvico-Lüneburgenſium, Conſiliarius, ſimulqve Præpoſitus Bardovicenſis, M. M. Aug. A. 1588., æt. 67. *T. I. p. 427. 428.*

Joach. MOLLERUS, Stettinenſis, Paſtor in Schwanzia Cimbrica Rieſebyenſis, M. d. 15. Jul. A. 1674. *T. II. p. 557.*

Joh. MOLLERUS, Hamburgenſis, J. U. D., Ædis D. Mar. Magd. in patria Gvardianus, circa A. 1527., Pontificius, A. 1531. ſuperſtes. *T. I. p. 428.*

Joh. MOLLERUS, Hamburgenſis, J. U. D. & Joh. Adolphi, Ducis Holſato-Gottorp., Conſiliarius, M. d. 28. Jun. A. 1613. *T. I. p. 428.*

Joh. MOLLERUS, Hamburgenſis, J. U. Doctor A. 1635. creatus. *T. I. p. 428.*

Joh. MOLLERUS, Hamburgenſis, J. U. D. & in patria, circa A. 1645., Practicus, ſimulqve Conſiliarius Megapolitanus, deinde vero, ab A. 1654., urbis Hamburgenſis atqve Hanſeaticarum Syndicus, M. d. 19. Jun A. 1672. *T. I. p. 428.*

Joh. MOLLERUS, Flensburgenſis, Scholæ patriæ, ab A. 1685., Præceptor, ab A. 1690. Conrector, &, ab A. 1701., Rector, A. 1725. ſuperſtes. *T. I. p. 428-433.*

Matthias MOLLERUS, Lubecenſis, Centurio Cæſareus, & deinde, ab A. 1664., Lubecenſis, A. 1672. ſuperſtes. *T. I. p. 433.*

Nicol. MOLLERUS, Hatherslebienſis, Organœdus, circa A. 1591., Apenradenſis, A. 1615. ſuperſtes. *T. I. p. 433.*

Nicol. MOLLERUS, Flensburgenſis, Ord. Philoſ. Jenenſis, ab A. 1693., Aſſeſſor, deinde vero Kilonii, ab A. 1695., Antiqvitatum, ſimulqve, ab A. 1696, Hiſt. Eccleſiæ, Profeſſor, A. 1723. ſuperſtes. *T. I. p. 433. 434.*

Olaus MOLLERUS, Frörupia Cimber, Eccleſiaſtes Danicus, ab A. 1644. caſtrenſis, ac poſtea Flensburgi Diaconus, ab A. 1645., & Paſtor, ab A. 1685., Nicolaitanus, M. d. 26. Jul. A. 1685., æt. 6.. *T. I p. 434. 435.*

Pet. MOLLERUS, Hamburgenſis, J. U. D. & Canonicus Magdeburgenſis, in patria A. 1701. ſuperſtes. *T. I. p. 435.*

Theod. MOLLERUS, Hamburgenſis, J. U. D., Patavii A. 1 63, æt. 29., mortuus. *T. I. p. 435.*

Vinc. MOLLERUS I., Hamburgenſis, J. U. Lic., Patriæ, ab A. 1585, Secretarius, ab A. 1596. Senator, &, ab A. 1599., Conſul, M. d. 30. Mart. A. 1621. *T. I p. 435.*

Vinc. MOLLERUS II., Hamburgenſis, J. U. Lic. A. 1589. creatus. *T. I. p. 435. 436.*

Vinc. MOLLERUS III., Hamburgenſis, J. U. D., Patriæ, ab A. 1621, Syndicus, ſimulqve Friderici, Ducis Holſato-Gottorp., Conſiliarius, M. d. 2. Sept. A. 1625., æt. 50. *T. I p. 436.*

Vinc. MOLLERUS IV, Hamburgenſis, J. U. Lic, Patriæ ab A. 1614, Secretarius ſeu Protonotarius, ab A. 1624. Senator, &, ab A. 1625., Syndicus, M. d. 17. Aug. A. 1631., æt. 47. *T. I. p. 436.*

Vinc. MOLLERUS V., Hamburgenſis, J. U. D., Baſilicæ patriæ, ab A. 1632. ad 1637., Canonicus. *T. I. p. 436.*

Vinc MOLLERUS VI., Hamburgenſis, Conſiliarius Oſtfriſicus, Holſato-Gottorpienſis, & tandem, ab A. 1646., Svecicus, ſimulqve Regum Sveciæ Legatus, ab A. 1648., in Circulo Saxonico inferiori ordinarius, & Canonicus, ab A. 1654., Hamburgenſis, M. d. 9. Mart. A. 1668, æt. 53. *T. I. p. 436.*

Bernh. MöLLMANN, Flensburgenſis, Theol. circa A. 1723. Studioſus. *T. I. p. 437.*

M. Steph. MOLTICHIUS, Burga Dithmarſus, Mathematicus Hamburgenſis, M. d. 3. Apr. A. 1654. *T I. p. 437.*

Lev. Nicol. a MOLTKEN, Eqves Megapol, Filiorum Friderici, Ducis Holſato-Gottorp., in itineribus, ab A. 1652. ad 1656., Ephorus, & deinceps ejusdem, ac Chriſtiani Alberti ſucceſſoris, Conſiliarius intimus & Cameralis, ac tandem Procancellarius, M. A. 1663. *T. II. p. 557. 558. 559.*

Arn. MOLTZAN, Rendesburgenſis, Paſtor, ab A. 1691., in agro Kilonienſi, Kirch-Bercavienſis, & Diaconus deinde, ab A. 1704., Hamburgenſis Catharinæus, A. 1711. ſuperſtes. *T. I. p. 437.*

Wilh. MOMMA, Hamburgenſis, Th. D., novi Reformatorum cœtus Lubecenſis, ab A. 1666., Eccleſiaſtes, ac deinde Theol. Profeſſor Paſtorqve, ab A. 1674, Hammonenſis, &, ab A. 1676., Middelburgenſis, A. 1677. loco motus, M. d. 10. Sept. A. 1677., æt. 35. *T. I. p. 437. 438. 439.*

Franc. MONCKIUS, Chiliarcha militaris Danicus, & deinde Medicus, Plönæ A. 1697, Hamburgi, ab A. 1698., alibiqve, commoratus, ac Hagæ A. C. 1705., & æt 84., mortuus. *T. II p. 559.*

Ericus MONRADUS, Kettinga Alſenſis, Th. D, Paſtor, ab A. 1637., in Fionia Medelfarthenſis, ab A. autem 1643. ædis Sp. S. Hafnienſis, ac mox, A. eodem, Epiſcopus Ripenſis, M. d. 26. Jul. A. 1650., æt. 43. *T. I. p. 439. 440.*

Joh. MONRADUS, Ullza Lüneburgicus, Paſtor in Aſia, ab A. 1589., Kettingenſis, ſimulqve Alſiæ, ab A. 1599., Præpoſitus, M. d. 6. Febr. A. 1623, æt 57 *T. II. p. 559. 560.*

M. Frid. MONRADUS Ripenſis, Præpoſitus in Norwegia, circa A. 1703. Guldtransdallenſis, ſimulqve Paſtor Ogerenſis. *T. I p. 440.*

Nicol. du MONT, Lubecenſis, Med. Doctor A. 1659. creatus, *T. I. p. 440.*

Joach. MORGENWEG, Hamburgenſis, Orphanotrophei patriæ, ab A. 1699., Paſtor, A. 1716. ſuperſtes. *T. I. p. 440.*

Caſp. Dan. MORHOFIUS. Kilonienſis (c. A. 1698.). *T. I. p. 440.*

Dan. Georg. MORHOFIUS, Wismarienſis, J. U. D., Profeſſor Poeſeos, ab A. 1660., Roſtochienſis, Eloqventiæ autem & Poeſeos, ab A. 1665., ſimulqve Hiſtoriæ, ab A. 1673, Kilonienſis, nec non, ab A. 1680., Academiæ Bibliothecarius, M. d. 30. Jul. A. 1691., æt 53. *T. II. p. 560. 561. T. III. p. 458-488.*

M. Jac. MORSIUS, Hamburgenſis, Paſtor in Com. Pinneberg. Rellingenſis, M. A 1690. *T. I p. 440.*

Joach. MORSIUS, Hamburgenſis, Academiæ Roſtochienſis, ab A. 1625., aliqvamdiu Bibliothecarius, per vitam deinde peregrinatus univerſam, & A. 1642. ſuperſtes. *T. I. p. 440-446.*

M. Joh. MOSERUS, Hamburgenſis, Paſtor Osnabrugenſis, ab A. 1688, Marianus. M. d. 2. Jul. A. 1692, æt. 36. *T. I. p. 447.*

M Zach. MOSERUS Sen., Brandeburgo Marchicus, Scholæ Magdeburgenſis, ab A. 1626. ad 1631., Subrector, Kilonienſis, ab A. 1632, Rector, & Hamburgenſis tandem, ab A. 1645. ad 1680., Conrector, M d. 24. Nov. A. 1682, æt. 82. *T. II p. 561.*

Zach. MOSERUS Jun., Hamburgenſis, Med. D. & in patria Practicus, M. A. 1688. *T. I. p. 447.*

Joh. Laur. a MOSHEIM, Lubecenſis, Th. D., Ord. Philoſ. Kilonienſis, circa A. 1719., Aſſeſſor, & deinde Theol. Profeſſor, ab A. 1723, Helmſtadienſis. *T. I. p. 447 448*

Joh. MOSINGIUS Jun., Scholæ Sleſvicenſis, circa A. 1634., Subrector, & Paſtor deinde in Schwanzia, circa A. 1643 Wabſenſis. *T. I p. 448.*

Car. MOUTON, Gallus, Lingvæ Gallicæ doctor Hamburgi privatus, ſimulqve Chriſtiani Auguſti, Epiſc. Lubec., circa A. 1723., Secretarius. *T. II. p. 561.*

Thom. MUERKIRCHEN, Lubecenſis, Patriæ, circa A. 1385, Senator & Prætor, M A. 1401. *T. I. p. 448.*

Henr. MUHLIUS, Bremenſis, Th. D., Lingv. Gr. & Orient., Oratoriæ ſacræ ac Poeſeos, ab A. 1692., ac præterea Theologiæ ab A. 1695., in Acad. Kilonienſi, Profeſſor, ſimulqve Scholarum Ducalium Inſpector, & Paſtor, ab A. 1697., Kilonii Nicolaitanus, deinde, ab A. 1695., Superintendens generalis & Proteccleſiaſtes aulicus Holſato-Gottorpienſis, Præpoſitusqve Gottorpienſis, ac ſimul Academiæ Kilonienſis, ab A. 1706., Ephorus, tandem vero, ab A. 1712., ejusdem Academiæ Theologus primarius, &, ab A. 1713., Procancellarius, ſimulqve Eccleſiarum Holſatiæ ſolius Ducalium Superintendens, A. 1723. ſuperſtes. *T. II. p. 561. 562*

M. Alb. MüLLERUS, Hamburgenſis, Paſtor in vicinia, ab A. 1666., Curslacenſis, M. d. 4. Febr. A. 1693., æt. 62. *T. I p. 448.*

Bernh. MüLLERUS, Kilonienſis, Med. D. & in patria, ab A 1617., Practicus, M. d. 13. Mart. A. 1672., æt. 83. *T. I. p. 448. 449.*

Burch. MüLLERUS Rieſebya Cimber, Paſtor in Schwanzia Sieſebyenſis, A 1711. ſuperſtes. *T. I. p. 449.*

M. Caſp. MüLLERUS, Uratislavienſis, Diaconus, ab A. 1643., Hamburgenſis Petrinus, M. d. 13. Sept. A. 1675. *T. II. p. 562.*

Caſp. MüLLERUS, Hamburgenſis, Med. D. & in patria, ab A. 1716., Practicus. *T. I. p. 449.*

Chriſt. Rud. MüLLERUS, Hafnienſis, Th. D., Eccleſiaſtes Danicus caſtrenſis, Paſtor in Stormaria, ab A. 1676., Nienbrocenſis, Concionator aulicus regius, ab A. 1684., Hafnienſis Germanicus, ſimulqve ab A. 1694., Profeſſor Academiæ eqveſtris Theologus, & Epiſcopus tandem, ab A. 1704, Ottonienſis, M. A. 1712., æt. 61. *T. II. p. 562.*

Georg. MüLLERUS, Würtenbergicus, J. U. Lic., Axelii Ochſenſtirnii, Cancellarii Svedici, ab A. 1633., Secretarius, & Chriſtinæ, Svecorum Reginæ, ab A. 1637., Conſiliarius, Hamburgi d. 12. Oct. A. C. 1639., ac æt. 47., mortuus. *T II. p 562*

Gothofr. MüLLERUS, Med. D. & Practicus, circa A. 1704., Hamburgenſis, *T. I. p 449.*

Gotſch MüLLERUS, Lubecenſis (c. A. 1678.) *T. I. p. 449.*

Henr. MüLLERUS, Lubecenſis, Th. D., Archidiaconus ab A. 1653, & Paſtor, ab A. 1662., Roſtochienſis Marianus, ſimulqve Profeſſor Lingvæ Græcæ ab A. 1662., & Theologiæ ab A. 1669., academicus, ac Superintendens, ab A. 1671., urbanus, M. d. 17. Sept. A. 1575., æt. 44. *T. I. p. 440. 450 T. III p 488-490.*

Henr. MüLLERUS, Kilonienſis, Scholæ Bockelenſis, in Epiſcopatu Hildeſienſi, circa A. 1686., Cantor. *T. I. p. 450.*

Herm. MüLLERUS Flensburgenſis, Paſtor in Stormaria Süderovienſis. M. A. 1709. *T I. p. 450.*

Hieron. MüLLERUS, Hamburgenſis, J. U. Lic. Judicii patriæ inferioris, circa A. 1707., Præſes, A. 1616. ſuperſtes. *T. I p. 450.*

M. Hieron MüLLERUS Hamb, Eccl. patriæ ab A. 1660. Nicolaitanus, M. d. 4. Maji 1705. æt. 74. *T. I. p. 450.*

M. Jac. MüLLERUS, Lubecenſis, Inſulæ Albis Kirchwerderanæ, ab A. 1654., Paſtor, M. d. 8. Mart. A 1676., æt. 55. *T. I. p. 450.*

Joh. MüLLERUS, Sleſvicenſis, Calendariographus, A. 1591. ſuperſtes. *T. I. p. 450.*

Joh. MüLLERUS, Roſtochienſis, J. U. D., Advocatus Flensburgenſis, ſimulqve Conſiliarius, ab A. 1645., Holſato-Sünderburgicus, Juris Profeſſor, ab A. 1650., Hafnienſis, & Conſul tandem, ab A. 1661., Marianus Flensburgenſis, M. d. 22. Jan. A. 1672., æt. 67. *T. II. p. 562. 563.*

Joh. MüLLERUS, Hamburgenſis, J. U. D. & Matheſeos, in Gymnaſio patriæ, ab A. 1660., Profeſſor, M. d 24. Maji A 1671. *T. I p 450.*

Joh. MüLLERUS, Uratislavienſis, Th. D., Ord. Philos. Witebergæ Aſſeſſor, Philos. Practicæ ibidem, ab A. 1623., Profeſſor, Paſtorqve Lüneburgi, ab A. 1625., Michaelitanus, ac tandem Hamburgi, ab A. 1626., Petrinus, ſimulqve Ord Eccl., ab A 1648., Senior, & Scholarum, ab A. 1650., Inſpector, M. d. 29. Sept. A. 1672., æt. 75 *T. II. p. 563. 564. T. III. p. 496-507.*

Joh. MüLLERUS, Flensburgenſis, J. U. D., Conradi, Comitis a Reventlau, Secretarius &, ab A. 1674., Conſiliarius, Præfecturæqve Hatherslebienſis Adminiſtrator, M. d. 27. Jun. A. 1702. *T. I. p. 450. 451.*

Joh. MüLLERUS, Hamburgenſis, Med D., Archiater Saxo-Iſenacenſis, Medicusqve deinde, circa A. 1689., Hamburgenſis, ac ſimul Phys. & Poes. in Gymnaſio, ab A. 1696., Profeſſor, A. 1722. ſuperſtes. *T. I. p. 451.*

Joh. Elias MüLLERUS, Gotha Thuringus, Med. D. & Practicus, circa A. 1703., Hamburgenſis. *T. II. p. 564.*

Joh. Joach. MüLLERUS, Hamburgenſis, J. U. D., Judicii patriæ inferioris, circa A. 1701., Actuarius, A. 1716. ſuperſtes. *T. I. p. 451.*

Marcus MüLLERUS, Neapolos Rendesburgenſis, circa A. 1704., Paſtor, A 1711. ſuperſtes. *T. I. p. 451.*

M. Paulus MüLLERUS, Hamburgenſis, Theol. Studioſus, Gieſſæ d. 30. Apr. A. C. 1668., ac æt. 25., mortuus. *T. I. p. 451.*

Theoph. MüLLERUS, Dresdenſis, Med. D. & Practicus, circa A. 1680., Hamburgenſis, Medicusqve deinceps Eiderſtadiæ, circa A. 1687., provincialis. *T. II. p. 564.*

Wilh. Joh. MüLLERUS, Haarburgo Lüneburgicus, Coloniæ Danorum in regione Fetu Africanæ, ab A. 1662., Eccleſiaſtes, poſt reditum in Holſatia, ab A. 1670., commoratus, & A. 1676. ſuperſtes. *T. II. p. 564.*

Tyburgis MUMMENDORPIA, Cænobii Prezenſis, ab A. 1413. ad 1435, Antiſtita. *T. I. p. 451. 452.*

Juſtus Theod. a MüNCHAUSEN, Hamburgenſis, J. U. D., A. 1704., in patria ſuperſtes. *T. I. p. 452.*

Juſtus Diet. MüNCHKING, Mindenſis, J. U. Lic., Judiciorum Hamburgenſium, circa A. 1704., Procurator, Fiſciqve, circa A. 1708., Advocatus, A. 1716. ſuperſtes. *T. II. p. 564.*

Chriſt. MüNDEN, Sleſvicenſis, J. U. D. & in patria Practicus, M. A. 1657. *T. I. p 452.*

M. Chriſt. MüNDEN, Femarienſis, Ling. Gr. & Hebr. Göttingæ, in Gymnaſio, ab A. 1708., Profeſſor, & Eccleſiaſtes deinde ibidem, ab A. 1716., Johanneus, A. 1719. ſuperſtes. *T. I. p. 452.*

Henr. Bernh. a MüNSTER, Güſtrovienſis, J U. D. & Practicus Lubecenſis ac Stralſundenſis, A. 1680. ſuperſtes. *T. II. p 564. 565.*

Joh. MURGASCH, Hungarus, Paſtor Luth. in patria Selecienſis, deinde exul, & Scholæ Bergerdorfianæ, circa A. 1677., Rector. *T. II p. 565.*

Henr. MURMEISTER, Hamburgenſis, Univerſitatis Juriſtarum Patavinæ A. 1463. Rector, & J. U. D., patriæ, ab A. 1464., Senator, &, ab A. 1466., Conſul, M d. 19. Apr. A. 1481. *T. I. p. 452. 453.*

M. Mart. MURRAY, Gryphiswaldenſis, Vir LL. Or. peritiſſimus, diu Londini, ac deinde, circa A. jam. 1682., Hamburgi, commoratus, & A. 1700. mortuus. *T. II. p. 565.*

MATTHÆUS MUSA, Femarienſis, Th. D. & Paſtor Roſtochienſis, M. d. 29. Jun. A. 1564. *T. I. p. 453.*

Pet MUSÆUS Sen., Langenwieſa Thuringus, Th D., Profeſſor Log. & Metaph. ab A. 1648., ſimulqve Theologiæ ab A. 1653., Rintelienſis, Theologiæ, ab A. 1663., Helmſtadienſis, & ejusdem demum, ab A. 1665., Kilonienſis primus ac primarius, ſimulqve Academiæ, ab A. 1666., Procancellarius, M. d. 20. Dec. A. 1674., æt. 55. *T. II p. 565-573.*

Pet. MUSÆUS Jun., Rintelienſis, Academiæ Kilonienſis, ab A. 1689., Secretarius, &, ab A. 1707., Syndicus, M. d 24. Mart. A. 1721., æt. 61. *T. II. p. 573.*

Sim. Henr. MUSÆUS, Rintelienſis, J. U. D. & Profeſſor, ab A. 1652., Kilonienſis, ſimulqve Joſephi Imp., ab A 1710., Conſiliarius, M. d. 11. Sept. A. 1711., æt. 57. *T. II p. 573-575.*

Chriſt. MUSENIUS, Danus, Th. D., Paſt. & Præpoſ. in Norw. Chriſtianienſis, deinde vero Epiſc., ab A. 1701., Ripenſis, &, ab A. 1712., Ottonienſis, M A. 1717. *T. II. p. 575.*

M. Joh. MUSICK, Hamburgenſis, Paſtor in vicinia patriæ, ab A 1693., Mohrburgenſis, M. c. A. 1719. *T. I. p 453.*

Benjamin MUSSAPHIA, Judæus Hiſpanus, Med D. & Practicus, circa A. 1638., Hamburgenſis, deinde Glückſtadienſis, & tandem Amſtelodamenſis, M A. 1674., æt. 69. *T. II p 575. 576.*

M. Ern. MUSHARD, Hamelvörda Bremenſis, pagi natalis Paſtor, & Diaconus deinde, ab A. 1690, Hamburgenſis Michaelitanus, A. 1719. ſuperſtes. *T. II. p. 576.*

Joh. Phil MUSHARD, Hamelvörda Bremenſis, Med. D. & Practicus, circa A 1698., Hamburgenſis, A. 1716 ſuperſtes. *T. II. p. 576.*

Joh. MUTERUS, Lubecenſis, urbis patriæ circa A. 1632., & deinde Lüneburgenſis circa A. 1643, Advocatus. *T. I. p. 453 454.*

Joh. Bapt. MUTZENBECHER, Hamburgenſis, J. U. D., patriæ, ab A. 1723., Syndicus. *T. I. p. 454.*

N.

Ludolphus NAAMANI, Monachus & Presbyter Ord. Franciſcani Flensburgenſis, Scholæqve urbanæ conditor, M. A. 1575., æt. 78. *T. I. p. 454. 455. 456.*

Joh. Helfricus NAGELIUS, Haſſus, Scholæ Glückſtadienſis, circa A. 1695., Rector, M. A. 1713. *T. II p. 576.*

Joh. NANNIUS, Londino Dithmarſus, patriæ JCtus, & Joh Adolphi, Ducis Holſato-Gottorp., Conſiliarius, M. d. 9. Jan. A. 1616. *T. I. p 476. 477.*

Pet. NANNIUS, Dithmarſus (c. A. 1622.) *T. I. p. 457.*

Joh. NANSONIUS, Flensburgenſis, urbis Hafnienſis, ab A. 1626., Civis, ab A. 1639. Senator, ab A. 1644. Conſul, & Præſes tandem, ab A. 1660., primus, ſimulqve Conſiliarius regius, ac Collegii Status ſupremiqve Tribunalis Aſſeſſor, M. d. 12. Nov. A. 1667., æt. 69. *T. I. p. 457. 458.*

Joh. NARSIUS, Dordracenus, Eccleſiaſtes, ab A. 1605 ad 1619., in Geldria, Gravienſis Arminianus, Med. deinde Doctor, Hamburgi, Fridricopoli, & in Svecia ac Polonia, exul, in Bataviam tandem reverſus, & inde A. 1635 in Indiam profectus Orientalem, Societatisqve Batavorum Indicæ Medicus illic factus ac Juſtitiæ Præfectus. *T. II. p. 576. 577. 578.*

- - NARWECKIUS, Poeta Germanicus, Hamburgi, circa A. 1704., commoratus. *T. II. p. 578.*

Frid. NASSERUS, Sleſvicenſis, J. U. D. & in patria Advocatus, M. Mart. A. 1704. *T. I. p. 458.*

Joh. Bartholom. NASSERUS, Slesvicenſis, J. U. Lic. & in patria, circa A. 1699., Practicus. *T. I. p.* 458.

Abr. NAUCKE, Lingvæ Gallicæ doctor Hamburgi, circa A. 1699., privatus. *T. II. p.* 578.

Emmichius NEDERGORDUS, Cimber, Aureliæ A. 1664. commoratus. *T. I. p.* 458.

Joh. NELDELIUS, Theol. Studioſus, Slesvigæ, circa A. 1701., commoratus. *T. II. p.* 579.

Joh. NEOCORUS Ettahulphides, Dithmarſus, Paſtor in patria, ab A. 1590., Büſumus, A. 1608. ſuperſtes. *T. I. p.* 458.

M. Joh. NEOCORUS, Roſtochienſis, Scholæ Hatherslebienſis Rector, Paſtor, ab A. 1594. ad 1604., Huſenſis, & Ulrici deinde, Epiſcopi Sverinenſis, Concionator aulicus, ac Superint., circa A. 1617., Sverinenſis. *T. I p.* 458.

Maur. NEODORPIUS, Liebenwalda Marchicus, Paſtor Reformatus, circa A. 16 0., Altonavienſis, &, circa A. 1614., Südershuſanus. *T. II. p.* 579. 580.

Melch. NEOFANIUS, Brunſvicenſis, Scholæ Huſenſis, ab A. 1564., Rector, Catharinææ Brunſvici, ab A. 1566., Cantor, Ægidianæ ibidem ab A. 1567., Rector, Paſtor deinde, ab A. 1569., Baremenſis, & tandem Brunſvici, ab A. 1571., Petrinus, M. d. 30. Aug. A. 1597. *T. II. p.* 580. 581.

M. Joh. NEOVINUS, Wilſtrienſis, Scholæ Roſtochienſis Jacobææ, usqve ad A. 158., Rector, & deinde Superintendens ac Paſtor, ab A. 1585., Sverinenſis, ſimulqve, ab A. 1603., Parchimenſis, M. d. 1. Jan. A. 1612. *T. I. p.* 458. 459.

M. Jac. NEUBAUERUS, Lemgovia Weſtphalus, Scholæ Flensburgenſis, ab A. 1625. ad 1627., Conrector. *T. II p.* 581.

M. Joh. NEUCRANTZIUS, Roſtochienſis, Inſulæ Albis Kirchwerderanæ, ab A. 1629., Paſtor, M. d. 13. Mart A. 1654., æt. 52. *T. II. p.* 581.

Joh. Ant. NEUCRANTZIUS, Lubecenſis, Med. D. & in patria Practicus, deinde vero Archiater, ab A. 1678., Sverino-Megapolitanus, A. 1701. ſuperſtes. *T. I. p.* 459.

Paulus NEUCRANTZIUS, Roſtochienſis, Med. D. & in patria, ab A. 1632., Lubecæ vero, ab A 1634., Practicus, & tandem, ab A. 1655., Poliater, M. d. 20. Maji A. 1671., æt. 66. *T. II. p.* 581. 582.

Pet. NEUCRANTZIUS, Kirchwerderanus, J. U. Lic. (c. A. 1670.) *T. I. p.* 459.

Zach. NEUCRANTZIUS, Hamburgenſis, Med. Doctor A. 1676. creatus *T. I. p.* 459.

Henr. NEVERUS, Jeſuita, Sacerdos Altonavienſis, circa A. 1607., Pontificius. *T. II. p.* 582.

Georg. Seb. NEUHAUS, Flensburgenſis, Med. D. & in patria, ab A. 1718., Aarhuſiæ vero ab A. 1720., Practicus. *T. I p.* 459.

Georg. Frid. NEUMANNUS, Stolberga Miſnicus, Lubecæ ab A. 1702. ad 1705. commoratus, A. 1710. ſuperſtes. *T. II. p.* 582.

Henr. NEUMANNUS, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, circa A. 1716., Practicus. *T. I. p.* 459

Ern. Gottl. NEUMARCK, Vinarienſis, Medicus, circa A. 1719., Hamburgenſis. *T. II. p.* 583.

M. Erdmannus NEUMEISTERUS, Uchterizio Thuringus, Paſtor per ſexennium Bibranus, Concionator aulicus, circa A. 1703., Weiſſenfelſæ Saxonicus, Paſtor & Superintendens, ab A. 1706., in Luſatia Soravienſis, ſimulqve Eccleſiaſtes Comitis Promnitii aulicus, & Paſtor tandem, ab A. 1715., Hamburgenſis Jacobæus, A. 1725. ſuperſtes. *T. II. p.* 583-586.

NICOLAUS III. (BRUNIUS,) Epiſcopus, ab A. 1350., Slesvicenſis, A. 1366. ſuperſtes. *T. I. p.* 459. 460

M. Ad. Laur. NICOLAI, Lubecenſis, Eccleſiaſtes patriæ, ab A. 1672., Jacobæus, M. 8. Oct. A. 1678., æt. 31. *T. I. p.* 460.

Georg. NICOLAI Hamburgenſis. c. A. 1667. *T. I. p.* 460.

Henr. NICOLAI, Lubecenſis, Med. D. & in patria, ac deinde Argentinæ, Practicus, A. 1720 ſuperſtes. *T. I. p.* 460.

Joh. NICOLAI, Lubecenſis, Concionator aulicus, ab A. 1638., Holſato-Rethwiſchenſis, Templiqve deinde Lubecenſis Petrini, ab A. 1639., Diaconus, &, ab A. 1663., Paſtor, M. d. 22. Jun. A. 1686., æt. 77. *T. I. p.* 460.

M. Mart. NICOLAI, Kellinghuſa Holſatus, Scholæ Itzehoenſis, ab A 1669., Rector, Paſtorqve deinde, ab A. 1673., Niendorſienſis, &, ab A. 1687., Uterſenſis, M. d. 15. Nov. A. 1716., æt. 76. *T. I. p.* 461.

M. Mich. NICOLAI, Flensburgenſis, Paſtor, ab A. 1586., Sünderburgenſis, M. A. 1623., æt. 69. *T. I. p.* 461.

M. Nicol. NICOLAI, Coldingenſis, Friderici II., Regis Daniæ, Concionator aulicus Hafnienſis, Canonicusqve ſimul Roeſchildenſis, M. d. 25 Aug. A. 1578., æt. 53. *T. I. p.* 461.

Nicol. NICOLAI, Huſenſis, Scholæ Slesvicenſis, ab A. 168., Subrector, & deinde, circa A. 1685., Conrector, ſimulqve Eccleſiaſtes Michaelitanus, M. M. Dec. A. 1687. *T. I. p.* 461. 462.

Paulus NICOLAI, Huſenſis, Scholæ patriæ, ab A. 1669, Subrector, dein Diac., ab A. 1676., Catingenſis, & tandem Paſt. Coldenbüttellanus. *T. I. p.* 462.

Phil. NICOLAI, Mengringhuſio Waldeccus, Th. D., patriæ ab A. 1576., Monaſterii Hardeccenſis ab A. 1583., & Lutheranorum Colonienſium ab A. 1586., Eccleſiaſtes, Concionator aulicus Wildungæ, ab A. 1587., Waldeccenſis, Paſtorqve, ab A. 1596., in Weſtphalia Unnenſis, & tandem, ab A. 1601., Hamburgenſis Catharinæus, M. d. 26. Oct. A. 1608., æt 53. *T. II. p.* 586. 587. *T. III. p.* 507-518.

Theod. NICOLAI, Hamburgenſis, J U. D. & in patria, circa A. 1644., Practicus, deinde autem, circa A. 1656., Conſiliarius Danicus & Holſaticus. *T. I. p.* 462.

Torbiornus NICOLAI, Ripenſis (c. A 1572.) *T. I. p.* 462.

M. Wilhadus NICOLAI, Brönſa Cimber, Scholæ Wiburgenſis Rector, & Lector deinde, circa A. 1592., Theologus, M. A. 1637. *T. I. p.* 462.

Laur. NIEBUERUS, Hamburgenſis, J U. D. ac Profeſſor, circa A. 1568. & 1577., Roſtochienſis, deinde vero Ulrici, Ducis Megapol., in aula Güſtrovienſi, Conſiliarius & Cancellarius αὐτόχειρ, M. d. 15. Apr. A. 1588. *T. I. p.* 462.

Burch. NIEDERSTADT, Slesvicenſis, J. U. Lic., Secretarius, circa A. 1659., & deinde Conſiliarius, ac tandem qvidem intimus, Holſato-Gottorpienſis, M. M. Sept. A. 1684. *T. I. p.* 462. 463.

Maria Eliſabetha NIEDERSTADTIA, Slesvicenſis, Ad. Olearii filia, & Burch. Niederſtädtii, modo memorati, conjux, M. d. 20 Dec. A. 1681., æt 41. *T. I. p.* 463.

Dan. NIELSEN, Flensburgenſis, Paſtor, ab A. 1694., in Alſia, Norburgenſis & Tundtoſtenſis, M. M. Apr A. 1721. *T. I. p.* 463. 464.

Chriſt. Alb. NIEMANNUS, Slesvicenſis, J. U. D., Collegii Canonicorum Lubecenſium, & Ordinum Ducatus Saxo-Lauenburgici, ab A. 1708., Syndicus, Canonicusqve ſimul Eutinenſis, ac urbis deinde Lubecenſis, ab A. 1722., Senator. *T. I. p.* 464.

Sebaſt. NIEMANNUS, Lubecenſis, Theol. D. ejusqve, & Hiſt Eccl., Profeſſor Jenenſis, ab A. 1654., extraordinarius, &, ab A. 1657, ordinarius, ſimulqve, ab A. 1666., Paſtor ac Superintendens, tandem vero, ab A. 1674., Superintendens generalis & Proteccleſiaſtes aulicus Holſato-Gottorpienſis, ſimulqve Præpoſitus Gottorpienſis, Nordſtrandicus & Trittovienſis, M. d. 6. Mart. A. 1684., æt. 59. *T. I. p.* 464-467.

M. Theod. NIEMANNUS, Neoſtadio Wagrius, patriæ, ab A. 1625., & deinde Templi cathedr. Slesvicenſis, ab A. 1647., Paſtor, M. d. 11. Mart. A. 1666., æt 65. *T. I. p.* 467.

M Joh. NIFANIUS, Gartza Pomeran., Tunderenſis Scholæ circa A. 1619., Rector, Chriſt. IV., Regis Dan., Concionator aulicus & caſtrenſis, ac tandem Paſt., per annos 38., in Dithm. Marnenſis, ſimulqve Canon. Slesvic., A. 1662 ſuperſtes. *T. II. p.* 587.

Chriſt. NIFANIUS, Lelinga Seelandica Danus, Marnæ in Dithmarſia educatus, Th D., Gymnaſii Corbacenſis, ab A 16 8, Rector, ſimulqve Scholarum Waldeccenſium ab A. 1659., & Eccleſiarum tractus Eiſenbergenſis ab A. 1661., Inſpector, deinde vero, ab A. 1664., Paſtor Bileſeldianus & Comitatus Ravensburgici Superintendens, ſimulqve Elect. Bramleburg. Conſiliarius, ab A. 1676. eccleſiaſticus, & ædis collegiatæ Bileſeldianæ, ab A. 1685., e Canonico Decanus, M. d. 5. Jun. A. 1689., æt. 60. *T. II. p.* 587-58.

Joh. NIHUSEN, Lubecenſis (c. A. 1665.) *T. I. p.* 467.

Greg. NITZSCHIUS, Zutkowizio Miſnicus, J. U. D., Eth. & Polit Profeſſor, ab A. 1693., Gieſſenſis, Collegii Canonicorum Lubecenſium, & Ordinum Saxo-Lauenburgicorum, ab A. 1698., Syndicus, tandemqve, ab A. 1701., Aug. Friderici, Epiſc. Lubec., Conſiliarius intimus & Cancellariæ Director, M. d. 16. Sept. A. 1705., æt. 46. *T. II. p.* 589. 590.

Joh. NOLTO, Brunsbüttela Dithmarſus, Med. D. & Lubecæ, circa A. 1690., Practicus, circa A. 1698. Poliater, ac A. qvidem 1708. primarius, M. Mart. A. 1711. *T. I. p.* 467. 468.

Briccius NORDANUS, Diaconus, uſqve ad A. 1530., in Clivia Buricenſis, Paſtor, ab A. 1532., Monaſterienſis Martinianus, Paſtor & Superintendens, ab A. 1535., Suſatenſis, &, poſt triplex exilium, Diaconus tandem, ab A. 1547., Lubecenſis Ægidianus, M. d. 4. Aug. A. 1557. *T. II. p.* 590.

Mart. NORDANUS, Lubecenſis, J. U. D. & patriæ, ab A 1603, Syndicus, M. d. 29. Oct. A. 1620. *T. I p.* 468.

M. Nicol. NOTHELFERUS, Noribergenſis, Arcis Glückſtadienſis, ab A. 167., Paſtor, M. A. 1685. *T. II. p.* 591.

Bernh. Ant. NOTTELMANNUS, Lubecenſis, Med. D. ac Practicus, ab A. 1694., Hamburgenſis, &, ab A. 1696., Gardelegienſis, Tractus in Duc. Luneb. Giffhornenſis ab A. 1698., & Dannebergici ab A. 1704., Phyſicus, tandemqve urbis Luneburgenſis, ab A. 1705., Poliater, ſimulqve, ab A. 1707., Principis viduæ Cellenſis Archiater, A. 1721. ſuperſtes. *T. I. p.* 468.

Herm. NOTTELMANNUS, Flötha Weſtphalus, Log. & Rhetor., in Gymnaſio eqveſtri Lüneburgenſi, ab A. 1654., Profeſſor, & Scholæ deinde Lubecenſis, ab A. 1666., Rector, M. d. 5. Sept. A. 1674., æt. 48. *T. II. p.* 591.

Joh. NUMMENSEN, Strandfriſius, Diaconus in Nordſtrandia, circa A. 1627., Bupſeenſis, d. 12. Oct. A. 1634. ſubmerſus. *T. I. p.* 468.

O.

Joh. OCKSENIUS, Hafnienſis, Th. D., Diaconus, ab A. 1694., Flensburgenſis Marianus, Eccleſiaſtes Aulæ Danicæ, ab A. 1707, Hafnienſis, Epiſcopusqve tandem, ab A. 1712., Ripenſis, &, ab A. 1713., Aarhuſienſis. A. 1723 ſuperſtes. *T. II. p.* 591.

Ericus ODHELIUS, Weſtrogothus, Th. D. & Profeſſor Upſalienſis, Paſtor

Paſtor deinde Holmienſis primarius & Conſiſt. eccl. Præſes deſignatus, ſed paulo poſt Hamburgi, d. 30. Jun. A. 1666., æt. 46., mortuus. T. II. p. 591 592.

Bernh. OELREICH, Itzehoenſis, Th. D., L. Gr. Profeſſor Soranus extraord., Paſtor, ab A. 1651, in Scania Aasheimenſis, Eccleſiaſtes aulæ Svedicæ, ab A. 1664., Holmienſis, Academiæ in Scania Londinenſis, ab A. 1668., Profeſſor Theologus &, circa A. 1672., Procancellarius, Bremæqve tandem Templi cathedr. Paſtor ac Superintendens Svedicus, M. d. 30. Mart A. 1686., æt. 60. T. I. p. 468.

Henr. OELSEN, Arithmeticus, circa A. 1673., Hamburgenſis. T. I. p. 468.

Joh. Mich. OERTELIUS, Wiehenſis Saxo, Med. D. & Practicus, ab A. 1693., Flensburgenſis. T. II. p. 592.

Theod. ab OESEDE, Flensburgenſis, J. U. D. & Practicus, ab A. 1621., Roſtochienſis, deinde Sternbergæ, in Judicio provinciali, ab A. 1622, Fiſci patronus, ſimulqve Conſiliarius Megapolitanus, Roſtochium tandem A. 1637. reverſus, M. M. Dec. A. 1641., æt. 56. T. I. p. 468. 469.

Joh. Chriſtoph. ÖHLERS, Lubecenſis, Scholæ Flensburgenſis Nicolaitanæ, & deinde, ab A. 1721., Hamburgenſis Jacobææ, Arithmeticus. T. I. p. 469.

M. Georg OLAVIUS, Hotternæſia Jutus, Paſtor in Alſia Horupenſis, A. 1617. ſuperſtes. T. II. p. 592.

M. Joh. OLAI, Ottonia Fionis, Theol. Lector, ab A. 1614. ad 1623., Ripenſis, poſteaqve, ab A. 1623., Paſtor ibidem Catharinæus, Collegiiqve Canonicorum Archidiaconus, M. d. 28. Apr. A. 1636., æt. 57. T. II. p. 592.

Conr. OLDE, Hamburgenſis, Theol. Licentiatus A. 1657. creatus. T. I. p. 469.

M. Henr. OLDENIUS, Hamburgenſis, Paſtor in Dithmarſia, ab A. 1659., Burgenſis, M. d. 2. Mart. A. 1670., æt. 46. T. I. p. 469.

Nicol. Dan. OLDE, Med. D. & Practicus, circa A. 1704., Hamburgenſis. T. I. p. 469.

Joh. OLDEHORST, Hamburgenſis, c. A. 1628. T. I. p. 469.

M. Henr. OLDENBURGIUS, Lubecenſis, Paſtor, ab A. 1660, Templi Germanorum Bergæ in Norwagia Mariani, M. M. Apr. A. 1703. T. I. p. 469.

Joh. OLDENBURGIUS, Huſenſis, Scholæ Huſenſis, ab A. 1573. Conrector, ab A. 1582. Rector, Templiqve antea Diaconus, M. d. 20. Jun. A. 1605., æt. 5?. T. I. p. 469.

M. Henn. OLDENDORPIUS, Hamburgenſis, Profeſſor L. Hebr. Roſtochii ab A. 1566. ad 1568. (qvo loco movebatur), Argentinæ autem poſtea Lingvæ ejuſdem, ab A. 1575., ſimulqve Phyſices ab A. 1588., & Collegii Wilhelmitani Præfectus. M. d. 5. Sept. A. 1589. T. I p. 470.

Joh. OLDENDORPIUS, Hamburgenſis, J. U. D. &, ab A. 1529, Profeſſor Roſtochienſis, ſimulqve Syndicus urbanus, Syndicus forſan etiam, circa A. 1533. Lubecenſis, deinde vero Academiarum Francofurtanæ ad Viadrum, Colonienſis, tandemqve, ab A. 154?, Marpurgenſis, Anteceſſor, ſimulqve Philippi, Haſſiæ Landgravii, Conſiliarius, M. d. 3. Jun. A. 1567. T. I. p. 470. T. III. p. 518. 525.

Bernh. OLDERMANNUS, Roſtochienſis, Med D. & in patria, ab A. 1606., Practicus, Poliater, ab A. 1609., Brunſvicenſis, Archiater, ab A. 1610., Holſato-Gottorpienſis, Medicusqve, ab A. 1621., Magnatum aliqvot Danicorum, & Practicus tandem Kilonienſis, ſimulqve Sophiæ, Reginæ Danorum viduæ, ac Friderici, Ducis Holſato-Gottorp., denuo Archiater, M. d. 4. Aug. A. 1631., æt. 51. T. II. p. 592. 593.

M. Bernh. OLDERMANNUS, Sleſvicenſis, Paſtor Cotzenbüllenſis, ſimulqve Eiderſtadiæ, ab A. 1680., Præpoſitus, M. d. 9. Dec. A. 1681. T. I. p. 470.

Adamus OLEARIUS, Aſcania Saxo, Ord. Philoſ. Lipſienſis Aſſeſſor, Legatorum in Ruſſiam & Perſiam Holſaticorum, ab A. 1633. ad 1639., Secretarius & Conſiliarius, Mich. Fedrowizii, Magni Ruſſorum Principis, ab A. 1639., Aſtronomus, tandemqve Mathematicus ab A. 1640., ac Bibliothecarius ſimul, ab A. 1650., Holſato-Gottorpienſis, M. d. 22. Febr. A. 1671., æt. 72. T. II. p. 593. 600.

Phil. Chriſt. OLEARIUS, Sleſvicenſis, Med. Doctor A. 1689. creatus T. I. p. 470.

Hieron. ÖLGARD, J. U. D., Johannis ſenioris, Ducis Holſato-Hathersle-bienſis, circa A. 1572., Conſiliarius & Cancellarius. T. II. p. 600.

Joh. OLIEQUIST, Svecus, Caroli Guſtavi, Regis Svecıæ, Cubicularius, Canonicusq; ab A. 1658 ad 1667., Hamburgenſis. T. II. p. 600. 601.

Gvilh. OLTERUS, Paſtor in Dithmarſia, circa A. 1680., Nordhardſtedenſis T. I. p. 470.

Henr. OLTERUS, Nordhardſteda Dithmarſus, Diaconus in Dithmarſia, ab A. 1687., Hemmingſtedenſis. T. I. p. 471.

Bernh. OMEISIUS, Pezenſteinio Francus, Med. D, Poliater Canonicusqve Ripenſis, M. d. 2. Nov A. 1694, æt. 53. T. II. p. 601.

R. Samuel OPATENSIS, Polonus, Judæus Hamburgi commoratus, M. d. 5. Sept. A. 1705. T. II. p. 601.

Henr. OPITIUS, Altenburgo Miſnicus, Ord. Philoſ. Jenenſis, ab A. 1672., Aſſeſſor, poſteaqve, in Academia Kilonienſi, Lingvæ Græcæ ab A. 1675., ſimulqve Orientalium ab A. 1678., harum autem ſolarum ab A. 1683., & Theologiæ tandem ab A. 1689., Profeſſor, ac Conſiliarius eccleſiaſticus Holſato-Gottorpienſis, M. d. 24. Jan. A. 1712. æt. 70. T. II. p. 601-604.

M. Joſias Henr. OPITIUS, Kilonienſis, Diaconus ab A. 1709., & Paſtor, ab A. 1717., Tonningenſis, M. A. 1719. T. I. p. 471.

M. Paulus Frid. OPITIUS, Kilonienſis, LL. Orient. & Græcæ, in Academia patria, ab A. 1721., Profeſſor. T. I. p. 471.

M. Conr. OPORINUS, Femarienſis, Archidiaconus ab A. 1677., & Paſtor, ab A. 1679., Neomonaſterienſis, M. A. 1713. T. I. p. 471.

M. Joach. OPORINUS, Neomonaſterienſis (c. A. 1719.) T. I. p. 471.

M. Mich. ab OPPENBUSCH, Amſtelodamenſis, Eccleſiaſtes Legati ad Anglos Danici Londinenſis, & deinde, ab A. 1664., Hamburgenſis Michaelitanus, M. d. 28. Oct. A. 1686. T. II. p. 604. 605.

Joh. OPSOPOEUS ſeu KOCHIUS, Hamburgenſis, Paſtor Geeſthachedenſis, A. 1633 ſuperſtes. T. I. p. 472.

R. Samuel Ben Joſeph. ORGELAS, Judæus, Synagogæ Cracovienſis Judex, & Hamburgenſis poſtea Doctor, M. A. 1699. T. II. p. 605.

Joh. OSTERLOH, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, circa A. 1716, Practicus. T. I. p. 472.

Henr. OSTERMANN, Bochumo Weſtphalus, J. U. D. & Practicus Lubecenſis, M. d. 13. Dec. A. 1700., æt. 57. T. II. p. 605.

Pet. OSTERMEIER, Hamburgenſis, J. U. L. & in patria, circa A. 1704., Practicus, deinde vero Præfecturæ Bergerdorfienſis Scriba, M. A. 1710. T. I. p. 472.

Chriſt. OTFARUS, Terbizio Miſnicus, e Gymnaſii Bordesholmenſis Præceptore Med. Doctor & Practicus, ab A. 1653., Roſtochienſis, Wiſmarienſis ac iterum Roſtochienſis, M. d. 22. Dec. A. 1660., æt. 51. T. II. p. 605.

Matthæus ab OTTHEN III., Nobilis Holſatus, Filiorum Maximil. II. Imp., Ephorus, & Alberti deinde Auſtriaci, Cardinalis Proregisqve Luſitanici, ab A. 1580., Secretarius & Conſiliarius intimus, A. 1592. ſuperſtes. T. I. p. 472.

Dav. OTTO Sen., Hamburgenſis, J. U. D. & in patria Practicus, M. A 1719. T. I. p. 473.

Dav. OTTO Jun., Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, circa A. 1716., Practicus. T. I. p. 473.

Joh. OTTONIS, Hamburgenſis, J. U. Doctor A. 1675. creatus. T. I. p. 473.

Jul. OTTO, Pragenſis, Judæus ad Chriſtianos transgreſſus, & Hamburgi, circa A. 1614., commoratus. T. II. p. 606. 607.

Laur. OVENI, Witzworta Eiderſtadienſis, J. U. D., Dicaſterii Eiderſtadiæ provincialis, circa A. 1650., Aſſeſſor, A. 1660. ſuperſtes. T. I. p. 473.

Juſtus ab OVERBECK, Hamburgenſis, J. U. D. & ædis Cathedr. in patria, circa, A. 1701., Canonicus, M. A. 1719. T. I. p. 473.

M. Wolfg. OUWE, Flensburgenſis, Paſtor, ab A. 1659., Husbyenſis, &, ab A. 1660., Flensburgenſis Johanneus, M. M. Febr. A. 1676., æt. 44. T. I. p. 473. 474.

Mart. OWMANNUS, Paſtor Wilſtrienſis, M. A. 1661. T. I. p. 474.

M. Nicol. OWMANNUS, Wilſtrienſis, Paſtor, in agro Sleſvicenſi, Thumbyenſis, M. A. 1693. T. I. p. 474.

M. Mart. Jac. OWMANNUS, Thumbya Anglo-Cimber, Theol. c. A. 1706. Studioſus. T. I. p. 474.

P.

Bernh. PAGENDARM, Hervordia Weſtphalus, J. U. D. & Practicus, circa A. 1716., Hamburgenſis. T. II. p. 607.

Jac. PAGENDARM, Hervordienſis, Scholæ Osnabrugenſis ab A. 1670., & deinde Lubecenſis, ab A. 1679., Cantor, M. d. 13. Jan. A. 1706., æt. 60. T. II. p. 607.

M. Herm. Henr. PAGENDARM, Osnabrugenſis, Lubecæ educatus, Collegii Fratrum Hervordienſis, ab A. 1702., Pater ac Paſtor, & deinde Parochus, ab A. 1713., prope Huxariam, Heyenſis ac Frenckenſis, A. 1718. ſuperſtes. T. II. p. 607.

M. Joh. Gerh. PAGENDARM, Lubecenſis, Eccleſiaſtes, ab A. 1707., in templo D. Margaretæ Caſtelli Noribergenſis extraordinarius, Concionator aulicus, ab A. 1712., Wilhelmsdorfii Hohenloicus, ſimulqve Paſtor Neidhardwindenſis, ac tandem Paſtor, ab A. 1719., in tractu Sileſiæ Olsnenſi, Paſchkerwitzenſis, T. I. p. 474.

Georg. PAHLE, Hamburgenſis, Advocatus, circa A. 1636., Stadenſis. T. I. p. 474.

Ericus PAISEN, Eiderſtadienſis (circa A. 1582.) T. I. p. 474.

Ericus PAISEN, Huſenſis, Scholæ patriæ, ab A. 1638., Subrector, &, ab A. 1639. ad 1647., Conrector, deinde vero Paſtor in Boruſſia Friedlandenſis. T. I. p. 474.

Herm. Matth. PAISEN, Hamburgenſis, Med. D. & in patria, circa A. 1701., Practicus, A. 1716. ſuperſtes T. I. p. 474.

M. Matthias PAISENIUS, Huſenſis, Theol., circa A. 1595., Studioſus. T. I. p. 474.

Matthias PAISENIUS, Hamburgenſis, Med. D. & in patria Practicus, Xenodochiiqve Medicus, M. d. 9. Oct. A. 1670., æt. 28. T. I p. 475.

Wilh. PALE, Civis Sec. XVII. Lubecenſis. T. I. p. 475.

Bened. PALENIUS, Neo-Treptoa Pomeranus, Diaconus, ab A. 1638., Hamburgenſis Nicolaitanus, M. d. 30. Jun. A. 1652., æt. 42. T. II. p. 607.

M. Nicol. PALLADIUS, Ripenſis, Paſtor, ab A. 1547., Hafnienſis Marianus, & Epiſcopus deinde, ab A. 1552., in Scania, Londinenſis, M. d. 17. Sept A. 1560. T. I. p. 475. 476.

Pet. PALLADIUS, Ripenſis, Th. D. & Profeſſor, ab A. 1535., Hafnienſis, ſimulqve Epiſcopus, ab A. 1537., Roeſchildenſis, M. d. 3. Jan. A. 1560., æt. 57. T. I. p. 476-479.

Pet.

Pet. PALUDANUS, Bulderupa Cimber, Paſtor, in agro Tunderenſi Rinckeniſſenſis, & deinde Bulderupenſis, ab A. usqve 1613., A. 1625. ſuperſtes. *T. I. p.* 479.

Sever. PALUDANUS, Ripenſis, Secretarius Aulæ Danicæ Hafnienſis, & Conſul deinde Coldingenſis, A. 1564. ſuperſtes. *T. I p.* 479. 480.

Matthæus PAMPUS, Paſtor, ab A. 1595., in Eiderſtadia Ordingenſis, A. 1635. ſuperſtes. *T. I p.* 480.

M. Henr. PAPE, Hamburgenſis, Scholæ Sleſvicenſis, circa A. 1598., Subrector, & Suburbii deinde Georgiani Hamburgenſis, ab A. 1603., Paſtor, M. d. 18. Jun. A. 1629. *T. I. p.* 480.

Pet. PAPENIUS, Æglenſis, Scholæ Soltqvellanæ Præceptor, & Itzehoenſis deinde, ab A. 1620., Conrector, A. 1624. ſuperſtes. *T. II. p.* 607.

Iſaacus PAPINUS, Blæſia Gallus, Presbyter Reformatus Pajonianus ſchismaticus, ob religionem, ab A. 1685., in Anglia & Batavia exul, Eccleſiaſtes A. 1687. Altonaviæ, & A. 1688. Dantiſci, extraordinarius, in Galliam tandem A. 1689. reverſus, & A. 1690. ad Pontificios transgreſſus, M. d. 19. Jun. A. 1709. *T. II. p.* 608-610.

Henr. PASCHASIUS, Lubecenſis, Med. D. & Practicus, circa A. 1634., Hafnienſis. *T. I. p.* 480.

Georg. PASCHIUS, Dantiscanus, Ord. Philos. Witeb., ab A. 1686., Aſſeſſor, Kiloniiqve poſtea Ethices ab A. 1689., & Log. ſimul ac Metaphyſ. ab A. 1701., Profeſſor ordinarius, Theologiæ autem, ab A. 1706., extraordinarius, M. d. 30. Sept. A. 1707., æt. 46. *T. II. p* 610. 611

M. Joh. PASCHIUS, Ratzeburgenſis, Ord. Philos. Witeb., ab A. 1685., Aſſeſſor, Philos. Profeſſor, ab A. 1687., Roſtochienſis, ſimulqve Paſtor & Præpoſitus, ab A. 1688. ad 1693., Ribnicenſis, ac tandem Concionator, in arce Gravenſteniana, ab A. 1695. ad 1702., Alefeldianus aulicus, utrobiqve loco motus, M. c. A. 1709. *T. II. p.* 611. 612.

M. Hieron PASMANN, Hamburgenſis, Eccleſiaſtes patriæ, ab A. 16 8, Michaelitanus, M. A. 1716. *T. I. p.* 480.

Henn. Frid. a PASSEWIZ, Eqves Megapol., Chriſt. Alb. & Frid., Ducum Holſato-Gottorpienſium, Cubicularius, Caroli Friderici autem, circa A. 1712., Conſiliarius provincialis, Præfectusqve Huſenſis, ac tandem Conſiliarius intimus Miniſterqve primarius, A 1723. ſuperſtes. *T. II. p.* 612.

Adamus PASTOR (antea Rud. Martini), Dorphena Weſtphalus, Doctor, ab A. 1542, ſectæ Anabaptiſticæ ſchismaticus ac Arianus, Lubecæ, aliisqve in locis, vagabundus, ac A. 1547. ſuperſtes. *T. II. p.* 612. 613.

M. PAULUS *Lubecenſis*, Cœnobii in Wagria Reinfeldenſis, circa A. 1520., Præpoſitus. *T. I. p.* 480.

Ant. PAULI, Dithmarſus, J. U Doctor A. 1657. creatus. *T. I. p.* 480.

Broderus PAULI, Huſenſis, J. U. D. & Practicus ab A. 1629, Syndicus ab A. 1639, Conſulqve tandem, ab A. 1670., Hamburgenſis, M. d. 19. Jan. A. 1680., æt. 82. *T. I. p.* 480. 481.

Chriſt. PAULI, Gafronia Sileſius, Eccleſiaſtes Reformatus Dantiſci, ab A. 1658., Petro Paulinus, Georgii Wilhelmi, Ducis in Sileſia Bregenſis, ab A. 1671., Concionator aulicus, Ducatusqve Superintendens, & Paſtor tandem, ab A. 1676., Reformatus Altonavienſis, M. d. 18. Sept. A. 1696., æt 71. *T. II. p.* 613. 614.

Dan. Frid PAULI, Weſtphalus, J. U. D. & Practicus, circa A. 1702., Lubecenſis. *T. II. p.* 614

Georg. PAULS, Lubecenſis, (c. A. 1638.) *T. I. p.* 481.

Jac. Henr. PAULI a Roſenſchild, Hafnienſis, Anatomes in patriæ Academia Profeſſor A. 1662. deſignatus, Hiſt. in eadem, ab A 1664., Profeſſor, ſimulqve Hiſtoriographus Danicus, Chriſt. V., Regis Dan., Secretarius, &, ab A. 1683., Conſiliarius Holſato-Glückſtadienſis, tandemqve Legatus Hamburgi, ad A. usqve 1686., in Aula Anglica circa A. 1693., Lubecæqve, ab A. 1698., ordinarius. T. *II. p.* 614. 615. 616

Joh. PAULI, Paſtor & Superint., ab A. 1635., in Duc. Lüneb. Lünenſis, viciqve deinde in Holſatia Prezenſis, ab A. 1641., Parochus, A 1650. ſuperſtes. *T. II. p.* 616.

Joh. Ulr. PAULI, Hamburgenſis, J. U. D., Patriæ, ab A. 1719., Senator. *T. I. p.* 481.

Mich. PAULI, Dithmarſus, Advocatus, Senator, & Conſul tandem, ab A. 16 8., Kilonienſis, A. 1710 ſuperſtes. *T. I p.* 481.

Pet. PAULI GUNNENS, Eiderſtadienſis, Mariæ Eliſabethæ, Principis Holſaticæ viduæ, ab A. 1664., Huſæ Conſiliarius, & Præfecturæ Huſenſis Adminiſtrator, M. c. A. 1685. *T. I. p.* 481.

Simon PAULI, Roſtochienſis, Med D. & Practicus, ab A. 1631., Lubecenſis, Med. Profeſſor, ab A. 1635., Roſtochienſis, &, ab A. 1639., Hafnienſis, aulæqve tandem Danicæ, ab A. 1648., Medicus, &, ab A. 1656., Archiater, ac ſimul Canonicus ab A 1658., Prælatusqve hæreditarius, ab A. 1666., Aarhuſienſis, M. d. 25. Apr. A. 1680., æt. 78. *T. II. p.* 616-622.

Ulr. PAULI, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria Practicus, M. d. 9. Febr. A. 1699., æt. 62. *T. I. p.* 481.

Chriſt. Franc. PAULLINI, Iſenaco Thuringus, Med. D. & Practicus, ab A. 1673., Hamburgenſis, Chriſtoph. Bernh, Epiſc. Monaſter., Cœnobiiqve Corbejenſis, ab A. 1675., Rud. Auguſti autem, Ducis Brunſvic., ab A. 1678., Medicus & Hiſtoricus, tandemqve Poliater, ab A. 1689, Iſenacenſis, M. d. 10. Jun. A 1712, æt. 70 *T. II. p.* 622-633

Ahaſv. PAYNGH, Huſenſis, Med D. & Practicus Huſenſis ac deinde Hafnienſis, ſimulqve Frid. III., Regis Daniæ, Medicus aulicus, M. d. 13 Maji A. 1667., æt. 59. *T. I. p* 482.

Pet. Theod. PAYNGH, Huſenſis, Med. D., Pragæ Rudolphi II., Imperatoris, & Hafniæ poſtea Chriſtiani IV., Rgis Daniæ, Chymicus, Canonicusqve ſimul in Scania Lundenſis, M. d. 12. Apr. A. 1645, æt. 70. *T. I. p.* 482.

Joh. Nicol. PECHLINUS, Lugduno Batavus, Med. D. & Profeſſor, ab A. 1673., Kilonienſis, Archiater autem, ab A. 1680., ſimulqve, ab A. 1689., Bibliothecarius, & deinde etiam Conſiliarius, Holſato-Gottorpienſis, nec non Caroli Friderici, Principis Holſatici, ab A. 1704., Holmiæ Svecorum Ephorus, M. M. Febr. A 1706. *T. II. p.* 633-639.

Joh. Georg. PELLICERUS, Eutinenſis, J. U. Lic., Ædis in patria Collegiatæ, circa A. 1666., Canonicus, ſimulqve Canonicorum Lubecenſium Secretarius, deinde autem, circa A. 1676., Conſiliarius Saxo-Lauenburgicus, & oppidi Lauenburgenſis Præſes, M. d. 4. Jun A. 1682., æt. 46. *T. I. p* 482. 483.

Matthias PELLICERUS, Eutinenſis, Ædis in patria collegiatæ Canonicus, M. M. Aug. A. 1673. *T. I. p.* 483.

Joh. Frid. PENNINGBüTTEL, Lubecenſis, JCtus (c. A. 1716.) *T. I p.* 483.

M. Dav. PENSHORNIUS Sen., Hamburgenſis, ædis Sp. S. in patria, ab A. 1562., & deinde, ab A. 1565., Nicolaitanæ, Paſtor, tandemqve, ab A. 1580., patriæ Superintendens, M. d. 23. Sept. A. 1593. *T I. p.* 483. 484.

Dav. PENSHORNIUS Jun., Hamburgenſis, J. U. Lic., patriæ, ab A. 1649., Senator, M. d. 7. Mart. A. 1660., æt. 50. *T. I. p.* 484.

M. Joach. PENSHORNIUS, Hamburgenſis, Eccleſiaſtes patriæ, ab A. 1080., Catharinæus, M. d. 19 Sept. A 1629., æt. 52. *T. I. p.* 484.

Steph. PERSEN, Kilonienſis, Paſtor Sleſvicenſis, ab A. 1634, Michaelitanus, A. 1649. ſuperſtes. *T. I. p.* 484.

Joh. PERSIUS, Hamburgenſis (c. A. 1685.) *T. I. p.* 484.

M. Herm. a PETKUM, Hamburgenſis, Ulrici, Comitis Oſtfriſiæ, Concionator, ab A. 1638., aulicus, ſimulqve Paſtor, ab A. 1640., Auricenſis, deinde vero templi Hamburgenſis Petrini, ab A. 1644., Diaconus, &, ab A. 1673., Paſtor, M. d. 21. Dec. A. 168., æt. 72. *T. I. p.* 484.

Joh. Hieron. a PETKUM, Hamburgenſis, Theol. Lic., Filiorum Chriſtiani V., Regis Danici, Hafniæ ab A. 1692., Ephorus, ſimulqve Ethices in Acad. eqveſtri Profeſſor, deinde vero, ab A. 1697., Paſtor Itzehoenſis, ac Præpoſitus ſimul Münſterdorfienſis, M. d. 25. Dec. A. 1713., æt. 57. *T. I. p.* 485.

Andr. PETRI, Tranderupa Arroenſis, Paſtor, ab A. 16 8., in Fionia, Olderupenſis & Kirkebyenſis, M. d. 10. Jul. A. 1657., æt. 55. *T. I. p.* 485.

Bened. Nicol. PETREJUS, Hamburgenſis, Med. D. & in patria, circa A. 1701, Practicus, M. M. Aug. A. 1717. *T. I. p* 485.

Bernh. PETRI, Sleſvicenſis, J. U. Lic., Advocatus Flensburgenſis, & Conſiliarius deinde Holſato-Sünderburgicus, A. 1686. ſuperſtes. *T. I. p.* 485.

Caſp. PETRÆUS, Paſtor, in Tractu Tunderenſi Hoyeranus, A. 1723. ſuperſtes. *T. II p.* 405.

Frid. PETRI, Huſenſis, Diaconus in tractu Flensburgenſi Viöldenſis, M. d. 25. Jun. A. 1695. *T. I. p.* 486.

Georg. PETRÆUS, Apenradenſis, Paſtor ab A. 1554., ac Præpoſitus ſimul, ab A. 1561., Tunderenſis, M. d. 2. Aug. A. 1585., æt. 60. *T. I. p.* 485.

Georg. PETREJUS, Hamburgenſis, J. U. Lic., & in patria, circa A. 1716, Practicus. *T. I. p.* 486.

Henn. PETERSEN, Weſſelbura Dithmarſus, Paſtor Möncknbrarupenſis, Præpoſitusqve deinde & Eccleſiaſtes aulicus Holſato-Glücksburgenſis, M M. Oct. A. 1693. *T. I. p.* 486.

Jac. PETERSEN, Sleſvicenſis, J. U. D. & in patria, circa A. 1700., Practicus. *T. I. p.* 486.

Joach. PETERSEN, Bergerdorpienſis, J. U. D., Auguſti, Ducis Saxo. Lauenburg., ab A. 1643., Conſiliarius, & Syndicus deinde, ab A. 1652., Hamburgenſis, M. d. 23. Jun. A. 1658., æt. 47, Londini. *T. I p* 486. 487.

Joach. PETERSEN, Lubecenſis, J. U. D. &, ab A. 1647., in patria Practicus, M. d 9. Jul. A. 1681., æt. 67. *T. I. p.* 487.

Joach. Gothofr. PETERSEN, Lubecenſis, J. U. Doctor A. 1715. creatus. *T. I. p.* 487.

Joh. PETERSEN, Paſtor in Wagria, circa A 1531., Oldenburgenſis, M. A. 1552. *T. I p.* 487.

Joh. PETRÆUS, Flensburgenſis, Paſtor in Nordſtrandia, ab A 1565., Odenbullenſis, M. c. A. 1605 *T. I. p.* 487.

M. Joh PETERSEN, Dithmarſus, Paſtor in patria, circa A. 1664, Windbergenſis. *T. I. p.* 487. 488.

Joh. Wilh. PETERSEN, Osnabrugenſis, Lubecæ educatus, Th D., Poeſ Profeſſor, ſolo A. 1677., Roſtochienſis, Eccleſiaſtes, ab eodem A. 1677., Hannoveræ Ægidianus, Aug. Friderici, Epiſc Lubec., Concionator, ab A. 1678. aulicus & Epiſcopatus Superintendens, tandemqve, Superintendens ab A. 1688., Lüneburgenſis, A. 1692 loco motus, Magdeburgi deinde & Niederdodelebiæ incola privatus, A. 1723. ſuperſtes *T. II. p.* 639. 640.

Laur. PETERSEN, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, circa A. 1716. Practicus. *T. I. p.* 488.

Nicol. PETRI, Huſenſis, Presbyter, circa A. 1520., Lubecenſis, Cœnobiiqve Johannei Scriba & curator. *T. I. p.* 488.

Nicol. PETRÆUS, Huſenſis, Th. D., Ord. Philoſ. Roſtoch Aſſeſſor., & Paſtor deinde atqve Superintendens, ab 1597., Ratzeburgenſis, M. d 7. Jan. A. 1641., æt. 71. *T. I, p.* 458. 459.

M. Nicol. PETERSEN, Wilſtrienſis, Paſtor Elmeshornenſis, M. d. 23. Jan. A. 1701. *T. I. p.* 48

M. Pet. PETRÆUS, Her ckshuya Cimber, Scholæ Sleſvicenſis, ab A. 1657., Rector, Cœnobii ibidem Johannei, ab A. 1667., Paſtor, & tandem, ab A. 1672., Mariæ Eliſabethæ, Ducis Holſ. viduæ, Eccleſiaſtes Huſæ aulicus, M M. Oct. A. 1080., æt. 50. *T. I. p.* 489.

Pet. PETERSEN, Sleſvicenſis, Theol. Studioſus, M. M. Febr. A. 1713. *T. I. p.* 489.

Pet. PETERSEN e Tractu Coldingenſi Cimber, Theol. c A. 1720. Stud. *T. I. p.* 48.

Salom. PETRI, Peniga Miſnicus, Legatorum in Perſiam Holſaticorum, in itinere, ab A. 1635. ad 1639, Eccleſiaſtes, & Paſtor deinde, ab A. 1639., Steinbeccenſis, M. d 20. Jan A. 1685., æt. 76. *T. II. p.* 640.

Sim. Frid. PETERSEN, Diaconus, circa A. 1701., Crempenſis. *T. I. p.* 489.

Theod PETRI, Oldenswortenſis, Paſtor in agro Huſenſi Oſtenſeldenſis, M. circa A. 1670. *T. I. p.* 489.

Theod. PETRÆUS, Flensburgenſis, LL. Orient. doctor, in Oriente diu peregrinatus, &, poſt reditum, Leidæ, *L*ondini, Amſtelodami ac Haſniæ, privatim commoratus, M. A. 1673. *T. I. p.* 489-493.

M. Vinc PETERSEN, Hamburgenſis, Eccleſiaſtes patriæ, ab A. 1660., Catharinæus, M. d. 17. Dec. A. 1667., æt. 35. *T. I. p.* 493. 494.

Ulr. PETERSEN, Sleſvicenſis, J. U. C., A. 1719. ſuperſtes. *T. I. p.* 494.

Wibe PETERS, Dithmarſus, e Cive Meldorpienſi patriæ hoſtis ac Pirata, in Helgolandia A. 1545. a Dithmarſis trucidatus. *T. I. p.* 494.

Georg. PFANNENSTIEL, Hamburgenſis, Med. D. & in patria, circa A. 1704., Practicus. *T. I. p.* 494.

Ulr. PFEFFER, Itzehoenſis, Chymiater ac Chirurgus Separatiſta, A. 1660. ſuperſtes. *T. I. p* 494. 495.

Aug. PFEIFFERUS, Lauenburgenſis, Th. D., Ord. Philoſ. Witeb., ab A. 1665., Aſſeſſor, & LL. Orient. Profeſſor ibidem, ab A. 1668., extraordinarius, Senior in Sileſia, ab A. 1671, Medziborienſis, &, ab A. 1673., Stroppenſis, Paſtor, ab A. 1675., ædis D. Afræ Miſenenſis, ſimulqve Scholæ provincialis Ephorus, Archidiaconus Lipſiæ, ab A. 1681., Thomanus, ſimulqve, ab A. 1684., LL. Or. Profeſſor ordinarius, & Theol. extraordinarius, tandemqve Superintendens, ab A. 1689., Lubecenſis, M. d. 11. Jan. A. 1698., æt. 58. *T. II. p.* 640 641. *T. III. p.* 525-542.

Georg. Henr. PFEIFFERUS, Hamburgenſis, Eccleſiaſtes aulicus & Bibliothecarius Gvelpherbytanus, ac Paſtor deinde, ab A. 1693., Brunsvicenſis Catharinæus. *T. I. p.* 495.

M. Joh. Ehrenfridus PFEIFFERUS, Miſenenſis, Lubecæ educatus, Ord. Philoſ. Roſtoch., ab A. 1699., Aſſeſſor, & Diaconus deinde, ab A. 1703., Güſtrovienſis, M. d. 2. Apr. A 1712., æt. 37. *T. II. p.* 641. 642.

Sigism. Aug. PFEIFFERUS, Stroppa Sileſius, Lubecæ educatus, Med. D. & Poliater, circa A. 1706., in Pomerania Wollinenſis, deinde vero, circa A. 1718., Med. Profeſſor Stettinenſis, & Phyſicus ſimul citerioris Pomeraniæ provincialis. *T. II p.* 642.

Franc. PFEILIUS, Magdeburgenſis, J. U. D., Nicol. Ambsdorſii, Epiſcopi Numburgenſis, ab A. 1512., Cancellarius, Syndicusqve deinceps, ab A. 1546., Hamburgenſis, &, ab A. 1552., Magdeburgenſis, A. 1564. ſuperſtes. *T. II. p.* 642. 643. 644.

Frid. PFENNING, Kilonienſis, Med. Doctor A. 1703. creatus. *T. I. p.* 495.

Joh. Caſp. PFENNINGIUS, Mariæburgo Boruſſus, Med. D. & Practicus, circa A. 1669., Kilonienſis, ſimulqve Ducis Holſato-Plönenſis & Epiſcopi Lubecenſis Archiater, A. 1703. ſuperſtes. *T. II. p.* 644.

Chriſtoph. PFISTERUS, Arnſtadio Schwartzburgicus, Med. D. & Practicus Rendesburgenſis, M A. 1631. *T. II. p.* 644.

Auguſtinus PFLEGERUS, Chori Muſici, in aula Holſato-Gottorpienſi, circa A 1665., Præfectus. *T. II. p.* 644.

Erdm. PFLUGIUS, Diaconus in Stormaria circa A. 1697. ruralis. *T. I. p* 495.

Joh. PFLUGIUS, Morhuſa Holſatus, Diaconus in Stormaria, circa A. 1672., Niendorpienſis. *T. I. p.* 495.

Conr. Bertr. a PFUEL, Commiſſarius militaris Svedicus, Hamburgi deinde privatim, circa A. 1643., commoratus. *T. II. p.* 644.

Conr. Balth. PICHTELIUS, Palatinus, J. U. D., Advocatus, circa A. 1634., Gottorpienſis ſimulqve Conſiliarius Oldenburgicus, A. 1642. ſuperſtes. T. II. p. 644

R. Abr. Cohen PIMENTEL, Judæus *L*uſitanus, Hamburgi, circa A 1688, commoratus. *T. II. p.* 644.

Joach. Chriſt. PINCIERUS, Lubecenſis, J. U. D., Canonicus, circa A. 1698., Lubecenſis, & Chriſt. Auguſti, Ducis Holſ. ac Epiſcopi Lubec., Conſiliarius, M. d. 5. Apr. A. 1708., æt. 37. *T. I. p.* 495.

Joh. Ludov. PINCIERUS, Lubecenſis, Baro a KÖNIGSTEIN, Ædis cathedr. Lubecenſis Canonicus &, ab A. 1699., Præpoſitus, Conſiliarius intimus, ab A 1695. ad 1709., Holſato-Gottorpienſis, ſimulqve, ab A 1698., Regis Sveciæ bellicus, & Præfectus Tunderenſis, Conſiliarius tandem intimus, ab A. 1710., Danicus, ſimulqve, ab A. 1714, Protodicaſterii Gottorp. Director, ac Præfectus Apenradenſis, A. 1723. ſuperſtes, relictis his officiis. *T. I. p.* 495. 496.

Ludov. PINCIERUS, Wettera Haſſus, J. U. D., Decanus, circa A. 1606., Lubecenſis, ſimulqve Conſiliarius Holſato-Gottorpienſis, M. d. 26. Dec. A. 1612., æt. 52. *T. II. p.* 644. 645.

Ludov. PINCIERUS Jun., Lubecenſis, J. U. D, ædis Cathedr. Lubecenſis Canonicus ac tandem Senior, & Auguſti Friderici, Epiſc. Lubec., Conſiliarius, M. d. 19. Nov. A. 1702., æt. 75. *T. I. p.* 49

M. *Joh.* PISTORIUS ſive BECKERUS, Scholæ patriæ, ab A. 1540., Conrector, M. d. 25. Aug. A. 1565. *T. I. p.* 496.

Joh. PISTORIUS, Huſenſis, Paſtor, ab A. 1558., Tetenbüllenſis, ſimulqve primus, ab A. 1534., Eiderſtadiæ Præpoſitus, M. d. 22. Oct. A. 1605., æt. 78. *T. I. p.* 496. 497.

Theod. PISTORIUS, Tetenbülla Eiderſtadienſis, Parochiæ in Eiderſtadia San-Petrinæ, ab A. 1600., Diaconus, A. 1614. ſuperſtes. *T. I. p.* 497.

M. Theoph. PISTORIUS, Joachimi-Vallenſis Bohemus, LL. Or. Profeſſor Academicus, Hamburgi deinde A. 1624. & ſeqq. commoratus. *T. II. p.* 645.

Joh. PLACCIUS Sen., Sverſtadio Thuringus, Med. D., Ord. Philoſ. Jenenſis, ab A. 1629., Aſſeſſor, Med. Profeſſor ibidem, circa A. 1638., deſignatus, Medicusqve tandem, ab A. 1640., & Poliater, ab A. 1655., Hamburgenſis, M. d 7. Oct. A. 1656., æt. 52. *T. II. p.* 646.

Joh. PLACCIUS Jun., Hamburgenſis, Med. D. & in patria, circa A. 1667., Practicus. *T. I. p.* 497. 498.

Vinc. PLACCIUS, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, ab A. 1667., Practicus, deinde autem, ab A. 1675., Eloqv. & Philoſ. Pract. in Gymnaſio Profeſſor, M. d. 6. Apr. A. 1699., æt. 58. *T. I. p.* 498. *T. III. p.* 542-55

M. Nicol. PLAHNIUS, Roſtochienſis, Scholæ Hamburg., ab A. 171, Præceptor. *T. II. p.* 646.

Andr. PLANTECOVIUS, Lubecenſis, Med. D. & in patria, ab A. circiter 1688., Practicus, A. 1722. ſuperſtes. *T. I. p.* 498. 499.

Andr. PLESSIUS, Eqves Holſatus (c. A. 1588.) *T. I. p.* 499.

M. Mart. PLETZIUS, Velſenacenſis Marchicus, Scholæ Hatherslebienſis, circa A. 1585., Rector, & deinde ibidem Eccleſiaſtes arcis aulicus, tandemqve Templi cathedr. Sleſvicenſis, circa A. 1594., Paſtor, M. M. Majo A. 1605., æt. 53. *T. II. p.* 646. 647.

Matthias PLETZIUS, Holſatus, Concionator aulicus, circa A. 1631., Haarburgenſis, & Paſtor deinde, circa A. 1643., in Duc. Brem., Viſſelhövetanus. *T. I. p.* 499.

Joh. PLOCIUS, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria Practicus, M. d. 19. Jul. A. 1690., æt. 57. *T. I. p.* 499.

Frid. PLONNIES, Lubecenſis, J. U. Doctor A. 1658. creatus, & apud exteros mortuus. *T. I. p* 499.

Herm. PLONNIES, Monaſterienſis, Eqv. Aur., urbis Lubecenſis, ab A. 1522., Senator, & ab A. 1529., Conſul, ab A. deinde 1531. Monaſterii exul & A. 1533. mortuus. *T. II. p.* 647.

Henr PLüTSCHOVIUS, Megapolitanus, Miſſionarius Tranqvebariæ in India, ab A. 1705. ad 1711., Danicus, & Paſtor deinde, ab A 1714., in Stormaria Bejenfletanus. *T. II. p.* 647.

Bertr. POGWISCH, Eqves Holſatus Pontificius, Toparchaqve Bockhagenſis, in Cœnobio commoratus Bordesholmenſi, Römmæqve in Haſſia mortuus, ſuperſtes A. 1582. *T. I. p.* 499. 500.

Joh. POGWISCH, Eqves Holſatus Sec. XVI. *T. I. p.* 500.

Wolfg POGWISCH, Eqves Holſatus (c A. 1600.) *T. I. p* 500.

Henr. POHLMANN, Hamburgenſis, J. U. Lic., Patriæ Advocatus, &, ab A. 1684., Syndicus, A. 1687. loco motus, Conſiliarius deinde Cancellariæ & Juſtitiæ Danico-Cimbricus Glückſtadienſis, M. A. 1720. *T. I. p.* 500. 501.

Chriſt. POLITIUS, Holſatus, Med. D. & Practicus, circa A. 1671., Glückſtadienſis. *T. I. p* 501.

A. H. POLITIUS, Glückſtadienſis, Theol. Stud. (c A. 1709.) *T I. p* 501.

Joh. POLTZIUS Sen., Belziga Saxo, Scholæ Wismarienſis, ab A 1644, Rector, Lubecenſis autem, ab A. 1654., Subrector, &, ab A. 1664., Conrector, M. d. 7. Dec A. 1675., æt. 70. *T. II. p.* 647. 648.

Joh. POLTZIUS Jun., Lubecenſis, Scholæ *L*üneburgenſis Johanneæ, ab A. 1689., Conrector, &, ab A. 1694., Rector, Viciqve tandem Prezenſis, ab A. 1701., Paſtor, M. d. 18. Oct A. 1705., æt. 45. *T. I. p* 501.

Sam. POMARIUS, Winziga Sileſius, Th D., Ord. Philos. Witeb., ab A. 1650, Aſſeſſor, Diaconus, ab A. 1653., Petrinus Colonienſis ad Svevum, Superintendens, ab A. 1659., Palæo-Sol qvellanus, Paſtor, ab eodem A 1659., Magdeburgenſis Jacobæus, Gymnaſii in Hungaria Eperienſis, ab A 1667, Director, ſimulqve Theol. & LL. Or. Profeſſor, Witebergæ deinde exul, &, ab A. 1673., Theol Profeſſor extraord., Ordinisqve eccleſiaſtici Adjunctus, ac Superintendens tandem, ab A. 1675., Lubecenſis, M. d. 2. Mart. A. 1683., æt. 59. *T. II. p.* 648-653.

Joh. POMERESCHIUS, Gryphiswaldenſis, J. U. D. & Profeſſor, in Acad. patria, ab A. 1650., extraordinarius, &, ab A 1652, ordinarius, ſimulqve Conſiſtorii Pomeranico-Svedici, ab A. 1660., Aſſeſſor, &, ab A. 1668., Director, nec non Judex dominiorum Chriſtinæ Auguſtæ Pomeranicorum provincialis, deinde Guſtavi Adolphi, Ducis Megapol., Conſiliarius ab A. 1678., Güſtrovienſis, & Syndicus tandem, ab A. 1679., Lubecenſis, M. d. 24. Jan. A. 1689., æt. 65. *T. II p.* 653. 654. 655.

Jac. Georg. POMERESCHIUS, Gryphiswaldenſis, J. U. C., Hamburgi domeſticus, circa A. 1689-1692., Secretariusqve Kielmanſeggianus *T. II. p.* 655.

Joh. Henricus POMERESCHIUS, Gryphiswaldenſis, J. U. C. Lubecenſis,

centis, & deinde Guſtavi Adolphi, Ducis Megapol., Secretarius, circa A. 1689., Güſtrovii intimus, Frid. Wilhelmi autem Conſiliarius Sverini, circa A. 1698., aulicus, ſtatusqve publici Secretarius. T. II p. 665. 6?5.

Henr. POMERT, Templi cathedr. Hamburgenſis, ex Canonico, circa A. 1465., Decanus, ſimulqve Chriſtiani I., Regis Daniæ Conſiliarius, & Canonicus Lubecenſis, A. 1476. ſuperſtes. T. I. p. 501.

Iſaacus PONTANUS, Belga, Eccleſiæ Remonſtrantium Fridrichſtadienſis, ab A. 1650. ad 1652., Concionator, & Amſtelodamenſis deinde, circa A. 1698., Paſtor ac Senior. T. II. p. 656.

Joh. Frid. PÖPPINGIUS, Lubecenſis, J. U. D. & in patria, ab A. 1663., Practicus, ac deinde Syndicus, ab A. 1681., Revalienſis, M. d. 6. Dec. A. 1684., æt. 46. T. I p. 501. 502.

M. Matthias PORSIUS, Hotterſneſia Jutus, Scholæ in urbe Ripenſi, ab A. 1585. ad 1590., Rector, deinde vero Templi illius cathedralis, ab A. 1595. ad 1616. (qvo loco movebatur) Paſtor & Canonicus. T. II. p. 656.

Pet. PORSIUS, Ripenſis (c. A. 1613.) T. I. p. 502.

Caſp. PORTA, Med. D. & Practicus, circa A. 1701., Hamburgenſis, A. 1716. ſuperſtes. T. I. p. 502.

Jac. a PORTEN, Hamburgenſis, J. U. D. & Templi cathedr. patriæ, ab A. 1680., Canonicus, M. d. 15. Maji A. 1723. T. I. p. 502.

Joh. PORTNERUS, Flensburgenſis, Paſtor, in Duc. Sleſvic., circa A. 1597., Oldorpienſis, & deinde, circa A. 1614., Wandorpienſis. T. I. p. 502.

Æmilius PORTUS, Ferrarienſis, Lingvæ Græcæ Profeſſor, circa A. 1585. Lauſannenſis, & deinde, usqve ad A. 1609., Heidelbergenſis, A. 1609. in Aulam Holſato-Gottorpienſem evocatus, Caſſellis A. 1610. commoratus, & A. 1619. ſuperſtes. T. II. p. 656-661.

Joh. POSSELIUS Sen., Parchima Megapolitanus, Scholæ Wismarienſis, ab A. 1544., Conrector, Burgenſis in Femaria, ab A. 1545., Rector, Roſtochienſis autem Marianæ, ab A. 1550., Conrector, tandem Lingvæ Græcæ Profeſſor Roſtochii, ab A. 1554., Academicus, ſimulqve Portæ cœli, ſeu Pædagogii, moderator, M. d. 15. Aug. A. 1591., æt. 63. T. II. p. 661-665.

Joh. POSSELIUS Jun., Roſtochienſis, Scholæ Flensburgenſis, ab A. 1591., Rector, ac deinde L. Gr., in Acad. Roſtochienſi, ab A. 1592., Profeſſor, ſimulqve Scholæ urbanæ, urbanæ, ab 1605. ad ad 161?., Moderator, M. d. 19. Jun. A. 1623., æt. 58. T. II. p. 665. 666.

Chriſt. Henr. POSTEL, Friburgo Hadelenſis, J. U. Lic. & Practicus Hamburgenſis, M. d. 22. Mart. A. 1705., æt. 47. T. II. p. 666. 667.

M. Laur. POSTEL, Stadenſis, Vici in Hadelia Friburgenſis per 19. annos, Paſtor, & ædis deinde Sp. S. Hamburgenſis, ab A. 1675., Eccleſiaſtes, M. d. 3. Nov. A. 1696. T. II. p. 666.

M. Joh. POSTIUS, Hamburgenſis, Theol. Studioſus, M. d. 15. Jul. A. 1668., æt. 26. T. I. p. 502.

M. Andr. POUCHENIUS Sen., Gardelegia Marchicus, Scholæ Helmſtadienſis, ab A. 1548., & deinde Brunſvicenſis Martinianæ, Conrector, Secretarius per annum Gardelegienſis, Scholæ Martinianæ Brunſvici, ab A. 1552., Rector, Paſtor ibidem, ab A. 1564., Martinianus, ſimulqve, ab A. 1571., Superintendentis Coadjutor, tandem Superintendens, ab A. 1575., Lubecenſis, ſimulqve Eccleſiarum Ducatus Saxo-Lauenburgici & Epiſcopatus Ratzeburgenſis Viſitator, M. d. 11. Oct. A. 1600. T. II. p. 667-670.

Andr. POUCHENIUS Jun., Brunſvicenſis, Th. D., Scholæ Lubecenſis, ab A. 1580. ad 1583., Subrector, deinde vero Regiomonti, ab A. 1586., Theol. Profeſſor, ſimulqve Paſtor ab A. 1580. Löbnichtianus, ac, ab A. 1603., Kniphovianus, M. d. 14. Oct. A. 1613., æt. 61. T. II. p. 670. 671.

M. Joh. POUCHIUS, Ripenſis, Templi in patria cathedralis, ab A. 1648. ad 1660., Diaconus. T. I. p. 502.

Ludov. POUCHIUS, Ripenſis, Med. D., Patriæ, ab A. 1640., Poliater & Canonicus, M. d. 18. Apr. A. 1681., æt. 61. T. I. p. 502. 503.

Hieron. PRÆTORIUS Sen., Hamburgenſis, Cantor, ab A. 1580., Erfurtenſis, & ædis deinde Hamburgenſis Jacobææ, ab A. 1582., Organœdus, M. A. 1629., æt. 69. T. I. p. 503. 504.

M. Hieron. PRÆTORIUS Jun., Hamburgenſis, Ord. Philoſ. in Acad. Jenenſi, ab A. 1622., Aſſeſſor, Profeſſor ejusdem, ab A. 1626., Ethico-Politicus, ab A. autem 1631. Phyſicus, Templi cathedr. Herbipolenſis Paſtor, ab A. 1633., Lutheranus, Eccleſiaſtes aulicus, ab A. 1635., Saxo-Vinarienſis, Superintendens, ab A. 1637., Schleuſingenſis, Gymnaſiiqve ſimul Ephorus ac Profeſſor, & Superintendens tandem, ab A. 1642., Smalcaldenſis, M. d. 27. Dec. A. 1651., ætatis 56. T. I. p. 504. 505.

M. Hieron. PRÆTORIUS III., Hamburgenſis, Scholæ in Comitatu Honſteniano Ilſeldenſis, & deinde, circa A. 1661., Cellenſis in Duc. Lüneburg., Rector, A. 1665. ſuperſtes. T. I. p. 505.

Jac. PRÆTORIUS, Hamburgenſis, Ædis in patria Petrinæ, per 30. luſtra, Organœdus, ſimulqve Vicariorum Templi cathedr., ab A. 1648., Decanus, M. d. 21. Oct. A. 1651. T. I. p. 505.

M. Joh. Alb. PRÆTORIUS, Eutinenſis, Diaconus ab A. 1669., Paſtor autem, ab A. 1670., Meldorpienſis, ſimulqve Dithmarſiæ auſtralis Præpoſitus, M. d. 29. Aug. A. 1670., æt. 34. T. I. p. 505.

Joh. Henr. PRÆTORIUS, Medicus, circa A. 1714., Glückſtadienſis. T. I. p. 505.

Joh. Arn. PRAGEMANNUS, Hamburgenſis, Theol. Studioſ. (c. A. 1719.) T. I. p. 506.

Wilh. PRENCKE, Kilonienſis, Med. Licentiatus A. 1653. creatus. T. I. p. 506.

Jac. PREUSSERUS Junior, Sleſvicenſis, J. U. D., Conſiliarius Cameræ & Cancellariæ Holſato-Gottorpienſis, A. 1698. ſuperſtes. T. I. p. 506.

Joh. PREUSSIUS, Lubecenſis, Eccleſiaſtes, circa A. 1656., Ratzeburgenſis. T. I. p. 506.

M. Ludolphus PRIGGIUS, Hamburgenſis, Philoſ. Profeſſor, ab A. 1549. ad 1550., Hafnienſis, A. 1553. ſuperſtes. T. I. p. 506. 507.

Eſaias PUFENDORFIUS, Flöha Miſnicus, Ord. Philos. Lipſienſis Aſſeſſor, Caroli XI., Regis Sveciæ, Miniſter, in aulis Gallica ac Cæſarea Legatus, &, ab A. 1672., Conſiliarius intimus, Cancellariusqve Bremenſis & Verdenſis, tandem vero, ab A. 1687., Chriſtiani V., Regis Daniæ, Conſiliarius Status publici, & ad Comitia Ratisbonenſia Legatus Holſaticus, Ratisbonæ d. 5. Sept. A. 1689., æt. 62., mortuus. T. II. p. 671. 672. 673.

Emmanuel PUTSCHIUS, Stadenſis, J. U. Lic., Conſiliarius primum Oſtfriſicus atqve Oldenburgicus, & JCtus deinde Hamburgenſis, M. A. 1642., æt. 49., d. 6. Sept. T. II. p. 673.

Q.

Nicol. QVADE, Hamburgenſis, Templi cathedr. in patria, circa A. 1602., Vicarius. T. I. p. 507.

Bened. a QVALEN, Eqves Holſatus (c. A. 1600.) T. I. p. 507.

Druda QVALEN, Fœmina nobilis, circa A. 1650., Holſatica. T. II. p. 507.

Frid. Ern. QVAST, Sleſvicenſis, J. U. D. & Practicus, circa A. 1659., Lubecenſis. T. I. p. 507.

Caſp. QVESTELIUS, Uratislavienſis, J. U. D., Advocatus, circa A. 1678., Jenenſis & Saxo-Numburgicus, deinde autem Conſiliarius, circa A. 1687., Holſato-Plönenſis, A. 1711. ſuperſtes. T. II. p. 673. 674.

R.

M. Joach. RACHELIUS, Bützovienſis, Scholæ primum ab A. 1617. Kilonienſis, & deinde, ab A. 1624., Huſenſis, Rector, Diaconus tandem ab A. 1628. Meldorpienſis. T. II. p. 674.

Joach. RACHELIUS, Malchovia Megapolitanus, Eccleſiaſtes, circa A. 1627., in Dithmarſia, Weſſelburenſis, A. 1653. ſuperſtes. T. II. p. 675.

Joach. RACHELIUS, Londino Dithmarſus, Scholæ primum Heidenſis, deinde, ab A. 16?0., Nordanæ in Oſtfriſia, & tandem, ab A. 1668., Sleſvicenſis, Rector, M. d. 3. Mart. A. 1669., æt. 51. T. I. p. 507. 508.

M. Maurit. RACHELIUS Sen., Malchovia Megapolitanus, Cantor ab A. 1614. Huſenſis, & deinde, ab A. 1616., Diaconus ac Paſtor in Dithmarſia Londinenſis, M. A. 1637., æt. 43. T. II. p. 675. 676.

M. Maurit. RACHELIUS Jun., Londino Dithmarſus, Paſtor in Femaria, circa A. 16?7., Petersdorpienſis, M. A. 1677. T. I. p. 507.

Sam. RACHELIUS, Londino Dithmarſus, J. U. D., Ethices Profeſſor, ab A. circiter 1658., Helmſtadienſis, Juris autem Naturæ & gentium, ab A. 1665., Kilonienſis, ſimulqve Academiæ Bibliothecarius, deinde vero Conſiliarius, ab A. 1677., Holſato-Gottorpienſis, ſimulqve Eiderſtadiæ, ab A. 1680., Præfectus, M. d. 13. Dec. A. 169?., æt. 64. T. I. p. 507-512.

Sam. RACHELIUS, Dithmarſus, parochiæ ruralis Annææ, in patria, circa A. 1671., Paſtor, M. A. 1679., æt. 39. T. I. p. 512.

Andr. Jac. RACKEBRAND, Pædagogus ruralis, circa A. 1708., Lugomonaſterienſis. T. II. p. 676.

Herm. Matth. RADEMACHER, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, c. A. 1716., Practicus. T. I. p. 512.

Joach. RADEMANN, Arithmeticus, circa A. 1693., Hamburgenſis. T. I. p. 513.

Henr. RADEMIN, Hamburgenſis, J. U. Lic. (c. A. 1696.) T. I. p. 513.

M. Georg. RADIGINIUS, Sleſvicenſis, Medicus, A. 1623. ſuperſtes. T. I. p. 513.

Georg. RADOVIUS, Liebenwalda Boruſſus, J. U. D. & Profeſſor, ab A. 1665., Roſtochienſis, ſimulqve Ordinum Ducatus Megapolitani, ab A. 1662., Syndicus, deinde vero Urbis Lubecenſis, ab A. 1686., Syndicus, ſimulqve Templi cathedr., ab A. 1692., Præpoſitus, M. d. 30. Apr. A. 1699., æt. 6?. T. II. p. 676. 677.

Joh. Joach. RAGWIZ Hamb., Pædagogus Flensburgenſis ab A. 1687. Marianus, & ab A. 1701. Kilonienſis. T. I. p. 513.

M. Herm. RAHTMANNUS, Lubecenſis, Ord. Philoſ. Lipſienſis Aſſeſſor, Daniſciqve poſtea Diaconus, ab A. 1612., Johanneus &, ab A. 1617., Marianus, ac tandem Paſtor, ab A. 1626., Catharinæus, M. d. 30. Jun. A. 1628., æt. 43. T. I. p. 513. T. III. p. 519. 566.

Nicol. RAIMARUS URSUS, Henſteda Dithmarſus, Math. Profeſſor, ab A. 1587. ad 1589., extraordinarius, & deinde Pragenſis, ad A. usqve 1598., ordinarius, ſimulqve Rudolphi II., Imp. Aſtronomus, M. c. A. 1599. T. I. p. 513-518.

M. Gerh. RAM, Meldorpienſis, Diaconus in Dithmarſia, ab A. 1632., Eddelakenſis, &, ab A. 1634., Meldorpienſis, tandemqve Paſtor, ab A. 1653., Stadenſis Wilhadianus, M. d. 6. Sept. A. 1670., æt. 63. T. I. p. 518. 519.

Steph. RAM Sen., Hamburgenſis, Diaconus primum, & deinde Paſtor, ab A. circiter 1598., Meldorpienſis, Dithmarſiæqve ſimul auſtralis, ab A. 1600., Præpoſitus, M. d. 25. Dec. A. 1621. T. I. p. 519.

Steph. RAM, Marnenſis Dithmarſus, Med. D. & Medicus Fioniæ provincialis, M. d. 1. Aug. A. 1658., æt. 33. T. I. p. 519.

 M. Steph.

M. Steph. RAM, Meldorpienſis, Eccleſiaſtes, circa A. 1671., Glückſtadienſis, A. 1680 ſuperſtes. *T. I. p.* 519.

M. Emmaldus Nicolai RANDULFUS, Hatherſlebienſis, Templi cathedr. Roſchildenſis Paſtor & Canonicus, Præpoſitusqve ſimul Sommenſis, M. d. 30. Apr. A. 1667., æt. 72. *T. I. p.* 519 520.

Joh. Joach. RANGO, Gryphiswaldenſis, J. U. D. & Practicus Lubecenſis, ac Conſiliarius, ab A. 1706., Holſato-Plönenſis, A. 1720. ſuperſtes. *T. II. p.* 677.

Chriſtophorus, Comes a RANZOU, Eqves Holſatus, Toparchaqve Schmolenſis & Hohenfeldenſis, Romæ A. 1650. ad Pontificios transgreſſus, M. M. Aug. A. 1691. *T. I p.* 520. 521. 522.

Dan. RANZOVIUS, Eqves Holſatus, Toparchaqve Neuenhofenſis, Troieburgenſis & Woldenhornenſis, Adolphi, Ducis Holſato-Gottorp., circa A. 1559, Conſiliarius & Chiliarcha, deinde vero Friderici II., Regis Daniæ, in bello contra Svecos, Archiſtrategus, M. d. 11 Nov. A. 1569., æt. 40. *T. I p.* 522. 523.

Dan. RANZOVIUS, Eqves, circa A. 1612., Holſatus. *T. I. p.* 523.

Dethl. RANZOVIUS, Eqves Holſ. auratus, Putloſia Wagrius, Toparcha Panckeranus, Hilgenſtedenſis, Colmarienſis & Dragenſis, Chriſtiani IV., Regis Daniæ, Conſiliarius intimus, ſimulqve, ab A. 1614., Tractus Steinburgenſis ac Dithmarſiæ auſtralis Præfectus, &, ab A. 1627., Templi cathedr. Hamburgenſis Præpoſitus, M. d. 20. Mart. A. 1639., æt. 63. *T. I. p.* 523. 524.

Dethlevus, Comes a RANNOU & LöUWENHOLM, Toparcha Bredenbergenſis, Dragenſis, &c., Friderici III. & Chriſtiani V., Regum Daniæ, Conſiliarius Cimbricus provincialis & intimus, Cubiculariusqve ſupremus, ac ſimul Præfectus Rendesburgenſis, Ducatuumqve Sleſvic. & Holſ. Viceprorex, ac tandem, ab A. 1676., Prorex, M. d. 7. Sept. A. 1697., æt. 54. *T. I. p.* 524.

Georg. RANZOVIUS, Eqves Holſ., Toparcha, circa A. 1625., Qvarnebeckenſis. *T. I. p.* 524.

Gerh. RANZOVIUS, Eqv. Holſ., Pauli Fil., Bothcampiæ A. 1554. natus, & Ottoniæ, in duello, d. 19. Maji A. 1580., ac æt. 26., occiſus. *T. I. p.* 524. 525.

Hanſius Leopoldus RANZOVIUS, Frid. Fil. (c. A. 1714.) *T. I. p.* 525.

Henr. RANZOVIUS, Steinburgenſis, Eqv. aur. Holſatus, Dynaſta Bredenbergæ, aliarum arcium plurimarum, Adolphi, Ducis Holſato-Gottorp., circa A. 1548., Conſiliarius, deinde vero Chriſt. III., Frid. II. & Chriſt. IV., Regum Daniæ, Senator intimus & provincialis Cimbricus, ſimulqve Prorex, ab A. circiter 1556., Sleſvigo-Holſaticus, & Præfectus Segebergenſis, nec non Templi cathedr. Hamburgenſis Præpoſitus, M. d. 1. Jan. A. 1599., æt. 73. *T. I. p.* 525. 526. *T. III. p.* 567-599.

Henr. RANZOVIUS, Eqves Aur., Toparcha Schöneweidenſis, Augardenſis & Roſenwoldenſis, Regni primum Danici Senator, deinde vero Frid. III. & Chriſt. V, Regum Daniæ, Conſiliarius intimus, &, Judicii ſupremi Collegiiqve Status Aſſeſſor, ac ſimul Præfectus Aarhuſienſis, Ballegardenſis, Kalloenſis & Sternholmenſis, M. A. 1674., æt. 76. *T. I p.* 526.

Joach. RANZOVIUS, Eqves Holſatus, Putloſia Wagrius, arcis hujus natalis Dynaſta, circa A. 1636. hæreditarius. *T. I. p.* 526.

Joh. RANZOVIUS, Eqves Holſ. Aur., Dynaſta Bredenbergæ, Bothkampiæ, &c., hæreditarius, Friderici, Ducis tantum adhuc Holſatici, ab A. 1522., Palatii Magiſter, Conſiliarius intimus, Præfectusqve Gottorpienſis, deinde autem ejusdem, regno potiti Danico, ſicut & ſucceſſorum illius, Chriſtiani III. ac Friderici II., Archiſtrategus & Prorex Sleſvigo-Holſaticus, M. d. 12. Dec. A. 1565., æt. 73. *T. I. p.* 526-532.

Marqv. RANZOVIUS, Eqves Holſ., Chriſtiani IV., Regis Daniæ, Tribunus militaris, Præfectus Hanrovienſis, & Propugnaculi Glückſtadienſis, circa A. jam 1627., Gubernator, M. A. 1640. *T. I. p.* 532.

Paulus RANZOVIUS, Eqves Holſ., Bothkampiæ &c. Toparcha, Alberti I., Ducis Boruſſiæ, initio Cubicularius, deinde vero Adolphi, Principis Holſato-Gottorp., Conſiliarius & Dux militaris, ſimulqve Præfectus Trittovienſis, Reinbeccenſis ac Tremsbüttelanus, M. d. 24. Mart. A. 1579., æt. 52. *T. I. p.* 532. 533.

Sigfridus RANZOVIUS, Eqves Holſ., Toparcha Nienhuſanus, Johannis Senioris, Ducis Holſatici, Conſiliarius, & Præfectus Hatherſlebienſis ac Femarienſis, M. d. 12. Mart. A. 1576. *T. I. p.* 533.

M. Georg. RAPHELIUS, Lubena Sileſius, Hamburgi diu commoratus, deinde Lüneburgi, ab A. 1702., Scholæ Senatoriæ Conrector, &, c. A. 1715., Paſtor Nicolaitanus, A. 1720. ſuperſtes. *T. II. p.* 677. 678.

Thom. a RAPPOLT, Eqves Sileſius, Med. D., Conſiliarius Electoris Brandeburgici metallicus, in aula deinde Gottorpienſi, circa A. 1633., commoratus. *T. II. p.* 678.

Eraſmus RASCHIUS, Tunderenſis, J. U. D., Amſtelodami A. 1665. mortuus. *T. I. p.* 533.

Joh. RASCHIUS, Eckernfördenſis, Scholæ patriæ, circa A. 1699., Rector. *T. I. p.* 533.

Chriſtoph. Andreæ RASELIUS, Ratisbonenſis, Paſtor initio Immenkeppelenſis, Lubecæ & Hamburgi, circa A. 1632., exul, deinde in Duc. Brem., circa A. 1648., Schwarnenſis, in Greichgoa Fürfeldenſis, & tandem, circa A. 1653., ruralis in Comitatu Erpacenſi, A. 1660. ſuperſtes. *T. II. p.* 678. 679. 680.

Phil. Henr. RATEKE, Lubecenſis, J. U. D., Franc. Erdmanni, Ducis Saxo-Lauenburgici, circa A. 1671., Secretarius, & deinde Joh. Adolphi, Principis Holſato-Plönenſis, c. A. 1686., Conſiliarius. *T. I. p.* 533.

Joh. Chriſtoph. RATH, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria Practicus, M. M. Dec. A. 1716. *T. I. p.* 534.

M. Chriſtoph. RAUCHIUS, Bavarus, Hiſtrio ſcenicus, circa A. 1684., Hamburgenſis Pontificius. *T. II. p.* 680.

Chriſt. RAVIUS, Berolinenſis, in Oriente, ab A. 1639. ad 1642., commoratus, Lingvarum Orientalium Profeſſor, ab A. 1643., Ultrajectinus extraordinarius, ab A. 1645. Amſtelodamenſis, ab A. 1647. Londinenſis, ab A. 1648. Oxonienſis, ab A. 1650. Upſalienſis, ab A. 1669. Kilonienſis, &, ab A. 1672. Francofurtanus ad Viadrum, M. d. 21. Jun. A. 1677., æt. 65. *T. II. p.* 680-688.

Bernh. RAUPACH, Tunderenſis, Paſtor in Duc. Megapol., A. 1725. ſuperſtes. *T. I. p.* 534.

Chriſt. RAUSCHE, Lubecenſis (c. A. 1652.) *T. I. p.* 534.

Pet. RAYOT, ex oppido S. Juliani Montisbelgardenſis, Lingvæ Gallicæ Doctor Hamburgi, circa A. 1636., privatus, Bremæ autem, circa A. 1643., Profeſſor. *T. II p.* 688. 689.

Auguſtinus RECHEL, Huſenſis, J. U. Doctor A. 1643. creatus. *T. I. p.* 534.

Simon RECHEL, Huſenſis, patriæ, ab A. 1659., Diaconus, &, ab A. 1685., Paſtor, A. 1712. rude donatus, M. Mart. A. 1713., æt. 85. *T. I. p.* 534.

Naamanus REDLEFSEN, Huſenſis, Templi cathedr. Güſtrovienſis, ab A. 1689., Diaconus, ſimulqve Concionator aulicus, ac deinde, ab A. 1709., Templi ejusdem cathedralis Paſtor. *T. I. p.* 534.

M. Deſiderius REGIUS a Lamormayny, Arduennas Gallus, e Monacho Capuccino Eccleſiæ Lutheranæ A. 1644. Proſelytus, Hamburgi Lubecæqve A. 1648. ac 1649. commoratus, & A. 1657. ſuperſtes. *T. II. p.* 689.

Hanſius REGKMANN, Civis, circa A. 1550., Lubecenſis. *T. I. p.* 534. 535.

Joh. REGKMANN Jun., Lubecenſis, Paſtor Rigenſis, M. d. 11. Febr. A. 1601., æt. 69. *T. I. p.* 535.

M. Thom. REHBEEN, Lubecenſis, patriæ, ab A. 1573. Protonotarius, &, ab A. 1593., Senator, M. d. 2 Maji A. 1610. *T. I. p.* 535.

Pet. REHBINDERUS, Lubecenſis, Th. D., Ord. Philoſ. Witeb., ab A. 1639., Aſſeſſor, & deinde Paſtor ac Superintendens, ab A. 1641., Lüneburgenſis, M. d. 9 Dec. A. 1671., æt. 63. *T. I. p.* 535. 536.

M. Bonavent REHEFELDIUS, Kitſchera Miſnicus, Friderici III., Regis Daniæ, Concionator aulicus, ab A. 1643., Bremervördenſis, Arcis Glückſtadienſis, ab A. 1646., Paſtor, ſimulqve Præpoſitus Pinnebergicus, ac tandem Præpoſitus, ab A. 1649., Hatherſlebienſis, ſimulqve Eccleſiarum Ducatus Sleſvicenſis regiarum, ab A. 1668., Superintendens, M. d. 7. Jul. A. 1673., æt. 63. *T. II. p.* 689 690.

Georg REICHARD, ex pago in Miſnia Seehuſani Æditui Propheta ſter fanaticus, Lubecæ, atqve alibi, vagabundus, & A. 1639. ſuperſtes. *T. II. p.* 690. 691.

Joh. Frid. REICHART, Vinarienſis, Med. D. & Practicus, circa A. 1716., Hamburgenſis. *T. II. p.* 691.

Georg. REICHIUS, Lubecenſis, Med. D. & in patria, ab A. 1648., Practicus, ſimulqve Johannis, Epiſc. Lubec., ab A. 1655., Archiater, M. d. 23. Febr. A. 1657., æt. 39. *T. I. p.* 536.

M. Joh. REICHIUS I., Lubecenſis, Templi patriæ Ægidiani, ab A. 1614., Diaconus, &, ab A. 1621., Paſtor, M. d. 27. Dec. A. 1648., æt. 61. *T. I. p.* 536.

M. Joh. REICHIUS II., Lubecenſis, Ord. Philoſ. Witeb., ab A. 1647., Aſſeſſor, Templiqve deinde Lubecenſis Ægidiani, ab A. 1649, Diaconus, &, ab A. 1662., Paſtor, ac ſimul tandem Ord. Eccl. Senior, M. d. 8 Maji A. 1668., æt. 71. *T. I. p.* 536.

M. Joh. REICHIUS III, Lubecenſis, Ord. Philoſ. Roſtoch., ab A. 1682., Aſſeſſor, & Eccleſiaſtes deinde Lubecenſis, ab A. 1686., Jacobæus, M. d. 11. Mart. A. 1696., æt. 37. *T. I p.* 536. 537.

M. Meno REICHIUS, Lubecenſis, Templi patriæ Jacobæi, ab A. 1679., Diaconus, &, ab A. 1690., Paſtor, M. d. 2. Jul. A. 1691., æt. 40. *T. I. p.* 537.

Joh. Wilh. a REICHEL, Eqves Sileſius, Chriſt. Alberti, Ducis Holſato-Gottorp., circa A. 1665., Cubicularius, & deinde Auguſti Friderici, Epiſcopi Lubecenſis circa A. 1672., Conſiliarius intimus ditionumqve Præfectus, A. 1701. ſuperſtes. *T. II. p.* 691.

Chriſt. Erneſtus, Baro a REICHENBACH, J. U. D. & Profeſſor, circa A. 1672., Heidelbergenſis, Caroli Ludovici, Elect. Palatini, Conſiliarius & Procancellarius, Protodicaſterii Germaniæ Spirenſis, circa A. 1681., Aſſeſſor, Conſiliarius Leopoldi Cæſaris, ab A. 1687., Imperialis aulicus, Chriſt. Alberti, Ducis Holſato-Gottorp., ab A. 1689., Conſiliarius intimus & Cancellarius, Præfectusqve ſimul, ab A. 1690., Eiderſtadienſis, tandem vero ab A. 1696., iterum Conſiliarius Imperialis aulicus, & Gubernator Hadeliæ Cæſareus, M. d. 22. Mart. A. 1699. *T. II. p.* 691.

M. Alb. REIMARUS Sen., Lubecenſis, Templi in patria Burgenſis ab A. 1610., & deinde Cathedralis ab A. 1617., Eccleſiaſtes, M. d. 22. Sept. A. 1641. *T. I. p.* 537.

Alb. REIMARUS Jun., Lubecenſis, A. 1668. ſuperſtes. *T. I. p.* 537.

Henr. Ern. REIMARUS, Billwerderanus, Paſtor, ab A. 1688., Güſtrovienſis Marianus, M. d. 19 Nov. A. 1702., æt. 39. *T. I. p.* 537.

M. Herm. Sam. REIMARUS, Hamburgenſis, Ord. Philoſ. Witeb. Aſſeſſor, & deinde Scholæ Wismarienſis, ab A. 1723., Rector. *T. I. p.* 537. 538.

Sam. REIMARUS, Pomeranus, Diaconus primum Heidenſis, deinde Concionator aulicus, ab A. 1698., Holſato-Gottorpienſis, & Præpoſitus tandem atqve Paſtor, ab A. 1702., Tunderenſis, A. 1725. ſuperſtes. *T. II. p.* 691.

Joh.

Diet. REIMBOLD, Hamburgenſis, J. U. D., patriæ, ab A. 1710. Senator, M. M. Apr. A. 1721. *T. I. p. 538.*

Joh REIMBOLD, Hamburgenſis, J. U. Lic., oppidi Bergerdorfienſis, ab A. 1677., Præfectus, M. d. 8. Nov. A. 1713. *T. I. p. 538.*

M. Joach. Ludov. REIMERUS, Hamburgenſis, Eccleſiaſtes Danicus caſtrenſis, Scholæ urbis Wilſtrienſis, circa A. 1663., Rector, & Templi tandem illius Diaconus, M. circa A. 1680. *T. I. p. 538. 539.*

Frid. REINBOHT, Sleſvicenſis, J. U. Lic. A. 1674. creatus. *T. I. p. 539.*

Frid. Adolphus REINBOHTIUS, Sleſvicenſis (c. A. 1716.) *T. I. p. 539.*

M. Henr. REINBOHTIUS, Sleſvicenſis, Concionator aulicus Holſato-Gottorpienſis, A. 1688. ſuperſtes. *T. I. p. 539.*

Joh. REINBOHTIUS, Altenburgo Miſnicus, Th. D., Præpoſitus & Paſtor Nicolaitanus, ab A. 1636., Flensburgenſis, Præpoſitus, ab A. 1639, Hatherslebienſis, ſimulqve arcis regiæ Eccleſiaſtes, & tandem, ab A. 1645., Proteccleſiaſtes aulicus ac Superintendens generalis Holſato-Gottorpienſis, ſimulqve Præpoſitus Gottorpienſis, Huſenſis &, ab A. 1664., Nordſtrandicus, M. d. 27. Jun. A. 1673., æt. 65. *T. II. p. 691-697.*

Joh. Georg. REINBOHTIUS, Sleſvicenſis, J. U. D. & Eccleſiarum Holſato-Gottorpienſium Commiſſarius, M. A. 1680. *T. I. p. 539.*

Bartholom. REINESIUS, Perleberga Marchicus, in Holſatia, circa A. 1609., commoratus. *T. II. p. 697.*

Joh. Georg. REINESIUS, Magdeburgenſis, Eccleſiaſtes Lubecenſis, ab A. 1707. Jacobæus, A. 1720. ſuperſtes. *T. II. p. 697.*

M. Chriſt. Gothofr. REINHARDUS, Miſnicus, Paſtor in Miſnia Clausnizenſis, & deinde Navis Hamburgenſium prætoriæ, circa A. 1693., Eccleſiaſtes. *T. II. p. 697.*

Joh. REINHOLDUS, Plavia Variſcus, Scholæ trivialis, Jacobææ Hamburgi, circa A. 1694., Hypodidaſcalus. *T. II. p. 697.*

Joh. Ad. REINICKE, Templi Hamburgenſis Catharinæi Organoedus, M. A. 1693. *T. I. p. 539.*

Theod. REINKINGIUS, Curlandus, J. U. D. & Profeſſor, ab A. 1616., Gieſſenſis, Conſiliarius ab A. 1618., & Procancellarius, ab A. 1625., Haſſo-Darmſtattinus, ſimulqve Joh. Friderici, Archiepiſc. Brem., ab A. 1624. ad 1634., Conſiliarius, Adolphi Friderici, Ducis Megapolitano-Sverinenſis, ab A. 1631., & Friderici III. tandem, Regis Danici, in Archiepiſcopatu Bremenſi, ab A. 1636, atqve in Ducatibus Sleſvicenſi ac Holſatico, ab A. 1648., Glückſtadii, Cancellarius & Conſiliarius intimus, M. d. 15. Dec. A 1664., æt. 75. *T. II. p. 697-703.*

Hieron. REINSTORF, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, circa A. 1704, Practicus. *T. I. p. 539*

Joh. REINSTORP, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, circa A. 1719., Practicus. *T. I. p. 539.*

Ant. REISERUS, Auguſtanus, Th. Lic., Eccleſiaſtes in Hungaria, ab A. 1652., Schemnizenſis, Paſtor, ab A. 1659. ad 1672. (qvo in exilium ejiciebatur) Poſonienſis, ſimulqve Contubernii in Comitatu vicino Evangelici Decanus, Gymnaſii Annæi Auguſtæ, ab A. 1672., Rector, ſimulqve Reip. Bibliothecarius, Templi cathedr. Öhringæ, in Comitatu Hohenloico, ab A. 1675., Paſtor, & Antiſtes tandem Hamburgi, ab A. 1678., Jacobæus, M. d. 29. Apr. A. 1686, æt. 59. *T. II. p. 703-712.*

Vinc. REISERUS, Hamburgenſis J. U. Lic. & in patria, circa A. 1688, Practicus. *T. I. p. 539.*

Franc. Leop a REISING, Græcio Stirius, e Canonico Stiriæ Pontificio Secovienſi, Lutheranus, Diaconus, ab A. 1704. ad 1706., in Duc. Sleſvic., Sveſingenſis, A. 1714. alibi ſuperſtes. *T. II. p. 712.*

Chriſtoph. RELOU, Hamburgenſis, Med. D. & in patria Practicus, A. 1704. ſuperſtes. *T. I. p. 539.*

REMBERTUS, Turholto Flandrus, Monachus Cœnobiorum Turholtenſis & Corbejenſis Benedictinus, Scholarumqve in iis Magiſter, S. Ansgarii in Cimbrorum & Borealium converſione συνεργος, Antiſtes, circa A. 860., Ripenſis, ac tandem, ab A. 865., Archiepiſcopus Hamburgenſis Epiſcopusqve Bremenſis, M. d. 11. Jun. A. C. 888. *T. II. p. 712. 713. T. III. p. 509-610.*

Chriſtoph. Andr. REMERUS, Brunſvicenſis, J. U. D. & Practicus, circa A. 1716., Hamburgenſis, deinde Conſiliarius, circa A. 1723., Cæſareus, ac Hadeliæ Præfectus. *T. II. p. 713.*

Joh. RENDTORFIUS, Hamburgenſis, e Lutherano Pontificius, Th. D. ac Presbyter, Cracoviæ, Romæ, & tandem, ab A. 1699., Hamburgi, commoratus, ac A. 1718. ſuperſtes. *T. I. p. 530. 540.*

M. Jac. RENECCIUS, Soltqvella Marchicus, Paſtor primum Tangermundenſis, deinde Præpoſitus & Paſtor, ab A. 1601., Colonienſis ad Svevum, & Paſtor tandem, ab A. 1609, Hamburgenſis Catharinæus, ſimulqve Gymnaſii, ab A. 1612., primus Rector ac Profeſſor Theologus, M. d. 28. Jun. A. 1613., æt. 42. *T. II p. 713-716.*

Joh. RENZELIUS, Hamburgenſis, patriæ XIIvir, ab A. 1532., Petrinus, &, ab A. 1534., Senator, M. M. Oct. A. 1544. *T. I. p. 540.*

Joh. RENZELIUS Jun., Hamburgenſis, J. U. D., Advocatus, ab A. 1596, in Luſatia Budiſſinenſis, ab A. 1598. Dresdenſis, &, ab A. 1605., Lipſienſis Curiæ ſupremæ ordinarius, M. d. 5. Aug. A. 1631., æt. 63. *T. I. p. 540. 541.*

Henr. RESE, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria Practicus, M. c. A. 1705. *T. I. p. 541.*

Chriſt. Dethl., Comes a REVENTLOU, Friderici IV., Regis Daniæ, Venationum Præfectus, Cubicularius, tractus Hatherslebienſis Gubernator, &, ab A. 1707., Conſiliarius intimus, ſimulqve illius pariter ac Leopoldi Imperatoris Chiliarcha, & deinde Strategus, A. 1723. ſuperſtes. *T. I. p. 541.*

Frid. REVENTLOU, Eqves Holſatus (c. A. 1708) *T. I. p. 541.*

Henricus, Comes a REVENTLOU, Conſiliarius Imperialis aulicus & Holſato-Gottorpienſis intimus, ſimulqve Præfectus, ab A. 1711. ad 1713., Tunderenſis, A. 1717. ſuperſtes. *T. I. p. 541.*

Andr. REYHERUS, Suhla Hennebergicus, Med. D. & Practicus, ab A. 1706., Kilonienſis, A. 1714. ſuperſtes *T. II. p. 716.*

Sam. REYHERUS, Schleuſinga Hennebergicus, J. U. D, Friderici, Principis Saxo-Gothani, ſtudiorum, ab A. 1660., Moderator, Profeſſor Kilonienſis, ab A. 1665., Mathematicus, ſimulqve Juris, ab A. 1673, extraordinarius, &, ab A. 1683., ordinarius, ac Conſiliarius, ab A. 1686., Saxo-Gothanus, Academiæ tandem Kilonienſis Senior emeritus, M d. 22. Nov. A. 1714., æt. 80. *T. II. p. 716-725.*

Frid. RHEDERUS, Wilſtrienſis (*c. A.* 1674.), *T. I. p. 541.*

Joh. RHEDERUS, Wilſtrienſis, J. U. D., patriæ JCtus, M. d. 2. Aug. A. 1677., æt. 48. *T I p. 541.*

Mich. RHEDERUS, Hamburgenſis, J. U. D., Juris Feud. Profeſſor, ab A. 1560., Patavinus, Baſilicæ Hamburgenſis, ab A. 1553., Canonicus, &, ab A. 1566., Decanus, urbisqve tandem ſimul patriæ, ab A. 1574, Syndicus, M. d. 28. Oct. A. 1585. *T I. p. 541.*

M. Joh. RHENIUS, Oſlitia Miſnicus, Scholæ initio Lipſienſis Thomanæ, Conrector, ſimulqve Ordinis Academiæ Philoſophici, ab A. 1609., Aſſeſſor, & Organi Ariſtotelici, ab A. 1617., Profeſſor, deinde Gymnaſii Islebienſis ab A. 1618., Stargardienſis autem ab A. 1633., Rector, tandemqve Scholæ Huſenſis Conrector ab A. 1634., M. d. 29. Jun. A. 1639., æt. 65. *T. II. p. 72 -729.*

Joh. Georg. RHODIUS, Kettinga Alſenſis, Scholarum Ottonienſis & Aarhuſianæ Conrector, M. d. 7. Jun. A. 1679., æt. 54. *T. I p. 542.*

Joh. RHUELIUS, Ortranto Miſnicus, aulæ Saxo-Lauenburgicæ, circa A. 1605., Concionator, Paſtor, circa A. 1611., Eckernfördenſis, & Eccleſiaſtes Calvinianus aulicus, ab A. 1612, Holſato-Gottorpienſis, ac, circa A. 1618., Güſtrovienſ. Megapolit., A. 1622. ſuperſtes. *T. II p. 729.*

M. Wolfg. RHUMANNUS, Coldingenſis, Profeſſor Hafnienſis, ab A. 1607., Pædagogicus, ab A. 1608., Rhetoricus, & tandem, ab A. 1634., Dialecticus, M. d. 4. Jul. A. 1637., æt. 63. *T. I. p. 542. 543.*

Georg. RICHARDI, Flensburgenſis, Paſtor Lutheranus Altonavienſis, ſimulqve Præpoſitus, ab A. 1695., Pinnebergicus, M. d. 1 Mart. A. 1717., æt. 73. *T. I. p. 543.*

M. Jac. RICHARDI, Tonningenſis, Paſtor in Eiderſtadia San-Petrinus, & deinde Diaconus, ab A. 1679, Tonningenſis, M A. 1693. *T. I. p. 543.*

Pet. RICHARDI, Oelandiæ Cimbricæ, inſulæ natalis, ab A. 1678., Paſtor, &, A. 1687 urbis Huſenſis Diaconus, M. A. 1706., æt. 48., d. 10. Mart. *T. I. p. 543.*

Laur. Diet. RICHERTS, Altonavienſis, Theol. Stud. (c. A. 1713.) *T. I p. 544.*

M. Mich. RICHEY, Hamburgenſis, Philoſ. Profeſſor Gryphiswaldenſis, ab A. 1702., extraordinarius, Scholæ Stadenſis, ab A. 1704. ad A. 1713., Rector, tandemqve Lingvæ Græcæ & Hiſtor., in Gymnaſio Hamburgenſi, ab A. 1717., Profeſſor, A. 1723. ſuperſtes. *T. I p. 543. 544.*

Andr. RICHIUS, Dithmarſus, Theol Stud. (c. A. 1567.) *T. I. p. 544.*

Chriſt. RICHTERUS, Miſnicus, LL. Studioſus, Hamburgi, circa A. 1690., commoratus. *T. II. p. 729.*

Chriſtoph. RICHTERUS, Civis & Deſtillator, circa A. 1603., Lubecenſis. *T. I p. 544.*

M Joh. RICHTERUS, Paſtor ruralis, in Duc. Sleſvic., Troyanus, A. 1693. loco motus, & A. 1698. ſuperſtes. *T. I. p. 544.*

Joh. Henr. RICHTERUS, Sleſvicenſis, præcedentis filius (c. A. 1689) *T. I. p. 44.*

Nicol. RIDEMANNUS, Kilonienſis, Theol. Lic. & Eccleſiaſtes Roſtochii, ab A. 1641., Marianus, M. d. 25. Mart. A. 1662., æt. 52. *T. I. p. 544. 545.*

M. Joh. RIEBLINGIUS, Hamburgenſis, Paſtor Brunſvici, ab A. 1529., Catharinæus, & deinde, ab A. 1539., Superintendens primus urbis Parchimenſis totiusqve Ducatus Meclenburgici, M. d. 25. Nov. A. 1554., æt. 60. *T. I. p. 545. 546.*

Henr. RIECK, Civis Lubecenſis, & Ptochotrophei Annæi, circa A. 1708., Oeconomus. *T. I. p. 546.*

Georg RIEGE, Arithmeticus, circa A. 1700., Hamburgenſis. *T. I. p. 546.*

Pet. RIEGE, Arithmeticus, circa A. 1685., Hamburgenſis. *T. I. p. 546.*

Heino RIGIUS, Hamburgenſis, Med. D. & Practicus, Meldorpienſis, Roſtochienſis, tandemqve, ab A. 1657., Sternbergenſis in Duc. Megap., M. d. 25. Mart. A. 1659., æt. 43. *T. I. p. 546.*

Joh. RIEMERUS, Hala Saxo, Th. D., Hiſt. & Poeſ. in Gymnaſio Weiſſenfelſenſi Profeſſor, Paſtor in Duc. Halberſt. Oſtervicenſis, Superintendens, ab A. circiter, 1690., Hildeſienſis, & Paſtor tandem, ab A. 1704., Hamburgenſis Jacobæus, M. d. 10. Sept. A. 1714, æt. 67. *T. II. p. 729. 730.*

Andr. RIHLMANNUS, Hamburgi A. 1658-1664. commoratus. *T. II. p. 730. 731.*

Chriſt. RISLERUS, Buxtehudenſis, Med. D. & Practicus, circa A. 1652., Rendesburgenſis. *T. II. p. 731.*

Joh. RISTIUS, Ottenſenſis, Com. Pal. Cæſ., Vici ad Albim Wedelenſis, ab A. 1635., Paſtor, ſimulqve Chriſt. Ludovici, Ducis Megapol., Conſiliarius intimus & eccleſiaſticus, M. d. 31. Aug. A. 1667., æt. 60. *T. I. p. 546-[illegible]4.*

Joh. Caſp. RISTIUS, Wedelenſis, Vici natalis, ab A. 1667., Paſtor, A. 1693. ſuperſtes. T. I. p. 554.

Joh. Alb. RITSCHER, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, circa A. 1704., Practicus. T. I. p. 554.

Andr. RITTERUS, Lubecenſis, Th. D., Ord. Philoſ. Gryphiswaldenſis, ab A. 1705., Aſſeſſor, ac deinde, ab A. 1707., Rugiæ Præpoſitus, Paſtorqve in ea Bergenſis, A. 1719 ſuperſtes. T. I. p. 554.

Joh RITTERUS, Lubecenſis, J. U. Lic., Patriæ, ab A. 1659., Senator, &, ab A. 1669., Conſul, M. d. 1. Sept. A. 1700., æt. 78. T. I. p. 554. 555.

M. Joh. RITZENBERGIUS, Hamburgenſis, patriæ, ab A. 1535., Secretarius, &, ab A. 1540. ad 1556., Protonotarius, A. 1574. ſuperſtes. T. I. p. 555. 556.

Chriſtoph. RODATZI, Paſtor, ab A. 1666., Eutinenſis, M A. 1693. T. II. p. 731.

Chriſt. RODBERG, Paſtor, circa A. 1672., in agro Sleſvicenſi, Tolckenſis. T. I p. 556.

Henr. RODBERTUS, Borna Holſatus, Paſtor, ab A. 1648., in Duc. Megap., Kolzovienſis, A. 1667. ſuperſtes. T. I. p. 556.

Adolphus Matthæus RODDE, Lubecenſis, J. U. D., Patriæ, ab A. 1688., Secretarius, ab A. 1695. Protonotarius, ab A. 1701. Senator, &, ab A. 1708., Conſul, A. 1723. ſuperſtes. T. I. p. 556.

Joh. RODDE, Lubecenſis, J. U. Lic. & Patriæ, ab A. 1717., Secretarius, M. d. 25. Apr. A. 1720., æt. 28. T. I. p. 556.

Andr. Alb. RODE, Barmſteda Pinnebergicus, Paſtor Holſaticus caſtrenſis, A. 1720. ſuperſtes. T. I. p. 556.

Chriſt. Detbl. RODE, Itzehoenſis, Paſtor, circa A. 1698., in Comit Pinneberg., Barmſtedenſis, & deinde, ab A. circiter 1711., Femariæ Inſpector, Paſtorqve in ea Burgenſis, M. A. 1717. T. I. p. 556. 557.

Joh. RODE, Londino Dithmarſus, ætatis incertæ Hiſtoricus. T. I. p. 557.

Jac. RODEMANN, Paſtor, circa A. 1652., in Eiderſtadia, Ulnusbüllenſis. T. I. p. 557.

Joh. RODENBURGIUS, Antwerpienſis, Hamburgi educatus, Th. D., Poeſeos Profeſſor, ab A. 1613., Witebergenſis, deinde vero Gymnaſii Dantiſcani, ab A. 1615., Rector & Profeſſor Theologus, Greiffenbergæ tandem in Pomerania privatim commoratus, & mortuus d. 2. Aug. A. 1617., æt. 45. T. II. p. 731. 732.

Joach. RöDERUS Sen., Lubecenſis, J. U. D. & in patria, ab A. 1650., Practicus, M. M. Oct. A. 1689., æt. 67. T. I. p. 557.

Joach. RöDERUS Jun., Lubecenſis, J. U. Doctor, A. 1704. ſuperſtes. T. I p. 557.

Sebaſt. RöDERUS, Salfeldia Thuringus, Med. D. & Practicus Hamburgenſis, M. d 18. Jan. A. 1569. T. II. p. 732.

Franc. RODEWALD Sen., Brunſvicenſis, Med. D., Scholæ Ægidianæ in patria Rector, Medicus Lüneburgenſis, & Poliater tandem, ab A. 1551., Hamburgenſis, A. 1556. ſuperſtes. T. II. p. 732.

M. Pet. RöDING, Hamburgenſis, Paſtor in vicinia, circa A. 1685, Billwerderanus, A. 1704. ſuperſtes. T. I. p. 557.

Eberh. RODOLPHI, Paſtor in Nordſtrandia, circa A. 1510., Stintebüllenſis Pontificius, & Fraternitatis Kalendarum Marianæ, in eadem, Decanus. T. I. p. 557.

C. A. RöDSCHER, Sleſvicenſis (c. A. 1700.) T. I. p. 557.

M. Joh. Valent. RöDSCHERUS, Erfurtenſis, Sleſvici, ab A. 1659., Cœnobii Johannei Eccleſiaſtes, ac deinde Templi cathedr., ab A. 1667., Archidiaconus, &, ab A. 1685., Paſtor, ſimulqve Vicariorum Decanus, M. d. 18. Sept. A. 1702., æt. 69. T. II. p. 732.

Corn. ROELOFS, Civis & Qvakerus, circa A. 1660., Hamburgenſis. T. I. p. 557.

Joh. ROELOF (aliis KOELHOF,) Lubecenſis, Civis & Typographus, circa A. 1500., Colonienſis. T. I. p. 557.

Tilem. ROENERUS, Advocatus, c. A. 1602., Sleſvicenſis. T. I. p. 557. 558.

M. Joh. ROGERIUS, Lancaſtrenſis Anglus, Sacerdos Anglorum Antwerpienſis Pontificius, Witebergæ, ob religionem Lutheranam, ab A. 1536., per ſeptennium, exul, Paſtor & Superintendens, ab A. 1543., in Dithmarſia, Meldorpienſis, tandemqve Londini, ab A. 1547., Ædis Paulinæ Præbendarius, Paſtor, ac Theol. & L. Hebr. Profeſſor, d. 4. Febr. A. 1555. ob religionem combuſtus. T. II. p. 733. 734.

M. Chr. ROHNIUS, Lubec., ſuburbii patriæ Laurentiani, ab A. 1693. Eccl., & templi dein Jacob. ab A. 1706., Diac., ac, ab A. 1712., Paſt. T. I. p. 558.

Gerh. Matth. ROHR, Hamburgenſis, Med. D. & Practicus, circa A. 1698., in Pomerania, Anclamenſis. T. I. p. 558.

Joh. ROHTIUS, Amſtelodamenſis, Mercator patriæ, & Fanaticus deinde in Batavia, alibiqve, vagabundus, ac in Ergaſterio Amſtelodamenſi, ab A. 1676. ad 1691., captivus, Incola tandem, ab A. 1691., Fridrichſtadienſis, A. 1700. ſuperſtes. T. II. p. 734.-738.

Virgilius ROHTFELDIUS vel RODOPEDIUS, Roslavius Stolbergicus, Scholæ Sleſvicenſis, ab A. 1585., Conrector, Gymnaſii Bordesholmenſis, ab A. 1591., Rector & Paſtor, ac Parochus tandem, in vicinia, ab A. 1596., Brüggenſis, M. d. 11. Apr. A. 1630, æt. 71. T. II. p. 738.

Guernerus ROLFINCIUS, Hamburgenſis, Med. D. & Profeſſor, ab A. 1629., Jenenſis, ſimulqve Horti Medici fundator &, ab A. 1630. ad 1638., Præfectus, nec non Archiater Saxo-Vinarienſis, & Academiæ tandem Jenenſis, ab A. 1664., Senior, M. d. 6. Maji A. 1673., æt. 74. T. I. p. 558-565.

M. Joh. RöLINGIUS, Lütkenburgo Wagrius, Poeſeos Profeſſor, ab A. 1660., Regiomontanus, Alumnorumqve Electoralium Inſpector, M. d. 25. Aug. A. 1679., æt. 45. T. I. p. 565. 566.

M. Jul. Enochus ROLOFSEN, Roſtochienſis, Ptochei Hamburgenſis ab A. 1693., & ædis deinde Michaelitanæ, ab A. 170 ., Eccleſiaſtes, A. 1716. ſuperſtes. T. II. p. 738.

M. Andr. ROMDORPIUS, Cimber, Scholæ Ripenſis, ab A. 1630., Rector, ac deinde Templi cathedr., ab A. 1640., Canonicus atqve Archidiaconus, M. d. 29. Mart. A. 1649., æt. 44. T. I. p. 566.

Ericus a RONNE, Hamburgenſis, J. U. D., Romæ A. 1675. mortuus. T. I. p. 566.

Gerh. ROOSE, Civis, ab A. 1640., Hamburgenſis, A. 1697. ſuperſtes. T. I. p. 566.

Gerh. ROOSE, Mennonitarum Altonavienſium, circa A. 1702., Eccleſiaſtes. T. I. p. 566.

M. Nicol. RöPERUS, Hamburgenſis, Scholæ Itzehoenſis, circa A. 1662., Rector. T. I. p. 566.

Dav. RORARIUS, Rendesburgenſis, J. U. D., Protodicaſterii Germaniæ Spirenſis, & Curiæ Palatinatus ſupremæ, circa A. 1580., Advocatus, A. 1596. ſuperſtes. T. I. p. 566. 567.

Georg. ROSA, Hamburgenſis, Th. Lic., Hiſt. & Polit. Profeſſor Tubingenſis, Templiqve deinde cathedr. Sleſvicenſis, ab A. 1605., Paſtor, M. d. 20. Dec. A. 1613. T. I p. 567.

Jac. ROSÆUS, Sagano Sileſius, Eccleſiaſtes A. 1582. Hamburgi exul. T. II. p. 738.

Jac. ROSALES, Judæus Luſitanus, Med. D & Com. Pal. Cæs, Medicus, circa A. 1637-1645., Hamburgenſis, circa A. 1655. Amſtelodamenſis, tandemqve Portus Hetruriæ Liburni, M. A. 1668., æt. 75. T. II. p. 738. 739.

Henr. ROSENBOHMIUS, Dithmarſus, A. 1634. ſuperſtes. T. I. p. 567.

Sam. ROSENBOHMIUS, Holſatus, Paſtor primum Weſſelburenſis, & deinde Elmeshornenſis, A. 1619 ſuperſtes. T. I. p. 567. 568. 569.

Joh. Adolph. ROSMANNUS, Bordesholmenſis, Theol. Stud. Kilonii mortuus M. Nov. 1683. æt. 30. T. I p. 569.

Joh. Phil. ROSMANN, Itzehoenſis, J U. D., Academiæ Kilonienſis, ab A. 1667., Secretarius, ac ſimul deinde Inſtitut. Profeſſor, ab A. 1672., extraordinarius, M. d 20. Jun. A. 1680., æt. 37. T. I. p. 569.

Paulus ROSSOVIUS, Neobrandeburgo Megapolitanus, Paſtor primum in patria Satovienſis, & deinde Presbyterii Itzehoenſis circa A. 1640., Hamburgenſis autem Nicolaitani, circa A. 1642., Adjunctus. T. II. p. 739.

Matthias ROSTOCHIUS, Ripenſis, Eccleſiaſtes primum Ottonienſis Canutianus, & Præpoſitus deinde ac Paſtor, ab A. 1705., Middelfartenſis in Fionia. T. I. p. 569.

M. Joh. ROTLöBEN, Witebergenſis, Ord. Philos. Witeb., ab A. 16.8., Aſſeſſor, Annæ, Joh. Sigismundi, Elect. Brandeburg., viduæ, ab A. 1622., Mariæ Eleonoræ autem, Reginæ Svedicæ, ab A. 1624, Concionator aulicus, ſimulqve templi Germanorum Holmienſis Paſtor, Friderici III., Archiep. tunc Bremenſis, Protoeccleſiaſtes, ab A. 1639., aulicus, Arcis Glückſtadienſis, ab A. 1642., Paſtor, ſimulqve Præpoſitus Pinnebergicus, & tandem Præpoſitus, ab A. 1646., Hatherslebienſis, M. d. 22. Mart. A. 1649, æt. 56. T. II. p. 739. 740.

Joh. Mart. ROTLöBEN, Holmia Svecus, in Cimbria educatus, Med. D. & Archiater, ab A. 1693., Svecicus, M. d. ult. Febr. A. 1701. T. II. p. 740.

M. Herm. RöVERUS, Hamburgenſis, patriæ, ab A. 152?., Secretarius, deinde Protonotarius, & tandem, ab A. 1540., Senator, M. d 9. Aug A. 1543 T. I. p. 569. 570.

Joach. RöVERUS, Hamburgenſis, J. U Doctor, M. A. 1678. T. I. p. 570.

Mart. RöVERUS, Hamburgenſis, J. U. Lic., Patriæ, ab A. 1650., Secretarius, M. d. 23 Nov. A. 1657., æt. 45 T. I. p. 570.

Pet. RöVERUS Jun., Hamburgenſis, J. U. Lic., patriæ, ab A. 1679., Senator, M. d. 7 Mart A. 1710., æt. 74. T. I. p. 570.

Mart. RUARUS, Crempenſis, Socinianus, Gymnaſii Racovienſis, ab A. circiter 1620., Rector, & Socinianorum deinde Dantiſci, ab A. 1624, doctor privatus, in pago autem Straſſinenſi, ab A 1643., Eccleſiaſtes, ſimulqve Uladislai IV. & Joh. Caſimiri, Regum Poloniæ, Miniſter, M. A. 1657., æt. 70. T. I p. 570-576.

Joh. RüDELIUS, Moeno-Francofurtanus, J. U. D. & Profeſſor, ab A. 1532., Marpurgenſis, deinde vero, ab A. 1539, urbis Lubecenſis, & Civitatum Hanſeaticarum, Syndicus, M. d. 17. Jan. A. 1563. T. II p. 740. 741.

Joh. RUFFUS, Hiſtoriæ Lubecenſis ſcriptor ætatis incertæ. T. I. p. 576.

Jac. RUGE, Cimber, Fanaticus in Ducatu Sleſvicenſi A. 1643. ſuperſtes. T. I. p. 576.

Nicol. RUGE, Eckernfördenſis, Eccl. c. 1618. Sleſvicenſis. T. II. p. 576.

RUTGERUS RULANDUS Sen., Aqviſgranenſis, J. U. D., Advocatus primum Spirenſis, & deinde, ab A. 1602., Hamburgenſis, Ducumqve ſimul Brunſvicenſium Conſiliarius, M. d. 13. Dec. A. 1630., æt. 62. T. II. p. 741-744.

RUTGERUS RULANDUS Jun., Hamburgenſis, J. U. D., Patriæ, ab A. 1652., Advocatus, &, ab A. 1670., Syndicus, M. d. 1?. Maji A. 1675., æt. 54. T. I. p. 577.

Rutgerus RULANDUS III. Hamburgenſis, J. U. D., Patriæ, ab A. 1719., Senator. T. I. p. 577.

Joh. Baldzinus RULL, Hamburgenſis, J. U. D., A. 1704. ſuperſtes. T. I. p. 577.

Cujus

Cajus RUMOHR, Eqves Holſatus, Toparcha Röſtenſis, Satrupholmenſis &c., Chriſtiani V., Regis Daniæ, triumqve Saxoniæ Electorum, Conſiliarius intimus, A. 1709. ſuperſtes. *T. I. p.* 577.

M. Henr. RUMPIUS, Hamburgenſis, Lingvarum Gr. ac Hebr. Profeſſor, ab A. 1592., Helmſtadienſis, deinde vero Paſtor Hamburgenſis, ab A. 1597., Johanneus, ſimulqve Lingg. Gr. & Hebr., in Gymnaſio, ab A. 1613., Profeſſor, & Gymnaſii, ab A. 1617. ad 1620., Prorector, M. d. 16. Aug A. 1626., æt. 65. *T. I. p.* 577. 578. 579.

Joh RUMPIUS, Hamburgenſis, J. U. Lic., Patriæ, ab A. 1708., Senator M. d. 28. Maji A. 1718., æt. 53. *T. I. p.* 579.

Marcus RUMPIUS, Hamburgenſis, Templi cathedr. in patria, ab A. 1664., Vicarius, A. 1688. ſuperſtes. *T. I. p.* 579.

Vinc. RUMPIUS Sen., Hamburgenſis, J. U. Lic., Patriæ, ab A. 1675., Senator, M. d. 22. Apr A. 1682., æt. 45. *T. I. p.* 579.

Vinc. RUMPIUS Jun., Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, circa A. 1690., Practicus. *T. I. p.* 579

Marcus RUNGIUS, Paſtor, in Sylva Duc. Sleſvic. Danica, circa A 1641., Gottorpienſis. *T. I. p* 579.

Henr. RUSE, Batavus, Baro a Ruſenſtein, Toparcha in Belgio Savartenſis, Frid. III. & Chriſt. V., Regum Daniæ, Architectus bellicus ſupremus, ac Legatus in exercitu Cimbrico generalis, in Belgium tandem reverſus, & illic d. 20. Febr. A. 1679. mortuus. *T. II. p.* 744.

Pet. RUTHANUS, Philiater, Juvenum Pogwiſchiorum Övelgünnæ, & poſtea Ducum Saxo-Lauenburgicorum, Præceptor, deinde vero Scholæ Parchimenſis Rector, A. 1616. ſuperſtes. *T. II. p.* 745.

Paulus RYCAUT, Eqves Anglus, Legati in aula Turcica Angli, per ſeptennium, Secretarius, Conſul Mercatorum Anglorum, per XI. annos (circa A. 1677.), Smyrnenſis, & tandem Wilhelmi III., Regis Britannici, Legatus Hamburgi, A. jam 1691., ordinarius, A. 1700. in Angliam reverſus. *T. II. p.* 745. 746.

Chriſt. a RYSSEL (forte Lipſienſis), Philippi, Ducis Holſato-Glucksburgenſis, Conſiliarius & Aulæ Præfectus, A. 1661. ſuperſtes. *T. II p.* 746.

S.

Dan. SACHSIUS, Bernburgo Anhaltinus, Th. D., Paſtor, ab A. 1643., in Oſtfriſia Gödenſenſis, Concionator Margaretæ Chriſtinæ, Ducis Saxonicæ, ab A. 1649., Stinchenburgenſis aulicus, & Paſtor tandem, ab A. 1652., Altonavienſis Reformatus, M. d. 8. Mart A. 1676., æt. 60. *T. II. p.* 747.

Paulus Ludov. SACHSIUS, Gödenſa Oſtfriſius, Med. D. & Practicus Hamburg., A. 1704. ſuperſtes. *T. II. p.* 747.

Joach. SAGER, Scholæ trivialis Lubecæ, circa A. 1608., Præceptor *T. I. p.* 579.

Reinh. Frid. SAHME, Regiomonto Pruſſus, J. U Doctor Kilonii, circa A. 1708., privatus, ac Profeſſor poſtea ejusdem Regiomonti, ab A. 1709., publicus. *T. II. p.* 747.

Angelus SALA, Vicentia Italus, Medicus, circa A. 1609., in Helvetia Vitoduranus, circa A. autem 1613. & 1617. in Batavia Hagenſis, deinde Antonii Güntheri, Com. Oldenburg., Archiater, Medicus, circa A. 1620. & 1625., Hamburgenſis, & Archiater tandem Güſtrovii, circa A. 1632., Megapolitanus, A. 1639. ſuperſtes. *T. II. p.* 747-751.

Frid. a SALLERN, Apenradenſis, J. U. C., Qvæſtor, c. A. 1723., Holſato-Gott. *T. I. p.* 579.

Georg. a SALLERN, Apenradenſis, Theol. Stud. (c. A. 1705.) *T. I. p.* 579.

Joh. Henr. a SALLERN, Neomonaſterienſis, J. U. Lic. & Advocatus Sleſvicenſis, M. A. 1707. *T. I. p.* 579.

R. SALOM. SALMAN, Cilicenſis Sileſius, Archiſynagogus Judæorum, circa A. 1690., Hamburgenſis & Altonavienſis. *T. II. p.* 75

Caſp. Herm. SANDHAGEN, Borcholtshuſa Weſtphalus, Eccleſiaſtes Bilefeldiæ, circa A. 1665., extraordinarius, Scholæqve ſimul, circa A. 1667., Rector, urbis Lüneburgenſis, ab A 1672. ad 1688., Superintendens, Concionator aulicus A. 1688. Cellenſis, tandemqve ab A. 1689., Superintendens generalis ac Proteccleſiaſtes aulicus Holſato-Gottorpienſis, Præpoſitusqve Gottorpienſis & Nordſtrandicus, M. d 17. Jun. A. 1697., æt. 58. *T. II. p* 751-7.9

Chriſtoph. SANDINUS, Eccleſiaſtes ruralis, circa A. 1614., Holſaticus. *T. I. p.* 579.

Sim. Henr. SANNEMANNUS, Hannoveranus, J. U. D. & Profeſſor, ab ab A. 1666 ad 1670., Kilonienſis *T. II. p.* 759.

M. Henr. SANTMANNUS, Lubecenſis, Diaconus patriæ, ab A. 1612., Ægidianus, M. d. 25. Jun. A. 1630., æt 54. *T. I. p.* 579. 8.

M. Mich. SANTMANNUS, Lubecenſis, M. d. 21. Sept. A. 1660., æt 42. *T. I. p.* 580.

R. Sam SANVEL, *Synagogæ* Judæorum Wormatienſis Scriba, Hamburgi deinde, circa A 1693, exul. *T. I p.* 759.

Eraſmus SARCERIUS, Annæbergenſis, Scholæ Lubecenſis, ab A. 1530., Conrector, Roſtochienſis, Vindobonenſis, Græcienſis in Stiria, ac iterum Lubecenſis, Præceptor, Sigenenſis in Com. Naſſov., circa A. 1536., Rector, Paſtor, ab A. 1538. ad 1548., Sigenenſis, ſimulqve Superintendens Naſſovicus, Paſtor Thomanus, ab A. 1549, Lipſienſis, ſimulqve Theol Profeſſor, Superintendens, ab A. 1553. Islebiæ Mansfeldicus, & Paſtor tandem, ab A. 1559, Magdeburgenſis Johanneus, M. d 2. Nov. eodem A. 1559., æt. 59. *T. II. p.* 759-768.

Eraſmus SARTORIUS, Sleſvicenſis, Cantor initio Roſtochienſis Marianus, & deinde, ab A. 1604., Hamburgenſis, M. d. 17. Oct. A. 1637, æt. 60. *T. I p.* 580.

M. Pet. SARTORIUS, Mœno-Francofurtanus, Frid III., Regis Daniæ Eccleſiaſtes aulicus Hafnienſis, ab A 1663., Gallicus, & deinde Paſtor Glückſtadienſis, M. d. 20. Nov. A 1679. *T. II. p.* 768.

Dan. SASSIUS, Concionator Danicus caſtrenſis, ac poſtea Eccleſiaſtes, ab A. 1709., & Paſtor, ab A. 1717., Altonavienſis Lutheranus, Præpoſitusqve ſimul Pinnebergicus, M. d. 31. Dec. A. 1717., æt. 45. *T II. p.* 708.

M. Nicol. SASSIUS, Hatherslebienſis, Præpoſitus & Paſtor in Fionia Asnenſis, M. d. 19. Jul. A. 1665. *T I p* 580.

Paulus SASSIUS, Asnea Fionus, Archidiaconus, circa A 1698., Hatherlebienſis. *T. II. p.* 768.

Dan. Joach. SATTLERUS, Gadebuſcha Megapolitanus, Med. D. & Practicus, c. A. 1702., Lubecenſis, M A. 1723. *T II. p.* 768.

Andr. SAURIUS, Scholæ Kilonienſis, circa A 1661., Cantor. *T. I p.* 580.

Joh Chriſt. SAURIUS, Boitzenburgo Megapolitanus, Med D. & Practicus, circa A. 1716., Hamburg. *T. II. p* 708.

Jac. SAXE, Eiderſtadienſis, Tonningæ, circa A. 16.0., exul. *T. I p.* 581.

Jac. SAXE, Flensburgenſis, Scholæ Cothenenſis in Duc. Anhalt ab A. 1577., Bregenſis autem in Sileſia, ab A. 1580, Præceptor, Paſtor, in Duc. Sleſvic., ab A. 1580., Oldorpienſis ad Arlam, &, ab A. 1583., Coslevienſis, tandemqve urbis Huſenſis, ab A. 1586., Diaconus, M. d. 16. Apr A 1616, æt. 63. *T I. p.* 581.

Pet. SAXE, Evensbülla Strandfriſius, Eiderſtadiæ Senator, circa A. 16 3., provincialis, viciqve Coldenbüttelenſis Incola A. 1661. ſuperſtes. *T. I. p.* 581.

Joh. SAXONIUS, Hattſtedia Nordfriſius, J U. D, Oratoriæ Profeſſor, ab A. circiter 1535. ad 1545., Witebergenſis, Cancellarius, circa A. 155., Holſato-Gottorpienſis, Decanusqve tandem, e Canonico, ab A. circiter 1554., Hamburgenſis, ſimulqve Canonicus Bremenſis, nec non (juxta nonnullos) Juris Profeſſor, circa A. 1559., Erfurtenſis, M. d. 16. Mart. A. 156. *T I. p.* 581. 82.

M. Pet. SAXONIUS, Huſenſis, Math. ſuper. Profeſſor, ab A 1617., Altorfinus, M. d. 16. Sept. A. 1625., æt. 34. *T. I. p.* 582. 583.

Joh. Henr. SBUELEN, Hamburgenſis, Med D. & in patria, circa A 1710., Practicus. *T. I. p* 583.

M. Andr. Jacobi SCERBECIUS, Scerbecka Cimber, Symmyſta, ab A. 1586, Scerbecenſis, Eccleſiaſtes, ab A. 1590., in arce Troieburgenſi, Ranzovianus, tandemqve Paſtor, ab A. 1598., Scerbecenſis, ac Præpoſitus poſtea ſimul Gviddingherdenſis, A. 1618. ſuperſtes. *T. I p* 583.

Joh. SCERBECIUS, Scerbecka Cimber. Med. D. & Practicus, poſt reditum ex Oriente, ab A. 1591., Lubecenſis, M d 27. Jun. A 1633, æt. 80. *T. I. p.* 583. 584.

Godofr. SCHACHMANNUS, Dantiſcanus, Paſtor Reformatus, ab A. 1651., Altonavienſis, &, ab A. 1658., Bremenſis Ansgarianus, M. d. 2. Jan. A. 1689., æt. 65. *T. II. p.* 768.

Chriſtoph SCHACHTIUS, Lubecenſis, Theol. Stud., M. M. Dec. A. 1706. *T. I. p.* 584.

Joh. Valent. SCHADE, Homburgo Haſſus, Med. D. & Practicus, circa A. 1684., Hamburgenſis. *T. II. p.* 769.

Henr. SCHÆVIUS, Kilonienſis, Med. D., Gymnaſii Stettinenſis, ab A. circiter 1650., Prorector, & Profeſſor Græcus ac Poeticus, Thorunienſis autem, ab A. 1660, Rector, M. d. 7. Nov. A. 1661., æt. 37. *T. I. p.* 584. 585. 586.

Joh. SCHÆVIUS, Möllenſis, J. U. D. & Dicaſterii primum Saxo-Lauenburgici Advocatus, deinde vero Syndicus, ab A. 1717., Lubecenſis, A. 1723. ſuperſtes. *T. I. p.* 586.

Barth Nic. SCHAFSHAUSEN Sen., Hamburgenſis, J. U. D. & in patria Practicus, A. 1716. ſuperſtes. *T. I. p.* 586.

Barth. Nic. SCHAFSHAUSEN Jun., Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, circa A. 1716., Practicus. *T. I. p.* 586.

Joh. Theod. SCHAFSHAUSEN, Hamburgenſis, J. U. D., Patriæ, ab A. 1677., Senator, &, ab A. 1690., Conſul, M. d. 10. Nov. A. 1697., æt. 55. *T. I. p.* 586.

Jul. Henr. SCHAFSHAUSEN, Hamburgenſis, J. U. Lic, Patriæ, ab A. 1683., Secretarius, &, ab A. 1695., Senator, M. d. 4 Maji A. 1715. *T. I. p.* 586.

Lucas Conr. SCHAFSHAUSEN, Witebergenſis, J U. Lic. & Senator, ab A. 1655., Hamburgenſis, M. d. 26 Apr. A. 1657., æt. 35. *T. II. p.* 769.

Matth. Diet SCHAFSHAUSEN, Hamburgenſis, J. U. D, Patriæ, ab A. 1713., Syndicus, ad A. 1710. *T. I. p.* 586.

Nicol. SCHAFSHAUSEN, Arensburgo Oeſilienſis, J U. D & Practicus, ab A. 1623., Witebergenſis, poſteaqve Hamburgenſis, tandem vero Julii Henrici, Ducis Saxo-Lauenburgici, Cancellarius & Conſiliarius intimus, Præſesqve Lauenburgenſis, M d. 20. Maji A. 1651, æt. 58. *T II. p.* 768. 769.

Nicol. Lucas SCHAFSHAUSEN, Hamburgenſis, J. U. D., Patriæ, ab A. 1708., Secretarius, A. 1710. ſuperſtes. *T. I. p.* 586.

M. Henr. SCHARBAU, Lubecenſis, Templi D Mar. Magd. Burgenſis in patria, ab A. 171., Eccleſiaſtes, A. 1723. ſuperſtes. *T. I. p.* 586. 587.

M. Dav. SCHARFIUS, Hamburgenſis, Superintendens, Paſtor & Canonicus, ab A. 1650. Bardovicenſis, M. d. 4. Dec. A. 1691., æt. 68. *T. I. p.* 587. 588.

Mich. SCHARFIUS, Ludimagiſter & Arithmeticus Hamburgenſis, M. A. 1703. *T I. p.* 588.

M. Thom. SCHATTENBERGIUS, Hildeſienſis, Scholæ Flensburgen-

ſis, ab A. 1571., Rector, & deinde Paſtor ejusdem civitatis, ab A. 1585., Marianus, ſimulqve, ab A. 1593. Præpoſitus, M. d. 15. Jun. A. 1604. T. II. p. 769.

Thom. SCHATTENBERGIUS Jun., Flensburgenſis, Organœdus, circa A. 16.0., Templi Hafnienſis Nicolaitani. T. I. p. 588.

M. Bened. SCHEELE, Lubecenſis (c. A. 1593.) T. I. p. 588.

Joh. SCHEELE, Wilſtrienſis, Gymnaſii Bordesholmenſis, circa A. 1623., Conrector & Paſtor deinde in Wagria, circa A. 1643., Schönbergenſis, A. 1653. ſuperſtes. T. I. p. 588.

Joh. SCHEELE, Civis & Chirurgus Sec. XVII. Hamburgenſis. T. I. p. 588.

Joh. SCHEELE, Hamburgenſis, J. U. Lic., A 1704. in patria ſuperſtes. T. I. p. 588.

Joh. Theod SCHEELE, Hamburgenſis, J. U Lic. & in patria, circa A. 1716., Practicus. T. I. p. 588.

Mart. SCHEELE, Diaconus, circa A. 1701., Itzehoenſis, A. 1714. ſuperſtes T. I. p. 588.

Mart SCHEELE, Hamburgenſis, J. U. D. & in patria Practicus, M. d. 23. Nov. A. 1665., æt. 53. T. I. p. 588.

Mart. Lucas SCHEELE, Hamburgenſis, J. U. D. & patriæ, ab A. 1715, Senator. T. I. p. 588.

Matthias SCHEELE, Hamburgenſis, A. 1524. ſuperſtes. T. I. p 588.

Pet. SCHEELE, Prezenſis, Diaconus, ab A. 1659., Rendesburgenſis, Paſtor, circa A. 1679., Gikovienſis, & Templi tandem D. Mar. Magd. Hamburgenſis, ab A. 1681., Eccleſiaſtes, M. d. 4. Dec. A. 1700, æt. 73. T. I. p. 588. 589.

Wolderus SCHEELE, Hamburgenſis, J. U. D. & Patriæ, ab A. 1675., Syndicus, M d. 25. Oct. A. 1700., æt. 51. T. I. p. 589.

Henr SCHEFFERUS, Flensburgenſis, Med D. & in patria, ab A. 1704., Practicus, deinde autem, ab A. 1722., Archiater Danicus Hafnienſis, ſimulqve ab A. 1724., Juſtitiæ Conſiliarius. T. I. p. 589.

M. Zachar. SCHEFTERUS, Schwania Megapolitanus, Coburgi, ab A. circiter 1602., Scholæ Conrector, &, circa A. 1613., Gymnaſii Rector, Hamburgi autem deinde, ab A. 1620., Scholæ pariter ac Gymnaſii Rector, hujusqve Profeſſor Ethico-Politicus, M. d. 3. Mart. A. 1626., æt. 58. T. II. p. 769. 770.

Joh. Henr. SCHEIDEMANN, Hamburgenſis, M. D. & in patria Practicus, A. 1716. ſuperſtes. T. I p. 589.

Calixtus SCHEINIUS, Miſena Miſnicus, J. U. D., Secretarius, ab A. 1554. Miſenenſis, deinde vero Syndicus Kilonienſis, & tandem, ab A. 1564., Lubecenſis, M. A. 1600. T. II. p. 770.

Chriſtoph. SCHELHAMMERUS, Hamburgenſis, Med. D. & Profeſſor, ab A. 1643., Jenenſis, Hortiqve ſimul Medici Præfectus, M. d. 20. Jun. A. 1651., æt. 32. T. I p. 589. 590

Dav. SCHELHAMMERUS, Hamburgenſis, Canonicus Hamelenſis, & Bibliothecæ deinceps Hamburgenſis Johanneæ, ab A. 1679., Præfectus, M. d. 23. Sept A. 1693., æt 64. T. I. p. 590 591.

Günth. Chriſtoph. SCHELHAMMERUS, Jenenſis, M. D. & Profeſſor, ab A. 1680., Helmſtadienſis, ab A. 1690. Jenenſis, &, ab A. 1695., Kilonienſis, ſimulqve Archiater Holſato-Gottorpienſis, M. M Jan. A. 1716., æt. 67. T. II p. 773-778.

Henrica Maria SCHELHAMMERIA, Helmſtadienſis, Günth. Chriſtoph. filia, Kilonii educata, & A. 1705. ſuperſtes. T. II. p. 778

Jac. Sigism. SCHELHAMMERUS, Hamburgenſis, J. U. Lic. & patriæ, ab A. 1716, Senator, M. Apr. A. 1719. T. I. p. 591.

Joh. SCHELHAMMERUS Sen., Weyra Thuringus, Scholarum Arteranæ, Iſenacenſis ac Northuſanæ, in Thuringia, Præceptor, Paſtor, ab A. 1567., Walhuſanus, Eccleſiaſtes, ab A. 1569 ad 1570., Qvedlinburgenſis Benedictinus, Claræ Saxonicæ, Franciſci, Ducis Brunſvic., viduæ, ab A. 1571., in oppido Hallerslebienſi, Wolfgangi autem, Ducis Brunſvic., ab A. 1578., in urbe Hertzbergenſi, Concionator aulicus, ſimulqve Ducatus Grubenhagici Superintendens ab A 1587., Goslarienſis, & tandem Paſtor, ab A. 1590., Hamburgenſis Petrinus, ſimulqve Ord. eccl., ab A. 1613., Senior, M. d. 27. Dec. A. 1620., æt. 81. T. II p. 770 771 772

Joh. SCHELHAMMERUS Jun., Hamburgenſis, Paſtor, ab A. 1640., in Jeveria Heppenſenſis, & deinde Hagenſis in Batavia, ab A. 1644., Lutheranus, A. 1699. ſuperſtes. T. I. p. 591. 592.

Sigism. SCHELHAMMERUS, Hamburgenſis, Paſtor, in Duc. Lüneburg, ab A. 1654. Bevenſenſis, M. d. 14. Aug. A. 1684., æt. 65. T. I. p. 592.

M. Sigism. Philo SCHELHAMMERUS, Hertzberga Brunsvicenſis, Eccleſiaſtes, ab A. 1613., Hamburgenſis Petrinus, M. d. 27 Aug A 1643., æt 61. T. II. p. 772. 773.

Henr. SCHEMEL, Hamburgenſis, J. U. Lic., A. 1669 creatus. T. I. p. 592.

Car. SCHENCKEN, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, circa A 1719., Practicus. T. I. p. 592.

Arn. SCHEPLERUS, Nienburgo Hoyanus, Paſtor, in Comit. Pinneberg., ab A. 1624., Ottenſenſis, & deinde, ab A. 1649, Altonavienſis Lutheranus, M d. 1. Jan. A. 1681., æt. 82. T. II. p. 778.

M. Caſp. Gothofr. SCHEPLERUS, Holſatus, cœnobii in Duc. Brem. Himmelpfortenſis, circa A. 1665., Eccleſiaſtes, & deinde Paſtor, ab A. 1677., in Oſtfriſia Auricenſis, M. d. 11. Maji A. 1692. T. I. p. 592.

Henr. SCHERNWEBEL, Bibliopola, circa A. 1660., Lubecenſis T. I. p. 592.

Jac. SCHERTLINGIUS, Hamburgenſis, Johannis, Epiſc. Lubec., Secretarius, ab A. 1645. ad 1648., Cameralis, & deinde Guſtavi Adolphi, Ducis Mecklenburgico-Güſtrovienſis, Ephorus, Secretarius intimus, tandemq; Conſiliarius aulicus, M. d. 2. Aug. A. 1672., æt. 5.. T. I. p. 592.

Joh. Chriſt. SCHIEFERDECKER, Templi Mariani Lubecenſis, circa A. 1713., Organœdus. T. II. p. 778.

Plato Matthias SCHILHERRUS, Noribergenſis, J. U. D. & Practicus Hamburgenſis, ſimulq; Conſiliarius Saxo-Lauenburgicus, A. 1673. Superſtes. T. II. 778. 779.

Andr. SCHILLING, Scholæ Glückſtadienſis, circa A. 1645., Rector. T. I. p. 592.

M. Henr. SCHINCKIUS, Hamburgenſis, Paſtor, ab A. 1568., Güſtrovienſis Marianus, M. A. 1593. T. I. p. 592. 593.

Hieron. SCHLAPRIZ, Agyrta & Empiricus, circa A. 1684., Hamburgenſis. T. II. p. 779.

Joh. SCHLEEBUSCH, Hamburgenſis J U. Lic, Patriæ, ab A. 1639, Senator, &, ab A. 1653., Conſul, M. d. 25. Jul. A. 1659., æt 52. T. I. p. 593.

Diet. Herm. SCHLEEBUSCH, Hamburgenſis, J. U. Lic., M. A. 1696. T. I. p. 593.

Chriſtoph. SCHLEGELIUS, Dresdenſis, Th. D., Paſtor aliqvamdiu Holſaticus, viduæ ducalis Anhaltinæ Eccleſiaſtes aulicus, ab A. 1634, Coswicenſis, Diaconus, ab A. 1638., Uratislavienſis Eliſabethanus, ſimulq; Gymnaſii Profeſſor Theologus, Paſtor ibidem, ab A. 1645. Bernhardinus, ſimulq; ædis Sp. S. Præpoſitus, Paſtor in Hungaria, ab A. 1647. ad 1656., Leutſchovienſis, ac Superintendens tandem, ab A. 1660., in Saxonia Hertzbergenſis, & ab, A. 1662., in Miſnia Grimmenſis, M. d. 2 Jul. A. 1678., æt 65. T. II. p. 779 780.

M. Chriſtoph. Henr. SCHLEGELIUS, Lubecæ, circa A. 1722, connotatus. T. II. p. 780.

Joh. Henr. SCHLETT, Med. D. & Practicus, circa A. 1698, Hamburgenſis, A. 1716. ſuperſtes. T. I p. 593.

Marcus Daniel SCHLETT, Lubecenſis, J. U. Doctor A. 1672. creatus. T. I. p. 593.

M. Chriſtoph. SCHLICHTING, Hamburgenſis, A. 1704. ſuperſtes. T. I. p. 593.

Henr. SCHLICKER, Hamburgenſis, J. U. Lic. A. 1666. creatus. T. I. p. 593.

Nathaneel SCHLOTTIUS, Gedanenſis, Ptochotrophei Lubecenſis Annexi, ab A. 1699., Præceptor, M. d. 23. Mart A. 1703., æt. 37. T. II. p. 780.

Chriſt. SCHLUMPFIUS, Rendesburgenſis, J. U D., Collegii Principum minoris Lipſiæ, ab A. 1662., Collegiatus, ſimulqve Canonicus, ab A. 1659, Martisburgenſis, M. d. 30. Apr. A. 1672., æt. 38. T. I. p. 593.

Henr SCHMEDENSTEDE, Lüneburgenſis, Th. D., Ord. Philoſ. Witteb. A. 1540. Decanus, Theol. & Dialect. Profeſſor, ab A. 1543. Roſtochienſis, ſimulqve Paſtor Nicolaitanus, Superintendens, ab A. 1547. in Dithmarſia Meldorpienſis, ſimulqve Paſtor Londinenſis, exul tandem Wismariæ A. 1554. mortuus. T. II. p. 780. 781.

M. Paulus SCHMEDICKE, Hamburgenſis, Theol. Stud. (c. A. 1667.) T. I. p. 593.

Joh. Henr. SCHMEUSER, Hamburgenſis, Med. D. & in patria, ab A. 1698., Practicus, A. 1716. ſuperſtes. T. I. p. 593.

Chriſtoph. SCHMIDIUS, Lubecenſis, Med. D. & in patria, ab A. 171., Practicus. T. I. p. 593.

Ericus SCHMIDIUS, Hamburgenſis, J. U. D. & in patria Practicus, A. 1716. ſuperſtes. T. I. p. 593.

Henr. SCHMIDIUS, Slesvicenſis, J. U. D., Conſiliarius Holſato-Gottorpienſis & deinde Danicus, M. M. Febr. A. 1689. T. I. p. 593.

Herm. SCHMIDIUS, Huſenſis, Theol. Studioſus, circa A. 1559., Witebergenſis. T. I. p. 593.

Joach. SCHMIDIUS, Joh. Adolphi, Ducis Holſato-Plönenſis, Concionator, circa A. 1683., aulicus, A. 1704., ſuperſtes. T. I p. 593.

M. Joh. SCHMIDIUS, Nordlinga Svevus, Theol. Studioſus exſcus, Lubecæ, Hamburgi, alibiq; vagabundus, A. 1686. Superſtes. T. II. p. 781. 782.

M. Joh. SCHMIDIUS, Hatherslebienſis, Paſtor in vicinnia Biertenſis, & deinde in Schwanzia Riesbyenſis, A. 1706. ſuperſtes. T. I. p. 593.

Joh. Henr. SCHMIDIUS, J. U. Lic. & Practicus Hamburgenſis, A. 1704. ſuperſtes T. I. p. 593.

Mich. SCHMIDIUS, Hamburgenſis (c. A. 1638.) T. I. p. 593.

M. Nicol. SCHMIDIUS, Hamburgenſis, Paſtor, ab A. 1626, & circa A. 1632., in agro Trittovienſi, Bargſtedenſis. T. I. p. 593.

Otto SCHMIDIUS, ſive FABRICIUS Huſenſis, Poeta, A. 1581. Superſtes T. I. p. 593.

Valent. SCHMIDIUS ab Eiſenberg Sen., Königswalda Bohemus, Scholæ Leitmerizenſis, ad A. usqve 1620., Paſtor, Cœnobii Magdeburg. Mariani, ab A. 1624., Cohortis autem Danicæ Saxo-Vinarienſis, ab A. 1626., Eccleſiaſtes, Neapoleos Magdeburgenſis, ab A. 1628. ad 1631., Paſtor, Symmyſta Itzehoenſis, ab A. 1633., extraordinarius, & Paſtor tandem, ab A. 1635., Hatherslebienſis, M. d. 22 Nov. A. 1681, æt. 83. T. II. p. 826.

M. Valent. SCHMIDIUS Jun., Magdeburgenſis, Hatherslebiæ educatus, Paſtor in Scania, ab A. 1672., Harſtargenſis & Holmbyenſis, M. d. 6. Jun. A. 1673., æt. 42. T. II. p. 782. 783.

Werne-

Wernerus SCHMIDIUS ſeu FABRICIUS, Neomonaſterienſis, Eccleſiaſtes in Stormaria, circa A. 1626., Suderovienſis. *T. I. p.* 593.

El. SCHNEGASSIUS, Gothanus, J. U. D., Syndicus Dorotheopoleos Berolinenſis, Fiſci Halberſtadienſis patronus, Advocatusqve poſtea Cellenſis, Halberſtadienſis (circa A. 1689.) & tandem, ab A. 1697., Hamburgenſis, M. M. Majo A. 1697. *T. II. p.* 783.

Gotfr. SCHNEIDERUS, BitterfeldaSaxo, J. U. D. & Profeſſor deſignatus, Advocatusqve, ab A. 1647. Witebergenſis, deinde vero, ab A. 1652., Conſiliarius Holſato-Gottorpienſis, ſimulqve Præfectus Trittovienſis ac Reinbeccenſis, M. d. 28. Mart A. 1669., æt 51. *T. II. p.* 783. 784.

Pet. SCHNELLERUS, J. U. D. & Practicus, circa A. 1630., Hamburgenſis. *T. I. p.* 594

Joh. SCHNELLIUS, Holſatus, J. U. D. & Advocatus Gottörpienſis, A. 1636. ſuperſtes. *T. I. p.* 594. 595.

Joh. Chriſtoph. SCHNELLIUS, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, circa A. 1704., Practicus. *T. I. p.* 595.

Gottlobius SCHOBERUS, Lipſienſis, Med. D. & Practicus, circa A. 1697., Lubecenſis, ab A. 1698. Livonicus, circa A. autem 1707. Lipſienſis, & deinde Archiater, ab A. 1713., Ruſſicus. *T. II. p.* 784.

Joach. SCHOLVIEN, Lubecenſis, Med. Doctor, A. 1716. creatus. *T. I p.* 595.

Achilles Frid. SCHOMERUS, Lubecenſis, Conſiliarius, ab A. 1692., Sverino Megapolitanus, ſimulqve Cancellariæ, ab A. 1709., Vice-Director, A. 1719. ſuperſtes. *T. I. p.* 595.

Juſtus Chriſtoph. SCHOMERUS, Lubecenſis, Th. D. & Profeſſor, ab A. 1680, Roſtochienſis, ſimulqve Conſiſt. Eccl. Aſſeſſor, & Diœceſeos Meclenburgicæ Superintendens, M. d. 9. Apr. A. 1693., æt. 46. *T. I. p.* 595-599.

Nicol. SCHOMERUS, Oſnabrugenſis, J. U. D. & Practicus, ab A. 1642., Hamburgenſis, ac, ab A. 1644., Lubecenſis, Urbis Brunſvicenſis, ab A. 1658, Conſiliarius, tandemqve Lubecenſis iterum, ab A. 1663., Advocatus, &, ab A. 1669., Senator, M. d. 11. Nov. A. 1690., æt 77. *T II. p.* 784. 785.

Joh. SCHöNBACHIUS, Lubecenſis, J. U. D., Chriſtiani IV., Regis Daniæ, Conſiliarius, ab A. 1608. (per annos 27.), Sleſvigo-Holſaticus, Ducis autem Holſatici, per triennium, Procancellarius, Canonicusqve Sleſvicenſis, M. d. 7. Mart. A. 1635 *T. I. p.* 599.

Chriſtoph. Ludov. SCHöNBACHIUS, Kilonienſis, J. U. Doctor, A. 1680. creatus. *T. I. p.* 5 9.

Frid. Wilh. SCHöNBACHIUS, Kilonienſis, J. U. D., Cancellariæ Daniex Glückſtadienſis Aſſeſſor, A. 1693. ſuperſtes. *T. I. p.* 599.

Joh. Chriſtoph. SCHöNBACHIUS Jun., Kilonienſis, J. U. D., Præfectus, in Seelandia Danica, circa A. 1698., Callundburgenſis, Draxholmenſis ac Seebygardenſis. *T. I. p.* 600.

Aug a SCHöNEFELD, Theol. Cultor (c. A. 1709.) *T. I. p.* 600.

Franc. Henr. SCHöNEMANN, Hamburgenſis, Diaconus, in Duc Brem., Grödenſis, & templi deinde, in Suburbio Hamburgenſi, Paulini, ab A. 1701., Paſtor, A 1716. ſuperſtes. *T. I. p.* 600.

Steph. a SCHONEVELD, Hamburgenſis, Med. D., Joh. Adolphi, Ducis Holſato-Gottorp., ab A. 1600. ad 1616., Archiater, & Medicus deinde Hamburgenſis, A. 1624. ſuperſtes. *T. I. p.* 600.

Joh. Nicol. SCHOOF, Roſtochienſis, Med. D. & Practicus, circa A. 1701, Hamburgenſis, A. 1719. ſuperſtes. *T. II. p.* 785.

Alb. SCHOOPE, Hamburgenſis, Ducis Megapol. Muſicus & Organoedus, circa A. 1667., aulicus. *T. I. p.* 600.

Joh. SCHOOPE, Muſicus, circa A. 1657., Hamburgenſis. *T. I. p.* 600.

Joh. Joach. SCHöPFERUS, Qvedlinburgenſis, J. U. D. & Profeſſor Francofurti ad Viadrum, ab A. 1687., extraordinarius, Roſtochii, ab A. 1693., ordinarius, ſimulqve Conſiſt Eccl Aſſeſſor, & Cancellariæ Megapolitaæ Vice-Director, Kilonii, ab A 1712., Anteceſſor primarius, ſimulqve Conſiliarius Holſato-Gottorpienſis, & tandem Roſtochii iterum, ab A. 1714., Juris Profeſſor, ſimulqve Caroli Leopoldi, Ducis Megapolitani, Conſiliarius intimus, Cancellariæ Director, & Conſiſtorii Præſes, M. M. Sept. A. 1719., æt. 58. *T. II. p.* 785-786.

Gerh. SCHOTTE, Hamburgenſis, J. U. Lic., Judicii patriæ inferioris, ab A. 1692., Actuarius, & deinde, ab A. 1693., Senator, M. d. 25. Oct. A. 1702., æt. 67. *T. I. p.* 600. 601.

Laur SCHRAM, Eqves Danus, Toparcha Haſtrupenſis, & Præfectus, circa A. 1570., Coldingenſis *T. II p.* 786.

Chriſt. Ulr. SCHREIBERUS, Sleſvicenſis, Med. Doctor, A. 1706. creatus. *T. I. p.* 601.

Frid. SCHREIBERUS, Rendesburgenſis, J. U. D. & Cancellariæ Glückſtadienſis Advocatus, M A 1709. *T. I. p.* 601.

Gabr. SCHREIBERUS, Rendesburgenſis, J. U. D., Advocatus Sleſvicenſis, Fiſciqve ducalis patronus, & deinde Conſiliarius, ab A. circiter 1704., Holſato-Gottorpienſis, M M. Sept. A. 1722. *T. I. p.* 601.

Matthias SCHREIBERUS, Lubecenſis, J. U. Doctor, A. 1651. creatus *T. I. p.* 601.

Alb. SCHREININGIUS, Hamburgenſis, J. U. D. & patriæ, ab A. 1672., Syndicus, M. d. 8. Maij A. 1688., æt. 55. *T. I. p.* 601.

Henr. SCHRITSMEIER, Dithmarſus, Med. D., Falſtriæ & Lalandiæ Medicus, circa A 1670., provincialis. *T. I. p.* 601.

Leonh. SCHRITSMEIER, Meldorpio Dithmarſus, J. U C., Hafniæ, circa A. 1670., commoratus. *T. I. p* 601.

Pet. SCHRITSMEIER, Dithmarſus, Med. Doctor, A. 1680. creatus. *T. I. p.* 601.

Andr. SCHRöDERUS, Flensburgenſis, Patriæ JCtus & Philologus, M. A. 1633. *T. I. p.* 601. 602.

Bened. Georg. SCHRöDERUS, Sleſvicenſis (c. A. 1662.) *T. I. p.* 602.

Bernh. SCHRöDERUS, Hamburgenſis, Med. D. & in patria Practicus, M. M. Jun. A. 1691. *T. I. p.* 602.

Bernh. SCHRöDERUS, Hamburgenſis (c. A 1678.) *T. I. p* 602.

M. Car. SCHRöDERUS, Islebienſis, Paſtor in Livonia Barſonenſis, & deinde, poſt exilium, Scholæ Flensburgenſis, ab A. 1661., Rector, M. d. 26. Jul. A. 1678. *T II. p.* 787.

Georg. SCHRöDERUS, Flensburgenſis, J. U. Lic, Cancellariæ Ducatuum Cimbricorum Danicæ Gluckſtadienſis Conſiliarius, & deinde, ab A. 1697., Procancellarius, ſimulqve Helgolandiæ, ab A. 1684. ad 1689., Gubernator, M. M. Febr. A. 1713 *T. I. p.* 602.

Gerh. SCHRöDERUS, Hamburgenſis, J. U. D., Patriæ, ab A. 1698., Senator, &, ab A. 1703., Conſul, M. d. 28. Jan. A. 1723., æt 64. *T. I. p* 602. 603.

M. Henningus SCHRöDERUS, Hamburgenſis, Scholæ Stadenſis, circa A. 1646., Conrector, & deinde *Lemgovienſis*, circa A. 1652., Rector, A. 1658. ſuperſtes. *T. I. p.* 603.

Henr. SCHRöDERUS, Hamburgenſis, J. U. Lic., Patriæ, ab A. 1668. ad 1683., Secretarius, M. A. 1684. *T. I. p.* 603.

Henr. SCHRöDERUS, Wilſtrienſis, Th. Stud. (c. A. 1649.) *T. I. p.* 603.

Jac. SCHRöDERUS, Senatus Bancæqve Hamburgenſis Docimaſtes, circa A 1695., monetarius. *T. I. p.* 603.

Joh. SCHRöDERUS, Kilonienſis, Paſtor in diœceſi Flensburgenſi, circa A. 1636., Bargumenſis. *T. I. p* 603.

Joh. Car. SCHRöDERUS, Flensburgenſis, J. U. Lic. & Practicus, circa A 1701., Hamburgenſis, A. 1716. ſuperſtes. *T. I. p.* 603.

Joſias Herm. SCHRöDERUS, Eccleſiaſtes in Dithmarſia, circa A 1699., Hemmenſis. *T. I. p.* 603.

Laur. SCHRöDERUS, Scholæ Glückſtadienſis, circa A. 1672., Rector. *T. I. p.* 603.

M. Sebaſt. SCHRöDERUS, Scholæ urbis Flensburgenſis, ab A. 1570., Rector, & deinde Paſtor ejusdem, ab A. 1571., Nicolaitanus, ſimulqve, ab A. 1585., Præpoſitus, M d. 14 Jul. A. 1593., æt. 52. *T. I. p.* 603.

Theod. SCHRöDERUS, Hamburgenſis, J. U. Doctor, A. 1676. creatus. *T. I. p.* 603.

Wilh. SCHRöDERUS, Hamburgenſis, J. U. D., M. d 9. Dec. A. 1692., æt. 25. *T. I. p.* 603.

Herm. SCHRöTERUS, Huſenſis, Templi cathedr. Sleſvicenſis e Cantore Eccleſiaſtes, M. d. 25. Mart A. 1605. *T. I. p.* 603. 604.

Georg. SCHRöTERING, Hamburgenſis, J. U. *Lic.* & in patria Practicus, A. 1704. ſuperſtes. *T. I. p.* 604.

Henr. SCHRöTERING, Hamburgenſis, J U. Lic., Patriæ, ab A. 1644., Secretarius, & deinde, ad A. usqve 1683., Protonotarius, M. A 1686. *T. I. p.* 604.

Joach. SCHRöTERING, Hamburgenſis, J. U. Lic. & Conſiliarius Saxo-Gothanus, in patria A. 1704 ſuperſtes. *T. I. p.* 604.

Mart. Wolderus SCHRöTERING, Hamburgenſis, J. U. D., A. 1716. ſuperſtes. *T. I p.* 604.

Marqv. SCHULDORPIUS, Kilonienſis, Paſtor, ab A. 1526., Templi cathedralis Sleſvicenſis primus Lutheranus, M. A. 1529. *T. I. p.* 604.

Alb. SCHULTE, Hamburgenſis, J. U. Lic., Patriæ, ab A. 1683, Secretarius, &, ab A. 1693., Protonotarius, M. d. 2. Oct. A. 1702., æt. 51. *T. I. p.* 604. 605.

Andr. SCHULTZE, Hamburgenſis, Med. & J. U. Doctor, Canonicus Hamburgenſis, A. 1687. urbe ejectus, Altonaviæqve deinde commoratus, ac M. Sept. A. 1691. mortuus. *T. I. p.* 605.

Barth. Hieron. SCHULTZE, Hamburgenſis, J. U. Lic., Advocatus & tandem Conſul Tunderenſis, M. M. Apr. A. 1708. *T. I. p.* 605.

Bernh. SCHULTZE, Bremenſis, J. U. D., Philos., & deinde Juris, in Acad Rintelienſi, ultra IV. luſtra, Profeſſor, ſimulqve Conſiliarius Haſſiacus, deinde vero Academiæ Kilonienſis, ab A. 1674. JCtus primarius & Procancellarius, M. d. 31. Dec. A. 1687. *T. II. p* 787. 788.

Chriſt. SCHULTZE, Falcoberga Neomarchicus, urbis Eckernfördenſis, ab A. 1641., Paſtor, A. 1679 ſuperſtes. *T. II. p.* 788.

Corn. SCHULTZE, Eckernfördenſis, Inſulæ Nordmarſenſis, circa A. 1678., Paſtor, A 1694. ſuperſtes. *T. I p.* 605.

M. Dan. Sever. SCHULTETUS, Hamburgenſis, Theologus patriæ, vita delectatus privata, M. d. 29. Dec. A. 1712., æt. 67. *T. I. p.* 605-608.

M. Dav. SCHULTETUS, Hamburgenſis, Theol. Studioſus, M d 25. Apr. A. 1709., æt 30. *T. I. p.* 608. 609.

Georg. Diet. SCHULTZE, Hamburgenſis, Med D. & in patria Practicus, ejusdemqve Poliater, ab A. 1700., inferior, M. A 1722. *T. I. p.* 609.

Gothofr. SCHULTZE, Gardelegienſis, Collegii Colonellorum Hamburgenſis ſcriba, M. A 1662. *T. II. p.* 788.

Gothofr. SCHULTE, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, circa A. 1704., Practicus *T. I. p.* 609.

Henr. SCHULTZE, Lubecenſis, J. U. Doctor, A. 1658. creatus. *T. I. p.* 609.

Joach. SCHULTZE, Hamburgenſis, Med. D. & patriæ, circa A. 1618., Poliater. *T. I. p. 610.*
Joh. SCHULTZE, Eiderſtadienſis, A. 1612. ſuperſtes. *T. I. p. 610.*
Joh. SCHULTZE, Lubecenſis (c. A. 1683.). *T. I. p. 610.*
Joh. SCHULTZE, Hamburgenſis, J. U. Lic., Patriæ, ab A. 1658., Secretarius, &c, ac A. 1668., Conſul, M. d. 2. Mart. A. 1697., æt. 76. *T. I. p. 610.*
Joh. SCHULTZE, Gardelebienſis, Scholæ BrandeburgenſisSaldrianæ, ab A. 1674., Conrector, Gardelebienſis, ab A. 1675., Rector, Luneburgenſis Johanneæ, ab A. 1681., Conrector, & tandem Hamburgenſis Johanneæ, ab A. 1682. ad 1708., Rector, M. d. 26. Jan. A. 1709., æt. 62. *T. II. p. 788. 789. 790.*
Joh. SCHULTZE, Hamburgenſis, J. U. Lic., Judicii patriæ inferioris, circa A. 17 6., Præſes. *T. I. p. 610.*
Joh. Bernh. SCHULTZE, Bremenſis, Hamburgi, circa A. 1682., commoratus. *T. II. p. 790.*
Otto SCHULTE, Bremenſis, J. U. D. Joh. Friderici Holſati, Archiepiſcopi Bremenſis, Cancellarius, ſimulqve Comitum Iſenburgici, Hanovienſis & Schaumburgici, Conſiliarius, ac Collegii Canonicorum Hamburgenſium, ab A. 1617., Decanus, M. d. 12. Aug. A. 1624. *T. II. p. 790.*
M. Pet. SCHULTZE, Hemma Dithmarſus, Paſtor, ab A. 1668., in Dithmarſia Wördenſis, & Diaconus deinde, ab A. 1674., Hamburgenſis Catharinæus, M. d. 16. Maji A. 1705., æt. 63. *T. I. p. 610.*
Sam. SCHULTETUS, Eddelakia Ditmarſus, Th. D., Vici Heidenſis, ab A. 1667., Diaconus, &c, ab A. 1681., Paſtor, ſimulq; Dithmarſiæ borealis Præpoſitus, deinde vero Paſtor, ab A. 1684., Hamburgenſis Petrinus, ſimulq; Ord. Eccl., ab A. 1688., Senior, M. d. 30. Maji A. 1699., æt. 64. *T. I. p. 610-612.*
M. Sever. SCHULTZE, Hatherslebienſis, Theol. Stud., M. M. Sept. A. 1704. *T. I. p. 612.*
Steph. SCHULTZE, Heida Dithmarſus, J. U. Lic. & Practicus, circa A. 1704., Hamburgenſis. *T. I. p. 612.*
Theod. SCHULTZE, Lunæburgenſis, Paſtor in Inſula Billiana, circa A. 1661., Mohrenfletanus. *T. II. p. 790.*
Henr. Wilh. SCHUMACHER, Lubecenſis, J. U. D., Advocatus, circa A. 1722., Ratzeburgenſis. *T. I. p. 612.*
Joh. SCHUMANNUS, Prezenſis, Coenobii Prezenſis circa A. 1666., & urbis deinde Plönenſis, circa A. 1681., Paſtor. *T. I. p. 612.*
Mich. SCHUMANNUS, Luſatus vel Islebienſis, J. U. C., Hamburgi commoratus, M. d. 28. Nov. A. 1710., æt. 48. *T. II. p. 790.*
Alb. SCHUNEMANN, Lubecenſis, J. U. D. & in patria, circa A. 1702., Practicus. *T. I. p. 612.*
Hanſius SCHUPPE, Coquus aulicus, circa A. 1709., Holſato-Plönenſis. *T. I. p. 612.*
Joh. Balth. SCHUPPIUS, Gieſſa Haſſus, Th. D., Ord. Philos. Roſtoch. A. 1631. Aſſeſſor, Eloqv. & Hiſt. Profeſſor, ab A. 1635., Marpurgenſis, ſimulq;, ab A. 1643., Templi D. Eliſabethæ Ord. Teutonici Paſtor, Johannis, Landgravii Haſſo-Braubacenſis, ab A. 1646., Concionator aulicus, Superintendens & Conſiliarius, ſimulq;, ab A. 1647., ad Panegyrin Irenicam Monaſterienſem Legatus, ac tandem Paſtor, ab A. 1649., Hamburgenſis Jacobæus, M. d. 20 Oct. A. 1661., æt. 52. *T. II. p. 790-804.*
Ant. Meno SCHUPPIUS, Marpurgenſis, Theol. Cand., Templiq; cathedr. Hamburgenſis Præbendæ minoris, ab A. 1671., poſſeſſor, A. 1690. ſuperſtes. *T. II. p. 804.*
Juſtus Burch. SCHUPPIUS, Haſſus, Hamburgi educatus, A. 1684. ſuperſtes. *T. II. p. 804. 805.*
Joh. Jac. SCHÜRERUS, Hamburgi, circa A. 1701. commoratus. *T. II. p. 805.*
Henningus SCHURIUS, Poeta, circa A. 1648., Cimbricus. *T. I. p. 612.*
Anna Maria SCHURMANNIA, Colonienſis, Virgo nobilis & erudita Civitatis ad Rhenum Trajectinæ, ab Anno deinde 1669., cum Labadiſtis, Amſtelodami, Hervordiæ, Altonaviæ (A. 1672-1678.) & Wiewerti in Weſtfriſia, commorata, & hic d. 4. Maji A. 1678., ætatisq; 71., mortua. *T. II. p. 805-817.*
Joh. SCHUSLER, Spirenſis, Arithmeticus, circa A. 1654., Hamburgenſis. *T. II. p. 817.*
Henr. SCHÜTZE, Hamburgenſis, Med. D. & in patria Practicus, A. 1704. ſuperſtes. *T. I. p. 612.*
Nicol. SCHÜTZE, Roſtochienſis, J. U. D. & in Acad. patria, ab A. 1631., ultra qvatuor luſtra, Profeſſor, deinde autem, ab A. circiter 1653., Collegii Canonicorum Lubecenſis Conſiliarius & Syndicus, M. d. 4. Maji A. 1671., æt. 71. *T. II. p. 817.*
M. Sebaſt. SCHWAN, Heidelbergenſis, Scholæ Coenobii Riddagshuſani, ab A. 1593., Rector, Paſtor & Superintendens, ab A. 59., Ratzeburgenſis, Eccleſiaſtes Lubecenſis, ab A. 16 5., Marianus, & Hadeliæ tandem, ab A. 1619., Superintendens, ſimulq; Paſtor Otterndorfienſis, A. 1628. ſuperſtes. *T. II. p. 817. 818.*
Adelheidis Sibylla SCHWARTZIA, Würtenbergica, Civis Lubecenſis uxor, Chiliaſmum profeſſa, & A. 1699. ſuperſtes. *T. II. p. 818. 819.*
Andr. SCHWARTZE, Hamburgenſis, J. U. D., Conſiliarius Sveco-Bremenſis, & Judicii Provincialis in Duc. Brem. Aſſeſſor, M. d. 11. Oct. A. 1668., æt. 48. *T. I. p. 612. 613.*
Joh. Caſp. SCHWARTZ, Chirurgus, circa A. 1705. Hamburgenſis, A. 1718. ſuperſtes. *T. I. p. 613.*
Joh. Frid. SCHWARTZE, Lubecenſis, Med. D. & Practicus, circa A. 1709., Berolinenſis. *T. I. p. 613.*
Joſua SCHWARTZIUS, Waldovia Pomeranus, Th. D., Dantisci, ab A. 1661. ad 1664., exul, Reginæ Svediæ viduæ Concionator aulicus Holmiæ, ab A. 1665., extraordinarius, Academiæ in Scania Londinenſis Profeſſor, ab A. 1668. ad 1677., Theologus, ſimulq; Eccleſiæ Germanicæ Paſtor, Chriſtiani V., Regis Daniæ, Eccleſiaſtes aulicus, ab A. 1680., Hafnienſis, ac tandem Superintendens Eccleſiarum Ducatus Slesvicenſis, ab A. 1684., & Holſatici etiam ab A. 1689. regius, ſimulq; Præpoſitus, ab A. 1690., Rendesburgenſis, &c, ab A. 1694., Flensburgenſis, M. d. 6 Jan. A. 1709., æt. 77. *T. II. p. 819-828.*
Joh. Jac. SCHWELAU, Studioſus, circa A. 1702., Kilonienſis. *T. II. p. 828.*
Caſp. SCHWENCK, Flensburgenſis, Scholæ in Eiderſtadia Gardingenſis, circa A. 1690., Moderator. *T. I. p. 613.*
Joh. SCHWENCK, Gardingenſis, J. U. D., Advocatus, circa A. 1662., Flensburgenſis, Juris Profeſſor, ab A. 1666. ad 1670., Kilonienſis, privatim deinde Hamburgi & in patria (circa A. 1672.) commoratus. *T. I. p. 613.*
Joh. Thom. SCHWERMANN, Tunderenſis, Med. D. & in patria, circa A. 1699., Practicus. *T. I. p. 613.*
Chriſtoph. SCHWICHEL, Huſenſis (c. A. 1636.) *T. I. p. 613.*
Jac. SCHWIEGER, Altonavienſis, Poeta Glückſtadii, Hamburgi, atqve alibi, commoratus, & A. 1667. ſuperſtes. *T. I. p. 613. 614.*
Joh. SCOLVINUS, Lubecenſis, Scholæ patriæ, ab A. 1610., Subrector, Paſtorqve deinde, ab A. 1613., Inſulæ in Albi Curslacenſis, & tandem templi Petrini Buxtehudenſis, A. 1642. ſuperſtes. *T. I. p. 614.*
Nicol. SCRIBONIUS, Osnabrugenſis, Aulici cujusdam Gottorpienſis liberorum, circa A. 1634., Pædagogus domeſticus. *T. II. p. 828.*
M. Chriſt. SCRIVERUS, Rendesburgenſis, Eccleſiaſtes, ab A. 1653., Stendalienſis Jacobæus, Paſtor, ab A. 1667., Magdeburgenſis Jacobæus, ſimulqve, ab A. 1679., Ord. Eccl. Senior, & ab A. 1685., Eccleſiarum tractus vicini ſylveſtris Inſpector, tandem vero, ab A. 1690., Qvedlinburgi Annæ Dorotheæ Saxonicæ, Abbatiſſæ, Protoeccleſiaſtes aulicus & Conſiliarius eccleſiaſticus, ſimulqve Paſtor Servatianus, M. d. 5. Apr. A. 1693., æt. 64. *T. I. p. 614-619.*
M. Joach. SCRIVERUS, Möllenſis, Monaſterii D. Mariæ Magdeburgenſis Lutherani, circa A. 1674., Coenobita, Prior & Senior. *T. I. p. 619.*
Henr. SEEDORFIUS, Lubecenſis, J. U. D. & in patria Practicus, ſimulq; Conſiliarius Haſſiacus, M. d. 2. Febr. A. 1686., æt. 55. *T. I. p. 620.*
Joh. SEEDORFIUS, Scholæ Hamburgenſis Jacobææ, circa A. 1656., Arithmeticus. *T. I. p. 620.*
Joh. Henr. a SEELEN, Aſſela Kedingenſis, Scholæ Flensburgenſis ab A. 1713., & Stadenſis, ab A. 17 6., Conrector, Lubecenſis autem, ab A. 1718. Rector, A. 1725. ſuperſtes. *T. II. p. 828-831.*
M. Joh. Chriſtoph. SEELING, Plönenſis (c. A. 1658.) *T. I. p. 620.*
M. Pet. Theodoricus SEELMANNUS, Oedenburgo Hungarus, Diaconus in Duc. Magdeb., ab A. 1678., Hedſtadienſis, Paſtor, ab A. 1680., Staſfurtenſis, poſteaq;, ab A. 1703., Templi Sp. S. Magdeburgenſis, tandem vero Hamburgi, ab A. 1706., Michaelitanus, ſimulq;, ab A. 1715., Ord. eccl. Senior, A. 1723. ſuperſtes. *T. II. p. 831.*
Chriſt. SEERUPIUS, Ripenſis (c. A. 1675.) *T. I. p. 620.*
Georg. SEERUPIUS, Ripenſis, Med. D., Scholæ Ripenſis, ab A. 1680., Præceptor, Fridericianæ, ab A. 1686., & Ripenſis, ab A. 1693., Rector, tandem vero, ab A. 1699., Philoſ. & Metaph. Profeſſor Hafnienſis, ſimulq; Collegii Medici Adjunctus, M. d. 22. Maji A. C. 1700., æt. 40. *T. I. p. 620.*
M. Nicol. SEERUPIUS Sen., Seerupia Jutus, Scholæ Helſingorenſis ab A. 1643., & Soranæ, ab A. 1646., Rector, deinde vero Templi cathedr. Ripenſis, ab A. 1653. Paſtor & Canonicus, ſimulq; Præpoſitus Hviddingenſis, M. A. 1685., æt. 65. *T. II. p. 831.*
Nicol. SEERUPIUS Jun. Ripenſis, Med. & Philos. Profeſſor Hafnienſis deſignatus, M. A. 1691. *T. I. p. 620.*
M. Sever. SEERUPIUS, Ripenſis, Templi patriæ cathedralis, ab A. 1685., Paſtor & Canonicus, vicinarumq; ſimul Eccleſiarum Præpoſitus, A. 1721. ſuperſtes. *T. I. p. 620. 621.*
Cajus a SEESTÄTT, Eqves, circa A. 1597. Holſatus. *T. I. p. 621.*
Caſp. SEIDELIUS, Neagora Variſcus, Philologus Hamburgi, A. 1637., & ſeqq. commoratus, A. 1641. ſuperſtes. *T. II. p. 831. 832.*
M. Chriſt. Ludov. SEILERUS, Hamburgenſis (c. A. 1723.) *T. I. p. 621.*
Joh. Abr. SEILERUS, Bernavia Marchicus, Med. D. & Practicus, circa A. 1716., Hamburgenſis. *T. II. p. 832.*
Joh. SEISINGIUS, Römhilda Francus, Theol. Studioſus, Slesvigæ, circa A. 1671., commoratus. *T. II. p. 832.*
M. Bened. SELLIEN, Hamburgenſis, Templi patriæ cathedralis, ab A. 1663., Vicarius, M. d. 16 Maji A. 1672. *T. I. p. 621.*
Thom. SELLIUS, Cervicca Saxo, Scholæ Weſſelburenſis, circa A. 1634., & deinde Heidenſis, Rector, Izehoenſis autem, circa A. 1636., & Hamburgenſis, ab A. 1640., Cantor, ſimulq; Templi cathedralis, ab A. 1642., Canonicus minor, M. d. 1. Jul. A. 1663., æt. 65. *T. II. p. 832.*
Conr. SELMER, Paſtor in Anglia Cimbrica, circa A. 1601., Vahrenſtedenſis. *T. I. p. 621.*
Corn. SELMER, Kilonienſis, Paſtor, circa A. 1643., Eckernfördenſis. *T. I. p. 621.*
Dan. SELMER, Senator & Advocatus, circa A. 1638., Slesvicenſis. *T. I. p. 621.*
Burch. a SERKEN, Eccleſiæ Lubecenſis Canonicus & Cantor, tandemqve, ab A. 1276., Epiſcopus, M. A. C. 1317., æt. 120. *T. I. p. 621. 622.*

M. Joh.

M. Joh. Aug. de SERTIMONTE (ſive CRANTZBERG,) e Pontificio Lutheranus, Lubecæ & Hamburgi A. 1668. & ſeqq. commoratus, A. 1676. ſuperſtes. *T. II. p.* 832. 833.

Chriſtoph. SESEMANN, Numburgenſis, Paſtor, in Epiſcopatu Lubecenſi, ab A. 1635. & circa A. 1661., Schönewaldenſis. *T. II. p.* 833.

Joh. a SESEN, Arithmeticus, circa A. 1611., Lubecenſis. *T. I. p.* 622. 623.

M Ansgarius SEVERINI, Paſtor per 47. annos Coldingenſis, ſimulqve Nomarchiæ Pontanæ Præpoſitus, M. d. 16. Nov. A. 1682. *T. I. p.* 623.

Frid. SEVERINUS, Hafnienſis, Med. D. & Practicus, circa A. 1618. & 1621., Flensburgenſis, deinde vero, circa A. 1631., Hafnienſis. *T. II. p.* 835.

Jac. SEVERINI, Ripenſis, Scholæ urbis patriæ, ab A. 1550., Rector, templiqve poſtea in eadem Catharinæi, ab A. 1557., Diaconus, &, ab A. 1565., Paſtor, M. d. 29. Mart. A. 1580, æt. 57. *T. I. p.* 623.

Pet. SEVERINUS, Ripenſis, Med. D., Poeſeos, circa A. 1561., & Philoſophiæ, circa A. 1565, Profeſſor Hafnienſis, deinde autem Frid. II. & Chriſt. IV., Regum Daniæ, ab A. 1571., per ſex luſtra, Archiater, ſimulqve Canonicus Roſchildenſis, & Med. Profeſſor Hafnienſis A 1602. deſignatus, M. d 28. Jul. A. 1602., æt. 60. *T. I p.* 623-526

Henr. SIBÆUS OLPHENIUS, Olphena Monaſterienſis, Scholæ Monaſterienſis Præceptor, Oſnabrugenſis & Hervordianæ Conrector, Mindenſis, Caſſellanæ, Helmſtadienſis & Dithmarſicæ cujusdam (forte Meldorpienſis, ab A. circiter 1540.), Rector, Oſnabrugenſis iterum, ab A. 1542., Conrector, &, ab A. 1548, Rector, Hervordianæ denuo Conrector & Rector, & tandem Lemgovienſis, circa A 1557., Rector, M. A. 1566. *T. II. p.* 833.

Nicol. SIBBERN, Rendesburgenſis, templi urbani Glückſtadienſis, ab A. 1679., Diaconus, &, ab A. 1693., Paſtor, M. A. 171.. *T. I. p.* 627.

Nicol. Pet. SIBBERN; Glückſtadienſis, Arcis regiæ Glückſtadienſis, ab A. 1714., Paſtor, A. 1723 ſuperſtes. *T. I. p.* 627.

Broderus SIBBERSEN, Huſenſis, Diaconus, ab A. 1681, & Paſtor, ab A. 1688., Coldenbüttelanus, M. A. 1710. *T. I p.* 620. 627.

M. Pet. SICKIUS, Rendesburgenſis, Rhetorices & Loc. Theol. Profeſſor Witebergenſis, ab A. 1557., extraordinarius, & deinde Theologiæ Regiomontanus, circa A. 1562. (per tria luſtra) ordinarius, Rectorqve poſtea, ab A. 1575., Gymnaſii Elbingenſis, ab A. 1579. Scholæ Bregenſis, &, ab A. 1583., Goldbergenſis, M. d. 26. Apr. A. 1588., æt. 58. *T. I. p.* 628. 629

Achatius SILBERHORN, Holſatus, A. 1678. ſuperſtes. *T. I. p.* 629.

Valent. SILLERUS, Roſtochienſis, Paſtor, in dioeceſi Flensburgenſi, circa A. 1660., Bordlumenſis. *T II. p.* 833.

Bartholdus SIMON, Hamburgenſis, Med. D., Pariſiis A. C. circiter 1671., ac ætatis 28., mortuus. *T. I. p.* 729.

Cyriacus SIMON, Lüneburgenſis, Th. D, Paſtor, in Duc. Lüneburg., Sinſtorpienſis, & deinde Hamburgi, ab A. 1565, Jacobæus, tandemqve Superintendens, ab A. 1574., Hamburgenſis, M. d. 13. Mart. A. 1576 *T. II. p.* 834.

M. Franc. SIMON Sen, Warta Uckero-marchicus, Suburbii Hamburgenſis Georgiani, ab A. 1629., Paſtor, M. d. 15. Nov. A. 167., æt. 77. *T. II. p.* 834. 835.

M. Franc. SIMONIS Jun., Hamburgenſis, Eccleſiæ, in Inſula Albis Billiana Allermodianæ, ab A. 1670., & deinde Suburbii Hamburgenſis Georgiani, ab A. 1679. ad 1706., Paſtor, M d. 10. Oct. A. 1709., æt. 71. *T. I. p.* 729.

Joh. SIMONIS, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, circa A. 1716., Practicus. *T. I. p.* 729.

Joh. Henr. SIMON, Hamburgenſis, J. U. D., patriæ Advocatus, & deinde, ab A. 1680., Syndicus, M. d. 3. Apr. A. 1713., æt. 73. *T. I. p.* 729.

M. Marcus SIMON, Halberslebienſis, Scholæ Flensburgenſis, ab A. 1588., Conrector, & Diaconus poſtea, ab A. 1592., Tunderenſis, A. 1607. ſuperſtes. *T. I. p.* 729.

Menno SIMONIS, Witmarſumo Weſtfriſius, Sacerdos in patria Pontificius, ab A. 1528., Pinnigumenſis, &, aliqvot poſt annos, Witmarſumenſis, Epiſcopus Anabaptiſtarum, ab A. 153., Groningenſis, & Doctor deinde eorundem, ab A. 1543., in Belgio, Oſtfriſia, Weſtphalia, Saxonia inferiori, Holſatia, Lubecæ, Wismariæ, atqve alibi, vagabundus, Oldesloæ A. C. 1561., ac ætatis 56., mortuus. *T. II. p.* 835-842.

Theod. SIMON, Berchſteda Holſatus, Ludimagiſter Lüneburgenſis, Eccleſiæ Pontificiæ, & Ordinis Præmonſtratenſis aliqvamdiu Proſelytus Lovanienſis, ad Lutheranos A. 1630. reverſus, tandem vero ad Socinianos transgreſſus, & Scholæ horum, in Ruſſia Lituanica, Kiſſelinenſis Rector, A. 1642. ſuperſtes. *T. I. p.* 629. 630 631.

Andr. SINGERUS, Med. D. & Practicus Magdeburgenſis, ac deinde, ab A 1631., Guſtavi Adolphi, Regis Sveciæ, Archiater, Holmiæ A. 1635., & Glückſtadii A. 1616., exul *T. II. p.* 842.

Pet. SINNKNECHTIUS, Lubecenſis, Paſtor, ab A. 1613. ad 1635., Halberslebienſis, M. A. 1635. *T. I. p.* 631.

Joh. SIRICIUS, Lubecenſis, J. U. D, Contubernii Bergenſis in Norwagia Hanſeatici, ab A. 1657., urbis autem Lubecenſis, ab A 1668., Secretarius, ejusdemqve poſtea, ab A. 1669., Senator, &, ab A. 1687., Conſul, M. d. 4. Maji A. 1696., æt. 66. *T. I. p.* 631.

Joh. SIRICIUS, Med. D. & Practicus, circa A. 1697., Kilonienſis, A 1705. ſuperſtes *T. II. p.* 843.

M. Mich. SIRICIUS Sen., Lubecenſis, Ord. Philoſ. Witeb., circa A. 1614., Aſſeſſor, Templi vero Mariani Lubecenſis, ab A. 1614., Diaconus, &, ab A. 1625., Paſtor, ſimulqve tandem Ord. Eccl. Senior, M. d. 7. Dec. A. 1648., æt. 60. *T. I. p.* 631. 632.

Mich. SIRICIUS Jun., Lubecenſis, Th D. & Profeſſor Gieſſæ, ab A. 1657., extraordinarius, &, ab A. 1659., ordinarius, ſimulqve Eccleſiaſtes, ab A. 1658., urbanus, deinde vero, ab A. 1670., Guſtavi Adolphi, Ducis Megap., Proteccleſiaſtes aulicus Güſtrovienſis, ſimulqve, ab A. 1676., Theol. Profeſſor ac Superintendens Roſtochienſis, M. d. 21. Aug. A. 1685., æt. 57. *T. I. p.* 632. 633. 634.

Henr. SIVERUS, Hamburgenſis, Templi patriæ Cathedralis Vicarius & primus, ab A. 1663., Bibliothecarius, ſimulqve Profeſſor Gymnaſii, ab A. 1675., Mathematicus, M. d. 10. Jul. A. 1691., æt. 65. *T. I. p.* 634. 635. 636.

M. Henr. SIVERS, Hamburgenſis, Suburbii Slesvigæ Fridericobergenſis, ab A. 169., Eccleſiaſtes, M. circa A. 1717. *T. I. p.* 636.

Jac. SIVERS, Holſatus, Juris, circa A. 1673, Studioſus. *T. I. p.* 636.

Pet. Aug. SIVERS, Oldensworta Eiderſtadienſis, Diaconus ab A. 1698., & Paſtor, ab A. 1699., Tonningenſis, M. A. 1717. *T. I. p.* 636.

Chriſt. SLEDANUS, Roſtochienſis, Th D & in Acad. patria, ab A 1604., Profeſſor, deinde autem Templi cathedralis Slesvicenſis, ab A 1614., Paſtor, M A. 1646. *T. II. p.* 843. 844.

Joh SLEGELIUS, Hamburgenſis, Med. D. & in patria Practicus, M. A. 1676. *T. I. p.* 636.

Paulus Marqv. SLEGELIUS, Hamburgenſis, Med. D. & Profeſſor, ab A. 1638., Jenenſis, ſimulqve Horti academici Præfectus, & Wilh. III., Ducis Saxo-Vinar., Conſiliarius atqve Archiater, deinde vero Poliater Hamburgenſis, ab A. 1642., primarius, M. d 20. Febr. A. 1653., æt. 48. *T. I. p.* 636-641.

M Nicol. Joh. a SLICHTEN, Dithmarſus, Paſtor in Palatinatu, circa A. 1618., Eicholtzheimenſis. *T. I. p.* 641.

Joh. Georg. SLÖTEL, Hamburgenſis, Med. Doctor A. 1689. creatus. *T. I. p.* 641.

David SLUTERUS, Wismarienſis, J. U D. & Hamburgi Practicus, M. d. 27. Jun. A 1720., æt. 65. *T. II. p.* 844. 845.

Dav. Matth. SLUTERUS, Hamburgenſis, JCtus (c. A. 1719.) *T. I. p.* 641.

Henr. SLUTERUS, Batavus, Coetus Labadiſtarum Eccleſiaſtes Amſtelod., Hervordienſis, &, ab A. 1672., Altonavienſis. *T. II. p.* 845.

Joh. SLUTERUS, Winſena Lüneburgicus, J. U. D., Advocatus, ab A. 162., Hamburgenſis, Tribunalis Svecorum Wismarienſis, ab A. circiter 1650., Aſſeſſor primarius, ſimulqve Conſiſtorii Præſes, Guſtavi Adolphi, Ducis Megapolitano-Güſtrovienſis, ab A. 1668, Conſiliarius intimus & Cancellarius, tandemqve urbis Hamburgenſis, ab A. 1678., Conſiliarius, &, ab A. 1684., Conſul, M. d. 21. Oct. A. 1686., æt. 70. *T. II. p.* 846. 847. 848.

Joh. SLUTERUS Jun., Hamburgenſis, J. U. D., Patriæ, ab A. 1719., Syndicus. *T. I. p.* 641.

Matthæus SLUTERUS, Hamburgenſis, J. U. D. & Practicus, ab A. 1673., Güſtrovienſis, &, ab A. 1679., Hamburgenſis, tandemqve urbis Hamburgenſis, ab A. 1703., Senator, M. d. 20. Nov. A. 1710., æt. 72. *T. I. p.* 641. 642.

Pet. SLUTERUS, Batavus, Coetus Labadiſtarum Eccleſiaſtes Amſtelodamenſis, Hervordienſis &, ab A. 1672., Altonavienſis. *T. II p.* 845.

M. Sever. SLUTERUS, Halis Weſtphalus, Scholæ Stadenſis, ab A. 1604., Conrector & paulo poſt Rector, ac Paſtor deinde, ab A. 1612., in Comitatu Hoyano Bucenſis, ab A. 1615., in Duc. Luneb. Winſenſis, tandemqve, ab A 1617., Hamburgenſis Jacobæus, & ſimul Gymnaſii, ab A. 1621. ad 1625., Profeſſor Theologus, Ordinisqve eccleſiaſtici, ab A. 1646., Senior, M. d. 16. Jul. A. 1648., æt. 77. *T. II. p* 845 846.

Sever. Waltherus SLUTERUS, Hamburgenſis, Theol. Lic. & Profeſſor, ab A. 1673., Roſtochienſis, Sophiæ Æmiliæ, Reginæ Danorum viduæ, Concionator, ab A. 1674., aulicus Hafnienſis, & Superintendens tandem, ab A. 1684., Saxo-Lauenburgicus, ſimulqve Paſtor Lauenburgenſi, M. d. 31. Dec. A. 1697., æt. 52. *T. I. p.* 642. 643 644.

Joh. SMEITERUS, Paſtor, in dioeceſi Flensburgenſi, Seculo XVI, Breclumenſis. *T. I. p* 644.

Theod SMELEJUS, Hamburgenſis, A. 1589. ſuperſtes. *T. I. p* 644.

Nicol. SMYLAU, Hamburgenſis, Philoſ. & J. U. D., Profeſſor, circa A. 1451., Lipſienſis, Collegiiqve Principum Collegiatus, Advocatus Romanus, & Monachus tandem Cœnobii prope Magdeburgum Bergenſis, A. 1475 ſuperſtes. *T I. p.* 644.

Joh. Ant. SOLDNERUS, Med. D. & Practicus Rigenſis, ac deinde, circa A. 1700., Altonavienſis. *T. II. p.* 848.

Chriſt. SOLINUS, Paſtor, circa A. 1615., Crempenſis. *T. I. p.* 644. 645.

Bernh. SOLTOVIUS Jun., Slesvicenſis, J. U. D., Friderici, Ducis Holſato-Gottorp., Conſiliarius, ſimulqve Collegii Canonicorum Slesvicenſium Syndicus, M. A. 1650. *T I p.* 645.

Bernh. Balth. SOLTOVIUS, Slesvicenſis, J. U. D. & in patria Practicus, M. d. 10. Oct A 1653. *T. I. p.* 645.

Franc. a SOM, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, circa A. 1716., Practicus. *T I p.* 645.

Joh a SOM, Hamburgenſis, J U. D., Patriæ, ab A. 1697, Senator, M. M. Sept. A. 1719. *T. I. p.* 645.

Jac. de SOMERE, Gandavenſis, patriæ Syndicus, Albertiqve Auſtriaci, Belgii Hiſpanici Gubernatoris, ad Civitates Hanſeaticas, & urbis dein-

de Hamburgenſis ad Anglos, Legatus, M. d. 15. Jun. A. 1623. *T. II. p.* 848. 849.

Theod. a SOMERN, Stoltenovienſis, Hamburgi A. 1601-1608 commoratus. *T. II. p.* 849.

Alb. SOMMERUS, Hamburgi commoratus, & A. 1665. ſuperſtes. *T. I. p.* 645.

Joh. SOMMERUS, Chori Muſici, in aula Holſatica, circa A. 1623., Director. *T. I. p.* 645.

Joh. Matthias SOMMERUS, Itzehoenſis, J. U. D., A. 1675. ſuperſtes. *T. I. p.* 645

Matthias Joach. SOMMERUS, Wilſtrienſis, J. U. Doctor A. 1717. creatus. *T. I. p.* 645.

Ant. Dan. SONNEMANN, Lubecenſis, J. U D. & Profeſſor, in Academia ad Viadrum Francofurtana, circa A. 1685., extraordinarius, ac, circa A. 1693., ordinarius, M. A. 1699. *T. I. p.* 645.

Bernh. SPANHAKE, Neoburgenſis, Nobilium Buchwaldiorum, in Arce Borſteliana, circa A. 1599., Pædagogus. *T. II. p.* 849.

Pet. SPARCKIUS, Wilſtrienſis, Med. Doctor A. 1637. creatus. *T. I. p.* 646

Otto SPERLINGIUS Sen., Hamburgenſis, Med. D. & Practicus, ab A 1628., Bergenſis, Medicusqve ſimul Norwagiæ ibidem ab A. 1630., & Chriſtianiæ, ab 1632., provincialis, Practicus, ab A. 1634., in Seelandia Jernloſienſis, ab A autem 1637. Hafnienſis, ſimulqve Orphanotrophei Medicus, Archiaterqve ac Botanicus, ab A. 1638., regius, & poliater, ab A. 1641., ordinarius, Medicus, ab A. 1652., Amſtelodamenſis &, ab A 1654., Hamburgenſis, ſimulqve Archiater, ab A. 1653., Svecicus, Hafniæ tandem, ab A, 1664., ad obitum usqve captivus, M. d. 26 Dec. A. 1681., æt. 79. *T. I. p.* 646. 647

Otto SPERLINGIUS Jun., Chriſtiania Norwagus, J. U. D. & Practicus, ab A. 1674., Hamburgenſis, deinde vero Conſiliarius Glukſtadii, ab A. 1687., & Hafniæ, ab A. 1690., Danicus, ſimulqve Hiſt. & Eloqv., in Academia eqveſtri Hafnienſi, ab A. 1692. ad 1697., ac denuo, ab A. 1701. ad 1710., Profeſſor, M. d. 18. Mart. A. 1715., æt. 82. *T. II. p.* 849-856.

M. Paulus SPERLINGIUS Sen., Eckerntördenſis, Scholæ Flensburgenſis, ab A. 1586., Hamburgenſis autem, ab A. 1591. ad 1619., Rector, ac ſimul Eloqv. & Poeſ., in Gymnaſio Hamburgenſi, ab A. 1613. ad 1633., Profeſſor, M. d. 13. Jun. A. 1633., æt. 73. *T. I. p.* 647. 648.

Paulus SPERLINGIUS Jun., Hamburgenſis, Th. D., Rhetoricæ Profeſſor Leidæ A. 1627. extraordinarius, Bibliothecæ Memmianæ Pariſiis A. 1628. Præfectus, Studiorum Rudolphi Auguſti, Ducis Brunſvic., Gvelpherbyti, ab A. 1633., Ephorus, Gymnaſii Bordesholmenſis, ab A. 1635., Rector & Paſtor, ſimulqve Eccleſiarum Holſatiæ Ducalium, ab A 1643, ad obitum usqve, Præpoſitus, ac tandem Theol. & Antiqq. ſacrarum Profeſſor, ab A. 1665., Kilonienſis, M. d. 27. Apr. A. 1679., æt. 73. *T. I. p.* 648-651.

Frid. SPIESSIUS, Sleſvicenſis, Med. D., A. 1609. ſuperſtes. *T. I. p.* 651.

M. Joh. SPIESMACHER, Hamburgenſis, Paſtor in agro Ritzbüttelano, Döſenſis, M. A. 1698. *T. I. p.* 651.

Henr. SPLETHENIUS, Paſtor circa A. 1607. in Dithmarſia Schlichtingenſis. *T. I. p.* 651.

Salom. SPRANGERUS, Würſchnizio Variſcus, Eccleſiaſtes Claſſis Hamburgenſium Hiſpanicæ mercatoriæ A. 1689. & 1690. nauticus, deinde vero Paſtor, in Duc. Brem., Ritterhudanus, M. d. 30 Apr. A. 1711., æt. 57. *T. II. p.* 856.

Hartwigus a SPRECKELSEN, Hamburgenſis, J. U. Lic., A. 1704. ſuperſtes. *T. I. p.* 651.

Herm. a SPRECKELSEN, Hamburgenſis, J. U. Lic. & S. Rom. Imp. Baro, M. M. Jun. A. 1683. *T. I. p.* 651.

Joh. a SPRECKELSEN, Hamb., J. U. Lic. A. 1651. creatus. *T. I. p.* 651.

Joh. a SPRECKELSEN, Hamburgenſis, ex Ædis Petrinæ Curatore patriæ, ab A. 1660. ad 1666. (qvo exautorabatur), Senator, M. d. 6. Jun A. 1684. *T. I. p.* 651.

Joh. a SPRECKELSEN, Hamburgenſis, Med. D. & in patria, circa A. 1716., Practicus. *T. I. p.* 651.

Joh. a SPRECKELSEN, Hamburgenſis, J. U. D., Baſilicæ patriæ, ab A. 1719., Canonicus. *T. I. p.* 652.

Lucas a SPRECKELSEN, Hamburgenſis, J. U. Doctor, A. 1718. creatus. *T. I. p.* 652.

Nicol. a SPRECKELSEN, Hamburgenſis, J. U. Lic., A. 1716. ſuperſtes. *T. I. p.* 652.

Pet. a SPRECKELSEN, Hamburgenſis, J. U. Lic. A. 1673. ſuperſtes. *T. I. p.* 652.

Vinc. a SPRECKELSEN, Hamburgenſis, J. U. Lic., A. 1645. creatus. *T. I. p.* 652.

Wolderus a SPRECKELSEN, Hamburgenſis, J. U. Lic., M. A. 1696. *T. I. p.* 652.

Joh. Gvilh. SPRINGIUS, Hamburgenſis, J. U. D. & in patria, circa A. 1716., Practicus. *T. I p.* 652

Joh. Chriſt. SPRöGELIUS, Hamburgenſis, Med. D. & in patria, circa A. 1718., Practicus. *T. I. p.* 652.

Wilh. STADTLANDER, Qvindecimvir, ab A. 1681., Hamburgenſis Nicolaitanus, M. M. Nov. A. 1686. *T. I. p.* 652.

M. Dav. STAHLIUS, Arcis Hatherslebienſis Eccleſiaſtes, & Scholæ ſimul Rector, M. d. 27. Sept. A. 1601. *T. I. p.* 652.

Joh. STAHLIUS, Hamburgenſis, J. U. D. *T. I. p.* 652.

Joh. Frid. STAHLIUS, Præfecturæ Sleſvicenſis, circa A. 1695., Scriba. *T. I. p.* 652.

Paulus STAHLIUS, Hamburgenſis, Med. Doctor A. 1666. creatus, *T. I. p.* 6..

Chriſtoph. a STÄMMEN, Prezenſis, Paſtor in Schwanzia Wabſenſis, M. M. Majo A. 1688. *T. I. p.* 653.

M. Georg STAMMICHIUS, Brunſvicenſis, Scholæ Flensburgenſis Marianæ, circa A. 1553., Rector, deinde vero Paſtor, ab A. 1557., Brunſvicenſis Catharinæus, & tandem, ab A. 1572., Hamburgenſis Catharinæus, ſimulqve Ordinis eccleſiaſtici primus, ab A. 1593, Senior, M. d 21. Febr. A. 1600. *T. II p.* 856. 857.

Henr. STAMMICHIUS, Hamburgenſis, Conſiliarius, in Ducatu Mindenſi, Svecicus, & deinde Brandeburgicus, M. A. 1686., æt. 77. *T I. p.* 653.

M. Georg. STAMPELIUS, Neo-Soltqvellenſis, Scholæ patriæ, ab A. 1589., Prorector, & paulo poſt Rector, ad A. usqve 1594., Canonicus, ab A 1597., Magdeburgenſis Petro-Paulinus, L. Hebr. Profeſſor, ab A. 1600., ad Viadrum Francofurtanus, & Lubecæ tandem Paſtor, ab A. 1611., Petrinus, ac, ab A. 1613., Superintendens, M. d. 19. Febr. A. 1622., æt. 61. *T. II. p.* 857-861.

Nicol. STAMPEHL, Hamburgenſis, J. U. D., Patriæ, ab A 1710., Archivarius, &, ab A. 1721., Senator. *T. I. p.* 753.

Zach. STAMPEELIUS, Neo-Soltqvellenſis, Scholæ in Boruſſia Dirſchavienſis, ab A. 1683. ad 1685., Præceptor, Sleſvicenſis, ab A. 1693., Conrector, & Lubecenſis, ab A. 1708., Subrector, A. 1722. ſuperſtes *T. II. p.* 862.

M. Mich. STANHUFIUS, Würtzburgenſis, Scholæ Sleſvicenſis, ab A. circiter 1557., primus Rector Lutheranus, ſimulqve Templi cathedr. Canonicus & tandem Senior, ac Gymnaſii, ab A. 1576. ad 1580., Profeſſor, M. d. 7. Mart. A 1608. *T. II. p.* 862.

Ern. STAPELIUS, Lemgovienſis, Theol. Studioſus, Hamburgi commoratus, M. d 13. Oct. A. 1635. *T. II. p.* 862.

M. Joh. Frid. STAPELIUS, Schöneberga Megapolitanus, Paſtor, ab A. circ. 1659., Möllenſis Nicolaitanus, A. 1676. ſuperſtes. *T. II p.* 862.

Joh Dav. STAPENIUS, Lipſienſis, J. U. Lic. & Practicus, circa A. 1698., Hamburgenſis, A. 1719. ſuperſtes. *T. II. p.* 862.

Andr. STAPHORST, Hamburgenſis, J. U. Doctor A. 1674. creatus. *T. I. p.* 653.

Andr. STAPHORST, Hamburgenſis, Eccleſiaſtes aulicus Haſſo-Darmſtattinus, A. 1702. ſuperſtes. *T. I. p.* 653.

M. Henr. STAPHORST, Hamburgenſis, Diaconus patriæ, ab A. 1646., Nicolaitanus, M. d. 11. Febr. A. 1649. *T. I. p.* 653.

M. Nicol. STAPHORST II., Hamburgenſis, Eccleſiaſtes patriæ, ab A. 1605., Petrinus, M. d. 17. Mart. A. 1642., æt. 66. *T. I. p.* 753.

Nicol. STAPHORST III, Hamburgenſis, Collegii Medicorum in Anglia Londinenſis, circa A. 1686., Chymicus, A. 1699. ſuperſtes. *T. I. p.* 653.

M. Nicol. STARPHORST IV., Hamburgenſis, Eccleſiaſtes patriæ, ab A. 1705., Johanneus, A. 1725. ſuperſtes. *T. I. p.* 654.

Caſp. Henr. STARCKIUS, Lubecenſis, Paſtor, ab A. 1709. in agro Trittovienſi, Siebenböhmenſis, A. 1725. ſuperſtes *T. I. p.* 654. 655.

M. Joh. STARCKIUS, Lüneburgenſis, Scholæ Soltqvellenſis Conrector, Luneburgenſis, ab A. circiter 1615. Prorector, & Hamburgenſis tandem, ab A. 1620., Conrector, M. d. 26. Jan., A. 1623. *T. II. p.* 863. 864.

M. Joh. Sigism. STARCKIUS, Miſenenſis, Hamburgi, ab A. 1693. ad 1700., commoratus, Paſtor deinde, ab A. 1700., in agro Segebergenſi, Warderanus. *T. II p.* 864.

Nicol. STARCKIUS, Crempenſis, J. U. Lic., urbis Glückſtadienſis, circa A. 1683., Præſes. *T. I. p.* 655.

Sebaſt. Gothofr. STARCKIUS, Miſnicus, Hamburgi, ab A. 1691. ad 1695., commoratus, Gymnaſii Berolinenſis, ab A. 1698., Conrector, LL. Or. Profeſſor, ab A. 1705., Gryphiswaldenſis, Scholæ eqveſtris Palæo-Brandeburgenſis, ab A. 1708., Director, & paulo poſt Bibliothecæ regiæ Berolinenſis Præfectus, M. d. 1. Jul. A. 1710., æt. 43. *T. II. p.* 864. 865.

Joh. STARCIUS, Poeta Laur. & Notarius publ. Cæſareus, Organœdus, circa A. 1609., Mœno-Francofurtan., deinde J. U. & Med Licentiatus, in urbe A. 1620. & 1624. commoratus Hamburgenſi, ac A. 1628. adhuc ſuperſtes. *T. II. p.* 866.

Conr. STARKY, Hamburgenſis, Med. D. & Practicus, circa A. 1704., Hamburgenſis, circa A. autem 1708. Bremenſis. *T. I. p.* 655.

STATIUS, Monachus Lubecæ Dominicanus Burgenſis, & Templi cathedralis Vicarius, ſcriptor ætatis incertæ. *T. I p.* 655.

Marcus STEFFENS, Holſatus, Diaconus, ab A. 1683. ad 1690., Oldenburgenſis (in Comit. Oldenb.) Lutheranus, deinde vero Eccleſiaſtes Berolini Fridericowerderanus, circa A. 1693., Reformatus, A. 1704. ſuperſtes. *T. I p.* 655.

Bernh. STEIN, Lubecenſis, Archidiaconus, ab A. 1686., Wiſmarienſis Marianus, M. A. 1695. *T. I. p.* 655.

Joh. Joach. STEIN, Roſtochienſis, Med. D. & Practicus, circa A. 1698., Hamburgenſis, A. 1716. ſuperſtes. *T. II. p.* 866.

Joh Pet. STEIN, Möllenſis, Templi Lubecenſis Ægidiani, ab A. 1678., Diaconus, &, ab A. 1689., Paſtor, ſimulqve Ord. Eccl., ab A. 1706., Senior, M. d. 30. Apr. A. 1710., æt. 63. *T. I. p.* 656.

Lucas STEIN Jun., Lubecenſis, Med. D. & in patria Practicus, M. d. 15. Jan. A. 1699., æt. 35. *T. I. p.* 656.

Hanſius STEINBERGER, qvi A. 1658. vixit. *T. I p.* 656.

Pet STEINBRECHER, Cantor in Wagria circa A. 1646., Neoſtadienſis. *T. I p.* 658.

Joh.

Joh. STEINFELD Roſtochienſis, Hamburgi circa A. 1657., commoratus T. II p. 869.

Mart. STEINHAUS, Wilſtrienſis, J. U. Doct. A. 1638. creatus. T. I. p. 656.

Dethl. Cajus STEINMANN, Holſat., J U D. A. 1669. creatus. T. I. p. 656.

Joh. STEINMANN, Itzehoenſis, Præfecturæ Steinburgenſis, ad A. usqve 1662., Scriba, deinde vero Chriſt. V., Regis Daniæ, Conſiliarius, Legatus Lubecæ, circa A. 1689., ordinarius. T. I p. 656.

Joh. STEINWICHIUS, Hamburgenſis, J. U. Lic., patriæ, ab A. 1625., Secretarius, &, ab A. 1630, Senator, M. d. 4 Febr. A. 1639. T. I. p. 656.

Mart. STELLING, Civis ac Medicus Hamburg., ac Loemiater deinde, circa A. 1625., Bremenſis. T. I. p. 656.

M. Joh. STEMANNUS, Hamburgenſis, Templi Germanorum Petrini Haſnienſis, ab A. 1625., Hamburgenſis autem Nicolaitani, ab A. 1630., Eccleſiaſtes. M. d. 9 Apr. A. 1676, æt. 74. T. I. p. 656. 657.

Juſtus Valent STEMANNUS, Haſnienſis, Th. D., Eccleſiæ Germanorum Helſingoranæ, & Arcis Coronæburgenſis, ab A. 1655. Paſtor, deinde vero Glückſtadii, ab A. 1688., Superintendens Ducatus Holſatici regius, M. d. 20. Maji A. 1689., æt. 60. T. II. p. 866. 867.

Joh. Valent. STEMANNUS, Helſingöcanus, Cancellariæ Danico-Cimbricæ Glückſtadij, c. A. 1689., Secretarius. T. II. p. 866.

Nicol. Dan. STEMANNUS, Hamburgenſis, J. U. Cand. Helmſtadienſis, M. d. 13 Aug. A. 1666., æt. 24. T. I. p. 657.

Jac. STENDEROP, Hatherſl, Studioſ., circa A. 1698., Haſn T. I. p. 657.

Corn. STENHUSEN, Dithmarſus, Urbis Flensburgenſis, ab A. 1622., Secretarius, &, ab A 1639., Senator, M. d. 25 Jul. A. 1647. T. I. p. 657.

Nicol. STENONIS, Haſnienſis, Med. D., Chriſtiani V., Regis Daniæ, & Academiæ Haſnienſis, ab A. 1673., Anatomicus, deinde autem, cum A. 1675. ad Pontificios tranſiſſet, Coſmi III, Ducis Florentini, aulicus, tandemqve Epiſcopus Titiopolitanus, & Vicarius per Saxoniam inferiorem Apoſtolicus, Hannoveræ, Hamburgi & Svecini, commoratus, M. d. 25. Nov. A. 1686., æt. 49. T. II. p. 867. 868. 869

Laur. STEVERSLOOT, Eccleſiaſtes Reformatus Belgicus, ab A. 1703, Altonavienſis, & deinde, circa A. 17 7., Leidenſis, A. 1720. ſuperſtes. T. II. p. 869. 870.

Nicol. Gothofr. STEURNAGEL, Gelnhuſa Wetteravus, Advocatus, circa A. 1700., Plönenſis. T. II. p. 870.

M. Mich STICHELIUS, Duſſeldorp. Juliac., e Pontificio Lutheran., Hathersleb., ab A. 167, Synunyſta, &, ab A. 1681., Paſtor, ſimulqve, ab A. 1688. Præpoſitus, M. d. 15. Jun. A 1715., æt 65. T. II. p. 870.

Joh. Caſp. STIELERUS, J. U. D., Secretarius Academicus Jenenſis, & deinde aulicus, ac JCtus poſtea, circa A. 1693., Erſurtinus, circa A. 1696. Hamburgenſis (ſimulq; Conſil. Holſaticus), & denuo, ab A. 1700. Erfurtinus, M. d. 24 Jun. A. 1707., æt. 76. T. II. p. 870. 871.

Timoth. STIELERUS, Magdeburgenſis, J. U. D. & Practicus, circa A. 1698. & 1710., Hamburgenſis. T. II. p. 871.

Jac. STINDTIUS, Hamb., J. U. D & Prof., ab A. circiter 1596., extraordinarius Jenenſis, ſimulqve Advocatus, M A. 1615. T. I. p. 657. 658

Joh. Andr. STISSERUS, Luchovia Luneburg., Med. D. & Practicus, ab A. 1680., Hamb., ac, ab, A. 1687., Brunſv, deinde autem Profeſſor Medicus Helmſtadienſis, ab A. eodem 1687. extraordinarius, &, ab A. 1988., ordinarius, M. d. 21 Apr. A. 1700., æt 4. T. II p. 871 872.

Godſchalcus a STITTEN, Lubecenſis, patriæ, ab A. 1567., Senator, M d. 11. Febr. A. 1588. T. I. p. 658.

Chriſt. a STÖCKEN, Rendesburgenſis, Th. D., Paſtor, ab A. 1656., Trittovienſis, Auguſti Friderici, Epiſcopi Lubecenſis, Concionator, ab A. 1666., aulicus Eutinenſis & Epiſcopatus Superintendens, tandem vero Paſtor & Præpoſitus, ab A. 16 7., Rendesburgenſis, ſimulqve Superintendens, ab A. 1678, regius Sleſvigo-Holſaticus, nec non Præpoſitus, ab A. 1678., Segebergenſis, ab A. 1680. Flensburgenſis, tandemqve etiam Pinnebergicus, M. d. 4. Sept A. 1684., æt 51. T. I. p. 658. 659 660.

Gerh. a STÖCKEN, Haſnienſis, J. U. D & Profeſſor, ab A. 1665, Argentinenſis, Canonicusqve ſimul Thomanus, M. d. 6. Oct. A. 1681., æt. 52. T. II. p. 872-873.

Henr. a STÖCKEN, Trittovienſis, Præpoſitus & Paſtor, ab A. 1684., Rendesburgenſis, M. M. Jul. A. 1690, æt. 33. T. I. p. 661.

M. Henningus STOCKFLETH, Hatherslebienſis, Rector Scholæ, ab A. 1637., ac deinde Epiſcopus & Canonicus, ab A. 1640., in Norwagia Chriſtianienſis, M. A. 166. T. I. p. 661.

M. Eraſmus STOCKMANNUS, Hamburgenſis, Phyſices Profeſſor, ab A. 1579., Roſtochienſis, M. d. 26. Febr. A. 1608., æt. 64. T. I. p. 661.

Joh. Chriſt. Ferd. STOLBERG, Hamburgenſis, Med. D. & in patria, circa A. 1704., Practicus. T. I. p. 661.

Joh. Reinhardus STOLBERG, Hamburgenſis, Judicii in patria inferioris Procurator, M. A. 1702. T. I. p. 661

Thom. STOLLEY, Hamburgenſis, J. U. D., urbis patriæ ab A. 1689., Stadenſis autem, ab A. 1699., Advocatus, A. 1711. ſuperſt. T. I. p. 661. 662.

Joh. Henr. STOLTENBERG, Lubec., Theol. c. A 1716. Stud. T. I. p. 662.

M. Jac. STOLTERFOHT, Lubecenſis, Templi patriæ Mariani, ab A. 1626., Diaconus, &, ab A. 1649., Paſtor, M. d. 4. Mart. A. 1668., æt. 68. T. I. p. 662-665.

Joh. Jac. STOLTERFOHT, Sleſvicenſ., Med D. & Profeſſor, ab A. circiter 1695., Gryphiswaldenſis, Medicusq; poſtea ab A. 1697., & Poliater, ab A. 1708., Lub., M. d. 1. April, A. 1718., æt. 53 T. I. p 665. 666.

Matthæus STOLTERFOHT, Lubecenſ., J U. D. & in Holſatia Pract., deinde vero Academ. Kilonienſis, ab A. 1666., nec multo poſt Collegii mercatorum in Norvagia Bergenſis Hanſeatici, Secretarius, Haſniæ d. 4. Febr. A. 1677., ac æt. 41., mortuus. T. I. p. 666.

Bernh. STOLTZE, Theol. Stud., Glückſtadii circa A. 1671. commoratus. T. I. p 666.

M. Henr. STORNING, Kilonienſ., Ædis Sp. in ſpatria, circa A. 1666., Eccleſiaſtes, Nicolaitanæ ibidem, ab A. 1669., Diaconus, & Cœnobii tandem Prezenſis, ab A. 1671., Paſtor, A. 1692 ſuperſtes. T. I. p. 666.

Car. Mich. STRASBERG, Hamb., J. U. Lic. A. 1723. creatus. T. I. p. 667.

Godfor. STRASBERGIUS, Friberga Miſnicus, Med. Cultor, Hamburgi A. jam. 1698. commoratus, Scholæ ibidem Johanneæ, Præceptor, ab A. 1713., A. 1723. ſuperſtes. T. II p. 873.

M. Chriſtoph. STRAUSSIUS, Magdeburg, Paſtor patriæ, ad A. usqve 1631., Petrinus, deinde vero, poſt exilium, Paſtor & Præpoſitus, circa A. 1637., Rendesburgenſis, M. circa A. 1648. T. II. p. 873.

Joh. Ulr. STRAUSSIUS, Notar. Public, circa A. 1644., Hamb. T. I p. 667.

M. Engelb. STREITHORST, Hamburgenſis, Eccleſiaſtes primum, in Duc. Brem., Grödenſis, & deinde Hamburgi, ab A. 1627., Michaelitanus. M. d. 23. Jan. A. 1628. T. I. p. 667.

Joach. STREVICKE, Hamb., J. U. Lic., A. 1687. ſuperſtes T. I. p. 667.

Joh. STRICERIUS, Lubecenſis, Templ. D. Mar. Magdeburgenſis in patria, ab A. 1584., Eccleſiaſtes, M d 23. Jan. A. 1599. T. I. p. 667.

Mart. STRICERIUS, Holſatus, ad Pontificios circa A. 1612. transgreſſus, & Hamburgi A. 1613. commoratus, Theol. poſtea Doctor, &, circa A. 1626., Coenobii Monialium D. Agnetis, in Neapoli Magdeburgica, Præpoſitus, Canonicusq; ædis S. Crucis Hildeſienſis, A. 1629. ſuperſtes. T. I. p. 667.

Paulus STRICKERUS, Nienkerka Wagrus, Scholæ Flensburgenſis, ab A. 1682., Conrector, Paſtor in agro Trittovienſi, ab A. 1690., Eckenſis, Templiqve tandem cathedralis Sleſvicenſis, ab A. 1694., Archidiaconus, &, ab A. 1703., Paſtor, M. M. Febr. A. 1721. T. I. p. 667.

Joach. STRIGELIUS, Megapolitanus, Familiæ Ranzovianæ, circa A. 1639., in Holſatia cliens. T. II p. 873.

M. Dionyſ. STROPIUS, Lubecenſis Paſtor ruralis Geiſthachtenſis, A. 1653. ſuperſtes. T. I. p 667.

Frid. STROTTMANN, Lubecenſis, Theol & LL. Or. Studioſus, A. 1698. ſuperſtes. T. I. p. 667.

Joh. STRUBIUS, Daventrienſis, J. U. D. & Prof., ab A. 1542., Roſtochienſis, Syndicus, ab A 1551. ad 1555., Hamb., &, juxta nonnullos, etiam Lubecenſis, tandem vero Chriſt. III., Regis Daniæ, Conſiliar, M. d 8. Aug. A. 1558. T. II. p 873.

Nicol. Ad. STRUNCKEL, Fidicen Hamburgenſis Senatorius, & Aularum deinde Hannoveranæ atqve Dresdenſis Chori Muſici Vice-director, A. 1691. ſuperſtes. T. II. p. 873.

M. Reimarus STRUVE, Itzchoenſ., Paſt. circa A. 1672., Hohenfeld. deinde autem, circa A. 1681, Glückſtad. urbanus, M. Dec A. 693. T. I. p. 668.

Joh. Janſzen STRUVS, Batavus, in Europa atqve Aſia, ab A. 647. ad 1673., peregrinatus, Incola tandem Dithmarſiæ, A. 1694. in illa ſuperſtes. T. II p. 873. 874.

El. Aug. STRYKIUS, Lenzena Marchicus, J. U. D., Cameræ Electoral. Berolinenſ., circa, A. 1688., Advocatus, Juris in Acad. Kilonienſi Prof, ab A. 1689., extraord., &, ab A. 1692., ordinarius, tandemq; Conſil, ab A. 1698., Brunſvico-Hannoveranus. T. II. p. 874.

Henr. Chriſt. STRYKIUS, Lenzena Marchic., J. U. D., Conſil., circa A. 1704. Ranzov., &, circa A. 1707., Holſato Gottorp, A. 710. ſuperſt T. II p. 874.

Franc. STUBBE, Hamb, J. U. D. & in patria, circa A. 1716, Pract. T. I. p. 689.

Jac STUBBE, Chirurg Studioſus, Sleſvigæ, circa A. 1681., commoratus, T. I. p. 668.

Joh. Juſt. STRUCKIUS, Helmſtadienſis, J. U. D. & Templi cathedr. Hamb., ab A. 1652 ad 1673., Canonic., M. d. 20. Febr. A. 1670. T. II p. 874.

Joh. STUER, Hamb., J. U. D., Patriæ, ab A. 1697., Senator, M. d. 24 Oct. A. 1698., æt. 41. T. I. p. 668.

Joh. Henr. STUHR, Hamb, J. U. D. & in patr., circa A 1719. Pract. T I. p. 668

M. Pet. STUHR, Flensburgenſ., A. 1723. ſuperſtes. T. I. p. 668.

Chriſtoph. STURCIUS, Megapolitanus, J. U D. & Practicus Hamburgenſ. M. A. 1698. T. II. p. 874 875.

M. Joach. STURMIUS, Marchita Pomeran, Schol. Bornenſ. in Miſnia, ab A. 16 9., Præcept., Paſt. in Thuring, ab A. 1631., Denſtædt, & ab A 1635, Hersleb., ſimulq; Ephoriæ Gothan. Adjunctus, Eccleſ, ab A. 16 8., militar Svecicus, tandemq; Templi Mariani Flensburgenſis, ab A. 1641., Diac., &, ab A 1642. ad 1660., Paſtor, M. A. 1674., æt. 78. T II. p. 875.

Joh. SVANINGIUS Sen., Svaninga Fionus, Studiorum Friderici II., Regis Danici, per annos XIII., Moderator, Decanusqve deinde, ab A. 1553., Ripenſis, ac Hiſtoriographus ſimul regius, M. d. 20. Sept. A. 1584., æt. 81. T. II. p. 875. 876. 877.

Joh. SVANINGIUS Jun., Ripenſis, Schol. Soranæ, ab A. 1630., Rect. deinde autem Inſulæ Samſoenſis, ab A. 1650., Præpoſ., Paſtorqve ſimul Onsbergenſis & Beſſerenſis, M d. 27. Aug A. 1676., æt. 27. T. I. p. 768 769.

M. Enochius SVANTENIUS Sen., Malchino Megapol., Pædagogus in Collegio Wilhelmit. Argentin., Gymn. Bordesholm, ab A. 1604, Conrect, & mox, ad A. usq; 1610, Rect. atq; Eccleſ, tandemq; Paſt., ab A. 1612., Güſtrovienſis, M. d 2. Sept. A 1621., æt. 48. T. II. p. 877.

Enochus SVANTENIUS III., Roſtochienſis. Poeſeos in Acad. patria, ab A. 1678., Profeſſor, & Scholæ poſtea Lubecenſis, ab A. 1686., Rector, M. d, 23. Jul. A. 1717., æt. 66. T II. p 877. 878.

Pet. SVAVENIUS, Nobilis Pomer., Stolpenſ doctr. Lutheri, in Cœnob. Belbugenſi, & Stolpæ, circa A. 1522, Præco, deinde vero, ab A. 1525., Frid. I. ac Chriſt. Regum Daniæ, Conſiliarius intimus, ſimulq; Decanus Roſchildenſis, & Juris Profeſſor Haſnienſis, M. A. 1551., æt. 56. T. II p. 878.

Pet. SVENDSON, ſive SVENONIS, Ripenſ., A. 1611. ſuperſtes T I. p. 670.

Andr. SVESINGERUS a Kronhelus, Coburgenſis, Th. D., Archidiaconus, ab A. 1656., ac deinde Paſtor ac Superintendens, in Duc. Brunſvic. Dannebergenſis, Sophiæ Æmiliæ, Reginæ Danorum viduæ, Concionator, ab A. 1672., aulicus, tandem vero, ab A. 1678., Paſtor Crempenſ ſimulqve Conſiliarius eccleſiaſticus Danico-Cimbricus, & ac Præpoſitus Steinburgenſis, Pinnebergicus, novisſimeqve etiam Ranzovianus, M. d. 25. Maji A. 1695. T. II. p. 879.

VIDBERTUS, e Northumbria Anglus, Monachus & Presbyter in patria Benedictinus Beardanenſis, Canonicus per biennium Eboracenſis, Abbas, ab A. 689, Dacorenſis, Doctor Friſiorum, Saxonum, Helgolandorum, Cimbrorum & Weſtphalorum, ab A. 690., Apoſtolicus, tandemqve, ab A. 695., Epiſcop. (non tamen Verdenſis ad Alleram), in Cœnobio Keyſerswerthano, a ſe condito, d. Mart. A. C. 717., ac æt. 70., mortuus. *T. II. p.* 880-882.

M. Mich SUMIUS, Scholæ Kilon., circa A. 1607., Conrect. *T. I p.* 670.

Henr. SUPRIAN, Med. D. & Practicus Hamb., M. A. 1704. *T. I. p.* 670.

Laur. SURIUS, Lubec., Monachus, ab A. 1542., Colonienſis Carthuſianus, M. d. 23. Maji A. 1578., æt. 56. *T. I. p.* 670. *T. III. p.* 610-622.

Conr. Jul. SURLANDUS, Hamb., J. U. D. A. 1717. creatus. *T. I. p.* 670.

Joh. SURLANDUS Senior, Hamb., Concionator aulicus, ab A. 1646., Holſato-Rethwiſchenſis, & Eccleſiaſtes deinde, ab A. 1649., Hamb Michaelitanus, M. d. 8. Jun., A. 1677., æt. 61. *T. I. p.* 670.

M. Joh. SURLANDUS Jun., Hamburgenſis, Theol. Stud., Witebergæ d. 1. Oct. A. 1676., ac æt. 23, mortuus. *T. I p.* 670. 671.

Joh. Jul. SURLANDUS, Hamburgenſis, J. U. Lic., patriæ, ab A. 1719., Syndicus. *T I. p.* 671.

Jul. SURLANDUS, Hamburgenſis, J. U. Lic., Patriæ, ab A. 1690., Senator, &, ab A. 1702., Conſul, M. d. 28. Jul. A. 1703., æt. 46. *T. I. p.* 671.

Pet. SURLANDUS, Hamburgenſis, J. U. D., Bibliothecæ in Patria, Johanneæ, ab A. 1693., Præfectus A. 1721. ſuperſtes. *T. I. p.* 671.

M. Radulphus SUTOR, Clericus, circa A. 1513. Sleſvicenſis. *T. I. p.* 671.

Wendelinus SYBELISTA, Hala Saxo, Med. D. & in Holſatia Practicus, Archiater, ab A. 1633., Ruſticus, Medicus, ab A. 1646., in prædio ſuo Bundesbüllenſi, iterum Cimbricus, & poſtea Hamburgenſis, Archiater, ab A. 1652. ad 1655, Brunſvico-Gvelpherbytanus, Medicus caſtrenſis Rigæ A. 1660. Svecicus, Archiater Holmiæ, ab A. 1663, Svecicus, & Conſiliarius ſimul metallicus, tandemqve Practicus denuo, circa A. 1677., Hamburgenſis. *T. II. p.* 882. 883.

SIBYLLA URSULA, Filia Auguſti, Ducis Brunſvico-Gvelpherbytani, erudita, Hitzackeræ d. 4. Dec. A. 1629. nata, Chriſtiano, Duci Holſato-Glucksburgico, d. 20. Sept. A. 1663. nupta, d. 12. Dec. A. C. 1671., ac æt. 42., mortua. *T. II. p.* 883. 884.

Garleſus SYLM, Hamburgenſis, J. U. Lic., Patriæ, ab A. 1710., Syndicus, &, ab A. 1717, Conſul, A. 1723. ſuperſtes. *T. I. p.* 671.

M. Georg. SYLM, Hamburgenſis, Diaconus & mox Paſtor, ab A. 1656., Tonningenſis, M. d. 16. Jun. A. 1661., æt. 35. *T. I. p.* 671.

Helvicus SYLM, Hamburgenſis, J. U. Lic., Patriæ, ab A. 1693., Secretarius, ab A. 1702. Protonotarius, &, ab A. 1708., Senator, M. d. 5. Dec. A. 1714. *T. I. p.* 671.

Hieron. SYLM, Hamburgenſis, e Templi Petrini Curatore patriæ, ab A. 1690., Senator, A. 1696. loco motus,. ſed A. 1709. illi reſtitutus, M. M. Nov. A. 1710. *T. I. p.* 671.

Joach. SYLM, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, circa A. 1719., Practicus, ac ejusdem, ab A. 1721., Secretarius. *T. I. p.* 6. 1.

Joh. SYLM, Hamburgenſis, J. U. Lic., A. 1704. ſuperſtes. *T. I. p.* 671.

Nicol. SYLM, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria primum, deinde vero, poſt exilium, ab A. 1687., Glückſtadii, Practicus, A. 1708. ſuperſtes. *T. I. p.* 671.

Sam. de SYLVA, Luſitanus, Medicus Judæus, circa A. 1623., Amſtelodamenſis, & deinde Hamburgenſis, M. d. 4. Jan. A. 1631. *T. II. p.* 884.

Chriſtoph. SYLVIUS, Hamburgenſis, Scholæ patriæ, circa A. 1590., Præceptor. *T. I. p.* 672.

Detbl. SYLVIUS, Holſatus, Henr. Ranzovii, Proregis Cimbrici, circa A. 1590., Miniſter. *T. I. p.* 652.

Franc. de le Boe SYLVIUS, Hamburgenſis, Med. D. in patria, circa A. 1719., Practicus. *T. I. p.* 672.

Georg. SYLVIUS (ſive *Uthdembuſch*), Hamburgenſis, J. U. Lic., Patriæ, ab A. 1635, Senator, M. d. 16. Apr. A. 1651. *T. I. p.* 672.

M. Georg Chriſt. SYLVIUS, Hamb., A. 1662. ſuperſtes. *T I. p.* 672.

Joh. SYLVIUS, Hatherslebienſis, A. 1630. ſuperſtes. *T. I. p.* 672.

Theoph. SYLVIUS, Holſatus, A 1585. ſuperſtes. *T. I. p.* 672.

T.

Jac. TACQVET, Pharmacopola, circa A. 1641., Hamb. *T. II. p.* 884.

Bernh. TAMKE, Arithmeticus Itzehoenſis, & deinde, circa A. 1659, Lüneburgenſis. *T. I. p.* 672. 673.

Joh. TANGERMANN, Orphanotrophei Hamburgenſis, circa A. 1670., Arithmeticus. *T I. p.* 671.

Thom. TANTO, Lubecenſis, Theol. Studioſus Lubecæ & Hamburgi ſchiſmaticus, M. d. 16 Maji. A. 1673. *T. I. p.* 673.

Joh. Adolph. TASSIUS, Bremervörda Bremenſis, Mathes. Profeſſ. ab A. 1629., Hamb., M. d. 4. Jan. A. 1654., æt. 69. *T. II. p.* 884. 885.

Herm. TASTIUS, Huſenſis, Templi urbis Huſenſis Vicarius Pontificius, & deinde primus Paſtor, ab A. 1527., Lutheranus, ſimulq; Eccleſiarum Nordſtrandiæ, ab A. 1539. ad 1543., Inſpector, M. d. 11. Maji A. 1551., æt 61. *T. I. p.* 673. 674.

Georg. Mart. TATTERUS, Sleſvicenſis, Med. D. & Practicus, circa A. 1689., Glückſtadienſis, M. A. 1705. *T. I. p.* 674.

Jac. TAUBE, Iſſelburgo Clivenſis, Eccleſiaſtes Lutheranus, ad A. usq; 1666., Arnhemienſis, Schiſmaticus deinde Lubecæ A. 1666., Iſſelburgi autem, Harlingæ & Leovardiæ A. 1667., exul, Pædagogus, circa A. 1672., Fridrichſtadienſis, nec multo poſt Mennonitarum Concionator Altonavienſium, tandem vero, cum ad Lutheranos A. 1675. rediiſſet, Paſtor horum in Batavia Nardenſis, ac Pædagogus Hamb. privatus, in Duc. Bremenſi anno circiter 1678. mortuus *T. II p.* 885 886.

Franc. TAUCHLER, Lubecenſis, Scholæ Glückſtadienſis, circa A. 1669., Rector. *T. I p.* 674

M. Joh. TAUSANUS, Birkindia Fionus, primus Doctrinæ Luth... in Dania præco, Theol. Profeſſor, ab A. 152., Hafnienſis, Mo... Anderſchovienſis Johannei, ab A. circiter 1522., Eccleſiaſtes ... in Cœnobio Wiburgenſi Johanneo, ab A. 1524., Lector, Concion... Wiburgenſis, ab A. 1528., urbanus, Paſtor, ab A. 1529., Hafni... Nicolaitanus, Paſtor & Theol. Lector, ab A. 1537., Roſchildenſis, ... demq; Epiſcopus, ab A. 1542., Ripenſis, M. d. 11. Nov. A. 1561., ... 67. *T. II. p.* 886...

M. Joh. TECLENBURGIUS, Butzfleta Kedingenſis, ædis Johann... Hamb., ab A. 1653., Eccleſiaſtes, & Presbyterii tandem Senior, M. d. ... Jul. A. 1702., æt. 78. *T. II. p.* 889.

Joh. TECLENBURGIUS, Hamburgenſis, J. U. Lic., Collegii XVviorum patriæ, ab A. 1688., Secretarius, A. 1706. ſuperſtes, & urbis tandem Hamburg, ad A. usqve 1712., Syndicus. *T. I. p.* 674. 67...

Chriſtoph. TELEMANN, Kilonienſis, J. U. Doctor A. 1613 creatus. *T. I. p.* 675.

Georg. Phil. TELEMANN, Scholæ Hamburg., ab A. 1721., Cantor, Choriq; Muſici Director. *T. I. p.* 6 5.

Adr. TEMMING, Hamburgenſis, J. U. D., Chriſt. V., Regis Daniæ, Conſiliarius, A. 1701. ſuperſtes. *T. I. p.* 675.

Sever. TERKELSEN, Danus, Vectigalis Glückſtadienſis exactor, c. A. 1630., regius, A. 1650. ſuperſtes. *T. II. p.* 889. 890.

M. Pet. TERPAGRIUS, Ripenſis, Scholæ Patriæ, ab A. 1676., Conrector, deinde vero, ab A. 1687., Templi Ripenſis Cathedralis Canonicus & Lector Theologus, ſimulq; Paſtor Weſterwedſtadienſis, A. 1725. ſuperſtes. *T I. p.* 675. 676.

Laur. TERPAGRIUS, Ripenſis, Paſtor in Seelandia Danica Mehrnenſis, A. 1725. ſuperſtes. *T. I p.* 676.

Chriſt. Dethl. TESTMANN, Rendesburgenſis, Cameræ regiæ Danicæ Hafnienſis Secretarius, & deinde, ab A. 1665., Conſiliarius, M. d. 24. Febr. A. 1667., æt. 31 *T. I. p.* 676.

Jac. TETENS, Eiderſtadienſis, J. U. D. & Profeſſor, ab A. circiter 1591., Altorfinus, A. 1594. in patriam reverſus. *T. I. p.* 676.

M. Jac. TETENS, Sec. XVII. ſcriptor. *T. I. p.* 67..

Joh. TETENS, Eiderſtadienſis, Med. D. & in patria, circa A. 16.., Practicus. *T. I. p.* 676.

Nicol. TETING ſive KNUTSEN, Huſenſis, Civis & Chymiater Flensburgenſis, ad A. usq; 1622., Fanaticus, Windertæ poſtea & Hattſtediæ A. 1622., Hoyerswortï A. 1623., Huſæ A. 1624., & (poſt relegationem) Hamburgi, ab A. 1624. ad 1655. (qvo & iſtinc ejiciebatur), commoratus. *T. I p.* 677. 680

M. Andr. TETZLEVIUS, Golnovia Pomeranus, Gymnaſii Bordesholmenſis Conrector, &, ab A. 1604., Paſtor ac Rector, moxq;, ab eodem A. 1604., Paſtor Huſenſis, M. A. 1614., æt. 41. *T. II. p.* 890.

M. Georg. THAM, Lütkenburgo Wagrius, Paſtor, ab A. 1664., Eckernfördenſis, M. d 24 Jun. A. 1698., æt. 67. *T. I. p.* 680.

Joh. THEILIUS, Chori Muſici, in aula Gvelpherbytana, & deinde in urbe Hamburgenſi, Præfectus, A. 1687. ſuperſtes. *T. II. p.* 890.

Nicol. THEOPHILUS, Flensburgenſis, J. U. D., Wilhelmi, Landgravii Haſſo-Caſſellani, ab A. circiter 1570., Secretarius, & paulo poſt Conſiliarius, tandem vero Juris Profeſſor, ab A. 1580., Hafnienſis, ſimulq; Legatus Danicus, M. d. 2. Nov. A. 1604., æt. 63. *T. I. p.* 680. 681.

Joh. Car. THIELE, J. U. Lic. & Practicus, ab A. 1678., Lubecenſis, M. d. 6. Jul. A. 1678., æt. 33. *T. I. p.* 681.

Chriſtoph. THODNÆUS, Schlackowerda Bohemus, Monaſterii prope Magdeburgum Bergenſis Cœnobita & Ludimagiſter, poſteaq; Diaconus, ab A. 1617., Magdeburgenſis Catharinæus, &, ab A 1631, Rendesburgenſis, M. A. 1646. *T. II. p.* 890.

Jac. THOMÆUS, Tonningenſis, Med. D. & Phyſicus, circa A. 1651., Eiderſtadienſis. *T I. p.* 681.

M. Joh. THOMÆUS, Ripenſis (vel Hygomenſis Cimber), Scholæ Ripenſis, ab A. 1557., Rector, & Paſtor deinde, ab A. 1561., Hafnienſis Marianus, M. d. 22. Sept. A. 1573, æt. 42. *T. I. p.* 681. 682.

M. Laur. THOMÆUS, Scholæ Tunderenſis, circa A. 1575., Rector. *T. I. p.* 682.

Nicol. THOMSEN, Flensburgenſis, Paſtor & Præpoſitus ab A. 1694. Sunderburgenſis, A. 1725 ſuperſtes *T. I. p.* 682.

Sam. THOMSEN, Flensburgenſis, Parochus ruralis Hürupenſis, ac deinde Flensburgi Diaconus ab A. 1659., & Paſtor ab A. 1676. Johannæus, tandemqve Paſtor ab A. 1685. Nicolaitanus, M. d. 1 Oct. A. 1703. æt. 70. *T. I. p.* 682

Joh. THORNHEGGEN, Lubecenſis, Theol. circa A. 1614., Studioſus. *T. I. p.* 682.

Hilmarus THORSTRATEN, Flensburgenſis, c. A. 1723. *T. I. p.* 682.

Alb. THURA, Danus, Laurentii, Epiſc. Rip., filius, ab A. 1724. Scholæ Coldingenſis, Rector. *T. II. p.* 891.

M. Laur. THURA, Danus, Scholæ Coagienſis Rector, Templi Hafniæ Holmienſis, ſimulqve Amagriæ novæ, Paſtor, Præpoſitus & Paſtor Marianus, ab A. 1703., Aarhuſienſis, & Epiſcopus tandem, ab A. 1714., Ripenſis, A. 1723. ſuperſtes. *T. II. p.* 891.

Caſp. THURMANNUS, Roſtochienſis, J. U. D. &, ab A. 1660., Roſtochii, Hamburgi, Stadæ & Lubecæ, Practicus, Julii Franciſci, Ducis Saxo-Lauenburgici, ab A. 1682. ad 1689., Conſiliarius, & Advocatus poſtea iterum Roſtochienſis, Halæ tandem, ab A. 1698., & Hamburgi, ab A. 1702., commoratus, M. d 4 Dec. A. 1704., æt. 7.. *T. II. p.* 891. 892.

M. Gerh. TIDEMANN, Lubecenſis, Advocat. Roſtochienſis, M. M. Febr. A. 1640. *T. I p.* 682.

Pet. TIDEMANN, Arithm., circa A. 1693., Lubecenſis *T. I. p.* 68..

Thom...

Joach. TIEDIUS, Neomarchicus, Matheſeos Studioſus Kilonienſis, A. 1701. ſuperſtes. T. II. p. 894.

Matthias TIESEN, Meldorpio Dithmarſus, Lignicii anno circiter 1700. mortuus. T. I. p. 682. 683

Thom. TILE, Aldenburgo Wagrius, Cœnobii Lubecenſis Annæi, ab A. 1673, Præceptor, M. A. 1676. T. I. p. 683

Joach. TIMMERMANN, Rendesburgenſis, Med. D. & Practicus Ripenſis, Poliaterq; poſtea Ottonienſis, M. d. 22 Jan. A. 1648. T. I. p. 683.

M. Arn. TODE, Neomonaſterienſis, Theol., circa A. 1723., Studioſus. T. I. p. 683

Chriſt. TODE, Hamburgenſis, Pædagogus parochiæ in patria Jacobææ trivialis, A. 1710 proſcriptus. T. I. p. 683.

Nic. TOLLIUS, Paſtor in Stormaria Bejenfletanus, A. 1654. ſuperſtes. T. I. p. 683.

Alb. Frid. TOPPIUS, Eccleſiaſtes aulicus, ab A. 1639., Holſato-Norburgicus, & Paſtor deinde, ab A. 1653., in Duc. Lüneburg., Bergenſis. T. I. p. 683.

Phil. Jul. TOPPIUS, Norburgo Alſenſis, Paſtor, ab A. 1680., in Duc. Luneb. Binenbuttelenſis, A. 1708. ſuperſtes. T. I. p. 683.

Alex. Jul. TORQVATUS a Frangipani, Illyricus, Baro in Noville & Jolonitz, Car. Guſtavi, Regis Sveciæ, in expeditione Polonica, Chiliarcha & Legatus, A. 1665. & 1666. in aula commoratus Holſato-Gottorpienſi, & deinde Leopoldi Imp. Conſiliarius, circa A. 1673, bellicus. T. II. p. 894. 895

M. Georg. TRAJECTINUS, Hamburgenſis, Scholæ patriæ, ab A. 1584., Conrector, M. A. 1605. T. I. p. 683. 684.

Joh. TRAJECTINUS, Stadenſ., Scholæ patriæ Rect., & Diacon. deinde, ab A. 1557., Hamburgenſ. Petrinus, M. d. 31. Aug. A. 1582., æt. 59. T. II. p. 895.

Matthæus TRAINERUS, Noribergenſis, J. U. Lic. & Practicus Hamburgenſis, M. A. 1698. 15. Febr. T. II. p. 895.

Ad. TRATSIGERUS Sen., Noribergenſis, J. U. D. & Profeſſor initio Francofurtanus ad Viadrum, deinde autem, circa A. 1547, Roſtochienſis, ſimulqve Syndicus urbanus, Syndicus, ab A. 1552., Hamburgenſis, ac tandem Adolphi, Ducis Holſato-Gottorp., ab A. 1558, Cancellar., ſimulq; Canon., ab A. 1575, Hamb., & Toparcha, ad A. usqve 1568., Wandesburgenſis, M. d. 17. Sept. A. 1584. T. II. p. 895-899.

Ad. TRATSIGERUS Jun., J. U. Lic. & Advocatus, circa A. 1633., Gottorpienſis T. I. p. 684

Ad. TRATSIGERUS III., J. U. Lic. & Practicus, circa A. 1664., Stadenſis. T. I. p. 684.

Joh. TREIBBENACH, Hamb., A. 1634. ſuperſtes. T. I. p. 684.

Adamus TRIBBECHOVIUS, Lubecenſis, Theol. D., Ethices Profeſſor Kilonienſis, ab A. 1665., extraordinarius, & Hiſt., ab A. 1666., ordinarius, deinde vero Erneſti Pii, Ducis Saxo-Gothani, Conſiliarius, ab A. 1672., eccleſiaſt., ſimulqve, ab A. 1677., Superintendens generalis, ac Gymnaſii Ephorus, M. d. 17. Aug. A. 1687., æt 46. T. I p. 684-688.

Juſtus TRIBBECHOVIUS, Möllenſis, Scholæ patriæ Rector, & Lubecenſis deinde, ab A. 1638, Præceptor, M. d. 8. Jul. A. 1674., æt. 66. T. I. p. 686.

Joh. Dan. TRIBBENIUS, Holſatus, Scholæ Itzchoenſis, circa A. 1682., Rector, M. A. 1710. T. I. p. 689.

Caſp. Ern. TRILLERUS, Ulza Lüneburgicus, Scholæ patriæ Conrector, Ilfeldenſis, ab A. 1695. ad 1699., Rector, & tandem, poſt exil., Slesvicenſis, ab A. 1708., Conrector, M. M. Febr. A. 1717. T. II. p. 899. 900.

Pet. TROGILLI, Huſenſis, Paſtor in Eiderſtadia Witzwortenſis M. A. 1713. T. I. p. 689.

Thom. TROSTIUS, Lubecenſis, Theol. & LL. Or. cultor, M. A. 1667., æt. 30. T. I. p. 689.

M. Joach. Hartw. TURBANUS, Hamburg., A. 1704. ſuperſt. T. I. p. 689

Alb. TWESTRENG, Hamburgenſis, Med. D. & in patria Practicus, M. d. 30. Aug. A. 1585., æt. 35. T. I. p. 689.

Alb. TWESTRENG Jun., Hamburgenſis, J. U. Lic., Patriæ, ab A. 1687., Senator, M. d. 4. Aug. A. 1707., æt. 59. T. I. p. 689.

Eberh. TWESTRENG Sen., Hamburg., J. U. Lic., Patriæ, ab A. 1578., Secretarius, & deinde Protonotarius, ab A. 1601. Senator, &, ab A. 1606., Conſul, M. d. 22. Jul. A. 1608., æt. 65. T. I. p. 689. 690.

Eberh. TWESTRENG Jun., Hamburgenſis, J. U. Lic., Patriæ, ab A. 1614., Senator, M. d. 31. Oct. A. 1621. T. I. p. 690.

V.

Joach. VAGELBUSCH, Hamburgenſis, J. U. D. & in patria, circa A. 1704., Practicus. T. I. p. 690.

M. Auguſtinus VAGETIUS, Verda Weſtphalus, Ord. Philoſ. Witeb. Aſſeſſor, & Philoſophiæ deinde, ab A. 169.., in Gymnaſio Göttingenſi, nec multo poſt Matheſeos, in Acad. Gieſſena, Profeſſor, M. A. circiter 1700., ac æt. 30. T. II. p. 900,

M. Bartholdus VAGETIUS, Hamburgenſis, Scholæ Bergerdorfienſis, circa A. 1680., Cantor, & Eccleſiaſtes deinde, circa A. 1685., in urbe Michaelis Archangeli Ruſſica, Lutheranus. T. I. p. 690.

M. Bernh. VAGETIUS, Hamburgenſis, Scholæ primum Tund Rector. Paſtor in patria, ab A. 1581., Nicolaitanus, ſimulqve Ord. Eccl., ab A. 1600., Senior, M. d. 18. Nov. A. 1613., æt. 65. T. I. p. 690. 691.

M. Dav. VAGETIUS, Hamburgenſis, Paſtor in Duc. Brem. Altenwallenſis, & Diaconus deinde, ab A. 1584., Hamburgenſis Nicolaitanus, M. d. 28. Maji A. 1618. T. I. p. 691.

Henr. VAGETIUS, Hamburgenſis, Scholæ patriæ Præceptor, Lüneburgenſis Michaelitanæ, circa A. 1624., Rector, & tandem Lit. human. in Gymnaſio Hamburgenſi, ab A. 1629., Profeſſor., M. d. 4. Jun. A. 1659., æt. 72. T. I. p. 691. 692.

Joach. VAGETIUS, Hamburgenſis, Scholæ patriæ, ab A. 1612., Præceptor, M. d. 13 Sept. A. 1613., æt. 23. T. I. p. 692. 693.

Joh. VAGETIUS, Geverſtorpio Kedingenſis, Scholæ Verdenſis, ab A. 1662., Rector, & Profeſſor deinde Gymnaſii Hamburg., ab A. 1676., Logico-Metaphyſicus, M. d. 12. Jun. A. 1691., æt. 58. T. II. p. 901-903.

Coſmas VAKE, Flensburgenſis, J. U. D., Conſiliarius, circa A. 1601. Bavaricus. T. I. p. 693.

M. Joh. VAKE, Hamburgenſis, Eccleſiaſtes patriæ, ab A. 1676., Petrinus, M. d. 28 Apr. A. 1709. T. I. p. 693. 694. 695.

Paulus VALENTINUS, Flensb., Advocatus, c. A. 1634., Gottorpienſis, & Senator deinde, ab A. 1636., Flensburg., M. A. 1661. T. I. p. 695.

M. Joh. VANDALUS, Goslar., Eccleſ. Cimbriæ, circa A. 1527, Reformator, deinde Theol. Lector, per decennium, Hathersleb., & tandem Epiſcopus primus, ab A. 1537., Ripenſ. Lutheranus, M. d. 11. Aug A. 1541. T. II. p. 902.

Sam. VARADI, Moravus, Paſtor in patria Scahézenſis, Hamburgi, circa A. 1635., exul. T. II. p. 903.

Dav. VASMERUS, Med. D. & Practicus primum Lubecenſis, deinde vero Archiater, circa A. 1601., Moſcoviæ Ruſſicus. T. I. p. 695. 696.

Franc. VASMERUS, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria Practicus, A. 1703. ſuperſtes T. I. p. 696.

Joh. ÜBELGÜNN, Jeſuita & Sacerd. Pont. Lub., M. A. 1697. T. II p. 903.

Henr. ab UCHTERIZ, Eqves Miſnicus, Legat. militaris Anglicus, A. 1652. captivus in Bermudam, Inſul. American., deportatus, a mercatoribus autem Cimbr. A. 1654. redemptus, & in aulam Holſato-Gottorp., indeqve in patriam, reductus, A. 1666. ſuperſtes. T. II. p. 903. 904.

Nicol. a VECHTE, Hamburgenſis, J. U. Lic., patriæ, ab A. 1626, Senator, M. d. 31. Mart. A. 1650., æt. 68. T. I. p. 696.

Herm. a VECHTELD, Brunſvic., J. U. D. & Prof. initio Regiomontanus, deinde autem urbis Lubecenſis, ab A. 1559., Syndicus, &, ab A. 1571., Conſul, M. d. 22. Dec. A. 1572., æt. 50. T. II. p. 904.

Ebhardus VEDELERUS, Saxo-Bremenſis, J. U. Lic. & Procurator Hamburgenſis, A. 1716. ſuperſtes. T. II. p. 904.

Wilh. VEERPORTEN, Lubecenſis, Th. D., Friderici, Landgravii Haſſo-Homburg., Concionator aulicus, ab A. 1663., Weſelingenſis, Erneſti pii, Ducis Saxo-Gothani, Conſil., ab A. 1668., eccleſiaſticus, tandemq;, ab A. 1676., Superint. generalis, Gymnaſiarcha, Prof. Theol. & Patt. Coburg., M. d. 12. Mart A. 1686., æt. 55. T. I. p. 696. 697.

Car. Guſt. VEGESACK, Hamburgenſ., A. 1680. ſuperſtes. T. I. p. 697.

Conr. VEGESACK, Hamb., J. U. L. & in patria, circa A. 1716., Pract. T. I. p. 697.

Nicol. VEGESACK, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, circa A. 1716., Practicus. T. I. p. 697.

M. Andr. Severini VELLEJUS, Vedela Jutus, Frid. II., Regis Daniæ Concionator aulicus, deinde vero, ab A. 1580., Hiſtoriographus regius, ſimulqve Canonicus, ac tandem Senior, Decanus ac Præpoſitus Ripenſis, M. d. 13. Febr. A. 1616., æt 74. T. II. p. 905-909

M. Severinus Andreæ VELLEJUS, Ripenſis, Scholæ primum Soranæ Rector, ac deinde Templi cathedr. Ripenſis, ab A. 1616., Paſtor & Canonicus, M. d. 22. Jan. A. 1653., æt. 66 T. I. p. 697. 698.

Ant. VERBORG, Trajectinus, Med. D. & Practicus, circa A. 1698., Hamburgenſis, M. A. 1723. T. II. p. 909.

Corn. VERDUNCK, Hamburg., J. U. D. A. 1699. creatus. T. I. p. 698.

Joh. Bapt. de VERGERIIS, Juſtinopoli Iſtrius, e Pontificio Lutheranus, Lingvæ Italicæ Doctor, circa A. 1702., Kilonienſis. T. II. p. 909. 910.

Frid. VERMEHREN, Lubecenſis, J. U. D. A. 1712. creatus. T. I. p. 698.

Mich. VERMEHREN, Lubecenſis, Eccleſiaſtes, ab A. 1689. & Paſtor, ab A. 1711., in patria Ægidianus, M. d. 25. Apr A. 1718., æt. 59. T. I. p. 698.

Paulus VERMEHREN, Lubecenſis, Chriſt. V., Regis Daniæ, Secretarius, & poſtea Frid. Auguſti, R. Polon. & Elect. Saxon., in aula Dresdenſi, Conſiliarius, ſimulqve, ab A. 1715., Tabellariorum Præfectus, A. 1720. ſuperſtes. T. I. p. 698.

Jac. Willems VERROTEN, Harlemenſis, Architecturæ bellicæ magiſter, A. 1636. & ſeqq., Hamburgenſis. T. II. p. 910.

Joh. VESTERUS, Flensburgenſis, J. U. D. & in patria, circa A. 1618., Practicus, deinde vero Joach. Erneſti, Ducis Holſato-Plönenſis, Conſiliarius, M. c. A. 1661. T. I. p. 698. 699.

Burch. Joh. UFFELMANN, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, circa A. 1716., Practicus. T. I. p. 699.

Wern. Joh. UFFELMANNUS, Verda Weſtphalus, J. U. D., Patriæ, ab A. 1671., Conſul, ſimulqve Conſiliarius Sveco-Verdenſis, deinde vero urbis Hamburgenſis, ab A. 1674., Advocatus, &, ab A. 1680., Senator, M. d. 16. Jan. A. 1690., æt. 50. T. II. p. 910.

Mich. VIBE, Londino Scanus, Dethlevi, Comitis a Ranzou, ab A. 1658. Ephorus, ab A. 1663. Conſiliarius Aulæqve Præfectus, ſimulqve, ab A. 1669., Comitatus Gubernator, deinde vero Chriſt. V., Regis Daniæ, ab A. 1673., Conſil. Cancellar. Glückſt., & poſtea Hafniæ, ab A. 1678., Friderici, primogeniti regii, Ephorus, ac Juſtitiæ, ab A. 1679. Status publici & commerciorum, atqve, ab A. 1680, Intimæ admiſſionis Conſil., ſimulqve, ab A. 1683., Cancellariæ Danicæ Vice-Præſes ac Tribunalis ſupremi Juſtitiarius, ac, ab A. 1684., Præfectus Svabſtedienſis, M. d. 1 Maji A. 1690., æt. 63. T. II p. 910.

Paulus VICCIUS, Hamburgenſis, A. 1603. ſuperſtes. T. I. p. 694.

VICELINUS, Hamelenſis, Scholæ Paderbornenſ. Præceptor, Bremenſis Rector, Slavorum, Wagriorum, & Holſatorum, ab A. 1125. Doctor apoſtolicus, ſimulqve Vici Falderani ſive Neomonaſterienſis Sacerdos, ac

ac Cœnobii Canonicor. Auguſtinian. in eodem paulo poſt, ſicut & Segebergenſis, circa A. 1137. extructi, Conditor & Præpoſ., tandem vero Epiſcopus in Wagria, ab A. 1149, Aldenburgenſis, M. d. 12. Dec. A. C. 1154. *T. II p. 910-917.*

M. Joh. VICOSTADIUS, Wernigeroda Stolbergicus, Scholarum Bordesholmenſis, ab A. 1619., Stadenſ. (circa A. 1616.) & Kilonienſis (circa A. 1632.), Rector, tandemqve Cœnobii Kilonienſis, c. A. 1641., Eccleſiaſtes. *T. II. p. 917.*

Georg. VIETHE, Dithmarſus, Dithmarſiæ borealis, circa A. 1666., Præfectus. *T. I. p. 699*

Joh. VIETHE, Dithmarſus, Dithmarſiæ borealis, ab A. 1626., Præfectus, M. A. 1646. *T. I. p. 699.*

M. Joh. Dan. VIETOR, Niederramſtätta Haſſus, Ord. Philoſ. Jenenſis Aſſeſſor, & Diaconus deinde, ab A. 1672., Lubecenſis Petrinus, M. d. 20 Sept. A. 1675., æt. 30. *T. II. p. 917.*

M. Pet. VINCENTIUS, Uratislavienſis, Scholæ Noribergenſis Laurentianæ, ab A. 1541., Præceptor, Profeſſor, ab A. 1543. ad 1549., Gryphiswaldenſis, Scholæ Lubecenſis, ab A. 1557., Rector, Eloqventiæ ab A. 1557., Ethices ab A. 1560., ſimulq; Dialectices, ab A. 1561., Profeſſor Witebergenſis, ac Scholæ Gorlicenſis ab A. 1565., tandemq; Gymnaſii Uratislavienſis Eliſabethani, ab A. 1568. ad 1578., Rector, M. d. 1. Oct. A. 1581., æt. 63. *T. II. p. 917. 918. 919.*

M. Ludov. Frid. VISCHERUS, Calva Würtenbergicus, Hamburgi, ab A. circiter 1705., commoratus, & A. 1716. ſuperſtes *T. II. p. 919. 920.*

VITHO, Princeps Friſiæ chimæricus, qvi Coloniæ Friſiorum in Cherſoneſum Cimbricam fuiſſe ductor, ejusqve poſtea Gubernator, & anno ante N. C. 238. obiiſſe fingitur. *T. II. p. 920. 921.*

Andr. ULCKEN, Hamburgenſis, J. U. Lic., Chriſt. Alberti, Ducis Holſato-Gottorp., Conſiliarius, ab A. 1673., aulicus, &, ab A. 1682., intimus, ſimulqve Procancellarius, M. d. 23. Jan. A. 1688., æt. 43. *T. I. p. 699.*

Jod. Herm. ULICH, Tractus Crempenſis Scriba, circa A. 1660., provincialis. *T. I. p. 699.*

UNNO, Monachus Cœnobii Corbejæ Weſtphalicæ Benedictinus, illiusqve, circa A. 885., Lector, Eccleſiæ Bremenſis Cappellanus, & tandem, ab A. 917., Archiepiſcopus Hamburgenſis, ſimulqve Epiſcopus Bremenſis, Danorum & Svecorum Doctor apoſtolicus, Bircæ in Svecia, M. Sept. A. C. 936, mortuus. *T. II. p. 921-924.*

M. Zach. VOGELIUS, Cygnea Miſnicus, Eccleſiaſtes, ab A. 1617., ædis D. Sebaſtiani Magdeburgenſis, Paſtor, in tractu Magdeburgico, ab A. 1626., Angerenſis, &, ab A. 1637, Bismarcenſis, Hamburgi A. 1638. exul, Diaconus, ab A. 1639., Ratzeburgenſis, & tandem, ab A. 1645., Paſtor Lauenburgenſis, ſimulqve Ducatus Saxo-Lauenburgici Superintendens, M. d. 7. Sept. A. 1656., æt. 64. *T. II. p. 924.*

M. Heino VOGLERUS, Hamburgenſis, Paſtor in Billwerderia, c. A. 162?., Billkirchenſis. *T. I. p. 699. 700.*

Franc. Ern. VOGTIUS Buckeburgo Schaumburgicus, J. U. D., Cohortis Batavorum Wedelianæ Judex, ab A. 1702., militaris, Advocatus Fiſciqve patronus, ab A. 1703., Buckeburgenſis, Qvæſtor, ab A. 1705. Buckeburgenſis & Arensburgenſis, Ephorus, ab A. 1708., Görtzianus, & Juris tandem Profeſſor, ab A. 1712., Kilonienſis, A. 1725. ſuperſtes. *T. II. p. 924. 925.*

Gothofr. VOGTIUS, Delicio Miſnicus, Theol. Lic., Gymnaſii Guſtrovienſis ab A. 1667., & poſtea Scholæ Hamburgenſis, ab A. 1681., Rector, M. d. 7. Jul. A. 1682., æt. 3?. *T. II. p. 925-928.*

Joh. Henr. VOGTIUS, Rudolſtadio Schwartzburgicus, Bibliopegus Rudolſtadienſis & Erfurtenſis, Pædagogus ruralis, ab A. 1614., prope Crempam Rethwiſchenſis, Arithmet., ab A. 1644., Glückſtadienſis, &, ab A. 1651. ad 1672., Stadenſis, ſimulqve Car. XI., Regis Sveciæ, ab A. 1666. ad obitum usqve, Mathematicus, Hamburgi ab A. 1675. ad 1680., exul, Scholarumqve trivialium Inſpector, M. d. 17. Febr. A. 1691., æt. 77. *T. II. p. 928-931.*

Pet. VOGTIUS, Rendesburgenſis, J. U. D., Cancellariæ Danico-Cimbricæ GlückſtadienſisConſiliarius, M. d. 9. Mart. A. 1665. *T. I. p. 700.*

Gabr. VOGTLÄNDER, Urbis Lubecenſis circa A. 1633., & deinde Chriſtiani V., Danorum Principis, circa A. 1639., Tubicen, A. 1642. ſuperſtes. *T. II. p. 931.*

Georg. VOLCHARDUS, Hattſtedienſis, Vici natalis, ab A. 1665., Diaconus, & deinde Mariæ Eliſabethæ, Viduæ Ducalis Holſaticæ, Eccleſiaſtes, ab A. 1666., aulicus Huſenſis, M. A. 1671., æt. 34. *T. I. p. 700.*

Joh. VOLCMARUS, Uterſenſis vel Hamburgenſis, Th. D., Legati in aula Gallica Danici, ab A. 1688., Eccleſiaſtes, Paſtor, ab A. 1694., Itzehoenſis, ſimulqve Præpoſitus Steinburgenſis ac Pinnebergicus, & tandem Paſtor, ab A. 1696., Hamburgenſis Catharinæus, ſimulqve Ord. Eccl., ab A. 1705., Senior, M. d. 27. Nov. A. 1715., ætatis 56. *T. I. p. 700*

Juſtus Theod. VOLCMARUS, Glückſtadienſis, J. U. D. & patriæ, circa A. 1682., Senator. *T. I. p. 700.*

Theod. Frid. VOLCMARIUS, Pomeranus, J. U. D., Ordinum provincialium Sleſvigo-Holſaticorum, circa A. 1702., Syndicus, loco deinde motus, & Itzehoæ captivus, A. 1715. ſuperſtes. *T. II. p. 931.*

Joach. VOLSCHOVIUS, Scholæ Hamburgenſis, ab A. 1699., Subrector, A. 1704. ſuperſtes. *T. I. p. 702.*

Conr. VORSTIUS, Colonienſis, Th. D. & in Gymnaſio Steinfurtenſi, ab A. 1596., Profeſſor, ſimulqve urbis, ab A. 1605., Paſtor, & Comitum Benthemenſium Conſiliarius eccleſiaſticus, Theol. Profeſſor, ab A. 1611., Leidenſis, ſed tantum deſignatus, tandem vero Goudæ, ab A. 1612. ad 1619., & Fridricopoli atqve Tonningæ, ab A. 1621., exul, M. d. 29. Sept. A. 1622., æt. 54. *T. II. p. 931-953.*

M. Joh. VORSTIUS Sen., Antwerpienſis, Eccleſiaſtes, ab A. 1..., in Oſtfriſia Nordanus, Paſtor, ab A. 1554., Hatherslebienſis, ſimulqve Præpoſitus Hatherslebienſis & Tunderenſis, ac Paſtor tandem, ab A. 1560., Itzehoenſis, ſimulqve Eccleſiarum Holſatiæ regiarum Præpoſitus generalis, ac Antwerpienſis patriæ, A. 1566. & 1567., Reformator, M. d. 13. Apr. A. 1599., æt. 70. *T. II. p. 933. 934.*

Joh. VORSTIUS Jun. Weſſelburia Dithmarſus, Th. Lic., Alumnorum in Acad. Roſtochienſi Holſato-Gottorpienſium, ab A. 1647., Ephorus, Scholæ Flensburgenſis autem, ab A. 1653., & deinde (cum ad Reformatos tranſiiſſet) Gymnaſii Colonienſis ad Svevum, ab A. 1660, Rector, ſimulqve Bibliothecæ Electoris Brandeburgici Præfectus, M. d. 4. Aug. A. 1676., æt. 53. *T. I. p. 706-707.*

M. Nicol. VORSTIUS, Brabantus, Scholæ Harlemenſis Rector, & deinde, poſt exilium, Lubecenſis, circa A. 1575., Conrector, M. A. 1587. *T. II. p. 954.*

Chriſtoph. VORTMEIERUS, Stadenſis, Scriba Præfecturæ Steinburgenſis, circa A. 1626., Danicus. *T. II. p. 954.*

Jac. VOSS, Hamburgenſis, J. U. Doctor A. 1708. creatus. *T. I. p. 707.*

M. Mart. VOSSIUS, Paſtor circa A. 1683., Meldorpienſis, ſimulqve ab A. 1709. Dithmarſiæ auſtralis Præpoſitus. *T. I. p. 707.*

Andr. VOSSENHOL, Belga, Med. D., & Poliater, circa A. 1575., Hamburgenſis. *T. II. p. 954.*

Alb. Henr. VOSSENHOL, Hamburgenſis, J. U. Doctor A. 1673. creatus. *T. I. p. 707.*

M. Joh. UPPENDORFIUS, Tunderenſis, Scholæ Germanorum Holmienſis ab A. 1672., Athenæi autem Rigenſis regii, ab A. 1677., Rector, & Lingvarum tandem Græcæ ac Orientalium Profeſſor, in Academia Dorpatenſi, A. 1698. deſignatus, M. d. 4. Sept. A. 1698., æt. 53. *T. I. p. 707. 708.*

Uriel ACOSTA ſive JURISTA, Portu Luſitanus, Theſaurarius templi patriæ collegiati Pontificius, deinde vero Judæus Amſtelodamenſis, &, juxta nonnullos, etiam Hamburgenſis, ob Sadducaismum ac Naturaliſmum ἀποσυνάγωγος, & tandem αὐτόχειρ, M. M. Apr. A. 1640. *T. II. p. 954-957.*

M. Caſp. URSINUS, Islebienſis, Pædagogus Hamburgi, ad A. usqve 1676., & alibi deinde. privatus, A. 1684. ſuperſtes. *T. II. p. 957.*

Henr. URSINUS, Paſtor, in agro Plönenſi, circa A. 1603., Curovienſis. *T. I. p. 708.*

Joach. URSINUS, Stolpa Pomeranus, Med. D. & Poliater, circa A. 1616., Lubecenſis. *T. II. p. 957.*

Iſaacus URSIVINUS (ſeu BEERWIN), Hamburgenſis, A. 1615. ſuperſtes. *T. I. p. 708.*

Joh. USLERUS, Hamburgenſis, J. U. Lic., M. d. 21. Mart. A. 1673. *T. I. p. 709.*

Chriſtoph. VULTEJUS, Wettera Haſſus, J. U. D., Chriſtiani IV., Regis Daniæ, Conſiliarius Sleſvigo-Holſaticus, Flensburgi commoratus, M. d. 12. Nov. A. 1607., æt. 47. *T. II. p. 957.*

W.

Phil. Valent. WACKERUS, Francus, Med. D. & Practicus, circa A. 1652., Hamburgenſis *T. II. p. 957.*

M. Dav. WAGENTROZ, Germanus, Hamburgi A. 1631. & ſeqq. exul, A. 1647. ſuperſtes. *T. II. p. 957. 958.*

M. Gabr. WAGNERUS, Qvedlinburgenſis, Hamburgi A. 1696. & 1697. commoratus *T. II. p. 958.*

Joh. WAGNERUS, Sandoa Saxo, J. U. Lic. & Practicus, circa A. 1698., Hamburgenſis, urbis ejusdem, ab A. 1709., Syndicus, poſteaq;, ab A. 1713., Caroli VI. Imp. Conſiliarius, ac Hadeliæ Gubernator. *T. II. p. 958.*

Herm. WAHN, Arithmeticus, circa A. 1723., Hamburgenſis *T. I. p. 709.*

Wilh. Huldar. WALDSCHMIDIUS, Hanovienſis, Med. D., ejusqve & Phyſicæ experimentalis Profeſſor, ab A. 1691., Kilonienſis, A. 1723. ſuperſtes. *T. II. p. 958. 959.*

Joh. Chriſt. WALLICHIUS, Salzunga Thuringus, Med. D. & Practicus, circa A. 1716., Hamburgenſis. *T. II. p. 960.*

Joh. Gothardus WALRAF, Hamburgenſis, in Svecia, circa A. 1640., commoratus. *T. I. p. 709.*

Bartholdus WALTHERUS, Hamburgenſis, J. U. D. & in patria, ab A. 1689, Practicus, A. 1716. ſuperſtes. *T. I. p. 709.*

Conr. WALTHERUS, Hamburgenſis, Med. D. & in patria Practicus, ædisq; cathedralis Vicariorum, ab A. 1657., Decanus; M. d. 18. Jul. A. 1657., æt. 48. *T. I. p. 709.*

Godofr. WALTHERUS, Borna Miſnicus, Med. D. & Practicus, circa A. 1698. Hamburgenſis, ac poſtea Archiater ſimul Holſaticus, A. 1704. ſuperſtes. *T. II. p. 960.*

Joh. WALTHERUS, Hamburgenſis, J. U. Doctor A. 1653. creatus. *T. I. p. 709.*

M. Joh. WALTHERUS, Hemmingſtadio Dithmarſus, Paſtor, ab A. 1653., Flensburgenſis Johanneus, M. d. 1. Jan. A. 1660. *T. I. p. 709.*

Joh. WALTHERUS, Dithmarſus, Theol. c. A. 1650. Studioſus. *T. I. p. 709.*

Joh. Georg. WALTHERUS, Holſatus, J. U. Doctor A. 1681. creatus. *T. I. p. 709.*

M. Paulus WALTHERUS, Hamburgenſis, Diaconus in Dithmarſia Hemmingſtadienſis, & deinde, ab A. 1627., Flensburgenſis Marianus, M. d. 31. Dec. A. 1640, æt. 43. *T. I. p. 709. 710.*

M. Salom. WALTHERUS, Sileſius, Diaconus, circa A. 1651., Itzehoenſis. *T. II. p. 960.*

Baggæ-

Baggæus WANDALINUS, Magſtrupia Cimber, Scholæ nauticæ Haſnienſis Director regius, M. A. 1683., æt. 62. *T. I. p. 710.*

Joh. WANDALINUS Sen Ripenſis, Th. D , Paſtor initio ædis D. Albani, Ottonienſis, deinde vero Epiſcopus atqve Canonicus, ab A 1616., Wiburgenſis, M. d. 14. Dec. A. 1641. , æt. 63. *T. I p. 710. 711.*

Pet Johannis WANDALINUS, Hatherslebienſis vel Ripenſis, Paſtor in vicina Magſtrupenſis & Jegerupenſis, M. A. 1659. *T. I. p. 711. 712*

Gothofr. WANDLING, Wandlinga Haterslebienſis, J.U.D., M.A.1667., æt. 31. *T. I. p. 712.*

M. Melch. WARNICKENIUS Demmino Pomeranus, Theol. Studioſus, Hamburgi A. 1669. & 1. 70. commoratus. *T. II. p. 960.*

Conr. WASMER, Itzehoenſis, J. U. Lic., Cancellariæ Danico-Cimbricæ Gluckſtadienſis Senator & deinde Procancellarius, ſimulqve Status publici Conſiliarius, tandem vero Cancellarius, ab A. 1689., provincialis Slesvigo-Holſaticus, M. A. 1705. *T. I. p. 712.*

M. Joh. Georg. WASMUHTUS, Roſtochienſis, Oratoriæ ſacræ Profesſor, ab A 1656., Kilonienſis, M.d. 20. Apr. A. 1688., æt. 50. *T. II. p. 960.*

Matthias WASMUHTUS Sen., Kilonienſis, Th. D., Roſtochii, ab A. 1657., Logices, Kilonii autem, ab A. 1665., ad 1078., LL Or. Profeſſor, tandemqve Theologiæ Profeſſor, ab A. 1671., extraordinarius, &, ab A. 1675., ordinarius, M. d. 18. Nov. A. 1658., æt. 64. *T. I. p. 712. T. III. p. 622-641.*

Matthias WASMUHTUS Jun., Kilonienſis, Med. D. & in patria Practicus, M. A. 1693. *T. I. p. 712.*

Rud. WASSERHUN, A. P., Hamburgi, circa A. 1644., commoratus. *T. II. p. 960*

Mich. WATSONUS, Stolpa Pomeranus, Th. D., Ord. Philos, in Academia ad Viadrum Francofurtana, Aſſeſſor, deinde vero Profeſſor Philoſophiæ, ab A. 1634., Roſtochienſis, Phys., Polit. & Hiſt., ab A. 1658., Rinelienſis, tandemqve Polit. & Hiſt , ab A 1663., Kilonienſis, M.d. 7. Dec. A. 1665., æt 43 *T. II. p. 960-9 3.*

M. Alex. WEBERUS, Lubecenſis, Diaconus, ab A. 1645. ad 1657., Eutinenſis. *T. I. p. 713.*

Georg. Henr. WEBERUS, J. U. C., Gluckſtadii, & in vicinia, A. 1661. & ſeqq; commoratus, A. 1670. ſuperſtes *T. II. p 963*

M. Gabr. WEDDERKOPF, Huſenſis, Paſtor, ab A. 1668., in agro Svabſtedienſi, Trojanus, deinde vero Templi Nicolaitani Kilonienſis, ab A. 1671., Diaconus, ab A. 1679. Archidiaconus, &, ab A. 1694., Paſtor, ſimulq; Eccleſiarum Holſatiæ Ducalium, ab A. 1695., Præpoſitus, M. d. 18. Sept. A. 1696., æt 53. *T. I. p. 713.*

Magnus WEDDERKOPF, Huſenſis, J. U D. & Profeſſor, ab A. 1665., Heidelbergenſis, ab A. autem 1669., Kilonienſis, ſimulq; Auguſti Friderici, Epiſcopi Lubecenſis, ab A. 1676., Conſiliarius, Canonicus Lubecenſis, & Collegii Canonicorum Syndicus, deinde Chriſtiani Alberti, Ducis Holſato-Gottorp., Conſiliarius Status publici, Cameræ, provincialis & intimus, Præfectusq; ſimul Tremsbuttelanus & Steinhorſtenſis, Friderici vero ejus Filii, ab A. 1695., & Caroli Friderici nepotis, ab A. 1702., Miniſter primarius, ſimulq; Academiæ Kilonienſis, ab A. 1706., Ephorus, A. 1709. tandem dignitatibus orbatus omnibus, & Tonningæ, ad A. usqve 1714., qvo per Danos liberabatur, captivus, M. d. 17 Jan. A. 1721., æt. 83. *T I. p. 713. 714.*

Mich. Henn. WEDDERKOPF, Kilonienſis, Conſiliarius, circa A. 1698., Holſato-Gottorp. aulicus. *T. I. p. 714.*

Chriſt. WEDELIUS, Jenenſis, Med. D., Comitis Lippienſis, ab A. 1703., Buckeburgi, Archiater, Medicusq; deinde, ab A. 1709., Mundenſis ad Viſurgim, &, ab A. 1712., Lubecenſis, M.d. 14. Apr. A. 1716., æt. 38. *T. II. p. 96,.*

Gothardus WEDEMHOF, Lubecenſis, J. U. C. (c. A. 1673.) *T. I. p. 7 4.*

Paulus WEDEMHOF, Lubecenſis, J. U. Doctor A. 1648. creatus. *T I. p. 7 ..*

M. Nicol. WEDOVIUS, Roſtochienſis, Gymnaſii Bordesholmenſis Rector & Eccleſiaſtes, deinde Paſtor, ab A. 1604., in Eiderſtadia Witzwortenſis, ſimulq;, ab A. 16.9., Præpoſitus Eiderſtadiæ, M. A. 1633. *T. II. p. 963.*

M. Henr. WEGHORST Sen., Kilonienſis, Scholæ patriæ, ab A. circiter 1646., Rector, M. A. 1688 *T. I. p. 714 715.*

Henr. WEGHORST Jun., Kilonienſis, J. U. D., Haſniæ, in Academia eqveſtri, Profeſſor, circa A. 1693., Ethicus, in antiqviore autem Collegii Juridici Adjunctus, ac Methaphyſices, ab A. 1698., poſteaqve Ethices, Profeſſor, ac ſimul Cancellariæ regiæ Conſiliarius, M d. 2. Febr. A. 1722., æt. 69. *T. I. p. 715.*

Chriſt. Henr. WEIDEMANN, Lipſienſis, J. U. Lic , Kilonii commoratus, & A. 1715. mortuus. *T. II. p. 963. 964.*

Eberh. WEIDENKOPF, Southemio Limpurgico Francus, J. U. D., Friderici, Ducis Holſato-Gottorp. Cameræ Secretarius, ac deinde Conſiliarius aulicus atqve provincialis, M. A. 1656., æt 49. *T. II. p. 964.*

Frid. WEIDENKOPF, Slesvic., J U. Doctor A. 1674. creatus. *T. I. p. 715.*

Otto WEIDENKOPF, Slesvicenſis, J. U. Stud., Altorfii mortuus d. 15. Apr. A. 1661., æt. 22. *T. I. p. 715. 716.*

Eberh. WEIDENSEE, Th. D., Paſtor Halberſtadii, circa A. 1520., Martinianus Pontificius, ſimulqve Coenobii Johannei Præpoſitus, & Alberti Brandeburgici, Epiſcopi, Conſiliarius, Paſtor deinde Jacobæus, Magdeburgi, ab A. 1523., Lutheranus, Eccleſiarum Slesvigo-Holſaticarum A. 1526. & 1527. Reformator, Chriſtiani III., Principis Danici, Concionator, ab A. 1527, Hatherslebiæ aulicus, & Superintendens tandem, ab A. 1533., Goslarienſis, M. d. 15. Apr. A. 1547. *T. II. p. 964. 965.*

Georg. Matthæus WEILERUS, Svevus, Altonaviæ, circa A. 1692., commoratus, Darmſtadii, ab A. 1696., Gymnaſii Rector, & poſtea Eccleſiaſtes, deinde vero Paſtor in Weſtphalia, ab A 1708., Lilendienſis, *T. II. p. 965. 966.*

Joh. Alb WEISIUS, Boruſſus, J.U. *Lic.* & Practicus Lubecenſis, A 1702. ſuperſtes. *T. II. p. 966.*

WOLDECHUS WELANDUS, Verda Weſtphalus, Med. Cand. & Mathematicus Hamburgenſis, M. d. 6. Maji A. 1641., æt. 28. *T. II. p. 966.*

Henr. WELMANN, Hamburgenſis, J. U. D. &, circa A. 1710., in patria Practicus. *T. I. p. 716.*

Joh. WEMHEIER, Scholæ Templi cathedr. Hamburgenſis, circa A. 1578., Arithmeticus. *T. I. p. 716.*

Joh. WENDINUS, Moringenſis, Muſicus, circa A. 1597., Hamburg. *T. II. p. 966.*

Chriſtoph. WENDT, Lubecenſis, Templi patriæ cathedralis, ab A. 1685., Diaconus, &, ab A 1703., Paſtor, ſimulqve Ord. eccleſiaſt., ab A. 1710, Senior, M. d. 14. Apr. A 1719., æt. 61. *T. I. p. 716.*

Henr. WENDT, Roſtochienſis, Med. D. & Roſtochii, ab A. 1654., Lubecæ autem ab A. 1659., Practicus, tandemqve, ab A. 1671., Poliater, M. d. 5. Dec A. 1676., æt. 54. *T. II. p. 966.*

Joh WENDLERUS, Auguſtæ Daniæ, Joh. Adolphi, Ducis Holſato-Gottorp., viduæ, Eccleſiaſtes aulicus, ad A usqve 1639., Huſenus, & deinde Paſtor in Dithmarſia Londinenſis. *T. I. p. 716.*

Andr. WENGLER, Eccleſiaſtes, in agro Flensburgenſi, circa A. 1656., Eggebeckenſis. *T. I. p. 716.*

Dan WENSIN, Eqves, circa A. 1614., Holſatus. / *Laur.* WENSIN, Eqves, circa A. 1614., Holſatus. *T. I. p. 716*

Joh. Angelius a WERDENHAGEN, Helmſtadienſis, Scholæ Palæo-Solqvellanæ, ab A. 1607., Conrector. Duc. Brunſvic., ab A. 1611., Legatus, Ethices Profeſſor, ab A. 1616 ad 1618., Helmſtadienſis, Syndicus, ab A circiter 16.9., Magdeburgenſis, Chriſt. Wilhelmi, Adminiſtratoris Magdeburgenſis, ab A. 1626. Conſiliarius, Leidæ, ab A. 1627., per ſexennium, exul, Joh. Friderici, Archiep. Brem., ab A. 1632., Urbis Magdeburgenſis, ſimulqve Auguſti, Ducis Brunſvic., ab A. 1634, tandemqve Ferdinandi II., Imperatoris, ab A. circiter 1636, Conſiliarius, ac ſimul Legatus, ab A. 1637., ad Civitates Hanſeaticas Lubecæ ordinarius, M. d. 26. Dec. A. 1652., æt. 72. *T. II p 960-9 0.*

M. Abr. WERDERMANNUS, Miſnicus, Hamburgi, circa A. 16 5, commoratus, Paſtor deinde templi D Afræ, circa A. 1550., Miſenenſis, ſimulqve tandem Ephoriæ Miſenenſis Adjunctus, A. 1662. ſuperſtes *T. II. p. 9 0.*

M. Bernh WEREMBERGIUS, Troja Cimber, Scholæ Spandovienſis, ab A. 1605., Hatherslebienſis autem, ab A. 1609, Rector, & deinde, ab A. 1614., Philoſ. Pract. ac Hiſtor., in Gymnaſio Hamburgenſi, Profeſſor, M. d. 1. Jun. A. 1643., æt. 66. *T. I. p. 716. 717.*

M. Jac. WEREMBERGIUS Jun., Troja Cimber, Ord. Philoſ. Witeb. Aſſeſſor, deinde autem Hamburgi Diaconus, ab A. 1609., Petrinus, &, ab A. 1613., ædis D. Mar. Magd. Paſtor, ſimulqve Profeſſor Gymnaſii Logico-Metaphyſicus, M. d. 29. Jan. A. 1623., æt. 42. *T. II. p. 717. 718.*

M. Jac. WEREMBERGIUS III., Hamburgenſis, A. 164. ſuperſtes. *T. I. p. 718.*

M. Paulus WEREMBERGIUS, Hamburgenſis, Diaconus in Miſnia, ab A. 1650., Eilenbergenſis, M. A. 1056., æt. 36. *T. I p. 718.*

M. Joh. WERGERUS, Lubecenſis, Ord Philos. Witeb., ab A. 1658., Aſſeſſor, & deinde Diaconus aulicus, ab A. 1660., Anhaltino-Serveſtanus, M. d. 10 Sept. A. 1677., æt. 44. *T I. p. 719.*

Joh. a WERLE, Lubecenſis, J. U. D., mortuus in patria d. 1. Maji. A. 1644., æt. 45. *T. I. p. 719.*

Joh. WERLHOFIUS, Lubecenſis, J. U. D., Politices, ab A. 1686., ſimulqve Juris, ab A. 1696., Profeſſor Helmſtadienſis, & Conſiliarius præterea, ab A. 1 08., Brunsvico-Gvelpherbytanus, M. d. 25. Apr. A. 1711., æt. 51. *T. I. p. 719. 720. 721.*

M Joach. WERMERUS, Hamburgenſis, Scholæ patriæ per novennium Subrector, ædis Cathedralis, ab A. 1581., & Petrinæ, ab A. 1585., Paſtor, A. 1589. loco motus, tandem vero Eccleſiaſtes, ab A. 1590. Groningæ Reformatus, M. d. 13. Maji. An. 1599. *T. I. p. 721. 722.*

Frid. WERNERUS, Saxo, Concionator Danicus caſtrenſis, & deinde Paſtor, circa A 1661., Gluckſtadienſis. *T. II. p. 970.*

M. Günth. WERNHER, Secretarius Dithmarſiæ, circa A. 1524., provincialis, A 1537. ſuperſtes. *T. I. p. 722.*

M. Joh. Chriſtoph. WERNERUS, Scholæ Hamburg., ab A. 1723., Præceptor. *T. I p. 722.*

Joh. WESSELIUS, Lubecenſis, Diaconus, ab A. 1719., Travemundenſis. *T I. p. 72.*

Joh. thor WESTEN, Hamburgenſis, J. U. Lic., Collegii Canonicorum patriæ, ab A. 1686., Secretarius, ſimulqve Vicariorum Decanus, ac Bibliothecæ cathedralis, ab A. 1691., Præfectus, A. 1708. mortuus. *T. I. p ,22.*

Caſp. WESTERMANN, Hamburgenſis, J U. Lic., Patriæ, ab A. 1660., Senator, M. d. 29. Jun. A. 168., æt. 66. *T. I. p. 722. 23.*

M. Dan. WESTERMANNUS, Hamburgenſis, Gymnaſii Bordesholmenſis, ab A. 1623., Rector & Paſtor, Hamburgi deinde, ab A. 1627., exul, M. d. 26. Jun. A. 162. *T. I p. 723.*

M. Nicol. WESTERMANN, Lubecenſis, Eccleſiæ Germanicæ Gothoburgenſis in Svecia Paſtor, M d. 30. Dec. A. 1670. *T. I. p. 723.*

Pet. WESTERMANN, Hamburgenſis, J. U. D., Templi patriæ cathedralis, ab A. 1672., Canonicus, ſimulqve deinde Syndicus ac Bibliothecæ Præfectus, tandem vero, ab A. 1694, Decanus, A. 1716. ſuperſtes. *T. I. p. 723.*

Herm. WESTHOVIUS, Lubecenſis, Eccleſiaſtes patriæ, ab A. 1671., Johanneus, & Paſtor deinde, ab A. 1691, Jacobæus, M. d. 15. Dec. A. 1696., æt. 61 T. I. p. 723.

Joh. WESTHOVIUS, Med. D. & Practicus, circa A. 1622., Hamburgenſis. T. I p. 723.

Willichius WESTHOVIUS, Boſovia Wagrius, P. L. & Com. Pal. Cæſ, Scholæ in Seelandia Danica Herlovianæ, ab A. circiter 1603., Rector, & Canonicus deinde, ab A. 1619., in Scania Lundenſis, M. A. 1643., æt. 66. T. I. p. 723-725.

M. Pet WESTHUSIUS, Hamburgenſis, Scholæ Itzehoenſis, ab A. 1649., & deinde Hamburgenſis, ab A. 1651., Rector, M. d. 14. Nov. A. 1660., æt. 47. T. I. p. 726

Arn. WESTPHALUS, Lubecenſis, Phil. Magiſter, Decret. Doctor, & Juris Civ. Licentiatus, Ord. Juridici Profeſſor & Ordinarius, circa A. 1436., Lipſienſis, ejusdem Profeſſor, circa A. 1443., Roſtochienſis, Eccleſiæqve tandem Lubecenſis Decanus, &, ab. A. 1449., Epiſcopus, M. d. 1 Febr. A. 1466., æt 67. T. I p. 726-727.

Joach WESTPHALUS. Hamburgenſis, Scholæ patriæ in alterum annum Subrector, Paſtor deinde, ab A 1541., Catharinæus, ſimulqve poſtea Ord. Eccl. Senior, tandem vero, ab A. 1571., Superintendens, M. d. 16. Jan. A. 1574., æt. 64. T. I. p. 727. 728. T. III. p. 641-659.

M. Joh. WESTPHALUS, Hamburgenſis. Annæ Oldenburgicæ, Viduæ Holſato-Sünderburgicæ, Eccleſiaſtes aulicus, ad A. usqve 1669., Gammelgardenſis, Paſtor in Stormaria, ab A. 1670., Krummenteichenſis, tandemqve Diaconus, circa A. 1691., & Canonicus Bardovicenſis, A. 1704. ſuperſtes. T. I. p. 728.

Joh. Jac. WESTPHALUS, Eccleſiaſtes in Dithmarſia, circa A. 1712. Altenwördenſis. T. I p. 728.

Herm. WETKEN, Hamburgenſis, J. U. Lic., Conſul initio Brunſvicenſis, & Judex deinde provincialis, circa A. 1689., Stapelholmenſis. T. I. p. 728.

M. Joh. WETKEN, Hamb., Patriæ, ab A. 1508., Secretar., ab A. 1528. Senat., &, ab A. 1529. ad 1533., Conſ, M. d. 26. Febr. A. 1538 T. I. p. 728.

Joh. Caſp. WETKEN, Hamburgenſis, J. U. Lic. A. 1650. creatus. T. I. p. 728.

Reinboldus WETKEN, Hamburgenſis, J. U. Doctor A. 1659. creatus T. I. p. 728.

Dav. Henr. WETSTEIN, Lubecenſis, in Oppidi in Femaria Burgenſis, ab A. 1702., Archidiaconus, &, ab A. 1703. ad 1711., Paſtor, ſimulqve Eccleſiarum Femariæ reliqvarum Inſpector, A. 1711. loco motus, & Lubecæ A 1719. ſuperſtes. T. I p. 728.

Eberb. a WEYHE, Nobilis Brunſvicenſis, J. U. D. & Profeſſor, ab A. 1580, Witebergenſis, ſimulqve Auguſti, Elect Saxonici, Conſiliarius, Adolphi & Friderici, Ducum Holſato-Gottorpienſium, ab A. 1585., Conſiliarius, Juris iterum Witebergæ Profeſſor, ab A. 1587., primarius, ſimulqve Chriſtiani I., Elect Sax., Conſiliarius, Mauritii, Landgravii Haſſo-Caſſellani, ab A. 1591, Conſiliarius, &, ab A. 1594., Cancellarius, Erneſti, Comitis Schaumburgici, circa A. 1610, Cancellarius, & tandem, ab A. circiter 1613. ad 1628., Henrici Julii ac Friderici Ulrici, Ducum Brunſvico-Gvelpherbytanorum, Cancellarius, ſimulqve Conſiliarius Cæſareus, Lüneburgi A. 1629., abdicatis dignitatibus, ſuperſtes. T. II. p. 970-974.

Phil. WEYSER, Paſtor in Anglia Cimbrica, Neukirchenſis, M. A. 1703. T. I. p. 728.

Thom. WHETENHALL, Anglus, ob religionem Lubecæ, circa A 1559, exul T. II. p. 974

Barth. WICHERS, Hamburgenſis, M. D. & in patria Practicus, A. 1721. ſuperſtes. T. I. p. 728.

M. Alb. WICHGREVIUS, Hamburgenſis, Scholæ in Marchia Brandeburgica Prizwalcenſis, circa A. 1602., Rector, deinde vero Paſtor, circa A. 1607., in Billwerderia, Allermodienſis, A. 1615. ſuperſtes. T. I. p. 728. 729

M. Gerh. WICHMANNUS, Lubecenſis, Ord. Philoſ., Witeb., circa A. A. 1664; Aſſeſſor & Eccleſiaſtes deinde Lubecenſis, ab A. 1669., Marianus, M. d. 23. Jul. A. 1683. T. I. p. 729.

Joach. WICHMANNUS, Hamburgenſis, J. U. Lic. A. 1646. creatus. T. I. p. 730.

Joach. WICHMANNUS, Chalcoglyptes, circa A. 1677., Hamburg. T. I. p. 730.

Laur. WICHMANNUS, Hamburgenſis. J U. Lic. & in patria Practicus, A. 1704. ſuperſtes. T. I. p. 730.

Pet. WICHMANNUS, Hamburgenſis (c. A. 1723.). T. I p. 730.

Zach. WIDING, Flensburgenſis, Paſtor in Suudevithia, circa A. 1560., Nübelanus, A. 1592. ſuperſtes. T. I. p 730.

Conr. WIDOU, Hamburgenſis, J. U. Lic., Patriæ, ab A. 1718., Senator, A. 1722. ſuperſtes. T. I. p. 730.

M. Herm. WIECHORST, Hamburgenſis, A 1690. ſuperſtes. T. I, p. 730.

Chriſtoph. WIEGERS, Hamburgenſis, J. U. Lic. A. 1679. creatus. T. I. p. 730.

Thom. WIEMEIER, Hamburgi, circa A. 1705., commoratus. T. I. p. 730.

Arn. WIERMAN, Hamburgenſis, Med. D. & in partria Practicus, A. 1716. ſuperſtes. T. I. p 730.

Andr. WIESE, Hamburgenſis, Doctor, A. 1617 ſuperſtes. T. I. p 730.

Benjam. WIESE, Hamburgenſis, J. U. D., M. A 1689. T. I. p 730.

M. Bernh. WIESE, Hamburgenſis, Eccleſiaſtes, ab A. 1608., in Duc. Megap., Arensbergenſis, & deinde, ab A. 1623., Hamburgenſis Catharinæus, M. d. 29. Jul. A. 1659., æt. 74. T. I. p. 730. 731.

Henr. Diet. WIESE, Hamburgenſis, J. U. Lic., XVvirorum patriæ initio Secretarius, deinde, ab A. 1716., Senator, &, ab A. 1720., Conſul. T. I. p. 731.

M. Matthæus WIESE, Hamburgenſis, Paſtor in Duc. Megap. Neobrandeburgenſis, A. 1654. ſuperſtes. T. I. p. 731.

Pet. Theod. WIESE, Hamb., J. V. L. ab A. 1724. T. I. p. 731.

Ant. Otto a WIETERSHEIM, Nobilis Weſtphalus, in Holſatia educatus, Conſiliarius Durlaco-Badenſis, A. 1670. ſuperſtes. T. II. p. 974.

Aug. WIGANDUS, Islebienſis, J. U. Lic., Advocatus, ab A. 1682. Hamburgenſis, Judiciiqve inferioris, ab A. 1689., Prætor, A. 1695. relegatus, Regum deinde Daniæ, Poloniæ ac Pruſſiæ, Conſiliarius, in urbe commoratus Altonavienſi, M. d. 26. Febr. A. 1709., æt. 52. T. II. p. 974-975.

Jac. WIGANDUS, Flensburgenſis, Cantor, ab A. 1600., Huſenſis, Ennonis, Oſtfriſiæ Comitis, Eccleſiaſtes aulicus, ab A. 1603. & circa A. 1615., Auricenſis, deinde autem Paſtor ruralis Hagenſis, in Sylva Ducatus Sleſvic. Danica, M. A. 1644. T. I. p. 731.

WIGBERTUS, Anglus, Ord. Bened. Presbyter & Canonicus Eboracenſis, Doctor Friſiorum, ab A. 1678. ad 1680., iterumqve ab A. 1690. eorundem, Batavorum & Cimbrorum, Apoſtolicus, Martyr in Helgolandia, d. 13. Aug. anno circiter Chriſti 700., trucidatus. T. II. p. 975. 976. 977.

Arn. WILCKENS, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, circa A. 1719., Practicus. T. I. p. 732.

M. Mart. WILDE, Lubecenſis, Scholæ patriæ, ab A. 1625., Subrector, ac deinde Eccleſiarum Femariæ, ab A. 1630., Inſpector, ſimulqve Paſtor Burgenſis, M. M. Apr. A. 1639. T. I. p. 731.

Joh. WILDENHEIN, Kilonienſis, Suburbii Sleſvigæ Friderico-bergenſis, ab A. 1674., Diaconus, &, ab A. 1675., Paſtor, eadem dignitate Apenradæ, ab A. 1684., & denuo Fridericobergi, ab A. 1689., functus, M. d. 14. Jun. A. 1696., æt. 54. T. I. p. 731.

Mich. WILDERUS, *Lubecenſis*, J. U. Doctor A. 1712. creatus. T. I. p. 731.

Ericus WILDESHUSEN, Hamburgenſis, J. U. D. & in patria Practicus, M. A. circiter 1716. T. I p. 731.

M. Jac. Frid. WILDESHUSEN, Hamburgenſis, A. 1716. ſuperſtes. T. I. p. 371.

Caſp. WILDHAGEN, Nidroſia Norwegus, Diaconus, circa A. 1702., Glückſtadienſis, Frid. IV., Regis Daniæ, Eccleſiaſtes aulicus, ab A. 1710., Haſnienſis, & Epiſcopus tandem, ab A. 1712. Wiburgenſis, M. A. 1720. T. II. p. 977.

Joh. Henr. WILDHAGEN, Sleſvicenſis, Eccleſiaſtes, ab A. 1694., Chriſtianhaſnienſis, & Paſtor deinde, ab A. 1696., Crempenſis, A. 1701. ſuperſtes T. I. p. 732.

Sever. WILDSCHÜTZE, Malmogia Scanus, in Cimbria educatus, Conſiliarius Cancellariæ Danicæ, circa A. 1704., Haſnienſis, ſimulqve Academiæ eqveſtris regiæ Inſpector, &, ab A. 1724., Conſiliarius Status publici. T. II. p. 977.

M. Andr. WILHELMI, *Lubecenſis*, Paſtor in patria primus Lutheranus Templi Ægidiani, circa A. 1528., deinde, poſt exilium, ab A. 1530., Petrini, & tandem, circa A. 1551., Cathedralis, M. d. 18. Maji A 1557. T. I. p. 732.

Joh. Caſp. WILHELMI, Eccleſiaſtes in Wagria, circa A. 1675., Oldenburgenſis, A. 1687 ſuperſtes. T. I. p. 732.

M. Joſephus WILHELMI, Anſpachio Francus, Diaconus Magdeburgenſis, ab A circiter 1624., Petrinus, Hamburgi, ab A. 1631., per triennium, exul, Templi cujusdam cathedralis Megapolitani, ab A. 1634., Paſtor, Hamburgi iterum, ab A. 1637. ad 1640., exul, tandem vero, ab A. 1650., Joachimi Friderici, Baronis a Blumenthal, Eccleſiaſtes aulicus in Ducatu Halbeſtad Stavenavienſis, M. d. 15. Jul. A. 1652. æt. 55. T. II. p. 977.

M. Nicol. WILHELMI, Ripenſis, Scholæ patriæ, ab A. 1580; Rector, & Paſtor deinde, ab A. 1585., in vicinia Balloenſis, A. 1588. ſuperſtes. T. I. p. 732.

WILIBALDUS, Anglus, Presbyter Ord. Benedictini, Doctorqve Friſiorum, Batavorum, Cimbrorum & Helgolandorum, ab A. 690., apoſtolicus, A. 695. ſuperſtes; qvi cum Wilibaldo, Devonienſi Anglo, Epiſcopo ab A. 747., Eyſtättenſi, d. 7. Jul. A. C. 781., ac æt. 77., mortuo, a plerisqve confunditur. T. II p. 977. 978. 979.

WILIBRODUS, Ripona Northumbrica Anglus, Monachus patriæ Benedictinus, Doctor, ab A 690., apoſtolicus Friſiorum, Batavorum, Belgarum, Cimbrorum, Helgolandorum & Danorum, tandemqve Archiepiſcopus primus, ab A. 696., Trajectinæ ad Rhenum Eccleſiæ, M. d. 7. Nov. A. C. 739., æt. 81. T. II. p. 980-985.

Joh. Herm. WILKENS, Vici Wedelenſis, in Com. Pinneb., circa A. 1700, Paſtor. T. I. p. 732.

Nicol. WILKENS, Hamburgenſis, J. U. D., Patriæ, ab A. 1721., Archivarius. T. I. p. 732.

WILLEHADUS, Northumbro-Anglus, Ord. Bened. Presbyter, Doctor, ab A. circiter 755., apoſtolicus, Friſiorum & Saxonum, inprimis vero Bremenſium & Holſatorum, tandemqve primus, ab A. 788., Epiſcopus Bremenſis, M. d. 8. Nov. A. C. 790. T. II. p. 985-989.

Dan. WILLENBERG, Medicus, circa A. 1704., Hamb. T. II. p. 989.

Bartholdus WILLERS, Hamburgenſis, J. U. D. & in patria Practicus, ſimulqve Conſiliarius, circa A. 1701., Holſaticus, A. 1704. ſuperſtes. T. I. p. 732.

Jac. WILLERS, Sunderburgenſis, Med. D. & Practicus, ab A. 1715., Ripenſis, ac, ab A. 1720., Flensburgenſis, M. d. 24. Jan A. 1721., æt. 20. T. I. p. 733.

Joach. WILLERUS, Hamburgenſis, J. U. D., Electoris Palatini, cir-

ca A. 1575., Conſiliarius, poſteaqve Cameræ Imperialis Spirenſis, ab A. 1580., Aſſeſſor, circa A. autem 1592. Advocatus. *T. I. p.* 733.

Chriſt. Mart. WILLICHIUS, Hamburgenſis, vel Colonia Marchicus, Theol. Lic., Superintendens & Paſtor, ab A. 1644., in Duc. Lüneb., Burchtorfienſis, M. d. 2. Aug. A. 1655., æt. 44. *T. I. p.* 733.

Chriſtoph. Frid. WILLICHIUS, Hamburgenſis, Med. D. & in patria Practicus, M. d. 11. Jan. A. 1646. æt. 36. *T. I. p.* 733.

Gothofr. WILLICHIUS, Hamburgenſis, Theol., circa A. 1656., Studioſus. *T. I. p.* 733.

Jac. WILLICHIUS, Fürſtenberga Megapolitanus, Med. D & Practicus Hamburg. Pontificius, A. 1718. ſuperſtes. *T. II. p.* 989.

M. Mart. WILLICHIUS, Berolinenſis, Coloniæ ad Svevum Gymnaſii, circa A. 1609., Rector, & deinde Archidiaconus, tandemqve Hamburgi Paſtor, ab A. 1614., Catharinæus, ſimulqve Profeſſor Gymnaſii Theologus, & Ord. eccleſiaſtici, ab A. 1620., Senior, M. d. 1. Jun. A. 1623., æt. 50. *T. II. p.* 989. 990.

Mart. WILLICHIUS Jun., Hamburgenſis, Med. D., Frid. Wilhelmi Elect. Brandeburgici, circa A. 1685., Conſiliarius & Archiater. *T. I. p.* 734.

Jac. WILMS, Hamburgenſis, J. U. D. & in patria Practicus, A. 1701. ſuperſtes. *T. I. p.* 734.

Nicol. WILSTERMANN, Crempenſis, Med. Doctor A. 1691. creatus. *T. I. p.* 734.

Lucas WINCKEL, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria Practicus, M. A. 1713. *T. I. p.* 734.

Theod. WINCKEL, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria Practicus, A. 1661. ſuperſtes. *T. I. p.* 734.

Ulr. WINCKEL Sen., Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, ab A. 1606., Practicus, ſimulqve Franciſci, Ducis Saxo Lauenburgici, Conſiliarius, & Ordinis eqveſtris Holſatici, circa A. 1616., Syndicus, tandem vero urbis Hamburgenſis, ab A. 1618., Senator, &, ab A. 1624., Conſul, M. d. 15. Febr. A. 1649., æt. 74. *T. I. p.* 734. 735.

Ulr. WINCKEL Jun., Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria Practicus, A. 1716. ſuperſtes. *T. I. p.* 735.

Ant. WINCLERUS, Lubecenſis, J. U. D., Patriæ, ab A. 1671., Senator, &, ab A. 1694., Conſul, M. d. 15. Febr. A. 1707., æt. 69. *T. I. p.* 735.

Bened. WINCLERUS, Soltqvellenſis, J. U. D., Syndicus, circa A. jam 1623., Lubecenſis, M. d. 1. Jun. A. 1649., æt. 6?. *T. II. p.* 990.

Bened. Pet. WINCLERUS, Lubecenſis, J. U. D. & in patria Practicus, M. d. 1. Aug. A. 1702., æt. 31. *T. I. p.* 735.

Joh. WINCLERUS, Grimma Miſnicus, Eccleſiaſtes in Haſſia, ab A. 1671., Homburgenſis, Paſtor & Metropolitanus, ab A. 1672., Brambacenſis, Concionator aulicus, ab A. 1676., Haſſo-Darmſtattinus, Paſtor Eccleſiæ Lutheranæ, ab A. 1678., Manhemienſis, Superintendens & Paſtor, ab A. 1679., Werthemienſis, ac tandem Paſtor Hamburgenſis, ab A. 1684., Michaelitanus, ſimulqve Comitatus Ranzoviani, ab A. 1695. ad 1701., Præpoſitus, & Ordinis eccleſiaſtici Hamburgenſis, ab A. 1699., Senior, M. d. 5. Apr. A. 1705., æt. 63. *T. II. p.* 990-1004.

Joh. Ant. WINCLERUS, J. U. D. & Syndicus, ab A. 1712., Hamburgenſis, A. 1723. ſuperſtes. *T. II. p.* 1005.

Joh. Chriſtoph. WINCLERUS, Hamburgenſis, J. U. Stud., Helmſtadii mortuus d. 29. Mart. A. 1705., æt. 19. *T. I. p.* 735.

Joh. Frid. WINCLERUS, Werthemienſis, LL. Or. Profeſſor, ab A. 1704., in urbis Hamburgenſis Gymnaſio, & Paſtor deinde ejusdem, ab A. 1712., Nicolaitanus, A. 1723. ſuperſtes. *T. II. p.* 1005. 1006.

Henr. WINDHAUSEN, Glückſtadienſis, patriæ, circa A. 1660., Advocatus Fiſciqve regii patronus. *T. I. p.* 735.

M. Henr. WINSENIUS, Hamburgenſis, Paſtor Wilſtrienſis, M. d. 9. Apr. A. 1639., æt. 56. *T. I. p.* 736.

Vitus Ortelius WINSHEMIUS Jun., Witebergenſis, J. U. D. & Patavii, ab A. 1557., Witebergæ autem, ab A. 1560. ad 1587., Profeſſor, ſimulqve Auguſti, Elect. Sax., Conſiliarius, deinde vero Templi cathedr. Hamburgenſis, ab A. 1587., Decanus, ſimulqve Frid. II. & Chriſt. IV., Regum Daniæ, ac Ulrici, Ducis Megapol., Conſiliarius, M. d. 13. Nov. A. 1608., æt. 87. *T. II. p.* 1006. 1007.

Chriſtoph. WINSTMANN, Hamburgenſis, J. U. Lic. & in patria, circa A. 1704., Practicus. *T. I. p.* 736.

Henningus WINSTMANN, Hamburgenſis, Muſicus, A. 1570. ſuperſtes. *T. I. p.* 736.

M. Gerh. WINTERUS, Lubecenſis, Scholæ Kilonienſis, ab A. 1616., Rector, Diaconus deinde Lubecæ, ab A. 1619., Marianus, & Paſtor tandem, ab A. 1626., Jacobæus, ſimulqve Ord. Eccl., ab A. 1653., Senior, M. d. 17. Mart. A. 1661., æt. 72. *T. I. p.* 736.

M. Pet. WINTERUS, Lubecenſis, Paſtor, ab A. 1650., Parchimenſis, ab A. 1651. Gadebuſchenſis, & tandem, ab A. 1671., in Ducatu Ratzeburgenſi, Schönebergenſis, M. d. 24. Mart. A. 1677., æt. 55. *T. I. p.* 736.

Nicol. WINTERBERG Sen., Holſatus, Paſtor in Stormaria, circa A. 1640., Hilgenſtadienſis. *T. I. p.* 736.

Nicol. WINTERBERG Jun., Paſtor Hilgenſtadienſis, A. 1694. ſuperſtes. *T. I. p.* 736.

Ant. Mich. WINTERSTEIN, Eccleſiaſtes Germanicus, Hamburgi, circa A. 1678., exul. *T. II. p.* 1007.

Georg. WIPPERMANN, Paſtor, circa A. 1591., Segebergenſis. *T. I. p.* 736. 737.

Henr. WITSCHIUS, Lubecenſis, Paſtor in Duc. Megap. Plavienſis, & Ptochotrophei deinde Sp. S. Güſtrovienſis, ab A. 1683., Eccleſiaſtes, A. 1706. ſuperſtes. *T. I. p.* 737.

Jac. WITTE, Med. D., Guſtavi Adolphi, Regis Sveciæ, in expeditione Germanica, Archiater, & Practicus deinde, circa A. 1630., Hamburgenſis, A. 1637. ſuperſtes. *T. II. p.* 1007.

Joach. WITTE, pagi natalis Hagenſis, in Sylva Duc Slesv. Danica, ab A. 1684., Paſtor. *T. I. p.* 737.

Joh. WITTE, Lubecenſis, patriæ, ab A. 1603., JCtus, & deinde, ab A. circiter 1607., Adolphi Friderici, Ducis Megapolitano-Sverinenſis, Conſiliarius intimus, M. M. Febr. A. 1645. *T. I. p.* 737.

Joh. WITTE, Pritzwalca Brandeburgicus, Paſtor, ab A. 1645., in Sylva Danica, Hagenſis, M. d. 20. Maji A. 1684., æt. 70. *T. II. p.* 1007.

M. Joh. WITTE, Sandoa Saxo, Advocatus & tandem Senator Kilonienſis, M. circa A. 1689. *T. II. p.* 1007.

Joh. WITTE, Glückſtadienſis, Theol., circa A. 1705., Studioſus. *T. I. p.* 737. 738.

Mich. WITTE, Hamburgenſis, J. U. Doctor A. 1715. creatus. *T. I. p.* 738.

Pet. Laur. WOCKENFUS, Stolpa Pomeranus, Scholæ Kilonienſis, ab A. 1708., Cantor, A. 1719. ſuperſtes. *T. II. p.* 1007.

B. F. WOLDENBERGIUS, Holſatus, A. 1652. ſuperſtes. *T. I. p.* 738.

Chriſt. WOLDENBERGIUS, Crempenſis, J. U. D. & Profeſſor Roſtochii, ab A. 1653., extraordinarius, deinde vero Lingvæ Græcæ ab A. 1657., & Juris tandem, ab A. 1659., ordinarius, M. d. 3. Febr. A. 1674., æt. 53. *T. I. p.* 738. 739.

Paulus WOLDENBERGIUS, Holſatus, J. U. C., A. 1648. ſuperſtes. *T. I. p.* 739.

M. Dav. WOLDERUS, Hamburgenſis, Eccleſiaſtes patriæ, ab A. 1577., Petrinus, M. d. 14. Dec. A. 1604. *T. I. p.* 739. 740. 741.

M. Detbl. WOLDERUS, Crempenſis, Eccleſiæ patriæ Diaconus, A. circiter 1625. mortuus. *T. I. p.* 741.

Georg. WOLDERUS, Civis & Bibliopola, circa A. 1651., Hamburgenſis. *T. I. p.* 741.

Andreas WÖLDIKE Sommerſteda Cimber (c. A. 1708.) *T. I. p.* 741.

Georg. WÖLDIKE, Sommerſteda Cimber (c. A. 1722.) *T. I. p.* 741.

Marcus WÖLDIKE, Sommerſteda Cimber (c. A. 1722.) *T. I. p.* 741.

Joh. WOLFRUS, Hamburgenſis, qvi A. 1666. vixit. *T. I. p.* 741.

Emanuel WÖLFEL, Plötzkavia Anhaltinus, Advocatus, ab A. 1696., Flensburgenſis, ſimulqve poſtea Notarius publicus regius, A. 1723. ſuperſtes. *T. II. p.* 1007.

Chriſt. WOLFIUS, Glückſtadienſis, J. U. D., Cancellariæ in patria Dano-Cimbricæ Advocatus, & deinde, ab A. 1700. Conſiliarius, M. M. Nov. A. 1721. *T. I. p.* 741.

Chriſt. Sigism. WOLFIUS, Berolinenſis, Th. D., Scholæ Parchimenſis, ab A. 1654., Rector, Paſtor & Inſpector, ab A. 1661., Lebuſienſ., Diac., ab A. 1667., Berolini Nicolaitanus, Gymnaſii Luth. A. 1673. Bremæ Inſpector, Legati Svedici Vindobonæ, ab A. 1674., Eccleſiaſtes, tandemqve Templi cathedr. Hamb. ab A. 1676., Paſtor, ac ſimul Conſiliarius, ab A. 1680., Sveco-Bremenſis eccleſiaſticus, M. d. 2. Maji A. 1699., æt. 67. *T. I. p.* 1007. 1008.

Eggerdus WOLFIUS, Roſtoch. J. U. D. & Practicus, circa A. 1719, Hamb. *T. II. p.* 1008.

Franc. WOLFIUS Sen., Stralſund., Th. D., Ord. Philos. Jen., ab A. 1671., Aſſeſſor, Roſtochii deinde Logices, ab A. 1672., Theologiæ autem, ab A. 1676., Profeſſor, ſimulqve Paſtor Marianus, & poſtea Superintendens, ac Hamb. tandem Paſtor, ab A. 1697., Nicolaitanus, M. d. 23. Jun. A. 1710., æt. 66. *T. II. p.* 1008. 1009.

Franc. WOLFIUS Jun., Roſtoch. Hamb. educatus, Theol., circa A. 1716., Studioſus. *T. II. p.* 1009. 1010.

Henr. Chriſt. WOLFIUS, Lubecenſis, J. U. Stud., A. 1702. ſuperſtes. *T. I. p.* 741.

M. Herm. WOLFIUS, Lubec., Diaconus in patria, ab A. 1593., Marianus, Paſtorq; deinde, ab A. 1613., Jacobæus, ac ſimul Ord. Eccl., ab A. 1622., Senior, M. d. 17. Apr. A. 1625. *T. I. p.* 741.

M. Joh. WOLFIUS, Lubec. Præſidii militaris Glückſtad. Paſtor, A. 1630. ſuperſtes. *T. I. p.* 742.

Joh. WOLFIUS, Lobejuna Saxo, Th. D., Ord. Philos. Witeb., circa A. 1678., Aſſeſſor, Comitatus Stolbergici, ab A. 1680., Superintendens, ſimulqve Paſtor ædis D. Sylveſtri Wernigerodanus, ac tandem Paſtor, ab A. 1695., Hamburgenſis Nicolaitanus, M. d. 12. Nov. A. 1695., æt. 42. *T. II. p.* 1010.

Joh. Chriſtoph. WOLFIUS, Wernigeroda Stolbergicus, Ord. Philos. Witeb., ab A. 1706., Aſſeſſor, Scholæ Flensburgenſis, ab A. 1707., Conrector, Philos. Profeſſor Witebergenſis, ab A. 1710., extraordinarius, LL. Or. Profeſſor Hamburgi, in Gymnaſio, ab A. 1712., ordinarius, & Paſtor ibidem, ab A. 1716., Catharinæus, A. 1725. ſuperſtes. *T. II. p.* 1010-1015.

Joh. Chriſtianus WOLFIUS, Wernigeroda Stolbergicus, Hamburgi educatus ac commoratus, & A. 1725. ſuperſtes. *T. II. p.* 1015.

Joh. Joach. WOLFIUS, Parchimenſis, Theol. Lic., Ferdinandi Alberti, Ducis Brunſvico-Beverani, Concionator aulicus, & Diaconus deinde, ab A. 1685., ædis SS. Ulrici & Levini Magdeb. M. d. 1. Jun. A. 1706. *T. II. p.* 1015. 1016.

Zachar. WOLFIUS, Strategus Holſato-Gottorpienſis, & urbis munitæ Tonningenſis, ad A. usqve 1714., Præfectus. *T. II. p.* 1016.

Joh. Henr. WOLGEMUHT, Scholæ Hamb. Nicolaitanæ Arithmeticus, M. A. 1719. *T. II. p.* 1016.

Joh. WOLMER, Med. D. & Poliater, circa A. 1540., Hamburgenſis, M. M. Nov. A. 1545. *T. I. p.* 742.

Joh. WOLTERUS, Lubecenſis, J. U. D., Patriæ, ab A. 1708., Senator, M. d. 17. Aug. A. 1721., æt. 50. *T. I. p.* 742.

Pet. WOLTERUS, Lubecenſis, Paſtor ruralis in Holſatia Warderanus, A. 1674. ſuperſtes. *T. I. p.* 742.

Steph. WOLTERS, Hamburgenſis, Th. D., Paſt. Reform. Dantiſci, ab A. 1674., Petro-Paulinus, M. d. 15. Apr. A. 1719., æt. 74. *T. I. p.* 742.

Chriſtoph. WOLTERECK, Glückſtadienſis, Advocatus, circa A. 1716., Goslarienſis. *T. I. p.* 741. 743.

Laur. WOLTERSDORF, Lubecenſis, J. U. D., Collegii Canonicorum patriæ, ab A. 1701., Syndicus, & deinde urbis ipſius, ab A. 1708., Senior, M. A. 1712., æt. 61. *T. I. p.* 743.

Ant. WOLTREICH, Meldorpio Dithmarſus, J. U. D., Urbis Roſtoch. Conſiliarius, Tractus Sverinenſis Syndicus, ſimulqve Protodicaſterii Sternbergenſis Advocatus, ac Syndicus tandem, ab A. 1627., Wismarienſis, &, ab A. 1632. Roſtochienſis, M. d. 25. Dec. A. 164?., æt. 5?. *T. I. p.* 742.

Ericus WORDENHOF I., Hamburgenſis, J. U. Lic., Patriæ, ab A. 1630., Senator, M. d. 20. Aug. A. 1667., æt. 82. *T. I. p.* 743. 744.

Ericus WORDENHOF II., Hamburgenſis, J. U. L., Vicariorum Templi patriæ cathedralis, ab A. 1671., Decanus, & urbis deinde ipſius, ab A. 1676., Senator, M. d. 4. Nov. A. 1679. *T. I. p.* 744.

Ericus WORDENHOF III., J. U. Lic. A. 1677. creatus, patria Hamb. *T. I. p.* 744.

Ericus WORDENHOF IV., Hamburgenſis, J. U. D., Canonicorum patriæ, ab A. 1708., Secretarius & Bibliothecarius, ſimulqve Canonicus minor. *T. I. p.* 744.

Henr. WORDENHOF Hamburgenſis, J. U. D., Templi patriæ cathedralis, ab 1630., Canonicus & tandem Senior, M. d. 12. Sept. A. 1661. *T. I. p.* 744.

Laur WORDENHOF, Hamburgenſis, J. U. L. & in patria Practicus, A. 1704. ſuperſtes. *T. I. p.* 744.

M. Bernh. WÖRGERUS, Lubecenſis, Eccleſiaſtes patriæ, ab A. 1635. Petrinus, M. d. 23. Febr. A. 1647. *T. I. p.* 744.

Franc. WÖRGERUS, Lubecenſis, Coenobii in patriæ ſuburbio Laurentiani, ab A. 1673. ad 1692. (qvo loco movebatur), Eccleſiaſtes, M. M. Nov. A. 1708. *T. I. p.* 744. 745. 746.

Joh. WÖRGERUS, Lubec., Med. Doctor A. 1687. creatus. *T. I. p.* 746.

Frid. Aug. a WORGEWIZ, Holſatus, Chriſtiani, Ducis Holſato-Glücksburgici, Conſiliarius ac Aulæ Præfectus, M. d. 4. Mart. A. 1689. *T. I. p.* 746.

Caſtanus WORMIUS, Ripenſis, Præſes urbis patriæ, ab A. 1700., regius, ſimulqve Cancellariæ Danicæ Conſiliarius, A. 1723. ſuperſtes. *T. I. p.* 747.

Matthias WORMIUS, Hafnienſis, primus urbis Ripenſis Præſes, ab A. 1667. ad 1700., regius, ſimulqve Templi illius cathedralis, ab A. 1669., Canonicus, Tribunalis ſupremi, ab A. 1681., Aſſeſſor, & Conſiliarius Cancellariæ ab A. 1687., atqve Juſtitiæ ab A. 1694., Danicus, M. d. 14. Febr. A. 1707., æt. 71. *T. II. p.* 1016. 1017.

Joh. WOWERIUS, Hamburgenſis, Ennonis III., Comitis Oſtfriſici, ab A. 1607., Joh. Adolphi autem, Ducis Holſato-Gottorpienſis, ab A. 1608., Conſiliarius intimus, ſimulqve, ab A. 1609., Præfectus Gottorpienſis, ac Senatus eccleſiaſtici Præſes, M. d. 30. Mart. A. 1612., æt. 38. *T. I. p.* 747. 748. *T. III. p.* 652. 672.

Henr., WRANGEL, J. U. Lic., Judiciorum Hamburgenſium, circa A. 1698., Procurator, A. 1719. ſuperſtes. *T. I. p.* 748.

Caſp. WRINGERUS Sen., Hamburgenſis, Paſtor in vicinia, circa A. 1630., Curslacenſis. *T. I. p.* 748.

Caſp. WRINGERVS Jun., Oppidi Bergerdorfienſis, circa A. 1676., Paſtor. *T. I. p.* 748.

M. Valent. WUDRIANUS Sen., Santſchovia (prope Demminum) Pomeranus, Scholæ, in Duc. Megap., Neocaldenſis, ab A. 1604. ad 1605., Rector & Cantor, Sophiæ Hedwigis, Viduæ Pomeranicæ, Eccleſiaſtes, circa A. 1607., in arce Loitzenſi, aulicus, L. Hebr. Profeſſor, ab A. 1608., Gryphiswaldenſis, Paſtor & Præpoſitus, ab A. 1612. Demminenſis, & Paſtor tandem, ab A. 1621., Hamburgenſis Petrinus, M. d. 7. Sept. A. 1625., æt. 42. *T. II. p.* 1017. 1018.

M. Valent. WUDRIANUS Jun., Demmino Pomeranus, Hamburgi educatus, Collegii Philoſophici, in Academia Daniæ Sorana, Aſſeſſor, M. A. C. 1645., æt. 30. *T. II. p.* 1018.

WULFRAMNUS, Mauriliaco Gallus, e Presbytero aulæ Gallorum regiæ Epiſcopus Senonenſis, Doctor Friſiorum & Helgolandorum, ab A. circiter 700., apoſtolicus, ac Monachus tandem Coenobii Fontanellenſis Benedictinus, M. d. 20. Mart. A. C. 720. *T. II. p.* 1018-1020.

Joh. WUNDSCHIUS, Nordmarſiæ, Inſulæ Ducatus Slesvicenſis, circa A. 1668., Paſtor. *T. I. p.* 748.

Henr. WURTZERUS, Hamburgenſis, Ptochei patriæ, ab A. 1705., Paſtor, A. 1719. ſuperſtes. *T. I. p.* 748.

Pet. WYCHE, Eqves Anglus, Societatis Philos. Anglicanæ, circa A. 1671., Collega, & Regis deinde ſui Legatus, circa A. 1687., ordinarius apud Hamburgenſes, A. 1691. ſuperſtes. *T. II. p.* 1020.

X.

Y

Pet. YVON, Montalbano Gallus, Eccleſiæ Gallo-Belgicæ Middelburgenſis, ab A. 1669., & deinde Coetus Labadiani Schismatici, Veriæ & Amſtelodami ab A. 1670., Hervordiæ ab A. 1671., Altonaviæ ab A. 1674., ac Wiewerti, ac A. 1678., Paſtor, A. 1706. ſuperſtes. *T. II. p.* 1020-1022.

Z.

Pet. ZACHOU, Muſicus & Cornicen Senatorius, circa A. 1683., Lubecenſis. *T. I. p.* 748.

Joh. Dominicus ZAFFONIUS, Hamburgenſis, Med. D. & Practicus, circa A. 1708., Bremenſis. *T. I. p.* 748.

Joh. ZARNOVIUS, Ludimagiſter privatus Hamburgenſis, M. A. 1654. *T. II. p.* 1022.

Magdalena ZEGERIA, Thomæ Zegeri, Profeſſoris Medici Hafnienſis, vidua, poſt obitum mariti, A. 1544. extincti, Coldingæ commorata, M. d. 10. Jan. A. 1568., æt. 77. *T. II. p.* 1022.

M. Henr. ZEIDLERUS, Lubecenſis, Theol. Candidatus, M. A. 1688. *T. I. p.* 748. 749.

M. Joh. ZEIDLERUS Jun., Lubecenſis, Oppidi in Duc. Megap. Gnoienſis, circa A. 1668., Paſtor. *T. I. p.* 749.

M. Eberh. ZELLERUS, Würtenbergicus, Paſtor in patria Göppingenſis, Francofurti deinde ac Hamburgi, A. 1658. & ſeqq.) exul, & Eccleſiaſtes tandem ruralis, ab A. 1693., in Haſſia Wallavienſis, A. 1696. ſuperſtes. *T. II. p.* 1022. 1023.

Phil. a ZESEN, Priravia Anhaltinus, Com. Pal. Cæſ. & Conſiliarius Saxonicus, Poeta Hamburgi, alibiqve in Germania & Batavia, vagabundus, mortuus Hamburgi d. 13. Nov. A. 1689., æt. 71. *T. II. p.* 1023-1034.

Andr. ZIMMERMANN, e tractu Magdeburgico oriundus, Archidiaconus & deinde Paſtor, ab A. 1639., in Femaria Burgenſis, ſimulqve Eccleſiarum Inſulæ iſtius Inſpector, M. A. 1652. *T. II. p.* 1035.

M. Balth. ZIMMERMANN, Rendesburgenſis, Med. Cand., M. d. 1. Maji A. 1646., æt. 29. *T. I. p.* 749.

M. Joh. Jac. ZIMMERMANNUS, Vayhinga Würtenbergicus, Diaconus Bietigheimenſis, loco, Chiliasmum, A. 1684. mortus Math. deinde Profeſſor Heidelbergenſis extraordinarius, & tandem, ab A. 1689. Hamburgi exul, Roterodami A. C. 1693., ac æt. 49., mortuus. *T. II. p.* 1035-1038.

M. Nicol. ZIMMERMANN, Crempenſis, Lüneburgi Scholæ Michaelitanæ, ab A. 1634., Subrector & mox Conrector, ac, ab A. 1640., Rector, Johanneæ autem ejusdem civitatis, ab A. 1640., itidem Rector, M. 28. Dec. A. 1661., æt. 60. *T. I. p.* 74?.

R. Menachem ZION, Judæus Polonus, Archiſynagogus in Polonia minore Wedslebienſis, Judexqve deinde popularium Cracovienſis, Altonaviæ tandem commoratus & A. 1687. mortuus. *T. II. p.* 1038.

Pet. ZITSCHÆRUS, Hafnienſis, Scholæ Nicopienſis in Falſtria Prorector, Sophiæ Æmiliæ, Reginæ Danorum viduæ, Eccleſiaſtes Hafniæ, ab A. 1685., aulicus, Arcis Glückſtadienſis, ab A. 168?., Paſtor, & Præpoſitus tandem ac Paſtor, ab A. 1693., Tunderenſis, M. d. 20. Maji A. 1697., æt. 45. *T. II. p.* 1038-1039.

Frid. ZOBELIUS, Holſatus, Friderici, Ducis Holſato-Gottorp., circa A. 1636., Archiater, & Laboratorii Chymici Præfectus, A. circiter 1647. mortuus. *T. I. p.* 749.

M. Chriſt. ZOEGA, Hatherslebienſis, Ord. Philos. Lipſienſis Aſſeſſor, & Paſtor deinde in Comitatu Oldenburgico ruralis, A. 1725. ſuperſtes. *T. I. p.* 749. 750.

M. Pet. ZORNIUS, Hamburgenſis, Scholæ Plönenſis, ab A. 1715. ad 1720. (qvo dimiſſus eſt), Rector. *T. I. p.* 750. 751. 752.

Matthæus ZUBERUS, Neoburgo Palatinus, Joh. Adolphi, Ducis Holſato-Gottorp., Poeta, circa A. 160?., aulicus, Poeſeos in Gymnaſio Lavingano, circa A. 1616., Profeſſor, & Rector tandem in Noribergenſi, circa A. 1621., extraordinarius, M. d. 19. Febr. A. 1623., æt. 53. *T. II. p.* 1039. 1040.

Henr. ZATPHANIENSIS, Zutphanio Belga, Coenobii Antwerpienſis Auguſtiniani Prior, circa A. 1521., Pontificius, Paſtor Templi Bremenſis Ansgariani, ab A. 1522., Lutheranus, & Eccleſiaſtes tandem Meldorpii in Dithmarſia, ab A. 1524., extraordinarius, Heidæ d. 11. Dec. A. 1524., ac æt. 36., a Pontificiis combuſtus. *T. II. p.* 1040-1045.

M. Bened. Joach. ZWERGIUS, Cappelia Anglo-Cimber, A. 1711. ſuperſtes. *T. I. p.* 752.

Chriſt. Oswaldus ZWERGIUS, Slesvicenſis, Diaconus ab A. 1690., & Paſtor, ab A. 1702., in Femaria, Petersdorfienſis, A. 1710. ſuperſtes. *T. I. p.* 752.

Goth. Joh. ZWERGIUS, Slesvicenſis, urbis Tunderenſis, ab A. 1686., Diaconus, A. 1725. ſuperſtes. *T. II. p.* 752.

M. Mich. ZWERGIUS, Strasburgo Uckero-Marchicus, primus, ab A. 1650., Paſtor Templi D. Trinitatis, in ſuburbio Slesvigæ Fridrichsbergenſis, M. A. 1675. *T. II. p.* 1045.

Tob. ZWICKERUS, Martisburgo Misnicus, Arithmeticus, circa A. 1650., Hamburgenſis. *T. II. p.* 1045.

Digitized by Google